Digitized by Google

10 — 106

Digitized by Google

Digitized by Google

SAMUELIS BOCHARTI OPERA OMNIA.


SAMUELIS
BOCHARTI
OPERA
OMNIA.
Apud CORNELIUM BOUTESTEYN ET SAMUELEM LUCHTMANS
Apud GUILIELMUM VANDE WATER, M.DCCXII.

Digitized by Google

SAMUELIS BOCHARTI

OPERA OMNIA.

HOC EST

PHALEG, CHANAAN,

ET

HIEROZOICON.

Quibus acceſſerunt Diſſertationes variæ

AD ILLUSTRATIONEM SACRI CODICIS ALIORUMQUE MONUMENTORUM VETERUM.

Præmittitur vita auctoris à Stephano Morino deſcripta

Et Paradiſi terreſtris delineatio ad mentem Bocharti. Indices denique accurati & mappæ Geographicæ ſuis locis inſertæ ſunt.

In quibus omnibus digerendis atque exornandis operam poſuerunt Viri Clariſſimi Johannes Leuſden & Petrus de Villemandy.

EDITIO QUARTA.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud CORNELIUM BOUTESTÉYN., & SAMUELEM LUCHTMANS.
TRAJECTI ad RHENUM,
Apud GUILIELMUM vande WATER, M. DCC. XII.

Digitized by Google

P R AE F A T I O

Praemiſſa editioni anni CIƆIƆCXCII.

LECTURO TYPOGRAPHI

S. P.

Accipis tandem, benevole lector, magni Bocharti opera omnia junctim edita, quibus ſacras litteras & omnem antiquitatem divinitus illuſtravit. Tanta enim cœleſtis ingenii ejus eſt praeſtantia, tanta diffuſae per omnes artes doctrinae vaſtitas, ut nihil ei par ſit & ſecundum. Sed de tanto Viro praeſtat tacere, quam pauca dicere. Cui enim, niſi barbaro, non eſt laudata & in coelum elata ejus Geographia ſacra, cujus primum tomum Phaleg inſcripſit, & alterum Chanaan? Cui, niſi hoſpiti in ſapientiae & doctrinae ſtudiis, ignotum eſt ejus Hierozoicon? Quanto plauſu fuerint ubique gentium excepta, iteratae oſtendunt editiones, non longo temporis intervallo diſtractae, ut a multis dudum deſiderarentur. Horum & totius orbis eruditi deſideriis ac commodis ut ſerviremus, junctim denuo haec praeclara tanti Viri opera litteris noſtris mandare in animum induximus, ſtuduimuſque ſumma cura ut emendatior quam priores editiones haec noſtra prodiret. His vero acceſſerunt variae τοῦ πάνυ Diſſertationes, quae, praeter duas treſve, nunquam ante lucem adſpexerant, in quibus res obſcuriſſimas tam in ſacris quam in aliarum gentium voluminibus clara luce perfundit. Hae magno ſtudio, magnis ſumtibus ex variis orbis terrae partibus nobis non ſolum fuerunt conquirendae, quae eſt tantarum morarum, quae ſub proelis hoc opus tam diu detinuerunt, ut non maturius potuerit publicari, praecipua cauſa; ſed & Latine fuerunt ex Gallica lingua, qua pleraeque omnes ſcriptae erant, vertendae. Retardavit etiam noſtrum hoc inſtitutum acerba & nec opina mors Stephani le Moine, viri ingenio, doctrina & virtute praeſtantis, ut in primis, qui de re litteraria aetate noſtra praeclare meriti ſunt, ab omnibus numeretur. Ejus enim auctoritate praecipue permoti ſumus ad hoc opus ſuſcipiendum. Sed poſtea invenimus tamen Viros eximios, qui nobis operam ſuam & offerrent, & navarent, ſummaque cura in id incumberent, ut nitidius & correctius hoc opus, quam antehac, divulgaretur. Hoc officium Bocharto & ejus lectoribus in Academia Trajectina praeſtitit Joannes Leuſdenius Hebraeae litteraturae in illa Profeſſor celeberrimus, & Lugduni Batavorum Petrus Villemandi Collegii Gallici, quod in illa eſt urbe, Rector laudatiſſimus. Quantum etiam ad iſtud exornandum contulerit Vir inſignis, & nunquam ſatis laudatus, Stephanus Morinus, cognoſces ex vita Bocharti, quam memoriae prodidit, & quam huic operi praefixam vides. Linguas Orientales genuinis illarum litteris expreſſimus, ut vel hoc nomine noſtra ceteras editiones longo poſt ſe relinquat intervallo. Sic & mappas Geographicas ad illuſtrandum locorum ſitum, de quibus in Phaleg diſputatur, & plures & ampliores adornari, lociſque, ubi de iis agitur, inſeri curavimus. Una mappa priorum editionum in plures a nobis fuit diviſa, ut facilius & luculentius lectorum oculis omnia ſtatim occurrerent. In editione prima quatuor tantum reperiebantur chartae Geographicae, in noſtra videbis tredecim. Quos quidem labores pertulimus, & ſumtus omnes ſuſtinuimus, ut a te, Lector erudite, gratiam iniremus, quam ſi conſequemur, nec laborum nec ſumtuum nos poenitebit. Sed tu illis fruere, & Vale.


SAMUEL BOCHARTUS ROTHOMAGENSIS ANNO ÆTATIS SEXAGESIMO QUARTO
Neustria se tanti matrem miratur alumni.
Quem ſtupet ut rarum Numinis orbis opus.
Quicquid Arabs, Phœnix, Graius, doctusque Latinus
Incluſum vaſto pectore ſolus habet.

SAMUELIS BOCHARTI

GEOGRAPHIA SACRA,

SEU

PHALEG

ET

CANAAN,

CUI ACCEDUNT

VARIÆ DISSERTATIONES PHILOLOGICÆ, GEOGRAPHICÆ, THEOLOGICÆ &c.

Antehac ineditæ:

UT ET

TABULÆ GEOGRAPHICÆ ET *INDICES*,

longè quam antea luculentiores & locupletiores.

EDITIO QUARTA

Prioribus multo correctior, & ſplendidior.

PROCURAVIT

PETRUS DE VILLEMANDY.



LUGDUNI BATAVORUM,

Apud CORNELIUM BOUTESTEYN, & JORDANUM LUCHTMANS.

TRAJECTI ad RHENUM,

Apud GUILIELMUM VANDE WATER, ANN. M. DCC. VII.

Cum Privilegio D. D. Ordinum Hollandiæ.

SYLLABUS

eorum, quæ addita ſunt.

IN FRONTE PRÆFIXA SUNT.

I. *Authoris Vita.* Pag. 1. *Opera ejus aliàs edita, eorumque origo.* 4. *Opera affecta & inchoata, nondum extantia.* 5. *Paradiſi Terreſtris deſcriptio ad ejus mentem per Clariſſ. Morinum.* 9. *Compendioſa ejuſdem delineatio per Bochartum ipſum.* 29. *Ineditorum quorundam, in Eruditorum muſæis etiamnum deliteſcentium, enumeratio.* 33. *Authoris ingenium, mores, ſtudia, mors.* 35

SUB FINEM ANNEXA.

II. *Animadverſiones in Steph. Byzantini de Urbibus & Populis Epitomen, cum additamentis Joan. Palmerii, & Stephani Morini.* Pag. 791

III. *Geographia Sacra, Phalegi & Canaan, defenſio adverſus quaſdam Clar. Salmaſii objectiones.* 827

IV. *De Serpente Tentatore, Paradiſo Terreſtri, nonnulliſque aliis ad Jacobum Cappellum Ludovici filium Epiſtola,* ad Geneſ. 2. 8. 3: 1. *&c.* 834

V. *De eodem Serpente diſſertatio ad eundem,* ad Geneſ. 3: verſ. 1, 2. 3. &c. 845

VI. *De Lingua Chaldaica,* & *Syriaca pronuntiatione; Arabica utilitate, diſcendi modo. &c. ad Eundem,* ad Gen. 11: vſ. 8, 9. &c. 853

VII. *De Regina Suecia humanitate, Eruditione, Bibliotheca, &c ad Iſaacum Voſſium ejus Conſiliarium, Epiſtol* 855

VIII. *De Verſionis Syriaca novitate, Characterum Samaritanorum cum Græcis affinitate, Onkeloſi ave, Samaritana Lingua cum Chaldaica cognatione, Diluvii univerſalitate, &c. ad Eundem.* 857

IX. *De Verſionis Syriaca novitate iterum, ad Eundem.* 861

X. *Moſis* Gene. 11: verſ. 26. & 32. *cum D. Stephano* Actor. 7: verſ. 4. *circa Thara annos, & Abrahami è Charan egreſſum conciliatio.* 863

XI. *An Dudaim ſint Tubera, ut vult Codurcus; an Mandragora? an quid aliud?* ad Geneſ. 30: 14. 866

XII. *De variis Manna ſpeciebus, itemque de genere nominis* Manna *apud Latinos;* ad Exod. 16: 13. 871

XIII. *De hac voce Thalmudica* Colcha, *ad Moſis legem,* Levit. 19: 19 *ad D. Du Manoir Tapin Epiſtola,* 880

XIV. *Faucheiii ad Sam. Bochartum de Abſolomi Capillis Epiſtola ad* 2, Sam. 16: 26. 883

XV. *Sam. Bocharti ad ſuperiorem Epiſtolam de eodem argumento Reſponſio.* ibid.

XVI. *De Naamanis facto ad* D. *Tapinum Diſſertatio.* ad 2. Reg. 5. 17, 18, 19. 892

XVII. *De eodem argumento ad Eundem diſſert. altera.* 898

XVIII. *Explanatio* verſ. 8. cap. 3. Jobi, *itemque* 36. cap. 38. *ad Eundem.* 902

XIX. *Enarratio* verſ. 3. Pſalm. 110. *ad Eund.* 904

XX. *Enarratio accuratior ejuſdem verſus, ad Eund.* 906

XXI. *Explicatio harum vocum* כפר & שושנה, Copher & Schouchannah. *ad Erudit. Stephan. le Moine, ad illuſtrationem* verſ. 14. cap. 1. *Cant. &* verſ. 1. cap. 2. 916

XXII. *Quid ſit Kikaion, de quo* Jon. 4: 6. *ad Clariſſ. Steph. Morinum.* ibid.

XXIII. *Utrum quis anno ætatis* 10, *liberos procreare valeat, ad Ampliſſ. Carbonellum. Ad illuſt.* verſ. 20. cap. 16. lib. 2. Reg. & vſ. 1. cap. 18. 920

XXIV. *Sacra Script: Divinitas inſitis argumentis demonſtratur, ad varior. cùm Vet. tum Novi Teſtam. Locor. explicationem, ad Tapinum.* 926

XXV. *Explicatur J. Chriſti in montem, Templique Pinnaculum, Tranſportatio ad Mat.* 4: 5, 6, 7. *&c. ad N. Herault fideliſſ. Alençon Eccleſ. Paſtor.* 942

XXVI. *Explicatur rurſus eadem Tranſportatio, ad Eund.* 952

XXVII. *Explicatur tertium eadem Tranſportatio. ad Eundem.* 974

XXVIII. *Symboli Apoſtol. Articulus,* Deſcendit ad inferos, *ad* Matth. 27. Marci 15. *&c. explanatur, ad Tapin.* 982

XXIX. *Enarrat.* vſ. 14. cap. 2. *Epiſt. ad Rom.* Nam, quum Gentes, quæ legem non habent, *&c. Eidem.* 986

XXX. 1. *De Presbyteratu & Epiſcopatu.* 2. *Provocatione à Judicus Eccleſiaſt.* 3. *Jure ac poteſtate Regum; ad varior. Scrip. S. Locorum illuſtrat. Ampliſſimo D. Morley, Regis Sacellano Epiſtola.* 988

XXXI. *Explicatur* vſ. 5. cap. 5. 1. Corinth. Tradatur ille Satanæ ad deſtruct. carnis. *Item.* Verſ. 12. cap. 6. *ejuſd. Epiſt.* Omnia mihi licent, ſed. *&c. Tapino.* 1012

XXXII. *De Baptiſmo pro mortuis, ad* 1. Cor. 15: 29. *Eidem.* 1026

XXXIII. *Enucleantur verſ.* 14, 15 *cap.* 14. 1. *Corinth.* Si enim precor linguâ, ſpiritus meus precatur, *&c. Item.* Verſ. 22. cap. 16. *ejuſd. Epiſt* Si quis non amat domin. J. Ch. *&c. Eidem* 1034

XXXIV. *Traditur ſenſus* vſ. 9. cap 2. *Epiſt. ad Coloſſ.* Siquidem in eo habitat omnis plenitudo. *&c. Item.* Verſ. 4. cap. 2. 1. *Epiſt. ad Timoth* Qui vult omnes homines ſervari. *&c.* 1038

XXXV. *Examen Libelli de Antichriſto Amſtelod.* 1640. *editi, ad Ampliſſ. Sarravium.* 1044

XXXVI. XXXVII. *Quid ſint Piſſi, de quibus Joſephus* Antiquit. lib. 18. cap. 2. *An Iiar primus fuerit menſis apud Judæos à Simonis Maccabæi morte ad Veſpaſiani obitum. Quid ſignificet* ἀφορμὴν *apud Joſeph.* Antiq. lib. 6. cap. 5. 1050

XXXVIII. *Errores Hornii in Obſervat. ad Sulpitium Severum, ad Iſaacum Voſſium.* 1146

XXXIX. *Num Æneas unquam fuerit in Italia. ad Clariſſ. Segraſium.* 1150

XL. *Quid ſit apud Philoſtratum in Apollonio* Lib 4. cap. 6. Ἁμαξῶν δέμα? 1178

XLI. *Sant-Amantii ad Boch. de Poëmate ſuo,* Moïſes Servatus, *inſcripta Epiſtola.* 1182

XLII. *Bocharti ad Sant-Amantium Reſponſio, varias obſervationes in Poëma illud continens.* 1186

XLIII. *Poſteriores quædam in Sant-Amantii Poëma notæ.* 1217

XLIV. *Notæ in Luciani Caphargamalenſis presbyteri Scriptum* de Inventis D. Stephani protomartyris Reliquiis, *quale à Baron. Ann.* Tom 5. *ad ann. Chr.* 415 *exhibetur.* 1228

XLV. *Notæ in Eccleſia Gallicana Decreta quædam in Judæos ſancita, prout apud Laurent. Bochell.* Decretor. Eccleſ. Gallican. Lib 2. Tit. 13. *extant.* 1243

DE VARIIS REBUS EPISTOLÆ.

XLVI. *Nobiliſſ. Salmaſio.* 1249

XLVII. *Eidem.* 1250

XLVIII. *Clariſſimo Voſſio Reginæ Sueciæ Conſiliario.* 1251

XLIX. *Nobiliſſ. Salmaſio.* 1253

JUVENILES QUIDAM LUSUS POETICI.

L. ELEGIA *In diſceſſum D. Fabricii amici dilectiſſimi.* 1255

LI. EPITHALAMIUM *In J. Cappelli & Carlottæ Bergeriæ nuptias.* 1257

LII. CARMEN *In D. Euseb. præceptorem ſuum, cùm ille ex aquis Spadanis potis evaſiſſe videretur.* 1261

LIII. *Obſervationes ad Hiſtoriam veterum Gallorum Ant. Goſſelini.* 1265

FINIS.

Digitized by Google

P R Æ F A T I O,

I N Q U A

1. *Operis hujus Meritum ex Subjecta materia, Principiis, Methodo; Iiſque, qui vel contradixêrunt, vel in Eodem argumento prævivêre, aut ſecuti ſunt, oſtenditur;* 2. *Uſus indicatur.* 3. *à Nonnullorum contemptu vindicatur;* 5. *denique novæ hujus Editionis præſtantia monſtratur.*

O*Pinionum commenta delet dies*, ait de Nat. Deor. Lib. 2. Tullius, *naturæ judicia confirmat.* Si quæ ſint, inquit, de Numinis Majeſtate ab hominibus minus verè commentata, minuſque cautè aſſerta, ea temporis lapſu ſenſim obſoleſcunt, tandemque penitus extinguuntur; ſi qua verò extent eandem in rem ſcitè diſſerta, atque ex ipſo Naturæ fonte deducta, hæc nedum temporum decurſu atterantur, tandemque aliquando evaneſcant; ut contrà ſtent æternum immota, in dies niteant, uſuque quotidiano magis ac magis ſplendeſcant. Quæ Author graviſſimus de commentationibua Dei conditionem ſpectantibus aſſerit, ea certè ad quævia Eruditorum quorumlibet quibuſcunque de rebua meditata poſſunt jure transferri. Quotquot enim commenta ſunt hominum, nullamque in rebus ipſis hab... ſtabilitatem, ea humani ingenii, cujus partus ſunt, conditionem imitantur, quod cùm ſit admodum volatile & inconſtans, eo fit, ut nullatenus conſtent, ſed continuò diffluant, tandemque prorſus aboleantur; cùm è contrario quę ad naturæ ipſius typum ſunt expreſſà, acri judicio meditata, ſolidéque contexta; hæc in dies firmentur, noviſque ſplendeant ornamentis. Id teſtantur paſſim graviorum quoruncunque Authorum Scripta, at prę multis aliis palam facit Immortale hocce Celeberr. Bocharti Opus; quod, etſi cùm primum prodiit, longe latéque fulſerit, & ab omnibus doctis honorificentiſſimè fuerit exceptum, deinceps tamen eam eruditionis, ingenii, &c. famam obtinuit, ut *admirandi operis* elogio multi ornaverint.

Et certè, ſive Subjecta, quam deducit, Materia; ſive ea, quibus nititur, Fundamenta; ſive Singularis, quâ contextum habetur, induſtria; ſive Criticorum Nonnullorum, qui in illo quædam arguenda judicârunt, cenſuræ; ſive Illorum, qui idem argumentum antè vel poſt tractaverunt, Lucubrationes & ſcripta; ſive Uſus, &c. conſiderentur, ex hiſce omnibus elucebit, ipſum omni ex parte ſummè eſſe commendandum. *Subjecta Libri materia.*

Duo in genere deducit, *Eas nempe Telluris plagas, quarum diſerta vel tacita extat in Scripturis Sacris mentio*, itemque, *Phœnicum Navigationes, Colonias, Commercia, Linguam*, &c. ſed dum hæc duo perſequitur, tam multa alia intermiſcet & abſtruſa & utilia & jucunda, ut vix queant enumerari. 1. Antiquiores quaſque & occultiores Gentium omnium Origines, Situs, Linguas, Mores, Religiones, Commercia, Colonias, Societates, &c. quæ omnia ſuperioribus ſeculis vel nullatenus (quod ſaltem ſciamus) vel obſcurè admodum & parcè fuerant explicata, incredibili labore, mirabili ſolertia, methodo ferè inaudita, pleniſſime & luculentiſſimè deducit; adeo ut Babylonicæ Terrarum Diſperſioni ejus Author præfuiſſe, Nationibuſque ſingulis regiones ſuas, idiomata, mores, cultus, inſtituta, præſens ipſe definiiſſe videatur. 2. Cùm horum permulta non potuerit aperire, quin varias Veteris Orbis plagas, pererrantes fluvios, influentes ſinus, interſperſos montes, cingentia littora, circunfluentes oceanos, &c. ſignet & deſcribat; hinc fit, ut cuncta iſthæc diligentiſſimè delineet, quaſi Author idem tractus illos omnes, circumfluenteſque aquas peragraverit reipſa, vel pernavigârit. Qui ſeculo decimo quarto inclinante, quintoque decimo ineunte, Novum Orbem, ante annorum millia aliquot nobis obſcuratum, penituſque interclusum, ex Ægyptiorum quorundam Sacerdotum relatione, Phœniciorum & Carthaginenſium navigationibus, Platonis, aliorumque indiciis detexêre, omnium laudibus in cœlos, & quidem meritiſſime, evehuntur; tametſi plures illi fuerint, Americanarumque regionum oras tantùm luſtraverint ac ſignârint. Unum autem hoc Opus Europę, Aſię, & Africæ terminos non modo, ſed interiores quoſque receſſus, primum ferè penetravit ac recluſit. Multa quidem extant Geographica Scripta, quæ cùm eoſdem illos aperiant, Geographo illos noſtro præmonſtràſſe videntur; at, prętcrquam quod eos tantùm aperiant, quales erant ante duo annorum millia, aut circiter, ad hæc quàm inornatè, quàm confuſe, quàm incertò, quàmque imperfectè, ne addam imperite, repręſentant: cùm contrà noſtra hæc Geographia ipſam Mundi ex Diluvio renaſcentis faciem delineans eam talem ferme exhibeat, qualis eo ſeculo aut proxime inferioribus extaret. In hiſce porrò ſi quæ ex antiquioribus & probatioribua quibuſque Geographis, aut Hiſtoriographis, *Homero, Herodoto, Diodoro, Joſepho, Scylace, Caryandenſi, Strabone, Pomponio Mela, Ptolemæo*, &c. hauriat, ea circumſpectione ſumit, ut ſingula quæque diligentiſſime exploret, vera exquiſitiſſimo judicio admittat, falſa rejiciat, emendet depravata. Ac proinde in hiſce, non ſecus quàm in omnibus aliis, Author eſt ſingulari laude dignus. Sed quod in hoc antiquitatum Theſauro præ cæteris commendandum venit, iſtud eſt; quòd, ſi quid in Gentium origine earumque per varias regiones Diſperſione præ cæteris memorabile videatur, & propter dignitatem, uſum ac jucunditatem ex oblivionis tenebris, temporumque caligine eruendum; cujuſmodi ſunt *Regnorum initia ac progreſſus, Religionum Inſtitutiones, ac incrementa, Ethnicarum fabularum natales & fundamenta*; ſimiliaque nonnulla; hæc mirabili prorſus ἀγχινοίᾳ inveſtiget ac inveniat, inventaque ſubminiſtret. Jam autem in hiſce aperiendis quot & quanta alia eodem aſpectu intuenda offert? Tot & tanta, ut varietate & pulchritudine ſua fere præſtinguant, ac in admirationem rapiant.

Jam vero ex quibuſnam principiis iſthæc omnia deducuntur? Ea certe neque ad placitum ſunt commentata, neque ex otioſorum quorundam hominum figmentis ullatenus derivata, ſed vel ad Naturæ ipſius exemplar imitata, vel ex antiquioribus quibuſque monumentis, gravioribuſque Authoribus deſumpta. Ex hoc Opere longiſſime exſulant *Fabuloſa illa & ſuppoſititia* Hebræorum, Chaldæorum, Perſarum, Ægyptiorum, Phœniciorum, Græcorum, Latinorum, *Antiquitates*; quibus facilioribus & negligentioribus doctis diu eſt illuſum. Nullam ex. g. in eo habent Authoritatem *Adami Geneſes*, quibus πρωτοπλάστου hujus poſteri longe fuſiùs quàm à Moſe recenſeantur; Nullam itidem *Columnæ* quædam *Sethianæ*, quibus inſcripta haberentur Patriarcharum Ante-diluvianorum inventa Aſtronomica, Politica; &c. Nullam denique *Henochi Prophetia*, quę non modò imminens Diluvium prænuntient, ſed & potiſſimam ejus cauſam, nefarias nempe Angelorum cum hominum filiabus commixtiones, latiſſime deducant. Non ignorabat enim Author naſutiſſimus hęc eſſe vel Judæorum, vel Hęreticorum quorundam, Gnoſticorum videlicet, aut ſimilium aliorum, commenta, quę Prædiluvianorum Patrum pietati, ſapientiæ, & gravitati non ſatis convenirent. Nullum quoque in eodem pondus habent *Annana Beroſi Babylonii Antiquitates*, in quibus non ſolùm Mundi, ſed Imperiorum propemodum omnium origines, & progreſſus ad Dardanii uſque Regni inſtitutionem, enarrentur; ſiquidem probe nôrat

Libri fundamenta.

Auguſt. variis in locis. Carrer. Cent. au Broſum. Joſeph. Ant. l. 1. c. 1. Kircheri Oedipo Ægypt.

idem Author in hiſce pleraque occurrere, vel falſa, vel è diametro cum iis, quæ genuinus Beroſus in Fragmentis apud varios Scriptores extantibus habet, pugnantia; cujuſmodi ſunt, Noachum à Chamo filio ob ebrietatem, non modò irriſum, *ſed & magicis carminibus generandi facultate prorſus privatum*; quæ Scripturæ Sacræ nequaquam conſentiunt. Quale etiam, *à Lugdo Celtarum Rege Celticam provinciam Lugdunenſem fuiſſe appellatam*; cùm ex probatioribus quibuſque Authoribus, Stephano & aliis, longè poſt ab Urbe Lugduno per Munatium Plançum, dum Galliæ Comatæ præeſſet, extructa id nominis obtinuerit. Cujus denique ordinis, Babylonem à Semiramide ita amplificatam, *ut magis dici poſſit eam ædificaſſe, quam ampliaſſe*; cùm contrà Beroſus ipſe apud Joſephum adverſus Appionem Scriptores Græcos arguat, *Quòd vanè arbitrati ſint a Semiramide Aſſyriâ Babylonem ædificatam, miraque opera ab illa circa eam fuiſſe conſtructa.* Nullum rurſus in Eodem Opere locum obtinent *Zoroaſtri cujuſdam Perſæ*, qui Nimrodis tempore Bactrianos Artibus Magicis ſibi ſubjecerit, illiſque Gentibus & Religionem & Aſtrologiam indiderit, *Sacri rituum Perſicorum Commentarii*; quandoquidem Zoroaſtrem illum Author ipſe *Phalegi Lib. 4. Cap. 1.* diu poſt Trojana tempora vixiſſe demonſtret, probéque nôrit tritum apud Rabb. Proverbium, אין התורה מצויה באסטרלגין, *Legem non inveniri apud Aſtrologos*; neque boni quicquam ab hiſce hominibus expectandum. Nullum pariter inveniunt *Mercurii Ægyptii*, (ſeu Taauti) circa Mizraimi tempora florentis, *de Mundi ortu Commentarii*, aut Ejuſdem monumenta ulla; etſi *Primus, referente Diod. Bibl lib. 1. communem loquelam articulatim diſtinxerit, & Rebus multis nomine deſtitutis nomen indiderit, Literas invenerit, Deorum cultus ac ſacrificia ordinaverit*, &c. Sive enim hi Commentarii, ſimileſque alii, ab hoc Mercurio Triſmegiſto, ſive ab alio ejuſdem ferè nominis, Moſis coætaneo, qui ejus veſtigia inſiſtens eadem argumenta tractârit, pleniùſque deduxerit, procedant; quotquot ſuperſunt Scripta *Mercurii* nomine inſignita, ea ſub Apoſtolorum tempora, quibus & Philoſophia Platonica, & Artes Magicæ paſſim regnabant, conficta ſunt; uti perſpicuè ex Philoſophiæ Platonicæ dogmatibus, Magiciſque flagitiis Euangelicæ Doctrinæ inibi paſſim intermixtis colligitur. Nullam denique *Sanchoniatis hiſtoria, è Lingua Phœnicia a Philone Biblio in Græcam transfuſa*, obtinent in eadem Geographia noſtra authoritatem; tametſi Sanchoniaton Bello Trojano vetuſtior fuerit, Phœniciaque ſua ex Jerombalis Dei ſacerdotis conſilio conſcripſerit, doctiſſimuſque vulgo habeatur, &c. Cùm enim, fatente ipſo Philone, Taauti Scripta diligentiſſime ſcrutatus ſit, & ab his Hiſtoriæ ſuæ partem maximam derivânt; cùm præterea Philo ipſe, ætate longè inferior, quippe qui Adriano σύγχρονος, multa ex fabuloſiſſimis Græcorum Fabulis Hiſtoriis illis adjecerit; hæc non poſſunt non apud cordatum quemque maximè vileſcere. An pluris ibidem ſiunt *Orphei Argonautica*, quæ juxta Tatianum & Clementem Alexandrinum ab Onomacrito, Athenienſi Poëta, annis ante Chriſt. D. LX. Orpheo Argonautarum uni longè vetuſtiori fuere ſuppoſita? An *Daretis Phrygii Ilias*, ex qua Homerus ſuam dicitur traduxiſſe? An *Dictys Cretenſis*, qui ipſe Bello Trojano interfuerit, *Trojana*, cùm ex his quæcunque extent, ea à Græculis quibuſdam longè recentioribus ad libitum ſint conficta. An denique digniori loco in Eodem Opere habentur novitiæ illæ *Antiquitates Etruſcæ*, ab Inghiramio ante aliquot annos editæ? Nequaquam certè, cùm perhibeantur vulgò Etruſcis omnibus olim notiſſimæ, Romanis autem familiariſſimè inter Etruſcos verſantibus, filioſque ſuos Religionis diſcendæ gratiâ in Etruriam mittentibus fuerint penitus ignotæ: cùm etiam à variis Commentarienſibus longa annorum ſerie disjunctis collectæ ſupponantur; in illis tamen omnibus eadem prorſus dicendi ratio, idemque ſtylus obſerventur: cùm demum longiſſimam præ ſe ferant vetuſtatem, & nihilominus tamen pleraque earum ſtatuta, multique ritus, inclinantis Judaiſmi (imò & Chriſtianiſmi impurioris) cæremonias & errores redoleant; indéque aliquoties deſumptę videantur. Cùm itaque probè nôſſet Bochartus noſter ex fabuloſis hiſce, adulteratis, & fallacibus Scriptis, nullam expectandam eſſe ſtabilem & tutam temporum veterum ſcientiam, *eumque unum, qui*, ut ait Judęorum Proverbium, *cum ſapientibus verſatur, ſapientem evaſurum*, הולך ארת חכמין יחכם eapropter omnia illa floccifecit, ut certiora & graviora adiret, ex quibus Geographiam & antiquitates ſuas erueret.

Indéque adeò, cùm Moſis Scripta Profanis omnibus Monumentis longè ſint antiquiora, & tutiora; Prophetarum ſuccedentium Vaticinia, Narrationes, Oracula, &c. multo certiora; ex hiſce potiſſimùm gentium Origines, Situs, & Inſtituta eruenda eſſe judicavit. Eamque ob rem quęcunque in illis conſignata haberentur de Populorum Originibus, Linguis, Nomenclationibus, Falſis Numinibus, Terrarum, quas inhabitarent, Situ, Conditione; earundem inter ſe Commerciis, Affinitatibus, &c. ea omnia ſtudioſiſſimè adnotavit, ac quotquot ſingulari, quâ pollebat, ſagacitate ex his poſſent deduci, eadem illa deduxit. Quoniam autem ad omnium confirmationem vel illuſtrationem multa poterant ex veteribus Moſis & Prophetarum Interpretibus, Gręcis, Chaldaicis, Syriacis, Arabicis, &c. ex Rabbinorum Commentariis, hauriri; ille verò ampliſſima Linguarum Orientalium cognitione eſſet inſtructus; diligentiſſimè eos omnes cùm inter ſe, tum cum Textu Hebręo contulit, adeo ut permulta ex his etiam ſuos in uſus eduxerit. Cùm denique ex Authoribus aliis, Latinis, Gręcis, &c. plurima quoque utiliſſima & aptiſſima peti poſſe arbitraretur; illoſque omnes haberet familiariſſimos, & exploratiſſimos, abſtruſiores quoſque eorundem ſenſus mirabili ſolertia aperire, ac locos quoſvis depravatiſſimos pari judicio ac ſucceſſu emendare valeret, eoſdem illos in auxilium paſſim advocavit, feliciſſiméque adhibuit. Hi ſunt fontes, hi rivi, hęc flumina, quibus Geographiam ſuam irrigavit; quę cùm diſtinctius & plenius in Pręfationibus, quas *Phalego & Phœnicus* ipſe pręfixit, enarrata habeantur, non eſt, quod ea fuſius perſequamur.

Libri Methodus.

At verò quâ induſtriâ, quáve Methodo ex principiis hiſce ſua omnia deduxit? Quibuſve argumentis firmavit? Eâ profectò induſtriâ, ut nihil concinnius, nihilque rerum ipſarum ordini, temporumque conditioni convenientius. Exorſus enim ab ipſa Mundi poſt Diluvium inſtauratione, Gentium Origines ac Sedes eo ordine perſequitur, ut nullum ferè ſuccedens ſeculum, quantuncunque caliginoſum; Nullam ferè habitationem, quatunvis remotam, pręterm̃ittat; donec univerſa in apertam lucem eduxerit, & ad ea devenerit tempora, quibus ſingula quęque ex Gręcorum Hiſtoriis cœperunt illuceſcere. In iis autem firmandis tot plerumque adducit generis omnis argumenta, ut, qui floribus potiùs paſcuntur, quàm fructibus, profundiorumque rerum ſcientiam aſpernantur, illum ea de cauſa reprehendant. Quo jure, deinceps perſpicietur.

Quo ſucceſſu Nonnulli locos Operis quoſdam aggreſſi ſint. Vide Boxhornii Orig. Gallic. & Ryckium de Adventu Æneæ in Ital.

Quibuſcunque tamen rationibus fulciantur ejus placita, quacunque induſtria diſponantur, eorum tamen multis contradixère Viri quidam in Orbe Literario non modò eruditione, ſed & judicio eminentiſſimi, *Salmaſius, Boxhornius, Ryckius*; at ea circumſpectione, eâ erga Authorem reverentiâ, eáque moderatione contradixerunt; ut contradictiones ejuſmodi applauſibus quibuſlibet vel liberaliſſimis ſint honorificentiores. Præterquam quod enim Opus, cujus locos quoſdam vexant, laudibus ſuis cumulant, adhæc eo conſilio videntur aggreſſi, ut tantò pręſtantius deprehenderetur. Quid præſtiterit Celeberr. Salmaſius palam faciunt objectiones ejus inter Additamenta cum ſolutionibus quæque ſuis inferiùs extantes. Plura quidem & longè graviora poterat, eâ, quâ pollebat, & ingenii dexteritate, & judicii perſpicaciâ, & inexhauſta propemodum eruditione, adnotare, ac urgere; ſed æqua facilitate, parique prorſus ſoliditate poterat Author noſter explanare ac diſſolvere. Quid etiam effecerit Clariſſimus Boxhornius id vel ex ipſo ejus propoſito ſubjectaque materia aliquatenus innoteſcit. Contendit adverſus Authorem

rem

rem noſtrum Origines Gentium Occidentis ex Oriente minimè, ſed ex Occidente ipſo vel Septentrione arceſſendas: quaſi ibidem primùm efformatæ ſint illorum Linguæ, excogitata Religio, inſtituti Mores, &c. Quæ ſi quis admiſerit; is eodem propemodum jure poterit admittere primos orientis ſolis radios ex Occidentalibus plagis illuceſcere, indéque ad alias Orbis partes ſucceſſione continua propagari. Majori quidem apparatu, ſolidioribuſque argumentis *Diſſertationem de Ænea in Italiam adventu* labefactare conatus eſt doctiſſimus Ryckius, ſed exquiſitiſſimo & numeroſiſſimo eo apparatu ſi infirmavit quodammodo, non labefactavit tamen; idque ſolùm eſt aſſecutus; ut in re admodum obſcura circumſpectiores quique aſſenſum deinceps ſint quodammodo ſuſpenſuri: cùm contrà vetus & ferè ingenita *de Adventu illo* omnibus opinio non priùs a Bocharto noſtro fuerit aliàs impugnata, quin continuò profligata fuerit. Eandem illam antea paucis ſollicitaverat Philip. Cluverius, in Hiſtoricis non minùs verſatus quàm in Geographicis, ſollicitationeque ſua utcunque infirmârat; eandem deinceps aggreſſus Author *Ital. Antiq. l. 3. c. 4.*
noſter, ſive quòd fabuloſa ipſi videretur, atque à Romanis ad generis nobilitatem oſtentandam conficta; ſive quòd in opinione dubitabili, tot ſeculorum tamen conſenſu firmatâ, evertendâ vires ſuas voluerit experiri: ut ut ſit, eo ſucceſſu aggreſſus eſt, fatente ipſo Clariſſ. Ryckio, ut ferè ſubruerit, eruditoſque propemodum omnes in ſententiam ſuam pertraxerit. Quid ergo ſperare potuit Vir Doctiſſimus ſuccurrendo? Quidve animo præſumſit? Se in priſtinam auctoritatem eam revocaturum? Naque quenquam deinceps ea de re dubitaturum? Potuit forſan prężumere; at ea non eſt hodiernum hominum credulitas, ut potuerit obtinere. Quidquid igitur ipſi poſſumus largiri, iſtud eſt; quòd nempe argumentorum ſuorum numero ac pondere Authoris noſtri ſententiam elevârit quadantenus, atque ad aliquod cum ſua æquilibrium revocârit. In quo certè ſumus liberales. Si enim argumenta ejus attentè perpendantur; neque ex numero, ſed ex pondere æſtimentur, uti revera debent, ea noſtris longè leviora videbuntur; quandoquidem ex recentioribus quàm noſtra Autboribus ſint deſumpta. Opinionum autem antiquiores quæque ſanctiores & ſacratiores; γνῶμαι δ' ἀμείνους αἰεὶ τῶν γεραιτέρων: *Veterum opiniones longè præſtantiores.*

At ſi quid ſit, in quo Libri hujus pretium eluceat, iſtud eſt; quod, cùm multi viri & ingenioſiſſimi & eruditiſſimi idem argumentum tractârint, nullus tamen ita perſecutus ſit, quin in eo plurima deſiderentur; Noſter autem Bochartus ipſum pertractâſſe omninò videatur. Et certè præeuntes omnes ſic eſt ſecutus, ut longo ſuperârit intervallo; quotquot autem eum deinceps ſecuti ſunt, ejus ſic preſſêre veſtigia, ut pauci ſint illum aſſecuti, nulli ferè prætergreſſi. Ex Veteribus præeuntes habuit, E. G. Joſephum, qui Gentium Origines & Situs accuratè ſatis variis in locis, *Antiquit. Lib. 1. Cap. VII. duobus contra Appion. Libb.* &c. enarrat; ſed, cùm in hiſce ex Veteri Teſtamento eruendis, non Hebræo contextu, ſed Verſione Interp. 70. Græca unicè uſus ſit; cùm ex Authoribus vel Judæis, vel Græcis, vel Ægyptiis, non ſat fidis, multa exceperit; cùm denique ex gentis ſuę traditione admodum infida plurima conſignârit: inde factum, ut in quibuſdam hæſerit, ceſpitârit in aliis, in pleriſque demum à vero ſit evagatus. Prævit quoque Euſebius *Chron. lib. 1. pag. 10. & ſeq.* Itemque *Præparatione Evangelica*; ſed, quanquam præſtantiſſimum ſit utrumque iſtud Opus, innumerabiliumque Antiquitatum, ex Authoribus quibuſlibet Græcis, Ægyptiis, Phœniciis, &c. laborioſiſſimè conquiſitarum, varietate quammaxime commendandum; cùm tamen Anthor eruditiſſimus in rebus penſitandis non videatur ſat attentus, dijudicandis ſat acris, diſponendis ac firmandis ſat induſtrius ac diligens: hincque in Chronicis eventus quoſque tantum indicet, non definiat autem, multo minus demonſtret; in *Præparatione* verò fuſe potiùs enarret, quàm demonſtret: eapropter potuit quidem Hiſtoriographo noſtro utcunque prælucere; at tutò ad certam rei cujuſque notitiam ducere illum non potuit. Pręter hos Julius Africanus Tractatu *de Diviſionibus & Generationibus Gentium* (qui apud Henr. Caniſ. Antiq. Lection. Tom. 2. extat, ſi modò ſit Africani, non alterius cujuſdam) Epiphanius, Hieronymus, Auguſtin. compluresque alii potuere ſimiliter facem præferre ſequenti, multiſque in locis ſuccurrere vel hærenti, vel fluctuanti; ſed quam ab iis accepit lucem, ſic reflexit, ut ea ſua reflexione longe copioſiorem, longéque ſulgentiorem tranſmiſerit. Ut ut ſit, illos omnes longiſſime eſt ſupergreſſus.

Idem eodem jure aſſerere poſſumus de Recentioribus quibuſdam, qui illi quoque videntur alluxiſſe; quales ſunt Poſtellus in *Originibus & Coſmographia*, Bodinus in *Hiſtoriarum Methodo* ſub finem, Goropius Becanus in *Beccezelenis Amazonis, Hyperboreis, Cronicis, Hermathenis, Vertumno, Gallicis*, &c. nonnullique alii; qui gentium origines ſtudioſe inveſtigârunt, prolixéque deduxerunt; ſed ſi illa, quæ Authori noſtro contulêre, cum iis comparentur, quæ adjecit, tam pauca ſunt, ut aquæ guttulæ quædam videantur Oceani undis inſtillatæ. Et ſane perluſtrentur, quæ Poſtellus eam in rem explicavit, quamquam illa verbis videantur multa, reipſa tamen tam pauca ſunt, ut ſi Bochartus noſter eum in quibuſdam ſit ſecutus, in nullis tamen ipſum ſit imitatus. Bodinus ſua quidem aptiùs diſpoſuit, ſolidiùſque firmavit; at, cùm propoſitæ ſibi Methodi leges ac cancelli non paterentur, ut in argumenti hujus explicationem excurreret, illud veriùs aliis explicandum indicavit, quam explicuit. Quod attinet Goropium, in illius explanationem eſt quidem late exſpatiatus, ſed enormiter adeò eſt evagatus, ut nullus deinceps extiterit, qui ſit ſecutus. Et certe, cùm circa Boream ſere ſemper verſetur, pleraque ſua, propemodum omnia, peritis viſa ſunt adeo frigida, ut vix ullus occurrat, qui *ad Hyperboreos ea non ableget*, & cui reipſa ὦ λίαν βεκκεσέληνε καὶ τῶν κρονίων ὄζων, *delirationem Beccoſelenicam Saturniaque tempora olêre non videantur.* Quanquam *Ariſtoph. in Nub. Plutarc. c. 1. de Vit. Phil.*
igitur Recentiores illi, nonnullique alii, cujuſmodi Nebriſſenſis in *Quinquagenis*, Carrerius in *Ophira*, Arias Montan. *in Phaleg*, Selden. *de Diis Syris*, Fuller. in *Miſcellaneis*, Nicolaus Abramus *in Veteris Teſtam. Pharo*, &c. Authori noſtro in Opere ſuo contexendo pręiverint, imò & opibus ſuis aliquoties utiliſſime ſubvenerint, quæ tamen ipſi ſuppeditata fuerunt, ea tam magna reconditæ eruditionis acceſſione adauxit, tot rationibus, tot celeberrimorum quoruncunque Scriptorum teſtimoniis firmavit, tanta artè digeſſit, totque demum ornamentis coronavit, ut, quemadmodum antecedentium omnium gloriam eo in argumento obſcuravit; ita & ſuccedentibus quibuslibet ejuſdem illius ulterius deinceps amplificandi ac ornandi ſpem præciderit.

Et certe vel totum, vel partes ejus aliquas Poſteriores quidam Eruditi aſſumpſere rurſus amplificanda, ac illuſtranda; Hornius ex. g. tum in *Arca Noë*, tum in *Hiſtoria Philoſoph.* &c. Chriſtian. Schotan. in *Exercitat. Hiſtoric.* Lipenius in *Navigat. Salom. Ophiritica*, Pfeiferus in *Specimine Antiquit. Sacrar. ac Dubiis vexatis*, &c; (abſit ut eorum laboribus quicquam velimus derogatum;) at in hiſce ita verſati ſunt, ut pauca omninò addiderint.

Quantacunque tamen eruditione Opus hoc noſtrum ſit contectum, quantacunque diligentia ſit elaboratum; non adeò tamen ſumus nobis ſuffeni, ut numeris omnibus abſolutum putemus. In eo *deſunt* fortaſſe quędam; uti & *nonnulla forſan poterant omitti*, quemadmodum & alia *validius firmari*; ſed quiſquis minutias iſtas in Opere tam pręclaro inſectabitur, is profectò humanarum rerum conditionem prorſus ignorat. Quid enim in hiſce terris extat ab omni parte beatum? Nonne in ipſa terrę facie complures ſunt plagę prę ſaltibus, pręcipitiis, montibus, arenis, &c. ita ſalebroſę, ut in hunc uſque diem non potuerint adiri, multò minus ulla arte coli? Nonne itidem maria ſic vel ſcopulis vel glacie horrentia, ut hactenus non potuerint navigari? Quid mirum, ſi in ejus delineatione ſpatia quædam jaceant aut vacua prorſus, aut minus colorata, quę ignota hęc maris ac terrę loca

ſimilia

ſimiliaque alia inacceſſa ac iocultà repræſenterit? Denique ao quiſquam ignorat, in omoi ſegete aliquam ſemper occurrere ſpicam cæteris minus gravem minuſque plenam; nullamque dari meſſem adeo exquiſitam, quæ ſtipulam aliquam ad ſpicilegium ooo relinquat? Indéque adcò Clariſſ. Bocharto condonandûm eſſe, ſi quędam ignorârit.

Simonius Crit. Vet. Teſt. lib. 3 cap. 20.

Paulo gravius eſt, quod objicitur ab aliis; *In hoc ejus Libro, non ſecus quàm in Hierozoico, congeſta eſſe quamplura minus utilia, quæ reſecanda forent; Majoremque eorum, quæ in Utroque afferuntur, partem ſolâ ſæpe niti conjecturâ.* Sed quanquam gravius facilè tamen ruet, ſi hæc attendantur. 1. Quemadmodum in rerum univerſitate ſapientiſſimus ejus Conditor alia fecit ad uſum, alia verò ad magnificentiam & ornatum; ſummamque ejus ſapientiam in poſterioribus hiſce non minus elucere, quàm in prioribus illis: ſic & Eruditos quoſque poſſe ad ejus imitationem in Operibus ſuis nonnulla ad voluptatem & ornatum utilibus & neceſſariis aliis iotermiſcere; cùm in omni negotio, tum præcipuè in Literis, varietas ſatietatem arceat, lectoreſque refocillet; neque propterea vel *affectatæ eruditionis*, vel *imprudentiæ* alicujus eoseſſe inſimulandos. 2. Ea etiam, quæ minùs utilia in Doctorum lucubrationibus apparent, ſuam tamen aliquam in illis habere utilitatem; ſi enim ad cæterorum confirmationem nihil omninò conferunt, ad illorum illuſtrationem aliquid tamen afferre. 3. Cùm omnium ingeniorum eadem non ſit conditio, alia explicationes ameot rerum prolixiores, alia contractiores; alia teſtimonia exquiſitiora, alia minus exquiſita, ea propter hæcce omnia afferenda eſſe, ac intermiſcenda, ut omnibus plenè ſatisfiat. Quæ cùm probè nôſſet Bochartus noſter, omnibuſque hiſce eſſet abundè inſtructus, inde tanta rerum varietas, tantaque & rationum & teſtimoniorum copia in hoc ejus Opus ſuot effuſæ. In rebus ſecundis animi plerunque luxuriant, ſed hæc luxuries eſt rerum ſecundarum affluentia, quam ſi qui ſicciores & ſteriliores damnent, caveant ne ex eo uno eam videantur damnare, quòd alienis in arvis fertilior ſeges ſit, quàm in ſuis, idque indignentur. Præterea ſi qua ſint, quæ in hac Geographia Sacra redundare videautur, hæc ſunt procul dubio tam multa innumerabilium cujuſvis generis Authorum teſtimonia, quæ paſſim adducuntur; verùm, ſi eorum quædam ad ſubjectæ materiæ illuſtrationem minus neceſſaria ſunt, eoque conſilio non afferantur, ut aliquam illi lucem affundant, afferuntur ut accipiaot ipſamet, illorumque ſenſus vel ex materia ibidem tractata vel ex allatis ſimilibus aliis eluceſcat. Quibus adde, quod cùm illorum pleraque ſint depravata & corrupta, Clariſſ. Bochartus oblata opportunitate uſus ea obiter commemoret, ut emendet. Quanto autem acumine quantoque judicio pleraque ferè omnia emendârit, nôrunt Eruditi omnes. Itaque *non nimis eſt longum, cui nil eſt quod demere poſſis.*

At verò *Major Pars eorum, quæ in medium affert, ſolâ conjecturâ nituntur.* Aſpiciat lucem, qui vult damnare tenebras. Miror certè hominem, qui ſua ferè omnia dictatoria authoritate proferat, in eoque totus ſit, (vel ſaltem totus eſſe videri velit, propter cauſas omnibus compertas) totus, inquam ſit, ut *Traditioni* fidem obtineat credulitatem ac levitatem ejuſmodi objectare viro mortalium ferè omnium diligentiſſimo & graviſſimo. Nonoulla quidem ſunt in ejus Scriptis, quæ ſolâ conjecturâ eſt aſſecutus; at præterquàm quòd ea proponit tanquam conjectata, qualia ſunt; primus ferè fuit, qui ſit aſſecutus conjecturâ, cùm eorum, qui præceſſerint, vix ullus vel ſuſpicione attigiſſet. De Babylone, e. g. Ninive, variiſque urbibus à Nimrode conditis; de Caſluchis, quos Colchos contendit; de Rodanim, quos Gallos, &c. multa profert; quis aliàs inter oculatiores quoſque vel leviſſimè conjectârat? Eſto, ea merè conjectet, an propterea floccifacienda ſuot? Primi illuceſcentis ſolis radii ſplendore longè cedunt ſuccedentibus; verùm, quandoquidem denſis illis tenebris, quibus cœlum ante obumbrabatur, ſuccedunt, idcirco non minori voluptate aſpiciuntur, quàm alii multò fulgentiores. Pari prorſus modo priores quique veri illuceſcentis radii gratè & jucundè excipiendi ſunt, ne ſi repellantur, verum ipſum tenebris maneat ſepultum, nunquamque radiet. Sed perpendantur principia, à nobis ſuperiùs notata, quibus ſua omnia ſolet firmare, ex illis facilè coostabit, an Opinionum ſuarum pleraſque probabilibus conjecturis unicè ſuffulciat. Verùm Author ipſe ab initio & *Phalegi* & *Phœniciorum* objectionibus hiſce abunde ſatisfecit; non eſt neceſſe, diutius illis immoremur.

Libri Uſus.

Jam autem ex iis, quæ hactenus tum de ſubjecta Libri hujus materia, tum de ejus Methodo explicata ſunt, perſpicue intelligitur; quam late fuſus ſit illius *Uſus*, quamque multiplex & varius. Si quis *Geographicis* delectetur, Is in eo *Geographiæ Novæ*, ducentis ab hinc annis inſtitutæ, acrique ſtudio excultæ, partes præcipuas ex Media & Veteri reſumptas habebit fideliſſime exhibitas; *Mediæ* verò ante bis mille & quiogentos inchoatæ, ſed inde ad Chriſti uſque tempora parum omoino amplificatæ, ab hiſce demum temporibus ad Orbis Novi patefactionem longiſſime provectæ, & ad ſupremam perfectionem fere perductæ, typum ibidem inveniet accurate delineatum: *Veteris* denique ſub Diluvii tempora primùm illuceſcentis; hincque ad Babylonicam uſque Captivitatem interiores Aſiæ, Europæ, & Africæ receſſus aliquatenus tantùm attingentis, delineationem fidiſſimam, uſpiam alibi vix extantem, hic qnoque reperiet. Si quis etiam amet *Chronologica*; in eodem deprehendet antiquiorum quaruncunque gentium ſive ſacrarum ſive profanarum Origines; Nobiliorum quorumlibet Regum, & Principum ætatem, genuina graviorum Authorum ſcripta, Illuſtriores quoſcunqoe Orbis Eventus, &c. quibus omnibus tanquam ſtabilibus fuodamentis veteres hiſtoriæ omnes ſunt ſuperſtructæ. Si quis rurſus optet *Hiſtorica*, hìc proſtant, ut jam aliquoties dictum eſt, antiquiorum earundem gentium habitationes, linguæ, inſtituta, mores, colonię, commercia, ea ſedulitate perſcripta, ut ex caliginoſis illis temporibus utilius & majus quicquam vix poſſit educi. *Theologica* & ad Religionem pertinentia extant quoque innumera ſcitiſſime reſerata. Patriarcharum gentiſque Judaicę & fides & ritus ſic in *Phaleg* paſſim explicantur, ut luculentus Moſis & Prophetarum commentarius cenſeri poſſit. In *Phœnicius* Fabuloſa Ethnicorum Numina, Superſtitioſi eorum cultus, cum Origine & progreſſu, ſic ex Scripturę Oraculis, Phœniciorum ac Ægyptiorum, &c. monumentis, aperiuntur, ut Sanchoniatones, Manethoes, Mercurii Triſmegiſti, ſi jam ſupereſſent, plura vix poſſent ſuppeditare. In eo igitur Opere invenient nobilioris cujuſque Literaturę cultores, quibus ſibi abunde ſatisfiat.

Quòd ſi leviora quædam ſectentur, *Linguarum notitiam, Humaniorum literarum flores, & ornamenta, Critices minimè ineptientis & παιδαγωγικῆς leges & exempla*, ex eodem poterunt liberaliter haurire; quandoquidem horum noo tenues quidam latices io illo fluant, ſed larga flumina exundent. Et primò quidem, quod Linguas attinet, quammultæ voces Hebrææ, Chaldææ, Syriacæ, Arabicæ, Phœniciæ, Græcæ, Latinæ, &c. in eo explicantur? Quammulti etiam ex elegantioribus quibuſque Authoribus, Latinis, Græcis, Hebraicis, &c. loci adducuntur, quorum vel ſenſus, vel elegantia, vel uſus mirabili ſolertia oſtenduotur. At ſicubi vaſtiſſima Authoris eruditio, ſingulareque judicii acumen, in eo maximè elucent, quòd, cùm innumerabiles Authorum locos laudet; Is perſpicuos & faciles ſcitiſſimè in uſus ſuos vertat, obſcuros & perplexos clariſſimè explicet; truncatos vel depravatos ſolertiſſimè compleat aut emendet; omnibus demum Opus ſuum luculentiſſimè exornet. Suot quidem Critici nonnulli, qui ſecus ſentiant; at, dum ita ſentiunt, quandoquidem ſecus à vero ſentiant, paucos omninò habebunt aſſentientes; forſanque deioceps ſecus ſentient; ubi adverſus eos oſtenderimus Bocharti Noſtri *Eruditionem totam in Dictionariorum quorundam uſu* nequaquam *fuiſſe terminatam*, ſed ad alia longè nobiliora fuiſſe tranſlatam.

Revera

Revera quidem, ſi prætermiſſis Operibus ejus anteà editis, in quibus certè alia ſunt, quàm *Grammaticationes* & *Etymologiæ*; ad ea devenіamus, quæ huic Operi Tertia Editione acceſſêre, patebit evidentiſſimè Clariſſimum Authorem alia omnino ſibi propoſuiſſe diſcenda, etiam ab ipſa adoleſcentia, quàm Grammaticorum minutias, pueriliſque eorum *παιδιάς*. Neceſſaria quidem & utilia illorum præcepta nunquam neglexit, nequidem in extrema ſenecta; quandoquidem probè ſciret, *Scripturam non poſſe intelligi Theologicè, niſi prius intelligatur Grammaticè*, neque nilum unquam futurum verè literatum, qui hiſce literis non eſſet imbutus. At, quanquam in illis aliquandiu ſit peregrinatus, perpetuò tamen non inhabitavit: ſed, cùm pueritiam exceſſiſſet, in altioribus & gravioribus adoleſcendum eſſe, ac conſeneſcendum judicavit; uti ex Poſthumis hiſce evidenter patet. Grammatica, Geographica, Hiſtorica hinc inde in illis interſperſa præterimus, quia, quantus ſit in hac Literatura, ex ſuperioribus ejus Operibus ſatis ſuperque conſtat; at quam perſpicax ſit in aliorum erroribus notandis ac caſtigandis, quàm acutus & potens in refellendis; quàm ſolera & ingenioſus in ſenſu Scripturæ Sacræ inveſtigando; quàm denique in Fundamentis fidei muniendis & adverſus hoſtes quoſque firmandis acer & fortis, non poſſumus præterire: ſiquidem hæc ſingulari ratione in Additamentis hiſce eluceant.

Quid ſint Stephani Byzantini *Gentilia* nôrunt Eruditi omnes. In iis caſtigandis Salmaſii, Voſſii, Holſtenii, poſt alios multos diligentiſſime laborârunt; ut nihil quicquam deinceps ſuccedentibus aliis caſtigandum reliquiſſe videantur. Cùm tamen Criticus noſter ea rurſus caſtiganda ſuſcepiſſet, tam multa caſtigatione digna notavit; ut multas infrà paginas impleant ejus Caſtigationes; eaſque tanti fecerit nuper Clariſſ. Berkelius, ut cunctas ferè in Animadverſionibus ſuis adoptârit. Quæ ſi illius in aliorum nævis animadvertendis & abſtergendis ſolertiam & acumen non ſatis probarent, poſſemus facilè adjicere, quæ Idem deinceps ad *Clariſſ. Hornii Notas* in Severum Sulpitium, quæ in Sant Amantii *ἀδελφίας* in *Moſe ſervato*, &c. at illa ſatis ſuperque ſolertiam illam teſtantur. Quantum etiam valeret in placitis aliorum minus probabilibus refellendis, id invictè demonſtrat unica ejus de *Serpente Tentatore* adverſ. Celeberr. Amyraldum pluresque alios Diſputatio; in qua profunda rerum Philoſophicarum & Theologicarum ſcientia ſic cum diſputandi ſolertia & judicio certat, ut definiri nequeat, cuinam horum palma debeat adjudicari.

Ex variis illis Scripturæ Sacræ locis, quos obiter tum in Phalego, tum in Phœniciis illuſtravit, intelligitur perſpicuè, quantum in eo genere valeat; at, ſi quis id velit certiùs cognoſcere, varios illos cùm Veteris tum Novi Teſtam. Contextus adeat, quos conſultò infrà variis Diſſertationibus enarrat. Conſultè adeo & eruditè explicat, ut nullum ferè attingat, quem nova luce non perfundat. Quoties etiam in Diſſertationibus illis grave aliquod Theologiæ dogma ſumit aſſerendum, tanta vi aſſerit, ut nulla unquam virtute labefactari poſſe videatur. Quod vel ex unica Diſſertatione *de Scriptura Sacra Divinitate* inferius edita patet evidentiſſime. Tametſi hæc Divinitas hoc ſeculo à multis fuſiſſime & doctiſſime fuerit demonſtrata, cùm tamen ea de re fuiſſet ab amicis interpellatus, etſi non alia ferè aſſumat argumenta, quàm vulgaria, & ab aliis præoccupata, vulgaria tamen illa tanta vi premit, eaque methodo diſponit ut nova prorſus videantur, remque omnino conficiant.

Si qui igitur antea *merum Grammatiſtam, magnumque Etymologiarum fabricatorem, cujus peritia tota in Dictionariorum uſu ſita fuerit*, indigne vocârint, ſperamus eos deinceps æquiores futuros. In his quidem Opuſculis poterunt ex variis vocibus Hebræis, Thalmudicis, Græcis, &c. quæ inibi explicantur, in ea opinione firmari, illum eſſe *Grammaticum*; ſed ex doctioribus quibuſque Grammaticis Arabicis, Hebræis, Græcis, Latinis, &c. ex Muhammede Ahmedis filio, ex Erpenio; ex Moſe Kimchi, Buxtorfio, Druſio; ex Caninio, Sylburgio; ex Scaligeris, Sanctio, Voſſio, &c. *Grammaticum*; qui nempe vocum ſignificationes, vim ac *ἐνέργειαν*, &c. ex genuina origine, uſu, probatiorum quorunvis Authorum accurata lectione pernoſcat; non grammatiſtam aliquem, cujus ſcientia omnis in eo circunſcribatur, quòd Grammaticorum genealogias, ſcripta, methodum, &c. ad unguem teneat, in cæteris vere perpetuo fluctuet, hæreat, cæſpitet; eò quòd ex doctoribus quibuſdam nugaciſſimis, levitateque ipſa levioribus, vel ex erratica graviorum aliorum lectione, ſcientiam omnem ſuam delibârit.

Richard Simon. Reſp. ad judicia Theolog. quorundam Hollandiæ, &c. cap. 3.

Eundem quoque ibidem *Etymologum* deprehendent, ſed Etymologum, qui cum Scaligeris, Martiniis, Salmaſiis, Voſſiis, Meurſiis, Spelmannis, Ducangiis, &c. vocum ſignificationes apte ſciat ex ſua cujuſque origine definire; non vere otioſum quendam originum ſectatorem, qui cum Rabbinorum pleriſque, Cabbaliſtis maxime, pueriliter & inſulſe in hiſce ludat; vel cum Græcis quibuſdam, alias ſapientiſſimis, ſed Linguę ſuæ antiquitate perverſe occupatis, aut nimio in eam affectu ſeductis, Platone, ex. g. Etymologici Magni Authore, Euſtathio, &c. ſerio & graviter evagetur; aut denique cum Latinis nonnullis, Varrone, Iſidoro Hiſpalenſi, &c. intra Latium ſic oberret, ut paſſim impingat. Ad priorum illorum exemplum ſæpe quidem in difficiliorum quarundam vocum origines inquirit; ſed, cùm omnium fere primigeniarum linguarum radices, genium, ramos, earundem inter ſe affinitatem aut diſcrepantiam optime nôſſet; ſi quando vocis alicujus originem inveſtiget, præterquam quòd vix unquam in longinquiores linguas excurrit, eam ut inveniat, adhæc in hiſce aperiendis ita ingenioſus eſt & felix, ut rarò aberret.

Vide Etymologic. Angl. Skinner Epiſt. ad Lector.

Jam autem, cùm leviora hæc aliquando ſectetur, nihil mirum, ſi *Dictionaria* aliquoties conſulat, eaque in memoriæ auxilium vocet aliquando. Ampliſſima quidem & promptiſſima erat ejus memoria; ſed quęnam ampla adeò, quę omnia complectatur? quęnam ita prompta, ut ad nutum ea omnia effundat, quę ipſi fuere commiſſa? Cùm itaque Dictionaria in eum finem ſunt adornata, ut, ſiquando illa hęſitet vel deficiat, ipſi ſuccurrant, Doctorumque opes in promptuariis hiſce eo conſilio repoſitę ſint, ut quiſque pro indigentia utatur: *Quid vetat alienis hiſce uti, ea parte, qua noſtra ſunt?* Quammulti & Grammatici & Critici in Republica Literaria hodie celebrantur, qui, ſi Kimchii *Radices*, Nathanis *Aruch*, Elię Levitę *Thisbitem*, Buxtorfii *Lexic. Thalmud.*, Stephanorum *Theſauros*, Druſii, Bezę, Grotii, Fagii, Lucę Brugenſis, Bonfrerii, &c. *Notas in Script. Sacr.* Morini *Exercitat. Biblic.* Capelli *Criticam Sac.* Valtoni *Prolegomena in Polyglott. Londin.* alioſque ſimiles Eruditionis Hebraicę, Gręcę, &c Theſauros in ſua non deportâſſent, emaciati eſſent, jacerentque in pulvere neglectiſſimi? Quid ſi illi pari cum Grammatico noſtro facilitate, parique ſucceſſu, ex receptaculis hiſce ad remotiores & primos quoſque fontes, Hebręos, Chaldęos, Arabes, Cophtos potuiſſent aſcendere, ut inde Puriora & Majora haurirent? Aſcendiſſent certe, hauſiſſent etiam largiùs, longéque forent ornatiores & cultiores. Non negamus igitur, quin Noſter ex iiſdem cum illis vel dictionariis vel Recentiorum obſervationibus pleraque ſua deprompſerit; ſed, præterquam quòd ex fontibus ipſis innumera adjecit; ad hęc ea ipſa, quę excerpſit, propriis inventis ſic auxit, firmavit, & ornavit, ut ſua omnino fecerit: cùm contrà plerique aliena ſic exportent, ac in Scriptis ſuis diſponant, ut nulli non continuo aliena & ſurrepta videantur. Plura ad Authoris noſtri commendationem poſſemus facillimè proferre; ſed ex iis, quę fuere allata, nullo negotio intelligetur, ſcientiam ejus totam intra *Grammatices* minutias, *Etymologiarum* peritiam, *Dictionariorumque uſum* haud quaquam circunſcribendam. Sic ſaltem ſentient ęquiores quique.

Eáque de cauſa nihil non egimus, ut quęcunque audiveramus fuiſſe olim ab illo meditata & elaborata, necdum tamen in lucem emiſſa, obtineremus, tertiæque huic Operum ejus Editioni adderemus. Omnia quidem non obtinuimus; quę tamen damus, hęc & numero, & dignitate talia ſunt, ut Lectoris cupiditati queant utcunque ſatisface-

Digitized by Google

facere, donec cætera offeramus: quæ multitudine biſce forſan paria ſunt, ſed, ſi ex titulis & inſcriptitnibus de illis ſit judicandnm, pretio & utilitate inferiora videnrur. Qualiacunque ſint, cùm nulli dubitemus, quin eadem cum cæteris eruditione ſint locuplétata, eodem perfecta judicio, eâdemque elaborata induſtriâ, eam ob rem lubentiſſimè edemus, ſi in noſtram poteſtatem deveniant. Intereà hiſce fruantur Eruditi; tantamque optamus ex illis percipiant voluptatem, quantum in iiſdem illis diſponendis, corrigendis, & illuſtrandis exantlavimus laborem.

Pleraque in Manuſcriptis confuſa erant, & quanquam res ſpectarent diverſiſſimas, attamen conjuncta: hincque non modò ſecernenda fuere, ſed & ad ſuum quæque locum ſingula revocanda; omniaque demum ordine convenienti diſponenda. Cùm obſervaſſemus Diſſertationum quaſdam in eo verſari, ut difficiliores aliquos Veteris Teſtamenti contextus; alias in eo, ut Novi quoſdam; alias denique in eo, ut nonnullos certorum Authorum, cùm Profanorum tum Eccleſiaſticorum, locos explicarent; treſque iſtas ad claſſes poſſe omnes propemodum referri, espropter juxta cum ordinem illas cenſuimus edendas.

Si qua à nobis notata ſunt in iiſdem Manuſcriptis Exſcriptorum errata, (illorum enim pauca nobis ſubminiſtrata fuere Authoris ipſius manu exarata,) ſi quæ, inquam, obſervata ſunt ejuſmodi vitia; hæc eâ, quâ poruimus, diligentiâ, eâque ſolertiâ, ſuſtulimus: cúmque Doctiſſimi Authoris & principia & diſſerendi rationem quoquomodo teneremus, pauca omninò, uti quidem putamus, diligentiam & emendationem noſtram ſubterfugêre.

At in id præ cæteris incubuimus, ut, cùm plurimi in iiſdem Manuſcriptis plurimorum Authorum, ſeu Hebræor. ſeu Chaldæor. ſeu Arabum, ſeu Græcor. ſeu Latinorum, loci vel à Bocharto ipſo in torum omiſſi eſſent, aut imperfectè adſcripti, aut tantùm annotati; quòd forſan arbitraretur eos aliis, quemadmodum ſibi, eſſe familiariſſimos, aut Opuſcula ſua illa aliquando properantiùs exequeretur; vel ab Exſcriptoribus ipſis, quibuſdam de cauſis nobis ignotis, prætermiſſi; eos, quoties expedire viſum eſt, ſuâ quemque linguâ, ſuoque caractere ex Authoribus ipſis integros ſuppleremus; quo omnia planiora evaderent & clariora.

Poſtremò, cùm horum Manuſcriptorum plurima eſſent è Lingua Gallica in Latinam transferenda, advigilavimus, ut aptè transferrentur. Quod ut fieret, Gallica Latinis fideliſſimè ſunt reddita. Tum ſervata in omnibus ſtyli uniformitas quædam, quæ à familiari Authori ipſi latinitate non multùm diſcederet. Ubique demum affectata eſt ſingularis perſpicuitas. Indeque adeò confidcoter aſſerimus Verſiones noſtras Autographis ipſis neque eleganniâ, neque perſpicuitate cedere, ſed ſæpiùs excellere.

Hæc ſunt, quę in Additamentis hiſce pręſtitimus, ut Operis dignitati reſponderent. Quod ipſum Opus attinet, in utraque ejus parte nihil indem omiſimus, quod ad ejus uſum, lucem & ornatum quidpiam videretur conferre.

1. Omnes propemodum Autborum citatorum locos cum fontibus ſuis contulimus, & ſi quid in citationibus vel Typotbetarum vel Exſcriptorum incuriâ eſſet erratum correximus: ſi quid in locis ipſis ex voculæ alicujus defectu, redundantia, inverſione, &c. eſſet obſcurum, voculæ illius additione, ejectione, reſtitutione, &c. explanavimus.

2. Cum Tabulæ Geographicæ, Operi ad diſtinctiorem rerum & regionum notitiam inſertæ, anguſtioribus laterculis pleræque eſſent incluſæ, hincque variorum locorum ſitus ſat diſtinctè non exhiberent: cùm deinde laterculorum illorum plures ſæpe in eadem chartæ facie eſſent impreſſi, er[illegible]e de cauſa ad ſuas quique ſedes à Compactoribus non poſſent transferri; eorum denique, ductus & colores non eſſent ſat elegantes & terſi, ſublata ſunt vitia iſthæc omnia. Nam Tabulæ fuerunt diviſæ, ut unaquæque ſuo loco apponeretur; latiùs multo deductæ, quo regionum, montium, fluviorum, oppidorum, &c. diſtantiam & ſitus evidentiùs & certiùs monſtrarent: æri demum lineamentis & ductibus longè quàm antea luculentioribus inciſæ, ne oculos vel fallerent vel offenderent. Quid quòd, cùm in iiſdem illis nomina locorum, Hebræa potiſſimùm, ſæpe eſſent peſſimè adnotata, ita ut aliquando in eorum ſignificatione peritiores quique hærerent, hæc cautè ſunt reſtituta. Ea igitur ſollicitudine ſunt aptatæ & adornatæ, ut, quanquam 12. vel 13 duntaxat extent, univerſam tamen Geographiam Veterem fideliſſimè exhibeant.

3. Indices ferè omnes ſunt adaucti; neque ſolùm adaucti; ſed præterea cùm generales duo *Phalegi* & *Canaanis* eſſent disjuncti, hi in unum ad uſum expeditiorem conjuncti ſunt; cæterique omnes ſuo ordine ſub Operis finem dudbus hiſce ſunt ſubjecti. Inter eos præterea novus unns eſt additus, in aliis Editionibus deſiderarus, vel certè deſiderandus. Varia totó Opere innumerabilium Authorum cùm Sacrorum tum Prophanorum loca hinc inde emendantur vel illuſtrantur; nullibi tamen in Indicibus ſimul comparebant. Hîc autem in Indicem unum ex ſingulis Libri capitibus non tantùm collecta, ſed & cum exemplaribus apud Scriptores ipſos quæque ſuis fideliſſimè collata; imò & quoties ad emendationem aut illuſtrationem intelligendam neceſſe fuit, plenè adſcripta, ſubjiciuntur.

4. Neque verò, dum graviora illa ſequebamur, leviora & minus neceſſaria prætermiſimus. Cùm Accentuum ratio, literarum Majuſcularum adnotatio, aptæ periodorum interpunctiones; ejuſdemque generis alia nonnulla, ſemper nobis viſa ſint ad rerum ex ſe obſcurarum, quales multæ in hoc Libro occurrunt, cognitionem aliquid afferre; eamobrem univerſa iſthæc ex peritiorum Grammaticorum præceptis religioſiſſimè ſervata ſunt. Quibuſdam fortaſſe ad ſuperſtitionem uſque videbuntur obſervata; at nunquam nos ſuperſtitionis hujus pœnitebit; in minutiis enim illis

Academ. Quæſt. Lib. 2. ſuperſtitimus, ne cujuſquam greſſum morarenrur. Unde & jure poſſumus de his duabus, tertia nim. & quarta Editionibus cum ſuperioribus aliis collatis Ciceronianum iſtud profari, *Recentiſſima quaque ſunt correcta, & emendata maximè.*

Si qua porrò ex hiſce omnibus in publicum redundet utilitas, hæc minimè nobis, ſed honeſtiſſimis & liberaliſſimis quibuſdam Viris, qui in bis edendis & ornandis nos conſiliis ſuis adjuvârunt, vel beneficiis mactârunt, eſt tranſcribenda. Inter eos autem primum multis nominibus locum obtinet *ὁ μακαρίτης Steph. Le Moine*, qui, cùm hanc Operis hujus Editionem ſuſcepiſſet, neque præ negotiorum mole ipſi poſſet vacare, ejus curam in nos tranſtulit, pollicitus ſe non modò conſiliis ſuis nobis affuturum; ſed & multas Authoris cùm Epiſtolas, tum Diſſertationes nobis impertiturum; at cum primùm incaleſceret prælum, triſti fato eſt interceptus, noſque omnibus illis privati. Accedit 2. loco Doctiſſimus *Steph. Morinus*, Eccleſiæ Amſtelodamenſis Gallicæ Paſtor Vigilantiſſimus, digniſſimuſque in *Schola Illuſtri* Ling. Oriental. Profeſſor; qui, cùm olim Clariſſ. Bocharti Collega fuerit in Eccleſ. Cadomenſi conjunctiſſimus, intimaque cum illo diutiſſimè coluerit ſtudiorum commercia; non modò plures ejus nobis ſuppeditavit Epiſtol. & Lucubrationes, ſed & Editionis hujus frontem *Authoris vita*, *accurata Operum illius ſeu editorum ſeu ineditorum Recenſione*, *Eruditiſſimaque Paradiſi Terreſtris ad Collega mentem deſcriptione ornavit.* Succedunt 3. Celeber. *Joann. Georg. Gravius* Hiſtoriar. & Eloquen. in Academ. Trajectina, Clariſſ. *Cappellus* olim Ling. Oriental. in Academ. Salmur. Doctiſſ. *D. Baudry* Hiſtor. Eccleſiaſt. in Acad. Traject. jam memorata, *D. van Til* Theologiæ in Illuſt. Schola Dordracena, Profeſſores, qui omnes vel monitis ſuis, vel ſuppeditatis diſſertationibus, ad hujus noſtræ Editionis ornatum plurimùm contulêre. Accenſendus demum *D. d'Arthenar*, qui ſingulari in rem literariam affectu ex inſula Cæſares nobis Opuſcula illa Omnia, quę Clariſſi. Tapino ſunt inſcripta, multaque alia liberaliſſimè communicavit. Hi ſunt, quibus iſthęc omnia debentur; nullique dubitamus, quin Literati omnes eorum beneficentiam nobiſcum ſingulari affectu celebrent, eandemque illam ſuo tempore beneficentiſſimè Deus remuneretur. AMEN.

STEPHANUS MORINUS
DE
CLARISSIMO
BOCHARTO
ET
OMNIBUS EJUS SCRIPTIS.

OMnes innatâ quâdam cupiditate ortus & totius vitæ decurſus præſtantiſſimorum virorum pernoſcere exoptamus; verùm honeſtiſſima illa optata plerumquè fruſtra ſunt, quoniam fulgòr ingens, quo dum vivunt exornantur, attentas mentes penitus occupat, neque ſinit extrà vagari; luctus verò poſt peracta illorum fata, adeo eſt acerbus, ut amici, & familiares ab eo ſuas cogitationes avocare, & ad diverſiſſima ſtudia eas deferre teneantur. Sanè pleraſque Heroum origines ad rupes, ad quercus, aut ad Deos Antiqui retulerunt, quia genuinas ignoraverunt; mortem verò fabuloſâ apotheoſi condiderunt, adeo ut nihil ſincerum de iis ferè remaneat.

Bochartus ſorte illâ miſerâ eximi meruit, & amici ejus etiam eum ſedulo eximere ſategerunt; invito enim luctu, in quem acerbâ ejus morte dejiciebantur, de ſcribenda ejus vitæ innumeris inſignibus conſpicuæ hiſtoria deliberarunt, & quo deliberatio proſperiùs cederet, etiam omnium votis delectus eſt vir facundiſſimus D. du Boſc tunc Eccleſiæ Cadomenſis, & nunc Rotterodamenſis Paſtor Celeberrimus, qui in varia & multiplici eruditione, judicio acerrimo, ac propenſiſſimo erga defunctum animo nulli cedebat, quique inſuper diuturnâ cum ipſo conſuetudine omnibus ad hoc munus magnificè peragendum requiſitis erat instructiſſimus; ipſe autem illud lubens ſuſcepit, atque cęteros ab illa ſollicitudine exemit.

Verumenimvero incertiſſima ſunt hominum conſilia, tempeſtas enim illa ſæviſſima, quæ omnes totius Galliæ Reformatæ Eccleſias diſſipavit, noſtram cœpit vehementer adoriri, urgentemque nobis ejus paſtoribus impoſuit neceſſitatem intendendi omnes nervos, & omnia adhibendi ſtudia ad jus illius propugnandum, atque hoſtiles impetus propulſandos, idcirco præſtantiſſimus collega, qui collegæ ab his moleſtiis modò liberati vitam meditabatur, & monumenta ad illam deſcribendam neceſſaria, quæ conſanguinei præſtiterant, diligenti manu verſabat, alio convertere oculos debuit: coactus eſt enim apologias edere, & multiplices, diuturnaſque obire legationes quo imminens nobis exitium averruncaretur. Itaque monumenta omnia conſanguineis reſtituta ſunt, & prius propoſitum penitus evanuit, quia dira perſequutio, & iniquiſſimæ lites à Clero Pontificio intentatæ ad Eccleſiæ noſtræ Cadomenſis cladem, & noſtrum exilium perduraverunt.

Sic noſtra calamitas toti Reipublicæ literatiæ luctuoſa eſt, eamque eximio, & optatiſſimo monmento ſpoliat; quia illius auctor futurus à ſe nunc impetrare non poteſt, ut opus edat mancum, & quod numeris omnibus abſolutum non ſit; tale autem ſperari non poteſt difficillimis hiſce temporibus, quibus minimè licet ſcripta alicujus momenti è Gallia obtinere è Bocharti conſanguineis, qui ne libertate quidem fruuntur.

Conveniebat etiam me iiſdem rationibus diſtineri; ſed hinc amici, illinc ingentia ſummi illius viri merita in me à teneris meis annis ad extremum diem, quo beatam aſſequutus eſt immortalitatem, humaniſſimè exhibita, ita impellunt, ut nullam mei rationem habere poſſim; verùm oblatam gratum animum declarandi occaſionem ambabus manibus arripiam: ingenuè tamen fateor me omnibus deſtitutum eſſe adminiculis ad vitam illius illuſtrandam neceſſariis; at propriis ornamentis ſufficienter illuſtratur, ut etiam valeat opellam meam illuſtrare.

Itaque mihi dumtaxat propoſitum eſt fideliter referre, quæ ex ipſo audiviſſe recordor, aut mihi innotuerunt, dum familiariter cum ipſo, ejuſque affinibus agerem, ne quidquam eorum, quæ ad ipſum ſpectant ſilentio meo pereat, ſed quocumque modo reſarciam jacturam præteritâ negligentiâ factam; plurima enim è memoria exciderunt, quia de illis referendis non antea cogitaveram, neque viro immortalitate digniſſimo me parentaturum credideram. Ita autem ſe res habet.

Samuel Bochartus præſens ſeculum antevertit, ut patet ejus effigie Hierozoico præfixâ, quæ teſtatur annum ſexageſimum quartum egiſſe cùm ſexageſimus tertius decurrebat: patrem autem habuit D. Meſnilletum Eccleſiæ Reformatæ Rothomagenſis Paſtorem vigilantiſſimum, qui ex antiqua, & nobiliſſima Bochartorum Proſapia oriundus erat, & conſanguineos plurimos in aula, & Senatu Pariſienſi Clariſſimos habuit, è quibus fuit D. de Champigni Bochart inter Regii Conſilii Proceres electus ad officium Intendentis in Provincia Lugdunenſi, quo integerrimè functus eſt ad mortem uſque, quam an. 1665. in rapidis Rhodani gurgitibus miſerè nactus eſt. Materna origo paternæ non cedit, matrem enim habuit Eſtheram Molinæam Celeberrimi Petri Molinæi ſororem, cujus prudentiam ſingularem, ſinceram pietatem, & gravitatem mirabilem me puero omnes admirabantur; humanitatem verò & benevolentiam ego inprimis ſum expertus ob memoriam Joannis de la Rüe Cadomenſium Paſtoris, avi mei materni, qui arctiſſimâ amicitiæ conſuetudine conjunctus fuerat cum Meſnilleto Londini, quò duris Henrici III. Gallorum Regis temporibus ambo confugerant perſequutionis fugiendæ cauſâ. A Molinæo tunc etiam in ſocietatem

admiſſo

admiſſo prȩterea didici Ruȩum, quem ſemper piiſſimum nuncupabat, fuiſſe prȩcipuum contractȩ inter eos affinitatis auctorem.

Fortȩs naſcuntur fortibus, & bonis, puer igitur nobili ſanguine creatus clara generoſȩ indolis ſpecimina ſtatim ab incunabulis edere cœpit, atque orientes vires in teterrima omnium monſtra nempe ignavum otium, & cȩcam ignorantiam exeruit, ut ab illis ſe expediret, atque literis egregias quibus erat inſtructus corporis, & animi dotes omnino conſecraret; quare mirabiles in iis fecit progreſſus: teſtes ſint 44 verſus Grȩci Atticis leporibus, & exquiſitâ eruditione referti, quibus Thomas Demſterus prȩceptor ejus honori duxit commendari corpus Antiquitatum Romanarum à ſe anno ſalutis 1612 editum: ſic, antequam adoleſceret, opera viris maturis digniſſima peregit; tunc niſi memoria me fallit hoſpitabatur Pariſiis apud avunculum Petrum Molinȩum.

Paulo poſt petiit Sedanum, & operam Philoſophiȩ dedit ſub prȩſidio D. Joannis Smith verbi divini miniſtri, & Philoſophiȩ Profeſſoris in illius urbis Academia, theſeſque publicè cum totius auditorii applauſu anno 1615 propugnavit, eaſque Joachimo Molinæo Aurelianenſium Paſtori avo ſuo & Petro Molinæo Pariſienſium Paſtori ejus filio, ſuo avunculo dicavit verſibus ſuaviſſimis: præceptorem etiam ſuum, & Hayonium, Fabrum, Noientellum carminibus amœnis celebravit, quæ apponentur ad calcem cum iis quæ jam fuerunt commemorata; in primis autem merentur conſiderari, quæ circulo circumſcribuntur, quia inexpectata fuit *de mundo* diſputatio, quam exornant, vixque exigua noctis pars ſuppetebat; hâc ipſâ morâ excitatus opuſculum illud compoſuit multiplicibus verſuum generibus conſtans, quo totum circumdantem circulum penitus repleret; breviſſimi enim ſupremam, & infimam partem, longiſſimi mediam, & mediocres intermedias partes replent; ita ut *Ovum Simmia*, quod ad calcem operum Theocriti habemus, videretur imitari: ſed eo fuit ingenioſius Bocharti inventum, quòd orbi de quo agebatur propria eſſet figura rotunda, & multiplici elegantium verſuum ſpecie conſtabat; ſed, quod magis commendavit, affixum Academiæ valvis non potuit legi, neque intelligi, donec ipſe docuiſſet duplicem uſum ambientis circuli eſſe, atque figuram revera mundi deſignare, ſed inſuper primas, & poſtremas uniuſcujuſque verſus ſyllabas conſtituere, atque ὦ O utrobique gerere vices. Innumera alia poëmata ſunt prætermittenda, ſed unum adhuc commemorare debeo, quo 1618 ingenioſiſſimâ proſopopœiâ Sedanum, Moſam, & Academiam querentes inducit de diſceſſu illuſtriſſimorum Principum Ludovici Philippi Comitis Palatini Rheni, & Friderici Mauritii Turræi Sedanenſium Principis, hoſque Principes amicis verbis reſpondentes, in eo enim ignea vis ingenii, politior facundia, & amœna ubertas ubique micant. Denique ad carmina natus videbatur, & ſæpe accidit ut dum ſimul iter faceremus ſolutâ oratione eum alloquerer, ipſe verò mihi terſis verſibus conſtanter reſponderet.

Etſi in humanis literis uberrimos faceret progreſſus, & Poëtarum illecebras, Oratorum ornamenta, Philoſophorum acumina, atque innumerabiles Hiſtoricorum opes in deliciis habere exiſtimaretur iis tamen exornari dumtaxat ſatagebat, ut inſtructior adiret S. Theologiam omnium doctrinarum dominam, ſeque totum ejus cultui penitus conſecraret; quapropter præcipuas ſtudiorum horas hauriendis præceptis Jacobi Capelli rerum divinarum, & Eccleſiaſticarum ſcientiſſimi religioſè addixit, atque iis ſolidiſſima documenta quæ ex ore Molinæi privatim hauſerat validè confirmavit.

Sedano profectus, non poſſum certo affirmare, quam Academiam petierit, puto tamen me didiciſſe, quòd Salmurii audiverit Cameronem, & eo præſide Theſes Theologicas defenderit; Camero autem Clariſſ. Gomaro anno 1618 ſucceſſor datus eſt, & Salmurio excedere, atque Londinum ſe conferre turbis civilibus coactus anno 1621; ſic præter hoc tempus aliud non ſuppetit, præterea certò ſcio quòd Cameronem in Angliam ſequutus eſt, & tunc Londini privatas ejus lectiones aliquandiu excepit: quin memini audiviſſe narrantem, quòd in ejus comitatu Regiam ingreſſus, ut Jacobum primum Angliȩ Regem intueretur prandentem, obſervaviſſet Lectorem qui ſecundum morem legerat S. Scripturȩ caput, ut piis ſermonibus præberet argumentum, tunc verſatum fuiſſe in cap. 27. Ezech. & Regem quȩſiviſſe quamobrem in quibuſdam Verſionibus verſ. 11. dicerentur *Pygmæi* in Tyri turribus ad cuſtodiam conſtituti? Aquila enim, & Vulgata ibi Pygmæos habent. Quidam autem reſponderunt ex Cteſia quod horum homuncionum μακρότατοι πηχέων δύο, οἱ δὲ πλεῖστοι ἑνὸς ἡμίσεως πήχεως *maximi ſint duorum cubitorum, plerique verò unius cubiti cum dimidio*, ut videre eſt apud Photium; unde ſequitur minimos eorum eſſe dumtaxat cubitales, & merito Pygmæos dici, eoſque propterea conſtitutos ad turrium Tyri cuſtodiam, ut pateret eas non egere cuſtodia, & aſpernari omnes hoſtium impetus, quemadmodum 2. Sam. 5: 6. Jebuſæi cæcos, & claudos ad urbis ſuæ cuſtodiam appoſuerant, ut Davidi oppugnanti contemptum ſuum declararent. Alter dixit hos Pygmæos exiguitate virium, & continuo cum agiliſſimis gruibus bello cui vix ſunt pares, reddi ſolertiſſimos, & conſequenter excubiis eſſe magis idoneos, quam viri fortes, qui ſolent contemnere pericula. Quidam ex eodem Cteſia potuerunt addere Pygmæos eſſe peritiſſimos ſagittarios, & licet validis non pollerent viribus potuiſſe tamen induſtriâ ſuâ nocumenta præcipuis obſeſſoribus inferre non contemnenda: nihilominus non ſatisfaciebant, quia Pygmæi illi cubitales exiſtimantur fabuloſi; ad rem propiùs accedere viſi ſunt, qui dixerunt in Textu Ebræo legi גמדים gamadim, & *Gamadæos* eſſe Phœniciæ populos; revera eorum meminit Plinius lib. 2. cap. 91. & eorum operâ commodè uti potuit vicina Tyrus; Aquilam autem & alios reſpexiſſe ad ſenſum, qui ambiguus eſt & æquè populos illos ſignificat, ac Pygmæos ſive Cubitales, ut qui mare אדום *Edom* ſive Idumæum, quod in confinio Idumææ eſt mare ἐρυθρὸν & Mare Rubrum, quia Edom Eſavi nomen Rubrum ſignificat: reſtabat tamen ſcrupulus ex eo quod altum eſt de Gamadæis illis ſilentium apud Ptolemæum, Strabonem, & alios Geographos; quin apud ipſum Plinium in inſignibus editionibus pro Gamadæis, Gamales leguntur; neque veriſimile Aquilam accuratum Interpretem mutâſſe nomen populi in oriente noti, & in ejus locum tranſtuliſſe nomen appellativum: quapropter Camero non ignotus in aula juſſus eſt ſententiam dicere; reſpondit autem modeſtè ſibi videri *gamadim* per Pygmæos rectè exponi potuiſſe, cùm utraque vox à voce *cubitum* ſignificante formetur, ſed ad ſtaturæ exiguitatem non debere referri, quoniam robur brachii potius ſignificat: ſanè πύγμαχος *pugil* nuncupatur, quaſi certans robuſta πυγμῇ, & *pugno*, à quo etiam verbum *pugno*, *pugnare*, & ipſa *pugna*; quia ſive cæſtu, ſive quibuſvis armis fiat robuſtam pugni cum brachio, & firmam articulationem requirit; unde *manum militarem* Græci, & Latini militares copias nuncupant, quod manu inprimis valeant, & θρασύχειρ *vir* audax, & bellicoſus dicitur: hac ratione addidit Camero Græcis Pygmȩus eſt, qui Gallis diceretur *homme de main*, & Anglis *arme-ſtrong*: placuit Regi hæc expoſitio; ſed dum pluribus illam vellet confirmare Camero, ad pedes ejus Morio Regi gratus ſubito advolutus omnium Auli-

corum

corum ora ad ſe convertit, & non leviter perturbavit Cameronem: ſcilicet Arme-ſtrong aut ſimillimo nomine vocabatur, & Cameroni applaudebat, gratiaſque agebat, quòd nominis ſui antiquitatem ſacrâ Prophetę auctoritate comprobâſſet, atque inde arripuit occaſionem jocula riter perſtringendi proceres, qui genuinâ nobilitate non contenti antiquiores Codro, Crono, & ipſis Titanibus volunt videri; quidam hoc morbo laborantes aderant, quos facetè provocavit ad ſecum de antiquitate contendendum: itaque joci & riſus exceperunt ſeria, atque comparatum diuturnâ conſuetudine in conviviis locum recuperaverunt.

Oxonienſem Academiam eodem illo tempore inviſit, & recondita in ea doctę Antiquitatis monumenta ſedulo perluſtravit; querebatur tamen de incommoda Anglorum pronunciatione, quà fit, ut Lingua Latina communis Doctorum cujuſvis gentis interpres vix in ore Anglorum intelligatur, aut illam Angli in ore aliarum nationum intelligant; quod ridiculo experimento ipſi patuerat in ipſa Academia, quoniam obnixè rogaverat aliquem ex Academicis Proceribus ut ipſi concederetur locus, è quo ritus in Doctore jam jam creando obſervandos commodè cerneret: Doctor, qui è Patrię finibus nunquam exceſſerat, & ſuam dumtaxat noverat pronunciationem, peregrinum dumtaxat eum eſſe intellexit, & viatico egere judicavit, quamobrem, poſt brevem conſultationem, reſpondit facultates Academiæ tunc eſſe tenues, atque paucos ipſi obtulit nummos, quos ſubridens reſpuit: ſic olim nobili Anglo Latinis verbis eleganter ſalutanti Scaliger fertur reſpondiſſe: *excuſatum me habeat rogo, domine, Anglicam Linguam non calleo:* fruſtra probaretur Veteres eodem modo loquutos, quoniam eum ipſis colloqui non ampliùs licet; quare convenientius eſſet recepto ubique mori ſe accommodare, ut talia incommoda evitarentur.

In Anglia pauliſper commoratus eſt, nam anno 1621. vertente Lugduni Batavorum erat, & ſub Erpenio Linguæ Arabicæ promotore intimam hujus Linguæ cognitionem adipiſci ſatagebat, ejuſque beneficio omnia Linguæ Ebręę arcana penetrabat: avidè etiam excipiebat doctiſſimas Lectiones A. Riveti Profeſſionem Theologicam in illuſtri illa Academia paulo ante adepti, & ductâ in uxorem. P. Molinæi ſorore cum ipſo arctâ affinitate conjuncti; conjunctior tamen adhuc erat benevolentia, quam ſingularis ejus humanitas, & propenſiſſimum Bocharti in res ſacras ſtudium conciliaverunt, cujuſque teſtem eſſe voluit *Catholicum orthodoxum*, quem anno 1629. inſcripſit ejus nomini: poſſem plura addere argumenta, me enim ſępius in gratiam Bocharti Bredæ amantiſſimè excepit rever. Rivetus, & obſervabam eum exultare gaudio quoties de illo inter nos agitaretur ſermo: neque mirum, nullum eſt vinculum fortius ſanctiſſimorum morum; & inſtituti ad gloriam Dei per pia ſtudia certatim tendentis ſimilitudine.

Tandem ſtudiis feliciter peractis repetiit Patriam, & invenit matrem Patre ſuo, qui cœlum petierat, viduam, eique dulciſſimum attulit ſolatium: tunc autem præclara illius fama ad Eccleſiam Cadomenſem uno è Paſtoribus ſuis orbam advolavit; ea autem illum illico advocavit ad ſuum regimen ſolemnibus omnium votis, ut damnum acceptum repararet, & morem gerentem huic vocationi ſummo applauſu excepit: nullis verbis exprimi poteſt quanto cum ſtudio omnes vigilantiſſimi Paſtoris expleverit partes, aut quanta cum aviditate, delectationeque eſcam ſpiritualem ab ipſo propoſitam grex ejus capeſſerit; condiebat enim ſermones ſuos rarâ eruditione, quæ pariebat admirationem, ſed ad captum etiam ita temperabat, ut guſtui omnium mirabiliter ſaperent; præterea zelo ardenti inflammabat ad pietatem torpeſcentes, & reluctantes domabat; accedebant incontaminati nullâ vitiorum contagione mores, qui firmam ejus documentis fidem faciebant, & ſincerus candor, ingenuaque libertas, quibus ipſa contumacia vix potuiſſet reſiſtere: quapropter cunctis gratiſſimus fuit, etiam Pontificiis, modò illi excipiantur, qui cæco furore acti religionis ſummam in acerbo in diſſentientes odio collocant, quique æſtuantes invidiâ nihil ſanctius habent, quàm adverſari virtuti etiam cum inſuperabili patientia dumtaxat de illorum injuriis tranquillè triumphatur.

Nihilominus non diu tranquilla fuerunt placidiſſimi illius viri ſtudia, obſidium enim Rupellæ, quod claſſicum in Religionem Reformatam canere multis videbatur, innumeram *Controverſiſtarum* colluviem excitavit, qui Paſtores Celeberrimos ad diſputandum provocârunt, non ut veritatem elicerent, ſed ut in diſputationis ardore incauta aut ambigua quædam verba captarent, & ſiniſtrorſum detorta in crimen calumnioſè verterent, innumeraque damna Paſtoribus, & eorum Eccleſiis inferrent: talis Thraſonicâ audaciâ famoſiſſimus Vero, qui ſubdolas Jeſuitarum artes in illorum ſodalitio edoctus, illud deſeruerat, ut decorus titulo *Doctoris in Academia ardentium*, & diplomate Regio munitus totam peragraret Galliam: poſt ſæpius experimenta ſua alibi facta hic balathro Cadomum petiit cum methodo ſua textus formales S. Scripturæ iiſdem verbis articulos Confeſſionis fidei noſtræ exprimentes efflagitante; ne autem eadem oppugnaretur curaverat edi Novum Teſtamentum in quo expreſſis verbis miſſa ab Apoſtolis celebrata legebatur, Act. 13: 2. *λειτουργούντων δὲ αὐτῶν missificantibus illis* vertere non erubuit; ſed alii Pontificii erubuerunt, & Joannes Morinus lib. 2. Exercit. Eccleſ. exercit. 5. probat evidenter *λειτουργεῖν* convenire Diaconis, qui ſacrificare non poſſunt, ut ſacerdotes quibus id officium vult convenire, & conſequenter ſimpliciter miniſterium Eccleſiaſticum, quod in genere ipſis tribui poteſt, eo verbo ſignificari, ut patet Canone 14. Apoſtolis tribui ſolito, & 13. Con. Chalcedonenſis Oecumenici, Act. 15. & aliis: Vero itaque cœpit Bochartum laceſſere 4. Septemb. 1628. neque ante deſtitit, quàm coëgiſſet in publicum cum ipſo certamen deſcendere; arx ad id delecta eſt; Præſides, aut ſaltem aſſiſtentes fuerunt viri primarii, Dux Longavillęus Normannię pro-Rex, cùm per graviſſimas occupationes licuit, arcis præfectus D. *du Lys* dictus, D. *de Sainct Clar* Turgot ſupplicum libellorum magiſter, & alii urbis magriſtratus ex parte Pontificiorum: ex noſtra verò Marchio *de Courtomer*, D. *de Cagny*, &c. cum numeroſa civium utriuſque religionis corona: duravit autem hęc diſputatio à 22. Septembris ad 3. Octobris & novem continuis ſeſſionibus eſt peracta; quodque pręcipuum eſt, controverſiæ majoris momenti in ea fuerunt acriter agitatæ; nempe *de ſinceritate noſtræ Verſionis Gallicæ Bibliorum*, & *veteris Vulgatæ*; quæ dederunt locum agendi *de imaginibus*, *de traditionibus*, *de interceſſione Sanctorum*, *bonis operibus*, *miſſâ*, *Presbyteris*, *cibis vetitis*, *cælibatu*, *certitudine ſalutis*, *S. Scripturæ auctoritate*, *Eccleſiâ*, *primatu S. Petri*, *Papæ poteſtate*, *B. Virgine*, *Sanctis*, *reliquiis*, *libero arbitrio*, *meritis*, *votis*, *abſtinentiis*, *juſtificatione*, *purgatorio*, *limbo*, *precibus pro mortuis*, *numero Sacramentorum*, *Eucbariſtiâ*, *æquivocis* &c. Acta præterea, quod rarum, habemus integerrima, quia ſtatim ab initio convenerat ut duo ſcribę eligerentur, unus Pontificius, & alter Reformatus, qui ea exciperent, & in fine uniuſcujuſque Seſſionis coram toto conſeſſu conferrent, ut collata à Præſidibus & ab utroque diſputatore ſubſignarentur; ita ut nihil in ipſis requiri poſſit, cùm authentica ſint, & eodem illo tempore ab utraque parte typis fuerint edita, mirabili divinæ Providentiæ operâ, cùm ubique veritas de falſis dogmatibus, fraude, impu-

dentiâ, & cæteris errorum patronis illuſtres reportet victorias, atque vario ſolidæ eruditionis decore ornata exultet: præſertim in primo illo ætatis flore Patrum ſcripta, & multiplicia Eccleſiaſticæ hiſtoriæ monumenta ſedulo perluſtrâſſe viſus eſt Bochartus in inſignibus additamentis quæ ad illam diſputationem fecit, quæque adverſarii procacitas non permiſerat in ordinem referre; atque in tertia agitandarum ex conſtituto controverſiarum parte, quam ſolus abſolvit, quia adverſarius vadimonium deſeruit: in hac autem poſtrema parte Orthodoxa *de Euchariſtia* ſententia contra Pontificiorum ſtrophas validè aſtruitur, propugnaturque, & evidentiſſimis quinquaginta Patrum quatuor primorum à Chriſto ſæculorum teſtimoniis confirmatur; trecentis inſuper articulis ex conciliis, canonibuſque Eccleſiæ Romanę deſumptis, probatur eam S. Scripturæ expreſſis verbis adverſari: denique accurata *cælibatûs Eccleſiaſticorum hiſtoria* exhibetur, quâ plurimis uniuscujuſque ſæculi ad 16 uſque exemplis demonſtratur, matrimonium illorum graves habuiſſe Patronos, atque nunquam fuiſſe penitus ab uſu ſemotum. Convenit præterea obſervare quòd Veronis ſcriptis conſtanter inſiſtebat, ut ſaltem ſcripto poſtea reſpondere poſſet; quandoquidem colloquii ſpem fugâ ſoâ abſtulerat: verùm etiamſi diutiſſimè ſupervixerit, & Carentonii prope Pariſios Curatus ſive Parochus otio abundaverit, victoriam ſuo ſilentio ceſſit, & liber à Bocharto editus, ut inviolabile Trophæum, ad hunc diem permanſit: diutiùs in his oportuit immorari, quia liber ille Gallicus eſt, neque Doctis omnibus notus.

Solemnis illa diſputatio maturum, ſubactumque Bocharti ingenium, ſolertiam, variam eruditionem, acumen etiam, & ſive in argumentando, ſive in reſpondendo ſubtilem ſoliditatem adverſariis manifeſtè declaravit; quapropter alii ipſum metuerunt, alii æſtimârunt, & nullus per aliquot annos ſtudia ejus delicias interturbavit: illa autem ad Eccleſiæ ædificationem tota ſe conferebant, & obiter dumtaxat perfecit illa opera, quæ totus orbis deoſculatur, aut avidiſſimè expetit; nam pro ordinario concionum ſuarum argumento primum Moſis librum à Græcis *Geneſim* dictum delegerat, totumque expoſuit à principio ad verſ. 18. cap. 49. excellentiſſimis concionibus, quas manu ſuâ ad verbum nitidè deſcriptas ſuo ex unica filia nepoti Samueli *le Sueur* domino *de Collevìlle* in Parlamento Rothomagenſi olim Senatori cum multis aliis ſcriptis auro contra æſtimandis reliquit: quia autem in ſecundo illius libri capite *Paradiſus* in gratiam Adami conditus deſcribitur, ad illius ſitum agnoſcendum, & deſcriptionem illuſtrandam omnes ingenii, & eruditionis dotes adhibuit; multa autem occurrerunt quæ concionibus ad populum in Eccleſia habendis non conveniebant, ut ſunt nominum Ebræorum origines, citationes auctorum, variæ regionum, & fluviorum deſcriptiones, atque doctæ obſervationes, quæ Doctorum palatis dumtaxat ſapiunt: idcirco tractatum peculiarem *de Paradiſo terreſtri* eſt aggreſſus, & ſenſim ad finem perduxit.

Phaleg ſimilem habuit originem, cùm enim ad caput Gen. 10. perveniſſet, & ipſi exponendæ eſſent primæ omnium gentium origines totus earum ſcrutationi incubuit, antiquiſſimos coſuluit auctores, diverſa gentium monumenta cum Moſis hiſtoria ſedulo contulit, atque nulli pepercit labori; ut has poſſet illuſtrare, & nihil è Cathedra proferret, quod veriſſimum, & compertiſſimum non eſſet: dum verò huic ſtudio aſſiduam dat operam, Antiquorum & Recentium innumeros agnoſcit errores caducis innixos fundamentis, quos refellere debuit; vera etiam multa è denſis remotiſſimæ antiquitatis tenebris eruit, quæ validis argumentis, & auctoritatibus confirmanda fuerunt: nonnulla forſan veriſimilia tantùm, ſed conjecturis adeo ingenioſis ſuffulta, ut nemo ſit qui vera eſſe non velit: hâc ratione pedetentim crevit Geographiæ Sacræ opus, & tandem obtinuit complementum omnibus numeris abſolutum.

Chanaan, ſive priſca Phœniciarum navigationum veſtigia, quæ in plurimis populorum, regionum, fluviorum, urbiumque nominibus deliteſcebant, ſponte paruerunt dum Noachidarum omnium ſedes ubique gentium ſedulo perquirit, quoniam hæ paſſim permixtæ erant recentioribus Phœnicum Coloniis, licet difficiliùs diſcernerentur ob Linguam Ebraicam cum exiguo diſcrimine in harum, ac illarum originibus conſpicuam; ſed tanta erat illius ſagacitas, ut diſcrimen ipſi ſtatim ſubolverit, & ope antiquorum monumentorum, quæ in promptu habebat, evidenter confirmaverit; ita utriſque quod ſuum erat aſſignavit, & eâdem operâ, quâ ſuum Phaleg, etiam Chanaan compoſuit.

Hierozoicon ex multiplici animalium mentione, quam fecit Moſes, ſimiliter coaluit, & longè plura etiam commemoranda fuerunt, quia nonnulla eorum nomina diverſis fuerunt attributa ſpeciebus, quas opus fuit attentè conſiderare, ut ex earum proprietatibus agnoſcerentur eæ, quibus præcipuè convenirent. Præterea Moſes diſertis verbis declarat jumenta, feras, reptilia, piſces, immania cete, aveſque & omnia viventia à Deo condita fuiſſe, & conſequenter de illis omnibus amplam de illis ſaltem generaliter agendi, & illorum peculiares dotes explicandi habuit occaſionem: præſertim nomina, quæ ipſis dicuntur fuiſſe ab Adamo impoſita, fecerunt ut plurimorum nomina excuteret ad videndum an quamdam cum Lingua primigenia, & inditis à natura facultatibus convenientiam haberent: verbi gratiâ, *Camelus* Latinorum, & Græcorum κάμηλος ad גמל *gamal* nos ſponte deducit, nam c & g ſibi penitus reſpondent, & utraque illa litera eumdem in alphabetho locum occupat; nam g in Ebræo, & Græco tertia eſt, ut c in Latino, & noſtro; unde Auſonius Edyl. 12. de lit. --*gamma vice functa prius C*; quare quem Latini *Cajum* vocant, Græci γάϊον dicunt: c etiam à κάππα vix differt, nam Colaphus κόλαφος, Colchis Κόλχις &c. eadem ſunt nomina: ad rationem nominis quod ſpectat, evidentiſſima eſt, *gamal* enim ſignificat *rependere*, & *retribuere*, conſtat autem Camelum præ cæteris animalibus injuriarum memorem, & idcirco dici ab hiſtoricis qui de illo agunt μνησίκακον. *Fera* Latinis dicitur omne animal agreſte, unde Servius, quod huc atque illuc vagans quo inclinat animus feratur, habere nomen exiſtimat; at Græcis ſimiliter φῆρα nuncupatur, & φὴρ iis qui volunt Æolicè ſic dici pro θὴρ: antiquiores autem Ebræi litem diremerunt, iis enim uſitatum nomen פרא *fera* ad ſignificandum feroces illas belluas, quæ in ſylvis degunt, quare Iſmaël earum luſtra frequentans, & truculentiam ſuperans genio venationis artibus dedito vocatur פרא Gen. 16: 12. id eſt ut exponitur in Verſione 70. ἄγροικος: prona patuit via ad ulterius procedendum, quoniam à *fera* formatur *ferus*, quem Virgilius 2. Æneid. ad equum, & 8. ad cervum ſignificandum adhibuit, quia humanâ induſtriâ cicures fiunt, & equus inprimis generoſam ſervat ferociam; niſi malimus quod *ferus* in hoc ſenſu reſpondeat Ebræo פרש *faras*, quo Arabes etiam, Æthiopeſque ad equum ſignificandum utuntur, & maximè Perſæ, qui inde ſuum obtinuerunt nomen, quia ſtatim à prima pueritia equitabant, & præſertim Cyro Duce ex equis pugnare aſſueverunt. Mihi exſcribendus eſſet totus hic liber, ſi exempla convenientia nominum Ebræorum cunctis animalibus impoſitorum cum illorum natura & proprietatibus inſignia mihi eſſent referenda; nam inſignia omnia ſunt, & ingenioſiſſima eruditiſſimaque Bocharti ſolertia adeo appoſitè illa cum his comparavit, conciliavitque, ut vix liceat ulla aliis anteponere. Hiſtoria diluvii

Digitized by Google

luvii poſtea animalia in pura, & impura diſcriminavit, ipſique diſquirendum fuit in qua ratione illud diſcrimen conſtitui deberet? an in naturali quadam fœditate quæ ſolo aſpectu nauſeam parit, ut cùm Tacitus dicit hiſt. l. 4. cap. 60. *prophana, fœdaque in uſum neceſſitas vertit*? an verò, quod videtur probabilius, ab eo tempore cœperint quædam animalia videri aptiora ad ſacrificia, ob ordinatam vivendi rationem, alia verò inepta ob ſpurciciem, & effrænatam in ſævitiam, aut ingluviem, aut libidines, & cætera vitiorum rudimenta propenſionem; ut quemadmodum familiam Noachi cæteris prætulerat, & ex ea Semum elegerat, ex Semi poſteris Eberum, Abrahamum, tandemque Iſraëlitas; ſic electas illas familias ab aliis certo quodam vivendi more atque ceremoniis præſcriptis Deus religioſè ſecerneret: quidquid ſit perſpicuum ſeptena ab excidio ex omni ſpecie pura fuiſſe ſervata, ut victui, ſacrificiis, & conſervationi ſuæ ſufficerent, & bina impura dumtaxat aſſervata, ut varietate, ornamento & quibuſdam dotibus peculiaribus univerſam rerum naturam redderent magis completam; quamobrem non potuit Bochartus eorum meditationem negligere, neque etiam prætermittere fabuloſa, ut phœnicem & cætera quæ unica dicuntur, quia bina omnia arcam ingreſſa dicuntur à Moſe, & conſequenter unica debuerunt excludi, ut S. Scripturæ ſarta tecta permaneat auctoritas.

De plantis, arbuſtis, & arboribus plurimis etiam egerat, quia Paradiſus terreſtris ornatus omnigenis plantis, & conſitus arboribus omnibus ad aſpectum gratis, atque ob fructus utilibus legitur. Deſcriptio illa eſt generaliſſima; ſed Levit. 23: 40. etiam arborem aſpectu pulchram ad tabernacula conficienda adhibere jubentur Judæi, & hâc arbore ſpecioſâ intelligunt Citrum; ſic generalia vocabula cum excellentiam comitem habent poſſunt ab inferioribus diſtingui. Fit poſtea mentio arboris vitæ, & arboris ſcientiæ boni & mali, quæ amplam divinandi materiam Rabinis, Chriſtianiſque antiquis, & recentioribus ſuppeditârunt. Legitur in Diluvii hiſtoria Noachum arcam conſtruxiſſe ex lignis גופר *gopher*; ad Cupreſſum Latinâ terminatione ablatâ Ebrea vox adeo prope accedit, ut vix liceat aliter interpretari: attamen Chaldaicę Paraphraſes tres Onkeloſi, Jonathanis, & Hieroſolymitana unanimiter reddunt ligna Cedrina, habent enim voces קדרום *Cadros* קדרונין *Cadronin*, & קדרינין *Cadrinin* ex voce κέδρ☉, aut *Cedrus* ipſis non ſatis notâ evidenter deformatas: Syra Verſio contrà reddit ܓܪܘܟܐ *gnoraca*, quâ exponunt Exod. 2: 3. גמא *juncum* ſcilicet herbam aquatilem ex qua potuit quidem confici arcula ad puerulum tantiſper ſuſtinendum apta, non verò ingens navis innumeris onuſta animalibus, & alimentis ad vitam illorum per plures menſes ſuſtentandam neceſſariis; quamobrem alii juniperum exponunt *cariem vetuſtatemque non ſentientem*, ut probat Plinius templo Dianę Sagunti *conditio anno ducenteſimo ante excidium Trojæ, cui pepercit religione inductus Annibal, juniperi trabibus etiam nunc durantibus*, inquit lib. 16. c. 40. Arabs Interpres prætulit אלשמשאר *Scemſar Buxum*, cujus pondus non ſiviſſet arcam aquis ſupernatare: Perſica exponit זנובר *pinum* licet montium cacumina, & frigora malit, quàm planiciem, & mollem Babylonię aërem à qua primi orbis incolę inviti receſſerunt: Munſterus tamen hanc interpretationem amplexus eſt, & *Kiſer* pinum Germanicè ſignificans ad illam confirmandam ſuppeditavit argumentum ipſi ſufficiens; at זנובר *Sanabar* in Lexico Coptico redditur κωνάριον☉: Gręca denique 70. Interpretum Verſio vult ἐκ ξύλων τετραγώνων ex *lignis quadratis* arcam factam; quod non deſignat ſpeciem ligni, ſed formam, omnia enim ligna poſſunt operâ fabrorum fieri quadrata; idcirco Vulgata Verſio Græcæ veſtigiis inſiſtens habet *ligna lævigata* id eſt *polita* & *complanata*, qualia debent eſſe, ut conſtructioni navis ſint idonea. Scholia Græca ξύλα ἄσηπτα explicationis gratiâ addiderunt; neque dubito quin ad arcam Dei juſſu in deſerto, ut præſentiſſimum eſſet Dei faventis ſymbolum, conſtructam reſpexerint: ſemper enim in Pentateucho dicitur conſtructa ex ξύλων ἀσήπτων *lignis incorruptibilibus*; at plurima ſunt ejuſmodi ſecundum Plinium l. c. Si autem recurramus ad vocem Ebræam שטים novas pariet ambiguitates; nam R. Aben-Ezra in Exod. 25: 3. ex Majorum ſuorum traditione refert, hoc lignum plantâſſe in Ægypto Jacobum, & monuiſſe liberos, ut exeuntes ſecum auferrent; R. Salomo Jarchi quidem addit ibid. ex Cedris in Ægypto plantatis prognatum illud lignum; ſed Cedrus cum שטים nullam habent affinitatem, & veriſimilius eſt quòd שטים ſit *acacia* ſive ſpina Arabica, quam incolæ vocant שנט *ſant* inſerto *nun*, ut חטה *triticum*, Arabes vocant חנטה *chinta*, quia dages Ebræum latentis *nun* eſt indicium; Ægyptii etiam acaciam nuncupant Σόντ: quin licet exiſtimare ἄσηπτα ligna inde dicta, & Interpretes retinuiſſe vocem Ebræam, & in Græcam terminationem formatam ſcripſiſſe σῆττα, cujus ſenſum ignorantes Interpretes in ἄσηπτα notiora permutârunt; ſanè in Jeſ. 41: 19. ubi ſingulariter שטה extat Aquila, & Symmachus σῆτται habebant, & in S. Hieronymi ad h. l. commentario *Setta* legitur; & in Homil. 24. in Gen. S. Chryſoſtomi arcam factam ἐκ ξύλων σήπτων adhuc in Editione mea lego, ut pateat corruptionem gradatim factam: ſed quod manifeſtius eſt, & ſaltem intendebam hoc exemplo demonſtrare: nempe quòd in rebus manifeſtiſſimis plerumque cæcutiunt Interpretes, cùm in *gopher* Cupreſſum non animadverterint, Fullerus revera propendebat in illam, & cæteris arboribus convenientiorem judicabat; ſed Bochartus omnem dubitandi anſam abſtulit, Cupreſſetum etiam ex quo Cupreſſi cędi potuerunt detexit, utque à Deo ipſe locus ad id videretur deſtinatus, juxta ipſum Naphthæ fontem ſcaturiviſſe ex Strabone, & commodiſſimam Noacho arcam obliniendi materiam ſuppeditâſſe demonſtravit; denique obſervavit fuiſſe proximum Tigris alveum, quo fabricata in vicinia arca facilè deducta eſt aquis ejus ad ſcaturiginem juxta montem Ararat ſitam ab Oceano ingruente Notoque vehementer flante retroactis: plura non opus eſt addere ad demonſtrandam utilitatem Tractatûs, qui in eamdem è denſis tenebris lucem cæteras S. Scripturæ arbores, & plantas transtuliſſet.

De gemmis, unionibus, lapilliſque pretioſis opus etiam meditabatur, & multas congeſſerat obſervationes, atque nominum in S. Scriptura contentorum ex diverſis linguis, & antiquis Auctoribus examina, quæ in dies augebantur, & idcirco huic ſicut cæteris ultimam manum imponere differebat.

Tandem amicorum continuis precibus adactus ad Editionem ſui *Phaleg* animum appulit, utque correctior eſſet, effecit, ut Joannes Jannonius Sedanenſis Typographus evocaretur Cadomum, & uni huic operi totam induſtriam privatim adhiberet, quod anno 1646 abſolutum eſt, & *Chanaan* etiam ejus veſtigia preſſit, ut ex Epiſtolis dedicatoriis colligitur, & eodem anno in publicam prodiit lucem.

Exceptus cum incredibili omnium Eruditorum applauſu felix ille partus ſollicitabat Bochartum ad aſſiduam cæteris operam dandam, & ſponte currenti calcar addebat; dum autem ſuum adornat Hierozoicon, & commemorata in Sacris voluminibus animalia ad ſuas claſſes revocat, factaſque obſervationes ſatagit in ordinem redigere; diverſa occurrerunt avocamenta, quorum duo majoris momenti merentur commemorari.

 Primum

Primum ſpectat funeſtas illas quæſtiones, quæ totam Angliam à multis annis agitârunt, & utinam agitare deſinerent. 1. *De Epiſcopatu, & Presbyteratu.* 2. *De provocatione à judiciis Eccleſiaſticis*; & 3. *De jure, ac poteſtate Regum*; ſuper his conſuluerat ipſum D. *Morley*, tunc Caroli II. Regis Angliæ Sacellanus, & ejus ſententia videbatur profectura ad conciliandos animos præcedentibus bellis exacerbatos, & in contrarias partes diſtractos; quod eo tunc erat optabilius quod Scotorum Legati aderant, & cum Rege, ejuſque Miniſtris feriò agebant de illius inauguratione, & Ormondius Marchio in Hibernia fortiter propugnaret ejus cauſam; Anglique in eum & Regiam ejus dignitatem conjurati, ab aliis, quibus conſtitutum antiquis legibus regimen ſemper cordi fuerat, ad meliorem mentem ſenſim revocarentur: verumenimvero ſingulari prudentiâ opus erat, & in harum controverſiarum deciſione utriuſque partis ratio æqualis cautè erat habenda, ne dum in unius favorem videretur propendere, alteram offenderet; utrumque ſcopulum feliciter evitavit, liberavit Presbyterianos ab iniquis multorum ſuſpicionibus, legitimam apicis Epiſcopalis inſtitutionem, abſque ullo Presbyterianę ſimplicitatis pręjudicio aſſeruit, & diverſa illa regimina, quorum hoc quibuſdam arridet, illud aliis, oſtendit merito poſſe comparari cum Politicis, quæ omnibus eadem non conveniunt; ſiquidem Monarchicum plurimis videtur præſtantius, alii verò Ariſtocratico, aut Democratico gaudent: modo igitur ſupremum in Eccleſiam dominium, & condendarum legum auctoritas penes unum Deum ſarta tecta remaneat, non multum refert an Epiſcoporum an Presbyterorum operâ leges illæ religioſè obſerventur, cultuſque Deo debitus exhibeatur: quoniam neque Chriſtus, neque Apoſtoli ullam diſciplinæ formam præſcripſerunt Eccleſię, quę ab utriſque non poſſit exerceri: quin ſplendor Epiſcopalis videtur pręſtare in regnis, ne nimia Eccleſiaſtici ordinis humilitas vileſcat in oculis eorum, qui magnificis aulæ dignitatibus aſſueti exiſtimant præcipuum decus deberi religioni, quæ Regem gloriæ, Regem Regum ſpectat; hocque decus etiam utile eſſe, ad facilius diſponendos piæ nobilitatis animos in ſtudia religioſis muneribus neceſſaria: in Rebuspublicis autem æqualitas Presbyterianæ diſciplinæ perhibetur convenientior, quia eminens Epiſcopatus auctoritas expeditum ad tyrannidem iter habet, & experientia teſtatur multos Epiſcopos, atque Archiepiſcopos, Pontificemque Romanum per Eccleſiaſticas dignitates ad terrena dominia perveniſſe. Sed præſtat conſulere Bocharti Epiſtolam 4 Non. Mart. a. D. 1650 datam, quæ cunctis placuit, neque nocuit proſperis ſucceſſibus Bredani conventûs; propterea inter addita opuſcula invenietur.

Sereniſſima Suecorum Regina Chriſtina tunc illuſtrabat Septentrionem ſuum, propriiſque non contenta luminibus in aulam ſuam conſpicuos eximio doctrinæ ſplendore viros undique convocabat, & felicitatem Reipublicæ literariæ hactenus inexpertam lectiſſimo illo concurſu pollicebatur: idcirco celebratum inclytâ famâ Bochartum inprimis curavit accerſendum, atque ipſa literis ſuis honorificè invitavit; ſic iterum ab incœpto, & ad exitum tendente ſtudio avocatus longinquo itineri an. 1652 ſe commiſit; Reginæ imperio Clariſſ. Voſſius obviam veniens ipſum in Hollandia amicè excepit, & Celeberrimum Huetium ejuſdem itineris ſocium, qui illud eleganti carmine deſcripſit; Leydæ ſalutârunt Salmaſium, Heinſium, & cætera illius Academiæ ornamenta; inde Amſtelodamum, & Ultrajectum, ubi aderat *Schurmannia muliebris gloria ſexus*, cui ſua exhibuerunt officia, & poſt raram ejus eruditionem admirati ſunt *artis opus varium, quod mente ſagaci, aut manibus doctis virgo ingenioſa* paraverat, ut Huetii verbis mea exornem. Poſtea peragrârunt ſterilia Veſtphaliæ arva, Bremenſem tractum, Hamburgum, Cymbricam Cherſoneſum, & ejus quondam metropolim Slevicum luſtraverunt, Zelandiam ejuſque metropolim, ac totius Danici Regni caput Hafniam etiam inviſerunt, atque tandem Sueciam ipſam ac Stocholmiam Reginæ ſedem proſperè pervenerunt: Bochartum expetitum humaniſſimè excepit Regina, & multis præterea honoribus in aula eſt cumulatus. His tamen illecebris minimè captus eſt, ſed poſt præſtita ut decebat, Reginæ, & primariis omnium ordinum viris officia, ſe totum dabat Bibliothecæ Regiæ omni rariſſimorum librorum, & pręcipuè manuſcriptorum copiâ inſtructiſſimę, ineſtimabilibuſque ex ea incrementis partas antea eruditionis omnigenę opes ſuâ ſagacitate, & indefeſſo ſtudio auxit.

Dum ſic avidiſſimo diſcendi deſiderio morem gerit, decus, & ornamenta literarum dupliciter promovit; Huetium enim, quem *primo pubeſcens flore juventus* allicientibus aulę deliciis potuiſſet implicare, exemplo ſuo erga indolem ſponte ad ſtudia propenſam iis fortiori, præſtantiſſimæ Bibliothecæ etiam penitus addixit, eique auctor fuit, ut è pretioſis manuſcriptis, quorum copia ipſis erat, Origeniana hactenus inedita eligeret, & deſcriberet, quod aſſiduè fecit, atque etiam, ut opigneratam ipſi Reginæ fidem liberaret, publici juris fecit, atque doctiſſimis notis, & obſervationibus illuſtravit, unde lætam gloriæ meſſuit meſſem, in cujus partem Bocharto conſequenter venire licet: promovit inſuper literarum decus propriis ſuis obſervationibus, quæ maximâ parte auxerunt meditata ejus opera, plurima enim ſunt Arabum, & aliorum auctorum ſive editorum, ſive ineditorum documenta in Tractatu de animalibus, quæ antea non legerat, quęque ipſi valida argumenta, & utiliſſimas conjecturas ad eorum naturam agnoſcendam ſuppeditaverunt; quamobrem poſt ſuum in Patriam reditum hoc opus perficere alacriter ſatagebat.

Omnia ipſi ex voto videbantur ſuccedere, invenit enim inſtitutum, dum aberat, ſodalitium prçſtantiſſimorum virorum, qui in nullo doctrinę genere cedebant prçcipuis Celeberrimarum Academiarum ornamentis; Palmerius Grentemeſnillęus enim, Brioſius, Grandorgęi Fratres, Hallęus, Viemannuſque hanc Academiam naſcentem initio compoſuerunt, quę eum & Huetium ex Suecia, & Thouroudęum ex hac Provincia reduces in ſocietatem libentiſſimè excepit, intimè omnes diligebant Bochartum, qui eorum dulci conſuetudine admodum viciſſim delectabatur: quamobrem officiis mutuis dumtaxat decertabant, & ſeſe ad Academiam ſuam ſtudiis aſſiduis illuſtrandam excitabant.

Interea electus à noſtrę Provincię Eccleſiis ad Synodum Nationalem Lauduni indictam, in qua ſingularem ſuam prudentiam, & mirabilem in rebus arduis dexteritatem omnibus egregiè probavit; vix redierat cùm improviſę occurrunt remorę, quę expanſis omnibus velis in optatum portum tendentem detinuerunt; ſiquidem anno 1661 Jeſuita de la Barre ſuperbè inſurrexit fultus Synodi nationalis Charentonii habitę ſtatuto, quo, Proteſtantes Confeſſioni Auguſtanę addictos in noſtram communionem admitti poſſe declarabatur, quando illam animo pacifico, & ad concordiam propenſo efflagitabant: arguebat autem Reformatos noſtros odii intolerabilis in concives Pontificios, quòd pręfractè horum communionem averſarentur, & exterorum communionem ultro ambirent; quaſi nullum, aut ſaltem perexiguum eſſet inter Lutheranos, Pontificioſque diſcrimen; idcirco verbis, & ſcriptis hęc calumnia ipſi fuit refu-

Digitized by Google

refutanda, demonſtrare etiam debuit comparationem inter eos, quos Lutheranos nuncupabat, & Pontificios reſpectu noſtrûm iniquè inſtitui; quoniam fides Pontificia à noſtra innumeris iiſque graviſſimis articulis diſcrepabat, & cultum præterea à noſtro diverſiſſimum inſtituit; ita ut difficilior eſſet utriuſque conciliatio, quam cœli cum terra confuſio: contrà Proteſtantes in præcipuis religionis capitibus, & in toto cultu nobiſcum conveniunt, atque in diverſis explicandi difficillima quædam myſteria modis dumtaxat diſcordant; quin diſcordes etiam illæ explicationes nullo negotio ad conſenſum unanimem revocarentur, ſi poſſet ſincerè deponi partium ſtudium, & Chriſtiana charitas ſuperbię cedere oeſciæ generosè anteponi. Denique opus fuit ut evidenter demonſtraret totum controverſię ſtatum a Jeſuita malitiosè perverti, quia Syoodus noſtra Proteſtantes noſtram requirentes communionem benigniter excipi voluit; at Pontificii illam non optaot, ſed nos ad ſuam vi, & injuriâ cogere anoituntur. Aliæ inſuper inter ipſos agitatę ſunt controverſiæ, & licet adverſarius impar eſſet, facilemqne concederet victoriam; nihilominus tempus non modicum occupavit, quoniam in rebus religionis velitatim agere neſciebat Bochartus; ſed quæcunque ipſi tractanda erant, perficere, & omnibus numeris abſolvere exoptabat.

Hactenus omnia Eccleſiaſtici muneris onera cum tribus Collegis æqualiter partitus fuerat Bochartus & quartâ eorum parte tantùm fungebatur; ſed circa finem anni 1661 D. Le Couteur Cęſareâ inſolâ oriundus, qui cum multis Anglis Regiarum partium ſequacibus Cromwello dominaote, patriâ ceſſerat, & Cadomi benevolè exceptus piis moribus, concionibuſque zelum, & charitatem ſpirantibus egregiam toti Eccleſiæ, & Collegis ſuis præſtabat operam, Rege Carolo II. io paternum ſolium reſtituto, deſignatus eſt Decanus inſulæ ſuæ, & Cadomo diſcedeos, ut munus ſuum gereret, Bochartum utili ſuo conſortio ſpoliatum reliquit: id autem eò iotempeſtivius fuit, quòd ſupremam manum Hierozoico impoſuerat, & cum Londinenſi Bipliopola egerat, ut illud ederet; fuit enim difficillima correctio, quia plurima ſolia ſimul corrigenda mittebantur, quæ illico corrigi debebant, ne mora nimia impreſſoribus noceret, multiplices etiam indices conficiendi erant, quamobrem opus auxilio habebat, cùm ordinarium muneris ejus onus ſumpſit tantum incrementum.

Eccleſia Cadomenſis, ut ei in his anguſtiis conſtituto ſuccurreret, & jacturam factam ſimul reſarciret, vota ad me convertit; ſed multa obſtabant, quamvis enim Cadomi domum haberem, ruri tamen in prædio meo tribus tantùm horis diſſito commodiſſimè degebam, & Eccleſiæ meæ circumcirca diſperſæ, atqoe ex plurimis nobilibus familiis, mihi affioitate, & ſingulari benevolentiâ conjonctiſſimis præcipuè cooſtitutæ cum incredibili in difficillimis illis temporibus tranquillitate miniſtrabam: nihilominus vicinitas illa urbis efficiebat, ut non exigua pars Eccleſiæ meæ Cadomenſem ſæpe frequentaret, & Cadomenſes plurimi meam viciſſim frequeotarent; familiaris autem illa conſuetudo, & ſumma in me, atque meos Bocharti, qui nullis laboribus, ut voto compos fieret, pepercit, auctoritas conciliârunt tandem animos, ita ut communi omnium ſuffragio fuerit conſtitutum, ut meæ Eccleſiæ addictus remanerem, ſed una ſingulorum menſium dominica, & bis diebus profeſtis Cadomi concionarer, hacque ratione vacuam Miniſterii ordinarii partem adimplerem, præter debitum Eccleſiæ meæ officium; quod onus mihi leve viſum, quia Bochartum ſublevabat: ſed vix potuit illo levamine frui, quia ioexpectata calamitas duos ſuperſtites ejus Collegas ſubito abſtulit; paulo poſt enim morte ablatus venerandus Beaumonrius Senior, & atrox calumnia Clariſſ. D. du Boſc exulare coëgit, quamobrem ſub graviſſimis numeroſiſſimæ Eccleſiæ negotiis fatiſcebat, vixque habebat reſpirandi tempus, donec exoravit Eccleſiam meam, atque ut Eccleſiæ Cadomeoſi totus concederer, tandem obtinuit.

Ambo conjunctiſſimis viribus res Eccleſiæ ſtatim curavimus, at cætera ſtudia omitti debuerunt, aut ſaltem obiter & per tranſennam dumtaxat pertractari: affulſit equidem blanda quietis ſpes; cùm invitis fraudulentorum delatorum artibus, illibata D. du Boſc innocentia emicavit, ac ipſe Regiâ auctoritate Eccleſiæ, nobiſque amantiſſimis ejus Collegis honorificè eſt reſtitutus: ô quàm fallaces ſunt rerum humanarum facies! blandiuntur, ut opprimant; eo enim ipſo tempore quo omnia læta nobis pollicebamur, Pootificii antiſtites nobis horrendas ioteotârunt lites, quę omnes Eccleſias noſtras miſerabiliter diſſipaverunt.

Pontificii ſcilicet in ſingulis Galliæ Provinciis conjuratione factâ Reformatos ubique opprimebant, & edicta Regum in horum gratiam promulgata impune violabant; binc querelæ ab oppreſſis ad Regem undique deferuntur; Pontificii autem ut illas eludaot, vertantque in perniciem noſtram viciſſim queruntur, atque fingunt novas inſtituiſſe Eccleſias, & nova ſtruxiſſe templa Reformatos, ac præſcriptos juris fines tranſcendiſſe: ut iis querimoniis obviam iretur, ii qui ſummis rebus prę-erant ex compoſito cum adverſariis præfecturam excogitârunt, quæ ęquiſſima videbatur, ſed eventu ipſo funeſtiſſima patuit; delegârunt enim in ſingulas Regni Provincias binos judices Regio diplomate ęquè inſtructos, & eâdem authoritate munitos, quorum unus Romanam, alter Reformatam religionem profiteretur, ut in utramque partem æqualiter propendere viderentur, & conjunctim ſemper agerent, quia cùm in diverſas abibant ſententias irritum manebat eorum judicium, liſque pendens & indeciſa ad ſupremum Regis Conſilium deferebatur: hâc autem judicii formâ eò facilius decepti ſuimis, quòd olim ad exſequutioni mandandum Nanetenſe edictum fœliciter ceſſerat: verumenimvero hâc vice Ponoficius Legatus ſecretorum conſcius poſt generales quaſdam agendi formulas cum Reformato affectatè obſervatas, & omnia illicita ad pertrahendum illum in Aulæ ſcopum adhibita, nullam Collegę, ant legum rationem habens ſecundum antiſtitum ſuorum poſtulata pronunciabat, quia certus erat, quòd ejuſmodi judicium Aulę arridebat: tali itaque diplomate judices in inferiori ooſtra Normannia conſtituti ſunt D. *du Gué* in ſupremo Regis Conſiſtorio Conſiliarius, & Libellorum ſupplicum magiſter, & D. Palmerius Grentemeſnillæus avunculus meus 29. Novembris ann. 1664. ambo iotegerrimi erant, & ambo ita hoc officio functi ſunt, ut nemini niſi merito nocuerint: ſed collatum munus ad rei exitum non expleverunt, ad Lugdunenſem enim Intendentiam D. *du Gué* translatus eſt, & Palmerius io vitam meliorem: nihilominus Baiocenſis Epiſcopus cum ſuo Clero, & Benedictini Monachi quaſi Claſſico excitati in nos illico ſurrexerunt, & acerrimam litem nobis intenderont atque omni armorum genere noſtram Eccleſiam expugnare tentârunt; nt autem jus illius propugnaremus neceſſe fuit, ut indefeſſo ſtudio plurima monumenta antiquitateoi ementientia evolveremus, & examini accurato ſubjiceremus, manuſcriptaque plurima cum editis hiſtoriis conferremus ad fraudes detegendas, & convincendas; quamobrem huic ſtudio totum ſe dedit nobiſcum Bochartus, & quamvis non viderit cauſam noſtram in Cooſilio Regio Regeque præſente de abverſariorum auctoritate, & artibus victricem, multum contulit tamen ad reportandam illam

victo-

victoriam, quæ in æternum declarabit iniquitatem qua paulo poſt abſque omni juris ſpecie ſumus oppreſſi.

Lites illæ tot fidelium myriadibus funeſtiſſimæ impediverunt ne meditata de Paradiſo terreſtri, & gemmis arboribuſque opera perficeret, & forſan conjunctim unita ſimul ederet; neceſſarium enim ad ea tempus ipſi defuit: attamen in Libris editis citat Tractatum de *Paradiſo* quaſi revera abſolutus eſſet, ſic enim in Phaleg lib. 2. cap. 28. *plura de Havila vide in deſcriptione Paradiſi terreſtris*, &c. & lib. 4. cap. 11. *de Chavilais jam actum in deſcriptione Paradiſi terreſtris*, &c. in Hierozoici etiam part. 2. lib. 5. cap. 5. *terra Havila in qua Bedolach eſt ea pars Arabia ad Catipham, & Baharen, ex qua Margarita eruuntur, quod in accurata Paradiſi terreſtris deſcriptione tot aſſerimus argumentis, ut vix quidquam deeſſe putemus ad perfectam probationem*, &c. Nihilominus arbitramur, nunquam hanc Paradiſi deſcriptionem fuiſſe penitus abſolutam, & in ordinem debitum redactam, quia partium ejus, aut librorum, & capitum nullam facit mentionem; ſed contentus generali deſignatione in Concionibus ſuis facta, & ideâ accuratâ quam in mente habebat, in libris ſuis dumtaxat obſervavit quæ ad confirmationem, & illuſtrationem pertinebant, quæque intra breve tempus facilè collegiſſet, quia notis ſcopo ejus convenientibus appoſitè erant diſtincta; vel ſi unquam in aliquem ordinem illa deſcriptio redacta eſt, putamus id ſtatim ab initio, & ante cętera ejus opera contigiſſe, propterea que poſt obſervationes primis potiores, & inexpectatam diverſorum argumentorum copiam diſplicuiſſe ipſi primum hoc rudimentum, atque aboleviſſe: inauditum ſanè non eſt magnos viros ſibi ęgrè ſatisfacere, & ad ſummum perfectionis gradum tendentes damnare ad interitum opera perenni vita digniſſima; quandoquidem parum abfuit, quin inæſtimabilibus Æneidos carminibus etiam careremus, Virgilius enim, quia ſummam manum ipſis non poterat apponere

—— *juſſerat hac rapidis aboleri carmina flammis.*

Bochartus noverat irritum fuiſſe hoc mandatum, & maluit exſequi ſuum ne ſimiliter amici illud prætermitterent, certus quòd ſi Deus ipſi concederet otium & vitam facilè hoc damnum reſarciret: in hanc autem ſententiam duobus præcipuè propendeo argumentis; primum eſt quod poſt illius exceſſum ab hæredibus rogatus, cum ipſis diligentiſſimè omnia ejus ſcripta perquiſivi, & perſcrutatus ſum ob illam inprimis Paradiſi deſcriptionem ſummoperè expetitam; aderat nepos ex unica filia, qui peracto accuratè ordinariorum ſtudiorum curſu non mediocrem ſperabat laudem ex ſuperſtitibus avi meritiſſimi lucubrationibus; quas propediem edere in lucem meditabatur, etiam aderat vir doctus ejus ſtudiis privatim præpoſitus, qui omnia Bocharti Scrinia habebat compertiſſima, & ſolebat majoris etiam momenti ſcripta illius deſcribere; attamen illam Paradiſi deſcriptionem non invenimus: illico patuerunt oculis noſtris omnes diſſertationes in ordine convenienti diſpoſitæ, Conciones etiam; ſed ne minimum quidem illius deſcriptionis veſtigium inter ſcripta intimo Muſæi penetrali ordinatim conſtituta: in Muſæo autem ipſo ſat magnam chartarum inutilium, & partim lacerarum farraginem, in qua capita quædam incompleta de Paradiſo invenimus; ſedulâ autem diſquiſitione factâ animadvertimus propoſitum ipſi fuiſſe in duas hunc Tractatum diſtinguere partes, & in prima intolerabiles ſententias refutare, in altera verò ſuam ſolidis adſtruere argumentis; ſed inventa illa capita primam dumtaxat partem ſpectabant, & ne unum quidem ad poſteriorem, potioremque potuit revocari: præterea teſtimonia auctorum, quibus tota Tractatûs ſeries innitebatur, minimè referebantur, eorum ſedes dumtaxat deſignabatur auctoribus nominatis, & libris, capitibuſque citatis: ex his reliquiis negligenter projectis collegimus opus fuiſſe aliàs accuratiùs elaboratum; mos enim illius erat ſic ſtrictim delineare ea quæ meditabatur, ut poſtea ordinatè & appoſitè illa explicaret. Alterum argumentum quo mihi videtur conſtare, quamdam Paradiſi terreſtris delineationem ab ipſo factam, eſt querela ipſius de quodam amico qui Paradiſi terreſtris ſitum deſcripſerat, & ejus vitulâ araviſſe videbatur, qui hâc ſuſpicione ſe liberare fategit Epiſtolâ, quæ in rei memoriam mihi data eſt; Apologiæ autem illi, neque etiam ſuſpicioni locus dari potuiſſet, niſi ſententia Bocharti de Paradiſo terreſtri fuiſſet mandata ſcripto, atque cum quibuſdam amicis aliquando communicata.

Verumenimvero quidquid de his argumentis judicetur certo certius eſt nullam Paradiſi deſcriptionem reliquiſſe Bochartum præter eam quæ continetur in concionibus ejus in cap. 2. Geneſis ante annos ſexaginta circiter habitis, & ipſum teſtem poſſumus etiam appellare: in Epiſtola enim ad D. Jacobum Cappellum Salmurienſem Profeſſorem 19 Aprilis an. 1665 ſcripta, quæ infrà tota exhibebitur, quâque ſe excuſat quod petitam Paradiſi terreſtris deſcriptionem non mitteret, quia ejus verba ſunt, *longo, & magno labore opus eſſet, ut exactam faceret, neque aliam tunc poſſet facere abſque dolore in lucem edidiſſe informem partum, embryonemve, aut molam*, &c. evidenter declarat hâc ingenuâ confeſſione nondum fuiſſe omnibus partibus abſolutum Tractatum ſuum; alioquin facillimum fuiſſet unum aut alterum ex eo caput deſcribere, ut ſaltem genuinus ejus ſitus, quem duntaxat optabat Cappellus, ipſi pateret; quemadmodum ex Concionibus de Serpente tentatore plurima folia ut eidem Epiſtolæ ſatisfaceret, curavit deſcribenda. Sanè ex chartis repertis, & ſuprà commemoratis ſententia ejus circa Paradiſi ſitum non potuit manifeſtè colligi, attamen non exiguo ſtudio eas in debitum ordinem, ut plurimis Bocharti amicis morem gererem, partim redegi, lacunas etiam nonnullis ſupplementis fœliciter explevi, omnes citatos auctores diligenter conſului, & plerumque notis marginalibus adjutus verba ipſorum ſubjectæ materiæ inſervientia appoſui; denique priorem partem adverſas omnes ſententias refellentem, perficiebam, & ad poſteriorem veræ indicem expeditum ſternebam iter, cùm impatiens quorumdam curioſitas unius, aut alterius menſis moram non ferens, & forſan exiſtimans ſufficere chartas Bocharti, illas voluerunt inſpicere, & cum meis conferre, ab eo autem tempore neutræ in meas redierunt manus, planeque ignoro quid de illis actum fuerit; quin ne minimum quidem earum veſtigium mea conſervavit memoria, neque id mirum cum viginti & tres anni præterierint ab illo tempore, & graviſſimæ calamitates miſeram mentem ab iis ad diverſiſſimas cogitationes avocaverint: id autem obſervandum judicavi, ne abſque diligenti examine deſcriptio Paradiſi terreſtris mox exhibenda Bocharto attribuatur, aut meæ conjecturæ ejus famæ noceant; ſed rationes quibus fultus eam ipſi tribuam & ex ejus ſcriptis eruere ſatagam ſedulo conſiderentur; homo enim ſum, & à me nihil humanum puto; ſcio inſuper eſſe difficillimum tanti viri veſtigiis conſtanter inſiſtere.

DISSER-

DISSERTATIO DE PARADISO TERRESTRI.

Convenit ſecundùm ejus methodum modò commemoratam ſententias improbabiles breviter amovere, ut ad veram, & certam expeditum paremus iter; ne autem illatum diverſitas nos offendat in ipſo limine obſervandum Moſem brevem illius Paradiſi feciſſe mentionem & accuratiſſime ſitum non deſcripſiſſe, quia nulla fuit ejus utilitas poſt Adami caſum & ſufficiebat omnibus innoteſcere, quòd nullus Paradiſus in terris ſuperſtes erat, ut cœleſtem dumtaxat anhelarent, hancque vitam exilium merum ducerent, & ei ſua addicere caverent ſtudia, quæ æternâ fœlicitate dumtaxat poſſunt beari: hac ratione gratia valuit damnum noſtrum in lucrum immenſum convertere.

Vix poſſunt in numerum redigi omnes de Paradiſo terreſtri ſententiæ; idcirco eas, quę celebres habuerunt patronos, dumtaxat referemus; omnium ab omni veriſimilitudinis ſpecie alieniſſima ea eſt, quæ totam Moſis de ipſo narrationem convertit in allegoriam, quam ingenioſè adornat, & magno molimine tueri conatur Philo Judæus lib. 1. allegor. Legis, audite quàm confidenter: *μὴ γὰρ τοσαύτη κατάσχοι τ ἡμέτερον λογισμὸν ἀσέβεια, ὡς ὑπολαβεῖν ὅτι θεὸς γεωπονεῖ, καὶ φυτεύει παράδεισον, abſit enim ut tanta rationem noſtram invadat impietas, ut ſuſpicemur Deum colere, & plantare Paradiſum, &c.* Abſit equidem ô Philo ut exiſtimemus Deum plantaſſe hortum & coluiſſe arbores ob fructus, aut alias utilitates quibus indigeret, fatemur quòd ſeipſo contentus eſt, & ſibi etiam locus eſt; ſed in gratiam hominis hortum omni arborum præſtantiſſimarum genere conſitum produxiſſe firmiter credimus, quia ipſe docuit; neque obeſt quòd hominem rebellem ex eo expulſerit, quia innocenti conveniebat; ſic enim primæ decalogi tabulæ ob adoratum idolum fractæ ſunt, expeditque bonis præſentibus ſpoliari peccatores, ut peccatorum ſuorum pœniteant: eandem tamen allegoriam pergit propugnare Libro *de plantatione Noe*; ei etiam Origenes *de principiis* lib. 4. cap. 2. adſtipulatur, & S. Ambroſius de Paradiſo ad Sabinum. Irenæus etiam adverſus hæreſes l. 5. c. 17. & paſſim, aliique: ſed ſæculo præcedenti, quod eſt mirabilius, Franciſcus Georgius Venetus Minoritanus tomo primo *problematum in S. Scripturam* eandem ſententiam amplectitur, & multis argumentis, quæ videri poſſunt in S. Bibliotheca Sixti Senenſis part. 2. lib. 5. annotat. 34. adſtruere conatur; frivola enim ſunt illa argumenta, neque poſſunt labefactare auctoritatem S. Scripturæ; quæ in creationis hiſtoria productionem Paradiſi exhibet, declaratque idem de utraque ferendum judicium, & creationem ipſam in allegorias, cum Paradiſo vertendam, aut utramque ſecundùm proprium, & literalem ſenſum fide amplectendam; immò non tantùm mundus cum Paradiſo parabolicus eſſet, ſed homo ipſe, cujus hiſtoria eodem modo deſcribitur, metueremque ne effrænata licentia in ipſum Deum etiam impiè aſſurgeret; non ſunt igitur pro arbitrio fingendæ allegoriæ, verbis divinis eſt adhærendum, & ad figuras dumtaxat eſt confugiendum, cum ſenſus literalis normæ fidei manifeſtè repugnat, & ipſis Dei verbis alibi exponitur, quod de Paradiſo dici non poteſt, ut deinceps evidenter patebit.

Altera ſententia Paradiſum realem agnoſcit, ſed confundit cum illo in quem deduxit Chriſtus pœnitentem latronem, & S. Paulus poſtea raptus eſt 2. Cor. 12, 4. & recepti putantur Enoch & Elias, quique tertium cœlum à S. Paulo ibidem nuncupatur; immò Angelum eſſe Valentiniani delirabant apud S. Irenæum lib. 1. cap. 1. adverſ. hæreſ. Sed Patres ut S. Irenæus, & cæteri omnes, qui meliùs edocti dumtaxat crediderunt Paradiſum eſſe revera tertium cœlum ab Apoſtolo celebratum, non potuerunt terrenum exiſtimare; quapropter Moſes Bar-Cepha Syrus Epiſcopus Tractatu de Paradiſo parte 1. cap. 7. (qui extat tom. 1. Bibl. Patrum, quorum opera Latinè extant) in oppoſitam quidem deſcendit ſententiam, & probat corporeum, & terrenum fuiſſe, quamvis myſticum, & ſpiritualem ſenſum etiam habuerit, ut duæ Abrahami uxores duo fœdera, Petra deſerti & Serpens Æneus Chriſtum ſignificaverunt, licet corporaliter exiſterent; ſed diſtinguit tertium illud cœlum à Paradiſo, & vult Apoſtolum in utrumque raptum, verùm duabus diverſis vicibus; unde obſervat viſiones promiſiſſe, non unam viſionem, atque duas etiam ſeorſim enarràſſe duobus diſtinctis verſibus 2. Cor. 12. licet eodem modo eas deſcribat, atque etiam æquè dubitet an in corpore an extra corpus contigerit ille raptus; ſed eò redegit pios illos viros, & credulos jactata traditionum Apoſtolicarum auctoritas; Sic enim S. Irenæus l. 5. c. 7. de Enocho, & Elia: *dicunt Presbyteri, qui ſunt Apoſtolorum diſcipuli, eos qui tranſlati ſunt, illuc tranſlatos eſſe: juſtis enim hominibus, & Spiritum habentibus præparatus eſt Paradiſus, in quem & Paulus Apoſtolus aſportatus audivit ſermones inenarrabiles, quantum ad nos in præſenti; & ibi manere eos, qui tranſlati ſunt uſque ad conſummationem conſpicantes incorruptelam*, &c. Itaque excogitata traditio illa, & ambigua Paradiſi vox modò ſignificans Edenem, modò deſignatam ab Edene Beatorum ſedem, quia ut in Edenem tranſlatus à Deo Adamus ab omni labe purus ejus deliciis gaudebat, quandiu ſuam conſervabat innocentiam; ſic beati in integrum per gratiam reſtituti ſuaviſſimis gloriæ bonis conſtanter fruuntur, pleroſque Patres in devia ſeduxit, & à vero Paradiſi terreſtris ſitu abduxit; illi enim ipſi qui à tertio cœlo illum prudenter cum Syro Epiſcopo diſtinxerunt, ob Eliam, & Enochum, quos in eo hoſpitari crediderunt, eum judicârunt collocandum extra hunc terrarum orbem, ne Sanctus ille Enoch à Diluvii aquis altiſſimos montes ſupergreſſis aliquam pateretur injuriam: ſanè Moſes Bar-Cepha Tractatûs modò citati cap. 8. propugnat *terram in qua Paradiſus exiſtebat diverſam quidem ab hac noſtra, verùm non naturâ, ipſâque ſui materiâ, ſed raritate, & denſitate, &c.* poſtea totam rerum univerſitatem in *cœlum ſuperius illud Spiritibus Angeliſque frequentatum; deinde quod illo inferius eſt, firmamentumque à nobis vocari ſolet; poſtea eam terram, qua Paradiſi eſt; demum eam terram, quæ eſt extra Paradiſum*, nempe quem incolimus; additque fieri *ut cœlum illud beatorum Spirituum domicilium præcellentius ſit firmamento; firmamentum Paradiſo: Paradiſus eâ terrâ, quam nos habitamus*; quamobrem conſtitutum Adamum in Paradiſo, non in hac terra, quia nondum peccaverat, neque in ſupremo cœlo, quia nondum bona patrârat, & requiſitam perfectionem obtinuerat; ſed in loco intermedio: denique ut penitus hujus viri docti ſententia, & plurimorum Orientis doctorum quos teſtes citat, agnoſcatur, dicit deſtinatum illum Paradiſum ut Adam cum ſuis dum integri manerent illum incolerent, *qui ubi contra conditoris ſui imperium peccâſſent, eliminati inde, pulſique ſunt: ex illo porro tempore uſque ad Chriſti adventum verſati ſunt in Paradiſo Enoch, atque Elias; at poſt Chriſti Regis adventum huic præterea inſeruit, ut in ipſo habitent animæ hominum juſtorum, piorumque, atque eorum, qui per corporis ſui cruciatus Chriſti fidem comprobârunt, quique fideles Deum amârunt exuta corporibus uſque ad reſurrectionis diem*, &c. Eadem ſententia auctoris *quæſtionum & reſponſionum ad Orthodoxos* inter opera Juſtini Martyr. quæſt. 76. & quæſt. 85. Origenis Periarch. l. 2. cap. 12 & ferè Tertulliani, qui in Apologet. probans ipſas gentium fabulas à noſtris

veritatibus habere originem ſcribit: *Si Paradiſum nominemus locum divinæ amœnitatis recipiendis Sanctorum ſpiritibus deſtinatum maceria quâdam ignea illius zona a notitia orbis communis ſegregatum, Elyſii campi fidem occupaverunt.* Hujus delicias fuſiùs deſcribit lib. de judicio Domini c. 9. meritò autem ad Paradiſum refert campos Elyſios quaſi alluderet ad Eliam illius incolam creditum: eidem ſententiæ aſtipulatur Sibylla Erythræa in his verſibus, quos ipſi tribuit Lactantius *de Origine erroris* l. 2. c. 13.

Οἱ δὲ Θεὸν τιμῶντες ἀληθινὸν, ἀέναόν τε
Ζωὴν κληρονομοῦσι τὸν αἰῶνος χρόνον, αὐτοὶ
Οἰκοῦντες παράδεισον ὁμῶς ἐριθηλέα κῆπον.

Qui autem Deum honorant verum, ſempiternam utique vitam hæreditario jure poſſident, per ſæculi tempus ipſi habitantes Paradiſum ſeu peramœnum hortum. Ibidem autem Lactantius videtur etiam extendere ad beatitudinem ſummum judicium ſequuturam: quod autem ad ſcopum noſtrum propiùs accedit lib. 2. Sibyl. orac. deſcribitur ex Paradiſo illo

—— ὁ Θεσβίτης ἀπὸ οὐρανοῦ ἅρμα τιταίνων
Οὐράνιον, γαίῃ δ' ἐπιβὰς ——

Thesbites Elias è cœlo currum cœleſtem agens, & in terras deſcendens. Sponte autem corruit illa opinio, cùm Textus Sacer declaret ex hac terra noſtra in qua creatus eſt Adamus Deum in Paradiſum deduxiſſe illum, quaſi per iter planum non verò in altum ſuſtuliſſe, atque ſurſum tranſportaſſe: præterea ex hoc Paradiſo Adamum, & Evam Deus expulit, non præcipites dejecit, eoſque collocavit non infra ipſum, ſed מקדם. 70. ἀπέναντι, Vulgata *ante*; quoniam in anteriori illius parte collocatus eſt à Deo Cherubinus, ut regreſſu prohiberentur, quod probat e regione Paradiſi fuiſſe illorum exilium, & facilem inſuper fuiſſe regreſſum, ſi liber aditus patuiſſet; fruſtra enim cuſtos apponeretur cœlo ad arcendos homines ne ipſi vim inferrent: præterea in Paradiſum ad Adamum omnia animalia, ut ipſis nomina imponeret venerunt: an perrepere omnes aëris regiones potuerunt reptilia? an ad cœlum volaverunt Elephantes? non debet reſponderi nihil eſſe Deo impoſſibile; ultro enim agnoſcam, ſed eùm ipſe Serpens ſuis anfractibus eò etiam ſerpſerit, puto quòd ſuarum partium ſtudio nemo ita abripietur, ut audeat aſſerere Deum ſuâ omnipotentiâ uſum ad transferendum miraculosè inſtrumentum illud exitii noſtri, quo ſeduceret Evam innocentem. Evidenter patet Paradiſum fuiſſe ejuſdem conditionis cum terra noſtra, & in ea ſitum, eò quòd plurimæ terræ noſtræ partes ipſi dicantur ſimiles; ut campeſtris regio Jordani adjacens Gen. 13: 10. & ibid. Ægyptus ipſa, & Sionis deſolationes ipſi olim aſſimilandæ promittuntur Jeſ. 51: 3. Denique Tyrus Ezech. 23: 13. etſi enim exaggeratio quædam in his comparationibus poſſit ſubintelligi, res tamen inter quas fiunt non debent eſſe toto cœlo diverſæ, ut eſſent, ſi Paradiſus firmamento eſſet contiguus, & affinis. Poſſem adducere ad ſuperiorum argumentorum confirmationem flumina nota, quæ è terra noſtra Paradiſum irrigabant, adjacenteſque regiones, ſed infrà harum illorumque appoſitiùs fiet mentio.

Tertia ſententia diverſas, ſed affines, ut præcedens, opiniones etiam comprehendit, & poterit aſſertorem habere S. Hieronymum, qui traditionibus ſive quæſtionibus Ebraicis in Geneſim explicans מקדם ſcribit: *quod Aquila poſuit ἀπὸ ἀρχῆς, & nos ab exordio poſſumus dicere; Symmachus verò ἐκ πρώτης, & Theodotion ἐν πρώτοις, quod & ipſum, non orientem, principium ſignificat: ex quo manifeſtè comprobatur, quòd priuſquam cœlum, & terram Deus faceret, Paradiſum antè condiderat ſicut & legitur in Ebræo: plantaverat autem Deus Paradiſum, &c.* Quandoquidem judicat ante hunc noſtrum orbem Paradiſum à Deo fuiſſe conditum, hunc ab illo diſtinguere videtur, & diſtinctam utrique aſſignare ſedem in hac inferiori mundi regione, nam aliàs veras arbores, fluvioſque ejuſdem cum noſtris conditionis ipſi attribuit; neque hoc inauditum, Moſes Bar-Cepha enim Tractatu citato teſtatur plures, & inter eos S. Ephrem (cujus tanta fuit in Oriente auctoritas, ut teſte S. Hieronymo paululum juniore de Script. Eccleſ. illius ſcripta poſt lectionem Divinarum ſcripturarum in Eccleſiis legerentur) dixiſſe *Paradiſum univerſam ambire terram, atque ultra Oceanum ita poſitum eſſe, ut totum terrarum orbem ab omni circumdet regione, non aliter atque Luna orbis Lunam cingit* Cap. 13. Sed capite præcedenti obſervaverat alios, *qui elementa ambire alterum ab altero, atque Oceani aquas univerſam omnino circumdare terram putant, ut nullum ſuperſit ſolum ultra mare, Paradiſum juxta mare quidem poſitum eſſe ajunt, verùm ob montes difficillimos, & pontus invios qui inter illum, & nos exiſtunt, neminem mortalium illuc acceſſiſſe*; atque concludit *Paradiſum extra eum terræ orbem, quem homines colimus, ſitum eſſe.* Poſtea ipſam mundi regionem diſquirens, orientalem cæteris præfert, & quidem Æquinoctialem quam Sol menſe Niſan ſive Martio deſignat, ita ut ſubjaceat Æquatori. S. Baſilio, S. Gregorio, & innumeris aliis placuit hæc ſententia; unde ferè omnia templa ad Orientalem plagam diſponuntur, ut orantes convertantur in Paradiſum, illiuſque vel potiùs cœleſtis ab eo deſignati, aditum ſibi patere obſervent: huic ſententiæ ingenioſus Arioſtus in *Orlando furioſo* accommodavit poëma ſuum, cùm Cantic. 34. deducit equo alato Aſtolſum in terreſtrem Paradiſum, & quidem meritò; nam poëtica figmenta penitus ſapit; quandoquidem inſolubilibus argumentis demonſtratur unicum ex aquis Oceani, & cunctis terræ partibus Globum confici, & conſequenter ultra Oceanum terras noſtras ambientem eſſe duntaxat aërem ſubtiliorem, & tandem ſubtiliſſimum ipſi ſuccedere æthera, neque ullum terræ cujuſcunque generis ſuppetere locum: præterea ſi terra aliqua ambiret Oceanum, occurriſſet Victoriæ navi illi celeberrimæ, quæ bis totum terrarum atque marium globum circumivit, & Claſſi generoſæ Hollandorum, quæ ſub auſpiciis Georgii Spilbergen an. 1614. idem iter perfecit, duabuſque navibus Jacobi le Maire illud anno ſequenti repetentibus, ut nova freta novaſque regiones indagarent; ſuperficiem enim totius Oceani ab occaſu in Orientem ſulcantes offendiſſent neceſſariò Paradiſum illius terminum: & quamvis ſupponeremus illum paulo ſuperiorem, alicubi ſaltem ſubire debuiſſent, & lumen Solis, aut aſtrorum illius opacitate interceptum non ſiviſſet tantum prodigium abſque diligenti obſervatione prætermittere: ſeriò agamus, olim licuit in Geographia pro libitu multa ſupponere; at nunc patent nauarchis noſtris remotiores maris extremitates non tantùm ab ortu in occaſum, ſed à ſeptentrione ad meridiem, & terra Auſtralis olim penitus incognita ſæpiùs à Belgis fuit peragrata; Thule etiam *extrema* non ampliùs nuncupatur, Iſlandia, & Groenlandia remotiores continuis navigationibus frequentantur, atque extremum ſeptentrionem totum nobis tandem patefecit ampliſſimus Conſul noſter Dominus Witſenius uſque ad Oceanum Orientalem, ita ut in accuratiſſima, quam inter graviſſima Reipublicæ negotia incredibili ſtudio mirabiliter perfecit, quamque hoc ipſo temporis momento benevolè mihi dedit, tabula omnes Oceani ſeptentrionalis ſinus graphicè delineatos, omnia etiam Novæ Zemblæ, Moſcoviæ, & vaſtiſſimæ Tartariæ littora hactenus ignotiſſima diſtinctè expoſita cum plurimis præcipuorum locorum nominibus avidè perluſtrem;

ſtrem; nullibi autem ullum Paradiſi apparet veſtigium: cùm itaque tanta ſit Clariſſimorum etiam virorum ſedulitas in detegendis illis regionibus, quæ ſub nivibus & pruinis degunt, Paradiſus ipſis innotuiſſet, ſi in iis locum haberet: cùm illæ navigationes auſtrum, & ſeptentrionem petendo è Batavia, vel Hiſpania ſæpius, & in diverſiſſimis etiam locis lineam Æquinoctialem pertranſierint, Paradiſus terreſtris non effugiſſet nauarchorum perſpicacitatem, ſi in mari ſitus fuiſſet; multominus tamen in mediterraneis regionibus occultari ſub Æquatore potuit, quandoquidem omnes nobis penitus innoteſcunt, ſive ſint in America, ſive in noſtro hemiſphærio; & quidem in America, cunctis enim mortalibus eſt notiſſimum Æquatorem ibi diſterminare à parte Orientali Guianam in latere ſeptentrionali ſitam à Braſilia meridionale latus oppoſitum occupante; ab occidentali verò Peruvium meridionale à ſeptentrionali Popayana ditione, & novo Regno Granatæ: hę autem omnes regiones ab Hiſpanis prędę incolatum inhiantibus tritiſſimę ne minimam quidem rimam à multis annis incompertam conſervare potuerunt; neque ipſis profuerunt ęſtus illius zonę olim crediti intolerabiles, & pro Cherubini flammeo gladio à quibuſdam habiti; experientiâ enim potuit ſat moderatam ob dies noctibus æquales, ob frequentes etiam ab utroque mari ventos, & montes altiſſimos gelu, & nivibus rigentes, aeris temperiem: præterea in tota illa regione nullus cernitur fluvius in quatuor alios diviſus, ſed contrà plures in ſeptentrionem defluentes in fluvium Orenoques dictum, & plures contrà verſus meridiem in fluvium ab Amazonibus denominatum; quam ob rem ſola ſupereſt Africa, quam mediam ſecat Æquator, quæ Paradiſum contineat, ſi revera ſub illo contineatur, ut quidam voluerunt, præſertim ob Nilum quem unum è quatuor Paradiſi fluminibus exiſtimaverunt; hæc ſententia, ut immediatè præcedens, ręfutatur, quoniam mediterranea Africæ Regio ſub Æquatore ſita a multis Europæis fuit peragrata, totaque ferè poſſidetur ab Imperatore Æthiopum, qui inter utrumque Tropicum ſeptuaginta duo Regna habet, ut in fine Euangelu ſecundum S. Joannem Teſtamenti Æthiopici Romæ editi declaratur; vel ut ipſe Imperator in ſuis ad Emanuelum Luſitaniæ Regem an. 1521, & ad Clementem ſeptimum an. 1524. literis teſtatur octodecim cum imperio magnæ & ſuperioris Æthiopiæ quod cætera alia Regna amplitudine ſuâ facilè comprehendit. Ludolphus autem illuſtris Linguæ Æthiopicæ propagator, cujus ſingulari benevolentiâ glorior, viginti & ampliùs Regna eſſe dicit ſub መንግሥት *mengheſt*, quod *Æthiopia Regnum* propriè ſignificat; unde Rex ipſe *Negus* à ነገሠ *nagas regnare* etiam nuncupatur. De Æthiop. lib. 1. Cap. 3. Sanè ingens illud imperium à Nubia Ægypto contermina ad Regnum Manicongo ad littus occidentale Africæ ſitum extenditur, & conſequenter his Imperatoribus Chriſtianis ſponte patuiſſet Paradiſus, ſi intra ditiones eorum exiſteret; præterea in toto illo tractu unus eſt fluvius qui ex duabus oritur ſcaturiginibus, quſs decem fontes conſtituunt, & tandem duplicem Nilum conſtituunt; *Nilum* nempe Ægyptium rectà tendentem in ſeptentrionem atque Nigrum in occidentem; Nilus enim & Niger eadem ferè nomina; ſiquiden nigredinem deſignant; Nilus enim Ebræis dicitur שיחור *Scichor* id eſt, niger, ut Græcis μέλας, & Latinis *Melo*, quia --*Ægyptum nigra fœcundat arena*; Virg. Georg. lib. 4. ubi vid. Serv. Hâc ratione unus fluvius in quatuor diviſus hîc non quęrendus, ut clariùs conſtabit ex Geograph. Nubienſi quartâ part. Clim. 1. Novi equidem duplicis hujus ſententiæ aſſertores ultro agnoſcere, undique cingi Paradiſum aut innabili, ultra Oceanum, undâ, aut montibus ſub Æquatore inacceſſis; ſed montes illi, & undę ſaltem occurrerent, & viatores ſiſterent; attamen neque Adamo ingredienn aut egredienti, omnibuſque terrę animalibus obſtiterunt; denique, ut uno verbo refutem cętera commenta eorum, qui quocunque modo Paradiſum à noſtro orbe diſtinctum, ſejunctumque conſtituerunt, docueruntque homines primos ex eo in hunc orbem veniſſe, quia Giganteâ formâ prędıti tranarunt interpoſita maria, aut arcâ Diluvii tempore demum tranſvecti ſunt, obſervo terram in qua peccavit Adam ob ejus peccatum à Deo fuiſſe maledictam & ſpinas tribuloſque ſponte produxiſſe atque neceſſarias ad vitam noſtram fruges demum coactam ſuppeditâſſe: quod in hac noſtra terra quotidiè experimur, vult enim continuis ſudoribus noſtris, atque aſſiduis laboribus, immò adacto etiam in ſus viſcera ferro, inſenſa illa mater adigi ad ingratos in communem parentem liberos ſuſtentandos; illa ipſa igitur eſt quę peccato contaminata, atque juſtâ Dei indignatione in nos armata lęſam illius majeſtatem meritò ulciſcitur.

Quartam ſententiam pręcedenti penitus oppoſitam propugnandam ſuſcepit Joach. Vadianus Sangalenſis in ſua *trium terræ partium Epitome*; ſentit enim totum terrarum orbem ante peccatum fuiſſe Paradiſum, & in Edene id eſt, in omnigena deliciarum copia, revera ſitum, quoniam Gen. 1, 28. jubet Deus hominem implere totam terram, eamque uſui ſuo addicere, & dominari in omnia animalia, quę in tota terra erant, unde in ſubjectionis teſtimonium ipſum adierunt ut nomina ab ipſo acciperent; quamobrem non eum in loco ſingulari concluſit; ſed dicitur Deus introduxiſſe Adamum in hortum delicioſum, quia deliciis cum undique ſepſit, & circumdedit; reum verò excluſiſſe ex Edene, ſive Paradiſo amœniſſimo, atque damnaſſe ad exulandum in hoc orbe ærumnoſo, cujus innumeræ deliciæ, Deo maledicente, in totidem calamitatum genera ſunt permutatæ, ut infidelitatis atrocitatem agnoſceret Adamus, atque ad pœnitentiam fortiùs excitaretur: quatuor imprimis flumina ex Edene prodeuntia hanc ſententiam ſtabilire videntur; Patres enim, & Judæi unanimi ferè conſenſu agnoſcunt Indicum Gangem unum eorum fuiſſe, alterum Tigrim Perſicum, tertium Euphratem Aſſyrium, & quartum Nilum Ægyptium, qui meridiem, orientem, & ſeptentrionem noſtri orbis alluunt, & majores illius partes pervagari cernuntur; ſic Joſephus Antiq. l. 1. c. 2. recentes Rabini ipſi aſſentiuntur, nam R. Salomo Jarchi in c. 2. Gen. deſignat Nilum, Euphratem, & Tigrim; Aben-Eſra pro Nilo torrentem Ægypti dicit: Patrum teſtimonia ſunt concordiora, nam S. Epiphanius in Ancorato §. 58. Gangem, Tigrim, Euphratem, & Nilum expreſſè nominat, & deſcribit, S. Ambroſius etiam lib. *de Paradiſo* c. 3. & S. Auguſtinus *de Geneſ. ad Lit.* l. 8. cap. 7. & plures alii. Hæc ſententia eſt paulo veriſimilior, propiuſque ad veritatem accedit; quoniam conſtat totum orbem in hominis gratiam revera conditum, ipſique fuiſſe ubique ſuppeditatutum ſuaviſſimas delicias cum numeroſa prole auctus diverſas incolere terras teneretur; neque minùs certum totam terræ amœnitatem peccato permutatam in triſtem ſterilitatem: nihilominus opus fuit primis parentibus ſede quâdam ſingulari, in qua initio conſiſterent, conveniebatque ut cæteris orbis in quo creati fuerant regionibus præſtaret & potioribus etiam deliciis abundaret, quo ex altera illa orbis parte in inſigniorem illam introducti agnoſcerent beatiorem adhuc conditionem poſt præſtitum fidele obſequium eſſe expectandam, quia immenſa Dei liberalitas, quæ in deliciis Edenis erat ſponte conſpicua, non ſinebat dubitare, quin fidelitas mandato probata ſuam haberet remunerationem, ut infidelitas pœnam; quoniam divina be-

na be-

na benignitas invitò punit, & ad benefaciendum eſt propenſiſſima. Præterea hanc ſedem S. Scriptura à cætero orbe accuratiùs diſtinxit, quàm ut confundi poſſint, aut penitus ignorari; fateor prædicta quatuor flumina non poſſe in unum, è quo ſuam habeant originem, reduci, & propterea infauſtos fuiſſe Veterum conatus, quorum alii in ſuprema aëris regione collocárunt Paradiſum, ut ex alto demittens aquam diverſas diſſitis fluminibus efficeret ſcaturigines; alii ultra Oceanum ut per occultos ejus meatus ex eo erumperet in meridionali Africa Nilus, & in oppoſitis ſeptentrionis plagis Euphrates, Tigris, & Ganges, quæ ſomnia ſunt ab omni rationis ſpecie alieniſſima; quamobrem aliâ ratione flumina Paradiſi erunt inter ſe componenda.

Quinta ſententia primâ fronte omnes amovere difficultates & S. Scripturæ, rationique omnino ſatisfacere videtur, & merito, quandoquidem aſſertores habuit Franciſcum Junium & Hugonem Grotium variâ eruditione celeberrimos: Junius antiquior prælect. in Gen. 2. obſervat *Edenem* duplicem commemorari, unam in Thelaſſar 2. Reg. 19: ỷ. 12. cujus incolas Rex Aſſyriæ ſubegerat, & Jeſaiæ 37: ỷ. 12. alteram juxta Damaſcum, de qua Amos 1: 5. ad illam autem pertinuiſſe Paradiſum exiſtimat, & propterea in Auranitide ad Euphratem ſitum; quin Auranitis, quaſi Audanitis ſive Edenitis ipſi videtur dicta; ſanè Donatus in Hecyram Terentii Act. 3. Scen. 4. aſſerit *quod r pro d poteſt poni, ut caro dicta ſit quaſi cado:* Varro etiam lib. 5. de L. L. obſervat quòd *meridies ab eo quod medius dies*, & quòd *d Antiqui non r in hoc loco dicebant* &c. Innumera exempla ex compoſitionibus verborum ſimiliter produci poſſent ut arrideo, arrepo &c. pro adrideo, adrepo. Oſtendit præterea non in Edene dumtaxat conſtitui Paradiſum; ſed orientalem partem Edenis illius à Moſe ipſi inſuper aſſignari, cùm ſcribit: *& plantavit Deus Paradiſum in Edene* מקדם *verſus Orientem*; quod verum etiam erat reſpectu Moſis in Arabiæ deſertis Libros ſuos ſcribentis: ad fluvios Paradiſi quod ſpectat optimè monet unum initio eſſe, qui poſtea in quatuor dividitur, & ex Edene procedit, oriri verò negat; quia alium habere ortum omnes norunt: vult enim fluvium illum eſſe Euphratem ex Armenia deſcendentem, primum verò fluentem ab eo diviſum dici à Moſe Phiſonem, & à ſcriptoribus exoticis Paſitigrin, *ſervatâ* (inquit in h. l. Grotius ὁμόφηφ@-) *nominis antiquitate*; putant igitur ambo quòd ex Phiſone in Tigrim circa Apameam confluente, & Tigri formetur Paſitigris, ſeu potiùs Piſotigris.

Secundum fluentum, inquit Junius, Gichon ſic dictum, quòd irrigandis agris inſerviat (unde Grotius etiam ἐκβολὴν id eſt, *diverticulum fluminis* interpretatur) quamobrem etiam Chaldæus ab uſu illo Naharſares id eſt, *Fluvius deductus*, qui Ptolemæo corruptè Baarſares, Ammiano Marſias, Straboni, & Plinio Maarſares; eſt autem alveus citimus Euphratis reſpectu noſtri: Grotius ab ipſo nunc recedit, & medium Euphratis canalem intelligendum exiſtimat, qui נהר מלכא *Naar malca* A. Marcellino dicitur, Plinio autem corruptè Armalca; & optime à Strabone βασίλει@- ποταμὸς, *Regius Fluvius* interpretatur; *aut* (ſi id minus placet, inquit, quòd à regum aliquo factus is credatur alveus; & inde nomen habeat) Chaboras, quem cum Euphrate conjungi Ptolemæus teſtatur.

Tertius fluvius Chiddekel dictus ſecundùm Junium, eſt *Tigris Meſopotamiam ab Aſſyria, & Suſianes principum a ſuperiore Chaldææ parte diſterminans; ſed nomen illius hoc loco æquivocè de ſuperiore βασιλικῷ alveo in Tigrim confluente dicitur, quia videtur potius Tigris in alveum Euphratis incurrere quàm Euphrates in Tigrim, ac proinde alveus ille Tigridis nomen obtinet, & ita à Plinio auctoribuſque aliis appellatur inter Seleuciam, & Cteſiphontem interfluens.*

Reſtat (ejuſdem etiam verba ſunt) *quartum fluentum, vel quartus* alveus nomine tantùm diſcretus; quia nihil ad circumſcriptionem terminorum pertinet; ſed mediam regionem ſecat, & nomen Euphratis obtinet κατ' ἐξοχὴν, ut ex his Ammiani verbis lib. 23. conſtat: *perfluunt has eaſdem terras potiores ante alios omnes hi quos prædiximus, & Marſias, & flumen regum, & Euphrates cunctis excellens, qui tripartitus navigabilis per omnes rivos inſulaſque circumfluens & arva cultorum induſtria diligentius rigans vomeri, & arbuſtis gignendis habilia facit*, &c. Grotius hos duos fluvios contentus nominâſſe, nihil obſervat quo ab aliis poſſint diſcriminari.

Secundùm hanc deſcriptionem Paradiſus fuit in Meſopotamia, cùm in ea Euphrates in plura fluenta ſubdividi incipiat, & Tigris ei etiam conjungatur; hæc autem ſententia videtur confirmari conſtanti primorum hominum ſtudio hanc regionem incolendi, quaſi à prima beatitudinis ſede minus recedere, & exilium ſuum propius reddere ſatagerent: nihilominus ſuas habet difficultates eaſque graviſſimas: quin eo ipſo quod à prima rerum memoria putetur ab hominibus exculta Meſopotamia minus convenit Paradiſo, à cujus ingreſſu prohibiti ſunt homines, & coacti ab ejus orientali ſitu ſecedere: præterea nullus oritur in media Meſopotamia fluvius, cùm tota ambientibus fluviis ſit circumdata, ſed quod inprimis obſervandum, non eſt unus in Meſopotamia fluvius à quo cæteri procedant, ſed ipſe hujus ſententiæ aſſertor præcipuus fluenta duo Tigrim conſtituere affirmavit; quorum unum abſolutè Tigris dictum eſt, alterum verò Paſitigris ob ſuam cum Phiſone confuſionem: & Euphratem ſimiliter duo; nempe Euphratem propriè dictum, qui mediam Babyloniam ſecat, & citimum reſpectu noſtri alveum Euphratis, qui Gichon à Moſe, & à Chaldæis Naarſares nuncupatur; aut Chaboram: jam verò hæ partitiones duorum fluviorum cum Moſe unum quadrifariam diviſum dumtaxat agnoſcente non poſſunt conciliari: expreſſa enim ſunt hæc ejus verba Gen. 2: ỷ. 10. ונהר יצא מעדן להשקות את־הגן ומשם יפרד והיה לארבעה ראשים׃, *& fluvius oriebatur ex Edene ad irrigandum Paradiſum, & inde dividebatur, & erat in quatuor capita*; ea autem capita quatuor, ſive novæ ſcaturigines quatuor fluviorum poſtea nominatim deſcribuntur.

De variis Euphratis alveis non eſt magnopere diſputandum; alii quatuor, alii quinque eſſe dicunt, ut videre eſt Phaleg. lib. 1. c. 8. quod præcipuè noſtrum propoſitum ſpectat, & ad ſubvertenda præſentis ſententiæ fundamenta expedit obſervare, eſt quòd fluvius Regius, ſive ut Chaldæis nuncupatur נהר מלכא *Naar malca*, quem ſecundum fluvium facit Junius, non eſt nativus, ſed arte factus multis poſt creationem ſeculis; hinc βασιλικὴν διώρυχα *Regiam foſſam* Polybius lib. 4. illum vocat, & A. Marcellinus, l. 24. *foſſile flumen*, & *Naarmalcha*, *quod*, inquit, *amnis Regum interpretatur*; atque tunc cùm ad illum fluvium Julianus Cæſar pervenit *ſiccum* fuiſſe teſtatur, declaratque à Severo, & Trajano Imperatoribus excavatum antea fuiſſe; quòd limo fuiſſet procul dubio oppletus: quod innotuit Grotio, quamobrem à ſententia Junii diſceſſit, & alveo inconſtanti, & ſecundùm temporum neceſſitatem excavato Chaboram prætulit; ſed metuo ne in ſcopulum, quem vitare cupit, incurrat; fluvius enim ille Regius arte factus, qui Babylonem alluebat, videtur Chaboras ab Ezechiele dici cap. 1: 3. & paſſim poſtea; Ebraicè quidem ſcribitur כבר *Chebar*, & à 70 Interp. Χοβάρ. Sed non transferuntur

nomina

Digitized by Google

nomina ab una Lingua in aliam abſque aliqua mutatione; præterea ibidem Propheta ſcribit, quòd in medio captivorum, & in terra Chaldæorum degebat; quamobrem S. Hieronymus in hunc locum Babylonis flumen proprio nomine docet deſignari, aut Tigrim, Euphratemque ſaltem ſignificari, quia hæc vox *gravem* ſignificat, ambo autem inter omnes fluvios graviſſimi, atque maximi ſunt: denique ipſa nominis ratio conſtat ex his verbis Plinii lib. 6. cap. 26. *Tradunt Euphratem Gobaris præfecti opere deductum ubi eum diximus findi, ne præcipiti curſu Babyloniam infeſtaret.* Addit ab univerſis Aſſyriis appellatum *Armalcar, quod ſignificat Regiam*, voluit dicere נהר מלכא Nahar malca *ex quibus verbis* inquit Scaliger de Emend. temp. lib. 5. inceſſere poſſit ſuſpicio ποταμὸν βασιλικὸν, & Χαβώρραν *eundem eſſe*; ſuſpicionem illam in ſententiam mutat Caſaubonus in librum 14. Strab. & ſcribit, quòd eum nou pudeat eorum *eſſe ſententia, qui Chebarem Ezechielis eundem eſſe opinantur cum Regio fluvio.* Sic diverſo nomine eundem fluvium à Rege cujus imperio fiebat, dictum *Regium*, & à præfecto Cobare, Chobaram ſuſpicamur exhibere Grotium, quia non exiſtimamus veriſimile, quòd intellexerit Chaboram ex monte Maſio confluentem in Euphratem ducentis circiter leucis antequam ineat ſocietatem cum Tigri; & conſequenter remotior ſit à cæteris fluviis in Paradiſi deſcriptione enumeratis, pluresque propiores ſint, ut Socoras major in Euphratem ſimiliter influens, atque Lycus, Caprus, & Gordus, qui paſſibus ferè æquis adeunt Tigrim: ſic hic Chaboras non poteſt inter Paradiſi flumina admitti quin plurima illud conſequantur, & eorum numerum extra modum multiplicent.

Naar ſares ſive נהר שרש id eſt, *fluvius utilitatem afferens* hoc ipſo nomine declaratur factus ad irrigandos agros, qui aquarum ejus operâ fertiliſſimi fiebant, & mirabilem frugum copiam agricolis ſuppeditabant: ſic etiam potuit dici quaſi נהר כרים *fluvius avulſus*, aut *caſtratus*, quia avulſus à genuino Euphratis alveo, qui robur, uberiores aquas, & perennem earum fœcunditatem conſervabat, deſerebatur poſt eum languidus, & ſicut Spado eviratus; tranſibat autem per Babylonem, ejuſque gratiâ factus videtur.

Itaque jure ac merito A. Marcellinus auctor gravis, & qui Euphratem accuratè luſtraverat l. 24. ſcribit: *major pars Euphratis in rivos diffinditur multifidos:* rivi dumtaxat ſunt non fluvii, ſæpe irrigandis agris, in quos deducebantur, non ſufficiebant, & omnino exareſcebant; quamobrem non ſibi conſtant auctores, qui illos deſcribunt, & modò plures, modò pauciores enumerant, quia nonnunquam unus in plures dividebatur, & aliàs plures in unum coaleſcebant, ſecundùm Principum placita; immò omnes poſt Babyloniam provinciam irrigatam iterum coeunt, & recuperato priſtino Euphratis nomine juxta Apamiam unico alveo Tigrim ingrediuntur, quapropter inepti ſunt ad quaternarium fluviorum Paradiſi numerum cum Tigri conſtituendum.

Sexta demum ſententia omnibus hujus & cæterarum incommodis, difficultatibuſque medebitur, & verum Paradiſi ſitum ſecundùm Moſis deſcriptionem manifeſtè demonſtrabit: fundamenta illius jecit J. Calvinus miræ perſpicacitatis, & judicii acerrimi Theologus in ſuo ſuper Geneſ. 2, 15. Commentario; Bochartus autem ordinatè, atque firmiter illam perfeciſſet, ſi per graves ejus occupationes licuiſſet, nos verò utriuſque prememus veſtigia, cùm aliquo modo apparebunt. Bochartus igitur in illa epiſtola 19 Aprilis 1665. ad Cappellum ſcriptâ, quam ſuprà laudavimus, poſtquam impoſſibile illi eſſe accuratam Paradiſi deſcriptionem tunc exhibere, ſcribit: *in ſumma illum in eodem loco, quo Calvinus colloco.*

Inde evidenter colligo collocandum judicaviſſe in utroque Tigris latere inter Cteſiphontem, & Apameam, quia in illo loco illum collocavit Calvinus: & quidem merito; quoniam ibi meditullium regionis dictæ עדן *Eden*, cui nomini ἡδονὴ quaſi ab ipſo formaretur apprimè reſpondet: 70 Interp. per τρυφὴν exponunt, quæ delicias exquiſitiſſimas comprehendit; unde corrigendus obiter textus Theophili Patriarchæ Antiocheni ad Autolicum lib. 2. ubi legitur quòd Ἐδὲμ interpretatur τροφὴ & Interpres reddit *verſionem*, cùm legi debeant τρυφὴ & *delicia* ſint vertendę. Symmachus verò per ἄλσος, quam vocem minùs notam, Suidas τοπίον interpretatur, & vult deſignare regionen inſigni cultu, & variis naturæ & artis ornamentis conſpicuam, quales Homerus ſuis Heroibus ſolet aſſignare; ἄλση tamen ut ἄλσος *lucum amœnus arboribus conſitum præcipue ſignificat*; & quia tales luci numini ſolebant conſecrari, & Nymphæ ſimiles incolere exiſtimabantur, beatæque etiam piorum animæ in campis Elyſiis, idcirco uſurpatur ad deſignandum viridarium omnigenis delicis divinitus repletum: regio autem Eden licet vaſta, & per Orientis tractum latè extenſa, attamen tota amœniſſima erat, atque vix ſufficiebat quævis illius pars ad capiendas delicias, quæ ex fœcundo ejus ſinu profuſè erumpebant: obſervavit ſuprà Junius duplicis Edenis in S. Scriptura memoriam conſervari, unamque juxta Damaſcum ſitam fuiſſe, alteram verò in Auranitide, quam genuinam exiſtimat; nos utraſque genuinæ partes admittimus, eiſque etiam addimus Inſulam, quam Tigri fluvio ambiri, & circiter decem milliaria Anglica continere, Edenemque dici teſtatur Joan. Cartwigtus Anglus in itinerario; quin ibidem vult in regione Edene urbem Ninivem à Nimrodo conditam extitiſſe; ſita autem erat in Aſſyria ad orientale Tigris latus, cùm occidentale occupet אלמוצל היא אשור הגדולה *Moſul quæ eſt Aſſur magna*, ובינה ובין נינוה הגשר לבד *& inter eam, Ninivemque eſt tantùm pons* inquit Benjamin Judæus in itinerario: Ninive quidem nuncupatur à Nino quaſi נינוה *Ninnave* id eſt, *Nini ſedes* aut habitatio; ſed idipſum confirmat eam à Nimrode Babylonis conditore, qui in ea ſub nomine Beli, cultus eſt, Ninivem etiam in Nini filii gratiam conditam, & ad exemplum Caini urbem à ſe conditam de nomine Enochi filii dicentis Gen. 4, 17. à filio, etiam denominatam, ut aliàs ſæpiùs factum: ſic ſtudioſè ſatagebant fixas habere ſedes in regione, quam ſciebant ſuaviſſimas initio præbuiſſe delicias, utque deſiderio ſuo faciliùs ſatisfacerent, potuerunt Edenis fines latiùs prorogare, quo regiones quas occupabant, in partem illius decoris venirent; ſanè inſulæ Edenis incolas pro Paradiſi etiam parte illam habuiſſe ſuprà laudatus auctor teſtatur: Gabriel Sionita autem & Joan. Heſronita Maronitæ in *tractatu de nonnullis Orientalium urbibus*, &c. *Nubienſi Geographiæ addito* cap. 3. poſt deſcriptam Damaſceni ſoli fœcunditatem mirabilem, & ſuaviſſimam aëris clementiam, addunt tantas eſſe, *ut meritò ſcriptoribus Paradiſus terreſtris nuncupetur*, &c. Sed non multum refert an ampliſſimi, an verò anguſti fines Edeni aſſignentur, & nobis ſufficit, clara veſtigia, & quaſdam illius reliquias circumcirca inveniſſe, quia in illam regionem, quam includere debent, gradatim nos deducunt, & ſimul Paradiſum in ea conſitum indicant, manifeſta enim ſunt illa Moſis verba Gen. 2, 8. בעדן מקדם *in Edene, à latere illius Orientali* vel *ad latus illius Orientale*; מ enim quæ *ex* & *ab* paſſim ſignificat, nonnunquam etiam pro *ad* uſurpatur: ut 2. Sam. 6, 2. מבעלי *ad Baalam Jehuda*, ut 1. Chron. 14, 6. בעלתה;

ad Baalam, ubi ה finale terminum motûs deſignat, & revera petebat David illam urbem, quæ aliàs Kiriath-Jearim nuncupatur Joſ. 15: 9. ut ex ea deduceret arcam; quare 70 Græci Interpretes Gen. 13: 3. מנגב *εἰς τὴν ἔρημον ad deſertum* interpretantur; Syrus etiam habet ܠܬܝܡܢܐ *verſus meridiem*, & ſic poſſet exponi Gen. 11: 2. מקדם *verſus Orientem:* itaque intra Edenem, & juxta orientalem ejus partem collocatum à Deo Paradiſum patet: eódem nos etiam deducit celebrata illius Paradiſi amœnitas, & fœcunditas incomparabilis; ut enim Damaſcum, & Aſſyriam vidimus raræ ubertatis, & deliciarum ſuarum jure quamdam cum Edene, & Paradiſo affinitatem ſibi vindicantea, ſic nobis licebit pronum exuberantis illius fœcunditatis curſum ſequi, atque ex ejus incrementis colligere proximitatem Paradiſi, & centrum omnigenarum deliciarum, in quod totius orbis bona tendebant: revera deſcendendo ex Aſſyria & ex Syria Damaſcena procedendo orientem verſus occurrit Meſopotamia terrarum omnium feraciſſima, quæque eò etiam feracior, & præſtantior eſt, quò propiùs orientem tangit, & magis ad Babyloniam vicinam accedere animadvertitur; nam Strabo lib. 16. teſtatur, quod agri in Babylonis vicinia pro uno grano trecenta reddant, & ſolæ palmæ ſufficiant ad vitam commodè ſuſtentandam; cùm ex iis panis, mel, vinum, acetum, & varia textilia fiant; immò ſit carmen Perſicum, quo trecentæ & ſexaginta utilitates hujus palmæ celebrantur: Herodotus lib. 1. §. 193. hunc multiplicem palmarum uſum etiam refert, & Cereris fœcunditatem quæ nuſquam non ducena det, aliquandoque tricena, tanto inſuper vigore ut ſolia tritici, & hordei ſint lata quaternorum majorum digitorum, milium verò, & Seſamum arborum proceritatem æquent, denique incredibilem fœcunditatem ſibi compertiſſimam referre non audet, ne videatur fabuloſa, & contentus eſt dixiſſe hanc regionem earum omnium, quas unquam vidit eſſe longè præſtantiſſimam, quad teſtatur illam ab ipſo luſtratam, & propriis oculis viſa prodigia ſincerè eum referre: Plinius lib. 18. cap. 17. addit: *Babylone bis ſecant* (nempe luxuriantes ſegetes) *tertio depaſcunt; alioqui folia tantum fierent, ſic quoque cum quinquageſimo fœnore meſſes reddit exilitas ſoli, verum diligentioribus cum centeſimo quinquageſimo*, &c. Curtius libro 5. etiam refert, quòd *jacentia inter Tigrim* & *Euphratem tam ubere & pingui ſolo ſunt, ut a paſtu repelli pecora dicantur, ne ſatietas perimat*, &c.

Sic ſoli ubertas, & clementia cœli fœliciter nos deducunt in orientem, & ad amœnos campos, qui fœcundis Tigris; Euphratiſque aquis irrigantur; hæc autem flumina in Paradiſi confiniis a Moſe collocantur: nondum tamen conſtat de propria Paradiſi ſede; quoniam pagus תמנין *thſemaninus* ab octo perſonis, quibus conſtabat Noachi familia juxta Tigrim & ultra Euphratem jacebat, & in Oriente etiam; quandoquidem Noachidæ leguntur Gen. 11: 2. veniſſe in planiciem Senear מקדם *ex Oriente*, ad quæ verba R. Aben-Eſra ſcribit לאות כי הרי אררט במזרח *in ſignum quòd Ararat*, (ſive mons Gordiæus ut Arabs) *erat in Oriente*; ſcilicet reſpectu Moſis in deſertis Arabiæ ſcribentis, & moris recepti, qui Orientis, Occidentiſque limitem Tigrim conſtituebat; nihilominus priſtinæ patriæ deſiderio hanc ſedem aliàs commodiſſimam deſeruerant, ut Babyloniam verſus deſcenderent: ratio evidens eſt non Tigris, non Euphrates disjuncti Paradiſum proximum teſtantur; ſed conjuncti, & in unum eumdemque alveum confluentes certa ſunt illius indicia; propterea illorum concurſus nobis eſt attentè conſiderandus.

Ne autem fruſtra huic conſiderationi incumbamus, expedit antea inquirere an conſtet hæc duo flumina à Moſe revera denotata? & idcirco ejus verba accuratè ſunt perpendenda: ſcribit autem ונהר יצא מעדן להשקות את הגן: *& fluvius egrediebatur ex Edene ad irrigandum hortum.* Fluvius, inquit, non plures, iſque uno alveo contentus horti irrigationi dumtaxat inſerviebat, & abundè etiam ſufficiebat, quia hortus, & compendium ſparſarum per vaſtam Edenem deliciarum erat, ſive anguſtum ſacrarium hujus templi magnifici, cui tota vaſti terrarum orbis amplitudo atrii vices exhibebat; ſed in magnitudine Edenis indefinita plures occurrunt fluvii, qui extra Edenem ſuas habent ſcaturigines: quamobrem quid *egreſſus* illius fluvii ſignificet ſcire debemus, & inde pendet præcipuum difficillimæ quæſtionis pondus. יצא *egrediebatur* multiplices poteſt admittere expoſitiones; prima, quæ ſponte ſubit mentem, primum illius fluvii in Edene ortum ſtatuit, & revera מעדן *ex Edene*, & בעדן *in Edene*, non differunt, ut innumeris exemplis probare eſſet promtiſſimum; ſic Exod. 33: 6. in *monte Horeb* מהר חורב: & Pſal. 72: 16. *florebunt* מעיר *in civitate*, unde in h. l. Aben-Eſra מעיר כמו בעיר *ex civitate, ſicut in civitate:* verùm fruſtra in Edene quæremus hunc fluvium hoc modo erumpentem, aut ſcaturientem: מוצא המים *ſcaturigo aquarum* hujus fluvii, ſive Euphratem ſive Tigrim Edenem alluentes ſpectet, in remotiori Armenia conſpicitur: attamen quid cogit de prima rerum origine ſecundùm præſentem ſtatum judicare? Sol nunc genuina eſt origo lucis, quæ ab ipſo ad nos conſtantes manat; at initio lux ſolem anteceſſit, & totum illuſtrabat orbem, licet nondum extaret Sol; ſic nunc hauſtus diurno calore humor in nubis frigido ſinu fit ros primo mane deſcendens, & plantas irrorans; tunc contrà *aſcendebat* אד *ros è terra, & irrigabat univerſam terra faciem* Gen. 2: 6. ſic potuit in primo rerum exordio, quo omnes creaturæ in ſtatu perfecto productæ ſunt, & ſcaturigines non præceſſerunt fluvios ſuos, primò erupiſſe ex Edene præ cæteris regionibus menti divinæ obverſanti fluvius, qui quoquoverſus totum ſuum illico replevit alveum, & deinde ſuam à deſtinata ſcaturigine habuit propagationem: nihilominus poſſumus communi rerum ordini verba Moſis commodiſſimè accommodare; licet enim S. Scriptura dicat *egredi* filios ex ſinu materno aut parentibus ſuis, cùm primùm naſcuntur, ut Gen. 15: 4; licet eodem utatur verbo ad ſurculos, & ramos ex ſtirpibus ortos ſignificandos ut Jeſ. 11: 1; & fructus ex vitè immediatè prodeuntes, ut Jud. 13: 14: paſſim etiam uſurpatur de ſole, cæteriſque ſyderibus continuo curſu orbem circumeuntibus, & nullum curſûs initium revera habentibus; quemadmodum autem dumtaxat dicuntur oriri reſpectu modò hujus gentis, modò illius, quia tunc ad earum conſpectum perveniunt, ſic fluvius in Edene ortus cùm primùm in ea defluens viſus eſt, licet plures regiones antea permeaviſſet; ſol, qui Gen. 19: 23. reſpectu Lothi Tſoarem ingredientis oriri legitur, priùs Perſis, Indis, & cæteris Orientis gentibus ortus ſuam impertierat lucem; fluvius etiam Tigris aliâ ſingulari ratione in diverſis locis oriri dici poſſet, quia ipſi familiare eſt immergi atque ex occultis ſuis meatibus ſæpiùs prodire in lucem teſte Plinio lib. 6. cap. 27, & Strabone lib. 6: idcirco ex circumſtantiis in reliqua deſcriptione adhibitis, an ipſe, aliuſve fluvius ſit intelligendus, diſquirendum; ſic autem pergit Moſes.

ומשם יפרד והיה לארבעה ראשים *& inde dividebatur; & fuit in quatuor capita* Gen. 2: 10. totus rei cardo in his vertitur verbis, quæ ſignificant, quòd fluvius ille ortus in Edene, quia in Paradiſo Edenis meditullio unus revera incipiebat fluere, poſt irrigatum modicâ exundatione Paradiſum dividebatur;

tur, conjunctaſque ad illius fœcunditatem incomparabilem aquas inter diverſas mundi regiones partiebatur, ut hoc ipſo hunc hortum deliciarum eſſe cumulum declararet: diviſio autem illa quadrifariam facta eſt, & fluvius ille unus in Paradiſo, viſus eſt extra ipſum quatuor diverſos alveos implere, atque conſtituere quatuor flumina diſtinctis nominibus celebrata; id autem rarò occurrit, idcirco tanto cum applauſu exceptus Euphrates cum alveis ſuis poſt aliquot annorum millia Regum mandato excavatis, qui ad Paradiſum non magis pertinent, quàm foſſæ numero anni dierum pares Cyri induſtriâ factæ ad capiendam, ut refert Seneca *de ira* lib. 3. cap. 21. de fluvio vindictam, quem Jacobus Cappellus Euphratem dicit, & vult illas ad capiendam Babylonem foſſas 360. factas fuiſſe, *in hiſtoria ſacra & exotica* ad an. mundi 3460 (quo auctore neſcio.) Herodotus enim lib. 1. §. 189. hunc fluvium *Gyndem*, Seneca etiam & Plinius vocant, ille è *Mantienis* montibus per *Dardaneos* in Tigrim ferri etiam ſcribit; hos quidem Mantienos, Dardaneoſve montes deſignare difficile: attamen Mantianos populos juxta Armenios collocat Mela lib. 1. c. 2. Mantianam etiam paludem in Armenia commemorat Strabo lib. 11. a quibus potuit denominari pars montis Niphatis, quæ fluviis in Tigrim ſe exonerantibus perennes aquas ſuppeditat; ſanè ibidem etiam urbem *Darnam* apud Ptolemæum lib. 6. cap. 1. legimus; ſi autem his indiciis ſtemus Gynde fluvio, quem Cyrus ob abſorptum equum mulctare voluit, intelligemus Gorgum Ptolemæi, qui ab illis montibus ducit originem, & juxta illam urbem fluere perhibetur, quemque vado tranſire maluit è Perſide veniens Cyrus quàm rectà petere Babylonem, atque Tigris hujus fluminis, & Euphratis aquis aucti periculoſum in hoſtium conſpectu tranſitum aggredi; neque immerito; longè enim expeditius iter fuit per Gyndem, Tigrim, & Euphratem diviſos, quàm in unicum alveum certatim concurrentes.

Itaque his factitiis fluminibus amandatis, genuinos, primigenioſque in debitum ipſis locum reducere, & veram eorum originem manifeſtè exponere nunc convenit; quod ut accuratiùs fiat obſervandum eſt, Moſem in ſacræ ſuæ hiſtoriæ contextu ſequi ordinem ſimpliciſſimum, & ad Lectorum cujuſcunque conditionis ſexûſve magis accommodatum; univerſalem creationem orditur à cœlis, qui cæteras creaturas ambiunt, & gradatim deſcendit ad terram hominis ſedem, mundique centrum; ut autem declararet hominis illius gratiâ mundum fuiſſe conditum, terramque innumeris repletam bonis, ſed potiora poſt probatum ipſius obſequium eſſe expectanda, paulo poſt abſolutam omnibus numeris illius conformationem deduxit illum in Paradiſum, in quem ſparſas per totum orbem, quem luſtrare non poterat, delicias congeſſerat: propterea Paradiſi illius ſingularem deſcriptionem adornat, quo memoria divinæ beneficentiæ conſervetur, & ſitus illius à poſteris etiam poſſit agnoſci; quamobrem incipit ſuam a centro illius Paradiſi, & fluvio ob magnitudinem in oculos incurrente, atque cum cæteris regionibus, quoquoverſus annectente: idcirco unum eſſe dicit, & in extremis ejus finibus demum inveniri diviſum in quatuor fluvios, quorum duo ab uno latere, duo verò ab oppoſito latere recedunt; ſive, quod idem eſt, duo flumina in aditu Paradiſi conjunguntur, & uno contenti alveo ſimul placidè fluunt; in exitu autem quaſi functi munere ad quod illorum ſocietas requirebatur, iterum conjunctas partiuntur aquas, quas unus paululum, ut priùs declinando in Orientem, alter contrà in Occidentem, tandem in ſinum Perſicum ſimiliter deferunt, quemadmodum appoſita mappa evidenter demonſtrat.

Diximus Calvini hanc fuiſſe ſententiam, & hæc illius verba non ſinunt dubitare id eſſe veriſſimum: *quomodo autem fluvius in quatuor fuerit diviſus capita, non obſcurum eſt; duo enim ſunt amnes, qui in unum coëunt, deinde abeunt in diverſas partes; ita flumen unum eſt in confluente, duo autem in ſuperioribus alveis ſunt capita, & duo verſus mare, poſtquam rurſus longius dividi incipiunt.* Hanc ſententiam deoſculatur, & propugnat Scaliger lib. 5. *de Emend.* tempor. *nihil*, inquit, *eſt apertius hac expoſitione, quæ etiam fuit ſententia ſummi noſtri temporis ſacrarum literarum interpretis, quo nihil poteſt verius nihil doctius dici.* Poſtea acerbè reprehendit virum doctum, qui obtrudere diverſam ſententiam conatus fuerat libro paulò poſt edito; miraturque *divinam doctiſſimi viri de illis quatuor fluminibus ſententiam illius famelicum judicium non expleviſſe.* Non potuit amplioribus laudibus hæc expoſitio ornari, & meritò docta, vera, divinaque nuncupatur, quoniam S. Scripturæ omnis veritatis normæ, & divinitus inſpiratæ apprimè convenit. Nihilominus ſobriæ aviditati ſupereſt locus, & ulterioribus diſquiſitionibus etiam poterit expleri: revera vir magnus Theologicis myſteriis totus deditus noluit in Geographicis difficultatibus diutiùs immorari; quare contentus præcipuas auctorum ſententias retuliſſe ſuum de iis non fert judicium: imò diſſimiles etiam negligit conciliare opiniones, ut cùm ſequutus Strabonem lib. 11. ſcribentem quòd *Tigris delatus Seleuciam ibique ſe Euphrati jungens cum eo Meſopotamiam facit*, &c. & paulò pòſt: *conjuncti autem poſtquam Meſopotamiam concluſerunt alter per Seleuciam, alter verò per Babylonem in Perſicum ſinum devolvuntur.* Poſtea non aſpernatur hanc obſervationem Plinii lib. 5. cap. 26. ſcribentis: *ſcinditur Euphrates a Zeugmate* 93000. *paſſuum circa vicum Maſicem, & parte lævâ in Meſopotamiam vadit per ipſam Seleuciam, circa eam præfluenti infuſus Tigri; dexteriore autem alveo Babylonem quondam Chaldææ caput petit, mediamque permeans, item quam Otrin vocant, diſtrahitur in paludes.* Ei contrà aſtipulatur, ad eamque mappam in ſententiæ ſuæ declarationem depictam accommodavit; cernitur enim canalis ab Euphrate in Babylonem deductus, & ab ea tendens per paludes in Perſicum ſinum, cui tandem Gihon ex Edene egreſſus ſocium ſe præbet: præterea, quia obſervavit eundem Plinium lib. 6. cap. 28. ſcribere *Apamiam ſitam ubi reſtagnatio Euphratis cum Tigri confluat:* alioſque auctores eòdem reducere omnes fluvios ex Euphrate in totam Babyloniam ſimiliter derivatos, ne iis adverſaretur canalem exiguum pingi curavit in unum illum fluvium Paradiſum irrigantem, ſuas conferentem aquas, antequam unus ille fluvius dividi incipiat; hàc autem ratione quintum caput ipſi ſuccreſcit: quamobrem ne quinque fluvios pro quatuor habeamus, ut ſarta tecta S. Scripturæ auctoritas omnimodè conſervetur, utque præcedens expoſitio cum ipſa penitus quadret, agnoſcimus quidem plures fluvios Babylonem & Babyloniam permeâſſe ſecundùm auctorum prædictorum deſcriptiones; ſed propugnamus arte factos eſſe, & aliàs ſiccis illis regionibus ſecundùm Melam curâ Semiramidis immiſſos Tigrim, & Euphratem; atque flumen Regium Cobaris præfecti diligentiâ perfectum, & multifidos adhuc diverſis temporibus excavatos fuiſſe canales; ſed in exordio mundi non extitiſſe aſſerimus, quia Babylonia colonis carens irrigatione extraordinariâ minimè indigebat: præterea Gen. 11, 2. primi Babylonis conditores conſilium de fundamentis illius jaciendis capiunt in בקעה *lato, & plano campo*; nam ut inquit R. Aben-Eſra בקעה ערבה ישרה *bakaa eſt planicies recta, & æqualis*, oritur à בקע *diviſit*, & *ſeparavit:* neque convenientiùs deſignari potuit Babylonia ſolo Euphrate à Meſopotamia ſejuncta; non igitur erat plurimis interſecta fluminibus, quæ illam ingenti huic multitudini, quæ unita manere volebat, ingratam reddidiſſent.

Cùm

Cùm nondum eſſet fluvius Regius, Apamia etiam non erat, *ſub qua ὁ βασιλεὺς ποταμὸς πρὸς τὸν Τίγριν συμβάλλει, Baſilus fluvius cum Tigri fit commixtio*, inquit Ptolemæus lib. 5. c. 18. quia ab illa commixtione nomen habet; nam אפמיא *Apamia aquis circumdatam* ſignificat, & revera ab uno latere circumdabatur aquis fluvii Paradiſum alluentis, & ab altero excipiebat fluvium Regium, qui legitimo domino acceptas reſtituebat aquas: ſcilicet אפף & contractè אף apud Ebræos, & Chaldæos idem eſt ac *circumdedit*, & מיא in plurali emphatico, *aqua*.

Verùm enimverò licet fluvius ille unus ambiens Apamiam, & excipiens Regium flumen poſt longum intervallum infrà demum dividatur, & duos alveos incipit occupare, non debemus exiſtimare ſic ab initio contigiſſe, clamat enim ipſa ratio alveum in quem duo ingentia flumina irruperunt diu non potuiſſe illa continere; continuit igitur illa dumtaxat quamdiu Paradiſi amœnitati conveniebat alveum ad extrema labra repleri, ut ejus ſuperficiem penitus æquaret, & plantas, arbuſta, arbores, cæteraque ornamenta horti commodiùs irroraret; poſt exhibita autem illa, quæ Providentiam Dei ad hominem beandum propenſi demonſtrabant, officia, debuit ſpontaneo impetui relinqui; idcirco fluvii ſocietate ad breve tempus neceſſariâ diremptâ, in diverſas partes ſtatim abierunt, diverſoſque canales revocatis aquis iterum repleverunt: ſed tandem interceperunt maximam hujus fluvii è duobus coaleſcentis aquarum partem canales ſuprà commemorati, minimamque ex agris ſitibundis poſtea reſtituerunt; inde eſt quod fluvius priſtino deſtitutus impetu languidiùs cœpit fluere, & vix unum implens alveum coactus eſt novas longiori decurſu colligere aquas antequam novo indigeret alveo, aut illum poſſet occupare: quamobrem novus ille alveus etiam non ſemper ſibi conſtat, & duplex ille fluvius unico oſtio quandoque cogitur Perſicum ſinum adire, ut modò videbimus. In præſentiâ enim expedit ſigillatim conſiderare quatuor fluvios à Moſe deſignatos, quia ſi diſcreparent ab expoſitione propoſita illam funditus everterent; contrà ingens ei pondus accedet ab eorum in eundem ſcopum collimantium conſenſu.

שם האחד פישון *nomen unius* ſive *primi Piſon*: Græcis Interpretibus Φισὼν & Φεισὼν: Scaliger l. c. πλημμυρὰς ſive *paludoſum* ob ingentes, inquit, quas efficit paludes, interpretatur; à פוש *crevit*, & *auctus eſt* derivat, vel a פשה ejuſdem ſignificationis: Rabbini cum Verſione Arabica, quæ pro *Piſon* habet אלניל *Nilum* ſolent intelligere, voluntque ſic dici quòd ejus aquæ exundantes aſcendant per Ægyptum, & illam irrigent, quo ſenſu hoc verbum uſurpari obſervat R. Salomo Jarchi Habac. 1: 8. פשו פרשיו *effunduntur equites ejus*, &c. addit poſt magnum Theologum ducem ſuum Scaliger illo nomine deſignari *fluentum Orientale*, quod ſcilicet, poſt irrigatum hortum, & partitas cum ſocio aquas, relicto ipſi latere occidentali in oppoſitum ſecedebat, circa Apamiæ ſedem, ut veriſimile, quia declivis debuit eſſe locus, ut in eum ex humili demiſſaque Babylonia deſcenderit fluvius Regius; loca autem declivia cadentibus ex alto aquis pondus, & robur addunt, atque eas ad novos alveos excavandos reddunt validiores. In hoc aquarum divortio novum ſententiarum Scaligerum Calvinumque inter & Bochartum occurrit divortium, quod enim Orientale illi fluentum nuncupant, hic Occidentale eſſe affirmat, ut literis jam citatis patet, ſcribit enim: *fundamenta eorum ſunt valdè caduca; collocant enim regionem Cus & Gihon intra Tigrim, & Euphratem, ultra autem ſunt; contra Piſon ultra, qui intra eſt, unde eorum expoſitio plurimis erroribus eſt obnoxia.* Utinam ſua expoſuiſſet argumenta! Sed exprimit dumtaxat ardentiſſimum, quo flagrabat deſiderium duos componendi libros, quorum unus erroneas circa hoc argumentum opiniones refutaret; alter aſtrueret ſententiam ſuam, quam tot rationibus poterat munire, ut non dubitaret, quin omnes veritatis amatores libenter ipſam amplexarentur.

Noſtrum eſt ex ejus ſcriptis, & rationibus ab ejus ſententia emanantibus quædam componere argumenta; primùm autem ipſa Piſonis etymologia à Scaligero probata ſuppeditat; nam Occidentalis fluvius ex Apamia regionibuſque Chaldeæ inferioribus in ſinum Perſicum deſcendens revera expatiatur, & exundans vicinos occupat campos, facitque λίμνας, καὶ ἕλη, *lacus, & paludes*, inquit Strabo lib. 16. & paulo pòſt addit Alexandrum, ſtagna illa ab effuſo in varias foſſas fluvio facta luſtrâſſe, magnamque curam adhibuiſſe μὴ τὴν Ἀραβίαν δυσείσβολον τελέως ὑπὸ τῶν λιμνῶν, ἢ καὶ τῶν ἑλῶν ἀποτελεσθῆναι *ne Arabia omnino difficilis efficeretur ingreſſu ob lacus & paludes:* tali curâ non indiguit oppoſitus fluvius. Plinius etiam lib. 6. cap. 24. de illis *Euphratis paludibus* mentionem facit; & antea lib. 5. cap. 26. poſt irrigatam Babylonem, & Otrin diſtrahi *in paludes* dixerat: in re adeo manifeſta pluribus teſtimoniis non eſt opus; ſed obiter obſervandum, quòd fluvius ille qui *Piſon* ob aquas immodicè profuſas dicitur, etiam primum Euphratis nomen, quod ante ſuam cum Tigri conjunctionem, obtinebat, etiam poſt divortium ab illo factum conſervat, ſicut Tigris, ut mox patebit; quare non licet dubitare duos illos fluvios ob diverſam ſuam diſpoſitionem in quatuor capita à Moſe dividi: non debeo tamen prætermittere Arrianum, qui l. 7. de expeditione Alexandri ſcribit quòd Εὐφράτης μετέωρός τε ῥεῖ καὶ ἰσοχείλης πανταχῆ τῇ γῇ, καὶ διώρυχές τε πολλαὶ ἀπ' αὐτοῦ πεποίηνται, *Euphrates altior fluit, & ubique ripas terræ vicinæ exæquans, multi alvei ex eo fiunt:* addit quoſdam ex iis eſſe perennes campos irrigantes, alios arte incolarum cùm utilitas requirit fieri; ita hic fluvius *Phiſon* ſive *diffuſus, & longè latèque expanſus* tunc poteſt dici. Diverſus Tigris Orientale littus alluentis ſtatus ibidem deſcribitur; καθότι οὐ καταχλίζονται αὐτοῦ οὐδὲν ἐς τὴν χώραν· ἔστι γὰρ μετεωροτέρα ἡ ταύτῃ γῆ τοῦ ὕδατος, *quandoquidem nihil ex eo flumine in terram vicinam effunditur, nam eſt terra quam alluit altior ejus aqua*; non igitur expatiatur, neque ſuperat ripas ut vicinos agros inundet, Phiſoniſque nomen mereatur; ſed primum Tigris nomen conſervat nonnunquam Orientalis ille alveus, ut cum Phiſone nullam habeat convenientiam.

Alterum argumentum Moſes ſuppeditat addendo: הוא הסובב את־כל ארץ החוילה *iſte* (fluvius Piſon) *circumit totam terram Chavila:* non eſt opus obſervare nondum hanc regionem Chavilæ nomen habuiſſe, ſed per anticipationem ſic dici à Chavila, qui illam occupavit, ita ut Moſis tempore ab ipſo adhuc, denominaretur; hoc ſponte patet, & in omnibus ferè locorum denominationibus obſervatur; ad propoſitum noſtrum magis convenit obſervare duos viros hoc nomen habuiſſe, & utrumque gentis celebris auctorem extitiſſe, quorum unus Chuſi filius, de quo Gen. 10: 7. ſedem habuit in extrema Arabia Deſerta verſus Babyloniam, ut probat Bochartus in Phaleg lib. 4. cap. 11. alter autem a Semo oriundus per Jectanem Gen. 10: 29. incoluit partem Arabiæ Fœlicis ad Mare Rubrum extenſam, ut videre licet apud Bochartum in Phal. lib. 2. cap. 28. quamobrem prior Chavila Babyloniæ contermina, à Piſone, ut Babylonia ipſa alluitur: altera etiam ad ipſum angulo ſuo Orientali proximè accedit, & Arabica gens, quæ vaga eſt, ſedeſque fixas raro ſervat, potuit facilè cognomini conjungi, & fines ſuos ad illum fluvium promovere; ſed neutra ad ulteriorem alveum acceſſit, neque ullo modo fluvius

vius orientalis illam circuire potuit; cùm ipſa magis, quàm occidentalis fluvius, ad occidentem vergat.

3. In Moſis deſcriptione ſequitur אשר־שם הזהב *in qua ineſt aurum:* Suſiana autem, cujus occidentale littus fluvio orientali ex Edene orto alluitur, auro dives ab auctoribus non deſcribitur: ſat accuratè deſcribit illam Strabo lib. 15. Plinius etiam, qui auriferam non dicunt; contrà Plinius lib. 6. cap. 28. de illa agens, & præcipuis ejus oppidis ſcribit: ibi *mortalium ſoli aurum in odio contrahunt, id defodiunt, ne quo cui ſit in uſu;* auriferæ enim regiones, brevi didicerunt aurum non eſſe odio habendum ex aliarum gentium commerciis, quæ in vicem auri res quaſque utiliſſimas detulerunt: ne autem aliquis credat odium illud ex metu, ne aurum hoſtes invidos excitaret, ortum, Solinus de Babytace illius gentis oppido ſcribit: *in qua mortales univerſi odio emunt hoc genus metalli, & abjiciunt in terrarum profunda; ne polluti, ejus uſu, avaritiâ corrumpant æquitatem,* &c. cap. 58. ſic enim cum auro ſponte innato emptitium coacervâſſent, periculumque auxiſſent: quod verò ſpectat Chavilam, & regiones Arabicas fluvio occidentali proximas auro eas abundâſſe conſtat, unde Arabia abſolutè dives nuncupatur, ut ob aromata beata. Quamobrem regina Sabæ ex Arabia tantam auri copiam ad Salomonem attulit, & tot auri talenta idem Salomo, tributi nomine, ab Arabiæ regibus negotiatoribuſque accepiſſe legitur 1. Reg. 10. & 2. Chron. 9. David etiam in benedictionibus Salomonis aurum Sabæ pollicetur Pſ. 72: 15. Ut autem ad Havilam propiùs accedamus in Arabiæ deſcriptione Plinius lib 6. cap. 28. commemorat *lacus Hammaum, ubi auri metalla,* quod ad ſinum Perſicum erat ſitum: ſi quis plura teſtimonia auriferarum Arabiæ regionum optat habere, conſulat Phaleg lib. 2 c. 27. monebo tantùm Dionyſium Alex. in Perieg. verſ. 951. teſtari ὄρεα δὲ χρυσοῦ *montes* Arabiæ in *primis auro* abundare, montes autem Arabiæ Felicis, ut etiam Deſertæ, Havilam quodammodo cingere; etiam verſ. 954. obſervat quòd:

—— ὑπὲρ κλιτὺν [vel ὑπὸ κλιτὺν] Λιβάνοιο
ἀφνειοὶ ναίουσιν ἐπωνυμίην Ναβαταῖοι
ἄγχι δὲ χαβλασιοί τε.

Ultra declivitatem (vel ſub declivitate) *Libani habitant divites Nabatai, & Chablaſii prope,* hi autem Chablaſii divitibus Nabatæis adjuncti, ſunt Havilæ incolæ, indifferenter enim, & prima hujus nominis litera per ſimplex H vel per Ch. redditur ſæpe etiam omittitur; poſtea V in B, quod paſſim ſit, permutatur, unde eoſdem Chaulotæos vocat, & inter Nabatæos, & Agræos ſimiliter collocat Strabo lib. 16. paulò antè etiam dixerat has gentes ab Ægypnia Heroum urbe verſus Babylonem extendi, & ad receſſum Perſici ſinûs pertingere, quod confirmat hanc gentem à Piſone fluvio occidentali allui.

4. וזהב הארץ טוב *& aurum hujus terra bonum,* quod Arabiæ convenit præ cæteris regionibus, nullum enim Arabico auro præſtantius; quamobrem ab Arabica voce דהב *aurum*, *Debæ* populos dici, quaſi aureos, vult Bochartus, quòd teſte Strabone lib. 16 ῥεῖ ποταμὸς δ' αὐτῶν ψῆγμα χρυσοῦ καταφέρων *fluit per eos fluvius, qui auri ramenta defert*; quod ſuo calculo confirmat (apud Photium cod. 250.) Agatharchides lib. 1. de Mari Rubro cap. 48. additque οὕτω σύνδηλον τὴν δαψίλειαν ἔχων, ὥστε τὴν ἰλὺν τὴν πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς συνηγμένην πόῤῥωθεν ἀποστίλβειν, *tam conſpicua ubertate, ut limus ad oſtia congregatus procul inde rutilet,* &c. & cap. ſequenti de Alilæis, & Caſandribus conterminis: τὸν μὲν τοι χρυσὸν ὀρύσσοντες ἐν τοῖς πλακώδεσι τῆς χώρας ὑπονόμοις εὑρίσκουσι πολὺν· οὐ συντηκόμενον μετ' ἐπιστήμης καὶ τέχνης, ἐκ τῶν ψηγμάτων, ἀλλὰ τὸν αὐτόματον· καλούμενον δὲ διὰ τὸ συμβαῖνον, παρ' Ἕλλησιν ἄπυρον· οὗ τὸ μὲν ἐλάχιστον ἔχει μέγεθος πυρῆνος, τὸ δὲ μέσον μεσπίλης, τὸ δὲ μέγιστον ὥστε βασιλικοῖς παραβάλλεσθαι καρύοις. *Aurum ſanè qui effodiunt, in latis terræ cuniculis magnâ copiâ inveniunt; non liquefactum arte & induſtriâ aurum; ſed ſponte natam, quod ab eventu ignis expers Græcis dicitur; hujus autem minor amplitudo, æquat olivæ nucleum; media meſpillum, & maxima nucem Regiam,* &c. Sic patet maximâ copiâ in illis regionibus produci aurum, cùm ſponte è terræ ſinu erumpat, & flumina cum aquis volvant aurea ramenta; adeoque incolis vile fuerit, ut æri triplum auri, ferro autem duplum, & argento decuplum rependerent, ut ex Diodoro Siculo, & Strabone cum Agatharchide reconciliato etiam probat Bochartus loco laudato; idcirco eruditè obſervat, Caſandres à Ptolemæo & Stephano Caſſanitas, & à Diodoro Gaſandes dici, ſervatâ in tanto diſcrimine Ebraica origine à חסן *theſaurum*, quaſi ob tantas divitias ab omnibus κατ' ἐξοχὴν *theſaurariorum* elogium obtinere mererentur; mutatio enim C. in G. nullius eſt momenti; cùm conſtet C. reſpondere τῷ gimel Ebræorum & τῷ gamma Græcorum, eundemque locum illud in noſtro alphabetho, ac hæc in eorum alphabethis obtinere; quin Bochartus ibidem probat ſuum Ophir habuiſſe Arabiam, & quicunque ſedulò ejus argumenta penſitabit, animadvertet ſolida eſſe; ſed ad ſcopum inprimis ſpectat auri Arabici præſtantia; ex S. Scriptura autem conſtat Ophirinum aurum, ut puriſſimum, & pretioſiſſimum ſemper proponi: quamobrem regina Salomonis uxor in Pſ. 45: 10 quo magnificæ ejus nuptiæ deſcribuntur, eſt auro Ophirino ornata, & Paraphraſtes Chaldæus, qui myſticè exponit, & hâc ſponſâ legem intelligit, vult exaratam fuiſſe באוברזין דמן אופיר *literis ex obryſo Ophiris*, obryſum enim eſt aurum præſtantiſſimum, unde Plinius lib. 33. cap. 3. *aurique ignis eſt, ut ſimili colore rubeat, quo ignis; atque ipſum obryſum vocant,* &c quare Iſidorus ſic putat dici, *quòd obradiet* ſplendore auri optimi; æquè eſt veriſimile obryſum dici ob riſum, quem poſſeſſoribus excitat, non eget enim y Græco vox Latinæ originis: ſed cùm illud *y* ſit *u* Græcorum, probabilius eſt hanc vocem ab *obruſſa* formari, nam, *obruſſa* τὸ δοκιμάζον τὸ χρύσιον *experimentum auri*, ut in Gloſſis legitur; unde ad cætera experimenta transferunt auctores; ſic Cicero vult ſermonem expurgari *ad obruſſam*, & Plinius Epiſt. 13. de certaminibus, quibus animus probatur, *hæc*, inquit, *ejus obruſſa eſt*, & *ad obruſſam*, ceſſit in proverbium ad ſignificandum examen ſeveriſſimum; idcirco aurum obryſium vel obruſſium erit omnium puriſſimum; propterea Nero exigebat aurum obryſum Suet. in ejus vita cap. 44. & in codice Imperatores Gratianus, Valentinianus, Theodoſius, Arcadius, & Honorius *ſolidorum obryſatorum* faciunt mentionem: attamen, quia obryzati etiam dicuntur, origo poteſt etiam inveniri in verbis ὀβρύζειν, & βρύζειν, quę magnus Salmaſius in Solin. p. 1080. obſervat ſignificare *ſpumam emittere*, hâc ratione ὄβρυζος erit aurum coctione ſępius repetitâ expurgatum, ſecundum ſententiam Scholiaſtis Thucydidis lib. 2. pag. 110. de ſimulachro Minervę habente quadraginta pondo talentorum auri ἀπέφθου *excocti*, ſic hoc aurum explicat: πολλάκις ἑψηθέντος, ὥστε γενέσθαι ὄβρυζον, id eſt, *ſæpius coctis ut fieret obryſum*, cui ſuffragatur Etymologicum magnum in voce Βάσανος de lapide Lydio: ἐν ᾗ δοκιμάζεται χρυσὸς κἄντε ὄβρυζος, κἄντε κίβδηλος ᾖ. *In quo fit experimentum auri, an ſit obryſum, an ſpurium.* Verùm enimverò nativam exhibet originem lingua Arabica, quę אברזין *abrizon* vel obrizon vocat; eſt enim *a* quoddam in omnibus linguis, quod ad o proximè accedit; hoc autem nomen formatur à ברז *produit in lucem*, & *manifeſtatum eſt*; deſignatque

optime aurum illud quod ſponte prodit è terra, & abſque ulla arte, ſed proprio ſplendore pretium ſuum declarat, eſtque *ἀκήρατον ab omni ſcoria expers*: neque mirum Arabicam habere denominationem, cùm in Arabia creſcat, & in Arabia primò innoteſcere potuerit. Quin Ophirium ipſum eandem habuit originem; Bochartus enim in Phaleg lib. 2. cap. 27. probat duplex fuiſſe Ophir; unum in India recentius, & Salomonis ævo dumtaxat celebratum; alterum verò antiquius in Arabia, cujus Job inter antiquiſſimos auctores numerandus, & Arabs aut Arabum vicinus aliquoties meminit, & ſemper aliis auri ſpeciebus præfert, ut cap. 22: 24. & 28: 16. quod Grotio olim ſuboluiſſe conſtat ex hac ejus in 1. Reg. 9: 26. annotatione, quâ Ophir ex communi ſententia in India ſitum dicit, & ſubjungit: *cogitemus tamen an fortè non in Indiam uſque iverint naves Phœniſſa, & Judaica; ſed ad oppidum adſitam Arabico ſinui, quâ is ad Oceanum ſpectat, quod Aphar vocat Arrianus, Plinius Saphar, Ptolemaus Sapphara, Stephanus Sappheirinam, ut Indi nempe ſuas res huc attulerint, unde autem petierint longiùs ab India abſuit.* Ex his ejus ultimis verbis patet non obſervâſſe hanc regionem auri eſſe feracem, quare non potuit affirmatiùs loqui, quia Aphar à mari diſſita merces maritimas non poterat commodè excipere, & diſtrahere; propterea que neceſſariis ad celebre emporium conditionibus ipſi videbatur deſtitutum; ſed ſi auriferum fuiſſe noviſſet, minimè dubitâſſet genuinum eſſe Ophir; quia nullæ locorum difficultates auri cupidos valent remorari: quin ipſa in hoc nomine ſcribendo diverſitas manifeſtè demonſtrat, auriferæ regioni in S. Scriptura celebratæ convenire; ut enim pars *auctorum Aphar* vocat, & alii *S* præponunt, & *Saphar* dicunt; idem accidit Ophir in S. Scriptura celebrato ſemper abſque S initiali. At Joſephus de Indico Ophir ad quod Salomonis Claſſis tendebat loquens lib. 8. cap. 2. Σωφιρας vocat, & 70. Græci Interpretes etiam S conſtanter præponunt ut 1. Paral. 29: 4. Job. 22: 24. & 28: 16. Jeſ. 13: 12. 1. Reg. 10: 11. & paſſim, ubi legitur σωφὶρ vel σουφὶρ; neque malè illud U additur, nos enim deducit ad originem regionis Arabicæ nominis in illa requirendam, Arabicè autem ופר *auphara* ſignificat *copioſus, & dives fuit &* אופר *auphar copioſus*, & *abundans*; neque meliùs potuit deſignari regio tantis repleta deliciis, ut aurum puriſſimè ſponte ex ejus ſinu erumperet, & in ripis fluviorum inveniretur: ad S præpoſitum quod ſpectat, non debet ullum faceſſere negotium, quia non rarò ad deſignandam blæſam & ſuavem aſpirationem ſolet in Latinis etiam vocabulis addi: ſic ab *εἴρω fero*, id eſt, *loquor*, à quo ſimplici *diſſero, aſſero*, &c. compoſita, ut ab *εἱρμὸς ſermo*, &c. quare nonnullæ etiam voces Latinæ cum illo S præpoſito, vel abſque eo ſunt indiſcriminatim: nam, Egeſta urbs ab Ænea condita, & ab Egeſto Egeſta nuncupata, poſtea Segeſta dicta eſt teſte Feſto: idem antea ſcripſerat: *Seſopia in Augurali & Saliari carmine appellantur, quas aliàs Eſopia, pro ſedibus dicere habemus nunc adhuc in conſuetudine*; malui antiquiſſima illa ex veteri auctore exempla referre, quàm plurima ex recentioribus.

Sponte autem agnoſcimus poſſe reſponderi, quòd iſta omnia licet vera parum propoſito noſtro inſerviant; quódque revera conſtat eſſe in Arabia varias regiones auri præſtantiſſimi feraciſſimas, & aurum illud poſſe ab ipſa copia dici *Ophir*, & etiam denominaviſſe metropolim Amphiritarum, aut ſecundùm Stephanum etiam inſulam, atque meruiſſe haberi pro exemplari præſtantioris auri; unde arte, & induſtriâ expurgatum perfectiſſimè, eodem nomine demum inſigniri poſſit; hæc inquam omnia non prodeſſe Chavilæ ſterili & auri vacuæ, quam *Piſon* circuire debuit, in quo totus rei cardo vertitur: benè eſt, difficile enim non erit huic difficultati ſatisfacere, quia in confeſſo eſt apud omnes, Aſiam ferè totam in Semi poſſeſſionem ceſſiſſe, jam verò certum eſt quòd ſi in æquas inter ejus liberos partes diviſa fuiſſet, Chavila quartus ab ipſo totam Arabiam potuiſſet jure obtinere, & conſequenter regionem à Mari Rubro, cui regiones auriferæ proximè adjacent, ad Piſonem fluvium à ſe denominare. Præterea Bochartus evidenter probavit omnes Joctanis liberos in Arabia fixiſſe ſedes, & cum Chavila ex eis uno illam occupâſſe, & inter ſe diviſiſſe poſt S. Scripturam Gen. 10: 30. quid impedit quominus totam à ſe denominaverit, quemadmodum Miſeraim filius Chami toti Ægypto, Aram Semi filius toti Syriæ, & Aſſur Aſſyriæ meliorem Aſiæ partem comprehendenti nomina ſua impoſuerunt? Sanè non licet dubitare quin illi, qui primi vacuas regiones occupârunt, iis totis ſua impoſuerint nomina, cùm id ſupradicta exempla teſtentur, non minus autem evidens inter primos, qui terras occupârunt Chavilam annumerandum, cum terra ab ipſo dicta Paradiſi limitibus, ut tempore Moſis adhuc notiſſima, adhibeatur, quo ipſi innoteſcerent: itaque probabile eſt Chavilam fratribus ducem ſe præbuiſſe, & propterea nomen ſuum primæ regioni è Babylonia exeuntibus occurrenti impoſuiſſe, non tamen in ea ſemper manſiſſe, ſed ad intimam, & remotiorem etiam oram penetrâſſe, ut omnibus ejus opibus frueretur, ſicque illud ſenſim ad Mare Rubrum extendiſſe juxta Scebam, & Ophirum fratres ſuos, qui neceſſariis propriæ familiæ limitibus contenti eis etiam ſolis nomina ſua dederunt, & præoccupatam à Chavila totius regionis denominationem reliquerunt. Liceret etiam ſuſpicari alteram Chavilam Chuſi filium exemplo Nimrodi fratris primæ Monarchiæ auctoris, & ejus armis fretum totam illam regionem ſubegiſſe, ita ut ea ſimul venerit in poteſtatem Nimrodi, & fratris ſub ejus auſpiciis militantis nomen admiſerit: ſed conjecturis quantumvis probabilibus inniti nolumus, & hiſtoriam requirimus teſtem, quæ in primis illis gentium diviſionis temporibus eſt valdè confuſa: nihilominus in fabuloſis Bacchi victoriis res à Nimrodo geſtas omnes agnoſcunt, & ipſa nomina etiam convenire patet; nam Bacchus eſt בר כוש *Bar chus*, id eſt, *Chuſi filius*, R in ſequentis C ſonum, & ſpeciem tranſeunte, & viciſſim Bacchus à Græcis nuncupatur Νεβρώδ, quod ipſum eſt *Nimrodi* nomen in Verſione Græca 70. Interpretum: jam verò Nebrodes ille, ſive Bacchus in Arabia primam exercuit auctoritatem, idcirco in ea natum poëtæ dicunt, uno contentus ero Dionyſio Perieg. qui myrrhâ, calamo odorato, caſiâ, & thuris honore fragrare docet, quia

—— ἀνὰ χθόνα λύσατο κείνην
Ζεὺς αὐτὸν Διόνυσον ἐυῤῥαφέος παρὰ μηρῦ.

In terra illa Jupiter ipſum Bacchum ſolvit à benè ſuto femore; conſulatur Scholiaſtes: in ea etiam primò dominium exercuit; unde Ovidius ad ipſum Faſt. 3. *Cinnama ta primus, captivaque thura dediſti*: opera fratris *Chavila*, cujus nomen Arabicum ſatis convenit; nam דולי *egregium adminiſtratorem* ſignificat; quare Græci per Ἀρειον *bellicoſum* expoſuerunt, quia generoſe geſſit res fratris, & cum Arabibus ſuis utiliſſimam ad Babylonicum imperium conſtituendum præbuit operam, quod teſtatur Diodorus Siculus libro 2. ſcribit enim quòd Nimrod, quem ſub nomine Nini filii deſcribit, Ἀριαῖον βασιλέα τῆς Ἀραβίας *Arieum Arabia Regem* habuit ducem, & promotorem, atque tandem hunc τὸν δυναςεύοντα τῶν Ἀράβων παραλαβὼν ἐςράτευσε μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἐπὶ Βαβυλωνίους. *Dominatorem Arabum ſocium adhibens cum vi maxima belligeravit contra Babylonios, eos ſubegit, & longè latéque per Aſiam imperii ſui fines protulit.* Sic res debuit eſſe, nec potuit aliter ſe habere, quoniam Moſes Chuſi filium nuncupat Nimbrodum, quia cœpit

omnium

Digitized by Google

omnium primus in patriam auctoritatem inſurgere, & Noachi avi juſtum regimen, & ſtatuta violare; ſi qua enim antiquis traditionibus fides Chamo & ejus poſteris Africa ſola fuerat in hæreditatem aſſignata: quâ non contentus Semi portionem invaſit, Ninum condidit, Aſſyrios pedetentim oppreſſit, & in ſceleris ſocietatem adduxit Patruum Chanaanum, qui ſubactæ Chananitidi ſuum impoſuit nomen, & hoc jure illam poſſedit, donec Iſraelitæ poſtliminii jure, & Dei Præſidis munere ad Semi poſteritatem revocârunt; ſic Havilam fratrem in Joctanis poſteros Arabiæ legitimos poſſeſſores immiſit, qui Patruum imitatus in ſignum victoriæ illam à ſe ſimiliter denominavit, & ambo poſtea unitis cum Nimrodo viribus primam ſub ipſo compoſuerunt Monarchiam: ſic tota Arabia tunc Havila potuit nuncupari.

5. שם בדלח ואבן השהם *ibi Bdolach, & lapis Soham*. Id eſt, *in illa Arabia parte, quam fluvius Piſon alluit*, ſecundùm ſenteotiam noſtram, & rei veritatem; modo genuinus horum duorum verborum ſenſus pateat, qui diverſa interpretum ſententiâ ferè obrnitur: nam Bdolach redditur à 70. Interpretibus ἄνθραξ *carbunculus*, ſive gemma prunam micantem referens: at non ſibi conſtant; nam Num. 11, 7. reddunt κρύσταλλον *cryſtallum* Chaldaicæ Paraphraſes & Syrus Ebraicam vocem retinuerunt, Vulgataque habens bdellium: niſi velimus exiſtimâſſe eo gummi odoratum, translucidum & amarum, quod ex arbore nigra, magnitudine oleæ, ſolio roboris, fructuque caprifici colligitur ſecundùm Plinium lib. 12. cap. 9. ſignificari, tunc enim à cæterorum Interpretum ſententia penitus recederet: Perſica Tawſii Verſio habet בלור *bolor*; volunt autem Lexicographi tranſponi literas, & beryllum lapidem pretioſum, de cujus diverſis ſpeciebus videndus Plinius lib. 37. cap. 5. eſſe intelligendum; ſed eadem vox legitur in Arabica Apocalypſis Verſione cap. 18, 13. pro *cinamomo*, & potuit pretioſus ille frutex deſignari: Arabs denique rerum ad patriam ſuam pertinentium peritior reddit אללולי *alloulo unionem*, & *margaritam* à לאלא *lala fulſit*; quæ interpretatio convenientiſſima videtur, quia Numer. 11, 7. manna globoſum quoad figuram aſſimilatur ſemini rotundo coriandri, & quoad ſpeciem candidam, & lucidam τῷ *Bdolach*, *unioni* eximio candore ſuo ſulgenti; quamobrem idem Arabs ibi etiam habet אללולי *uniones*, ad quorum ſplendorem manna acceſſiſſe exiſtimat; ipſi Thalmudiſtæ in *Joma* deſcribunt manna עגול כגידא ולבן כמרגלית *rotundum ut Coriandrum, & candidum ficut Margaritam*; mitto plurima alia teſtimonia interpretationem hanc confirmantia, quæ videri poſſunt in Hieroz. part. 2. lib. 5. cap. 5. Inſignem locum iis dumtaxat addam ex Targum Ben-Uziel in Gen. 6, 16. ubi de feneſtra arcæ, quæ ab effectu, צהר *lumen* vocatur, & Noacho faciendum imperatur, ſic autem paraphraſticè reddit: איזל לפישון וסב מתמן יורהא ותשוניה בתיבותא לאנהרא לכון, *ito ad Piſon, & inde ſumito Margaritam & pones ipſam in arca ad lucendum vobis*. Ubi Margarita illa ab ipſa luce etiam nuncupatur: neque licet eâ gemmam intelligere, non verò unionem; quoniam Lament. Jerem. 4, 7. adhibetur ab eodem Chaldæo Interprete ad ſigoificandum פנינים *uniones*, qui ibidem etiam non tantùm lucent, ſed אדמו *rubent*: nempe Plinius ipſe lib. 9. capite 35. *Sole rubeſcere* obſervavit, & *cæli eis majorem ſocietatem eſſe quàm maris, inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina ſerenum*, dixit: ſed nihil mediocre placet Rabbinis, & amant inprimis magnificè loqui de iis, quæ Deum auctorem habent, quare non eſt mirum ſi Plinii expreſſiones paulò ſuperent, unionibuſque inauditum attribuant fulgorem.

Soham in diverſas ſententias ſimiliter partitur auctores, paraphraſtæ Onkeloſo eſt בורלא *Beryllus* ad Smaragdos viriditate lætâ accedens, licet varios ſimul admittat colores, ut docet Plinius lib. 37. cap. 5. Syrus Chaldæo ſuffragatur: Perſa vocem Ebræam retinuit: 70. autem Græci Interpretes λίθον πράσινον verterunt; qui lapis πράσιος etiam dicitur & πρασῖτις, quia viriditare ſuâ porrum refert; de quo ſic Theophraſtus lib. de lapidibus πρασῖτις αὕτη δὲ ἰώδης τῇ χρόᾳ *praſitis qui eſt aruginoſi coloris*, rubigo enim in ære vireſcit; unde Plinius lib. 37. cap. 8. *Viridantium ſunt plura alia genera; vilioris eſt turba Praſius*, ejuſque plura genera poſtea refert. Sibi autem non conſtant hi Interpretes, & Exod. 25, 7. & 35, 8. idem nomon reddunt λίθους Σαρδίου aut Σαρδίους: *Sardam*, & Sardonychen Plinius vocat l. 37. c. 7. & teſtatur *primùm Sardibus repertam, ſed laudatiſſimam circa Babyloniam, cùm lapidicina quadam aperirentur hærentem in ſaxi corde* inventam: Exod. 28, 9. λίθους Σμαράγδου, & 35, 27. & 39, 6. Sed paulò pòſt in deſcriptione rationalis *Soham* eſt medius inter eos, qui quartum ordinem lapidum pretioſorum componunt, & reddunt βηρύλλιον, al. βηρύλλιον: denique Ezech. 38, 13. Σάπφειρος: ſupereſt Arabs, qui ſolet reddere בלור, quam vocem volunt tranſpoſitione literarum ex Beryllo formari, ut ſuprà obſervavimus, & ſic ſuffragabitur Chaldæis, & Syro Interpretibus: contrà Latinus Interpres Onychen conſtanter vertit, neque Bochartus repugnat, licet enim ſuam expreſſè non dixerit ſententiam; attamen Hieroz. part. 2. l. 5. cap. 5. probat Bdolach non eſſe Cryſtallum, aut lapidem pretioſum, quia à Moſe diſtinguitur à lapide Soham; quod non fieret, ſi uterque lapis eſſet; additque Soham eſſe Beryllum, aut Onychen, & ab iis propterea diſtingui debere. Jam verò certum inter tot, & tam diverſas ſententias judicium ferre difficile eſt; ſi tamen conſideremus lapillos illos in ſodinis inter metalla, ſaxaque eodem modo gigni, atque inveniri, animadvertemus affines eſſe, & ejuſdem ferè ſpeciei, cùm ſecundùm plus aut minus ſoliditatis, inditique coloris plures dumtaxat differant; immò quidam ex aliis fiunt teſte Plinio lib. 37. cap. 5. ſcribente, *in Cypro inventum ex dimidia parte Smaragdum, ex dimidia Jaſpidem nondum humore in totum transfigurato*, & quod mirabilius: οἱ δὲ καὶ ἐν ἑτέροις εὑρίσκονται διακοπτομένοις *nonnulli inveniuntur in aliis dum caduntur*: inquit Theophraſtus lib. de lapid. quamobrem plurimi poſſunt diverſis nominibus diſtingui qui revera iidem ſunt, exiguiſque qualitatibus dumtaxat diſcriminantur: ſic Onyx, & Sardæ *dividua ex eodem nomine*, ut cum Plinio loquar, quia Sardonichæ etiam nuncupantur, quaſi Onychus Sardibus inventi, & idcirco *Sarda* etiam ſimpliciter dicti: Smaragdi à Beryllis ſimiliter vix differunt, & Plinius lib. 37. cap. 5. poſt varia Smaragdi genera accuratè explicata ſcribit: *eandem multis naturam habere Berylli videntur*: præterea hi, & illi tot diverſis coloribus inter ſe diſtinguntur, atque dotibus, ut vix ab aliis, quàm à ſuis multiplicibus ſpeciebus manifeſtiùs diſcriminari valeant; quamobrem ipſi artifices convenientia ipſis nomina vix poſſunt declarare, quanto minus S. Scripturæ Interpres ejus ſenſui, & divinis myſteriis præcipuè intentus: neque etiam omnino conſtat an ſingularem aliquem lapillum proprio nomine deſignare voluerit Moſes, an generaliter pretioſos lapillos, ut altero uniones, & gemmas præſtantiores ſignificaverat; ſanè Joſephus lib. 3. cap. 8. vocat duos Lapillos Aaronis humeris impoſitos Σαρδόνυχας, iis nomen *Soham* exponendo, & paulò pòſt אדם *odem* primus duodecim lapillorum nominibus Patriarcharum inſcriptorum ipſi etiam eſt Σαρδόνυξ, licet non potuerit ignorare diverſa in S. Textu eſſe nomina, & hoc à rubedine compoſitum, unde à Græcis πυρωπὸς, & à Latinis *carbunculus* ſimiliter nuncupatur, ut ab Interprete Arabe ibi אחמר *Ahmor*, & à Davide de Pomis Judæo Ital. *Rubin*, eodem omnino ſenſu. Commentatores Ebræos referre ſuperſedeo, quia in illum locum Exod. 28, 17.

28: 17. ingenuè R. Aben-Eſra agnoſcit nullas haberi de illis gemmis traditiones; & pro libitu exponi; ſed ſat lucis præcedentes obſervationes ad inſtitutum noſtrum impertiuntur.

Siquidem probare nobis dumtaxat incumbit, quòd *Piſon* eſt fluvius, qui alluit Babyloniam, & Orientalem Arabiæ partem poſt ſuum ab Edenis Paradiſo egreſſum, ex eo quòd ad ejus latus occidentale Bdolach, & Soham reperiantur; jam verò multis argumentis patuit *Bdolach* ſignificare uniones, & *Soham* lapides pretioſos, *Beryllum* nempe, aut *Smaragdum*, aut *Sardonychen*, aut *Praſium*, *Saphirumve*; nunc autem nullo id negotio demonſtrabimus, cùm primam partem præſtiterit ipſe Bochartus Hieroz. part. 2. lib. 5. cap. 5. nempe *Bdolach* ſignificare *uniones*, & *margaritas*, qui in conchis concipiuntur, formantur, & inveniuntur; obiterque etiam oſtendit conchas illas eſſe frequentes, & celebratiſſimas in faucibus ſinûs Perſici, ad quas ſe exonerat alveus ille occidentalis fluvii è Paradiſo exeuntis, quem Piſonem dicimus; nam ob eas magnopere commendatur inſula Baharain, quæ in ſumma illius ſinûs parte ſita vergit ad oram Arabiæ, unde nomen ſuum ab ea mutuatur, ea quippe Cherſoneſus proprie בחרין *Baharain* nuncupatur, quia inter duo maria Rubrum, & Perſicum extat, & ab iis circundatur; immò volunt inſulam olim peninſulæ partem fuiſſe, & hujus nominis æqualiter compotem; atque poſt ſuam disjunctionem maris impetu factam illud conſervaviſſe; quod tamen non eſt neceſſarium, quandoquidem ſufficiebat eam in ſinu oblongo conſtitui, & in longum verſus ejus extremitatem, quam duo flumina ſuas aquas cum impetu exonerantia dividunt, protendi, ut etiam à duplici illo mari exemplo vicinæ regionis nuncuparetur: Catipha in ora Arabiæ è regione illius inſulæ conſtituta unionibus abundare perhibetur ſimiliter, & Benjamini itinerarium id evidenter declarat, in textu Bocharti poteſt videri; ſed in eo obſervabo uniones, & eorum productionem clarè deſcribi, eas autem ſolo *Bdolach* nomine deſignari; ſi quis autem verum Catiphæ & Baharain ſitum, & cum aliis Arabiæ locis affinitatem ſcire velit, adeat Geographum Nubienſem ſext. Part. Clim. 3. Plinius præterea teſtatur lib. 9. cap. 35. quòd inter inſulas piſcatu unionum celebres *præcipuè laudantur circa Arabiam in Perſico ſinu Maris Rubri*; ubi *Rubri Maris nomen* ſinui Perſico tribuit, ut antè lib. 6. cap. 26. ſcribendo: *Perſæ Rubrum Mare ſemper accoluêre, propter quod is ſinus Perſicus vocatur*; Pomponius Mela etiam l. 3. c. 1. Rubrum Mare dividit in duos ſinus, Perſicum, & Arabicum; ſic Polybius in fine lib. 9. ſcribit videri Euphratem *εἰς Ἐρυθρὰν ἐμβάλλειν θάλατταν exonerare aquas in Erythræum Mare*, id eſt, in Perſicum ſinum. Unde uniones Martialis l. 5. epig. 38. vocat *lapillos Erythræos*, quia Rubrum, & Erythræum eſt idem; & lib. 8. epig. 28. gemmas Erythræas, quòd in Mari Perſico creſcerent, idque Rubrum, & Erythræum conſequenter dici ſoleret: idem Plinius lib. 37. cap. 5. poſt Adamantem *proximum* apud Romanos *Indicis*, *Arabicisque Margaritis* pretium eſſe teſtatur: Iſidorus Characenus autem in deſcript. Parthiæ, & ab Athenæo lib. 3. Deipnoſ. cap. 14. citatus, docet rationem, ob quam illæ Margaritæ in ſinu Perſico copioſiſſimæ pretium ſervent, nempe quia periculoſus eſt piſcatus, & duas dumtaxat conchas ambabus manibus capere urinator valeat, ſeduloque ipſi cavendum ſit, ne apertæ ſint, & manus includant; quoniam digitos illius abſcinderent, & hoc cruciatu ipſum necarent; tamen effrænam id prædæ aviditatem non coërcet, neque impedit quominus incolæ Baharain menſe Julio, & Auguſto Margaritas ducentis, aut trecentis cymbis expiſcari adhuc perſeverent, & pretium ex illis partum quinquaginta ducatorum millia ſuperet, ut idoneis teſtibus probavit l. c. Bochartus, quod conſulenti patebit, ipſum enim non exſcribimus: claudat agmen teſtium uniones in ſinu Perſico, & Orientali Arabiæ latere copioſe inveniri declarantium Nearchus inter Alexandri Magni Duces Celeberrimus apud Strabonem lib. 16. λέγει δὲ καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ Περσικοῦ παράπλου νῆσον, ἐν ᾗ μαργαρίτης πολὺς, καὶ πολυτίμητός ἐστι; ἐν ἄλλαις δὲ ψῆφοι τῶν διαυγῶν, καὶ λαμπρῶν, *dicit autem in Perſici ſinûs initio inſulam eſſe, in qua multi, & pretioſi uniones ſunt: in aliis autem clari, & pellucidi lapilli.* Si quis plura cupit adeat Arrianum in Periplo Maris Erythræi, & ejus interpretem Stuckium, qui antiquis, & recentibus ſuffragiis id confirmat.

Luculentus ille teſtis lapillos pretioſos eſſe in illis ipſis inſulis, quas Piſon in ſinum Perſicum irrumpens alluit, dicendo, videtur totum noſtrum propoſitum perficere: ſed nonnulli forſitan in contrariam ſententiam inclinantes judicabunt, nequidem ad ipſum pertinere, quia agitur de Paradiſo, & regione mediterranea, cui uniones in medio Oceani ſinu producti minimè conveniunt, unde *maris poma* à Tertulliano de habit. mulieb. nuncupantur, & eo ipſo quòd pretioſi illi lapilli unionum vicini dicuntur, in Paradiſi deſcriptione non poſſunt locum habere: verùm ſi conſulatur Moſes, patebit non collocare gemmas, aut lapides in Paradiſo; neque etiam in Edene ipſa, licet longè latéque in omnes partes expanderetur, & dumtaxat ſcribere, quòd unus è quatuor fluviis ex Edene exeuntibus, poſtea demum allueret Havilam longè verſus ſinûs Perſici initium protenſam; præterea ex iis, qui de Margaritis ſcripſerunt, & à Bocharto citantur, conchas quidem in mari inveniri, ſed tamen flumina & rapidiora etiam amare patet, ita ut non eſſet inauditum quaſdam à ſedibus ſuis maris impetu avulſas, & influxu ipſa flumina retrogredi cogente in regionem Edenis proximam fuiſſe delatas: ſic Nearchi, & aliorum de gemmis ad rem noſtram apprimè facit teſtimonium, & ſimul incipit oſtendere Havilam lapidibus pretioſis etiam fuiſſe conſpicuam; quoſdam alios expedit addere, ut res extra omnem controverſiam conſtituatur. S. Scripturæ auctoritas cæteris præire debet, ea autem 1. Reg. 10. & 2. Chron. 9. teſtatur Reginam Scebæ aurum, aromata, & pretioſos lapides copioſe attuliſſe ad Salomonem, & his donis, quorum ejus regnum erat feraciſſimum, cum ipſo de gloria voluiſſe contendere; Ezech. 27: 22. Sabæi ejus regni incolæ aromatibus, & omni lapidum pretioſorum genere negotiantur, & exotici Scriptores certatim referunt Arabiam inter regiones ob omnigenas gemmas celebriores, & in lib. 37. Plinii, qui de gemmis, pretioſiſque lapidibus totus eſt, utramque paginam ferè complet Arabia; quamobrem ſufficiet in ea obſervare lapides pretioſos, qui in ſupradictis Verſionibus denominantur: Beryllus præcipuus eſt, cùm Syro, Arabi, & Chaldæis Interpretibus placuerit; quia autem Smaragdis annumerantur à Plinio lib. 37. cap. 5. & *eandem multis naturam, aut certè ſimilem habere Berylli videntur*, obvios eſſe conſtat in Arabia, & adeò vulgares, ut domuum conſtructionem ingrediantur; ſic enim ibidem Plinius: *Juba eſt auctor Smaragdum, quem Cholan vocant in Arabia ædificiorum ornamentis includi*, &c. חולאן *Chaulan* hodiè vocant Arabes eandem regionem, quam Moſes Chavilam, aut Havilam dixit, & gemmam in ea natam ab ea etiam denominari eſt veriſimile: in *India originem habere Beryllos* addit, & *raro alibi* reperiri; Theophraſtus etiam de Smaragdo: σπανία καὶ τὸ μέγεθος οὐ μεγάλη *rarus eſt & amplitudine non magnus*; nempe extra natale ſolum; addit *enim: niſi credamus Ægypti Regum Annalibus; iis quippe traditur Regi illorum Smaragdum dono miſſum quatuor cubitorum longitudine, & trium cubitorum latitudine: etiam in Jovis obeliſco poſitos fuiſſe quatuor Smaragdos quadraginta cubitorum longitudine, & latitudine partim quatuor, partimque duorum: ex iis autem qui à multis* Bactriani dicuntur maxi-

mus

mus eſt in Tyro, pila enim ſatis magna eſt in Herculis templo; niſi fortè ſit ψευδὴς Σμάραγδος, καὶ γὰρ τοιαύτη γίνεταί τις φύσις *pſeudo-Smaragdus, nam talis naturaliter gignitur:* Smaragdus hîc minùs perfectus; ſed mole major potuit Berylli nomine, à nobiliori, qui (teſte Plinio l. c.) non debuit, neque potuit ſcalpi, commodè diſtingui; ſanè lapides *Soham* humeris ſummi ſacerdotis impoſiti prægrandes, & ſcalpturæ capaces fuerunt, quoniam unicuique eorum ſex Patriarcharum nomina inſculpi dubuerunt. Jam verò inter varias Beryllorum ſpecies inprimis commendatur Chryſophraſus, qui virentem Smaragdi colorem, licet paulò pallidiorem, & in aureum colorem medicè excuntem, etiam conſervat; quare Praſius placuit nonnumquam Græcis Interpretibus, quia affinis, & æqualem cum Smaragdis habet ſocietatem, atque ambo paululum accedunt ad Topazium in inſula Arabica primò inventum, & poſtea ex nidis avium ſæpiùs collectum in eadem Arabia, nt de natura harum gemmarum agens Plinius teſtatur lib. 37. cap. 8. & propterea noſtro propoſito, ut præcedentes, inſervit: cap. 5. ejnſdem libri Plinius obſervat poſtremam Beryllorum ſpeciem Cryſtallis ferè ſimilem eſſe; idcirco à præcedenti ſententia non longè receſſerunt, qui Sapphirum verterunt, ſiquidem Cryſtallus foſſilis, & ex puriſſima aqua vehementi, & diuturno frigore concreta, ut nomen declarat, conſtans, pro prima, & nobiliori ſpecie, habere בלור *Belour* legitur in loco inſigni Arabis Abenbitar apud Bochartum part. 2. Hieroz. l. 6. c. 16. *Belour* autem levi tranſmutatione in Beryllum tranſiviſſe ſuprà obſervavimus, unde Exod. 24, 10. Deus apparet habens ſub pedibus opus Candidum ad inſtar Sapphiri, Arabs autem Erpenianus reddit בלור *Belour*, at Valtonianus Bib. Lond. מהא *maha* Cryſtallum, à מהא *candore eximio nitnit*, ſic dictam; neque comparatio ejus ibidem cum cœlo albicante, & ſereno facta ſinit has expoſitiones in dubium revocare; quamobrem ad illum locum R. Aben-Eſra multis probat poſt R. Sadiam כי כפיר לבן quòd *Sapphirus eſt alba*, neque dumtaxat rubra, & unionum candorem refert; itaque eædem gemmæ variis induuntur coloribus, & idcirco diverſis etiam nominibus non rarò inſigniuntur; & quidem Σάπφειρος πορφυρίζων *Sapphirus purpuraſcit*, inquit S. Epiphanius de duodecim gemmis §. 5. & Plinius l. 37. c. 9. *Sapphirus, & aureis punctis collucet, cærulea & Sapphiro, ràròque cum purpura; ràrò cum purpura* eſſe dicit, non verò *nunquam*, ut purpureas quaſdam cum Rabbino agnoſcamus; ſed ſæpiùs earum purpura dilutior eſt, & candori propior, *quadam Cryſtalli cognatione*, ut cum Plinio loquar l. 37. c. 4. ſicque ad cœli ſereni ſpeciem proximè accedit; ſed arte opus eſt, ut perfectum Adamantis colorem penitus aſſequatur: quamobrem Pancirollus rerum memorabilium part. 2. quæ eſt *de recens inventis*, inter eas tit. 7. refert *modum Sapphyrum dealbandi, ut Adamas videotur*, & teſtem dat ducem Venetum, in cujus præſentia Sapphyrus ſic dealbata, pro Adamante habita eſt, artiſque peritis judicibus non potuit à genuino Adamante diſcerni: denique Plinius lib. 37. cap. 5. docet, quòd Indi Cryſtallo invento gemmas, ſed præcipuè Beryllos adulterare repererunt, ſcilicet ob ſimilitudinem: quod autem præcipuum eſt, hæc Cryſtallus Adamanti cognata, & Adamas ipſe eximius, & Beryllus ille Sapphirinus in Arabia, atque juxta *Piſonem* noſtrum teſte de Beryllo Dionyſio Perieg. verſ. 1011. de Babylonia, Ναὶ μὴν καὶ χρυσοῖο φέρει χαριέστερον ἄλλο, ὑγρῆς βηρύλλου γλαυκὸν λίθον, ὃ περὶ χῶρον φύεται ἐν προβολῇς Ὀφιήτιδος ἔνδοθι πέτρης, *jam fert auro omnis aliud præſtantius, nempe humidæ Berylli glaucum lapidem, qui in loco illo naſcitur intra Ophiten lapidem, apud effluvia torrentium.* De Sapphirino verò Beryllo Abenbitar l. c. & Plinio de Adamante lib. 37. cap. 4. ad lapides Sardios, aut Sardam, quod ſpectat, hic lapis in pectorali primus πυρωπὸς τῷ εἴδει, καὶ αἱματοειδὴς, Σαρδίῳ ἰχθύι τεταριχευμένῳ ἐοικὼς *apparet igneus, & ſanguinis colorem refert, Sardæ piſci ſalo conduto ſimilis, teſte S. Epiphanio* l. c. §. 10 Bochartus noſter mavult cum שרד *ſered rubrica*, quâ fabri lignarii ſua ligna delineant, aſſimilari, & ab ea etiam denominari; revera autem fuiſſe rubrum, & reſpondere τῷ ארדם vidimus; nunc ut pateat *Piſonem* alluiſſe terram in qua creſcebat, S. Epiphanio nominatim dicitur Σάρδιος Βαβυλώνιος *Sardius Babylonius*; utpote Babyloniæ ad ripam occidentalem Piſonis ſitæ peculiaris: Plinius etiam lib. 37. c. 7. teſtatur quòd Sarda *laudatiſſima circa Babyloniam cum lapidicina quadam aperirentur, hærens in ſaxi corde* reperta eſt. Huic gemmæ affines ſunt Onyx, & Sardonyx, quæ rubedinem Sardæ dumtaxat temperant, quaſi interpoſito ungue humano; nempe ὄνυξ *unguis*, qui quidem albus eſt, ſed ob ſubjectam cutis rubedinem rutileſcit, eodem nomine gemma rubicundula etiam ſignificatur, & ob ſuam cum Sarda affinitatem Sardonyx ſuum ſimiliter obtinuit nomen, & ambas propterea ad exponendum *Soham* vidimus adhiberi: ambæ autem in Arabia inveniuntur, & *Arabicæ excellunt candore circuli prælucido*, inquit Plinius lib. 37. cap. 6. de Sardonyche; & ibid. Arabicam Onyehen poſtea deſcribit: hinc idem de celeberrima gemma, quam Palycrates Samius Tyrannus in medium mare ſponte projecit, ut voluntario hoc damno modum nimiæ proſperitati poneret, quamque piſcis eximiâ magnitudine Regi datus eſcæ vice raptam ut oſtentum faceret, in culinam ejus retulit, *Sardonychen fuiſſe conſtat*, inquit ejuſdem libri cap. 1. Solinus autem cap. 36. *de Arabia* ſcribit: *ex iſtius littoris ſinu Polycrati Regi advecta Sardonix gemma prima in orbe noſtro luxuriæ excitavit facem*: Herodotus quidem ſcribit Smaragdum fuiſſe lib. 3. §. 41; verùm quandoquidem Romæ ex dono Auguſtæ aſſervabatur ſcriptoribus Romanis fidem non poſſumus derogare, & ex hac diverſitate dumtaxat colligimus de eadem gemma fuiſſe diverſa auctorum judicia, ut nemo miretur diverſas præcedentium auctorum expoſitiones; ſed potiùs admiretur tantam inter diverſas illas gemmas affinitatem fuiſſe, ut ſi una earum in vicina Piſonis regione occurriſſet, ad illum deſignandum ſufficere potuiſſet, & idcirco cùm eas omnes in ea manifeſtè invenerimus nullum eſſe dubium poteſt, quin Piſon revera ſit alveus occidentalis fluvii ex Edene in ſinum Perſicum ſe immergentis.

Sextum denique argumentum peti poteſt à quibuſdam Piſonis veſtigiis in hiſtoria ſuperſtitibus; nam apud Arrianum in Perip. Maris Erythræi mentio fit emporii ad ſinûs Perſici extremitatem ſiti κατὰ Πασίνου χώραν κατὰ ποταμὸν Εὐφράτην *juxta Paſini regionem Euphrati fluvio adjacentem*, Paſina enim illa regio, à Piſone antico, qui tunc dictus Euphrates; jamjam enim demonſtrabimus Piſonem fuiſſe Euphratis appendicem, aut potiùs ipſiſſimum Euphratem, qui poſt ſuum cum Tigri confluxum priſtinas in latus occidentale revocat aquas, tandemque in ſinum Perſicum eas defert. Fateor tamen non omnes jus illud poſtliminii ipſi concedere; ſed quaſi cum ejus aquis nomen etiam abſorpſiſſet Tigris, unius deinceps Tigris mentionem facere, ita ut poſt divortium aquarum duplex conſpiciatur; in horum numero eſt Ptolemæus, qui libro 6. cap. 3. deſcribit τὸ δυτικὸν στόμα τοῦ Τίγριδος, καὶ τὸ ἀνατολικὸν *occidentale os Tigridis, & orientale*, & utrumque alveum per duo illa ora ingredi ſinum Perſicum docet: alii propterea diverſis nominibus illa ejuſdem Tigris oſtia ad evitandam confuſionem exprimere voluerunt, & eum Tigris alveum, qui Euphratis paludes ingreditur κατὰ τὰς ἐκβολὰς ὀνομάζεσθαι Πασιτίγριν *ad oſtia nominari* voluerunt *Paſitigrin*: oſtia dicit, ut plura Tigrim habuiſſe declaret Strabo, varias diverſorum illorum auctorum ſententias

enarrandò lib. 15. & Euphratis etiam mentionem facit; ſed eo intelligenda eſt pars illa Euphratis, quæ ex eo deducta eſt per Babylonem, & ab ea in plurimos rivos ad irrigandam Babyloniam, & vicinam Arabiam, quarum ariditate nonnunquam exhauriebatur, ſed recuperatis poſtea aquis ad mare etiam perveniebat, ut paſſim aſſerit Strabo, & præſertim lib. 2. lib. 10. & 16. quo etiam patet hoc Euphrate è Mari Perſico peti navibus rectà Babylonem, ut Tigri Apamia, & Perſidis urbes petebantur; hâc ratione verus Euphratis alveus Tigri ſemel conjunctus ſub ejus nomine non deſiit latere, & Πασίτιγρις ut diſtingueretur à genuino Tigris alveo dictus; in hoc autem nomine compoſito adhuc *Piſonis* veſtigium, quaſi *Piſotigris* nuncuparetur ad ſignificandum Piſonem Tigri ob priorem ſocietatem conjunctiſſimum; ſic Paſitigris, & Paſina Regio, Piſonis veteris memoriam videntur conſervâſſe.

Ad textum Moſis redire convenit: *& nomen fluvii ſecundi* גיחון *gichon:* nomen illud duplicem poteſt admittere originem; vel enim formatur à גוח *gonach, erupit*, quia uno alveo diutiùs coërceri cum Euphrate impatienter ferens, & propriæ velocitatis memor ſibi viam vi ſummâ aperit; vel à גחון *venter*, quo repunt ſerpentes & cætera animalia pedibus carentia, quoniam licet celeriter repat, repit tamen, & à priſtina velocitate, quam è monòbus decurrens, & per abrupta præcipitanter irrumpens oſtentabat, plurimum remittit: prior magis convenit priori Tigris nomini, ut paulò pòſt oſtendemus, hujus etiam nominis uſui; nam *gichon* nuncupatur torrens è monòbus Hieroſolymæ vicinis rapidè devolvens aquas in Siloam, ad quem unctus Davidis juſſu Salomo 1. Reg. 1: 30. unde in Paraph. Chald. pro *gichon* vix noto, extat Siloa; illius aquas ut è loco ſublimiori, & rapidas legitur Ezechias deduxiſſe in urbem Davidis monti Sionis impoſitam; ſic Oxus Bactrianæ ingens fluvius continuis montium altiſſimorum jugis orbiculatim circumdatus, & decem alia flumina excipiens rapidiſſimè fertur, & propterea גיחון *gichon* ſimiliter nuncupatur in Arabica Timuri hiſtoria: quod arguit Moſis gichonem non eſſe fluvium ſuprà deſcriptum planum Babyloniæ latus lentè alluentem, & nonnunquam etiam reſtagnantem; ſed orientalem fluvium Suſianæ altioris, & montoſæ obices violenter ſuperantem; quod verba ſequentia confirmabunt.

Ipſe *circumiens totam terram* כוש *Chuſi:* totà difficultas pendet ab illa terra; ſed Bochartus illam ſuperavit, probaviſſe enim aſſerit his verbis Phaleg lib. 3. c. 5. quòd *Chutas iidem qui Ciſſii, nempè Suſianæ incolæ ad ortum Babyloniæ, ut alibi nos probavimus.* Et lib. 4. cap. 12. ſuppoſitâ probatione illâ abſque ullis argumentis, dicit: *nempè Chuſæus erat Nimrod, id eſt, Arabs, & conciviuns ſuorum ope ad imperium evectus eſt. Proinde in præmium virtutis Chuſæis ſuis indulſit Nimrod regionem Trans-Tigritanam, quæ ex illorum nomine* כוש *Chus Ebræis, &* כוּת *Chuth Chaldæis, & Κισσία Ciſſia Græcis, & Perſis* חוזסתאן *Chuzeſtan dicta eſt, id eſt, Provincia Chus:* ſed hanc dumtaxat ſummam ſententiæ ab ipſo confirmandæ habemus, argumenta nobis deſunt, & ejus induſtriâ, eruditioneque ſummâ opus eſſet, ut in eandem quam meditabatur formam diſponeremus: attamen delineatis veſtigiis conabimur inſiſtere.

1. affirmat Nimrodem fuiſſe Chuſæum, quod ſuprà obſervavimus, neque poteſt negari, cùm è Gen. 10: 7. conſtet Nimrodem eſſe Chuſi filium & præ cæteris inſignem. 2. Eo ipſo quòd Chuſæus fuit, patere Arabem etiam fuiſſe, eam autem conſequentiam nemo poteſt negare poſt validas rationes cap. 2. ejuſdem libri expoſitas, & ſuprà obſervavimus Bacchum ſub cujus nomine ſolet latere Nimrod, propterea Arabem dici, & addere debemus ipſum Bacchi nomen eſſe Arabicum, atque à בכא *bacca flevit*, formari præter alteram originem ſuprà allatam poſſe; idcirco Heſychius ſcribit Βάκχον, κλαυθμός, Φοίνικες, *Phœnices Bacchum* vocant *fletum*; Evius etiam dicitur; unde Horatius -- *diſſipat Evius curas edaces* - ab אוה *avah doluit*, & *planxit*; inconditi enim ſunt Bacchantium clamores, & ad lugubres ululatus propiùs accedant, quàm ad lætitiam, luctumque ſolent inducere. 3. Concivium ſuorum ope ad imperium perveniſſe etiam Diodori Siculi teſtimonio confirmavimus; licet enim obſervaverimus Arabiam initio ceſſiſſe in hæreditatem Semi liberis, quorum multi revera ſedes in ea habuerunt, nihilominus probavimus Chavilam, aut Havilam Chuſi filium cum plurimis conſanguineis, in eam feciſſe incurſionem, & magnam illius partem, ſi non totam ſubegiſſe, atque victoriæ jure ſubditæ regioni ſuum impoſuiſſe nomen: quin veriſimiliter exiſtimavimus Chavilam illum Arabiæ domitorem deſignari Ariæo illo Arabum Rege, qui cum exercitu ſuo Nimrodem in Babylone debellanda adjuvit, & nomina ſenſu convenire etiam obſervavimus, atque licuiſſe inſuper dicere nomen Jovis Ἐνυαλίῳ, quem celebrat Heſtiæus apud Joſephum lib. 1. antiq. cap. 5. ei etiam tribui poſſe; nam hoc ab ἐνύω *occido* formatur, quod officium eſt Martis, qui Ἄρης dicitur, ſi Græcis credamus ab ἀρὰ *noxa*, quaſi ἀραῖος *noxius*; ſed cùm primum bellum ab Arabibus geſtum fuerit, & Arabibus אריש *aris* ſit *princeps*, & *dux*, qui bello dignitatem acquiſivit, Chavila convenientiori nomine non potuit deſignari quàm illo nomine Arabico, quod Græci Linguæ ſuæ accommodare ſategerunt. Quidquid ſit, Homerus Il. 8. verſ. 651. Merionem aſſimilat Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ; & parvus ejus Scholiaſtes è regione ponit τῷ Ἄρει *Marti*, & ſic proximè accedit Ἐνυάλιος Heſtiæi ad Ἀριαῖον Arabiæ Regem Diodori Siculi: cùm tamen Ἀριαῖος formetur ab Ἄρης, ut ἄρειος Martium, & bellicoſum virum ſignificat, mallem ſimiliter exponere Ἐνυάλιος cum Heſychio, cui non tantùm eſt ὁ Ἄρης, ſed etiam ἢ πολεμικὸς, ἢ ὁ πολεμιστὴς *militaris*, aut *bellator:* ſanè Sophocles in *Ajace* flagell. eos diſtinguit in hoc verſu Chori: ἢ χαλκοθώραξ, ἤ τιν' Ἐνυάλιος *aut ferreo thorace armatus, aut Enyalius*; idcirco Scholiaſtes optimè annotat: διαστέλλει τὸν Ἄρεα ἀπὸ τοῦ Ἐνυαλίου ὡς ἕτερον δαίμονα ὑπουργὸν τοῦ μείζονος, *diſtinguit Martem ab Enyalio, ut dæmonem miniſtrum majoris*, & declarat Martem ferreo thorace ſuo manifeſtè deſignari; itaque Mars, Bacchus, & Nimrod unus, & idem vir Chuſi filius; Ariæus, Enyalius, & Chavila unus etiam vir illius frater, & hyperaſpiſtes, qui poſt ſuperatos unitis viribus, & conſiliis Arabes, eorum exercitum ad debellandos Babylonios deduxit. 3. Dediſſe Nimrodem Chuſæis ſuis ſive Arabibus poſt victoriam in operæ egregiè navatæ præmium regionem transtigritanam, quæ ex illorum nomine dicta eſt, probabiliſſimum eſt, à prima enim antiquitate mos invaluit, ut victores devictarum gentium dignitatibus, & bonis potirentur, & ut jus illud armis partum uſu confirmarent, atque cogerent gentes illas omnem avitarum hæreditatum memoriam deponere, ſolebant in remotiſſimas regiones transferre, ut novi coloni tranquilliùs poſſiderent ablata illis prædia; ſic Joſephus poſt acquiſitos Pharaoni omnium Ægyptiorum agros frumento ad ſuſtentandam illorum vitam diſtributo, Ægyptios ab una Ægypti regione, in oppoſitam migrare juſſit, ut omnes agnoſcerent ſe nullum jus ampliùs habere in agros, quos obtinebant, & Regi penitus ſe oppigneratos agnoſcerent: ſic Salmanaſſar expugnata Samaria, & debellatis Iſraëlitis, eos deportari curavit in Aſſyriam, & ingentem

ſubdi-

ſubditorum ſuorum copiam in vacuas eorum ſedes miſiſſe legiror 2. Reg. 19. Obvium eſſet has conſuetudines pluribus exemplis comprobare, ſed omnes Orientalium Regum hiſtoriæ ſatis notæ ſunt, quæ bis ſuffragantur; nam apud Herodotum lib. 2. Seſoſtris poſt debellatam magnam Aſiæ partem, victrices copias ſubditis regionibus imponit, quarum Colchi reliquiæ exiſtimabantur; & contrà innumeros captivos ex ſubactis regionibus ſecum abduxiſſe legitur; ſic plures alii, & idem mos ad hunc uſque diem conſtanter obſervari patet ex relatione Petri Della Valle ab Urbanum VIII, Pontificem an. 1613. de Georgianis à Perſiæ Rege devictis, quos ferè omnes in Perſiam migrare voluit: ſecundùm igitur inſtituta illa non licet dubitare, quin ſubactâ Babyloniâ, & vicinis Provinciis, nobiliores & locupletiores incolas, quibus minus fidebat, inter fidos ſuos Arabes relegaverit, & Arabum militum præſidia juxta ſe depoſuerit, & debellatorum prædiis donaverit: revera in ipſa Perſide Arabes habuiſſe colonias certiſſimum eſt, & Dionyſius Periegetes Perſiæ gentes enarrans ſic incipit: Πρῶτα Σάβαι, &c. *primò Saba*, & his Paſargadas dat vicinos; Scholiaſtes autem ad hunc verſum qui 1069. eſt, annotat: ὅτι Σάβαι ἦσαν μὲν καὶ Ἀραβικοὶ ὡς προεγράφη, εὕρηνται δὲ καὶ ὧδε Περσικοὶ, *quamvis Saba ſint Arabici, ut ſuprà ſcriptum; inveniuntur tamen hic etiam qui Perſici ſunt.* Et Ptolemæus lib. 6. c. 2. in Media juxta littus Hyrcani maris collocat *Sabaas aras:* ſed expedit regionem Chus ad littus fluminis Orientalis, qui ex Edene egreditur, diſquirere; ibi autem proſtat Suſiana, & Suſa metropolis, quibus lilia nomen dederunt, τὰ δὲ Σῦσα οὕτω καλεῖσθαι διὰ τὸ τοῦ τόπου ἀνθηρόν· σῦσα γὰρ ἐγχωρίως τὰ κρίνα, *Suſa enim ſic nuncupantur ob amœnitatem loci floridi; Suſa enim indigenarum linguâ ſunt lilia*: ſic Chares, & Ariſtobulus apud Athenæum lib. 12. cap. 2. & cæteri Græci in plurale Græcum deformantes nomen Perſicum שׁוּשַׁן *Suſan* lilium, cui radicalis eſt *N*, quam ſolent Græci abjicere è vocibus extraneis; ipſa urbs etiam *Suſan* nuncupatur, ut videre eſt Eſther 1: 2. & à liliorum etiam amœnitate formatum Suſannæ nomen. Licet autem Suſiana ſecundùm hanc etymologiam non habeat affinitatem cum *Chus* advena, aliunde habere idem auctor teſtatur addendo: τὰ δὲ Περσίας ταύτης τῆς Σύσων χώρας οἱ ἐσχάριοι, οὐ μόνον Σούσιοι, ἀλλὰ καὶ Κίσσιοι λέγονται, *incola autem hujus regionis Perſidis non tantùm Suſii dicuntur, ſed etiam Ciſſii*; idipſum teſtatur Strabo lib. 15. κισσὸς autem eſt hedera Baccho in deliciis, & ſingulare militum illius ornamentum; unde ipſe Κίσσιος quaſi *hederaceus* dicebatur; quamobrem ejus milites in colonias ab ipſo, ſive Nimrodo deducti meritò Κίσσιοι *Ciſſii* ab ipſo dicti. Quin Κίσσιοι, & Ciſſii poſſunt dici pro Chuſiis, aſpiratâ in tenuem mutatâ: Strabo ibid. addit Suſam à Tithono Memnonis Patre dici conditam, & matrem ejuſdem Memnonis dictam Κισσίαν Ciſſiam; atque arcem illius metropolis ab eo dictam Μεμνόνιον *Memnonium*: Herodotus etiam lib. 5. §. 54 de Suſiis ſcribit, τοῦτο δὲ Μεμνόνειον ἄστυ, *hac urbs Memnonia urbs vocatur*, & in Ciſſia eſſe ait. Potiora addam, Pauſanias in Phocic. varias deſcribens pictas in tabulis imagines habet: παρὰ δὲ τῷ Μέμνονι καὶ παῖς Αἰθίοψ πεποίηται γυμνὸς, ὅτι ὁ Μέμνων βασιλεὺς ἦν τοῦ Αἰθιόπων γένους· ἀφίκετο μὲν τοι ἐς Ἴλιον οὐκ ἀπ᾽ Αἰθιοπίας, ἀλλὰ ἐκ Σούσων τῶν Περσικῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ Χοάσπου ποταμοῦ τὰ ἔθνη πάντα ὅσα ᾤκει μεταξὺ, ὑποχείρια πεποιημένος. *Prope Memnonem autem puer Æthiops nudus depingitur, quia Memnon Rex erat Æthiopica gentis; attamen venit ad Ilium, non ex Æthiopia, ſed ex Suſis Perſicis, & Choaſpe fluvio, poſtquam debellaſſet omnes intermedias gentes.* Jam verò Memnon ille Suſiorum Perſicorum auctor dicitur Æthiops, eo ſenſu quo Æthiopia ſolet pro Arabia brevi freto ab ipſa ſejuncta uſurpari, & prima forſan Æthiopum origine: ſanè Homerus initio Odyſ. commemorat Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται, *qui biſariam diviſi ſunt*; aitque οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ᾽ ἀνιόντος, *alii quidem ſunt occidentalis ſolis, alii verò orientalis:* nempe occidentales ſunt Africani Æthiopes, Arabicis in orientem eorum reſpectu vergentibus: Homero ſuffragatur Strabo lib 1. & poſt multa ad propugnandum, quod ipſi Æthiopes probè cogniti erant, atque totam meridionalis Oceani oram occupabant, concludit his verbis Αἰθίοπες δίχα διῄρηνται φυσικῶς τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ, *Æthiopes naturâ ſunt biſariam diviſi ſinu Arabico*: propterea Eupolemus auctor vetuſtiſſimus, & ante ſexdecim ſæcula inter hiſtoricos celebris apud Euſebium in Præpar. Evang. Χοὺμ πατέρα τῶν Αἰθιόπων; *Chuſum* voluit dicere, licet pro libitu liceat extranea vocabula declinare; non eſt autem dubium, quin Chus ſit intelligendus, cùm ibidem aſſerat fuiſſe fratrem Chanaanis; per hos autem Æthiopes debemus intelligere Arabes; idcirco Jonathan Ben-Uziel, qui non contentus Noachidarum ſeriem cum Ebræo referre; ſed inſuper proprias unicuique aſſignat ſedes Geneſ. 10: ℣. 6. habet: filii Cham, Chus & Mitſeraim, Put & Canaan ושום אפרכיותהום ערבא ומצרים ואליהרק וכנען & *nomen Provinciarum eorum* (eas enim ἐπαρχίαν, quâ utitur ſignificat) *ſunt Arabia, Ægyptus, Aluchrok* (quæ ignoratur) *& Chananais.* Non opus eſt diutiùs in hoc immorari, cùm abundè probetur in Phaleg lib. 4. cap. 23. Chus occupaviſſe Arabiam, & à ſuo nomine vocâſſe, unde Numer. 12: 1. uxor Moſis nuncupatur כשית *Chuſſitis*, quæ *Arabica* erat, ut patet Exod. 2. & *Æthiopiſſa* dicitur in Verſione Arabica, Græca, Vulgata Latina, Gallica noſtra & Lovanienſi, Gallica & Italica Deodati, Anglica, &c. † Eâdem ratione igitur Memnon Æthiops dictus, quia Arabs, & Chuſſæus, atque hoc nomen, ut durius à Græcis emollitum, ac Ciſſium dixerunt. Ne autem ulla dubitandi ratio ſuperſit, Strabo lib. 17. Memnonis Regiam. plurima ejus monumenta, ut Labyrinthum, & ſtatuam ab antiquis decantatiſſimam in Ægypto celebrat, & Dionyſius Periegetes etiam verſ. 250. deſcribens:

Θήβας ὠγυγίας, ἑκατόμπυλον, ἔνθα γεγωνὸς
Μέμνων ἀντέλλουσαν ἑὴν ἀσπάζεται ἠῶ.

Thebas priſcas (ab Ogygo Thebarum Bœotiarum Rege pervetuſto, de Thebis tamen Ægyptiacis hìc agitur, & in uſum evaſit Ogygius pro priſco) *habentes centum portas; ubi reſonans Memnon exorientem ſalutat Auroram*, ſuam matrem; ejus quippe ſtatua arte tantâ facta fuit, ut ſimul atque primi illius radii oris tangerent foramen dulces emitterentur ſoni, quibus Auroræ ortus celebrari videbatur: ſi autem Memnon inter antiquiſſimos Ægyptios Rex fuit conſequenter etiam conſanguineus Chuſſæorum, immò Chuſſæus; nam Arabes Ægyptiorum fratres, & affines erant, atque certatim convolare in auxilium Nimrodi, qui benè meritis proximam Regiæ urbis Provinciam ipſis dedit, & ab ipſis *Chuſiam* dici voluit: neque Suſis dumtaxat reperiuntur monumenta illius illuſtriſſimi Chuſſiorum Ducis, ſed per totam Aſſyriam; nam Oppianus lib. 2. Cyneg. commemorat,

Μεμνόνιον περὶ σηὸν ὅθ᾽ Ἀσσύριοι ναετῆρες
Μέμνονα δακρύουσι κλυτὸν γόνον Ἠριγενείης.

Memnonium fanum circa quod incola Aſſyrii Memnonem inclytum filium Auroræ deflent; Strabo lib. 15. meminit ejus ſepulchri in Aradiorum regione circa Paltum ſiti; alterum in Troade antra commemoraverat lib. 13. & pagum etiam ejus nomine inſignitum; quod mirum videri non debet, cùm κενοτάφια, ſeu ſepulchra honoraria in pluribus locis ſolerent illuſtribus viris dicari, ut Hectori Æneid;

neid. 3. Tot monumenta clamant egregia geſſiſſe facinora Chuſæum Memnonem, & utiliſſimam in conſtituendo Chaldæorum imperio cum Chuſſiis ſuis navâſſe operam., quandoquidem ejus memoria a poſteris tanto ſtudio exculta fuerit, colonis ingentem Provinciam repleverit, urbes condiderit, iis gentilitium nomen ſuum in media Semi poſterorum hæreditate impoſuerit, & poëtas ferè omnes tam Græcos, quàm Latinos à ſuo ævo, & ſua Patria tantopere diſſitos induxerit, ut ad illuſtranda poëmata nomen illius mutuarentur, atque immenſis celebrarent laudibus: quamobrem Moſes iis omnibus longè antiquior non potuit meliùs deſignare limites Gichonis, quàm ſcribendo ipſum alluere *Chuſſidem* eo tempore, quo Chuſſii, vel ut Græcis placet Ciſſii, florebant, eorum Coloniæ vicinas regiones implebant, & illuſtria Ducis eorum facinora in omnium hominum memoria, & præſertim inter Arabes conſanguineos, quorum conſuetudine diu fruitus fuerat Moſes, vigebant, licet fabuloſe ad Trojanum bellum ejus mortem demum referat Homerus.

Alterum argumentum, quod præcedens mirabiliter illuſtrabit, petitur à genuino nomine, quo Ciſſii illi, vicinique Perſæ, & cæteri Orientales populi Provinciam à Græcis Ciſſiam dictam ſemper vocârunt, & adhuc vocant nempe חוזשתאן *Chuzeſtan*, id eſt, *Provinciam Chuſi*, & ipſos Suſianos, & totam gentem à Perſide ad Tigrim חוז *Chaus* dici teſtatur in Lexico Golius; ſic in Geographia Nubienſi; in Latina quidem Verſione paſſim legitur: *Chureſtan*, ut 6. part. Clim. 3. *ex parte meridionali Chureſtan fluit amnis* טאב *Tab* (qui Ptolemæo lib. 6. cap. 3. & 4. vocatur Ὀροάτις, & inter Suſianam, & Perſidem, ut communis utriuſque limes repræſentatur) dividens ipſam Chureſtan à *Pares*, (id eſt, Perſia, nempe à פרש *eques*, quia equitatu pollet, & hoc Ebræum nomen ab Arabibus, & Perſis conſervatur:) verùm Schikardus in ſuo *Tarich* ſemper habet *Chuzeſtan*; ſed illud diſcrimen nullius eſt momenti, & ab uno punctulo dumtaxat pendet, quod impoſitum literæ Z facit, at ſine illo eſt R: jam verò punctum illud in vocibus obviis ſæpe negligunt, quia à Lectoribus facilè ſuppletur: præterea R blæſum apud illos proximè ad Z accedit. Benjamin Judæus in itinerario de Perſia loquutus ſcribit: ומשם חזרתי לארץ כוזסתאן על שפת חדקל, *& inde redii ad regionem Chuzeſtan quæ juxta ripas Tigris:* Tigrim vocat Gichonem à confluvio Euphratis cum Tigri delapſum, & ut addit defluentem in mare Indicum, ſive Perſicum: poſtea mentionem facit regionis האולם *Haoulam*, & obſervat incolas eſſe בני כוש *Filios Chuſi*, dicerem de Elymæis populus loqui; ſed itinere ſeptem dierum non ſunt diſſiti à Chuſiis noſtris, ut illi ſecundùm Benjaminum; præterea paulò antè obſervaverat, quòd כוזסתאן היא עילם *Chuſeſtan eſt Elam*, & Elymæi revera in Suſiana à Ptolemæo collocantur, licet perperam Eldimæi ſcribantur; iter Benjamini Indiam verſus tendebat; ſicque novam Chuſſiorum coloniam exhibet in proxima regione. Si nunc enarrarem omnia recentiorum auctorum teſtimonia non finirem; ſufficiat igitur obſervâſſe omnes ſcriptores unanimiter referre inter hodiernæ Perſiæ Provincias *Chuſiſtan*, vel ob rationes ſuprà dictas *Churiſtan*: ſic Schikardus in Regum Perſiæ *Tarich* refert Omarem Kalipham an. 21. Hegiræ operâ Moſis Aſcharæi occupâſſe *Chuſiſtanam.* Joan. Cartwrigtus Anglus in Itinerario obſervat Suſianam, nunc Cuſeſtan dici, & ad Occidentem habere Meſopotamiam. Joan. Boterus in relatione de Regno Perſarum, deſcribendo amplitudinem regni ab Iſmaële Sophi conſtituti, enumerat *Cuſiſtan* à Suſianis olim occupatam: denique Interpres Arabs Biblior. Lond. Gen. 10: 22. pro *Elam* reddit חורשתאן *Churiſtan*.

3. Romanis, & Græcis etiam illa Chuſſiorum Colonia inter antiquos Perſas conſtituta innotuit: Plinius enim lib. 6. cap. 27. meminit Coſſæorum, & Choſſiorum, qui Suſianis ab Oriente erant: Strabo etiam lib. 11. qui ad montana Mediæ eos promovet, & rapto vivere obſervat, ut Arabum mos eſt; & 16. etiam lib. Ptolemæuſque Κοσσαίους in Suſiana verſus Aſſyriam collocat. Neque exigua in nominibus varietas nos morari debet; cùm longè majores in nominibus Barbaris Latini, & Græci facere ſoleant.

4. denique argumentum ſuppeditabunt Chuthæi ex Aſſyriorum ditione in vacuas tranſportatorum Iſraelitarum ſedes, Chuthęi enim & Chuſęi iidem ſunt, & mos eſt Chaldęis Ebręorum ש *S* mutare in ת *Th.* ſive *T* blęſum, quod ad S proximè accedit; quin maxima Judęorum pars minimum inter harum literarum ſonum hodiè facit diſcrimen: ſed cùm de ſcriptura agatur, licet à confuſa pronunciatione orta fuerit, quibuſdam exemplis probanda eſt permutatio ש in ת paſſim ab iis facta: ſic apud Bochartum in Phaleg lib. 4. c. 19. qui Ebręis eſt אשור *Aſſur*, Chaldęis dictus אתור *Atur:* unde Aſſyria etiam dicitur Atyria: & *Baſan* etiam *Batan* nuncupatur, unde Batança; quia pro Ebręo בשן Chaldęi בתן dicebant: ſic

Ebræis	שבר *Scavar.*	Chaldęis	תבר *Thevar*, id eſt, *fregit.*
Eb.	שד *Scad.*	Chal.	תד *Thad*, unde τιτθὸς, *mamma.*
Eb.	שב *Scen*, unde תשובה.	Chal.	תב *Thau*, & תתובא *reverſus eſt*, & *pœnitentia.*
Eb.	שור *Scor.*	Chal.	תור *Thor*, id eſt, *Taurus.*
Eb.	שום *Scom.*	Chal.	תום *Thom*, id eſt, *Allium.*
Eb.	שלג *Sceleg.*	Chal.	תלג *Thelag*, id eſt, *Nix.*
Eb.	שלש *Scileſc.*	Chal.	תלת *Thelath*, id eſt, *triplicavit.*

Hęc exempla continuâ ſerie ſibi ſuccedentia, & ab eadem litera incipientia probant, innumera ſimilia poſſe produci, ſicque eſſe manifeſtum, quòd כוש *Chus* Ebraicè, & כות *Chuth* Chaldaicè non differant, & conſequenter regionem *Chus* fuiſſe in orientali latere fluvii ex Edene exeuntis, Perſięque vicinam: revera Ptolemęi tabula 5. Aſię exhibet *Chuthos* in Carmania deſerta juxta Suſianam, quę olim euſque debuit extendi: Joſephus etiam Antiq. lib. 9. cap. 14. teſtatur hos χυθαίους dictos *διὰ τὸ ἐκ τῆς χυθᾶς καλουμένης χώρας μεταχθῆναι, αὕτη δὲ ἐστὶν ἐν τῇ Περσίδι, καὶ ποταμὸς τοῦτ' ἔχων ὄνομα, quia è regione Chutha fuerant traducti; hac autem Regio eſt in Perſide, & fluvius inſuper eſt habens hoc nomen*; quod poteſt confirmari ipſo Chuthęorum idolo; quod 2. Reg. 17: ℣. 3. nuncupatur נרגל *Nergal*; vox enim illa videtur compoſita ex ניר *Ner ignis*, *luminare* &c. & גל *volvit*, *circumvolvit*, ad ſignificandum ſolem motu ſuo circulari mundum illuſtrantem, quę ſententia eſt Seldeni de Diis Syris Syntag. 2. cap. 8. Neminem autem latet ſolem fuiſſe pręcipuum Perſarum Deum, & ignem ejus ſymbolum ab illis religioſe cultum; unde eorum myſtę Πυραιθοι, & ſacra Πυραιθεῖα, vel Πυραθεῖα, de quibus Strabo lib. 15. in quibus πῦρ ἄσβεστον, diligenter aſſervabatur: A. Marcellinus etiam refert ignem illum cœlitus olim delapſum Perſas crediſiſſe, & ejus portionem exiguam ut fauſtam regibus pręiviſſe lib. 23. Si fortè autem extingui contigiſſet, radiis

diis ſolaribus reſtaurare amabant, quia primitus erat ἐκ Ἡλίου, inquit Julianns Apoſtata Orat. 4. *de Sole:* Tzetzes tamen hiſt. Chiliad. 66. refert à Perſeo ex fulmine primùm accenſum: Maodeslo lib. 1. Itin. Ind. teſtatur hodie eſſe ex Perſis cultui ignis adeo addictos, ut nequidem candelam extinguere vellent, aut guttulam aquæ incendio injicere, ut domus conſumptionem impedirent. Rabbini in diverſam abennt ſententiam, docentque נרגל Chaldæis eſſe, quod ipſis תרנגול *tharnegol*, id eſt, *Gallus Gallinaceus*. R. Salomo Jarchi in 2. Reg. 17: 30. נרגל דמות תרנגול *Nergal ſimilis Gallo:* R. D. Kimchi ibid. *Gallina Sylveſtris* mavult: ſimilitudo nominum ſola eis hanc ſententiam perſuaſit; unum enim fit ex altero dumtaxat additâ unâ litera, & alterâ tranſpoſitâ; eſt autem Gallus Soli ſacer ſecundùm gentes omnes ob rationem, quam refert Pauſanias, cùm primo Eliac. obſervat, Idomeneum io tabula depictum habuiſſe in ſcuto Gallum Gallinaceum; quia à Paſiphae Solis filia erat oriundus, Ἡλίου δὲ ἱερὸν φασιν εἶναι τὸν ὄρνιθα, καὶ ἀγγέλλειν ἀνιόντος μάλιστα τοῦ ἡλίου, *Soli autem ſacram hanc avem, quia proximum ſolis ortum nunciat.* Poſſem potiori ratione propugnare quod, ſicut Romani Floram à floribus, Pomonam à pomis, & Syri Rimmonem à רמון *Rimmon*, id eſt, malogranato (de quo 2. Reg. 5: 18.) *Nergalem* etiam dixerint Cbuthæi ex Arabia orti, à נארגיל *nargil nuce Indica*, quæ in Iodica regione ipſis proxima creſcebat; immò inter ipſos Cuthæos, cùm ad palmam tot modis utilem, de qua aotea, poſſit referri, quia illam idolo ſuo dicaverant, quemadmodum ſuis alii dicaverant malogranata, poma ant flores; ſed hæc obiter. Patet igitur Suſios merito dictos etiam Ciſſios, quaſi Chuſios, aut Cuthios, & Cithios etiam, ut Jeſ. 23, 1. pro Chuthæis enim habendos cenſet R. Salomo Jarchi in h. l. כתים הם הכתיים *Cuthim ſunt Cuthæi.*

Nomen autem fluvii tertii חדקל *Chiddekel*: Onkelos, & Jonathan Paraphraſtæ Chaldæi reddunt דיגלת *diglat:* Syrus, Arabs, & Perſicus eos imitantur: 70. autem Interpretibus Græcis, & Latino artiſit Τίγρις *Tigris:* & merito, quoniam Tigris notior, & cum præcedenti nomine eundem fluvium ſignificat; quare Plinius de illo lib. 6. cap. 27: *ipſi, qua tardior fluit*, *Diglito* (nomen;) *unde concitatur, a celeritate Tigris incipit vocari*; Diglat autem dicitur ab Ebræo nomine, ח dempto, quod Syris & Chaldæis frequens, qui Ebræis enim eſt חרטם *chartom*, iis etiam dicitur רטן *retan*, *incantator*; ſic ex *Chiddekel*, primâ ſyllabâ ablatâ, remanet *dekel*, unde Diglat, & Diglito; quia G & C ſive K vix differunt; addit Plinius: *ita Medi ſagittam appellant.* Suffragatur Q. Curtius lib. 3: *ab celeritate, quâ defluit, Tigri nomen eſt inditum, quia Perſicâ linguâ Tigrim ſagittam appellant*, &c. Solious etiam: *primum pigre fluit, non cum ſuo nomine: at cùm fines Medorum invectus eſt, Tigris dicitur, ita enim Medi nominant ſagittam*; & Strabo lib. uodecimo: at Heſychius, Τίγρις ποταμὸς Περσῶν, καὶ ὁ τοῦ ποταμοῦ ῥοῖζος, καὶ ζῶον; *Tigris fluvius Perſarum, & ipſe fluminis ſtridor; eſt etiam fera.* Quibus patet Tigrim non ſimpliciter fluvium, ſed fluvium cum taoto impetu fluentem, ut ῥοῖζον ſtridorem ſagittarum ex valido arcu violenter emiſſarum imitetur, & ad illas hoc nomen revera alludat: addit ſignificare etiam feram Tigrin, *animal*, inquit Plinius, *velocitatis tremendæ*, lib. 8. cap. 18: nullum autem obſervat diſcrimen inter fluvii, & feræ nomina; contrà Suidas ſcribit: Τίγρις τὸ ζῶον: Τίγρης ὄνομα ποταμοῦ, *Tigris fera; at Tigris nomen fluvii.* Nullum tamen habet fundamentum hæc diſtinctio, & fluvius Τίγρης & τίγρις ab Antiquis promiſcuè uſurpantur, ut probat Scholiaſtes Dionyſii Periegetis ad verſ. 984. ubi -- ποταμῶν ὤκιστος ἁπάντων Τίγρις ἐϋρρείτης -- *fluviorum celerrimus omnium Tigris pulcherrimus nuncupatur.* Obſervat inſuper quòd hic fluvius revera rapidiſſimus ſit, & propterea, τίγρις καλεῖται, ἤγουν ταχὺς ὡς βέλος, Μῆδοι γὰρ Τίγριν καλοῦσι τὸ τόξευμα, *Tigris vocatur, ſeu ut ſagitta velox, Medi enim ſagittam ex arcu volantem vocant Tigrin*; atque in ſimilis denominationis exemplum affert Acidem Siciliæ fluvium, qui Ἄκις dicitur, quia curſu rapido velocitatem acutæ ſagittæ referre videtur: nihilominus plures eſſe teſtatur, qui malunt, quòd παρὰ τὸ Τίγριν τὸ ζῶον ἡ κλῆσις ἐστὶ τούτῳ τῷ ποταμῷ, *ob Tigrin feram hanc habuerit denominationem*, quooiam ejus rapiditas eſt maxima, atque fabula hanc ſentcotiam confirmat, & narrat hunc fluvium olim *Sylacem* dictum ob rapacitatem, quia præceps ex altiſſimis montium jugis cadens omnes obices ſecum rapit; ſed poſtea cœpiſſe nuncupari Tigrin, quia Dionyſius Junonis operâ furens, & fruſtra in hoc flumine vadum quærens graviter angebatur; donec Jupiter hujus filii ſui tandem miſertus miſit ipſi Tigrin, qui ducem viæ ſe præbuit, & commodè ad alteram ripam deduxit, in cujus rei memoriam, deinceps dictus eſt Tigris hic fluvius: ſanè ad hanc originem referendum Juliano Apoſtatę redditum Delphis oraculum, quo victorię, & trophea ipſi promittebantur παρὰ θηρὶ ποταμῷ, *ad feram fluvium:* apud Theodoretum hiſt. Eccl. l. 3. c. 18. *ad feram fluvium*; certum enim eſt Tigrin eſſe cognominem ferę. Quod Tigris curſum ſpectat ſufficienter deſcribitur à Plinio, & Strabone, & actum ageremus, ſi in eo deſcribendo etiam immoraremur; dixiſſe igitur ſufficiat ortum habere in Armenia Majori è loco Elongoſine dicto: paulò poſt Taurum mootem in Meſopotamiæ aditu perrumpit, & in Orientem multiplicibus gyris tendens, ut Meſopotamiæ amplitudinem faciat, tandem bifariam dividitur, & uno alveo Seleuciam quaſi in occurſum Euphratis defertur, altero orientaliori ad Cteſiphontem paulatim declinat, atque ſimul inſulam Edenem conſtituunt, ut conjunctim cum Euphrate perficiant: tum demum ſuis aquis conjunctis ſimul ambo fluunt: donec iterum diſſocientur.

Ipſe vadit ante Aſſur, id eſt, alluit regiooem, qnam Aſſur ſecundus Semi filius hæreditario jure à Patre Noacho obtinuit; cuique nomen proprium impoſuit Aſſuriam ſive Aſſyriam vocando; unde ejus incolæ Aſſyres, & Aſſyrii dicti; horum fines olim aoguſti Adiabenem dumtaxat capiebant, ſive Proviociam circa fluvios *Diavam*, & *Adiavam* ſitam; unde etiam habet hoc nomen, teſte A. Marcellino, nempe דיבא *deva* Chaldæis *Lupus*, qui Græcis λύκος; Lycus autem ille fluvius è Niphate monte deſcendens in Tigrim potuit vicioo fluvio nomen ſuum communicare, & quia præcipuam Aſſyriæ partem alluebant, non immeritò ſimul etiam denominàrunt: vel ſecundùm Ptolemæum lib. 6. cap. 1. Aſſyriæ limes erit ab Occaſu Meſopotamia; à Meridie Suſania; ab Oriente Media; & à Septentrione Armenia Magna; alterutrâ autem diſpoſitione circuitus Tigris manifeſtè deſignatur, & Aſſyriam invadit, atque præterfluit, ut Plinius, Strabo, & Ptolemęus certatim declarant.

Et fluvius quartus הוא פרת *hou phrat:* 70 Gręci Εὐφράτης: cęteri Interpretes Ebręa verba retinent prętet Vulgatum Latinum, qui Gręcorum veſtigiis inſiſtens habet ſimiliter Euphratem; atque licet inde colligere ab errore hoc nomen ortum, & genuinum fluvii nomen fuiſſe *phrat*, quia *hou* eſt pronomen tertię perſonę ut *ipſe*, & paſſim verbi ſubſtantivi officio fungitur; ita ut הוא פרת ſignificet *ipſe eſt phrath*; quamobrem Gręci pronomen & nomen conjunxerunt, ut Gen. 28: 19. ex adverbio אולם oulam *utique*, & priſtino Bethelis nomine לוז *Louz* fecerunt οὐλαμλούζ. Antiqui autem Phratis nominis veſtigium conſervatut in Characenes oppido *Phorat*, vel *Forath*, cujus meminit Plinius lib. 6. cap. 28. J. G.

Stukius in Arriani Periplum maris Erythræi ex Odoardo Barboſa deſcribit ad extremitatem ſinûs Perſici fluvium ingentem ab incolis Frataha dictum, cujus aquę inſigni dulcedine celebrantur, & ex Paradiſo terreſtri originem ducere dicuntur, quoniam hic fluvius unus è quatuor ipſum alluentibus exiſtimatur, affirmatque Euphratem eſſe, neque immeritò fit dulcedinis aquarum hujus fluvii mentio; quoniam פראת *forat* fluvii nomen propriè *aquam dulcem* ſignificat: Ebręi verò dictum malunt, quia inquit R. Salomo Jarchi in h. l. מימיו פרין ורבין וממברין ארת הארם כוש ואשור עדין לא היו, וכתב הכתוב על העתיד: *aquæ ejus fœcundant, multiplicant, dividuntque Arabiam, Syriam, & Aſſyriam, quæ quidem nundum erant; ſed Scriptura futurum ſpectat:* revera in Scriptura ſunt anticipationes plurimę, & quod ad fœcunditatem attinet, facit fertilem Euphrates Meſopotamiam, & in eam quotannis, quaſi novos agros invehit, teſte Cicerone lib. 2. de natur. deor. §. 13. & ibid. ob illam, quam infert fœcunditatem, cum Nilo, & Indo comparatur; conſtat etiam quòd ab illa fertilitate, & à diviſione nomen ejus poſſit commodè deduci. Si quis alterum cum Barboſa requirit teſtem, qui affirmet ad hunc uſque diem primęvum ſuum nomen conſervâſſe Euphratem, conſulat Petrum Texeiram in itinerario, audiet narrantem, quòd 3. Octob. an. 1604. trajecit Euphratem, & Perſę, Arabeſque eum vocarent *Forat.* Nubienſis Geographus eum ſimiliter אלפראת *Frat* nuncupat, licet Verſio ſemper reddat Euphratem, ut 3. part. Clim. 1. Hic fluvius, utpote Iſraelitis notiſſimus nullis appoſitis notis deſignatur, ex hiſtoria enim Abrahami patuit eum ex trans-Euphratenſi regione veniſſe Chananitidem: Jacobus præterea bis illum tranſire debuit, ut Syrum Labanem adiret, & poſtea domum paternam repeteret; quodque præcipuum eſt terræ Abrahamo, & poſteris promiſſæ limes ſuit deſignatus in ipſo fœdere, *a flumine Ægypti ad flumen illud magnum, flumen Euphratis,* inquit Deus Gen. 15: 18. Quamobrem fluvius ille tot rationibus Iſraelitis notiſſimus in S. Scriptura paſſim non nominatur, *fluviuſque* ſimpliciter dicitur, ut Gen: 31: 21. Jacobus *trajicit fluvium* Exod. 23: 21. à deſerto ad *flumen*, his enim & ſimilibus locis Euphrates eſt intelligendus.

Euphrates adeò conſpicuus in Paradiſi deſcriptione ſufficere poſſet ſolus ad genuinum ejus ſitum maniſeſte indicandum; quia ſi à primo ejus in Armenia ortu defluentem ſequamur, & innumeris illius anfractibus accuratè inſiſtamus, plura occurrent flumina, quæ ipſi aſſociantur, & ſuas in ejus ſinum aquas infundunt; at nullum eas repetit; Singas è Pieria occidentale ejus latus ingreditur, orientale Chaboras, & Saocoras, ut in Tabulis Ptolemæi patet, nullum verò effluit, & aliò divertens novum ſibi aperit iter, antequam Babyloniæ attingat fines; & prope Seleuciam conjungatur Tigri; tum demum, inquam, occurſu tanti fluminis tumens Euphrates ſubjectæ Babyloniæ viſus eſt minari, & coëgit incolas plures ipſi aperire alveos, ut ejus diviſis viribus facilè reſiſterent, & ſimul urbes ſuas munirent, atque arida arva irrigarent: nihilominus abſque his diverticulis diu continuit ſe intra alvei ſui limites, & Deus qui nutu ſuo furens mare coërcet, impetum ejus conjunctique Tigris ita rexit, ut tranquillè unà fluxerint, & hinc regionem à Babyloniis tandem occupatam, illinc Chuſæorum colonias certatim alluerint, & poſt curriculum, cujus incerta longitudo, ſuam dirimunt ſocietatem, unus pedetentim divertit ad orientale latus, alter verò ad occidentale: nemo ſanè poteſt in dubium revocare, quin impetus utriuſque conjuncti major fuerit; quàm poſt interceptas tribus, aut quatuor alveis Euphratis aquas, quia intercepta illa aquarum magna pars fregit utriusque vires, & partem earum juxta Apamiam recuperare debuerunt; antequam disjuncti novos replerent alveos; unde per totam trium graduum amplitudinem ſimul fluere perhibentur in Ptolemæi Tabulis, & vix in duos alveos divertere per unius gradûs ſpatium: verùm enimvero, cùm unitas conſervabant omnes ſuas aquas, non longum ſimul decurrere ſpatium potuerunt: ſed qualecunque fuerit Paradiſi amplitudinem æquavit, quoniam משם *exinde* viſus eſt dividi in quatuor partes ſive capita, quæ ex præcedentibus obſervationibus patere videntur; nempe probavimus Tigrim & Euphratem eò deferri, & ſimul aliquandiu conjungi, & poſtea dividi, perque diverſa oſtia in ſinum Perſicum irrumpere; duo autem illi fluvii in unum coaleſcentes, & duo poſtrema fluenta ex hujus divortio iterum exorta quatuor capita evidenter faciunt, quæ modò priſtina poſt divortium nomina retinent, modò nova, ut in Sacro Textu ſortiuntur.

Liceat igitur nunc concludere nihil eſſe in Textu Sacro quod cum ſententia noſtra apprimè non quadret; rigide enim loquendo exortus eſt in Edene unus fluvius, quia extra illam erant duo, nempe Tigris, & Euphrates, in ea autem demum coaleſcere in unum cœperunt: inde autem quatuor exiviſſe non dicuntur, quod videretur innuere Euphratem, & Tigrim retro fluxiſſe, contra conſuetudinem, licet non ſine exemplis, ſi Plinio credimus, dicit enim: *amnes retro fluere, & noſtra vidit ætas* lib. 2. cap. 103; ſed tantùm *inde diviſos fuiſſe*, & diviſim fluxiſſe; revera autem Adamo juxta unum Paradiſi fluvium verſus ſeptentrionem ilambulanti videbatur bifariam dividi, & revera dividebatur in Tigrim, & Euphratem in diſtinctis, & paulatim à ſe invicem magis recedentibus alveis fluentes.

Durius forſan videbitur, quòd ex duobus fluviis quatuor faciamus, & dicet aliquis potuerunt Euphrates & Tigris uniri, & poſtea dividi; ſed cur amittent propria nomina, & Piſon, & *Gichon* vocabuntur? quo jure nova hæc nomina obtinebunt? jure, dicam, communi gentium, quæ ſibi licitum crediderunt nova nomina etiam ob cauſas leves imponere; teſtis ipſe Euphrates, qui initio nuncupatur Pyxirates, poſtea Omirra, cùm Tauri montis obices irrumpit, & victor demum Euphrates, ut refert Plinius lib. 5. cap. 24. Præſertim non ſolent confluere flumina abſque nominum ſuorum detrimento, plurium fluviorum nomina cum eorum aquis ſemper abſorbent ingentes fluvii, Rhodanus Ararim, Dubim, Iſaram, Druentiam, nulla autem eorum deinceps fit mentio, & licet in plures alveos etiam dividatur antequam mare adeat, atque ab aliis πεντάστομος, & ab aliis ἑπτάστομος, ex tot oſtiis nullum ullius eorum nomen in memoriam revocavit: exempla ejuſmodi paſſim occurrunt, alterum tamen addam, quia apprimè convenit: Rhenus noſter ad *confluentias* excipit Moſellam, qui Ptolemæo eſt Obrincius, & ejus ſpoliis, nomineque ſuppreſſo ſuperbus Schenkii munimentum uſque pervenit; at ibi medius ſcinditur, & una para cum *Vabalis* cognomento per Noviomagum occidentalem oram petit, tandemque cum Moſa confuſus ab Oceano ſimul excipitur; altera verò Iſala dicitur, & per Arenacum, Zutphaniam, Daventriam, & campos tendit in Auſtrale Hollandiæ mare: non me fugit tertium alveum inſuper habuiſſe Rhenum, quo per Ultrajectum, & Lugdunum-Batavorum ſuum usque ad Oceanum nomen deſerebat: ſed pridem penitus ille exaruit, & ſive ſponte, ſive conſilio aggeres, qui ejus aquas continebant, diſrupti ſunt, liberumque ad alienos canales diffluendi iter ipſis conceſſerunt; ita ut proprius ad mare Rheno aditus nullibi ſit ſuperſtes, & Iſala, Vahaliſque Moſellæ, atque Rheni nominibus ſucceſſerint. Danubius ipſe poſt emenſas quingentas leucas, & exceptos plures ingentes fluvios novum Iſtri nomen priſtino depoſito ſuſcipere cogitur,

gitur, & quamvis ſeptem alveos poſtea habeat nulli vetus nomen placuit, & nova ipſi prætulerunt omnes; ut Nilo ſimiliter accidit.

Itaque non eſt inauditum fluvios ſua deponere nomina, poſt immutatum præſertim curſum novis inſigniri; neque Euphrati, aut Tigri licet queri de Gichone, & Piſone ſua eorum aquis nomina imponentibus, quandoquidem Rhenus, & Moſella, exemplo nobiliorum fluminum, Iſalam, & Vahalem patienter ferunt eorum exuviis exornari: nihilominus Euphrates, & Tigris non exiguâ gaudent prærogativâ, cum Gichone enim, & Piſone partiuntur denominationis gloriam; Tigriſque nomine utterque alveus adhuc deſignatur apud Ptolemæum; apud Plinium & Strabonem unus Tigris, alter Paſitigris, quaſi Piſotigris nuncupantur; ibidem Euphrates etiam ſuum obtinet alveum, quo ſuas aquas in ſinum Perſicum exoneret: ſicque manifeſtius fit Giehonem & Piſonem eſſe dumtaxat Tigris & Euphratis appendices: verùm enimverò id inprimis patebit his Syrachidis verbis Eccleſiaſtie. 24, 35. quibus ipſam ſapientiam inducit loquentem, & ſe cum fluviis Paradiſi ſic comparantem: *ὁ πιμπλῶν ὡς Φισὼν σοφίαν, καὶ ὡς Τίγρις ἐν ἡμέραις νέων· ὁ ἀναπληρῶν ὡς Εὐφράτης σύνεσιν, καὶ ὡς Ἰορδάνης ἐν ἡμέραις θερισμοῦ· ὁ ἐκφαίνων ὡς φῶς παιδείαν ὡς Γηὼν ἐν ἡμέραις τρυγητοῦ*, *replens ſapientia, ut Piſon & Tigris in diebus veris omnia renovantis*, largè exundant in agros; *copioſè profundens intelligentiam, ut Euphrates, & Jordanes in diebus meſſis* aquas, atque inſtar *lucis* eruditionem *manifeſtans, ſicut Gichon tempore vindemiæ*: nihil manifeſtius eſt, quàm ſecundùm hunc auctorem conjunctiſſimos eſſe Euphratem & Tigrim cum Piſone, & Gichone, quoniam ſimul exundantes ut ab eadem ſcaturignie exortos, & in eodem canali fluentes exhibet; licet enim Jordanem ſimiliter exnndantem intermiſceat, ut inſinuet eſſe etiam affinitatem inter Paradiſum & Chananitidem non perturbat propoſitum ordinem, quia Euphratem Gichoni ſimul aſſociat: conſulto autem videtur occidentali Euphrati Giehonem orientalem, & Tigrim contra orientalem Piſoni orientali ſic aſſociaviſſe, ut eorum conjunctio intima agnoſcatur; neque dumtaxat ſuperficialis, ut Tigris cum Arſania, quæ fit abſque aquarum utriuſque permiſtione, quia *Arſanias levior innatat IIII M. fermè ſpatio* (paſſus legerem, quibus menſurantur ibi diſtantiæ) inquit poſt Claud. Cæſarem Plinius lib. 6. cap. 27: diverſam eſſe rationem Paradiſi fluviorum declarat Syrachides, & ita permiſceri vult, ut qui Tigri reſpondet cum Euphrate exundet, & cum Tigri qui Euphrati, adeo perfecta eſt eorum ſocietas in Paradiſo inita; quod obſervari, & ſic repræſentari expediebat, quia Euphrates à remotiſſimis Armeniæ montibus ortus, & innumeris gyris ſerpens circum Meſopotamiam non poteſt eodem tempore aquis hybernis intumeſcere, quo Tigris rectiori alveo ex monte Niphate etiam propiori pluvias, & nives reſolutas volvens; ſed, ob intimam conjunctionem, non deſinunt ſimul exundare, quia Tigris primæ exundationis quidem eſt auctor, ſed Euphrates ſtatim illam promovet, atque per totam æſtatem ſufficientes pergit ſuppeditare aquas Colonis, qui eas pro indigentia diſpenſant; *quoniam ubertgandi modus manu temperatur*, inquit Plinius lib. 18. cap. 18. Hæc obſervatio neceſſaria eſt ad conciliandos cum Syrachide alios auctores, qui exundationes Tigris, & Euphratis non diſtinguunt ſemper, quia poſt conjunctionem ſuam, vel paulò antè, exundare incipiunt; quin Arrianus lib. 7. de expeditione Alexandri Mag. videtur negare Tigrim exundare, quia terra, quam interfluit, ejus aquis altior eſt: Syrachides autem ſedulo expenſâ utriuſque fluvii origine, & diſpoſitione, utrique diſtinctum exundandi tempus ſecundùm diverſas originis & curriculi rationes convenienter aſſignavit, Tigrique primas primo vere, & ſimulatque glacialis hyems ſolvitur inundationes occurrentes tribuit, Euphrati verò poſtremas, quæ majores ſunt, & inſigniores, quare earum dumtaxat rationem habere ſolent auctores, ut Strabo lib. 16: *πλημμυρεῖ ὁ Εὐφράτης κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ θέρους, ἀπὸ τοῦ ἔαρος ἀρξάμενος, ἡνίκα τήκονται αἱ χιόνες ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας, ὡς ἀνάγκη λιμνάζειν, καὶ κατακλύζεσθαι τὰς ἀρούρας*, *exundat Euphrates circa initium meſſis, à vere incipens; quia nives ex Armenia liquefiunt, ita ut neceſſe ſit ſtagnare arva, & aquis obrui*, &c. non dicit ſtagnare Tigris inſtar primo vere, & cum incipiunt dari *novis primordia rebus*; ſed à vere, ſive poſt ver exactum: Plinius lib. 5. cap. 26. adhuc exactiùs ſcribit Euphratem *inundare Meſopotamiam ſole obtinente vigeſimam partem Cancri*, &c. id eſt, æſtate jam provectâ: Polybius verò omnium, ut mos ipſius, exactiſſimè teſtatur, quòd Euphrates in multis differat ab aliis fluminibus, & in primis, quod flumina æſtate minui ſoleant *ὅτος δὲ καὶ πλεῖστος γίγνεται τῷ ῥεύματι κατὰ κυνὸς ἐπιτολὴν, καὶ μέγιστος ἐν τοῖς κατὰ Συρίαν τόποις*, *hic contrà maximus evadat, &* copioſiſſimè fluat, *quando canicula exoritur, & pleniſſimus in locis Syriæ vicinis* conſpiciatur, &c. ſic optimè ipſi convenit, cum Syrachide, qui tempus vindemiæ in illis regionibus noſtras antevertentis ipſi aſſignat.

Concludimus igitur Euphratem, & Tigrim diſtinctis alveis Edenem intrâſſe, atque in aditu Paradiſi, ſuam iniviſſe ſocietatem, ac in unum coaluiſſe; poſtquam autem conjunctis aquis abundè irrigaviſſent, in exitu diſtinctos iterum occupaviſſe alveos, aquaſque recuperatas ſub novis Piſonis, & Gichonis nominibus in ſinum Perſicum tandem detuliſſe; quamobrem habere debuit ad Orientem regiones Chuſſæis à Nimrode in præſtiti ad tyrannidem conſtituendam auxilii poſt aliquot ſæcula conceſſas, quæ nunc nominibus Suſianæ, & partim Perſidis inſigniuntur: ad ſeptentrionem Aſſyriam: ad occidentem Meſopotamiam, & Babyloniæ partem: altera pars meridionalis, cum Chavila, ſive Arabicis regionibus, quas Chavila Nimrodis frater, & bellorum, atque victoriarum comes occupavit, & pro more de ſuo nomine dici voluit. Sic Eden harum regionum meditullium occupavit, & Paradiſus illius meditullium occupare debuit, & in eo præcipuè fœcundiſſimos Sinharis campos fuiſſe incluſos exiſtimo, quia ab iis recedere nolebant primi orbis incolæ, licet cæteræ orbis regiones eorum arbitrio exponerentur, & omnibus hominibus curioſitas rerum novarum, & dominandi libido innatæ ſint. Conſtat ex Gen. 3, 24. Adamum ex fœlici horto ejectum in terram, è qua Deus eum formaverat, eamque fuiſſe מקדם *ab oriente* ſemotam; Syri autem ſe habere ex majorum ſuorum traditione affirmant, quòd Adamus in agro Damaſceno creatus eſt, & in ipſo Damaſci nomine terram rubram linguâ ſuâ inveniunt; alii malunt dici Damaſcum דמשק *Dameſcec* Syriacè, quòd ager illi primus דם שקא *dam ſceca*, id eſt, *bibit ſanguinem* Habelis à Caino primo fratricida effuſi; & revera incolæ prope urbem oſtendunt locum hâc cæde pollutum, ut teſtantur Gab. Sionita, & Joan. Heſronita Maronitę è Libano de nonnullis orientalium urbibus, &c. ad calcem verſionis Geographię Nubienſis ab iis factę; inde autem patet Adamum in vicina Syria cum liberis exulâſſe, & propinquiores amiſſę Edenis regiones incoluiſſe: hinc Adami veſtigia in urbe *Adam* ad mare Tiberiadis ſita, de qua Joſ. 3, 16. inque *Adma*, quæ prima è Meſopotamia in Chananitidem proficiſcentibus occurrebat Gen. 10, 19. Addatur conſtans Judęorum ſententia de Adamo cum Eva Chebrone ſepulto, & Abrahamo cum Sara, Iſaaco cum Rebecca, & Jacobo in idem ſepulchrum cum Lea poſtea illatis; quapropter meruit dici קרית ארבע *Kiriath Arba*, id eſt, *urbs quatuor parium*, ob quatuor illa conjugum paria: aut Patrum audiatur chorus, qui

certatim prędicant Adamum ſepultum in Calvariæ monte, ut pateret ejus peccatum Chriſti mortis eſſe cauſam, atque ex eo ut è ſemine crucem produiſſe, ut ſanguine in ea fuſo purgaretur Adamus, & fidelis ejus poſteritas, unde Tertullianus adverſ. Marc. lib. 2. cap. 4.

Hic patitur Chriſtus, pia ſanguine terra madeſcit
Pulvis Adæ ut poſſit veteris cum ſanguine Chriſti
Commixtus ſtillantis aquæ virtute levari.

Maronitæ ibidem aſſerunt, quòd regio Damaſcena ob amœnitatem & inæſtimabiles, quibus abundat, delicias à ſcriptoribus merito *Paradiſus terreſtris nuncupetur:* mens eorum non eſt Damaſcum partem Edenis fuiſſe; ſed famam amœniſſimarum Edenis deliciarum has orientis regiones in vicinia ſitas ita repleviſſe, ut Edenen, & Paradiſum dicèrent omnem locum fœcundis arboribus conſitum, limpidis aquis irriguum, gratâ aeris temperie conſpicuum, atque omnigenis bonis refertum: hinc Eden Ezechielis 27: 23. quæ inter opulentiores Arabiæ regiones celebratur; ſic in ipſa Arabiæ extremitate celeberrimum totius Orientis emporium *Aden*, eodem enim modo ac noſtra *Eden* עדן, ſcribitur & ſimiliter etiam legi poſſet: ſic oppidum in Cœleſyria *Paradiſus* nuncupatur apud Plinium lib. 5. cap. 23. & à Ptolemæo lib. 5. cap. 16. etiam celebratur, quodque meretur obſervari in vicinia Damaſci conſtituitur, & Libanum cedris ſuis & variis ornamentis inſignem proximum habet, atque etiam proximam *Adonis* fluvii ſcaturiginem, ut omnia concurrant ad *Edenis*, & *Paradiſi* nativam imaginem nobis exhibendam: imò memoria horti illius incomparabilis tam altas in animis gentium circumſtantium egit radices, ut ab hortis jucundiſſima loca ſoleant commendare; cùm *Taurim* Perſæ commendare volunt, & varias ejus amœnitates deſignare *octo Paradiſos* vocant, teſte J. Cartwrigto in ſuo *itinerario:* *Bagdad* etiam ad Tigrim à Babylone veteri unius dici itinere, quæ ad Euphratem erat, diſtans, & ab Almanſore anno Chriſti 762. condita, ſic nuncupatur à בג *baga*, id eſt; *hortus* & ראד *Dad*, nomine proprio Eremitæ, qui ibi tuguriolum habebat, ut Perſæ dicunt; ſed mallem nomen Dei Anachoretæ nomini ſubſtituere, Perſis enim חדא *Hoda*, Deus eſt; ſic Bagdad eſſet *hortus Dei*, & conſervaret memoriam horti revera à Deo in vicinia olim conſiti. Non ſoli Patres antediluviani regiones Paradiſi vicinas incolere ſategerunt; Noachidæ enim rapido Diluvii impetu ab illis abrepti vix, aliquandiu in fœcundiſſima valle monti, qui eos palantes, & anxios fœliciter exceperat, potuerunt commorari, & ſimul atque omnem depoſuerunt novæ calamitatis metum, minimè dubitàrunt aſylum ſuum, oppidumque quod laborioſe condiderant, & quod commodiſſimum erat (unde Heraclius illud propterea inviſit, & Choſroes lethali morbo correptus cùm ejus amœnitate gauderet, poſt tot annorum millia) deſerere non dubitàrunt, ut Aſſyriam repeterent: priſtinæ ſcilicet beatitudinis ibi amiſſæ deſiderio flagrabant, & nonnulla poſt cladem peccato illatam in illa regione veſtigia obſervantes, cæteris aliis præferendam judicabant; neque immerito ejus nomine teſte, Aſſyria enim quaſi אשורה: *Aſſyra*, id eſt, *beata*, quia omnibus ad fœlicem vitam requiſitis abundè inſtructa eſt, &, licet ſæpius domini ſua regionibus nomina impoſuerint; potuit alter filiorum Semi ab illa fœliciſſima regione אשור *Aſſur* vel *Aſſyr* nuncupari, quia ſummæ fœlicitatis ſuit amœniſſimam illam regionem jure hæreditario obtinuiſſe; denique licet poſtea Noachidis innotuiſſet cæteras orbis regiones ipſis eſſe occupandas turrim in ea ædificare voluerunt, ut commune ibi etiam Deo invito haberent Domicilium. Hæc, & plura, potioraque argumenta facilè exhibuiſſet Bochartus omni eruditionis copiâ inſtructus, & in Paradiſi illius meditatione verſatus per plures annos, & argumenta ſua raris atque exquiſitis illuſtrâſſet obſervationibus, quæ nos præcipitanter feſtinantes facilè prætereunt; ſed ſufficere debet, quòd Paradiſi ſitum ex Magni illius Viri ſententia judicaverimus, ut alii veſtigiis ejus inſiſtentes, veritatem è tenebris micare incipientem ſedulo ſectentur, propiúſque ſatagant intueri, donec plenam, & diſtinctam illius cognitionem aſſequantur.

VARIÆ

VARIÆ DISSERTATIONES, & EPISTOLÆ,
quæ huic EDITIONI acceſſerunt.

PARADISI TERRESTRIS SITUS
Juxta SAM. BOCHARTUM,
Ex EPISTOLA quadam
AD
LODOVIC. CAPPELLUM,
S. Theolog. in Academia Salmurienſi Profeſſorem,
EXCERPTUS.

VERSIO.

ERUDITO LECTORI
EDITOR.

Tametſi pleniſſima ſit Paradiſi Terreſtris deſcriptio ſuperiùs appoſita, Bochartique ſententia, eruditioni, & ἀκριβείᾳ apprimè reſpondeat; cùm tamen compendioſa hæc ejuſdem Paradiſi per Bochartum ipſum delineatio nobis ante aliquot menſes à Dom. le Jeune *cultorem literarum Trajecti ad Rhenum profitente ſuppeditata fuerit, Clariſſimuſque Jacobus Cappellus, Celeberrimi Ludovici filius, certiores nos fecerit eam alias ad Patrem ſuum fuiſſe tranſcriptam, hic ſubjiciendam judicavimus: quod Paradiſi ſitum diſtinctiſſimè & firmiſſimè oſtendat & determinet.*

Ex quatuor fluminibus, quorum apud Moſem in Paradiſi deſcriptione fit mentio, duo ſunt notiſſima, *Tigris* nempe & *Euphrates*: ex regionibus etiam, quæ ibidem memorantur, non minus nota eſt *Aſſyria*. Ex hiſce porrò reliqua facilè ſatis eruuntur. Neceſſe eſt itaque Paradiſus Terreſtris juxta hæc flumina non procul ab Aſſyria fuerit ſitus: idque fatentur hodie Eruditi omnes, etſi diverſa ratione explicent.

Inter eas omnes diverſas explicandi rationes nulla mihi videtur probabilior, quàm quæ à Calvino affertur; unde & Scaliger *De Emendat. Tempor. lib.* v ubi de mundi conditu, eam ita extollit & miratur, ut ajat, *Nihil potuiſſe verius, nihilque doctius dici* Sic autem ſe habet. Tigris ex Ptolemæo Euphratem intra Apamiam excipit, eoque modo ingentes hi duo fluvii coeunt, & ubi coiêre ad Aſiam urbem confluunt, quo loco communis eorum fluxus dirameſcit, atque in fluenta duo dividitur, quæ ſeorſim in Mare Perſicum deſinunt; ad Orientem alterum, Suſianam verſus; alterum verò ad Occidentem verſus Arabiam. Horum autem duorum fluentorum unum ex Ptolemæo vocatur *Oſtium Tigris Orientale*, aliud verò *Occidentale*: ex Strabone autem unum Tigris oſtium dicitur, alterum Euphratis. Itaque unus & idem alveus in quatuor capita ſecatur, quorum duo ſunt ſuperiora Tigris ſcilicet & Euphrates, duo verò inferiora, ea nimirum, quæ ex eo alveo in Mare Auſtrale deſcendunt. Calvinus ergo contendit capita, ſeu fluenta duo ſuperna, de quibus Textus ſacer, *Euphratem* eſſe & Hiddekel ſeu *Tigrim*; duo verò inferna eſſe *Phiſon* & *Gihon*. Quemadmodum porrò Havila ipſi eſt *Suſiana*, quæ ad Orientem jacet, Chus verò *Arabia*, quæ ad Occidentem ſita; ſic quoque Phiſon, qui Havilam circumluit, arbitratur eſſe alvei ſuperiùs memorati Orientale oſtium, Gihon contrà, qui Chuſitim circumerrat, Occidentale. Ex his igitur Edenis hortus in ea Babyloniæ parte jacebat, in qua fluvii duo in unum alveum conjuncti fluunt, eo ferè loco, quo in Tabula Chorograph. hiſce ſubjuncta ſignatur.

Vel potius, ſuprà poſita.

Hæc opinio quoad rem ipſam, ejuſque eſſentialia, eſt veriſſima; ſiquidem Edenis locum verè aperiat.

1. Ezechielis 27: ℣. 23. *Channeh*, aliàs Chalne, (quę deinde Cteſiphon vocata fuit) in Chalonitide locatur, *Charan*, vel Haran (hoc eſt Carras) inter & Heden. חרן וכנה ועדן רכלי *Charan, & Channeh, & Eden negotiatores tui.* Jam verò ſi Chalne inter Carras & Eden interpoſita ſit, neceſſe eſt Edenis regio in ea parte Babylonię fuſa fuerit, in qua Nos cum Calvino locamus.

2. Eſai. 37: ℣. 12. item 2. *Reg.* 19: ℣. 12. Gozan, Haran, Reſeph & Eden eo ordine recenſentur, quo ſunt à Septentrione, (aliqua quidem cum obliquitate Ortum verſus) in Meridiem ſitę. *Num liberaverunt eas Dii Gentium, quas peſſundederunt Patres mei, nempe Gozan, Haran, Reſeph & filii Eden, qui ſunt in Thelaſſar?* Jam autem Gozan ex Ptolemęo eſt Gauſanitis in Meſopotamia ad Chaborę & Saocorę fontes poſita: Charan verò ſunt Carrę, Gauzanitide paulò inferiores ad Chaboram. Reſeph demum eſt Reſeipha longè adhuc Carris inferior, ad Saocorę oſtium, ejuſque in Euphratem ingreſſum. His poſitis, neceſſe eſt Eden ſit rurſus inferior, ad Euphratis & Tigridis confluxum, aut paulò inferiùs.

In iiſdem Textibus tum *Eſaia*, tum 2. *Reg.* filii Heden dicuntur eſſe in Thelaſſar, vel Thalaſſer, ובני עדן אשר בתלשר, *Et filii Eden, qui ſunt in Thalaſſar.* Hanc *Thalaſſar* eandem cum Ptolemęi *Thalatta* probabile admodum. Pro תלשר, *Thalaſſar*, enim Chaldęi dixere, תלתר, Thalattar, prout paſſim ש in ת ſolent mutare; unde apud eos אתור pro אשור, בתן pro בשן, כות pro כוש, *Attour* pro *Aſſur*, *Bathan* pro *Baſchan*, *Cuth* pro *Cuſch*. Et Thalattar Ptolemęus, adempto R, fecit Thalatta; forſanque Heden illa eſt *Addan*, vel *Addana*, quam Geographi ad Euphratem collocant. Sępe enim vaſtus ille alveus, in quo Euphrates & Tigris ſimul fluunt, *Euphrates* nuncupatur. Sic enim Stephanus in Ἄδανα; cùm Adanę cujuſdam, quę eſt in Cilicia, & alterius, quę in Arabia Fœlice, mentionem feciſſet, ſubdit continuò; ἔστι καὶ τρίτη πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ; *Eſt & alia tertia urbs ad Euphratem.* Quin & quartę alicujus Eddanę meminit, quę juxta Euphratem ſedet, quam Phœnicum Co-

Ioniam ait. *Ἔδδανα*, inquit, *πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, κατοικία Φοινίκων, ἀπὸ Ἐδδανοῦ ἡγεμόνος.* At hæc, ſi diſtinguatur, a proximè ſuperiori, videtur eſſe *Addan*, de qua Eſd. 2: ℣. 59.

Eſdr. 1. ℣. 59. *Hi autem ſunt, qui aſcendunt ex Telmelah & Telharſcha, Cerub, Addan, & Immer*; niſi cum Diodato tres has poſteriores voces velis eſſe nomina trium quorundam Iſraelitarum; qui ex urbibus hîc commemoratis, *Telmelach & Thelha ſcha*, aſcenderunt.

Utut ſit, quæcunque hactenus adducta ſunt, ea rurſus firmantur ab iis, quæ Moſes habet, Gen. 4: 16, 17. quum ait *Cainum ad Hedenis Orientem Chanochiam condidiſſe.* Ptolemæus enim *Aſia Tab.* v. Anuchtham quandam in Suſiana locat, ad Talattæ Orientem, 200. aut circiter milliariis ab ea diſtantem. Chaldæi autem ab Hebraica voce חנוך *Chanoch*, vel *Hanoch* fecêre *Hanucha*, vel *Hanucta*, uti ab הם, Geneſ. 14: ℣. 15. percuſſerunt Zuſim in *Ham*, fit המתא Hamta. Sic Syri à דמא deduxêre דמתא, Damta, à רם *Ramta*, &c.

Sed ex hiſce omnibus jam ſatis conſtat, ubinam ſita fuerit Hedenis regio, poſituſque Paradiſus; ad alveum ſcilicet Tigridi & Euphrati communem ſupra Babylonem, ita ut tamen à ſuperiori horum fluminum diviſione, (vel concurſu) ad inferiorem, ſed utriuſque divergium, extenderetur; unde fit, ut Moſes ajat ex Hedene quatuor fluviorum capita exiiſſe. Siquidem hæc capita nihil aliud ſint quàm bina Euphratis & Tigridis fluenta in unum intra Hedenem coeuntia, ibique per milliaria aliquot ſimul fluentia; tumque in bina alia intra eandem Hedenem diſciſſa, ſcorſimque Sinum Perſicum verſus tendentia. Neque cuiquam mirum eſſe debet, quod fluviorum diviſiones, aut oſtia, appellentur capita, non ſecus quàm eorum ſcaturigines; hoc enim familiariſſimum eſt cùm apud Orientales, tum apud Græcos & Latinos: hujuſque plurima poſſem, ſi per tempus liceret, afferre exempla.

Hactenus igitur Calvini opinio mihi videtur veriſſima; ſed in eo fallitur, quod *Chus* cis Euphratem & Tigrim in Arabia collocet; *Havilam* contrà ultra utrumque illud flumen in Suſiana. Siquidem Chus ſit Suſiana, ultra Tigrim ſita, quam vetuſtiores Græci *κοσσια* appellabant: unde & Babylonis portæ, quæ Suſianam verſus ducebant, apud Herodotum *Cſſia porta* vocantur; unde quoque in Æſchylo Memnon nuncupatur *Ciſſæus*, quòd eſſet Suſianus: eademque de cauſa regionis ejuſdem pars quædam vocatur *Coſſaa*, incolæque *Coſſa* vel Coſſæi. *Κοσσία, ut Stephanus, μέρος Περσίδος, οἱ οἰκοῦντες Κοσσαῖοι, Coſſaa pars Perſidis, incola Coſſai.* Hebræis dicebatur כוש, *Chus*, Chaldæis כות, *Chut*. Hodie verò Geographi Perſæ & Arabes cum indigenibus vocant *Chuſtan*, vel *Chuſiſtan*, חושתאן, hoc eſt, *Chuſi Provinciam*; ſiquidem *ſtan* Perſice ſit Provincia.

Cùm itaque *Chuſitus* regio ultra Tigrim poſita ſit, *Gihon*, qui Chuſitidem pererrat, non eſt, uti credidit Calvinus, oſtium Tigris Occidentale, ſed Orientale. Vocatus autem fuit ג׳חון, *Gihon*, propter exundationes, quibus certis temporibus Characene tota obruebatur, uti teſtantur Authores cùm veteres, tum hodierni; quandoquidem גוח, vel ג׳ח, unde ג׳חון *Gichon*, vel Gihon, ſit *erumpere*. Suſiana verò dicitur *Chus*; quia Nimrod Chuſi filius, (Chus autem Arabiam Mari Idumæo vicinam poſteris ſuis implerat) Babylone in poteſtatem ſuam redactâ, eò deduxit Chuſſitarum vel Arabum Coloniam, qui in Suſianam ſubinde diffuſi eam inhabitavêre.

Havila contrà, quam Calvinus ad Orientem in Suſiana conſtituit, ad Occidentem jacet, ad Babyloniam & Arabiam. Et certè Havila eſt regio arenoſa: חול, *Houl*, enim apud Hebræos arenam ſignificat. Notum porrò quàm arenoſa ſit Arabia, ſeu Havila. In Havila naſcitur aurum; in multis autem Arabiæ locis, imò & proximè Euphratis oſtium, multum reperitur. In Havila itidem Margaritæ, cùm ex Script. S. tum ex Hebræorum plerorumque authoritate. Sic *Numerorum cap.* 11. *verſ.* 7. והמן כזרעגר הוא ועינו כעין הבדלה. *Et manna illa erat ſicut ſemen Coriandri, & ſpecies ejus ſicut ſpecies Margarita.* Mannæ ſpecies nullatenus accedit ad Bdellii formam ac colorem, maximè verò ad Margaritæ: proinde hoc loco *Bedolah* non *Bdellium*, ſed *unionem* ſignificat, uti & fatentur doctiores quique. Ex quo ſequitur, cùm dicitur *Geneſ.* 2. 12. *in terra Havila eſſe* הבדלה, *Bedolah*, eo loco non Bdellion ſed uniones intelligendas eſſe. Jam verò totius orbis celebratiſſima unionum piſcatio ad inſulam Tylum, ſive Bahatem, in Arabia fit, paulò infra genuinum oſtium Euphratis, qui inferiùs deſcendit, quàm Geographi ſive vetuſtiores, ſive recentiores notant; uti diſcitur ex iis, qui ab oſtio ſcaturiginem verſus aſcenderunt, ex Teixeira potiſſimum. Ibidem quoque magna Beryllorum copia, uti ſcribit Dionyſius Periegetes, ipſe origine Carræus; Beryllus autem illud eſt, quod Moſes שהם, *Schoham*, vocat, quam vocem malè vertimus per *Onyx*; cùm Judæi *Βηρύλλιον Exod.* 28: ℣. 9. &c. transferant, Græcique authores ſoleant appellare *Βήρυλλος*.

Ex *Havila* numero ſingulari, ac Havilot plurali, Græci dixêre *Chaulas*, *Chablas*, *Chalbas*, *Chauloth*; unde *Chaulaſii*, *Chablaſſii*, *Chalbaſii*, *Chaulothei*. Qui de his mentionem fecêre, *Phalegi lib.* 4. *cap.* 11. citantur: ubi etiam notatur apud Plinium ex ſcriptorum imperitia legi *Chanclæos* pro *Chauleos*. Hujuſce Havilæ mentio fit *Geneſ.* 25: ℣. 18. itemque 1. *Sam.* 15: ℣. 7. *Percuſſitque Saul Amalec ab Havila, donec venias ad Sur, qua eſt è regione Ægypti.*

Euphratis alveus, qui eam alluebat, *Phiſon* dicebatur; quæ vox derivatur à פוש, *Puſch*, quæ eſt *abundare*, *augeri*; uti & פרה, *Parah*; ex quo פרת, *Perath*, *Euphrates*. Indéque verbum פרת ferè ſemper in Paraphraſi Veteris Teſtament. Chaldaica per פוש redditur: ideóque idem illud flumen, quod vocatur פרת, antequam cum Tigri conjungatur, & in Chaldæam deſcendat; ubi deſcendit, & ab eo rurſus eſt diviſum, Chaldæam eandem alluens, appellatur Chaldaica voce *Phiſon*: eò quòd ſcilicet Hebraicum ſeu Aramæum *Perat*, & Chaldaicum *Phiſon*, ſono equidem differant, ſed ſignificatione conveniant.

Hæc eſt in genere mea de Paradiſi ſitu ſententia, quam ſi vellem omnibus illis, quas poſſem congerere, rationibus ulteriùs firmare, adverſanteſque aliorum opiniones confutare, in librum excreſceret Epiſtola; ad ejus intelligentiam & fidem iſthæc ſufficiant.

RECENSIO ALIORUM OPUSCULORUM HUIC EDITIONI ADDITORUM.

Plurima alia Opuſcula compoſuit Bochartus; quæ in amicorum capſulis ſedulo depoſita hactenus delituerant. Eorum magnam partem cum magno labore variis ex locis obtinuimus. Quæ in hac editione exhibentur, ſunt hæc.

1. No-

1. Notæ in Stephanum Byzantinum, ex ejus codice collectæ.

2. Defenſio Geographiæ Sacrę contra Clariſ. Salmaſii nonnullas objectiones.

3. Epiſtola de *Serpente Tentatore*, &c. ad Clariſſ. Cappellum, ex Sermone in *Geneſ.* 3: 1. Cui tamen facta eſt neceſſaria additio occaſione ſententiæ Clariſ. Amyraldi, à tentatione prima ſerpentem penitus excludentis, ut tota in Diabolum referretur; idcirco ejus argumentis reſponderi debuit.

4. Ad eundem altera Epiſtola de Linguæ Chaldaicæ, & Syriacæ pronunciatione, ac Arabicę utilitate.

5. Epiſt. ad Celeber. Iſaacum Voſſium de Chriſtinę Reginæ humanitate, eruditione, &c.

6. Altera ad eundem Epiſtola de Verſione Syriaca, Lit. Samaritanis, Onkeloſi ævo, &c.

7. Ad eundem tertia, quæ Verſionis Syriacæ novitatem oſtendit.

8. Moſis *Geneſ.* 11: 26. cum S. Stephano *Act.* 7: 4. Conciliatio. *Moſis cum martyre S. Stephano Conciliatio.* Sed nullam ejusmodi tituli mentionem audivimus inter illius opera fieri. Prȩterea ingenuè fatemur Nos in eo mores, & geninm Magni Viri etiam deſiderare. Edetur tamen, & prudentis lectoris erit æquum de eo judicium ferre; obſervet modo non deſignari nomen illius, ad quem illud ſcriptum eſt miſſum, neque ipſum tempus deſignari. Sed quod eſt majoris momenti 1. ſupponit quod Thare genuit Abrahamum anno vitæ ſeptuageſimo, qnia legimus *Gen.* 11, 26. *Vixit Thare ſeptuaginta annos, & genuit Abram, Nachor, & Haran*; at *Lib.* 2. *cap.* 1. *Phaleg.* adverſam huic ſuppoſitioni exhibet expoſitionem horum *Gen.* 5: 32. verborum iſtis ſimillimorum: *Et fuit Noe quingentorum annorum, & genuit Noe Sem, Cham, & Japhet.* Probat enim evidenter eo anno nondum fuiſſe genitum Semum, in primo ordine conſtitutum, quia *Gen.* 11: 10. legitur, quod *Sem centum annorum natus genuerat Arphaxadum biennio poſt Diluvium*; nam ſic patet Semum dumtaxat habuiſſe nonaginta & octo annos, cùm Diluvium orbem obruit, quod *anno ſexcenteſimo vita Noachi* dicitur factum, *Gen.* 7: 11. & conſequenter biennio Sem junior erat primogenito Noaehi, eoque adhuc junior Cham, qui omnium minimus declaratur, *Gen.* 9: 24. An, quæſò, qui hoc noverat, & ſolidè demonſtraverat, potuit è ſimili loco colligere Abrahamum natum anno 70. vitæ Thare, quia primus nominatur inter eos liberos, quos ab iſto anno cœpit gignere? an non debuit ſibi reſpondere, quod, quemadmodum gratię ordinem ſequitur Moſes, cùm primum Semo nondum nato locum inter Noachi liberos aſſignavit, ſimiliter Abrahamum prępoſuit Therachi filiis deſignando annum, qno cœpit liberos ſuſcipere, etſi multis pòſt annis Abrahamum demum ſuſceperit? Id revera facit; ſed negligenter, & quaſi hanc ratiocinationem, quam aliàs probaſſe conſtat, nunc aſpernaretur: ſiquidem ne uno verbo ei ſatisfacere curat. 2. Conciliationes neſcio quas à nativitate ſpirituali, & naturali Abrahami, & morte ſimili patris petitas commemorat, quę vix à paucis receptę ſunt, receptiſſimam autem, & à Judęis, & Chriſtianis certatim propugnatam iis poſtponit, & ſolo contemptu illam excludit, quod eſt à Bocharti conſuetudine alieniſſimum; ſolet enim ſuam ſententiam validè ſtabilire, oppoſitarumque ſundamenta penitus diruere. Prȩterea hęc ſententia, quæ Abrahamum cęteris fratribus facit juniorem, quamvis ut Semus ob dignitatem primus nominetur, meruit conſiderari: quia evidenti S. Scripturæ teſtimonio comprobatur; nam ſimulatque obiit Thare anno vitæ ſuæ ducenteſimo quinto è Charane diſceſſiſſe legitur Abrahamus ſeptuaginta quinque annos natus, qui 75 anni è 205 deducti relinquunt 130, & ſic clarum, & perſpicuum eſt Abrahamum anno patris centeſimo & trigeſimo natum. Id quidem videtur mirum iis, qui putant obſtupuiſſe Abrahamum ad promiſſionem filii ſibi centenario factam, ut ad rem inauditam, ſi pater centum & triginta annos natus ipſum genuit; ſed ipſi mirabiliores ſunt, qui non cogitant innotuiſſe Abrahamo Noachum, qui quingentorum annorum erat, cùm cœpit gignere; aut Semum, qui adhuc vivebat, & centenarius demum ſuſceperat primogenitum ſuum, aut ſeipſum, cui Iſmael natus eſt cùm ageret annum octuageſimum ſextum. Si enim hæc optimè novit non potuit dubitare, quin filium poſſet centenarius ſuſcipere; & revera plures etiam ſe obtenturum ſperavit poſt centum & triginta ſeptem annos: quandoquidem poſt obitum Saræ, quæ vixit 127 annos, & decennio minor nata erat, duxit Cheturam & ſex filios ex illa habuit. *Vid. Gen.* 23, 1. & 25, 1. Totam igitur dubitandi anſam ſuppeditabat ſterilitas Saræ longo matrimonii curriculo experta. At dicent, curriculum illud longè minus fuit eo quod percurrere debuit ejus mater, priuſquam illam pareret, ſi verus calculus noſter; debuit enim illam parere decennio toto poſt Abrahamum, anno Thare 140; cum autem anno ejus 70. cœpiſſet parere, & ante annum vigeſimum in longævis fæcunditas non occurreret, non potuit ante nonageſimum parere Saram, quæ propterea ante illum annum de partu deſperare non potuit, & ea etiam Iſaacum ſuum peperit. Haberet nonnullam veriſimilitudinis ſpeciem illa objectio, ſi ex annis dumtaxat conſtitiſſet, innotuiſſetque ſterilitas Saræ: ineptè etiam cum matre conſertetur, quæ expertæ fuit fæcunditatis, cum ab ætate florente cœperit parere. Sed quod præcipuum eſt, *ipſi probandum fuiſſet unam tantùm habuiſſe uxorem Thare, non autem ſucceſſivè plures*, ut verbis Celeberrimi Riveti ex Exercitat. 70 in Gen. cap. 11. utar. Tantum autem abeſt, ut Bochartus id probabile judicaverit, contra avunculi ſui ſententiam confirmaverit appoſita ad oram exemplaris mei manu ſua hac nota; *plures habuiſſe patet, quia Sara ex alia matre, Gen.* 20: 22. Obſervatio illa videtur teſtari, quòd Riveti ſententiam non improbabat; non ſolo tamen ejus nomine ipſi commendabatur. Jacobus Cappellus ejus etiam affinis, & inter Chronologos Celeberrimus, ut inter Theologos, quos præceptores habuit ſolidiſſimus, illam validè aſſeruit in *Epochis illuſtribus*, & in *Hiſtoria Sacra, & Exotica* ad an. 2003. Hic præterea declarat Ludovicum Cappellum ſuum patruum, dum viveret, eam etiam aſſeruiſſe, ut illam poſt utrumque aſſerere perrexit Ludovicus Cappellus Salmurienſis Profeſſor in *Chronologia ſacra*; adeo ut ſententia illa quæ Antiquorum, & Recentiorum ſuffragia plurima meruerat, fuerit quaſi domeſtica Bocharto, & propterea ipſi non adeo contemnenda: ſed quod imprimis impedit, ne pro legitimo Bocharti partu hoc ſcriptum agnoſcam, ſumma eſt ipſius in S. Textum reverentia. Equidem non exiſtimavit omnes illius exſcriptores fuiſſe impeccabiles, & paſſim in numeris, & quibuſdam minutiis aut permutatas quaſdam litteras, aut tranſpoſitas, omiſſaſque nonnunquam obſervavit; quod paſſa eſt Divina Providentia, quo ſeduliùs ejus ſtudio incumberemus, & accuratiùs varia ejus Exemplaria, Verſioneſque etiam conſuleremus; quia unus aut alter exſcriptor cùm errat ab aliis poteſt corrigi, & qui Verſiones edunt diverſis ſolent uti Exemplaribus, ut Lectiones præſtantiores eligant, hacque ratione ad genuinam dignoſcendam magnopere conferunt. Verum enim vero noluit abſque ratione urgente, & valida errores ejuſmodi ſupponi, ut patet *Diſſertatione* de Coma Abſalomi. Et merito: nam omnes æqui Providentiæ Divinæ æſtimatores

tores

tores, qui ſciunt eam rerum omnium cooſervationi ſemper invigilare, pro certo tenent eam non permittere ut errores fidei, & bonis moribus noxii, in Sacrum Textum irrepant; quamobrem permittere non potuit, ut in annis patris Abrahami admitteretur error, quo tota Sacra Chronologiæ ſeries perturbaretur. Si tamen aliquod bonæ ootæ Exemplar propoſitæ emendationi faveret, exigua eſſet ratio ſuſpicandi veram lectiooem in eo ſaltem conſervatam; at contra fidem omnium Exemplarium, contra authoritatem Paraphraſium Chaldaicarum, Verſionumque Græcarum, Syrarum, Arabicarum, Perſicarum, & Vulgarium Noſtrarum omnium è vita Thare ſexaginta annos auferre, id nimis temerarium mihi videtur, & Bocharto arriſiſſe non puto: præſertim cùm video unius Euſebii, non ſemper fidi, teſtimonio hanc lectionem dontaxat inniti: ſolus quippe citatur ex Chron. Græc. lib. 1. p. 10. ubi varias refert ſupputationes, neque hanc aliis præſert. Nullam autem facit mentionem Pentateuchi ipſios Samaritani Aoctor Diſſertationis, quod quidem noo eſt mirum, quoniam prima illius editio facta eſt demum anno 1631. à Johanne Morino; ſed mirum videtur tantam fidem ex ſola Euſebii, cujus multiplices errores agnoſcuntur, relatione huic Peotateucho adhibitam, ut corrigere Ebræum poſſet; præſertim cùm ipſe Euſebius Ebræum præſerat; licet iocogitanter calculos Græcorum 70. Interpretum ſequatur, ut poſt Georgium Syncellum obſervavit Scaliger in notis in Librum illum Euſebii. Deoique Peotateuchus ipſe Samaritanus Ebræo anteponi nunquam debuit. Et ab Ebræo totam ſuam auctoritatem mutuatur; quia hic ab Eccleſia Judaica religioſe aſſervatus, & ſedulo Autographis divinitus couceſſis aſſimilatus; ille verò primam ab apoſtatis duxit originem, & partim incuriâ, partim malitiâ miſerè interpolatus eſt: permutationes enim ſimilium Literarum plurimæ incuriâ ſunt factæ; malitiæ autem depravationes ad ſtabiliendos errores debent aſſignari. Talis illa eſt, quæ *Deut.* 27: 4. pro Hebal poſuit Gueriſim, ut altare in Hebale Dei juſſu conſtruendum hac depravatione aliquod fundamentum præberet templo Guariſitano contra expreſſum Dei mandatum nefariè ædificato. Quod adeò manifeſtum eſt, ut cùm olim ante Regium Ptolemæi Philometoris Tribunal cootenderent Samaritani & Judæi de Jure Templorum ſuorum, & Judæi Hieroſolymitanum propugnarent anteponendum, alii Guariſitanum, idque ſecundum Legis præſeriptum, & ea conditione, ut patrooi qui cauſâ caderent morte afficerentur; cauſâ ceciderunt Samaritani, falſarii declarati ſunt, & morte temeritatem, ſcelusque luere debuerunt, quemadmodum refert Joſephus *lib.* 13. *Antiq. cap.* 6. Temeraria etiam eſt additio facta verſui 14. cap. 17. Geneſis, ubi exciſioni addicuntur ii qui non circumciduntur; addit enim *die octavo*, quaſi delictum patrum liberis foret funeſtum; eo quidem die eos debuerunt circumcidere parentes; ſed delictum non ſpectavit liberos, antequam præceptum agnoſcerent, ſecundum Legem. Mitto quod Eulogius apud Photium *Cod.* 230. teſtatur Doſitheum Samaritanum Libros Moſis diverſis corruptelis adulterâſſe: ubi pro Pentateucho Moſis *Octaplum* habet; quaſi hæreſiarcha ille integros libros ſuppoſuerit, Moſique attribuerit. Quinque enim ſcripſiſſe agnoſcunt omnes, quibus nonnolli Jobum addunt, ſed ad octonarium numerum ejus libros nemo evexit. An quæſo talis Pentateuchus Ebræo, & omoibus Verſionibus potuit à Bocharto acerrimi judicii viro anteferri? A me ut hoc in animum inducam impetrare non poſſum: neque dubium meum etiam leviter audauget, quod ignota eſt ſcripturæ manus, cùm in more ipſi ſemper fuerit propria manu amicis reſpondere, & amanuenſis Apographum ſibi reſervare. Ignota igitur manus, nullumque temporis iodicium, & nulla mentio illius ad quem reſponſio facta elevant illius fidem, atque ſinunt exiſtimare quòd ſi ab ipſo facta eſt, nondum perveniſſet ad maturam ætatem, quæ ſubactum ingenium, & multiplicem eruditionem ipſi contulit, quoniam nulla illius eruditionis, ratiocinationisve exhibet veſtigia.

9. Diſſertatio de דודאים *Gen.* 30: 14. & *Cant.* 7: 13. Non eſſe tubera contra Codureum; ao ſiot Mandragoræ, &c.

10. De Variis Mannæ ſpeciebus, &c.

11. De voce כולכא, ad Moſis legem *Levit.* 19: 19.

12. Epiſtola D. Le Faucheur Pariſienſium Reformatorum Paſtoris de coma Abſalomi. 2. *Sam.* 14: 26. cum Bocharti reſponſione.

13. De Naamane, & ejus erga Regem ſuum obſervantia, ex 2. *Reg.* 5: 17.

14. Ejusdem argumenti continuatio.

15. Explanatio *verſus* 8. *capit.* 3. *Jobi*, & *verſus* 36. *cap.* 38.

16. Enarratur ℣. 3. *Pſ.* 110.

17. Idem ℣. 3. fuſiùs explicatur.

18. De כפר & שושנה ad *Cant. Cant.* 1: 14. & 2: 1.

19. De קיקין Jonæ 4: 6.

20. Agitatio quæſtionis, An decem annos dumtaxat natus liberos valeat procreare, ad 2. *Reg.* 16: 20: & 18: 1.

21. Demonſtratio Divinitatis S. Scripturæ.

22. Tres Epiſtolæ de Tentatione D. J. Chriſti, ad *Matth.* 4. quibus probatur eam à proprio, quo deſcribitur, ſenſu ad metaphoricum, & imaginarium non poſſe deduci, quio tota S. Scripturæ Auctoritas penitus deſtruatur.

23. Expoſitio Deſcenſus ad inſeros, de quo in Symbolo.

24. Expoſitio *verſ.* 14. *cap.* 2. Epiſtolæ ad Rom.

25. Tractatus tres continens quæſtiones, quibus ſatis fit; De presbyteratu & epiſcopatu. 2. De provocatione à judiciis Eccleſiaſticis. 3. De jure ac poteſtate Regum, cujus ſuprà meotio facta eſt.

26. Expoſitio ℣. 5. *cap.* 5. Epiſt. ad Corinthios de traditione Satanæ, & *cap.* 6: 12. de iis quæ licent, & non conducunt.

27. De Baptiſmo pro mortuis, ex 1. *Cor.* 15: 29.

28. Enucleatio ℣. 14, 15. *cap.* 14. 1. ad Corinth. Item ℣. 22. *cap.* 16. ejuſd. Epiſtol.

29. Senſus ℣. 9. *cap.* 2. Epiſt. ad Coloſſ. Itemque ℣. 4. *cap.* 2. 1. Epiſt. ad Timoth.

30. Examen *Libelli de Antichriſto*, Amſtel. ann. 1640 editi.

31. Quid Pliſti apud Joſeph. *Antiq. lib.* 18. *cap.* 2. Item an Iiar fuerit primus menſis Judæorum à Simonis Macchabæi morte, &c. Quid προστυχὼν apud eund. Joſeph. *Antiq. lib.* 6. *cap.* 5.

32. Errores Hornii in Obſervationibus ad Sulpitium Severum.

33. Num Æneas fuerit unquam in Italia? Ad Segreſium. Cuivis notum eſt Clariſſ. Segreſium Gal-

licis

licis verſibus elegantiſſimis Carmina Latina Virgilii reddidiſſe; ſed addo etiam humaniſſimum fuiſſe: quare cum Bocharto & cum cæteris Academiæ noſtræ ſodalibus frequens ſemper habuit Literarum commercium. Propterea ſæpius egit de ſua Æneide cum Bocharto, & tandem hanc ab eo obtinuit diſſertationem.

34. Quid ſit apud Philoſtratum in Apollonio, lib. 4. cap. 6. Ἀμαζόνων ἄσμα.

35. Sant-Amaotii ad Bochart. Epiſtola, in qua reſpondet quibuſdam Bocharti annotationibus in Poema ſuum, *Moſes ſervatus*

36 Bocharti ad ſuperiorem Epiſtolam Reſponſio, in qua non modò ſuperiores ſuas obſervationes tuetur, ſed etiam alias addit.

37. Notæ in Luciani Caphargamalenſis presbyteri Scriptum, De Inventione Reliquiarum S. Stephani Proto-Martyris.

38. Notæ in Eccleſ. Gallicanæ Decreta quædam Judæos reſpicientia, qualia referuntur apud Laurent. Bochellum, *Decret. Eccleſ. Gallic. Lib. 1. Tit. 13.*

39. Ad Clariſſimos quoſdam Viros Epiſtolæ nonnullæ familiares.

40. Elegantes quidam Luſus poetici, &c.

Hæc ſunt, quæ undequaque ad Editionem hanc locupletandam & ornandam potuerunt obtineri: non multa quidem, ſi moles; ſed plurima, ſi gravitas & pretium conſiderentur. Quæ in Eruditorum Muſæis latent, quæque, quantacunque diligentia adhibita fuerit, vel temporum iniquitate, vel aliis de cauſis, non potuere comparari, iſthæc ſunt, quantum novimus, paucaque alia.

1. Eſt diſſertatio in locum Theophraſti *de Unionibus diaphanis.* Extat Libro de Lapidibus, & illum expoſuit Bochartus obiter *Hierozoic. Part. 2. Lib. 5. Cap. 6.* Sed non omnibus ſatisfecit. Verba Theophraſti hæc ſunt; Inter Lapillos pretioſos ἐστὶ καὶ ὁ μαργαρίτης καλούμενος, διαφανὴς μὲν τῇ φύσει; *Eſt, qua vocatur Margarita, naturâ tranſlucida.* Margaritæ autem, ſive uniones, non pellucent, neque a luce penetrantur, illamve tranſmittunt; idcirco Salmaſius in Solinum negationem addendam eſſe cenſuit; Bochartus autem repugnabat, & dicebat ipſi non dari locum initio, niſi μὲν loco moveretur: ſcribi enim non debuit, οὐ διαφανὴς μὲν, quod verum. At benè ſcripſiſſet Theophraſtus διαφανὴς μὲν ἡ τῇ φύσει, & ſic remanebat in loco ſuo μὲν. Verum urgebat Bochartus hac altera ratione, quòd non convenit explicare rerum naturas, per id quod non ſunt. Supererat tamen reſponſio, id convenire, quia agebatur de Lapidibus, quorum quidam pellucidi erant, ut Adamas, Sapphirus, Smaragdus; alii non pellucidi, ut Onyx, Cyanus, Sardus, &c. Proptereaque non immerito obſervâſſe Theophraſtum ad hos accedere uniones, & pellucidos non eſſe. Præterea addidit Theophraſti locum referri ab Athenæo & à Clemente Alexandrino, etiam abſque illa negatione, & plurimos authores etiam expreſſè aſſerere uniones eſſe pellucidos; licet neque lucem, neque colores, ut vitra, & Chryſtalli tranſmittant, & dumtaxat præſtantiſſimum habeant fulgorem. Ne autem ullum remaneret dubium, & forſitan objectiones ipſi factas ſolveret, peculiari diſſertatione hunc locum voluit accurate explicare.

2. Reſponſio ad difficultates propoſitas à D. Samſone Regis Geographo ſuper Deſcriptionem Terræ Sanctæ.

3. Epiſtolæ tres ad dominum de la Moignon Senatus Pariſienſis Principem, quæ agunt de ſcriptis quibuſdam Indicis, arborum corticibus exaratis. Memini me illa vidiſſe, & cum Bocharto ſedulo conſiderâſſe, atque in iis nonnullas literas Arabicas animadvertiſſe. Scripta illa erant duarum, aut trium palmarum longa; ſed duorum digitorum circiter lata: non illa quidem expoſuit, ſed egregias ſuper illis fecit obſervationes, quæ mirificè placuerunt.

4. De tempore, quo vixerunt Leander, & Hero.

5. De celebri fabula, quâ fertur Achillem ab Apolline, aut à Paride ſagittâ talo infixâ occiſum.

6. De inſano more Babyloniarum mulierum ſententia ſemel in anno ſeſe proſtituentium, &c.

7. Epiſtola ad D. Huetium de *Merodach.* Nomen illud extat *Jeſ.* 39: 1. & ſignificat Regem Babylonis, qui filius Baladanis Regis erat, & amicus Ezechiæ; quamobrem ad hunc poſt ſanitatem miraculosè recuperatam miſit Legatos, qui ei congratularentur. Unde patet eundem eſſe, qui 2 *Reg.* 20: 12. dicitur Berodach, quia Baladanis filius, & Legatos ob eandem rem etiam miſit; idcirco in Græca Verſione Μαρωδὰχ aut Μερωδὰχ nuncupatur. Invenitur præterea *Jerem.* 50: 2. *Capta eſt Babylon, pudore affectus eſt Bel, fractus eſt Merodach, pudefacti ſunt dolores ejus, fracta ſunt ſtercora ejus.* Ubi Numen falſum eſt Babyloniorum, quia aſſociatur Belo à Babyloniis indubitanter culto, & S. Scripturæ mos eſt vana illa Gentium Terricula ſic proponere bina, ut falſa appareant; quia Deus omnipotens neque ſocio indiget, neque ſocium admittit; ſed eſſentialiter unus eſt, atque ſibi, ac omnibus creaturis abundè eſt ſufficiens, ut ipſæ Gentes ratione ſua utentes nonnunquam agnoverunt. Sic *Jud* 2: 13. *Baal*, & *Aſtaroth*; *Jeſ.* 46: 1. *Bel*, & *Nebo*; 65: 11. *Gad*, & *Meni*; *Hamoſ.* 5: 26. *Moloch*, & *Chiun*, ſive Ῥαιφὰν, ut 70. aut Ῥεμφὰν *Act.* 7: 43. qui Saturnus, nam Kirchero teſte in Prodromo Coptico *cap.* 5. Ægyptii ΡΗΦΑΝ vocabant Saturnum, & in eorum gratiam ea voce Ebræam expoſuerunt; ea etiam utitur Arabs, & ראפאן reddit. Cujus origo pigritiam, lentitudinem, debilitatemque ſignificat, quæ ſunt Saturni ſenis propriæ dotes. Sane Paraphraſtes Chaldæus pro Numine Babyloniorum habuit Merodach, ut Bel. Nam reddit: *Capta eſt Babylon* בהיתו דפלחין לבל אתברו דפלחין למרודך בהיתו צלמנהא אתברא טעותהא: *confuſi ſunt cultores Belis, confracti ſunt cultores Merodachi; confuſa ſunt ſimulachra hujus, confuſa ſunt illius idola.* Cultum religioſum utrique æqualiter additum à ſuperſtitioſis hæc verba deſignant, & utrumque ſua idola etiam habuiſſe. Quodque debet etiam obſervari, uterque ille falſus Deus eidem pœnæ, ac idola ſua addicuntur, ſcilicet confuſioni & contritioni, quæ ſolent objectis idololatricis in S. Scriptura denunciari, & ſimulachra propriè ſpectant, quia vana ipſa ſunt, atque merum nihil. *Mich.* 1: 7. *Sculptilia Samariæ confringuntur*, & *Jeſ.* 45: 16. *Omnes Dii præter verum pudore ſuffunduntur*, & ipſi חרשי צירים *fabricatores torminum*, id eſt, idolorum, quæ tormina, doloreſque ut modò ab Jeſaia dicebantur, ob calamitates, & pœnas, quas in ſuos cultores acciunt; ut ſtercora, בשה *dedecus*, *Jerem.* 11: 13. תועבה *abominatio*, *Exod.* 8: 26. עצבים *dolores* Hoſ. 8: 4. &c. nuncupantur. Sed quid ſibi volunt Græci Interpretes, qui in illo loco Jeremiæ pro *fabricatoribus torminum*, reddunt ἐγκαινίζεσθε νῆσοι *renovamini inſulæ.* Malè legerunt חרשו צים, ſimilibuſque erroribus ſcatent.

De ſignificatione autem nominis *Merodach* non idem ſentiunt omnes. S. Hieronymus *De Ebrais Nomini-*

mini.

Dum amicis ſucciſivas horas liberaliter concedit, & præcipuas continuaſque Eccleſiæ ædificationi, aut impendentium calamitatum depulſioni diligenter impertitur, prænuncius, Eheu! certę, & ſubitaneę mortis nuncius ſupervenit. Videbatur firma, ut ſolebat, optimaque frui valetudine, & ſolita munia jucundè alacriterque peragebat, neque ipſe ullam in temperamento mutationem pręſentiebat; momento tamen cœpit ſpiritum ex imo pectore ęgrè educere, illico etiam ſuffocatur; loquela paulo poſt penitus intercipitur, & ſudor copioſè erumpens intimos ejus angores declarat. Conſulti Medici poſt varia examina reſpondent aſſiduis ſtudiis, & immodicis vigiliis ſanguinem ejus ita fuiſſe deſiccatum, ut vix flueret, & neceſſariam circulationem perageret; ſed in ipſo cordis orificio ſubſideret, ejus motum remoraretur, & ardorem excitaret, quem pulmones non valerent temperare, propterea totam conſtitutionis ejus œconomiam perturbari, extremumque ipſi inſtate periculum, cui impoſſibile eſſet confeſtim mederi; quia diuturnis, continuiſque incrementis ad tantam molem ſenſim excreverat morbus, & oppoſita methodo etiam ſenſim curari oportebat. Quædam igitur remedia ipſi præſcripſerunt, inprimiſque juſſerunt, ut generoſo vino interdum uteretur, & præſertim ſimulatque primos hujus oppreſſionis inſultus animadverteret. Verùm fruſtra fuit illud conſilium, antequam enim ulla inſtantis morbi indicia agnoſceret ſubito opprimebatur, quodque huic morbo peculiare fuit, ei blanda quies, & acrior labor indiſcriminatim pandebant viam. Tres ejus in paucorum menſium intervallo acceſſus dumtaxat vidi, neque plures fuiſſe memini. Primus concionem diei dominicæ pomeridionalem mediantem invaſit. Ambo è matutina concione pedibus ſimul redieramus, neque currum ſuum voluit aſcendere, quia ſæviebat hyems, & frigus moderato hoc exercitio commodè abigi poſſe videbatur. Revera hoc dimidiæ circiter horæ iter, ut aliàs, alacriter confecit, cumque benevalentem circa meridiem domi ſuæ reliqui; at inſtante hora ſecunda à meridie, cùm meditationi tranquillè finem imponeret, & ſeſe ad iter accingeret, quia ipſi concionandum erat; ejus reſpiratio cœpit paululum impediri, vixque potuit jubere, ut aliquis citò accurreret ad me, moneretque concionem mihi eſſe ejus loco habendam; ad verſpertinum autem tempus graviter laboravit, & poſtea priſtinum abſque ullis ægritudinis præteritæ veſtigiis ſtatum recuperavit.

Altera vice in lecto noctu placidè requieſcebat, & repentè excitatur ſævis doloribus; quare uxor conſternata me ædium ſuarum partem tunc occupantem ſtatim curavit advocandum. Advolo, nihilominus non ampliùs poterat loqui, languenteſque & interruptos vix trahebat ſpiritus: ad Medicum confeſtim mitto, qui in vicinia habitabat; ſed excitari, veſtiri, & adduci debuit; quantacunque autem ejus feſtinatio fuiſſet, nobis lenta videbatur; quia poſt violentos angores fatiſcebat; quamobrem proximum advocari curo Chirurgum; & quia omnis mora judicabatur funeſta, rogavi ut illico venam ſecaret; obſequitur ille, & excedente ſanguine animus ſenſim recreatur; ſpirituſque etiam recuperatur; jamque incipiebat loqui cùm Medicus adfuit. Is voluiſſet quidem ut pepercisſemus ſanguini, non copiâ, ſed qualitate dumtaxat nocenti: Bochartus autem licet D. Viemannum eſſe ſui amantiſſimum, Artiſque ſuæ peritiſſimum noviſſet, nihilominus maximas mihi egit gratias meque vitæ ſuæ conſervatorem dixit, & precibus multis coëgit promittere, ut ſi in ſimili periculo verſantem unquam viderem illico venam ejus aperiri juberem: quia nulla alia ratione ipſi opem ferri credebat poſſibile, & affirmabat quod non potuerat à ſe impetrare, ut guttulam vini ſorberet, quando offerebamus, quia firmiter credebat, quod ab ea foret ſuffocandus, & dumtaxat opus haberet evacuatione, quâ liber reſpirationi fieret aditus. Sic dum corpore angebatur, animo fruebatur libero, videbat, audiebat, cunctaque diligenter obſervabat. Cito autem convaluit, ut priùs, & nullum afflictiſſimæ noctis dies vidit veſtigium. Supererat tamen domi inexhauſti doloris ſcaturigo, filia ejus unica, cujus ſuaviſſimi mores, ſingularis pietas, & tenerrimus in parentes amor intimos eorum affectus devinctos habebat; ſiquidem ea Hydropiſi incurabili laborabat, & ad cœleſtem gloriam feſtinabat; eam quidem maritus, & liberi chariſſimi nonnunquam videbantur paululum detinere, ſed ſolo reverendi patris periculo graviter anxia ei animitus inhærebat, ipſe viciſſim de illa ſollicitus ejus curationem ſuæ anteponebat, ego vero magnopere timebam ne individuus ille amor utrique tandem foret funeſtus.

Revera poſt hos ſęviſſimi illius morbi inſultus, venit ultimus die Lunæ 16 Maii anni 1667. Summo mane experrectus, ut ſolebat ſuum petiit Muſęum, ſcripſit ad amicos, ſuiſque ſtudiis incubuit uſque ad prandium, quod ſobriè, & jucundè ſumpſit; pranſus autem ſeſe compoſuit ad Collegium Sylvanum petendum, in quo unicus ex unica ejus filia nepos Dom. de Colleville, qui poſtea in ſupremo Neuſtriæ noſtræ Parlamento Senator fuit, Theſes Philoſophicas debebat propugnare. Unà autem ivimus, & ab hora tertia ad quintam cum incredibili delectatione audivimus generoſum adoleſcentem argumentis ſubtilibus, quibus plurimi doctores ejus ſententiam oppugnârunt, acutè, & ſolidè reſpondentem. Exultabat pręcipuè Avus videns totam Academiam, & omnes ejus Proceres ſuo nepoti applaudere, atque ex his primitiis fructus illuſtri ejus proſapia dignos pręſagire. Sic læti, & gaudentes diſceſſimus, & per viam plurimas adhuc amicorum gratulationes excepimus, tandemque pervenimus ad Clariſſimi Brioſii ędes excipiendis ea ipſa hora ſingulorum Lunę dierum Academicis ſodalibus deſtinatas. Tunc igitur ad ſelectam illam Academiam undique accedebant Viri eruditione conſpicui; inter quos ſępe fuerunt Proreges, Intendentes, Epiſcopi, pręcipuique Magiſtratus, qui honori ducebant ejus albo adſcribi.

Bochartus omnibus illis Academicis charus, eoſque viciſſim charos habens, eorum Conſeſſui aſſiduus aderat, quamobrem ad ipſum ſe contulit, ego verò, qui amicos expectantes domi habebam, ab ipſo divertere coactus ſui. Heu, heu, non aliàs ipſi comes futurus? ab iis autem qui aderant didici, eadem, qua ante, libertate cum iis egiſſe, ſuam de iis, quę propoſita fuerant ſententiam appoſitè dixiſſe, atque doctis rationibus egregiè etiam confirmâſſe, denique quęſtionem fuſè & ornatè expoſuiſſe ipſi factam à Domino Bouteroue, itineribus ſuis, ſingulari eruditione pręſertim circa numiſmata, ut libris editis demonſtravit, & integerrimè geſto in Camera Computorum munere, Celeberrimo. Nempe Inſignis Ille Vir Literis Gallicè ſcriptis petierat à Bocharto, quænam numiſmata eſſent, quę vulgo *Marbotins* dicerentur? Quidam autem ex Academicis ingenuè reſponderunt ignotum ipſis eſſe hanc vocem; alii dixerunt hanc monetam videri Gothicam; Bochartus verò judicavit eſſe Arabicam ob terminationem; pluralia enim plurima Arabum terminationem *in* habent, & diverſas alias rationes, quas dum explicare aggreditur, cœpit, ut antea, premi, angi, & ſuffocari; collecto tamen ſpiritu diſtinctè exclamavit: *O mi Deus, miſerere mei*, & deinceps nullum protulit verbum. Eodem momento citus ad me nuncius accurrit, & cùm funeſtam petiiſſem illico domum, inveni adhuc ipſum in medio ſodalium Academicorum ſubita illa mutatione obſtupeſcentium ſingultientem, & cum præſenti morte luctantem.

In proximum conclave ſtatim transferri curo, ibique precibus ardentiſſimis ad Deum fuſis nitor ejus excitare attentionem: revera aperuit oculos, in me fixit, & ſtatim in altum extulit atque clauſit, neque alia intellectarum ab ipſo mearum precum indicia potui obtinere. Ita intra ſemihoræ dumtaxat ſpatium cœpit deſiitque laborare ingens illud lumen, & poſt illuſtratas exquiſitæ eruditionis ſplendore terras, petiit Cœlos, ut in æternum divinæ gloriæ decore illuſtretur.

Nullus dubito, quin curioſi Lectores libenter audirent poſtremas Bocharti in hæc numiſmata conjecturas, & ipſis ſponte morem gererem, ſi unquam vidiſſem; ſed exiſtimo quod eas non ſcripſit, ſed tantùm memoriter in Academia expoſuit. Sufficiat igitur obſervâſſe, quod in Arabica Elmacini hiſtoria duo numiſmatum genera tantùm occurrant, ſcilicet: דינאר *dinar* ex Denario Romano originem ducens, licet Arabes deducant à verbo ſuo דנר *dannara*, quod ſignificat *ſplenduit*, & *abundavit his nummis*, qui aurei erant, & ducatorum aureorum valorem æquabant. Alterum nuncupabatur דרהאם *dirham*, & drachmas referre videtur. Dicunt tamen Arabes quod formatur à דרהם *darhama*, quod eſt *producere rotunda folia* his nummis ſimilia. Argentei autem erant, & viginti accedebant ad unius aurei valorem. Elmacinus autem *cap.* 12. & ad annum Chriſti 695. obſervat hos nummos literis Latinis inſcriptos, quod confirmat à Græcis, aut Latinis mutuſtos; ſed Præfectum Hagiagium officinam monetariam tunc inſtituiſſe, ut omnia dominationis Romanæ veſtigia proculdubio aboleret, & monetam ſuam his verbis inſcripſiſſe אללה צמד *alla ſamad*, *Deus eſt Dominus*, convenienter ſtatutis Arabum, qui Deum prædicant abſolutum dominum, & principes ſuos *Chaliſas*, id eſt, *vicarios* vocant. Hi autem nummi priſtina nomina retinuerunt; neque etiam vellem negare exprimi voce *Solidorum* in Hiſtoria Arabum Roderici Ximenes Archiepiſcopi Toletani *cap.* 10. Verum enim vero ille *cap.* 18. dicit *Almoravidas* ſibi ſubjeciſſe Hiſpanias, & capite ſequenti, ſive Arabum 177. *an.* qui cum anno Chriſti 893. concurrit, facit mentionem *Morabetinorum*, ſcribitque quod Abdelmelu Narbonam, Girundam, & vicina Galliæ oppida cepit, & tot ſpolia abduxit, *ut in quinta parte Iſen ſuo princip Morabetinorum quadraginta quinque millia pervenirent, ex quibus Mezquitam Corduba, quam pater ſuus inceperat, conſummavit*, &c. Capite 35. etiam refertur, quod Zuleman caput Almahadi ejus filio *miſit cum mille Morabetinis*. Morabetini autem non exigui pretii eſſe debuerunt, quia principi è ditione ſua dejecto à principe affini, ut rebus ſuis afflictis conſuleret, donabantur; ſed quanticunque valoris fuerint ab Almoravidis, qui imperium ſuum ex Africa in Hiſpaniam tranſtulerunt, dici videntur; *al* enim eſt Articulus ex nominibus facilè excidens; *u* verò, & *b*, ſicut *d*, & *t*, ſponte in omnibus Linguis permutantur. Præterea Ludovicus del Marmol Caravajal *Hiſt. lib.* 2. *cap.* 3. teſtatur *quod Hiſtorici Hiſpani Almoravidas vocant eos, quos Africani Morabitinos dicunt*, *pag.* 149. *Granatenſis Edit.* Ita ut argumentis, aut rationibus ullis ad id confirmandum non ſit opus. Cùm autem conſtet ex Hiſtoria Roderici Ximenes ſuprà laudata, quòd Regum nomina in moneta, & pannis, & Inſcriptionibus Epitaphiiſque apponerentur, *cap.* 31. & 48. non dubitandum nomina Almoravidum nummis eorum inſcripta obtinuiſſe, ut *marabotini*, ſive quod idem eſt *marbotini* dicerentur, ſicut olim *Darici*, *Philippei*, *Alexandrini*, & *Valeriani* dicebantur à Dario, Philippo, Alexandro, &c; atque nunc dicimus *Jacobos*, & *Ludovicos* Jacobi, & Ludovici Galliæ & Angliæ Regum nominibus nummos inſcriptos. Quin ad tempora noſtra horum nummorum nomina conſervata ſunt, & illa adhuc Hiſpanici *Maravedi* non obſcurè exhibent, licet diverſi pretii, quandoquidem hi idiomati Hiſpanico illi Africano accommodantur. Hæc ſufficiat innuiſſe, cùm Bochartus ipſe ejuſmodi minutiis dumtaxat obiter animum accommodaret.

Sanè eo præſertim tempore totus in mortis impendentis meditatione ſeriò verſabatur, ut certo indicio poſſum comprobare. Antea obſervavi Geneſim exponendam ſuſcepiſſe, hanc autem expoſitionem matutinis dierum dominicorum, qui ipſi incumbebant, concionibus conſtanter promovabat, & pervenerat ad hæc cap. 49: 18. verba, quæ glorioſum piæ Jacobi vitæ finem etiam impoſuerunt: *O Deus ſalutem tuam expectavi!* Licet enim tota ſeptimana adhuc intercederet, ſoleretque poſtremos illius dies meditationi, & meditatæ expoſitionis deſcriptioni impendere, tota illorum verborum expoſitio inventa eſt abſoluta. Antevertit igitur opus, & ſolitò citiùs perfecit, quia a Divina Providentia pręmonitus voluit neceſſarium implere officium, propoſitam ſalutem anhelando, aſſiduiſque illam efflagitando precibus, quæ Deo fuerunt acceptiſſimæ; quandoquidem à calamitatibus Eccleſiæ noſtræ, & unicuique noſtrum imminentibus maturè, & fœliciter liberatus optata ſalute cum Deo fruitur.

Supereſt ut illius imaginem paucis verbis adumbremus. Pùlchrum habebat corpus ſed mediocritati proximum, & agile, ita ut aliquando ſoleret celeriter ambulare. Caput decore compoſitum erat, cæſaries rara, & ſubflava, antequam canicies eam occupâſſet: frons lata & prominens, òculi grandes, & venuſti, genæ candidæ, naſus patulis naribus temperamenti ardorem oſtendebat: os modicum, & ingenuum, regnanſque per univerſam faciem lætus decor; cæteræ inſuper hujus domicilii partes aptè compactæ ita propriis ſungebantur muneribus, ut nihil luxaret; ſed omnes debitam operam certatim conferentes mutuo ſuo concurſu alacritatem, ſanitatem, firmitatem, & ad òmnia officia habilitatem ſingularem conſtituerent. Commodiùs itaque hoſpitari non potuit mens ejus planè divina; quamobrem expeditiſſimis & validiſſimis ſenſuum, cæterarumque facultatum organis adjuta innatum ad ſtudia impetum facilè promovit; ac indefeſſis laboribus, inſuperabili acumine, perſpicacitate ſumma, judicio acerrimo, aliiſque præſtantiſſimis dotibus ingentes fecit progreſſus, quos totus miratur orbis. Ad ejus mores quod ſpectat, benigni erant, innocui, & benefici; ad hilaritatem inclinabat, & facilè commovebatur, at ſponte reſidebat, & motus ſoli iniquitati adverſus ad ipſos auctores vix accedebat. Denique conſtantia ejus in amicitiis, & fidelitas, ſingularis humilitas, manſuetudo, & benevolentia erga omnes, ſinceraque cum ferventiſſimo zelo pietas erga Deum omnes laudes transgrediuntur, atque piis amicis ſemper erunt exemplo, & admirationi. Quamobrem eos omnes per gratum, quem conſervaſſe debent, animum, obſecramus ne ulla raræ illius eruditionis Monumenta perire ſinant; ſed ſi quædam præter nunc edita habent ea deſerri curent ad Typographos noſtros, qui ſedulo curabunt ad formam, huic ſimilem ſecundum numerum exemplarium editorum ea Typis illico mandari, ut nullum ex iis poſſit ab emptoribus deſiderari.

FINIS.

AUTHO.

AUTHORIS
IN QUATUOR
LIBROS PHALEG
PRÆFATIO,
IN QUA

Aperit quibus ex fontibus varios Gentium ſitus deduxerit, Operis hujus ſui utilitatem adverſus obtrectatores quoſdam tuetur; Ejuſdemque partes & materiam ſummatim exhibet.

Anno proxime præterito rogatus ab amicis ut ſententiam meam ſcriberem de loco Paradiſi Terreſtris, novam inſtiti viam, neque à quoquam tritam hactenus. Quod cùm ipſa novitate illis diſplicere ſenſiſſem, qui deceſſorum ſententiis hærent ita mordicus ut ne latum quidem unguem ab iis diſcedere fas putent: operæ pretium me facturum putavi, ſi, ut ex hominum animis hunc errorem revellerem, altero exemplo docerem, eóque perilluſtri, Geographica Moſis vocabula nondum fuiſſe ſatis cognita. Conſilium igitur fuit Tractatui de Paradiſo pro appendice ſubnectere brevem expoſitionem decimi capitis Geneſeos de humani generis propagatione ex ſtirpe Noæ. Ex qua non veteres modo, ſed & novitios interpretes horum ignoratione à Sacri Scriptoris ſcopo ſæpe aberraſſe pateret. Sed hoc meditanti mihi tam multa ſe obtulerunt, ut quod unius capitis anguſtiis concludi poſſe ſperaveram ſub manum creverit in multos libros.

Itaque pro appendice ad libellum de Paradiſo propediem edendum, ſi dederit Deus, en tibi Lector ſeparatum opus de Diſperſione gentium è Babylonia facta, & Diviſione terrarum inter Noæ poſteros. De quo argumento plurimi nonnulla ſtrictim & obiter, nemo accurate ſcripſit hactenus. Quod ſæpe mirari ſubiit, cum nobiliſſimum ſit argumentum, & res ſcitu perneceſſaria. Neque enim aliud quicquam ſupereſt unde priſcarum gentium origines exſculpamus. Nam Chaldæorum, Phœnicum & Ægyptiorum monumenta pridem conſumpſit ætas. Et Saiticus ille ſacerdos, *Patenus* nomine, de quo Proclus poſt Platonem in Timæo, Græcos merito aſſerebat ſemper eſſe pueros nec unquam ſenes; utpote veræ vetuſtatis prorſus ignaros. Proinde quoties de rebus vetuſtis ſermonem inſtituunt ad ridiculas fabulas devolvuntur. Atque alii ſe ex quercubus aut lapidibus, alii ex fungis, alii ex cicadis, alii ex formicis, alii ex draconis dentibus ſe fabulantur ortos. Quis porro gentium aliarum incunabula & primordia edoceri poſſe ſe putet ab iis, qui de propria origine talia mentiuntur? Itaque hoc reſtat unicum, ut ad ſacram anchoram, hoc eſt, ad Scripturam confugiamus. Quæ non ſolùm in genere docet omnes homines ex uno ſemine eſſe editos, nempe ex Adamo in Creatione & poſt Diluvium ex Noa & tribus filiis, ſed & recenſet Nepotes Noæ, & qui populi ex ſingulis ortum duxerint. Ita ut ex uno capite Moſis, ſi modo recte intelligatur, multo plura & certiora poſſint erui de populorum originibus, quam ex omnibus, quotquot ſuperſunt, vetuſtiſſimarum gentium monimentis.

Verum enimvero non eſt cujusvis hoc interpretari commode & ad Scriptoris mentem. Neque enim pleraſque gentes iiſdem vocabulis Hebræi appellant, quibus exotici ſcriptores. Peregrina illa nomina tanquam abſona & incondita Græci vel rejecere prorſus, vel ita interpolavêre, ut quæ manent veſtigia veteris appellationis ſæpe fugiant perſpicaciſſimos. Inde factum, ut Veteres in tam diverſa abierint. Aliter enim hæc nomina Joſephus interpretatur, aliter Africanus, quos ſequuntur plerique Patres, aliter Chaldæi Paraphraſtæ, aliter Arabs Interpres Lutetiæ nuper editus, aliter denique Gorjonides & Author libri Juchaſim. Et in hac interpretationum varietate Recentiores ſuſpenſi hærent, nec habent quod ſequantur. Nos in hoc Opere conati ſumus his tenebris lucem inferre, partim ea tuendo novaque argumentorum acceſſione firmando quæ à Veteribus recte dicta ſunt, partim etiam ea oppugnando in quibus videntur erraſſe. Nec defuêre rationes, quibus utrumque præſtaremus.

Prima, quæque eſt maxime obvia, ducitur ex ſono vocis. Nam ut Veteribus Madai Medos ſignificat, Javan Iones, Thiras Thraces, Pliſtim Palęſtinos, Sidon Sidonios, Arki Arcęos, Arvad Aradios, Elam Elymęos, Aſſur Aſſyrios, Lud Lydos propter ſoni vicinitatem: ita nobis Meſech & Tubal ſunt Moſchi & Tibareni: Askenaz Phrygia Minor, ubi Aſcania regio & urbs, & Aſcanię inſulę, & Bithynia, ubi Aſcanius amnis, & in proximo Pontus Axenus: Togarma vel Torgama Cappadocia, ubi Trogmi populi: Eliſa Peloponneſus, ubi Elis & Aliſium: Tarſis, Phœnicìè *Tartus*, Hiſpania, ubi Tarteſſis regio & Tarteſſus urbs & amnis: Rhodanim Gallia, ubi Rhodanus, Rhodumna, Rhedones, &c: Chus Arabia Saracenica, unde geminatis radicalibus כשכשרי est converſio ad Saraceniſmum: & hujus colonia trans Tigrim Hebraicè Chus & Chuth, Gręcè Ciſſia, Perſicè & Arabicè Chuzeſtan appellatur: Chuſi filii Seba, Chavila, Sabtha, Rhegma, Sabteca, Gręcis Sabęi, Chaulotęi ſeu Chablaſii, Saphtha, & Sophtha, Rhegma, Samydace: Nepotes Seba & Dedan; unde alii Sabęi; & Daden regio & urbs ad Mare Perſicum. Sic Babel eſt Babylon, Erec Arecca, Acchad vel Archad Sittace ad fluvium Argadem, Ninive Ninus, cujus nomen plenum extat in Ptolemęo & Ammiano. Calach Calachenę regioni nomen dedit. Pathros vel Phathures eſt Thebais, ubi Paturis oppidum & nomus Phanturites: Rahab Ægypti Delta, *Rib* hodieque dictum: Casluchim Colchi: Semari Simyra: Arpaxad Arrapachitis: Aram Arimi ſeu Syri; עוץ *Uts* vel *Guts* עוש *Gaus* vel עוטה *Gauta*, id eſt, vallis circa Damaſcum. Mas ſeu Meſech Maſiani ad montem Maſium, unde Maſca fluvius. Rurſus Meſa vel Muſa & Saphar, ubi habitavit Jectan cum filiis, loca ſunt Arabię Fœlicis ex Plinio, Arriano & Ptolemæo notiſſima. Et à Jectane, qui & Cahtan, Catanitæ dicuntur, & Baiſat Jectan op-

pidum: Ab Almodad Allumæotæ: A Selepho Salapeni: Ab Hatſarmaveth, vel Hadhramauth, ut ſcribunt Arabes, Atramotæ: Ab Hadoramo Drimati: Ab Uzale vel Auzale Auſara: Ab Obale vel Aubale Abalitæ: Ab Abimaele vel Abimàle Mali regio & Malitæ vel Manitæ populi: A Seba Sabæi illi celebres ad Mare Rubrum: A Chavila Chaulan: Ab Jobabo Jobabitę, qui Ptolemęo mendosè Jobaritę.

In hoc argumento plus eſt virium cum pro una aut altera alluſione plures occurrunt. Exemplo ſit nomen Thiras, quò non ſolum Θρᾷξ & Θρῆσσα, ſed & Thuris alludit, unum è Martis nominibus, qui fuit Thracum Deus, Teius item & Therops Thracum Reges vetuſtiſſimi, Teres & Tiris Thracica nomina; Athyras, Tyras, Tearus, Tyrias, amnes Thracię aut vicini; Tyriſtaſis urbs, Thraſum regio, Tranſi populi.

Interim hic cavendum ne plus nimio nobis indulgeamus, & vocum origines huc referamus, quę jam aliunde notę ſunt. Ut Joſephus, qui à Meſa deducit Meſenęos circa Paſini caſtrum, cùm ibi Μεσηνὴ dicatur ea regio, quę media eſt inter duo Tigridis oſtia: & Gręci qui Rhodanim volunt eſſe Rhodios; cum Rhod Phœniciè dicatur, ut Gręcè Ophiuſa, à dracone, quo occiſo Phorbas in cœlum tranſlatus eſt ab Aſtronomis, & Ophiuchus dictus. Sic Cimmeriis nomen non fecit Gomer; ut volunt Recentiores; ſed כמריר *cimrir*, tenebrarum atror; nec Pathros Petręis Arabibus, ſed Petra urbs metropolis: nec Aram Armenis, ſed הרי מני *hare Mini*, montana Mini vel Minyadis regionis vicinę Ararat, cujus meminêre Jeremias & Nicolaus Damaſcenus apud Joſephum: nec Meſech Moſſynœcis, ſed μόσσυνες ſeu turres lignęę, quę ſunt illis inſtar ędium: nec à Chalne fit Calliniſum vel Callinicum, ſed à conditore Seleuco Callinico. Eos nihilo plus probo, qui nimiùm remota conſectantur, ut qui ex Chavila deducit Babytacen & Sachalitas & Sabteca. Et in ultimo Septentrione Opharitas & Sarmatas ab Ophir & Hatſarmaveth, qui in extremo Auſtro ſiti ſunt.

Jer. 51.27. Joſeph. Antiq. lib. 1. c. 4.

Profuit etiam attendere ad vocum ſignificationes quę raro ſunt otioſę. Itaque ut in filiis Chanaan Sidoniis à piſcatu oomen, Hetthæis à terrendo propter Anakæos admixtos ipſâ ſtaturâ terribiles. Pherezæis à pagis, Sinæis à lutoſo, Guergueſæis ab argilloſo ſolo, Hevæis à ſerpentibus propter vitam Troglodyticam: ita in Arabia Diklæi Minæorum pars à palmis dicti ſunt, quibus fertiles illorum agri, Jerachæi à Lunæ cultu, ut Arabice Alilæi, Jobabitæ ab eremo, Sabæi à captivitate; quia Regi ex palatio ſuo prodire vetitum fuit ſub pœna lapidationis. Et in Ægypto Delta *Rabab* ſeu *Rib* appellabatur à pyri forma. Pyrum enim *rib* Ægyptiis. Unde eſt quod *Athribin*, oppidi nomen in medio Delta, Orion *καρδίαν ἀπίων cor pyrorum* explicat. Thebæ quoque dictæ *No-Amon*, vel *Amon-No* in Prophetis aliquoties, id eſt, Ammonis ſanum aut ſedes ibi impensè culti. Et Nilus שחור *Sihor* vel *Siris*, ut Græci ſcribunt à nigredine. Regio enim quam alluit eſt μελάγγειος, ut Plutarchus author eſt, & ejus atrore aqua inficitur. Ægyptus ipſa denique *Mifrajim* nominatur ab anguſtiis; aut etiam à ſitu loci, quo nullus naturâ tutior. Nam Hebræa vox utróvis poteſt referri. Et circa Ægyptum Succhæi ſunt Troglodytæ, quia סכה *succha* eſt antrum: Ludæi Æthiopes, ut לוד *lud* anfractus fluvii; quia Nilus in Æthiopia maxime ſinuoſus eſt: Lehabæi Libyægyptii Æthiopibus vicini, quia להבה *lehaba* eſt ardor Solis: Lubæi incolæ Xerolibyæ, quia לוב *lub* ſitim notat: Phutęi etiam iidem, id eſt, diſperſi appellantur, propter habitationes in Africa hinc inde ſparſas, ut maculas in pelle pardi: Ammonii ענמים *Anamim* vel *Ganamim*, propter paſtum ex carne & veſtitum ex pelle ovium, quia ענם *ganam* eſt ovis: ut ea ſpecie taccam ab iis coli Deum Ammonem. Naphtuhęi in Marmaricæ maritimis ab Ægyptio νέφθυν, quo littora montibus interciſa ſignificari ſcribit Plutarchus in Iſide: *Chub* locus circa Ægyptum Ezech. 30: 5. Paliurus, Marmaricæ urbs & lacus: quia Syria כוב *chub* paliurum ſonat. Itidem in Europa Galli *Rhodanim* dicti videntur à flavis crinibus, quia ראדני *rhadini* Arabicè flavum aut croceum ſonat; & Latium *Cethim*, quia כתים *cethim* eſt latens, ita ut tam *Cethim* quàm Latii vox ad latebras alludat. Et in Aſia *Lud* Lydia vocata eſt à Mæandri flexibus, ut Æthiopia in Africa, ubi authore Herodoto σκολιὸς καθάπερ ὁ Μαίανδρος ἐστὶ ὁ Νεῖλος, *Mæandro inſtar ſinuoſus eſt Nilus.* Phrygiam etiam conjectamus Hebraicè appellari *Gomer* à conſumendo, ut Græcè Φρυγίαν ἀπὸ τοῦ φρύγειν à torrendo, propter partem ejus κατακεκαυμένην; quæ videtur fulmine ambuſta: & *Tubal* Tibareniam, ubi Chalybes, atque æris & ferri fodinæ, quia *tubal* eſt ſquama ferri & æris: Moſchicam quoque *Meſech* à longo tractu montium: & Sidenem vel Siden *Caphthor*, quia utrumque eſt malum Punicum. Atque ut *Aram Naharajim*, id eſt, Syria duorum fluminum, Meſopotamia dicitur propter Tigrim & Euphratem illam ambitu ſuo complectentes, ita è duabus Meſopotamiæ partibus cultiori nomen *Paddan-Aram*; quia פדאן *Phaddan* Arabicè eſt cultus ager. Sic *Aſſur* Aſſyria dicta eſt, quaſi beatum ſolum; quia *terra eſt frumenti & muſti, terra panis & vinearum, terra olei & mellis* 2. Reg. 18: 20. Ut amomum & unguenta taceam & Aſſyrios odores. Et *Sinhar* terra eſt שנער, quæ excuſſit incolas ſuos, ut *Babel* locus in quo בלבול confuſio facta linguarum. Et *Ninive* נין נוה Nini ſedes: & *Erec* ארך à longitudine dicta eſt, ut quam Euphrates ter alluerat: & *Rehoboth* רחובות à plateis: & Suſa vel *Suſan* שושן *à liliis ἀπὸ τῶν κρίνων*, non *à fontibus ἀπὸ τῶν κρηνῶν*, ut in Stephano perperam legit Aurogallus.

Hoc Græcos non prorſus latuit, qui quandoque pro Hebræis verbis alia adhibent ἰσοδύναμα. Inde eſt quod *Sin* Πηλούσιον vocant nomine ęquè facto à luto, & Thebas Διόσπολιν pro Hebręo *No-Amon*, & Nilum Μέλανα pro Hebr. שחור *Sihor*, quod nigrum ſonat. Sic in Vibicii Tacticis Galli vocantur τὰ ξανθὰ ἔθνη, quomodò Hebraice *Rhodanim*, id eſt, flavi. Tale eſt, quod jam diximus, Phrygiam & *Gomer*, Siden & *Caphthor*, Latium & *Cethim* idem ſonare diverſis linguis. Neque aliud cauſę fuit, cur Ezech. 27: 11. גמדים *Gammadim* Aquila Πυγμαίους *Pygmæos* redderet, quàm quia גמד *gomed* eſt πυγμὴ menſura cubiti, & πυγμαῖος idem quod πηχυαῖος ſeu cubitalis. Atque id ipſum reſpexêre, qui primi Męones pro Lydis uſurparunt, & Męoniam pro Lydia, & Męandrum pro amne *Lud*, tanquam ἀπὸ τοῦ μαιεύεσθαι ab obſtetricando quia לדא eſt partus, & ילד obſtetricari. Quanquam illos fugit ratio. Id enim veriſſimum, quod ſuprà eſt obſervatum, tam in Aſia Lydiam quam in Africa Æthiopiam Hebraicè dici *Lud* à flexu amnium.

Nec fruſtra obſervari Scripturę ſynonyma docent pauca hęc exempla. I. Aſſyrii leguntur Iſraëlitas deportaſſe in *Chalach*, *Chabor*, *Hara & amnem Gozan*, 1. Par. 5: 26. Et *Hara* doctiſſimo Schikardo & aliis videtur eſſe Aria regio prope Paropamiſum non procul ab ora Indię. Nempe illos fugit *Hara* ibi eſſe pro *Madai* ſeu Mediâ, ut planum erit hunc locum conferenti cum 2. Reg. 17: 6. & 18: 11. Itaque *Hara* eſt Media, quę & ipſa *Aria* dicta eſt, ut docet Pauſanias in Corinthiacis. Unde eſt quod *Arios* pro Medis legere eſt in Herodoti Polyhymnia. Sed & apud Ptolemęum in Aſſyrię parte, quę Mediam attingit,

eſt

eſt mons *Chaboras*, nec procul inde *Calachene*; & in ipſa Media *Gauzania* urbs dicta, ut veriſimile eſt, de nomine vicini amnis, quem Perſę deinceps rerum potiti pro *Gozan* Cyrum appellarunt: ita ut jam nulla ſuperſit dubitandi materia. II. Reginam Saba non fuiſſe Æthiopiſſam, ut Joſephus & alii ſtatuunt, ſed in Arabia regnaſſe Chriſtus aperte clamat, cum pro Regina Saba nominat Reginam Auſtri. Hebręis enim & Syris & Arabibus regnum *Jeman*, id eſt, Auſtri, eſt Arabię pars aromatifera. III. Ita Chus in Æthiopia non eſſe, ut volunt Veteres, ſed in aditu Arabię Fœlicis ad Mare Rubrum, ubi Madian ex eo patet quod Madian & Chus vel Chuſan pro ſynonymis adhibentur Hab. 3: 7. Proinde Num. 12: 1. Chuſitis appellatur Sephora uxor Moſis, quę Madianitis erat. Et juxta Chaldęam Paraphraſim Cant. 1: 5. filii Chus habitant in tentoriis Kedar, id eſt, inter Cedreos Arabes, quos circa eadem loca ponit Plinius lib. 5. cap. 11. IV. Paddan Aram ex Arabiſmo me rectè explicaſſe Meſopotamię cultam partem, colligere eſt ex Oſ. 12: 13. ubi Propheta Jacobum fugiſſe ſcribit in שדה ארם *Sede-Aram*. Ita ut ibi *ſede* id ipſum ſit, quod Moſi פדן *Paddan*. Porro, ex omnium conſenſu, שדה *ſede* eſt cultus ager.

Nec oſcitanter prętereunda quę pertinent ad gentium κριτήρια & characteres, in quibus Sacris Scriptoribus cum Profanis mirè convenit. Sic in his Prophetę Habac. 3: 7. *In loco vano vidi tentoria Chuſan, commota ſunt aulæa terræ Madian*, clarum eſt agi de Saracenis, quos ob id ipſum Scenitas Veteres appellarunt quod ſub aulęis ſemper degerent. Nec minus in eoſdem quadrant hęc Jeremię cap. 13: ṽ. 23. *Nunquid mutabit Chuſæus cutem ſuam.* Saracenis enim color eſt inter fulvum & nigrum, ut Vartomanus author eſt, qui Mecchę diu habitavit. Quò faciunt hęc Chaldęi Paraphraſtę Cant. 1: 5. *Nigra fuerunt facies eorum ut filiorum Chus qui habitant in tentoriis Kedar.* Sabęi item ut Eſa. 45: 14. deſcribuntur אנשי מדה *viri menſuræ*, id eſt, proceri, ita in Agatharchide habent τὰ σώματα ἀξιολογώτερα *corpora ſpectabiliora.* Et Ezech. 27: 8. Tyriis adſunt pro remigibus incolę Sidonis, & Arvad, id eſt, Sidonii & Aradii, quorum φιλοπονίαν πρὸς τὴν θαλαττεργίαν, *rei navalis ſtudium* Strabo multùm extollit. At Jerem. 46: 9. Phutęos, id eſt, Libes clypei inſigniunt. *Phutæi*, inquit, תפשי מגן *apprehendentes clypeum.* Nempe Libes, teſte Herodoto in Melpomene, utebantur armis Ægyptiis. Porro Ægyptii pugnabant σὺν ἀσπίσι ταῖς ποδήρεσι, inſtructi clypeis ad pedes uſque porrectis, ut habetur in Xenophonte lib. 6. Cyrop. Unde eſt, quòd Maximus Tyrius ſermone tertio meminit *Medici equitatûs, curruum Perſicorum, & ἀσπίδων Αἰγυπτίων, ſcutorum Ægyptiorum.* Rurſus Ezech. 38: 15. in copiis Gog, id eſt, Scytharum omnes equitant, quomodo Scythæ deſcribuntur ab Hippocrate ὑπὸ τ' ἵππων ἀεὶ κοπτόμενοι, *ab equitatione ſemper defeſſi.* Et Ezech. 39: 3. minatur Deus ſe excuſſurum illorum arcus & ſagittas, quæ ſunt Scytharum arma perpetua. Neque aliter inſtructi Perſæ, Suſii & Elymæi. Quò pertinet illud Prophetæ Eſ. 22: 6. *Elam ſumpſit pharetram.* Et Jerem. 49: 35. *Confringam arcum Elam.* Leguntur tamen Æthiopes arcuum mole, crebra jaculatione, & ſagittandi peritiâ, mortales omnes longo intervallo ſuperaſſe. Proinde Rex Macrobiorum Æthiopum arcum ſuum ad Cambyſem mittens, illum monuit ut tum demum moveret bellum in ſuos *cum Perſæ tam facile traherent arcus tantæ magnitudinis.* Herodoti verba ſunt Muſâ tertiâ. Meritò igitur Ludæos, id eſt, Æthiopes deſcribit Jeremias תפשי דרכי קשת *tractantes & tendentes arcum*; & Eſaias משכי קשת *trahentes arcum.* Sed & in Aruch Ludæi שאוכלין בני אדם, *qui comedunt filios hominum*, neceſſario ſunt Æthiopes; quia extra Æthiopiam Africa nullos novit anthropophagos. Neque alii Ludæi illi, quos Talmudici hora quavis ruere in cibum dictitant. Diodorus enim lib. 3. id ipſum habet de Æthiopibus Ichthyophagis. Quanquam Ichthyophagorum proprium nomen eſt ציים *Sijim*, quod docent verba Pſaltis Pſ. 74: 14. *Tu confregiſti capita Leviathan, & dediſti in cibum populo Sijim*; id eſt, Ichthyophagis, qui è balænis in terram ejectis victum ſibi comparabant, ut ſcribunt Agatharchides, Diodorus & Aben-Ezra.

Jer. 46: 9. Eſ. 66: 19.

De Sabbatho fol. 104.

Hoc quoque valdè obſervandum eſt, quid ex ſingulis locis exportetur. Puta argentum, ferrum, ſtannum & plumbum ex Tarſis ad Tyrias nundinas Ezech. 27: 12. Ex quo argumento vel unico abundè patet Tarſis nec eſſe Ciliciæ Tarſum, nec Africam aut Carthaginem, ubi metalla nulla, quamvis aliter ſtatuat Theodoretus in Jeremiam cap. 10. Lucanus de Africa lib. 9.

In nullas vitiatur opes, non ære nec auro
Excoquitur.

Sed Tarſis eſt Hiſpaniæ Tarteſſis, quæ his ipſis metallis fuit olim ita fœcunda, ut priſci Phœnices argenti vi maxima inde collecta immenſas opes comparaverint; ut teſtatur Ariſtoteles in libris Mirabilium, & Poſidonius apud Diodorum lib. 5. Sic Ezech. 27: 6. buxus ad tranſtra navium petitur ex inſulis Citthim, id eſt, Italicis; in quo numero eſt Corſica, ubi buxum eſſe craſſiſſimam & pulcherrimam ex Plinio ſcimus & Diodoro & Theophraſto. Et verſu ſequente purpura ex inſulis Eliſa purpura eſt Laconica & Hermionica; ex Cytheris item, & Gyaro, & Amorgo, & Co, & Niſyro, & Rhodo, & Carpatho, aliiſque inſulis circa Græciam, ubi purpuræ proventus fuit uberrimus. Et verſu 13. mancipia ex Javan & Tubal, id eſt, Ionica & Tibarenica ſeu Cappadocica; quia Tibarenia pars fuit Cappadociæ. Utraque apud Veteres fuêre celeberrima; ſed Cappadocia viliſſima, ut ex Plutarchi Lucullo conſtat, & Appiani Mithridaticis; Gręca autem & Ionica tanti pretii, ut ob id ipſum Darius bellum intulerit Græcis Atoſſæ uxoris impulſu, ut debellatâ Græciâ hujuſmodi mancipiorum liberior eſſet optio. Ibidem æs ex Javan & Tubal, id eſt, Euboicum quod Strabo, & Moſſynœcum quod Philoſophus tam impensè laudant. Quippe ad Tibareniam Moſſynœci pertinent. Aut ſi Hebræa voce נחשת chalybem intelligas, quomodo multi Hebræi; ibidem erant Chalybes à quibus chalybi nomen. Et in chalybis ſpeciebus eum Chalybdico, Sinopico, & Lydio, Laconicum commendat Daimachus apud Stephanum, & Euſtathium in Catalogo pag. 222. Ejuſdem capitis verſu 14. Tyrii mulos & equos ex Togarma ſibi comparant. Inde collige Togarma non eſſe Turcomanniam, nec ullam partem Scythiæ, ubi, Herodoto, Strabone & Æliano teſtibus, aſini non ſunt, ac proinde nec ulli muli. Sed in Cappadocia mulos Heneticos Poëta laudat. Et equorum tanta fuit nobilitas ut eos Romani Cæſares ſibi ſolis ſervari voluerint. Proinde, ut Geographus author eſt, Perſis pro tributo annuo conferebat Cappadocia bis mille mulos & equos mille quingentos. Vinum *Chelbon* verſu 18. defertur ex Damaſco, χαλυβώνιον *Chalybonium* Græci vocant. Ita Strabo, Athenæus, Heſychius & Euſtathius. Mendosè ſcribitur in Suida Χαλυδώνιος οἶνος per δ, & in Plutarcho de fortuna Alexandri Καλυδώνιος per κ & δ. Hujus vini præſtantiam ex eo collige, quòd Perſarum Reges ut triticum ex Aſſo Æolidis, & aquam ex Eulæo petebant, ita οἶνον ἐκ Συρίας τὸν Χαλυβώνιον, *vinum ex Syria Chalybonium*, ut aſſerit Strabo lib. 15. Nomen à Chalybone oppido Syriæ notiſſimo, metropoli Chalybonitidis. Multi putant eſſe חלב *Aleppum*, quæ aliis eſt Berrhœa Veterum. Jam ne mireris apud Prophetam vinum Chalybonium non è Chalybone ſed è Damaſco Tyrum importari, obſerva hæc Athenæi lib. 1. cap. 22.

Οἱ Περσῶν

Ὁ Περσῶν βασιλεὺς τὸν Χαλυβώνιον μόνον οἶνον ἔπινεν, ὅν φησι Ποσειδώνιος κἀν Δαμασκῷ τῆς Συρίας γίνεσθαι, Περσῶν αὐτόθι καταφυτευσάντων τὰς ἀμπέλους, *Perſarum Rex non aliud quam Chalybonium vinum bibebat, quod etiam in Damaſco Syriæ gigni tradit Poſidonius, cùm ibi Perſæ vites ſeviſſent.* Perſæ, id eſt, Aſſyrii, quæ frequens eſt κατάχρησις. Nam quo tempore ſcripſit Ezechiel, nondum Perſæ rerum potiebantur. Hæc ad Aquilonem Judææ maxime inſignia.

Iſ. 60. 6. Jerem. 6: 20. At ex Auſtrinis regionibus aurum allatum, & margaritæ, & gemmæ, & aromata. Thuris ex Seba, id eſt, Sabæi, meminêre Eſaias & Jeremias. Indidem balſami plantam in Judæam attulit Regina Saba, non ex Æthiopiæ Meroe, ut Joſepho viſum. Neque enim Æthiopicam, ſed Arabicam plantam eſſe balſamum ſciunt quotquot legerunt Agatharchidem, Strabonem, Diodorum & Pauſaniam in Bœoticis. Sed & in Æthiopia fruſtra quæritur *topazius Chus*, de quo Job. 28: 19. Cum Topazos vel Chitis & Cytis, unde eruitur, Arabicæ ſint inſulę in Mari Rubro. Idem de Rhegma judicium Arabię oppido ad Mare Perſicum ex Stephano & Ptolemęo notiſſimum, unde aurum & aromata Ezech. 27. 22. Chavila quoque unde onyx & bdellium, vel ut alii meliùs beryllus & margaritę, non rectè Indię aſſignatur; cùm ſit in Arabiæ parte, quæ Mare Perſicum attingit, ut pluribus docuimus in libello de Paradiſo. Ibidem & in hoc ipſo opere actum de plerîſque locis auriferis, quorum in Scriptura mentio, nempe Ophir, & Paz, & Uphaz, & Parvaim, & Seba, & Rhegma, & Chavila, quæ vel ſunt Arabiæ Fœlicis vel Taprobanæ. In Arabiæ Gaſandibus, qui Caſſanitæ Ptolemæo, tantam auri fuiſſe vilitatem ſcribunt Veteres, ut ferrum ibi duplo, æs triplo, argentum quadruplo auro veniret. Ab hac opulentia loco factum nomen Ophir, quaſi opulentum dixeris; quo deinde Taprobanæ portum Phœnices appellavêre, ubi eadem fuit auri ubertas. Græci pro Ophir Ὕππουρον *Hippuron* ſuâ linguâ ſcripſerunt. Ea vox in Plinio legitur & in Solino. In eadem inſula Πάσι κόλπον *Paſi ſinum*, & Φάσιδος ποταμοῦ ἐκβολὰς *Phaſis fluvii oſtia* deſcribit Ptolemæus, unde ſumpta פז *Paz* &
2. Paral. 3: 6. אופז *Uphaz*. Ut Taprobanæ nomen ex טף פרון *taph Parvan*. *Parvan* Syra flexione idem eſt quod *Parvajim*; & *taph Parvan* eſt littus Parvan ſeu Parvajim. Itaque aurum Parvajim idem eſt cum Ta-
1. Reg. 9: 26, & 10: 11, 22. probanenſi. Rei firmandæ facit, quod quicquid ex Ophir afferebatur, lapides & ligna pretioſa, ebur, ſimiæ, pavones, etiam in Taprobana reperire eſt, vel in Indiæ proxima Cherſoneſo.

2. Par. 8. 18. Excutienda inſuper Prophetarum oracula, in quibus non pauca latent quæ ad hanc rem multum conferunt. Javan eſſe Græciam & Macedoniam colligitur ex Daniele potiſſimùm, qui Alexandri geſta deſcribit capite octavo ſub nomine Regis Javan. Idem ubi de Antiocho cap. 11. ỳ. 29. & 30. prædicit fore ut is Ægyptum invaſurus invitus regrediatur, quia ſupervenient naves Citthim, id eſt, Romanorum Popilio duce, quorum metu diſceſſit re infecta. Eſ. 20: 4, 5. Chuſæis in captivitatem abductis Azotii timent & confunduntur à Chus expectatione ſua. Hinc collige Azotios ſeu Philiſtæos Chuſæis fuiſſe vicinos. Et vero id expreſſè legitur 2. Par. 21: 16. in Joramum inſurrexiſſe Philiſtæos & Arabes, qui ſunt vicini Chuſæis. Chuſæi igitur non ſunt Æthiopes, ſed Saraceni ut diximus. Proinde cum Æthiopia Judææ reſpectu ſit trans Ægyptum, Ægyptus ab
Eſ. 18: 1. Sophon. 3 10. Eſaia & Sophonia deſcribitur trans flumina Chus. Et Ezech. 30: 8, 9. ex Ægypto navigatur ad Chuſæos, id eſt, ad Saracenos per Mare Rubrum. Nam contiguæ terræ ſunt Æthiopia & Ægyptus, nec ullum eſt mare intermedium.

Idem uſus ex hiſtoriis. Sic terra Ararat in quo loco ſit patet ex 2. Reg. 19: 37. ubi Senacheribi filii interfecto patre leguntur fugiſſe in terram Ararat, id eſt, in Armeniam. Ita enim Joſephus Antiq. lib. 10. cap. 2. hanc hiſtoriam ex Beroſo referens. Ut eos falli neceſſe ſit, qui Ararat vel in Phrygia quærunt, vel circa Paropamiſum. Sobæos ab una parte Syriam Damaſcenam attigiſſe colligitur ex 2. Sam. 8: 5. & 1. Reg. 11: 24. ab altera Euphratem ex 2. Sam. 8: 3. & 10: 16. Soba igitur nec eſt Sophene verſus Euphratis fontes, ut Joſephus interpretatur, nec Alep ſeu Berrhœa in Cyrrheſtica, quæ Benjamini ſententia eſt atque ipſorum Alepenſium. Ex hiſtoria Jobi colligitur Auſitidem, in qua habitavit, Chaldæis & Sabæis fuiſſe vicinam, cùm in illius greges utrique irruerint. Itaque Jobi Auſitis nec Damaſcena fuit, nec Idumæa de qua Lam. 4: 21. ſed tertia prope Babyloniam, cujus incolæ pro Auſitis in Ptolemæo Aeſitæ perperam appellantur. Primæ conditor fuit Uts filius Aram Gen. 10: 23. Secundæ Uts filius Diſan Idumæus Gen. 36: 28. Tertiæ Uts filius Nachor fratris Abrahæ Gen. 22: 21. Cui vicini Sabæi non ſunt è poſteris Jectan, quorum ſedes ad extremum Auſtrum Matth. 12:
Strab. l. 16. p. 779. c. 42. ſed Abrahæ nepotes ex Jucſan qui habitarunt ad Orientem Hebron Gen. 25: 3, 6. Hi ſunt Sabæi, quos Strabo cum Nabatæis in aditu Arabiæ Fœlicis habitaſſe teſtatur.

Neque id fruſtra obſervaveris, quarum gentium Scriptura ſoleat conjunctim meminiſſe. Quippe vicinas eſſe credibile eſt quæ ſæpe ſimul nominantur. Ut in Eſaia & Jeremia *Madai* & *Elam*, id eſt, Medi & Elymæi. In Daniele & Eſther *Madai* & *Paras*, id eſt, Medi & Perſæ. In Nahumo *Chus* & *Miſrajim*, id eſt, Saraceni & Ægyptii. Sic 2. Reg. 17: 24. *Babel* & *Cuth* mihi ſunt Babylonia & Ciſſia; Eſ. 66: 19. *Phul* & *Lud* Philæ in Ægypti finibus cum vicina Æthiopia. Ezech. 38: 2. *Magog* & *Ros* Iberia vel Albania & Armenia Araxene, Scytharum antiquiſſima ſedes, ut in Herodoto & Diodoro habetur. *Meſech* & *Tubal* Moſchi & Tibareni, qui populi non modo vicini ſunt, ſed & ita conjuncti ut in Herodoto bellum gerant ſub iiſdem ducibus & iiſdem armis inſtructi. Ibidem verſu 6. *Gomer* & *Togarma* ſunt Phryges & Cappadoces, qui contigui erant ante Gallogræcorum in Phrygiam migrationem. Jerem. 46: 9. & Ezech. 30: 5. cum Ægypto nominantur *Chus*, *Put* & *Lud*, id eſt, Saraceni, Libes, & Æthiopes; qui tres populi Ægyptum cingunt.

Etiam ordo ſæpe obſervatur, ut in loco Ezechielis quem nuper citavimus, ubi *Magog*, *Rhos*, *Meſech*, & *Tubal*, id eſt, Iberia vel Albania, Araxene, Moſchica & Tibarenia eo ordine nominantur, quem in natura obtinent. Et ejuſdem capitis verſu quinto *Chus*, id eſt, Arabia, media ponitur inter *Paras* & *Put*, id eſt, Perſidem & Libyam. Et in his Jeremiæ 44: 1. *Qui habitabant Migdol & Taphnes & Noph, & in terra Pathros*, id eſt, Magdoli, Daphnis Peluſiis, Memphi, & in Thebaide, fit progreſſus ab Aquilone in Meridiem. Ita etiam in his Rabſakæ Eſ. 37: 12. *An eripuerunt eas Dii gentium quas deſtruxerant patres mei; Gozan & Charan & Reſeph, & filios Eden, qui erant in Talaſſar?* Id eſt, Meſopotamiæ Gauzanitidem, & Charras, & Rheſcipham, & Talatham, ut pluribus docuimus in noſtro Paradiſo. Qualibus locis mire adſtruitur regionum & urbium ſitus.

Huc quoque faciunt Scripturæ loca quibus docetur quam cœli plagam reſpectu Judææ obtineant ſingulæ gentes. Nam ad Occaſum quędam deſcribuntur ut Philiſtæi Eſ. 9: 12. pro quo LXX. τοὺς Ἕλληνας *Græcos* habent. Quædam ad Auſtrum ut Idumæa Abd. 19. Ægyptus Dan. 11: 5. Sabæi Matth. 12: 42. Quædam ad Ortum ut Perſis Eſ. 46: 11. Eden Gen. 2: 8. Auſitis Job. 1: 1, 3. Kedar Jerem. 49: 28. Moab

Jud.

Jud. 11: 18. Ammon Deut. 3: 16, 17. Agareni 1 Paral. 5: 10. Madian Jud. 6: 3. & omnes Abrahæ filii, quos habuit ex Ketura Gen. 25: 6. Quædam ad Aquilonem, ut Gomer & Togarma Ezech. 38: 6. Magog, Rhos, Tubal & Meſech Ezech. 39: 2. Media Jerem. 50: 3, 9. Aſſyria & Ninive Sophon. 2: 13. Quædam denique ſunt ambigui juris, & variè definiuntur. Sic regio Amalekitis ad Auſtrum ponitur Num. 13: 30. & ad Ortum Jud. 6: 3. quia inter utrumque media. Syria item, quæ media eſt inter Orientem & Aquilonem Orienti adſcribitur Eſ. 9: 11. & Aquiloni Dan. 11: 6. Idem de Meſopotamia judicium, quæ pro Aquilonari habetur Jerem. 46: 2, 6, 10. & pro Orientali Gen. 29: 1. & Num. 23: 6. De Babylone itidem, quam Aquilonis nomine toties deſignat Jeremias. Tamen Ezech. 25: 4, 10. filii Orientis rectè vocantur Babylonii, cum ad Orientem multò plus vergant. Itaque cùm venturis Babyloniis Jeremias Judææ minatur ab Aquilone malum impendere, non tam reſpicit ſitum Babylonis, quàm iter quo Babylonii in Judæam erupturi erant. Quippe ut vitaretur eremi vaſtitas, iter illis fuit per Riblam & Hamatham, id eſt, Antiochiam & Epiphaniam, quæ ſunt ad Aquilonem Judææ. Non poſſum non addere duo loca Eſaiæ, unum de vocatione gentium cap. 49. verſ. 12. alterum de miſſione Apoſtolorum cap. 66. v. 19. quibus quatuor mundi plagas verbis propheticis deſignat. Prior ſic habet: *Ecce iſti è longinquo venient, & ecce illi ab Aquilone & Occaſu, & iſti de terra Sinæorum.* [*Jer.* 1: 13, 14 & 4: 6. & 6: 1. 22. & 10: 22. & 13: 20. & 25: 9. &c.] Quod idem eſt ac ſi dixiſſet populos in Eccleſiam confluxuros ex quatuor orbis partibus. Fit enim expreſſa mentio Aquilonis & Occaſûs. Et terra Sinæorum ſeu Peluſiotarum ad Meridiem eſt. Ortum denique ſignificat, cum alios dicit è longinquo venturos. Ut cap. 46: verſ. 11. *Vocans ab Oriente volucrem, & è longinquo virum conſilii mei.* Atque ea phraſis ſubinnuit terræ molem verſus Ortum eſſe profundiorem. In altero loco Deus per Prophetam ita loquitur: *Mittam ex his qui evaſerint*, (id eſt, ex reliquiis ſecundum electionem gratiæ factis) [*Rom.* 11: 5.] *ad gentes Tarſis, Phul & Lud trahentes arcum, Tubal & Javan, regiones remotiſſimas qua non audiverant famam meam.* Gentes Tharſis ſunt Indi ad Ortum, Phul & Lud Æthiopes porrecti in Auſtrum, Tubal Tibareni & Moſchi Aquilonem verſus, & Javan Græci ad Occaſum. Sic Jerem. c. 2: v. 10. *Cithim* & *Kedar* leguntur pro Occaſu & Ortu, quomodo Pſalm. verſ. 89: cap. 13. *Tabor* & *Hermon*. Hinc eorum quæ dicta ſunt multa firmari nemo non per ſe colliget.

Cavendum interim, ne ut ſimpliciter dicta ſumantur quæ non dicuntur niſi κατά τι & certo quodam reſpectu. Ex quo errore factum eſt ut in extremo Oriente Paradiſum multi quærerent, quia hortum legitur Deus in Oriente plantaſſe. Et filii Jectanis in Indiam ablegati ſunt, quia dicuntur habitaſſe à Meſa vel Muſa, quà itur ad Saphar montem Orientis: cum Saphar non vocetur mons Orientis niſi reſpectu Muſæ. Alioqui enim hæc regio tota verſus Auſtrum inclinat. Sic cum Babylonia tam ſit orientalis quàm Armenia, mirantur interpretes quorſum Gen. 11: 2. ex Oriente proficiſci ſcribantur, qui ex montibus Ararat veniunt in terram Sinhar, ignari Orientem dici in Aſſyriorum imperio quicquid trans Tigrim. Illud etiam multos torquet quorſum 4 Eſdr. 1: 11. Deus in Oriente diſſipaſſe ſe dicat populos Tyri & Sidonis, cum Tyrus & Sidon ad illud mare ſitæ ſint quod occidentale vocatur Deut. 15: 24. quia Judææ reſpectu eſt contra Solis occaſum Joſ. 1: 4. Sed vel ex hoc ipſo apparet ſpurium illum Eſdram, quiſquis fuit, contra Judæam ſcripſiſſe in iis locis, quæ ſunt ad Occaſum Tyri & Sidonis, Romæ puta vel in Græcia.

Notandum etiam intra quos fines quaſque populos Scriptura coërceat. Chananæos illos, quos Deus internecioni devoverat, Moſes habitaſſe ſcribit à Sidone ad Gazam & Leſam uſque, id eſt, Callirrhoem, ad Ortum lacûs Aſphaltitis. Terræ Iſraëli, cum id ſolum ſignificat quod Judæi occupabant, termini aſſignantur à Septentrione Dan, & à Meridie Berſabea. At ratione populorum qui Judæis tributarii fuêre, ejuſdem fines multo plus patuêre. Unde eſt quod Judæa nonnunquam à torrente Ægypti ad Hamath aut ad magnum uſque fluvium extenditur. Torrens Ægypti rivus eſt aut fluviolus per lacum Sirbonidem in mare ſe exonerans inter Caſium montem & Rhinocoluram extremum Palæſtinę oppidum. Is שחור *Sichor* appellatur Joſ. 13: 3. eodem nomine quo Nilus Jerem. 2: 18. & Eſ. 23: 3. quia creditur eſſe ramus ex Peluſiaco Nili alveo in Sirbonidem deductus, ut ex Brochardo & Leone Africano probat Fullerus Miſcellan. lib. 2. cap. 8. [*Vide Theod. in c. 4. Jer.*] Hamath eſt Epiphania, quæ ab incolis *Hama* hodiéque nominatur. Vox in Arabum hiſtoriis eſt frequens, & in Nubienſi Geographo. Et magnus fluvius eſt Euphrates, quo uſque David & Solomon regni ſui terminos produxerunt. [*Gen.* 10: 19. *Jud.* 20: 1. 1 *Sam.* 3: 20. 2 *Sam.* 3: 10. & 24: 15. 2 *Par.* 30: 5. *Amos* 6: 14. 1 *Reg.* 8: 65 1 *Par.* 7: 8. 1 *Reg.* 4: 21, 24. 2 *Par.* 9: 26.] David enim profectus eſſe legitur להשיב *ad vertendum* vel להציב *ad conſtituendum manum ſuam ſuper fluvium Euphratem* 2 Sam. 8: 3. & 1 Par. 18: 3. Et Solomon habuiſſe ſub ditione ſua *omnia regna à fluvio* uſque ad *terram Philiſthæorum* 1 Reg. 4: 21. Nempe, ut ſequitur verſu 24. *dominabatur à Tiphſach uſque ad Gazam.* Tiphſach eſt Tapſacus urbs, in qua fuiſſe τὴν διάβασιν & τὸ ζεῦγμα τοῦ Εὐφράτου, *Euphratis trajectum & pontem* Strabo non ſemel teſtatur lib. 2. & 16. Atque id ſonat ipſum nomen: Hebræis enim פסח eſt tranſire. Et ſupra Tapſacum proxima erat חלים *Helam* Ptolemæo Ἀλαμάτα, ubi David percuſſit Meſopotamenos 2 Sam. 10: 16, 17. Hi regni Judaici fines etſi patuerunt longè latéque, tamen proferentur multo latiùs, ſi magiſtris creditur, quibus *Sarphath* eſt Gallia, & *Sepharad* Hiſpania, Abdiæ verſu viceſimo ex eorum mente ita reddendo: *Et exules exercitûs iſtius, nempe filiorum Iſraël*, hæreditabunt *quæ fuerant Chananæorum Sarphath uſque; & exules Hieroſolymitani* hæreditabunt *quæ in Sepharad, hæreditabunt*, inquam, *urbes Auſtri.* Porro *Sepharad* Hiſpaniam eſſe volunt, quia in Chaldæo Interprete redditur אספמיא *Aſpamia* & *Sarphath* Galliam, quia ex Hebręis verbis ita redditis videtur ſequi *Sepharad* eſſe ad Auſtrum terræ *Sarphath*; quomodo Hiſpania eſt ad Auſtrum Gallię. Sed in priore hemiſtichio *Sarphath* eſt Sarepta urbs inter Tyrum & Sidonem. Et poſterius ſic explicandum: *Et exules Hieroſolymitani, qui ſunt in Sepharad hæreditabunt urbes Auſtri*, ſupple Judęę. *Sepharad* eſt Babyloniæ pars in qua Judæi captivi erant. Incolas pro Sepharadæis Græci trajectis literis *Strophas* aut *Strophadas* vocarunt. Ptolemęus in deſcriptione Babylonię lib. 5. cap. 20. Περὶ δὲ τὰ ἕλη Ἀμορδακία, ὑπερκειμένους ἔχουσα τοὺς καλουμένους Στρόφας, *Circa paludes Euphratis Amordacia ſubjectos habens Strophas.* Interpretes legerunt Στρόφαδας. Hinc in Ptolemęi Tabulis circa Apamiam, quæ eſt ad Euphratis & Tigridis confluxum, Strophades deſcribuntur. Itaque regio *Sepharad*, ubi Græcorum *Stropha* aut *Strophades*, circa Apamiam fuit. Proinde pro *Sepharad* in Chaldęa Paraphraſi ſcriptum fuerat אפמיא *Apamia*, unde corruptum אספמיא *Aſpamia*, quod Recentiores Hiſpaniam eſſe voluerunt. Huic ridiculo commento cętera ſuperſtructa. Græci Interpretes nihilo rectius Sepharad *Ephratham* interpretantur, & Hieronymus *Boſphorum*, & Junius *finem dominatûs*, tanquam voce compoſita ex סוף & רדה.

Cæteras gentes quod attinet, Ægyptum producit Ezechiel cap. 29. verſ. 10. *à Turri Syenes uſque ad ter-*

terminos Chus. Et Syenem in Ægypti & Æthiopiæ finibus omnes ſummo conſenſu ponunt: in his Strabo, Joſephus, Plinius & Solinus. Inde certa & invicta ratione colligitur Chus Ægypti terminum Syenæ oppoſitum non eſſe Æthiopiam, ſed Arabiam. Regina Saba Matth. 12: 42. veniſſe dicitur ἐκ τ̃ περάτων τ̃ γῆς, *ex terra finibus.* Ergo regni ſedes non fuit Meroe in Mediterraneis, quę Joſephi ſententia eſt, ſed Sabæorum regio ad Oceanum: ibi enim ſunt terrarum ultimi fines. Iſmaëlitas ſcribit Moſes Gen. 25: 18. *habitaſſe a Chavila uſque ad Sur è regione Ægypti.* Hæc Arabiæ loca ſunt ad Meridiem Judææ, ut conſtat ex 1. Sam. 15: 7. *Sur* in Chaldæa Paraphraſi Jonathanis exponitur חגרא *Hagra* ſeu Petra, in Hieroſolymitana חלוצה *Eluſa*, quod poteſt ferri, quamvis Sur eremi potius quam urbis nomen eſſe videatur. At pudendo errore Chavilam uterque Interpres הנדקי *Indiam* reddit. Ac ſi ditio Iſmaelitarum tam late patuerit quam Aſſyriorum imperium, quod in libro Eſther extenditur מהדו ועד כוש, *ex Hoddu ad Chus*, id eſt, ab Indo flumine ad ſinum Arabicum in provincias CXXVII. Nunquid inde probabili ratione colligitur has Paraphraſes, quas pro vetuſtiſſimis Judæi nobis obtrudunt, vel eſſe procuratas, vel his commentis conſpurcatas, poſtquam Saracenorum imperium cœpit latius ſe diffundere.

Sed & ſumme neceſſarium eſt obſervare urbium, montium & fluviorum nomina in ſingulis regionibus. Sic in *Madai* ſeu Media præter *Chabor* & *Gezan*, quæ jam dictæ ſunt, deſcribit Tobias Hebræus cap. 5. רגש ואגבתנים *Rhagas* & *Ecbatana* urbes, hanc in campo, illam in montibus, itinere bidui diſſitas ab invicem. In *Elam* ſeu Elymaide Daniel 8: 2. *Suſan* urbem ad fluvium *Ulai*, id eſt, Suſa ad Eulæum. In Aſſyria Moſes *Ninivem* & *Calach* unde Calachene ad Lyci fontes, & in medio *Rheſen* quam Λάρισσαν vocat Xenophon. In terra *Sinhar* ſeu Babylonia, *Babel*, *Erec*, *Chalne* & *Accad*, id eſt, Babylonem, Areccam, Cteſiphontem caput Chalonitidis, & Sittacem ad Argadem. In provincia Eden concurſum Euphratis & Tigridis Gen. 2: 10. & Enoch urbem ad Orientem Gen. 4: 16, 17. quæ Ptolemæo eſt Anuchtba. In Chaldæis *Ur*, ſive Plinii Uram intelligas ad Euphratis divertigium, aut Ur Ammiani in via è Tigri Niſibim, quod puto veriſimilius. In Paddan Aram, id eſt, Meſopotamiæ culta parte Charran ſeu Carrhas. Sic in Syria Sobæa Soba & Berothai 2. Sam. 8: 3, 8. & Tadmor 2. Par. 8: 3, 4. Ptolemæo ſunt Sabe, Barathena & Palmyra. Caput Aram, id eſt, Syriæ Damaſcenæ, eſt Damaſcus Eſ. 7: 8. Rabbath filiorum Ammon Deut. 3: 11. eſt Ptolemæi Philadelphia. Stephanus in Φιλαδέλφεια: Τρίτη τ̃ Συρίας ἐπιφανὴς πόλις, ἡ πρότερον Ἄμμανα, εἶτ' Ἀςάρτη, εἶτα Φιλαδέλφεια, ἀπὸ Πτολεμαίου ϝ̃ Φιλαδέλφου. *Tertia Syriæ illuſtris urbs, quæ prius Ammana, deinde Aſtarte, & poſtmodum Philadelphia dicta eſt Ptolemæo Philadelpho.* Idem in Ῥαββατάμμανα urbem eſſe dicit montanæ Arabiæ; ut Polybius lib. 5. τὰ Ῥαββατάμανα τ̃ Ἀραβίας. Et Theodoretus in Eſaiam cap. 11. Ἡ μὲν νῦν Φιλαδέλφεια προσαγορευομένη, ἐςὶ ϝ̃ πόλις Ἀραβίας λαμπρὰ, Ἀμμὰν μέχρι καὶ τήμερον τῇ ἐπιχωρίῳ καλεῖται φωνῇ. Quod ipſum repetit in Ezech. cap. 21. & in Amos cap. 1. Nominis Moab veſtigia apud Ptolemæum ſupereſſent in Arabiæ Petrææ duabus urbibus, ſi per corruptores licuiſſet. Prima ſcribitur Χαράκωμα in textu Græco, ſed in Tabulis rectius *Characmoba.* Ita enim legit Stephanus cujus verba ſunt: Χαράκμωβα, πόλις τ̃ νῦν τρίτης Παλαιςίνης, ἣν ἀναγράφει Πτολεμαῖος ἐν γεωγραφικοῖς ἐν πέμπτῳ βιβλίῳ, ἐν τοῖς Ἀραβικοῖς. *Characmoba urbs tertia quæ nunc dicitur Palæſtina, quam deſcribit Ptolemæus lib. 5. Geograph. in Arabicis.* Et Theodoretus in Eſaiam cap. 15. de Moabitis: Μητρόπολιν ϝ̃ εἶχον τὴν νῦν καλουμένην Χαράκμωβα. *Pro metropoli olim habebant eam quæ nunc dicitur Characmoba.* Inde apud Glaucum Χαρακμωβηνοί. Dicitur & inverſis vocibus Μωβχάραξ. Altera in textu ſcribitur Ῥαβμάθμωμα, & in Tabulis *Rabathmoma*: in Stephano item: Ῥαβάθμωμα, πόλις τρίτης Παλαιςίνης, ἡ νῦν Ἀρεόπολις. Sed utrobique legendum Ῥαβάθμωβα *Rabathmoba*, quo Hebraice eſſet רבת מואב *Rabbath Moab* magna urbs ſeu metropolis Moab, ut רבת עמון *Rabbath Ammon* dicebatur Ammonitarum metropolis. Hieronymus ex Euſebio: *Moab urbs Arabiæ quæ nunc Areopolis dicitur*, &c. *Appellatur autem Moab ex nomine urbis & regio. Porro ipſa civitas quaſi proprium nomen poſſidet Rabbath Moab, id eſt, grandis Moab.* Vetus nomen erat ער *Ar* Num. 21: 28. *Flamma*, &c. *devoravit Ar Moab.* Et Deut. 2: 29. *Moabitæ habitantes in Ar.* Et Eſ. 16: 1. *Vaſtata eſt Ar Moab.* Inde factum Areopolis. *Sela* סלע Hebræis petram ſonat. Sela igitur Idumęę urbs 2. Reg. 14: 7. eſt Petra Arabię caput. Cujus aliud nomen *Rekem* vel *Rakim* pro Kades occurrit paſſim in Paraphraſi Chaldaica & Arabica. Nempe à conditore Rekem uno è Madianitarum Regibus, quos debellavit Moſes Num. 3: 8. Ita Joſephus Antiq. lib. 4. cap. 7. Hinc Epiphanius in hęreſi Melchiſedekianorum: Ὁ μὲν γὰρ ἐν τῇ Ἀραβίᾳ τῇ Πετραίων Ῥέκαμ τι καὶ Ἐδὰμ καλουμένῃ. Etiam in Idumęa cenſentur Eſiongaber & Eloth 1. Reg. 9: 26. id eſt, Eſſia, & Æla vel Elana urbs, ad Mare Rubrum, de quibus nos plura deinceps. Elanis vicina eſt Pharan ut ex Ptolemęo conſtat. Et aliquanto infrà Madian Moſis ſeceſſu nobilis Exod. 2: 15. In Ptolemęo Μοδιάνα eſt in littore, & intus Μαδιάμα. Incolę Stephano Μαδηνοὶ καὶ Μανδιανῖται, ſed legendum Μαδιηνοὶ καὶ Μαδιανῖται, ut utrumque ſit à Madiane vel Madiene, nec niſi formâ nominis differant hę duę voces, ut addit continuo poſt ὅτι οἱ Ἄραβες τοῖς δυσὶ τύποις χρῶνται. Sequitur Arabia Fœlix, cujus multa ex Moſe loca jam deſcripſimus. Et Ægyptus trans Mare Rubrum, ad quam pertinent *Sihor* Nilus, *Pathros* Thebais, & *Rahab* Delta; & in Thebaide & infrà uſque ad Delta *Phul* Philę, *Sevene* Syene, *No-Amon* Thebę ſeu Dioſpolis, & *Noph* vel *Moph* Memphis; & in Delta *Soan* Tanis & *Hanes* Anyſis. Et trans Delta *Chub* Paliurus. Et inter Delta & Arabiam, *On* Heliopolis, *Pithom* Patumos, *Pibeſeth* Bubaſtus, *Rameſſes* & *Goſen* Heroum vel Heroopolis & Heroopolites nomus, *Taphnes* Daphnę Peluſię, *Migdol* Magdolus & *Sin* Peluſium. Palęſtinam, Phœnicem & Chananęam conſulto pręterimus, quia non ſunt hujus loci.

Ptol. lib. 5. cap. 17.

Jam ſi Veteres conſulueris, reperies nos raro admodum à recepta ſententia diſceſſiſſe, quin Veterum aliquem habuerimus pręeuntem. Sic Euſebius ante nos Tharſis fecerat patrem Hiſpanorum, Θαρσεὶς, inquit, ἐξ οὗ Ἴβηρες. Et apud Gręcum Scholiaſtem in Ezechiel ſunt qui Thogarma pronunciant eſſe Καππαδόκας καὶ Γαλάτας. Et in Ezech. 30: 5. hoc Veterum gloſſema Αἰθίοπες καὶ πᾶσα ἡ Ἀραβία, reſpondet Hebręis verbis לוד וכל ערב, *Lud & omnis Arabia.* Quo eódem pertinet, quod pro Ludęis Hieroſolymitanus Paraphraſtes habet ית מרוטאי *Mareotas.* Quippe pro Mareotis legendum eſſe ית מרוטאי Meroitas, id eſt, Æthiopes, res ipſa monet. Atque ita ſumpſit Elias qui hos populos eſſe vult כמדינת פריטיני, *è regione Pretegiani.* Porro *Chus*, quod Æthiopiam alii interpretantur, Jonathani eſt ערביא *Arabia.* Et eum ipſum Jectanem, quem Scripturę interpretes in Indiam cum filiis ablegant, eum ipſum, inquam, pro parente & conditore agnoſcunt Homeritę & Amsnitę in Arabię parte aromatifera. Quod, pręter Theophanem, Anaſtaſium & Euthymium, teſtantur Arabum ſcriptores non infimi Joſephus Ben Abdillatif, & Mohammedes Ben Jacob Sirazita, & è Judęis Abraham Zacuth in libro Juchaſin. Neque id Patres prorſus latuit, è quo numero Euſebius, Epiphanius, Euſtathius Antioche-

Digitized by Google

tiochenus, author Chronici Alexandrini, Arabum genus deducunt ex Aſarmoth ſeu Hatſarmaveth filio Jectan.

Sed & Ethnici ſcriptores in multis Moſi concinunt. Ut rem repetamus paulo altius, Diluvii fama; quo paucis ſuperſtitibus reliqui homines perierint, apud omnes gentes increbuit. De eo Hierapolitani apud Lucianum de Dea Syra longam hiſtoriam texunt ex archivis ſuis depromptam, narrationi Moſis per omnia ſimilem, niſi quod Noę ſubſtituitur Deucalion: Plutarchus columbæ meminit ex arca emiſſę, & Abydenus avium quæ cum ſemel atque iterum ex immenſo pelago in navigium ſtatim ſe recepiſſent, non habentes ubi conſiderent, tertia vice talis lutulentis redierunt. Ex eodem diſcere eſt Arcam in Armenia ſubſtitiſſe, ibique extare ejus reliquias, quæ amuleti vim habeant. Quod ipſum docent Beroſus & Polybiſtor & Nicolaus Damaſcenus. Epiphanius quoque author eſt eas adhuc ſuo ævo in monte Cardyæorum oſtenſas. Et Benjamin ſcriptor Hebræus Omarem refert templum ex illis fabricaſſe in vicina Tigridis inſula. Proinde mons, quem diximus, alio nomine vocatur mons *Themanim*, id eſt, τ̃ ὀκτώ. Ita obſervant Elmacinus & Nubienſis, uterque Arabs. Nimirum ab octo illis qui ex Diluvio evaſerant. Et in eodem monte κώμην Θαμανῶν memorat Agathias lib. 4. Quæ ſequuntur de turre Babylone extructa, & confuſione linguarum, & conditoribus inde diſperſis per varias terrarum oras, ab Eupolemo & Abydeno diſertis verbis referuntur apud Cyrillum & Euſebium. Et ſi de ſingulis agatur, Gręci genus ſuum ad Japhetum ſeu Japetum non obſcurè referunt, cum illum eſſe perhibent hominum antiquiſſimum. Ita ut res ceſſerit in Proverbium, & *Japete vetuſtior* dicatur pro valde ſene. Jam quod ad Javan alludit Ionum nomen, ad Eliſam Elis & Hellas & Æolus, Græcorum originem ab his eſſe repetendam aperte prodit. Eadem in reliquis filiis Japheth vel ſoni vel ſignificationis convenientia jam obſervata; ſi unum Magog excipias patrem Scytharum circa Caucaſum, qui Græcorum fuit Prometheus. Id docet Japetus pater, & ſedes in Caucaſo, ignisque & metalla quæ volunt à Prometheo reperta; quia multa ſunt in illis locis; & fabula de roſione cordis, quia *Magog* id ſignificat: & quod Magog alio nomine dicta eſt urbs Hierapolis, quam Promethei filius Deucalion Scytha condiderat; ut à Luciano proditum. Chamum, vel Hamum, Afri ſub Hammonis ut Noam ſub Saturni nomine coluerunt. Inde Africa Hammonis & Hammonia dicta eſt; & Ægyptus in Plutarcho *Chemia* pro Chamia, id eſt, terra Cham ut appellatur in Pſalmis. Nomen Meſraim manſit in menſe Μεσορὴ, & in urbe Babylone prope Memphim, quam Ægyptii & Arabes מצר *Meſer* vocant. Nomen Put in Pythone & Pythio Apolline. Nam Apollo Libycus Hammonis fuit filius, ut habetur in Ampelio. Nomen Chanaan in Mercurio: utrumque enim eſt à mercibus & mercatura: & Mercurius ſervus ut Chanaan; & Eloquentiæ pater, quia literæ ſunt à Phœnicibus; & alatus, & viis præfectus propter longinquas eorumdem navigationes; & lac & mel illi libata, quę ſunt deliciæ terræ Chanaan. Sed & ex Chanaan Χνᾶ *Chna* decurtatum, quod Phœnicis fuiſſe cognomen ſcribit Sanchoniathon. Unde Χνᾶ Phœnice regio, & Χνάοι incolæ in Stephano. Sic Chuſi filium Nimrod vel Nebrod eſſe Bacchum docent in veſte νεβρίδας, & in curru נמרין *nimrim*, id eſt, tigrides, quibus ad nomen alluditur; & expeditiones in Orientem; & quod in Arabia dicitur eſſe natus Denique quod Bacchus appellatur, id eſt, בר כוש *Bar-chus* filius Chuſi, & Ζαγρεὺς, id eſt, potens venator. Rurſus è filiis Chanaan Hevæi circa montem Hermonem habitabant, Joſ. 11: 3. & Jud. 3: 3. qui eſt in Oriente terræ Chanaan Pſal. 87: 13. Proinde *Cadmonim*, id eſt, orientales dicuntur Gen. 15: 19. & *Hermonijim*, id eſt, Hermonæi Pſ. 42: 7. Græci igitur aperte docent ex hac potiſſimum tribu fuiſſe eos Phœnices, qui Thebas condiderunt, cum colonię ducem Κάδμον appellant, & ejus uxorem Harmoniam aut Hermionem. Hoc pręcipuum, quod utrumque fingunt in ſerpentem fuiſſe mutatum, quia Hevæorum nomen ſerpentes ſonat. Inter Æthiopes & Ægyptios multa fuère communia; ut quod Reges pro Diis habuère; ſtudium circa ſepulchra, ſtatuæ & literarum characteres ejuſdem formæ, ſacerdotum idem habitus. Hæc pluribus perſequitur Diodorus lib. 3. unde concludit Æthiopes & Ægyptios cognatos eſſe populos & congeneres. Quibus hæc Moſis plane conſona, *Miſraim genuit Ludim*, quæ ſignificant Æthiopes Ægyptiorum eſſe colonos. Idem ſequitur de Lehabęis, Anamęis, & Naphtuchęis, id eſt, Libyęgyptiis. Ammoniis & Adyrmachidis ſeu Marmaridis. Sic apud Herodotum Ammonii ſunt Αἰγυπτίων τε καὶ Αἰθιόπων ἄποικοι, *Ægyptiorum & Æthiopum coloni*, & Adyrmachidę ab Ægyptiis ſola veſte differunt. Et in Marmaricę littore Aptuchi fanum habet Ptolemęus, qui videtur fuiſſe Naphtuchęorum pater. Caſluchęos item ſeu Colchos ex Ægypto veniſſe docebat color ater, criſpum capillitium, Circumciſionis ritus, & quod eodem modo linum elaborabant, vita denique omnis & lingua ſimilis. Ex quibus notis hos Ægyptii generis fuiſſe colligunt Herodotus, Scymnus, Diodorus, Dionyſius Periegetes, Valerius Flaccus, Ammianus, Agathias, & plures alii, quos ſuo loco citamus. Atque ut Caſluchęis vicini Caphthorę̨i, ita Sideni Colchis. Nempe Side idem quod Caphthor, hoc eſt, malum Punicum. Itaque Caphthoręos Veteres magno Conſenſu in Cappadocia ponunt, ubi Side prope Colchidem. Turbat, quod ut Caſluchęi & Caphthoræi ex Ægyptiis, ita ex Caſluchæis & Caphthoręis Philiſtęi dicuntur orti. Porro parum credibile nonnullis videbitur, ut coloni ex Ægypto in Colchidem profecti alios colonos remiſerint in Palęſtinam, cum loca tam ſint diſſita. Sed utriuſque itineris veſtigia ſunt in Poëtis, qui Typhonem Ægyptium memorant ad Caucaſum uſque progreſſum, & poſt aliquot pugnas ſaucium pedem retuliſſe, & in Palęſtina expiraſſe prope lacum Sirbonidem.

Ex hoc ſpecimine lectori palam fiet nos omnem moviſſe lapidem, nec quicquam intactum pręteriviſſe, ut veritatem in Democriti puteo latentem erueremus. In quo conatu ſi non fuit par ubique ſucceſſus, tamen ſperamus fore ut noſtram hanc qualemcunque opellam boni probent. Eſt aliquid prodire tenus, ſi non datur ultra. Non omnia poſſumus omnes. Nihil ignorare ſolius eſt Dei. Aliorum σφάλματα vidimus & correximus: alius noſtra videbit & emendabit. Quod ęquo animo paſſuri ſumus, modo id cum modeſtia fiat, atque amore veritatis, non obtrectandi ſtudio. Quo vitio paſſi ſunt nonnulli tenebriones ita ſe tranſverſos abripi, ut hoc opus calculo ſuo damnaverint antequam viderint. Nempe conſilium ipſum illis diſplicet. Vellent homines noſtri ſcilicet nominis ſtudioſi ut bonas horas utilius collocaremus. Et nos ab inſtituto noſtro valde alienum feciſſe putant, qui tantum ſtudium in his minutiis poſuerimus. Neque enim, ſi illis creditur, noſtrâ multum intereſt ſcire quam mundi partem occupaverint filii Joctan, nec utrum in Arabia aut Æthiopia Chus conſederit.

At hi monitores, qui otii & negotii rationem à nobis tam ſevere exigunt, ipſi nobis exemplo ſuo pręire debuerant, & re potius quam verbis docere quale ſit illud penſum ad quod invitos revocant. Quippe haud quaquam ferendum eſt ut qui ipſe nihil agat, & in turpi otio conſeneſcat, id ſibi ſumat juris in

alios ut eorum ſcripta vellicet & pede ſuo metiri velit. Interim qui hujuſmodi labores ut inutiles carpunt, ſciant Moſem per noſtrum latus adeóque Deum ipſum peti. Idem enim eſt ac ſi dicant Deum hęc fruſtra dictaſſe Moſi, in quibus illuſtrandis operam noſtram impendimus. Certe ſi non fruſtra ſcripta ſunt, nec fruſtra eſt quod explicantur. Porro ut in Natura nihil fruſtra fieri, ita in Scriptura nihil fruſtra dici verum & indubitatum eſt. Nempe Libri Sacri ſupra cæteros hac prærogativa eminent, quod nihil in iis eſt quod vel vacet vel deficiat. Itaque facilius eſt ut cœlum & terra prætereant quam ut unus apex è Lege cadat. Et tam iis qui verbo ſuo adimunt quam qui addunt Deus graviſſima quæque interminatur. Ut enim Dei verbo quiſquis addit illud perfectum eſſe negat, ita quiſquis adimit idem accuſat tacite, ac ſi quædam habeat otioſa & ſuperflua, & vult haberi Deo ſapientior; & Paulum arguit mendacii, cum dicit quæcuoque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam eſſe ſcripta, omnemque adeo Scripturam eſſe utilem ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in juſtitia.

Sed ut preſſiùs agamus, quod ajunt noſtrâ nil referre quam mundi partem inſederint Chuſæi aut Jectanæi, vox eſt belluæ non hominis, nedum Chriſtiani aut viri docti. Hæc aſinina ſunt axiomata, per quæ retroactis ſæculis periit ſenſus bonarum rerum, & barbaries in mundum invecta eſt, & æternam timuerunt ſæcula noctem. Noſtrane igitur nihil refert, ut Sacræ Hiſtoriæ & Prophetarum oracula intelligantur? Hæc autem quis intelliget, dum ignorantur populi quibus hoc vel illud eveniſſe narratur, aut eventurum prædicitur? Certe Dei verbo quoad nos non conſtabit ſua veritas, ſi de Æthiopibus id accipias quod refertur de Saracenis. Nec poterit Sacra Hiſtoria cum exotica conferri, nec eventus cum prædictione. Et Scripturæ interpres in devia feretur, ut qui de cepis reſpondent de alliis interrogati. Ac ſi quis in Cæſare Gallorum nomen ad Sarmatas referat, aut Britannorum ad Garamantas. Cujuſmodi errores cum nemo ferat in Cæſaris interprete, cur his nihilo leviores patienter prętcribimus in tractatore Scripturę? Maximè ſi tales ſunt, ut ea Sacris Scriptoribus affingant quę ridicula ſint aut ἀσύστατα. Quales nonnulli occurrunt, ex quibus profani homines anſam arripuerunt multa in Prophetas deblaterandi, ac ſi Geographię tam ſe prodant imperitos, quam aut Æſchylus aliquis, aut Antonius Diogenes, aut ſcriptores Argonauticon.

Quę à me fruſtra non dici arguet hic ipſe liber, in quo hujuſmodi maculas à ſcriptoribus θεοπνεύστοις abſtergere conati ſumus; & tractare Geographica ut Theologum decuit; ad Dei gloriam omnia referentes, & Scripturę illuſtrationem, cui non Arabes modo & Hebręos, ſed & Rom. & Gręc. ſcriptores mirum in modum concinere toto opere paſſim docemus. Atque eo fine, cum res poſtulat, eorum teſtimonia congerere non dedignamur. Non quod talibus ſuffragiis Dei verbum in ſe fiat firmius, ſed ut infirmitati hominum conſulatur, & revincantur athei, qui nihil habent quod regerant, cum quę in Scripturis noſtris ſunt maximè paradoxa in eorum ſcriptis legunt in quorum verba jurarunt.

In primo è quatuor libris, cui titulum fecimus, *Diviſionis gentium* προγύμνασμα, docemus Noam & tres liberos & nonnullos è nepotibus ſub aliis nominibus à Poëtis graphicè deſcribi; Et ubi terrarum arca fabricata ſit; Et quo in loco ſubſtiterit: Et cur ex Oriente profecti dicantur primi homines qui ex Armenię montibus in Babyloniam deſcenderunt, quę rectà eſt ad Meridiem. Ibidem multa diſquirimus de Babylonis amplitudine & ſitu, & mœnibus ex latere & bitumine, de altitudine turris Babylonicę, de conſilio ſtructorum, de confuſione linguarum, & gentium diſperſione. Quę ζητήματα ſic à doctis ultro citroque agitata ſunt, ut nondum exhauſta fuerint, & ſuperſint multa dicenda.

Agitur in ſecundo libro de Semo & Semi poſteris, quem cęteris prępoſuimus, ratione dignitatis. Hujus libri pars non infima verſatur in ſtirpe Jectan, quam omnes Scripturę interpretes Joſephi veſtigiis inſiſtentes in Indiam ablegaverant; Nos invictis rationibus Arabię parti aſſerimus ex qua thus & myrrha proveniunt & quicquid eſt aromatum.

Tertius eſt de Japhetho cujus filios in Aſia Mediam, Iberiam, Moſchicam, Tibareniam, Cappadociam, Paphlagoniam, Phrygiam; In Europa Thraciam, Gręciam, Italiam, Galliam & Iberiam ſeu Hiſpaniam occupaſſe probamus: Iis rejectis qui, ut illam intra limites anguſtiores coërceant, Rhodanim Rhodios eſſe voluut; & Cethim Cyprum, ubi Citium; & Tharſis Ciliciam, cujus Tarſus eſt metropolis.

In quarto agitur de Chami filiis: Et Chus dudum è patria exul in Arabiam ſuam poſtliminiò revertitur, ut Æthiopiam cedat Ludęis, quos eſſe veros Æthiopes pluribus demonſtramus. Et Phathruſęi Thebaidem occupant. Et Casluchi hactenus ignoti ſe Colchos eſſe profitentur. De Babylone item & Ninive & aliis urbibus à Nimrode conditis multa habentur nondum vulgata, &, ut ſperamus, profutura.

Errata typographica ii facilius condonabunt, qui ſcient quot incommodis in hujus libri editione conflictatus ſim, & meliorum inopiâ eò neceſſitatis adactum ut illorum operâ mihi fuerit utendum qui ἐν πίθῳ, quod ajunt, τὴν κεραμείαν μανθάνειν. Taceo me in emendatione nullum habuiſſe adjutorem, & iis negotiis ſępe urgeri per quę ad hęc minutula non licet attendere quantum ſatis eſt. Sed & ſculptori qui tabulas Geographicas edidit, defuit peritia, potiſſimum in Hebręorum characterum efformatione, in quibus quęcunque deſunt ex ipſo libro lector facile ſupplebit. Ex qua occaſione ſit factum, ut huic tractatui alterum attexuerimus *De Phœnicum ſermone & coloniis*, dicetur in ſequentibus.

IN

IN

EXIMIUM OPUS SUMMI

VIRI

SAMUELIS BOCHARTI,

DE

GEOGRAPHIA SACRA.

ἘΝΔΟΞΟΤΑ΄ΤΩ ΚΑΙ΄ ἘΥΓΕΝΕΣΤΑ΄ΤΩ

ἀνδρὶ Σαμουήλι Βοχάρτῳ.

Κῦδος γραμματέων, περιφήμων δόξα Γαλάτων,
Ἀγλαΐη κόσμου πάγκλυτε κρινοφόρου.
Εὐκλειὲς φέγγος Μουσῶν, ᾧ Φοῖβος Ἀπόλλων
Καὶ χάριτες πᾶσαι συμμαχέουσιν ὁμῶς.
Ἡμετέρη σοι Μοῦσα θύει, σέ τε Μοῦσα Βόχαρτον
Ὑμνεῖ ἡμετέρη, καὶ σεῖο ἔργον ᾄδει.
Ἔργον παντοτελὲς, πατρὸς τέκος ἄξιον, ὅττι
Μηδεμίας σοφίης ἐστ' ἀποδευόμενον.
Ἔργον τῶν μυθῶν ἴρηξ, γελαιόν τε Προμηθῆ,
Καὶ κτίσιν λιθίνου Δευκαλιῶνα γένους.
Πεπνυμένη φλυάρων μάστιξ, τῇ πολλὰ παλαιῶν
Νόημα πολλ' ἐστὶν, χρυσά τε πολλὰ κενά.
Ἔργον ἄναξ ἔργων, πολὺ δ' ἀντάξιον ἄλλων
Εἷς γὰρ πᾶσιν ὅρος, πᾶν δ' ἀόριστον ἔφυ.

Στέφανος Μοναχός.

EIDEM.

NUmine placato facies cum reddita terris
Prima fuit, ſolis octo ſuperſtitibus;
Queis prima emergens regio eſt habitata colonis,
Traxit & unde ſuos inſula quæque viros;
Priſcorum mendax commenta eſt fabula vatum,
Sincerumque nihil, nil ſine labe fuit.
Sordibus ex iſtis denſa & caligine lucem
Eruere, humanæ non fuit artis opus.
Deſperata aliis unus tentare BOCHARTUS
Auſus, & ignotas primus inire vias.
Huic promunt Arabes, Phœnix, Chaldæus & Indus,
Quas proprie gazas continuêre ſinu.
Purior & ſacris hauritur fontibus unda,
Divite quam vena Nobile fundit Opus.

CLAUDIUS SARRAVIUS,
Senator in Suprema Curia Pariſienſi.

EIDEM DEORUM GENTILIUM APANTHROPOSIS.

MAgna Deûm genitrix, quæ tot fœcunda nepotes
Auſa dediſſe polo, Satanæ dum regna manebant,
Deſine mœſta tuos ad ſydera tollere vultus:
Expulit inde gregem vatorum docta BOCHARTI
Pagina, cœlicolas quos credula finxerat olim
Simplicitas. Non aſtra regit, non fulmina torquet
Juppiter ille tuus, neque gentibus imperat ullis.
Quis fuerit quantuſque docet, dum vita manebat,
Hic Liber, & quali perfuncti munere Fratres:
Quaſque procul terras habitaverit impia proles.
Ut queat è ſuperis tot Numina pellere regnis,
Non cupit impoſitum conſcendere Pelion Oſſæ.
Sed velut enſe potens divini janitor horti,
Solo Scripturæ gladio fugat agmina victor.
Gentileſque Deos tot procul arcet Olympo,
Poſtquam ſydereis inſignibus exuit omnes, Suum cuique Deo Sydus aſſignatum.
Et dedit eſſe homines mortali ſanguine cretos.
Sic ubi ridendas peragit comœdia partes,
Quem ſceptro & gemmis & majeſtate ſuperbum
Imperioque vides, hic mox ceſſante theatro
Fit miſer, & laceris errat per compita pannis.
O fortunatos, quibus hæc in tempora naſci
Contigit, errores queis diſſipat alta BOCHARTI
Mens agitata Deo! Quod ſi te priſca tuliſſent
Sæcula, non falſis extructa altaria Divis,
Non ut vera (nefas) coluiſſent Numina, quorum
Mortalis natura fuit. De faucibus Orci
Auxilio jam rapta tuo, quas ſolvere grates
Ethnica gens poterit, ſolum nunc faſſa Tonantem,
Qui Deus humanos pro nobis induit artus,
Divinamque homini peperit per funera vitam?
Scilicet ut Latio ſervati gloria civis Chriſti panthropoſis. Fidelium apotheoſis.
Querna corona fuit ſpectati roboris index,
Sic Erebi te victorem poſt fata beatum
Incorrupta manet cælo plaudente corona.

PHILIPPUS LE SUEUR DE PETIVILLE,
Senator in Supr. Curia Rhotomag.

EIDEM.

DUm ſacræ explanans ignota volumina chartæ,
Docta hominum fictos pagina ridet avos.
Reſtituitque orbi veros vetereſque colonos,
Et retegit cunctis quæ ſit origo viris;
Quam tibi conveniunt divini verba Poetæ!
Quamque tuum pulchro carmine laudat opus!
Jam nova progenies cœlo demittitur alto,
Auctorem rurſus quæ ſuper aſtra feret.
Carmine nimirum fœlix BOCHARTE Maronis,
Quod ti qui poſſet dicere ſolus erat.

JO. FRANCISCUS SARACENUS.

 EIDEM

EIDEM Εὐχαριστικόν.

O Dignum cedro & victurum in ſæcula librum!
O Superis dignum quod mihi mittis opus!
Ditior in noſtris non ſurgit pagina terris,
Non ipſa Herois pagina Salmaſii.
Namque habet & vocum Veneres, & pondera rerum
Continet, & doctus quas capit orbis opes.
Quærebas quis erat vacuæ vetus incola terræ,
Quas habuit ſoboles, quas habuitque domos.
Nuntiat hoc populis volitat quæ fama per orbem.
Nec mora, geſtit avos noſcere quiſque ſuos.
Geſtit, & ut cuncti promiſſo munere gaudent,
Gratum opus exornant munere quiſque ſuo.
Hûc fluit & Latiæ fœlix opulentia Linguæ:
Muſarumque parens Græcia tota fluit.
Contulit & gazas potat qui flumina Nili.
Contulit Eois proximus Indus equis.
Theſauros & Arabs, & recluſere Sabæi,
Et Chaldæus opes donat, & Aſſyrius.
Non tibi divitias Batavus, non Teuto negavit,
Non Geta, non Celtæ, ſit licet hoſtis, Iber.
At dedit ante alios Byrſæ pugnacis alumnus,
Atque opus ornavit, docte BOCHARTE, tuum.
Quas tibi, quas referam pro tali munere grates?
Credo equidem dignas nemo referre queat.
Sed quas non alius, quas non ego ſolvere poſſum,
Ne dubita, ſolvent poſtera ſæcla tibi.

ÆGID. MENAGIUS.

EIDEM.

Sol oculos pleno perſtringit lumine fulgens,
Sic aciem mentis ſcripta, BOCHARTE, tua,
Configis cornicum oculos, doctique fatentur
Hactenus in tenebris ſe jacuiſſe meris.
Heli ſenex redivivo iterum à Samuele docetur: 1.Sam. 12: 17.
Et fit diſcipulus qui modo doctor erat.

JACOBUS BRIDOU Collega.

EIDEM.

Præmia BOCHARTO quis digna rependere poſſit,
Qui nobis adeo nobile promit opus?
Obſcura illuſtrat, pandit confuſa, revelat
Arcana, & nulli cognita multa docet.
Infanda errorum pridem quæ monſtra Vetuſtas
Finxerat, Herculea conficit ille manu.
Orcus adoranda illuſo quæ numina mundo
Suaſerat, in Stygiis quam bene merſat aquis.
Factitios fugat ille Deos, illuſtrior inde
Emicet ut Veri gloria celſa Dei.
Vis plura? ignotum reſerat mortalibus orbem,
Et prius occultas monſtrat in orbe vias.
Nomina tot retegit priſcis incognita ſæclis,
Tot loca, tot populos, tot monumenta virûm,
Ut merito dicas: Hic orbem reddidit orbi,
Hic mundum veteri fecit in orbe novum.

PETRUS DU BOSC Collega.

EIDEM.

BOCHARTE, antiquo generis qui ſtemmate fulges,
Clariùs at propria nobilitate micas.
Hellados, & Latii, ſpoliiſque Orientis onuſto,
Arteſque & linguas cui tot habere datum.
Quâ Geneſis reſeras myſteria, vivere cunctas
Per geneſes dabit hæc pagina docta tibi.
Nam quod nemo priùs (conantum & plurima turba eſt)
Unus tu profers abdita ſenſa palam.
Chartis, quicquid habet terrarum legifer Heros.
Nunc pede inoffenſo Lector obire poteſt.
Noſſe coloratas vicino Hyperione gentes,
Et quaſcunque Orbis machina vaſta capit.
Et vatum commenta, & quicquid Græcia mendax
Auſa Deûm eſt vanâ fingere in hiſtoriâ.
Jamque datur ſobolem patris agnoviſſe Noachi,
Mundum qui retrò vidit & antè bifrons.
Atque vagis latè populos erroribus actos
Quos vatis codex principiis enumerat.
Enumerat, ſed erant cæcis hæc merſa latebris;
Quæ nunc BOCHARTI poſt monumenta patent.
Cedite voſque novi doctores, voſque vetuſti:
In lucem veſtris clarius exit opus.
Eſt primus ſcriptor Moſes, Samuelque ſecundus:
Primus at interpres Moſis hic eſt Samuel.

N. N.

EIDEM.

Abſtulit hic Moſi, quæ cornua cæca vetuſtas
Impoſuit, lumen reſtituitque ſuum.

JACOBUS SAVARY.

EIDEM.

In Chaos antiquum Babylone rediverat orbis,
Nunc iterum ex tenebris lux rediviva micat.

JOHANNES LE MYERE.

INDEX

INDEX CAPITUM.

LIBER PRIMUS.

Diviſionis Gentium Προηγὄμενα.

CAPUT I.

Hiſtoria de Noa & tribus filiis accuratè confertur cum fabula de Saturno & Saturni tribus liberis. Col. 1

CAP. II.

De nepotibus Noa quorum mentio Gen. 10. *Chanaan confertur cum Mercurio, Nimrod cum Baccho, Magog cum Prometheo; Pleroſque alios non appellari veris nominibus, ſed urbium aut gentium nominibus quas condiderunt.* 10

CAP. III.

Arca Noa quo loco ſubſtiterit. 13

CAP. IV.

Ubi ante Diluvium vixerit Noa, & arcam fabricaverit. 21

CAP. V.

De terra Senaar *vel* Sennaar *vel* Sinhar *vel* Singar, *in quam ex montibus Ararat profecti ſunt primi homines.* 24

CAP. VI.

De pallio Sinhar Joſ. 7: 21. 25

CAP. VII.

Cur Gen. 1112. מקדם ex Kedem *vel ex Oriente profecti dicantur qui ex montibus Ararat venerunt in terram Sinhar.* 30

CAP. VIII.

Babel ſeu Babylon ubi fuerit. 32

CAP. IX.

Turris Babel ubi fuerit. 35

CAP. X.

Quando & à quibus fuerit extructa turris. 37

CAP. XI.

Turrim & mœnia Babylonis ex latere & bitumine conſtitiſſe. 38

CAP. XII.

De Babylonis amplitudine. 43

CAP. XIII.

De altitudine turris Babylonica: de eadem fabula cum Moſis hiſtoria collata. 45

CAP. XIV.

Quo conſilio primi homines tantam molem erexerint. 47

CAP. XV.

De confuſione linguarum. 49

CAP. XVI.

De gentium diſperſione. 61

LIBER SECUNDUS.

De Semi poſteris.

CAPUT I.

De *Semo.* Col. 65.

CAP. II.

Elam עילם. 69

CAP. III.

Aſſur אשור. 72

CAP. IV.

Arphaxad ארפכשד. 73

CAP. V.

Aram ארם. 74

CAP. VI.

De locorum nominibus quibus vel præfigitur vel poſtponitur nomen Aram. 76

CAP. VII.

Semi nepotes ex Aram. 80

CAP. VIII.

Uts עוץ *Gen.* 10: 23. ib.

CAP. IX.

Hul חול. 81

CAP. X.

Gether גתר. 82

CAP. XI.

Mas מש *Gen.* 10: 23. *vel Meſech* משך 1 *Par.* 1: 17. 83

CAP. XII.

Lud לוד. ib.

CAP. XIII.

Sela שלח. 88

CAP. XIV.

Eber, Phaleg & reliqui Heberi filii uſque ad Abrahamum. 92

CAP. XV.

Joctan vel Jectan יקטן. 96

CAP. XVI.

Almodad אלמודד, *& Saleph* שלף. 99

CAP. XVII.

Hatſar-maveth חצר־מות. 100

CAP. XVIII.

De loco Arabia unde thus advehebatur. 103

CAP. XIX.

Jarach ירח. 109

CAP. XX.

Hadoram הדורם. 112

CAP. XXI.

Uzal אוזל. 114

CAP. XXII.

Dicla דקלה. 118

CAP. XXIII.

Obal עובל. 122

CAP. XXIV.

Abimael אבימאל. 127

CAP. XXV.

De homonymia nominis Seba & Sabaorum in Scriptura. 128

CAP. XXVI.

Seba שבא *filius Joctan, Gen.* 10: 28. 129

CAP. XXVII.

Ophir אופיר. 137

CAP. XXVIII.

Chavila חוילה, *Gen.* 10: 29. 142

CAP. XXIX.

Jobab יובב 143

CAP. XXX.

De Meſa משא *& Saphar* ספר, *Gen.* 10: 30. 144

LIBER

LIBER TERTIUS.

De Japhethi poſteris.

CAPUT I.
De Japheto. Col. 147

CAP. II.
Thiras טירס. 151

CAP. III.
Javan יון. 153

CAP. IV.
Eliſa אלישה. 155

CAP. V.
Chittim כתים. 157

CAP. VI.
Dodanim דודנים *ſive Rhodanim* רודנים. 161

CAP. VII.
Tharſis תרשיש. 165

CAP. VIII.
Gomer גומר. 171

CAP. IX.
Askenaz אשכנז. 172

CAP. X.
Riphat ריפת *vel Diphat* דיפת. 174

CAP. XI.
Thogarma תוגרמה 175

CAP. XII.
Tubal תובל *& Meſech* משך. 179

CAP. XIII.
Magog מגוג. 186

CAP. XIV.
Madai מדי. 193

CAP. XV.
Populi ex Japhethi filiis oriundi juxta Joſephum Ben-Gorjon. 198

LIBER QUARTUS.

De Chami poſteris.

CAPUT I.
De Chamo. Col. 203

CAP. II.
Chus כוש. 209

CAP. III.
Filii Chus. 216

CAP. IV.
Sabtheca סבתכא. 217

CAP. V.
Rhegma רעמה. 218

CAP. VI.
Dedan דדן. 219

CAP. VII.
De Seba vel Saba שבא *filio Rhegma.* 220

CAP. VIII.
De altero Seba filio Chus, Hebr. סבא *per* Samech. 221

CAP. IX.
De שבא *Seba nepote Abrahami.* 222

CAP. X.
Sabtha סבתה. 223

CAP. XI.
Chavila חוילה *filius Chuſi.* 225

CAP. XII.
Nimrod נמרוד. 226

CAP. XIII.
Deſcriptio Babylonis. 230

CAP. XIV.
De conditore Babylonis. 232

CAP. XV.
De excidio Babylonis. 234

CAP. XVI.
Erech vel Arach ארך. 235

CAP. XVII.
Acchad אכד. 237

CAP. XVIII.
Chalne כלנה. 238

CAP. XIX.
Aſſur אשור. 240

CAP. XX.
Ninive נינוה. 247

CAP. XXI.
Rehoboth רחובות. 255

CAP. XXII.
Calach כלח. 256

CAP. XXIII.
Reſen רסן. 257

CAP. XXIV.
Miſrajim מצרים. 258

CAP. XXV.
Septem filii Meſraim. 262

CAP. XXVI.
Ludai לודים. 263

CAP. XXVII.
Pathruſai פתרוסים. 274

CAP. XXVIII.
Lehabas להבים. 279

CAP. XXIX.
Naphthuhas נפתוחים. ibid.

CAP. XXX.
Anamai ענמין. 284

CAP. XXXI.
Casluchs כסלוחים. 285

CAP. XXXII.
Caphthoras כפתורים. 290

CAP. XXXIII.
Put vel Phut פוט. 294

CAP. XXXIV.
Chanaan כנען. 299

CAP. XXXV.
Sidon צידון. 302


CAP. XXXVI.
De decem reliquis filiis Chanaan. 303

CAP. XXXVII.
Fines Chananæorum. 308

CAP. XXXVIII.
Explicatio decimi capitis Geneſeos de diviſione gentium ex Hebræo libro Juchaſim. 309

Argumenta ſingulis capitibus pręfixa docent explicatius quid in iis tractetur.

LIBER



Digitized by Google

LIBER PRIMUS.

DIVISIONIS ΠΡΟΗΓΟΥΜΕΝΑ.

CAPUT I.

Hiſtoria de Noâ & tribus filiis accuratè confertur cum fabulâ de Saturno & Saturni tribus liberis.

Id vetum quodcunque primum. Scriptura antiquiſſima, ex quâ petitum aut detortum quicquid antiquum in gentibus, ut fabula de Saturno & liberis, quæ tota latet in Hiſtoria Noæ. 1. Saturnus *παγγενέτωρ*. 2. Juſtitiæ præco. 3. Eo Rege omnia communia & indiviſa. 4. Et homines in ſummâ pace degebant. 5. Et unius erant ſermonis. 6. Ejus uxor Rhea ſeu Tellus, quia Noa appellatur *vir terræ*. 7. Idem agricola & vitiſator. 8. Et ebrietatis præſes. 9. Cur Saturnalibus ſervi dominorum loco. 10. Saturnus author legis quæ Deos vetat videre nudos. 11 Idem cum uxore & ſuis ex Oceano emerſit. 12 Navis ejus Symbolum. *Capita aut navis*, Gall. *croix ou pile*. 13. Saturnus prædicit diluvium. Columba Deucalionis. 14. Cur tradatur Saturnus voraſſe omnes liberos præter tres *πολυφυλλάτους*. In Scriptura Prophetæ dicuntur facere quod futurum prænuntiant. *Chum* ſeu *Ham*, id eſt, Jupiter, Afris *Hammon*, Ægyptiis Ἄμμουν & Ἀμοῦν. Tria loca Scripturæ de Hammone quæ ſumunt multò aliter interpretes. *Amon de No*, *Hamon-No*, *No-Amon*. *Dioſpolis* non eſt *Alexandria* quæ nondùm erat, ſed ejus loco *Racotis*. Dioſpolis cur à Nahumo aquis circumdari dicatur. Dioſpolis prope Mendetem in mediis aquis. Magnam Dioſpolim, id eſt, Thebas, aquam babere pro muro. Eadem phraſis in Iſocrate & Heliodoro. Africæ & Arabiæ loca ab Ammone dicta. Ipſa Africa *Ammonia* vel *Ammonis*. *Chum* vel *Ham* unde Ægyptus *Chumin*, *Chemia*, *terra Chum*, *Hermochymius*; hodie *Chemi* Cophtiis. *Chemia* Plutarcho nigredo oculi; חום *Chum* Hebr. nigrum, חם *Cham* fervidum ut Græcè Ζεὺς. Cham ut Jupiter fratrum minimus. Quomodo cœli Dominus. Cur fingatur patrem execuiſſe. Verbum ויגד æquivocum Gen. 9: 22. Cur Corcyra Saturno odioſa, Gordiæi, montes Corcyræi. Japhet Neptunus maris Deus. Ejus portio in inſulis & peninſulis. Locus Euhemeri. Ποσειδῶν Pœnis פשיטן *Peſitan* à dilatando ut Japhet. Neptunus Ἐνοσίχθων. *Mare lutum*. Neptunus à נפתה *Niphtha* vel à *Nephthy*. Non à nando vel nubendo. *Moſele* Ægyptiis. Sem idololatris exoſus, ad infetos detruſus, pro Plutone habitus. Alludit ad שמם *ſummu*, quod ἀφανίζειν Græci reddunt. Σμὺ Typhon Ægyptiis, qui & *Seth* & *Bebon*. Utrumque explicatur.

Tertullianus adverſus Praxeam rectè aſſerit *id eſſe verum quodcumque primum, id eſſe adulterum quodcunque poſterius*. Neceſſe enim eſt ut veritas ſit prior mendacio, cum mendacium nihil aliud ſit quàm corruptio veritatis. Itaque inter doctrinæ cœleſtis characteres, & κριτήρια, meritò cenſetur antiquitas, adeóque dignitatis atque authoritatis apud homines multum illi inde accedit. Hæc porrò doctrinæ antiquitas non aliunde meliùs poteſt adſtrui, quàm ſi doceamus in gentibus quicquid fuit antiquiſſimum, id ex Scripturis noſtris aut petitum eſſe aut detortum. Exemplo ſit priſca fabula de Saturno & tribus liberis orbis imperium inter ſe partientibus: in quâ docti pridem viderunt latere Noam & tres filios à quibus terra diviſa eſt. Sed ut res clariùs eluceſcat, totam hanc fabulam libet conferre accuratiùs cum hiſtoriâ Moſis de Noâ; quod non puto quenquam hactenus ſufficienter præſtitiſſe.

Noam eſſe Saturnum tam multa docent ut vix ſit dubitandi locus. 1. Omnium qui poſt diluvium vixerunt communis parens eſt Noa. Ita Saturnus in Orphei hymnis παγγενέτας & γενάρχης appellatur. Et ejus uxor Rhea,

> Μήτηρ μέν τε θεῶν ἠδὲ θνητῶν ἀνθρώπων.

2. Noa non juſtus modò, ſed & juſtitiæ præco ſedulus, cùm eo vixerit ſæculo, quo hominum mores erant perditiſſimi, nihil non egit ut illos ad veræ pietatis normam verbo & exemplo reduceret. Saturnum itidem regem juſtiſſimum fuiſſe volunt, adeóque pro virili τοὺς καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπους ἐξ ἀγρίου διαίτης εἰς βίον ἥμερον μεταστῆσαι, καὶ διὰ τοῦτο ἀποδοχῆς μεγάλης τυχόντα, πολλοὺς ἐπελθεῖν τῆς οἰκουμένης τόπους, εἰσηγήσασθαι δὲ αὐτοῖς ἅπασι τήν τε δικαιοσύνην καὶ τὴν ἁπλότητα τῆς ψυχῆς. *Homines ſui temporis ex agreſti vitâ ad humaniorem cultum tranſtuliſſe, & propterea magnos honores conſecutum, multa orbis loca peragraſſe, & omnes ad juſtitiam & animi ſimplicitatem induxiſſe:* Diodori verba ſunt lib. 5. Bibliothecæ. Neque aliter Aurelius Victor in libro de origine gentis Romanæ: *Feros homines & rapto vivere aſſuetos ad compoſitam vitam traduxit.* Quibus hæc ſummi Poëtæ conſona Æneid. lib. 8.

> *Is genus indocile & diſperſum montibus altis*
> *Compoſuit, legeſque dedit.*

3. Inter Diluvii tempus & Phalegi nativitatem anni centum interceſſerunt, per quos, orbe nondum diviſo, Noa in univerſum genus hominum, ut pater in liberos, naturale habuit imperium. Hæc eſt Poëtarum ætas aurea ſub regno Saturni, quâ homines, ut fabulantur, omnia in commune poſſidebant: *Saturnus* (inquit Trogus apud Juſtinum lib. 43.) *tantæ juſtitiæ fuiſſe fertur, ut neque ſervierit ſub illo quiſquam, neque quicquam privatæ rei habuerit, ſed omnia communia & indiviſa omnibus fuerint, veluti unum cunctis patrimonium eſſet.* Et Virgil. 1. Georgic.

> *Nec ſignare quidem aut partiri limite campum*
> *Fas erat.*

Et Ovidius lib. 3. Amorum Eleg. 7.

> *Signabat nullo limite foſſor humum.*

4. Quod de eadem ætate habetur in Heſiodo,

> Οἳ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν,
> Ὥστε θεοὶ δ' ἔζωον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
> Νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ ὀϊζύος.
> *Cœlorum imperium dum Rex Saturnus habebat,*
> *Diis ſimiles ſummâ degebant pace, nec ullus*
> *His labor aut ærumna fuit.*

Id, inquam, videtur ſumptum ex vaticinio Lamechi de Noâ, Gen. 5. 29. *Iſte conſolabitur nos de labore noſtro, & de dolore manuum noſtrarum, de maledictione quâ dominus terra maledixit:* Eodem pertinent hæc Teleclidis apud Athenæum lib. 6.

> Εἰρήνη μὲν πρῶτον ἁπάντων ἦν ὥσπερ ὕδωρ κατὰ χειρός,
> Ἡ γῆ δ' ἔφερ' οὐ δέος οὐδὲ νόσους &c.
> *Primùm quidem omnibus pax fuit, ut manibus aqua,*
> *Nec quæ metum afferrent nec quæ morbum, terra genuit.*

Et quæ de Saturno habet Martialis lib. 12. Epigr. 63.

> *Antiqui Rex magne poli, mundique prioris,*
> *Sub quo pigra quies nec labor ullus erat.*

5. In eodem ſæculo terra tota unius erat ſermonis, teſte Prophetâ, Gen. 11, 1. Quod fabularum conſarcinatores extendunt uſque ad beſtias. Inde eſt quòd ſub Saturno volunt communem aliquam fuiſſe linguam homini & brutis. Plato in Politico: Οἱ τρόφιμοι τοῦ Κρόνου παρούσης αὐτοῖς οὕτω πολλῆς σχολῆς καὶ δυνάμεως, πρὸς τὸ μὴ μόνον ἀνθρώποις ἀλλὰ καὶ θηρίοις διὰ λόγων δύνασθαι συγγίγνεσθαι, κατεχρῶντο τούτοις σύμπασιν ἐπὶ φιλοσοφίαν. *Saturni alumni tanto otio & facultate non ſolùm cum hominibus, ſed & cum beſtiis colloquendi, hiſce omnibus ad Philoſophiam utebantur.* 6. Noa, Gen. 9, v. 20. appellatur איש האדמה *vir terræ*, id eſt, agricola. Tale *vir belli*, pro milite, Joſ. 5, 4. *vir brachii*, pro robuſto, Job. 22, 8. *vir ſanguinis*, pro ſicario vel homicidâ, 2 Sam. 16, 7. *vir pecoris*, pro opilione, Gen. 46, 32. *vir verborum*, pro diſerto, Exod. 4, 10. *vir labiorum*, pro multiloquo, Job. 11, 2. *vir linguæ*, pro maledico, Pſ. 140, 12. Nulla phraſis uſitatior. Tamen de Noâ, *vir terræ*, ſic fuit ſumptum à Mythologis, ac ſi Terram ſive Tellurem Deam duxiſſet in uxorem: Tellus enim eadem quæ Rhea Saturni uxor. 7. Sed cùm alios non lateret ad agricolæ & vinitoris deſcriptionem hæc pertinere, *Noa cœpit eſſe vir terræ, & plantavit vineam*, Saturno etiam agrorum & vitium cultus tribuerunt. Aurelius Victor ubi ſuprà: *Iſque primus agriculturam edocuit.* Plutarchus in Ῥωμαικοῖς quæſt. 42. καρπῶν ἀρετῆς ἢ γεωργίας ἡγεμὼν ὁ θεός, ἡ γὰρ ἅρπη τοῦτο σημαίνει. *Fructuum virtutis aut agriculturæ Deus ille præeſt, hoc enim falx ſignificat.* Et in ejuſdem Parallelis Saturnus Icarium docuiſſe legitur τρόπον τὸν τοῦ οἴνου πόσεως καὶ τὸν ἀμπέλων. *Vini uſum & vitis cultum.* Sic apud Macrobium Saturnal. lib. 1. cap. 6. *Huic Deo inſertiones ſurculorum, pomorumque educationes, & omnium ejuſcemodi fertilium tribuunt diſciplinas.* Et Janus ibidem à Saturno *edoctus peritiam ruris*, ejus ſimulachro *falcem inſigne meſſis adjecit.* Ita de Jano Servius in 8. Æneid. *Quem cùm docuiſſet Saturnus uſum vinearum & falcis, &c.*

8. Quinetiam quia vir ſanctus vino ſuccubuit ſemel, fortaſſe nondùm expertus ejus vires, in ejus facti memoriam Saturnalibus more receptum erat multo mero ſe ingurgitare, & Saturnus ebrietati præeſſe credebatur. Proinde in Luciano dicit Saturnus ſibi curam eſſe commiſſam κρότου, καὶ ᾠδῆς, καὶ μέθης, *plauſus, cantûs & ebrietatis:* Et Saturnalium ſeptem diebus ſibi non licere ſerium quicquam aggredi, πίνειν δὲ καὶ μεθύειν καὶ βοᾶν *ſed inebriari & bibere & vociferari.*

In Epiſt. Saturn. In Saturn.

9. Eodem Saturni feſto, ut refert Athenæus lib. 14. Romanis in more fuit ἑστιᾶν τοὺς οἰκέτας, αὐτοὺς τὰς τῶν οἰκετῶν ἀναδεχομένους λειτουργίας. *Ut ſervos convivio exciperent, & ſervilia miniſteria ipſi obirent.* Quod ipſum non Romæ ſolùm & in Græciâ, ſed & Babylone uſurpatum docet ibidem Athenæus ex Beroſo. Noa videlicet Chamum execratus prædixerat fore ut ejus poſteri ſervi eſſent ſervorum: atque id impletum in Chananæis, tum cùm ſubire coacti

Athen. l. 14.

ſunt Iſraëlitarum jugum qui Ægyptiis diu ſervierant. Sed Chami poſteri, quos Græci poſtmodum & Romani imitati ſunt, ſeriam maledictionem convertere conati ſunt in rem ludicram, quaſi oraculum impleturi, aut eluſuri veriùs, hâc ſervitutis imagine.

10. Occaſio anathematis à Noâ in Chamum contorti hæc fuit, quòd vidiſſet את ערות אביו *patris ſui verenda nuda*, atque oculos ſuos hoc ſpectaculo paviſſet. Fuit id ex parte notum Poëtis, qui latam à Saturno legem eſſe fingunt, quâ ſancitur ne quis Deos nudos impunè contempletur. Proinde in Callimachi hymnis Minerva cum Tireſiam occæcaſſet, qui lavantem illam viderat, apud Tireſiæ matrem factum ita excuſat:

> —— ἐγὼ δ' οὔτοι τέκνον ἔθηκ' ἀλαόν.
> Οὐ γὰρ Ἀθαναίᾳ γλυκερὸν πέλει ὄμματα παίδων
> Ἁρπάζειν. Κρόνιοι δ' ὧδε λέγοντι νόμοι,
> Ὅς κέ τιν' ἀθανάτων, ὅκα μὴ θεὸς αὐτὸς ἕληται,
> Ἀθρήσῃ, μισθῷ τοῦτον ἰδεῖν μεγάλῳ.
> —— *non per me perdidit ille oculos.*
> *Nec mihi luminibus pueros orbare voluptas.*
> *Aſt à falcigero lex ſene lata jubet,*
> *Ut pœnâ graviore luat, temeraria quiſquis*
> *Audet in invitos lumina ferre Deos.*

11. Etiam id notandum quod in Timæo Platonis, Κρόνος καὶ Ῥέα καὶ ὅσοι μετὰ τούτων, *Saturnus & uxor Rhea, & qui cum illis fuerunt*, ex Oceano & Thetide nati dicuntur. Noa ſcil. cum ſuis ex aquis diluvii tanquam ex matrice emerſit. 12. Itaque navim priſci Romani Saturni ſymbolum eſſe voluerunt. Quo quidem recentiores navim illam ſignificari ſtatuunt quâ in Italiam ſcilicet advectus eſt. Ovid. lib. 1. Faſtorum:

> *Et bona poſteritas puppim ſignavit in ære,*
> *Hoſpitis adventum teſtificata Dei.*

Macrobius ubi de Jano: *Quum primus quoque æra ſignaret, ſervavit & in hoc Saturni reverentiam; ut quoniam ille navi fuerat advectus ex unâ quidem parte ſui capitis effigies, ex alterâ verò navis exprimeretur: quo Saturni memoriam etiam in poſteros propagaret. Æs ita fuiſſe ſignatum hodieque intelligitur in alea luſu, cum pueri denarios in ſublime jactantes, capita aut navim* (Gall. croix ou pile) *luſu teſte vetuſtatis exclamant.* Eadem legere eſt in Aurelii Victoris libello, quem citavimus de origine gentis Romanæ. Plutarchus item in Ῥωμαικοῖς ad quæſtionem, Cur nummi veteres ab unâ parte habuerint Ἰανοῦ διπρόσωπον εἰκόνα, *Jani bifrontem imaginem*, ab alterâ πλοίου πρύμναν ἢ πρῶραν ἐγκεχαραγμένην, *Navigii puppim aut proram inſculptam*, à pleriſque aſſeri dicit id fieri ἐπὶ τιμῇ Κρόνου πλοίῳ διαπεράσαντος εἰς Ἰταλίαν, *in Saturni honorem qui navi in Italiam trajecerit.* Quod tamen docet poſtmodum à ſe non probari ſatis, quia cum multis aliis Saturno commune id fuit: καὶ γὰρ Ἰανὸς, καὶ Εὔανδρος, καὶ Αἰνείας ἐκ θαλάττης προσεκομίσθησαν. *Quippe Janus etiam, & Euander, & Æneas mari in Italiam appulerunt.* Itaque videntur veteres ſymbolo navis aliud ſignificaſſe, nempe arcam Noæ, quâ cum ſuis ſervatus eſt ab univerſali Cataclyſmo.

13. Neque id Aſſyrios prorſus latuit, quamvis facti veritatem commentis ſuis obſcuraverint, ut gloriæ uni Saturno, id eſt Noæ, debitæ portionem aliquam Regi ſuo Xiſuthro tribuerent. Sub illo nimirùm narrat Alexander Polyhiſtor μέγαν γενέσθαι κατακλυσμὸν *magnum fuiſſe diluvium*, & σωθῆναι τὸν Ξίσουθρον προαγγείλαντος αὐτῷ τοῦ Κρόνου τὸ ἐσόμενον, καὶ ὅτι προσήκει ναυπηγήσασθαι λάρνακα, καὶ ὁμοῦ πετεινοῖς, ἑρπετοῖς τε καὶ κτήνεσι πλεῖν ἐν αὐτῇ. *Servatum fuiſſe Xiſuthrum, cùm ei quid futurum erat Saturnus prædixiſſet, fabricandam ipſi arcam, & in eâ cum volucribus, reptilibus atque jumentis eſſe navigandum.* Ita etiam in Abydeno, Κρόνος προσημαίνει μὲν ἔσεσθαι πλῆθος ὄμβρων.

Apud. Cyril. cont. Julian l. 1.

Saturnus

Digitized by Google

Saturnus quidem præſignificat magnam imbrium vim futuram. Sed Xiſuthrus Rex ἐπ' Ἀρμενίης ἀνέπλωσε, καὶ παρ' αὐτῇ ἰὼν κατελάμβανε τὰ ἐκ θεοῦ· τρίτῃ δὲ ἡμέρῃ ἐπείτε ὕων ἐκόπασε, μεθίει τῶν ὀρνίθων πεῖραν ποιεύμενος, εἴ κου γῆν ἴδοιεν τοῦ ὕδατος ἐκδῦσαν· αἱ δὲ ἐκδεχομένου σφέας πελάγεος ἀχανέος, ἀπορέουσαι ὅκη καθορμίσονται, παρὰ τὸν Σίσιθρον ὀπίσω κομίζονται, καὶ ἐπ' αὐτῇσιν ἕτεραι. *In Armeniam navigavit, & cùm eò contenderet, vera eſſe deprehendit, quæ Deus prædixerat. Tertia autem die poſtquam remiſerat tempeſtas, aves quaſdam emiſit, experimentum capturus, an ea terra aliquid viſura eſſent ex mari extans: illæ verò ab immenſo pelago exceptæ, cum deeſſet locus ubi conſiderent, ad Xiſuthrum retrò rediêre, & poſt eas aliæ.* Ita uterque ſcriptor diluvii vatem Saturnum ab eo diſtinguit qui implevit vaticinium, cùm in Scripturâ idem Noa, qui à Deo monitus diluvium prædixerat, etiam arcam fabricaverit. Sub Xiſuthro veriſimile eſt Tigrim & Euphratem in Babyloniâ aliquantò plus ſolito exundaſſe, atque huic inundationi ea tribuiſſe Aſſyrios quæ contigerant ſub generali diluvio. Sic in particulari Theſſaliæ diluvio Deucalionem etiam in arcâ evaſiſſe, & ex eâ columbam emiſiſſe tradunt Græci ſcriptores. In his ita Plutarchus, Δευκαλίωνι φασὶ περιστερὰν ἐκ τῆς λάρνακος ἀφιεμένην δήλωμα γίνεσθαι, χειμῶνος μὲν εἴσω πάλιν ἐνδυομένην, εὐδίας δ' ἀποπτᾶσαν. *Columbam aiunt ex arcâ emiſſam Deucalioni indicem fuiſſe, cùm rediret, tempeſtatis, cùm avolaret, ſereni cœli.*

In lib. utra animal. etc.

14. Quod penè omiſeram, ad diluvium id quoque pertinere puto, quod Saturnum Poetæ volunt devoraſſe omnes liberos præter tres illos πολυθρυλήτους, Jovem, inquam, Neptunum & Plutonem, qui ſoli ſuperſtites orbem univerſum inter ſe diviſerunt. Noa quatenus Propheta & Paſtor aliquomodo pater fuit etiam mundi prioris: quem damnaſſe legitur Hebr. 11, 7. quia vaticinio ſuo diluvii pœnis addixit. Quippe ex Scripturæ phraſi Prophetæ dicuntur id facere quod futurum prænunciant. Sic Gen. 49, 7. *Diviſi eos in Jacobo, & diſperſi in Iſraele:* Diviſi & diſperſi, id eſt, prædixi dividendos & diſpergendos. Ezech. 43, 3. *Quando veni ad perdendum civitatem*, id eſt, ad prænunciandum perdendam, ut rectè Junius. Hinc Deus legitur *cædere per Prophetas* Oſ. 6, 5; & præfeciſſe Jeremiam gentibus & regnis *ad exterpandum, & deſtruendum, & diſperdendum, & diſſipandum.* Eo ſenſu Noa conſumpſit omnes homines, id eſt, prædixit conſumendos. Tres ſolùm ſuperfuere, nimirùm Sem, Cham & Japhet, qui orbis imperium inter ſe diſtribuerunt. Hi ſunt tres Saturni liberi, quos habuit in regno ſucceſſores, de quibus nunc agendum.

Cham ſeu Ham, vel quia fratrum minimus, Gen. 9, 24. vel propter anathema à patre in illius caput contortum, in Africæ ſteriles arenas ablegatus eſt, ubi per multa ſæcula cultus eſt ſub nomine Jovis *Ham*, ſeu *Hammonis*. Ægyptii mollito ſono denſæ aſpirationis Ἀμμοῦν vel Ἀμοῦν dicebant. Herodotus in Euterpe, Ἀμμοῦν γὰρ Αἰγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία, *Ammoun enim Ægyptii Jovem vocant.* Plutarchus in Iſide: ἔτι δὲ τῶν πολλῶν νομιζόντων ἴδιον παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Διὸς εἶναι τὸν Ἀμοῦν, ὃ παράγοντες ἡμεῖς Ἄμμωνα λέγομεν. *Inſuper autem cum plerique ſentiant proprium apud Ægyptios Jovis nomen eſſe Amoun, quod Hammonem dicimus, vocabulo inde deducto.* Ab Ariſtotele ſcribitur Ἀμμοῦς. Heſychius, Ἀμμοῦς, ὁ Ζεύς, Ἀριστοτέλης. Ab Hebræis אמון *Amon* & המון *Hamon.*

De illo *Amone* vel *Hamone* Scriptura palam meminit tribus in locis, quæ interpretes multò aliter accipiunt: Primus Jerem. cap. 46. verſ. 25. *Dixit dominus exercituum, Deus Iſraëlis: Ecce ego viſito* אמון מנוא *Amon de No, & Pharaonem, & Ægyptum, & Deos ejus, & Reges ejus. Amon de No*, id eſt, Deum *Amon*, in cujus honorem conſecratum fuit fanum in urbe *No.* Unde eſt quòd illa urbs compoſito nomine dicebatur *Amon-No*, vel *No-Amon.* Ezech. 30, 15. והכרתי את המון נא *& ſuccidam Hamon-No.* Et Nahum. 3, 8. התיטבי מנא אמון *An tu melior es urbe No-Amon?* Itaque non placet quod אמון vel המון his locis alii *tumultum*, alii *nutritium*, alii denique volunt nomen eſſe Regis Ægypti. Cùm ſit ipſiſſimum nomen Jovis ab Ægyptiis *Hamon* dicti vel *Amon*. Unde eſt quod LXX. reddunt in Ezechielis loco quem citavimus, καὶ ἐν Διοσπόλει ἔσται ἔκρηγμα, *& in Dioſpoli erit ſciſſio.* In Dioſpoli, id eſt, in Jovis urbe in *Hamon-No*, quomodo habet Propheta. Nec erat cur poſteriores interpretes, Chaldæus, Hieronymus, Hebræi, Druſius etiam, hâc interpretatione rejectâ, pro Dioſpoli redderent Alexandriam. Nec enim veriſimile eſt Ezechielem & Jeremiam imminentis excidii pœnam denunciaſſe urbi quæ nondum erat, quo ſæculo illi ſcripſerunt. Aut Nahumum Ninivem urbem ita compellaſſe: *Tune melior es*, (id eſt, munitior) *Alexandriâ aliquando extruendâ ab Alexandro Magno.* Similitudines nihil docent, niſi ſumantur ex rebus notis, qualis eſſe non potuit civitas nondum condita, nec niſi multo poſt condenda. Quid quòd Ezechielis & Jeremiæ minas Nahum ſcribit eſſe completas, & incolas urbis *No-Amon* abiiſſe in captivitatem, & parvulos ejus fuiſſe illiſos in capitibus omnium vicorum; Atque eo exemplo terret Ninivem, tanquam pari ſupplicio brevi multandam. Omninò igitur non ſtructura modò, ſed & excidium urbis *No-Amon* præceſſit Nahumi ſcriptionem: Et veriſimile eſt illum ſcripſiſſe quo tempore recens fuerat exciſa à Rege Nabuchodonozoro, qui Hieroſolymis & Tyro captis ſtatim invaſit Ægyptum. Fateor ante Alexandrum vicum vel oppidulum Racotim nomine in eo loco fuiſſe in quo condita eſt Alexandria. Strabo, Κατοικίαν δ' αὐτοῖς ἔδωκαν τὴν προσαγορευομένην Ῥακῶτιν, ἡ νῦν μὲν τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεώς ἐστι μέρος τὸ ὑπερκείμενον τῶν νεωρίων· τότε δὲ κώμη ὑπῆρχε. *Habitandum ipſis dederunt locum nomine Racotim, quæ nunc eſt Alexandriæ pars, navalibus imminens: tunc verò vicus erat.* Pauſanias in Eliacis lib. 1. ubi de Alexandria; λέγεται δὲ καὶ πρότερον ἔτι πόλισμα Αἰγυπτίων ἐνταῦθα οὐ μέγα εἶναι Ῥακῶτιν. *Dicitur & ante non magnum Ægyptiorum oppidum Racotin ibi fuiſſe.* Sed vel vicum vel exiguum oppidum à Prophetis extolli verbis tam magnificis, & cum Ninive conferri, nemo prudens judicaverit. Et hoc ipſum quòd *Racotis* vocatur hoc qualecumque oppidum, docet Alexandriæ priſcum nomen non fuiſſe *No*, vel *No-Amon*, ut volunt. *At eis qui No-Amon volunt eſſe Dioſpolim, adverſatur* (inquit Druſius) *urbis ſitus inter duo maria, qualem deſcribit Nahum his verbis cap. 3. v. 8. Nunquid melius tecum erit, quàm cum No-Amon quæ habitat in fluminibus? Aqua circum eam eſt, ejus antemurale eſt mare: à mari murus ejus. Dioſpolis enim procul à mari aberat: Quare non recedo à priore ſententiâ.* Huic Druſii objectioni bifariam poteſt occurri: Primò ſi dicamus non intelligi magnam illam Dioſpolim, id eſt, Thebas Ægyptias, quas à mari procul abfuiſſe Druſius rectè obſervat: ſed alteram Dioſpolim prope Mendetem, & Leontopolim, & Buſirim, quam præter Nili alveos Buſiritem & Athribitem, varii lacus inſtar marium circumquaque cingebant. Strabo lib 17. Πλησίον δὲ Μένδης, Διόσπολις, καὶ αἱ περὶ αὐτὴν λίμναι, καὶ Λεοντόπολις, εἶτ' ἀπωτέρω ἡ Βούσιρις πόλις ἐν τῷ Βουσιρίτῃ νομῷ: *Propè Mendetem eſt Dioſpolis, & lacus qui eſt circum eam* (en ipſiſſima Prophetæ verba) *& Leontopolis, deinde alterius Buſiris urbs in Buſirite Nomo.* Et Suidas ubi de Demetrio Phalereo: ἐτάφη ἐν τῷ Βουσιρίτῃ νομῷ, πλησίον Διοσπόλεως τῆς ἐν τοῖς ἕλεσι, *ſepultus eſt in Buſirite Nomo, propè Dioſpolim, quæ eſt in paludibus.* Quibus ferè ſimilia de eodem habet Diogenes Laer-

[illegible]

tius lib. 5. Obſcura quidem fuit hæc Dioſpolis, nec conferenda cum Ninive: ſed potuit eſſe celebrior antequam illam excidiſſet Nabuchodonoſor, & ſitûs ratione potiùs quàm magnitudinis cum Ninive conferri. Præterea nil quicquam obſtat quominus ad magnam illam & celebrem Dioſpolim, id eſt, Thebas Ægyptias, referantur Prophetæ verba. Quippe utut à mari Thebæ procul abfuerint, tamen illis & toti Ægypto duo maria, Rubrum, inquam, & Mediterraneum, & Nili ſeptem alvei, quidni fuiſſe dicantur inſtar propugnaculi, cùm prohibuerint quominus hoſtibus ad illas liber eſſet acceſſus, ut pluribus nos docebimus cùm ventum erit ad Ægyptum? Interim ea ipſa locutio notanda eſt in Buſiride Iſocratis, ubi tradit Ægyptum eſſe ἀθανάτῳ τείχει τῷ Νείλῳ τετειχισμένην, *Nilo ut immortali muro munitam.* Et lib. 1. Heliodori in quo deſcribuntur prædones circa Ægypti Bucolium: τῷ μὲν ὕδατι πάντες ὡς ἅτε τείχει χρώμενοι, *aquâ omnes ut muro utentes.*

Nec in Ægypto ſolùm, ſed & in Arabiâ & Africâ univerſa notum fuiſſe nomen Ammonis docent Arabiæ fluvius *Ammon*, [a] *Ammonium* promontorium, [b] *Ammonis* populi. [c] In Africâ propriè dictâ *Ammonis* urbs [d] ad Cinyphum fluvium. In inſulâ Meroe delubrum *Ammonis*. [e] In Marmarica *Ammonia* [f] urbs quæ vulgò Parætonium. Et *Ammoniaca* [g] regio, ubi *Ammonis* oraculum toto orbe celeberrimum. Quid quòd Africa univerſa dicebatur *Ammonis* vel *Ammonia* ab *Ammonis* Dei nomine, teſte Alexandro Polyhiſtore, qui in Ægypto vixit ſub Ptolemæo Lathyro. Stephanus, Λιβύη, χώρα πολυώνυμος, ὡς Πολυΐστωρ, γῆ Ὀλυμπία, Ὠκεανία, Ἐσχατία, Κορυφὴ, Ἑσπερία, Ὀρτυγία, Ἀμμωνίς, *Africa regio multorum nominum, ut tradit Polyhiſtor: Terra Olympia, Oceania, Eſchatia, Coryphe, Heſperia, Ortygia, Ammonis.* Item: Ἀμμωνία, ἡ μεσόγαιος Λιβύης, καὶ αὐτὴ δὲ πᾶσα ἡ Λιβύη οὕτως ἐκαλεῖτο ἀπὸ Ἄμμωνος, *Ammonia Africa mediterranea, ſed & ipſa Africa univerſa ſic ab Ammone vocabatur.* Hinc de Ammone Lucanus lib. 9.

Quamvis Æthiopum populis Arabumque beatis
Gentibus atque Indis unus ſit Jupiter Ammon.

a Plin. lib. 8. cap. 28.
b Ptol. lib. 6. cap. 7.
c Plin. ubi ſup.
d Ptol. lib. 4. cap. 1.
e Plin. lib. 6. cap. 29.
f Strab. lib. 17.
g Ptol. lib. 4. cap. 5.

Hebræum חם *Ham* multi Cham ſcribunt, aſpiratione denſâ mutatâ in χ Græcum. Inde eſt quòd à priſcis incolis Ægyptus vocabatur *Chamia* vel *Chemia*, id eſt, *terra Cham*, quomodo illam appellat Pſaltes Pſal. 78. 51. & 105. 23. 27. & 106. 22. Plutarchus, qui Ægyptios ignorabat à Chamo eſſe oriundos, à terræ nigredine putavit ita nominari, Ἔτι, inquit, τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον οὖσαν, ὥσπερ τὸ μέλαν τοῦ ὀφθαλμοῦ Χημίαν καλοῦσιν: *Adhuc Ægyptum, cujus ſolum maximè nigrum eſt, Chemiam Ægyptii vocant, ut nigrum illud, quod eſt in oculo.* Et verò Gen. 30. ubi de coloribus pecudum Labanis & Jacobi, חום *Chum* pro nigro quater occurrit. Tamen Χημία videtur potiùs ad Chamum pertinere, ut & apud Stephanum aliud Ægypti nomen compoſitum Ἑρμοχύμιος: & in Ægypto pagi vel urbes χίμμις, ψώχεμμις, ψιττάχεμμις, &c. Obiter nota Cophtitas, qui vetuſta nomina pertinaciſſimè retinent, Ægyptum hodieque vocare *Chemi*, & Alexandriam *Rhacot*: vide Kircheri prodromum Coptum pag. 293.

Plut. in Iſide.

Steph. in Αἴγυπτος.

Ut Noam eſſe Saturnum multis argumentis conſtitit, ſic tres Noæ filios cum Saturni tribus filiis conferenti, Hamum vel Chamum eſſe Jovem probabunt hæ rationes. Primò ex nomine חם *Ham* factum Ægyptium Ἀμοῦν, & Africanum *Ammon* vel *Hammon*, quæ Jovis eſſe nomina nemo eſt qui neſciat. Secundò חם *Ham* fervidum ſonat, à radice חמם fervere, incaleſcere: ita Jupiter Græcè Ζεὺς videtur à fervendo dici, quod auctor Etymologici refert ad calorem aëris, quaſi Jovis nomine Poëtæ aërem intellexerint: Ζεὺς, inquit, παρὰ τὴν ζέσιν, θερμότατος γὰρ ὁ ἀὴρ, ἢ παρὰ τὸ ζέω, ὡς τρέω τρεὺς καὶ Ἀτρεὺς, *a fervore, aër enim eſt calidiſſimus, vel à verbo* ζέω *ferveo, ut treus vel Atreus à* τρέω *tremo.* Tertiò ut Cham filiorum Noæ fuit הקטן natu minimus, Gen. 9, 24. ita Jupiter Saturni. Callimachus Hymno in Jovem.

Cyrillus Alexand. Θαμοῦν exponit lib. 2. Glaphyrorum in Geneſim.

Τῶ τοι καὶ γνωτοί, προτερηγενέες περ ἐόντες,
Οὐρανὸν οὐκ ἐμέγηραν ἔχειν, ἐπιδαίσιον οἶκον.
Nec tibi par fratrum, quamvis præcederet annis,
Invidit, quæ ſorte tenes, cœleſtia templa.

Quartò, Cham ſeu Jupiter fingitur eſſe Cœli Dominus, quia illi obtigit Africa, cujus magna pars, cùm ſit inter Tropicos, ſolem habet & reliquos planetas ſupra verticem, unde eſt quòd putatur eſſe cœlo proxima. Lucanus lib. 9.

Terrarum primam Libyem (nam proxima cœlo eſt,
Ut probat ipſe calor) tetigit.

Quintò, quod in Phornuto, & aliis legitur Jupiter patrem Saturnum execuiſſe, ſumptum videtur ex his Gen. 9, 22. perperam intellectis: *Et vidit Cham pater Chanaan verenda patris ſui, & nunciavit &c.* Ibi enim *& nunciavit* Hebraicè eſt ויגד *Vaiagged*, quod à ſerie orationis divulſum, tùm cùm vocalia puncta aberant, legi potuit *Vejagod & abſcidit*, tanquam à verbo גדד quod *excidere* ſignificat, maximè cum de carne agitur. Sic Deut. 14, 1. in Hithpael לא תתגדדו *non vos incidetis*, ubi Jonathan לא תגודון בישרכון *non incidetis carnes veſtras.* Et 1. Reg. 18, 28. ויתגדדו *Et incidebant ſe juxta ritum ſuum cultris & lanceolis.* Vide & Jerem. 16, 6. & 41, 5. & 47, 5. & 48, 37. Quin & locum admiſſi criminis per ambages Poëtæ deſignarunt. Arcam Noæ in Gordiæis montibus ſubſtitiſſe notum eſt: Hos alio nomine quidam Corcyræos vocant. Quorſum, dicetur deinceps. Alexander Polyhiſtor apud Euſebium in Chronico p. 8. τοῦ δὲ πλοίου τούτου κατακλιθέντος ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ, μέρος τι .... (ſuppleo εἶναι λέγεται) ἐν τοῖς Κορκυραίοις ὄρεσι τῆς Ἀρμενίας διαμένειν. *Navigium autem illud cùm in Armeniam declinaſſet, pars quædam illius eſſe dicitur hodieque in Armeniæ montibus Corcyræis.* Itaque in Gordianâ, quæ & Corcyra vel Corcyræa dicebatur, Noam aliquandiu degiſſe veriſimile eſt, & inibi à Chamo traductum. Hinc Poëtæ nominis æquivocatione deluſi, in Phæacum inſulâ Corcyrâ id contigiſſe volunt, quam & Harpen & Drepanen aut Drepanon aliter vocant, quod ibi ſervaretur ſcilicet falx quâ Jupiter execuit patrem. Lycophron in Caſſandrâ verſu. 76.

νῆσον δ' εἰς Κρόνῳ στυγουμένην
Ἅρπην περάσας μαζῶν κρεανόμον.
Adivit Harpen, inſulam quam præ omnibus
Saturnus odit, partis abſciſſæ memor.

Harpen, id eſt, Corcyram. Scholiaſtes, τὴν Φαιακίαν νῆσον τὴν Κόρκυραν, ἐν ᾗ κεκρυμμένον τὸ δρέπανον ἐν ᾧ ὁ Ζεὺς Κρόνον ἐξέτεμεν. *Phæaciam inſulam Corcyram in quâ defoſſa erat falx quâ Saturnum abſcidit Jupiter.* Proinde idem hanc falcem alibi vocat Κρονοτόμον δρέπανον ad verba Lycophronis Ἅρπης Κρόνου πήδημα. Apollonius, ut & alii, Jovi Saturnum ſubſtituit, & Saturno Cœlum, quo loco de Corcyra hæc habet, Argonaut. lib. 4. verſ. 984.

Ἧ ὑπὸ δὴ κεῖσθαι δρέπανον φάτις (ἵλατε Μοῦσαι,
Οὐκ ἐθέλων ἐνέπω προτέρων ἔπος) ᾧ ἀπὸ πατρὸς
Μήδεα νηλειῶς ἔταμε Κρόνος.
Hic ubi Saturni falx abdita (parcite Muſæ,
Invitus refero quæ nos docuere priores)
Quâ Patris abſcidit genitalia.

Sed in Apollonii ſcholiis Timæus agnoſcit ancipitem eſſe fabulam; Corcyram Drepanen vocari dicens ἐκ τοῦ δρεπάνου ᾧ ἐξέτεμεν τοῦ οὐρανοῦ τὰ αἰδοῖα ὁ Κρόνος, ἢ ὁ Ζεὺς τὰ τοῦ Κρόνου; *à falce quâ execuit Cœli pudenda Saturnus, aut Saturni Jupiter.*

Japhet

Japhet idem qui Neptunus, quem ideò mari præfecerunt, quia, cum Chamo Africæ, Semo Aſiæ ceciderint ampliſſima latifundia, portio quæ Japheto obtigit magnâ ſui parte conſtat inſulis & peninſulis. In inſulis ſunt Britannia, Hybernia, Thule, Creta, Sicilia, Sardinia, Corſica, Baleares, &c. In peninſulis Hiſpania, Italia, Græcia, Aſia minor, Taurica Cherſoneſus, & Cimbrica, Scandia, Armorica, &c. *Neptuno*, inquit Lactantius, *maritima omnia cum inſulis obvenerunt. Quomodo id probari poteſt? Nimirum veteres hiſtoriæ docent. Antiquus auctor Euhemerus, qui fuit ex civitate Meſſanâ, res geſtas Jovis & cæterorum qui dii putantur, collegit, hiſtoriamque contexuit ex titulis & inſcriptionibus ſacris, quæ in antiquiſſimis templis habebantur, &c. Hanc hiſtoriam interpretatus eſt Ennius & ſecutus; cujus hæc verba ſunt ibi, Jupiter imperium Neptuno dat maris, ut inſulis omnibus, & quæ ſecundum mare loca ſunt, omnibus regnaret.* A dilatatione ſumptum eſt Japheti nomen. Quo ſic alludit Noa, Gen. 9, 27. יפת אלהים ליפת *Japht Elohim lejaphet*, id eſt, *dilatet Deus Japhetum.* Ita etiam Ποσειδῶν, Græcum Neptuni nomen, quod ex Græcâ linguâ explicare Grammatici fruſtra conantur, cùm Africanum eſſe doceat Herodotus in Euterpe. Verba ſunt: *οὐδαμῆ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς Ποσειδέωνος οὔνομα ἐκτήνται, εἰ μὴ Λίβυες, καὶ τιμῶσι τὸν θεὸν τοῦτον ἀεί. Peſidonis enim* (id eſt, Neptuni) *nomen nulli ab initio uſurparunt niſi Libyes, qui hunc Deum ſemper in honore habent.* Nempe Ποσειδῶν aut Ποσειδὰν eſt Punicum פשיטן *Peſitan*, quod latum & expanſum ſonat. *Scheva* primæ ſyllabæ eſt expreſſum per o breve, ut in Sodomâ & Solomone. T & D permutata ſunt, ut in Τῆτες & Τῆδες; κίταρις & κίδαρις ex Chaldæo כתרא *Cithra.* Occurrit in tractatu Talmudico de Sabbatho פשיטנא *Peſitana* pro עשב שאינו גס אלא רחב *herbâ quæ craſſa non eſt, ſed lata*, id eſt, quæ latè ſe diffundit ſuper terram. Radix פשט *peſat* eſt dilatare & expandere. Arabes בשט *baſata* ſcribunt. Non eſt ulla vox Syris & Arabibus notior. Itaque Ποσειδᾶν & *Japhet* ſunt planè ſynonyma: utrumque à latitudine. Quod apprimè quadrat Neptuno maris Deo de quo Phornutus: *εὐρύστερνος lato pectore vocatur Neptunus ob maris latitudinem, quemadmodum dictum eſt ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης per lata dorſa maris.* Dicitur quoque eandem ob cauſam εὐρυκρείων καὶ εὐρύοψ *latè imperans ac latiſonans.* Mare latum Chaldæis & Syris eſt ימא פתיא & latitudo maris פתיות ימא vocibus deflexis à verbo פתא, unde & Japheti nomen. Hinc in Chaldæâ Paraphraſi Pſ. 104, 25. ימא רבא ופתיא תחומין *mare magnum & latum terminis.* Et Job. 11, 9. de Dei ſapientiâ פתיא יתיר מני ים *lata eſt pluſquam mare.* Quo ferè ſenſu dictum 1. Reg. 4, 29. Deum Solomoni dediſſe פתיות לבא *latitudinem cordis inſtar arenæ quæ eſt in littore maris.* Proinde cùm Syris & Phœnicibus eſſet perſpectiſſimum quid ſignificaret Japheti nomen: id expreſſerunt alterâ voce ſynonymâ *Peſitan*, quæ nonnihil inflexa tandem per Afros & Pœnos etiam Græcis innotuit. Ita ut tam de Neptuno quàm de Jove Theologiam ex Libyâ Græci hauſerint. Quibus tamen *Japhet*, vel ſi mavis *Japetus*, aliunde jam erat notus, tanquam gentis ſuæ primus conditor. Sed illos prorſus latuit Japetum cum Neptuno eundem eſſe. Quin Japetum Saturni pro filio fratrem faciunt.

De falſa Relig. lib. 1. cap. 11.

Iliad. 3. v. 159.

Non poſſum non addere eodem poſſe referri Latinum *Neptuni* nomen, cum פתח unde Japhetus, in conjugatione Niphal, id eſt, paſſivâ, habeat נפתה *niphta.* Niſi quis Neptunum deduci malit ab Ægyptio νέφθυν de quo Plutarchus in Iſide: Νέφθυν δὲ καλοῦσι τῆς γῆς τὰ ἔσχατα καὶ παρόρια καὶ ψαύοντα τῆς θαλάττης, *Nephthyn autem appellant terræ extrema & promontoria & quæ mare attingunt.* Id ſaltem verò propius quàm Neptunum à nando dici, vel à nubendo, prout Varroni viſum. Utut ſit, Neptunum Ægyptios multò aliter, nempe Μωσχλὸ *Moſele* vocaſſe ſcribit Tzetzes, id eſt, θεὸν τῶν ὑδάτων, voce compoſitâ ex μωὺ & Hebr. אל *el.* *Mo* vel *Moy* aquam Ægyptiâ Linguâ dici, non pauci poſt Joſephum ſcribunt.

Supereſt de Semo agamus, quem ita compellat Noa, Gen. 9, 26. *Benedictus ſit Dominus Deus Semi.* Quia Dominus fuit Deus Semi peculiari ratione, quomodo Deus Abrahæ, propter fœdus cum illo initum. Ideò in Semi familiâ Deus ſibi conſecravit Eccleſiam, & è Semi poſteris natus eſt Jeſus Chriſtus Dei filius. Nec dubito quin ipſe Semus Dei cultui conſtanter adhæſerit, & gliſcentem idololatriam verbo & exemplo pro virili compeſcuerit. Quocirca cùm Semi nomen Idololatris eſſet inviſum, Deum quidem fecerunt, ſed inferorum Deum. Atque ut in odium pietatis Saturnum, id eſt, Noam *tenebroſa in tartara miſſum* fuiſſe finxerunt; ita Semum etiam Ἅδου vel Plutonis nomine detruſerunt in inferos.

Hùc facit alluſio nominis שם *Sem* ad שמה *Samma* vel שממה *Semama*, quod vaſtitatem & deſolationem ſonat. Græci Bibliorum interpretes ἀφανισμὸν plerumque reddunt, & verbum שמם *Samam* ἀφανίζειν. Atque id ferè eſt Ἅδης vel Ἀΐδης. Ἀΐδης enim quaſi ἀειδής; Et ἀειδὴς, ὁ ἀφανὴς Suidæ. Phavorino item ἀΐδης ὀνομάζεται παρὰ τὸ μὴ ὁρᾶσθαι, ὃν οὐκ ἔστιν ἰδεῖν, ἢ διὰ τὸ ἀφανεῖς ποιεῖν τοὺς ὑπὸ γῆν γενομένους. Ἀφανῆ ποιεῖν uno verbo eſt ἀφανίζειν שמם, unde voluerunt eſſe שם *ſem*, quaſi ſit formæ שׁ & שׂ.

Ita & Typhon ab Ægyptiis Σμὺ cognominabatur, non ſine alluſione manifeſtâ ad Semi nomen. Plutarchus in Iſide: ὁ δὲ Τυφὼν (ὥσπερ εἴρηται) Σὴθ καὶ Βέβων καὶ Σμὺ ὀνομάζεται, βιαίον τινα καὶ κωλυτικὴν ἐπίσχεσιν, ὑπεναντίωσιν ἢ ἀντιστροφὴν ἐμφαίνειν βουλομένων τῶν ὀνομάτων. *Typhon (ut dictum eſt) Seth & Bebon & Smy appellatur, quæ nomina deſignant violentam quandam inhibitionem, contrarietatem aut inverſionem.* Scilicet, Typhonem alii Gigantem θεομάχον, alii apud Strabonem draconem fuiſſe volunt in Arimis fulmine ictum: inde à nonnullis *Bebon* dictus eſt pro חבאב *Hubabon.* Eâ voce Arabes non tantùm ſerpentem aut draconem, ſed & diabolum ſignificant. Idem ab aliis *Seth & Smy* appellatus, ut eorum memoriam ſic traducerent qui præcipui fuerunt divini cultûs aſſertores, Sethi, inquam, & Semi. Nam ut ante diluvium alibi non fuit Eccleſia quàm in familiâ Sethi; ſic à diluvio ad Chriſti adventum, nulli gentium ſe patefecit Deus præterquàm Semi poſteris. Typhonis nomine Ægyptii intelligebant quicquid noxium. Plutarchus πᾶν ὅσον ἡ φύσις βλαβερὸν καὶ φθαρτικὸν ἔχει μέρος τοῦ Τυφῶνός ἐστιν, *natura quicquid habet noxium & damnoſum, Typhonis eſt.* Hæc de tribus Noæ filiis.

Strab. lib. 16.

CAPUT II.

De Nepotibus Noæ quorum mentio Gen. 10. Chanaan confertur cum Mercurio, Nimrod cum Baccho, Magog cum Prometheo; Pleroſque alios non appellari veris nominibus, ſed urbium aut gentium nominibus quas condiderunt.

Put Apollo Pythius, Africæ incola, Ammonis filius. Chanaan, id eſt, Mercurius. Cur à mercibus dictus, cur Deorum miniſter, & Pœnis שמש *ſumes*, & Etruſcis *Camillus.* Viis præfectus. Furum Deus. Eloquentiæ pater. Lyræ inventor & Aſtronomiæ; patris amorum pararius. Cur illi veteres lac & mel libaverint. Nimrod cur dicatur Bacchus. Quorſum illi tigres, & nebris, & Nebrodis nomen aut Zagrei. Cur in Arabiæ Nyſa natus credatur, & præſidere viribus, & expeditiones in Orientem ſuſcepiſſe. Magog, id eſt, Prometheum, Japeti eſſe filium; Caucaſo affixum; ignem cœlo ſuſtuliſſe; aquilam cor illi rodere; Hie-

rapolis cur dicatur Magog. Gentium eſſe nomina *Citthim Dodanim, &c.* Locorum *Gomer, Meſec, Miſraim, Put, Havilam, Lud, Sidonem, Diklam, Ophir, Jobab.* Quo ſenſu Japhet dicatur genuiſſe *Gomer & Meſec, &c.*

Jam ſi libet etiam ad nepotes deſcendere; in familiâ Hami ſive Jovis Hammonis, *Put* eſt Apollo Pythius, quem in Africâ vixiſſe docet hiſtoria cæſi draconis: cùm dracones magnæ molis vix alibi reperire ſit quàm in Africâ, vel Indiâ, quæ primis illis poſt diluvium ſæculis videtur fuiſſe ignota. Proinde fuere è veteribus qui Apollinem Libycum eſſe ſcripſerunt, & hujus Hammonis filium. Lucius Ampelius in libro Memoriali, capite, *Quot fuere Joves. Apollines quinque, &c. Quintus Ammonis filius in Libya natus.*

Chanaan idem qui Mercurius: 1. Uterque Jovis fuit filius, id eſt, Hami. 2. Utrique à mercibus & mercaturâ nomen. Hebræis כנען *Chanaan* mercatorem ſonat. 3. Et quomodo fratrum ſervus iodigitatur Chanaan; ita Mercurium in cœlo Ethnici ſervilibus miniſteriis addixerunt. Unde tam acerba illius apud matrem expoſtulatio in uno è Luciani Dialogis, in quo ſunt colloquutores Mercurius & Maia: *Quid non dicam ego, qui ſolus tot negotia ſuſtineo quibus delaſſor* πρὸς τοσαύτας ὑπηρεσίας διασπώμενος *in tam multa miniſteria diſtractus: Me ſiquidem manè ſurgentem oportet* τὸ συμπόσιον *verrere oportet convivii cœnaculum. Et curiam* τὴν ἐκκλησίαν *ubi ſtravero, & ſingula compoſuero, Jovi eſt aſſiſtendum ad perferenda illius mandata, toto die ſurſum & deorſum curſitando.* Et paulò poſt cum aliorum Jovis filiorum ſorte ſuam conferens, *Hic quidem*, inquit, *Alcmenæ, ille Semeles filius, ambo miſeris mulieribus prognati, ſecurè epulantur; At ego Atlantide Maiâ progenitus* διακονοῦμαι αὐτοῖς *illis ſervio.* Denique ſe talem eſſe queritur, ὥσπερ οἱ ἐν γῇ κακῶς δουλεύοντες *quales ii qui duram in terris ſervitutem ſerviunt.* Hûc facit quod à Pœnis שמש *ſimes*, id eſt, miniſter, & ab Etruſcis *Camillus* dicebatur, id eſt, miniſter Deorum, ut docebimus ſuo loco.

4. Viis ideò præficitur, quia orti ab illo Chananæi ſeu Phœnices in remotiſſimas terras navigare primi auſi ſunt. Alæ ſunt vela navium, prout multi alas accipiunt, Eſ. 18, 1. 5. Ejuſdem furacitas Phœnicum in commerciis vafritiem exprimit, de quâ Poeta Odyſſ. ξ.

—— Φοῖνιξ ἦλθεν ἀνὴρ ἀπατήλια εἰδὼς
Τρώκτης.

Τρώκτης Suidæ eſt ὁ ἀπὸ παντὸς κερδαίνων, qui ex omni re lucrum captat, lucrio, quæſtuarius.

6. Sed & idem eſſe fingitur eloquentiæ pater, quia literas in Græciam Phœnices invexerunt. Id ita explicat Sanchoniathon, qui Mercurium inveniſſe dicit τὴν τῶν πρώτων στοιχείων γραφήν. 7. Eidem lyra tribuitur, quam Phœnicum eſſe inventum docet ipſum nomen כנור κίνυρα.

8. Sed & à Manilio invocatur Mercurius ut Aſtronomiæ repertor.

Tu Princeps auctorque ſacri, Cyllenie, tanti;
Per te jam cœlum interius, jam ſidera nota.

Quia ex ſiderum inſpectione Phœnices navigationes ſuas dirigebant, & ex iis Aſtronomia venit ad Græcos, ut lib. 16. docet Strabo.

9. Inſuper quia cum Chamo patre creditur Chanaan obſcœno ſpectaculo ſe oblectaſſe, Mercurius fingitur eſſe Jovi laſciviæ miniſter, & amorum pararius. Et tanquam in admiſſi criminis memoriam pingebatur ὀρθὰ ἔχων τὰ αἰδοῖα, ut ſcribit Herodotus in Euterpe.

10. Adde Mercurio veteres ideò libaſſe lac & mel, quia illi obtigerat terra lacte & melle fluens. Antipater Anthol. lib. 1. cap. 38.

Εὔκολος Ἑρμείας, ὦ ποιμένες, ἐν δὲ γάλακτι
Χαίρων, καὶ δρυΐνῳ σπενδόμενος μέλιτι.

Paſtores, lac Mercurio & libamina mellis
Cecropis facili munera ferte Deo.

Jam quis non videt Nimrodum eſſe Bacchum? 1. Bacchus enim idem qui בר כוש *bar-chus*, id eſt, Chuſi filius. Barchus & Bacchus idem ſunt, ut דרמשק *Darmeſek* & דמשק *Dammeſek* pro Damaſco. 2. Et Jovis, id eſt, Chami, ſi non filius, ſaltem nepos fuit Nimrod. 3. Nomen alludit ad נמרא *Nimra.* Chaldæi Tigrim ita nominant. Inde tigres in curru Bacchi, & amictus è pelle Tigridis. 4. Alii ex nebride malunt, & Nebrodem Bacchum appellant.

Νυκτέλιον, φοιβῶν, νεβριώδεα, νεβριδόπεπλον, *Anthol. lib. 1. c. 38. Epig. 1.*

Quaſi veſtitum pelle hinnuli, ignari hoc ipſiſſimum eſſe Nimrodi nomen apud Græcos. Vide LXX. Seniores, Joſephum, & alios. 5. Quid quod in fabulis Bacchi nomen antiquiſſimum eſt Ζαγρεύς, id eſt, robuſtus venator, quo epitheto Nimrodem ſive Nebrodem inſignit Moſes. 6. Sed & *Gen. 10. 9.* Bacchum in Arabiæ Nyſâ natum fingunt,

Τηλοῦ Φοινίκης σχεδὸν Αἰγύπτοιο ῥοάων. *Homer. apud Diod. lib. 1.*

Quia Chuſæus fuit Nimrod, id eſt, in eâ ipſâ Arabiæ parte natus, quam Homerus hoc verſu deſignavit, Ægypto propiorem quàm Phœniciæ.

7. Neque immeritò vitibus præſidere creditus qui Babylone primus imperavit, ubi vinum illud præſtantiſſimum nectaris nomine celebratum apud veteres. Athenæus, Χαρέας δὲ ἐν Βαβυλῶνι οἶνον φησὶ γίνεσθαι τὸν καλούμενον νέκταρ. *Chareas autem vinum Babylone dicit eſſe quod nectar vocant.* 8. Bacchi porrò expeditiones in Orientem & Indiam uſque non geſta Nimrodi ſolius, ſed & ſucceſſorum continent.

Videtur & Magog eſſe Prometheus. 1. Quia ut Japheti filius Magog, ita Prometheus Japeti. 2. & Caucaſo Prometheus affixus fuiſſe fingitur, quia vel ipſe, vel gens Scytharum ab illo oriunda in Caucaſo fixit ſedes. 3. & ignem è cœlo in terram detuliſſe, quia metallis omnigenis in Soanis & Colchide & Iberia effoſſis, artem metalla igne excoquendi aut invenit, aut à Tubalcaino inventam reſtituit. Id non latuit Æſchylum, poëtam vetuſtiſſimum, qui Prometheum inducit ita loquentem:

Χαλκὸν, σίδηρον, ἄργυρον, χρυσόν τε τίς
Φήσειεν ἂν πάροιθεν ἐξευρεῖν ἐμοῦ.
Argenti & auri, & ferri, & æris ante me
Metalla quis ſe reperiſſe dixerit?

4. Et tota fabula de Promethei corde vel hepate, quod ab aquila eroſum contabeſcit, videtur niti nomine *Magog.* Fit enim nomen *Magog* ab Hebræo verbo מוג *mug* vel מגג *magag*, cujus *Hithpael* התמגג *hithmogeg*, quod de animâ & corde uſurpatum diſſolvi & contabeſcere ſignificat, atque animo frangi & cruciari. Sic Pſal. 107, 26. *anima eorum in malis* התמוגג *contabeſcit.* Et Ezech. 21. v. 15. למען למוג לב *ut contabeſcat cor*, Chaldaicè למתבר לבהון, & Græce ὅπως θραυσθῇ ἡ καρδία αὐτῶν, *ut frangatur*, vel *ut vulneretur cor eorum.* Qui ipſiſſimus eſt morbus quem Prometheo Poetæ tribuunt. 5. Itaque urbs Hierapolis, quæ teſte Plinio à *Plin. l. 5. c. 23.* Syris Magog vocabatur, ab hoc eodem ſive Magog, ſive Prometheo, videtur traxiſſe nomen, quia Promethei filius Deucalion Scytha putatur hanc condidiſſe, & in eâ conſecraſſe templum Deæ Syriæ. Lucianus de Deâ Syriâ: οἱ μὲν ὦν πολλοὶ Δευκαλίωνα τὸν Σκύθεα τὸ ἱρὸν εἵσασθαι λέγουσι, *pleriquè igitur Deucalionem Scytham templum conſecraſſe dicunt.* Proinde nomen Magog urbi inditum vel ab ipſo conditore, vel à Syris in conditoris memoriam, qui filius fuiſſe Magog & è terrâ Magog in Syriam veniſſe credebatur.

Hæc primævæ illius Antiquitatis rudera penitiùs ſcrutari jam non vacat. Nec eſt quod quis ſperet cætera omnia pari ſucceſſu poſſe erui. Nam ut taceam gentium conditores pleroſque Græcis fuiſſe prorſus

Digitized by Google

prorſus ignotos, multos eorum ipſe Moſes non appellat vero nomine, ſed nomine illius gentis vel regionis cujus ſunt conditores. Exempli gratiâ, quotieſcunque pluralis eſt terminatio, ut in filiis Javan, Citthim & Rodanim; item in Mitſraimi filiis & Chanaanis, excepto Sidone & Heth; hæc populorum eſſe nomina nemo non videt, non ſingularium hominum. Quædam rurſus non tam hominum quàm locorum ſunt nomina: Sic in Joctanis filiis *Hatſar-maveth* loci nomen eſſe conſtat. Ad verbum enim *Hatſar maveth* eſt mortis atrium ſeu regio. Et infrà probabimus *Gomer* dici Phrygiam ab illius parte exuſtâ; *Moſec* Moſchicam à longo tractu montium; *Mitſraim* Ægyptum ab anguſtiis; *Put* Africam, quia ſparſim habitatur; *Havilam* Arabiæ partem ab arenis; *Lud* Æthiopiam & Lydiam, illam à Nili, hanc à Mæandri flexibus; *Sidonem* à piſcatione; *Diklam* in Minæis à palmarum frequentiâ; *Ophir* in Caſſaniris ab opulentiâ; *Jobab* circa Sachalitem ſinum ab eremi vaſtitate. Hæ igitur priùs locorum quàm hominum vel populorum fuerunt appellationes. Proinde cùm filii Japhet leguntur eſſe Gomer & Meſec; filii Javan, Citthim & Rodanim; filii Cham Chus, Mitſraim & Put &c. Intellige Japhetum Phrygiæ & Moſchicæ, Javanem Italiæ & Galliæ, Chus Ægypti & Libyæ conditores progenuiſſe.

Hoc exemplo Salma dicitur pater eſſe Bethlehem, Hareph pater Beth-gader, Sobal pater Kirjath-jearim. 1. Paral. 2: 51, 52. Et verſ. 54. filii Salmæ Bethlehem, Netophatæi, Hathroth, Beth-ioab. &c. Et cap. 4. v. 14. nominatur Joab pater vallis artificum. Ut ſcias in genealogiis etiam loca & populos in filiorum cenſum venire. Ac ſi quis Agenorem dicat genuiſſe Thebas, quia Cadmum genuit Thebarum conditorem.

CAPUT III.

Arca Noæ quo loco ſubſtiterit.

Montes Ararat Sibylla, Noæ nurus ſcilicet, in Phrygiâ ponit ad fontes Marſyæ, qui prope Celænas Celænæ etiam Celæne. In Sibyll. carmine leg. Κελαίνης pro μελαίνης. Simile mendum in Polyæno. Sibyllarum verſus ſpurii. Marſyæ nomen unde. Celænarum collis ad occaſum Babylonis. Montes Ararat ad ortum. Fontes erroris. Prope Celænas aut eadem cum Celænis Apamia Cibotos. Ex ſententiâ Gorionidis montes Ararat in Alanis. Communis ſententia Ararat eſſe Armeniam. Quod probatur ex Beroſo cum Eſaiâ collato. Arcam in Armeniâ ſubſtitiſſe docetur ex Abydeno, Melone, Beroſo, Euſtathio, Chryſoſtomo, Iſidoro, Haithone. Theophilus Antiochenus emendatur. Arabia uſque ad Armeniam in Xenoph. & Plin. Arca in quo Armeniæ loco ſubſtiterit. Hieronymus & Rubruquis ſtetiſſe volunt circa Araxenem. Alii ſuper Gordyæos montes. Sic ſentire Beroſum & Polyhiſtorem (in quo Corcyræi dicuntur, quia קרקור *Korkur* Arab. eſt navis) & Chald. Paraphraſtas (ubi quædam ſpuria) & Arabem, & Epiphanium, & Elmacinum, & Nubienſem, qui emendantur. De horum montium ſitu. Ibi arcæ reliquias diu ſuperfuiſſe. Regio *Caron* in Joſepho amomifera. Idem alii de Gordyene Eadem *Minyas* Nicolao Damaſceno, ut in Jeremiâ מני *Minni* vel *Mini*. Inde *Armenia*. Quid ſit *Harmona* Amos 4:3. Mons idem cur *Baris* dicatur, Græcè βᾶρις navigii genus. Armeniia Dea *Baris*. Hebr. ברית *berith* fœdus. Arab. ברות *barua* vel ברית *bariz* ἀποβατήριον. Armeni, Syri, Arabes ſermone & vitâ ſimiles. Mons Ararat omnium altiſſimus.

Diluvii aquis paulatim ſubſidentibus, Arcam Noæ ſubſtitiſſe dicit Moſes ſuper montes Ararat. Quæritur ubi terrarum ſint illi montes Ararat. In Sibyllinis Oraculis res ita definitur,

> Ἔστι δέ τις Φρυγίης ἐπὶ ἠπείροιο μελαίνης
> Ἠλίβατον τανύμηκες ὄρος, Ἀραρὰτ δὲ καλεῖται.
> *Aſſurgit Phrygia mons quidam in finibus atra,*
> *Arduus, alta petens, Ararat quem nomine dicunt.*

Itaque, ſi Sibyllæ fides, in Phrygia fuit mons Ararat. Quin ut præcisè ſcias in quâ Phrygiæ parte fuerit ſitus, audi quod ſequitur aliquanto poſt,

> Ἔνθα φλέβες μεγάλου ποταμοῦ Μαρσύου πεφύκαν.

Legendum, ut verſus conſtet,

> Μαρσύου ἔνθα φλέβες μεγάλου ποταμοῖο πέφυκαν.
> *Marſya magnus ubi ſe prodit origine primâ.*

Néve ſit quod dubites, illa eadem Sibylla jactat ſe Noæ fuiſſe nurum, & cum ſocero & ſocru & viro ſuo & leviris & janitricibus è diluvio evaſiſſe. Verba ſunt,

> —— ἐκφύγον αἰπὺν ὄλεθρον,
> Πολλὰ κλυδωνισθεῖσ' ἅμ' ἐμῷ πόσει, ἠδ' δαέρεσσιν
> Ἠδ' ἑκυρῷ θ' ἑκυρῇ, ὁμονύμφοισί τε πάσαις.
> —— *fugi diſcrimina mortis,*
> *Cum leviris jactata diu, & cum conjuge fido,*
> *Et ſocero, ſocrúque & janitricibus almis.*

Porrò Marſyæ fontes ubi ſint non puto quemquam ignorare: cùm magno conſenſu ſcribant Veteres Marſyam oriri circa Celænas, quo ferè loco Mæander. Xenophon lib. 1. Anabas: quo loco Cyri regiam deſcribit quæ erat Celænis, Διὰ μέσου δὲ τοῦ παραδείσου ῥεῖ ὁ Μαίανδρος ποταμός. Αἱ δὲ πηγαὶ αὐτοῦ εἰσὶν ἐκ τῶν βασιλείων. Ῥεῖ δὲ καὶ διὰ τῆς Κελαινῶν πόλεως. Ἔστι δὲ καὶ μεγάλου βασιλέως βασίλεια ἐν Κελαιναῖς ἐρυμνὰ ἐπὶ ταῖς πηγαῖς τοῦ Μαρσύου ποταμοῦ, ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει. Ῥεῖ δὲ καὶ οὗτος διὰ τῆς πόλεως, καὶ ἐμβάλλει εἰς τὸν Μαίανδρον. *Per medium* (Cyri) *vivarium fluit Mæander fluvius, ejuſque fontes in ipſâ regiâ ſunt. Sed & Celænis ſub arce magni regis* (Artaxerxis) *eſt regia munita* (admodùm) *ad Marſyæ amnis fontes, qui & ipſe urbem præterlabitur, & in Mæandrum intrat.* Livius lib. 38. de Mæandro: *hujus amnis fontes Celænis oriuntur.* Et paulo poſt: *Et Marſyas amnis haud procul à Mæandri fontibus oriens in Mæandrum cadit.* Strabo lib. 12. ubi de Celænarum tumulo: ὑπέρκειται δὲ καὶ λίμνη φύουσα κάλαμον τὸν εἰς τὰς γλώττας τῶν αὐλῶν ἐπιτήδειον, ἐξ ἧς ὑπολείβεσθαι φασὶ τὰς πηγὰς ἀμφοτέρας, τήν τε τοῦ Μαρσύου καὶ τὴν τοῦ Μαιάνδρου. *Supernè eſt & palus calamum edens ad tibiarum linguas aptum, ex quâ deſinere ajunt, tam Marſyæ quam Mæandri fontes.* Maximus Tyrius teſtis αὐτόπτης ſerm. 38. Φρύγες οἱ περὶ Κελαινὰς νεμόμενοι τιμῶσι ποταμοὺς δύο, Μαρσύαν καὶ Μαίανδρον. Εἶδον τοὺς ποταμούς. Ἀφίησιν αὐτοὺς πηγὴ μία. *Phryges, qui circa Celænas habitant; fluvios duos Marſyam & Mæandrum venerantur. Fluvios vidi: Illos edit fons unus.* Curtius lib. 3. *Ad urbem Celænas exercitum admovit* (Alexander.) *Media illâ tempeſtate mœnia interfluebat Marſya amnis, fabuloſis Græcorum carminibus inclytus. Fons ejus ex ſummo montis cacumine excurrens, in ſubjectam petram magno ſtrepitu aquarum cadit.* Plinius lib. 31. cap. 2. *Theophraſtus Marſyæ fontem ſcribit in Phrygiâ ad Celænarum oppidum ſaxa egerere.* Unde eſt quòd Cataractem appellat Herodotus; à quo his verbis deſcribitur lib. 7. Παραγίνοντο ἐς Κελαινάς, ἵνα πηγαὶ ἀναδιδοῦσι Μαιάνδρου ποταμοῦ, καὶ ἑτέρου οὐκ ἐλάσσονος ἢ Μαιάνδρου, τῷ οὔνομα τυγχάνει ἐὸν Καταρρήκτης, ὃς ἐξ αὐτῆς τῆς ἀγορῆς τῆς Κελαινέων ἀνατέλλων ἐς τὸν Μαίανδρον ἐκδιδοῖ. *Pervenerunt Celænas, ubi Mæandri amnis fontes erumpunt, & alterius fluvii Mæandro non minoris Catarractæ nomine, qui ex ipſo Celænarum foro ſcaturiens in Mæandrum influit.* Vide & Plutarchum de fluviis, & Vibium Sequeſtrem, & doctiſſimi Caſauboni notas in Strabonem lib. 12. ubi id ipſum multis probatur.

Proinde aut Sibyllæ oraculis fides eſt abjudicanda, aut agnoſcendum arcam Noæ ad montem Celænis proximum ſubſtitiſſe, ex quo ſcaturiunt amnes notiſſimi Marſya & Mæander. Adeóque ſuſpicor in verſibus quos citavimus,

> Ἔστι δέ τις Φρυγίης ἐπὶ ἠπείροιο μελαίνης
> Ἠλίβατον τανύμηκες ὄρος, Ἀραρὰτ δὲ καλεῖται,

pro μελαίνης legendum eſſe Κελαινῆς, ut ſenſus ſit, montem Ararat eſſe prope *Phrygiam Celænam*: Celænam, id eſt, Celænas per numeri enallagen: quo- *Euſtath. in Dionyſ. verſ. 66.*

modo

modo Maleam & Maleas, Athenam & Athenas, Theben & Thebas, Hieroſolymam & Hieroſolymas, Cyrenem & Cyrenas dicunt, & Heſperidem & Heſperidas. Sic in Solino cap. 40. *Aſiam excipit Phrygia, in quâ Celene.* In Marciano item lib. 6. Geometriæ: *In Phrygiâ Celene &c.* Videtur igitur Sibyllinorum carminum author eodem exemplo ſcripſiſſe, Φρυγίης ἐπὶ ἠπείροιο Κελαινῆς non μελαίνης. En in Polyæni Melantho ſimile mendum lib. 1. Stratagematum: ἐπολέμουν Μελαινῶν περὶ. Μελαιναὶ, χωρίον μεθόριον Ἀττικῆς καὶ Βοιωτίας. Legendum Κελαινῶν & Κελαιναὶ, ut rectè monet magnus Caſaubonus. Neque enim *Melene*, ſed *Celene* erant in Bœotiæ & Atticæ confinio. Scholiaſtes Ariſtophanis Acharn. Act. 1. Scena 4. πόλεμος ἦν Ἀθηναίοις πρὸς Βοιωτοὺς περὶ Κελαινῶν, ὃ ἦν χωρίον ἐν μεθορίοις. Ita etiam Suidas & Phavorinus vocibus Ἀπατούρια & Κελαιναί. Non diffiteor tamen in Sibyllino carmine receptam lectionem Φρυγίης μελαίνης poſſe ferri, ut Phrygia nigra dicatur reſpectu partis illius, quam Græci Κατακεκαυμένην, id eſt, exuſtam nominant. Illa enim eſt, Strabone teſte lib. 18. μέλαινα ὡς ἐξ ἐπικαύσεως, *nigra tanquam ex aduſtione.* Utut legas, mihi & aliis, quorum judicio multum tribuo, hæc Sibyllarum Oracula multis nominibus pridem fuere ſuſpecta, adeóque in hoc ipſo argumento de quo agitur. Nam, ut cetera taceam, Sibylla Noæ σύγχρονος quomodo meminit Marſyæ amnis? cum Marſyas, unde amni nomen, vixerit poſt Regem Midam, à quo idem amnis ante Marſyam vocabatur Midæ fons; ut ſcribunt Plutarchus de fluminibus, & Euſtathius in Dionyſium Periegetem.

2. Montem Ararat valde veriſimile eſt unum eſſe è celſiſſimis, quia eum in eo ſubſtitiſſet arca ſeptimi menſis die XVII. aquis ab illo tempore ſubinde decreſcentibus, vicinorum montium vertices non apparuerunt ante menſem decimum; Gen. 8: 4, 5. Neque verò poteſt negari, quod Juſtini lib. 2. Scythæ aſſerunt, *ſi omnes quondam terra ſummerſa profundo fuerunt, profectò editiſſimam quamque partem decurrentibus aquis prius detectam.* At locus prope Celenas unde Marſyas oritur, ne mons quidem eſt, ſed collis aut tumulus. Λόφον Greci appellant, id eſt, γῆς αὐχένα, terræ apicem & criſtam. Strabo lib. 12. de Mæandro: Ἄρχεται δὲ ἀπὸ Κελαινῶν λόφου τινός, ἐν ᾧ πόλις ἦν ὁμώνυμος τῷ λόφῳ, *incipit a Celænarum apice quodam, in quo urbs eſt apicis cognominis.* Ita in Ptolemæo legitur; Κελαινὲς λόφος *Celænus apex.* Et in Stephano; ὁ λόφος ἐν ᾧ ἐτάφη Μαρσύας, *apicis in quo ſepultus Marſyas.* Id à Monte quid differat, harum rerum periti ſciunt. Proinde tumulum illum perſonata Sibylla deſcribit tanquam ἠλίβατον τανύμηκες ὄρος *montem arduum & extenſum*, non quòd ſit reverà talis, ſed ut ſcenæ ſubſerviat. 3. Hoc præcipuum, quòd totum iter è Phrygiâ in Babyloniam eſt ab occaſu in ortum: At qui ex arcâ exceſſerant profecti leguntur ex oriente, ut irent in terram *Senhar* ſeu Babyloniæ. Gen. 11: 2.

Ptol. lib. 5. cap. 3. Steph. in Πισσινοῦς.

Sed bene eſt, quòd patent fontes erroris, quos lectori jam aperiam. Prope Celænas vel à Seleuco vel ab Antiocho Sotere ad amnem Marſyam condita eſt urbs Apamia in quam Celænarum incolæ migraverunt. Strabo ubi de Celenis lib. 12. ἐντεῦθεν δ' ἀναστήσας τοὺς ἀνθρώπους ὁ Σωτὴρ Ἀντίοχος εἰς τὴν νῦν Ἀπάμειαν τῆς μητρὸς ἐπώνυμον τὴν πόλιν ἀπέδειξεν Ἀπάμας. *Inde cum tranſtuliſſet homines Antiochus Soter in eam, quæ nunc Apamia dicitur, urbem Apamæ matri cognominem conſtituit.* Livius lib. 38. *Migratum inde haud procul veteribus Celænis, novaque urbi Apamea nomen inditum ab Apameâ ſorore Seleuci Regis.* Inde eſt quod nonnulli Veterum promiſcuè ſumunt Apamiam & Celænas. Plinius lib. 5. cap. 29. *Tertius Apamiam vadit, ante appellatam Celænas.* Solinus cap. 40. *Aſiam excipit Phrygia, in quâ Celane, quæ antiquato priori nomine in Apamiam tranſiit.* Marcianus lib. 6. *In Phrygiâ Celane antea, in Apamiam commutatâ.* Huic porro Apamiæ cognomen erat Κιβωτὸς, id eſt, arca. Strabo Ἀπάμεια ἡ Κιβωτὸς λεγομένη, *Apamia quæ Cibotos dicitur.* Idem μέχρι Ἀπολλωνιάδος τῆς πρὸς Ἀπαμείᾳ τῇ Κιβωτῷ. Ptolemęus, Ἀπάμεια Κιβοτὸς lege Κιβωτός. Tabula Peutingeri: *Apamea Ciboto.* Plinius ubi ſuprà: *Tertius Apameam vadit, antè appellatam Celænas, deinde Ciboton.* Itaque aut vehementer fallor, aut Κιβωτὸν, id eſt, arcam, ibi locorum ſubſtitiſſe ex hoc cognomine collegit atque aliis perſuaderi voluit ſpurius ſcriptor, cujus verba ſunt:

Strab. l. 12.

Ptol. lib. 5.

> Ἔνθα φλέβες μεγάλου ποταμοῦ Μαρσύου πεφύκαν,
> Τῶ δὲ Κιβωτὸς ἔμεινεν ἐν ὑψηλοῖο καρήνῳ.
> *Marſya magnus ubi ſe prodit origine primâ,*
> *Montis in excelſi ſummo capite arca reſedit.*

Sed fallacia hæc fuit à non cauſa ut cauſa. Neque enim neceſſe eſt ideò dictam Κιβωτὸν, quia ibi reſedit arca. Aliæ potuerunt ſubeſſe cauſæ. Claudebatur in arcæ modum à tribus fluviis illam ambientibus. Plinius, *Sita eſt in radice montis Signia circumfuſa Marſyâ, Obrimâ, Orgâ, fluminibus in Mæandrum cadentibus.* Sic Alexandriæ portus ab ambiente ſinu dicebatur Κιβωτός. Aliud aſſert vir magnus in Solinum dictam fuiſſe *Ciboton*, quia Strabone teſte emporium erat proximæ poſt Epheſum dignitatis, & commune Italiæ & Greciæ ὑποδόχειον. Nomine montium Ararat Joſephus filius Gorjon videtur Iberiam intelligere, & Scythiæ quicquid eſt ab Armeniâ & Caucaſiis portis uſque ad Tanaim & Męotides paludes, cum dicit l. 6. c. 96. ויהי עם אחר מעם ארץ הרי ארדט ושם הגוי ההוא אלאן והם היו סגורים מסביב אחרי ההרים כי סגר עליהם אלכסנדרוס מוקדון המלך הגדול בבריחי ברזל ובבנין חזק במבוא הרים המקיפים את ארצם. *Et è populis terra montium Ararat, unus fuit Alanus nomine. Hi undequaque clauſi erant à tergo montium; quia illos concluſerat Alexander Macedo magnus ille Rex clauſtris ferreis, & arce munitiſſimâ in aditu montium qui terram illorum ambiunt.* Vides, lector, montes Ararat à Caucaſiis portis in Armeniæ & Iberiæ confiniis extendi uſque ad Alanos, quos verus Joſephus, unde hęc ſumpta ſunt, Scythas fuiſſe teſtatur, & habitaſſe περὶ τὸν Τάναϊν καὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην. Ita etiam Hegeſippus, *incolebant Scythicum Tanaim, finitimaque ejus & Mæotides paludes*, id eſt, ex uſu Scripturæ, terram Gog & Magog, non terram aut montes Ararat. Neque aliter Claudianus in Rufinum lib. 1.

Plin. lib. 5. c. 29.

Strab. lib. 17.

De bello Jud. lib. 7. cap. 27. De excid. Jeruſ. l. 5. cap. 50.

> —— *patriumque bibens Mæotin Alanus.*

Communis ſententia hęc eſt, Ararat eſſe Armeniam. Itaque hoc ipſo loco, Gen. 8: 4. pro montibus Ararat Vulgatus Interpres habet *montes Armeniæ.* Et in Jerem. 51: 28. Theodoretus Ararat vocari ſcribit Armeniam, Ἀραρὰτ τὴν Ἀρμενίαν καλεῖ. Et Eſa. 37: 38. Gręci Interpretes habent διεσώθησαν εἰς Ἀρμενίαν, ut Vulgatus 4. Reg. 19: 37. *fugeruntque in terram Armeniorum*, pro Hebręis נמלטו ארץ אררט *effugerunt in terram Ararat.* Quam verſionem eſſe optimam apparebit conferenti locum Eſaiæ cum Beroſo, qui hic habet, εἰς τὴν Ἀρμενίαν ἀπῆραν, *in Armeniam profecti ſunt.* Utrobique agitur de Sennacheribi filiis, qui Sennacheribo patre interfectò coacti ſunt ſolum vertere. Beroſi eâ de re fragmentum inſigne, & cum ſacrâ hiſtoriâ mirè conſonum lege apud Joſephum Antiquitatum lib. 10. cap. 2.

Itaque arcam in Armeniâ ſubſtitiſſe plerique volunt. Sic apud Abydenum, Xiſuthrus, id eſt, Noa, ut diluvium effugeret, ex Aſſyriâ ἐπ' Ἀρμενίας ἀνάπλει *ad Armenios navigavit.* Et Melo vetus author qui ſcripſit τὴν συσκευὴν τὴν κατὰ Ἰουδαίων, inter cetera narrat, μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας ἀπελθεῖν τὸν περιλειφθέντα ἄνθρωπον μετὰ τῶν υἱῶν. *Poſt diluvium ex Armeniâ ex-*

v. Cyrill. in Julian. lib. 1. Et Euſeb. lib. 9. Præpar.

niâ ex;

Digitized by Google


EDENIS
Seu
PARADISI
TERRESTRIS
SITUS
MARE PONTI EVXINI
Phasis
COLCHIS חלח Chalach . 2 reg. 17-6. Colchis et Calacene, quo Tranſportata Pars exulum Iſraelitarū Peruenit Superatis Euphratis faucibus 4 Eſd. 13-40
Phasis ﬂ.
Trapezus
ARMENIA MINOR
Euphratis Scaturigo
ARMENIA
MAIOR
Tigris Scaturigo
Niphates Mons
ASSYRIA
Cedim a Kesed Nachor gen. 22.
Nisibis
MESOPOTAMIA
Carra
Chaboras ﬂ.
Aphadana
Arbela
Lycus ﬂ.
Mousal
Euphrates
Sannaar Reg.
Babylon
Vra Plin.
Regio Chauila Cuius incolæ Chaulotæi Straboni
ARABIA DESERTA
SYRIA
EDENIS REGIO
Sinus Perſicus
Pars Arabiæ Fælicis

niâ exceſſiſſe hominem qui cum filiis ſuis evaſerat. Et Beroſum aſſerit Joſephus ſcripſiſſe de arcâ in quâ Noa ſervatus eſt, προσενεχθείσης αὐτῆς ταῖς ἀκρωρείαις τῶν Ἀρμενίων ὀρῶν *Cum ea appuliſſet ad Armeniorum montium juga.* Neque aliter ſentiunt noſtri ſcriptores: Euſtathius Antiochenus; ἡ δὲ κιβωτὸς ἀνυψωθεῖσα ὑπὸ τοῦ ὕδατος εἰς ἄκραν τινὰ ὄρους τὴν κατὰ τὴν Ἀρμενίαν ἔστη. *Arca ab aquis ſublata ſtetit in ſummitate cujuſdam montis qui eſt in Armeniâ.* Chryſoſtomus in Orat. de perfectâ charitate: οὐχὶ καὶ τὰ ὄρη μαρτυρεῖ τῆς Ἀρμενίας, ἔνθα ἡ κιβωτὸς ἱδρύθη, οὐχὶ καὶ τὰ λείψανα αὐτῆς ἕως νῦν ἐκεῖ σώζεται πρὸς ἡμετέραν ὑπόμνησιν; *Nunquid etiamnum* (de diluvio) *montes Armeniæ teſtantur ubi conſtitit arca, nonne hodieque ibi ſervantur ejus reliquiæ ad noſtram commonefactionem?* Aratus lib. 4.

In Hexam. pag. 49.

Armeniæ celſis inſtabat montibus arca.

Iſidorus Orig. lib. 14. cap. 8. *Ararat mons Armeniæ in quo arcam hiſtoriæ poſt diluvium reſediſſe teſtantur.* Haitho Armenus cap. 9. *In Armeniâ eſt altior mons quam ſit in toto orbe terrarum, qui Arath* (lege Ararat) *vulgariter nuncupatur; & in cacumine illius montis arca Noa poſt diluvium primò ſtetit.* Idem ſcribunt multo plures, quos hîc proferre longum eſſet. Et *Ariarathis* nomen in Armeniâ minori notiſſimum fuit: unde *Ariarathea* lacus famis apud Conſtantinum Porphyrog. Proinde cùm in Theophilo Antiocheno leguntur arcæ reliquiæ hodieque ſupereſſe ἐν τοῖς Ἀραβικοῖς ὄρεσι, *In Arabicis montibus*, fortè legendum Ἀρμενιακοῖς vel Ἀρμενίοις; quanquam non deſint, qui Arabiam uſque ad vicina Armeniæ loca extendant. In his Xenophon qui Arabiæ Meſopotamiam accenſet lib. 1. Anabaſeos. Et Plinius, qui Euphratem Arabiam lævâ, dextrâque Comagenem diſterminare dicit; Arabiam, id eſt, Meſopotamiæ partem Armeniæ proximam. Eum Plinii locum mihi indicavit vir doctiſſimus atque humaniſſimus Dn. de Grantemeſnil, qui literas cum armis non credidit eſſe ἀσυμβάτους, nec ſe abduci paſſus eſt communi noſtrorum Nobilium errore.

Ad Autolycum lib. 3.

Plin. l. 5. cap. 24.

Supereſt, ut doceamus in quo Armeniæ loco ſteterit arca. Duæ ſunt ſententiæ, una Hieronymi qui ſtetiſſe vult circa Araxenam. *Ararat*, inquit, *regio in Armenia campeſtris eſt, per quam Araxes fluit, incredibilis ubertatis, ad radices Tauri montis qui uſque illuc extenditur. Ergo & arca in quâ liberatus eſt Noa cum liberis ſuis, ceſſante diluvio, non ad montes generaliter Armeniæ delata eſt, quæ appellatur Ararat, ſed ad montes Tauri altiſſimos qui Ararat imminent campis.* Id ſequutus Guillelmus de Rubruquis cap. 49. Itinerarii Tartariæ, quam S. Ludovici Galliarum regis mandato peragravit ante annos ferè quadringentos, aſſerit *Araxi & Naxuanæ* (urbi ad Araxem ex Ptolemæo notiſſimæ) *duos imminere montes, Meſſis nomine, in quibus arca reſedit; & Cemainum oppidum ab octo illis ibi conditum qui ex arcâ exiverunt, idque patere ex ipſo nomine quo octo ſignificantur.* Nempe *Cemainum* alludit ad Hebr. שמן *ſemen* octo.

Altera ſententia, cui accedo libentius, quia plures habet aſſertores, & in his quoſdam Hieronymo longè vetuſtiores, arcæ Noæ locum metatur in Gordyæorum montibus, qui iidem Carduchi dicuntur, Cardiei, Cordyæi, Cordueni, Gordi, Cordæi, Curdi, &c. Ut & variè ſcribitur montis nomen *Kardu, Cardon, Kurud, Kardynus, Cordyæus, &c.* Agmen ducit Beroſus, Beli ſacerdos, Alexandro Magno æqualis, qui poſt enarratam diluvii hiſtoriam hæc ſubjungit: Λέγεται δὲ καὶ τοῦ πλοίου ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῶν Κορδυαίων ἔτι μέρος τι εἶναι, καὶ κομίζειν τινὰς τῆς ἀσφάλτου ἀφαιροῦντας. χρῶνται δὲ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι τῷ κομιζομένῳ πρὸς ἀποτροπιασμούς. *Fertur autem etiam nunc navigii pars aliqua ſupereſſe in Armenia in monte Gordyæorum, & quoſdam inde auferre bitumine eraſo: eo autem ablato utuntur homines pro amuleto.*

Apud Joſeph. Ant. lib. 1. c. 4.

Nec multo aliter Alexander Polyhiſtor, niſi quòd hos Armeniæ montes pro Gordyæis Corcyræos appellat: quomodo vocaſſe credo locorum incolas, quorum lingua, Strabone teſte, partim erat Arabica, quia Arabicè קרקור *Korcur eſt navis prælonga, navis magna.* Vide Giggeium tom. 3. p. 1142. Ergo hinc Corcyræi meritò dicti montes in quibus magna illa navis, id eſt, arca Noæ ſubſtitit. Polyhiſtoris verba ſunt: τοῦ δὲ πλοίου τούτου καταχλιθέντος ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ, μέρος τι * . . . . . . ἐν τοῖς Κορκυραίων ὄρεσι τῆς Ἀρμενίας διαμένειν, καί τινας ἀπὸ τοῦ πλοίου κομίζειν ἀποξύοντας ἄσφαλτον. χρᾶσθαι δὲ αὐτῇ πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς.

In Euſeb. Chron. lib. 1. c. 8.

* fortè [illegible]

Idem ſequitur è ſacri textus Paraphraſtis Chaldæus Interpres vetuſtiſſimus Jonathan, cujus verba ſunt, Gen. 8: 4. *Et quievit arca menſe ſeptimo, is fuit menſis Niſan, decimâ ſeptimâ die menſis* על טורי דקרדון *ſuper montes Kardon.* Hactenus verus Jonathan. Nam quod ſequitur de duobus montibus, *uno Kardania nomine, altero Armeniâ, in quo condita ſit urbs Armeniæ ad terram Orientis*, nugæ ſunt nugaciſſimæ à futili aliquo magiſtello conſarcinatæ, qui paraphraſim alioqui nobilem & bonæ frugis commentis ſuis conſpurcavit. Ita etiam Onkelos: *Quievit arca &c.* על טורי קרדו *ſuper montes Kardu:* Et Arabs Erpenianus על גבאל אלקרוד *ſuper montes Kurud*, id eſt, Cordyæorum.

Sed & è Patrum choro id ipſum ſcribit Epiphanius adverſus Hæreſes lib. 1. tom. 1. §. 4. Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν ἐπιστάσης τῆς λάρνακος τοῦ Νῶε ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἀραράτ, ἀνάμεσον Ἀρμενίων καὶ Καρδυαίων ἐν τῷ Λουβὰρ ὄρει καλουμένῳ. *Poſt diluvium cùm arca Noa conſtitiſſet in montibus Ararat inter Armenios & Cardyæos in monte Lubar dicto.* Et in Hæreſi 18. quæ eſt Nazaræorum; ὅτι καὶ δεῦρο τὰ λείψανα τῆς τοῦ Νῶε λάρνακος δείκνυται ἐν τῇ Καρδυαίων χώρᾳ. *Huc uſque reliquiæ arcæ Noæ oſtenduntur in Cardyæorum regione.*

Concinunt Arabum hiſtorici. Georgius Elmacinus hiſtoriæ Saracenicæ lib. 1. c. 1. *Heraclius deinde abiit* פי קריה תמנין *in pagum Thſemaninum* * *quem extruxit Noa, ſuper quem pax, poſtquam ex arca egreſſus eſt, & aſcendit* אלי גבל גודי *ad montem Gudi* (lege גרדי *Gordi*) *& vidit locum arcæ qui eminet ſupra omnem illam regionem; eſt enim valde excelſus.* Et Geographus Nubienſis ſextâ parte Climatis quarti. *Mons* ימנין *Jemanim* (lege תמנין *Themanim*) *idem qui* אלגודי *Algode* (lege אלגרדי *Algordi*, id eſt, *Gordyæus*) *in quo requievit navis illa, navis Noa cui pax.* Pagum *Themanin, id eſt,* τῶν ὀκτὼ, ab illis octo qui ex arcâ exiverant, etiam Græci memorant. Agathias edit. Vulcanii lib. 4. pag. 135. ἀμφὶ τὰ Καρδούχια ὄρη εἰς κώμην Θαμανῶν. *Circa Carduchios montes ad pagum Thamanorum.*

* Arabicè תמאן octo. Itaque pago nomen ab octo illis qui ex arcâ exierunt.

Hi omnes in id conſentiunt arcam Noæ quieviſſe ſuper montes Gordyæorum. Sed de illorum montium ſitu non convenit inter ſcriptores. Ptolemæus Gordenen & Gordiæos montes ponit circa fontes Tigridis, & Carduchos circa Cyrum fluvium, inter Caduſios & Martianam paludem, tanquam populos diverſos à Gordiæis. Certum tamen eſt Carduchos ad Tigrim habitaſſe, non quidem ad fontes, ſed in Armeniæ & Aſſyriæ vel Adiabenes confiniis, & ab his non diſtingui Cordyæos ſeu Gordyæos. Plinius lib. 6. cap. 13. *Adiabenis connectuntur Carduchi quondam dicti, nunc Corduen̄i, præfluente Tigri.* Et cap. 27. *Tigris ex Armeniâ acceptis fluminibus claris, &c. luſtratis montibus Gordyæorum, &c.* Xenophon qui loca peragravit lib. 4. Anabas. Τὰ Καρδούχια ὄρη ἀπότομα ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ ἐκρέματο, *Carduchi montes prærupti ipſi fluvio imminent*, nempe Pigreti ſeu Tigridi. Et rurſus: ἤκουσε γὰρ τῶν αἰχμαλώτων, ὅτι εἰ διέλθοιεν τὰ Καρδούχια ὄρη, ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ τὰς πηγὰς τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ, ἢ μὲν βούλονται, διαβήσονται. *A captivis enim audiverant, ſe Carduchiis montibus ſuperatis in Ar-*

meniâ Pygretis (Tigridis) *fluvii fontes ſi vellent trajecturos.* Strab. lib. 16. de Tigri: ἐπὶ πολὺ δ᾽ ἐνεχθεὶς ἀφανὴς ἀνίσχει πάλιν οὐ πολὺ ἄπωθεν τῆς Γορδυαίας. *Diu ita lapſus ut videri non poſſit, rurſus exoritur non procul à Gordyæis.* Item: πρὸς δὲ τῷ Τίγρει τὰ τῶν Παρθυαίων χωρία, ἃς οἱ πάλαι Καρδούχους ἔλεγον. *Ad Tigrim ſunt Parthorum loca quos Veteres Carduchos appellabant.* Hinc in Procopio, *Ararat*, (id eſt, mons Gordyęus) *medius inter Armeniam & Parthiam excurrit verſus Adiabenam.* Dion in Trajano, cum narrat è Niſibi magno labore materiam convehi juſſiſſe ad Tigrim fluvium, unde pontem ſtrueret quo trajiceret in Adiabenem κατὰ τὸ Κάρδυνον ὄρος, *prope montem Kardynon* ſeu Gordyęum.

Procop. in Goth. [sidenote: *Procop. in Geneſ.*]

Hoc præcipuum, quòd in eo ipſo loco, quem Gordyęorum montibus aſſignant tot Veterum teſtimonia, etiam arcæ reliquias fuiſſe docent Arabes & Hebręi ſcriptores; quod probare eſt in proclivi. Moſal eſt hodieque Meſopotamię urbs ampliſſima Tigri adjacens, è regione loci in quo ſita erat Ninive. Ab hâc Geographus Arabs deſcribens iter Amidam, oppidum ex Ammiano & Procopio notiſſimum, quod à Gordyæis Tigris dividit, *A Moſal*, inquit, *ad urbem Balad ſunt* XXI. *millia &c. Et a Balad ad inſulam filii Omar* LXIX. *millia. Ea adjacet montibus Jemanin* (lege Thſemanin) *Et Maſirin & Kilſabur. Ex quâ montium ſerie eſt mons Gods* (lege Gordi) *Amida imminens è regione propugnaculorum. Qui mons Jemanin* (Thſemanin) *idem qui Gods* (Gordi) *in quo requievit navis illa, navis Noa cui pax.* Ita Benjamin Judæus ſcribit ſe Niſibi profectum biduo veniſſe לגזיר בן עמר והיא בתוך נהר חדקל לרגלי הרי אררט מהלך ד׳ מילין למקום שנחה שם תבת נח, *ad inſulam filii Omar, quæ eſt in medio Tigride, ad radices montium Ararat; unde quatuor diſtat millibus locus in quo requievit arca Noa.* Addit Omarem Alcitabi filium arcæ reliquias ex illo monte in inſulam tranſtuliſſe, & fabricaſſe ex illis templum quoddam Mahumetanum.

[sidenotes: *Clim. 4. part. 6.* — *Itiner. p. 61.*]

Video eſſe viros doctos qui ab his diſſentire Joſephum putant, cùm arcæ reliquias oſtendi dicit in regione Καρρῶν *Caron*, quam Adiabenes Rex Monobazus dedit Izati filio: χώραν, inquit, δίδωσι Καρρῶν λεγομένην. Φέρει δὲ ἡ γῆ πλεῖστον τὸ ἄμωμον ἀγαθόν. Ἔστι δὲ αὐτῇ καὶ τὰ λείψανα τῆς λάρνακος, ἐν ᾗ Νῶχον ἐκ τῆς ἐπομβρίας διασεσῶσθαι λόγος ἔχει, καὶ μέχρι νῦν ταῦτα τοῖς ἰδεῖν βουλομένοις ἐπιδείκνυται. *Regionem dedit Caron dictam: Ea autem eſt terra amomi feraciſſima. Ibi etiam ſunt arcæ illius reliquiæ, in quâ Noa diluvium evaſiſſe fertur, & hodieque oſtenduntur videre volentibus.* Sed mirum ni Joſephi Καρρῶν corruptum ſit ex Chaldęo קרדון *Kardon*, quo utitur Jonathan, unde Dionis Κάρδυνον ὄρος. Idem certè ſolum deſcribi docet Adiabenes vicinia, & amomi feracitas, cujus proventu Corduene potiſſimùm inſignis eſt. Strabo lib. 16. Ἔστι γὰρ εὔβοτος ἡ χώρα καὶ ὑπερφυής, ὥστε καὶ τὰ ἀειθαλῆ τρέφειν, καὶ ἄρωμα τὸ ἄμωμον. *Regio paſcuis læta eſt & germinibus, adeòque fert etiam quæ ſemper virent, & aroma amomum.* Philargyrius in hæc verba *Odor cæni gravis*, Georg. lib. 4. *Odor gravis, quia & levis dicitur, ut Salluſtius: Apud Cordnenos amomum, & alii leves odores gignuntur.* Inde eſt quod amomum modò Armenium dicitur, ut in Dioſcoride, Plinio, Avicennâ, &c. modò Aſſyrium, ut in Virgilio,

[sidenote: *Antiq. lib. 20, cap. 2.*]

—— *Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.*

Et in Statio.

—— *Aſſyrio manantes gramine ſuccos.*

Et Silii lib. 11.

Nec crinem Aſſyrio perfundere pugnet amomo.

[sidenotes: *Eclog. 4.* — *Sylv. l. 2. In Epiced. Prileti Urſi.*]

Nempe inter Aſſyriam & Armeniam Corduene ita media eſt, ut modò huic modò illi adſcribatur.

Jam queri poteſt non immerito quid Minyadis nomine ſignificatum voluerit Nicolaus Damaſcenus, cùm arcæ locum definit in hęc verba: Ἔστιν ὑπὲρ τὴν Μινυάδα μέγα ὄρος κατὰ τὴν Ἀρμενίαν, Βάρις λεγόμενον, εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ λόγος ἔχει περισωθῆναι. Καί τινα ἐπὶ λάρνακος ὀχούμενον, ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν ὀκεῖλαι, καὶ τὰ λείψανα τῶν ξύλων ἐπὶ πολὺ σωθῆναι. *Eſt ſuper Minyadem ingens in Armeniâ mons Baris dictus, in quo fama eſt evaſiſſe ex diluvio multos, unum verò in arcâ vectum ad verticem appuliſſe, & lignorum reliquias ibi diu ſervatas.* Fallor, an ibi *Minyas* eſt Hebręorum מני *Mini* vel *Minni* regio, quam cum Ararat, id eſt, Corduene, nominat Jeremias cap. 51. verſ. 27. ubi de Babylone: *Convocate*, inquit, *contra eam regna Ararat, Minni & Aſcenaz.* Pro מני Chaldæus habet הרמיני *Armeniam*, hic & Micheæ 7: 12. Neque fortaſſe id malè, ſaltem in Jeremiâ. Videtur enim Armeniæ vox conflata eſſe ex הר־מני *Harmini*, id eſt, mons *Mini*, ſive montana Minyadis. Quam Armeniæ partem fuiſſe ſuſpicor Gordyæinæ proximam, à quâ deinceps tota Armenia appellationem traxerit. Hujus aut huic ſimillimæ compoſitionis veſtigia Veteres ſe deprehendiſſe putarunt in his verbis, Amos 4: 3. והשלכתנה ההרמונה, quæ Jonathan ita exponit, ויגלון יתהון להלאה מן טורי הרמיני *& deportabunt eos ultra montes Armeniæ*, quomodo & alii. Theodoretus: ἀπορριφήσεσθε εἰς τὸ ὄρος τὸ Ἀρμανα, &c. ὁ δὲ Σύμμαχος τὸ Ἀρμανὰ Ἀρμενίαν ἡρμήνευσεν. Ὁ δὲ Θεοδοτίων, ὑψηλὸν ὄρος. Hieronymus: *Et projiciemini, inquit, in locis Armeniæ quæ vocantur Armona. Denique Symmachus ita interpretatus eſt: Et projiciemini in Armeniâ. Pro quibus* LXX. *montem Remman: Aquila montem Armona; Theodotio montem Mona. Quinta autem editio excelſum montem tranſtulerunt.* Vides pleroſque interpretes hanc vocem ſic interpretari, quaſi ſit compoſita ex הר & רמן vel מנה. Quid ſi מונה *Mona* מני *Mini* & *Minyas* idem ſint?

De cætero nos latet cur Baris vocetur ille mons in quo ſubſtitit arca. An à Græcis inditum nomen, apud quos βάρις barbari navigii genus eſt? Aut ab Armeniis qui Deam coluerunt hujus nominis? Strabo lib. 11. in Armeniæ deſcriptione. Ὁ Ἄβος ἐγγὺς ἐστὶ τῆς ὁδοῦ τῆς εἰς Ἐκβάτανα φερούσης, παρὰ τὸ τῆς Βάριδος νεών. *Abus mons eſt prope viam quâ itur Ecbatana, præter Baridis deæ templum.* An denique *Baris* dictus eſt ab Hebræo deflexa voce? Quia in illo ipſo monte Deus ברית *berith*, id eſt, fœdus contraxit, non tam cum Noâ quàm cum hominum genere univerſo, iride datâ in ſignum fœderis. Unde eſt quod in hiſtoriâ exitus Noæ ex arcâ vox *berith* ſeu fœderis ſepties repetitur. Eſt & quarta conjectura his fortaſſe vero propior. Ἀποβατήριον, inquit Joſephus, τὸν τόπον τοῦτον Ἀρμένιοι καλοῦσι. Et Euſtathius Antiochenus: καὶ τὸν τόπον ἔτι καὶ νῦν ἐκεῖνοι ἀποβατήριον οἱ ἐπιχώριοι προσαγορεύουσι. Idem ferè legitur in Euſebio de locis; quod Hieronymus ita tranſtulit: *Nunc locum Armenii exitum vel egreſſum vocant*, nempe ex arcâ vel nave in quâ Noa cum ſuis fuerat incluſus, quandiu duravit diluvium. Id enim propriè Gręcis ἀποβατήριον. Quam vocem eſſe Armeniam viri docti qui ſcribunt toto cœlo aberrant. Neque id voluit Joſephus; ſed Armenios ſuâ linguâ vocaſſe locum eo nomine quod Græcè tranſlatum ἀποβατήριον ſonat. Armenium porro illud nomen videtur fuiſſe *baris* vel *bariz*, id eſt, exitus. Sic ex Arabicâ linguâ interpretor, quâ ברז *baraza* eſt exire foras, & ברוז *baruz* vel בריז exitus. Nihil frequentius in Avicennâ; occurrit & in Alcorano paſſim. Vide Abrahami Suratam & Avicennam Arab. p. 9. & 23. & 45. Arabes jam diximus ad Meſopotamiam uſque penetraſſe & Armeniis vicina loca. Quin ſcribit Strabo τὸ τῶν Ἀρμενίων ἔθνος, καὶ τὸ τῶν Σύρων, καὶ τῶν Ἀράβων, πολλὴν ὁμοφυλίαν ἐμφαίνει κατά τε τὴν διάλεκτον, καὶ τοὺς βίους, καὶ τῶν σωμάτων χαρακτῆρας. *Armeniorum, Syrorum & Arabum gen-*

[sidenotes: *Gen. cap. 9. verſ. 9. 11. 12. 13. 15. 16. 17.* — *Lib. 1. p. 41.*]

bum gen-

bum gentes multum præ ſe ferre cognationis, ſermone, victû, & corporum formâ. Inde eſt quod Polyæni libro 4. Eumenes ἐπιστολὴν προσενέγκας ὡς παρὰ Ὀρόντου σατράπου τῆς Ἀρμενίας γεγραμμένην Συρίοις γράμμασι. *Epiſtolam protulit quaſi ab Oronte Armeniæ Satrapa Syriacis literis ſcriptam.* Armenis nempe & Syris, propter linguæ viciniam, communes erant literæ. Quod ideò hic obſervo, ne quis Armenia vocabula ex Arabiſmo putet abſurdè peti.

Miſcellan. l. 1. cap. 4. Si Fullero credimus, ad *Barin* alludit *Lubar* ejuſdem montis nomen apud Epiphanium: *Imbarus* item vel *Nibarus* in Strabone, Armeniæ mons ab Abo monte ad Mediam uſque protenſus. Sed *Imbarus* vel *Nibarus* cum *Bari* vel *Lubari* mons idem eſſe non poteſt, quia repugnat ſitus.

Theodoretus Eſaiæ locum exponens de urbe Babylonis, *Tu autem dixeras in mente tuâ, in cœlum conſcendam*, Eſ. 14: 13. obſervat ad Aquilonem Aſſyriæ montem eſſe, omnium in terris altiſſimum, per quem ſperaverat ille rex ſe in cœlum eſſe aſcenſurum. Ὄρος, inquit, ὑψηλὸν εἶναι λέγεται βοῤῥᾶθεν Ἀσσυρίων καὶ Μήδων, ἀπὸ τούτων τὰ Σκυθικὰ διορίζον ἔθνη, πάντων τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ὀρῶν ὑψηλότατον, δι' ἐκείνου πάντως ὑπέλαβεν, ὡς εἰκὸς, τῆς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνόδου καταστοχάσασθαι. Ego in tantâ locorum notitiâ vix crediderim Babyloniæ regem id habuiſſe in animo, nec puto tale quicquam ex Scripturâ poſſe elici. Tantùm accipio quod habet Theodoretus, omnium eſſe celſiſſimum montem quo Aſſyria terminatur ab Aquilone; id eſt, montem Gordyæorum, in quo ſubſtitit arca Noæ.

CAPUT IV.

Ubi ante Diluvium vixerit Noa & arcam fabricaverit.

PRimi homines circa Babylonem, ubi Paradiſus terreſtris, & Aſſyriam, ubi Ararat. Arca in Aſſyriâ fabricata, unde Oceanus a meridie erumpens, & venti Auſtrales in Armeniam impulêre. Chaldæos ſcriptores ita teſtari. Sippara unde dicantur. Lignum Gopher, ex quo arca, eſſe cupreſſum. Nullum lignum firmius. Epheſini templi valvæ è cupreſſu. Et eorum ſarcophagi qui pro patriâ occubuerant. Et ſceptrum Jovis. Ex eadem materiâ naves ſolêre fabricari: in Babyloniâ maximè & Aſſyriâ, ubi nulla alia materies. Gopher fortè locus idem qui Straboni ὁ Κυπαρισσών.

Jam videndum an aliquâ conjecturâ poſſimus aſſequi in quibus terris ante Diluvium vixerit Noa & arcam fabricaverit. In genere primos homines circa Babylonem & Aſſyriam habitaſſe tam ex Paradiſi deſcriptione colligitur, quàm ex eo, quod Moſes disertè aſſerit arcam ſubſtitiſſe in montibus Ararat, id eſt, Gordyæis prope Aſſyriam; unde ſequitur eam alicubi in viciniâ fabricatam. Neque enim veriſimile eſt machinam tantæ molis, formæ quadrangularis, neque ad motum comparatæ, tam multis animalibus & cibariis gravem, facilè potuiſſe longum iter emetiri. Sed qualecunque illud iter, quod aquis creſcentibus confecit arca; tendebat, ut quidem puto, Septentrionem verſus: cùm quia Oceanus, cujus potiſſimùm eruptione tam Aſſyria quàm Gordyæa obrutæ & demerſæ ſunt, à Meridie ingruebat; tum quia cœlo pluvio ab Auſtro flant plerunque venti. Quod in graphicâ illâ Cataclyſmi deſcriptione Ovidius ita expreſſit:

Protinus Æolius Aquilonem claudit in antris,
Et quæcunque fugant inductas flamina nubes,
Emittitque Notum: madidis Notus advolat alis.

Unde & νότος Græcè dicitur, ſi Gellio credimus, Gell. lib. 2. cap. 22. *quoniam eſt nebuloſus atque humectus, νοτὶς enim Græcè humor nominatur.* Nec deſunt qui Auſtrum quaſi hauſtrum dici putant ab hauriendis aquis. Itaque valde credibile eſt illud navigium fabricaſſe Noam in locis Gordyænæ finitimis Auſtrum verſus, in Aſſyriâ ſcilicet, quæ ad Auſtrum illi proxima eſt.

Neque verò hæc ſententia ſolis nititur conjecturis: cum ei vetuſtiſſimi ſcriptores adſtipulentur, Beroſus ſcilicet, Abydenus, & Polyhiſtor, qui Xiſuthrum vel Siſuthrum illum ſuum, quem ſubſtituunt pro Noâ, ex Aſſyriâ volunt in Armeniam navigâſſe, publicis inſtrumentis Heliopoli depoſitis in Sipparis. V. Euſeb. Gr. Chron. lib. 1. p. 8. Heliopolin in Sipparis Ptolemæus ſimpliciter vocat Σιπφάρα *Sipphara*. Meſopotamiæ eſt oppidum ad Euphratem in orâ Babylonis inter Naardem & Seleuciam. Nomen ex ספריא *Siphraim* factum, id eſt, ex libris & monumentis quæ inibi ſervabantur. Sic in Chananæâ eandem urbem Hebræi appellant קרית־ספר *Kiriath Sepher*, urbem librorum, & Chaldæi קרית־ארכי *Kiriath-arche*, urbem Archivorum, Joſ. 15: 15, 16. & Jud. 1: 11, 12.

Jam quæ ſequitur ratio non parum habet momenti. Arcam fabricare Noa juſſus ex lignis גופר *gopher*. Gen. 6: 14. Porro *gopher* eſſe cupreſſum Fullerus rectè colligit ex ipſâ voce. Miſcell. ſacr. lib. 4. cap. 5. Græcè ſiquidem cupreſſus eſt κυπάρισσος: à quo nomine terminationem ſi demas, κυπὰρ & *gopher* ſono parum diſcrepabunt. Præterea non aliam eſſe materiam cupreſſu firmiorem adverſus cariem & tineas, fere convenit inter ſcriptores. Quo, præter Platonis & Plinii loca, quæ legere eſt apud Fullerum, mirè faciunt hæc Martialis, lib. 6. Epigr. 49.

Sed vivâ generata de cupreſſo;
Quæ nec ſæcula centies peracta,
Nec longæ cariem timet ſenectæ.

Et Epigram. 73.

—— *perpetuâ nunquam moritura cupreſſo.*

Adde ex libro ſecundo Thucydidis λάρνακας κυπαρισσίνας, arcas è cupreſſo fuiſſe, quibus Athenienſes eorum oſſa efferebant qui in bello pro patriâ occubuerant. Nempe, ut habet Scholiaſtes, διὰ τὸ ἄσηπτον εἶναι. *Quia eſt expers putredinis.* Pythagoræi tamen, Hermippo teſte apud Laertium lib. 8. ἀπείχοντο σοροῦ κυπαρισσίνης, διὰ τὸ τὸ Διὸς σκῆπτρον ἐντεῦθεν πεποιῆσθαι, *abſtinebant à ſepulchro cypariſſino, quia Jovis ſceptrum ex hac arbore conſtat.* Quod ipſum non puto Poëtas aliâ de cauſâ finxiſſe, quam quia ligni perennitas videbatur ſignificare Jovis imperium eſſe æternum. Nec omittendus Theophraſti locus inſignis, quo poſt Hiſt. Plant. lib. 5. cap. 5. earum arborum ſeriem, quæ vetuſtatem minimè ſentiunt, hæc addit: τούτων δὲ χρονιώτατα δοκεῖ τὰ κυπαρίττινα εἶναι. τὰ γοῦν ἐν Ἐφέσῳ, ἐξ ὧν αἱ θύραι τοῦ νεὼ τεθησαυρισμέναι, τέτταρας ἔκειντο γενεάς. *Harum autem maximè diuturna videtur eſſe cupreſſina materies, ex quâ fabricatæ templi Epheſini valvæ per quatuor generationes incorruptæ durarunt.* Quod Plinius ex- Lib. 16. cap. 40. preſſiùs: *Valvas eſſe è cupreſſo, & jam quadringentis prope annis durare materiam omnem novæ ſimilem.* Eòdem faciunt hæc Vitruvii lib. 2. cap. 9. de cupreſſu & pinu: *In vetuſtatem ſine vitiis conſervantur, quod is liquor, qui ineſt penitus in corporibus earum, habet amarum ſaporem, qui propter acritudinem non patitur penetrare cariem, neque eas beſtiolas quæ ſunt nocentes. Ideòque quæ ex his generibus opera conſtituuntur permanent ad æternam diuturnitatem.* Proinde idem Vitruvius lib. 7. cap. 3. vult ut camerarum aſſeres ſint maximè cupreſſini, *quod abiegni ab carie & ab vetuſtate celeriter vitiantur.* Itaque nihil proclivius, quàm ut cupreſſina fuiſſe dicatur arcæ materies, cujus reliquias ſuperfuiſſe per plura annorum millia teſtantur ii, quos citavimus, Beroſus, Abydenus, Alexander Polyhiſtor, Nicolaus Damaſcenus, Joſephus, Theophilus & Euſtathius Antiocheni, Euſebius, Epiphanius, Hieronymus, Chryſoſtomus, Iſidorus, Haitho Armenus, Geor-

gius Elmacinus, Geographus Nubienſis, Benjamin Judæus &c.

Sed unum videtur deeſſe ad perfectam probationem; Hanc materiam ad navigia eſſe commodam nullo teſte docet Fullerus, ſi unum verbulum excipias novi & obſcuri ſcriptoris Petri Martyris ab Angleriâ, qui Cretæ ſcribit non tantùm domorum trabes & contignationes, ſed naves etiam è cupreſſu conſtrui. Nempe virum doctum ſugerat Plutarchi locus Sympos. lib. 1. Problem. 2. *Neque naupegus primo collocat Iſthmicam pinum*, ἢ τὴν Κρητικὴν κυπάριττον *aut Creticam cupreſſum.* Et Vegetii lib. 4. c. 34. *Ex cupreſſo ergo & pinu domeſticâ ſive ſylveſtri larice & abiete præcipue liburna contexitur.* Et Theodorici Gothorum regis epiſtola ad Præfectum Abundantium, cui procurationem committens ad faciendos mille dromones quibus frumenta publica convehantur: *Per cunctam*, inquit, *Italiam directis artificibus apta operi ligna perquire. Et ſicubi cupreſſos aut pinos repereris in vicinitate littoris, dato competenti pretio dominis conſulatur.* Hæc de Cretâ & Italiâ. Sic in Phœnice Diodorus, ut probet materiam amplam ſuppetere ad fabricandas naves, Libanum ait circa Tripolim & Byblum & Sidonem refertum eſſe ξύλων κεδρίνων, καὶ πευκίνων, καὶ κυπαρισσίνων θαυμαστῶν τὸ τε κάλλος καὶ μέγεθος. *Lignis cedrinis, & lariceis, & cupreſſinis, ſpecie & magnitudine mirandis.* Et à Platone lib. 4. legum, inter arbores τοῖς ναυπηγοῖς utiles, poſt abietem & laricem nominatur κυπάριττος *cupreſſus.* Eòdem faciunt hæc Theophanis in vitâ Anaſtaſii: *Cum didiciſſet claſſem Saracenorum ab Alexandriâ in Phœnicem properare ad ligna cupreſſina incidenda, eademque ad uſum navium comparanda.*

Caſſiod. Var. lib. 5. Epiſt. 16. — *Lib. 19. pag. 702.* — *V. Baron. ad A. 714.*

Probavi hactenus arcam è cupreſſu fuiſſe fabricatam: id porro nullibi gentium præſtari potuit commodiùs quàm in Aſſyriâ vel Babyloniâ, ubi nulla eſt alia materies unde fabricentur naves. Unde eſt quod claſſis ingens, quam Babylone conſtruxit Alexander, conſtitit ex ſolâ cupreſſo. Arrianus in Alexandro lib. 7. pag. 161. λέγει δὲ ὅτι καὶ ἄλλος αὐτῷ ἐναυπηγεῖτο στόλος, τέμνοντι τὰς κυπαρίσσους τὰς ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ. τούτων γὰρ μόνων τῶν δένδρων εὐπορίαν εἶναι ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἀσσυρίων, τῶν δὲ ἄλλων ὅσα ἐς ναυπηγίαν, ἀπόρως ἔχειν τὴν γῆν ταύτην. *Dicit autem* (Ariſtobulus, Alexandri expeditionum comes) *aliam quoque claſſem Alexandrum conſtruxiſſe, cæſis cupreſſis quæ erant in Babyloniâ. Harum enim ſolùm arborum in Aſſyriorum regione copiam eſſe. Aliarum autem quæ conficiendis navibus apta ſunt inopiâ hanc terram laborare.* Eadem habet Strabo lib. 16. pag. 741. & ex eodem fonte hauſta.

Quid ſi *Gopher* Gen. 6: 14. ſit loci nomen à cupreſſis ita dicti, ut a quercubus אלון *Elon*, à moris בכא *Baca*, à ſpinis Arabicis שטים *Sittim* vel *Setin*, à palmis תמר *Tamar* & דקלה *Dicla*, à malis punicis רמון *Rimmon*. Ligna *Gopher* erunt ligna ὁ Κυπαρισσῶνος *Cupreſſeti*, cujus locum in Aſſyriâ Strabo deſignat his verbis: Περὶ Ἄρβηλα δέ ἐστι καὶ Δημητριὰς πόλις, εἶθ᾽ ἡ τοῦ Νάφθα πηγὴ, καὶ τὰ Πυρὰ καὶ τὸ τῆς Ἀναίας ἱερὸν, καὶ Σαδράκαι τοῦ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου βασίλειον, καὶ ὁ Κυπαρισσὼν, καὶ ἡ τοῦ Κάπρου διάβασις συνάπτουσα ἤδη Σελευκείᾳ καὶ Βαβυλῶνι. *Circa Arbela eſt urbs Demetrias: deinde Naphthæ fons, & ignes* (id eſt, campus flagrans de quo Plinius, niſi quis malit intelligi τὰ πυραθεῖα: In quâ ſententia eſt doctiſſimus D. de Grantemeſnil) *& Templum Anææ* (aliis Anaitidis) *& Sadracæ Darii Hyſtaſpis filii regia, & Cupreſſetum, & Capri trajectus jam ad Seleuciam & Babylonem pertinens.* Ex his conſtat Cupreſſetum in Adiabene fuiſſe, circa Capri trajectum, non procul ab oſtio, ubi una portarum de quibus Nahumi 2: 7. ut ſuo loco probamus. In hoc, inquam, Cupreſſeto cædi potuere ligna ex quibus arca fabricata eſt. Quod ut conjecturam affero; abſit enim ut temerè quicquam affirmem.

CAPUT V.

De terra Senaar *vel* Sennaar *vel* Sinhar *vel* Singar, *in quam ex montibus Ararat profecti ſunt primi homines.*

Sinhar, *Senaar*, *Sennaar*, Gr. Βαβυλὼν & Βαβυλωνία, Arab. *Bagdad*, Chald. *Babel* & *Pontus*. Quomodo aliis *Ellaſar*. Pontus fortè & Pontica terra pro Botticâ dicta, Chaldææ veteri nomine, à Macedonibus, ut videtur, impoſito. Sinhar circa Babylonem. Abydeni locus & Heſtiæi. Ratio nominis *Sinhar*, aliis *Singar*, unde *Singara* & *Singarena*.

Sinhar שנער, vel, ut ſcribunt Veteres, *Senaar*, & *Sennaar*, in Græcâ verſione redditur Βαβυλὼν. Zachar. 5: 11. & Βαβυλωνία Eſ. 11: 11. in Arabicâ Pentateuchi אלבגדאד *Albagdad*: In Chaldaicâ Onkeli conſtanter בבל *Babel*: In Jonathane & Jeroſolymitano Interprete, modò בבל *Babel*, modò פנטוס *Pontus*. Quomodo redditur אלסר *Ellaſar* Gen. 14: 1. à Symmacho & Hieronymo. Quod non capio; niſi Pontum & Ponticam terram dici putemus pro Botticâ. Fuit id unum è Chaldææ ſeu Babyloniæ nominibus. Magnum Etymologicum: Βοττικὴ ἡ Χαλδαϊκὴ γῆ, καὶ θηλυκῶς λέγεται Βοττιαὶς, καὶ Βοτταϊκὴ, κτητικόν. Macedones, ut videtur, ita nominaverant propter ſimilitudinem quam habet cum Botticâ vel Bottiæâ Macedoniæ; ubi lacus, & flumina quæ vel in lacum influebant, vel ex eodem emergebant. Strabonis Epitome de Pella: ἔχει δὲ λίμνην πρὸ αὐτῆς, ἐξ ἧς ὁ Λυδίας ποταμὸς ῥεῖ. τὴν δὲ λίμνην πληροῖ τοῦ Ἀξίου τι ποταμοῦ ἀπόσπασμα. εἶτα ὁ Ἀξιὸς διαιρῶν τήν τε Βοττιαίαν καὶ τὴν Ἀμφαξῖτιν γῆν, καὶ παραλαβὼν τὸν Ἐρίγωνα ποταμὸν &c. *Habet autem lacum oppoſitum ex quo fluit amnis Ludias: Lacum autem implet Axii fluvii ramus: Deinde Axius dividens Bottiæam & Amphaxiam terram, & Erigonem fluvium aſſumens, &c.* *Strab. lib. 7.*

Utut ſit, hoc certiſſimum terram Sinhar fuiſſe circa Babylonem. Nam Gen. 10. verſ. 10. & cap. 11. verſ. 2, 9. expreſſè dicitur *Babel*, id eſt, Babylon, fuiſſe in terrâ *Sinhar*. Et Daniel cap. 1. verſ. 2. Nebucadnezzar legitur vaſa templi deportaſſe in terram *Sinhar*, in fanum Dei ſui, id eſt, Beli, Babylone, ut expreſſè habet Abydenus apud Euſebium lib. 1. Præparat. Αὐτὸς δὲ ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου λαφύρων, τό τε Βήλου ἱερὸν καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήσας φιλοτίμως. *Ipſe vero* (Nabuchodonoſorus confecto Syriaco bello) *de belli manubiis cùm Beli templum atque alia magnificè ornaſſet.* Quin apud Joſephum & Euſebium Heſtiæus Mileſius rerum Phœniciarum vetuſtus ſcriptor, meminit Σενναὰρ τῆς Βαβυλωνίας. Neque obſcura eſt ratio nominis. נער *naar* eſt excutere. Eo verbo Deus utitur, cùm dicit Job. 38: 13. *impios è terra excuti.* Merito igitur terra שנער *Sinhar* vocatur terra quæ excutit, id eſt, cujus incolæ juſto Dei judicio in omnes mundi oras excuſſi ſunt & diſſipati, dum inſanam illam Babylonicæ turris ſubſtructionem moliebantur. *Joſeph. Antiq. lib. 1. cap. 5. Euſebius lib. 9. præp.*

Sinhar שנער efferetur *Singar*, ſi litera *Ajin* mutetur in g, quomodo in צוער *Segor* עזה *Gaza* & עמרה *Gomorrha* Unde multis perſuaſum *Sinhar* eſſe *Singaram* & *Singarenam*. Singaræ urbis in Meſopotamiâ meminère Plinius, Eutropius, Ptolemæus, Ammianus, Athanaſius in epiſtolâ ad ſolitariam vitam agentes, Geographus Nubienſis ſextâ parte climatis quarti. Singarenæ regionis Sextus Rufus & Pomponius Lætus. Occurrit & mons Singaras in Ptolemæo. Singara urbs à Nubienſi deſcribitur ad occidentem oppidi *Balad* ad milliare XXVII. Et Balad ad Tigrim XXI. M. paſſ. ſupra Moſal;

Moſal; quæ item eſt ad Tigrim ex oppoſito Ninives. Itaquo veriſimile eſt ad Singarenam pertinuiſſe, præter Babylonis agrum, omnem oram Tigridis occidentalem uſque ad montana Armeniæ. Quod non obſervo de nihilo, ut ſuo loco dicetur.

CAPUT VI.

De Pallio Sinhar Joſ. 7:21.

Interpretationes Symmachi, Onkeli, Joſephi, Aquilæ, Selomonis. Fabula Judaica omnes Reges palatia habuiſſe in terrâ Chanaan. Chald. מילתא *melata* non eſſe μηλωτὴ ut docti voluot, neque pelles, quibus Veteres incubabant ad captanda ſomnia, ſed lanam molliſſimam. Ex Mileto corrupta vox. Mileſiæ lanæ præſtantiſſimæ. LXX. ἔρια ἐκ Μιλήτου, Ezech. 27:18. Ubi Chald. *lana melat circumligata*, id eſt, intecta ne inquinetur. Quod probatur ex Varrone, & Laertio, & Talmudicis. Non omnis melata ex Mileto, ut non omne cuprum è Cypro, &c. Saraballum aluminatum, in Talmude. Quid ſit Saraballum. Aquæ aluminis uſus in lixiviis. Alumen Babylonicum. Lapis Amiantus cur dicatur alumen plumeum. Ea eo telæ & panni. An id ſit צריף. Ex eodem mantilia, & Brachmanum & Serum veſtes, quæ in igne purgabantur. φλὸξ ξίφος; להב & להט tam acies quam flamma. Purpura Babylonica ubi. Coccineus & purpureus color promiſcuè ſumpti. Inde lux Evangeliſtis. Stola nuda. Stola varia. Varios colores intexere Babylone inventum. Præcipuus uſus in periſtromatis, quorum pretium immenſum. Et in mulierum veſtibus, ſed & in virilibus. Purpura Babylonica varia. Aurum veſtibus intextum multo ante Attalum.

Obiter docendum quod genus ſit veſtis אדרת שנער *pallium Sinhar*, Joſ. 7:21. Quo Jeriehunte viſo, ita libidine exarſit Achan ut manum injecerit in interdictum. Symmachus exponit ἔνδυμα Συνάρ *veſtem Synar*. Onkelos אצטלי בבלי *Stolam Babylonicam*: Aquila item, quem nonnulli eundem eſſe putant, στολὴν Βαβυλωνικήν. Quæ eſt interpretatio vocis: jam rei ſubſequitur.

Antiq. lib. 5. cap. 1. Joſephus mihi videtur ſibi non parum indulgere, dum aſſerit fuiſſe χλαμύδα βασίλειον ἐκ χρυσοῦ μὲν πᾶσαν ὑφασμένην, *paludamentum regium ex auro totum intextum*. Cui Judaico commento aliud multo putidius ſuperſtruens R. Selomo, nugatur ipſiſſimam fuiſſe ſtolam Regis Babyloniæ, quæ ſervabatur in palatio quod Jerichunte habebat, prout moris erat tum temporis ut omnes Reges palatium haberent in terrâ Iſrael; *Pallium*, inquit, *Sinar* eſt אצטלא דמילתא בבלי *ſtola ex lana molli Babylonica. Senſus eſt Regem omnem qui ſibi non comparaverat palatia in terra Iſraël* לא נתקררה דעתו במלכותו *non refrixiſſe mentem ejus in regno ſuo*, (id eſt, animo illius non fuiſſe ſatis) *quia dicitur, Jerem. 3:19. dabo tibi terram deſiderabilem, hæreditatem decoram exercituum gentium. Itaque palatia Regis Babyloniæ Jerichunte fuere, quo cum ipſe conferebat, illo pallio induebatur.* Credat Judæus Appella, non ego.

Interim id habemus, pallium illud ex mente Selomonis fuiſſe אצטלא דמילתא *ſtolam ex melata*, id eſt, ex lanâ molli. Quod ipſum Talmudici ſcribunt in tractatu Sanhedrin, ubi מילתא *melata* alii ſericum eſſe volunt, alii lanam puriſſimam & molliſſimam, quod veriſſimum. Nam eo ſignificatu paſſim occurrit in Paraphraſtis. Non probo tamen quod Munſterus, Bodcrianus, & uterque Buxtorfius, viri in iſtis literis ad miraculum uſque docti, *melat* deducunt ex voce Græcâ μηλωτή. Quia μηλωτὴ planè eſt aliud, nempe προβάτειος δορὰ *ovina pellis*, ſine ullo reſpectu ad lanam. Quin & πᾶν δέρμα & πᾶσα βύρσα μηλωτὴ λέγεται, *omnis pellis vel omne corium melote dicitur*; Ita Heſychius & magnum Etymologicum. Neque verò quiſquam dixerit pretioſæ lanæ vellus fuiſſe Eliæ μηλωτὴν, aut Eliſei, aut

LXX. 3. Reg. 19. eorum, quos Apoſtolus circumiviſſe dicit ἐν μηλωταῖς ingruente perſecutione. Quin apud ſcriptores

Eccleſiaſticos *melota* non uſurpatur niſi de pelle aſperâ, quâ Monachis in Ægypto amiciri moris erat. Sedulius in cap. 11. epiſt. ad Ebræos: *Eſt autem melota pellis caprina ex uno latere dependens, quâ Monachi utuntur Ægyptii.* Primaſius ibid. *Quidam dicunt ex pellibus taxi genus veſtimenti eſſe compoſitum. Eſt enim animal quod taxus vocatur ſolitus in cavernis terræ habitare, cujus pellis hiſpida eſſe fertur, à quo nomine derivatur vocabulum hujus veſtis, id eſt, a melo melota.* Joannes 44. Epiſcopus Hieroſolymorum in libro de inſtitutione Monach. cap. 38. *Dicitur enim melota propriè a melo animali, quod etiam taxus appellatur, de cujus pilis vel pelle facta veſtis, quæ eſt valde hiſpida, melota propriè vocatur. Quanquam qualibet veſtis de pilis animalium aſperis, aut de pellibus hiſpidis facta, melota vulgariter dicatur.* En quid propriè ſit *melota*. Quanquam illud de melo vel mele non agnoſcam, quia meles non eſt Græca vox. Nihilo magis placet quod viri doctiſſimi loca Paraphraſtarum in quibus agitur de lectis ex מילתא *melata*, id eſt, ex lanâ molli, conferunt cum ritu Ethnico incubandi pellibus ad captanda ſomnia, ad Podalirii puta vel Amphiarai ſepulchrum. Ad quem morem alludens Poëta de Latino Fauni oraculum conſulturo, hæc habet:

[Margin: 4 3.19. Et 4. Reg. 2. 8. 13. 14. Hebr. 11. 37. — V. Eraſm. in Hebr. 11, 37. Et Panſan. in Attic. Lycophron. v. 1050. & Schol. Æneid. lib. 7.]

> *Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petivit,*
> *Multa modis ſimulachra videt volitantia miris,*
> *Et varias voces audit.*

Neque enim iſtis pellibus commune quicquam fuit cum lectis ex מילתא; cum מילתא non ſignificet pelles, ſed lanam molliſſimam; ut illi ipſi agnoſcunt. Itaque Paraphraſtæ lectorum ex מילתא non meminere, niſi cùm de illis agitur, qui molliter & delicatè vivunt. Sic in regali ſympoſio, Eſth. cap. 1. v. 6. Aſſuerus convivas collocat עלוי ערסן דמילתין דמתהן על דרגשין דקלמיהון דדהב טב *ſuper ſtrata ex melatin*, id eſt, ex lanis molliſſimis, *extenſa ſuper lectos, quorum columnæ ſunt ex auro bono*. Et Lam. 2:20. infantes educati molliter ſic deſcribuntur עולמיא רגיגא דהוו מכלפפין בסדינין דמילתא *pueruli qui agitantur in cunis* (ita interpretor ex Arabiſmo) *qui involvuntur linteis ex melata*.

[Margin: Arab. רגיג Cuna, & רגג agitari in cunis.]

מילת *melath* igitur non eſt μηλωτὴ, ſed aliud planè, nempe, ſi modo rectè legatur, ipſiſſimum *Mileti* nomen, urbis in Joniâ, è quâ lanæ præcipuæ deferebantur. Virgilius: Georg. 3.

> —— *Quamvis Mileſia magno*
> *Vellera mutentur Tyrios incocta rubores.*

In quem locum Servius: *Lana pretioſiſſima. Nam Miletus civitas eſt Aſiæ, ubi tinguntur lanæ optimæ. Ipſe in Quarto, Mileſia vellera Nymphæ carpebant. Cicero in Verrem: Quid a Mileſiis lanæ ſuſtuleris.* Tertullianus de Pallio: *Nec de ovilibus dico Mileſiis, Selgicis & Altinis*: & de habitu fœminarum: *Age nunc ſi ab initio rerum & Mileſii oves tonderent, & Seres arbores nerent* &c. Unde eſt quòd Sami tyrannus Polycrates, exquirens undiquaque quicquid uſpiam eximium, coegit κύνας μὲν ἐξ Ἠπείρου, αἶγας δὲ ἐκ Σκύρου, ἐκ δὲ Μιλήτου πρόβατα, *canes quidem ex Epiro, capras autem ex Scyro, & oves ex Mileto.* Ita teſtantur Clitus in libro de Mileto, Lib. 8. c. 5. & Alexis in libris de Samiorum finibus apud Athenæum lib. 12. Mileſiis quidem lanis Columella Gallicas anteponit: *Generis*, inquit, *eximiis* * *Mileſias, Calabras, Apulaſque noſtri exiſtimabant, earumque optimas Tarentinas. Nunc Gallicæ pretioſiores habentur, earumque præcipuè Altinates.* Et Plinius Apulis primas defert his verbis: *lana laudatiſſima Apula, &* Lib. 8. cap. 48. *quæ in Italiâ Græci pecoris appellatur; alibi Italica: Tertium locum Mileſiæ oves obtinent.* At Sybaritis, qui in iis quæ ad mollitiem pertinent fuere acutiſſimi ſenſus, multo aliter viſum. Neglectâ enim Appulâ & Tarentinâ, quæ obviæ erant & in proximo, è Mileto remotiſſimâ lanam ſibi comparabant. Athenæus, Ἐφόρουν δ᾽ οἱ Συβαρῖται καὶ ἱμάτια ἐκ Μιλησίων Lib. 12. ἐρίων

[Margin: * Al. maiè, Calabras Apulaſque milites noſtri.]

V. Hieron. in hunc locum.

ἐρίων πεποιημένα. Ferebant autem Sybaritæ veſtes ex Mileſiis lanis factas. Hanc porro lanam eſſe quam מילת Chaldæi vocant apparet imprimis ex Ezech. 27. v. 18. ubi pro Hebræis צמר צחר *lana candida*, Græci habent ἔρια ἐκ Μιλήτου *lanas è Mileto*, & Chaldæus עמר מילת כבינה *lana Mileti* vel *milot circumligata*, id eſt, intecta; ut in Varrone; *Oves pellitæ propter lanæ bonitatem, ut ſunt Tarentinæ & * Altinates, pellibus integuntur, ne lana inquinetur.* Unde Laertius lib. 6. Diogenis Cynici jocus, qui ἐν Μεγαρεῦσιν ἰδὼν τὰ μὲν πρόβατα τοῖς δέρμασιν ἐσκεπασμένα, τοὺς δὲ παῖδας αὐτῶν γυμνοὺς, ἔφη. Λυσιτελέστερόν ἐστι Μεγαρέως εἶναι κριὸν ἢ υἱόν. *Apud Megarenſes intuitus oves quidem pellibus tectas, illorum autem filios nudos, dixit: Præſtat Megarenſis arietem eſſe quam filium* Quod ipſum in uſu fuiſſe apud Hebræos probat doctiſſimus Buxtorfius ex his Talmudis, Schab. fol. 54. 1. מכבנין אותו למילת *circumligant eum propter melat*, id eſt, ut lana maneat puriſſima & tenerrima, denique ut verè ſit מילת, ut Mileſiam lanam æquet candore, puritate & mollitie. Nam è Mileto deducta vox apud Hebræos non Mileſiam ſolam ſignificat, ſed & quamvis aliam quæ cum Mileſiâ poſſit bonitate certare. Neque enim ſemper eſt è Cypro cuprum, aut chalybs è Chalybum, aut ſericum è Serum ſolo, aut è Cariâ caricæ, aut à Phaſi phaſianus, aut aſturco ex Aſturibus. In Petronio certè legas *Aſturconem Macedonicum.* Sic lana מילתא dici queat etiam Babylonica, ſi modo Babylonica lana æquè fuit in precio. Quod tamen cùm nuſquam legerim, non poſſum in animum inducere ut credam pallium שנער *Sinhar* à lanæ præſtantiâ commendari.

De re ruſt. lib. 2.

** Al. Arcaica, malè. Al. Atticæ, malè.*

In eodem tractatu Sanhedrin alii *pallium Sinar* interpretantur סרבלא דצריפא *ſaraballum aluminatum*, סרבל *ſarbel* σαράβαρα *ſaraballum* exponimus cum Aquilâ, Theodotione & Hieronymo. Dan. 3: 21. Propriè ſemoralia ſignificat, ut Arabicè סראויל *ſaravvilo* & Græcè σαράβαρα. Tamen in uſu eſt apud Judæos pro pallio. Elias in Thisbi: *Nos vocamus* למלבוש העליון *veſtem ſuperiorem* סרבל *ſarbel. quæ in lingua Germanicâ, & Italicâ appellatur* מנטיל *mantel.* Nempe radix סרבל eſt amicire. צריף *ſeriph* eſſe אלומי *alumen* didici ex Baal Aruc. Ergo *ſaraballum ex alumine* eſt pallium bene lotum aquâ aluminis, quâ in lixivus uſus. Unde eſt quod pro ברית *ſmegmate*, Jer. 2: 22. Thargum olim habuit צריפתא. Ita citatur in Aruch. Et סרבלא דצריפתא Rabbi Hananeel exponit טלית נקי לבן *pallium nitidum & album.* Et verò alumen non ſolùm dealbat, ſed & cuivis colori lumen & ſplendorem addit. Plinius de alumine, *Plura ejus genera. In Cypro candidum & nigrum, exiguâ coloris differentiâ, cum ſit uſus magna: quoniam inficiendis claro colore lanis candidum liquidumque utiliſſimum eſt, contràque fuſcis aut obſcuris nigrum.* Potuit aluminis in Babyloniâ hic eſſe uſus, in quâ magnum optimi aluminis eſſe proventum ex Serapione ſcimus: *Melius alumen,* inquit, *eſt illud quod eſt novum, album, fortis albedinis, facilè ſe dividens, habens in ſe velut capillos albiſſimos, quos ventus rapit, & eſt acre multum & ſtipticum, non habens lapides. Defertur hoc tale ex Babyloniâ. Et ſecundum eſt rotundum, &c. naturaliter non artificialiter factum, cujus color eſt albus, &c. Eſt autem & hoc ex Babylone.* Obiter nota etiam in unionibus eos in pretio maximè fuiſſe qui ſummâ candoris ſui claritate alumen æmulabantur, unde *exaluminati* dicti ſunt. Plinius lib. 9. cap. 35. *ſumma laus coloris eſt, exaluminatos vocari.* Tamen ſi cuiquam videtur inſolens quod pallium aluminis vel ex alumine vocetur quod in aquâ aluminoſâ eſt ablutum; ejus erit diſquirere annon Hebræi veteres vocibus סרבלא דצריפתא aliud ſignificaverint, nempe pallium factum ex lapide amianto, quem *alumen plumeum* officinæ vocant, quia alumini ſciſſili eſt ſimillimus, & ex ſolo guſtu deprehenditur. Dioſcorides lib. 5. ubi de alumine ſciſſili. Εὑρίσκεται δὲ καὶ λίθος ἐμφερὴς αὐτῇ ἄγαν· ὃν διακρίνειν τῷ τῆς γεύσεως κριτηρίῳ, μὴ στύφοντα, *invenitur etiam lapis illi ſimillimus, qui ex guſtu dignoſcendus qui non aſtringit.* Et in capite de amianto: Ἀμίαντος λίθος γεννᾶται μὲν ἐν Κύπρῳ, σχιστῇ στυπτηρίᾳ ἐοικώς, *lapis amiantus generatur quidem in Cypro aluminis ſciſſili ſimilis.* Plinius item lib. 36. cap. 19. *Amiantus alumini ſimilis.* Et Iſidorus Orig. lib. 16. cap. 4. *Eſt ſciſſi aluminis ſimilis.* Hic porro lapis, cùm ſit ἱμαντώδης πρὸς θέαν *in ſpeciem flexilis inſtar lori*, ut habet Dioſcorides, ita pectitur & texitur, ut ex eo telæ & panni fiant, qui in ignem conjecti non exuruntur, ſed è flammis nitidiores evadunt. Quod præter Dioſcoridem referunt Strabo, Apollonius, Plutarchus, Iſidorus, & qui videre noſtro ſęculo, Podocottarus in rebus Cypriis, & Ludovicus Vives. Neque puto aliud fuiſſe linum illud asbeſtinum quod Plinius æquaſſe dicit precia excellentium margaritarum. Atque id ipſum voce צריפא ſignificari à Talmudicis, potiùs quàm verum alumen, inde eſt conjectura non levis, quòd verbum צרף ex quo nomen צריפא non eſt purgare ſimpliciter; ſed in igne purgare, quomodo metalla ſolent. Res notior eſt quam ut probatione egeat. Proinde צריפא inde deductum videtur id eſſe propriè quod in igne purgatur, qualis amiantus. De quo etiam Hebręi in Midras in Cantica cap. 4. v. 11. צא ולמוד מן אמיינטון הזה שאינו כתגהין אלא באור *Ito & diſce ex hoc amianto, qui non purgatur niſi per ignem.* Quę conjectura ſi vera eſt, ut eſt valde veriſimilis, צריפא primò & propriè ſignificabit amiantum; & alumen ſecundariò propter ſimilitudinem. Interim nulla eſt ratio cur pallium *Sinhar* ſeu Babylonicum credatur eſſe pallium ex amianto. Quia lapis amiantus in Cypro reperiebatur, aut Caryſti Eubœę, in Babyloniâ non item. Ut taceam texturam illam diu poſt tempora Joſuę eſſe repertam & in mantilium potiùs quàm in veſtium uſum. Quamvis ex hujuſmodi lino Brachmanum in Indiâ veſtes confectas fuiſſe reperiam apud Hieroclem: Χρῶνται δὲ inquit, ἐσθῆτι λινῇ τῇ ἐκ πετρῶν. Λίθων τὰ νηματα μαλακὰ καὶ δέρματα, ὃ δὴ συνυφαίνουσιν, ἐξ ὧν ὑφάσματα (lege ὑφάσματα) γίγνεται, μήτε πυρὶ καιόμενα, μήτε ὕδατι καθαιρόμενα, ἀλλ' ἐπειδὰν ῥύπου καὶ κηλῖδος ἐμπλησθῇ, ἐμβληθέντα εἰς φλόγα, λευκὰ καὶ διαφανῆ γίγνεται. *Utuntur veſte lineâ ex lapidibus. Quod quidem texunt, mollia ſunt lapidum ſtamina & membrana ex quibus panni fiunt, qui neque igne exuruntur, neque aquâ expurgantur, ſed cum ſordes & maculas contraxerunt, in flammam injecti albeſcunt & lucidi fiunt.* Et Geographus Anonymus ſub Conſtantio à doctiſſimo Gothofredo editus Seribus idem tribuit. *Inlibata eſt veſtis eorum, quæ neque inſordidari poteſt: & ſi hoc contingat, per ignis gladium lotaram expetunt.* Gladium ignis Syrus ſcriptor ſcripſit Syrorum phraſi, quibus להב & להט tam eſt ignis acies quàm gladii. Hinc Gen. 3: 24. להט החרב pro acie gladii Veteres reddunt τὴν φλογίνην ῥομφαίαν. Itaque gladius ſive acies ignis eſt flamma.

V. Hieron. Ep. 49. & in Dan. 3.

Aruch in צרף *et in* חמר.

Lib. 35. c. 15.

Strabo lib. 10. Apollon. de Mirab. Plut. de Orac. defectu. Vives in Aug. de Civ. Dei. l. 21. cap. 6. Plin. lib. 19. c. 1.

V. Steph. in Βραχμᾶνες.

Quarta eſt ſententia cujuſdam R. Chaninę, cui pallium *Sinhar* eſt pallium ex פרפרא בבלאה *purpurâ Babylonicâ*, id eſt, ex Apologo Babylonię vel Suſianę portu, ad Euphratis oſtium, prope Paſini regionem; unde πορφύρα καὶ ἱματισμὸς ἐντόπιος *purpura & veſtes ibi confecta* in Arabiam & Indiam deferebantur, teſte Arriano in Periplo maris Erythręi. Quod ſequi videtur Hieronymus, qui hic habet *pallium coccineum.* Nam utut purpureum colorem à coccineo differre Brodęus rectè obſervet Miſcellan. lib. 1. cap. 8. tamen promiſcuè ſumi certum eſt, quia ſunt vicini colores. Horatius Serm. lib. 2. Sat. 6.

— *rubro*

——— *rubro ubi cocco*

Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos.

Et tertio poſt verſu;

Ergo ubi purpureâ porrectum in veſte locavit.

Matth. 27. 28. Joh. 19. 2. Unde eſt quod χλαμύδα κοκκίνην Matthęus, & ἱμάτιον πορφυροῦν Joannes pro eodem ſumunt.

Tamen quia purpurę Babylonicę puto recens fuiſſe inventum, cùm, prępter Arrianum & Chaninam illum quem dixi, nemo alius meminerit, quòd quidem ſciam, & Babylonii veteres purpuram vel ex Tyro petierint, vel etiam ex Hermione, ut colligere eſt ex Plutarcho in vitâ Alexandri: Gręcam verſionem maximè probo quę hîc habet ςολὴν ποικίλην, aut ut alii, ψιλὴν ποικίλην. Fortè utrumque Gręci ſcripſerant, ςολὴν ψιλὴν ποικίλην *ſtolam nudam variam.* Ψιλὴν, ſupple μαλλῶν aut τριχῶν *villis aut pilis nudam*, ut diſtinguatur ab אדרת שער quæ illis μηλωτὴ & δέῤῥις τριχίνη. Et ποικίλην variam, id eſt, variegatam & diverſis picturę coloribus intextam & interſtinctam: cujus texturę inventio Babyloniis debetur. Plinius: *Colores diverſos picturæ intexere Babylon maximè celebravit, & nomen impoſuit.* Tertullianus: *Age nunc ſi ab initio rerum & Mileſii oves tonderent, & Seres arbores nerent, & Tyrii tingerent, & Phryges inſuerent, & Babylonii intexerent.* Martialis lib. 8. Epig. 28.

v. 3. Reg. 19. 13. & Zach. 13. 4.

Plinius l. 8. cap. 48.

De mina rum habitu fœ cap. 1.

Non ego prætulerim Babylonica picta ſuperbè,
Texta Semiramiâ quæ variantur acu.

Et lib. 14. Epig. 136. lemmate *Cubicularia polymita.*

Hæc tibi Memphitis tellus dat munera; victa eſt
Pectine Niliaco jam Babylonis acus.

Et de pavone Publius Syrus in Satyrico Petronii:

Plumato amictus aureo Babylonico.

Et Lucretius lib. 4.

Tunc Babylonica magnifico ſplendore rigantur.

Plurimus hujus texturę uſus fuit in lectorum periſtromatis. Ælianus Var. lib. 8. cap. 7. ubi de ſolemnibus illis nuptiis quę Suſis celebratę ſunt ab Alexandro & amicis, κεκόσμηντο πᾶσαι (κλῖναι) ἁλουργοῖς καὶ ποικίλοις ἱματίοις ὑφῆς βαρβαρικῆς πολυτίμου. *Lecti omnes purpureis ſtragulis erant ornati & variâ veſte texturæ barbaricæ magni precii.* Textura Barbarica alibi Phrygia dicitur, hic potius Babylonica. Plautus in Sticho;

Act. 2. ſcena 2.

Tum Babylonica periſtromata, conſutaque tapetia
Advexit nimium bona rei.

Quorum immenſum fuiſſe precium docent hæc Pliniana: *Metellus Scipio tricliniaria Babylonica ſeſtertiûm octingentis millibus veniſſe jam tunc poſuit in Capitonis criminibus, quæ Neroni principi quadringenties ſeſtertiûm nuper ſtetere.* Ita lego cum Budęo, ex cujus ſupputatione Metelli Scipionis Babylonica æſtimantur viginti millibus aureorum monetę noſtrę, & Babylonica Neronis decies centum millibus. Gallicè dixeris *millionem aureum.*

De Aſſe. l. 2.

Sed & eandem texturam & picturam Babylonii adhibuerunt in veſtium uſum, muliebrium maximè, ut colligere eſt ex eo quod habetur in Gemara Talmudis tractatu Peſachim: *Scriptum eſt Deut.* 16: 14. *Et lætaberis in feſto tuo & filius tuus, &c. Ergo tenetur quiſque exhilarare filium ſuum & reliquos domeſticos in die feſto. Quomodo exhilarabit illos? Vino. Rabbi Juda dixit: viros, eo quod conveniens eſt ipſis; mulieres eo quod illas decet. Quid convenit viris? vinum. Quid decet mulieres? Docuit Rabb. Joſeph.* בבבל בבגדים צבעונים בארץ ישראל בבגדים פשתן מגוהצין *in Babyloniâ ut* utantur *veſtibus pictis, in terrâ Iſraëlis veſtibus lineis dealbatis.* Tamen etiam viros Babylonios deſcribit, Ezech. cap. 23. verſ. 15. סרוחי טבולים בראשיהם ad verbum *luxuriantes tinctis* (ſupple *mitris*, vel *tiaris*) *in capitibus ſuis.* Tinctis, id eſt, variis. Kimchius reddit הצבועים במיני צבעים *pictis variis coloribus.* Ut in Ovidio deſcribitur Vertumnus:

——— *pictâ redimitus tempora mitrâ.*

Et in Nonni Dionyſiacis lib. 18. Aſſyriorum Rex Staphylus Baccho donat

——— ποικίλα πέπλα τάπερ παρὰ Τίγριδος ὕδωρ
Νήματι λεπταλέῳ τεχνήσατο Πέρσις Ἀράχνη.

Et quod maximè ad rem facit, Catonem dicit Plutarchus, ἐπίβλημα τῶν ποικίλων Βαβυλώνιον ἐκ κληρονομίας κτησάμενον εὐθὺς ἀποδόσθαι. *Pallium ex variis Babylonium, quod ei ex hæreditate obtigerat, ſtatim divendidiſſe.* Noluit nempe vir modeſtus & frugi tam ſuperbè amiciri. Id ipſum videtur eſſe Hebręis אדרת שנער, & Gręcis ςολὴ ποικίλη. Nec puto aliud eos voluiſſe qui purpuram Babylonicam exponunt: nam Babylonica purpura, purpura eſt variis picturæ coloribus intexta, qualis de quâ Poëta:

In vitâ Cat.

Æn. lib. 7.

——— *Nec purpura Regem*
Picta juvat.

Hinc in libro *Jalkut* רקמה *Rekama*, id eſt, acupictum opus, explicatur פרפרא *purpura.* Locum ſic citat Buxtorfius in voce סלכנדרא: *Quæſivit R. Elieſer ex R. Simeone undenam fuerint veſtes Iſraëlitæ in deſerto per quadraginta illos annos. Reſpondit ei: Ex eo quo Angeli miniſteriales veſtiverant eos, ſicut dicitur* ואלבישך רקמה *& induam te recamâ.* Ezech. 16: 10. *Quid eſt* רקמה *Recama?* פרפרא *purpura.*

Denique eodem refero quod Joſephus hic habet χλαμύδα βασίλειον χρυσῷ πᾶσαν ὑφασμένην, *chlamydem regiam ex auro totam intextam.* Cujuſmodi texturę in Veterum ſcriptis multa mentio. Apuleius, *Prædas aureorum argenteorumque vaſculorum, veſtiſque ſericæ & intextæ filis aureis invehebant.* Cyprianus, *Veſtibus aurum intexere, quaſi pretio eſt veſtes corrumpere.* Virgilius.

Aſin. Aur. lib. 4.

De bono pudic.

Æn. lib. 3.

Fert picturatas auri ſub tegmine veſtes.

Neque verum eſt quod in Plinio habetur: *Aurum veſtibus intexere in eâdem Aſiâ invenit Attalus Rex.* Nam multo ante Attalum Solomonis ſponſam deſcribit Pſaltes, Pſal. 45: 14. ממשבצות זהב לבושה *texturis auri veſtium.*

Plin. l. 8. cap. 48.

CAPUT VII.

Cur Gen. 11: 2. מקדם ex Kedem *vel ex Oriente profecti dicantur qui ex montibus Ararat venerunt in terram Sinhar.*

Montes Ararat ad Aquilonem Babyloniæ; non ad Ortum. Chaldæi מקדם reddunt à principio. Alii Orientem verſus, ut Gen. 13: 11. Alii Orientis nomine Suſianam intelligunt. Cappellus reddit ex Kedemo. קדם *Kedem* ſeu Orientem dici quicquid trans Tigrim, ut ערב *Ereb* Occaſus ſeu Arabia quicquid cis Tigrim. Quomodo Tigrim trajecerint.

In hoc loco explicando multum ſe fatigant interpretes, quia montes *Ararat*, id eſt, Gordyæorum, non ſunt ad Orientem, ſed ad Aquilonem Babyloniæ. Proinde non מקדם *ab ortu*, ſed מצפון *ab Aquilone* profecti ſunt qui ex *Ararat* venerunt in terram Sinhar. Frigidum videtur quod nonnulli מקדם reddunt *ab initio*, ἀπ' ἀρχῆς. Chaldæus quidem Onkelos ita interpretatur בקדמיתא *in principio.* Sed & Hieroſolymitanus מן שירויה *ab initio.* Et Hebræum מקדם etiam id ſignificat: ut cùm Propheta Habacuc Deum ita compellat cap. 1. v. 12. *Annon tu es* מקדם *a principio?* Denique ibi agitur de eo id tinere quod merito dici queat *ab initio* fuiſſe confectum, quia poſt diluvium nullum aliud præceſſit quod quidem ſciamus. Tamen ſi Prophetæ verba Gen. 11: 2. ſic reddas. *Evenit autem, cùm ab initio profecti eſſent, ut invenirent vallem*

Sin-

Sinhar in quâ conſederunt, patebit illud *ab initio* alieno loco poni, & מקדם multo rectius explicari *ab Oriente*, ut duo termini profectionis ſibi mutuo opponantur, Oriens ſcilicet unde facta eſt profectio, & terra *Sinhar* ad quam deventum.

V. Druſ. comment. in Gen. c. 30. et in Jud. c. 1. pag. 170.

Sunt, qui Babylonem obſervant ad meridiem montium Ararat ita eſſe ſitam, ut ad Orientem nonnihil inclinet. Hi itaque מקדם planè contrario ſenſu exponunt *Orientem verſus*: Quomodo Gen. 13: 11. Lotus è Bethele ad Jordanem & Sodomam iturus proficiſci legitur מקדם *ab Oriente*, id eſt, in eam terram quæ Betheli eſt Orientalis, vel ſi mavis in regionem *ab Oriente* ſitam. Is enim erat Jordanis & Sodomæ ſitus reſpectu Bethel. Itaque *ab Oriente* eo loco idem eſt quod ad Orientem. Sic 1. Sam. 14: 5. מצפון Hieronymus vertit *ad Aquilonem*, & מנגב *ad Meridiem*.

Alii primos homines è montibus Ararat primùm deſcendiſſe conjectant in Aſſyriæ & Suſianæ campos, atque inde demum in occaſum, id eſt, in Babyloniam divertiſſe. Itaque ex horum mente Orientis nomine non intelliguntur montes Ararat in quibus arca ſubſtiterat, ſed Aſſyria & Suſiana, quò uſque fuiſſe progreſſos, antequam cogitarent de profectione in terram Sinhar, Propheta nobis divinandum reliquerit.

Jacobus Capellus ὁ μακαρίτης, affinis meus, quem honoris cauſâ nomino, hunc nodum ita conatur exſolvere in notis ad Geneſim nondum editis: *Noa poſteritas ab Armenia montibus progreſſa fuerat in eam regionem, quæ poſtea dicta eſt* קדם *Kedem à Kedmâ noviſſimo Iſmaëlis filio, Gen* 25: 15. *Secundus Iſmaëlis filius eſt Kedar. Hos duos fratres vicinas habuiſſe ſedes colligimus ex Jerem.* 49: 28. *Aſcendite Kedar ut vaſtentur filii Kedem. Poſtea verò cùm, inquit Moſes Gen.* 11: 2. *egrederentur ex Kedemo, invenerunt vallem in terrâ Sennaaris. Sic locum hunc interpretandum cenſemus.* Hæc ille vir eximius & de me optimè meritus.

His aliorum conjecturis ſi liceat meam addere, dicam hic loqui ſacrum ſcriptorem more recepto apud Aſſyrios, qui Orientales vocabant imperii ſui partes quæ trans Tigrim erant ſitæ, ut Occidentales quæ cis Tigrim; Orientis & Occidentis terminis ab eo flumine ſumptis qui inter ortum & occaſum medius fluens Aſſyriorum ditionem dividebat in duas partes ferè æquales. Proinde ex hâc diviſione rectè dicuntur montes Ararat ad Orientem pertinere, quia pars erant ditionis transtigritanæ. Atque eo fortaſſe pertinet quod Arabiæ nomine Veteres Meſopotamiam vocabant, & quicquid erat cis Tigrim. Nam ערב Hebræis tam occaſum quàm Arabiam ſignificat. Itaque ex hâc ſententiâ duæ fuerunt partes imperii Aſſyriorum: una trans Tigrim קדם *Kedem* dicta, id eſt, Oriens: Altera cis Tigrim ערב *Ereb* nomine, id eſt, vel *Arabia* vel *Occaſus*. Plinius lib. 6. cap. 9. ubi de majore Armeniâ. *Imtium Meſopotamia facit inter duos amnes ſita. Terra quod intereſt ibi tenent Arabes Ores.* Idem cap. 26. in Meſopotamiâ plures Arabum gentes recenſet, Aroeos, Mardanos, Salmanos, Maſcos, &c. Et cap. 27. Tigrim aſſerit *Arabes, Aroeos, Adiabenoſque diſterminare.*

Nihil attinet quærere quomodo Tigrim illi trajecerint, quibus nec peritia nec materia deerat ad fabricandas naves. Ne dicam circa Gordyæam, quæ non procul eſt à fontibus, etiam ſine cymbis & ſcaphis Tigrim potuiſſe trajici. Cùm circa Ninum & Arbelam, ubi multis amnibus alveo ſuo receptis longè rapidior eſt, Alexander cum toto exercitu reperto vado tranſierit. Vide Diodorum lib. 17. & Curtium lib. 4. & Arrianum lib. 3. Narrat quidem Ammianus lib. 25. Gallos quingentos ex Joviniani exercitu centeſimo lapide infra Corduenam Tigrim natatu trajeciſſe; cùm aliter non liceret. Sed factum id circa canis exortum, quo tempore Tigris maximè tumet.

CAPUT VIII.

Babel ſeu Babylon ubi fuerit.

Babylon aliis Suſa, aliis Ninive, aliis Bagdad ineptè. Bagdad potius Seleucia, quæ primò Babylonia Ἀσσυριακῶς, dein etiam Babylon dicta Bagdad hodie trans Tigrim, olim cis Tigrim, ferè quo loco Seleucia. אלפרך pro אלכרך *Alcorch* in Benjamine Judæo: *Corcue, Colche*, aut *Coche* prope Cteſiphontem. Quinque Euphratis alvei in Nubi. Geographo. 1. In Tigrim influit è regione Bagdad, quem Veteres per Seleuciam fluere dicunt. 2. Tiartſar. 3 *Almelic*, Ptolemæo *regius amnis*, Polybio *regia foſſa*, Chaldæo & Ammiano *Naarmalcha*, Iſidoro *Narmalcha*, Abydeno *Armacale*, Plinio *Armalchar*, Ezechieli *Chobar*, cum Tigri confluit circa Apamiam. 4 propriè Euphrates, in libro Baruch *Sud* pro *Sur*, apud quem Babylon & Sura ſeu Mahazia. 5. *Kupha*, Abydeno *Acracanus*, Plinio *Narragam*, Ptolemæo *Baarſares* aut *Maarſares*, Ammiano *Marſias*, quæ ſingula explicantur. Hæc flumina Babylonis ubi ſalices Pſ. 137: 1. Babylonia *vallis ſalicum* Eſ. 15: 7. Hilarius notatus.

Qui ex Oriente venerant in terram *Sinhar* conſilium inierant de ædificanda urbe & turri quæ in cœlum uſque pertingeret. Urbs à Moſe vocatur Babel, Gen. 11: 9. id eſt, Babylon, ut omnes conſentiunt. Babylonem Bodinus & Sabellicus gravi errore eandem cum Suſis faciunt Suſianæ metropoli ad fluvium Eulæum. Non minùs hallucinatur author anonymus apud Suidam, qui novâ metamorphoſi Ninivem transformat in Babylonem, de Semiramide ſic agens: περιέθηκε δὲ καὶ τείχη πρώτη τῇ Νινευὶ, μετονομάσασα ταύτην Βαβυλῶνα. *Prima etiam Ninivem mœnibus cinxit, quam mutato nomine vocavit Babylonem.*

Aliis Babylon eſt *Bagdad* בגדאד, in quo numero eſt Arabs Interpres, Gen. 10: 10. Chalcondylas, Curopalates, & plerique recentiorum, ignari ſe prophetas mendacii ſic arguere; qui Babylonis ultimam cladem prædixerant, & perpetuas deſolationes, ita ut nunquam deinceps habitaretur. Sed Bagdad cum Babylone perperam confundi ſitus manifeſtè docet. Babylon ad Euphratem erat, Bagdad ad Tigrim eſt ſita; Et videntur hodieque rudera Babylonis procul à Bagdad circiter XL. millibus, vel ut Teixeira definit teſtis αὐτόπτης, quantum itineris poſſet viator expeditus uno die conficere.

Eſ. 13. 10. et 14. 23. et 21. 9. Jerem. 50. 13. 26. 37. 62.

Interim quia hæc ſententia etiam apud doctos diu obtinuit Bagdad eſſe Babylonem; libet hîc aperire fontes erroris. Hujus ſententiæ primi authores de vetere Babylone nequaquam cogitabant: ſed de Seleuciâ, cujus vicinitate Babylonem exhauſtam Plinius dicit in ſolitudinem rediſſe. Nec multo aliter Strabo lib. 16. *Babylonis partem Perſæ diruerunt, partem conſumpſit tempus, partem Macedonum negligentia, præſertim poſtquam Seleucus Nicanor Seleuciam ad Tigrim condidit ſtadiis tantùm trecentis a Babylone diſſitam.* Itaque in Babylonis opes & nomen ſucceſſit Seleucia; quæ non ſolùm Babylonia (ut apud Plinium & alios διακριτικῶς; quia non una fuit Seleucia) ſed & Babylon appellata eſt. Stephanus: Βαβυλὼν Περσικὴ πόλις μητρόπολις Σελευκία καλουμένη. En Babylonis ipſum nomen Seleuciæ tributum. Quo referenda hæc Sidonii carm. 9.

Plin. l. 6. c. 26.

Non cottam Babylona perſonabo,
Quæ largum fluvio patens alumno
Incluſum bibis hinc & inde Tigrim.

Porro vel in eodem quo Seleucia loco, vel certè in proximo *Bagdad* conditam fuiſſe oportet, cùm utramque ad ripam Tigridis & ferè in eâdem à veteri

Digitized by Google

teri Babylone diſtantiâ deſcribant Geographi. Nam trecenta illa ſtadia, quibus à Babylone Seleuciam diſtare ſcribit Strabo, ſunt milliaria prope XXXVIII, id eſt, diurnum illud iter inter Bagdadum & rudera Babylonis interjectum juxta Teixeiram.

Dices Bagdadum eſſe trans Tigrim in Suſiana, cum Seleucia fuerit cis Tigrim in Babylonia, ut ex Ptolemæo & Plinio conſtat, quia Seleuciam deſcribit in confluente Euphratis foſſa perducti, atque Tigris. Sed & Bagdadum condiderat Abujafar Almanſor à parte occidentali Tigris. Ita tradunt Geographus Arabs, Clim. 4. part. 6. & Emirchondus apud Teixeiram. Verùm Abujafaris filius Almohedi, ſi Geographo credimus, cùm caſtra ſua tranſtuliſſet à parte orientali, in locum quem hodieque vocant *Caſtra Almohedi*, evenit ut crebra ædificia erigerentur à *Corch* infra Bagdad uſque ad *Hadith*. Hæc Arabs Geographus. Tamen Perſarum Hiſtoricus Emirchondus rem multo aliter narrat, nempe Bagdadum quo loco ab Almanſore fuerat condita perſtitiſſe per annos CCCXLII; & anno demum Hegiræ CCCCLXXXVII, qui reſpondet anno Chriſti MXCV, ab Almuſtadiro Billâ, in alteram fluvii partem ideò fuiſſe tranſlatam, quia Tigris inundationibus frequentiùs infeſtabatur. Utut res ſe habeat, tamen id certum Bagdadum olim occidentalem fluminis partem occupaſſe. Itaque Benjamin Judæus Tudelenſis, qui ſcripſit Itinerarium diu poſt Almuſtadirum, nempe anno Chriſti MCLXXIII, Bagdadum adhuc appellat eam partem quæ cis Tigrim eſt. *Viginti octo ſunt*, inquit, *Judæorum Synagogæ tam Bagdadi, quam Alcorcha quæ trans Tigrim eſt.*

Mutavi אלפרך *Alphore* vel *Alpherec* vocem nihili in אלכרך, id eſt, *Alcorcham*, monitus ab Arabibus. Sic Geographus Nubienſis in loco nuper citato dicit, urbe trans Tigrim tranſlatâ continuata fuiſſe ædificia *à Corch uſque ad Hadith*. Et Elmacinus ſcriptor Arabs hiſtoriæ Saracenicæ lib. 3. cap. 7. Bagdadi partem eſſe ſcribit, quæ nominatur אלכרך *Alchorch*. Et in Giggeio *Corch* legitur eſſe caſtrum in via Babylonis. Suburbium intelligo vel vicum Bagdado vicinum. Dicerem eſſe Eutropii *Corchen*, & Feſti *Colchen*, & Oroſii *Cochen*, ſi pateretur ſitus. Sed Cochen in altera parte fluminis, id eſt, cis Tigrim, deſcribit Gregorius Nazianzenus, oppoſitam Cteſiphonti, illi tamen ſic unitam ut utraque urbs, Cteſiphon inquam & Coche, pro una haberi poſſint; cum illas nihil dirimat prȩter flumen interjectum. Itaque aliud ſuccurrit, duas nimirum urbes in unam coaluiſſe, & nomen *Coches* vel *Corches* utrique parti commune, tandem alterâ deletâ illius fuiſſe proprium, quæ trans Tigrim ſola fuit ſuperſtes. Hȩc conjectura ſi quicquam valet, Arabum Corcha eadem erit cum Cteſiphonte. At Coche Veterum erat Seleucia, ſi Ammiano fides. Cui tamen vix aſſentior, quia Cochen probavimus è regione Cteſiphontis fuiſſe ſitam, ſolo Tigri interjecto: cum Cteſiphontem ad tertium à Seleucia lapidem Parthos condidiſſe dicat Plinius.

Orat. 4. adverſus Julianum.

Situm Babylonis quod attinet, ut res fiat clarior, neceſſe eſt aliquid dicere de diverſis Euphratis alveis in agro Babylonico. Quod fuit hactenus tam intricatum, ut neminem legerim qui mihi ſatisfecerit. Juxta Geographum Arabem dividitur Euphrates in quinque alveos, quorum unus in Tigrim influit è regione Bagdad, reliqui quatuor infra Rahabam, (id eſt, Rehoboth, Geneſ. 36: 37.) ex Euphrate derivati merguntur in varios lacus. Primus ab Oriente eſt fluvius *Tſartſar* naviger, cui adjacet urbs *Tſartſar* à Bagdado diſtans novem millibus. Secundus eſt fluvius *Almelic*, id eſt, Regis, ſex millibus à priore diſſitus, ad quem eſt *Alcatſar*, id eſt, caſtellum filii Hobaira. Tertius ad Suram tendit. Quartus ad Cuſam, quas urbes ab invicem diſtare ſcribit Benjamin itinere ſeſquidiei.

Cl. 4. pag. 5. & 6.

Pleroſque hos Euphratis alveos non multo aliter deſcribunt Græci & Romani Scriptores, niſi quod de amne *Tſartſar* altum ſilent. Primus è quinque alveis, quem in Tigrim influere diximus è regione Bagdad, is eſt qui Seleuciam prȩtermeabat. Plinius; *Scinditur Euphrates à Zeugmate* LXXXIII M. *paſſus circa vicum Maſſicen: & parte lævâ in Meſopotamiam vadit per ipſam Seleuciam circa eam præfluens infuſus Tigri.* Ptolemȩus; σχίζεται δὲ τό τε διὰ Βαβυλῶνος ῥέοντα, καὶ τὸ διὰ Σελευκείας, ὧν ὁ μεταξὺ καλεῖται Βασίλειος ποταμός. *Scinditur in eum alveum qui per Babylonem fluit, & eum qui per Seleuciam, quorum medius vocatur Regius fluvius.* Medius ille fluvius, quem Βασίλειον ποταμὸν *Regium amnem* Ptolemȩus, & Polyb. lib. 5. τὴν Βασιλικὴν διώρυχα *Regiam foſſam* vocari ſcribunt, eſt Arabum *Almelic*, & Chaldæorum נהרמלכא *Naarmalcha*. Ammianus lib. 24. *Ventum eſt hinc ad foſſile flumen Naarmalcha nomine, quod amnis regum interpretatur.* Euſebius ex Abydeno perperam ſcribit Ἀρμακάλην pro Ναρμαλάκην, & *Plinius Armalchar*. Abydeni verba ſunt de Rege Nabuchodonoſoro; τοῦτο Ἀρμακάλην ποταμὸν ἐξήγαγεν, ἐόντα κέρας Εὐφρητίου. *Armacalem etiam fluvium, qui Euphratis eſt cornu, deduxit.* Inde flumen Regium, quia regiâ curâ effoſſum. Iſidorus Characenus in Stathmis Parthicis *Narmalchan* habet. Διαβάντων, inquit, τὸν Εὐφράτην καὶ Ναρμάλχαν ἐπὶ Σελεύκειαν τὴν πρὸς τῷ Τίγριδι. Eundem כבר Χεβὰρ *Chobar* dici putant in Ezechiele paſſim, à Chobaris nomine huic operi præfecti. Plinius; *Sunt qui tradunt Euphratem Chobaris præfecti operâ deductum, ubi eum diximus findi, ne præcipiti curſu Babyloniam infeſtaret, ab Aſſyriis verò univerſis appellatum Armalchar* (lege Naarmalcha) *quod ſignificat regium flumen.* Mirum ab Ammiano ſcribi, qui locorum erat peritus, fluvium Naarmalcham Cteſiphonta prȩtermeare, cùm Cteſiphon fuerit trans Tigrim, & Naarmalcha ſeu Regius fluvius in Tigrim influat multò infra Cteſiphontem, nempe ad Apamiam. Ptolemæus, Ἀπάμεια ὑφ᾽ ἣν ἡ τοῦ Βασιλείου ποταμοῦ πρὸς τὸν Τίγριν συμβολή, *Apamia ſub qua eſt Regii fluvii commixtio cum Tigri.* Apamia videtur eſſe Arabum *Alcatſar*, quam à Bagdad, id eſt, à Cteſiphonte, diſtare dicunt tribus modicis ſtationibus, id eſt, XLV M: quod convenit ad amuſſim cum Ptolemȩi deſcriptione.

Plin. lib. 5. cap. 26.
Ptol. lib. 5 cap. 18.
Euſeb. lib. 9. Præp.
Ezech. 1. 3. & 3. 15. 23. & 10. 15. 20. 22. et 43. 3.
Plin. l. 6. cap. 26.
Ptol. lib. 5. cap. 18.
Nub. cl. 4. part. 6.

Jam ſequitur alveus ad quem ex omnium conſenſu ſita fuit Babylon. Euphratem plerique vocant ſervato priſco nomine, quia creditur eſſe nativus Euphratis alveus, non ut alii, foſſilis & arte factus. Tantum in libro Baruch appellatur fluvius *Sud*; quo loco ſe librum ſuum legiſſe dicit *in auribus* πάντων τῶν κατοικούντων ἐν Βαβυλῶνι ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ Σοὺδ, *Omnium eorum qui Babylone habitant ad fluvium Sud.* At me authore legendum eſt Σὺρ *Sur*. Nam ex Hebrȩorum monumentis id ſumptum eſt, in quibus erat אל נהר סור *ad fluvium Sur*. Sed fefellit interpretem ſimilitudo literarum ר & ד, id eſt, *Res* & *Daleth*. Is igitur legit סוד *Sud* pro סור *Sur*. *Sur* idem quod *Sura* vel *Sora*, urbs Babylonia notiſſima, ad hunc ipſum Euphratis alveum. Nubienſis Geographus; *Reliqua verò pars Euphratis fluens è Rahaba a tergo deſerti in varia dividitur brachia, quorum unum pergit ad Tſartſar, aliud ad Alcatſar, aliud etiam ad Sura, quartum denique ad Cuſam.* Et rurſus: *E caſtello Ebn-hobaira ibis ad urbem Sura appoſitam ad latus Euphratis.* Chronicon Salſeleth, f. 33.
נהרדעא וסורא תרויהון על נהר פרת ונהרדעא לעיל

Baruch. 6. 1, 4.
Cl 4. part. 5.
Ib. part. 6.

V. Buxtorf. commen. Masor. cap. 6.

לעיל מסורא טפי מן כ׳ פרסין *Naardea* (Naarda Ptolemęo & Neerda Joſepho) *& Sura ſunt ambæ ſupra fluvium Euphratem: Naardea autem ſupra Suram eſt plusquam viginti paraſangis*, id eſt, LXXX. M. paſſ. *Sura* alio nomine מחוזא *Mahaſia* dicta eſt, ut legitur in Benjamino; unde Proverbium apud Hebræos, אקילקי דמתא מחוזא ולא אפרני דפומבדיתא *Fimum urbis Mahaſia non palatia Pombeditha:* quo volunt illius ſterquilinia hujus palatiis eſſe pręferenda. Quia habuerunt in utrâque Academiam, ſed Suræ multo celebriorem.

Supereſt Euphratis alveus maximè occidentalis ad Kupham tendens, à qua Suram diſtaſſe ſcribit Benjamin itinere יום וחצי *dies cum dimidio.* Sed puto vocibus tranſpoſitis legendum eſſe חצי יום *media dies.* In hujus alvei nomine hiſtorici veteres haudquaquam ſibi conſtant. Abydenus appellat Ἀρμακάλην, Plinius *Narragam*, Ptolemęus *Baarſarem* vel *Maarſarem*, Ammianus *Marſian.* In Abydeno pro τὸν Ἀρμακάλην legendum eſſe ſuſpicor τὸν Ναγραγάνην, id eſt, נגר אגם *Nagragam*, fluvium ſtagni; atque id ipſum eſſe in Plinio *Narragam* pro נהר אגם *Naar-agam.* Quo nomine videtur dictus, quia vel alluebat, vel permeabat ſtagnum quadratum ingens ad occaſum Babylonis, cujus unumquodque latus erat decem paraſangarum, vel, quod idem eſt, ſtadiorum CCCXX. Unum in Abydeno legitur, alterum in Herodoto. Diodorus ex hoc numero demit ſolùm viginti ſtadia. De Maarſara & Marſia nihil ſuccurrit, niſi ſtatuas potiùs eſſe nomina pręcedentis alvei, qui ab urbe Maaſia vel Sura *Maaſia* dictus ſit, & נהר סורא *Naar-ſura*, fluvius Suræ, unde corruptores fecerint Marſian & Maarſarem.

Apud Euſeb. lib. 9. Præp. Herod. lib. 1. Diod. lib. 1.

Hęc ſunt נהרות בבל *flumina Babylonis*, vel *Babyloniæ* potiùs, de quibus, Pſal. 137: 1. Quorum ripę tam multis ſalicibus erant conſitæ, ut Babylonia ideò vocetur נחל הערבים *vallis ſalicum*, Eſa. 15: 7. Et Moabitarum opes dicantur in vallem ſalicum deportandæ, id eſt, in Babyloniam. R. Selomo in hunc locum: *Hoſtes captivos adducent eos ad terram Babyloniæ, quæ eſt vallis ſalicum, unde dicitur, Pſal.* 137. *Ad ſalices quæ ſunt in medio ejus ſuſpendimus citharas noſtras.* Hęc cùm clara & aperta ſint, mirum eſt Hilarium in hujus Pſalmi explicatione ad allegorias confugere, tanquam ad ſacram anchoram, ac ſi aliter verba Pſaltis non poſſent intelligi. *Eos*, inquit, *qui ſecundum literam intelligenda omnia exiſtimant, interrogare vellem quæ flumina Babyloniam prætermeant, ut illic captus populus conſederit, &c.* At in media urbe non dixit Pſaltes, ſed in media *Babel*, id eſt, Babyloniâ, ut jam ante monuimus. Quanquam eò deſcendere nihil neceſſe eſt, cùm Babylonem ipſam in duas partes æquales diviſerit Euphrates, cujus ripæ potuerunt vel in urbe mediâ ſalicibus eſſe conſitæ.

CAPUT IX.

Turris Babel ubi fuerit.

Ex Eſ. 10: 9. juxta Græcam Editionem, Baſilio, Gregorio Naz. & aliis, colligi turrim Babel Chalane eſſe ædificatam. Quod Hieronymus merito notat. Fontes erroris. Hebræi ejuſdem turris locum Borſippæ metantur, frigidis alluſionibus freti. Borſippa cur illis odioſa. In Ptolemæo malè *Barſita*, & in Juſtino *Byrſia.* Situs ex Benjamine. *Urbem & turrim* an ſit figura ἓν διὰ δυοῖν? Turrim Babylone fuiſſe probatur ex Moſe, Abydeno, Eupolemo, Sibyllinis, & Arabe Paraphraſte, cui turris hic eſt אלקצר *Alcaſar* ſeu Babylonis Acropolis. Eam non fuiſſe ſtatim ſubverſam, ſed diu ſtetiſſe poſt linguarum confuſionem.

Una è quatuor urbibus, quas in terrâ *Sinhar* condidit Nimrod, Chalne dicitur vel Chalane, Gen. 10: 10. id eſt, Cteſiphon, quæ ad Tigrim erat, ut ſuo loco docebimus. Non ſatis ſcio quibus machinis turrim Babylonicam eò tranſtulerint ex Babylone Gręci Interpretes, apud quos ita loquitur Rex Aſſyrius, Eſa. 10: 9. οὐκ ἔλαβον τὴν χώραν τὴν ἐπάνω Βαβυλῶνος καὶ Χαλάνης, οὗ ὁ πύργος ᾠκοδομήθη? *Nonne cepi regionem quæ eſt ſupra Babylonem & Chalanem, ubi turris ædificata eſt?* In quem locum Baſilius: πύργον μὲν ὃν ἐκεῖνος λέγει τὸν ἀρχαῖον, ὃν ἐν τῷ πεδίῳ τῷ Σεννάρ ᾠκοδόμησαν. *Veterem illam turrim dicit quam in campo Sennar ædificarunt.* Et Cyrillus, Χαλάνη, οὗ ὁ πύργος ᾠκοδομήθη παρὰ τῶν ἀρχαιοτέρων, κεῖται μὲν ἐν ἐσχάτοις τρόπον τινὰ τοῖς ἑῴοις μέρεσιν, ἐπέκεινα δὲ τῆς Βαβυλωνίων χώρας τε καὶ γῆς. *Chalane ubi turris à priſcis hominibus ædificata eſt, in extremis quodammodo Orientis partibus, ultra regionem & terram Babyloniorum ſita eſt.* Hinc Gregorius Nazianzenus oratione 26. ὁ ἐν Χαλάνῃ πύργος, ὃς καλῶς τὰς γλώσσας ἐμέρισε, *turris quæ in Chalane, quæ linguas pulchrè diviſit.* Et Conſtantinus Manaſſes in hiſtoricâ ſynopſi: οἰκοδομεῖν μὲν ἤρξαντο τὸν πύργον τῆς Χαλάνης, *Chalanes quidem turrim ædificare cœperunt.* Sed Hieronymus rectè monet LXX. Interpretes hęc addidiſſe de ſuo: *Pro Charchamis*, inquit, LXX. *addentes de ſuo*, regionem trans Babylonem, *interpretati ſunt: &* Chalanem, *ubi ædificata eſt turris.*

Mihi originem exquirenti tam depravatæ interpretationis, aliud nihil ſuccurrit, quàm in illis verbis, *Annon Chalno ſicut Charchemis?* Gręcos ex בכרכמיש, *ſicut Charchemis*, feciſſe, בה כרכם יש, *in eâ munitio fuit*, quod interpretati ſunt de turri Babylonica. כרכם Gręcum καταχῶμα eſt. Hujus plurale כרכומין pro Hebręo מצור legitur, Deut. 20: 20. in Jonathanis Paraphraſi. Alibi meliùs ſcribitur כרקום.

Pari acumine Hebręi huic ipſi turri metantur locum non Babylone, ſed Borſippæ, freti ſcilicet alluſione Chaldaici nominis בורסיף *Borſiph* ad Hebręum בור שאפי *Bor-ſaphe*, quaſi dixeris *ciſternam evacuatam.* Quia aër illius loci homines inducit in oblivionem omnium eorum quæ didicerunt. Unde factum ut linguæ ſuæ quiſque eſſet immemor. Alii pro *Borſiph* volunt dici בלשיף *Belſiph*, quia ibi Deus בלל שפת *Balal-ſephath*, id eſt, *confudit linguam* totius terræ. Hęc in Lexico Talmudico doctiſſimus Buxtorfius, partim ex tractatu *Sanhedrin*, partim ex *Bereſith Rabba. Borſiph* Beroſo Βόρσιππος, Straboni & Stephano τὰ Βόρσιππα, Babyloniæ urbs fuit non incelebris, in quâ Rex Nabonidus à Cyro captus, teſte Beroſo apud Joſephum. Linificio clara fuit & veſpertilionibus ſolito majoribus, qui ad eſum condiebantur. Ibidem templa Dianæ & Apollinis, & Chaldęorum ſecta quędam multi nominis, in cujus odium Hebręos puto hęc de turri comminiſci. Atque eodem pertinere Talmudicorum effatum: סימן רע לתורה בבל ובורסיף *Babel & Borſiph malum ſignum legi.* In Ptolemęo mendoſè legitur Βάρσιτα pro Βόρσιππα. Juſtini lib. 12. Byrſia: *Omiſſâ*, inquit, *Babyloniâ in Byrſiam urbem trans Euphratem, deſertam olim* (Alexander) *conceſſit.* Benjamin in Itinerario à Babylonis ruderibus לחילה *Chilam* quinque millia, & à Chila ad turrim quatuor millia paſſuum dinumerat.

Cont. Apion. lib. 1. Strab. lib. 16.

Sunt qui *urbem & turrim* per figuram ἓν διὰ δυοῖν nihil aliud eſſe volunt quàm urbem turritam, qualis fuit Babylon. Cteſias apud Diodorum: περιεβάλετο τεῖχος τῇ πόλει σταδίων τριακοσίων ἑξήκοντα διειλημμένον πύργοις πυκνοῖς καὶ μεγάλοις, *cinxit urbem muro ſtadiorum* CCCLX. *diſtincto turribus frequentibus & magnis.* Sed attentiùs legenti apparet turrim aliquam ſingularem deſignari: *Ædificemus nobis*, inquiunt verſ. 4. *urbem & turrim cujus caput ſit in cœlis.* Et verſ. 5. Deus deſcendiſſe legitur, ut videret את העיר ואת המגדל *urbem & turrim.*

Sed in urbe fuiſſe turrim, adeóque fuiſſe partem urbis, ex eo planum eſt, quòd poſt diſperſionem

Moſes

Moſes hoc ſolum dicit, illos ab urbe ędificanda ceſſaviſſe, mentione turris omiſſâ, ut pateat urbis nomine etiam turrim contineri. Proinde Abydenus apertè aſſerit primos illos homines *πύργον ἠλίβατον ἀείρειν, ἵνα νῦν Βαβυλών ἐστι, Turrim excelſam erexiſſe, ubi nunc eſt Babylon.* Atque id ipſum eſt in Eupolemo. Sed & Sibylla quędam apud Joſephum & Euſebium turrim & urbem promiſcuè ſumens, ait urbi Babyloni ideò nomen eſſe, quia turris architectis Dii attribuerunt propriam unicuique linguam. Loca deinceps proferentur.

Itaque turrim deſignabant quæ in ipſa urbe eſſet inſtar Acropolis. *Alcaçar* Hiſpani dixerint, id eſt, אלקצר, qua ipſa voce hic utitur Arabs interprés. Hebręi turris nomen paſſim ita uſurpant. Sic Judic. 8. & 9. *Turris Pennel, turris Sichem, turris Thebes* ſunt propugnacula totidem ad vim hoſtium propulſandam in mediis urbibus ſtrui ſolita: quod expreſſè dicitur de turri Thebes, Jud. 9: 51. מגדלות appellantur hæ turres ab amplitudine, qua multùm ſuperant privatas domos.

A pleriſque creditum turrim illam Deum ſubvertiſſe, quo momento confudit linguas. Sibylla: *οἱ δὲ θεοὶ ἀνέμους ἐπιπέμψαντες ἀνέτρεψαν τὸν πύργον, Dii autem ventis immiſſis turrim everterunt.* Et de eâdem Eupolemus; *πεσόντος δὲ τούτου ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ ἐνεργείας, qua cum vi divina corruiſſet.* Abydenus etiam ſcribit *τοὺς ἀνέμους θεοῖσι βωθέοντας ἀνατρέψαι τὸ μηχάνημα, ventos Diis ſubvenientes opus ſubvertiſſe.* Et Benjamin, ובתוכו נפלה אש מן השמים ובקעה אותם עד התהום, *Et in medio ejus* (turris) *cecidit ignis è cœlis, qui diruit ipſos* (lateres) *uſque ad fundamentum.* Sed cum Scriptura nil tale affirmet, credo hoc merum eſſe commentum, & eam turrim poſt diſperſionem diu ſtetiſſe, adeóque illam eſſe turrim quę Belo deinceps conſecrata eſt, quam multis deſcribit Herodotus lib. 1.

CAPUT X.

Quando & à quibus fuerit extructa turris.

Turris condita naſcente Phaleg. A. 101. poſt diluvium. Sæculum aureum interceſſit. Itaque è conditorum numero excipiendi Phaleg, & Jectanidæ omnes; ſed & viri pii Noa, Sem, &c. cum conditores vocentur *filii hominum*, ut opponantur filiis Dei, id eſt, piis, Gen. 6: 2. Qui proinde à pœnâ fuere immunes. Nimrod tum puer, aut nondum natus.

Tempus, quo turris condita & homines diſperſi fuere, ſatis apertè deſignat Moſes, cùm dicit, *Hebero natos eſſe duos filios, quorum uni nomen Phaleg, eo quòd in diebus ejus diviſa eſt terra*, Gen. 10: 25. Quod idem eſt ac ſi diceret terram fuiſſe diviſam, quo tempore Phaleg natus eſt. Naſcenti enim à patre nomen inditum. Phaleg autem natus eſt poſt diluvium anno centeſimo primo, ut conſtat ex Gen. 11: 10. uſque ad verſ. 16. Itaque eo ipſo anno diſturbatum eſt opus fabricatorum Babel, & hominibus diſperſis terra diviſa. Sęculum quod interceſſit ideò Aureum Poëtæ vocant, ut jam antè notavimus, quia terrâ nondum diviſâ omnia in commune poſſidebantur. Et Noa, quem Saturnum indigitant, hominibus non imperabat ut Rex ſubditis, ſed tanquam parens filiis, eos non tam metu quàm amore coërcens & paterni nominis reverentiâ.

Hinc collige verba Moſis, Gen. 11: 2, 3, 4. *Et evenit cum ab Oriente proficiſcerentur*, non referri ad eos omnes de quibus actum cap. 10. Neque enim è turris illius conditoribus potuit eſſe Phaleg, qui tùm recens erat natus, neque Jectan Phalegi frater natu minor. Multo minùs Jectanis filii tredecim poſt aliquot annos geniti. Sed neque Noam, aut Semum, aut Arphaxadum, aut Salam, aut Heberum, ad quos pertinebat fœdus, conſpiraſſe veriſimile eſt in tam inſaniæ ſubſtructionis fabricam. Quin videntur excipi, cùm verſ. 5. deſcendiſſe dicitur Deus, *ut videret civitatem & turrim quam ædificabant* בני האדם *filii hominum.* Nam, Gen. 6: 2. filiabus hominum opponuntur filii Dei ut fideles infidelibus. Sic igitur inſinuat Moſes ſolos filios hominum, id eſt, ſolos infideles, iſti operi ſe mancipaſſe. Unde factum ut ii omnes qui fœderis erant participes, id eſt, Abrahami proavi uſque ad Noam, à pœnâ fuerint immunes quæ in cęteros eſt inflicta. Aliorum enim linguis confuſis, hi propriam retinuerunt, id eſt, antiquiſſimam illam, quæ ab Hebero Hebræa dicta eſt, quia ſarta & tecta manſit apud Heberi poſteros. Aliis item diſperſis & disjectis in varias terrarum oras, hi à priſtinis ſedibus haudquaquam receſſerunt. Saltem Ur Chaldęorum, ubi Abrahę Majores habitarunt, Gen. 11: 28. non procul erat à Corduenâ, in quâ ſubſtiterat arca Noæ. Res patet ex Ammiani lib. 5. Ibi enim Romani tranſmiſſo Tigri ad locum à Corduenâ centeſimo lapide diſparatum, viâ ſex dierum emenſâ *ad Ur, nomine Perſicum venere caſtellum*, unde profectis primò Thiſalphata, deinde Niſibin iter fuit. Itaque Ur circa Niſibin, Tigri propior & Corduenæ duabus minimum ſtationibus.

Nimrod etiam non videtur ex illorum fuiſſe numero qui turrim exſtruxerunt, ſive tum puer fuerit, aut nondum natus. Alioqui cladem communem non evaſiſſet, atque illi cum cęteris fuiſſet aliò migrandum; nec diceretur, Gen. 10: 10. principium regni ejus fuiſſe Babylon, quâ nondum extructâ conditores vi θεηλάτῳ diſſipati ſunt. Puto igitur poſt illam cladem terram Sinhar aliquot annis jacuiſſe deſolatam, recenti memoria tantę diſſipationis omnes homines abſterrente ab illa invadenda. Donec Nimrod homo pervicax eò ſe conferre auſus eſt, cum Chuſęorum magna manu, ut opus dudum interruptum continuaret & perduceret ad umbilicum: atque eum ipſum locum, in quo disjectum fuerat humanum genus & undiquaque diſperſum, voluit eſſe regni ſui ſacrarium & Metropolim. Quo fortè illum invitabat incredibilis regionis ubertas atque amœnitas, de quâ prolixè egimus in deſcriptione Paradiſi Terreſtris.

CAPUT XI.

Turrim & mœnia Babylonis ex latere & bitumine conſtitiſſe.

Ita habetur, Gen. 11: 3. & lateritia fuiſſe multi ſcribunt. In his Benjamin, in quo explicatur vox [illegible] *logur.* At חמר *chemar* pro bitumine *lutum* aut *calcem* multi reddunt. In quibus Diod. Tarſ. ac ſi bitumen ad ædificia ſit inutile. Tamen *chemar* eſſe bitumen probatur ex Gen. 14: 10. & Exod. 2: 3. Bitumen & pix quàm ſimilia. Hinc bituminare & picare verba promiſcua. Multos Hebræorum agnoſcere *chemar* eſſe bitumen. Joſephus Ben Gorion emendatur. Definitio τοῦ *chemar* in Aben-Ezra. Bitumen eſſe limum, & rubri coloris vel purpurei. *Braſalendi* in Serapione corruptè pro *Kaphar aljebadi.* Rubrica Scythica. Lacus Aſphalt. cur vocetur rubrum mare. Chemar è rubedine dici. Bituminis lenta natura. Lignum arcæ eo illitum quandiu duraverit. Ejus uſus in amuletis. Diodorum refellit Theodoretus ex αὐτοψίας. Strabo, Dion, Suidas, Pollux de bituminis uſu in ædificiis. Ejus ἀσφαλτία, unde Græcum nomen ἀσφάλτου. Mediæ & Suſorum mœnia bitumine interlita, Babylonis itidem. Obiter quid ſit *beſalum.* Sulphur in Hygino & Caſſiodoro pro bitumine ſumi. Bituminis natura ſulphurea. Beli templum ejuſdem ſtructuræ. Sub Nabonnide & Nabuchodonoſuro nova Babylonis mœnia ex latere & bitumine. Beroſus emendatus. Mœnia Mantineæ ex crudo latere.

Mœnia Babylonis partim ex latere cocto, partim ex bitumine facta. Ita tradit Sacer Scri-

ptor, Gen. 11: 3. *Et dixerunt alter alteri: Agite faciamus lateres & perfectè excoquamus, & fuerunt illis lateres pro lapidibus,* והחמר *& chemar fuit eis* לחומר *pro chomer*, id eſt, *bitumen pro camento*, ut habet Vulgata; rectè omninò. Nec multo aliter Septuaginta: Καὶ ἄσφαλτος ἦν αὐτοῖς ὁ πηλὸς *& bitumen erat illis lutum*, id eſt, pro luto vel cæmento.

De lateribus non dubitatur, quia vox Hebræa לבנה pro latere notiſſima eſt. Et Babylonis muros lateritios fuiſſe tradunt omnes ſummo conſenſu. Herodotus lib. 1. Ἑλκύσαντες δὲ πλίνθους ἱκανὰς, ὤπτησαν αὐτὰς ἐν καμίνοισι. *Cum lateres ſatis multos effodiſſent, eos in fornacibus excoquebant*, & Juſtinus ex Trogo lib. 1. *Hac Babylonem condidit, murumque urbis coctlo latere circumdedit.* Sed & præter Hiſtoricos, qui id ex profeſſo tractant, etiam apud Poëtas res eſt tralatitia. Ariſtophanes in Avibus.

Περιτειχίζειν μεγάλαις πλίνθοις ὀπταῖς, ὥσπερ Βαβυλῶνα,
Circummœnire magnis lateribus coctis, ut Babylonem.

Propertius lib. 3. Eleg. 9.

Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis urbem,
Ut ſolidum coctlo tolleret aggere opus.

Ovidius lib. 4. Metam. fab. 4.

——ubi dicitur altam
Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis urbem.

Martialis lib. 9. Epigr. 77.

Nec latere cocto quo Semiramis longam
Babylona cinxit.

Lucanus lib. 6.

—— fragili circumdata teſta
Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.

Benjamin de turre Babel, Itinerarii pag. 77. בנוי בלבנים הנקראים לאגור *Lateribus quos lagour vocant conſtructa eſt.* Ita doctiſſimus interpres. Sed ſcribendum *agour* non *lagour*. Nam אגור *agour* pro lateribus vox eſt Arabibus frequens, quaque adeò Arabs interpres hoc ipſo loco utitur. Itaque in לאגור τὸ *Lamed* ſervile eſt. Nempe קרא verbum cum *Lamed* paſſim conſtrui nemo neſcit.

At multos video dubitare, an verè חמר *chemar* ſit bitumen. E Chaldæis Jonathan & Arabs Erpenianus טין, id eſt, lutum, interpretantur. Ita etiam R. Selomo, & è recentioribus Pagninus, Vatablus, Oleaſter, & alii Hebræos ſequuti. E quo grege Kimchius חמר *chemar* lutum eſſe dicit ex arenâ & calce conſtans: Aquinas etiam exponit טיט וסיד *lutum & calcem.* Et Græcus vetus Scholiaſtes in hunc locum: ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος ἄσβεστον φασίν. *Syrus & Hebraus asbeſtea dicunt*, id eſt calcem vivam. Quin & Diodorus Tarſenſis, magnum olim Eccleſiæ lumen, Græcis Interpretibus eo nomine dicam impingit, quòd חמר bitumen pro calce reddiderint, hoc argumento fretus, quòd ἄσφαλτος εἰς οἰκοδομὴν ἄχρηστος, ἄσβεστος δὲ ἐπιτηδειοτάτη. *Bitumen ad adificandum eſt inutile, calx autem aptiſſima.*

Tamen hæc nihil me abſterrent quominus חמר *chemar* bitumen eſſe aſſeram, non calcem, nec lutum ex calce. Nam præter locum in quo verſamur, vox eadem rurſus occurrit, Gen. 14: 10. ubi vallis Sodomitica dicitur fuiſſe plena בארות חמר *puteis chemar*, id eſt, *puteis bituminis.* Aliter explicare non poſſunt, qui ex Trogo, Diodoro, Joſepho, Tacito, Plinio, Solino, Galeno, Hieronymo, & aliis didicerunt ibi eſſe lacum Aſphaltitem, ſic dictum à bituminis glebis, quas magnâ copiâ evomit.

V. Juſt. l. 36. Diod. l. 19. Joſeph. Antiq. l. 1. cap. 10. Et bell. Jud. lib. 5. c. 5. Tac. hiſt. lib. 5. Plin. lib. 5. cap. 16. Et l. 35. cap. 15. Solin. c. 36. Galen. ſimpl. l. 4. c. 20. Hieron. in locis.

Sed & idem colligitur, ex Exod. 2: 3. ubi Hebræa ſic habent de arcâ papyraceâ in quâ Moſes à matre fuit expoſitus; ותחמרה בחמר ובזפת, quæ neceſſario vertenda, *& bituminavit illam bitumine & pice.* Nam ſi nomen חמר *chemar* calcem explices, verbum חמר *chamar* inde deductum erit idem quòd Græcè κονιᾶν vel τιτανοῦν *calce oblinere.* Et Hebræa Græcè reddita ſic ſonabunt ad verbum, καὶ κεκονίακε αὐτὴν κονίᾳ καὶ πίσσῃ. Quod quàm ſit abſurdum nemo non videt, quia ſic junguntur planè ἀσύγκλωστα. Et πίσσῃ κονιᾶν non magis dicitur quàm κονίᾳ πισσοῦν, *picare calce.* At pice bituminare, vel bitumine picare licet dicatur καταχρηστικῶς, tamen in ea locutione nihil inſolens, quia bitumen eſt pici ſimile. Ita definit Suidas in Ἀσφαλτίτης: Ἄσφαλτος δὲ ξηρίον ἐστὶ πίττῃ ὅμοιον, *bitumen autem medicamentum eſt pici ſimile.* Unde paulo poſt: καὶ ἀσφάλτωσις ἡ πίσσωσις *& bituminatio eſt picatio.* Avicenna etiam lib. 2. bituminis virtutem ſcribit eſſe קריב מן קוה אלזפת *vicinam virtuti picis* Itaque, Gen. 6: 14. pro Hebræis כפרת אותה בכפר *bitumine bituminabis eam*, Arabs habet תזפתהא באלזפת *pice picabis eam.* Atque eo ipſo in loco ἀσφαλτώσεις *bituminabis.* Heſychius exponit χρίσεις, πισσώσεις, *unges, picabis.*

Itaque etiam è Judæis multi coguntur dare manus: in quo numero ſunt qui apud Kimchium חמר *chemar* ſtatuunt eſſe מין זפת *ſpeciem picis.* Et Joſephus Ben-Gorion, qui lacum Aſphaltitem appellat אגם החמר *paludem chemar*, id eſt, bituminis. Ita legendum, non החומר *chomer*, cæmenti, ut habent noſtræ editiones. Sed & Aben-Ezra in Exodum, חמר *chemar* cùm deſcribit his verbis הוא טיט אדום מדבק ימצא בארץ ישראל, *Lutum eſt rubrum & glutinoſum, quod reperitur in terrâ Iſraelis*, nequaquam calcem, ſed bitumen intelligit. Vide edit. Venet. cap. 50. Et Baſil. lib. 5. cap. 14.

Lutum ſeu limum vocat, quia ex aquis eruitur; neque aliter Plinius: *Et bituminis vicina eſt natura, alibi limus, alibi terra. Limus è Judaa lacu, ut diximus, emergens; terra in Syriâ circa Sidonem.* Atque id ipſum videntur ſignificaſſe Chaldæus & Arabs nomine טין, id eſt, *lutis* vel *limi.* Calcem certè non intelligi ex eo palam eſt, quòd lutum illud calci opponitur. Ita enim Chaldæus: *Lutum erat illis* לשיע, id eſt, *pro calce.* Plin. l. 35. cap. 15.

Et lutum illud Aben-Ezra meritò rubrum eſſe aſſerit. Nam utut Aſphaltitem lacum Joſephus vomere ſcribat bituminis βώλους μέλανας *nigras glebas:* Et Tacitus *atrum* eſſe *naturâ ſuâ liquorem:* tamen plerique tradunt præſtantiſſimum in Judæa bitumen rubrum eſſe vel purpureum. Serapio, *Braſalends* (lege ut in Avicenna קפר אליהודי *Kaphar aljehudi*) eſt *aſphaltus vel bitumen Judaicum rubeum.* Dioſcorides: Ἄσφαλτος διαφέρει ἡ Ἰουδαϊκὴ τῆς λοιπῆς. ἔστι δὲ καλὴ ἡ πορφυροειδῶς στίλβουσα. *Bitumen Judaicum omnium eſt praſtantiſſimum: Probatur autem quod purpura modo ſplendet.* Avicenna: אגודה אלפרפורי *Optimum illud eſt quod purpuraſcit.* Ab illo ipſo colore piſſaſphaltus rubrica Scythica vocatur à Marcello Empirico. Neque alia occurrit cauſa cur Ἀσφαλτῖτις, id eſt, Aſphaltites lacus, ab Heſychio appelletur ἐρυθρὰ θάλασσα *rubrum mare*, quàm bituminoſus in eo color. Denique vocem Hebræam חמר *chemar* à rubedine ſumi palam eſt, ut חמר *chemer* vinum, יחמור *Jachmur* rupicapra, &c. Nam חמר *chamar* eſt rubere, Pſ. 75: 9. De bello Jud. lib. 5. cap. 5. Tac. Hiſt. l. 5. Lib. aggreg. cap. 177.

Etiam ad bituminis deſcriptionem id pertinet quod מדבק glutinoſum eſſe dicitur. Ita in Plinio: *Sequax ac lenta natura bituminis, ad omnem contactum adharens.* Et in Solino: *adeò lentum mollitie glutinoſa, ut à ſe nequeat ſeparari.* Et Joſephus: ἀποκόπτειν οὐ ῥᾴδιον, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐντονίαν προσήρτηται τῷ μηνύματι τὸ σκάφος. *Incidere non eſt facile, ſed propter tenacitatem bituminis grumo adharet ſcapha.* Proinde idem obſervat utile eſſe bitumen πρὸς ἁρμονίας νεῶν, id eſt, *ad compages navium*, ut ab Iſidoro redditur Orig. lib. 16. c. 2. In quem ipſum uſum, Deo monente, Patriarcha Noa adhibuit, Gen. 6: 14. Unde lignis cypariſſinis, ex quibus Plin. lib. 7. cap. 15. Belli Jud. lib. 5. c. 5.

arca

arca fabricata erat, tanta diuturnitas ut incorrupta duraverint per plura annorum millia, ut jam anteà probatum eſt. Hic monuiſſe ſufficiat à Beroſo & Alexandro Polyhiſtore ſcribi nonnullos in Gordyæo monte ex arcæ reliquiis bitumen abraſiſſe quo uterentur *πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμοὺς ad amuleta.* Noam imitata Jochebed mater Moſis bitumine illevit arculam illam, in quâ filium expoſuit ad Nili ripas, ne flumine intumeſcente ligna in aquis demerſa noxium humorem combiberent.

Jam ad Diodorum venio, qui bitumine mœnia Babylonis negat potuiſſe ferruminari, quia bitumen, ſi illi credimus, eſt *εἰς οἰκοδομὴν ἄχρηστον ad ædificandum inutile.* Huic pro me reſpondeat Theodoretus in Gen. quæſt. 59. Τὴν ἄσφαλτον τινὲς τῶν διδασκάλων ἔφασαν ἄσβεστον εἶναι, οἱ ἀγνοοῦντες, ὡς εἰκὸς, τὰς ἐν Ἀσσυρίᾳ πηγὰς, ᾠήθησαν ἀσβέστῳ τὸν πύργον οἰκοδομεῖσθαι. Ἀκριβῶς δὲ παρὰ τῶν ἐκεῖθεν ἀφικνουμένων μεμάθηκα, ὡς εἰσὶ πηγαὶ ταύτης ἀναβλύζουσαι τὴν ὕλην μεθ' ὕδατος. Καὶ ὅτι ταύτην ταῖς οἰκοδομίαις συνυφαίνοντες, ἐπὶ ταύτης τὴν ὀπτημένην συνετίθησαν πλίνθον, οὕτω καὶ τὸν πύργον οἰκοδομεῖσθαι φασί. *Dixerunt quidam è magiſtris bitumen* (hoc loco) *eſſe calcem, qui ignorantes, ut veriſimile eſt,* bituminis *fontes, qui in Aſſyriâ ſunt, putaverunt ex calce turrim ædificatam fuiſſe. Ego autem ab iis qui inde veniunt accurata inquiſitione didici fontes eſſe qui materiam hanc cum aquâ evomunt, quam ædificiis attexentes coctilem cum eâ laterem compoſuerunt, atque ita turrim aiunt fuiſſe conſtructam.* Addit illos id comperiſſe ex laterum fragmentis (ex Babylonis ruderibus ut videtur effoſſis) quibus apparebat bitumen fuiſſe ſubſtratum, & Aſſyrios eò adigi lapidum & calcis penuriâ.

Theodoreto adſtipulantur quotquot ſcriptores in ædificiorum uſum bitumen Babylonicum commendant, de quo Strabo lib. 16. Ἐνταῦθα δὲ συνίστανται βῶλοι μεγάλαι πρὸς τὰς οἰκοδομὰς ἐπιτήδειαι, τὰς διὰ τῆς ὀπτῆς πλίνθου. *Ibi autem coeunt magnæ* (bituminis) *glebæ ad ædificia idoneæ, quæ fiunt ex coctо latere.* Et Dion in Trajano: Τοσαύτην γὰρ ἀσφάλειαν πλίνθοις ὀπταῖς ἢ καὶ λίθοις λεπτοῖς συμμιχθεῖσα παρέχεται, ὥστε καὶ πέτρας καὶ σιδήρου παντὸς ἰσχυρότερα αὐτὰ ποιεῖν. *Tantam enim firmitatem coctis lateribus aut etiam lapidibus minuſculis commixtum* (bitumen) *præſtat, ut & ſaxis & ferro quovis validiores faciat.* Nec multo aliter Suidas: τοσαύτην δὲ ἀσφάλειαν ποιεῖ τοῖς κτίσμασιν ἡ ἄσφαλτος, ὥστε ταῖς ὀπταῖς πλίνθοις καὶ τοῖς λεπτοῖς λίθοις συμμιγεῖσα, ἰσχυρότερα γίνεται παντὸς σιδήρου. Proinde ab hac ἀσφαλείᾳ aſphalto nomen eſſe nonnulli volunt. Et inter ædificiorum materias à Polluce cenſentur πηλὸς, ἄσβεστος, τίτανος, ἄσφαλτος, *lutum, calx viva, calx, bitumen.* Et in Suſianâ Xenophon Medeæ oppidi murum ſtructum fuiſſe ſcribit πλίνθοις ὀπταῖς ἐν ἀσφάλτῳ κειμέναις, *lateribus coctis in bitumine ſtratis.*

Poll. lib. 7. cap. 28.

Anabaſ. l. 2.

Sed quod ad rem maximè facit, οἱ ἔξωθεν, ferè quotquot ſunt, de Babylonis mœnibus planè idem ſcribunt quod Moſes, nempè non calce ſed bitumine fuiſſe ferruminata. E Græcis hi ſufficient. Herodotus lib. 1. μετὰ δὲ τέλματι χρεώμενοι ἀσφάλτῳ θερμῇ, *poſtea verò pro luto utentes calido bitumine, &c.* Et aliquantò poſt: ὁ Ἰς ποταμὸς ἅμα τῷ ὕδατι θρόμβους ἀσφάλτου ἀναδιδοῖ πολλοὺς, ἔνθεν ἡ ἄσφαλτος ἐς τὸ ἐν Βαβυλῶνι τεῖχος ἐκομίσθη. *Fluvius Is una cùm aquâ plurimos reddit bituminis grumos, unde bitumen ad murum Babylonis deportabatur.* Cteſias apud Diodorum lib. 2. τὰς δὲ πλίνθους εἰς ἄσφαλτον ἐνδησαμένη, τεῖχος κατεσκεύασε, *lateribus autem bitumine ferruminatis murum adornavit.* Theocritus Idyll. 16.

——— ὅπη πλατὺ τεῖχος
Ἀσφάλτῳ δήσασα Σεμίραμις ἐμβασίλευσεν.
——— *ubi mœnia vaſta*
Dicitur aſphalto firmaſſe Semiramis urbis.

Dion in Trajano: ἔνθα μὲν τοι τήν τε ἄσφαλτον εἶδε Τραϊανὸς ἐξ ἧς τὰ τείχη Βαβυλῶνος ᾠκοδόμητο. *Ibi etiam vidit Trajanus bitumen* (bituminis fontem) *ex quo Babylonis mœnia ædificata ſunt.* Joſephus: ᾠκοδόμητο δὲ ἐκ πλίνθου ὀπτῆς ἀσφάλτῳ συνδεδεμένης, *extructa autem fuit ex latere cocto bitumine ferruminato.* Scholiaſtes Ariſtophanis in Aves: φασὶ γὰρ τὴν Βαβυλῶνα ἀπὸ ὀπτῶν πλίνθων οἰκοδομηθῆναι, καὶ ἀντὶ γύψου ἀσφάλτῳ συνδεθῆναι τὰς πλίνθους. Et Theocriti: ἀσφάλτῳ ἐδήσεν ἡ Σεμίραμις τὸ τεῖχος ἀντὶ πηλοῦ: Et Dionyſii Euſtathius: Βαβυλῶνα ἐν τῷ πεδίῳ κτίζει ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου. Et Tzetzes Chiliade nonâ, Hiſtoriâ 175.

Τὸ Βαβυλῶνος κτίσμα γὰρ ὑπῆρχεν ἐκ βησάλων,
Ἀντὶ δ' ἀσβέστου ἄσφαλτον ἔχον ἐγκεχρισμένην.
Babylonis enim extructio fuit ex beſalo,
Pro calce verò bitumen habuit illitum.

Ex beſalo, id eſt, ex latere cocto, ut ipſe ibidem explicat. Sumptum ex Latino beſſale. Beſſalium laterum meminit Vitruvius, id eſt, qui octo uncias habent longitudinis. Hoc me docuit magnus Salmaſius in Solinum, pag. 12. 31.

Hæc ex Græcis hactenus: jam è Romanis Trogus lib. 1. *Hæc Babyloniam condidit, murumque urbis cocto latere circumdedit, arenâ, pice, bitumine interſtrato, quæ materia in illis locis paſſim è terra exæſtuat.* Curtius lib. 5. *Ad Memnium urbem pervenit: caverna ibi eſt ex qua fons ingentem vim bituminis effundit, adeò ut ſatis conſtet Babylonios muros ingentis operis hujus fontis bitumine interlitos eſſe.* Item: *Murus extructus laterculo coctili bitumine interlitus.* Plinius lib. 35. cap. 15. *Calcis quoque uſum præbuit* (bitumen) *ita ferruminatis Babylonis muris.* Vitruvius lib. 1. cap. 5. *Babylone abundantes liquido bitumine, pro calce & arenâ ex latere cocto factum habent murum.* Item. lib. 8. cap. 3. *Babylone lacus eſt ampliſſima magnitudine, qui limne Aſphaltis appellatur, habens ſupranatans liquidum bitumen, quo bitumine & latere teſtaceo ſtructum murum Semiramis Babyloni circumdedit.* Ammianus lib. 23. *Babylon cujus mœnia bitumine Semiramis ſtruxit.* Servius in Eclog. 8. *Bitumen ex fulmine dicitur procreari: unde juxta Babyloniam, quia frequentia cadunt fulmina, hac re lacus redundat, adeò ut inde fabricaſſe muros Semiramis dicatur.*

Neque aliud volunt qui ſulphur habent pro bitumine. Hyginus fab. 223. *Murus in Babyloniâ quem fecit Semiramis Dercetis filia, latere cocto, ſulphure, &c.* Caſſiodorus variorum lib. 8. epiſt. 15. *Babyloniæ muri quos Semiramis regina latere cocto, ſulphure, ferroque conſtruxit;* Sulphure, id eſt, ſulphureo limo, quale bitumen. Plinius ubi ſuprà: *Fulmina & fulgura quoque ſulphuris odorem habent, &c. Et bituminis vicina eſt natura.*

Jam ut ſcias Beli templum in turre, quam diximus ejuſdem fuiſſe ſtructuræ, Arrianum audi lib. 7. ὁ γὰρ τοῦ Βήλου νεὼς ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἦν τῶν Βαβυλωνίων, μεγέθει τε μέγιστος, καὶ ἐκ πλίνθου ὀπτῆς ἐν ἀσφάλτῳ ἡρμοσμένης. *Beli enim templum fuit in mediâ Babyloniorum urbe, immenſæ magnitudinis, ex cocto latere ſtructum bitumine ferruminatum.* Et de eodem Diodorum lib. 2. pag. 69. τῆς δ' ὅλης οἰκοδομίας ἐξ ἀσφάλτου καὶ πλίνθου πεφιλοτεχνημένης πολυτελῶς, *toto ædificio ex bitumine & latere ſummâ arte atque impenſâ extructo.*

Sed & bitumen adhibitum ab iis qui poſt primam illam ſubſtructionem muros Babylonis aut repararunt, aut ampliarunt. Ita ſub Nabonnide, τὰ περὶ ποταμὸν τείχη τῆς Βαβυλωνίων πόλεως ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου κατεκοσμήθη, *mœnia Babylonicæ urbis quæ ſunt circa fluvium ex cocto latere & bitumine adornata ſunt.* Citat ex Ariſtæo Euſebius lib. 10. Præparat. Et apud Beroſum Nabuchodonoſor veritus ne hoſtis averſo flumine aliquid in urbem moliretur, περιεβάλετο τρεῖς μὲν τῆς ἔνδον πόλεως περιβόλους, τρεῖς δὲ τῆς ἔξω τούτων, τοὺς μὲν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου,

V. Euſeb. l. 9 Præp. & Joſeph. Antiq. 10. Et cont. Apion. l. 1.

τὰς δ' ἐξ αὐτῆς πλίνθου. *Ternis mœnibus urbem interiorem totidemque exteriorem circumdedit, partim ex coᶜto latere & bitumine, partim ex ſolo latere.* Quod non capio ſatis, & puto eſſe ἀσύστατον. Neque enim per ſe ſtare poteſt murus ex ſolo latere, abſque ullo ferrumine quo partes agglutinentur. Fortè pro αὐτῆς legendum ἀόπτης, vel ἀνοπτῆς, id eſt, ὠμῆς: & ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum καὶ ἀσφάλτου: ut ſenſus ſit & hæc & illa mœnia bitumine fuiſſe ferruminata. Nullâ aliâ differentiâ, quàm quòd in his coᶜti eſſent lateres, in illis crudi. Quod ne videatur inſolens, de Mantineæ muro hæc leguntur apud Suidam in πλίνθος. *Agis, &c. fluvium præterfluentem cùm in murum avertiſſet, ipſum diſſolvit*, ἦν γὰρ ἐξ ὠμῆς πλίνθου *erat enim ex crudo latere*, qui *quidem adverſus murales machinas coᶜto eſt firmior, &c. Sed ab aqua non minùs diſſolvitur quam à ſole cera* Potuit ergo Nabuchodonoſor id habere in animo ut mœnia coᶜti lateris aquis, crudi hoſtibus opponeret. Sed hæc idcò cunᶜtanter aſſero, quia licet ὀπτὸν pro coᶜto paſſim occurrat, tamen oppoſitum ἄνοπτον vel ἄοπτον nuſquam reperi, niſi de eo quod viſum fugit. Et ad vitandam homonymiam diceretur ἀοπτητός. Ὀπτὸν enim pro coᶜto contraᶜtum eſſe ex ὀπτητὸν notat in Homerum Euſtathius. Quod me monuit Nobiliſſimus D. de Grentemeſnil. Itaque omnibus expenſis huic illius conjeᶜturæ accedo pro αὐτῆς reſcribendum ὠμῆς.

CAPUT XII.

Babylon magna urbs: non tamen cum Peloponneſo conferenda ratione magnitudinis, ut velle videtur Ariſtoteles: nec verum eſt quod eâ captâ ſcribit partem aliquam die tertio nondum ſciviſſe. Locus de mendo ſuſpeᶜtus. Diei partes, id eſt, horæ De ambitu Babylonis Veteres diſſentiunt: tamen nemo minorem facit ſtadiis 360. præter Hyginum, in quo numerus corruptus. De murorum altitudine & craſſitie par diſſenſus.

Etſi Babylon appelletur jure merito *magna urbs*, Dan. 4: 30. & Nabuchodonoſori Regi Regum dederit materiam ſuperbiendi: non tamen eſt quod quis temerè Græculis fidem adhibeat, ex quorum relatione deceptus Ariſtoteles Babylonem ſibi fingit portentoſæ magnitudinis & Peloponneſo pene parem. Id ſibi volunt hæc verba quibus contendit civitatem mœnibus non definiri: εἴη γὰρ ἂν Πελοπόννησον περιβαλεῖν ἓν τεῖχος. Τοιαύτη δ' ἴσως ἐστὶ καὶ Βαβυλὼν, καὶ πᾶσα ἥτις ἔχει περιγραφὴν μᾶλλον ἔθνους ἢ πόλεως. *Liceret enim etiam totam Peloponneſum mœnibus circumſcribere. Talis fortaſſe eſt Babylon, & urbs alia quæcunque gentis potius quam urbis habet circumſcriptionem.* Sed fuit hoc τὸ πρῶτον ψεῦδος quod addit continuo poſt: ἧς γέ φασιν ἑαλωκυίας τρίτην ἡμέραν οὐκ αἰσθέσθαι τι μέρος τῆς πόλεως. *Quâ captâ partem aliquam ferunt die tertiâ nondum ſenſiſſe.* Quod ſi ſemel conceſſeris, etiam id agnoſcendum Babylonem non malè cum Peloponneſo conferri, è cujus uno extremo ad aliud triduano curſu vix attingere poſſit expeditus eques. Fortè pro τρίτην ἡμέραν μέρος τι οὐκ αἰσθέσθαι ſcripſerat aliquis τρίτον ἡμέρας μέρος τινὰς οὐκ αἰσθέσθαι, vel voce μέρος bis repetita τρίτον ἡμέρας μέρος, μέρος τι τῆς πόλεως, &c. Hoc eſt, diei parte tertiâ aliquam partem urbis nondum ſenſiſſe, cùm aliquantò ante lucem capta fuiſſet. Neque enim in tantâ urbe quæ capta eſt in die feſto, pleriſque ſomno vinoque ſepultis & pridianam crapulam adhuc evomentibus, uno momento temporis, res potuit ubique ſciri. Verè igitur ſcribit Herodotus: ὑπὸ δὲ μεγάθεος τῆς πόλιος, ὡς λέγεται ὑπὸ τῶν ταύτῃ οἰκημένων, τῶν περὶ τὰ ἔσχατα τῆς πόλιος ἑαλωκότων, τοὺς τὸ μέσον οἰκέοντας

Polit. l. 3. cap. 3.

Lib. 1. c. 191.

Βαβυλωνίων οὐ μανθάνειν ἑαλωκότας, ἀλλὰ (τυχεῖν γάρ σφι ἐοῦσαν ὁρτὴν) χορεύειν τε τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ ἐν εὐπαθείῃσι εἶναι. *Præ magnitudine urbis, ut ab incolis narratur, cùm capti eſſent qui erant ad extrema urbis, eos Babylonios qui mediam incolunt neſciviſſe ſe eſſe captos, ſed cùm fortè dies feſtus eis eſſet, in choreis & obleᶜtationibus eo ipſo tempore fuiſſe.* Sed & Xenophon præſidiariis, qui tuebantur arces, rem innotuiſſe negat uſque ad plenam lucem. Verba ſunt: ὡς ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, καὶ ᾔσθοντο οἱ τὰς ἄκρας ἔχοντες ἑαλωκυῖάν τε τὴν πόλιν, καὶ τὸν βασιλέα τεθνηκότα. *Cùm autem illuxit dies, ſenſeruntque qui arces tenebant, & urbem eſſe captam & regem obiiſſe, &c.* Itaque potuit fieri ut qui erant in extremis parte demum diei tertiâ urbem captam eſſe deprehenderint. Parte tertiâ, id eſt, horâ tertiâ, poſt ortum Solis. Chaldaicè dixeris בשעה תליתא, ut Dan. 4: 16. בשעה חדא *hora una*. Sed eo ſenſu nondum in uſu erat apud Græcos. Tantùm diem per partes duodecim dividebant, idque à Babylonis edoᶜti. Herodotus; τὰ δυώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρης παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον Ἕλληνες, *duodecim diei partes* (id eſt, duodecim horas) *à Babyloniis Græci didicerunt.*

Lib. 7. Cyrop.

Lib. 2. c. 109.

Hoc ipſum ſi fidem ſuperat apud eos qui Babylonem æſtimant ex modulo noſtrarum urbium; ſciant illi, Hygino excepto, in quo mendum eſſe ſuſpicor, Veterum neminem eſſe qui Babylonis mœnibus in ambitu minus aſſignet ſtadiis CCCLX. quæ faciunt millia paſſuum XLV. Hęc eſt in Diodoro Cteſiæ definitio, quam puto ſequutum Hyginum; & pro ſtadiis 300. (ita hodie legitur) reſcribendum 360. Alii omnes, quotquot videre contigit, ad hunc numerum aliquid addunt pro mantiſſâ & auᶜtario. Sic Clitarchus Babylonem amplexu ſuo continere ſcribit ſtadia CCCLXV. Curtius CCCLXVIII. Strabo CCCLXXXV. Dio Caſſius CCCC. Oroſius CCCCLXX. Herodotus & Apollonius CCCCLXXX. Plinius & Marcianus Capella, quod idem eſt millia paſſuum ſexaginta. In hac Veterum inconſtantiâ, non facile eſt pedem uſpiam tutò figere. Niſi quod tutius credi puto Cteſiæ & Clitarcho qui fuere oculati teſtes & Babylone diu egerunt.

Diod. l. 2. p. 68. Hygin. fab. 223.

Apud Diod. l. 2. Curt. l. 5. Strab. lib. 16. Apud Tzetz. chil. 9. v. 568. Oroſ. lib. 2. c. 6. Herod. l. 1. c. 179. Apollon. l. 1. c. 18. Plin. l. 6. c. 26. Marc. l. 6.

Non minor authorum diſcordia, cùm ad murorum altitudinem & latitudinem ventum eſt. Altitudo minima in Strabone & Diodoro eſt quinquaginta cubitorum. Curtius duplicato numero centum tribuit. Apollonius etiam, in quo tria ſemijugera, id eſt, ἡμίπλεθρα ni fallor, nam Græca non ſunt ad manum, præciſè ſunt centum cubiti. At in Cteſiâ murorum Babylonis altitudo eſt πεντήκοντα ὀργυιῶν *quinquaginta orgyarum*, quarum ſingulæ ſunt cubitorum quatuor, vel quod idem eſt, ſenûm podum. Itaque eodem redit Herodoti deſcriptio, quam ſecutus eſt Oroſius, ὕψος δὲ διηκοσίων πηχέων. Niſi quod hos cubitos regios eſſe aſſerit, tribus digitis majores vulgaribus. Plinius & Marcianus ex cubitis fecerunt pedes.

Ejuſdem muri craſſities Straboni & Curtio eſt pedum XXXII. Marciano & Plinio podum L. Herodoto & Oroſio cubitorum totidem. Apollonio ferè unius jugeri, id eſt, podum centum. Cteſias: τὸ πλάτος τῶν τειχῶν ἐξ ἁμάξαις ἱππάσιμον. At Strabo modeſtiùs: ἡ δὲ πάροδος ἐπὶ τοῦ τείχους, ὡς τέθριππα ἐναντιοδρομεῖν ἀλλήλοις ῥᾳδίως. Quomodo & Curtius: *quadrigæ inter ſe concurrentes ſine periculo commeare dicuntur.* Cætera vide apud Veteres quos citavimus. Nec enim libet his immorari.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XIII.

De altitudine turris Babylonicæ, de eadem fabula cum Moſis Hiſtoria collata.

Turris deſcriptio ex Herodoto, Hierooymo & Adone. De eadem fabulæ Judaicæ in libro *Jalcut* & Itinerario Benjaminis. Et Chaldaicæ ex Sibyllâ, Eupolemo & Abydeno, in quibus multa veſtigia veritatis. Quomodo ex Scriptura petitum fuerit, quod Babylonem ſcribunt condidiſſe Gigantes è terra editos, qui cùm in Deos bella moviſſent, Dii ventis immiſſis totum opus diſturbaverunt. Græcos Chaldæis aſſentiri. Tamen Moſis narrationi nihil commune cum fabula de Aloidis. Juliani Apoſtatæ objectiones refelluntur. *Uſque ad cœlum* pro valde ſublimi.

De muris Babylonicis plura dicentur cùm ventum erit ad Nimrodum, qui ab iſtis affectum opus atque inchoatum duntaxat perfeciſſe legitur & ad umbilicum perduxiſſe. Turrim ſic deſcribit Herodotus lib. 1. ubi de templo Beli: ἐν μέσῳ δὲ τοῦ ἱεροῦ πύργος στερεὸς οἰκοδόμηται, σταδίου καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ εὖρος, καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ πύργῳ ἄλλος πύργος ἐπιβέβηκε, καὶ ἕτερος μάλα ἐπὶ τούτῳ, μέχρις οὗ ὀκτὼ πύργων: id eſt, ut vulgò redditur, *in medio templi turris ſolida extructa eſt, longa & alta ſtadium, cui alia rurſus turris impoſita eſt, & huic ſubinde alia ad octavam uſque*, in quâ fuit ναὸς μέγας *fanum ingens* Belo ſacrum. Proinde ſi ſingulæ turres eadem proportione creverunt, totius ædificii altitudo fuit ſtadiorum octo, id eſt, mille paſſuum. Quæ altitudo cùm ſit immenſa, nec ullum aliud ædificium legatur vel ad quadrantem attigiſſe, divinare non poſſum cur hunc numerum Hie-

In Eſ. l. 5. ronymus in quadruplum augeat; *Arx*, inquit, *id eſt, capitolium illius urbis eſt turris quæ ædificata poſt diluvium in altitudine quatuor millia dicitur tenere paſſuum.* Si *pedum* reſcripſeris loco *paſſuum*, ſpatium erit juſto brevius, nam ſtadia octo ſunt pedum quinque millia. Ado in Chronico, Ætate prima, pedes in paſſus mutaſſe non contentus, numero aliquid addit pro auctario: *Hujus*, inquit, *altitudo quinquies mille centum ſeptuaginta quatuor dicitur tenere paſſuum, paulatim altioribus in anguſtias coarctatis, ut pondus imminens facilius ſuſtentaret. Deſcribunt ibi templa marmorea lapidibus pretioſis auroque diſtincta, & multa alia quæ videntur incredibilia.* Vereor ne & falſa. Quid quod hęc Herodoti, quibus nititur quicquid de Babylonicæ turris altitudine traditum eſt, σταδίου καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ εὖρος, vere notat D. de Grentemeſnil reddi perperam, *longa & alta ſtadium*, cùm εὖρος latitudinem non altitudinem ſignificet. Itaque hoc ſolum vult Herodotus, turris baſim fuiſſe quadratam, & tam in latitudine quàm in longitudine, id eſt, undiquaque ſtadium patuiſſe. Sed de altitudine non eſt quod ſperes quicquam ex Herodoto poſſe elici, cùm de illa altum ſileat. Et in Strabone tantùm eſt σταδιαῖον τὸ ὕψος; ut & σταδιαία ἑκάστη τῶν πλευρῶν. Judæi in libro *Jalcut* hanc ipſam turrim mendacio ſuo extollunt ad milliaria viginti ſeptem. Benjamin fundamenti longitudinem extendit uſque ad duo milliaria, quod fuerit valde ſuperfluum, cùm turris latitudinem finiri ſcribat ducentis quadraginta cubitis, id eſt, pedibus CCCLX, & longitudinem centum cannis, id eſt, pedibus DC.

Sed & de eadem turri Ethnici Scriptores multa

Joſ. cont. Appion. l. 1. Euſeb. l. 9. Præp. garriunt. Sibylla quędam apud Joſephum & Euſebium: Πάντων ὁμοφώνων ὄντων τῶν ἀνθρώπων πύργον ᾠκοδόμησάν τινες ὑψηλότατον, ὡς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀναβησόμενοι δι' αὐτοῦ. Οἱ δὲ θεοὶ ἀνέμους ἐπιπέμψαντες ἀνέτρεψαν τὸν πύργον, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν ἔδωκαν, καὶ διὰ τοῦτο Βαβυλῶνα συνέβη κληθῆναι τὴν πόλιν. *Cum omnes homines unâ linguâ loquerentur, altiſſimam turrim quidam ædificarunt, tanquam in cœlum per eam aſcenſuri: Dii autem ventis immiſſis turrim everterunt, & propriam unicuique linguam attribuerunt, unde factum ut urbi Babyloni nomen eſſet.* Eupolemus itidem ſcribit, πόλιν Βαβυλῶνα πρῶτον μὲν κτισθῆναι ἀπὸ τῶν διασωθέντων ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ, εἶναι δὲ αὐτοὺς γίγαντας, οἰκοδομεῖν δὲ τὸν ἱστορούμενον πύργον. Πεσόντος δὲ τούτου ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, τοὺς γίγαντας διασπαρῆναι καθ' ὅλην τὴν γῆν. *Urbem Babylonem primum ab illis fuiſſe conditam qui à diluvio ſervati ſunt: eos autem fuiſſe gigantes, & celebrem illam turrim extruxiſſe, quâ vi divinâ proſtratâ gigantes per univerſam terram fuiſſe diſperſos.* (Euſeb. ibid.)

Et Abydenus apud Cyrillum & Euſebium: (Cyrill adverſ. Julian. Euſeb. l. 9. præp. & Gr. Chron. p. 13.) Ἔστι δὲ οἳ λέγουσι τοὺς πρώτους ἐκ γῆς ἀνασχόντας ῥώμῃ τε καὶ μεγέθει χαυνωθέντας, καὶ δὴ θεῶν καταφρονήσαντας ἀμείνονας εἶναι, τύρσιν ἠλίβατον ἀείρειν ἵνα νῦν Βαβυλών ἐστι. ἤδη τε ἆσσον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἀνέμους θεοῖσι βωθέοντας ἀνατρέψαι περὶ αὐτοῖσι τὸ μηχάνημα, τοῦ δ' ἦτα ἐρείπια λέγεσθαι Βαβυλῶνα. Τέως δὲ ἐόντας ὁμογλώσσους ἐκ θεῶν πολύθροον φωνὴν ἐνείκασθαι. Et paulo poſt: ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ πύργον ᾠκοδόμησαν νῦν Βαβυλὼν καλεῖται, διὰ τὴν σύγχυσιν τῆς περὶ τὴν διάλεκτον πρώτης ἐναργοῦς; Ἑβραῖοι γὰρ τὴν σύγχυσιν Βαβὲλ καλοῦσι. *Sunt qui dicunt primos è terra editos, cum virium & molis ratione ſuperbirent, & Diis ſe præſtantiores eſſe jactarent, turrim excelſam erexiſſe ubi nunc eſt Babylon, & cum ea jam eſſet cœlo proxima, ventos Diis ſubvenientes totum opus ſubvertiſſe: ruinis autem Babylonis nomen fuiſſe impoſitum. Cum verò ad id temporis homines unius linguæ fuiſſent, linguam diverſam ipſis à Diis eſſe immiſſam, &c. Locus autem in quo turrim ædificarunt nunc vocatur Babylon propter confuſionem perſpicuitatis circa primum ſermonem. Hebræi enim confuſionem Babel appellant.*

Hæc ex Chaldæorum monumentis, quæ multa ſervant veſtigia veritatis. Et ſi quid eſt ſuperadditum, videtur id aliquo modo pendere ex ſacro textu. 1. Babylonem conditam fuiſſe dicunt à Gigantibus, quia Nimrod conditorum unus גבור vocatur, id eſt, gigas, ut multi volunt; in his Græci Interpretes. 2. Eoſdem gigantes ſcribunt è terra fuiſſe editos, quia de Nimrode dicitur, Gen. 10: 11. מן הארץ ההיא יצא *è terra illa prodiit*. 3. Et in Deos bella moviſſe, quia legitur fuiſſe ציד לפני יהוה *venator coram Domino*: id eſt, ut nonnulli reddunt, *bellator contra dominum*. Quæ eſt interpretatio R. Selomonis & aliorum. 4. Addunt erexiſſe turrim *cœlo proximam*, ἆσσον τῷ οὐρανῷ, *tanquam in cœlum per eam aſcenſuros*. Quia de illa turri dicitur, Gen. 11: 4. וראשו בשמים *& vertex ejus ad cœlum*. 5. Sequitur Deum ventis immiſſis tam ipſum opus quàm opifices diſſipaſſe. Sumptum id ex hiſtoriâ Chaldaicâ in quâ legebatur facta fuiſſe hæc diſſipatio בארבע רוחי שמיא *per quatuor ventos cœlorum*, id eſt, in quatuor mundi plagas, vel *ſuper faciem omnis terræ*, ut habetur, Gen. 11: 8, 9. Sed interpretes ſic acceperunt, ac ſi diſſipatio facta fuiſſe diceretur ventorum miniſterio. 6. Denique quia פוץ vel נפץ, quo verbo hic utitur Moſes, non diſſipare ſolum, ſed & confringere ſignificat, unde eſt quod fulmen vocatur נפץ, Eſa. 30: 30. Aiunt totum opus confractum & ſubverſum fuiſſe. Nec multo aliter Benjamin; *Ignis in medium turris cœlitus delapſus eſt* ובקעה אותם, *& eos* lateres *diruit*.

Indidem origo Græcæ fabulæ de Gigantibus θεομάχοις è terra editis, qui cùm aggeſtu montium in cœlum ſibi viam pararent, Jovis fulmine fracti & diſſipati ſunt.

Ovid. l. 5. Faſt.

Terra feros partus, immania monſtra, Gigantes
Edidit, auſuros in Jovis ire domum.
Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues.
Atque ait, in magnos bella movete Deos.
Extruere hi montes ad ſidera ſumma parabant,
Et magnum bello ſollicitare Jovem.

Fulmina

Fulmina de cœli jaculatus Juppiter arce,
Vertit in authores pondera vaſta ſuos.

Abſit tamen à nobis ut cum impuriſſimo Apoſtata Juliano credamus Moſis narrationem quicquam habere commune cum fabula de Aloidis,

Virgil. Æn. 6 ex Hom. Odyſſ.

——— qui magnum manibus reſcindere cœlum
Aggreſſi, ſuperiſque Jovem detrudere regnis:

Aut tam fuiſſe veſanos Babylonicæ turris conditores ut eam crediderint ad cœlum uſque poſſe evehi. Tantùm phraſi Hebræâ profitentur ſe turrim erecturos, cujus caput cœlum attingat, id eſt, in immenſum attollatur. Quod ipſum de Chananæorum urbibus affirmatur, Deut. 1: 28. & 9: 1. Sic in Homero ἐλάτη δ' ἦν οὐρανομήκης, *abies autem erat in cœlum uſque ſublimis*, id eſt, valde procera. In Ariſtophane: οὐράνιον γ' ὅσον, id eſt, πολὺ καὶ μέγα. Proinde Juliano Cyrillus merito regerit Scripturam, κατὰ τὸν κοινὸν δὲ τοῦτον καὶ καθ' ἡμᾶς λόγον ἀντὶ τοῦ ὑψοῦ δέχεσθαι τὸ εἰς οὐρανὸν, *juxta receptum apud nos loquendi morem pro alto uſurpare τὸ in cœlum:* & hâc eâdem hyperbole à Pſalte dici de iis, qui à maris fluctibus agitantur, ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν οὐρανῶν, καὶ καταβαίνουσιν ἕως τῶν ἀβύσσων, *aſcendunt uſque ad cælos, & deſcendunt uſque ad abyſſos.*

Odyſſ. Ε. v. 239. Suid. in ἀναβαίνουσι et in οὐράνιον, Cyr. in Julian. l. 4.

CAPUT XIV.

Quo conſilio primi homines tantam molem erexerint.

Turrim non extruxerunt ut ad cœlum viam ſibi facerent, neque ut vel Diluvii vel futuri incendii metu de aſylo ſibi proſpicerent; ſed 1. ut facerent ſibi nomen, Gen. 11: 4. id eſt, ut famam ſui nominis longè latéque propagarent, phraſi Scripturæ conſueta. Itaque malè ab Hebræis nomen hic ſumitur pro Deo vel pro idolo. 2. Ne diſpergerentur: quo ipſo malum in ſe accerſunt, quod vitare erat animus. Quale fuerit illorum crimen. Quomodo mediis utendum.

Conditorum hujus turris conſilium non fuit, ut ad cœlum ſibi viam facerent, ut Abydenus & alii volunt. Veriſimile non eſt tam ſolemnia inſaniviſſe homines qui in hoc ipſo molimine tam ſe probant induſtrios. Quamvis lib. 7. Polyæni legerim quoſdam Thracas eò uſque credulitatis & dementiæ eſſe provectos, ut ducem ſuum Coſingam, qui idem erat Junonis Sacerdos, putaverint per ſcalas quas paraverat aſcenſurum in cœlos, ut eos accuſaret & reos perageret apud Junonem. At apud iſtos recens erat Diluvii memoria, quo ſciebant Arcam quindecim cubitis ſublatam ſupra celſiſſimos montes cœlis nihilo fuiſſe propiorem. Maximè, ſi verum illud quod à Joſepho traditur, Sethi nepotes jam ante Diluvium Aſtrologiæ dediſſe operam, & ſua inventa columnis inſcripſiſſe, quarum una ſua ætate adhuc in Syria extabat; eos qui à Diluvio evaſerant non latuit immenſitas ſpatii quo cœlum à terra diſtat. Denique nihil tam vaſtum & ſupra vires humanas eos ſibi propoſuiſſe Deus ipſe docet his verbis, Gen. 11: 6. *Non prohibebitur ab illis* (id eſt, non denegabitur illis) *quicquam eorum quæ cogitaverunt facere*, vult eos nihil aggredi quod non potuerit ſuccedere, ſi Deus opus non diſturbaſſet.

Antiq. l. 1. c. 2.

Nihilo videtur verior Joſephi ſententia, Babylonicæ turris architectos id ſibi propoſuiſſe, ut turrim ædificarent ὑψηλότερον ἢ τὸ ὕδωρ ἀναβῆναι δυνηθείη, *celſiorem quàm ut aqua eò uſque poſſet aſcendere*, ſi diluvium rurſus ingrueret. Illos enim ab hoc metu præſtabat immunes ſolemnis Dei promiſſio, quamque adeò juramento firmaverat, Eſa. 54: 9. ſacramento iridis addito in ſignum fœderis, Gen. 9: 12. Cui promiſſioni ſi diffidebant, quorſum relictis montibus in plana deſcendebant, fixuri ſedes inter duos amnes vaſtiſſimos, Euphratem, inquam, & Tigrim; quorum inundationibus Babylonia eſt obnoxia? Neque prudens fuiſſet conſilium ſe lateritia turri munire contra vim aquarum, quarum impetum ne petræ quidem duriſſimæ poſſunt ſuſtinere aut retundere. Denique prioris mundi exitium abundè illos docuerat contra Dei manum armatam inania eſſe hæc κενοφύγετα; *& non eſſe ſapientiam, nec prudentiam, nec conſilium contra Dominum*, Prov. 21: 30.

Proinde neque id veriſimile eſt quod video quoſdam aſſerere, illos futuri incendii metu de aſylo ſibi proſpexiſſe, memores ſcilicet

——— aſſore tempus
Quo mare, quo tellus, correptáque regia cœli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

Quis enim in generali orbis incendio ſperet in turri ſe evaſurum, aut in ejus cacumine ſe tutum iri ab igne cœlitus delapſo, cum potiùs metu fulminis ima petantur & terræ ſpecus. Denique in communi periculo nonniſi paucis admodum ſic potuiſſet conſuli.

Sed conjecturis nihil eſt opus, cùm Moſes apertè aſſerat eos hanc turrim erexiſſe, ut famam ſui nominis longè latéque propagarent: *Ædificemus*, inquiunt, *urbem & turrim cujus faſtigium ad cœlum attingat, ut nobis faciamus nomen.* Hebræi quidem aliter accipiunt; volunt enim ibi *nomen* pro Deo ſumi, ut Levit. 24: 11. *Blaſphemavit* את השם *nomen*, id eſt, blaſphemavit Deum. Et Deut. 28: 58. *ut timeas nomen iſtud glorioſum & terribile*, id eſt, *Dominum Deum tuum*, ut ſtatim additur ἐπεξηγητικῶς. Itaque *faciamus nobis nomen* ex mente Hebræorum hic ſignificat, *faciamus nobis Deum*, id eſt, idolum: ut cùm populus Aaroni dixit, *Fac nobis Deos qui nos præcedant*, Exod. 32: 1. Etverò hæc ipſa turris Belo poſtmodum conſecrata eſt. At Belus ille fuit Nimrod, qui tum vix erat natus, nec niſi poſt obitum cœpit coli. Itaque non ſtruxêre turrim, ut Belum in ea colerent, ſed neque alium quemquam. Saltem quicquid Hebræi velint, aſſero verba conditorum, *faciamus nobis nomen*, non admittere hanc interpretationem. 1. Utut enim *nomen* ſumatur in Scriptura pro vero Deo; nuſquam de idolo uſurpatur. 2. Præterea quoties de Deo res eſt, non dicitur שם, ſed השם τὸ ὄνομα articulo præfixo. At hi ſimpliciter dicunt נעשה לנו שם, ποιήσωμεν ἑαυτοῖς ὄνομα, ſine articuli nota. 3. Denique Scripturæ phraſi notiſſima *Facere ſibi nomen* eſt famam extendere factis. Sic 2. Sam. 8: 13. *David fecit ſibi nomen.* Eſa. 63: 12. de Deo *ut faceret ſibi nomen æternum.* Et verſu 14. *ut faceres tibi nomen glorioſum.* Et Jerem. 32: 20. & Dan. 9: 15. *Feciſti tibi nomen quale hodie.* Omnino igitur his verbis, *Faciamus nobis nomen*, apertè ſignificant hoc tantæ molis μηχάνημα ſe in eum finem erigere, ut immortale ſibi nomen compararent apud poſteros. Atque id apertè clamabat ipſa ædificii moles, quæ tota erat ad pompam, non ad uſum comparata.

Addunt, *Ne diſpergamur*, ac ſi animus malè ſibi conſcius præſagiiſſet mox futuram diſperſionem: cui dum volunt ire obviam, de firma ſtatione ſibi proſpicientes, eo ipſo malum iſtud in ſe accerſunt quod vitare erat animus. Tam malè ſubducunt calculos qui mediis humanis potiùs quàm Deo fidunt. Ædificare quidem per ſe non malum; ſed malum id ſine Deo aggredi. Quippe *niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laborant qui ædificant eam.* Malum ſacrificare reti ſuo, & adorare opus manuum ſuarum, ut hi qui ex ſucceſſu operis non Deo gloriam quærunt, ſed ſibi famam. Iſtius criminis reus, ejuſdem urbis reſtaurator, cujus hi conditores; dum hæc ſuperbè jactaret; *Nonne hæc eſt Babylon magna quam ego ædificavi, &c.* ejectus eſt ab hominibus & relegatus inter beſtias. Denique

Pſ. 127. Hab. 1: 16. Eſ. 2: 8.

Dan. 4: 27.

que mediis uti licet, ſed non licet iis fidere, ut hi qui dicunt; *Ædificemus urbem & turrim uſque ad cœlum, ne diſpergamur.* Piorum turris ipſe dominus, Prov. 18: 10. *Turris valida nomen domini, ad eam curret juſtus ut exaltetur.* Hęc obiter in eos qui Babylonis architectos à crimine defendunt, & penè Deo dicam ſcribunt, quòd illos, ut hanc temeritatem & audaciam reprimeret, diſperſerit in omnes terras.

CAPUT XV.

De confuſione linguarum.

Terra pro incolis; Labium pro ſermone. Labium & verba an differant. Tum unicam fuiſſe linguam ex Abydeno & Sybilla probatur. Eam brutis fuiſſe communem Plato & alii fabulantur. Erat hæc Hebræa lingua, ut docent Chaldæi Interpretes, R. Selomo, Aben Ezra & Cabaliſtæ per Gematriam, & è Patribus Hieronymus & Auguſtinus. Linguæ Hebrææ antiquitas conſtat ex nominum etymologiis. Theodoretus & Maronitæ, qui Syram ſubſtituunt, refelluntur. Ab Hebere Hebræa lingua & Hebræi dicti, non à trajectu Euphratis, ut volunt. Hebrææ linguæ veneres quas reliquæ non aſſequuntur. Id agnoſcunt Siracides & Hieronymus. Quandiu floruerit, quando degeneraverit. Cur in Babylonia corrupta potiùs quàm in Ægypto, ubi Hebræi hæſerunt multo diutiùs. Babylon illi fatalis. Confuſio linguarum ſolius Dei non Angelorum opus. Cyrilli locus ex de re. Eadem Dei virtus in creatione & in Eccleſiæ reſtauratione, & in vita futura. Non tot linguæ fuerunt quot homines, ſed quot hominum coloniæ. Ex Hebræorum ſententia linguæ LXX. Gentes & Angeli iiſdem præfecti totidem. Id probatur ex R. Menachem & Chald. Paraphr. & Talmude, & ex Cant. 4: 10. per Gematriam. Græci LXXII. numerant. Ita Clemens, Euſebius, Epiphanius. Quod ſequuntur è Latinis Auguſtinus, Proſper Aquit. Philaſtrius, & alii. Chriſti diſcipuli totidem. Et Angelorum totidem Chiliades. Gentes ſecundum numerum Angelorum Dei Deut. 32: 8. Ægyptii idem aſſerunt, ideò Cynocephalum volunt eſſe mundi ſymbolum. Euphorus linguas & gentes LXXV. numerat. Pacianus CXX. At verus linguarum numerus multo major. In regno Mithridatis linguæ XXII. In unam Colchidis urbem conveniſſe populos linguarum CCC. Ex numero τῶν ἀπελθόντων Gen. 10. linguarum numerum malè colligi. Ex Moſe fruſtra objici diviſas eſſe gentes ſecundum linguas ſuas. Ἀνωμαλογία quod affertur de Diſcipulorum & Angelorum numero. Nec plus in loco Deuteron. quem LXX. malè legerant. Quo ſenſu dicatur Deus conſtituiſſe terminos gentium juxta numerum filiorum Iſraelis Procopius & Lyranus refelluntur, & Chaldæus Interpres. Non omnes linguas in illa confuſione natas. Multas hodièque naſci. In Scripturis nominantur circiter XX. linguæ præter Hebræam. Prima Chaldæa, quâ ſcripſere Daniel, Eſdras, Jeremias, Moſes etiam alicubi. Hebraicæ Ita vicina ut Judæi Syrè loquentes non intellexerint. Ab eâ via differt Syra, quâ uſi Chriſtus & Apoſtoli. Hebræam vocant Evangeliſtæ. Hujus voces & dialecti. Galilæorum dialectus impurior. Quàm ſit neceſſaria Theologis. Ubi ſit vernacula. Secunda Arabica, cujus author *Hatſarmaveth* vel *Joctan*. Arabiſmis ſcatere libros Scripturæ poeticos, Jobum imprimis. Eam cœpiſſe diffundi ab annis mille circiter, & orbis Veteribus cogniti occupaſſe ferè trientem. Ad Hebrææ linguæ cognitionem quantum conferat; Medicis item, Geographis, Mathematicis, &c. Tertia lingua Phœnicia, quâ Mochus & Sanchoniathon ſcripſere ante Troiana tempora. Hæc Hebrææ proxima, quæ ideò lingua Chanaan. Quarta lingua Ægyptia quæ Hebræis barbara, tamen quædam habuit cum Hebraica communia. Ægypti *Delta*, in Pſalmis, & in Eſaiâ *Raab*, Ægyptiè *Rib*, id eſt, pyrus; unde *Athribis* cor pyri. *Channa* planta Pſ. 80. unde *Chenoſiris*. *Tſaphnath Paaneach*, vel *Pſontom Phanech*, revelator ſecretorum, Gen. 41. *Sohar* pro carcere Gen. 39. *Pharao* Rex, vel ut alii, Crocodilus. *Moſes* ut volunt ex aqua eductus; quamvis videatur merè Hebræum. Exod. 16. מן *man* pro Hebr. מה *ma*. *Totaphoth* pro frontalibus vox ſemi-Ægyptia. *Rephan* Saturnus Ægyptiis hodieque, ut *Kijun* Perſis & Arabibus. Unde lux loco Stephani Act. 7: 43 Sapientia Ægyptiorum Act. 7: 22. Quàm multa ſcripſerit Hermes. Linguam Ægyptiam Græcæ eſſe matricem & illi proximam. Kircheri ſomnium multis refellitur. Quando Græca lingua in Ægyptum ſit introducta. Quinta lingua Azotiorum, id eſt, Philiſtæorum, media inter Ægyptiam & Hebræam. Hujus voces, *Dagon*, *Baalzebub*, *Mornas*, *Saran*, &c. Sexta, Perſica. Hujus voces ex Daniele, Nehemiâ & Eſther, Sarabara, gaza, purim, ahaſtheranim, Cyrus, Darius, paraſangæ. Quarum quædam in uſu hodieque apud Perſas. Huic linguæ nonnulla cum Germanica communia. Aliæ linguæ de quibus in Scriptura mentio. Vox Babel propriè quid ſit. Falſæ illius originationes.

Et erat tota terra (inquit Moſes, Gen. 11: 1.) *labii unius & verborum eorundem. Tota terra*, id eſt, omnes incolæ terræ. Sic 1. Reg. 10: 24. *Tota terra quærebant faciem Solomonis*, id eſt, *omnes Reges terræ*, ut explicatur 2. Paral. 9: 23. *Labii unius*, id eſt, ſermonis unius; inſtrumentum pro effectu. Ideòque additur ἐπεξηγητικῶς *& verborum eorundem.* Sic labium pro ſermone ſumitur Pſ. 12: 4. & 140: 4. & 1 Cor. 14: 21. Sunt qui ſubtiliùs quàm ſolidiùs diſtinguunt labium à verbis, quaſi hæc ſermonem ſignificent, illud modum proferendi: ut ſenſus ſit non modo eandem omnium fuiſſe linguam, ſed & eandem phraſim aut pronunciationem etiam, quæ in eadem lingua ſæpe variat.

Unicam fuiſſe linguam, antequam conderetur turris Babel, etiam Ethnici agnoſcunt. Abydenus apud Euſebium & Cyrillum: τέως δὲ ὄντας ὁμογλώσσους ἐκ θεῶν πολύθροον φωνὴν ἐνείκασθαι; *cum vero ad id tempus homines unius linguæ fuiſſent, linguam diverſam ipſis à Diis eſſe immiſſam* Et in Joſepho Sibylla: ὁμοφώνων ὄντων τῶν ἀνθρώπων, πύργον ᾠκοδόμησαν, &c. *Cum homines unius linguæ eſſent turrim ædificarunt, &c.* Quin brutis etiam fabulantur linguam illam fuiſſe communem; ut & homines cum brutis & bruta inter ſe conferre poſſent. Vide ex de re locum Platonis in Politico, quem jam ſuprà citavimus; & Philonem in libro de confuſione linguarum: λέγεται, inquit, *ὡς ἄρα πάνθ' ὅσα ζῶα, χερσαῖα, καὶ ἔνυδρα, καὶ πτηνά, τὸ παλαιὸν ὁμόφωνα ἦν. Narratur olim animantium omnium terreſtrium, aquatilium & volucrium eandem vocem fuiſſe.*

Communis illa omnium hominum lingua qualis fuerit his verbis docet Hieroſolymitanus Interpres: והוון כל דרי״א דארעא לישן חד וממלל חד ועצא חדא ארום בלישן קודשא הוו ממללין דבה אתברי עלמא מן שרוי״א *Et omnes incolæ terræ linguæ unius erant, & ſermonis unius, & conſilii unius, quippe linguâ ſanctâ loquebantur, quâ eſt creatus Mundus à principio*: hoc eſt, linguâ Hebræâ quæ à creatione fuerat in uſu omnium. Id ipſum habet Jonathan in Paraphraſi verbis parum diverſis. Et R. Selomo Jarchi: *Labium unum eſt lingua Sancta.* Et Aben Ezra: *Labium unum ſignificat linguam unam quæ mihi videtur fuiſſe Lingua Sancta.* Quin & Cabaliſtæ notant in Baal Hatturim שפה אחת, id eſt, *labium unum*, per Gematriam ſignificare לשון הקדש *linguam ſanctitatis*, id eſt, Hebræam, quia numeri utrobique iidem ſunt. Tamen numerus vocum לשון הקדש excedit unitate. Sed apud illos unitas, in numerorum collatione Gematrica, non eſt ullius momenti.

Sic Hieronymus in Sophoniæ cap. 3. aſſerit *linguam Hebraicam omnium linguarum eſſe matricem.* Et Auguſtinus de Civitate Dei lib. 16. cap. 11. *Non defuit*, inquit, *domus Heber, ubi ea, quæ antea fuit omnium, lingua remaneret.* Item, *Quia ergo in ejus familiâ remanſit hæc lingua, diviſis per alias linguas cæteris gentibus, quæ lingua prius humano generi non immeritò creditur fuiſſe communis, ideò deinceps Hebræa eſt nuncupata.* Item, *Quando autem erat una, nihil aliud quam humana lingua, vel humana locutio vocabatur, quâ ſolâ univerſum genus humanum loquebatur.*

Linguam Hebræam omnium eſſe antiquiſſimam docent Etymologiæ nominum quotquot extant in hiſtoriâ Moſis, à mundi creatione uſque ad diſper-

diſperſionem gentium. Sic hortus עדן *Eden* Hebræis eſt hortus voluptatis ſive deliciarum. Terra נוד *Nod* terra exilii, quia ibi exulavit Cain. בבל *Babel* confuſio, quia linguæ inibi confuſæ ſunt. אדם *Adam* primus homo dictus eſt, quia ex האדמה *Adamâ*, ſeu terrâ factus. חוה *Eva* à vita prima mulier, quia mater omnium viventium. קין *Cain* unus è filiis ab acquirendo, quia dixit mater, קניתי *acquiſivi virum a Domino*. Alius שת *Seth* à ponendo; quia dixit, שת *poſuit mihi Deus ſemen alterum*. חנוך *Enoch* à dedicando, quia natus in ipſa dedicatione urbis quam ædificavit Cain. Alterius Enochi filius מתושלח *Methuſela*, anno Diluvii mortuus, id ſignificabat ipſo nomine, quod illi à patre inditum prophetico ſpiritu. פלג *Phaleg* eſt à dividendo, quia in diebus ejus נפלגה diviſa eſt terra. Taceo alluſiones ex Hebræa lingua petitas, ut cùm de Noâ dictum, ינחמנו, *conſolabitur nos*; & de Japheto יפת אלהים ליפת, *Deus dilatet Japhetum*.

Maronitæ, qui Syram, vel quod idem eſt Chaldaicam, linguam volunt omnium eſſe matricem, quod ipſum ſenſit Theodoretus, eadem ratione utuntur. Quia vocabula quæ diximus tam ſunt in uſu Syrorum quàm Hebræorum. Sed nihil habent quod regerant, cùm ventum eſt ad Adami verba, Gen. 2: 23. *Vocabitur vira quia ex viro ſumpta eſt*. Hebraicè ut איש *is* pro viro, ita אשה *iſſa* pro muliere vox eſt uſitatiſſima; cujus originem hoc loco aperit ὁ πρωτοπλάστης, cùm mulierem dicit ideò אשה *iſſa* vocari, quia מאיש ex *is*, id eſt, ex viro ſumpta eſt. Aliam eſſe linguam non puto quæ hanc alluſionem aſſequatur. Chaldæis ſaltem & Syris ſcio aquam hic hærere, & perire gratiam alluſionis apud illorum Paraphraſtas, qui pro muliere habent אתא *itha* vel אתתא *itheta*, & pro viro גבר *gevar* aut בעל *baal*, voces planè diſſonas, & nequaquam illi alteri ſimiles. Addo linguâ Syrâ linguam Hebræam multo eſſe puriorem. Quippe ex externis linguis nihil quicquam habet admixtum; cùm Chaldæa & Syra peregrinas voces quamplurimas habeant. Syrorum denique & Chaldęorum Dialectos quiſquis cum Hebræâ linguâ conferet, palam videbit hanc eſſe antiquiorem, quia ſimpliciſſima eſt, & Chaldaica ſæpe vocabula inter ſe diverſiſſima ad unicam ex Hebręâ linguâ radicem revocantur. Quod mihi eſſet obvium multis exemplis probare, ſi tanti eſſet.

Ab Hebere lingua Hebræa ut & Hebręi. Nam ſi verum id eſſet quod poſt Origenem alii multi ſcripſerunt, Hebręum vocatum fuiſſe Abrahamum à trajectu Euphratis, quorſum propagatum fuiſſet hoc nomen in poſteros. Pręterea, Gen. 10: 21. cùm notat Moſes Sem eſſe patrem omnium filiorum Heber, quid aliud ſignificat quàm eſſe Hebręorum patrem? Alioqui quorſum genealogiæ ſeriem abrumpit ut hoc obſervet? Itaque filii Heber iidem qui Hebręi, & viciſſim Hebręi iidem qui filii Heber: niſi quòd in magna familia, quæ Jectaneos etiam & Iſmaëlitas, & Idumæos, & Moabitas, & Ammonitas, & Madianitas, & Amalecitas complectitur, & nonnullos Aramæorum, ii ſoli in Scriptura hoc elogio ornantur qui Heberi linguam ad poſteros tranſmiſerint incorruptam.

Hebræam linguam ſuas habere veneres, maximè cum agitur de rebus ſacris, quas cęteræ linguæ non aſſequuntur, norunt eruditi omnes. Sed ii imprimis qui conati ſunt aliquid ex Hebręo transferre. Hinc Siracidis querela vetus: παρακέκλησθε, &c. συγγνώμην ἔχειν ἐφ' οἷς ἂν δοκῶμεν τῶν κατὰ τὴν ἑρμηνείαν πεφιλοπονημένων τισὶ τῶν λέξεων ἀδυναμεῖν. οὐ γὰρ ἰσοδυναμεῖ ἐν ἑαυτοῖς Ἑβραϊστὶ λεγόμενα, καὶ ὅταν μεταχθῇ εἰς ἑτέραν γλῶσσαν. *Admoniti eſtote ut veniam detis, ſicubi videbimur circa interpretationem laborando vim quorumdam verborum non aſſecuti; non enim æquè valent illa cum Hebraicè dicuntur, & cùm in aliam linguam tranſlata fuerint.* Et Hieronymus in Eſaiam lib. 11. *Multaque ſunt nomina quæ ita leguntur in Græco ut in Hebræo poſita ſunt, propter interpretandi difficultatem, & ad comparationem linguæ Hebraicæ tam Græci quàm Latini ſermonis pauperiem.*

Lingua hæc, cùm à creatione mundi uſque ad captivitatem Babylonicam floruiſſet ferè per annos ter mille quadringentos, deſiit eſſe vulgaris aut ſaltem à priſca puritate plurimum degeneravit. Judæi enim è captivitate reduces partim Chaldęi, partim Syri, partim Philiſtæi idiomatis admiſtione illam infecerunt: quod quis miretur non immerito, cùm Ægypti captivitas, quæ multo fuit diuturnior, linguam illam non corruperit, aut ullo modo alteraverit. An quia ex Hebręa lingua in Ægyptiam non tam proclivis erat lapſus? quia Ægyptia ab Hebręa multo plus differebat quàm Syra aut Chaldęa, quæ Hebrææ linguæ ſunt dialecti, ab ea non remotiores quàm à Latinâ noſtra vulgaris. Aut quod eruditè obſervat D. de Grentemeſnil, quia Judęi in Ægypto conſerti habitabant, in Babyloniâ diſperſi, ſinguli apud dominos ſuos quorum lingua uti cogebantur. Utut ſit, eadem Babylon, ubi cęterę linguę natę ſunt, ſemper Hebraicę fuit fatalis, ſemel in confuſione linguarum, & rurſus cùm Judęi ibi captivi patrium ſermonem dedidicerunt.

Confuſionem linguarum invexit ſolus Deus. Neque enim ad Angelos dirigitur hìc ſermo, *deſcendamus & confundamus, &c.* Sed eſt oratio Patris ad Filium & Spiritum Sanctum. Quippe ſi Deus Angelis diceret *deſcendamus*, ſic loqueretur ac ſi eſſet unus ex illis, aut eodem modo deſcenderet, nempe mutando locum vero & reali motu. Pręterea linguam unicam uno momento vertere in multas, & inducta priore alias ſtatim in animum infundere, res eſt quę longè ſuperat Angelicam poteſtatem, nec ab alio proficiſci poteſt quàm ab eo cui velle & facere idem ſunt. Cyrillus Glaphyr. lib. 2. αὐτὰς δὲ (lege αὐτὸς δὲ) συγχεῖ τὰς γλώσσας· τὰ γάρ τοι μόνης τῆς τοῦ δημιουργοῦ δεόμενα τέχνης καὶ μὴν τοι καὶ ἐξουσίας, ἁρμόττοιεν ἂν οὐχ ἑτέρῳ τῷ πόθεν, ἀλλ' αὐτῷ δὴ καὶ μόνῳ. Γλώσσης δὲ μεταπλασμὸν, καὶ τὸ ἐξευρύνεσθαι λόγον εἰς ἦχον τὸν διάφορον, ἀναθείη τις ἂν εἰκότως τῷγε ἀληθῶς μόνῳ τε καὶ κατὰ φύσιν δημιουργῷ. *Ipſe autem confundit linguas. Quæ enim ſolius creatoris arte & auctoritate egent nemini quàm ipſi & quidem ſoli conveniunt. Linguæ porro tranſmutationem, & ſermonis in diverſum ſonum amplificationem, merito quis ſoli naturâ creatori verè tribuerit.* Hęc ille verè omnino.

Hęc eadem Dei virtus etiam aliàs emicuit. In creatione puta, cùm Adamo & Evę inſpiravit Hebręę linguę cognitionem primo momento quo conditi ſunt; ut & Dei ſe compellantis ſermones intelligere, atque ipſi inter ſe poſſent mutuo alloquio frui. Similiter in Eccleſię naſcentis inſtauratione, quę altera creatio fuit, idem indultum Apoſtolis atque aliis è ſanctorum choro, ut non unâ atque alterâ, ſed pluribus linguis efferrent τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ. Denique in vitâ futurâ haud dubiè beatis eſt proprius aliquis ſermo, fortè Angelicus ille, de quo Apoſtolus, 1. Cor. 13: 1, qui eorum animis ſtatim poſt gloriam infunditur, ut communibus votis in Dei laudes prorumpant.

Sed his planè ſecus evenit, nempe ut pro communi linguâ, quâ loquebantur omnes, Deus illorum ſingulis proprium idioma inſpiraverit; ne alii alios intelligerent, ut opus inceptum abrumperetur. Linguas tamen tot fuiſſe non puto quot homines. Sic enim periiſſet omnis hominum ſocietas, nec pater potuiſſet filium aut vir uxorem convenire.

venire, nec ulla coaluiſſet civitas, imo nec domus. Quod in certiſſimam humani generis perniciem ceſſiſſet. Itaque veriſimile eſt ſingulas familias linguam habuiſſe peculiarem: aut iis familiis communem fuiſſe dialectum, quas in ſequutura diſperſione Deus voluit in unam coloniam coaleſcere.

De cætero linguarum numerus, quæ ex illa confuſione natæ ſunt, haudquaquam poteſt definiri. Hebræorum hæc ſententia eſt, ſeptuaginta eſſe gentes, & ſeptuaginta linguas, & angelos totidem gentibus ſingulis præfectos. Hinc R. Menachem in Geneſ. 46: 27. ubi è familia Jacobi leguntur in Ægyptum veniſſe animæ ſeptuaginta. *Septuaginta animæ ſignificant ſeptuaginta angelos qui circumſtant thronum gloriæ, & conſtituti ſunt ſuper gentes.* Jonathan in Paraphraſi, Gen. 11. v. 7, 8. Dixit Deus לשבעין מלאכיא דקימין קדמוי, LXX. *angelis qui ſtant coram eo, venite nunc & deſcendamus & miſceamus linguas eorum; ut non intelligat vir linguam ſocii ſui. Et apparuit verbum Domini ſuper urbem & cum eo* שובעין מלאכיא כל קבל שובעין עממיא, *ſeptuaginta angeli juxta ſeptuaginta gentes, quarum unaquaque linguam habet & ſcripturam propriam, & inde diſperſerunt eas ſuper facies omnis terræ* לשבעין לישנין, *in LXX linguas, ita ut unus non noſſet, quid diceret ſocius ſuus, & ſe mutuo interficerent.* Rurſus Cantic. 4: 10. pro Hebræis verbis, *quam boni ſunt amores tui* מיין *præ vino*, Chaldæus Interpres habet יתיר משובעין אומיא, *præ ſeptuaginta gentibus*

י 10.
י 10.
ן 50.
70.

Quia vox יין, id eſt, *vinum* per Gematriam ſeu ſupputationem cabaliſticam producit ſeptuaginta. Et Eſther 2: 22. his verbis quæ leguntur in ſacro textu: *Notum fuit verbum Mardochæo*, addit Chaldæus Paraphraſtes, *quia tam doctus erat ut loqueretur* בשבעין לישנין *ſeptuaginta linguis.* Quin in tractatu Sanhedrin cap. 1. in Gemara legere eſt, *Non adſciſce in Synedrium niſi viros proceros, ſapientes, formoſos, ſenes, magiæ non ignaros,* וידעין בשבעין לישנין *& peritos LXX. linguarum.* Nititur hæc ſententia cap. 10. Gen. in quo numerantur trium filiorum Noæ filii vel nepotes ſeptuaginta; nempe ex Japheto quatuordecim, ex Chamo triginta, ex Semo viginti ſex.

Græci Patres ſeptuaginta duos & totidem linguas numerant, propter Eliſam & Kainanem in Græca Verſione additos, illum in Japheti filiis, hunc in Semi nepotibus; vel alterutro omiſſo, tamen hunc numerum conſtare putant, quia in eo Philiſtæos cenſent, qui è Chaſluchæis egreſſi leguntur Gen. 10. v. 14. Clemens Stromat. lib. 1. Φαίνονται δὲ εἶναι καὶ κατὰ τὸ ἀληθῆ λόγον αἱ γενικαὶ διάλεκτοι δύο καὶ ἑβδομήκοντα, ὡς αἱ ἡμετέραι παραδιδόασι γραφαί. *Videntur autem ex vera ratione linguæ generales eſſe ſeptuaginta duæ, ut noſtræ tradunt Scripturæ.* Euſebius in Chronico lib. 1. pag. 11. Νῦν δὲ ἐπανιλθωμεν πάλιν ἐπὶ τὴν πυργοποιίαν καὶ τὴν σύγχυσιν τῶν οβ ἐθνῶν καὶ γλωσσῶν. *Nunc autem redeamus ad turris ædificationem & confuſionem* LXXII. *gentium & linguarum.* Epiphanius adverſus hæreſes libri primi §. 5. de turris conditoribus: διεσκέδασε γὰρ αὐτῶν τὰς γλώσσας, καὶ ἀπὸ μιᾶς εἰς ἑβδομήκοντα δύο διένειμε κατὰ τὸν τότε ἀνδρῶν ἀριθμὸν εὑρεθέντα, ὅθεν καὶ μέροπες οὗτοι κέκληνται διὰ τὴν μεμερισμένην φωνήν. *Diſſipavit* (*Deus*) *illorum linguas, & ex una diſtribuit in ſeptuaginta duas pro hominum numero qui illo tempore repertæ; unde & meropes dicti ſunt propter diviſam vocem.* Et Hæreſi 39. quæ eſt Sethianorum: οἱ πάντες ἑβδομήκοντα δύο ἄνδρες τὸν ἀριθμὸν ἀρχηγοί τε καὶ κεφαλαιῶται. Et paulo poſt, ταῖς γλώσσαις διεσκεδάσθησαν συγχυθέντες. Item ἐξ ὧν περ καὶ μέχρι καὶ δεῦρο ἡ σύστασις τῶν λαλιῶν ἐνίστηκεν. *Qui omnes* LXXII. *viri ſtirpium authores & capita*, &c. *linguis confuſis diſperſi ſunt*, &c. *Unde conſtat hodieque linguarum tota collectio.*

Neque alia mens Latinis Patribus. Utut enim Auguſtinus Philiſtæis in cenſu additis populos numeret ſeptuaginta tres, de Civitate Dei lib. 16. cap. 3. tamen ne excedat ſolemnem illum numerum τῶν οβ, Phalegum excludit ex catalogo, quia ejuſdem gentis & linguæ fuit cum patre Hebero. Unde eſt quod capite ſexto hanc quæſtionem ita concludit: *Ex illis igitur tribus hominibus Noæ filiis ſeptuaginta tres, vel potius, ut ratio declarata eſt, ſeptuaginta duæ gentes totidemque linguæ per terras eſſe cœperunt.* Quod ſequutus Auguſtino æqualis Proſper Aquitanus hæc habet de Vocatione gentium lib. 2. cap. 4. *Omnem illorum populorum loquelam, notis ſibi invicem ſignificationibus conſonantem, ſeptuaginta & duarum linguarum varietate confudit.* Et author Mirab. Script. lib. 1. cap. 9. *Linguas autem illas* LXXII. *eſſe plurimi authores conſentiunt, quia in ædificationem turris illius in terra Sennaar, quæ nunc eſt Babylon, tot patres congregatos fuiſſe dicunt.* Et Author quæſtionum ex utroque, quod opus ut & præcedens perperam Auguſtino tribuitur: *Tantæ ergo tunc linguæ intelliguntur extitiſſe quanti & homines fuerunt, qui diſperſi locis, in quibus habitarunt, unuſquiſque linguam ſuam inſtituit.* Tanti quanti; id eſt, tot quot. Et Philaſtrius Hæreſ. 63. *Quando & nomina provinciarum diviſa ſunt, veluti* LXII. *linguarum.* Et Arnobius Rhetor, qui Commentaria ſcripſit in Pſalmos, quamvis *mille generationes*, de quibus Pſalm. 104. (vel 105.) verſ. 8. velit eſſe totidem præciſè patrias, id eſt, gentes, & earum cenſum inſtituat: tamen idem linguas plures eſſe negat ſeptuaginta duabus; *Fuiſſe* (inquit) *omnes linguæ ſeptuaginta duæ, patriæ autem generationum mille.* Arnobii locum exſcribunt Beda & Ado in Chronico, Ætate prima.

Nec deſunt aliæ rationes quibus niti putatur hæc ſententia. Sunt qui præter Hebræam & Chananæam linguam quæ Judæis erant vernaculæ, ſeptuaginta linguas & nationes totidem in reliquo orbe eſſe colligunt, ex eo quod vocavit Chriſtus ſeptuaginta diſcipulos, ut unaquæque gens ſcilicet haberet doctorem ſuum. Pro ſeptuaginta diſcipulis ſeptuaginta duos numerat qui ſcripſit de Mirabilib. Scripturæ A.C. 627. Et præter LXX. Seniores in quos ſpiritus Moſis diſtributus eſt, obſervat aliis duobus qui in caſtris reſederant, eiſd. Spiritum Domini fuiſſ. condonatum, ex Num. 11: 25, 26. Alii volunt tot eſſe gentes quot angelorum chiliades, ut ſingulis gentibus præſint ſinguli angelorum Chiliarchæ. Angelorum porrò chiliades ſeptuaginta duas eliciunt ex Chriſti verbis de duodecim Angelorum legionibus. Quia Romana legio erat ſex mille peditum. In quam mentem citantur hæc Hieronymi in Matt. 26. *Una legio apud Veteres ſex millibus complebatur hominum. Pro brevitate temporis numerum non occurrimus explicare: typum tantum dixiſſe ſufficiat, ſeptuaginta duo Angelorum in quot gentes hominum linguæ diviſa eſt, de duodecim legionibus fieri.* Atque huc pertinere creditur quod in Verſione Græca legitur Deut. 32: 8. ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. *Quando dividebat Altiſſimus gentes, quando diſſeminabat filios Adam, conſtituit terminos gentium ſecundum numerum Angelorum Dei.* Quod multis perſequitur Origenes Homilia 11. in Num.

Mat. 26. 53.

Quid quod etiam Ægyptii totum terrarum orbem dividi aſſerebant in gentes LXXII. Unde eſt quod cynocephalum volebant eſſe mundi ſymbolum, quia moriturum tabes abſumit diebus ſeptuaginta duobus. In quam rem inſignis eſt Hori Apollinis locus, Hieroglyphicôn lib. 1. cap. 14. Οἰκουμένην δὲ γράφοντες κυνοκέφαλον ζωγραφοῦσι, ἐπειδὴ ἑβδομήκοντα δύο χώρας τὰς ἀρχαίας φασὶ τῆς οἰκουμένης εἶναι: τούτους δὲ τρεφομένους ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ ἐπιμελείας

 τυγχάνειν

Digitized by Google

τυγχάνοντας, οὐ καθάπερ τὰ λοιπὰ ζῶα ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τελευτᾷ, οὕτω καὶ τούτους: ἀλλὰ μέρος αὐτῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν νεκρούμενον ὑπὸ τῶν ἱερέων θάπτεσθαι, τοῦ λοιποῦ σώματος ἐν τῷ κατὰ φύσιν ὄντος: ἕως δ' ἂν αἱ ἑβδομήκοντα καὶ δύο πληρωθῶσιν ἡμέραι, τότε ὅλως ἀποθνήσκει. *Terrarum autem orbem indicantes, Cynocephalum pingunt, quia ſeptuaginta duas ferunt fuiſſe jam olim orbis habitati regiones: hos porro ſi in templis cum cura nutriuntur, non ut cætera animalia uno die moriuntur, ita & ipſos mori: ſed eorum partem aliquam ſingulis diebus emorientem à ſacerdotibus ſepeliri, reliquo interim corpore in ſua natura perſiſtente, donec expleti ſint dies* LXXII; *tunc* enim *planè interit.*

Ab his parum recedunt qui gentes & linguas numerarunt LXXV. In quo numero fuit Euphorus. Ita aſſerit Clemens Stromaton l. 1. Ἔφορος δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἱστορικῶν, καὶ ἔθνη, καὶ γλώσσας πέντε καὶ ἑβδομήκοντα λέγουσιν εἶναι. *Euphorus autem & alii plures Hiſtorici gentes & linguas eſſe referunt ſeptuaginta quinque.* Quod videtur ſumptum ex libro cui titulus erat Τὰ Εὑρήματα, quem libro quarto citat Athenæus, & idem Clemens alibi in hoc ipſo libro.

Ex iis quæ diximus hactenus patet, ſcriptorum penè omnium qui hoc argumentum tractarunt, communem eſſe hanc ſententiam linguas in toto orbe ſeptuaginta circiter reperiri vel paulo plures. Mihi certè nullus occurrit qui hunc numerum multum excedat, præter unicum Pacianum Barcinonenſem Epiſcopum, qui in Opuſculo contra Novatianos, cujus meminit Hieronymus in Catalogo, epiſtola ſecunda, quæ eſt ad Sympronianum, linguas numerat centum viginti, quo fundamento fretus haudquaquam ſcio: *Hebræis*, inquit, *ſua lingua eſt ſecundum copiam Domini, qui eam in centum viginti ora modulatus eſt.* Et paulo poſt: *Dic oro frater, Muſæ literas repererunt?* &c. *Præter illas centum & viginti linguas, fuit adhuc alia Muſarum?*

Nunc ut dicam quod res eſt, nullus dubito quin hodie extent adeóque olim extiterint idiomata plura. In uno regno Mithridatis, qui ne centeſimæ quidem parti orbis terrarum imperavit, viginti duæ gentes linguis diverſæ numerabantur. Quod ipſum leve eſt præ Dioſcuriade Colchidis, in quam Timoſthenes trecentas nationes quæ diſſimilibus linguis utebantur, deſcendiſſe prodidit: & poſtea à Romanis centum triginta interpretibus negotia ibi geſta. Vide Plinium lib. 6. c. 5. Ex illo ſpecimine lector æſtimet quàm numeroſa ſit gentium atque idiomatum varietas in univerſo terrarum orbe.

Tamen ſi in linguarum dinumeratione Moſem ſimpliciter ſequimur, ne conſtabit quidem numerus, quem Veteres definiverunt. Nam ex cenſu τῶν κεφαλαιωτῶν, ex quo linguarum numerum colligi voluerunt, eximendi primò Eliſa Japheti, & Kainan Arphaxadi filii, qui in Hebræo textu non habentur. 2. Dein Phalegi Majores Arphaxad, Sale & Heber, quos utpote pios viros veriſimile non eſt conſpiraſſe cum reliquis in extructione turris Babel. Heber ſaltem, qui linguam illam antiquiſſimam, Hebræam à ſe dictam, tranſmiſit ad poſteros, conſtat à pœna fuiſſe immunem. 3. Sed & Jectan excipiendus cum liberis tredecim qui nondum erant nati. 4. Præterea non omnes qui ſuperſunt κεφαλαιώτας diverſi fuere ſermonis. In Chananæa lingua conſenſerunt plerique filii Chanaan. In Græca Javan & Eliſa. In Ægyptia Miſraim & Pathruſim qui ſunt incolæ Thebaidis. In Arabica cum Jectanæis filii Chus plerique omnes. In Aramæa Aram & Hus Syriæ, Mas Meſopotamiæ, Nimrod Babyloniæ, Aſſur Aſſyriæ incolæ. Ita ut jam vix ſuperſint in illo cenſu triginta linguæ.

Magnâ pompâ objicitur quod dicit Moſes de Japheti filiis, Gen. 10: 5. *Ab his diviſæ ſunt regiones gentium per terras earum, cuique ſecundum linguam ſuam.* Et de Chami & Semi poſteris v. 20. & 31. *Iſti ſunt filii Chami*, aut, *iſti ſunt filii Semi ſecundum cognationes & linguas ſuas.* Ex quibus tamen verbis hoc ſolum ſequitur unicuique populo ſuam fuiſſe linguam, ſed non ſequitur fuiſſe propriam & à cæteris diſtinctam. Sic cum in libro Eſther c. 8. v. 9. legitur ſcriptas fuiſſe literas ex Aſſueri mandato ad præfectos provinciarum centum viginti ſeptem ſecundum ſcripturam cujuſque provinciæ, & ſecundum linguam cujuſque populi: nemo inde collegerit totidem fuiſſe linguas imo & ſcribendi modos.

Nihilo magis ad rem proferuntur Chriſti diſcipuli ſeptuaginta; nec enim ad ſingulas univerſi orbis gentes ii miſſi ſunt, ſed ad Judæos ſolos. Euangelii verba ſunt Luc. 10: 1. *Deſignavit Dominus etiam alios ſeptuaginta* (Vulgata *duos* addit) & miſit illos *binos ante faciem ſuam in omnem civitatem & locum, in quem erat ipſe venturus.* Porro non erat iturus ad Garamantas & Indos, nec ultra Sauromatas & Glacialem Oceanum, ſed ut ipſe teſtatur Matth. 15: 24. non miſſus eſt *niſi ad oves quæ perierant domus Iſrael.* Itaque hi ſeptuaginta non multo poſt officio ſuo functi cum gaudio ad Chriſtum reverſi ſunt.

Sed & valde incertum eſt & ἀνακόλουθον quicquid affertur de numero angelorum. Nec enim eorum numerum Chriſtus præciſè definivit duodecim legionibus. Quin eſſe plures apertè aſſerit, dicens fore ut ſi roget patrem, pater illi ſiſtat *pluſquam duodecim legiones angelorum*, Matth. 26: 53. Nec ſatis ſcimus quid ſit legio, quia Romanæ legionis numerus non erat conſtans. Denique utut concedamus angelorum in cœlis chiliades eſſe ſeptuaginta duas, non inde ſequitur eſſe in terris ſeptuaginta duas gentes aut linguas. Neque voluit Hieronymus id haberi pro argumento; tantùm in paribus numeris captavit alluſionem.

Multo minus eſt virium in loco Deuteronomii juxta Græcam Editionem; *Conſtituit terminos gentium juxta numerum Angelorum Dei.* Nam, ut cætera taceam, planè aliud eſt in textu Hebræo quem ſequitur Hieronymus, nimirum *conſtituit terminos gentium juxta numerum* בני ישראל *filiorum Iſraelis.* An Græci Interpretes pro בני ישראל tribus literis omiſſis legerunt בני אל *filiorum Dei?* Ita videtur, quia Job. 1: 6. pro Hebræis בני האלהים *filii Dei* iidem habent οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ. Sed & Gen. 6: 2. ubi habetur filios Dei ſibi in uxores accepiſſe è filiabus hominum quæcunque erant formoſæ, in Græcorum multis codicibus pro *filiis Dei* legebatur οἱ ἄγγελοι, quod nonnullos Veterum impulit in errorem.

Sed & ex hoc ipſo quod habet textus Hebræus, *Conſtituit terminos gentium juxta numerum filiorum Iſraelis*, quidam colligunt Deum conſtituiſſe tot gentes adeóque tot linguas quot erant Jacobi filii, cùm ingreſſus eſt in Ægyptum, ſeptuaginta nimirum, ut habetur, Gen. 46: 27. & Exod. 1: 5. & Deut. 10: 22. Ita Procopius & Lyranus: ſed & Chaldæus Interpres Jonathan, qui ſic habet ad verbum: *Cùm diviſit Excelſus* (Deus) *mundum populis qui exierunt ex filiis Noæ, cum principibus populorum cum quibus apparuit ad videndum urbem* Babel: *eo*, inquam, *tempore conſtituit terminos populorum ſecundum numerum ſeptuaginta animarum Iſraëlis quæ in Ægyptum deſcenderunt.* Nonnulli quinque adducunt ex Græca Editione in Geneſi & Exodo, & oratione Stephani martyris, Act. 7: 14. ubi pro ſeptuaginta leguntur ſeptuaginta quinque. Quod ſequuti ſunt illi quos citat Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromaton;

maton: *ἔθνη καὶ γλώσσας πέντε καὶ ἑβδομήκοντα λέγουσιν εἶναι; ἐπακούσαντες τῆς φωνῆς Μωσέως λεγούσης: ἦσαν δὲ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ ἐξ Ἰακὼβ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα αἱ εἰς Αἴγυπτον κατελθοῦσαι.* *Gentes & linguas aſſerunt eſſe* LXXV. *cùm audierint vocem Moſis dicentis: erant autem omnes animæ ex Jacob* LXXV. *quæ deſcenderunt in Ægyptum.* Verum enim vero Prophetæ verba, *conſtituit terminos gentium ſecundum numerum filiorum Iſraëlis*, longè aliud ſonant, nempe Deum inter populos orbem ita diſtribuiſſe, ut Iſraëlitis olim naſcituris tantum terrarum reſervaverit, aut in conſilio ſuo deſtinaverit, quantum requiri noverat genti numeroſiſſimæ ad commodam habitationem.

Nec eſt quod quis miretur, cùm hodie ſermo hominum in plures linguarum centurias ſit diviſus, cur tam paucarum meminerit Moſes: nec enim neceſſe habuit omnes omnino gentium aut linguarum conditores nominare. Satis illi fuit inſigniorum meminiſſe; maximè in Judęorum viciniа, in quorum gratiam ſcribebat. Prętereа ut ut linguarum numerus hodie multum excedat, harum pleraſque certum eſt non eſſe primigenias. Ex Germanica quis neſcit natam eſſe Belgicam, Anglicam, Danicam, Norvegicam, &c. Ex Sclavonicâ Polonicam, Hungaricam, Bohemicam, Dalmaticam, Croaticam, &c. Ex Latinâ Gallicam, Italicam, Hiſpanicam? Et Latina ipſa magnâ ſui parte facta eſt ex Æolica Gręcæ dialecto. Neque enim momentanea fuit maledictio, quam in homines inflixit Deus ex occaſione turris Babylonicæ. Ea hodiéque durat; & durabit in poſterum uſque ad mundi conſummationem. Unde fit ut linguæ omnes, paucis exceptis quas ex communi illa clade immunes libri prędtant, ſint in perpetuo fluxu, & ſingulis prope ſęculis magna ſui parte mutentur atque alterentur. Uſque adeò verum eſt quod à Poeta dictum:

Multa renaſcentur quæ nunc cecidere, cadentque
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus,
Quem penes arbitrium eſt & vis & norma loquendi.

Itaque paucæ ſunt linguæ de quarum antiquitate conſtet.

In Scripturis pręter Hebręam viginti circiter memorantur. Prima eſt Chaldęa ſeu Syra quà Daniel & Eſdras multa ſcripſerunt, & Jeremias unicum comma cap. 10: 11. In Scriptura vulgo vocatur Aramęa, id eſt, Syra, ſed & לשון כשדיה *lingua Chaldæorum*, Dan. 1: 4. Hujus linguę veſtigium extat antiquiſſimum, Gen. 31: 47. Ubi locus idem à Labane Syriacè vocatur יגר סהדותא *Jegar ſahadutha*, id eſt, tumulus teſtimonii, & à Jacobo Hebraicè גלעד *Galed*, vel ut vulgo *Galaad* eadem ſignificatione. Hanc linguam, etſi Hebraicæ valde vicinam, Judęos ante captivitatem Babylonicam non intellexiſſe teſtatur Jeremias cap. 5. v. 15. Inde eſt quod Rabſaces Syrus Judaicè loqui coactus eſt ut intelligeretur à Jeroſolymitana plebe, 2 Reg. 18: 26. &c. Sed poſt captivitatem ex Hebraiſmi cum Chaldaiſmo miſtione natus eſt tertius ſermo, qui ad Hebręum ita accedit ut Chaldęo ſit multo propior. Hebraicum tamen paſſim appellant Evangeliſtæ quia Hebręorum erat ſermo. Nos hodie Syrum vocamus. Hoc ſermone Jeſum Chriſtum & Apoſtolos loquutos conſtat, quia *Talitha Kumi; Eloi, lamma ſabachthani, Betheſda, Gabbatha, Golgotha, Aceldema, &c.* denique, quotquot vocabula ex lingua tum illis vernacula citant Evangeliſtę, ſunt merè Syriaca. In hac lingua varias fuiſſe dialectos ex eo colligere eſt, quod ancilla dixit Petro: *Καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ, καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει*: nempe Galilæorum dialectus multo erat impurior, ut multis probat doctiſſimus Buxtorfius in Lexico Talmudico voce גלילי. Hęc lingua Theologis eſt ſummè neceſſaria, quia Hebraicæ vicina eſt, & Apoſtoli non paucas locutiones ex illa mutuantur: ut Chaldaicas Veteris & Syriacas utriuſque teſtamenti Paraphraſes taceam, quæ vetuſtæ ſunt & magni uſus, ut quotidie experimur. Syriaca lingua hodie nullibi eſt vernacula, pręterquam in paucis vicis circa Libanum.

Dan. 2. 4. uſque ad 5. Eſd. 4. 8. uſque ad 6, 15. et 7. 12. uſque ad 26.

v. Joſeph. Antiq. l. 12. c. 2.

Joh. 5, 2. et 19. 13. 17. Act 21. 40. et 22, 2. et 26, 14.

Marc, 14.

Secundas do Arabicæ de qua agitur, Act. 2: 11. Hujus originem Gręci Patres referunt ad *Aſarmoth* de quo Gen. 10: 26. Ipſi Arabes ad *Joctanem* illius patrem; ut ſuo loco docebitur. Antiquitas ex eo patet quod Arabiſmis referti ſunt Scripturæ libri Poëtici, Jobi maximè, ut pridem obſervavit Hieronymus. *Hæc tranſlatio*, inquit in præfatione in Jobum, *nullum de Veteribus ſequitur interpretem, ſed ex ipſo Hebraico Arabicoque ſermone & interdum Syro nunc verba, nunc ſenſus, nunc ſimul utrumque reſonabit.* Unde eſt quod idem pręfatione in Danielem aſſerit, *Job cum Arabica lingua plurimam habere ſocietatem*: atque id ſi dederit Deus ſpero me quandoque palam facturum. Hæc fuit olim valde obſcura, nec Arabiæ limites transgreſſa eſt per annos ferè ter mille, donec creſcente imperio Saracenorum abhinc annis mille circiter cœpit longè latéque propagari; ita ut hodie occupet ferè trientem orbis Veteribus cogniti. Ad Hebrææ linguæ perfectam cognitionem multo plus confert quàm creditum eſt hactenus. Quod Hebræorum in Scripturam commentaria docent, qui quoties hęret calculus ad hanc linguam confugiunt, tanquam ad ſacram anchoram. Quamvis longè plura obſervaſſent ex Arabiſmo ad ſacri textus illuſtrationem, ſi illius linguæ fuiſſent peritiores. Ex eadem lingua ſcientiis omnibus, Medicinę pręſertim & Geographiæ & Matheſi multum lucis accederet, ſi ederentur libri Arabici qui paſſim in toto Oriente habentur manuſcripti. Notum enim eſt apud Arabes artes & ſcientias floruiſſe per annos ferè ſexcentos, cùm regnaret apud nos fœda barbaries, & literatura omnis eſſet prorſus extincta.

Tertia ſit lingua Chanaan, ſive Phœnicum aut Punica, quę ex Phœnice in Africam perlata eſt, & occupavit quicquid terrarum eſt à Cyrene uſque ad Gades. Hâc linguâ Mochus Sidonius de Philoſophia ſcripſerat, & Phœnicum hiſtoriam Sanchoniathon, ante Trojani belli tempora. Et ut ex Hebreis ad Phœnices, ita ex Phœnicibus ad Grecos cum literis venerunt ſcientiæ. Sed hæc infra pluribus. Hic obſervaſſe ſufficiat Hebræam linguam ab Eſaia vocari linguam Chanaan cap. 19. v. 18. non ſolùm quia Judæi Chananæam occupaverunt, ſed & quia lingua Chanaan Hebraicæ valde erat affinis. Proinde in libro de coloniis & ſermone Phœnicum, ſi dederit Deus, non pauca Scripturæ loca ex ea illuſtrabimus.

Strab. l. 16. Euſeb. Præp. l. 1.

Quarta eſto lingua Ægyptia de qua Pſal. 81: 6. *Cum exires contra terram Ægypti, ubi ſermonem ignotum audiebam.* Et Pſal. 114: 1. *Cum exiret Iſraël ex Ægypto & domus Jacob ex populo* לעז, *barbaro*, id eſt, peregrini ſermonis. Proinde vaticinatur Eſaias, fore ut quinque urbes Ægyptiæ, pro Ægyptia lingua loquantur linguam Chanaan, Eſ. 19: 18. Et Joſephus Ægyptium ſe eſſe ſimulans fratres alloquebatur per interpretem. Itaque cùm inter ſe loquerentur, putabant ſe non intelligi, Gen. 42: 23.

Tamen quia Judæis vicini fuere Ægyptii, non dubito, quin Hebræus & Ægyptius ſermo quædam habuerint communia, ex quorum collatione poſſet emergere aliquid lucis. Exempli gratia, quæritur cur Ægyptus vel Ægypti pars in Pſalmis & in Eſaia רהב *Raab* vocetur: Atque hîc interpretes multa comminiſcuntur, ignari Hebræum *Raab* idem eſſe quod Ægyptium *Rib* vel *Riph*, quo nomine

hodiéque

hodiéque *Delta*, ſeu pars Ægypti terquetra Nili oſtiis comprehenſa, vocatur à pyri forma. Id enim propriè erat *Rib*. Unde eſt quod in ipſo corde τῦ Δέλτα Nomus medius *Athribis* appellabatur, id eſt, cor pyri. Etymol. in Ἀθριβίς. ex Orione. Rurſus hęrent interpretes in voce כנה *channa* Pſ. 80:16. cujus reperio verſiones ſeptem minimum, pleraſque remotiſſimas. Ego ϭυτιν plantam expono ex Ægyptio ſermone quo hedera χενόσιρις dicebatur, id eſt, φυτὸν Ὀσίριδος *planta Oſiridis*, teſte Plutarcho in Iſide ex Alexarcho. Cùm paulo ante Pſaltes Deum ex Ægypto vitem tranſtuliſſe dixiſſet, de eadem vite ſubjungit: *O Deus*, &c. *viſita vitem hanc*, וכנה *vechanna*, id eſt, *& plantam quam plantaverat dextera tua:* Ægyptiâ voce uſus, quia de vite agitur ex Ægypto tranſlata. Ex eadem lingua petitum eſt Joſephi nomen quod illi impoſuit Pharao צפנת פענח *Tſaphnath Paaneach*, Gen. 41:45. Septuaginta Interpretes qui verſionem ſuam in Ægypto ediderunt illud ſcribunt Ψονθομφανήχ. *Salvatorem mundi* interpretatur Hieronymus. At alii, quos *defendit numerus junctaque umbone phalanges*, occultorum interpretem vel futurorum revelatorem. Conſulendi ea de re viri undecunque docti Amama in Geneſim, & Kircherus Prodromi Copti cap. 5. & Joh. Viccars in Decaplis Pſ. 105. Etiam סהר *ſohar* pro carcere, Gen. 39:20. Ægyptium eſſe verbum ſuſpicatur Aben Ezra, propter interpretationem à Moſe additam: *Et Joſephi dominus*, inquit, *ipſum arreptum conjecit* אל בית הסהר *in domum Sohar, in locum ubi captivi regis detinebantur*. *Pharao* item eſt Ægyptia vox: Regem exponit Joſephus, Lexicographi Arabes Crocodilum. Et Moſes vel Moyſes, ſi Philoni & Joſepho credimus, & Clementi Alexandrino, apud Ægyptios ex aquis ſervatum ſonat, voce compoſita ex Μῶ aqua & ὕσης ſervatus. Sed huic commento non facilè aſſentietur quiſquis hęc attentè leget, Exod. 2:10. *Et vocavit nomen ejus* משה *Moſem, & dixit, quia ex aquis* משיתהו *eduxi eum*. Quæ Moſis nomen palam docent factum eſſe ex Hebręo verbo משה, quod nuſquam uſurpatur niſi de eductione ex aquis. Exempla vide 2 Sam. 22:17. & Pſ. 18:17. & Eſ. 63:11. Sic Exod. 16:15. cum Hebræi mannam videntes dicebant מן הוא *man hu*, quid hoc eſt? Haſcuni מן *man* pro Hebręo מה *ma* dicit eſſe Ægyptium. Et Talmudici, quos citat Kimchius in Lexico, טטפות pro *frontalibus* vocem eſſe volunt ſemi-Ægyptiam. Compoſitionis tamen ratio mihi haudquaquam probatur. Sed Ægyptium vocabulum *Rephan*, pro Saturno, ut *Moloch* pro Marte, hodieque in uſu eſt inter Coptitas, quorum lingua partim ex Gręca partim ex veteri Ægyptia conflata eſt. Unde certa lux Amoſi verbis juxta Gręcam Editionem, quam ſequitur Martyr Stephanus, Act. 7:43. ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥαιφάν, vel ut alii volunt Ῥεφὰν aut Ῥεμφάν. In quibus explicandis aqua hęſerat hactenus interpretibus, quos fugerat cur *Rephan* reddatur Hebręum כיון *Kijun*. Ita enim legitur in Amoſi textu Hebręo cap. 5. verſ. 26. Sed jam ratio eſt manifeſta. כיון *Kijun* Aben Ezra teſtatur eſſe Saturnum, & hoc illi nomen eſſe etiam apud Perſas & Iſmaëlitas. Unde perſuaſum fuit Ægyptiis Anubin, qui Cyon Gręcè vocabatur, eundem eſſe cum Saturno, teſte Plutarcho in Iſide. Sed & in Plauti Pœnulo Saturnum appellari *Cun* probat Samuel Petit ὁ μακαρίτης, Miſcellaneorum lib. 2. cap. 2. Itaque כיון *Kijun* idipſum eſt quod Ægyptium *Rephan*, id eſt, Saturnus. Atque ea voce Græci Interpretes libentiùs uſi ſunt, quia in Ægypto ſcribebant. Moſes Act. 7:22. legitur fuiſſe eruditus *omni ſapientiâ Ægyptiorum*, de qua vide Sixtum Senenſem lib. 2. Bibliothecæ. Horum antiquiſſimus ſcriptor Hermes Triſmegiſtus, in Jamblicho *de Myſteriis Ægyptiorum* ſcripſiſſe legitur librorum plus triginta ſex millia; Ego verſus interpretor. Neque enim Mercurii libros plures quadraginta duobus numerat Clemens Alexandrinus, qui horum catalogum accuratè inſtituit lib. 6. Stromatum. Ex his Theologiam ſuam & quicquid habet περὶ τῆς κοσμοποιΐας ſe hauſiſſe profitetur Sanchoniathon. In quibus quędam habentur Moſis ſcriptis valde conſona. Linguam Ægyptiam Veterem Græcæ fuiſſe matricem, imo Gręcam Antiquiſſimam, aut illi tam ſimilem quàm Latinę eſt Italica, Kircheri ſomnium eſt ex eburnea porta. Quod ex vetuſtis in Ægypto locorum nominibus facile eſt refellere; ex Herodoto item & Plutarcho, & Horo Apolline, & Jamblicho, & aliis; ubi vocum Ægyptiarum longam ſeriem reperias quę Gręciſmum non plus ſapiunt quàm Illyricę aut Germanicę. Et verò ſi Ægyptia lingua fuit eadem cum Gręca antiquiſſima, quorſum in fabulis Cecrops fingitur fuiſſe διφυὴς & δίμορφος *duplicis naturæ & formæ*, διὰ τὸ δύο φωνὰς ἐπίστασθαι Αἰγυπτίαν καὶ Ἑλληνίδα, *quia duas noverat linguas Ægyptiam & Græcam?* Quorſum Archandri urbem in Ægypto Herodotus, à Gręco homine conditam fuiſſe colligit, quia Ἄρχανδρος, οὐ κάρτα γε Αἰγύπτιον τὸ οὔνομα, *Archander non eſt nomen Ægyptium*, ſed Gręcum? Cur neceſſe habuit Solon cùm Ægyptia nomina non poſſet carminibus ſuis inſerere, his alia Gręca ſubſtituere ejuſdem ſignificationis, ut teſtatur Plato in Critia? Cur apud Heliodorum (qui licet fabuloſus ſcriptor conatur tamen ſcribere vero quam ſimillima) miratur Calaſiris quod Cnemon ſit τὴν φωνὴν Ἕλλην ἐν Αἰγύπτῳ, *ſermone Græcus in Ægypto?* Cur ibidem Gręcus Theagenes Ægyptii ſermonis nonnihil addidiciſſe legitur ὑπὸ συνδιαιτήσεως μακρᾶς, longa conſuetudine & convictu cum Ægyptiis. Denique hoc certum in Ægypto nulla extitiſſe Gręci ſermonis veſtigia ad Pſammetichum uſque, ſub quo Cares & Iones circiter triginta millia in Ægyptum appulerunt. His dedit Pſammetichus loca habitanda circa Bubaſtin & Peluſium, & pueros Ægyptios commiſit Gręca lingua imbuendos. Ἀπὸ δὲ τούτων ἐκμαθόντων τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν, οἱ νῦν ἑρμηνέες ἐν Αἰγύπτῳ γεγόνασι. *Ab his autem linguam Græcam edoctis oriundi qui nunc in Ægypto ſunt interpretes.* Ita Herodotus in Euterpe. Sed deinceps ſub Ptolemęis Gręcus ſermo in Ægypto profundas egit radices, unde eſt quod hodie Coptorum dialectus multa plura habet Gręca vocabula quàm Ægyptia.

Quinta ſit lingua Azotiorum de qua Nehem. 13:24. *Filii eorum partim loquebantur Azoticè, nec ſciebant loqui Judaicè.* Azoticè, id eſt, lingua Philiſtęorum quorum pars Azotii. Huic potiſſimum convenire puto quod de lingua Chananitide dicit Hieron. in Eſa. l. 7. *Inter Ægyptiam & Hebræam media eſt.* Philiſtęi ex Ægypto venerant & occupabant partem terræ Chanaan. Azotiorum Deus Dagon habuit Hebræum nomen à דגן *dagan* factum, id eſt, frumento. Philo Biblius & Sanchoniathone: ὁ δὲ Δαγὼν ἐπειδὴ εὗρε σῖτον καὶ ἄροτρον ἐκλήθη Ζεὺς Ἀρότριος. At Gazæorum Dei nomen *Marnas* מרנש merè Syrum eſt, & hominum Dominum ſonat. Accaronitarum autem idoli Hebræa erat appellatio *Baalzebub* q. d. Dominum muſcę vel ἀπόμυιον θεόν. Et Aſcalonitarum Urania Venus, de qua Herodotus in Clio, Hebraicè vocatur Aſtaroth, id eſt, *Aſtarte* à cura gregum, 1 Sam. 31:10. *Saran* סרן quod pro Philiſtęo principe paſſim occurrit in libris Joſuę, Judicum & Samuëlis, deduci videtur ex Hebręo שר *ſar*. Et *Abimelec* commune nomen Regibus Philiſtęorum antiquiſſimis Gen. 20. & 21. & 26. nemo non videt eſſe Hebraicum. Sed & urbium

V. Kircher. Prodr. pag. 147. cap. 5.

Heliod. lib. 2.

Id. l. 8.

Gen. 10.14. Sophon. 2.5. Joſ. 13.3.

Vide Steph. in Γάζα. Et Hieron. in vita Hilarion. et l. 7. in Eſ.

bium Paleſtinæ nomina pleraque ſunt palam Hebrea. Itaque verum eſt quod diximus, Azotiam vel quod idem eſt, Philiſtęorum linguam Hebrææ fuiſſe affinem.

Sexta eſto Perſica, cujus linguæ multa ſunt vocabula in libris Danielis, Eſdrę & Eſther, quia continent hiſtorias rerum ſub Perſis geſtarum. En tibi pauca è multis. Dan. 3: 2. leguntur quinque dignitatum nomina merè Perſica אחשדרפניא *ahaſdarpenaja* ſatrapæ, אדרגזריא *adargazraja* drungarii, גדבריא *gadbaraja* quęſtores, דתבריא *dethabraja* conſiliarii, תפתיא *thiphthaje* exactores tributorum. Sic ex conjectura interpretor: nam primo & tertio exceptis, reliqua ſunt valde incerta. Ejuſdem capitis verſu 21. בסרבליהון *cum ſaraballis ſuis*, Gręcè σὺν τοῖς σαραβάροις αὐτῶν. Sarabara vel Saraballa ſunt Perſica femoralia. Nehemiæ 2: 8. פרדס *paradiſus* creditur eſſe Perſicum, quamvis etiam in Canticis & Eccleſiaſte reperiatur à Salomone uſurpatum. Et Eſter. 3: 9. גנזי *genze*, vel ut Veteres legerunt, *ganze hammelec*, gazæ regię; ſed radix eſt Hebręa. Perſę hodie dicunt כנין *cenix*. Perſicum item eſt פור *pur* pro ſorte toties repetitum in libro Eſther. Unde nomen habent פורים *Purim*, ſolemne feſtum inter Judęos. Rurſus ejuſdem libri cap. 8: 10. muli voce Perſica dicuntur אחשתרנים *ahaſtheranim*. Accedit hodierna אסתרהא *aſtherha*, quę legitur in Tavaſii Paraphraſi Perſica, Gen. 36: 24. כורש *Cores*, in Eſaia, Daniele & Eſdra, Cyri nomen eſt. Plutarchus poſt Cteſiam Solem exponit, quem כרשד *Corſad* nunc Perſę appellant. Iiſdem דרוש *darves* eſt ἔρξις coërcitio. Inde factum nomen דריוש, *Darjaves*, id eſt, Darii quod proinde Herodotus rectè ἑρξείης interpretatur. Sic paraſanga hodieque dicitur פרסך *pharſach* in Tavaſio, Gen. 35: 16. & 48: 7. Unde obiter colligere eſt, Veterem Perſarum linguam non periiſſe funditus, & manere hujus reliquias in hodierna Perſarum. Hanc, quod viri docti ſcribunt, accedere ad Germanicam in tanta locorum intercapedine nemo ſibi facilè perſuaderi ſinat. Tamen rei probandæ tot exempla congerunt, ut ab invitis penè fidem extorqueant. Vide Lipſium Ep. 44. centuriæ tertiæ ad Belgas. De lingua Perſica quædam alia ex occaſione obſervo lib. 4. cap. 10.

Scal. de Emend. temp. Lib. 6.

Præter linguas ſuprà exhibitas nominantur Græca & Romana in titulo crucis; & Act. 2. linguæ Parthorum, Medorum, Elamitarum, Cappadociæ, Ponti, Aſiæ, Phrygię, Libyæ Cirenaicæ, Cretæ, &c. Et Act. 14: 11. lingua Lycaonica, de quarum ſingulis hic agere longum eſſet & ſuperfluum.

A linguarum confuſione locus dictus eſt בבל *Babel* pro בלבל *Balbel*, altero L extrito, ut in Syro גגלתא *Gogoltha* pro גלגלתא *Golgoltha*, & Chaldæis קיקלתא *Kikaltha* pro קלקלתא *Kilkaltha*, & שושלתא *Soſiltha*, pro שלשלתא *Solſiltha*. Res clara in Onkelo qui habet, Gen. 10: 9. *Ideò vocavit nomen ejus Babel, quia ibi* בלבל *bilbel*, id eſt, *confudit Dominus ſermonem totius terræ*. Sic Arabicè in Giggeio תבלבלת אלאלסן *linguæ confuſæ fuerunt*. Itaque בבל *Babel* non vox compoſita ex בא בל *venit confuſio*, ut putavit Aben Ezra; ſed nec à Belo deducta, ut ſcribit Etymologus; aut à Beli filio Babylonis conditore, ut ab Erennio traditum apud Stephanum.

CAPUT XVI.

De gentium diſperſione.

Ex confuſione linguarum ſequuta diſperſio. Refellitur Epiphanii ſententia de diviſione orbis per ſortes à Noæ filiis Rhinocoluræ jactas. Rhinocolura diu poſt condita. Fontes erroris. An terra Chanaan fuerit in Semi ſorte, & à Chanane uſurpata, ut quidam Veterum volunt. Rem aliter in Scriptura definiri. Philaſtrium eos habuiſſe pro hæreticis qui Noam inter poſteros orbem diviſiſſe negant, ſed ab eodem alia multa numerari inter hæreſes quæ verè hæreſes non ſunt. Termini diſperſionis. Semi poſteris id fuit peculiare quòd ex Aſia non exceſſerunt. Quod fortuitum reſpectu hominum, certa diſpenſatione factum reſpectu Dei, qui gentibus ſingulis aſſignavit habitationis terminos. Illud ipſum ædificium quod ſtruxerant homines metu diſperſionis, cauſa fuit cur diſpergerentur. Quod tamen illis deinceps ceſſit in bonum.

Mœnium & Turris Babylonicæ conditores quouſque opus promoverint non ſatis ſcimus. Hoc ſolum conſtat illos confuſis linguis ſtatim ab opere deſtitiſſe. Quod vel Scriptura tacente facile erat conjicere. Nam unionis inter illos vinculum erat communis ſermo. Quo ablato, non dubium quin linguarum confuſio plurimas pepererit contentiones, cùm poſcenti lateres unus aquam alius bitumen porrigeret, & ſic alter ab altero putaret ſe derideri. Ex jurgiis natum eſt odium atque averſatio mutua; ex qua factum ut initæ ſocietati non inviti renunciaverint. Inde ſecuta diſperſio in omnes terras.

Non placet quod Epiphanius in Hæreſi Manichæorum vult illos jeciſſe ſortes de diviſione orbis in urbe Rhinocolura, & unumquemque in illam ſeceſſiſſe provinciam quæ ei ſorte aſſignata eſt. Crediderim potiùs factam fuiſſe ſeceſſionem impetu quodam θεηλάτῳ, illo ipſo Spiritu, qui novas linguas inſpiraverat, eoſdem agente arcano motu in orbis partes remotiſſimas. Neque enim veriſimile eſt in certum locum ex pacto conveniſſe, ut mundum ſorte dividerent, poſtquam linguarum diverſitas illos reddidit ſibi mutuo barbaros. Id ſaltem certo certius, non potuiſſe indici conventum Rhinocoluræ, quam multis deinceps ſæculis ab Æthiopiæ & Ægypti rege Actiſane fuiſſe conditam ex Diodoro diſcere eſt.

Hæreſ. 66. §. 83.

Lib. 1. c. 60.

Sed error ex errore natus. Septuaginta Interpretes Eſ. 27: 12. *pro torrente Ægypti* (Hebr. נחל מצרים *Rhinocoluram tranſtulerunt, non tam verba Scripturarum, quàm ſenſum verborum exprimentes*, ut Hieronymus rectè obſervat. Inde colligit Epiphanius Rhinocoluram Hebraicè dici נחל *Neel* vel *Naal*, id eſt, ſortem, ſi illi credimus; eo quod ſortibus ibi jactis Noa terrarum orbem diviſerit inter filios.

Atqui Rhinocolura non vocatur נחל uſpiam. Aliud enim Rhinocolura oppidum in Ægypti Palæſtinæque confinio, aliud נחל מצרים *Ægypti torrens* illi proximus. Neque ſors נחל *naal*, ſed גורל *goral* Hebræâ linguâ dicitur. Fateor quidem κλῆρον à Græcis paſſim reddi Hebræum נחלה *naala*, ſed נחלה & נחל *naal* multum differunt. Atque illud ipſum נחלה *naala*, cùm propriè ſit hæreditas, nuſquam redditur κλῆρος, niſi quatenus κλῆρος pro κληρονομίᾳ ſumitur.

Nihilo magis probo quod ibidem addit Epiphanius, & repetit in Ancorato cap. 116. Noam orbe terrarum inter tres filios diviſo, & certa portione ſingulis aſſignata, ne qua diſcordiarum ſeges deinceps oboriretur, eos ſacramento adegiſſe; ne quis in fratris ſui ſortem invaderet, extrema quæque interminatum illis qui violaſſent jurisjurandi fidem. Chananem nihilominus, relicta regione ſua, quæ ob immodicos calores videbatur minus commoda, in Semi ſorte Palęſtinam occupaviſſe, atque ob illud ipſum crimen Chananęis ad internecionem deletis, Palæſtinam ſeu Chananæam Judæis Semi poſteris juſto Dei judicio fuiſſe reſtitutam.

Scio

Scio Epiphanium habuiſſe quos ſequeretur, & pleraque hæc etiam in Euſebio legi Chronici lib. 1. pag. 10. in capite cui titulus, *Μερισμὸς γῆς partitio terræ*, quod videtur ex Africano deſcripſiſſe; atque in eadem eſſe ſententia authorem ſermonis 105. de tempore qui Auguſtino tribuitur. Sed vereor ne hæc non ſint cum Scripturis ſatis conſona, quæ docent terram Chanaan Deum gratis dediſſe, non reſtituiſſe Judæis, & Chanaanem antequam divideretur orbis jam fuiſſe maledictum, atque aliis planè de cauſis ejus poſteros excidiſſe jure quod habebant in terram Chanaan, nempe propter idololatriam, Deut. 12: 30. & nefarios concubitus, Levit. 18: 24, 25.

Sed neque id capio ſatis, quomodo potuerit Noa inter filios orbem dividere, cujus multo maxima pars nondum erat cognita. Dices Noam fuiſſe Prophetam, & orbis ſingulas partes Dei revelatione ſibi notas deſignaſſe filiis. Sed Scriptura tacente noſtrum non eſt hæc divinare. Tamen huic ſententiæ Philaſtrius Brixienſis hæſit ita mordicus, ut pro hæreticis habeat hac de re diſputantes: *Sunt*, inquit, *quidam hæretici, qui de diviſione orbis terræ & portione habitationis rectè non ſentiunt, diſputantes quod Græci cœperint, aut Ægyptii, aut Perſæ deſcribere orbem terræ univerſum, non beatus Noa ſuis filiis tribus poſt Diluvium diviſerit, dederit, ac definierit, & partiverit ordine.* Sed ab eodem habentur pro hæreticis qui præter terram quam habitamus aliam negant eſſe terram matricem rerum omnium, de qua ſcilicet egerit Moſes, Gen. 1. Item qui naturæ adſcribunt terræ motus, & ſtellas in cœlo aſſerunt eſſe infixas, aut unam fuiſſe linguam ante Diluvium, aut corpus Adami ante animam eſſe factum. Item qui negant omnes Pſalmos eſſe Davidis: & qui verba Caino dicta, *tu illi dominaberis*, de fratre natu minore, id eſt, Abele interpretantur. Itaque Bellarminus rectè obſervat, *multa a Philaſtrio inter hæreſes numerari quæ verè hæreſes non ſunt, proinde cum prudentia legendum eſſe.*

Hær. 7.

De ſcriptor. Eccleſ. ad an. 380.

Termini diſperſionis à Septentrione fuerunt Thracia ubi Thiras, & Caucaſus ubi Magog. A Meridie Libya ubi Phut, Æthiopia ubi Ludim, & Arabia aromatifera ubi Jectan eum liberis fixit ſedes. Ab Occaſu Gallia ubi Rhodanim, & Hiſpania ubi Tharſis. Ab Oriente Media ubi Madai, Perſis, & Elymais ubi Elam, & Carmania ubi Sabtheca. Nec enim iis aſſentior qui has colonias volunt in Indiam uſque penetraſſe. Quamvis hujus ſententiæ Joſephum primum authorem ſequatur turba doctorum.

Cùm ex ſtirpe Cham multi Africam, ex ſtirpe Japhet multi Europam inſederint, Semi poſteris hoc fuit peculiare quòd ex Aſia non exceſſerunt. Quod certo conſilio illos feciſſe non puto, ſed unumquemque occupaſſe terras quæ primæ ſe obtulerunt. Hùc facit quòd rerum Phœniciarum vetuſtus ſcriptor Hiſtiæus Mileſius, poſtquam eos qui è Diluvio evaſerant veniſſe dixit *εἰς Σενναὰρ τῆς Βαβυλωνίας, in Senaar Babyloniæ*, addit continuò poſt: *σκεδασθέντας δὲ τοὺς λοιποὺς ἐντεῦθεν ὑπὸ τῆς ὁμογλωσσίας* (lege *πολυγλωσσίας*) *τὰς συνοικίας ποιήσασθαι πανταχῆ. καὶ γῆν ἕκαστοι κατελάμβανον τὴν ἐντυχοῦσαν. De cætero inde diſperſi propter linguarum varietatem habitarunt ubivis, & unuſquiſque terram occupavit in quam incidit.*

Sed ſi reſpectu hominum fortuitum id fuit, non fuit reſpectu Dei, qui ut ſtellis in cœlo, ita populis in terra, proprium metatur locum. Idem *qui mari appoſuit vectem & valvas, & dixit, uſque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos*, idem, inquam, gentes ſingulas certis limitibus coërcet, quos transgredi non poſſunt, niſi ipſo volente. Quo pertinent hæc verba Moſis, Deuteronom. 32: 8. *Quando dividebat Altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum juxta numerum filiorum Iſraël*; & Pauli Act. 17: 26. *Fecitque ex uno ſanguine omne genus hominum, ut inhabitarent ſuper univerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tempora, καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν*, & *terminos habitationis eorum.* Proinde quamcunque terram occupamus, illam Deus ſe dediſſe dicit, vult ſibi acceptam ferri. Sic Deut. 2: 5. *In poſſeſſionem Eſau dedi montem Seïr*, & verſ. 9. *Filiis Lot tradidi Ar in poſſeſſionem*, & 3: 18. *Dominus Deus veſter dat vobis terram hanc in hæreditatem.*

Job. 9: 7.
Job. 38: 20, 11.

Ex hac diſperſione apparet à Salomone verè dici, Prov. 10: 24. *Quod timet impius, id eveniet ei.* Metu diſperſionis, urbem & turrim extruendam ſibi proponunt, *Ædificemus*, inquiunt, *ne diſpergamur*. At Deo ſic diſponente illud ipſum ædificium quod metu diſperſionis magno molimine ſubſtruxerunt cauſa fuit cur citiùs diſpergerentur; atque ipſum mali remedium illis ceſſit in perniciem. Interim idem Deus, prout è malo bonum elicit, & *in commotione iræ miſericordiæ recordatur*, fecit ut hæc diſperſio generi humano eſſet utilis, & longè majus inde bonum emergeret quàm quod ſibi propoſuerant. Erat illis animus in turris unius ſubſtructione inutiliter conſeneſcere. At ideò diſperſit Deus, ut gentes & urbes plurimas conderent in toto orbe terrarum, & fundamenta jacerent tot regnorum quæ hodiéque florent. Id lectori palam facient tres libri ſequentes.

Hab. 3: 2.

LIBER SECUNDUS.

DE SEMI POSTERIS.

CAPUT I.

De Semo.

DE primatu contentio inter filios Noæ. Sem à Deo prælatus, quamvis Japheto junior. Naturæ ordo non idem qui gratiæ. Res probatur exemplis. Non Semo [illegible], ſed Deo benedixit Noa, tanquam authori boni. Tamen laus debita bonis, quia Deo cooperantur. Si quis habet bonos liberos, ſoli Deo ferat acceptum. Sic Deo benedicit Noa, ut & filio benedicat. Quid ſit eſſe Deum Semi. Quàm multa bona lateant ſub hac promiſſione. Prima Semi prærogativa, quòd fuit pater filiorum Heber, id eſt, Hebræorum. Secunda, quod ex ipſo oriturus erat Chriſtus. Obiter de Semi nomine. Tertia, Chanaan illi ſerviturus. Quod tum impletum cùm minimè expectabatur. Juxta Hebræos Sem idem qui Melchiſedech. Contra Melchiſedech ex alio genere, eoque ignoto, & ſacerdos diverſi ordinis, nec Levitas habuit in lumbis ſuis. Nec Abraham ſolviſſet decimas Semo proavo, nec in illius ſolo habitaſſet ut peregrinus. Neque id tacuiſſet Moſes. Priſcis denique Judæis, ut Joſepho & Philoni, aliter viſum. Quod addit Epiphanius tempora non convenire, refellitur ab Hieronymo. Ordo Semi filiorum.

INter tres Noæ filios de primatu eſt contentio. Cham licet natu minimus, tamen fratribus præfertur, ſi Poëtarum judicio ſtamus, qui ex Chamo fecerent Jovem. Contrà Japheto, qui fuit natu maximus, primas dabimus, ſi ſequimur naturę ordinem. At Semo, ſi gratiæ: quem fratribus prętulit Deus, non ex meritis, ſed ex mera indulgentia.

Chamum filiorum Noæ fuiſſe natu minimum expreſſè habetur, Gen. 9: 24. Et Semum non eſſe primogenitum liquet ex Gen. 11: 10. ubi *Sem centum annorum natus generat Arphaxadum biennio poſt diluvium*, id eſt, anno ætatis Noæ 602. Diluvium enim contigerat anno Noæ ſexcenteſimo, Gen. 7: 11. Sequitur Noam generaſſe Sem anno 502. cùm biennio ante generaſſet primogenitum. Incœperat enim generare anno ætatis quingenteſimo, Gen. 5: 32. Itaque Sem biennio junior fuit fratre primogenito, hoc eſt, Japheto, qui ideò major vocatur, Gen. 10: 21.

Proinde cùm Japhet eſſet trium fratrum primogenitus, Deus illi Semum prętulit, ut doceret in electione ſe non habere reſpectum ætatis, nec eundem eſſe gratię ordinem qui naturę. Natura enim primogenitis multa indulſit privilegia. Et ſtatim ab orbe condito Deus Abelem ſubjecit Caino primogenito, Cainum ita compellans, cùm de fratre eſſet ſermo: *ſub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illi.* [Gen. 4: 7.] At in gratia idem Cainus Abeli [Gen. 4: 4, 5.] poſtponitur, *Reſpexit enim Dominus ad Abelem & ad munera ejus: ad Cainum verò & ad munera illius* [Rom. 9: 13.] *non reſpexit.* Ita in Iſaaci familia cùm Jacob eſſet [1 Sam. 6: 11.] minor natu, tamen *Jacobum dilexit & Eſavum odio* [Act. 13: 22.] *habuit.* Et David, fratrum minimus & abjectiſſimus, vir fuit juxta cor Dei.

Semo Noa benedicturus, cùm ejus nuditatem Sem pallio ſuo texiſſet, in hęc verba prorupit; [Gen. 9: 26.] *Benedictus ſit Dominus Deus Semi.* Quibus verbis Noa videbitur zelo abreptus à ſcopo aberraſſe. Tum enim de Semo res erat, non de Deo. At pro Semo vir ſanctus Deo Semi benedixit: & quod ſibi Sem expectabat, id Noa tranſtulit in Deum: & cùm Chamo vel Chanaani nominatim maledixiſſet, cùm ad benedictiones ventum eſt, Semo non benedixit, ſed Deo Semi: *Benedictus ſit*, inquit, *Dominus Deus Semi.* Abſit tamen ut putemus hoc illi temerè excidiſſe. Quin latet myſterium in hac perſonarum enallage. Reo enim in propria perſona maledixerat, propter admiſſum ſcelus, quia mali fomes & ſcaturigo eſt in ipſo homine. At Semi pietate delectatus, Deo maluit benedicere, quia Deum noverat, eſſe authorem hujus boni. Nam a ex nobis nihil poſſumus, nec cogitare quidem, ſed ex Deo eſt ἡ ἱκανότης ἡμῶν. [a 2 Cor. 3: 5.] b *Deus eſt qui operatur in nobis & velle & perficere pro gratuita benevolentia ſua.* [b Phil. 2: 13.] c *Omnia poſſum*, inquit Apoſtolus, *per Chriſtum qui me corroborat*, & [c Phil. 4: 13.] d *Gratiâ Dei ſum id quod ſum*; item: e *Non ego, ſed gratia Dei quæ mecum eſt.* [d 1 Cor. 10: 15.] [e Ibidem.] Proinde Propheta David; f *Non nobis, Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* [f Pſ. 115: 1.] Et Chriſtus: g *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent*, non vos, ſed *Patrem veſtrum qui in cœlis eſt.* [g Matth. 5: 16.] Id omnino prǽſtitit Noa. Sem fecerat bonum opus, & Noa benedixit non Semo, ſed Deo Semi.

Non quòd bonis operibus nulla laus debeatur. Nam ob id ipſum boni ſunt laudabiles, quod cum Deo cooperantur, & ſequuntur ipſius motus, dum alii illis obſiſtunt, & gratiam oblatam reſpuunt. Sed aliter laudatur artifex, aliter inſtrumentum quod eſt in manu artificis. Et cavendum ne glorietur ſecuris contra cędentem ipſâ, aut ſerra exaltetur ſupra eum à quo agitatur. [Eſa. 10: 15.] [Jer. 9: 23.] [1 Cor. 1: 31.] [Jac. 1: 17.] Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec glorietur fortis in fortitudine ſua: ſed ſi quis gloriatur, glorietur in Domino, qui eſt pater luminum & author omnis bonę donationis.

Imprimis ſi quis habet liberos bonę indolis, quique rectam viam inſiſtant; caveat ne ſacrificet reti ſuo, illud Poëtę uſurpans:

Fortes creantur fortibus & bonis. [Horat. l. 4. Od. 4.]

Quaſi generi debeatur hoc ferri acceptum, aut bonę educationi, cùm hęc omnia ſine Deo nihil poſſint. *Paulus plantavit, Apollos rigavit, ſed Deus dedit incrementum.* [1 Cor. 3: 6.] Proinde Deo ſic permittente ſępe liberi ſunt degeneres, & ex juſto Noa naſcitur impius Cham, ex fideli Iſaaco profanus Eſau, ex pio Ezechia Manaſſe Idololatra, ut ſciamus pietatem non eſſe hęreditariam, nec deberi naturę, ſed gratię. Neque enim ſancti ſimus beneficio generationis, ſed regenerationis: atque ut granum frumenti expurgatum producit aliud cum palea, & ut pater circumciſus generat filium cum prępucio, ſic pater regeneratus filium generat extra gratiam. Quia non generamus ut fideles, ſed ut homines, nec fidem in liberos, ſed corruptionem transfundimus. In noſtris ergo liberis ſi quid eſt mali, dicendum; Hęc illi habent à nobis: hos in iniquitate formavimus, & in peccato generavimus. At ubi in illorum animis pietatis ſcintillę emicant, & virtutum ſemina pullulant, ſoli Deo danda eſt gloria, ut cum Noa dicamus; *Benedictus ſit Dominus Deus Semi*: Laus ſit Deo qui vota mea exaudivit, & benedixit labori quem inſumpſi in eorum educationem.

Interim hic obſervanda eſt ſancti Patriarchę induſtria, qui Deo ſic benedicit ut eâdem operâ etiam filio benedicat, & quibus verbis gratias agit pro acceptis beneficiis etiam imploret futura, & Dei benedictiones familię Semi annectat. Quippe cùm Deum appellat Deum Semi, hoc tacitò inſinuat fore ut Deus ſit illi Deus modo peculiari. Quod ipſum privilegium deinceps Abrahæ eſt collatum ex Semi ſtirpe oriundo. Illum enim ex patria cùm eduxiſſet

Deus, & ex media cognatione, ut toto vitæ tempore in peregrino ſolo exularet inter barbaros, hac promiſſione tanquam ampliſſima mercede ſervi ſui fidem & obſequium remuneratus eſt: *Ero*
Gen. 17. 5. & 26:24. et 28:13. *Deus tuus, & tui ſeminis poſt te.* Atque eadem promiſſio poſtmodum repetita eſt Iſaaco & Jacobo, imò & Judęis omnibus, cùm ex Ægypto exierunt. Adeóque ab his ipſis verbis incœpit Deus le-
Exod. 20: 3. gis ſuæ promulgationem: *Ego ſum Dominus Deus tuus.* Utut enim Deus ſit Deus omnium populorum, quia creavit omnes, tamen hæc eſt Eccleſiæ ſpecialis prærogativa, quòd Deus eſt illius Deus. Quia multo aliter eſt Eccleſiæ Deus quàm reliquarum gentium. Nam ſi omnium hominum eſt Deus jure creationis, Eccleſiæ Deus eſt jure redemptionis, & quia proprio ſanguine illam ſibi acquiſivit, ut ſit gens ſancta λαὸς εἰς περιποίησιν,
1 Pet. 2: 9. id eſt, populus quem ſibi ut proprium vindicat; hæc nempe ſunt correlata, ut ſi Deus ſit Deus
Oſ. 2. 23. noſter, nos ſimus illius populus. Undo in Oſea dialogus inter Deum & Eccleſiam: *Dicam populo* olim *non meo, populus meus es tu, & ipſe dicet, Deus meus es tu.*

Itaque cùm pollicetur Deus ſe fore Deum alicujus, ſub hac promiſſione continentur omnia bona, ſive præſentis ſive futuri ævi. Sic quia Deus eſt Deus noſter, ideò nobis ſuppeditat quæ ad hanc vitam neceſſaria ſunt. Atque id ſibi volunt Jacobi verba, Gen. 28: 20, 21. *Si fuerit Deus mecum, & ſervaverit me in via qua ego profecturus ſum, & dederit mihi panem ad comedendum & veſtimentum ad induendum, reverſuſque fuero proſperè ad domum patris mei; erit mihi Dominus in Deum*, id eſt, eum ſolum vitæ, fortunæ & ſalutis meæ authorem eſſe agnoſcam, atque ut talem toto animo colam & celebrabo. Rurſus quia noſter eſt Deus, nos ad ſe vocat, & ſe revelat nobis. *Indam*, in-
Jerem. 31: 33. quit, *legem meam menti eorum, & cordi eorum illam inſcribam, quia ero eis in Deum, & ipſi mihi erunt in populum.* Et ſpiritum regenerationis eadem de cauſa largitur, ut teſtantur hæc verba Pſaltis, Pſalm. 143: 10. *Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus me deducat in terram planam.* Atque illa ipſa promiſſione nititur ſpes reſurrectionis in gloriam: inde eſt quod concludit Chriſtus, fore ut olim reſurgant Abraham, Iſaac, & Jacob, quia Deus promiſit ſe futurum illorum Deum; Deus autem *non eſt Deus*
Matth. 22: 32. *mortuorum, ſed viventium.* Denique hæc ſcaturigo eſt unde fluit omnis omnino gaudii plenitudo:
Apoc. 21: 3. 4. quod clamat vox magna è cœlo dicens: *Ipſi populus ejus erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus; & abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors non erit amplius, neque luctus, neque clamor, neque labor, &c.* Quæ omnia regius Pſaltes ita paucis
Pſal. 33: 12. complectitur: *Beata gens cujus Dominus eſt Deus.*

Proinde cùm Dominus hic appellatur Deus Semi, idem eſt ac ſi Noa ſpem fecerit Semo & ſuis, fore ut cœli & terræ bona Deus illis impertiatur, & ex iis naſcatur populus per quem vere & ex animo colatur, quemque adeò gratiæ ſuæ & gloriæ reddat compotem. Non quòd omnibus Semi poſteris Deus hęc eſſet largiturus: à Semo enim orti ſunt Syri, Aſſyrii, Lydi, Armeni, Perſæ, Elymęi, & innumeri alii Dei cognitionis prorſus expertes: tamen hæc Semi fuit prærogativa, quòd ex illo deſcendit Abraham, & totus Iſraël, quem populum elegerat Deus cui ſe revelaret, & ubi nomen ſuum & ſanctuarium ſtabiliret, dum reliquus orbis tenebris pluſquam Cimmeriis erat immerſus. Unde eſt quòd Moſes enarraturus Semi generationes, ita orditur Gen. 10: 21. *Hi de Semo nati ſunt patre omnium filiorum Heber*, id eſt, omnium Hebręorum; inſigni hoc elogio illum evehens ſupra fratres. Neque id temere prætereundum; quòd Semum Moſes non aliunde commendat. Alius Semum obſervaſſet in vita, quam poſt illum nemo æquavit, hoc eſt, annorum ſexcentorum, vidiſſe utrumque mundum: Et Noæ ex triente hæredem, quamvis Japheto natu minorem, tamen fuiſſe prælatum: Et totius orbis delicias, hoc eſt, Aſiam illi obtigiſſe, terram auro & gemmis & margaritis divitem, & aromatibus omnis generis: Et Regum ſeriem enumeraſſet ex illius lumbis ortorum, & gentes vel potentia vel ſcientiis celebres, Syros, Aſſyrios, Chaldęos, Perſas, Lydos, &c. quæ illum pro parente colunt. Sed Moſi ſatis fuit in genealogiæ lemmate hoc obſervaſſe, Semum eſſe patrem Hebręorum. Quamvis Hebręi tum temporis in Ægypto ſervirent duriſſimam ſervitutem, & populorum omnium eſſent deſpectiſſimi. Itaque videri poſſet hoc cedere potiùs in Semi probrum, quod pater fuit tam vilis & abjectæ gentis, quęque habebatur ὡς περικαθάρματα καὶ περίψημα τοῦ κόσμου. Verumenimvero Hebręi utut viles ea ętate, tamen generis humani pars erant longè nobiliſſima, quia illorum erat *adoptio, & gloria, & fœdera, &* Rom. 9: 4.
legis conſtitutio, & cultus, & promiſſiones. Proinde meritò Apoſtolus: τί τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου, &c. πολὺ Rom. 3: 1.
κατὰ πάντα τρόπον, *quanam eſt praſtantia Judai? magna per omnem modum.* Nam licet homines aliter judicent, Eccleſiâ nihil eſt melius. Eccleſia eſt arca Noæ, quæ è Diluvio ſola ſervatur, terra Goſſen quæ ſola fruitur beneficio lucis, Gedeonis vellus in agro arido ſolum uvidum & rore cœli madefactum, domus Rahab quæ ex ruinis Jerichuntis ſola evadit.

Altera Semi pręrogativa hęc fuit, quod ex ipſo oriturus erat Chriſtus ſecundum carnem, *qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. In quo* Rom. 9: 5.
pater benedixit nobis omni benedictione ſpirituali in cœlis. Eph. 1: 3. Ita ut de Semo tam verè quàm de Abrahamo dici queat fore ut in ipſius ſemine benedicantur omnes gentes; nempe quotquot beneficium à Deo ſibi oblatum vera fide ſunt amplexurę. Meritò igitur Sem dictus, id eſt, celeber aut magni nominis, qui his privilegiis emicuit ſupra fratres, & ἐδοξάσθη ὑπὲρ πᾶν ἐν τῇ κτίσει Ἀδάμ, *gloriam adeptus eſt ſupra omnia in creatione Adam*, id eſt, hominum, vel inter homines creatos, ut habetur in libro Sirach cap. 49. verſo ultimo.

Addit Noa de Semo, fore ut Chanaan ipſi ſerviat, *Benedictus ſit*, inquit, *Dominus Deus Semi, & Chanaan ſit ſervus ejus:* illi de ſervo proſpiciens, poſtquam de domino proſpexit. Quæ prophetia impleta eſt poſt annos demum octingentos, cùm oriundi è Semo Iſraëlitæ terram Chanaan invadentes, Chananęorum Reges plus triginta debellaverunt, & incolarum maxima parte deleta ad internecionem, reliquos ſervituti manciparunt, gravi tributo illis impoſito: & Gabaonitarum operâ uſi ſunt ad ligna cędenda & aquas comportandas ad miniſterium tabernaculi, uſque ad Davidis tempora, qui mutato nomine נתינים *Nathinæos*, id eſt, dedititios appellavit, quòd ſe ſponte dedidiſſent. Eſd. 8. 20.

Nihil ſimile expectabatur, cùm in terra Chanaan Abraham habitabat ut peregrinus. Qui quidem erat valde potens, & pecore & ſervis dives, ita ut vernarum opera Lothum eripuerit è manu quatuor regum qui captivum abduxerant. Sed Sara uxor erat ſterilis, & uterque provectę ętatis. Quin Iſaacus ille, quem unicum in extrema ſenectute non ſine miraculo genuerunt, duos ſolùm habuit liberos, Eſavum, & Jacobum, quorum ille Deo exoſus & ab eo fuit rejectus: alter, Jacobus nimirum, promiſſionum ſolus hæres, uſque ad annum ętatis centeſimum ſerviebat in domo Labanis. Tamen ex eodem Jacobo, poſt annos circiter trecentos, exiit populus ſtellis atque arena numeroſior. Et populum illum, qui quaſi rerum vice verſa in Ægypto diu ſerviit Chami poſteris,

Deus

Deus tandem eduxit manu forti & brachio extenſo, & ſicco pede traduxit per medias abyſſos, & coram illo dejecit mœnia urbium ad cœlum uſque ſublata, & gigantum proſtravit ſuperbiam, & deſtruxit ſeptem gentes Iſraëlitis majores & robuſtiores, ut illos introduceret in terram lacte & melle fluentem, quam ante aliquot ſæcu la patribus promiſerat.

Judæi Melchiſedechum putant cum Semo eundem eſſe, & Abrahamo benedixiſſe ut pronepoti ſuo, & hoc ipſo inferiori. Hinc Jonathan in Chaldaica Paraphraſi, Gen. 14: 18. ומלכא צדיקא הוא שם בר נח מלכא דירושלם נפק לקדמות אברהם ואפיק ליה לחם וחמר. *Et Rex juſtus, nempe Sem filius Noa, Rex Jeruſalem, exiit in occurſum Abraha, & obtulit ipſi panem & vinum.* Et Hieroſolimytanus Interpres ומלכיצדק מלכא דירושלם הוא שם רבא *Et Melchiſedech Rex Jeruſalem eſt Sem magnus.* Et Midras Agada, quam hic citat R. Salomo, מלכיצדק הוא שם בן נח *Melchiſedech eſt Sem Noa filius.* Et Cabaliſtæ in Baal hatturim ex vocibus מלך שלם *Rex Salem* eliciunt nomen שם *Semi* per ראשי תיבות. Neque ſuperbis hominibus non videtur ferendum ut Abrahamo conditori ſuæ gentis præferatur alienigena, & ei benedicat & ab eo exigat decimas, tanquam ſacerdos ordinis ſuperioris. Sed 1. alienigenam fuiſſe Melchiſedechum docent hęc Apoſtoli, Heb. 7: 6. ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, *cujas autem generatio non annumeratur in eis.* 2. Nempe Sem, cujus genealogia nota eſt uſque ad Adamum, diceretur ἀπάτωρ & ἀγενεαλόγητος. 3. Sacerdotium Melchiſedechi fuit diverſi ordinis à ſacerdotio Levi: ſacerdotium Semi non item, in cujus lumbis tam fuit Levi quàm in lumbis Abrahami. Itaque tam dici poſſet Levi exegiſſe decimas quàm ſolviſſe, quia tam fuiſſet in lumbis exigentis quàm ſolventis, atque ita rueret tota Apoſtoli argumentatio. 4. Addo parum eſſe veriſimile ut à pronepote decimas acceperit proavus, qui idem Rex erat atque opibus affluens. *Reges terra*, inquit Chriſtus, Matth. 17: 25. *à quibus accipiunt tributum vel cenſum? a filiis an ab alienis?* Et Paulus 2 Cor. 12: 14. *Non debent filii parentibus theſaurizare, ſed parentes filiis.* 5. Sed neque id credibile eſt Semum regnaviſſe in terra Chanaan quę erat in Chami ſorte, & Chanaani ceſſerat fratris filio. 6. Nec Abraham habitaſſet in ea terra ut peregrinus, nec ſibi & uxori ſepulchrum comparaſſet, ſi habuiſſet in propinquo gentis ſuę authorem in tanta dignitate collocatum. 7. Pręterea ſi Sem eſt Melchiſedech, nulla apparet ratio cur Moſes hoc diſſimulaverit, & Semum ſub alio nomine latere voluerit. 8. Denique à Priſcis non fuiſſe id conſtanter creditum conſtat ex Philone & Joſepho qui hanc hiſtoriam referunt ſine ulla mentione Semi. Quin à Joſepho Melchiſedech appellatur Χαναναίων δυνάστης *Chananæorum dynaſta*, Belli Jud. l. 7. c. 18. Addit Epiphanius in hęreſi Melchiſedechianorum Samaritanos refellens, qui cum Judęis idem ſenſerunt, tempora non convenire, quia Semus obierat antequam naſceretur Abraham. Quod probat ex annorum ſupputatione juxta Græcam Editionem. Sed ex Hebręo textu apparet Semum non Abrahami modo ſed & Iſaaci attigiſſe tempora: qua de re videndus Hieronymus in epiſt. 106. ad Euagrium. Itaque Abraham & Iſaacus potuerunt videre Semum. Non tamen ſequitur vidiſſe; ex Scriptura ſaltem haudquaquam conſtat. Ubi ſit urbs נוארדה *Nonada*, in qua Semi ſepulchrum eſſe fabulantur Arabes, mihi non eſt ſatis compertum.

Semi filii notiſſimi ſunt, ſed nepotes non item. Filios hoc ordine recenſet Moſes: *Elam*, *Aſſur*, *Arphaxad*, *Lud* & *Aram*, Geneſ. 10: 22. ab Oriente incipiens, & in Occidentem deſiturus, niſi neceſſe habuiſſet Aram ultimo loco ponere, ut connecteret hunc verſum cum ſequente qui ſic incipit: *Et filii Aram*, &c. Jam de ſingulis agendum.

CAPUT II.

Elam עילם.

Pro Elamitis Syrus interpres perperam habet Elanitas. Act. 2: 9. Elamitæ iidem qui Elymæi Medis vicini. Hinc in Scriptura *Elam & Madai.* Lucas medios ponit inter Mediam & Meſopotamiam. Malè Polybius ad Septentrionem Mediæ. Truces fuere & bellicoſi. Proprios habuerunt Reges. Arma ſagittæ & arcus, ut & vicinis populis. Magiæ colligunt fuiſſe deditos ex Act. 13: 8. Sed ibi *Elymas* Arabica vox. Suſii ab iis diverſi. Tamen in Daniele iidem cum Elamitis. Ita etiam in Benjamine, & in Arabe Paraphraſte. Nempe Elymæorum nomen quandoque patet latius. Elymæorum metrop. Elymais. In qua templum illud opulentum quod expilare conatus eſt Antiochus. Ita legitur 1 Macchab. 6: 1. & in Joſepho, Appiano, Polybio, Diodoro, Strabone, Hieronymo, Sulpicio. At pro Elymaide Perſepolim habet Jaſon, quæ diſtabat inde plurimùm, & multo ante Antiochum deſtructa fuerat ab Alexandro. Dignus vindice nodus.

Elam pater eſt Elamitarum, de quibus Lucas, Act. 2:9. ubi Syrus Interpres perperam habet אלניא *Elanitas.* Alii enim Elanitæ, alii Elamitæ. Elanitę ſunt incolę urbis *Elana*, Hebr. *Elath* vel *Eleth*, prope Eſiongaber in mari Erythręo, ubi navale Salomonis. *Deut. 2: 8. 1 Reg. 9: 26.* Elamitę ſunt in Elymaide. Elam ſcil. eſt Elymais, & Elamitę ſunt Elymęi. Ex deſcriptione res patet, *Suſia*, inquit Strabo, *conjungitur Elymaitica, Elymaitica Media.* Inde eſt quod Elam & Madai, id eſt, Elymęi & Medi, paſſim in Scriptura junguntur, Eſ. 21: 2. *Aſcende Elam, obſide Madai*, Jerem. 25: 25. *Cunctis regibus Elam & cunctis regibus Madai*, Act. 2: 9. *Parthi & Medi, & Elamita, & qui habitant Meſopotamiam, Judaamque, & Cappadociam, Pontum, & Aſiam.* In quo loco inſuper id notandum, in horum populorum cenſu Lucam ab ortu in occaſum ſemper progredi recto ordine. Itaque vel hinc colligas Elamitas fuiſſe medios inter Medos & Meſopotamenos, qui idem ſitus eſt Elymaidis. Nam Polybius, qui Elymæos ad Septentrionem Mediæ ponit cum Ariaracis Cadduſiis & Matianis, *Polyb. l. 5.* omnium Geographorum ſententiæ palam obſiſtit. Mores etiam apprimè conveniunt. Truces enim & bellicoſos fuiſſe Elamitas ex Eſaia & Jeremia diſcere eſt, *Eſa. 21: 2 et 22, 1.* & ex Ezechiele inprimis, qui dicit Elamitas perculiſſe terram viventium terrore ſui nominis, cap. 32. v. 24. Qui verus Elymæorum character eſt, quos Strabo & Nearchus ſcribunt ex rapto vixiſſe, *Strab. l. 11.* & vicinarum gentium ſolos Parthis ſemper obſtitiſſe, atque adeò ex Perſarum regibus auſos tributum exigere. Illis ſemper fuere proprii reges, quorum præter Jeremiam etiam Strabo meminit, *Jerem. 25: 25.* ubi ſuprà. Horum duo memorantur, unus Codorlahomer, Gen. 14: 1. alter Arioc, Judith 1: 6. Ille Abrahamo æqualis, hic Nabuchodonoſoro. Non poſſum non addere etiam à Prophetis eorum arma deſignari. Ita enim Eſaias; *Elam ſumpſit pharetram.* *Eſa. 22: 6.* Et Jeremias; *confringam arcum Elam.* *Jer. 49 35.* Nempe, Strabone teſte, montana regio Elymaitidis ϛρατιώτας τρέφει, τοξότας τοὺς πλείους, *milites nutrit quorum plerique ſagittarii ſunt.* Vicinis etiam Coſſæis, Suſianis & Perſis eadem arma. Idem Strabo; Κοσσαῖοι μὲν οὖν εἰσὶ τοξόται τὸ πλέον, *Coſſai ferè ſagittarii ſunt.* Claudianus de bello Gildonico:

> —— *neſtraque premant pharetrata ſecures*
> *Suſa.*

Propertius ad Cynthiam lib. 2.

> *Non tot Achamenis armantur Suſa ſagittis.*

Et Polyęnus Stratagem. lib. 7. Cyrum in oppugnatione Sardium lignea ſimulachra conſtituiſſe ſcribit,

πώγωνας ἔχοντα καὶ Περσικὴν ἐσθῆτα καὶ Φαρέτραν κατὰ νώτα καὶ τόξα κατὰ χεῖρας, barbas habentia & Perſicam veſtem, & pharetram à tergo & arcus in manibus: qui Perſarum erat habitus militaris. Tam Elymæos quàm Perſas & Chaldæos plerique volunt Magiæ fuiſſe deditos, atque inde eſſe quòd Elymam Lucas magum interpretatur, Act. 13: 8. At iis accedo potiùs qui ex Arabica lingua deſumunt, qua עאלם *alim*, & עלים *alim*, eſt magus. Illius plurale עלמא legitur pro Hebræo חרטמים in Erpeniano Pentateucho, Exod. 7: 11. & paſſim in Saadia.

Suſii & Elymæi vicini quidem erant, ſed tamen diverſi populi, inter quos bellum ſæpenumero exarſiſſe refert ex Nearcho Strabo. Itaque etiam Eſdras c. 4. v. 9. in Perſicarum gentium cenſu quæ Samariam tranſlatæ ſunt, Suſancæos & Elymæos ſeparatim nominat tanquam diſtinctas gentes. Tamen Danielis 8: 2. Suſan Suſiorum metropolis deſcribitur in provincia Elam: & in Itinerario Benjamini pag. 86. כוזסתאן *Cuzeſtan*, id eſt, Suſiana cenſetur eadem eſſe provincia cum Elam, cujus Suſan eſt metropolis. Sed & Arabs interpres Pariſiis nuper editus pro Elam, Gen. 10: 22. habet חורסתאן *Chureſtan*, quod idem eſt. Omnino igitur dicendum Elam aliquando ſumi ſtrictiùs pro ſola Elymaide, aliquando ſumi latiùs, ita ut vicinas aliquot provincias ad Eulæum amnem includat, Gabianam puta, Carbianam, Maſſabiticam, quas Elymæis attribuit Geographus. Suſianam addo ex Daniele & Benjamino Tudelenſi. Sed & infra Suſianam, ad maris Perſici ſinum παραλίαν, non procul ab Eulæi oſtiis, Elymæos ponunt Plinius, Ptolemæus & Marcianus. In Ptolemæi tabulis Eldimæi perperam leguntur pro Elymæis. Nam in Græco textu ita habetur, ὑπὲρ μὲν τοὺς Ἐλυμαίους ἡ Κισσία. Non igitur eſt quòd Danieli quis dicam ſcribat, quaſi ſolus Elymaidem tam latè extenderet.

Plin. lib. 6. c. 25. 26. 27. 34.

Elymaidis caput erat Elymais inſignis urbs: in ea fuiſſe templum illud opulentiſſimum quod expilare conatus eſt Antiochus, tradit Author libri primi Machabæorum c. 6. v. 2. Et verò licet Veteres rem aliter atque aliter referant, tamen de hujus templi ſitu convenit inter omnes. Joſephus de Antiocho: *Ἀκούει πόλιν ἐν τῇ Περσίδι πλούτῳ διαφέρουσαν Ἐλυμαΐδα τοὔνομα, καὶ πολυτελὲς ἱερὸν Ἀρτέμιδος ἐν αὐτῇ. Audivit urbem eſſe in Perſide perdivitem, Elymaida nomine, & in ea Dianæ templum valde opulentum.* Appianus in Syriacis: τὸ τῆς Ἐλυμαίας Ἀφροδίτης ἱερὸν ἐσύλευσε, *Elymæa Veneris templum deprædatus eſt.* Hieronymus in Danielem cap. 11. *Polybius & Diodorus narrant eum templum Dianæ in Elymaide, quod erat ditiſſimum, ſpoliare conatum.* Sulpicius hiſt. lib. 2. *Oppidum Elymum regionis illius opulentiſſimum fanumque ibi ſitum multo auro refertum diripere conatus.* Penè Strabonem omiſeram qui cum aliis hoc ipſum templum in Elymæis ponit. Itaque nullus capio, cur pro Elymaide Perſepolim habeat Jaſon cap. 9. v. 2. cùm Elymais & Perſepolis non modo fuerint diverſæ urbes, ſed & remotiſſimæ. Elymais fuit circa Eulæum, Perſepolis ad Araxem qui Ptolemæo Rhogomanes. Strabo de Alexandro lib. 15. πρὸς αὐτῇ δὲ Περσεπόλει τὸν Ἀράξην διέβη, *juxta Perſepolim Araxem trajecit.* Diodorus lib. 17. ἐπὶ τὴν Περσέπολιν προάγων, &c. καὶ τὸν Ἀράξην ποταμὸν ζεύξας διεβίβασε τοὺς στρατιώτας, *ad Perſepolim tendens*, &c. *Araxe ponte juncto trajecit milites.* Curtius lib. 5. de Perſepoli: *Hujus veſtigium non inveniretur, niſi Araxes amnis oſtenderet; haud procul mœnibus fluxerat.* Porro ab Eulæo diſtat Araxes, ubi invicem maximè accedunt, minimùm ducentis millibus, atque Oroates fluvius ingens eſt interjectus. Taceo quod multo ante Antiochum Perſepolis ab Alexandro diruta fuerat & incenſa meretricis Thaidis inſtigatu. Expecto ut doctiores hunc nodum ſolvant, ingenuè profeſſus aquam hîc mihi hærere.

Antiq. l. 12. cap. 13.

Strab. l. 16.

CAPUT III.

Aſſur אשור.

Ab Aſſure Ἀσσυρία & Ἀσσύριοι. Tam latè patuiſſe hoc nomen quam Aſſyriorum imperium. Aſſyrios & Syros promiſcuè ſumi. Tamen uſum voluiſſe ut Syros ab Aſſyriis Euphrates aut Tigris diſtingueret. Aſſyria propriè regio circa Ninum, quæ deinceps Adiabene. Hebræis הדייב *Hadiab* in Gemara & Bereſith Rabba & Chal. Paraphr. malè ſcribi & חדייב & חריב. Nominis origo ex Ammiano. Aliud Aſſyriæ nomen *Aturia* vel *Atyria* Chald. אתוריא S & T transmutatis, ut Dion rectè obſervat. Ex eodem fonte Thuras Zamis filius, id eſt, Athur filius Semi. De eo Suidas, Joannes Antiochenus, & alius [illegible]. *Almoſal* cur pro Aſſure.

Ab Aſſure primò Aſſyres, mox Aſſyrii dicti ſunt. Euſtathius in Dionyſium: *Κατὰ τοὺς παλαιοὺς παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει Ἀσσυρες οἱ Ἀσσύριοι λέγονται, ἀπὸ εὐθείας τῆς ὁ Ἀσσυρ.* Tam latè patuit hoc nomen quàm latè patuit imperium. Sunt qui ad uſque Mediam & Perſidem extendunt. Inde Aſſyria arbor eadem quæ Medica & Perſica. Et apud Suidam Aſſyrios quidam dicunt eſſe Perſas. Et in Virgilio Aſſyrium amomum eſt Medicum vel Armeniacum: iis enim locis naſcitur, non in Aſſyria propriè dicta. Aſſyriis accenſet Strabo Babylonios, & Elymæos, & Parætacas, & Gordyæos, & Meſopotamenos, & Arabes, & Syros, ab Ægypto uſque ad Pontum, ubi Leucoſyri habitant, qui Dionyſio Aſſyrii. Nempe multi Veterum Syros & Aſſyrios pro iiſdem habent. De Aſſyriis Herodotus Muſa ſeptimâ: οὗτοι δὲ ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν. Juſtinus l. 1. *Imperium Aſſyrii, qui poſtea Syri dicti ſunt, annos* MCCC, *tenuere.* Inde Syrorum nomen cum Aſſyriis fuit commune. Strabo lib. 11. *Magna Media quondam imperavit toti Aſiæ*, καταλύσασα τὴν τῶν Σύρων ἀρχήν, *Syrorum imperio everſo*, id eſt, Aſſyriorum, quomodo ipſe exponit lib. 16. his ferè verbis: *Qui porro de Syrorum imperio ſcribunt, cùm dicunt Medos quidem à Perſis, Syros verò à Medis everſos, non alios Syros intelligunt*, ἀλλὰ τοὺς ἐν Βαβυλῶνι καὶ Νίνῳ κατασκευασαμένους τὸ βασίλειον, *quàm eos qui Babylone & Nini regiam conſtituerunt.* Viciſſim, Aſſyrii ſæpe ſumuntur pro Syris, in Poëtis maximè. In Bione Smyrnæo Venus deſcribitur Ἀσσύριον βοόωσα πόσιν, *Aſſyrium maritum inclamans*, id eſt, Adonidem Syrium ſeu Phœnicium. In Oppiano Myrrha vocatur κούρης δάκρυον Ἀσσυρίης *puellæ Aſſyriæ lachryma*, id eſt, Myrrhæ ſororis Adonidis, quæ in arborem ſui nominis converſa fuiſſe fingitur. In Nonno urbs Beroe, quæ eſt Berytus, Ἀσσυρίῳ Λιβάνῳ περιπέπλεκται. In Virgilio *Aſſyrio fucatur lana veneno*, id eſt, Tyrio ſeu Phœnicio. In Catullo Ptolemæus Euergetes: *Vaſtatum fines iverat Aſſyrios*, id eſt, Cœleſyriam. Si hæc non eſſent plus ſatis, poſſent multo plura congeri, ex quibus conſtaret Syriæ & Aſſyriæ nomen olim promiſcuè ſumptum. Sed uſus tandem voluit ut Syros ab Aſſyriis Euphrates diſtingueret aut certè Tigris. Quod ſequutus Heſychius dicit, *Syriam dici terram quæ à Phœnice eſt Babylonem uſque.* Neque multo aliter Strabo. Ita factum ut in duos populos divideretur imperium, Syros nimirum & Aſſyrios. Interim Aſſyria propriè dicta regio eſt circa Ninum, quæ deinceps Adiabene. Plinius, *Ultra Armeniam Adiabene, Aſſyria ante dicta.* Marcellinus lib. 33. *Juxta hunc circuitum Adiabena, Aſſyria priſcis temporibus vocitata.*

Bionis Epitaph. Adon.

Oppian. Cyneg. l. 3. v. 402.


Nonn. in Dion. l. 40. v. 19.

Virg. Geor. 2.

Catullus in coma Beren.

In Συρίας κῶμαι.

In Hebræorum libris Adiabene eſt הדייב *Hadiab.* In Gemara hoc nomen paſſim occurrit, & in


Septentrio
Meridies
Oriens.
CILICIA
MARE
MAG:
NUM.
SYRIA
ET
ÆGYPTI
Delta
CYPRUS
Salamis
Citium
Amathusia
Lapethus
MARE SYRIUM
MARE PHOENICIUM
Orthosia
Tripolis
Antaradus
Botrys
Byblus
Sidon
Sarepta
Tyrus
Ptolemais
Carmel M.
Caesarea Stratonis
Seleucia Pieria
Antiochia
Ebr Riblath
Ebr Chelbon
Laodicea
Balanea
Marathus
Ebr Hamath
Emesa
Aradus
Damascus
Tiberiadis Lacus
Gadara
Hermon M.
Bostra
Scythopolis
Ebr Bethan
Pella
Philadelphia
Ebr Rabbath Ammon
Jericho
Callirhoe Ebr Lesa
Ebr
Aram Maacha
Asphaltites Lacus
Sodoma
Hebron
Bersabee
Jerusalem
Rabath moba
ARABIA DE SERTA
MARE ÆGYPTIUM.
Pharus
Alexandria
Mareotis nomus
Memphis
Babylon
Heliopolis
Bubastus
Pelusium
Casium
Rhinocolura
Sirbonis Lacus
Magdolus
ARABIA
Petra
Nabataei
PETRAEA.
Characmoba

in Bereſith Rabbâ, & in Thargum pro *Aſcenaz* Jerem. 51: 27. & pro *Eden*, Ezech. 27: 23. Sed pro הדיב *Hadiab* pleriſque locis ſcribitur חדייב *Chadiab*, vel הרייב *Hariab*. Rectum eſt הדייב *Hadiab*, vel *Haddiab*, ut Aruch & Elias ſcribunt. Græci ſic dictam putarunt, quod propter fluviorum amplitudinem & frequentiam ferè eſſet ἀδιάβατος. Sed hunc errorem Ammianus pridem correxit, Adiabenem dici monens à fluminibus Diavâ & Adiavâ. דיבא *deva*, vel ſi mavis *diava*, Chaldæis eſt lupus. Itaque flumen *Diava* idem qui Græcis *Lycus*; & articulo præfixo הדיב *Hadiab* eſt *Lycia* ſive Lupina regio.

In הדיב & הדיבן

Aliud Aſſyriæ propriè dictæ priſcum nomen eſt *Aturia* vel *Atyria*. Neque enim in Strabone probo quod Adiabenem diſtinguit ab *Aturia*, cùm ex deſcriptione pateat *Aturiam* illi eſſe quæ reliquis Adiabene, nempe regionem in qua Ninus & Gaugamela, & Lycus flumen. Tamen etiam in Trajano Dion Atyriam videtur ab Adiabene ſic diſtinguere, ut in Adiabene Ninum, in Atyria Arbelam ponat & Gaugamelam. Sed ſi Chaldæos Paraphraſtas conſulas, videbit אתוריא *Aturiam* paſſim occurrere pro *Aſſur*, adeóque eandem eſſe vocem, niſi quòd de more gentis ת & ש, id eſt, S & T ſunt permutata. Atque id ex Dione notat Xiphilinus: *Aſſyria pars*, inquit, *Atyria vocitata eſt*, βαρβαριςὶ τὸ σίγμα εἰς τὸ ταῦ μεταπεσόντων, *Barbarorum more qui S in T transmutant.* Sed de his plura dicemus in Gen. 10: 11.

Ex eodem fonte eſt *Thuras*, Rex Aſſyriorum antiquiſſimus, Zamis filius, qui Nino ſucceſſiſſe legitur, & multa bella geſſiſſe in Caucaſum filium Japheti, & ab Aſſyriis pro Marte coli & Belus vocari vel Baal. Suidas: Θέρας, οὗτος ἐβασίλευσε μετὰ Νῖνον Ἀσσυρίων, ὃν μετεκάλεσαν εἰς ὄνομα τοῦ Πλανήτου ἀστέρος Ἄρεα· ὃς ἦν δεινὸς σφόδρα, καὶ πολεμήσας Καυκάσῳ τυράννῳ ἐκ τῆς φυλῆς Ἰάφεθ καταγομένῳ, ἀνεῖλεν αὐτόν. τούτῳ προσεκύνησαν οἱ Ἀσσύριοι, ὡς θεῷ καὶ ὠνόμασαν αὐτὸν Βάαλ, ὅ ἐστι κατὰ αὐτῶν γλῶσσαν Ἄρης. *Thuras, ille poſt Ninum Rex fuit Aſſyriorum, quem poſtea Martem vocarunt de planeta nomine. Fuit is vir acerrimus, & cum bellum intuliſſet Caucaſo tyranno, qui genus ab Japheti tribu ducebat, ipſum ſuſtulit. Hunc Aſſyrii ut Deum adorarunt, & ipſum vocarunt Baal, quod ipſorum linguâ Martem ſignificat.* Joannes Antiochenus apud Cl. Salmaſium in Solinum, pag. 1235. Μετὰ Νῖνον ἐβασίλευσε Θέρας ὃν Ἄρεα ὠνόμασαν. ἦν δὲ σφόδρα δεινὸς καὶ πολεμικὸς, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ Ἀσσύριοι ὡς θεῷ, ὀνομάσαντες αὐτὸν Βῆλον, ἤτοι Ἄρεα πολέμιον θεόν. Ibidem alius ἀνέκδοτος ex Africano aut Euſebio, ut ſuſpicatur Vir maximus: Μετὰ δὲ Νῖνον ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων Θέρας, ὅν τινα μετεκαλέσατο ὁ τούτου πατὴρ Ζάμης, ὁ τῆς Ἥρας ἀδελφὸς, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πλανήτου ἀστέρος Ἄρεα. Thuras per aphæreſim idem qui אתור *Athur* vel אתורא *Athura*: Aſſurem ita vocant Chaldæi. Zamis dicitur eſſe filius, id eſt, Semi: & Nino ſucceſſiſſe, id eſt, τῷ Nimrod: & Japheti filium Caucaſum bello viciſſe, id eſt, Gogum vel Magogum filium Japhet. Itaque ſi his ſcriptoribus fides, Belus Aſſyriorum non fuerit Nimrod ſed Aſſur. Eundem, ex Gen. 10: 11, 12. condidiſſe colligunt urbes Aſſyriæ antiquiſſimas Niniven, Rehoboth, Calach, & Reſen. Sed loco ſuo docebimus locum illum aliud ſonare. Arabs interpres Pariſ. pro Aſſure hîc habet אלמוסל *Almoſal*; quia Moſal urbs ſucceſſit urbi Ninivæ quæ Aſſyriæ caput fuit.

Lib. ἀρχαιολογίας.

CAPUT IV.

Arphaxad ארפכשד.

Arpaxitis, Ptolemæo Artapachitis, pars Aſſyriæ Male Arphaxadæos confundi cum Chaldæis, id eſt, כשדים *Chaſdim*, quorum pater כשד *Cheſed*, Gen. 22: 22. Unde *Ur Chaſdim* per prolepſin, id eſt, vallis Chaldæorum. Ur pro valle in Eſaia.

Arphaxad Aſſyriæ parti Arphaxitidi, quæ Ptolemæo Arrapachitis, videtur indidiſſe nomen. Nam quod Joſephus & alii volunt Chaldæos olim ab eo dictos *Arphaxadæos*, merum ſomnium eſt. In Scriptura Chaldæi perpetuò vocantur כשדים *Chaſdim* à patre ſuo כשד *Cheſed* vel *Chaſed* filio Nachor fratris Abrahæ, Gen 22: 22. Hieronymus Traditionibus in Geneſim: *Chaſed quoque quartus eſt, à quo Chaſdim, id eſt, Chaldæi, poſtea vocati ſunt.* Unde & אור כשדים *Ur Chaſdim*, id eſt, Ura Chaldæorum, paſſim vocatur regio vel urbs in qua ſedes fixerant. Fateor quidem Chaſed nondum fuiſſe natum, quo tempore legitur Abram ex Ura Chaldæorum exceſſiſſe, Gen. 11: 31. Sed Ura Chaldæorum per prolepſin vocatur illa urbs è qua deinceps Chaldæi erant orituri. Hac figura in Scripturis nihil frequentius. Ur vallem ſignificat. Hinc Eſ. 24: 15. באורים שבחו יהוה, *in vallibus celebrate Dominum.* Itaque *Ur* regio vel urbs videtur in valle fuiſſe. Eam in via è Tigri Niſibin fuiſſe ſitam probavimus ex Marcellino.

CAPUT V.

Aram. ארם.

Aram Nachoris ex Camuele nepos dicitur *pater Syrorum* in Græca & Vulg. verſione, Gen. 22: 22. Id eſt, tribûs alicujus nomen in Syria. Nam gentis univerſæ pater Aram Semi filius multo eſt antiquior. Quomodo Aramæi dicantur Bathuel Laban & Jacob ex neutro prognati. Patria 1 nativitatis, 2 educationis, 3 converſationis. Chriſto patriæ tres: Jetheri duæ. *Arimi* in Homero, Heſiodo & Nonno ſunt Aramæi. Ita explicant Poſidonius & Strabo. Orontes cur olim Typhon. An Arimi Cilices. Plinius malè Scythas cum Aramæis confundit, niſi legas Arimaſpos. Aramæus pro gentili & idololatra in Syra & Chald. Paraphr. & Talmude, quia inde orta idololatria. Syri & Armeni ſimiles. *Aram* in Arab. Paraphraſi *Armenus.*

Præter Aramum Semi filium alius fuit Aram multo junior, Nachoris ex Camuele nepos. Ad hunc Syros referunt Græci & Vulgatus Interpres, qui, quo loco Camuelem vocat Moſes *patrem Aram*, habent τὸν Καμουὴλ πατέρα Σύρων, *Camuel patrem Syrorum*, Gen. 22: 22. Quod verum eſſe poteſt de Syrorum aliqua tribu, non de gente univerſa. Neque enim Aramo Camuelis filio Syri debent originem, ſed Aramo Semi filio; de quo Joſephus, Ἄραμος δὲ Ἀραμαίους ἔσχεν, οὓς Ἕλληνες Σύρους προσαγορεύουσι. Quippe ante Camuelem natum jam populoſa erat Syria, & culta aliquot urbibus. Aramæi dicuntur Bathuel & Laban, Gen. 25: 20. quamvis ex neutro prognati, non nomine gentis, ſed nomine patriæ. Nati enim erant in Padan Aram. Quod ipſe Moſes ita explicat: *Duxit Iſaacus Rebeccam filiam Bathuelis Aramæi de Padan-Aram*, quod additur ἐξηγητικῶς. Quin & Deut. 26: 5. Iſraëlitæ Jacobum patrem ſuum agnoſcunt eſſe Aramæum, qui in eadem Aram cum Labane vixerat per annos 20. Uni ſcilicet homini variæ poſſunt eſſe patriæ, nativitatis, educationis & converſationis. Quomodo Chriſto tres patriæ adſcribuntur, Bethlehem, Nazareth, Capernaum. Et Davidis ſororius idem Jether Iſmaëlita dicitur, 1 Chron. 2: 17. & Iſraëlita, 2 Sam. 17: 25.

Aramæorum nomen non fuit Græcis prorſus ignotum. Homerus ſaltem, qui Syros nuſquam nominat, Arimorum ita meminit Iliad. β. v. 783.

> Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.
> *In Arimis, ubi dicunt Typhoei eſſe cubilia.*

Et Heſiodus Theogoniæ v. 304.

> Ἡ δ' ἔρυτ' εἰν Ἀρίμοισιν ὑπὸ χθόνα λυγρὴ ἔχιδνα.

Tenebatur autem in Arimis ſub terra tetra Echidna.

Et Nonnus Dionyſ. lib. 1. v. 140. de Cadmo Europam quærente,

Ἦλθε καὶ εἰς Ἀρίμων φόνιον σπέος.

Venit & in Arimorum cruentam ſpeluncam.

Arimorum porro nomine multi Syros vel Aramæos intelligunt. Strabo l. 13. οἱ δὲ τοὺς Σύρους Ἀρίμους δέχονται, οὓς νῦν Ἀραμαίους λέγουσι. *Quidam Arimorum nomine Syros intelligunt, quos nunc Aramos vocant.* Et lib. 16. Ἕλληνες Ἀραμαίους ἐκάλουν ἢ Ἀρίμους. *Syros Græci vocabant Aramæos aut Arimos.* Atque idem ſcribit Poſidonius apud Strabonem lib. 13. Arima Syriam ſignificare. Hûc facit quod Syriæ flumen Orontes Typhon olim appellabatur, tanquam à Typhone, vel Typhoeo, ibi fulmine percuſſo. Tamen Arima Calliſthenes Cilicibus adſcribit: Et Typhoeum Cilicem faciunt Pindarus & Æſchylus. Sed & Cilicia Syriæ pars fuiſſe creditur, antequam Syros inde pepuliſſent Phrygiæ populi Cilices. Arimorum igitur nomen pro Syris apud Græcorum ſcriptores vetuſtiſſimos videtur fuiſſe ſolum in uſu, ſed uſurpari deſiiſſe, poſtquam Aſſyrium imperium cœpit augeri in majus, atque in Syrorum nomen paulatim conceſſiſſe. Unde factum ut Arimi vel Aramæi deinceps etiam doctiſſimis tam ignoti fuerint, ut turpi errore cum Scythis Aramæos confundat Plinius: *Perſæ*, inquit, *illos Sacas in univerſum appellavere à proxima gente, Antiqui Aramæos.* Sed fortè Arimaſpos ſcripſerat Plinius non Aramæos. Utut ſit, Syri hodieque ſe vocant Aramæos. Quamvis etiam apud illos hoc nomen eviluiſſe ex eo conſtet quòd in Syriaca verſione novi Fœderis Aramæus paſſim ſumitur pro Gentili. Sic Gal. 2: 14. ארמאית היא אנת *Tu vivis Aramaicè*, ubi Paulus ἐθνικῶς ζῇς *Gentilium more vivis.* Et Gal. 3: 28. *Non eſt Judæus* ולא ארמיא *neque Aramæus*, ubi Paulus, *neque Græcus*, id eſt, Gentilis. Ex Chaldæis ſumpta hæc phraſis, apud quos Aramæus idem qui idololatra. Unde eſt quod in Gemara Babylon. Codicis de idololatria, f. 26. p. 2. Cuthæus ſeu Samaritanus medius eſt inter Judæum & Aramæum, id eſt, Ethnicum idololatram. Sic in Onkeli Chaldaica Paraphraſi, Levit. 25: 47. *Si vendiderit ſe frater tuus* לארמאי מזרעת גיורא, *Aramæo ex ſemine proſelyti*, id eſt, idololatræ. Idololatria nimirum ab Aramæis putatur orta, quia primi idololatræ, quorum in Scriptura ſit mentio, Thare, Nachor & Laban, Joſ. 24: 2. & Gen. 31: 19. patriâ erant Aramæi: proinde Thare patrem Abrahæ, qui ex Ure Chaldæorum migravit in Padan Aram, Hebræi volunt primum fuiſſe ſtatuarium; in qua eadem ſententia video fuiſſe Epiphanium qui de Thare hæc habet lib. 1. adverſus hæreſes §. 6. ἐντεῦθεν γέγονεν ἀνδριαντοπλασία ἀπὸ πηλουργίας καὶ κεραμευτικῆς ἐπιστήμης διὰ τῆς τοῦ Θάρρα τούτου τέχνης. *Exinde cœperunt fingi ſtatuæ ex argilla & figulino opere per artem hujus Thare.* Neque aliter Suidas voce Σερούχ. ἦν γὰρ ἀγαλματοποιὸς ἀπὸ διαφόρων ὑλῶν εἰκόνας ἐργαζόμενος, καὶ λέγων τούτους εἶναι θεούς· καὶ ὀφείλειν προσκυνεῖσθαι ὡς αἰτίους τῶν ἀγαθῶν. *Thare enim erat ſtatuarius, qui ex varia materia fabricabat imagines, & has dicebat eſſe Deos, & adorari debere ut bonorum authores.*

Strab. l. 13.

Typhon. 1. In Prometh. v. 350.

Plin. lib. 6 cap. 17.

In Bereſith Rabba C. 38.

Syros & Armenos Strabo lib. 1. teſtatur πολλὴν ὁμοφυλίαν ἐμφαίνειν κατά τε τὴν διάλεκτον καὶ τοὺς βίους, καὶ τοὺς τῶν σωμάτων χαρακτῆρας, *multum cognationis præ ſe ferre ſermone & vitâ & corporum forma.* Unde factum ut ab Aram dici Armenos nonnulli putaverint: adeòque Arami nomen Arabs interpres Pariſinus ארמן reddidit, id eſt, *Armenum* vel *Armenium.* Tamen Armeniam aliunde appellatam eſſe jam docuimus.

CAPUT VI.

De locorum nominibus, quibus vel præfigitur, vel poſtponitur nomen Aram.

Aram Naharajim Meſopotamia, Interamna, Medamna. *Padan Aram* aliud eſt, etſi reddatur *Meſopotamia Syriæ*, quod Auguſtino ſuſpectum. Chaldæis *paddan* de bobus par ſeu jugum. Id perperam huc referri; cum פדאן *phaddan* Arabicè ſit idem quod Hebr. שדה *ſede*, ager ſativus aut compaſcuus. Itaque *Padan Aram* id ipſum quod *Sede Aram.* Oſ. 12: 13. id eſt, Meſopotamiæ culta pars, quæ deſertæ opponitur. Utriuſque deſcriptio ex Strabone, Xenophonte & Polybio. Culta pars, ad *Araxem* qui & *Chaboras* vel *Aboras*; Deſerta ad *Maſcam* qui & Saocoras, & circa Tigrim in aditu Babyloniæ. In Epiphanio Meſopotamia duplex, *Phadan* & *Saſoba*, fortè *Soba.* Ur Chaldæorum in Meſopotamia inter Tigrim & Niſibim, ubi *Ur* Ammiani. Ideo Stephano, Act. 7: 3, 4. idem Meſopotamia & terra Chaldæorum. Aliis *Ur* in Babylonia, ubi Ura Plinii, & Ptolemæi Auranitis. Prior ſententia cur præferenda. *Aram Soba* habuit ab ortu Euphratem, ab occaſu Damaſcenos. In ea ſita Palmyra. *Soba* non eſt *Sophene* ut Joſepho perſuaſum. Nec *Alep* eſt *Soba*, ut volunt. Sed in Ptolemæo *Sabe* & *Barathena* videntur eſſe *Soba* & *Berothai.* Fortè hi *Saba* Servii propè Libanum; & Plinii *Sabei*, pro quo *Nabeos* ſcribunt. *Aram Dammeſek*, *Damaſcena*, *Haba*, *vallis Aven*, *Beth-eden*, *Hadrac*, Κοῖλον πεδίον, *Algauta*, *Amyca*, ejuſdem loci nomina. *Aram Maacha* eſt Epicæros, non Comagena ut volunt. *Aram Beth-Rehob* prope Epiphaniam ad Aquilonem terræ Chanaan. Aliud oppidum Saul Rehoboth.

In Scriptura ſex loca ſunt quibus vel præfigitur, vel poſtponitur nomen Aram; nempe *Aram-Naharajim*, *Paddan-Aram*, *Aram Soba*, *Aram-Dammeſeck*, *Aram-Bethrehob*, & *Aram-Maacha.* De ſingulis dicendum. *Aram-Naharajim*, id eſt, Syria duorum fluminum, Græcè Μεσοποταμία, quia inter Tigrim & Euphratem media eſt. Latinè meliùs dicatur *Interamna*, quàm *Medamna* cum Priſciano, cujus verba ſunt:


Indigenæ populi pro eo dixere Medamnam.


Plerique putant *Paddan-Aram* id ipſum eſſe, quià Græcè & in Vulgata ferè redditur *Meſopotamia Syriæ*, ſed Auguſtino videtur fruſtra dici Meſopotamia Syriæ, cùm Meſopotamia non dicatur niſi Syriæ. Nam quod Stephanus voce Ἀρίνθη Meſopotamiam deſcribit in Oenotris puto eſſe ſine exemplo. Proinde, ut idem Auguſtinus obſervat, nonnulli Syriæ vocem aſteriſco notarunt, tanquam aliunde adſcitam. *Quaſi*, inquit, *Meſopotamia dicatur niſi Syriæ, quamvis hoc Septuaginta habere non perhibentur, Syriæ, ſed cum aſteriſco ſcriptum eſt.*

Locut. l. 1. in Gen. 21.

Chaldæis פדנא דתורין *paddana dethorin* eſt par boum, ſeu jugum boum. Ita *Paddan-Aram* David Kimchius geminam Syriam dici aſſerit, nempe Meſopotamiam & Aram Soba. Verumenimvero vocis, *Paddan*, vera ſignificatio ex Arabica lingua petenda eſt, qua פדאן *Phaddan* idem eſſe quod Hebræis שדה *Sede* Joſephus Kimchius, Aben Ezra & Selomo rectè obſervant: nempe שדה *Sede* eſt ager ſativus aut compaſcuus. Ita Kimchius in Joſ. 8: 24. Alii tantùm ſativum volunt, ut שדה propriè ſit ἄρουρα *arvum*, quomodo Veterum interpretum nonnulli reddunt, Gen. 27: 27. Atqui id ipſum Arabicè eſt פדאן *phaddan.* Quod Giggeius cur tam cunctanter affirmet nullus capio, cùm in omnium manibus verſentur adagia cum Lochmani fabulis ab Erpenio edita, quorum octavum ſic habet: *Quicquid plantaveris* פי אלפדאן *in alphaddan proderit tibi; at hominem ſi plantaveris, eradicabit te.* Ibi *alphaddan* id eſſe quod diximus nemo non videt, agrum ſcil. ſativum vel conſitum. Indidem פדאר *phedad* Arabibus eſt agricola & ruſticus. Sic in vita Tamerlanis pag. 4. וכאן הו ואבוה מן אלפדאדין ומן טאיפה ארסאב לא עקל להם ולא דין.

Erat





MESOPOTAMIA
Cum
Parte
BABYLONIÆ
ARMENIÆ
PARS.
Taurus Mons
Thamanorum pagus
Amida
Aloni
Calache
Clasitis
Arrapachitis. Ebr.
Arphaxad
Gaugamela
Samosata
Edessa
Rhesina
Nisibis
Masius M.
MESOPO-
ARAM
TAMIA
NAHARAIM
TAMIA Ebr.
PADDAN A-RAM
Gauzanitis
Larissa Ebr.
Rhesen
Ninus
Niniv.
Nicatorius M.
Singara
Labbana
Sarug
Rhesena
Carrhæ
Ebr. Charan
Singaras M.
Aphadana
Sippharo
Naarda
Seleucia
Ctesiphon
Thapsachus
Phalga
Corsotium
Aphphadana
Auzara
Paludes
Palmyrena
Palmyra Ebr.
Thadmor
Phorgo Pul.
Charmande
Ebr. Chelmad
Barathena
Ebr. Berothai
Sabe Ebr.
Soba
Arecca
Ebr. Erec
Borsippa
Vra Plin.

Erat tam ipſe quam pater ejus è phedadinis (ruſticis) *& ex eorum fæce, quibus neque eſt intellectus nec religio.* Rurſus פדנא Chaldæis & Syris, פדאן Arabibus aratrum ſonat. Itaque *Paddan-Aram* planè idem eſt quod שדה ארם *Sede-Aram*, ager ſativus vel conſitus Meſopotamiæ. Supplendum enim eſt נהרים *Naharajim*. Et verò, quod hujus vocis interpretes fugiſſe miror, Propheta Oſeas ita exponit. Is enim c. 12. v. 13. Jacobum fugiſſe ſcribit in שדה ארם *Sede-Aram* pro eo quod habet Moſes, illum iviſſe in *Paddan-Aram* Geneſ. 28: 2. Ut jam nemini ſit dubium quin פדן *Paddan* & שדה *Sede* ſint voces ἰσοδύναμοι. Porro *Paddan* vel *Sede-Aram*, id eſt, Meſopotamiæ culta pars, alteri opponitur quæ deſerta & inculta eſt. Res ex Strabone clara, qui duas partes facit Meſopotamiæ, quarum una παρόρειος, prope montes Armeniæ ſita, eſt εὐδαίμων ἱκανῶς, καὶ εὔβοτος, καὶ εὐφυής, *fœlix ſatis, & paſcuis & germinibus læta:* altera meridiem verſus, ubi loca ἄνυδρα καὶ λυπρὰ *inaquoſa & ſterilia* habitant Scenitæ Arabes, ex rapto vivere ſoliti, & more Nomadum divagari. Utriuſque deſcriptio egregia eſt in Xenophonte in primo Ἀναβάσ. quo loco Cyrum narrat Euphrate trajecto prope Thapſacum, inde nonis caſtris, paraſangis quinquaginta, progreſſum per Syriam, (id eſt, Paddan-Aram) ad Araxem amnem perveniſſe (is aliis eſt Chaboras, vel Aboras) ibi fuiſſe vicos compluros frumento vinoque refertiſſimos. Illinc per Arabiam (id eſt, Meſopotamiæ deſerta) Euphrate ad dextram relicto, quinis caſtris, paraſangis XXXV. iter per deſerta loca feciſſe: in eo ſpatio campos abſinthii plenos latè patere in æquoris modum; eſſe & fruticeta quædam, aromatum inſtar, fragrantiſſimi odoris, ſed arborem omnino nullam. Ibidem capras repertas atque onagros, ſtruthiones item & otides. Exinde Maſca tranſmiſſo, (is eſt Ptolemei Saocoras) caſtris XIII. paraſangis XC. progreſſum, ad Arabiæ portas perveniſſe, (id id, Meſopotamiæ fines, quâ Babyloniam attingit) in eo intervallo quàm plurima jumenta fame periiſſe, οὐ γὰρ ἦν χόρτος, οὐδὲ ἄλλο δένδρον οὐδὲν, ἀλλὰ ψιλὴ ἦν ἅπασα χώρα, *Neque enim ibi erat pabulum, neque arbor ulla, ſed nuda erat tota regio:* quod incommodum ut vitaret Antiochus, illi author fuit Zeuxis apud Polybium, lib. 5. ut Tigrim trajiceret, quia niſi trajeciſſet, oportuiſſet milites διελθόντας ὁδὸν ἔρημον ἡμερῶν ἓξ παραγενέσθαι πρὸς τὴν Βασιλικὴν διώρυχα καλουμένην, *Poſt habitum iter dierum ſex per terram deſertam ad regiam foſſam devenire;* unum ex Euphratis alveis in aditu Babyloniæ. Hæc ex Strabone, Xenophonte & Polybio. Ex quibus abundè conſtat Meſopotamiæ duas fuiſſe partes, fertilem unam ab Armeniæ montibus uſque ad amnem Chaboram, alteram incultam & aſperam à Chabora Babyloniam uſque. Prior à Moſe vocatur *Paddan* & *Paddan-Aram*, ab Oſea *Sede-Aram*, id eſt, Meſopotamiæ culta pars, à Strabono Meſopotamia felix, à Xenophonte Syria; ut poſterior Arabia, quia illam Syri tenebant, hanc Arabes, quod ipſum ex Strabone atque Ammiano conſtat. Hujus Meſopotamiæ diviſionis videri poſſit Epiphanio aliquid ſuboluiſſe, cùm ſcripſerit: Ἰακὼβ δὲ ἀποδιδράσκει ἐπὶ τὴν Μεσοποταμίαν Φαδὰν, ἐπέκεινα τῆς Μεσοποταμίας Σουσωβά. *Jacob in Meſopotamiam Phadan profugus conceſſit, ultra Meſopotamiæ partem alteram quæ Suſoba nominatur.* Interim cùm Geographi nullos Suſobenos alibi notent quàm in Scythia, id mihi valde ſuſpectum eſt, quod in Suſoba facit eſſe partem Meſopotamiæ. Nunquid pro *Suſoba* legendum Soba, quam Meſopotamiæ partem fecerit Epiphanius, quia illam proximè attingit ſolo Euphrate interjecto? unde eſt quòd juxta Hebræos Aram Naharajim & Aram Soba continentur communi nomine Paddan: quod tamen illis nequaquam conceſſerim.

Strab. l. 16.

Obiter in Scriptura nota Chaldæorum terræ nomine etiam intelligi Meſopotamiæ partem quæ Aſſyriæ propior eſt. Hinc toties *Ur Chaldæorum.* Nam ex Ammiano docuimus *Ur* in Meſopotamia fuiſſe in via è Tigri Niſibin. Proinde Martyri Stephano idem ſunt *Meſopotamia* & *terra Chaldæorum.* Actor. 7: 2, 3, 4. *Deus*, inquit, *gloria apparuit patri noſtro Abrahæ cùm eſſet in Meſopotamia, priuſquam moraretur in Charan, & dixit illi, exi de terra*, &c. *Tunc exivit de terra Chaldæorum, & habitavit in Charan.* Eupolemum, qui ſcripſit de rebus Judaicis, rem aliter definire non ignoro. Is enim Uram unde Abraham, vel Uriam, ut appellat, ponit in Babylonia, Ἐν πόλει, inquit, τῆς Βαβυλωνίας Καμαρίνῃ, ἥν τινας λέγειν πόλιν Οὐρίην, *in urbe Babylonia Camarina, quam quidam Uriam appellant.* Quod ſi quis malit ſequi, non vehementer repugnabo. Sic enim *Ur Chaldæorum* erit *Ura*, de qua Plinius lib. 5. cap. 24. *Ita fertur* (Euphrates) *uſque Uram locum, in quo converſus ad Orientem relinquit Syriæ Palmyrenas ſolitudines.* Quod putaverim Chaldæos אורן ſcripſiſſe, id eſt, *Uram* vel *Auran.* Unde apud Ptolemæum in Babyloniæ deſcriptione: Παράκειται δὲ τῷ μὲν Εὐφράτῃ ἡ Αὐρανῖτις χώρα, *Adjacet autem Euphrati Auranitis regio.* Interpretes malè *Auchanites.* Saltem Auranitis ibi ſita eſt, ubi Ura Plinii, nempe in divertigio Euphratis verſus Orientem. Nec mirum erit Babyloniæ partem à Stephano martyre Meſopotamiæ adſcribi: cùm nonnulli Veterum Meſopotamiam extendant uſque ad mare Perſicum, ita ut Babylonia ejus cenſeatur eſſe pars. Plinius lib. 6. cap. 26. *Meſopotamia tota Aſſyriorum fuit vicatim diſperſa præter Babylona & Ninum.* Et aliquanto poſt: *Reliqua pars Meſopotamiæ Aſſyriaque Babylonia appellata eſt.* Tamen eſt cur natale ſolum Abrahæ videatur eſſe potiùs Ura Ammiani inter Niſibim & Tigrim Amnem. Primò inde in Judæam via recta eſt per Carrhas ſeu Charan, è Babylone non item. Itaque ſi Abraham in terram Chanaan iturus, è Babylonia profectus eſt, quæretur non immerito cur per Meſopotamiam & Carrhas iter fecerit: cùm via eſſet multo compendioſior per Arabiæ deſerta. Si Abrahamum dixeris ipſa hæc deſerta vitaſſe, regeri poteſt iter per Meſopotamiæ ſolitudines non minùs fuiſſe incommodum; quod palam conſtat ex Xenophonte. Maximè, cùm illâc euntibus Euphrates vaſtus amnis tam numeroſæ familiæ, multiſque armentis & gregibus gravi, bis fuerit trajiciendus. Quid quod Joſue cap. 24. verſ. 2. Abrahæ patrem Tharam aſſerit trans flumen Euphratem habitaſſe מעלם *jam olim*, & ibi ſerviiſſe Diis alienis. At Babyloniæ pars, quam diximus, eſt cis Euphratem. Itaque hoc diceretur tantum reſpectu Charan urbis, ubi Tharam Diis alienis poſt Dei vocationem ſerviiſſe non eſt veriſimile; ſed neque videtur fuiſſe diu ſuperſtes. Utut ſit, Tharam certum eſt ibi non habitaſſe מעולם *jam olim*, vel ut habent Septuaginta ἀπ' ἀρχῆς, & Vulgatus *ab initio.* Eo enim ex Ura ſe contulit valde ſenex poſt mortem filii Charan, ut habetur Gen. 11: 28, 31. Præterea Ura Ammiani Cordyenæ multo eſt propior, ubi ſubſtiterat arca. Unde Abrahami majores non multum receſſiſſe par eſt: quia diſperſi non fuerant cum turris Babylonicæ conditoribus. De cætero Chaldæos ætate Moſis ibi habitaſſe mirum non eſt, cùm vicina Aſſyria jam per aliquot ſecula fuiſſet ſub Chaldæorum imperio.

Apud Euſeb. l. 9. Præpar.

Aram Soba, vel Aram Suba, ut paſſim ſcribunt Græci Interpretes, proximè Euphratem attingere ex eo patet, quod David profectus להשיב ידו *ut verteret manum ſuam*, vel להציב ידו *ut conſtitueret manum ſuam in fluvium Euphratem*, id eſt, ut ad Euphratem uſque imperii ſui limites propagaret, percuſſit Adar-ezerem regem Soba, 2 Sam. 8: 3. &

1 Paral.

1. Paral. 18: 3. Eodem facit quod Adar-ezer auxiliares copias educit *è Syria quæ trans flumen eſt*, id eſt, è Meſopotamia proxima, 2. Sam. 10:16. Pſal. 60: 2. Euphrates igitur Syriæ Soba limes fuit Orientalis, ut Occidentalis terra Chanaan & Syria Damaſcena. Quibus vicinam fuiſſe ſuadet quod Sobæis tam ſæpe res eſt cum Judæis & Damaſcenis. Ita Saul 1. Sam. 14: 47. David 2. Sam. 8:3. & 10: 6. Solomon 2. Chron. 8: 3. bello Sobęos adoriuntur. Sed Damaſceni ſuccurrunt, 2. Sam. 8: 5. Et Razon è Soba fugit Damaſcum, 1. Reg. 11:24. Hoc pręcipuum, quod Palmyra & vicinæ urbes, quas in deſerto ædificavit Solomon, 1. Reg. 9:17, 18. leguntur ſitæ fuiſſe in Hamath Soba, 2. Paral. 8: 3, 4. ut jam Syriæ Soba ſitus non poſſit ignorari: quo loco enim fuerint Palmyrenæ ſolitudines ex Plin. & Ptol. notiſſimum. Itaque hallucinatur Joſephus qui Aram Soba ſtatuit eſſe Sophenem, cùm Sophene in Armenia ſit trans Taurum & Euphratem. Sed & Alep, olim Beroëa, videtur eſſe remotior quàm ut ibi commodè ſtatuatur Aram Soba, quæ Benjamini ſententia eſt, & Alepenſium hodie, teſte Teixeirâ. Sobęorum poſt Solomonis tempora ideò rara mentio, quia eorum vires à Saule, Davide & Solomone ita fractæ & acciſæ ſunt, ut deinceps in obſcuro latuerint. *Edit. Baſil. l. 4. c. 4.* Tamen in Joſepho Gorjonide legitur Hircanus expeditionem ſuſcepiſſe in Syriam Sobam. Verum is Soba de ſuo addit, cùm Syriam ſimpliciter ſcripſerit verus Joſephus. *Antiq. l. 11. c. 17.* At in Ptolemęo Sabe & Barathena, Arabiæ deſertæ urbes in Palmyrenæ finibus, videntur eſſe Soba & Berothai Sobæorum oppida, quorum *2. Sam 8: 8.* in Scriptura mentio. Et Servius, qui Sabęos Libano & Antilibano vicinos facit, Sabęis perperam tribuit quod de Sobęis alicubi legerat. Inſuper *Lib. 6. c. 26.* quo loco legimus apud Plinium in media Syriæ ad Libanum penetraſſe Nubeos Arabes, Plinius ut quidem puto, Sabeos vel Sobeos ſcripſerat, non Nubeos qui nullibi ſunt. Nombæi enim vel *Hieron. in Ep. 10.* Nobęi, quomodo legendum conjectat vir maximus, non Arabes, ſed Judęi erant, à Libano remotiſſimi, in viâ quâ itur Dioſpolim, Jeroſolymis tam vicini ut ex eorum urbe Nobâ vel Nombâ Jeruſalem poſſet conſpici.

Jam quæ ſequitur Aram Dammeſek, eſt Syria Damaſcena. Ita cum Plinio & Melâ vocamus Syrię partem inter Libanum & Antilibanum comprehenſam, cujus caput Damaſcus, Eſa. 7: 8. Fuit hęc vallis πολυώνυμος: nam & חובה *Hoba* vocatur, Gen. 14: 15. & בקעת און *vallis Aven*, & בית עדן *Beth-Eden* ſedes voluptatis, Amos 1: 5. & חדרך *Hadrac*, Zach. 9: 1. Et à Strabone κοῖλον πεδίον. Et ab incolis אלעוטה *Algauta*, Geographiæ Nubienſis clim. 3. part. 5. Et Polybii lib. 5. Ἀμύκη, id eſt, עמיקא *Amica* profunda. Quorſum, dicetur infra. Rigatur quinque fluminibus. Ex Hermone monte deſcendunt duo maximè inſignes, Abana & Pharphar, 2. Reg. 5: 12. quorum hic urbem alluit, ille mediam ſecat: Benjamin Itiner. pag. 55.

Quæ ſuperſunt Aram Maacha, 1. Paral. 19:6. & Aram-Beth-Rehob, 2. Sam. 10: 6. Chananęorum fuere potiùs quàm Syrorum oppida. Maacha eſt Ptolemęi Epicęros, Paleſtinæ urbs trans Jordanem. Saltem Deut. 3: 14. & Joſ. 12: 4, 5. & 13: 11, 13. pro Hebręo *Maacha* in Chaldęa Paraphraſi legitur אפיקירוס *Epicæros*. Neque repugnat ſitus. Rehob fuit in limite Aquilonari terræ Chanaan, non procul ab Emath, quę alio nomine dicitur Epiphania. Vide Num. 13:21. Maacha Tribui Manaſſe, Rehob Tribui Aſer obtigit, Joſ. 13: 11. & 19: 28. Sed utramque Chananęi Judęis invitis retinuerunt, Joſ. 13:13. & Jud. 1:31. Hęc in Scriptura cùm aperta ſint, plerique tamen Aram-Maacha volunt eſſe Comagenam, id eſt, eam Syriæ partem quæ Tauro & Amano contigua eſt, cujus caput Samoſata. Et Aram-Beth-Rehob vir magnus confundit cum Saul-Rehoboth urbe ad Euphratem poſitâ, Gen. 36: 37. Putaverunt nimirum ad Syriam propriè dictam pertinere Maacha & Rehob, propter nomen Aram pręfixum. Sed nihil obſtat quominus etiam iis commune fuerit hoc nomen, qui cùm verè Syri non eſſent, tamen Syrorum mores & naturam exprimebant. Tale eſt quod Marc. 7: 26. Syrophœniſſa vocatur mulier quæ verè Syra non erat, ſed Chananæa, Matth. 15: 22.

CAPUT VII.

Semi nepotes ex Aram.

Qui Semi nepotes, Gen. 10. filiis accenſentur 1. Par. 1. Filius pro nepote paſſim. Aliter conciliat Capellus.

Semi filiis accenſentur Hus, & Hul, & Gether, & Mas, vel Meſech, 1. Paral. 1: 17. qui tamen propriè filii non erant, ſed ex Aramo nepotes, ut habetur Geneſ. 10: 23. verum filii nomine ſæpe intelligitur nepos. Tale eſt Laban filius Nachor, Geneſ. 29: 5. id eſt, nepos ex Bathuele, & Mephiboſeth filius Saul, 2. Sam. 19: 25. id eſt, nepos ex Jonathane. Vir ſummus, meus olim præceptor, Ludovicus Capellus, in præſtanti opere nondum excuſo, multo aliter ſolvit hunc nodum. Vult enim in Hebræo textu Paralipomenon, capitis primi verſu decimo-ſeptimo poſt וארם ſuppleamus ex Geneſ. 10: 23. ובני ארם quæ omiſſa fuerint propter τὸ ὁμοιόπτωτον. Aliorum eſto judicium.

CAPUT VIII.

עוץ *Uts Gen.* 10: 23.

Uts condidit Damaſcum. Ex עוץ factum Arabum غوطة *Gauta*, nomen Damaſcenæ vallis. צ & ט permutantur. غوطة etiam pro quavis valle. *Gauta* & *Algauta* in Arabica & Chald. Paraphr. Ejus deſcriptio ex Nubienſi. Statio XXV M. paſſ. *Amyca* Polybii. Alius *Uts* ex quo *Auſitis* Job. 1. & *Auſita* malè Aiſitæ in Ptol. Tertius *Uts* è poſteris Edom, unde Idumæa *terra* Uts.

Arami filiorum quatuor *Uts* primogenitus creditur condidiſſe Damaſcum. Ita Veteres docent ſummo conſenſu. Atque huc facere videtur quod Damaſcena vallis hodiéque ab Arabibus vocatur עוט *Gaut* & غوطة *Gauta*, & articulo præfixo الغوطة *Algauta*, ſono quidem diverſiſſimo, ſed iiſdem ferè literis. Nam *Uts* Hebraicè eſt עוץ: litera *ain* initialis ſonat ut G in עזה *Gaza* & עמרה *Gomorrha*, & Arabicè quoties habet punctum adſcriptum. Et *tſade* finale mutatur in *teth* ut in Tyro & Tani ex צור & צען. Quo exemplo in Syris vocibus טביא *capra* טיהרא *meridies*, עטלא *piger*, טריב *adustio*, טופר *unguis*, טלל *tegere*, *teth* eſt pro Hebræo *tſade*. Itaque mutatio τοῦ עוץ in τὸ עוט planè eſt analogica. Arabs Paraphraſtes Lutetiæ nuper editus pro עוץ Uts hîc habet الغوطة *Algauta*. Si quis *Gaut* putet nomen eſſe appellativum non proprium, quia nonnunquam, licet raro admodum, *gaut* & *gauta* dicitur etiam quævis alia vallis, atque hinc تغويط *tagwit* profunditas; reſpondeo ſic appellari etiam alias valles ad exemplum Damaſcenæ, quæ vallis eſt celeberrima. Tale eſt Achelous pro quovis amne, & Ponte pro quovis mari.

Pro *Gauta* & *Algauta* Jeroſolymitanus Interpres ſcribit עותא *Gautha*, Gen. 14: 15. & Jonathan אלגוותא *Algautha*, Num. 34:6. Quæ voces ne deinceps crucem figant interpretibus, en tibi, lector benevole, deſcriptionem *Algauta* ex Arabe Geographo, clim. 3. part. 5. *Damaſcus habet montes atque arva quæ vocantur Algauta, protenduntur que Algauta ſpatio duarum ſtationum in longitudinem, & unius in*

latus

latitudinem. Itaque *Algama* eſt πεδίον κοῖλον *campus concavus* Strabonis lib. 16. inter Libanum & Antilibanum, cujus latitudo ad mare eſt ſtadiorum CC. longitudo autem à mari ad mediterranea dupla. Nam aliis verbis eadem *utrobique* menſura; cùm juſta ſtatio ſit XXV M. paſſuum, vel quod idem eſt, ducentorum ſtadiorum. Κοῖλον Syris eſt עמיקא *Amica.* Proinde idem campus vocatur Ἀμύκης πεδίον. Polybius de Oronte fluvio lib. 5. τὴν ἀρχὴν τῆς ῥύσεως λαμβάνων ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Λίβανον καὶ τὸν Ἀντιλίβανον τόπων, καὶ διανύσας τὸ καλούμενον Ἀμύκης πεδίον, ἐπ' αὐτὴν ἱέναι τὴν Ἀντιόχειαν. *E proximis Libano & Antilibano locis primùm ortus, per eam, quam Amyca* (עמיקא) *planiciem nominant, labens, Antiochiam petit.*

Pręter hunc *Uts* filium Aram, alii duo fuere cognomines: unus filius Nachor fratris Abrahę, Geneſ. 22: 21. cujus regio *Auſitis*, Job. 1: 1. in Gręca Tranſlatione; & poſteri *Auſitæ* Arabię Deſertæ populi in Ptolemæo. Sic enim legendum, non Αἰσῖται *Æſitæ.* Alter *Uts* fuit in poſteris Edom, Geneſ. 36: 28. à quo Idumæa nominatur *terra Uts*, Lam. 4: 21. Itaque à tribus illis tres fuere terrę *Uts*; prima circa Damaſcum, ſecunda in Arabia Deſerta prope Chaldæam, tertia in Petræa in finibus terræ Chanaan: quæ tres regiones cùm & locis plurimum diſtent, & habuerint conditores diverſiſſimos, ab Hieronymo tamen & ab aliis paſſim ſumuntur promiſcuè, unde oritur mira confuſio.

CAPUT IX.

חול *Hul*, Gen. 10: 23.

Hul vel *Chul* Joſepho *Otrus*: forte Otus, unde Otene, Ptolemæo malè *Motene* vel *Totene.* A *Chul* dictæ *Cholobetene*, *Cholua*, *Cholaata*, *Cholimma*, *&c.* Armenorum lingua partim Phrygia, partim Arabica; Scriptura Syriaca.

Filii Aram tres qui ſuperſunt, *Hul*, *Gether* & *Mas*, quas ſedes habuerint valde incertum. *Hul* planè diverſo nomine Joſephus Otrum appellat, & in Armenia vult habitaſſe. Suſpicor Otum ſcripſiſſe, nomen in fabulis notiſſimum, ut inde Otenem deduceret, quæ Armenię pars eſt inter Cyrum & Araxem. Plinius: *Atropatene ab Armenia Otene regione diſcreta Araxe.* Quadratus lib. 2. Parthic. περὶ δὲ Κῦρον ποταμὸν Ὠβαρηνοί τε καὶ Ὠτηνοὶ νέμονται, μέγα μέρος Ἀρμενίας ὄντες. *Circa Cyrum fluvium Obareni & Oteni habitant, qui ſunt Armeniæ magna pars.* Et lib. 3. Πάκορος ἐν τούτῳ περὶ Ἀρτάξατα καὶ τὴν Ὠτηνὴν τῆς Ἀρμενίας διάγων. *Pacorus interim circa Artaxata & Armeniæ Otenem degens.* In Ptolemæo perperam eſt Μωτηνή, & in Tabulis Totene. Sed ſive Joſephus *Otum* vel *Otrum* ſcripſerit; quid his nominibus commune cum Hebręo חול *Hul* vel *Chul?*

Plin. l. 6. c. 13. Apud Steph. in Ὠτηνή.

Si quis conjecturæ locus, חול videtur potiùs inſediſſe Χολοβητηνὴν *Cholobetenen:* Ea fuit pars Armeniæ cujus Satrapa erat Tigranes. Stephanus: Χολοβητηνή, μοῖρα Ἀρμενίας· Ἀρριανὸς ἑπτὰ Παρθικῶν. Τιγράνης ἀρχόμενος, ἄρχεται Σατράπης. ἡ δὲ χώρα ἧς ὑπῆρχεν Χολοβητηνὴ ὀνομάζεται. Cholobetene Armeniis erat חולבית *Cholbeth* Choli domus, vocibus tranſpoſitis ut in תגרן קרתא *Tigranocerta* pro urbe Tigranis. Quadratus apud Stephanum: Καὶ ἄγουσι ταὶ Τιγρανόκερτα, τὸ δ' ἐστὶ τῇ Παρθυαίων φωνῇ Τιγρανόπολις. Sunt & ejuſdem Armenię diverſæ urbes in Ptolemæo, *Cholua*, *Cholnata*, *Cholimma*, *Colſa*, *Colana*, quarum nomina videntur eòdem alludere.

Lib. 1. Armenos dicit Stephanus Phryges eſſe genere, & linguam Phrygum in multis imitari, Ἀρμένιοι δὲ τὸ μὲν γένος ἐκ Φρυγίας, καὶ τῇ φωνῇ πολλὰ φρυγίζουσι. At Strabo multo aliter: τὸ γὰρ Ἀρμενίων ἔθνος, καὶ τὸ τῶν Σύρων, καὶ τῶν Ἀράβων, πολλὴν ὁμοφυλίαν ἐμφαίνει, κατά τε τὴν διάλεκτον, καὶ τοὺς τῶν σωμάτων χαρακτῆρας, καὶ μάλιστα καθὸ πλησιόχωροι εἰσί. *Armeniorum, Syrorum & Arabum gentes multum præ ſe ferunt cognationis ſermone, vitâ, corporum formâ, maximè ubi vicini ſunt.* Veriſimile eſt Armenos partim ex Syris partim ex Phrygibus coaluiſſe, & ex gentis utriuſque lingua tertiam conflaviſſe. Saltem Syriacè ſcripſiſſe videtur poſſe colligi ex his Polyæni de Eumene: ἐπιστολὴν προσήνεγκεν ὡς παρὰ Ὀρόντου Σατράπου τῆς Ἀρμενίας γεγραμμένην Συριοῖς γράμμασι. *Epiſtolam protulit Syriacis literis ſcriptam, tanquam ab Armeniæ Satrapâ Oronte.*

CAPUT X.

גתר *Gether*, Geneſ. 10: 23.

Gether quo loco habitaverit incertum. *Gether* pro *Jatthir* in Vulgata. *Getara* pro *Gagara* in Ptol. Tab. *Getharia* in Nub. pro *Gerenta.* Mercerus notatur. Cares & Acarnanes Hieronymus, Bactros Joſephus ex Gethere deducit, Bactri ex בגתרא *Begethera*; ut Boſphorus ex בספרד *Biſpharad.* Fortè a *Gethere Getbri* amnis, qui *Centrites* Xenophonti & Diodoro, inter Carduchos & Armenos. In Arab. Paraphr. *Algerameka.* In Nubienſi *Algiormok*, in Paulo Veneto Ergimul, regio moſcho fœcunda.

Gether locúmne aut populum aliquem de ſuo nomine appellaverit haudquaquam ſcio. Mihi ſaltem nullus occurrit. Nam in Vulgata Gether, 1 Regum 30: 27. eſt pro Hebræo יתר *Jatthir.* Et ubi *Getara* pingitur in Ptolemęi Tabulis ad mare Caſpium in Albania, Gręcus Codex habet Γάγαρα *Gagara.* Denique in Peloponneſi deſcriptione apud Geographum Arabem Getburia videtur eſſe Laconię Gerenia. *Clim. 4. part. 4.*

Ex Gethere deſcendiſſe ſcribit Mercerus *Acarnanes, Cares & Bactrianos, vicinos inter ſe populos.* Quod viro alioqui impenſè docto excidiſſe mirum eſt. Cùm nemo ſit qui neſciat quantis locorum intervallis à ſe invicem diſſiti ſint Acarnanes in Gręcia prope Epirum, Cares in Aſia Minore, è regione Rhodi inſulę, & Bactriani in intima Aſia ultra mare Caſpium. Sed errori anſam dederunt Joſephus & Hieronymus, quorum ille Bactrianos, hic Cares & Acarnanes deducit ex Gethere. Fallor aut Syrus author aliquis ſcripſerat Gether habitaſſe בגתרא *Begethera*, id eſt, in Gethera urbe vel regione, ubicunque tandem fuerit. Pro quo Joſephus legit *Bagtra* vel Bactra, quaſi de Bactris ageretur. Pari errore בספרד *Biſpharad*, id eſt, *in Sepharad*, Abd. 20. Hieronymus *Boſphorum* reddit; ac ſi B prępoſitum pars eſſet vocabuli.

An à *Gethere* vel *Getere* גתרי *Getri* dictus eſt amnis inter Carduchos & Armenos medius, quem Gręci Centritem vocant? Xenophon lib. 4. Anabas. παρὰ τὸν Κεντρίτην ποταμόν, εὖρος ὡς δίπλεθρον, ὃ ὁρίζει τὴν Ἀρμενίαν, καὶ τὴν τῶν Καρδούχων χώραν. ἀπεῖχε δὲ τῶν ὀρέων ὁ ποταμὸς, ὡς ἓξ ἢ ἑπτὰ στάδια τῶν Καρδούχων. *Ad Centritem fluvium latum paſſuum CC. qui Armeniam dividit à regione Carduchorum, à quorum montibus abeſt ſtadia ſex vel ſeptem.* Diodorus lib. 1, 4. παραγενηθέντες πρὸς τὸν Κεντρίτην ποταμὸν, ὃν διαβάντες εἰσέβαλον εἰς τὴν Ἀρμενίαν. *Ad Centritem amnem acceſſerunt, quo trajecto in Armeniam ingreſſi ſunt.* Quod me prope fugerat in Arabica Paraphraſi, quę Lutetię nuper edita eſt, *Gether* eſt אלגראמקא *Algerameka*, id eſt, גרמק *Giormok* vel אלגרמק *Algiormok*, ut habetur in Nubienſi nona parte Climatis tertii. Pro quo Paulus Venetus lib. 1. cap. 62. corruptè ſcribit *Ergimul.* Sic appellatur Tartarię regio & urbs circa Sinas moſcho fœcunda.

CAPUT XI.

מש *Mas*, Gen. 10: 23.
vel
משך *Meſech*, 1. Paral. 1: 17.

Mas, Gen. 10. *Meſech.* 1. Par. 1. *Maſienorum* pater ad montem *Maſium*, unde *Maſca* fluvius Xenoph. Non procul Moſcheni Plinii. A *Mas* Hieronymus deducit *Maones* qui ſunt Lydi. Joſephus Meſanæos, quorum nomen merè Græcum. Apamia unde dicatur.

Mas ultimus filiorum Aram videtur fuiſſe binomius: Idem enim vocatur *Meſech*, 1 Paral. 1: 17. Occupavit is, ut quidem puto, Meſopotamiæ montem *Maſium*, & ex eo profluentem fluvium *Saocoram*, qui Μασκᾶ vocatur à Xenophonte lib. 1. Anabas. *Maſii* משי nomen ex מש, *Maſca* משכא ex משך factum. Maſii montis incolæ Stephano ſunt Μασιανοὶ *Maſiani*, aut Μασιανοὶ *Maſiani*. Ab Ortu eſt נצבין *Niſibis*, ab Occaſu הדסה *Edeſſa* urbes celeberrimæ: ad Meridiem fluvii duo inde in Euphratem ſe exonerantes, quorum nomina in Ptolemæo ſunt *Chaboras* & *Saocoras*, in Xenophonte *Araxes* & *Maſca*. Eódem ſorte pertinent etiam Plinii *Moſcheni*, lib. 6. c. 9. circa Adiabenem & Armeniam Majorem.

Mas Mæonum eſſe patrem ſtatuit Hieronymus, parùm memor Mæones eoſdem eſſe cum Lydis quos à Lud ipſe deducit. Porro Lud non fuit filius, ſed frater Aram. Nihilo magis arridet Joſephi ſententia qui pro *Mas Meſan* ſcribit, ut ab eo derivet Meſanæos, populos prope Paſini caſtrum circa oſtia Tigridis. Nempe ignorabat Meſanęos eoſdem eſſe cum Meſenis ſeu incolis τῆς Μεσήνης. Græco vocabulo ita dicitur regio interamna. Stephanus: Σπασινου χάραξ, πόλις ἐν τῇ μέσῃ τοῦ Τίγρητος Μεσήνη. Sic Apamia Meſenes ut in Plinio, vel Apamia Meſene ut in Ammiano legitur, urbs eſt quam Tigridis aquæ ambiunt. Stephanus: Ἀπαμεία ἐστὶ καὶ ἄλλη ἐν τῇ Μεσηνῶν γῇ τῷ Τίγρητι περιεχομένη. Plinius: *Tigris circumfunditur huic.* Obiter nota urbes hujus nominis fere quotquot ſunt aquis pariter circumfundi. Plinius de Apamia Phrygiæ: *Sita eſt in radice montis Signia circumfuſa Marſia.* Stephanus de Apamia Syriæ: ἐκλήθη καὶ Χερρόνησος ἀπὸ περιοχῆς τῶν ὑδάτων, *vocata eſt & Cherroneſus ab aquis quibus circumfunditur.* Ptolemęus de Apamia Babyloniæ, præter loca quæ jam citata ſunt: Ἀπάμεια, ὑφ᾽ ἣν ἡ Βασιλείου ποταμοῦ πρὸς τὸν Τίγριν συμβολή, *Apamia, ſub qua Baſilei fluvii cum Tigri commixtio.* Itaque veriſſimum puto quod obſervavit vir maximus, Apamiam nec à Seleuci nec ab Antiochi matre dici, ſed vocem eſſe Syram, quamvis illius originem non videatur plenè aſſequi, quæ tota latet in Jonæ verbis cap. 2. v. 6. אפפוני מים (*aphaphuni majim*) *circumdederant me aquæ.* Docti ſciunt quid velim.

Plin. lib. 6. cap. 27. Amm. lib. 23.

Plin. lib. 5. cap. 29.

CAPUT XII.

Lud, לוד.

Lud Joſepho & aliis Lydorum pater. At juxta Græcos ſcriptores Lydi olim *Maones* dicti à Mæone patre Cybeles, & Lydi poſtmodum à Lydo Atyis filio, & ab utroque *Attalyda* urbs. Contrà *Lud* Phœnicibus flexuoſum eſſe ſignificat, ut לוז Hebr. & לוד Arab. Inde *Lud* dicta Regio prope Mæandrum, & Æthiopia ſub Ægypto, ubi Nilus maximè tortuoſus eſt. Lydiam eſſe ad Mæandrum. Multa de Mæandri flexibus. *Lud* loci, non viri, nomen. *Lud* quaſi fiat à ילד quod Græci μαιοῦν vertunt, Μαίων redditum, unde *Maones*, *Maonia*, *Maander*, *Maon* fluvius Ad Lydos etiam referri Cares & Myſos. Lydi ludorum inventores. לודיות Lydia fercula Talmudicis. Καρύκη, Κάνδαυλος Lydorum edulia. Baccharis Lydorum unguentum. In cadorum ſpeciebus לודיות *Ludioth*. Lydi caupones. Lydorum antiquitas. Coloniæ. Fortitudo. Maris imperium. Res geſtæ Alyattis & Crœſi. Lydos ſagittandi peritiſſimos fuiſſe probant ex Eſaia & Jeremia. Tamen ibi res de aliis Lydis. Lydorum arma non ſunt ſagittæ, ſed haſtæ & jacula, & regum geſtamen Labris, id eſt, ſecuris. Unde Labradius Juppiter. Unus Polyænus eos τοξότας de ſuo ſcribit. Aſcalonem ab Aſcalo Lydo Tantali fratre eſſe conditam cur videatur fabuloſum. Lydorum mollities. Λυδίζειν, Λυδοπαθεῖν, Λυδοφωνεῖν. Ladon pro Pactolo, & Hyde pro Sardibus.

Ab iſto *Lud* Lydos deducunt Scriptores Eccleſiaſtici. Joſephus: οὓς δὲ Λυδοὺς νῦν καλοῦσι, Λούδας δὲ τότε, Λούδας ἔκτισε, *quos autem Lydos nunc vocant, tum verò Ludos, condidit Ludas.* Euſtathius in Hexaemero. Λοὺδ ἀφ᾽ οὗ Λουδαῖοι, οἱ νῦν Λυδοί, *Lud à quo Ludai qui nunc Lydi.* Ita etiam Euſebius, Hieronymus, Iſidorus, alii.

At Græci hoc quicquid eſt multo aliter definiunt. Lydos enim olim aſſerunt Mæones vel Meones fuiſſe dictos, & Lydiam Mæoniam. Herodotus Muſa prima: ὁ δῆμος Λύδιος. &c. πρότερον Μηίων καλεόμενος, *populus Lydius qui prius Meon appellabatur.* Strabo lib. 13. τὸ δὲ Θήβης πεδίον Λυδοί, οἱ τότε Μῄονες, *Thebes campum* (Trojani belli tempore) *Lydi* (occupabant) *qui tum dicebantur Meones.* Idem ibidem de Sardibus: Βασίλειον δ᾽ ὑπῆρξε τῶν Λυδῶν, οὓς ὁ ποιητὴς καλεῖ Μῄονας, οἱ δ᾽ ὕστερον Μαίονας, *Lydorum fuit regia quos Poëta vocat Meonas, poſteriores autem Maonas.* Dionyſius Halycarnaſſeus lib. 1. de Tyrrheno: τοῦτον δὲ Λυδὸν εἶναι τὸ γένος ἐκ τῆς πρότερον Μηονίας καλουμένης. *Eum autem genere Lydum fuiſſe tradunt è regione quæ olim Meonia vocabatur.* Plinius lib. 5. c. 29. *Lydia autem, &c. Maonia antè appellata.* Proinde Homerus ſæpe Meonum & Meoniæ circa Tmolum & Gygęum paludem, at Lydorum & Lydiæ nuſquam meminit.

Meones porro & Meoniam à Meone dici volunt Phrygiæ & Lydiæ priſco rege. Claudianus in Eutropium lib. 2.

—— *dicti poſt Maona regem*
Maones.

Putatur is fuiſſe pater Cybeles matris Deorum. Diodorus lib. 3. οἱ γὰρ ἐγχώριοι μυθολογοῦσι τὸ παλαιὸν γενέσθαι βασιλέα Φρυγίας καὶ Λυδίας Μῄονα. Γήμαντα δὲ Δινδύμην γεννῆσαι μὲν παιδίον θῆλυ, &c. καὶ προσαγορεῦσαι Κυβέλην. *Fabulantur incolæ Phrygiæ quondam & Lydiæ regem fuiſſe Meonem, qui ex uxore Dindyme puellam genuerit, &c. & Cybelem appellaverit.* Euſebius Pręparat. lib. 2. Φρύγες δὲ φασι Μῄονα βασιλεύσαντα τῆς Φρυγίας παῖδα Κυβέλην κτήσασθαι. *Meonem aſſerunt Phryges, cùm in Phrygia regnaret, Cybelem genuiſſe.*

Diu poſt hunc Meonem ibidem regnaſſe traditur Lydus Atyis filius, à quo Lydia & Lydorum nomen factum poſtmodum. Herodotus ubi ſuprà de iis qui ante Heraclidas Lydiæ regnum obtinuerant: ἦσαν ἀπόγονοι Λυδοῦ τοῦ Ἄτυος, ἀπὸ τευ ὁ δῆμος Λύδιος ἐκλήθη ὁ πᾶς οὗτος, πρότερον Μηίων καλεόμενος. *Erant oriundi à Lydo filio Atyis, à quo Lydius dictus populus ille univerſus, cum Meon antè diceretur.* Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 1. ἐκ δὲ Ἄτυος καὶ Καλλιθέας τῆς Χωραίου Λυδὸν φῦναι καὶ Τυῤῥηνόν, καὶ τὸν μὲν Λυδὸν αὐτοῦ καταμείναντα, τὴν πατρῴαν ἀρχὴν καταλαβεῖν, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ Λυδίαν τὴν γῆν ὀνομασθῆναι. *Ex Atye verè & Callitheâ Chorai filiâ Lydum & Tyrrhenum natos, & Lydum quidem qui ibi remanſerat paternum regnum ſuſcepiſſe, & ab eo Lydiam regionem eſſe dictam.* Tale eſt quod Lydiæ oppidum Attalydam compoſitum nomen habere volunt ex Attye & Lydo, quia à patre Attye incœptum opus filius Lydus abſolvit. Stephanus, Ἀτταλύδα πόλις Λυδίας κτισθεῖσα ἀπὸ Ἄττυος, καὶ μετὰ θάνατον αὐτοῦ ὑπὸ Λυδοῦ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ. Hæc ſi vera ſunt, Lydiæ nomen multo eſt recentius quàm ut ad Ludum poſſit referri. Sed Mæonem & Lydum reges eſſe commentitios, & Lydorum nomen vetuſtiſſimum, atque in Mæonum vocabulo latere puto.

Ut

Res ut intelligatur, dicendum eſt de nomine לוד *Lud*, à quo Lydi dicti ſunt. לוז *Luz* Hebræis eſt *declinare, obliquare, torquere.* Hinc Prov. 14: 2. pro Hebræis ונלוז דרכיו Septuaginta habent, ὁ δὲ σκολιάζων ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, *qui tortuoſè incedit viis ſuis.* Et Prov. 2: 15. in iiſdem legas καμπύλαι αἱ τροχιαὶ αὐτῶν, *flexuoſi curſus eorum*, ubi Hebræa ונלוזים במעגלותם. Ibidem Chaldæus מפתלין *diſtorti*: R. Selomo עקומים *curvi*, & מתעקלים *flexuoſi*: Aben Ezra מעוקלים *tortuoſi*. Idem in Eſ. 30: 12. dicit נלוז eſſe הפך הישר *contrarium recto.* Ex Hebræo לוז *Luz* Syri & Phœnices לוד fecerunt, Z & D de more permutatis, ut in דוב & דיבא & דבח & דחב & דכא & דחל, &c. Arabes item quibus לוד id ipſum eſt quod Hebræis לוז. Giggeius לוד *flexuoſus fuit, ſinuoſus fuit*, לואד אלואדי *fluvii anfractus & flexus*, לאדי אלמתלואדי *fluvius flexuoſus.*

Inde Phœnices, à quibus Geographica vocabula pleraque mutuatus eſt Moſes, *Lud* appellarunt duo loca quę ſunt ad fluvios maximè anfractuoſos, Lydiam ſcilicet quę eſt ad Męandrum, & Æthiopiam
Lib. 2.c.29. ſub Ægypto; ubi teſte Herodoto σκολιὸς, καθάπερ ὁ Μαίανδρος, ἐστὶ ὁ Νεῖλος, *tortuoſus eſt Nilus ſicut Mæander.* Sed de Æthiopia dicetur ſuo loco, cùm docebimus, qui ſint *Ludim*, Gen. 10: 13. Nunc de Lydia.

Lydiam ad Mæandrum ſitam fuiſſe conſtat ex Veterum ſcriptis. Scylax Caryandenſis ſic in periplo Lydiæ: παράπλους δὲ Μυσίας καὶ Λυδίας ἀπὸ Ἀσυρίων μέχρι Μαιάνδρου ποταμοῦ. *Prænavigatio autem Myſia & Lydia eſt ab Aſſyriis uſque ad Mæandrum fluvium.* Plinius lib. 5. cap. 29. *Lydia autem perfuſa flexuoſi amnis Mæandri recurſibus.* Maximus Tyrius Serm. 38. ὁ μὲν ἐπὶ Λυδίας ῥεῖ ὁ Μαίανδρος, *Mæander quidem in Lydiam profluit.* (Latinus Interpres perperam in *Lyciam.*) Inde eſt quod in Męonia ſive Lydia πεδίον Μαιάνδριον, *Campum Mæandrium* ponit Dionyſius Perieg. v. 837. Stra-
Lib. 12. bo etiam apud quem Mæander διορίζει τὴν Καρίαν καὶ τὴν Λυδίαν κατὰ τὸ Μαιάνδριον καλούμενον πεδίον, *Cariam a Lydiâ diſterminat ad campum qui Mæandrius dicitur.*

Mæandrum item conſtat fluviorum omnium maximè eſſe ſinuoſum. Μόνος γὰρ ἐκ πάντων τῶν ποταμῶν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἀρχόμενος πηγῶν εἰς ἑαυτὸν παλινδρομεῖ. *Solus enim ex omnibus fluvius ab ipſis fontibus incipiens, in ſe ipſum recurrit.* Ita Plutarchus in Libello de fluminibus. Et Ovidius Metam. lib. 8. Fab. 2.

> *Non ſecus ac liquidis Phrygius Mæander in undis*
> *Ludit, & ambiguo lapſu refluitque fluitque,*
> *Occurrenſque ſibi venturas aſpicit undas;*
> *Et nunc ad fontes, nunc ad mare verſas apertum*
> *Incertas exercet aquas.*

Et lib. 9. Fab. 11.

> —— *Mæandri toties redeuntis eodem.*

Et Silius lib. 7.

> *Cum ſibi gurgitibus flexis revolutus oberrat.*

Et Propertius lib. 2.

> —— *ut Phrygio fallax Mæandria campo*
> —— *Errat, & ipſa ſuas decipit unda vias.*

Et Seneca in Hercule furente.

> —— *qualis incertâ vagus*
> *Mæander undâ ludit & cedit ſibi,*
> *Inſtatque dubius littus an fontem petat.*

Et Plinius: *Mæander, &c. crebris ita ſinuoſus flexibus ut ſæpe credatur reverti.* Et Strabo, σκολιὸς ὢν εἰς ὑπερβολήν. ὥστε ἐξ ἐκείνου τὰς σκολιότητας ἁπάσας Μαιάνδρους καλεῖσθαι, *obliquus ſupra modum, ita ut ab eo Mæandri appellentur omnes obliquitates.* Sic apud Heſychium, Μαίανδρος εἶδος ἱππασίας, *Mæander genus ludi equeſtris*, quo equi multiplicibus flexibus & gyris agitantur,

> —— *alternoſque orbibus orbes* Æneid. 8.
> *Impediunt.*

Apud Feſtum *Mæandrum pictura genus dictum, à ſimilitudine flexus amnis, qui appellatur Mæandrus.* Unde Poeta 5. Æneid.

> —— *plurima circum*
> *Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.*

Ubi Servius: *Erat in chlamyde flexuoſa, in ſe remeabilis purpura.* Sed & Mæandri dicuntur vafra & obliqua conſilia. Tullius in Piſonem: *Quos tu Mæandros, &c. quæ diverticula flexionesque quæſiſti?*

Itaque tam Mæandri quàm Nili flexus, quos inter ſe confert Herodotus, Phœnices veriſimile eſt לוד *Lud* appellaſſe, atque inde לודים *Ludos* ſeu *Lydos* utriuſque accolas. Neque aliud ſonat quod à Moſe *Lud* accenſetur filiis Semi. Ludi enim nomine patrem illorum intelligit qui à ſitu locorum Ludi vel Lydi dicti ſunt. Tale illud 1 Paral. 2: 54. *Filii Salma Bethlehem, &c.* Nam viri nomen eſſe Bethlehem nemo dixerit, cum Hebraicè Bethlehem ſignificet domum panis. Eſt igitur loci nomen à fertilitate ſic dicti. Tamen Salmæ filius dicitur eſſe Bethlehem, id eſt, pater Bethlehemitarum. Ita Lud Semi filius, id eſt, Lydiæ conditor.

Jam docebo hûc pertinere etiam Mæandri nomen & Mæonum & Męonię. לודים *Ludim* & Lydos Hieronymus & alii *natos* explicant, id eſt, ילודים *Jeludim* à verbo ילד quod in *Cal* parere ſignificat & in *Piel* obſtetricari. Septuaginta μαιοῦσθαι reddunt, Exod. 1: 15. & מילדת μαῖαν id eſt, obſtetricem, Gen. 35: 17. & paſſim. Unde eſt quod לוד *Lud* & לודים *Ludim* Gręcorum vetuſtiſſimi Μαίανδρον reddiderunt, & Μαίονας & Μαιονίαν, vocibus tam ad μαῖαν & μαιοῦσθαι alludentibus, quam לוד & לודים ad ילד quo id ipſum ſignificatur. Cui alluſioni maximè favet quod initiale *Jod* ſępe deficit. Sic à ילד fit לדה *leda* partus. Neque id Veteres prorſus latuit Męoniam non dici à rege, ſed à fluvio Męone. Stephanus: Μαιονία, ἡ Λυδία, ἀπὸ Μαίονος ποταμοῦ, *Mæonia Lydia a Mæone fluvio.* Męon idem qui Męander ſive Lud Phœnicibus. Sed ſequentia opus habent medica manu: ἀπὸ Μαίονος ποταμοῦ τοῦ περὶ τὴν Ἀχαΐδα γῆν ῥέοντος, *à Mæone fluvio qui circa terram Achaicam fluit.* Scilicet! Imo περὶ τὴν Μαιονίδα γῆν, *circa terram Mæonidem*, id eſt, Lydiam.

Ludorum nomine Phœnices etiam Myſos intellexiſſe puto, & Cares, qui trans Mæandrum Auſtralem Aſiæ partem habitandam ſibi ſumpſerant. Cares enim & Myſos ejuſdem fuiſſe cum Lydis originis ex Herodoto diſcere eſt, qui de Caribus hæc habet lib. 1. ἀποδεικνῦσι δὲ ἐν Μυλάσοισι Διὸς Καρίου ἱρὸν ἀρχαῖον, τοῦ Μυσοῖσι μὲν καὶ Λυδοῖσι μέτεστι, ὡς κασιγνήτοισι ἐοῦσι τοῖσι Καρσί. τὸν γὰρ Λυδὸν καὶ τὸν Μυσὸν λέγουσι εἶναι Καρὸς ἀδελφεούς. *In Mylaſſis Jovis Carii delubrum vetus oſtenditur, quod Myſis etiam & Lydis commune eſt, ut qui ſint Carum germani. Quippe Lydum & Myſum Caris fratres eſſe dictitant.*

Utut Græci *Lydos* appellent, tamen *Ludos* dici rectè indicio ſunt Romanæ voces, *Ludus, Ludo, Ludio, &c.* inde deductæ. Ludorum enim inventores Lydi putantur. Herodotus l. 1. c. 94. φασὶ δὲ αὐτοὶ Λυδοὶ καὶ τὰς παιγνίας τὰς νῦν σφίσι τε καὶ Ἕλλησι κατεστεώσας ἑωυτῶν ἐξεύρημα γενέσθαι; *dicunt autem ipſi Lydi, eos ſe reperiſſe ludos qui ipſis cum Græcis communes ſunt.* Heſychius: Λυδοὶ οὗτοι τὰς θέας εὑρεῖν λέγονται, ὅθεν καὶ Ῥωμαῖοι λύδους φασί; *Lydi ipſi ſpectacula inveniſſe dicuntur, unde & Romani ludos dicunt.* Tertullianus de ſpectaculis cap. 5. *Ab his origo ludorum ſic traditur. Lydos ex Aſia tranſvenas in Hetruriâ conſediſſe, &c. Inde Romani accerſitos artifices mutuantur, tempus, enunciationem, ut ludi a Lydis vocarentur.* Dionyſius Halicarnaſſeus: καὶ οἱ μὲν ὑπὸ τῆς πομπῆς ἡγεμόνες καλούμενοι πρὸς αὐτῶν ἐπὶ τῆς παιδιᾶς τῆς Lib. 2 p 97.

ὑπὸ Λυδῶν ἐξευρῆσθαι δοκέσης Λυδίωνες. *Et pompa illius duces à ludo, cujus inventores Lydi crediti, ludiones vocantur.* Orig. lib. 18. cap. 16. Iſidorus: *Ludi à Ludiis vocati ſunt.*

Aruch in לד. Talmudici לודיות *ludioth* vocant, id eſt, Lydia fercula, intriti aut placentæ genus ex amylo, nucibus & malis punicis. Athen. l. 12. Gal. in Lex. Plut. Sym. lib. 4. Jul. Poll. lib. 6. &c. Ita Græcis καρύκη & κάνδυλος ſive κάνδαυλος ſunt edulia Lydorum propria, illud ex ſanguine, hoc ex amylo, caſeo, melle; pane, carne & caſeo conditum. Et Baccharis vocatur μύρον Λυδιὸν *Lydorum unguentum.* Vide Æſchyli Schol. in Sept. ad Thebas. Etiam in cadorum ſpeciebus לודיות *Ludioth*, id eſt, Lydios Talmudici jure recenſent, cùm Lydi mortalium primi cauponariam exercuerint, unde Proverbio locus, Λυδιὸς καπηλεύει. Aruch in לד. Herod. lib. 1.

Gentis antiquitas etiam ex fabulis patet. Nam Attis, Tantalus, Pelops, Niobe, Arachne Lydi fuerunt. Amplitudo ex coloniis quæ in Peloponneſum & Cariam migrarunt, ſed & in Etruriam, ut volunt. Fortitudo ex rebus geſtis. Circa tempora Jephthe, annis ante Dominum circiter MCC. Lydi maris imperium Cretenſibus ereptum obtinuere per annos XCII. Euſeb. anno DCCCXL, ex libro veteri περὶ τῶν θαλασσοκρατησάντων, cujus author Caſtor Rhodius apud Suidam: Λυδοὶ, οἱ καὶ Μαίονες, ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη Ϥβ. Et rurſus anno MCCCXLI. *Poſt Caras mare obtinuerunt Lydi.* Aliquot poſt ſæculis Lydorum Rex Alyattes urbes vicinas invaſiſſe non contentus, etiam Cyaxari & Medis bellum intulit ultro, & Cimmerios ex Aſia exegit. Et Alyattis ſucceſſor Crœſus omnes Aſiæ populos qui ſunt intra Halym fluvium, ut Phrygas, Mylos, Bithynos, Paphlagones, Iones, Æoles, Dores, Cares, Pamphylos, Lycios, Cilices imperio ſubjecit. Ut merito Herodotus ætate illa neget ullam in Aſia fuiſſe gentem bellica fortitudine cum Lydis conferendam. Proinde tam ad Aſiaticos quàm ad Africanos Ludos hæc Ezechielis referri queant, Ezech. 27: 10. *Perſa & Ludi & Phutas fuerunt in exercitu tuo bellatores tui.* Niſi quis Africanos ideò malit intelligi, quia junguntur cum Phutæis.

Sunt qui Lydos τοξότας peritiſſimos fuiſſe colligunt ex his Jeremiæ 46: 9. *Lydi arripientes & jacientes ſagittas.* Et Eſa. 66: 19. juxta Vulgatum: *In Africam & Lydiam tendentes ſagittam.* In quem locum Hieronymus: *Lud autem; Lydos vocant, quorum coloni Hetruſci qui nunc Tuſci appellantur, quondam mittendarum ſagittarum peritiſſimi, & nunc dicuntur tendentes ſagittam.* Tamen in Herodoto Lydorum arma non ſunt ſagittæ, ſed haſtæ longæ quibus equites pugnabant: Herod. lib. 1. cap. 79. ἡ δὲ μάχη σφέων, inquit, ἦν ἀπ᾽ ἵππων, δόρατά τε ἐφόρεον μεγάλα, καὶ αὐτοὶ ἦσαν ἱππεύεσθαι ἀγαθοί. *Ex equis decertabant, haſtaſque longas ferebant, & equitandi erant periti.* Et Polybii lib. 5. Lydi ſunt ἀκοντισταὶ *jaculatores*, qui à ſagittariis quid differant nemo eſt qui neſciat. Et apud Plutarchum in Quæſtionibus Græcis Lydiæ regum ab Omphale usque ad Candaulem geſtamen erat ſecuris, quam Lydorum lingua λάβρυν *labryn* vocabant. Unde in Caria Labradenſis dictus Juppiter qui ſecurim geſtabat pro triſulco fulmine. Polyæn. lib. 7. Denique ſolus Veterum Polyænus, quod meminerim, Lydos videtur ſagittariis adſcribere, cùm Cyrum iis interdixiſſe ſcribit, μήτε τοξεύειν, μήτε ἱππεύειν ἔτι μανθάνειν, *ne amplius ſagittare aut equitare diſcerent.* Sed illud τοξεύειν addit de ſuo. Herod. lib. 1. c. 155. Herodotus enim hoc tantum: ἄπειπε μὲν σφι πέμψας, ὅπλα ἀρήϊα μὴ ἐκτῆσθαι. Et Trogus lib. 1. *Victis arma & equi adempti.* De ſagittis aut arcubus ne γρὺ quidem. Itaque Lydi illi ſagittarii, de quibus Eſaias & Jeremias, Aſiatici Lydi non ſunt, ſed Africani ſupra Ægyptum, ut ſuo loco dicetur.

Philiſtæorum urbs Aſcalon conditorem habuiſſe legitur Lydum Aſcalum. Ita refert in Lydiacis Xanthus apud Stephanum, ὅτι Τάνταλος καὶ Ἄσκαλος παῖδες Τμήλαιν. τὸν δὲ Ἄσκαλον ὑπὸ Ἀκιαμῦ τῦ Λυδῶν βασιλέως αἱρεθέντα στρατηγὸν εἰς Συρίαν στρατεῦσαι, κἀκεῖ παρθένε ἐρασθεὶς (lege ἐρασθέντα) πόλιν κτίσαι, ἣν ἀφ᾽ ἑαυτῦ ὕτως ὠνόμασε. *Tantalum & Aſcalum Hymenæi fuiſſe filios; Aſcalum autem ducem electum à Lydorum Rege Aciamo in Syria militaſſe, & virginis amore captum urbem ibi à ſe conditam de ſuo nomine appellaſſe* Addit idem haberi in Nicolao Damaſceno. Quod mihi tamen ſuſpectum, quia Aſcalon urbs fuit vetuſtiſſima, una è quinque Satrapiis Philiſtæorum in libris Joſuæ & Judicum memoratis.

Lydorum fortitudo concidit poſtquam ex Crœſi conſilio Cyrus juſſit eos armis abſtinere, ſinuoſas ferre tunicas, cithara & tibiis ludere, Baccho & Veneri operam dare. Exinde Lydorum gens mollitie & luxu fuit infamis. Unde eſt quod Λυδιάζειν & Λυδοπαθεῖς ii dicuntur qui ventri plus nimio indulgent & voluptatibus ſe immergunt. Et unguentarii eſt epithetum Λυδοφοίτης. Vide Athenæum lib. 15. cap. 12. & quid ibi Caſaubonus.

Neſcio an ad Lydos referam quod Pactolus Lydiæ fluvius aurifer à nonnullis Ladon dictus eſt. Varro in Hecatombe: *Ladon fluens ſub Sardibus flumen tulit aureum later;* Apud Nonn. in Later. Ladon, id eſt, Pactolus. Sed & in Homeri verſu quem citat Strabo,

Τμώλῳ ὕπο νιφόεντι Ὕδης ἐν πίονι δήμῳ.

Potuit Ὕδη, Sardium nomen, Lydiæ metropolis, fieri ex Λυδῆ initiali exciſa. Sic cæruleum pigmentum quoddam Perſæ & Arabes לאזורד *lazurd* vocant, Græci recentiores λαζούριον, nos *azur* prima rejecta. Quin & Græcis idem ſunt εἴβειν & λείβειν, αἰγλήνη & λαλαγή.

CAPUT XIII.

שלח *Sela*, Gen. 10: 24.

Diluvium ſignificant nomina Sela & Methuſela, illud præteritum, hoc futurum. Quia Methuſela mortuus ipſo Diluvii anno, Sela natus aliquanto poſt. Enoch vel חנוך *Chanoc.* Ethnicis *Annacus & Cannacus*, corrupte *Nannacus.* Enochi & Methuſalæ hiſtorias ab iis permiſceri. Enoch Aſtrologiæ inventor. Eupolemo idem qui Atlas. Enoch Arabibus *Idris*, & Pœnis Atlas *Duris*. Cur in Lucà Cainan inſertus inter Arphaxad & Sela. Refelluntur ii qui volunt Lucam ſequi LXX. Interpretes: aut Cainan in Hebræo textu deſiderari. Potiùs, ut rectè ſentit Cornel. à Lapide, Cainan errore librariorum tam in Sacrum Lucæ Textum quam in Græcorum Verſionem irrepſiſſe multis probatur. Non inde ſequi, quod volunt, actum eſſe de fide, aut in Scripturà nil eſſe certi. Sela Suſiaoorum pater & Coſſæorum. Sela Suſianæ urbs.

Sela שלח Hebræis *emiſſionem* ſignificat, nempe aquarum ſuper terram, ut Job. 5: 10. שלח מים על פני חוצות, *emittit aquas ſuper faciem agrorum.* Itaque pater pius Arphaxad, qui natus erat biennio poſt Diluvium, Geneſ. 11: 10. primogenito ſuo videtur hoc nomen indidiſſe, ut tam horrendi judicii memoriam refricaret apud poſteros. Ita Enoch Propheta ſummus, cùm prophetico ſpiritu prævidiſſet cladem illam, filii mortem ſtatim ſubſecuturam, vocavit illum מתושלח *Methuſela.* Quo nomine ſignificabat ſtatim illo mortuo futuram emiſſionem ſive aquarum inundationem in perniciem mundi totius.

Lector obiter monendus eſt, id non latuiſſe prorſus Ethnicos, qui in eo ſolum peccant quod Enochi patris & Methuſalæ filii hiſtorias permiſcent & promiſcuè ſumunt. Stephanus in Ἰκόνιον, poſtquam Iconium Lycaoniæ urbem eſſe dixit ad Taurum, de Annaco, id eſt, Enocho, hæc addit: Φασὶ δὲ ὅτι ἦν τις (lege τῦ) Ἀννακός, ὃς ἔζησεν ὑπὲρ τὰ τριακόσια ἔτη. τοὺς δὲ περὶξ μαντεύσασθαι, ἕως τίνος βιώσεται.

Ἐδόθη

Digitized by Google

Ἐδόθη δὲ χρησμὸς, ὅτι τούτου τελευτήσαντος πάντες διαφθαρήσονται. οἱ δὲ Φρύγες ἀκούσαντες ἐθρήνουν σφοδρῶς· ἀφ' οὗ παροιμία, τὸ ἐπὶ Ἀννακοῦ κλαύσειν, ἐπὶ τῶν λίαν οἰκτιζομένων. γενομένου δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ Δευκαλίωνος πάντες διεφθάρησαν. *Aiunt autem Iconium Annaci fuiſſe urbem, qui vixit ſupra trecentos annos, & loci incolas ab oraculo ſciſcitatos eſſe quamdudum viveret, datumque eſſe oraculum, fore ut cum obiiſſet omnes perirent. Quo audito Phryges magnum luctum ediderunt: unde Proverbium, Annacum flere, de iis qui graviter lugent. Facto autem Diluvio ſub Deucalione omnes perierunt.* Annacus ſive Enochus verè dicitur vixiſſe ſupra trecentos annos: attigit enim annum CCCLXV. Sed reliqua de Diluvio in ipſius morte falſa ſunt, niſi de filio intelligantur. Alii Cannacum ſcribunt, propter aſpirationem denſam initio vocis חנוך, quam Græci paſſim per K efferunt. Eraſmus in Adagiis, τὰ Καννάκου, *id eſt, res aut mala Cannaca. Bifariam hâc utebantur parœmiâ vel de rebus ob vetuſtatem admirandis, vel de lamentis, &c. Cannacas quiſpiam Phrygum Rex, quemadmodum narrat Hermogenes in Phrygiis, cum præviſſet eventurum Diluvium, convocatis omnibus ad templa Deorum, multis lachrymis ſupplicabat Diis ut id malum averterent. Unde Herodes Jambographus inquit*, ἵνα τὰ Καννάκου κλαύσω, *id eſt, ut Cannaca plorem.* Καννάκου vel Ἀννάκου, id eſt, חנוך Chanochi vel Enochi, quem prævidiſſe Diluvium, & inde nata occaſione homines ſui temporis ad pœnitentiam & luctum invitaſſe, tam ex filii nomine apparet quod ominabatur hoc malum, quàm ex terribili judicii futuri denunciatione quæ extat in epiſtola Judæ. In Suida pro Annaco vel Cannaco perperam ſcribitur Nannacus. Νάννακος, inquit, παλαιὸς ἀνὴρ πρὸ τοῦ Δευκαλίωνος· τοῦτόν φασι βασιλέα γενέσθαι πρὸ τοῦ Δευκαλίωνος, ὃ προειδὼς τὸν μέλλοντα κατακλυσμὸν, συναγαγὼν πάντας εἰς τὸ ἱερὸν, μετὰ δακρύων ἱκέτευσε. Καὶ παροιμία, ἀπὸ Ναννάκου, ἐπὶ τῶν σφόδρα παλαιῶν, καὶ ἀρχαίων. Non poſſum non addere quæ de eodem Enoch leguntur in Euſebio ex Eupolemo de Judæis. Ait is Abrahamum, cùm Aſtrologiam & alias ſcientias doceret Heliopoli, affirmaſſe Babylonios, τὴν εὕρεσιν αὐτῶν εἰς Ἐνὼχ ἀναπέμπειν, καὶ τοῦτον εὑρηκέναι πρῶτον τὴν ἀστρολογίαν, *earum inventionem Enocho tribuiſſe, & illum Aſtrologiæ primum inventorem fuiſſe.* Sequitur non multo poſt, Ἕλληνας λέγειν τὸν Ἄτλαντα εὑρηκέναι ἀστρολογίαν, εἶναι καὶ τὸν αὐτὸν καὶ Ἐνὼχ, τοῦ δὲ Ἐνὼχ γενέσθαι υἱὸν Μαθουσάλαν, ὃν πάντα δι' ἀγγέλων Θεοῦ γνῶναι, καὶ ἡμᾶς οὕτως ἐπιγνῶναι. *Græcos Atlanti tribuere inventionem Aſtrologiæ; eundem autem eſſe Atlantem cum Enocho, Enochi porro filium eſſe Methuſalem, qui ab Angelis Dei omnia edocto, nos deinceps ita didiciſſe.* In quibus verbis notandum eſt Enochum & Atlantem pro eodem haberi. An inde factum quod ut Atlas à Pœnis *Durıs* & *Dyris*, ita ab Arabibus Enoch vocatur אדרים *Idris.* Sed jam è diverticulo redeundem eſt in viam.

Chil. 2. cent. 8. Adag. 19.

Euſeb. l. 9. Præparat.

V. Plin. l. 5. c. 1. Et Strab. lib. 17. V. Tarich Schikardi pag. 24. & Alcoran. paſſim.

Cum hîc, & 1 Paral. 1: 18. Arphaxad legatur genuiſſe τὸν Σαλὰ, adeóque Gen. 11: v. 12. deſignetur Arphaxadi annus, quo natus eſt ab illo *Sela*, trigeſimus quintus ſcilicet (ita enim habet Moſes, *Arphaxad vixit annos triginta quinque & genuit Sela.*) Mirum à Luca inſeri Cainan inter Arphaxad & Sala cap. 3: 37. ac ſic Sala non fuerit Arphaxadi filius, ſed nepos ex Cainan.

Sunt qui Lucam hîc ſequi volunt LXX. Interpretes, apud quos itidem legas in loco in quo verſamur: Καὶ Ἀρφαξὰδ ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν, καὶ Καϊνᾶν ἐγέννησε τὸν Σαλὰ; Et cap. ſequenti: Καὶ ἔζησεν Ἀρφαξὰδ ἑκατὸν τριακονταπέντε ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν, &c. Καὶ ἔζησε Καϊνᾶν ἑκατὸν καὶ τριάκοντα ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Σαλά. Putant igitur Evangeliſtam in re non magni momenti, quæque ad fidem nihil pertinet, pia συγκαταβάσει maluiſſe errantes ſequi, quàm intempeſtivo diſſenſu ſcrupulum injicere, aut etiam Evangelii ſui αὐθεντίαν in diſcrimen adducere apud infirmos vel pertinaces, quibus perſuaſum erat hos Interpretes fuiſſe ἀναμαρτήτους. Sed in hac ſententia, quod authorum pace dixero, non videtur quicquam eſſe ſani. Neque enim veriſimile eſt Sacrum Scriptorem minus habuiſſe curæ veritatis quam famæ: cui ne ſic quidem conſuluiſſet. Quippe ut vitaret ſcandalum aliquot Helleniſtarum qui Græcę Verſioni plus nimio erant addicti, objeciſſet ſe cavillis Judęorum omnium, qui Evangelium ipſius cum Hebræo textu contuliſſent; cujus multo potior ratio eſt habenda quàm nudæ Verſionis, adeóque Verſionis, quam vel temporum injuriâ, vel librariorum incuriâ, vel ipſorum etiam interpretum negligentiâ, multis in locis eſſe corruptam viri docti agnoſcunt. Neque exempla ſunt longè petenda, cùm hæc ipſa genealogia juxta Græcam Editionem tota ſcateat anachroniſmis; & tam à Vulgata Verſione quàm ab Hebręo textu Moſis differat immenſum quantum.

Fruſtra ſunt qui nomen Cainan in Hebręo textu deſiderari ſuſpicantur. 1. Quippe, cùm hęc genealogia ter repetatur, hîc & cap. ſeq. & cap. 1. lib. 1. Paralip. omnes Hebręi codices ubique conſtanter aſſerunt Arphaxad genuiſſe τὸν Σαλὰ, abſque ulla mentione τοῦ Cainan. 2. Atque id ipſum tradunt Philo, & Joſephus, & Chaldæi Paraphraſtæ, & Perſæ, & Arabs uterque, & Vulgatus Interpres. 3. Quid quod apud ipſos Septuaginta Cainan non comparet, cap. 1. lib. 1. Paralip. in Editione Romana & Pariſina quę ſic habent. v. 17. υἱοὶ Σὴμ, Αἰλὰμ, καὶ Ἀσσοὺρ, καὶ Ἀρφαξὰδ, Σαλὰ, Ἔβερ, &c. 4. Apud Joſephum & Euſebium Beroſus Chaldęus, Græcis Interpretibus antiquior, Abrahamum ita deſcribit: Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν δεκάτῃ γενεᾷ παρὰ Χαλδαίοις τις ἦν δίκαιος ἀνὴρ, μέγας, καὶ τὰ οὐράνια ἔμπειρος. *Poſt Diluvium decima generatione, vir quidam extitit juſtus, eximius, & cœleſtium peritus*, &c. Quibus verbis Cainan ex hoc catalogo neceſſariò excluditur. Nam ſi inſeratur Cainan, non vixerit Abraham decima poſt Diluvium generatione, ſed undecima. 5. Libro primo Paralipomenon verſus 24. primi capitis habet tantum tres voces שם ארפכשד שלח *Sem, Arphacſad, Sela*, quæ ſingulæ habent ש S. Atque id Maſorethę in margine obſervant, hunc verſiculum eſſe ex eorum numero דאית בכל מליהון שין *in quorum dictionibus omnibus eſt Scin.* Quæ nota erit falſa ſi Cainan inſeras inter Arphacſad & Sela. 6. Inſerto Cainan ſtare non poteſt Judæorum Veterum epilogiſmus, juxta quem in duratione mundi numerantur annorum ב׳ אלפי תהו *duo millia tohu*, id eſt, ſine lege, ab orbe condito ad Abrahamum: & ב׳ אלפי תורה *duo millia legis*, id eſt, ſub lege, ab Abrahamo nato uſque ad adventum Meſſiæ. 7. Quod pene omiſeram, Samaritani Codices, qui tam ab Hebręis quàm à Gręcis multum differunt in ſupputatione annorum, in numero generationum ſunt Hebræis planè gemini. Utrobique enim habetur Arphaxad genuiſſe τὸν Σαλά. Patet id ex collatione quam inſtituit Euſebius inter τὸ παρὰ Ἰουδαίοις Ἑβραϊκὸν & τὸ Σαμαρειτικὸν Ἑβραϊκὸν, in Chronico Edit. Scalig. p. 9. & 10.

Joſ. Antiq. l. 1. c. 8. Euſeb. l. 9. Præp. Evang.

Talmud. Tract. Sanhedrin. c. Helec.

Itaque inter Lucam & Moſem concordiam aliter poſſe iniri non video, quam ſi accedamus ſententiæ Cornelii à Lapide Jeſuitæ non incelebris; qui errore librariorum putat nomen τοῦ Καϊνᾶν in Sacrum Textum irrepſiſſe, atque adeò in Editionem LXX. Interpretum. Et vero id ab illo temerè non aſſeri multa ſuadent, imò perſuadent. 1. Quòd Philo & Joſephus, quos Græcam Editionem in aliis ſequi palam eſt, hujus Cainan non meminerunt. 2. Quod doctorum veterum prope antiquiſſimus Theophilus Antiochenus, hanc genealogiam ita referens ut in numero annorum Græcos apertè ſequatur κατὰ πόδα, tamen expreſſè ſcribit Arphaxad genuiſſe Salam, Cainane prorſus omiſſo. Ἀρφαξὰδ, inquit,

Theoph. l. 3. ad Autol.

ἐγέννησε Σαλὰ ὢν ἐτῶν ρλε. 3. Addit idem à Diluvio ἕως τεκνογονίας Ἀβραάμ, id eſt, uſque ad natum Iſaac, numerari ἔτη ͵αλϛ annos 1036. cùm ex ſupputatione Græcorum addito Cainan anni numerandi ſint 1166. 4. Theophilo ſuppar Irenæus lib. 3. cap. 33. Lucam oſtendere refert Chriſti genealogiam *uſque ad Adam ſeptuaginta duas generationes habere.* At ſi Cainan inſeratur, reperientur ſeptuaginta tres. 5. Neque id aliter definivit hiſtoricus inſignis Julius Africanus, quem Euſebius in hæc verba citat in Græco Chronico pag. 9. Editionis Scalig. Γενεαλογία τοῦ Ἀβραὰμ κατὰ τὸν Ἀφρικανόν. Μετὰ γὰρ τὸν κατακλυσμὸν Σὴμ ἐγέννησε τὸν Ἀρφαξάδ, Ἀρφαξὰδ δὲ γενόμενος ἐτῶν ρλε γεννᾷ τὸν Σαλά. *Genealogia Abrahami juxta Africanum. Poſt Diluvium Sem generavit Arphaxad, Arphaxad autem cum eſſet annorum 135. genuit Sala.* Paulo poſt idem repetitur tanquam κατὰ τὴν τῶν ο' ἑρμηνείαν, *juxta Græcorum Septuaginta Verſionem:* Ἀρφαξὰδ γενόμενος ἐτῶν ρλε γεννᾷ τὸν Σαλά. 6. Eodem pertinet quod Epiphanius in Lib. de ponderibus & menſuris §. 22. numerari obſervat, εἴκοσι δύο κεφάλαια ἀπὸ Ἀδὰμ ἄχρι τοῦ Ἰακώβ, *viginti duo capita ab Adamo uſque ad Jacobum.* Eſſent enim viginti tria, ſi Cainan inſereretur. 7. Sed & idem Hæreſi 55. quę eſt Melchiſedechianorum, diſertè ſcribit Arphaxad genuiſſe Salam: Ἀρφαξὰδ δὲ ρλε ἐτῶν ὢν ἐγέννησε τὸν Σαλά; quamvis cœtera mordicus hæreat Græcorum ſupputationi. 8. Hieronymus itidem, Libro quęſtionum in Geneſim, in quo collatis Gręcis & Hebręis exemplaribus, ſicubi differunt ſedulo notat, ſcribit ſimpliciter Arphaxad genuiſſe Sale, nec ullam obſervat diſcrepantiam inter codices. 9. Denique Vetuſtiſſimum illud N. T. Exemplar, quo Beza uſus eſt, nihil habuit de Cainan, ut ipſe teſtatur in Notis.

Proinde, cùm ſit veriſimile primis poſt Chriſtum ſęculis, ſaltem in plerisque Lucæ & LXX. Interpretum Verſionis exemplaribus non comparuiſſe nomen Cainan; ſi quæras unde factum ſit ut in hęc & illa deinceps non irrepſerit modo, ſed & ita intruſum fuerit ut jam ferè unanimi conſenſu recipiatur? Reſpondeo meum non eſſe divinare. Tamen ſi conjecturæ eſt locus, cùm Lucæ cap. 3: 37. agatur de Cainan filio Enos, fortaſſe non videbor procul à ſcopo aberraſſe, ſi dixero ſcribarum incuriâ vocum ordine perturbato, transferri potuiſſe voculam ex illo verſu in pręcedentem, id eſt, in verſum 36. Quo errore ſemel admiſſo, & in Lucæ aliquot exemplaria propagato, audaculos homines id ipſum inſeruiſſe in Gręca Seniorum Editione, ut quam corruptam eſſe putarent, propter diſſenſum à Luca. Argumento ſit quòd, Gen. 11: 13, 14, 15. τῷ Καϊνᾶν & τῷ Σαλὰ iidem planè tribuuntur anni tam generationis quàm vitæ poſt generationem actæ. Uterque enim anno ætatis 130. generaſſe & annis 330. ſuperſtes fuiſſe legitur. Unde valde veriſimili ratione colligas id, quod LXX. Seniores de ſolo Salâ ſcripſerant, repetiiſſe ſcribas, ut commentitio Cainani eadem tribuerent.

Porrò licet eandem ſcribis non tribuam ἀναμαρτησίαν quàm Scriptoribus Sacris, non tamen inde ſequitur quod nonnulli ſubinde oggerunt, actum eſſe de fide & doctrina ſalutis, & in ea nihil eſſe certi. Quis enim in aliis ferat ſic argutantem? In Livii & Suetonii ſcripta quidam errores irrepſerunt. Ergo in Hiſtoria Romana nihil eſt certi, & in iis quæ de Hannibale, aut Julio, aut Auguſto leguntur, nutat fides. Ariſtotelis Græci codices ſunt alicubi mendoſi; Ergo quid ille ſenſerit de rebus Philoſophicis certo ſcire haudquaquam poſſumus. Quamvis exemplum ſit valde diſpar. Nam multo aliter invigilat Dei Providentia, ut ſacros Scripturæ codices ab errore pręſtet immunes, ſaltem in iis quæ ad fidem & ſalutem ſunt abſolutè neceſſaria. Unde eſt, quod utut Hebręi & Gręci codices varient in minutulis, & Sacri Textus Interpretes ſæpe in diverſa abeant, tamen in fidei capitibus, & τοῖς νόμοις τοῖς βαρυτέροις, eadem ubique doctrina occurrit, non jam dico in αὐτογράφοις, ſed & in verſionibus corruptiſſimis. Sed de hoc argumento plura qui volet, legat accuratiſſimum ſcriptorem Fridericum Spanhemium in eximio opere de Dubiis Euangelicis. Nos ad alia properamus.

Sela vel Sala Suſianorum creditur eſſe conditor. Euſtathius Antiochenus in Hexaemero; Σαλὰ ἀφ' οὗ Σουσιανοί. Eódem redit quod Euſebius ab eo deducit Coſſæos. Coſſæi enim ſunt in Suſiana. Ptolemęus lib. 6. c. 3. Κατέχουσι δὲ τῆς Σουσιανῆς τὰ μὲν ἐπὶ θαλάσσῃ Ἐλδιμαῖοι (lege Ἐλυμαῖοι ut inferiùs) τὰ δὲ πρὸς τῇ Ἀσσυρίᾳ Κοσσαῖοι, *Tenent autem Suſianæ maritima Elymæi, quæ verò ad Aſſyriam Coſſæi.* Huic ſententiæ non parum inde accedit roboris quod una ex Suſianæ præcipuis urbibus *Sela* vocatur, tanquam à Selâ conditore. Ammianus lib. 23. *His tractibus Suſiani junguntur, apud quos non multa ſunt oppida. Inter alia tamen eminet Suſa, ſæpe domicilium regum, & Arſiana* (Alii *& Ariana*; lego ut in Ptolemæo *& Tariana*) *& Sela.* In Ptolemæo ſcribitur Σίλη. Illam πολυαλέγραφοι ad Eulæum amnem deſcribunt infra Suſa, quibus ab ubertate liliorum nomen eſſe alibi docebimus.

CAPUT XIV.

Heber, Peleg, & reliqui Heberi filii uſque ad Abrahamum.

Hebræorum nomen non eſſe ab Abrahamo, nec à trajectu Euphratis, ſed ab Hebere. Hebræi tamen vocantur non omnes Heberi poſteri, ſed qui Heberi linguam, id eſt, Hebræam, ſervarunt incorruptam. Hos in remotas terras non fuiſſe diſperſos. Arphaxad Arrapachitidi in Aſſyriâ, Sela Selæ in Suſiana nomen dedit. An à Phaleg vicus *Phalga* ad Euphratem? *Phalga* potiùs à ſitu, quia inter duas Seleucias medius. פלגא *Phalga* ſignif. medium, ut rectè Arrianus, non μεσοπορία, ut Iſidorus Charac. Sed legendum μεσόπορον. Heſychius, Suidas & Ptolemæus correcti. A Ragau Phalegi filio campus *Ragau* in lib. Judith, id eſt, Niſæus, prope Ragas in via ex Perſide & Babylone ad Caſpias portas. Ibi equi CLM vel CLXM alebantur. Aliæ urbes cognomines in Media. Sedes Thare & Nachor Charan, id eſt, Carrhæ. Amnia ejuſdem nominis. Locus ex Quadrati Parthicis emendatus. Carrhæi non ſunt coloniæ Macedonum. Caræ urbs circa Macedoniam. Sarug urbs prope Carrhas à Sarug filio Ragau dicta. Epiphanii commentum, Phaleg & Ragau avos Abrahæ in Europam deveniſſe. Ortum Phalegi tria inſigniunt. Diſperſionem gentium factam illo naſcente non moriente. Phalegi filius Jectan.

Ex Selâ natus eſt עבר *Heber*, cujus filius פלג *Phaleg*, nepos רעו *Reu* vel *Ragau*, pronepos שרוג *Serug*, abnepos נחור *Nachor*, adnepos תרח *Thare*, trinepos אברהם *Abraham.* De ſingulis fruſtra quæratur quibus populis nomen fecerint, quia omnes Hebræi fuerunt. Hebræos voco poſteros Heber non omnes, ſed eos duntaxat qui primitivæ linguæ, hoc eſt, Hebrææ, uſum conſtanter retinuerunt. Hi autem ſunt majores Abrahæ, qui Hebraicè loqui didicerat à patre, & is ab avo, & ſic deinceps uſque ad Heberum Abrahæ tritavum, cui tam lingua quàm natio Hebręa nomen debet.

Scio ſcriptores exoticos Hebręorum nomen ab Abrahamo deduxiſſe. Ita enim apud Euſebium aſſerit Artapanus, καλεῖσθαι αὐτοὺς Ἑβραίους ἀπὸ Ἀβραάμου, *eos vocari Hebræos ab Abrahamo.* Et Charax apud Stephanum, Ἑβραῖοι, οὕτως Ἰουδαῖοι ἀπὸ Ἀβράμωνος (ſic legendum non Ἀβραμῶνος,) *Hebræi, ſic Judæi appellantur ab Abramone*, id eſt, Abrahamo. In quam ſententiam videtur propendiſſe Auguſtinus, qui de Civitate Dei lib. 16. cap. 3. poſtquam Hebręos ex Hebere deduxit, aliam addit poſſe eſſe opinionem, *ut ex Abraham tanquam Abrahæi dicti*

De Conſenſu Evang. l. 1. c. 14. *dicti eſſe videantur*. Proinde alibi de Chriſto ſic habet, *Nepos fuit Abraha, à quo gens cœpit Hebræorum*. Sed idem libro ſecundo Retractationum cap. 16. hunc locum retractavit: atque id quidem meritò. Iis enim, qui literas Hebræas in primo limine ſalutarunt, notum eſt עברים *Hebræos* & אברהם *Abrahamum* diverſiſſimè ſcribi. Ut Hebræos taceam Abrahamo fuiſſe antiquiores vel ex eo conſtare, quod ipſe Abraham עברי *Hebræus* vocatur, Gen. 14: 13.

Sunt & alii quibus Hebræi dicti videntur à particula עבר *eber*, id eſt, περὰ *trans*, *ultra*, quaſi περάται, quia eorum Patriarcha Abraham Trans-Euphratenſis fuit. Ita ſenſerunt è Veteribus Africanus, Origenes, Diodorus Tarſenſis, Chryſoſtomus, Theodoretus, è recentioribus Scaliger & alii. Tamen in Scriptura certum eſt Trans-Euphratenſes non dici עברים, ſed אנשי מעבר נהר. Vide 2 Sam. 10: 16. Eſdr. 4: 10, 11. &c. Prçterea Hebræi nomen Abrahæ fuiſſet peculiare, non commune cum poſteris, quia ſolus fuit Trans-Euphratenſis. Denique Hebrçorum gens etiam vocatur *Heber*, Num. 24: 24. & *filii Heber*, Gen. 10: 21. ut ab Hebere tam deduci ſcias Hebræorum nomen quàm Judæorum à Juda. Fruſtra objicit Theodoretus Hebrços dici in Scriptura ſolos Judæos, non omnes filios Heber, Jectanæos puta, Iſmaëlitas, Idumæos, Amalecitas, Moabitas, Ammonitas, Madianitas, &c. qui Hebræi nuſquam vocantur, quamvis Heberem patrem agnoſcant. Nam ratio eſt in promptu. Non vocabantur Hebræi, qui, Hebraicâ linguâ neglectâ, populorum inter quos degebant ſermonem æmulabantur. Sic Laban in Meſopotamia Syro ſermoni aſſueverat, Iſmaëlitæ in Arabia Arabico, &c.

V. Euſeb. Chron p. 9. Caten. in Geneſ. 14. et Chryſ. in Gen. Hom. 35. Et Theodor. in Gen. q. 60.

Itaque majorum Abrahæ fuit hæc prærogativa, quod Hebræum ſermonem ſervaverunt incorruptum, cùm reliqui omnes etiam in Heberi familia, aut illum prorſus mutaverint, aut infecerint ſaltem cœterarum linguarum quaſi contagione quadam. Cui privilegio junctum fuit alterum: quòd, cùm alii plerique ſtatim poſt confuſionem linguarum, in remotiſſimas terras disjecti ſint & diſſipati, his etſi non uni loco tanquam glebæ addictis, tamen liberum fuit manere in priſtinis ſedibus: nec neceſſe habuerunt aliò divagari. Proinde non conſtat ullum ex Abrahæ Majoribus in longinqua divertiſſe. Quin pleroſque circa Aſſyriam, in cujus finibus Arca ſubſtitit, habitaſſe, vel ex Scriptura vel aliunde probari queat. Sic Arphaxad Semi filius Arrapachitidi dedit nomen, quæ pars eſt Aſſyriæ. Hujus filius Sela Selæ urbi in Suſiana. Videri poſſit etiam Phaleg, vel è poſteris aliquis in avi memoriam dediſſe nomen vico Phalgæ ad Euphratem, non procul à confluxu Chaboræ, ad quem Carrhas condidit Charan Abrahæ frater. Tamen Arriano aſſentior, cui Phalga ex eo nomen habet, quòd ibi medium eſt inter duas Seleucias, Pieriam & Babyloniam. Stephanus, Φάλγα, κώμη μέση Σελευκείας τῆς Πιερίας καὶ τῆς ἐν Μεσοποταμίᾳ: Ἀρριανὸς ἐν ἑ Παρθικῶν. ἡ δὲ Φάλγα γλώσσῃ τῇ ἐπιχωρίῳ τὸ μέσον δηλοῖ. Rectè: Nam & פלגא *phalga* Syris medium ſonat: & Phalgam inter duas Seleucias præciſe mediam fuiſſe conſtabit ſpatia dimetienti à Chaboræ confluxu in Euphratem; ubi fuiſſe Phalgam ſcimus ex Iſidoro Characeno qui ſic habet in Stathmis Parthicis: *Inde* Φάλιγα *Phaliga* (Phalga) *vicus ad Euphratem qui Græcè dicitur* Μεσοπόρειον. Et paulo poſt; Adjacet autem τῇ Φαλίγᾳ *Phaliga* (Phalgæ) *oppidum Nabagath, quod alluit amnis* Ἀβούρας *Aburas*, (Ammiano *Aboras*, Ptolemæo *Chaboras*, Nubienſi אלחבור *Alchabor*) qui in Euphratem influit. At quorſum quç vox Arriano *medium* ſonat, ab Iſidoro μετοπωρινὸν *Autumnale* redditur? nullus dubito quin Iſidorus ſcripſerit μεσόπορον, id eſt, *medium iter*. Heſychius, Μεσόπορον, μέσην ὁδηγῶν. Suidas, Μεσοπορῶν, μέσην ὁδεύων. Utrobique legendum, Μεσόπορον, μέσην ὁδὸν; vel Μεσοπορῶν, μέσην ὁδεύων. Ptolemçus mutato nomine & ſitu pro *Phalga* ad confluxum Chaboræ, *Phargam* ad Euphratem deſcribit oſtio Saocoræ propiorem.

Fuit & circa Aſſyriam campus *Ragau*, dictus à *Ragau* Phalegi filio. De eo ſic liber Judith juxta Vulgatam, cap. 1. v. 6. *Nabuchodonoſor Rex Aſſyriorum, qui regnabat in Ninive civitate magna, pugnavit contra Arphaxad* (regem Medorum ut conſtat ex verſu 1.) *& obtinuit eum*, (id eſt, vicit) *in campo magno qui appellatur Ragau, circa Euphratem & Tigrim*. Sed Græca paulo aliter: Καὶ ἐποίησε πόλεμον ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ὁ βασιλεὺς Ναβουχοδονόσορ πρὸς βασιλέα Ἀρφαξὰδ ἐν τῷ πεδίῳ τῷ μεγάλῳ, τοῦτό ἐστιν ἐν τοῖς ὁρίοις Ῥαγαῦ. Καὶ συνήντησαν πρὸς αὐτὸν πάντες οἱ κατοικοῦντες τὸν Εὐφράτην καὶ τὸν Τίγριν. Summa eſt, Bello inter Reges Aſſyriæ & Mediç moto, ad campum magnum in finibus Ragau, conveniſſe omnes montium vicinorum incolas & campeſtris regionis circa Euphratem & Tigrim. Itaque Niſçum Campum ſignificari puto * quem in Mediç & Armeniç confiniis Strabo videtur deſcribere, cùm illac eos tranſire dicit οἱ ἐκ τῆς Περσίδος καὶ Βαβυλῶνος εἰς Κασπίους πύλας ὁδεύοντες, *qui ex Perſide & Babylone ad Caſpias portas proficiſcuntur*. Herodotus etiam in Media ponit: Ἔστι, inquit, πεδίον μέγα τῆς Μηδικῆς τῷ οὔνομά ἐστι Νισαῖον. Et Suidas idem habet voce Νίσαιον. Et vero magnum eſſe oportet campum in quo alebantur equorum πεντεκαίδεκα μυριάδες, *centum quinquaginta millia*, ut habet Arrianus in Alexandro lib. 7; vel etiam ἑκκαίδεκα μυριάδες, *centum ſexaginta millia*, juxta Diodorum lib. 17. pag. 621. Rectè me conjectaſſe ex eo colligere eſt, quòd in eodem tractu à Strabone deſcribuntur *Raga* vel *Ragia*, id eſt, רעו *Ragau*. Verba ſunt: Εἰσὶ δὲ καὶ Ἑλληνίδες πόλεις κτίσματα τῶν Μακεδόνων ἐν τῇ Μηδίᾳ, ὧν Λαοδίκειά τε, καὶ Ἀπάμεια, καὶ ἡ πρὸς Ῥαγαῖς αὐτὴ Ῥάγεια (vel Ῥάγα, ut Caſaubonus) τὸ τοῦ Νικάτορος κτίσμα, ὃ ἐκεῖνος μὲν Εὔρωπον ὠνόμασε, Πάρθοι δὲ Ἀρσακίαν, νοτιωτέραν οὖσαν τῶν Κασπίων πυλῶν πεντακοσίοις (Manuſcripti ὀκτακοσίοις) που σταδίοις. *Sunt & Græcæ urbes in Media a Macedonibus conditæ, in quibus Laodicea & Apamia, & apud Ragas, quæ eadem Ragia, a Nicatore condita*, id eſt, reſtauratç) *quam ipſe Europum vocavit, Parthi autem Arſaciam, quæ Caſpiis portis Auſtralior eſt quingentis* (alii *octingentis*) *circiter ſtadiis*, id eſt, CM paſſ. Arrianus l. 3. Ragas à Caſpiis portis unius diei itinere diſtare ſcribit, nempe equitis expediti. *Alexander*, inquit, ἐς Ῥάγας ἀφικνεῖται ἑνδεκάτῃ ἡμέρᾳ, διέχει δὲ ὁ χῶρος οὗτος ἀπὸ τῶν Κασπίων πυλῶν ὁδὸν ἡμέρας μιᾶς ἐλαύνοντι ὡς Ἀλέξανδρος ἦγε. *Undecima die Rhagas pervenit. Diſtat hic locus unius diei itinere à Caſpiis portis urgenti quo modo Alexander*, qui tum Darium inſequebatur tanta feſtinatione ut multi equi perierint. Pro Ῥάγεια Caſaubonus Ῥάγα legit ex Stephano: Ῥάγα πόλις ἐν Μηδίᾳ, &c. ἐκτίσθη ὑπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος. Ἐκαλεῖτο δὲ Εὔρωπος, μετωνομάσθη δὲ καὶ Ἀρσάκη ἀπὸ Ἀρσάκου βασιλέως Περσῶν. Apparet de eadem agi. Ῥάγα in Stephano ſingulare eſt, aliis plurale, unde Tobias paſſim, ἐν Ῥάγοις τῆς Μηδίας. In Ptolemço Rhagça, Europus, & Arſacia ſunt tres diverſç urbes, illa in Parthia, hç in Media, omnes in locis à Caſpiis Portis remotiſſimis. Proinde commune nihil habent cum Raga, de qua in

Strab. l. 11.

Herod. l. 7. cap. 4.

* Ingenuè agnoſcimus nos in iis erraſſe, quæ de Caſpiis Portis & Niſæo Campo diximus, quia cum nonnullis Veterum, quos corrigit Plinius lib. 6. cap. 11. & 13. Caſpias Portas cum Caucaſiis eaſdem eſſe putavimus, cùm eæ diſtent ab invicem immenſum quantum. Nam in Iberia ſunt Caucaſiæ & Caſpiæ inter Mediam & Parthiam. Vide Ptolemæum & alios.

preſens,

præſens. In Iſidoro Characeno Ῥαγαῦ *Ragau* Mediæ urbs eſt in Margianæ finibus. Sed eidem Ῥάγα καὶ Χάραξ, *Raga & Charax* ſunt vicinæ urbes, quarum illa eſt μεγίστη τῶν κατὰ τὴν Μηδίαν, *Medicarum maxima*; hæc ὑπὸ τὸ ὄρος, ὃ καλεῖται Κάσπιος, ἀφ' οὗ Κάσπιαι πύλαι, *ſub monte Caſpio à quo Caſpiæ portæ.*

Gen. 11:28, 31. Jam ex Scriptura conſtat Tharam Abrahæ patrem habitaſſe in Chaldæorum oppido Ura, de cujus ſitu abundè dictum, atque inde migraviſſe *Charan*, urbem Meſopotamiæ, quam de filii Charan nomine ſic dici voluit, qui paulo ante fatis conceſſerat. Græci & Romani Scriptores Carrhas vocant, Craſſi clade nobile oppidum, ad fluvium cognominem, ſiquidem Stephano credimus. Κάῤῥαι, inquit, πόλις Μεσοποταμίας, ἀπὸ Καῤῥᾶ ποταμοῦ Συρίας, *Carrhæ urbs Meſopotamiæ à Carrhâ Syriæ fluvio.* Idem alibi ex Quadrati Parthicis: Βόγχραι, ἔθνος τοῖς Καῤῥηνοῖς παρακείμενον, μέσον Εὐφράτου καὶ Κύρου ποταμοῦ, *Bonchna, gens Carrhenis adjacens inter Euphratem & Cyrum fluvium*: lege ut priùs, Καῤῥᾶ ποταμοῦ, *Carrham fluvium.* Fortè eſt fluviolus aliquis in Chaboram influens. Tam urbi quàm fluvio nomen à Charao fratre Abrahæ. Itaque Arabes hodiéque חראן *Charan* vel *Charran* vocant. Vide Geographum Arabem ſexta parte Climatis quarti. Proinde merito ſuſpectum quod Dionis lib. 37. Carrhæi leguntur eſſe Μακεδόνων ἄποικοι, *Macedonum coloni.* Caræ quidem in Polyæno lib. 4. urbs eſt Macedonica vel Thracica, niſi fallor, quam Philippus fruſtra obſedit. Sed hujus colonos eſſe Charræos Meſopotamiæ nemo ſcripſit quod quidem ſciam. Eadem *Nachor* vocatur, Gen. 24: 10. de nomine alterius fratris Abrahæ.

Ragau filium habuit *Sarug*, à quo nepotum aliquis סרוג *Sarug* vocavit urbem Carrhis vicinam,
Clim. 4. part. 6. quam Arabs Geographus Charan ſeu Carrhas euntibus à Ponte Manbeg occurrere à ſiniſtris dicit, nec diſtare à Carrhis plusquam diei itinere. Pons Manbeg eſt ſuper Euphratem bidui itinere infra Samoſata. Puto eſſe Zeugma Ptolemæi & aliorum.

Ex his cùm conſtet plus ſatis Abrahæ majores & cognationem omnem primò in Aſſyria & vicinis locis, deinde Carrhis habitaſſe, mirum unde hauſerit Epiphanius Phaleg & Ragau, illum atavum hunc abavum Abrahæ, in Europam deveniſſe, & cum Scythis ac Thracibus, quorum conditor eſt Thiras, in unum corpus coaluiſſe. Hæc enim illius verba ſunt, in Epiſtola ad Acacium & Paulum: Φαλὲκ καὶ Ῥαγαῦ, οἵτινες, ἐπὶ τὸ τῆς Εὐρώπης κλίμα νενευκότες, τῷ τῆς Σκυθίας μέρει, καὶ τοῖς αὐτῶν ἔθνεσι προσεκρίθησαν, ἀπὸ τῆς τοῦ Θήρας ἡλικίας, καὶ ἐπέκεινα, ἐξ ὧνπερ οἱ Θρᾷκες γεγόνασι. *Phaleg & Ragau, qui cùm ad Europæ clima divertiſſent Scythiam verſus, cum ipſarum gentibus coaluerunt inde ab ævo Thiras & deinceps, ex quo Thraces orti ſunt.* Quin Phaleg & Ragau Hebræi fuere & Hebrææ linguæ puritatem transmiſerunt ad poſteros: nec procul receſſerunt ab iis terris in quibus patres conſenuerant. Proinde in Mediæ & Armeniæ confiniis diu fuit illuſtre nomen *Ragau*, ut probavimus, & ejus nepotes Thare & Abraham Uræ degebant, quæ nec ipſa ab Armeniâ multum erat diſſita, ut ex Ammiano conſtat. Inde itum Charras, & tandem in Chanaan.

Pelegi ortum tria inſigniunt. 1. Ætatis hominum inſigne decrementum. Cùm enim avi ejus omnes vixerint ſupra quadringentos annos, nec ipſe nec è poſteris quiſquam attigit annum CCXL. 2. Linguarum confuſio de qua egimus. 3. Diſperſio gentium in varias terrarum oras. Quod, cum
Joſeph. Antiq. lib. 1. cap. 7. Auguſt. de Civit. Dei lib. 16. cap. 16. Joſepho & Auguſtino, illo naſcente contigiſſe credimus; atque hinc factum ut à patre Peleg vel Phaleg, id eſt, diviſio, nominaretur. Nam ſi gentium diſperſionem ad Phalegi mortem cum Hebræis & Hieronymo rejeceris, incides in Nini tempora, & Tharę patris Abrahami. Quo tempore eſt certo certius magnam partem τῆς οἰκουμένης dudum habitari cœpiſſe. Nec timendum ne centum annorum ſpatium, quod interceſſit inter Diluvium & natum Peleg, ſit brevius quàm ut potuerint tam paucis annis tot gentium conditores è tribus Noę filiis propagari. Nam ſi ponas ſingulis annis ſingulos generaſſe, & liberis ſic naſcentibus eandem tribuas fœcunditatem ab anno ętatis viceſimo, aſſero ſęculo illo potuiſſe ex illis tribus naſci hominum plura millia, quod demonſtrare ſit facillimum, ſi tanti eſſet.

Jam quod ſupereſt excutiendum, Heber pręter Phalegum, ex quo deſcendit Abraham, alterum genuit filium mirę fœcunditatis, Jectanem ſcilicet; cujus filios tredecim recenſet Moſes, totidem gentium conditores. Quarum nomina & ſitum cùm accuratè deſignet Sacer Scriptor, mirum eſt hujus loci Interpretes, quoſcumque videre contigit, toto cœlo aberraſſe, & in clara luce cęcutiviſſe: quod in iis quę ſequentur ſpero me palam facturum; non animo carpendi quenquam (hoc abſit à moribus noſtris) ſed ut eluceſcat veritas.

CAPUT XV.

Joctan vel Jectan יקטן, Gen. 10: 25, 26.

In Joſepho Joctan cum filiis tredecim habitaſſe legitur circa Cophenem Indiæ fluvium & vicinam *Syriam.* Euſebius legit *Seriam*; & Hieronymus *Jeriam.* Reſcribendum *Ariam*, ubi Cophen vel Cophetes teſte Plinio. At Jectanis & filiorum veſtigia ibi nulla ſunt. Nam Sabæ Dionyſii ab aliis vocantur Sibæ. Et Ophir a Cophene plurimum diſtat. Cùm Veteres hic parum viderint, nec ſatis ſibi conſtent; non debuiſſe recentiores eos hic ſequi mordicus. Jectanem in Arabia aromatifera ſediſſe probatur ex teſtimonio Arabum, à quibus vocatur *Cahtan* & *Jactan.* Inde *Catanæi* populi in Ptolemæo, & *Baiſat Jactan* urbs Arabiæ. Homeritas ſeu Amanitas ad Jectanem referunt. Theophanes & Anaſtaſius & Euthymius Homeritas Arabiæ πᾶσαν occupaſſe à mari Rubro ad mare Indicum. Eoſdem Amanitas dici pro Jemanitis, quia *Jeman*, id eſt, Auſtralem Arabiæ partem obtinent.

Joctan cum filiis tredecim legitur in iis locis fixiſſe ſedes, per quę à Meſa itur Sepharam montem Orientis, Gen. 10: 30. id eſt, ſi Joſepho credimus, Lib. 1. cap. 7.
ἀπὸ Κωφῆνος ποταμοῦ τῆς Ἰνδικῆς καὶ τῆς πρὸς αὐτῇ Συρίας τινὰ κατοικοῦσι. *A Cophene fluvio Indiæ & Syriæ quæ ad ipſum eſt loca quadam habitant.*

Atqui utut Indiam cum nonnullis extendas uſque ad Cophenem amnem, tamen ibi nulla Syria eſt. Loco Συρίας Euſebius habet Σηρίας in locis Hebraicis, voce *Ophir*: Ὠφείρ, inquit, οὗ τοὺς υἱοὺς ἀπὸ Κωφῆνος ποταμοῦ ἕως τῆς Ἰνδικῆς καὶ τῆς πρὸς αὐτῆς Σηρίας κατοικῆσαι Ἰώσηππος ἱστορεῖ. Ita etiam in Σωφηρά. At Hieronymus utrobique *Jeriam* habet & *Joram*; & in Traditionibus Hebraicis: *Poſſederunt a Cophene fluvio omnem regionem quæ vocatur Jeria.* Sed hactenus nihil actum eſt, quia in India & vicinis locis tam fruſtra quęras *Seriam* aut *Joriam* quàm *Syriam.*

Itaque haud dubiè Joſephi locus in mendo cubat. Et pro Συρίας, vel ut legerunt Euſebius & Hieronymus Σηρίας aut Ἰερίας, reſcribendum eſt Ἀρίας, ut hęc ſit mens Joſephi, habitaſſe filios Jectan à Cophene fluvio Indię, καὶ τῆς πρὸς αὐτῷ Ἀρίας τινὰ, *& Ariæ, quæ ad ipſum eſt, loca quædam.* Aria nimirum Cophenem ſeu Cophetem amnem attingit, Aria inquam latè ſumpta, prout præter Arios propriè dictos, Gedroſos etiam & Arachotas, & Paropamiſadas complectitur. Plinius; *Adjiciunt quatuor Satrapias, Gedroſos, Arachotas, Arios, Paropamiſadas, ultimo fine Cophete fluvio, quæ omnia Ariorum eſſe aliis placet.*

Sed hæc Joſephi ſententia quo fundamento nitatur

tur nemo facilè dixerit: cùm is hoc nudè aſſerat, neque rem excutienti propiùs ulla ibi *Meſa* occurrat, aut locus ullus *Sephar* nomine, aut populus vel ipſi Jectan, vel uni ſaltem filiorum ejus, cognominis. Scio quid hic docti afferant, ſaltem à Saba filio Jectan Sabas eo loco cenſeri à Dionyſio Periegete, cujus verba ſunt;

Τῶν δὲ μέσσοι ναίουσι Σάβαι.

Horum autem fluminum *medii habitant Saba*, id eſt, inter Aceſinem, Hydaſpem & Cophetem, de quibus proximè egerat. Sed ut taceam hos Sabas in India fuiſſe trans Cophetem, non cis Cophetem in Aria, quam aſſignavit Joſephus filiis Jectan; in Dionyſio pro Σάβαι legendum Σίβαι rectè monet Salmaſius ὁ μέγας. Quippe in India Sabas nemo alius nominavit. Sed Sibarum meminère Strabo, Diodorus, Arrianus, Nonnus, Stephanus. Et Strabo quidem eos collocat inter Indum & Hydaſpem, quo loco Sabas Dionyſius. Itaque rectè omnino & ad mentem authoris, emendavit Dionyſii locum vir magnus quem diximus. Sed & emendandus Curtius qui Sobeos appellat. Proinde nulli jam Sabę, nec ulla poſterorum Jectan in Aria aut India veſtigia jam ſuperſunt.

Strab. l. 15. Diod. l. 17. Arrian. Ind. Nonn. Dionyſ. lib. 26 v. 218. Steph. in Σίβαι.

Quid-quòd hoc loco Veteres nequaquam ſibi conſtant, cùm Ophir unum è filiis Jectan faciunt incolam inſulæ Ophir ex qua aurum afferebatur Solomoni. Ophir enim inſula, ad quam appellebant claſſes Hirami & Solomonis, non potuit eſſe in Aria, nec ad Cophetem: cùm Aria & Cophetes ſint ad Paropamiſi radices, & ab Oceano diſtent immenſum quantum.

Sed ut lector ſemel & ſimul diſcat quàm parum viderint in hoc negotio Veteres; en de filiis Jectan Euſtathii Antiocheni verba, Commentario in Hexaemeron: Τινὲς δὲ ἐγένοντο τῷ Ἰεκτὰν Ἀλμωδὰδ, ἀφ᾽ οὗ Ἰνδοί. Σαλὲφ, ἀφ᾽ οὗ Βάκτροι. Ἀσαρμώθ, ἀφ᾽ οὗ Ἄραβες. Ἰαρὰχ, ἀφ᾽ οὗ Καρμανοί. Ὀδοῤῥὰ, ἀφ᾽ οὗ Μάρδοι. Ἰεζὴλ, ἀφ᾽ οὗ Ἀρμένιοι. Δεκλὰ, ἀφ᾽ οὗ Κεδρώσιοι. Γέβαλ, ἀφ᾽ οὗ Σκύθαι. Ἀβιμεὴλ, ἀφ᾽ οὗ Ὑρκανοί. Σαβεὺ, ἀφ᾽ οὗ Ἄραβες Εὐδαίμονες. Οὐφὶρ, ἀφ᾽ οὗ Ἀρμένιοι. Εὐιλὰτ ἀφ᾽ οὗ Γυμνοσοφισταί. Quibus in pleriſque conſonant Euſebius & author Chronici Alexandrini. Ita magna pars populorum Aſiæ, Indi nimirum, Bactri, Arabes, Carmani, Mardi, Gedroſii, Scythæ, Armeni, &c. deducuntur ex filiis Jectan. Et in gentes diverſiſſimas, & regiones ab invicem remotiſſimas deſtrahitur unius viri familia, quam conjunctim habitaſſe docent hæc Moſis, Gen. 10: 30. *Et fuit habitatio eorum a Meſa quâ venis Sephar montem Orientis.* Ut taceam ita recedi à ſententia Joſephi & Hieronymi, qui Jectanis omnes filios volunt habitaſſe circa Cophenem.

Itaque cùm hac in parte ſententia Veterum nulla probatione firmetur, & ſecum ipſa pugnet: non poſſum ſatis mirari cur recentiores interpretes hic eorum veſtigiis hæreant ita mordicùs, ut cùm ad hujus loci explicationem ventum eſt, vix aliud quicquam afferant, quàm gentes à Jectanis poſteris propagatas Indiæ loca inſediſſe à noſtra cognitione tam remota, ut nihil certi de iis ſciri poſſit.

Imò ut rem certam aſſero Jectanem & Jectanis poſteros neque Arianam inſediſſe, neque Indiam, ſed Arabiæ Fœlicis intima, quod evincunt hæ rationes. Primò, niſi aliud obſtet, unicuique genti natales ſuos referenti credi par eſt. Europęi pro conditore ſuo celebrant Japhetum ſeu Japetum, Africani Ham ſeu Hammonem, Ægyptii Meſrem, Syri Aram, Phænices Χνᾶ ſeu Chanaanem, &c. Ita pridem apud Arabes invaluit hæc opinio, Jectanem ſive קחטאן Cahtanem (is enim eſt apud illos binomius) eſſe Arabum parentem, & repertorem linguæ Arabicæ. Ita ſtatuunt Scriptores inter illos magni nominis Joſephus Ben-Abdillatif in Opere Genealogico, & Mohammedes Ben-Jacob Sirazita apud authorem Alcamus. Atque hic quidem Jectanem ſive Cahtanem deſignat filium Heber, filium Sale, filium Sem, filium Noæ, ut ſcias eum ipſum Jectanem innui de quo Moſes. Et pro Jectane קחטאן *Cahtan* habetur in Arabica Paraphraſi Pariſiis nuper edita.

V. Gabr. Sion. de Orient. c. 8.

Præterea, ut à Cahtane Κατανῖται *Catanita* populi Arabiæ Fœlicis leguntur in Ptolemęo, ita Jectanis nomen hodiéque incorruptum ſupereſt in urbe territorii Mechenſis בישת־יקטן *Baiſath-jektan*, parvâ quidem, ſed populoſâ, ędiumque ſtructurâ, camporumque & fontium amœnitate nobili. Ita deſcribitur ab Arabe Geographo ſecundi Climatis parte quinta. Meridiem verſus à Mecca ſeptem abeſt ſtationibus & una ſtatione à Mari Rubro.

Quid-quod ne quiſquam hic hęſitet, ignorans quę pars Arabum in gente tam latè diffuſa ex Jectane traxerit genus; Scriptores idonei non deſunt qui gentes ex illo oriundas nominatim deſignant. Primus eſto Theophanes, Chronographus non incelebris circa initia noni ſæculi, qui de Jactanęis hęc hebet: Εἰσὶ δὲ καὶ ἐνδότεροι αὐτῶν, μὴ ὄντες τῆς φυλῆς αὐτῶν, ἀλλὰ τοῦ Ἰεκτὰν, οἱ λεγόμενοι Ἀμανῖται, τοῦτ᾽ ἔστιν Ὁμηρῖται. In præcedentibus agitur de Iſmaëlitis & Madianitis, atque ea parte Arabiæ in qua natus eſt Mahometh. Et ſequitur continuò pòſt, alios eſſe Arabes in interiore Arabia ex Tribu Jectan, qui dicuntur Amanitæ aut Homeritæ. Eadem planè legere eſt in Chronico Anaſtaſii qui Theophanem ſequitur κατὰ πόδα: *Sunt autem* (inquit) *& his interiores, qui non ſunt de Tribu ipſorum, ſed ex Jectan; videlicet hi qui vocantur Amanitæ, id eſt, Homeritæ.* Quibus conſona ſunt hæc Euthymii in Mahomethicis ſuis: Εἰσὶ δὲ καὶ ἐνδότεροι τούτων, οὐκ ἐκ τῆς φυλῆς αὐτῶν, ἀλλὰ ἐκ τοῦ Ἰεκτὰν, οἱ λεγόμενοι Ὁμηρῖται, τουτέστιν Ἀμανῖται.

Bibl. Pat. Græca Lat. tom. 2. p. 283.

Ibid.

Ibid. p. 308. Steph. in Ὁμηρῖ.

Jam qui ſint Homeritæ & Amanitæ non eſt obſcurum. Homeritę à Marciano accenſentur Æthiopibus, quia ſunt illis proximi, Rubro Mari ſolum interjecto, qua parte eſt anguſtiſſimum. Quo faciunt hęc Procopii Cęſarienſis de bello Perſico lib. 1. Ὁμηριτῶν δὲ ἀντικρὺ μάλιστα ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ Αἰθίοπες οἰκοῦσιν, οἳ Αὐξωμῖται καλοῦνται. *E regione autem Homeritarum in oppoſito continente Æthiopes habitant, qui vocantur Auxumitæ.* Concinit alter Procopius, Gazenſis ſcilicet, in 1 Reg. Ὀνομάζουσι δὲ αὐτοὺς Ὁμηρίτας, καὶ ἀντικρὺ δὲ εἰσι τῶν Αὐξωμιτῶν, μέση δὲ τούτων κεκλῶνται ἡ θάλασσα. *Eos vocant Homeritas. Sunt autem è regione Auxumitarum, mediumque inter hos & illos eſt mare.* Tertium adeo Ptolemæum, qui Homeritarum urbes ad Oceanum longo tractu deſcribit, initio facto propemodum ab ipſis Arabici Sinûs faucibus. Sed cùm a Sabęis Homeritas diſtinguant Plinius, Ptolemæus, Arrianus, alii; tamen eos confundit & pro iiſdem habet Procopius Gazenſis quem diximus, & ante illum Philoſtorgius, qui libro ſecundo Sabęos aſſerit, Σάβαι μὲν πάλαι, ἀπὸ τῆς Σάβας μητροπόλεως, νῦν δὲ Ὁμηρῖται καλοῦνται, *Saba quidem olim a metropoli Saba, nunc verò Homeritas vocari.* Unde eſt quòd idem lib. tertio Conſtantium legationem miſiſſe ſcribit πρὸς τοὺς πάλαι μὲν Σαβαίους, νῦν δὲ Ὁμηρίτας καλουμένους, *ad eos qui olim quidem Sabæi, nunc vero Homeritæ vocantur.* Ita etiam vetus author apud Surium, quem Baronius citat ad annum 522. *Ditione tenebat Arabiam Fœlicem, quæ olim quidem Saba, nunc autem vocatur Homeritis, Dunaan Hebræus.* Neque vero eſt abſimile quod contendit vir doctiſſimus, cui debemus Philoſtorgium, in Uranio legendum pro Σαββαῖοι καὶ Ὁμηρῖται, prout à Stephano citatur, Σαββαῖοι οἱ καὶ Ὁμηρῖται *Sabbæi*, id eſt, Sabbęi, *qui & Homeritæ.* In qua ipſa ſententia hodiéque eſſe Arabes videtur poſſe colligi ex eo quod Nubienſis Geographus urbem *Mareb* habitatam fuiſſe tradit ab Arabibus [Hebrew] Humairitis,

Stephan. in Χατραμωτῖται.

Clim. 2. part. 6.

mairitis, ſeu Homeritis, quos addit ſuperbiâ ſuperaſſe cæteras gentes. Quippe *Mareb*, eadem quę Veterum *Mariaba* vel *Meriaba*, Sabæorum metropolis, ut habetur in Strabone lib. 16. Et verum nomen erat, *Mareb*, unde eſt quòd Plinius lib. 6. cap. 28. *dominos omnium* interpretatur, vel *dominum* ſi mavis; quia Arabicè רב eſt *dominus* & מרבה *dominium*. Homeritæ ſcilicet, cùm eſſent Arabum numeroſiſſimi, Plinio teſte ubi ſuprà, in regiones conterminas tantâ copiâ diffuſi ſunt, ut vicinarum gentium priſcum nomen aboleverint.

Iidem Amanitæ vocantur pro Jemanitis, quia Arabiæ pars intima ad Meridiem ימן *Jeman* vocatur. Nempe ut Hebræis ita & Arabibus ימין *Jamin* vel *jemin* primò dexterum, deinde Meridiem ſonat, quia verſis ad Orientem, ubi volunt eſſe mundi anteriora, ad dexteram partem eſt Meridies. Amanitas pro Jemanitis dixerunt mediæ ætatis ſcriptores quos citavimus, quomodo Athribum pro Jathreb vel Jathrippa, quod fuit priſcum nomen urbis Medinæ, Pſeudoprophetæ natalibus famoſæ.

Uno verbo, cùm ad Jectanis genus hi ſcriptores referunt Homeritas & Amanitas, eos intelligunt populos, qui Arabiæ Fœlicis πέζαν occupant, Oceanum verſus, ab Arabico Sinu uſque ad Perſicum. Huc mirè facit locus Marciani Heracleotæ de Rubro Mari: ἐν τούτῳ ἐστὶ τῷ μέρει τῆς θαλάσσης καὶ τὸ τῶν Ὁμηριτῶν ἔθνος τυγχάνει, τὸ τῶν Ἀράβων ἐπάρχον γῆς, μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ Ἰνδικοῦ διήκον πελάγους. *In illa parte maris eſt gens Homeritarum quæ Arabum terræ imperat uſque ad initia Indici maris.* Unde eſt quòd in Philoſtorgio, & Nonnoſo apud Photium, Romani Imperatores Conſtantius & Juſtinianus legatos ad Homeritas mittere non dedignantur. Et apud Surium & Metaphraſtem Homeritarum Rex Dunaan in eo exercitu, quo Negran obſedit, conſcripſiſſe legitur hominum centum & viginti millia. Hæc in genere de Jectane; nunc de filiis agendum qui à Propheta recenſentur.

CAPUT XVI.

Almodad אלמדד, & *Saleph* שלף, *Gen.* 10: 26.

Ab Almodad Almodæi, qui Græcis *Allumaota*. *Almodad* Chaldæo Interpreti *Geometra*, & Saleph ἐξαγωγός. A quo *Salapeni*. Ptolem. in Tabulis perperam *Alapeni*.

Tredecim filiorum Jectan *Almodad*, natu maximus, videtur dediſſe nomen *Almodais* populis, qui Græcis *Allumaota*. Hos in Ptolemæi Tabulis reperies penè in medio Arabiæ Fœlicis, prope fontes fluvii *Lar*, qui in mare Perſicum exit. In Græco Textu Ptolemæi legitur Ἀλλουμαιῶται. In Paraphraſi Chaldaica Jonathaus deſcribitur *Almodad* tanquam inventor Geometriæ דמשח ית ארעא באשלין, *qui menſuravit terram funibus.* Sed hoc commentum videtur ſolo niti nomine, quia Hebr. מודד *moded* eſt menſor. Sic qui ſequitur שלף *Saleph*, שלף מוי דנהרותא *aquas eduxit è fluminibus.* Ita idem Paraphraſtes ad nomen שלף *Saleph* palam alludens, quia שלף *Salaph* verbum eſt educere.

Is porrò *Saleph* vel *Salep* pater fuit Salapenorum, qui à reliquis remotiores pene uſque ad Arabię αὐχένα receſſerunt, non procul à fonte Betii amnis. Tabulæ Ptolemæi perperam *Alapenos* pro *Salapenis* ſcribunt. Nam in Ptolemæi Textu vocantur Σαλαπηνοὶ non Ἀλαπηνοί. Duo populi quos diximus, *Allumaota*, inquam, & *Salapeni*, Græcis parum noti fuerunt, quia in Arabiæ Fœlicis mediterraneis habitarunt à mari valde remoti.

CAPUT XVII.

Hatſar-maveth חצרמות, *Gen.* 10: 26.

Hoc nomen variè flecti propter ambiguum ſonum literarum ח & צ Arabes dicunt *Hadhramaath* vel *Chadhramaath*. Patres *Aſarmoth*, *Sarmoth*, *Armoth*. Geographis regio *Adramytha*, *Chatramis*, *Chatramitis*. Incolæ *Athramotita*, *Chatramotita*, *Chatramota &c. Atramita* item & *Adramita*; populi Arabum notiſſimi. Patres Arabum genus & linguam referre ad *Aſarmoth*, ut Arabes ad Jectanem. Tamen *Hadhramautica* dialectus rudior & incomptior. Regionis ſitus. Metropolis olim *Sabota*, *Sabbata*, *Saabata*, hodiè *Sebam*. Ibi cultus Deus *Sabis*, id eſt, *Samis* Sol. B & M in illis locis maximè permutabiles. Eſt hodiéque urbs *Hadhramaath* regioni cognominis, unde aloe Hadhramitica. Arthobo cognomen regum quid ſignificet. Regionem eſſe thuriferam, ſed inſalubrem & thurilegis ſæpe lethiferam. Inde dici חצרמות, id eſt, *atrium* vel *regionem mortis*. Alia loca ejuſdem nominis. *Motho* Arabiæ locus, in quo cæſus Antigonus ab Arabum rege *Rabila* juxta Uranium. Sed pro Antigono legendum Alexandrum, & pro *Rabilo Zabilum* vel *Zabelum*. R & Z cur confundant Arabes. *Rabil* Arabicè latronem ſignificat, unde lux Trogo. In odoriferis locis acontiæ ſeu jaculi, ſerpentis genus de quo Eſaias. Quod Interpretes latuit hactenus. Adramitas Ptolemæus malè diſtinguit à Chatrammitis.

Quamvis Arabicè חצרמות ſcribatur iiſdem literis, tamen pro *Hatſar-maveth* apud Arabes ſonat *Hadhramauth* vel *Chadramauth*. Apud Græcos in mille formas variatur hoc nomen propter ambiguum ſonum literarum ח & צ. Sciunt Hebraicè docti quid velim. In Sacrorum Interpretum & Patrum ſcriptis vulgò legitur Ἀσαρμώθ, vel truncata voce Σαρμώθ & Ἀρμώθ. Alicubi etiam Ἀτερμώθ. Regio Theophraſto Ἀδράμυτα, Dionyſio Periegeti *Chatramis*, Straboni *Chatramitis*. Incolæ Artemidoro *Atramotita*, Eratoſtheni & Plinio *Chatramotita*, Uranio *Chatramota*. Ptolemæo *Chatrimmita*, & *Chatrimmitita*, & in Tabulis perperam *Chatramonita*. Nec ab his diverſi ſunt *Atramita* vel *Adramita*, quamvis diſtinguant Uranius, Plinius & Ptolemæus.

Hos porrò in Arabia fuiſſe ne Patres quidem latuit; ita enim in Hexaemero Euſtathius Antiochenus, quo loco inſtituit cenſum filiorum Jectan, Ἀσαρμώθ, ἀφ' οὗ Ἄραβες: & Chronicum Alexandrinum, Σαρμώθ, ἐξ οὗ Ἄραβες: & Euſebius in Chronico, Ἀραβώθ, ἀφ' οὗ Ἄραβες. Quod corruptum ex Ἀσαρμώθ, ut apparet ex ipſo ordine. Nam poſt Jectanem Araboth primus ſequitur. Neque hûc parum facit Epiphanii locus in hæreſi Sethianorum, in quo ut doceat ex Geneſeos cap. decimo poſſe colligi quis cujuſque linguæ ſit author, inter cætera hæc habet: ὡς Ἰωυὰν μὲν τὴν Ἑλληνίδα ἔσχεν, &c. Μισρὲμ τὴν τῶν Αἰγυπτίων, Φὺς (lege χὺς) τὴν τῶν Ἀξωμιτῶν, Ἀρμὼτ (lege Ἀσαρμὼτ) τὴν τῶν Ἀράβων. *Ut Javan Græcam linguam aſurpavit, &c. ita Meſrem Ægyptiorum, Chus Axumitarum, Aſarmot Arabum.* Itaque ex mente Epiphanii Jectanis filius *Aſarmot* vel *Hatſarmaveth* inventor fuit ſermonis Arabici. Tamen Arabes altius aſcendunt uno gradu, & ſermonis ſui originem ad Jectanem uſque referunt, ut ex Arabum ſcriptis probat vir doctiſſimus & mihi amiciſſimus Gabriel Sionita in aureo libello de Orientalium urbibus, religione & moribus. Et verò dialectus Hadbramautica hodiè maximè contemnitur, & ut barbara rejicitur. Hinc in Giggeio חצרם (*Hadhrama*) *in ſermone erravit. Extremas vocales malè vocibus appoſuit.* שאער מחצרם (*ſatron muhaddhrimon*) *Poëta vocibus barbaris utens.* אלחצרמיה (*alhadhramiatho*) *barbaries linguæ, &c.*

Hadhramauth, vel Chatramitis, regio eſt Arabum myrrhifera & thurifera, apud Ptolemæum à Climace monte pertingens uſque ad Sachalitas. Metropolis Sabota Plinio, Sabbatha Arriano, Saubatha Ptole-

Clim. 2. part. 6. Ptolemæo, שבאם Sœbam Arabi Geographo, urbs ſuit mediterranea, bene munita, vaſta, populoſa, ſexaginta templa muris includens, ſita in monte celſo, ex cujus faſtigio in ſubjectos campos patebat proſpectus longe lateque.

Sabotis colebatur Deus Sabis cui thuris decimę
Plin. l. 12. c. 14. ſolvebantur. Plinius; *Thus collectum Sabotam camelis convehitur, &c. Ibi decimas Deo, quem vocant Sabin, menſura non pondere ſacerdotes capiunt.* Docti Sabam intelligunt Sabæorum conditorem, quia Plinio Atramitæ ſunt Sabæorum pagus. Falluntur:
Hiſtor. Plant. lib. 9. cap. 4. Sabis eſt Sol. Id clarum erit cum Plinio conferenti Theophraſtum, qui ſic habet: συνάγεται πανταχόθεν ἡ σμύρνα, καὶ ὁ λιβανωτὸς εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ ἡλίου, *Congeruntur undiquaque myrrha & thus in templum Solis.* Itaque videtur Plinius id ex Græco Scriptore habere, in quo librariorum errore, qui β & μ ſæpe permutant, Σάβιν fuerit pro Σάμιν, id eſt, שמש vel שמס Sol. Quin etiam Arabibus B & M ſunt literæ promiſcuæ. Hinc locus ubi thus colligitur in Arabe Geographo vocatur מרבט *Merbat* & ברבט *Berbat.* Saracenorum metropolis מכה *Meccha* & בכה *Beccha.* Smaragdus זמרגד *zamargad* & זברגד *zabargad.* Tale in Chald. Paraphraſi מתנן *Matnan* & בתנן *Batnan* pro Baſan ſeu Batanæa, אמנא *Amana* Damaſci fluvius pro אבנה *Abana*, 2 Reg. 5: 12. Γομολῖται Stephano pro Idumæis, qui aliis *Gobolita. Merodac & Berodac.* Sic amphisbæna Heſychio ἀμφίσμαινα *amphiſmana*; & *promuſcis* idem eſt quod *proboſcis.*

Notat Arabs Geographus Clim. 1. part. 6. in terra *Hadhramauth urbem eſſe regioni cognominem, ab* עדן *Aden* quinque ſtationibus Orientem verſus diſſitam, unde affertur אלצבר אלחצרמי, *Aloë Hadramitica*, cujus in Oriente multus uſus eſt, quamvis bonitate cedat aloe אלסקטרי *Socotrina*, id eſt, inſulæ Socotræ, ſeu juxta Veteres, Dioſcoridis. Cętera pete ex Geographis.

Ut Abimelec Paleſtinæ, Pharao Regum Ægypti, Cæſar Imperatorum proprium fuit nomen, ita אלתבע *Atthobo* Regum *Azarmauth* & *Hamir*, id eſt, Chatramitidis & Homeritidis. Ita habetur apud Giggeium. Atthobo eſt aſſectator & diſcipulus: quia Pſeudoprophetæ veſtigiis inſiſtere ſe profitetur.

Notandum nomen חצרמות *Haſar-maveth* vel *Hadhramauth* aliquid habere infame. Id enim Hebræis *atrium mortis*, & Arabibus *regionem mortis* ſonat. Unde liber nominum, qui Hieronymo tribuitur, *Aſarmoth, atrium mortis.* Cujus nominis cauſam ſi roges, ecce tibi eam in promptu. Inter Arabiæ regiones thuriferas nominat Theophraſtus
In Solin p. 490. Ἀδραμύτα, vel ut legendum contendit Cl. Salmaſius Ἀδράμωτα, id eſt, חצרמות. Ita enim Plinius lib. 12. cap. 14. *Thura præter Arabiam nullis, ac ne Arabiæ quidem univerſæ. In medio ejus ferè ſunt Atramitæ pagus Sabæorum, capite regni Sabota in monte excelſo, a quo octo manſionibus diſtat regio eorum thurifera.* Et apud Ptolemæum *Chatrammitis*, quod idem eſt, ab Oriente contigui ſunt *Sachalitæ*: ubi *Sachalites*
Lib. 9. c. 7. ſinus, quem ſic deſcribit Arrianus in Periplo: Ἄλλος ἐκδέχεται βαθύτατος κόλπος ἐπὶ πολὺ παρατείνων, λεγόμενος Σαχαλίτης, καὶ χώρα λιβανωτοφόρος, ὀρεινὴ δὲ καὶ δύσβατος, ἀέρα παχὺν ἔχουσα καὶ ὀμιχλώδη, κατὰ τῶν δένδρων φερόμενον τὸν λίβανον. *Alius ſequitur ſinus profundiſſimus, longo tractu extenſus, qui Sachalites nuncupatur; & regio thurifera, quæ montana eſt & aditu difficilis, aërem craſſum habens atque nebulum, & thus ſuper arbores creſcens.* Et paulo poſt: Μεταχειρίζεται δὲ ὁ λίβανος ὑπὸ δούλων βασιλικῶν, καὶ τῶν ἐπὶ τιμωρίᾳ πεμπομένων. ἐπίνοσοι δὲ δεινῶς οἱ τόποι, καὶ τοῖς μὲν παραπλέουσι λοιμικοί· τοῖς δὲ ἐργαζομένοις πάντοτε θανατώδεις. *Colligitur autem thus a ſervis regiis, & ab iis qui ſupplicio addicti ſunt. Loca ſcilicet valde ſunt inſalubria, adeóque illis etiam qui prætervehuntur contagioſa, illis autem operariis omnino mortifera.* Proinde thurifera regio merito dicta eſt Arab. חצרמות *Hadhramauth* regio mortis, vel Hebraicè חצר מות *Haſar-maveth* atrium mortis. Quomodo loca quædam, 1 Machab. 14: 15. Ἀσαρμώθ חצרי מות, id eſt, *atria mortis* dici conjectat Druſius ob peſtilentiam aëris. Et in Arabia Deſerta *Motho* quaſi lethifer dicitur ille pagus in quo fato functus eſt Antigonus Macedo. Stephanus ex Uranio: Μωθώ, κώμη Ἀραβίας ἐν ᾗ ἔθανεν Ἀντίγονος ὁ Μακεδὼν ὑπὸ Ῥαβίλου τοῦ βασιλέως τῶν Ἀραβίων (ſup. ἀναιρεθείς) ὅ ἐστι τῇ Ἀράβων φωνῇ τόπος θανάτου. *Motho Arabiæ vicus in quo obiit Antigonus Macedo à rege Arabum Rabilo cæſus: atque id Arabicâ linguâ deſignat locum mortis.*

Obiter nota vel Uranium, vel Stephanum, vel exſcriptores hic graviter hallucinari. Neque enim Antigonus Macedo, ſed ſucceſſorum unus Alexander ὁ Βαλᾶ vel ὁ Βάλης, in Arabia cæſus eſt. Nec cędis author Rabilus fuit, ſed Zabelus vel Zabdiel. Hiſtoria habetur, 1 Machab. 11: 16, 17. Καὶ ἔφυγεν Ἀλέξανδρος εἰς τὴν Ἀραβίαν, &c. Καὶ ἀφεῖλε Ζαβδιὴλ ὁ Ἄραψ τὴν κεφαλὴν Ἀλεξάνδρου, καὶ ἀπέστειλε τῷ Πτολεμαίῳ. *Et fugit Alexander in Arabiam, &c. Et tollens Zabdiel Arabs caput Alexandri miſit Ptolemæo.* Et Joſephi Antiquit. l. 13. cap. 8. καὶ νικήσαντες εἰς φυγὴν ἐτρέψαντο τὸν Ἀλέξανδρον. οὗτος μὲν εἰς Ἀραβίαν φεύγει. *Et cum viciſſent* (Ptolemæus & Demetrius) *ad fugam Alexandrum compulerunt. Is igitur in Arabiam fugit.* Et paulo poſt: τοῦ δὲ Ἀλεξάνδρου κεφαλὴν ὁ τῶν Ἀράβων δυνάστης ἀποτεμὼν Ζάβηλος ἀπέστειλε Πτολεμαίῳ, *Alexandri verò caput amputatum Arabum dynaſta Zabelus miſit ad Ptolemæum.* Sed nihil mirum pro Zabelo vel Zabilo Rabilum ſcribi, cùm apud Arabes Z & R uno ſolum puncto differant. Itaque harum literarum frequens eſt παραγραμματισμός. Hinc in Arabe Geographo paſſim legas *Chureſtan* pro *Chuzeſtan.* Et in Pandectario Matthæi Sylvatici, *Reia, ſpelta; Galenus.* Reia, id eſt, ζειά. Item: *Rabaleb, muſcas.* Vera ſcriptura eſſet זהאלף *Zahaleph.* Pari ratione Rabilus ex Zabilo factus. Et ambigua ſcriptura alium errorem peperit; Nempe Alexandrum illum non ab Arabum dynaſta ſive rege, ſed à latronibus captum & cæſum, quia Arabicè רביל *rabil* eſt latro. Trogus lib. 37. de eodem Alexandro: *Cùm in fugam eſſet verſus, magna vi tempeſtatis oppreſſus ac deſertus, à latronibus captus perductuſque ad Gryphum interficitur.* Jam è diverticulo in viam.

Eſt & alia ratio nominis חצרמות. Pręter thus myrrha etiam & aloë & caſia & cinnamomum naſcebatur in Chatramitis, ut ſuo loco dicetur. Porro in odoriferis illis locis frequentiſſimi ſunt ſerpentes, quorum morſus ſunt lethiferi. Agatharchides cap. 50. ubi de Sabæis & Arabia Fœlici: Περὶ δὲ τοὺς δρυμοὺς τῶν εὐωδῶν γένος ἐστὶν ὄφεων ἰδιώτατον πάντων, διότι φθονούσης τοῖς ἁδροῖς ἐπιτεύγμασι τῆς τύχης, καὶ παραπλεκούσης τἀγαθῷ τὸ βλαβερόν. *In ſaltibus rerum odoratarum ſerpentis eſt genus omnium inſolentiſſimum, quaſi fortuna invidens tam largis terræ commodis bono malum attexat.* Addit eſſe ſerpentem colore puniceo, longitudine ſpithamę, δῆγμα δὲ ἀνίατον, ἂν τῆς λαγόνος ἀνώτερον αἱμάξῃ, *& morſum eſſe inſanabilem ſi ſupra ilia ſauciavit.* Apparet deſcribi acontiam qui in viatores inſiliens lethale vulnus infligit. Itaque ut habetur in ſequentibus: τὴν πληγὴν δὲ δίδωσι πηδώμενος εἰς ὕψος, *plagam autem infert vibratus in altum*; pro πηδώμενος legi malim ἀλλόμενος. Quomodo habetur in Diodoro lib. 3. pag. 126. δήγματα δὲ ποιοῦνται παντελῶς ἀνίατα, δάκνουσι δὲ προσπηδῶντες, καὶ ἀλλόμενοι πρὸς ὕψος αἱμάττουσι τὴν χρῶτα. Et in Strabone lib. 16. pag. 678. Ὄφεις δὲ σπιθαμιαῖοι, φοινικοῖ τὴν χρόαν, προσαλλόμενοι καὶ μέχρι λαγόνος τὸ δῆγμα ἔχοντες ἀνήκεστον. His ſerpentibus à ſaltu nomen Arabicum in Avicenna קפאזה, & Hebraicum קפוז, Eſ. 34: 15. Quam Eſaiæ vocem ab interpretibus hactenus non intel-

intellectam explicavi pluribus in Libro de animalibus. Pro jaculis ſeu acontiis ſerpentes ſubalatos iis in locis deſcribit Herodotus Muſâ tertiâ: τὰ γὰρ, inquit, δένδρεα ταῦτα τὰ λιβανωτοφόρα, ὄφιες ὑπόπτεροι μικροὶ τὰ μεγάθεα, ποικίλοι τὰ εἴδεα, φυλάσσουσι, πλήθει πολλοὶ περὶ δένδρον ἕκαστον. *Thuriferas enim illas arbores obſervant ſerpentes ſubalati, exiguâ ſtaturâ, verſicolori ſpecie, magno numero circa ſingulas arbores.* Etiam Plinius obiter meminit lib. 12. cap. 17. ubi ſtyracem Arabes urere tradit *ad ſerpentes fugandas in odoriferis ſylvis frequentiſſimas.* Itaque cùm vel aëris ratione, qui eſt νοσώδης & θανατώδης, vel propter ſerpentum copiam, quorum morſus ſunt lethiferi, loca illa ſint parum tuta, & multis periculis obnoxia, non dubito quin nomen חצרמות *Hadbramauth*, id eſt, regio mortis, ſit factum ex argumento. Atque id expreſſè habetur in libro cujuſdam Arabis de proprietatibus rerum quem Ariſtoteli tribuunt: Hadramot locum eſſe *ubi ventus*, id eſt, aër peſtilens, *multos homines interficit*.

Quod dixi Adramitas apud Ptolemæum & alios perperam diſtingui à Chatrammitis, patebit cum Ptolemæo conferenti Geographum Arabem, in quo populi *Hadbramauth* ſoli occupant quicquid terrarum utriſque aſſignatur à Ptolemæo. Nempe ut idem fluvius Chaboras & Aboras, eadem regio Choſroene & Oſroene, Chattenia item & Attene prope Gerrhæos, iidem populi Chalybes & Alybes apud Strabonem, ita iidem populi Chatramitæ & Atramitæ vel Adramitæ, eadem regio Chatramotis & Atramotis, prout Hebræa & Arabica aſpiratio adſcribitur vel negligitur. Ita pridem conjecerat Salmaſius ὁ πάνυ in Solinum pag. 400. Ego ut rem certam aſſero, iis quos dixi ſimul collatis. Atque id probare eſſet obvium, ſi tanti eſſet. Sed ad alia properamus. Tantùm libet pauca addere de loco unde thus advehebatur, quia in ejus deſignatione parum ſibi conſtant Veteres.

CAPUT XVIII.

De loco Arabiæ unde thus advehebatur.

Thus à candore dici Hebr. לבונה *lebona*, unde Græcè λίβανος: Arabicè כנדר *chonder* ex Græc. χόνδρος. Latinè thus quaſi θύος, id eſt, θυμίαμα. Thus neque ex India afferri, neque ex Æthiopia, neque ex Panchaia, neque ex monte Libano, ſed è Sabæis. Sacros & profanos ſcriptores ita teſtari. Quatuor Arabiæ loca aromatifera in Theophraſto. Loca thurifera Eratoſthenem ſinui Arabico, Ptolemæum Perſico admovere. Thus ibi naſci ubi myrrha, nempe in Chatramotite & vicinis locis. Cana regionis thuriferæ emporium. Regio thurifera ad ſinum Sachalitem, & Syagrum promontorium, unde thus Syagrum. *Moſcha* portus. Regio Abalenorum prope Chatramotas apud Geographos Arabes. *Merbat* & *Seger* unde thus advehitur ubi ſint. An *Merbat* & *Aſec* ſint Veterum *Maphat* & *Aſcita*. Mare Indicum ibi eſſe mirè tranquillum probatur ex Avicenna. An huc pertineat Philoſtorgii locus, Ἐρυθρὰ ἐπὶ πλεῖστον μὴ κινουμένη. Legendum μηνυομένη acutè obſervavit ampliſſ. D. Sarrau. Quod confirmatur ex Nicephoro. In eodem loco alia quædam explicantur. *Cliſma* vel *Clyſma* Ægypti urbs ad mare Rubrum. De eâ loca in Concilio Chalcedonico & Luciano & Antonino explicata & emendata. *Clyſma* Arabibus *Calzem*. Ibi alveus è Nilo in mare Rubrum. Clyſma Veterum Arſinoe. Fortè κλεισμα verius. Ab eâ primò ſinus Heroum, deinde totum mare Rubrum denominatum. *Seger* vel *Sagar* thuris locus. Fortè mutato puncto Arabicè legendum *Sachar*. Ibi *Sachalites* ſinus, *Chartan* & *Martan*, aliis *Curia* & *Maria*. Atramitæ pagus Sabæorum. In iiſdem locis *myrrha*, *aloë*, *oſſea* & *cerpatoa*. Oſſon eſt עצם, cerpaton קרפתא, id eſt, xylocinnamomum. Imperii Semiramidis Auſtralis terminus.

Plin. l. 12. cap. 14. Thus Hebraicè לבונה *lebona* dicitur à candore. Plinius: *Autumno legitur ex æſtivo partu; hoc puriſſimum, candidum.* Et paulo poſt: *Creditur & novella arboris candidius, ſed & veteris odoratius.* Quod habet ex Theophraſto. Dioſcorides de Arabico thure & ex eo Aëtius: πρωτεύει δὲ ὁ ἄῤῥην καλούμενος σταγονίας, στρογγύλος φυσικῶς. ἔστι δὲ ὁ τοιοῦτος ἄτομος, λευκόος. *Primatum tenet maſculum quod ſtagoniam vocant, naturâ ſuâ rotundum: tale autem individuum eſt & album.* Avicenna in titulo de electione thuris: *optimum in ſpeciebus ejus eſt* אלדכר אלאבין אלמדחרג *maſculum, album, rotundum*, &c. Serapio: *Melius eſt maſculum, quod eſt rotundum, album & non facilè frangibile*, &c. Hinc Statius l. 1. Thebaidos, (Theophr. l. 9. cap. 4. Dioſc. l. 1. Aet. tetrab. 1. Serm. 2. c. 196. Avic lib. 2. cap. כנדר. Serap. ag. greg. c. 168.)

—— *incanaque glebis*
Thura, &c.

Ex Hebræo לבונה *lebona* factum Syrum לבונתא *lebonta*, Arabicum לבאן *loban*, Græcum λίβανος & λιβανωτὸς, & barbarorum *Olibanum*. Nam quod λίβανος dici volunt παρὰ τὸ λείβειν, ἢ παρὰ τὸ λίαν βαίνειν, aut à Libano monte, meræ nugæ ſunt.

Arabicè in Avicenna & aliis thus alio nomine כנדר *chonder* vocatur, voce deducta ex Græca χόνδρος, id eſt, granum (ſup. thuris.) Lucianus in Chronoſolone: λιβανωτοῦ χόνδρους πεμπόντων, *thuris grana mittunto.* Arrianus in Periplo: κἂν χόνδρον τις ἄρῃ, *& granum* (thuris) *ſi quis ſuſtulerit.* Aëtius lib. 9. cap. 37. λιβάνου χόνδρος κυαμιαῖος, *thuris granum fabæ magnitudine.* Dioſcorides capite de Ammoniaco: λιβανωτίζον τοῖς χόνδροις, *grana thuris referens.* Et in capite de thure: χόνδρου ἀναφθέντος ἀπὸ λύχνου, *grano* (thuris) *lucernâ accenſo.* Inde iſχονδρος λίβανος eidem *thus grumoſum*, ut Marcellus; non *cartilagineum*, ut Hermolaus reddit perperam.

De nomine Latino ſic doctiſſimè Salmaſius ut ſolet: Θύος Græcè idem quod θυμίαμα. Inde Latinum *thus*, ut πῦς *pus*, γλοιὸς vel γλοιὸς *glus*. Veteres Græci θύειν non pro ſacrificare, ſed ἀντὶ θυμιᾶν ponebant. Æolicum φύω, unde Latinum *fuo* & *fio*, & compoſitum *ſuffio* & *ſuffimen*. A θύω θυμὸς, Æolicè φυμὸς, unde *fumus* Latinum, & fumigare, ut à Græco θυμιᾶν. Heſychius: θυμὸς, πνοή, ἀήρ. Sic θύος & θυμίαμα idem. Sed κατ' ἐξοχὴν Græci thus dixerunt θυμίαμα. Uranius in Arabicis apud Stephanum: ἡ χώρα τῶν Ἀβασηνῶν σμύρναν φέρει, καὶ ὄσσον, καὶ θυμίαμα: ubi θυμίαμα pro thure poſuit. Recentiores Latinitatis auctores *incenſum* appellavere, hoc eſt θυμίαμα. Gloſſæ θυμίαμα *incenſum*. Inde vox noſtra quâ thus hodie appellamus. Hæc ille vir eximius, quæ non piguit exſcribere. (In Solin. Pag. 500.)

Thuris ex India allati meminêre Dioſcorides, Avicenna & Serapio. Et Philoſtratus Apollonii ſui lib. 3. cap. 1. locum accuratè deſignat, nempe Caucaſi partem quæ reſpicit mare Rubrum, circa fontes Hyphaſis fluminis quo uſque Alexander eſt progreſſus. Tamen in India thus provenire Garcias & alii difertè negant. Sic regiones thuriferas in Æthiopia deſcribit Strabo lib. 16. circa Pytholai promontorium, & Iſidem, & Nilum, quarum alibi nulla mentio. Itaque hoc valde ſuſpectum. Nihilo plus fidei Diodoro Siculo, cùm ſcribit Panchaiam inſulam φέρειν λιβανωτοῦ τοσοῦτο πλῆθος, ὥστε διαρκεῖν καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην πρὸς τὰς τῶν θεῶν τιμὰς, *thus producere tantâ copiâ, ut ad Deorum cultum ſufficiat per totum orbem.* Panchaia enim illa inſula purum putum eſt Euhemeri figmentum, ut pridem obſervavit Plutarchus in tractatu de Iſide. Ridiculi ſunt imprimis qui propter nominis alluſionem λίβανος in monte Libano aut inter Libanum & Antilibanum naſci volunt, ut Servius & Iſidorus, & Græculi, quos citat Cl. Salmaſius in Solinum pag. 1056. (Garc. l. 1. Aromat. Indic. c. 6.)

Nihil de thuris natalibus poteſt afferri certius quàm quod in Scriptura traditur, è Sabæorum ſolo ſcilicet exportari. Sic Eſaiæ cap. 60. verſ. 6. *Illi omnes* משבא *è Saba venient, aurum & thus afferent.* Et Jerem. 6: 20. *Quorſum mihi thus da Saba veniet, & calamus ſuavè olens de terra longinqua?*

qua? Itaque Sacris Scriptoribus hac in parte profani ferè omnes adſtipulantur. Theophraſtus de monte thurifero Hiſtor. Plant. lib. 9, cap. 4. Τό ϑ' ὄρος ἅπαν μεμερίσϑαι τοῖς Σαβαίοις, τούτους γὰρ εἶναι κυρίους. *Totum hunc montem diviſum eſſe Sabæis, hos enim eſſe loci dominos.* Item ἔφασαν ἀκούειν ὅτι συνάγοιτο πανταχόϑεν ἡ σμύρνα καὶ ἡ λιβανωτὸς εἰς τὸ ἱερὸν τὸ τοῦ ἡλίου, τοῦτο δ' εἶναι τῶν Σαβαίων. *Dixerunt audiviſſe ſe myrrham & thus collectum undiquaque ad templum Solis convehi, atque illud eſſe Sabæorum.* Agatharcides cap. 50. ubi de Sabæis agit: ἐπὶ δὲ τῆς μεσογείου δρυμοὶ συνεχεῖς τοίχους καὶ μεγάλους. δένδρα γὰρ ἡ λίβανα σμύρνης τε καὶ λιβανωτοῦ, &c. καὶ τῶν ἄλλων ἀνεῖται τῶν τοιούτων. *In mediterraneis autem frequentes & magnæ ſylvæ ſeſe exporrigunt. Quippe exſurgunt præcelſæ arbores myrrhæ &*
Strab. l. 16. *thuris*, &c. *atque id genus aliorum.* Quæ eadem in
p. 778. Diod. Strabone & Diodoro legas. Inde Plinius: *Sabæi*
l. 3. p. 125. *Arabum propter thura clariſſimi.* Et rurſus: *ciboſque*
Plin. 6. 28. Et 12. 17. *Sabæi coquunt thuris ligno, alii myrrha.* Et Vir-
Virg. Æn. 4. gilius,

— *centumque Sabæo*
Thure calent aræ.

Item,

Georg. 1. — *molles ſua thura Sabæi.*

Item,

Georg. 2. — *ſolis eſt thurea virga Sabæis.*

Et Valerius Flaccus,

Val. Argon. libr. 5. — *thuriferos, fœlicia regna, Sabæos.*

In re tam manifeſta plura congerere ſit ſuperfluum.

Sed operę pretium erit quærere ex quo loco Sabæorum thus ſit advectum. Quod Theophraſtus ita definit. Γίνεται μὲν οὖν ὁ λίβανος, καὶ ἡ σμύρνα, καὶ ἡ κασία, καὶ ἔτι τὸ κιννάμωμον ἐν τῇ τῶν Ἀράβων χώρᾳ νήσῳ (Cl. Salmaſius emendat χερρονήσῳ rectè omnino) περί τε Σάβα καὶ Ἀδράμυτα, καὶ Κιτίβαινα, καὶ Μάλι. *Gignitur ergo thus, & myrrha, & caſia, & cinnamomum in Arabum peninſula circa Saba & Adramyta, & Citibana, & Mali.* Quibus verbis cùm Theophraſtus quatuor locis quatuor aromatum genera provenire ſcripſerit, non ſatis liquet utrum omnia in omnibus, an ſingula voluerit ſingulis locis gigni. Itaque aliunde lux quęrenda.

Juxta Eratoſthenem apud Strabonem φέρει λιβανωτὸν μὲν ἡ Καταβανία, σμύρναν δὲ ἡ Χατραμωτῖτις; *thus quidem gignit Catabania, myrrham autem Chatramotitis.* Catabania Theophraſto Citibæna, & Chatramotitis Adramyta. In eadem cum Eratoſthene ſententia in ſpeciem eſt Ptolemæus, apud quem ſub Cattabenis eſt ἡ λιβανοφόρος, *regio thurifera.* Et παρὰ τοὺς Χατραμμωτίτας ἡ ἐκτὸς σμυρνοφόρος, *apud Chatrammitas*, id eſt, in Chatramotide, *exterior regio myrrhifera.* Tamen in eo valde differunt Eratoſthenes & Ptolemęus, quod ille Καταβανεῖς Catabanes ſeu Ptolemęi Cattabenos, ubi regio thurifera, ponit πρὸς τὰ στενὰ καὶ τὴν διάβασιν τοῦ Ἀραβίου κόλπου, *ad Arabici ſinûs anguſtias & tranſitum.* Eoſdem autem Ptolemęus ad Omanitarum Orientem exporrigit μέχρι τῶν Ἀσαβῶν ὀρῶν, *uſque ad montes Aſabon* vel *Aſabo*, qui ſunt ad fretum ſinûs Perſici. Itaque ex mente Ptolemęi thus prope fretum ſinûs Perſici, parte maximè Orientali, at ex mente Eratoſthenis prope Arabici ſinûs fretum gignitur in Occidentali angulo ejuſdem Arabię.

Plin. lib. 12. cap. 15. Alii melius thus naſci volunt in ea parte Arabię in qua myrrha gignitur, in Chatramotiti ſcilicet & finitimis regionibus. Plinius, *Myrrham in iiſdem ſylvis permixtam* (thuri) *arborem naſci tradiderunt aliqui.* Ex eo numero eſt Arrianus in Periplo. Is enim Canam urbem (quę apud Ptolemęum Adramitarum eſt emporium) appellat emporium χώρας λιβανωτοφόρου, *regionis thuriferæ*, & quicquid in ea thuris gignitur inde ferri tradit Sabatham urbem mediterraneam: nec multo poſt meminit thuris inter ἐντόπια φορτία, *merces locorum proprias.* Quibus hęc Plinii ferè conſona, lib. 12. cap. 13. *In medio ejus* (Arabię) *ferè ſunt Atramitæ* (Adramitę Ptolemæo) *pagus Sabæorum, capite regni Sabota* (Arriano Sabbatha) *in monte excelſo, à quo octo manſionibus diſtat regio eorum thurifera. Saba appellatur, quod ſignificare Græci myſterium dicunt. Spectat ortus Solis æſtivi, undique rupibus invia, & à dextra maris ſcopulis inacceſſa.* Saba quidem appellat ex ſententia Veterum. Tamen ex ſitu apparet eundem locum deſcribi quem ab Arriano ſupra. Quin & idem Plin. lib. 6. cap. 23.
alibi Canam thuriferę nominat: *Veniuntque*, inquit, *circiter triceſima die Ocelim Arabiæ aut Canam thuriferæ regionis.* Eódem pertinent quę ſequuntur apud Arrianum: μετὰ δὲ Κανὴν τῆς γῆς ἐπὶ πλεῖον ὑποχωρούσης, ἄλλος ἐκδέχεται βαϑύτατος κόλπος ἐπὶ πολὺ παρεκτείνων, ὁ λεγόμενος Σαχαλίτης, καὶ χώρα λιβανωτοφόρος. *Canam, magno ſpatio maris retrocedente, alius profundiſſimus ſequitur ſinus longo tractu extenſus, qui Sachalites dicitur, & regio thurifera.* Sequitur thureę arboris deſcriptio, & morborum quibus obnoxii ſunt qui ea loca frequentant. At- V. Ptol. lib. 6. cap. 7.
que ut ſcias Sachalitis ſinûs eam partem deſignari quę Adramitas attingit, addit in Syagro promontorio, quod à Sachalitis illos dividit, eſſe φρούριον τῆς χώρας καὶ λιμένα, καὶ ἀποϑήκην τοῦ συναγομένου λιβάνου, *regionis illius caſtrum, & portum, & collecti thuris apothecam.* Proinde in Dioſcoride una ſpecies eſt thuris, ἄτομος καὶ σύαγρος καλούμενος, *quod atomum aut Syagrum vocant*, nempe quod è promontorio Syagro advehitur. Addit Arrianus aliquanto poſt: Καὶ μετ' αὐτόν, ὅρμος ἀποδεδειγμένος, τοῦ Σαχαλίτου λιβάνου πρὸς ἐμβολήν, Μόσχα λιμὴν λεγόμενος, εἰς ὃν ἀπὸ Κανῆς συνήϑως πλοῖά τινα πέμπεται. *Et poſt ipſos*, (id eſt, Syagrum promontorium & ſinum Omanum huic proximum) *ſequitur portus inſignis ad thus Sachaliticum convehendum, qui Moſcha portus dicitur, in quem à Cana ſolent navigia quædam mitti.* At in Ptolemęo Μόσχα λιμὴν portus Adramitarum eſt, poſt quem ſequitur Syagrus. Ex his apparet Arabię loca omnia thurifera ex Arriani ſententia, quo nemo Veterum hęc perſequitur accuratiùs, aut in Adramitis fuiſſe, aut in Sachalitis proximis.

Neque aliud ſibi volunt Uranii verba in Stephano: ἡ χώρα τῶν Ἀβασηνῶν σμύρνην φέρει, καὶ ὄσσον, καὶ ϑυμίαμα, *terra Abaſenorum myrrham fert, & oſſon, & thus.* Neque enim intelligit Africę Abaſenos vel Abiſſinos, ſed Arabię, à quibus oriundi ſunt Africani. Hi porro Abaſeni Adramitis, vel, quod idem eſt, Chatramotis erant proximi. Idem Uranius: Μετὰ τοὺς Σαβαίους Χατραμῶται καὶ Ἀβασηνοί, *poſt Sabæos ſunt Chatramotæ & Abaſeni.*

Ut res firmetur eo magis, conſule Geographum Arabem. Thus gigni reperies in Arabię duobus locis, nempe in montibus מרבאט *Merbat*, & in terra שגר *Seger* vel *Sagar*. De illis ita habetur 6. parte 1. Climatis: גבאל מדינה מרבאט תנבת שגר אללבאן ומנהא יתגהז בה אלי גמיע אלמשארק ואלמעארב. *Montes urbis Merbat producunt arborem thuris: ex ea autem diſtrahitur in omnes partes Orientis & Occidentis.* Ita etiam Avicenna lib. 2. cap. de כנדר *chonder*, id eſt, de thure, ut diximus: יכון בבלאד יסמי אלמרבאט והדה אלבלד ואקע פי אלבחר *eſt in regione quæ vocatur Merbat, mari vicina.* Merbat Geographus Arabs diſtare dicit ab האסך *Haſec*, altero oppido maritimo verſus Ortum, quatuor ſtationibus itinere terreſtri, vel maritimo duobus curſibus. Utrique porro opponi inſulam aloës Socotram, id eſt, inſulam Dioſcoridis, cujus parti Orientali opponuntur in Ptolemæo *Aſcitæ*, Occidentali Μαιφὰϑ κώμη Ἀδραμιτῶν. Itaque niſi ex Plinio, & Mar- Plin. l. 6. c. 29. Marc. in Perip. Steph. in Ἀσκ.
ciano, & Stephano didiciſſem Aſcitas dici παρὰ τὸν ἀσκόν, quia in utribus navigant, Aſcitas ab *Aſec* crederem traxiſſe nomen, & *Maphat* corruptum eſſe ex Merbat.

Obiter notandum ab Avicenna mare Rubrum vel Indicum in iis locis deſcribi mirè tranquillum. Arabica verba quæ omiſerunt Interpretes ſic habent: *Thus provenit in regione Merbat nomine, mari vicina, ad quam qui navigant mercatores in via non agitantur, nec adverſis ventis obluctantur, nec timent ne frangatur navis, aut obſiſtentium ventorum flatibus aliò propellatur; ſed placidè ad locum illum appellunt, quem Merbat vocari diximus, unde thus evehitur multis navibus, quo negotiantur mercatores.* Apertum ſcilicet mare multo eſt placidius quàm in Arabici ſinûs vel Perſici anguſtiis.

Putaveram huc pertinere quod in Philoſtorgio legitur lib. 3. cap. 6. ἡ μὲν τοι Ἐρυθρὰ ἐπὶ πλεῖστον μὴ κινουμένη εἰς δύο τινὰς ἀπομερίζεται κόλπους. Ibi enim, ut in Avicenna, habetur mare Rubrum rarò agitari. Sed monuit me ampliſſimus, doctiſſimus, humaniſſimus, cuique plurimum debeo, D. Claudius Serravius, in Suprema Curia Pariſienſi Senator digniſſimus, ibi pro ἐπὶ πλεῖστον μὴ κινουμένη legendum ἐπὶ πλεῖστον μηκυνομένη, id eſt, ἐπὶ πλεῖστον μῆκος ἐκτεινομένη, ut explicat Nicephorus Calliſtus *Lib. 9 cap. 18.* qui Philoſtorgium ſequitur κατὰ πόδα. Ibi nimirum de Oceano non agitur, ſed de ſinu Arabico, quem mare Rubrum plerique vocant. Porro ſinum illum ἐπὶ πλεῖστον μὴ κινεῖσθαι, *rarò agitari*, eſſet oppidò falſum, cùm illud mare ſit valde inquietum. Itaque nihil certius quàm quod conjectat vir ampliſſimus, ſcripſiſſe Philoſtorgium, ἡ μὲν τοι Ἐρυθρὰ ἐπὶ πλεῖστον μηκυνομένη, *mare rubrum multum productum.* Atque id firmant quæ ſequuntur, quæ cogor explicare, quia doctiſſimus Interpres non intellexit: εἰς δύο τινὰς ἀπομερίζεται κόλπους, καὶ τὸν μὲν αὐτῆς ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ κλίσμα (lege κλύσμα) καθ' ὃ τελευτᾷ, τὸ ἐπώνυμον φέρον. *In duos quosdam ſinus dividitur, quorum unus quidem ad Ægypti urbem Clyſma tendit, ubi deſinit, unde denominationem ſumens.* Κλύσμα lego cum Nicephoro ubi ſuprà. Ea eſt Ægypti urbs in intimo ſinu Arabico, cujus meminere Ptolemæus lib. 4. cap. 5. Epiphanius in hæreſi Manichæorum; & Ægyptii Epiſcopi in Epiſtola ad Leonem Auguſtum Concilii Chalcedonenſis parte tertia; cui Epiſtolæ inter alios ſubſcribit *Poemen Epiſcopus Clyſmatis.* Ita legendum, non *Eliſmatis*, ut habent Editiones; uti nec *Eleuſina*, quæ conjectura eſt Ortelii. De eodem Clyſmate locum inſignem reperi in Luciani Pſeudomanti, cujus mentem non aſſequuntur qui Latinas Verſiones procurarunt: Ἀναπλεύσας ὁ νεανίσκος εἰς Αἴγυπτον, ἄχρι δὲ κλύσματος πλοίῳ ἀναγόμενος, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς εἰς Ἰνδίαν πλεύσαι. *Cum adoleſcens adverſo amne in Ægyptum navigaſſet, provectus * ad Clyſma uſque navigio, perſuaſus etiam eſt ut in Indiam uſque navigaret.* Eſt & hujus oppidi nomen in Itinerario Antonini corruptum, ubi pro *Clyſma* legitur *Laſmo.* Arabes rejecta vocali quæ eſt in fine ſcribunt קלזם *Calzem* vel *Colzum.* Hanc urbem multa inſigniunt. Portus non incelebris; navium fabricandarum ratio peculiaris, quam deſcribit pluribus Geographus Nubienſis quinta parte Climatis tertii: alveus denique è Nilo ductus ibi in mare Rubrum exiens: quem à Seſoſtri olim inchoatum, à Dario continuatum, & à Ptolemæis perfectum, deinde diu neglectum reſtituit Amrus mandato Omaris, ut legitur Hiſt. Saracen. lib. 1. c. 3. & ponte junxit Abdulazizus, ibidem cap. 12. Unde colligo Clyſma eandem eſſe urbem cum Arſinoë ſeu Cleopatride Veterum, & falli Ptolemæum, qui tanquam diverſas urbes deſcribit diverſis locis. Alveum enim è Nilo ductum ad Arſinoen, vel quod idem eſt Cleopatridem, in mare exiiſſe teſtatur Strabo. Indidem ſuſpicio non levis, Κλεῖσμα vel Κλείσμα potiùs ſcribendum quàm Κλύσμα. Ut fiat ἀπὸ τοῦ κλείειν à claudendo. Nam in illo alveo Ptolemæi, ut docet idem Strabo, κλεισὸν ἐποίησαν τὸν Εὔριπον, ὥστε, ὅτε βούλοιντο, ἐκπλεῖν ἀκωλύτως εἰς τὴν ἔξω θάλατταν, καὶ εἰσπλεῖν πάλιν, *clauſum Euripum fecerunt, ut quotieſcunque liberet ſine obſtaculo poſſent in exterius mare navigare, & poſtliminio regredi.* Porro ſinum intimum Rubri maris verſus Ægyptum, quem ab Heroum urbe Heroopoliticum nominat Plinius lib. 5. cap. 11. ſuo ævo teſtatur Philoſtorgius à Clyſmate denominatum. Unde factum ut Arabes non ſolùm ſinum illum, ſed & totum mare Rubrum ejuſdem oppidi nomine hodiéque appellent בחר אלקלזם *mare Kalzem.* Exemplis id probare ſit ſuperfluum, cùm ita vocetur paſſim, non in hiſtoriis modò & Geographorum libris, ſed & in Arabicis Sacri Textus Verſionibus; Pentateuchi puta & Pſalmorum, & N. Teſtamenti, quod facilè poteſt quivis per ſe ſtatim deprehendere. Itaque hæc miſſa facio, veritus ne lectori tædioſa ſit tam longa digreſſio.

** Alii ad mundationem.*

Strab. lib. 17. p. 804.

Strab. Caſaub. lib. 16. pag. 780. et ibi ſuprà.

Arabi Geographo thuris alter locus vocatur בלאד אלשגר *regio Seger* vel *Sagar.* Sed punctum exemerim lubens, quo *gim* Arabum differt à litera *cha*, ut legatur *Sachar* pro *Sagar.* Ita maximè accederet ad vetus nomen *Sachal*, unde *Sachalites* ſinus & *Sachalitæ* populi. Id enim eſſe regionem *Sagar* vel *Sachar* multa evincunt. Primò ut verſus Ortum Ptolemæus Chatrammitas extendit μέχρι τῶν Σαχαλιτῶν, *uſque ad Sachalitas*; ſic apud Nubienſem *terra Hadramauth ab Oriente contermina eſt terra Sagar.* Secundò idem inſulas חרתאן *Chartan* & מרתאן *Murtan*, vel ut mutatis punctis lego, *Curian* & *Murian*, ponit *in ſinu* אלחשיש *herboſo*, quem profundiſſimum eſſe dicit, è regione terræ *Sagar.* Profundus porro ille ſinus non poteſt alius eſſe quàm Sachalites. Denique ut apud Arrianum regio Sachalitis eſt thurifera, ſic apud Nubienſem legitur de terra *Sagar* פיהא ינאבת אללבאן *in ea thus gignitur.* Itaque jam nulli non patet verum eſſe quod dixi in Chatramotiti gigni thus, & in vicinis Sachalitis.

Clim. 2. pars. 6.

Ptol. lib. 6. cap. 7. Nub. Clim. 2. part. 6.

Idem Clim. 1. part. 6.

Nondum tamen res eſt confecta. Quippe cùm tam ex Scriptura, adeóque illo ipſo loco Moſis in quo verſamur, quàm ex profanis ſcriptoribus conſtet שבא *Sabæos* & חצרמות *Chatramotas* ſeu *Adramitas* diverſos eſſe populos, quomodo id verum erit, quod non Prophetæ ſoli, ſed & Vetuſtiores quotquot ſunt, Agatharchides, Theophraſtus, Strabo, Diodorus, alii tanto conſenſu ſcribunt thus in Sabæis colligi? Reſponſio eſt in promptu, Sabæorum nomen ſumptum latius ad vicinos populos extendi. Hinc Plinius lib. 12. cap. 14. *In medio ejus* (Arabiæ) *ſunt Atramitæ pagus Sabæorum, capite regni Sabota.* Et paulo poſt: *Attingunt & Minæi pagus alius*, Sabæorum ſcilicet. De his plura qui volet videat lectiones Plinianas Cl. Salmaſii, quem ingenuè fateor in multis mihi præluxiſſe.

Jam probandum præter thus alia etiam aromata ibidem proveniſſe. Et de myrrha quidem res clara ex Veterum relatione. Strabo lib. 6. Σμύρναν δὲ φέρει ἡ Χατραμωτῖτις, *myrrham autem fert Chatramotitis.* Ptolemæus lib. 6. cap. 7. παρὰ μὲν τοὺς Χατραμωτίτας ἡ ἐκτὸς σμυρνοφόρος. *Apud Chatramotitas quidem eſt regio exterior myrrhifera.* Sic opponit interiori quæ ſub Manitis erat, ut idem paulo ante ſcribit: ὑπὸ τοὺς Μανίτας ἡ ἐντὸς σμυρνοφόρος. Eódem facit quod Plinius inter myrrhæ genera meminit Atramiticæ lib. 12. cap. 16. Addenda ex Theophraſto caſia & cinnamomum περί τε Σάβα καὶ Ἀδράμυτα: Et ex Arriano aloë quam gigni docet circa Canam emporium. Ἐξάγεται δὲ, inquit, ἐξ αὐτῆς ἐντόπια μὲν φορτία λίβανος καὶ ἀλοή. *Exportantur autem ex ea merces loci propria thus & aloë.* Proinde Geographus Arabs ſexta parte primi Climatis aloës meminit Hadhramauth & terræ Sagar.

Sed

Sed & in Abaſenis, qui ſunt prope Chatramotitas, nominat Uranius ignota quædam aromata *oſſon* ſcilicet, & *cerpathon*: ἡ χώρα, inquit, τῶν Ἀβασηνῶν σμύρναν φέρει, καὶ ὄσσον, καὶ θυμίαμα, καὶ κέρπαθον, *regio Abaſenorum myrrham gignit, & oſſon, & thus, & cerpathon.* Forte *oſſon* eſt הַדַּס, vel הֲדַס, aroma quod in certi unguenti confectione cum muſco & ben, id eſt, balano myrepſicâ, miſceri aiunt Arabum lexicographi. Et κέρπαθον eſt קרפה *kerphath*, ξυλοκινάμωμον. Ita appellat Avicenna lib. 2. voce à Græcis mutuata, qui κάρφη vocant feſtucas cinnamomi. Herodotus lib. 3. τὰ ἡ κάρφεα ταῦτα, ἃ ἡμεῖς, ἀπὸ Φοινίκων μαθόντες, καλέομεν κινάμωμον, *feſtucas illas, quas, nos à Phœnicibus edocti, cinnamomum appellamus.* Obiter nota hæc loca diu ante Moſem ideo fuiſſe nota, quia Moſe multo antiquior Semiramis imperii ſui limites eò uſque promoverat, ut quidem ipſa teſtatur his verbis in columna quadam in illius honorem erecta, ſi Polyæno credimus lib. 8. Stratag. Ἔγα Νίνε βασιλεύσασα, πρὸς ἕω μὲν ἄριστα πόταμον Ἰναμάμην, πρὸς δὲ μέσον ἡλίε τὴν φέρουσαν λιβανωτὸν καὶ σμύρναν. *Regni in urbe Nino conſtituti terminum ad Orientem habui fluvium Inamanem* (Plinius *Jomanem.*) *Ad Meridiem autem eam terram quæ thus & myrrham generat,*

CAPUT XIX.

Jarach ירח, Gen. 10: 26.

Inde Jerachæi quaſi Lunares dicti, Arabib. olim Ἀλιλαῖοι *Alilæi* & Caſandres, al. Gaſandes & Caſſanitæ. Ubi ſior ex Agatharchide, Strabone, Diodoro, Ptolemæo. Alilæis nomen à Dea Alilat in Herodoto. Alilat, hodie Arab. *hilal* plur. *ahalil*, nova Luna ab Arabibus culta. Oratio ad Lunam ex Euthymio. Luna eadem quæ *Venus. Cubar* vel *Chabar* Luna. Anathematiſmus in Lunæ cultorea. Lunulæ Iſmaëlitarum, Jud. 8. 21. Lunæ corniculatæ effigies in templorum faſtigiia. Alilæi, Jerachæi, filii Hilal, id eſt, Lunæ. in Nub. Geogr. iidem. Ἱεράκων inſula in Ptolemæo pro Ἱεράχων vel Ἱεραχαίων, *Jerachæorum.* Quomodo barbara nomina Græci emolliant. Caſſanitia vicini *Doſareni* Ptol. (malè *Doreni* in Tabulis) unde myrrha *Duſaritis* ab Arabum Deo *Daſaro*, de quo Tertullianus & Stephanus. *Daſaris* Suidæ perperam Θεὸς Ἄρης, quaſi Deus Mars. *Daſares* Nabatæis Bacchus in Heſychio. A volutatione non dicitur, ut Pamelius ſe collegiſſe putat ex Eſ. 19. Sed à דו אלשרי *Daſſara*, idoli nomine apud Arabes, quod varie explicatur. Alterum Bacchi nomen *Urotal* quid ſignificet. Bacchus Arabum lapis quadratus informis. Probatur ex Clemente, Arnobio, Maximo, Suida. Sic hodie in Meccha אלכעבה *Alcaba* vel *Chabatha* colitur lapis niger ridicula de cauſâ Cur vocetur *Brachtan.* Suſpicantur eſſe Venerem ſive Lunam.

Jarach eſt terra ירחים *Jerachim*, id eſt, *Jerachæorum*, qui ſunt Agatharchidis & Diodori Ἀλιλαῖοι Alilæi; populi ad mare Rubrum, Marciani & Ptolemæi Caſſanitis vicini, aut etiam iis permiſti. Horum reliquiæ hodiéque circa Moccham בני הלאל *filii Hilal* (quaſi dicas filios Lunæ, quod ipſum ſignificat Hebræum ירח) memorantur à Nubienſi Geographo, Clim. 2. part. 5. Res eget explicatione.

Vetuſtiſſimus ſcriptor Agatharchides cap. 49. eos Arabiæ populos recenſens, qui Rubro Mari adjacent, inter Debebas & Carbos, quos ſequuntur Sabæi, ponit Ἀλιλαίους *Alilæos* & Κασανδρεῖς *Caſandres* populos αὐτονομοῦντας; quorum regio non frugibus ſolùm, ſed & auro fertiliſſima eſt, quod per glebulas colligunt, modò olivarum oſſiculis, modò meſpylis, & nucibus baſilicis craſſitudine pares. Eadem in Strabone & Diodoro legas; niſi quod Diodorus pro Caſandribus habet Gaſandes: & Strabo utriuſque gentis nomina διὰ τὴν ἀδοξίαν, καὶ ἅμα ἀτοπίαν τῆς ἐκφορᾶς αὐτῶν, id eſt, ut incelebria & diſſona, prorſus omittit. Alii Geographi de Alilæis altum ſilent, & loco Caſandrium vel Gaſandrium ſubſtituunt *Caſſanitas.* Stephanus ex Marciano, Κασσανῖται,

Strab. l. 16. p. 277. Diod. l. 3. pag. 125.

ἔθνος ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Sic Ptolemæus in ora Maris Rubri, inter Cinædocolpitas & Eliſaros, qui Sabæis contigui ſunt, meminit Κασσανιτῶν χώρας, *regionis Caſſanitarum*, quorum oppida maritima recenſet *Badei regiam, & Amben, Mamalam & Adedum.* Itaque Caſſanitæ, Gaſandes, Caſandres, idem populus, quibus permixti Alilæi. Hoc cognomen conſecuti ſunt propter cultum Deæ *Alila* vel *Alilat*, de qua Herodotus lib. 3. Διόνυσον δὲ θεὸν μοῦνον καὶ τὴν Οὐρανίην ἡγέονται εἶναι, &c. ὀνομάζουσι δὲ τὸν μὲν Διόνυσον Οὐροτάλ (ita lege non Οὐροτάλτ, nam T. acceſſit ex ſequenti voce) τὴν δὲ Οὐρανίην, Ἀλιλάτ. *Bacchum & Uraniam* (Arabes) *ſolos Deos eſſe arbitrantur, Bacchum autem appellant Urotal, & Uraniam Alilat.* Multis probat Scaliger Uraniam ſive Alilat eſſe Lunam, quæ in noviluniis hodiéque vocatur הלאל *hilal*, & in plurali אהליל *ahalil*, & ab omni ævo apud Arabes fuit in tanto honore, ut vix, ac ne vix quidem, ejus cultum excuſſerint Mahometiſmum profeſſuri. Indicio ſit oratio ab illis ad Lunam dirigi ſolita. Hujus hæc extat formula in Euthymii Mohamethicis, & in Conſtantino Porphyrog. de adminiſtratione imperii cap. 15. ἀλλὰ ἀλλὰ κουαβὰρ ἀλλά. *Cubar* כבאר propriè magnus eſt, idem quod כביר, unde κάβειροι *Dii potes:* ſed illi Lunam ita vocant, quamquam alii Venerem interpretantur. Euthymius ibidem; τὸ δὲ χαβὰρ μεγάλη, ἤτοι Σελήνη καὶ Ἀφροδίτη. Item, καὶ ἡ μεγάλη (οὕτως ἡ Σελήνη καὶ Ἀφροδίτη) Θεός. Lunam & Venerem pro eadem habet, quomodo vetus Poëta Philochorus in Atthide apud Macrobium Saturnal. lib. 3. cap. 7. Ita Phœnicum Aſtartem ſive Uraniam Philo Byblius, Cicero, & alii Venerem interpretantur, & Herodianus Lunam. Inde explicare licet formulam anathematiſmi quo utuntur apud Nicetam qui è Moamedis perfidia ad Chriſti fidem convertuntur: Ἀναθεματίζω τοὺς τῷ πρωῒ προσκυνοῦντας ἄστρα, ἤγουν τῷ ἑωσφόρῳ καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἣν κατὰ τὴν Ἀράβων γλῶσσαν χαβὰρ ὀνομάζουσι, τουτέστι μεγάλην. Eòdem pertinere volunt quod ii Iſmaëlitæ, qui à Gedeone cæſi ſunt, שהרנים, id eſt, *μηνίσκους lunulas* in ornamentis habebant, Jud. 8: 21. Ut taceam quod hodiéque Mahumetani, quibus quicquam fingere vel pingere religio eſt, templorum tamen faſtigiis Lunæ corniculatæ imaginem apponunt, ac ſi eorum animis hæreret adhuc aliquid veteris ſuperſtitionis. De hoc argumento plura qui volet, conſulat aureum Seldeni libellum de Diis Syris, & Fulleri Miſcellanea lib. 1. cap. 13. Mihi ſufficit paucis docuiſſe Arabum Deam Alilat vel Alilam fuiſſe Lunam; atque inde petendam originem nominis Alilæorum, qui fortè illius cultui cæteris erant addictiores, aut ſuperſtitionem auxerant inſtitutis novis ritibus; ita ut haberentur idololatrici agminis choragi velut & primipili.

Porrò qua ratione Alilæi ab Arabibus, eadem ab Hebræis ירחים *Jerachæi*, id eſt, Σεληνῖται dicti ſunt, aut ſi mavis בני ירח *filii Jareach*; ut Arabicè hodiéque בני הלאל *filii Hilal*, id eſt, Lunæ.

Hi paulum mutatis ſedibus ad Orientem Mecchæ habitant, cùm olim Auſtrum occuparent. Geographus Nubienſis parte quinta ſecundi Climatis, ואלעאלב עלי נואחי מכה סמה ילי אלמשרק בני הלאל, *in partibus Meccha quæ Orientem reſpiciunt potiſſimi ſunt filii Hilal.*

Quod probavimus hactenus Moſis ירחים *Jerachæos* ſeu *Jerachos* cum Ptolemæi Caſſanitis mixtim habitaſſe, non parum ex eo firmatur, quòd in eodem Ptolemæo littori Caſſanitarum objecta eſt Ἱεράκων νῆσος, *Hieracôn Inſula*, ab accipitribus dicta; cùm dicenda fuiſſet Ἱεράχων vel Ἱεραχαίων, *Jerachæorum.* Phœnices, qui hoc mare plurimùm frequentabant jam inde à Solomonis ævo, ita vocarunt hanc inſulam, quia adjacebat *Alilæis*, quos ſua lingua ירחים *Jerachos* vel *Jerachæos* appellabant.

Sed

Antiq. lib. 1. c. 6. et 7.

Sed ex Γεράχεις Ptolemæus facit Γέρακας. Nempe, ut Joſephus rectè obſervat, Græcis Scriptoribus id in more eſt ut peregrina & barbara nomina quantum licet ad Græcam formam emolliant. Sic illis *Ar* Moabitarum eſt Ἀρεόπολις, *Boſra* Βόστρα, *Akis* Ἀγχοῦς, *Aſtarte* Ἀστροάρχη, *torrens Kiſon* Χείμαῤῥος τῶν κισσῶν, *torrens Cedron* Χείμαῤῥος τῶν κέδρων, & talia ὡσεὶ αἰνίς.

Inſuper id obſervandum quod Caſſanitis ad Orientem proximi ſunt Δουσαρηνοί. In Ptolemæi Græco Textu ita legitur, non *Dorens*, ut in Tabulis & Latina Verſione. Hinc *Myrrha Duſaritis* Plin. lib. 12. cap. 16. Porrò ut ab Alilæ Deæ cultu Alilæi, ita Doſareni dicti à cultu Dei Doſaris vel Duſaris. Quippe etiam Deus Duſares in Arabia cultus eſt. Tertullianus Apolog. cap. 24. *Unicuique etiam provinciæ & civitati ſuus Deus eſt, ut Syriæ Aſtarte, ut Arabiæ Dyſares, ut Noricis Belenus, ut Africæ Cæleſtis*, &c. Stephanus Byzantius; Δουσαρὴ σκόπελος καὶ κορυφὴ ὑψηλοτάτη Ἀραβίας. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ Δουσάρου: θεὸς δὲ οὗτος παρὰ Ἄραψι καὶ Δαχαρηνοῖς τιμώμενος. *Duſare ſcopulus & locus editus in Arabia, ſic a Duſare nuncupatus: is autem ut Deus colitur ab Arabibus & Dacharenis*, id eſt, Nabatæis, ut ipſe alibi interpretatur. Pro Δουσάρης in Suida ſcribitur Θευσάρης, quaſi ſit Θεὸς Ἄρης *Deus Mars*, quem dicit in Arabia Petræa maximè coli. Ridiculè: neque enim ex Græco ſermone petendæ ſunt Arabicarum vocum origines. Nihilo melius Pamelius ad Tertullianum: *Si quid divinare liceat, Liber iſte ab eis eſt cognominatus. Nam* דשרש *Daſares Hebraicè & Chaldaice*, &c. Iſ. 19. *ſignificat eum qui volutatur ut ebrius.* Ita Pamelius ex Munſtero, viro alioqui Hebraicè doctiſſimo, qui tamen hîc graviter lapſus eſt. *Daſares* enim monſtrum eſt vocis omnibus linguis prorſus ignotum. Sed video fontem erroris. Eſ. 19: 14. pro Hebraicis verbis כהתעות שכור בקיאו, *ut oberrat ebrius in vomitu ſuo*. Chaldæus Interpres habet כמא דטעי רויא ומדשדש בתיוביה *ut oberrat ebrius & provolvitur* (vel conculcatur) *in vomitu ſuo*. Itaque ut דוש *dus* etiam Hebræis eſt calcare, ita דשדש *daſdes* eſt conculcari. Sed Munſterus legit דשרש *daſres*, deceptus ſimilitudine literarum *Res* & *Daleth*. Interim id veriſſimum eſt quod conjectat Pamelius Duſarem eſſe Bacchum. Ita enim Heſychius ex Iſidoro: Δουσάρην τὸν Διόνυσον Ναβαταῖοι, *Bacchum appellant Duſarem Nabatæi. Duſares* igitur idem eſt, qui Herodoti *Urotal*. Utrumque fuit olim Bacchi nomen apud Arabes.

Et Duſares quidem Arabicè ſcribebatur דו אלשרי *Da-ſſara*. Saltem in Arabum Lexicis apud Giggeium radice שרי reperio דו אלשרי *Da-ſſara* dici quoddam idolum, ſed ratio nominis non explicatur. Neque verò ea eſt obvia, cùm in Arabica lingua nihil quicquam occurrat quod poſſit huc pertinere. Sed explicanda vox שרי ex vicinis linguis, Syra ſcilicet & Hebræa. Utraque nempe שרי vel שרה eſt ſolvere & diſſolvere. Atque inde Hebræis משרת ענבים Num. 6: 3. eſt reſolutio ſeu expreſſio uvarum; & תשרי *Thiſri* menſis September in quo fit vindemia. Et Syris שרי *liber*, שריא *ſolutio*, שרוי *convivium*, אשתרי *epulari*. Itaque Arabica phraſi, quamvis voce ſemi-Syra, דו אלשרי *Du-ſſara* dicitur tanquam *Dominus ſolutionis*, id eſt, Λυαῖος, Λυσιμέριμνος; & *Dominus libertatis*, id eſt, Liber Pater; & *Dominus expreſſionis uvarum*, id eſt, Ληναῖος; *& convivii Dominus*, id eſt, Θιασώτης, κωμάστης, πολύκωμος, ἐγγυοίκωμος, quibus illum epithetis Poëtæ paſſim inſigniunt.

Plus eſt difficultatis in altero Bacchi nomine apud Herodotum Ὀροτάλ, *Urotal*, quod deſiit eſſe in uſu. Tamen alludunt ערטל *artal* obeſus, & ערטיל *artawil* juvenis decorus, & ערטיל *artil* nudus, hoc Syrum, illa Arabica. Neque malè Bacchо conveniunt quem obeſum pingunt, & nudum; quia

Quid non ebrietas deſignat? operta recludit. — *Horat. ep. l. 1.*

Et florentis formæ juvenem.

——— *tibi enim inconſumpta juventa eſt,*
Tu puer æternus, tu formoſiſſimus alto
Conſpiceris cælo. — *Ovid. 4. Metam.*

Sed hæc deſcriptio Baccho Arabum parum videbitur convenire, cujus ſtatua nihil erat quàm lapis quadratus, cætera planè informis. Clemens in Protreptico: πάλαι μὲν οὖν Σκύθαι τὸν ἀκινάκην, οἱ Ἄραβες τὸν λίθον, οἱ Πέρσαι τὸν ποταμὸν προσεκύνουν. Quæ ſic interpretatur Arnobius libro ſexto: *Ridetis temporibus priſcis Perſas fluvios coluiſſe, memoralia ut indicant ſcripta, informem Arabes lapidem, acinacem Scythiæ nationes.* Maximus Tyrius Serm. 38. Ἀράβιοι σέβουσι μὲν, ὅν τινα δὲ οὐκ οἶδα: τὸ δὲ ἄγαλμα, ὃ εἶδον, λίθος ἦν τετράγωνος. *Arabes Deum quidem colunt, qualem tamen minimè novi: ſtatua autem quam vidi erat quadratus lapis.* Suidas in Θευσάρης: τὸ δὲ ἄγαλμα λίθος ἐστὶ μέλας τετράγωνος, ἀτύπωτος; ὕψος ποδῶν δ', εὖρος δύο: ἀνάκειται δὲ ἐπὶ βάσεως χρυσηλάτου. *Statua autem eſt lapis niger quadratus, informis, altus pedes quatuor latus duos; innititur autem aureæ baſi.* Sic hodiéque Mecchæ in *Alcababa**, lapidem nigrum colunt Arabes, & *ob reverentiam oſculantur.* Roderici Toletani verba ſunt Hiſtoriæ Arabum c. 2. Et quidem hoc prætextu coli legitur in Nicetæ Saracenicis: ὡς ἐπ' αὐτοῦ αὐτῇ τῇ Ἄγαρ ὁμιλήσαντος ὁ Ἀβραὰμ, ἢ ὡς αὐτῷ τὴν κάμηλον προσδήσαντος, ὅτε τὸν Ἰσαὰκ ἤμελλε θύειν. *Quaſi Abraham ſuper eo cum Agare coiverit, aut ei camelum alligaverit, cum immolaturus erat Iſaacum.* Quod ipſum Damaſceno Saraceni reſpondent ad hanc illius quæſtionem in libro de Hæreſibus: πῶς δὲ ὑμεῖς λίθῳ προστρίβεσθε κατὰ τὴν Καβαθὰν ὑμῶν, καὶ φιλεῖτε τὸν λίθον ἀσπαζόμενοι. *Quomodo igitur vos lapidi affricamini, qui eſt in Chabatha* veſtra, & illum ſalutantes oſculamini?* Non erat tamen cur vir doctus ſuſpicaretur hunc eſſe lapidem illum qui olim pro Baccho cultus eſt. Nam Bacchi lapis erat informis & ἀτύπωτος, id eſt, ſine figura, ut ex Suida didicimus: hic non itidem; φέρει γὰρ μέχρι καὶ νῦν τοῖς ἀκριβῶς κατασκοποῦσιν ἐκ γλυφίδος ἀποτύπωσιν κεφαλῆς, *nam hodiéque refert, ſi quis inſpectet accuratiùs, figuram capitis ſcalpro expreſſam.* Ita eſt in Euthymio, qui ſuſpicatur eſſe Venerem ſive Lunam, de qua jam actum. Ibidem lapis ille vocatur Βραχθάν, id eſt, ברקה *borcathon*, qua voce ſignificatur apud Giggeium *lapis diſcolor.*

* *Alchababa et deinceps* χαβαθα *Arabicè* אלכעבה *eſt Meccha templum à quadrata forma ſic dictum.*

* *Vid. ſup.* אלכעבה

Eadem habet Damaſcenus ubi ſuprà.

CAPUT XX.

Hadoram הדורם, Gen. 10: 27.

Adramitæ iidem, qui Chatramitæ filii חצרמות. At ex Hadoramo *Drimati* Plinii ad fretum ſinus Perſici. Ubi Chatramis ponitur à nonnullis, & thurifera regio, quaſi *Drimati* iidem ſint qui Chatramitæ. Avienus & Dionyſius emendati. Myrrha Dianitis. Promontorium Chorodamum pro Hadoramo. H ſimplex apud Perſas & Caemanos ſonat ut χ vel κ, ut in *Brachmanum* nomine, & *Cormoſa*, & *Dec*, & *Sha.*, id eſt, Rex, unde *Sacea* vel *Sacea* feſtum de quo Cteſias & Dio Chryſoſtomus: & Vulg. *Shac mat.* Locus ex Hiſtoria Saracenica explicatus. Ludus Schaccorum ex India ſub Coſroe.

Chatramotitas vel Chatramotas & Atramitas diſtinguunt, tanquam diverſos populos, Plinius & Uranius apud Stephanum. Et utroſque ſeorſim deſcribit Ptolemæus, ita ut τὰ μεσόγεια Chatramitis aſſignet, & Adramitis τὴν παραλίαν. His rationibus adductus, putavi olim Chatramotas & Adramitas diſtinctas fuiſſe gentes, & hos הדורם *Hadoram*, ut illos חצרמות *Hadramaat* patrem habuiſſe. Sed re perpenſa accuratiùs (cùm Adramitas videam eoſdem eſſe cum Chatramotis, & pro diverſis

Plin. lib. 6. cap. 28. Steph. in Ἀδραμῖται *&* Ἀτραμῖται. *Ptol. lib. 6. cap. 7.*

Digitized by Google

verſis fruſtra haberi) videtur potiùs Hadoram fixiſſe ſedes in extremo Arabiæ angulo verſus Orientem, ubi Plinii *Drimati* prope Macas, quos habitaſſe notum eſt ad fretum ſinûs Perſici. *Macæ*, inquit, *majores & minores, Drimati, Macæ. Horum promontorium contra Carmaniam. Diſtat* L.M. *paſſ.* Fallor niſi ex Hadoramo his Drimatis nomen eſt factum. Quos cùm Sachalites ſinus, quantus quantus eſt, & varii populi dividerent à Chatramiris vel Adramitis filiis *Hadhramauth*, tamen fuere qui confunderent, populoſque diverſiſſimos pro iiſdem haberent, nominum alluſione ac ſimilitudine decepti. In hoc numero ii ſunt qui Chatramin vel Chatramirin ponunt prope Perſidem & Macas. Dionyſius Periegetes;

Plin. l. 6. c. 28.

—— εἰς ἐπὶ γαῖα
Χατραμὶς ἐνναίει κατεναντία Περσίδος αἴης.

Quæ Avienus ita reddidit,

—— *& inde*
Chatramis eſt tellus, Cama vicina fluento
Perſidis accedit.

Pro Camæ voce nihili legendum Macæ vel Maci, promontorio Macarum quod appellant *Maces* Ammiani lib. 23. Ita Macarum meminit hoc loco Priſcianus, cujus verba ſunt:

Chatramis atque Maca contra ſunt Perſidis æquor.

Et fortè in Dionyſio legerant Χατραμὶς ἐν Μάκαι vel ἐν Μάκαι. Saltem id veriſſimum quod vir magnus obſervavit, Græcè non poſſe dici, γαῖα Χατραμὶς ἐνναίει, *tellus Chatramis inhabitat.* Neque enim habitat regio, ſed habitatur. Et mirum eſſet de Mace vel de Macis meminiſſe utrumque interpretem præter mentem Dionyſii. Ab his igitur credita eſt Chatramis Perſidi & Macis imminere, ubi Drimatorum ſedes; ac ſi iidem fuerint cum Chatramotis vel Adramitis.

Indidem eorum natus error qui thuris natalibus aſſignarunt hæc ipſa loca. Quos ſequutus Ptolemæus prope fretum Perſici maris poſuit τὴν λιβανοφόρον. Sic Arrianus in Indicis è promontorio Maceta ſeu Macarum cinnamomum atque alia hujus generis aromata in Aſſyriam exportari tradit. Τῆς Ἀραβίας, inquit, ἔλεγον τὴν ἀνέχουσαν ταύτην ἄκρην, καλέεσθαι δὲ Μάκετα, ἔνθεν τὰ κινάμωμά τε καὶ ἄλλα τοιουτότροπα ἐς Ἀσσυρίους ἀγινέεσθαι. Ut appareat Drimatis prope Macas hos illud tribuiſſe quod Adramitarum vel Chatramotarum erat proprium. Non tamen negaverim in iis locis eam creviſſe myrrhæ ſpeciem, quam Dianitim nominat Plinius lib. 12. cap. 16. nempe πρὸς μαντείῳ Ἀρτέμιδος, *circa Dianæ oraculum*, quod à Ptolemæo deſcribitur in Sachalitarum littore prope λιβανοφόρον.

Obiter nota extremum illud Arabiæ promontorium, ubi regio λιβανοφόρος, vocari Κορόδαμον *Corodamum*; voce, ut videtur, deflexa ex *Hadoramo*, trajectione literarum D & R. *Corodamum* vel *Codoramum* pro *Hadoramo*, ut in Paulo Veneto lib. 1. cap. 23. *Cormoza pro* הרמוז *Hormuz*. Perſis enim, & Carmanis qui in vicinia habitant, ſolemne eſt ut literam ה *He* fortiùs efferant, quaſi eſſet χ vel k. Sic Brachmanum nomen Perſicum ברהמנאן ſcribitur per *He* ſimplex: Ut & דה *dec*, id eſt, *decem*, & שאה *ſhac* quod regem ſonat. Unde Σακέα *Sacea* feſtum, cujus apud Athenæum meminit Cteſias in Perſicis. Quo per ſingulas domos domini ſervum ἐνδεδυκότα στολὴν ὁμοίαν τῇ βασιλικῇ, *veſte indutum regia ſimili*, familiæ præficiebant, & regis loco eſſe jubebant. Dio Chryſoſtomus oratione quarta de regno *Sacearum feſtum* nominat, & eo feſto ſcribit ſolere unum è vinctis morti addictis in ſella regis collocari, & ornari veſte regia, fierique ei poteſtatem delicatè & molliter vivendi, regiiſque pellicibus per eos dies utendi; neque illum quemquam impedire quominus quicquid voluerit faciat. Verba ſunt: οὐκ ἐννενόηκας τὴν τῶν Σακέων ἑορτήν, ἣν Πέρσαι ἄγουσιν, λαβόντες τῶν δεσμωτῶν ἕνα τῶν ἐπὶ θανάτῳ, καθίζουσιν εἰς τὸν θρόνον τοῦ βασιλέως, καὶ τὴν ἐσθῆτα διδόασιν αὐτῷ τὴν αὐτὴν, καὶ τρυφᾶν καὶ ταῖς παλλακαῖς χρῆσθαι τὰς ἡμέρας ἐκείνας ταῖς τοῦ βασιλέως, καὶ οὐδεὶς οὐδὲν κωλύει ποιεῖν, ὧν βούλεται. Itaque propter ludicram illam regum imaginem, *Sacea* vel *Saceorum*, id eſt, Regum feſtum, vocabant, à Perſico שאה *Shac*, quod regem ſignificare diximus. Indidem nomen Shaccorum ludo, quem voce compoſita Perſæ שטרנג *ſhatrang* nominant, id eſt, regis ludum, Hiſpani *axadrez*, & Græci Recentiores ζατρίκιον. Et vulgare illud שאה מאת *ſchac mat* Perſicâ linguâ ſonat regem eſſe mortuum. Hinc Hiſtoriæ Saracenicæ lib. 2. cap. 7. pag. 129. narratur Chalipham Alaminum huic ludo ita deditum, ut propterea res ſuas negligeret, cùm illi nuntiatum eſſet cum Cutero ludenti, regni metropolim Bagdad arctiſſima obſidione premi, reſpondiſſe, *ſine me, jam enim apparet mihi* עלי כותר שאה מאת *contra Cuterum Shach mat.* Mirum id non vidiſſe doctiſſimum interpretem, in his literis ad miraculum uſque doctum, qui tamen hæc verba nullo ſenſu reddidit, *ſine me, jam enim mihi apparuit contra Cuterum taurus ſylveſtris moriturus.* Fateor quidem Arabicè שאה etiam pro tauro ſumi: ſed cum de Shaccorum ludo hic agatur, nemo non videt illud שאה מאת *ſhac mat* ita reddendum. Teixeira in Hiſtoria Regum Perſiæ lib. 1. cap. 35. pag. 190. *En lugar de mate dizen Xamate, que en la miſma lingua quiere dezir, el Rey es muerte:* Id eſt, *pro noſtro vernaculo mate Perſæ dicunt Xamate, quod Perſica lingua ſignificat Regem eſſe mortuum.* Ibidem docet Teixeira ſub Regno Keſere Anuxiron (Noſtri Coſroën appellant, Perſæ & Arabes נושין רואן *Nuſirrawan*) Indos hunc ludum à ſe excogitatum communicaſſe cum Perſis, ut in ludicra velitatione varii eventûs illos admonerent bellorum fortuna quam eſſet anceps. Quod ideò obſervo, ne quis miretur ludi nomen eſſe Perſicum. Sed de his fortaſſè plus ſatis.

Theocriti Schol. Idyl 6. Athenæus Omnium c. 241.

CAPUT XXI.

Uzal אוזל, Gen. 10: 27.

Sanaa metropolis regni Aljeman, Judæis *Uzal* teſte Abraham Zacuth. Aljeman Arabiæ pars Auſtralis. Urbis *Sanaa* deſcriptio ex Arabe Geographo, Vartomano & Giggeio. Situs ex Nubienſi. *Uzal* Arab. *Auzal*, Græcè Αὔσαρα, unde *myrrha Auſaritis* in Gebanitis. Horum portus urbs Ocila, metropolis *Thomna*, *Tamna* & *Thumna*. Inter utramque *Auzal* ſive *Sanaa*. Ibi aromata. *Gebanitæ*, aliis *Catabanes* vel *Catabeni*, non ſunt ad fauces Perſici ſinûs, ut putavit Ptolemæus, ſed ad fauces ſinûs Arabici. Utroque nomine gentis avaritiam ſuggillari. Gebanitas dici quaſi telonarios propter immenſas exactiones; & Catabanes, id eſt, ſcribas ſeu notarios, ob exactam ſcribarum in ſubnotandis mercibus diligentiam. Utrumque ex Plinio probatur. Locus Ezech. 27: 19. ſubobſcurus explicatur. Javanæl ex Uzal. Inde Caſia & calamus. Variæ interpretationes conferuntur.

Uzal ubi ſit locorum adhuc quærerem, abſque Abraham Zacuth eſſet, Salmanticenſi Judæo, ex cujus libro *Juchaſin* aliud agens Druſius hæc verba citat in Matth. 12: 42. *Aljeman vocatur regnum Saba. Quin hodiéque Judæi qui illic ſunt vocant* צנעא *(Sanaa) metropolim regni* אוזל *Uzal.* Aljeman eſt Arabiæ Fœlicis dextra pars ſive Auſtralis. Id enim ſignificatur ipſo nomine: quippe tam apud Arabes, quàm apud Hebræos & Syros, dextra mundi eſt ad Auſtrum, & læva pars ad Aquilonem. *Sanaa* porro, quam Judæorum Chronologus nominat metropolim regni *Aljeman*, ornatur hoc elogio ab Arabe Geographo ſexta parte primi Climatis. *Urbs* צנעא *Sanaa eſt opibus referta, & ædificiis frequens: neque in tota terra Jeman urbs ulla eſt iſta tempore ve-*

Vide plura ex eod. infra, in lib. 4.

tuſtior, nec latior finibus, nec incolis numeroſior. Eſt autem initio primi Climatis, cœli tamen temperie & ſoli fœcunditate inſignis; caloris enim & frigoris perpetuo lætatur temperamento. Fortaſſè ob aquarum copiam & ſitûs altitudinem. Eadem enim ſic deſcribitur à Ludovico Vartomano Navigationum lib. 2. cap. 10. *Ad urbem quandam Sana nomine perveni. Ea in editiſſimo monte ſita eſt, arteque ac naturâ munitur. Hanc Sultanus* (Aden) *cum numeroſiſſimo exercitu utpote octuaginta millium hominum octonis menſibus oppugnavit, ſed nunquam expugnare quivit, &c. Mœnia conſtant ex humo congeſtâ altitudine cubitorum decem, lata verò brachia viginti*, id eſt, orgyias vel ulnas totidem. Et paulò poſt: *Regio eſt complurium ferax fructuum, nec multum ab arvis noſtris* (Italiæ circa Romam) *differt, ſi copiam rerum omnium ſpectaveris, & comprimis fontibus eſt irrigua.* Et rurſus: *Fert ager ejus urbis nonnulla aromata, eaque leguntur non longè ab urbe. Ambita circiter quatuor millia ædium continentur: ædes eorum elegantiâ ac pulchritudine noſtris non concedunt: adeò urbs pateſcit ut intra mœnia viſantur arva hortique, ac complura viridaria.* Regio vicina vocatur צנאע Sanaa. Illam cum Damaſcena regione propter fructuum ubertatem & fontium amœnitatem conferunt Arabum Lexicographi. Giggeius: אלצנאע *Regio quædam in Jaman multis arboribus & aquis referta, ſimilis Damaſco.*

Situm urbis Sanaæ ex Nubienſi colligere eſt, in quo Sanaa diſtat à *Meccha* viginti ſtationibus: ab *Aden*, quæ Ptolemæo eſt Arabiæ emporium, millibus paſſuum CCIV. A Tdhaphare, quæ Ptolemæo eſt *Sapphar*, millibus LXXVI. A *Zebid* denique, emporio Rubri maris notiſſimo, CXXXII M. paſſ. Quod iter ſex ſtationibus à Vartomano confectum, ut unaquæque ſtatio fuerit XXII. M. paſſ. Id notandum imprimis deſcribi Sanaam פי צדר אלאקלים אלאול *initio primi climatis*, id eſt, gradu decimo quarto, è regione Muſæ Arabiæ portûs in mari Rubro, in quo longiſſima dies eſt horarum XII. cum ſemiſſe, ut ex Ptolemæo conſtat. Neque temerè prætereundum quod nos docuit Abraham Zacuth, Judæos, qui in illis terris longè latéque imperarunt, vetuſti nominis memoriam obliterari non paſſos, *Uzal* hodiéque vocare pro *Sanaa*, quę recens eſt appellatio. *Uzal* אזל Arabibus erat *Auzal*. Neque enim fert linguæ genius ut initio vocis ſyllaba ex *elif* & *vau* apud illos aliter ſonet. Ex *Auzal* Græci L & R permutatis fecerunt Ἄυζαρα *Auzara* vel Ἄυσαρα *Auſara*; unde *myrrha Auſaritis*. Scio Ptolemæi *Auſara* eſſe ad ſinum Sachalitem, unde *Sanaa* diſtat plurimum; nec defuturos qui putent inde dici *myrrham Auſaritin*, quia in vicina eſt ἡ ἐκτὸς σμυρνοφόρος, *regio exterior myrrhifera.* Sed myrrha inde advecta *Atramitica* dicebatur, non *Auſaritis*. *Auſaritin* enim in Gebanitis naſci palam eſt ex his Plinii lib. 12. cap. 16. *Troglodytica ſylveſtrium prima; ſequens Minæa, in qua & Atramitica eſt, & Auſaritis Gebanitarum regno.* Omnino igitur alia fuit *Auſara* in Gebanitis, quos ea loca tenuiſſe, ubi *Uzal* vel *Auzal*, hodiè *Sanaa*, ex eodem Plinio conſtat; cui *Ocila* portus eſt, & *Tamna* vel *Thomna* caput Gebanitarum. *Ocila* eſt Ptolemæi *Ocelis*, emporium in Arabico ſinu circa freti anguſtias. Et *Thomna* eſt ejuſdem *Thumna*, quam in Tabulis reperies inter Sabatha & Maraba vel Mariaba metropoles. Patuit igitur regnum Gebanitarum ab Oceli Thumnam uſque. In quo ſpatio fuiſſe *Uzal*, hodiè *Sanaam*, ex iis planiſſimum eſt quæ de ejus ſitu diximus. Itaque nihil obſtat quominus *Uzal* vel *Auzal* ſit *Auſara* Gebanitarum. Maximè cum illius agrum eſſe aromatiferum aſſerat Vartomanus teſtis αὐτόπτης. *Fert*, inquit, *ager ejus urbis nonnulla aromata, eaque leguntur non longè ab urbe.*

Ptol. lib. 6. cap. 7. et 8. Tab 6. V. Baron. Annal. ad A. 522.

Plin. l. 12. cap. 19. Id. l. 6. cap. 28. et lib. 12. cap. 14.

Quamvis apud Plinium Juba Catabanos & Gebanitas ſeparatim nominet tanquam diverſos populos; tamen Gebanitarum deſcriptio Catabanis ita convenit ut appareat eandem eſſe gentem. Καταβανεῖς Eratoſthenes ponit πρὸς τὰ στενὰ καὶ τὴν διάβασιν τοῦ Ἀραβίου κόλπου, *ad anguſtias & Arabici ſinûs tranſitum*; quo ipſo loco fuit Ocila *portus Gebanitarum*, ut habetur apud Plinium. Addit Eratoſthenes βασίλειον αὐτῶν Τάμνα καλεῖσθαι, *Catabanum regiam Tamna vocari.* Ita Plinio Tamna vel Thomna urbs templorum LXV. eſt Gebanitarum caput. Sequitur in Eratoſthene φέρει δὲ λιβανωτὸν μὲν ἡ Καταβανία, *thus quidem gignit Catabania.* Plinius ſolum thus ſcribit evehi per Gebanitas. *Evehi*, inquit, *non poteſt niſi per Gebanitas. Itaque & eorum regi penditur vectigal.* Sed id ipſum impoſuit Veteribus, qui crediderunt thus in iis locis naſci per quæ efferebatur. Non capio cur Καταβάνες è ſinûs Arabici faucibus deportaverit Ptolemæus μέχρι τῶν Ἀσαβῶν ὀρῶν, *uſque ad montes Aſabo*, qui ſunt ad fauces ſinûs Perſici, contra mentem Veterum qui Catabenos docent ad mare Rubrum pertinuiſſe. Nam præter Eratoſthenem de Catabenis, vel ut malè legunt, Clitabenis, ſcribit Dionyſius Periegetes;

—— Ἐρυθραίης πλευρὸν ναίουσι θαλάσσης.

Et Priſcianus.

—— *maris prope Rubri littora vivunt.*

Nomina Catabanorum & Gebanitarum quod attinet, cùm גבא *gaba* vel *geba* tributum exigere, & כתב *catab* vel *cetab* ſcribere ſignificet, unde & כתבן *catban* ſcriba; puto Syros mercatores gentis avaritiam his epithetis verius quàm nominibus ſuggillaſſe, quod videretur modum excedere in aromatum quæ efferebantur deſcriptione & vectigalium exactione. Id colligere eſt ex his Plinii lib. 12. c. 14. *Evehi* (thus) *non poteſt niſi per Gebanitas. Itaque & horum Regi penditur vectigal; ſunt & quæ ſacerdotibus dantur portiones, ſcribiſque Regum certa. Sed præter hos & cuſtodes, ſatellitesque, & hoſtiarii, & miniſtri populantur. Jam quàcunque iter eſt, alibi pro aqua, alibi pro pabulo, aut pro manſionibus variiſque portoriis pendunt, &c.* Et cap. 15. ubi de myrrha: *Regi Gebanitarum quartas ejus partes pendunt.* Atramitæ in quorum ſolo thus & myrrha naſcebantur, multo agebant humanius; nam myrrhæ nomine nihil exigebant, quia etiam alibi naſcitur, & thuris ſolum decimas, idque ſub obtentu pietatis, nempe ut eſſet quod Deo ſuo offerrent, & unde hoſpites ſuſtentarent. Plinius lib. 12. cap. 14. *Ibi*, id eſt, Sabotæ Atramitarum metropoli, *decimas Deo quem vocant Sabin menſurâ non pondere ſacerdotes capiunt. Nec ante mercari licet. Inde impenſa publica tolerantur. Nam & benignè certo itinerum numero Deus hoſpites paſcit.* Et cap. ſequenti: *non dant ex myrrha portiones Deo, quoniam & apud alios naſcitur.* Hæc Plinius de Atramitarum urbanitate, cui ſtatim opponit Gebanitarum rapacitatem, utroque loco quem diximus. Ut pateat Gebanitas ſeu telonarios appellari non immeritò, & quod eódem redit, Catabanes כתבנים, id eſt, ſcribas ſeu notarios, propter exactam ſcribarum in ſubnotandis mercibus diligentiam, qui & ipſi jus ſuum pro inani inſumpta opera rigidè exigebant. Plinius ubi ſuprà: *Sunt & quæ ſacerdotibus dantur portiones, ſcribiſque regum certa.*

Ezechielis 27: 19. locus eſt ſubobſcurus, qui ſi licuiſſet per Maſorethas potuiſſet ita reddi; *Et Dan, & Javan* מאוזל *ex Uzal* (ſub. veniens) *in nundinis tuis negotiati ſunt.* Quaſi velit Ezechiel ad Tyriorum nundinas confluxiſſe omnes populos, ſeu vicinos, puta Danitas, ſeu remotiſſimos quoſque, ut Javanæos ex Uzal; nam præter Javanæos Græ-

Plin. lib. 6. cap. 28.

Plin. lib. 12. cap. 19.

Plin. lib. 12. cap. 14.

ciæ

ciæ, vel Ioniæ, qui cenſentur in filiis Japheth, alii ſunt Javanæi ex *Javan*, urbe *Jeman*, id eſt, intimę Arabiæ. Giggeius, יון *Javan oppidum Jeman*. Itaque hi Javanæi rectè dicuntur veniſſe ex Uzal, quæ metropolis fuit terræ Jeman, ſi credimus Salmanticenſi. Et id à Propheta potuit addi διακριτικῶς, יון מאוזל *Javanæus ex Uzal*; ne putaretur agi de Javanæis, qui vulgo; id eſt, Græcis vel Ionibus.

Huic interpretationi favet plurimum quod ſequitur apud Prophetam: *Et Danua, & Javanæus ex Uzal, nundinis tuis negotiati ſunt: ferrum nitidum, caſia & calamus odoratus in commercio tuo fuit*: nempe Danitis ferrum, Javanæis caſiam & calamum importantibus. Quod non poteſt intelligi de Javanæis Græciæ vel Ioniæ, ubi nulla ſunt aromata. Sed caſia & calamus ſunt Arabicæ merces. Agatharchides de Sabæis: παρὰ μὲν γὰρ αὐτὴν πέφυκε τὴν θάλασσαν τό τε βάλσαμον πολὺ, καὶ κασία, *ad ipſum maris littus largum naſcitur balſamum & caſia*. Et paulò poſt; δένδρα γὰρ ἠλίβατα σμύρνης τε, &c. καὶ καλάμων, καὶ τῶν ἄλλων ἀρωμάτων τῶν τοιούτων, *Celſa exſurgunt arbuſta myrrhæ*, &c. *& calami, & id genus aliarum*. Quod ipſum tradunt Diodorus & Strabo, & Arrianus in Alexandro lib. 7. Proinde Arabia Fœlix à Dionyſio deſcribitur odore fragrans,

——— εὐόδμοιο καλάμοιο
Ἠδὲ κασίης.

Ubi Priſcianus,

Et caſia, nec non & canna dulcis odore.

Et Feſtus,

——— *calami coma pullulat almi,*
Gignit humus caſiam.

Scio non deeſſe qui negent calamum aromaticum alibi naſci quàm in India. Quod vel ſi conceſſero, (neque enim hanc litem facio meam) tamen in Arabum mercibus poterit computari, quia ex India per Arabes in Syriam convehebatur.

Nec ut nova rejici debet interpretatio quam diximus; illius enim Aquila author eſt, valde accuratus interpres. Hieronymus in hunc locum: *Aquila verò pro Meozel poſuit* de Uzal. *De quibus credendum eſt regionibus ferrum & ſtacten & calamum ad Tyri nundinas deportata*. Neque multum recedunt Seniores qui pro מאוזל *Meuzal* habent ἐξ Ἀσὴλ ex *Aſel*; ſive *Uzal* intellexerint, aut oppidum, *Aſel* nomine, in inſula Nili Meroe, cujus mentio apud Plinium lib. 6. cap. 30. Theodotion denique & Hieronymus *Meozel* invariatum retinuerunt, tanquam ſi ſit proprium nomen.

Altera tamen interpretatio, quæ מאוזל appellativè ſumit, tanquam participium *Pual* à verbo אזל *abire, proficiſci*, adſtipulatores habet, præter Chaldæum Interpretem, & Doctores Maſorethas, & Hebręos Recentiores, etiam è Gręcis Symmachum, de quo ſic Hieronymus; *Meozel quoque Symmachus tranſtulit*, deferens, *ut ſit ſenſus: Dan & Græcia detulerunt in nundinas tuas ferrum fabricatum*, &c. Proinde prudentis erit alterutram ita amplecti ut ne alteram exſibilet. Tantùm in Symmacho non poteſt ferri quod Græcos Tyrum advexiſſe vult caſiam & calamum odoratum: cùm Ezechielis ævo Græci à Phœnicibus has ſibi merces comparaverint, non Phœnices à Græcis. Meliùs igitur Recentiores, qui Kimchium ſequuti, hæc verba ſic ferè reddunt: *Et Dan & Javan vagus in nundinis tuis negotiati ſunt: ferrum nitidum, caſia & calamus in commercio tuo fuere.* In qua Verſione hoc incommodum eſt, quod contra morem Scripturæ duo hemiſtichia non cohærent. Sed præſtat ea divellere quàm ἀσύγκλωστα ſimul jungere.

CAPUT XXII.

Dicla דקלה, Gen. 10: 27.

Dikla Syris palma vel palmetum. Nobile palmetum in Arabiæ Fœlicis aditu multi deſcribunt. Ptolemæus obiter correctus. Hujus palmeti incolæ Scenitæ vel Saraceni. Alii Phœnicones. In Minæis palmæ frequentes. Probatur ex Ælio Gallo & Geographo Nub. multa ibi eſſe loca palmifera. Inde nomen habet Dikla. Minæi primi thuris fecêre commercium. Ibid. myrrha præſtantiſſima. *Aminnea* myrrha, non eadem quæ *Minæa*. Minæa etiam è vicinis locis. Stacte *Abirminæa* voce compoſita dicitur. Arabib. עאבר *abir*, ut Hebræis עובר *ober*, myrrhæ præſtantis epithetum, Cant. 5. Idem ut *myrrha gabirea*, litera ע expreſſa per g. Vocis ſignificatio. Myrrhæ locus medius inter Minæos & Manitas. Minæorum metropolis *Carna* Eratoſtheni, hodiè *Karno-lmanazili*, id eſt, *cornu habitationum*, ſive habitatio in cornu vel angulo bivii. Ejuſdem phraſis multa exempla. Cur ita appelletur. Minæorum nomen à Minoe abſurdè peti. *Maon*, id eſt, habitatio: plurale *Meonim* vel *Memim*. Varia loca hujus nominis. Pro *Meunim* Græci Interpretes *Minæos* habent. De his aliquot Scripturæ loca. Græca lectio Hebraicæ præfertur, 2 Chron. 20: 1. *Meunim* idem Hebræis quod Arabib. *almanazilo*. *Karno-lmanazili* Phœnicibus cornu Meunim ſeu Minæorum.

Chaldęis & Syris דקלא *Dicla* palmam aut palmetum ſonat. Hoc ſciunt quotquot Syriacè ſunt mediocriter docti. A Syris igitur *Dikla* dicta eſt pars Arabiæ Fœlicis quę palmis eſt maximè frequens. Plerique intelligi putabunt palmetum illud nobile in Arabiæ Fœlicis aditu ad mare Rubrum, quod ex Artemidoro Diodorus ita deſcribit: Ἑξῆς δὲ ὁ μυχὸς τόπος ἐστὶ παραθαλάττιος, ὃς τιμᾶται μάλιστα ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων διαφερόντως πρὸς τὴν εὐχρηστίαν τὴν ἐξ αὐτοῦ. οὗτος δὲ ὀνομάζεται μὲν Φοινικών, ἔχει δὲ πλῆθος τούτου τοῦ φυτοῦ πολύκαρπον καθ' ὑπερβολὴν καὶ πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ διατροφὴν διάφορον. *Proxime poſt Arabicum ſinum intimum locus eſt maritimus quem incolæ propter uſum maximè colunt: Phœnicon autem appellatur a palmarum ubertate, quæ tam ad oblectationem quam ad cibum plurimum præſtant.* Strabo etiam ibi teſtatur τὴν εὐκαρπίαν τῶν φοινίκων εἶναι θαυμαστὴν, *miram eſſe palmarum fertilitatem*. Et Procopius aſſerit eo loco nihil provenire præter palmas: ἐνθάδε τὸ παράπαν ἄλλο οὐδὲν, ὅτι μὴ φοίνικες μόνοι φύονται. Ejuſdem Phœnicônis in Agatharchide mentio cap. 46. & apud Ptolemæum lib. 6. cap. 7. ubi pro Φοινίκων κώμη, quod interpretes peſſimè reddunt *Phœnicum oppidum*, legendum Φοινικὼν, κώμη, *Phœnicon, vicus*, ut monet rectè omnino Salmaſius ἐν πᾶσιν.

Lib. 16. pag. 123.

Lib. 16. p. 776

Perſic. l. 1.

Sed hujus Phœnicônis incolæ Chuſi poſteri fuerunt, non Jectanis. Gręci Scenitas appellant & Saracenos. Eratoſthenes apud Strabonem, ubi de palmifera regione in aditu Arabiæ Fœlicis: Σκηνῖται δ' ἔχουσιν αὐτὴν Ἄραβες καμηλοβοσκοί. *Eam habitant Scenitæ Arabes camelorum paſtores*. Procopius ubi ſuprà: ταύτην δὲ τὴν χώραν εὐθὺς μὲν ὅρους τῶν Παλαιστίνης ὑπερβάντι Σαρακηνοὶ ἔχουσιν, οἱ ἐν τῷ Φοινικῶνι ἐκ παλαιοῦ ἱδρυνται. *Hoc porro latus, quamprimum Palæſtinæ fines tranſgreſſus fueris, Saraceni obtinent, qui ab antiquo in Phœnicone degunt*. Nonnoſus apud Photium: τῶν Σαρακηνῶν οἱ πλεῖστοι, οἵ τε ἐν τῷ Φοινικῶνι, καὶ οἱ ὑπὲρ Φοινικῶνος, καὶ τῶν ὀνομαζομένων Ταυρηνῶν ὀρῶν ἐπέκεινα. *Saracenorum plerique, tam qui in Phœnicone, quam qui ultra Phœniconem & Taurenos, quos vocant, montes degunt*. Itaque in hoc Phœnicone habitabant Scenitæ ſeu Saraceni, quos cum Chuſæis eoſdem fuiſſe ſuo loco probabimus.

Lib. 16. p. 767.

Fuere & alii Phœnicones, ut in inſula Chio apud Euſtathium, in Ægypto apud Antoninum, in Æthiopiæ Blemmyis apud Olympiodorum. At hic Arabicum quærimus, & quidem in Arabię parte Auſtrali, ubi ſedes filiorum Jectan. Atque is commodum ſeſe offert in Minæis, quorum agri palma-

rum pro-

rum proventu fuere maximè feraces. Ita ſtatuit Ælius Gallus Eques Romanus Auguſto æqualis, qui partem Arabiæ non minimam peragravit octo menſibus. *Cætera*, inquit Plinius, *explorata retulit, Nomades lacte & ferina carne veſci: reliquos vinum ut Indos palmis exprimere, oleum eſſe ſeſama: numeroſiſſimos eſſe Homeritas: Minæis fertiles agros palmetis arbuſtiſque.*

Strab. l. 16. Plin. l. 6. c. 28.

Rem ſic ſe habere comperiet quiſquis, Minæorum ſitum à Ptolemæo edoctus, leget in Geographo Arabe deſcriptionem itineris Mecchâ Sanaam ſive Uzalem; de qua egimus capite præcedenti. Conſtat totum illud iter viginti ſtationibus, in quibus à quarta ad decimam tertiam occurrunt hæc loca palmis frequentia, *Caze*, *Rovatha*, *Tabala*, *Baiſat-Jaclan*, *Niab*, *Caſſa*, *Gioras & Negran*. Tum ſcilicet iter eſt per Minæorum agros: quibus ſemel emenſis in reliquo itinere rara eſt aut nulla palmarum mentio. Sed nec in reliqua Arabia, quanta quanta eſt, tanta obſervatur uſpiam palmarum fertilitas. Itaque ut in Judæa à palmis nomen habuit *Aſaſonthamar*, & Jericho appellatur *Urbs palmarum*, Chaldaicè קרתא דדקליא *kartha de diclaja*, Deut. 34: 1. quia agros habuit palmiferos: ſic in Arabia Fœlici דקלה *Dikla*, id eſt, palma ſeu palmetum, dicebatur Minæorum regio; quæ palmarum ubertate omnium erat feraciſſima.

Ch. 2. part. 5.

Minæos plurimum nobilitavit thuris ex Atramitis advecti frequens cum Syris commercium. Plinius lib. 12. c. 14. *Attingunt & (Sabæos) Minæi, pagus alius, per quos evehitur* (thus) *uno tramite anguſto. Hi primi commercium thuris fecère, maximéque exercent, à quibus & Minæum dictum eſt.* Nempe ex quatuor populis Arabiæ aromatiferæ hi primi ſe offerebant ex Syria venientibus. Nec aromatum mercatores ulteriùs penetrabant, tædio viæ longioris. Quin etiam ipſi Minæi thus & alia aromata ex locis remotioribus in Arabiam Petræam & Palæſtinam uſque vehebant. Agatharchides cap. 44. τὴν Πέτρας καλουμένην, καὶ τὴν Παλαιστίνης εἰς ἣν Γερραῖοι καὶ Μιναῖοι, καὶ πάντες οἱ πλησίον ἔχοντες τὰς οἰκήσεις Ἄραβες, τόν τε λιβανωτὸν, ὥς λόγος, καὶ τὰ φορτία τὰ πρὸς εὐωδίαν ἀνήκοντα, ἀπὸ τῆς χώρας τῆς ἄνω κατάγουσιν. Atque id ipſum refert Strabo ex Artemidoro lib. 16. pag. 776.

Sed & in ipſa Minæa fœlix fuit myrrhæ proventus, quæ ſoli Troglodyticæ (de qua deinceps in Obal) bonitate cedebat. Plinius lib. 12. cap. 16. *Genera myrrhæ complura. Troglodytica ſylveſtrium prima; ſequens Minæa.* Quin hæc duo myrrhæ genera Galenus non exæquat modò, ſed & promiſcuè ſumit. Id ſaltem præ ſe ferunt hæc illius verba de Antidotis lib. 1. cap. 14. εἰδέναι δεῖ ἐπιτήδειον εἶναι εἰς τὰς ἀντιδότους τὴν Τρωγλοδῦτιν λεγομένην σμύρναν. ἔνιοι δ' αὐτὴν ὀνομάζουσι Μιναίαν ἀπὸ χωρίου, καθ' ὃ γεννᾶσθαί φασι τὴν καλλίστην. *Sciendum eſt ad antidota commodam eſſe myrrham quæ Troglodytis dicitur. Illam autem Minæam nonnulli appellant à loco, in quo gigni aſſerunt præſtantiſſimam.* Itaque multum differunt myrrha Minæa & Aminnea, quam atro carbone ſic notat Dioſcorides in capite de myrrha lib. 1. καὶ ἡ Ἀμιναία δὲ καλουμένη ἀποδόκιμος, *improbatur etiam quæ vocatur Aminnea.* Nec minùs ſunt ἀποδόκιμοι, qui Minæam hic legi volunt pro Aminnea.

Nota myrrham Minæam dici etiam è vicinis locis. Plinius ubi ſuprà, *Sequens Minæa, in qua & Atramitica eſt, & Auſaritis Gebanitarum regno.* Potuit igitur Minæa dici etiam circa Muſam portum Eliſarorum, qui à Minæis propiùs abeſt quàm Atramitarum myrrhifera. Proinde docti videant, an non huc pertineat quod ſtacte; ſive myrrhæ pars liquidior, circa Muſam vocabatur Abirminæa. Arrianus in Periplo: ἐξάγεται δὲ ἐξ αὐτῆς ἐντόπια μὲν, σμύρνα ἐκλεκτὴ, καὶ στακτὴ ἀβειρμιναία. *E Muſa autem exportantur aromata ibi nata, myrrha electa, & ſtacte Abirminæa.* Scio pro ἀβειρμιναία à multis reſcribi σμυρναία: ſed non debet mutari quicquam, libris reclamantibus, ſi ἀβειρμιναία poteſt ferri. Quidni porro ἀβειρμιναία dicatur eſſe compoſita vox ex ἀβεὶρ & μιναία. Ἀβεὶρ עאבר eſt Hebræum עובר *ober*. Ita enim mutant Arabes, quod nemo neſcit. Hebræum autem עובר *ober* eſt myrrhæ præſtantis epithetum. Cant. 5. ℣. 5. *manus meæ ſtillarunt myrrham, & digiti mei* מר עובר *myrrham ober*. Et ℣. 13. *Labia ejus lilia ſtillantia* מר עובר *myrrham ober*. Chald. Interpres reddit מירא בחירא *myrrham electam*. Ita etiam Aquila σμύρναν ἐκλεκτήν. LXX. σμύρναν πλήρη *myrrham plenam*. Symmachus σμύρναν πρωτείαν. Vulgatus ℣. 5. *myrram probatiſſimam*. Et verſ. 13. *myrrham primam*. Propriè מר עובר *mor ober* eſt *myrrha, tranſiens*. Quidam eo ſenſu dici putant, quo Gen. 23: 16. dicitur כסף עבר *pecunia tranſiens*, id eſt, proba moneta & inter mercatores recepta. Gall. *argent qui a cours*. Selomoni *myrrha, tranſiens* eſt myrrha, cujus רוח עובר ומתפשט לכל צד, *ſpiritus*, (id eſt odor) *tranſit & diffunditur in omnes partes*, id eſt, myrrha maximè fragrans. Utut ſit, conſtat Arabibus עאבר *abir* id eſſe quod Hebræis עובר *ober*. Sic in Giggeio דרהם עאבר *Dirham abir* eſt moneta recepta, ut Hebraicè כסף עובר *ceſeph ober*. Pari ratione עאבר *abir* Arabicè dici debuit myrrhæ ſpecies, quæ Hebraicè עובר *ober*. Nota porro literam ע *Ajin* ab initio vocis עאבר *abir* vel poſſe planè negligi, vel etiam exprimi per G. Sic enim eadem vox צער modò Ζιάρα ſcribitur, modò *Segor* & *Segor*: ut פעור *Pheor* & *Phegor*; עיבל *Ebal* & *Gebal*; עצין גבר *Aſiongaber* & *Gaſiongaber*; עזה *Aza* & *Gaza*. Stephanus: Γάζα, πόλις Φοινίκης, νῦν δὲ Παλαιστίνης, πρὸ τῆς Αἰγύπτου, ἐκλήθη καὶ Ἄζα. Sic עאבר myrrhæ epitheton poteſt ſcribi *abir* vel *gabir*. Ex priore fit in Arriano *Abirminæa ſtacte*, ex poſteriore σμύρνα γαβιραία *myrrha gabirea* in Dioſcoride, quæ præſtantiſſima eſt myrrhæ ſpecies: ἡ δέ τις γαβιρηία, inquit, λιπαρωτάτη, ἐν εὐγείοις καὶ λιπαροῖς τόποις γεννωμένη, ἡ δὲ πολλὴν ἀνίησι τὴν στακτήν. *Quædam autem in myrrhæ genere gabirea vocatur, pinguiſſima, lætis & pinguibus locis naſcens, quæque adeò copioſam reddit ſtacten.* Γαβιραία, id eſt, עאבר *abir* vel *gabir*. Cujus vocis ſignificationem malim ex Arabica lingua petere, qua verbum עבר inter cætera eſt flere, & עברי de oculo *lachrymoſus*, & עבר apud Anatomicos angulus oculi lachrymalis (ut ita dicam.) Ergò myrrha עאבר eſt myrrha lachrymans, ſeu lachrymoſa, id eſt, quę pinguiſſima eſt & ſtactes plurimum ſudat. Quę ipſiſſima eſt myrrhę gabireę deſcriptio apud Dioſcoridem. Atque hic lachrymarum & lachrymandi vocabulum eſt maximè proprium, cùm in myrrhę definitione à Medicis adhibeatur. Dioſcorides: Σμύρνα δάκρυόν ἐστι δένδρου γεννωμένου ἐν Ἀραβίᾳ, *Myrrha lachryma eſt arboris in Arabia naſcentis.*

Minęę myrrhę locus apud Ptolemęum medius eſt inter Minęos & Manitas, quorum regio *Mali* nominatur in Theophraſto, ut pluribus docebimus capite de Abimaële. Sed hi Manitę videntur pars fuiſſe Minęorum, quos Ptolemęus appellat μέγα ἔθνος *magnam gentem*. Et Eratoſthenes recenſens τὰ μέγιστα τέτταρα ἔθνη quatuor maximas gentes in Arabia odorifera, Minęis dat primum locum. Itaque Minęorum nomen etiam vicinos populos complecti veriſimile eſt, & ſic patuiſſe eorum fines uſque ad loca vicina Mecchę: quę Ptolemęo eſt Μακόραβα *Macoraba*.

Id ipſum alia ratione ſic colligitur. Eratoſtheni apud Strabonem Minęorum πόλις μεγίστη Κάρνα, *urbs maxima eſt Carna*. In Plinio *Carnon* appellatur; *Carna* in Ptolemęo, qui deſcribit valde alieno loco, nempe ad Macorabę, id eſt, Mecchę, Septentrionem, cùm potiùs ad Meridiem vergat. Hęc urbs extat hodiéque, & vetus nomen ſervat:

nec

Digitized by Google

nec ſupra duas ſtationes à Meccha diſtat, id eſt, milliaria circiter quadraginta vel quinquaginta. A Meridie nonnihil verſus Ortum declinat. Ea *Carna* Mercatoris, & Geographi Arabis קרן אלמנאזל *Karno-lmanazli*, quam uno in loco dicit eſſe קריה כבירה *urbem magnam*, & in alio חצן עאמר באהלה עלי קארעה אלטריק, *Caſtrum populoſum in bivio.* Ibi enim concurrunt duæ viæ, quarum unâ Taiphum itur è Meccha Orientem verſus, alterâ Sanaam ad Meridiem: unde eſt ratio nominis. Ad verbum enim *Carno-lmanazli* ſignificat *cornu habitationum*, id eſt, habitationem in cornu vel angulo bivii. Nam in Oriente cornu pro angulo paſſim ſumitur. Sic in Syro Interprete, Act. 4: 11. ריש קרנא *caput cornu*, id eſt, κεφαλὴ γωνίας *caput anguli*. Et in Chaldæa Paraphraſi, Pſal. 69: 13. יתבי תרעא בית קרנא *ſedentes in porta, in loco cornuum*, id eſt, in trivio vel quadrivio. Periphraſis eſt hominum otioſorum, qui vulgò ab Hebræis dicuntur יושבי קרנות *ſedentes in cornibus*, id eſt in viarum compitis. Quod de ſitu Carnæ dixi conſtat ex his Geographi Nubienſis.

Clim. 2. part. 5.

Ad Orientem Meccha ſexageſimo milliari eſt Taiph, quo iturus ab urbe Meccha (prima ſtatione) *proficiſcetur ad oppidum Badid-almortaphe, &c. Deinde ad caſtrum Carn-almanazil, &c. unde* (tertia ſtatione) *perveniet ad urbem Taiph.* Et rurſus aliquantò pòſt: *Iter à Meccha Sanaam: Meccha primum i bis Seram-almortaphe, &c. deinde Carn-almanazil urbem magnam.* Vides lector tam Taiphum quàm Sanaam è Meccha profecturis viam eſſe per *Karn-almanazil*, unde aliis ad Ortum, aliis ad Meridiem eſt iter. Inde ratio certa nominis.

Clim. 2. part. 5.

Obiter hîc docendum Minæi unde dicantur. Veteres à Minoe Cretæ tam verè deduxere, quàm vicinos Minæis Rhammæos à Rhadamantho. Plinius lib. 6. cap. 28. *Minas à Rege Cretæ Minoe, ut exiſtimant, originem trahentes.* Et paulò pòſt: *Rhammæi, & horum origo Rhadamanthus putatur frater Minois.* Tale eſt, quod Palæſtinæ Gazam ab eodem Minoë ſcilicet Minoam dictam voluere: ἐκλήθη δὲ καὶ Μινώα, ὅτι Μίνως σὺν τοῖς ἀδελφοῖς Αἰακῷ καὶ Ῥαδαμάνθῳ ἰὼν, ἐξ αὐτοῦ ταύτην ἐκάλεσεν. *Sed & Minoa vocata eſt, quia eò profectus Minos cum fratribus Æaco & Rhadamantho, unde illi fecit nomen.* Ita legitur apud Stephanum. Qui idem alius Minoæ in Arabia meminit à qua Minoitæ populi: ἔστι, inquit, καὶ Ἀραβίας (Μινώα) ἧς οἱ πολῖται Μινωῖται ἀπὸ Μίνωος, *eſt & Arabia Minoa, cujus cives à Minoe Minoitæ dicuntur.* Sed non dubito quin Minoæ & Minoitarum nomine Minæam & Minæos intelligat Mythologos ſequutus, quos inanis nominum alluſio eò adegit inſaniæ, ut à Cretenſi regulo, qui poſtquam in inſula ſua conſenuiſſet, in Sicilia fato functus eſſe dicitur, Arabiæ intimæ populos deducerent.

Steph. in Γάζα. Idem in Μινώα.

Nos, his næniis valere juſſis, ita rem aggredimur. Apud Hebræos מעון *maon*, cujus plurale מעונים *meonim* vel *meunim*, habitaculum ſonat. Vox eſt vel pueris nota. Sed & *Maon* loci nomen eſt, atque, ut videtur, non unius. Nam & in Tribu Juda mentio fit oppidi *Maon*, Joſ. 15: 55. Et deſerti *Maon* propè Jeſçimon & Carmelum, 1 Sam. 23: 24. & 25: 2. Et in Moabitis fuit *Bethmaon* vel *domus Maon*, cui minatur Jeremias cap. 48. verſ. 23. Et Jud. 10: 12. *Maon* eſt gentis nomen cujus plurale מעונים *Meunim* occurrit, 1 Chron. 4: 41. & 2 Chron. 26: v. 7. Græci Interpretes, τοὺς Μιναίους, Minæos utrobique reddunt. Falluntur Hebræi, qui Ammonitas putant per anagrammatiſmum ſignificari. Nam, Jud. 10: 11, 12. עמון *Ammon* & מעון *Maon* ſunt diverſi populi. Res patet legenti locum qui ſic habet: *Nonne populi ex Ægypto, & Amorrhæis, & filiis* עמון *Ammon, & Philiſtæis, & Sidoniis, & Amalec*, ומעון *& Maon oppreſſerunt vos?* Diverſi etiam מעונים & עמונים in his verbis de Rege Ozia, 2 Chron. 26: 7, 8. *Adjuvit eum Deus contra Philiſtæos & Arabas habitantes in Gurbaal* והמעונים *& Meunæos* (vel ut Græci *Minæos*) *Et dederunt* העמונים *Ammonitæ munus Oziæ.* Nec probo Recentiores, qui 1 Chron. 4: 41. hæc Hebræa ויכו את אהליהם ואת המעונים אשר נמצאו שמה ſic reddunt, *Et percuſſerunt tentoria eorum, & habitacula, quæ ibi inventa ſunt.* Nam ſi eo loco מעונים eſſent habitacula, dixiſſet Sacer Scriptor אהליהם ומעוניהם *tentoria eorum & habitacula eorum* eadem verborum ſerie, non *habitacula quæ ibi reperta ſunt*, quaſi poſſint abeſſe. Itaque ibi מעונים eſt omnino populi nomen: & Græci rectius, ἐπάταξαν τοὺς οἴκους αὐτῶν καὶ τοὺς Μιναίους, οὓς εὕροσαν ἐκεῖ, *percuſſerunt domus eorum, & Minæos quos ibi invenerunt.* Quin Græcam lectionem audeo Hebraicæ præferre in loco, qui habetur, 2 Chron. 20: 1. ubi Græci ſic legunt, ἦλθον οἱ υἱοὶ Μωάβ, καὶ υἱοὶ Ἀμμών, καὶ μετ' αὐτῶν ἐκ τῶν Μιναίων. *Venerunt filii Moab, & filii Ammon, & cum ipſis ex Minæis*: Hebræi autem, *Venerunt filii Moab*, ובני עמון ועמהם מהעמונים *& filii Ammon, & cum iis ex Ammonitis*: nullo ſenſu, ut quidem puto, quia Ammonitæ iidem ſunt qui filii Ammon. Itaque fruſtra ſe torquent interpretes in his explicandis, *filii Ammon, & cum iis ex Ammonitis.* Sed ſi pro מהעמונים, Mem & Ajin tranſpoſitis, legatur מהמעונים, prout legiſſe Græcos ex illorum Verſione conſtat, tolletur omnis ſcrupulus. Pari anagrammatiſmo, ſed impari ſucceſſu, lectum ab iiſdem in Jobo צופר המעתי *Sophar Meunatites*, pro צופר הנעמתי *Sophar Naamathites.* Inde in illorum Verſione Σωφὰρ ὁ Μιναῖος *Sophar Minæus*, & Σωφὰρ Μιναίων βασιλεὺς, *Sophar Minæorum Rex.*

Job. 2. 11. 11. 1. & 20. 1. & 42. 9.

Dices hæc ad Minæos Arabiæ Felicis haudquaquam pertinere, qui in tanta locorum intercapedine non poſſunt iidem eſſe populi. Alii enim in Arabiæ parte aromatifera, alii in deſerta habitarunt, non procul ab Ammonitis & Moabitis, ut patet ex collatis Scripturæ locis. Præterea, cùm Minæos Arabiæ Fœlicis ad Semi ſtirpem referamus, Minæi Arabiæ Deſertæ erant è ſtirpe Chami, ut habetur, 1 Paral. 4: 41, 42. Ex quo ipſo obiter colligi hos Minæos perperam ab Hebræis confundi cum Ammonitis Loti filiis, Gen. 19: 38. Interim tam illos quàm hos Minæos, Phœnices, ut quidem puto, מעונים *Meunim* appellarunt, hac ratione moti. Minæorum urbs metropolis, quæque Phœnicum commerciis erat maximè obvia, quia propior, Arabicè vocatur hodiéque קרן אלמנאזל *Carno-lmanazil*, cornu habitaculorum. Quod à Phœnicibus redditum קרנא דמעונין *Karne demeunin*, quia ut Arabibus מנאזל, ita Phœnicibus מעונין habitacula dicebantur. Sed id à nonnullis ita acceptum, ac ſi מעונין *Meunin* eſſet gens illi cognominis, quæ in Arabia Deſerta. Unde mos invaluit, ut Carnæ urbis incolæ & reliqui ejuſdem gentis à Phœnicibus מעונים dicerentur, à Græcis Μιναῖοι, æquè ac illi alteri.

CAPUT XXIII.

Obal עובל, Gen. 10: 28.

Obal, Arab. *Aubal* vel *Abal*, migravit in Arabiam Troglodyticam, & nomen fecit ſinui Abalitî vel Avalitî, ubi Avalites emporium. Unde exportatur ebur, teſtudo & myrrha omnium præſtantiſſima, quæ Veteribus Troglodytica dicitur, in Serapione corruptè *Tarbalud & Tanchi.* Malè a Plinio vocari *ſordidam atque barbaram*, cùm à natali ſolo à Græcis dicatur *Barbara*. Urbs *Barbara* vel *Barbora* in Avalite ſinu. Zingiber ex Barbaria. Macer ex Barbara, id eſt, Troglodytica. Ex iiſdem locis mocrotum, caſia, thus peraticum, cinnamomum. Cur Moſylon dicatur. Hæc aromata hodiè defeciſſe. Avalitæ populi quorum pars Nubæ. Ibi Pygmæi Veterum, qui Heſychio Nobæ. Inde Ho-

Homero Pygmæi ad Oceanum, Ariſtoteli ad Nili ſcaturiginem, id eſt, Aſtaboræ, qui creditur eſſe Nili ramus. Et Troglodyeis accenſentur. Ibi reperit Nonnoſus breviſſimos homines. Alii Nubei à veris Nili fontibus ad Ægyptum uſque extenſi. Equitum millia centum in illorum copiis. Inter Arabiam & Troglodytin fretum anguſtiſſimum. Cur vocetur *Almandab*, hodie *Belelmandel*. Ab oppoſitis littoribus internoſci homines. Non tamen credibile quod ſcribit Metaphraſtes, catenâ fuiſſe interclutum fretum illud. Abaſenos ex Arabia in Africam migraſſe. Inde Abaſeni Homeritæ. Syri appellantur Arabes. Obal Eval, unde Evaleni; & Gebala, & Gebana, quid differant.

Obal Arabicè eſſet *Aubal*, ſic enim ſtella Hebr. כוכב *cocab*, Arab. כוכב *caucab*; lilium Hebr. שושן *ſoſan*, Arab. סוסן *ſauſan*; pipio Hebr. גוזל *gozal*, Arab. גוזל *gauzal*. Vel Arabes O in A mutant. Sic ſigillum Hebr. eſt חותם *chotam*, Arab. האתם *chatam*. Et in participiis activis primæ conjugationis, Hebr. עובד *obed*, ſerviens, Arab. eſt עאבד *abid*, & עובר *ober*, tranſiens עאבר *abir*, ut nuper dicebamus. Itaque עובל *Obal*, Arabibus vel fuit עובל *Aubal*, vel עאבל *Abal*. Videtur is ex Arabia Fœlici, freto tranſmiſſo ad fauces Arabici Sinûs, migraſſe in Arabiam Troglodyticam, & nomen feciſſe emporio & ſinui Abaliti vel Avaliti: nam utroque modo ſcribunt Veteres. Prius ſequitur Plinius lib. 6. cap. 29. *Ultra*, inquit, *ſinus Abalites, inſula Diodori, &c.* Poſterius Stephanus, cujus verba ſunt: Ἀυαλίτης κόλπος ἐν δεξιοῖς μέρεσι τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. *Avalites ſinus in dextris partibus Rubri maris.* Ita etiam Ptolemæus lib. 4. cap. 7. Μετὰ τὰ στενὰ ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ Δήρη πόλις ἐν ἄκρᾳ: εἶτα ἐν τῷ Ἀυαλίτῃ κόλπῳ Ἀυαλίτης ἐμπόριον. *Poſt freti anguſtias in mari Rubro Dera* (al. Diræ) *urbs in promontorio; deinde in Avalite ſinu Avalites emporium.* In Arriano Abaliten legas, ἐπ᾽ ἀνατολὴν, inquit, ὁ Ἀράβικος κόλπος διατείνει, καὶ κατὰ τὸν Ἀβαλίτην μάλιστα στενοῦται. *Ad Ortum Arabicus ſinus procurrit, & prope Abalitem ſinus maximè in anguſtum contrahitur.* Sed & paulò poſt Avaliten, cùm addit in eo ſinu Τάταρα dici barbara quædam emporia & portus, quorum primus eſt ὁ λεγόμενος Ἀυαλίτης, καθ᾽ ὃν καὶ συντομώτατός ἐστιν ἀπὸ τῆς Ἀραβικῆς εἰς τὸ πέραν διάπλους, *qui vocatur Avalites, ad quem anguſtiſſimus eſt ex Arabia in alteriorem regionem*, (id eſt, Troglodyticam) *trajectus.*

Avaliten emporium idem Arrianus ita deſcribit: μικρὸν ἐμπόριον ἐστὶν ὁ Ἀυαλίτης, σχεδίαις καὶ σκάφαις εἰς τὸ αὐτὸ προσερχομένων. Προχωρεῖ δὲ εἰς αὐτὴν ὕαλη λιθία σύμμικτος, καὶ Διοσπολιτικῆς ὄμφακος, καὶ ἱμάτια βαρβαρικὰ σύμμικτα γεγναμμένα, καὶ σῖτος, καὶ οἶνος, καὶ κασσίτερος ὀλίγος. Φέρεται δ᾽ ἐξ αὐτῆς, ποτὲ καὶ τῶν βαρβάρων ἐπὶ σχεδίαις διαφερόντων εἰς τὴν ἀντικρὺς Κῆλις (lege Ὄκηλις) καὶ Μύζα, ἀρώματα, καὶ ἐλέφας ὀλίγος, καὶ χελώνη, καὶ σμύρνα ἐλαχίστη, διαφέρουσα δὲ τῆς ἄλλης. *Parvum emporium eſt Avalites, in quod ratibus & ſcaphis navigatur*, nempe ex Arabiæ oppoſito continente. *In illud autem importantur lapis vitreus varius, & acerborum fructuum ex Dioſpoli* nonnihil, *& veſtes barbaræ promiſcuæ interpolatæ, & frumentum, & vinum, & parum ſtanni. Inde viciſſim exportantur, Barbaris etiam ad oppoſitos Arabiæ portus Ocelim & Muſam per rates advehentibus, aromata & parum eboris, & teſtudo, & myrrha pauciſſima quidem, ſed omnium præſtantiſſima.* Sic è Malao & Mundo & Moſyllo emporiis in eodem ſinu myrrha deferebatur, ut habet idem Arrianus. Atque hæc eſt myrrha Troglodytica apud Veteres tantopere celebrata. Dioſcorides lib. 1. cap. de myrrha: Πρωτεύει δὲ ἡ Τρωγλοδυτικὴ καλουμένη, ἀπὸ τῆς γεννώσης αὐτὴν χώρας, ὑπόχλωρος καὶ δηκτικὴ οὖσα, διαυγής. *Primas fert quæ Troglodytica vocatur, à regione in qua naſcitur, ſubviridis, mordens ac ſplendens.* Aëtius Tetrab. 1. Serm. 2. cap. 196. *Myrrha primaria eſt Troglodytica ſubviridis, pellucida, odorata, acris, &c.* Hinc corrige Serapionem qui myrrham optimam ſcribit nominari *Tarbalud & Tanchi è terris unde defertur. Tarbalud & Tanchi* Arabicè erat תרעלוד ותנכי pro quo legendum תרועלודותיכי *Troglodytica*, punctis ſolum mutatis, ut conſtabit has voces Arabicis characteribus ſcribenti. De eadem ita Plinius lib. 12. cap. 15. *Convehitur & ex ſylvis laudata, petuntque eam etiam ad Troglodytas Sabæi tranſitu maris.* Et cap. 16. *Troglodytica ſylveſtrium prima.* Et rurſus: *probatur Troglodytica pinguedine, & quod aſpectu aridior eſt, ſordidaque atque barbara, ſed acrior cæteris.* Ubi mirum *ſordidam atque barbaram* dici quæ Dioſcoridi eſt διαυγὴς, Aëtio *pellucida*, Serapioni *clari coloris.* Plinium id fefellit quod Barbara vocabatur myrrha Troglodytica. Is enim id ita accepit ac ſi barbara diceretur ratione ſqualoris & ſordium adnatarum. Cùm à natali ſolo illi eſſet Barbaræ nomen. In Marciano quidem & Ptolemæo diverſæ ſunt regiones Barbaria & Troglodytica: quarum illa Barbarico, hæc Arabico & Adulico & Avaliti ſinui prætenta eſt. Sed alii Barbaris accenſent etiam Arabici maris accolas. Sic Arrianus in Periplo locat Barbaros & Barbariam circa Berenicem, & Orinem, & Ptolemaida Theron, & Avaliten, &c. quæ loca ſunt Troglodyticæ. Et Stephanus Barbariam ſcribit eſſe κατὰ τὸν Ἀράβιον κόλπον ubi Troglodytica. Arabs Geographus itidem Clim. 1. part. 6. terram ברבר *Barbaræ* jacere dicit ſecus mare *Jamen*, id eſt, Arabicum. Et in Avalite ſinu urbem Barbaram vel Barboram cum inſula cognomine deſcribunt multi Recentiores. In his Ludovicus Vartomanus & Odoardus Barboſa. Hinc igitur Barbara dicta eſt myrrha Troglodytica. Quo exemplo Zingiber ἀπὸ τῆς Βαρβαρίας exportari ſcripſit Galenus, id eſt, è Troglodytica. Ita enim Dioſcorides: Ζιγγίβερις ἴδιόν ἐστι φυτὸν, γεννώμενον ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ Ἀραβίᾳ πλεῖστον. *Zingiber planta eſt ſui generis, quod plurimum in Arabia Troglodytica naſcitur.* Rurſus in Dioſcoride: Μάκερ φλοιός ἐστι κομιζόμενος ἐκ τῆς Βαρβάρου, *macer eſt cortex advectus è Barbara*, ſub. terra, id eſt, è Barbaria: at in Arriano ex Malao Troglodytices in Avalite ſinu: ἐκφέρεται δὲ, inquit, ἀπὸ τῶν τόπων τούτων καὶ σμύρνα, καὶ λίβανος ὁ περατικὸς ὀλίγος, καὶ κασσία σκληροτέρα, καὶ δούακα, καὶ κάγκαμος, καὶ μάκειρ. *Ex illis locis affertur myrrha, & parum thuris peratici, & caſſia durior, & duaca, & cancamum, & macir.* Itaque falluntur interpretes Dioſcoridis qui nomine τῆς Βαρβάρου Indiam intelligunt.

Obiter nota quot aromatum genera ex illis locis Veteres exportaverint: ſic ab emporio Mundi, duobus inde curſibus, præter merces commemoratas, inſuper evehebatur θυμίαμα τὸ λεγόμενον μοκρότου, *thymiama mocrotu appellatum.* Ex emporio Moſyllo, pari à Mundo diſtantia, κασσίας χρῆμα πλεῖστον, καὶ ἄλλα εὐώδια, καὶ ἀρώματα, &c. καὶ μοκρότου, καὶ λίβανος ὁ περατικὸς, &c. καὶ σμύρνα σπανίως, *caſia magna vis, & alia odorifera, & aromata, & teſtudines pauca, & mocrotu thymiama, & thus peraticum, myrrha etiam aliquantum.* Adde cinnamomum ex Plinio: *Portus*, inquit, *Moſſylicus quo cinnamomum devehitur.* Lib. 6. cap. 29. Unde eſt quod vocatur Moſylum vel Muſulum. Symeon Sethi de ciborum facultatibus ubi de cinnamomo: ἄριστον δὲ τὸ λεγόμενον Μόσυλον, ἤτοι τὸ ἀπὸ Μοσύλου πόλεως, *optimum quod Maſulum vocant, ſeu quod à Muſulo urbe advectum*; Muſulo, id eſt, Moſylo. Id videtur vero propius quàm quod ſcribit Dioſcorides, Moſylon vocari διὰ τὸ φέρειν ποσὴν ἐμφέρειαν πρὸς τὴν μοσυλλῖτιν καλουμένην κασσίαν, *quia caſſiam, cui Moſylitis cognomen eſt, aliquo modo refert.* Utut ſit, pleraque hæc aromata in illis locis tam defeciſſe quàm in Cyrenaica ſilphium, velut fatiſcente natura, teſtantur Luſitani mercatores, qui has regiones quotidie luſtrant.

In eodem Avalite ſinu præter Avalitem emporium fuere & Avalitæ populi, quorum pars Nubæ:

Ptole-

Ptolemæus lib. 4. cap. 8. ἐν ᾗ οἵτε Ἀδυλῖται, καὶ οἱ
Ἀυαλῖται παρὰ τὸν ὁμώνυμον κόλπον, *in qua* (Tro-
glodytica) *ſunt & Adulitæ* & *Avalitæ ad cognomines*
ſinus. Et paulò pòſt: εἶτα Μολίβαι καὶ Μεγαβαρδοὶ
καὶ Νῦβαι δυσμικώτατοι τῶν Ἀυαλιτῶν, *deinde Moliba,*
& Megabradi & Nubæ qui Avalitarum ſunt maximè
Occidentales. Hos Nubas Troglodyticos ad Avali-
tem ſinum eſſe Pygmæos Veterum multa probant.
1. Pygmæi alio nomine dicuntur *Nubæ* vel *Nobæ.*
Heſychius, Νῦβαι Πυγμαῖοι. 2. Pygmæos ponit
Homerus ad Oceanum ubi hi Nubæ, cùm de gru-
ibus dicit,

Iliad. Γ. *v.* 5. 6.

Κλαγγῇ ταίγε πέτονται ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων,
Ἀνδράσι Πυγμαίοισι φόνον καὶ κῆρα φέρουσαι.
Oceanique petunt, rauco clangore ſtrepentes,
Littora, Pygmæis cædem mortemque ferentes.

3. Philoſophus Hiſt. Anim. lib. 8. cap. 12. eoſdem
habitare tradit circa paludes ex quibus Nilus oritur.
Verba ſunt: Μεταβάλλουσι γὰρ (αἱ γέρανοι) ἐκ τῶν Σκυθι-

Vide Plin. l. 6. *c.* 30.

κῶν εἰς τὰ ἕλη τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτου, ὅθεν ὁ Νεῖλος ῥεῖ.
ἔστι δὲ ὁ τόπος οὗτος, περὶ ὃν οἱ Πυγμαῖοι κατοικοῦσιν.
Tranſeunt enim (grues) *è Scythicis campis ad paludes*
quæ ſunt ſupra Ægyptum, unde profluit Nilus: eſt au-
tem locus ille circa quem Pygmæi degunt. Nili nomi-
ne Aſtaboram intellige, quem plerique Veteres
Nili ramum eſſe crediderunt. Mela lib. 1. cap. 9.
ubi de Nilo: *In Æthiopiam diffunditur, alteraque*
ex parte Aſtaborus, altera Aſtapus dictus eſt. Et Pli-
nius lib. 5. cap. 9. *Aſtaborus lævo alveo dictus eſt,*
hoc eſt ramus aquæ venientis è tenebris. Et Solinus
cap. 32. *Dextero alveo Aſtuſapes, lævo Aſtabores no-*
minatur. Inde factum ut Nilus oriri crederetur è
locis circa Moſylen, & ſinum Avaliten, unde o-
ritur Aſtaboras. Æthicus; *Fluviumque, Nilum,*
qui de littore incipientis maris Rubri videtur emergere,
in loco qui dicitur Moſſylon emporium. Porro circa
eadem loca Nubas ſtatuit Ptolemæus. 4. Proinde
Pygmæos Philoſophus Troglodytis accenſet, è
quorum numero eſſe Nubas & Avalitas jam docui-
mus: οὐ γάρ ἐστι, inquit, τοῦτο μῦθος, ἀλλ' ἔστι κατὰ
τὴν ἀλήθειαν, γένος μικρὸν μὲν, ὥσπερ λέγεται, καὶ
αὐτοὶ, καὶ οἱ ἵπποι. Τρωγλοδύται δ' εἰσὶ τὸν βίον. *Neque*
enim eſt fabula, (quod de Pygmæis traditur) *ſed re-*
vera, ut aſſerunt, hominum & equorum genus puſillum
eſt. Vitam autem quod attinet ſunt Troglodytæ. 5. Res
ex Nonnoſo confirmatur, cui, cùm circa hæc lo-
ca navigaret ex Homeritis iturus ad Auxumitas,
ἐπὶ τὴν ἐσχάτην τῶν νήσων καταλυτηκότι τοιόνδε τι συνέβη,
θαῦμα καὶ ἀκοῦσαι· ἐντυχεῖν γάρ τισι μορφὴν μὲν καὶ
ἰδέαν ἔχουσιν ἀνθρωπίνην, βραχυτάτοις δὲ τὸ μέγεθος,
καὶ μέλασι τὴν χροίαν, ὑπὸ δὲ τριχῶν δεδασυμμένοις διὰ
παντὸς τοῦ σώματος. ἕποντο δὲ τοῖς ἀνδράσι καὶ γυναῖκες
παραπλήσιαι, καὶ παιδάρια ἔτι βραχύτερα. *Ad extre-*
mum inſularum delato tale quid accidit vel ipſo audi-
tu mirandum. Incidit enim in quoſdam forma quidem
& figurâ humanâ, ſed ſtaturâ breviſſimos, & colore
nigros, & toto corpore piloſos. Sequebantur autem vi-
ros prope æquales fœminæ, & pueri adhuc breviores.
Ita habetur apud Photium. Credibile eſt hos

Tmem. 3.

pumiliones colonos fuiſſe Nubarum, qui ex con-
tinente tranſierant in vicinam inſulam. Quos ta-
men abſit ut putemus ſtatura fuiſſe cubitali, pro-
ut Poetæ fingunt; qui omnia in majus augent.
Tantum ſtaturam his ſtatuimus ſolitâ fuiſſe bre-
viorem. Cave ne cum his Nubis confundas ali-
os Nubas vel Nubæos, quorum regio prope ab
ipſis Nili fontibus uſque ad Ægyptum patet du-
orum menſium iter, ut tradit Geographus Arabs
in ea gente natus, parte quinta Climatis primi.
Ejuſdem gentis meminêre Plinius, Ptolemæus,
Stephanus, Suidas, & Georgius Elmacinus,
Hiſt. Sarac. l. 1. c. 17. ubi כריאקוס מלך אלנובה
Cyriacus Rex Nubiæ, cùm Chriſtianos ſciviſſet in
Ægypto divexari, narratur eò cum centum mil-
libus equitum contendiſſe, tamen Patriarchæ pre-
cibus exoratum rediiſſe ἀμαχητί. Nubæos Idem
addit Jacobitarum ſectæ adhærere; unde liquet
hos Nubęos eoſdem eſſe cum Abaſenis ſeu Abyſ-
ſinis.

Ne porro quis miretur nos unum è Jectanis filiis
ex Arabia Fœlice in Troglodyticam, id eſt, ex
Aſia in Africam ablegaſſe; ſcire operę pretium eſt
quàm anguſto freto hę terrę inter ſe dividantur,
circa ſinum Abalitem, qui ab ipſo freto incipit.
Illi aſſignat Plinius paſſus quater mille quingentos,
ubi de Berenice Epidires lib. 6. cap. 29. *Eſt ſita,*
inquit, *in cervice longè procurrente, ubi fauces Rubri*
maris IV M D *paſſus ab Arabia diſtans.* Alii ſpa-
tium hoc extendunt ad ſexaginta ſtadia, id eſt,
milliaria ſeptem & ſemis. Strabo, τὰ δὲ κατὰ Δειρὴν

Lib. 16. *cap.* 769.

στενὰ, συνάγεται εἰς σταδίους ἑξήκοντα. *Anguſtiæ Diræ pro-*
ximæ ad ſexaginta ſtadia contrahuntur. Arrianus, ἤδη

In Periplo pag. 8.

συνεσχεδιασμένης τε τῆς Ἀραβικῆς ἠπείρου καὶ τῆς πέραν κατὰ τὸν
Ἀυαλίτην Βαρβαρικῆς χώρας, αὐλών ἐστιν οὐ μακρὸς, ὁ
συνάγων, καὶ εἰς στενὸν ἀποκλείων τὸ πέλαγος, οὗ τὸ με-
ταξὺ πόρον ἑξήκοντα σταδίων μεσολαβεῖ νῆσος ἡ Διοδώρου.
Coeunte jam in unum continente Arabica & regione
Barbarica ulteriore quæ eſt ad Avalitem ſinum, fre-
tum eſt non longum, quod pelagus contrahit & in an-
guſtum cogit: cujus freti tranſitum, qui ſexaginta ſta-
diorum eſt, medium intercipit inſula Diodori. Alman-

Geogr. Nub. Clim. 1. *part.* 5 *at* 6.

dab אלמנרב vocant Arabes, id eſt, funeſtam;
& freti oſtium באב אלמנרב *Bab-almandab*, o-
ſtium funeſtum, propter brevia & ſyrtes in ma-
ri latentes. A Recentioribus ſcribitur *Beb-elman-*
del. Rhamuſius eam inſulam à continente diſtare
ſcribit tribus millibus paſſuum: Andreas Corſa-
lius ab Arabia duabus leucis, totidemque ab Æ-
thiopia. At fretum ipſum Vartomanus teſtis αὐτό-

Navig. l. 2. *c.* 3.

πτης patere negat plus III M paſſ. *Ubi,* inquit,
ad oſtium pelagi perventum eſt, inter ſepta ſive clauſtra
quæpiam eſſe videbamur, oſtio non plus ternis millibus
paſſuum patente. Et Geographus Arabs mare in eo

Clim. 1. *part.* 6.

loco ita coarctari aſſerit ut ex terrę oppoſita parte
ידי אל רגל צאחבה *ſocium ſuum quis in altera per-*
cipiat. Non tamen citra hyperbolen de hoc fre-

Vid. Sur. in diem 24. *Octob. Tom.* 5. *Et Baron. ad ann.* 528.

to ſic ſcribit Metaphraſtes apud Surium in actis
Arethę martyris: *Itaque conſiderans* (Rex Home-
ritarum Dunaan) *anguſtiſſimum eſſe fretum quod eſt*
inter Æthiopes & Homeritas, neque ſuperare latitudi-
nem duorum ſtadiorum, &c. *cum gravem ferream*
conſtruxiſſet catenam, & quæ poſſet ferre vim ventorum
& undarum, & eam utrimque à terra alligaſſet, &c.
Utut ſit, fretum illud conſtat eſſe anguſtiſſimum,
ut nullo negotio potuerint Arabes illo tranſmiſſo
migrare in oppoſitam continentem. Atque id non
ſemel factum docti ſciunt. Sic Abaſenos vel A-
biſſinos ex Arabia veniſſe fama eſt. Et Uranius
Abaſenos deſcribit in Arabia aromatiſera, prope
Sabęos & Chatramotas. Itaque tam Arabicum eſt
Abaſenorum nomen quàm Francorum Germani-
cum. Huc facit quod pro Abaſenis vel Abiſſinis
quidam Veterum Homeritas appellant de Arabi-
cę gentis nomine. Theophanes Byzantius apud
Photium: ὁ Χοσρόης ἐπ' Αἰθίοπας φίλους ὄντας Ῥωμαί-
οις, τοὺς πάλαι μὲν Μακροβίους, νῦν δὲ Ὁμηρίτας καλου-
μένους, ἐστράτευσε. *Choſroes in Æthiopas Romanis ami-*
cos, olim quidem Macrobios, nunc verò Homeritas di-
ctos, expeditionem ſuſcepit. Stephanus: Ὁμηρῖται,
ἔθνος Αἰθιόπων, *Homeritæ, gens Æthiopum.* Quin

Plin. lib. 6. *cap.* 29.

& apud Plinium Juba, *Nili accolas à Syene non Æ-*
thiopum populos, ſed Arabum eſſe dicit uſque Meroen.
Atque eòdem referri queant verba Philoſtorgii:

Lib. 3. *c.* 6.

πρότεροι δὲ τούτων τῶν Ἀυξουμιτῶν ἐπὶ τὰ ἐξώτατα πρὸς ἀ-
νατολὰς καθήκοντες Ὠκεανὸν παροικοῦσιν οἱ Σύροι. *Ante*
hos Auxumitas Orientem verſus ſiti ad exteriorem O-
ceanum Syri habitant. Quippe ut ad Dionyſium
obſervat Euſtathius, etiam Arabes à nonnullis
Syri appellantur, διὰ τὴν ἐκ τοῦ ὁμορεῖν ἐπιμιξίαν
αὐτῶν, *quia propter viciniam alii aliis permiſti ſunt.*
Addo linguę & morum in multis ſimilitudinem.
Exterior porro ille Oceanus ad ortum Auxumi-
tarum,

tarum, ubi Syros, id eſt, Arabes collocat Philoſtorgius, eſt ſinus Abalites. עובל *Obal* in Græca Verſione redditur Εὐαλ *Eval*, in Euſebio Γεβαλ *Gebal*, & *Ebal* in Vulgata. *Eval* eſt Arabiæ locus incertæ poſitionis, à quo Εὐαληνοὶ Evaleni populi apud Stephanum ex Uranio. Gebal vel Gebala Euſebio eſt Idumæa, facto nomine ex illo *Gebal*, de quo, Gen. 36: 23. Neque aliter ſumit Stephanus, quamvis *Gebana* vir magnus intelligat. Ebal עיבל eſt mons Samariæ prope Sichem & Garizim, ex quo Levitæ maledictiones in populum intonabant. Ex his Veteres patet legiſſe עיבל pro עובל, id eſt, *Jod* pro *Vau*.

Deut. 11: 29. et 27: 4, 13. Joſ. 8. 30, 33.

CAPUT XXIV.

Abimael אבימאל, Gen. 10: 28.

A*bimael* Arabicè *Abumail* vel *Abamâl*, id eſt, *pater Mali*, ſeu *Malitarum*. Talo *Abi-Madmena*, *Abi-Gaibba*, *Abi-Etam* 1. Paral. 2: 49. & 4: 3. *Mali* apud Theophraſtum una è quatuor regionibus aromatiferis, pro qua alii Minæos habent. A *Mali Malitæ*, qui *Manitæ* Ptolemæo. L & N permutabiles. Ibi interior regio myrrhifera. *Mali* contractè. Multa exempla hujuſmodi contractionum.

A*bimael* ſi ſcribatur juxta formam Arabicam, legetur אבומאיל *Abumail*, ut אסמאיל *Iſmail*, נתנאיל *Nathanail*, אסראיל *Iſrail*, &c. Sed ſi ſcribas ut Hebraicè, quomodo Paraphraſtæ Arabes, legendum erit אבימאל *Abimâl*, nec poterit aliud ſonare. Abimâl eſt pater *Mali* ſeu Malitarum. Sic ſæpe in genealogiis patres non aliter nominantur quàm à filiis quos genuerunt. Hinc 1 Chron. 2: 49. *Et peperit* (uxor) *Saaphi Abi-Madmena*, &c. *& Abi-Guibba*, id eſt, patrem Madmenæ & patrem Guibhæ ſeu Gabaæ. Et 1 Chron. 4: 3. *Item hi ex Abi-Etam*, id eſt, ex patre vel conditore Etam, quæ fuit urbs in Tribu Juda. Sic planè Abimâl eſt pater ſive conditor Mali & Malitarum.

De *Mali* locus eſt inſignis in Theophraſto, quo Arabiæ aromatiferæ quatuor ſeu metropoles ſeu provincias aſſignat, Saba nimirum, & Adramyta, & Citibæna, & Mali. Verba ſunt: γίνεται μὲν ὁ λίβανος, καὶ ἡ σμύρνα, καὶ ἡ κασία, ἔτι δὲ τὸ κιννάμωμον ἐν τῇ τῶν Ἀράβων Χερρονήσῳ, περί τε Σάβα καὶ Ἀδράμυτα, καὶ Κιτίβαινα, καὶ Μάλι. *Naſcitur igitur thus, & myrrha, & caſia, adeóque & cinnamomum, in Arabum peninſula circa Saba, & Adramyta, & Citibæna, & Mali.* Nempe illo ævo Arabia aromatifera dividebatur in quatuor gentes celeberrimas, ut Theophraſto non multo recentior Eratoſthenes his verbis teſtatur apud Strabonem: Κατοικεῖ δὲ τὰ μέγιστα τέτταρα ἔθνη τὴν ἐσχάτην λεχθεῖσαν χώραν. Μιναῖοι μὲν ἐν τῷ πρὸς τὴν Ἐρυθρὰν μέρει, &c. Ἐχόμενοι δὲ τούτων Σαβαῖοι, &c. Τρίτοι δὲ Καταβανεῖς, &c. πρὸς ἕω δὲ μάλιστα Χατραμωτῖται. *Regionem Arabiæ ultimam, de qua dictum, incolunt quatuor maximi populi: Minæi quidem in ea parte qua vergit ad mare Rubrum, &c. His contigui Sabæi, &c. Tertii Catabanes, &c. Ad Orientem ſunt maximè Chatramotitæ.* Ita etiam Dionyſius Periegetes;

> ——— γαῖαν
> Χατραμῖδες ναίουσι κατεναντία Περσίδος αἴης,
> Ἀυτὰρ Ἐρυθραίης πλευρὰς ναίουσι θαλάσσης.
> Μιναῖοί τε, Σάβαι τε καὶ ἀγχίγυοι Καταβηνοί.
> ——— *terra*
> *Chatramis incolitur contra mare Perſidis ora,*
> *Oppoſitúque tenent latus æquoris ordine longo,*
> *Minnæique, Sabæque & contigui Katabeni.*

Hiſt. Plant. lib 9. cap. 4.

His quatuor gentibus neceſſe eſt ut reſpondeant loca quatuor à Theophraſto deſignata. Et Saba quidem nemo non videt Sabæorum eſſe regionem, Adramyta Adramytarum, vel quod idem eſt Chatramotitarum, Citibæna Catabanum vel Catabanorum. Relinquitur ut Mali ſit Minæorum regio, aut Minæorum regionis pars aromatifera. Nempe à Mali Malitæ dicti, qui Ptolemæo Manitæ, N & L permutatis, quâ μεταστοιχειώσει in illis linguis nil frequentius. Hinc Nabonidus idem qui Labonidus, לשכה & נשכה cubiculum, נתל & נתן dare. Sic Græcis idem νίτρον & λίτρον, ἀνδράχνη & ἀνδράχλη. Ita Manitas & Malitas ſtatuimus eoſdem eſſe populos. Apud quos cùm myrrha gigneretur, tamen Minæa dicebatur, quia Malitæ ſive Manitæ pars erant Minæorum. Ptolemæus; ὑπὸ τοὺς Μανίτας, ἡ ἐντὸς σμυρνοφόρος: εἶτα Μιναῖοι μέγα ἔθνος, *ſub Manitis eſt interior regio myrrhifera, deinde Minæi magna gens.* Itaque Minæorum regionis cùm pars una ſit palmifera, altera myrrhifera Mali nomine, cujus populi Malitæ vel Manitæ, illam tenuit *Dikla*, hanc *Abimal* vel *Abimael*.

Quid ſi *Mali* contractè dicatur pro *Abimali*? Notum enim eſt in locorum nominibus compoſitis apud Hebræos priorem partem compendii cauſâ ſæpe omitti. Tale *Sittim* Num. 25: 1. pro *Abel-Sittim* Num. 33: 49. *Baalmeon* Num. 32: 38. pro *Beth-baalmeon*, Joſ. 13: 17. *Hermon* ut paſſim pro *Baal-Hermon*, Jud. 3; 3. *Tholad* 1 Par. 4: 29. pro *El-tholad*, Joſ. 15: 30. & 19: 4. *Aſan*, Joſ. 19: 7. pro *Ber-aſan* vel *Bechor-aſan*, 1 Sam. 30: 30. *Nimrim*, Eſ. 15: 6. pro *Beth-nimrim* vel *Beth-nimra*, Num. 32: 36. *Ataroth*, Joſ. 16: 5, 7. pro *Archi-ataroth*, Joſ. 16: 2. *Seba* pro *Beer-ſeba*, Joſ. 19: 2. Ibi enim בארשבע ושבע *Beerſeba* & *Seba* non ſunt duæ urbes ut volunt, ſed una binomia: quaſi dixeris, *Beerſeba quæ eſt Seba*; alioqui numerus non conſtaret, & pro eo, quod dicitur verſu 6. tredecim fuiſſe urbes in Tribu Simeonis, cenſerentur quatuordecim. His adde *Salem* pro *Jeruſalem*, Pſal. 76: 3. & ex Vulgato Interprete *familiam Ezri*, Jud. 6: 34. pro *Abiezri*. Et *Jemini*, Eſther 2: 5. pro *Benjemini*, & Ἄμματα pro Ῥαββαθάμματα apud Stephanum in Φιλαδέλφεια. Itaque nihil obſtat quominus eodem exemplo *Mali* & *Malita* (unde *Manita*) dicti ſint pro *Abimali* & *Abimalita*.

CAPUT XXV.

De Homonymia nominis Seba & Sabæorum in Scriptura.

Quatuor populi Seba. Totidem eorum conditores. 1. Chuſi filius. 2. Nepos ex Rhegma. 3. Filius Joctan. 4. Nepos Abrahæ. Ex tertio Sabæi ad mare Rubrum ob thura clari, de quibus hoc loco.

Sabæorum gentem unicam Græci & Romani norunt in varia loca diſperſam. At ex Scriptura nos ſcimus quatuor eſſe populos Seba nomine; quia totidem gentium conditores hujus nominis recenſet Moſes; Primum Chuſi filium; Secundum nepotem ex Rhegma, Gen. 10: 7. Tertium filium Joctan, Gen. 10: 28; Quartum denique filium Jokſan, nepotem Abrahæ, Gen. 25: 3. Primi nomen per ס *Samech*, reliquorum per ש *Schin* ſcribitur. E primis tribus nati populi commerciis, & ex quarto latrociniis dediti. Primus & ſecundus è Chami ſtirpe, tertius & quartus è Semi poſteris. Primus, ſecundus, & quartus mari Perſico, tertius Arabico propior fuit. Inde eſt quod Sabæos ſcribit Plinius ad utrumque mare habitare. *Sabæi*, inquit, *propter thura clariſſimi, ad utraque maria porrectis gentibus*. Nam quatuor hi populi, quantumlibet diverſi, ſub uno tamen Sabæorum nomine continentur. Nos rem intentatam hactenus conabimur; prout occaſio ſe feret, ſingulis propriam aſſignare ſedem, ex Geographorum veterum teſtimoniis cum Scriptura collatis. Iſto loco ſolum agimus de Sabæis filiis Joctan.

Plin. 6. 28.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXVI.

Seba שבא *filius Joctan*, Gen. 10: 28.

SAbæorum nomen quandoque complectitur totam Arabiam Aromatiferam. Hic de Sabæis agitur propriè dictis, quorum pater Saba filius Joctan. Illorum ſedes ad mare Rubrum inter Minæos & Catabanes. Iidem Sabaræ dicti. Horum oppida multa. In ſitu erravit Mela. Metropolis *Saba* vel *Sabas*. *Saba* non eſt in Adramitis. *Saba*, aliis *Sabe*, *Saba*, *Sabo*, ideſt, שבא. Ejuſdem urbis aliud nomen *Mariaba*, id eſt, מרב, nomine ex dominatione ſacto, teſte Plinio. Aliæ Metropoles hujus nominis. *Baraba* idem, ſed corruptè. *Saba* alii myſterium explicant, alii οἶδας, alii αἰχμαλωσίαν. Sed eminere ſignificat. Quomodo ad Sabam & Sabæos id quadret. Saba in monte. Sabæi proceri, ſuperbi, Arabum principes, beatiſſimi. Cæteræ gentes in aromatifera putantur eſſe Sabæorum pagi. Sabæorum opes partim aromata, quorum uſus etiam in igne quotidiano: partim aurum & gemmæ. Nulla gens opulentior. Αἰωρά in Agatharchide malè redditur. In Diodoro mendum. Metalla & aromata non tam in Sabæis naſci quàm afferri è vicinis locis. Rex Sabæorum ſemper captivus, an ratione nominis שבא *Saba?* Sabæorum Dii Sol & Luna. Circumciſio octavo die ritu Judaico: Judæi illis permixti. Rex Dunaam gente Hebræus. Agger urbis Mareb cur *Arim* dictus. Ejus altitudo immenſa. Illo rupto urbs ſubverſa. Incolæ Homeritæ. Inde Belkis regina Saba quæ convenit Solomonem. Ibi arces duæ, una Solomonis, altera *Belkis*. Ita habet Nubienſis. Quod ex Philoſtorgio confirmatur, & ex Theodoreto. Cur is Sabæos nominet Æthiopes. Ejuſdem οἴδημα μαγικόν. Idem Judæi ſentiunt, ut Author Juchaſin & Aben-Ezra. Regina Auſtri in Evang. id eſt, Regina *Aljemaa*, quomodo vocatur paſſim pars Auſtralis Arabiæ. Sabæis imperaſſe mulieres probatur ex Aben-Ezra, & Claudiano, & Chaldæo Jobi Paraphraſte. Saracenis itidem ex Ruffino & Geographo vet. anonymo. Mauvia & Jemama Reginæ Arabum. Regina Saba ex terræ finibus. Terræ fines cur in Sabæis? An quia ibi Oceanus? Pompeii votum in Plutarcho. Balſamum in Judæam à Regina Saba allatum. In Arabia provenire balſamum aſſerunt Agatharchides, Artemidorus, Diodorus, Pauſanias. Balſami in Ægypto meminit Dioſcorides, ſed eò recens allati. Joſephi de Regina Saba multiplex error. 1. Pro Nitocri ſcripſit Nicaulem. De Nitocri Ægypria Herodotus, Manethon, Africanus, Euſebius. Nitocris, id eſt, *Minerva victrix*. Vox compoſita ex *Neith*, id eſt, Minerva in Platone, & *kahr* Arab. victoria, unde *Cairo* nomen. Locus Elmacini de Cairo explicatur. 2 Nitocris non imperavit Æthiopibus, ut vult Joſephus, ſed ſolis Ægyptiis. Herodoti locus ſecus acceptus. 3. Solomonis ævo regnarunt in Ægypto Pharao & Seſac, non Nitocris. 4. Regina Ægypti non diceretur veniſſe è terræ finibus. 5. Meroe nunquam Saba dicta. 6. Nec à ſorore Cambyſis nomicata, ut Joſepho placet. 7. & 8. Tempora non convenire. 9. Ægypti Regum æra juſto antiquior. 10. Pharaones etiam poſt Solomonem. 11. Aliud nomen peculiare ſingulis 12. Hyc Ægyptiis Regem ſonat; Pharao Crocodilum, quò alludit Ezechiel. Joſepho in exoticis non temere credendum.

ETiam cùm agitur de Sabæis filiis Joctan, Sabęorum vocabulum non caret homonymia. Sæpe enim Sacri Scriptores, & poſt Agatharchidem Diodorus & Artemidorus apud Strabonem, atque alii Veterum, Sabęorum nomine quatuor illos populos complectuntur, qui Arabiæ πέζαν occupaverunt; nempe, præter Sabęos propriè dictos, Minęos inſuper, & Catabanos, & Chatramotas. Id pluribus probatum eſt in 18. *Capite de loco thuris*. At nos hîc ſolùm agimus de Sabęis propriè dictis, quorum pater fuit שבא Seba vel Saba filius Joctan.

De his Eratoſthenes, qui primus Veterum Sabæos diſtinguit à reliquis Arabiæ odoratæ gentibus: ἐχόμενοι δὲ τούτων Σαβαῖοι. Μητρόπολις δ᾽ αὐτῶν Μαρίαβα, *horum contigui ſunt Sabæi, quorum metropolis eſt Mariaba*. Locum inſpicienti apparebit his verbis poni Sabæos ad mare Rubrum inter Minęos & Catabanes, qui Arabici ſinûs fauces occupant. Quod planè ſequitur Dionyſius Periegetes in loco, quem nuper citabamus.

> Αὐτὰρ Ἐρυθραίης πλευρὸν ναίουσι θαλάσσης
> Μιναῖοί τε, Σάβαι τε, καὶ ἀγχίγυοι Καταβηνοί.
> *Inde tenent Rubri latus æquoris ordine longo,*
> *Minnæique, Sabæque, & contigui Catabeni.*

Priſcianus itidem;

> *Minæique Maris prope Rubri littora vivunt,*
> *Atque Saba poſt hos, nec non habitant Catabeni.*

Et Feſtus Avienus;

> ——— *Rutili contermina Ponti,*
> *Minæi, Sabataque tenent ſuperi; impiger ampla*
> *Æquora diſſulcat gleba dites Catabenas.*

Rutili Ponti, id eſt, Rubri maris. Sabatę; id eſt, Sabæi. Ampla æquora, id eſt, Oceanum, quo uſque prorogari voluit fines Catabanorum. Sic etiam Agatharchides, & qui cum ſequuntur Artemidorus, Diodorus & Strabo; poſt Caſandrinos vel Gaſandas, qui ſunt Ptolemæi, Marciani, & Stephani Caſſanitæ ad mare Rubrum, Sabæos ponunt; ſolis Carbis intermediis, id eſt, Cerbanis Jubę & Plinii. Sed & in Ptolemęo Sabęi pene Minęos & Caſſanitas attingunt, nec ſunt procul ab Arabico ſinu. *Lib. 6. c. 28.* Et in Plinio Sabęorum multa oppida Murane, Marma, Corolia, Sabatra ſunt in Rubro littore. Et in Theodoreto & Procopio Gazenſi in 3. Regum Sabęos ab Auxumitis dividit mare Rubrum. Et in Stephano: Σάβαι, πόλις μεγάλη πλησίον τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καὶ φρούριον, *Saba urbs magna eſt & caſtrum in vicinia Rubri maris*. Itaque cùm Pomponius Mela facit Carmanis proximam eam Arabię partem quam Sabæi tenent, aut toto cœlo aberravit, aut alios Sabæos voluit filios Rhegma; de quibus ſuo loco egimus.

Sabęorum metropolis à vetuſtiſſimis ſcriptoribus appellatur *Sabo* vel *Sabas*. Agatharchides cap. 50. τὸ δὲ τῶν Σαβαίων ἄστυ τοῦ παντὸς ἔθνους προσηγορίαν δηλοῦν ἐπ᾽ ὄρους ἐστὶν οὐ μεγάλου, πολὺ κάλλιστον τῶν κατὰ τὴν Ἀραβίαν, ὃ καλεῖται Σαβάς. *Sabæorum autem urbs metropolis, Sabas nomine, omnium in Arabia pulcherrima, monti incumbit non magno*. Notatur in margine in quibuſdam exemplaribus pro Σαβᾶς legi Σάβας & Σάββας. Sed in Diodoro, quem palam eſt Agatharchidem ſequi, melius legitur Σάβα. Verba ſic habent: τοῦ δ᾽ ἔθνους τούτου μητρόπολίς ἐστιν, ἣν καλοῦσι Σάβα, ἐπ᾽ ὄρους ᾠκισμένη. *Gentis autem illius metropolis eſt quam vocant Saba monti inædificata*. Ita Philoſtorgius lib. 3. Fœlicem Arabiam, in qua Sabęi, tradit καθήκειν ἐπὶ τὸν ἐξώτατον Ὠκεανόν, ἧς μητρόπολις ἡ Σαβά. Et cùm Theophraſtus aromata gigni ſcribit περί τε Σάβα καὶ Ἀδράμυτα, *circa Saba & Adramyta*, intelligit nomine Saba Sabæorum metropolim & regionem ei cognominem: nam pręter Plinium, quem ſefellit hic ipſe locus, nemo Veterum tradidit *Saba* appellari thuriferam regionem in Adramytis. *Plin. lib. 12. c. 14.* Itaque magno Salmaſio id meritò fuit ſuſpectum. Saba Ptolemęo eſt Σαβή, Stephano Σαβαὶ & Σάβαι. Σαβαὶ, inquit, πόλις μεγάλη, πλησίον τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καὶ φρούριον. τὸ ἐθνικὸν τῆς πόλεως καὶ τοῦ φρουρίου Σαβαῖοι. *Saba urbs magna prope mare Rubrum, caſtrum item; Gentile nomen urbis & caſtri, Sabæi*. Idem alibi: Σάβα, πόλις μεγάλη πέραν τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, οἱ πολῖται Σαβαῖοι, *Saba magna urbs trans Mare Rubrum, cujus cives Sabæi*. Apparet eandem urbem ſignificari nominibus Sabę & Sabo, quia utraque eſt ampla, & in eodem ſitu, & eoſdem habet incolas. Sed ſive *Saba*, aut *Sabas*, aut *Sabe*, aut *Sabo* ſcribatur, totidem erunt nomina deflexa ex Hebræo שבא *Seba*, quod Veteres *Saba* extulerunt, ut apparet ex Verſionibus.

Ejuſdem urbis aliud eſt nomen ab iſto planè diverſum, *Mariaba* vel *Meriaba*. *Strab. l. 16.* Eratoſthenes de Sabęis; Μητρόπολις δ᾽ αὐτῶν Μαρίαβα, *Metropolis autem ipſorum eſt Mariaba*. Artemidorus; ἡ δὲ πόλις τῶν Σαβαίων, ἡ Μαρίαβα; κεῖται μὲν ἐπ᾽ ὄρους εὐδένδρου, *Sabæorum autem urbs* (metropolis) *Meriaba ſita eſt in monte arboribus conſito*. Plinius poſtquam Sabæorum

bæorum urbes reliquas recenſuit: *Regia tamen*, vel ut alii, *Regina tamen omnium eſt Mariaba*. A Saba non eſſe diverſam multa evincunt; nam ut taceam quod deſcribitur ut gentis metropolis, & in monte ſita æquè ac Saba; Artemidorus, qui Agatharchidem ſequitur κατὰ πόδα in deſcriptione Sabæorum, etiam de metropoli eadem habet, niſi quod nomen *Saba* mutat in Μαρίαβα. Accedit authoritas Geographi Arabis qui id expreſſè affirmat Clim. 1. part. 6. Verba ſunt, ומן מדן חצרמות מארב והי אלאן הראב ובאנת מדינה סבא. *Etiam ex urbibus terræ Hadhramauth erat Marab nunc diruta; ea autem eſt urbs Saba.* Turbat tamen quod contra mentem Veterum Marab ſeu Saba ponit in terra Hadhramauth, adeóque inter Tdhaphar & Sebam, id eſt, inter Saphar & Saubatha Ptolemæi. Ita enim habet Clim. 2. part. 6. *A Tdhafar ad Marab tres ſunt ſtationes.* Et rurſus: *A Marab ad Sebam tres ſtationes.* Itaque cùm Saba vel Mariaba Veterum videatur fuiſſe non procul à Mari Rubro; hæc in mediterraneis deſcribitur à mari valde remota.

Nomen *Mariaba* Plinius *dominos omnium* interpretatur. Nempe à verbo רבא *rabba*, quod dominari ſignificat, formatur nomen מרב *Marab* pro loco vel tempore dominationis. Eam enim vim eſſe ſciunt ominum hujus formæ quotquot Arabicas Muſas vel in primo limine ſalutarunt. Itaque מרב *Marab* Arabicè eſt ſedes dominantium, ſeu quod idem eſt, urbs metropolis: ex quo factum ut & aliæ in Arabia occurrant metropoles hujus nominis, quod doctos fugiſſe miror. Tres certè deſcribit Plinius in eodem capite. Prima Sabæorum eſt, *Regia* vel *Regina tamen omnium Mariaba*. Secunda Minæorum, *oppidum* XIIII M. *paſſuum Mariaba*. Tertia Calingiorum, *Calingii*, inquit, *quorum Mariaba oppidum ſignificat dominos omnium*. Et paulò pòſt: *Gallus diruit*, &c. *ſupra dictam Mariabam* VI M. *paſſuum*. Sic in Ptolemæo præter Saben, quæ Sabæorum eſt Mariaba, in Arabia odorifera recenſentur Μαίαμα & Βάραβα Μητρόπολις. Sed ibi legendum Μαρίαβα, hic Μάραβα Μητρόπολις, ut in Tabulis rectè habetur. Notum à librariis nihil permutari frequentiùs quàm literas μ & β. Igitur quæ Saba proprie, *Marab*, vel ut Græci efferunt, *Mariaba* dicta eſt ἐπιθετικῶς, quia Regum erat ſedes & cæteris Sabæorum urbibus dominabatur.

Plin.lib.6. cap.28.

Saba Græcorum alii myſterium explicant, ut in Plinio habetur, alii ridiculè deducunt ἀπὸ τοῦ σέβειν, eó quód in cultu Deorum præcipuus thuris uſus eſt. Heſychius multo verius, σαβὰ αἰχμαλωσία. Nam Hebraicè שבה, Chald. & Syr. שבא, & Arab. סבי eſt captivum ducere. Tamen *Saba* refero potiùs ad Arabicum שבא vel שבי, quod eminere ſignificat. Id enim in Sabæos apprimè quadrat, ſive ſitum reſpicias urbis metropoleos quæ fuit in monte ſita, ſive ſtaturam corporum; de quibus Agatharchides τὰ σώματά ἐςι τῶν κατοικούντων ἀξιολογώτερα, *incolarum corpora ſunt ſpectabiliora*; ut & Eſaias de Sabæis per ס c. 45: 14. סבאים אנשי מדה, *Sabai viri proceri*. Præterea ſi mores ſpectes, urbis *Saba* ſeu *Marab* incolas Geographus Arabs ita deſcribit Clim. 2. part. 6. כאן להם מן אלתיה ואלעגב ואלכבר עלי סאיר אלאמם. *Faſtu, jactantiâ & ſuperbiâ reliquos* (Arabiæ) *populos ſuperabant.* Denique dignitate etiam & numero & potentiâ videntur cæteris præcelluiſſe. In Agatharchide, τὸ τῶν Σαβαίων γένος μέγιςον τῶν κατὰ τὴν Ἀραβίαν, καὶ παντοίας κύριον εὐδαιμονίας. *Sabæorum gens eſt omnium Arabicarum maxima, & iis omnibus affluens vitam quæ faciunt beatiorem.* In Strabone, ἡ τῶν Σαβαίων εὐδαιμονεςάτη μεγίςου ἔθνους, *Feliciſſima eſt Sabæorum terra gentis maxima.* In Diodoro Sabæi ſunt πολυανθρωπότατοι τῶν Ἀραβικῶν ἐθνῶν, *Arabicarum gentium numeroſiſſimi.*

Plin.lib.12. cap.14.

Proinde aromatiferæ Arabiæ reliquæ gentes Minæi, Gebanitæ, Atramitæ, cenſentur in Sabæorum pagis. Et illarum omnium regia fuit Mariaba. Denique Sabæorum nomen paſſim apud Veteres totam Arabiæ πίζαν ſuo ambitu complectitur.

In Agatharchide, Strabone & Diodoro, Sabęorum divitiæ partim balſamo & caſiâ conſtant, & myrrhâ, & thure, & cinnamomo, & palmâ, & calamo odorato, & cæteris id genus, tanta ubertate ut in igne quotidiano non aliud lignum adhibeant quàm ex caſia & cinnamomo. Quod ſequutus Plinius l. 12. c. 17. *Non alia*, inquit, *ligni genera in uſu ſunt quàm odorata. Ciboſque Sabæi coquunt thuris ligno, alii myrrha.*

Leguntur & Sabęorum opes auro, argento & gemmis conſtitiſſe, & precioſa ſupellectile. Narrat Agatharchides eos ſumptus feciſſe regios in toreumatis, & ſculpturis, & poculorum varietate, & lectis, & tripodibus, & columnis argenteis, & phialis ſuper fores & faſtigia domorum, crebris gemmis & lapidibus pretioſis interſtinctis. Nullam denique gentem his eſſe opulentiorem, qui diſpenſant πᾶν τὸ πῖπτον εἰς διαφορᾶς λόγον: ubi interpres, *quicquid ſub calculum tranſportationis cadit*: malim, *quicquid habetur pro ſumptuoſo* in Aſia & Europa. Ut ibi διαφορὰ ſit idem quod διάφορον, impenſa, ſumptus. Nam pro traoſportatione nuſquam reperi. Eadem legere eſt in Strabone & Diodoro, qui addit precioſa hęc cimelia affluere μάλιςα ἐν Σάβαις, ἐν ᾗ τὰ βασίλεια κεῖται, *maximè in urbe Sabis, in qua eſt regia.* Lego Σάβαις pro Σαγυαῖς vel Σάμαις, vocibus nihili. Σάβαις eſt à recto Σάβαι, de quo in Stephano. Sic apud Plinium Sabęos deſcribit Ælius Gallus, *ditiſſimos ſylvarum fertilitate odorifera, auri metallis, agrorum riguis, mellis ceræque proventu.* Tamen prętei ſtactem & myrrham Recentiores nullum aromatis genus obſervant in Sabęis propriè dictis; ſed nec ulla auri metalla. Itaque Sabęis hęc tribuuntur latiùs accepto nomine, ut jam monui.

Regia dignitas apud Sabęos ſpecies erat captivitatis. Regi enim ſemel inaugurato juxta vetus oraculum vetitum fuit ex palatio prodire in publicum ſub pœna lapidationis. An ex ipſo nomine *Saba* nata eſt ſuperſtitio, quod à nonnullis αἰχμαλωσίαν *captivitatem* explicari diximus? Populi pars cum Rege incluſa vivebat in deliciis: alii agrorum cultui, alii erant intenti mercaturę, navibus coriaceis in Æthiopiam navigantes, ut aromata indigena diſtraherent, & Æthiopica compararent. Hęc ex Agatharchide & aliis.

Sabęorum Dii qui fuerint Philoſtorgius his verbis docet: Θύουσιν ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ δαίμοσιν ἐπιχωρίοις. *Sacrificant Soli & Lunæ, & dæmonibus indigenis.* Tamen Judęorum more circumcidebantur octavo die. Ibidem: ἐμπεριτέμνονται δὲ τὸ ἔθνος κατὰ τὴν ὀγδόην περιτεμνόμενον ἡμέραν. Sive circumcidendi ritum ab illa Regina edocti quæ Solomonem adiit, aut à Judæis admixtis. Quippe οὐκ ὀλίγον πλῆθος καὶ Ἰουδαίων αὐτοῖς ἀναπέφυρται. *Judæorum etiam non parvus numerus his admixtus eſt.* Quin ſub Juſtino Imperatore ibi regnavit דונעם *Dunaam* (quaſi Chariſium dicas) homo Hebræus & Chriſtianis infenſiſſimus. Ita habetur in Metaphraſte, cujus verba non pigebit exſcribere, quia firmant hæc quæ diximus: *Ditione tenebat Arabiam Fœlicem* (*quæ olim quidem Saba, nunc autem vocatur Homeritis*) *Dunaan Hebræus vir impius*, &c. *qui etiam omnes qui erant in ſua poteſtate habebat circumciſos, partim quidem Judaicam ſequentes ſuperſtitionem, partim plane Gentiles, Soli & Lunæ ſacrificantes, & dæmonibus, quos etiam more gentis honorabant fanis & columnis.* Itaque utut eſſent in ritu circumciſionis Judæorum æmuli, tamen pertinax ſuperſtitio retinuit avitos Deos, Solem ſcilicet & Lunam,

Apud Sur. die 24. Oct. tom. 5. et Baron. ad A. 522.

Lunam, de quibus actum in Atramitis & Jerachęis, vel quod idem eſt, Alilæis.

Geographus Nubienſis notat in urbe Marab, quæ & Saba, fuiſſe אלסד אלמסמי אבאל ערם *aggerem Arim nomine inter omnes gentes celebrem.* Hebraicè ערמה *arema* eſt acervus, & נערם coacervari. Unde נערמו מים *coacervata ſunt aquæ*, Exod. 15: 8. Sic Arabibus ערם *arem* vel *arim* terræ aggerem ſonat quo aquę cohibentur & in acervum cumulantur. Giggeius ערם אלואדי *clauſtrum in fluviis ad aquas cohibendas.* Is fuit uſus aggeris de quo Geographus, quem ait in media urbe montis inſtar fuiſſe, & aquas ejus operâ intumuiſſe נחוא מן עשרין קאמה *ferè ad viginti ſtaturas*, id eſt, orgyias vel ulnas, ut ita in altum ſublatæ in vicinos agros undiquaque derivarentur. Sed illis dormicotibus, Deum torrentem immiſiſſe qui alliſu ſuo ruperit aggerem, & urbem ſubverterit ſunditus, demerſis omnibus incolis. Erant hi אלחמיריה Humairitæ vel Homeritæ, qui faſtu, inquit, cæteros Arabes ſuperabant, nec Deo gratos ſe prębebant ob collata beneficia. Ex quo factum ut illius in ſe juſtitiam provocarent cujus bonitatem ſpreverant. Tale fuit ante aliquot ſæcula fatum urbis celeberrimæ, quęque non multo poſt Diluvium putatur conditorem habuiſſe שבא Saba Jectanis filium.

Docet idem Geographus ibi regnaſſe Reginam illam quæ venit ad Solomonem. Verba ſunt, ubi de *Marab*, Clim. 1. part. 6. וכאנת מדינת סבא דמנהא בלקיס זוגה סליכאן, *erat autem urbs Saba ex qua Belkis uxor Solomonis.* Et rurſus Clim. 2. part. 6. *In ea fuit arx nomine* צרואח *Servach Solomonis filii David ſuper quem pax, cujus hodie nil quicquam ſupereſt præter deformes ruinas & divulſa rudera.* צרואח aliis צרוח & צרח eſt arx vel palatium; ut Hebr. צריח, Jud. 9: 46, 49. in qua voce hæſiſſe video nonnullos interpretum. Hanc arcem condidiſſe dæmones fabulantur Arabum Lexicographi. Sequitur in Geographo: *Etiam in urbe Marab eſt arx* אלקשיב *alkaſib, quæ fuit palatium Belkis uxoris Solomonis ſuper quem pax.*

Ita è Veteribus Philoſtorgius ſcribit Sabæorum, vel Homeritarum regionem, μεγάλλιω τε Ἀραβίαν καλεῖσθαι, καὶ εὐδαίμονα, πρὸς τῶν Ἑλλήνων. καθήκειν δ' ἐπὶ τὸν ἐξώτατον Ὠκεανόν, ἧς μητρόπολις ἡ Σαβά, δι' ἧς καὶ ἡ βασιλὶς καλεῖ τὸν Σολομῶντα παραγεγόνει. *Et magnam & Fœlicem Arabiam a Græcis appellari: ad extimum Oceanum attingere; metropolim habere Saba: per eam ad Solomonem Reginam acceſſiſſe.* Huic adde Theodoretum quem viri docti, qui citant in contrariam ſententiam, docent ſe non ſatis attentè legiſſe. Is enim ita habet in 3 Reg. q. 33. Σαβὰ ποῖον ἔθνος; Reſp. Αἰθιοπικόν· οἰκεῖν δὲ αὐτοὺς κεῖσθαι φασὶ τῆς θαλάσσης τῆς Ἰνδικῆς: ὀνομάζουσι δὲ αὐτοὺς Ὁμηρίτας. καταντικρὺ δέ εἰσι τῶν Αὐξουμιτῶν. Μέση δὲ τούτων κἀκείνων ἡ θάλασσα. τούτων ἐβασίλευσεν ἡ θαυμασία ἐκείνη γυνή, ἧς ἐπῄνεσε τὴν σπουδὴν ὁ δεσπότης Χριστός. *Saba quiſnam eſt populus? Reſp. Æthiopicus. Eos autem aiunt ad mare Indicum eſſe ſitos, & Homeritas nominant. Sunt autem è regione Auxumitarum, mari inter hos & illos intermedio. Iis imperavit admirabilis illa mulier cujus ſtudium laudavit Dominus Chriſtus.* Palam eſt Sabæos deſcribi, quia vocat Homeritas, & ad Indicum Oceanum ponit, & ab Auxumitis, id eſt, Æthiopibus, dividi docet altero mari, id eſt, Erythræo. Tamen Æthiopes nominat, quia memorię lapſu ſibi finxit ab Evangeliſta ſic vocari. Quod his verbis diſerte aſſerit q. 22. in Num. Σαβὰ ἔθνος Αἰθιοπικόν ἐστιν. Ὁ γὰρ Εὐαγγελιστής φησιν· βασίλισσα Αἰθιόπων ἀναστήσεται, &c. *Saba gens eſt Æthiopica. Evangeliſta enim dicit: Regina Æthiopum ſurget*, &c. Cùm in Evangelio legatur Βασίλισσα Νότου, *Regina Auſtri*, non *Regina Æthiopum*, nec ullius Æthiopum Reginæ Scriptura meminerit præter Candacem, Act. 8: 27. Theodoreti verba deſcripſit Procopius Gazęus, 1 Reg.

Idem Hebræi ſentiunt. Salmanticenſis lib. Juchaſim. fol. 136. 1. *Regina Saba, quæ Nicolaa vocabatur, venit ex regno Jeman ad audiendam ſapientiam Solomonis.* Regnum Jeman eſt Arabia aromatifera, ut ſtatim pluribus dicetur. Aben-Ezra in Dan. 11: 6. *Filia Regis Auſtri eſt Regina Saba: nempe hoc regnum vocatur linguâ Iſmaëliticâ*, (id eſt, Arabicâ *Aljeman.* *Vid. infra & in fine l. 4.*

Et verò è Sabęis Reginam illam eſſe profectam multo eſt veriſimilius, quàm quod in Joſepho legitur, eam ex Meroe veniſſe, quæ olim Saba dicta fuerit. Primò enim à Chriſto Jeſu vocatur Βασίλισσα Νότου, *Auſtri Regina*, id eſt, Regina *Jeman* vel *Aljeman.* Quippe ut ימין *Jamin* Hebręis, ita Arabibus ימן *Jeman*, & cum articulo אלימן *Aljeman* Auſtrum ſonat. Porro *Jeman* vel *Aljeman* Arabibus idem ferè eſt quod Hebræis *Regnum Saba*, & Romanis Scriptoribus Ἀραβία ἀρωματοφόρος, *Arabia aromatifera.* Nubienſis Clim. 1. part. 6. כמדינה סבא מואף מן אהל אלימן, *urbis Saba incolæ erant è gente Jeman.* Benjamin in Itinerario nuperę Editionis pag. 73. *Omnes Eccleſiæ terra Babyloniæ & Perſides & Choraſan*, ושבא, היא אלימן, *& Saba quæ eſt Aljeman.* Et pag. 82. דרך מדבר ארץ שבא, הנקרא ארץ אלימן, *Via deſerti terra Saba, quæ vocatur terra Aljeman.* Juchaſin fol. 14. b. *Rex Jeman eſt Rex* מלכות תימן, *regni Auſtralis.* Et fol. 135. a. *Saba eſt ex regno Jeman.* Et 139. 6. de Saracenis: *Quorum regnum extenditur uſque ad Aljeman, quod vocatur regnum Saba.* Aben-Ezra ubi ſupra de Saba: *Hoc regnum vocatur linguâ Iſmaelitica Aljeman.* Itaque ſi Reginam Sabęorum Chriſtus appellavit Reginam *Jamin* vel *Jeman*, id eſt, Auſtri, cum vulgo locutus eſt, & ita ut à quovis facilè poſſet intelligi. At Auſtri nomine nemo eſt qui intelligit Æthiopiam: utut ad Auſtrum Judęę tam ſit Æthiopia quàm terra Sabęorum, nuſquam tamen ita vocatur. Non ignoro Ægypti Reges à Daniele paſſim appellari Reges Auſtri, quod æquè inuſitatum. Sed aliter loquuntur Prophetę, quibus ſolenne eſt prędictiones ſuas verbis ęnigmaticis involvere: aliter qui res geſtas referunt, ſimplici ſtylo, quod hic faciebat Chriſtus.

Fruſtra, ex Act. 8. & Strabone, Plinio, & Dione, objicitur in Æthiopia regnaſſe fœminas: cùm de Sabęis aliiſque Arabum idem legatur. Aben-Ezra in loco antè citato de Sabęis in Aljeman: ועל היום אשה מולכת עליהם, *Hodiéque mulier illis imperat.* Claudianus in Eutropium lib. 1.

——— Medis levibuſque Sabæis
Imperat hic ſexus, Reginarumque ſub armis
Barbariæ pars magna jacet.

Sic cùm Sabęi latrones in Jobi ſervos & greges irruerunt, fuit *dux fœmina facti*, ſi credimus Interpreti Chaldęo, qui hęc Hebręa verba, ותפל שבא *Et irruerunt Sabæi*, ſic παραφράζει ונפלת בתכיף לילית מלכת זמרגד ודברתנון, *& derepente irruit Lilith regina Zmargad & Bartinnum.* Et cùm ad Chriſti fidem Saraceni converſi ſunt ſub Valentiniano Imperatore, Reginam habebant Mauviam, quę bellis frequentibus Palęſtini & Arabici limitis provincias devaſtaſſe traditur, & Romanorum vires non parum attriviſſe. Unde Geographus anonymus ſub Conſtantino, ante aliquot annos editus à doctiſſimo Gothofredo ex magni Salmaſii Bibliotheca: *Prope hos degit Saracenorum gens*, &c. *Mulieres verè his imperare dicuntur.* Et Jemama pars Arabiæ ad mare Perſicum è regione Mecchæ nomen habet à Jemama Regina Arabum quæ imperavit in illis locis. Geographus: *Terra Oman ex parte Occidentali declinando ad Septentrionem confinis eſt terra Jemama, e cujus urbibus eſt Hagar* (Petra) *nunc diruta, in qua habitavit olim* אלימאמה אלמלכה *Regina Jemama.* *Ruffin l. 2. cap. 6.* *Clim. 2. part. 6.*

I 2 Redeo

Redeo ad Reginam Saba, quæ veniſſe legitur ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς è terræ finibus, quos inſidere Sabæi multo verius dici poſſunt quàm Meroitæ. Quia cùm in Africa ultra Meroen ſint regiones ampliſſimæ, Sabæi Arabiæ, adeòque terrarum, extima occupant ad Oceanum. Unde eſt quod Pompejus Syriâ perdomitâ tam impenſè optabat διὰ τῆς Ἀραβίας, ἐπὶ τὴν Ἐρυθρὰν ἐλάσαι θάλασσαν, ὡς τῷ περιϊόντι τὴν οἰκουμένην πανταχόθεν Ὠκεανῷ προσμίξειε νικῶν: *Per Arabiam ad mare Erythræum penetrare, ut victor perveniret ad Oceanum quo undiquaque terra cingitur.* Putabat nimirum ſic futurum ut uſque ad extremum orbem Romanorum arma promoviſſe diceretur.

Addo auri & aromatum, quibus Regina Saba camelos oneravit, multo plus eſſe in Sabæis quàm in Æthiopum ſolo. Quid quod Joſephus Judęos tradit balſami plantam illi reginæ ferre acceptam. Verba ſunt: λέγουσι δ' ὅτι καὶ τὴν τοῦ ὀποβαλσάμου ῥίζαν, ἣν ἔτι νῦν ἡμῶν ἡ χώρα φέρει, δόντος ταύτης τῆς γυναικὸς, ἔχομεν. *Aiunt autem ex dono illius mulieris nos habere balſami radicem, cujus noſtra regio hodiéque eſt ferax.* Jam quis neſcit balſamum Arabicam eſſe plantam, non Æthiopicam. Saltem nemo eſt, quod quidem ſciam, qui balſami meminerit in Æthiopia nati. At de Sabæis ſcribit Agatharchides: παρὰ μὲν γὰρ αὐτὴν πέφυκε τὴν θάλασσαν τότε βάλσαμον πολὺ καὶ κασία. *Etiam ad ipſum mare multum naſcitur balſamum & caſia.* Et Artemidorus apud Strabonem: παρ' οἷς καὶ σμύρνα, καὶ λίβανος, καὶ κινάμωμον, ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ καὶ βάλσαμον. *Apud quos & myrrha, & thus, & cinnamomum, in ora autem maritima etiam balſamum.* Et Diodorus: κατὰ μὲν γὰρ τὴν παραλίαν φύεται τὸ καλούμενον βάλσαμον. *Ad oram enim maritimam naſcitur balſamum quod vocant.* Et Pauſanias in Bœoticis: ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῇ Ἀράβων ὅσοι τ' ἔχεις περὶ τὰ δένδρα τὰ βάλσαμα οἰκοῦσι. *In regione autem Arabum quotquot vipera circa balſami arbores degunt.* Item: ἐπὰν δὲ συλλέγειν τοῦ βαλσάμου τὸν ὀπὸν ἀφίκηται τοῖς Ἄραψιν ὥρα. *Cum igitur venit Arabibus legendi opobalſami tempus.* Reginam Saba Balſamum dices ex Ægypto evexiſſe. Nec enim Æthiopiæ ſolum, ſed ſi Joſepho fides, etiam Ægypto imperabat, quam feracem eſſe balſami Dioſcorides & alii teſtantur. Sed in promptu eſt reſponſio, nec Herodotum, nec Strabonem, nec Diodorum, qui de Ægypto tam accuratè ſcripſerunt, Ægyptii balſami uſpiam meminiſſe; neque quenquam alium ante Dioſcoridem. Quin & Plinium id latuit tam curioſum harum rerum indagatorem, Dioſcoridi ferè coævum. Unde haud dubiè colligitur balſamum in Ægypto non fuiſſe plantam indigenam, ſed aliunde recens advectam, quo ævo ſcripſit Dioſcorides.

Taceo quod Arabię Saba multo eſt notior quàm Æthiopiæ. Hæc enim unius Joſephi teſtimonio nititur, quod lectori ſæpe imponit: quod vel ex hac Hiſtoria colligere eſt, cujus fides in multis nutat. Summa eſt Reginam illam, quæ Solomonem adiit, eſſe Herodoti Nicaulem quæ in Ægypto ſimul & Æthiopia regnavit: vocari Reginam Saba de nomine urbis metropolis; Æthiopum enim metropolim Saba fuiſſe dictam, antequam Cambyſes Meroen appellaſſet de ſororis ſuæ nomine: ante Nicaulem à Minæo, qui Memphim condidit, regnaſſe in Ægypto Reges CCCXXX. per annos plus mille trecentos: hos ab Herodoto non nominari, quia commune fuit omnibus nomen Pharaonis, quod Ægyptiis Regem ſonat; ſed poſt Nicaulem deſiiſſe ſic appellari. Hæc è Joſepho hactenus, quæ fabuloſa eſſe prorſus ſtatim animadvertet quiſquis non eſt obeſæ naris.

Antiq. lib. 2. cap. 5. et lib. 8. cap. 2.

1. Primò enim id falſum eſt Nicaulem in Ægypto regnaſſe: neque enim ab Herodoto Nicaule, ſed Nitocris appellatur illa mulier quæ ſola in Ægypto regnavit. Nec eſt quod quis ſuſpicetur vocem eſſe corruptam, & Joſephum aliter legiſſe. Aſſerit enim Herodotus eam Reginæ Babylonicæ Nitocri fuiſſe cognominem: τῇ δὲ γυναικὶ οὔνομα ἦν, ἥτις ἐβασίλευσε τοῦτο, τῇ Βαβυλωνίῃ Νίτωκρις. Nihil potuit ſcribi diſertius. Et in dynaſtia Memphitarum apud Africanum ex Manethone: Νίτωκρις γεννικωτάτη καὶ εὐμορφοτάτη τῶν κατ' αὐτὴν γενομένη, ξανθὴ τὴν χροιὰν, ἣ τὴν τρίτην ἤγειρε πυραμίδα, ἐβασίλευσεν ἔτη ιβ'. *Nitocris generoſiſſima & formoſiſſima mulierum ſuæ ætatis, flavi coloris, quæ tertiam pyramidem excitavit* (in Ægypto) *regnavit annis duodecim.* Et apud Euſebium lib. 1. Chron. pag. 21. Θηβαίων Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ἔτη κβ' Νίτωκρις γυνὴ ἀντὶ τοῦ ἀνδρὸς, ὅ ἐστιν Ἀθηνᾶ νικηφόρος. *In Thebanos Ægyptios regnavit annis XXII. Nitocris mulier pro viro, cujus nomen idem valet quod Minerva victrix.* Nempe Ægyptiis *Nit* vel *Neith* erat Minerva. Plato in Timæo ubi de Nomo Saitico: τούτου δὲ τοῦ Νομοῦ μεγίστη πόλις Σάϊς, ὅθεν δὴ καὶ Ἄμασις ἦν ὁ βασιλεὺς, οἷς τῆς πόλεως θεός ἀρχηγός ἐστιν, Αἰγυπτιστὶ μὲν τοὔνομα Νηΐθ, Ἑλληνιστὶ δὲ, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος, Ἀθηνᾶ. *Illius porro Nomi urbs maxima eſt Sais, unde oriundus erat Rex Amaſis, ubi Dea urbis fundatrix, Ægyptiacè quidem vocatur Neith, Græcè autem, ut illi aſſerunt, Ἀθηνᾶ Minerva.* Rurſus Arabicâ linguâ, quæ inter Ægyptiam & Hebræam media eſſe creditur, קהר *cahara* eſt vincere, & קהר *cahr* victoria. Unde nomen אלקאהרה *Alcahira*, id eſt, victrix, urbi Cairo, quia Muazzus illam ædificavit in horoſcopo Martis והו קאהר אלפלך *qui vincit orbem.* Ita reddenda erant Elmacini verba Hiſtoriæ Saracenicæ pag. 228. quæ doctiſſimus interpres multo aliter accepit. Itaque ex *Neith* & *cahr* conflatam vocem *Nitocris*, Minervam victricem, Veteres rectè interpretantur.

2. Falſum item eſt hanc mulierem Æthiopibus imperaſſe, ut à Joſepho aſſeritur. Saltem nihil tale eſt in Herodoto, quem Joſephus ſequi ſe profitetur. Herodoti quidem interpres alienigenam fuiſſe tradit, unde colligit non nemo eam in Æthiopia non in Ægypto natam. Sed in Herodoti Græco Textu planè aliud habetur, nempe ex Ægypti Regibus CCCXXX. decem & octo fuiſſe Æthiopes, & mulierem unam indigenam, hoc eſt, in Ægypto natam: ὀκτωκαίδεκα μὲν Αἰθίοπες ἦσαν, μία δὲ γυνὴ ἐπιχωρίη. Itaque merum ſomnium eſt quicquid aſſertur de muliere Æthiopica, quæ in Ægypto regnaverit.

3. Quid quod ex Scriptura patet Solomonis ævo regnaſſe in Ægypto Pharaonem illum cujus filiam duxit Solomon, & Seſacum qui continuo poſt obitum Solomonis Roboamum bello aggreſſus eſt; at de muliere, quæ tum temporis in Ægypto regnaverit, altum ubique ſilentium. 4. Neque vero Regina Ægypti veniſſe diceretur ex extremis terræ finibus, cùm Ægyptus ſit Palæſtinæ proxima.

5. Eſt & hoc ἀνεπίρρητον urbis Meroes ante Cambyſen priſcum nomen fuiſſe Saba. Meroen quippe Cambyſes condidiſſe legitur. Itaque ante Cambyſen planè nulla fuit Meroe. Lucius Ampelius de Cambyſe capite, cui titulus *Reges Perſarum. Æthiopiam profectus, &c. urbem ibi condidit Meroem.* Diodorus: πόλις ἐστὶν ἀξιόλογος, ὁμώνυμος τῇ νήσῳ, κτίσαντος αὐτὴν Καμβύσου, καὶ θεμένου τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μερόης. *Urbs inſignis eſt inſulæ cognominis, quam condidit Cambyſes, & appellavit de nomine matris Meroes.* 6. Proinde etiam in eo peccat Joſephus, quòd à ſorore Cambyſis, non à matre, vult nominatam.

Diod. lib. 1. Pag. 20.

7. Nec Nitocrim dicit Herodotus poſt Reges CCCXXX. demum regnaſſe: tantùm ex illo numero unam fuiſſe refert, nec indicat quota fuerit. Quin horum ultimum Mœrim nominat, cui non ſucceſſit mulier, ſed vir fortiſſimus Seſoſtris. Et ex Euſebio colligere eſt circa Patriarcharum tempora Nitocrim imperaſſe

imperaſſe annis ante Solomonem minimum octingentis. 8. Finge tamen pro Mœri ultimam regnaſſe Nitocrim, ne ſic quidem ratio conſtabit: quia Mœreos ſucceſſor Seſoſtris ex Herodoti ſententia diu vixit ante bellum Trojanum, quo recentior fuit Solomon annis circiter CLXX. Itaque omnino neceſſe eſt ut Nitocris aliquot ſęculis Solomonis tempora pręverterit.

9. Jam quid abſurdius fingi potuit quàm quod ante Solomonem regnaſſe vult Ægypti Reges per annos plus mille trecentos; cùm vel ex ipſius Joſephi Hiſtoria colligere ſit Diluvium Noachicum vix tanto ante pręceſſiſſe.

10. Neque verum eſt poſt Solomonem Ægypti reges repudiaſſe nomen Pharaonis, cùm in Eſaia, & Jeremia, & Ezechiele, & libris Regum multi recenſeantur hujus nominis uſque ad tempora captivitatis Babylonicæ, quam nemo neſcit multis ſęculis eſſe Solomone recentiorem.

11. De cætero Ægypti Reges qui regnarunt ante Seſoſtrim ideò pręteriit Herodotus, quia in eorum geſtis affirmabant Ægyptii *οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος*, *nihil eſſe ſplendoris*, non propter Pharaonum commune nomen, ut Joſephus comminiſcitur. Nam & aliud ſingulis nomen fuit peculiare, ut apud Herodotum & Euſebium videre eſt.

12. Sed & id mihi ſuſpectum eſt, quod apud Joſephum *ὁ Φαραὼν κατ' Αἰγυπτίους βασιλέα σημαίνει*, *Pharao Regem Ægyptiis ſonat*. Quia toties in Scriptura legitur *Rex Pharao*, quæ inanis eſſet *ταυτολογία*, ſi vox *Pharao* per ſe Regem ſonaret. Et ſacrâ ſaltem linguâ Ægyptiorum Rex vocabatur multo aliter vel ipſo teſte, qui lib. 1. contra Appionem *ὑκσὼς* *hycſos* interpretatur *βασιλεῖς ποιμένας*, *reges paſtores*, *τὸ γὰρ ὑκ*, inquit, *καθ' ἱερὰν γλῶσσαν βασιλέα σημαίνει*, *hyc enim linguâ ſacrâ regem ſignificat*. Radix eſt Hebręum חק *hoc* quod legem ſonat, unde מחוקק propriè legiſlator, à LXX. Senioribus redditur *ἡγούμενος*, & *βασιλεὺς*, & *ἄρχων*. Apud Arabes, quorum Dialectus Ægyptiaca vocabula multa habet admixta, פרעון *Pharao* eſt crocodilus, quo Ezechielem alluſiſſe cap. 29. & 32. alibi docuimus. Tot Joſephi *σφάλματα* tam paucis verbis docent illi ſcriptori fidem non eſſe temerè adhibendam, cum verſatur in exoticis. Alioqui enim fatendum eſt nos illi plurimum eo nomine debere, quod ſuę gentis hiſtoriam ſumma fide & ſedulitate ſcripſit.

CAPUT XXVII.

Ophir אופר, Gen. 10: 29.

Ophir Arabice *Auphar*, id eſt, opulentiſſimus. Fœm. *Uphre*, quomodo pro *Urphe* legendum in Eupolemo. Terra Ophir duplex, una in Arabia, altera in India. Illa in Caſſaniris vel Gaſaodis, quorum nomen à verbo חסן *chaſan*, id eſt, theſauros recondere. *Gaza* & *Magazin* unde? Aurum ibi quàm facilè, quàm purum, quantâ copiâ effodiatur, quam vili precio comparetur. Aurum apyrum, *ἄπυρον*. Obryzum unde dicatur. Auri glebulæ nucis & meſpili magnitudine. Meſpilum aronium, *τρίκοκκος*, *Zarur*. Ferro autem repenſum pari pondere. Æri triplum, ferro duplum, argento decuplum auri repenſum. Locus Agatharchidis perperam tranſlatus. In Strabone fœdus error. Utrique medicina. Cur auri tanta vilitas in Caſſanitis. In Agatharchide *ἄλλων* pro *ἀλλήλων*. Unde aurum Sabæis de quo Prophetæ & alii. Loca Scripturæ de Ophir Arabiæ. Alibi etiam aurum in Arabia. Aliam fuiſſe Ophiram in India, nempe Ophiram Solomonis. De cujus ſitu variæ ſententiæ. Ea præfertur quæ Ophiram in Taprobana ponit. Ibi aurum, ebur, gemmæ, margaritæ, pavones, cercopitheci. *Paſis* ſinus & *Phaſis* amnis; unde aurum *Paz* & *Uphaz*. Aurum *Parvaim*, 2 Par. 3. Phœnicibus *Parvaim*, *Taph Parvan*, id eſt, littus *Parvan*, inde *Taprobana*. Ophiram cur Phœnices dixerint.

Ophir Arabicâ formâ legendum אופר *Auphar*, quod quid ſit jam dicemus. Arabibus ופר *Uvaphura* eſt *περισσεύειν* *abundare*. Giggeius ופר אלמאל *facultates ampla fuerunt*. Avicenna cap. *de Anatomia digitorum*: ופרת לחום אלאנאמל, *copioſa ſunt pulpa in extremis digitis*. Et in quinta conjugatione תופר multiplicari. 1 Pet. 2: 20. תתופר עליכם אלנעמה מן אללה *multiplicabitur ſuper vos gratia à Deo*. Ubi Syrus תסגא תשבוחתכון לות אלהא *multiplicabitur laus veſtra apud Deum*. Et nomen ſubſtant. ופר *uvaphr*, vel ופרה *uvaphra* in Giggeio eſt *copia*, *opulentia*. Adjectivum vel participium ואפר (*uvaphir*) *dives*, *abundans*, eujus comparat. & ſuperlat. אופר *auphar*. Sic in Avicenna capite *de Anatomia oculi*, אופר מקדאר *auphar mikdar* eſt amplior vel uberior menſura. Inde locus auro affluens Arabicè dictus eſt *auphar*, quaſi uberrimum & opulentiſſimum dicas. In fœminino eſt ופרי *Uphre*. Itaque ארץ ופרי *ardh uvphre* terra eſt ditiſſima, גזירה ופרי *gezirath Uphre* inſula ditiſſima. Quomodo pro *Urphe* legendum in Eupolemi loco inſigni, quo Davidem narrat *πλοῖα ναυπηγήσασθαι ἐν Ἀχάνοις* (lege *Αἰλανοῖς*) *πόλει τῆς Ἀραβίας, καὶ πέμψαι μεταλλευτὰς εἰς τὴν Οὐρφῆ* (lege *Οὐφρῆ*) *νῆσον, κειμένην ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, μέταλλα χρυσικὰ ἔχουσαν, καὶ τὸ χρυσίον ἐκεῖθεν μετακομίσαι τοὺς μεταλλευτὰς εἰς τὴν Ἰουδαίαν*. *Naves fabricaſſe Ælanis urbe Arabia, & miſiſſe metallicos ad inſulam Uphre, in mari Rubro ſitam, metallis auri fœcundam, & metallicos aurum inde in Judæam advexiſſe*. Quę cum Scripturę verbis planè conſonant, niſi quòd Davidi tribuit quod à filio Salomone demum pręſtitum eſt.

Lib. 1 fen. 1. doct. 5. ſum. 1. cap. 23. — *Lib. 3 fen. 3. tract. 1 c. 1.* — *Apud Euſeb. lib. 9. Præpar. c. 30.*

Terra Ophir duplex fuit, una in Arabia prope Sabęos, altera in India. Illa fuit in *Caſſanitis* Ptolemæi & Stephani, quos Diodorus *Gaſandes* vocat, & Agatharchides *Caſandres*, facto nomine à verbo חסן *chaſan*, quod in *Cal* eſt poſſidere, in *Niphal* recondere, unde יחסן *jechaſen*, Eſ. 23: v. 18. לא יאצר ולא יחסן, *non reponetur in theſaurum, nec recondetur*. Indidem חוסן *choſen* theſaurus, Prov. 15: 6. *in domo juſti eſt* חסן רב *theſaurus magnus*. Ezech. 22: 25. חסן ויקר יקחו, *opes & res pretioſas acceperunt*. Arabes per z חזן *chazan* ſcribunt, unde *gaza* vox per aphęreſin, & מחזן *machzan* in plurali מחאזן *machazin*, nobis *magazin*, locus in quo reconduntur opes. Ch & G permutantur, ut in *galbanum* pro חלבנה *χαλβάνη*. Tale eſt quod iidem populi modò *Caſſanitæ* vocantur & *Caſandres*, modo *Gaſandæ*. Proinde ut ab opulentia locus dicebatur אופר *Ophir* vel *Auphar*, ita incolę *Caſſanitæ* vel *Gaſandæ* dicti ſunt à חסן vel חזן, id eſt, gaza & theſauris, quos poſſidebant, de quibus jam audi Veteres.

Agatharchides: *τὸν μέντοι χρυσὸν ὀρύσσοντες, ἐν τοῖς πλαγιάδεσι τῆς χώρας ὑπονόμοις εὑρίσκουσι πολύν*. *Aurum qui effodiunt, reperiunt magnâ copiâ in latis terra cuniculis*; quaſi terra ſponte dehiſcente, ut latentes in viſceribus ſuis theſauros metallariis retegat. Ideò cuniculos illos alii naturales vocant. Diodorus: *τὸν δὲ χρυσὸν εὑρίσκοντες ἐν τοῖς φυσικοῖς ὑπονόμοις τῆς γῆς, συνάγουσι πολύν*. *Aurum autem in naturalibus terra cuniculis inventum multum colligunt*. Hęc de effodiendi facilitate. Nunc dicendum quale ſit aurum.

Agatharchides: *οὐ τὸ συντηκόμενον μετ' ἐπιστήμης καὶ τέχνης ἐκ τοῦ ψήγματος, ἀλλὰ τὸ αὐτόματον, καλούμενον δὲ, διὰ τὸ συμβαῖνον, παρ' Ἕλλησιν ἄπυρον*. *Non aurum ex ramentis cum ſcientia & arte liquefactum, ſed ſponte natum, quod ab eventu Græci apyron nominant*. Artemidorus apud Strabonem explicat, *βωλάρια χρυσοῦ καθάρσεως οὐ πολλῆς δεόμενα*, *auri glebulas quod multa purgatione non eget*. Eſa. 13: 12. pro Hebręo פז *paz* Gręci Interpretes habent *τὸ χρυσίον τὸ ἄπυρον*, *aurum apyrum*. In quem locum Baſilius: *ἄπυρον δὲ χρυσίον τὸ μηδεμίαν ἀμφιβολίαν ὕλης ἀλλοτρίας ἔχον ἐν ἑαυτῷ, ἀλλ' ὁμοῦ τὸ φανῆναι πεῖθον τὴν ὄψιν τῶν ὁρώντων, ὅτι δοκιμόν ἐστι καὶ ἀμιγὲς χαλκοῦ ἢ τινος ἄλλης ἐπιπλοκῆς*. *Aurum apyrum eſt*

quod nullam aliena materia ambiguitatem in ſe habet, ſed quàm primùm apparet, ſolo aſpectu fidem facit ſe probum eſſe & ab omni æris aut alterius metalli cujuſcunque permiſtione purum. Eadem mens Theodoreti: Ἄπυρον δὲ χρυσίον τὸ καὶ δίχα πυρὸς φαινόμενον δόκιμον, τουτέστιν ἄπεφθον, ὃ νῦν οἱ πολλοὶ ὄβρυζον ὀνομάζουσι. *Apyrum igitur aurum eſt quod etiam ſine igne probum apparet, hoc eſt, incoctum, quod multi nunc obryzum vocant.* Rectè explicat per ἄπεφθον: ita enim vocatur aurum quod è fodina tam purum eruitur ut nulla coctione ſit opus ad illud expurgandum. Itaque ἄπυρον & ἄπεφθον, planè idem ſunt. Sed aliud eſt ὄβρυζον vel ὄβρυζον, aurum ſcilicet quod ſæpius deſpumavit & excoctum eſt. Græcè enim βρύειν, βρύζειν, ὀβρύζειν, de illis rebus dicuntur quę efferveſcendo ſpumam ejiciunt; unde & *obruſſa* Latinè eſt auri experimentum quod igne ſumitur. Vide Cl. Salmaſium in Solinum pag. 1080. Itaque falluntur qui putant aurum *obryzum* pro *Ophirizo* dici; quamvis nonnulli interpretes in hac alluſione ſibi placeant. Ita Pſal. 45: 10. pro *auro Ophir* Chaldęus habet אובריזין דמן אופר *obryzum quod eſt ex Ophir*: & Arabs Rom. Edit. אלדהב אלאבריזין *aurum obryzum*: Et Eſ. 13: 12. pro Vulgatæ *obrizo* in Hebræo Textu אופר *Ophir* ſcriptum eſt, ut obſervat Hieronymus.

Jam ſequitur auri glebarum craſſitudo. Diodorus: κατὰ δὲ τὸ μέγεθος ἐλάχιστος μὲν εὑρίσκεται παραπλήσιος πυρῆνι, μέγιστος δὲ οὐ πολὺ λειπόμενος βασιλικοῦ καρύου. *Magnitudinem quod attinet, minima* (auri glebula) *ad nucleum, maxima autem ad nucis baſilicæ magnitudinem accedit.* Strabo & Agatharchides medias eſſe ſcribunt magnitudine meſpili. Sed aronium puto intelligi ſive τρίκοκκον, Arab. זערור *zarur.* Nam noſtratis meſpili poma (σητάνιον, vocant Veteres) nucem baſilicam mole ſuperant.

Porro cùm nullum auri uſum ſcirent extra torques & armillas tam divitis ſoli incolæ, illud vicinis populis, Minæis puta, Gebanitis & Sabæis cum ære & ferro permutabant. Diodorus: τοῦτο μὲν τὸ γένος ἐπιπολάζοντος παρ' αὐτοῖς, χαλκοῦ δὲ καὶ σιδήρου σπανίζοντος, ἐπίσης ἀλλάττονται ταῦτα τὰ φορτία πρὸς τοὺς ἐμπόρους. *Cum hoc genus,* (id eſt, aurum) *apud ipſos ſit copioſum, æris autem & ferri magna raritas, ex æquo has merces cum mercatoribus permutant*, nempe ita ut ferro aurum rependatur pari pondere. Quod utut ſuperet fidem, tamen leve eſt præ his Agatharchidis, quæ doctiſſimus interpres non ſatis intellexit: πρὸς τε τοὺς ἀστυγείτονας μετάγοντες, πωλοῦσιν εὐτελῶς. τὸν μὲν γὰρ χαλκὸν πρὸς τὸν χρυσὸν τριπλάσιον ἀλλάττονται, τὸν δὲ σίδηρον πρὸς διπλοῦν χρυσίον. ὁ δὲ ἄργυρος τοῦ χρυσοῦ δέκα δύναται μοίρας. *Et ad vicinos tranſlatum diſtrahunt precio vili admodum: æri enim triplum & ferro duplum auri rependunt; argentum autem decuplum auri valet* Unde obiter ſupplendus locus in Strabone mutilus: πωλοῦσι δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας εὐωνον τὸν χρυσὸν, τριπλάσιον ἀντιδόντες τοῦ χαλκοῦ, διπλάσιον δὲ τοῦ ἀργύρου. *Vili precio vicinis id aurum vendunt, æri triplum auri rependentes, argento autem duplum.* Ridiculè, quia cùm illis æs & argentum æquè deeſſent, nulla erat ratio cur æri argentum poſtponerent, & auri minus argento quàm æri rependerent. Itaque ſic legendum ut Strabo ſibi conſtet nec differat ab Agatharchide: τριπλάσιον ἀντιδόντες τοῦ χαλκοῦ, διπλάσιον δὲ τοῦ σιδήρου, καὶ δεκαπλάσιον τοῦ ἀργύρου. *Æris triplum auri rependentes, ferro autem duplum, & argento decuplum.* Quia διπλάσιον & δεκαπλάσιον vocabula ſunt ὁμοιόπτωτα, alterum omiſerunt ſcribæ. Et interpres verba Strabonis reddit in ſenſum planè contrarium; *vendunt aurum æris triplo, argenti duplo.* Quod fugiſſe demiror magnum illum commentatorem.

His ita explicatis, apparet quanta fuerit in illis populis auri vilitas, qui non modo χρύσεα χαλκείων ut Homericus Diomedes, pari pondere permutabant; ſed & æs triplo auro, ferrum duplo, argentum decuplo penſabant. Ut avorum noſtrorum memoriâ novi orbis incolæ, quorum auro & margaritis nihil rependebatur præter vitrea, & ahena, & fibulas, & cultellos, & ſecuriculas, atque alia bujus generis crepundia & nugamenta. Nempe Gaſandæ vel Caſſanitæ hominum genus erant rude & imperitum, nec ullarum artium notitiâ imbutum, ita ut cùm in ſolo feraci degerent, & pro ratione climatis bene riguo, tamen agrorum cultum negligerent piſcatui ſolum intenti. Diodorus, ὄντι χώρα παμφορός ἐστι καὶ διάφορος κατὰ τὴν ἀρετὴν, οὐ μέντοι τυγχάνει τῆς ἐνδεχομένης ἐπιμελείας, διὰ τὴν τῶν ἁλιέων ἀπειρίαν. *Regio eſt omnium ferax, & ſoli bonitate præſtans, ſed ſolita cultura eſt expers, propter piſcatorum imperitiam.* In Agatharchide legitur τῶν ἄλλων ἀπειροτέρων ὄντων: ubi interpres, *ob cæterorum imperitiam*, ſed legendum τῶν ἁλιέων, quaſi diceres, ideo terram negligi, quia incolæ ſunt piſcatores rerum omnium imperiti. Caſſanitas enim habitaſſe conſtat ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, *in ora maritima Rubri maris*, ex Marciano & Stephano. Sed & ex Ptolemæo, à quo eorum oppida vel vici maritimi Βάδεω Βασίλειον, Ἄμβη πόλις, Μάμαλα κώμη, Ἄδηδυ κώμη, longo tractu deſcribuntur. Addit Strabo coactos fuiſſe aurum tam vili pretio diſtrahere διά τε τὴν ἀπειρίαν τῆς ἐργασίας, καὶ τὴν σπάνιν τῶν ἀντιλαμβανομένων, ὧν ἡ χρεία πρὸς τὸν βίον ἀναγκαιοτέρα. *Cum propter imperitiam illud tractandi, tum quia iis carebant quæ pro auro rependuntur, quorum uſus ad vitam magis eſt neceſſarius.*

Inde tanta fuit auri copia apud Sabæos, qui, ſi Straboni credimus, auriferæ huic regioni erant confines: Συνάπτει, inquit, ἡ τῶν Σαβαίων εὐδαιμονεστάτη, (ſub. γῆ) *his contigua eſt Sabæorum beatiſſima terra.* Agatharchides, & Diodorus, Carbos vel Carbas medios interponunt, gentem obſcuram, & unico portu notam, ad quem fontium amœnitas aquatores invitabat. At in Ptolemæo Saba Sabæorum metropolis prope attingit fines Caſſanitarum. Atque huc referendum quod in Scriptura toties auri Sabæi fit mentio. Ut Pſal. 72: 15. *Illi dabitur de auro Seba.* Eſa. 60: 6. *Omnes è Seba venient, thus & aurum afferent.* Ezech. 27: 22. *Mercatores Seba,* &c. *auro negotiabuntur in nundinis tuis.* 1. Reg. 10: 2. de regina Sabęorum: *Ingreſſa eſt Jeruſalem cum exercitu numeroſo, camelis ferentibus aromata, & aurum valde multum.* Et verſ. 10. *Et dedit regi centum & viginti talenta auri.* Sed & cùm apud Plinium Ælius Gallus Sabęos dicit eſſe ditiſſimos auri metallis, quia Veteres nullas obſervant auri fodinas in Sabęis propriè dictis, aurum intelligi puto vicinorum Caſſanitarum, qui vel erant ſub Sabęorum jugo, vel aurum ſuum cum illorum quiſquiliis permutabant.

Idem aurum ex proprio loci nomine vocatur aurum *Ophir*: neque enim ad Indicum aurum pertinent omnia Scripturæ loca quibus agitur de auro Ophir. Sic in his Jobi cap. 22. verſ. 24. *Pones aurum ſuper pulverem, aurum*, inquam, *Ophir ſuper rupes torrentium*; Et cap. 28: 16. *non confertur auro Ophir*: de Indica Ophir agi veriſimile non eſt: quia ætate Jobi qui Jacobo Patriarchæ pene fuit æqualis, ad terras illas tanta terrarum & marium intercapedine à Judæa diſſitas nondum patuerat acceſſus. Sed nec Indicum aurum intelligo 1. Chron. 29: 4. ubi David obtuliſſe legitur mille talenta auri Ophir, quia in remotiorem illam Ophiram navigationem Solomon & Hiram primi inſtituerunt. Itaque cùm in illis locis conſtet Ophir nomine terram ſignificari Judææ propiorem quàm ſit India, hanc nemo cordatus alibi quæret quam quo loco diximus, ubi magna vis fuit auri præſtantiſſimi, quodque facilè eruebatur, & vili precio diſtrahebatur. Fuit & alibi aurum

bi aurum

Plin. 6. 26. bi aurum etiam in Arabia. Sic ex Juba Plinius in ſiou Perſico deſcribit *littus Hammaeum, ubi auri metalla.* Et per Debas fluit amnis ψῆγμα χρυσοῦ καταφέρων, *auri ramenta deferens*, cujus præter Strabonem Diodorus & Agatharchides meminerunt. Uode & Debæ dicti, quia דהב *debeb* Arabicè eſt aurum. In Arabia denique, ut teſtatur Dionyſius Periegetes,

—— λιβάνῳ κομόωσιν ἄρουραι,
Οὔρεα δ' χρυσῷ.
Thure gloriantur arva & montes auro.

Sed, ut taceam nullibi à Veteribus tam eximium aurum deſcribi, oec tantæ ſœcunditatis; cum Ophir, id eſt, incolæ terræ Ophir, fuerint è ſtirpe Jectan, non poteſt illis commodior ſedes aſſignari quàm in ea parte Arabiæ, io qua conſederunt cæteri fratres.

Interim non diffitendum aliam fuiſſe Ophiram remotiorem, nempe Solomonis Ophiram, in quam ſingulis trienniis ſemel navigabatur; unde præter
1 *Reg.* 9: 26. & 10: 11, 12. 2 *Chron.* 8: 18. magnam vim auri advehebantur ligna almugghim. ebur, ſimiæ, pavones, lapides pretioſi. Haoc Arabiæ non eſſe Ophiram, quam in Caſſanitis poſuimus ad ſinum Arabicum prope Sabæos, multa docent. 1. Quod in hoc iter triennium inſumebatur. 2. Non potuit ebur ex Arabia afferri in qua elephanti nulli ſunt; niſi quis ebur putet ex Adulitis eſſe allatum. 3. Conſenſus Veterum qui Ophiram in India ſitam eſſe clamant.

Tamen in qua parte Indiæ fuerit Ophira non ſatis conſtat. Quidam in Novo Orbe quærunt, atque aurum *Parvaim*, 2 Par. 3: 6. volunt eſſe aurum Peruviæ; de ebore non ſolliciti, quod eò loci planè igootum, nec de ratione itineris, quod ante uſum pyxidis magneticæ fuit prorſus ἀπρόσιτον. Alii Ophiram quærunt io regno Pegu: alii ut Joſephus & plerique Veterum in Aurea Cherſoneſo, quæ hodie Malaca dicitur: alii in Africæ regiooe Cephala vel Sophala, Chaldęum Interpretem ſequuti, qui claſſem in Ophiram proſecturam ſamel atque iterum vocat ספינת אפריקא, *navem* ſeu claſſem *Afri-*
1 *Reg.* 10: 12. & 22: 49. *canam.* Quo faciunt hæc Origenis io Job. 22: 24. Φασὶ δέ τινες τ͂ ἑρμηνευτῶν τὴν Σωφεὶρ τὴν Ἀφρικὴν εἶναι. *Aiunt interpretum nonnulli Sophir eſſe Africam.* Sophir, id eſt, Ophir. Ita legitur in Græca Verſione, S appoſito perperam ad τὸ Ὠφείρ. Nec deſunt qui Ophiram in Taprobana inſula ponunt, ſive ea ſit Sumatra aut Zeilan.

His ideò nos accedimus, quia Taprobanæ inſulæ, quam Zeilan eſſe alibi probabo, omnia ad amuſ-
1 *Reg.* 9: 28. & 10: 22. et 22: 49. 2 *Paral.* 8: 6. et 8: 18. et 9: 10. 21. *Vartom. lib.* 5. c. 21. ſim quadrant quæ de Ophira legere eſt in libris Regum & Paralipomenoo. Ibi enim aurum & ebur gemmaſque & margaritas magnâ copiâ naſci nemo eſt qui neſciat. Scatere etiam pavonibus ſcribit Steuckius in Arrianum. Et in Cherſoneſo proxima magni precii cercopithecos memorat Ludovicus Vartomanus.

Neque hoc temerè prętereundem etiam *Paz*, Cant. 5: 11. & *Uphaz*, Dan. 10: 5. & Jerem. 10: 9. nominari inſulam Ophir. Quarum appellationum veſtigia videre eſt in *Paſi* ſinu, & *Phaſi* amne Taprobanes, à Ptolemęo memoratis. Appellatur & *Parvajim*, 2 Chron. 3: 6. id eſt, Syrâ & Phœniciâ flexione פרוין *Parvaim*, & mutato genere פרון *Parvan* vel *Provan*, quod vocabulum in Taprobaoe latere nemo non ſtatim animadvertit. Itaque fallor, aut Taprobane vox coaluit ex duabus טף *taph* & פרון *Parvan* vel *Provan*. Arabicè טף *taph*, & geminatis radicalibus טפטף *taphtaph*, eſt littus & ora maris, ἀκτὴ, παραλία, παραθαλάσσιον. Vide Giggeium in טפף. Hanc porro vocem apud Phœnices, Ægyptios & Æthiopes in uſu fuiſſe argumento ſuot Phœnicum in Africa Propria urbes maritimæ *Taphrura & Tabraca*, & promontorium *Taphitis*, in Ægypto *Taphium* vel *Tapium*, urbs ad primum Nili oſtium verſus Syriam, & duplex *Taphoſiris* vel *Taposiris*, quarum una mari imminet, altera magnæ paludi quę maris inſtar eſſe poſſit: & ad ſinum Abalitem in Arriano *Tapara* emporia: ad Barbaricum *Tapatege*. Potuit igitur etiam inſulę *Parvan* vel *Provan* portuoſum illud littus, quò appellebant mercatores, à Phœnicibus vocari טף־פרון *Taph-Parvan* vel *Taph-provan*, unde Græcum Taprobane.

Summa eſt, primos Ophireos in Arabia fuiſſe cum cæteris filiis Jectan, & regionem occupaſſe auro maximè fœcundam; quę ex argumento אופר *Auphar* vel ופרי *Uphre*, id eſt, opulenta dicta eſt, & *Caſſanitis* propter חסנין, id eſt, theſauros io terra abditos. Sed cùm quaſi jure quodam id nominis ſibi adſciſcere viderentur auriferę aliæ terræ Phœnicum navigationibus perviæ; etiam Ophira dicta eſt altera terra remotior in India, è qua tantus auri proventus Hiramo & Solomoni. Phœnicibus ſcilicet ſolemne fuit ut loca ouper à ſe detecta vetuſtis nominibus cohoneſtarent. Hinc in mari Perſico alii Sidonii, alia inſula Tyrus, & Aradus altera: & in Hiſpania Nova Carthago; & in Boëtia alteræ Thebæ: & in mari Cretico altera Byblus: & Tharſis in utroque mari. Omnia enim hæc nomina impoſuere Phœnices. Itaque veriſimile eſt illos auriferæ terræ, quam in India detexerant, Arabicæ nomen indidiſſe.

CAPUT XXVIII.

Chavila חוילה, Gen. 10: 29.

Chavilæ duo. Hujus ſedes hodiè *Chaulan*. Cujus ſitus ex Arabe Geographo accuratè deſcribitur. *Chaulanitæ* iidem qui *Carbi* Agatharchidis & Diodori; & *Cerbani* Jubæ, pro quo perperam *Cembanos* habet Ælius Gallus. bellicoſiſſimi Arabum. Ideo *Carbi* dicti. Chaulanitarum arx *Choud* ubi ſit. Ptolemæi *Ἰουα* vel *ἰαβα* fortè *Δουα*.

Geneſeos cap. 10. memorantur duo Chavilæ; Unus Chuſi filius verſ. 7. de quo agetur ſuo loco: Alter Jectanis verſ. 29. in quo verſamur. Hujus ſedes hodiéque parum mutato nomine appellatur terra *Chaulan*, cujus metropolis *Du-Sohaim* vel *Chaulan-Du-Sohaim*. Hinc Geographus Clim. 2. part 5. *Via è Meccha* אלי די סהים מן חולאן *ad Du-Sohaim* è terra *Chaulan*, &c. Et aliquantò pòſt, חולאן די סהים הי קלעה חצינה *Chaulan-Du-Sohaim eſt arx valida*, &c. Deſcribitur in ea parte terræ תהאמה *Tehama*, quæ terræ Jeman eſt confinis, ad ſtationem decimam tertiam à Meccha, quartam à portu Hali, ſecundam à *Baiſat-jectan*, inter Muccham & Sanaam de qua in Uzal egimus, ſpatio ferè medio. Tehama porro eſt Arabiæ Fœlicis regio ad mare Rubrum extenſa, longa duodecim ſtationes, lata quatuor, quam ad Ortum montes terminant, mare ad Occaſum, ad Aquilonem Meccha & Giodda, id eſt, Ziden portus Mecchæ, ad Meridiem, ubi *Chaulan*, tęrra Jaman ſeu Sabæorum.

Ex hac deſcriptione tam accurata, qualis extat in Geographo, apparet terram Tehamam hodiè Arabibus id ipſum eſſe quod Ptolemæo regio Caſſanitarum: & Chaulan ſeu Chavilam fuiſſe in extremis Caſſanitis prope Sabæos. Itaque Chaulanitę ſunt Carbi, de quibus Agatharchides: τούτων δ' τ͂ ἀνδρῶν συνεχεῖς Κάρβοι κατέχουσι τὴν ἤπειρον, ἐκδεχομένη λιμένΘ ἀγχιβαθὴς, ἐν ᾧ κρῆναι πλείους ἀναβάλλουσιν. Ἑφεξῆς δ' τὸ Σαβαίων ἐπισυνάπτει γένΘ. *His autem*, id eſt, Caſſandribus vel Caſſanitis) *contigui habitant Carbi in continente, quam portus excipit profundus in quo plurimi erumpunt fontes: deinceps autem adhæret gens Sabæorum.* Et Diodorus: μετὰ δὲ τούτους ὑπάρχουσιν ὀνομαζόμενοι Κάρβοι, καὶ μετὰ τούτους Σαβαῖοι, *poſt hos ſunt Carbi dicti, quos ſequuntur Sabæi.* Pro Carbis Cerbanos vocat Juba rex apud Plinium: *Agros*, inquit, *Cer-* *Plin. lib.* 6. *cap.* 28.
bani,

bani, Sabai Arabum propter thura clariſſimi. Et Ælius Gallus *Cembanos*, quo loco Arabiæ populos inter ſe conferens dicit, *numeroſiſſimos eſſe Homeritas, Minæos fertiles agros palmetis arbuſtiſque, &c. Cembanos & Arios armis præſtare.* Sed reſcribendum *Cerbanos*, quibus Carborum vel Cerbanorum nomen videtur à Phœnicibus inditum ex argumento. Hebræis enim קרב *Kerab* eſt bellum, & קָרַב *Karab* confligere. Meritò igitur Carbi vel Cerbani dicti ſunt populi bellicoſi, quoſque inter cæteros armis præſtare obſervat Ælius Gallus: Atque ex hac ipſa nota illos patet eoſdem eſſe cum Chaulanitis, quorum virtutem Geographus ita commendat: ubi de urbe *Chaulan-Du-Sobaim*: הי קלעה חצינה ולאהלהא מנעה ופיהם עזה, *ea eſt arx valida, & populo ejus robur, & in eis eſt virtus*; quaſi diceret gentem eſſe virtute bellica præſtantiſſimam. Hæc ille Climatis ſecundi parte quinta. Idem parte ſexta rurſus meminit alterius caſtelli ejuſdem gentis. Verba ſunt: *A Nagia ad Chond* מן אלנגרה אלי אלהנד. *millia paſſuum XXVI. Chond autem eſt caſtellum populoſum quem incolit gens è terra Chaulan* קום מן אלחולאן. *In eo plures putei, ſuper magno colle ſitum eſt. Diſtat a Sanaa millia paſſuum CXL.* Sanaam probavimus urbem eſſe Gebanitarum. Idem de Nagia ſcribit Plinius: *Gebanitæ pluribus oppidis, ſed maximis, Nagiâ & Tamnâ templorum LXV.* Itaque hæc pars Chaulanitarum non procul fuit à Gebanitis.

Etiam ad Chavilæ vel Havilæ nomen alludit Ptolemæi ὕελα vel ναίλα, ut ſcribitur in exemplari Palatino. Malim αὐίλα, A & Y tranſpoſitis, ut ſit ipſiſſimum Havilæ nomen. Fateor quidem inter *Chaulan* & Hyelam non parvum eſſe interſtitium. Nam Ptolemæi Hyela verſus Auſtrum multum recedit trans Sapharitas. At gens vaga, qualis Arabum, maximè in terra Tehamæ, quidni potuerit in varias colonias ſpargi & diſſipari? Geographus Arabs: בארץ תהאמה סרחא אלערב מן גמיע אלקבאיל: *In terra Tehama vagi ſunt Arabes ex omni ſtirpe.* Plura de Havila vide in deſcriptione Paradiſi terreſtris.

CAPUT XXIX.

Jobab יובב, Gen. 10: 29.

Prope Sachalitas in Ptolemæo *Jobarita*; legendum *Jobabitæ.* B & P Græcum ſæpe confundi. Arabicè *Jebab* deſertum. Ea regio valde deſerta.

Ultimus filiorum Jectan eſt Jobab, pater Jobabitarum, qui Sachalitis fuere proximi. Ptolemæus: εἶτα πρὸς τοῖς Σαχαλίταις Ἰωβαβῖται, *deinde juxta Sachalitas Jobabitæ.* Sic legendum, non Ἰωβαρῖται *Jobaritæ.* Notat doctiſſimus Salmaſius & allatis exemplis probat B & P Latinum à librariis paſſim confundi, quia literæ ſunt ſimiles. Tam proclivis fuit lapſus in B & P majuſculis, id eſt, B & P. & tam facilè ſcribi potuit ΙΩΒΑΡΙΤΑΙ pro ΙΩΒΑΒΙΤΑΙ. Nec obſcura eſt ratio nominis. Nam Arabicè יבאב *jebab* deſertum ſonat, & ארץ אליבאב *ardo-ljebabi* terra deſerti. Porro in Arabiæ parte quam Jobabitæ tenuerunt ſupra Sachalitem ſinum, pleræque ſunt ſolitudines. Itaque hanc plerique Veterum ſecuro ſaltu tranſmittunt. Et è Recentioribus Belleforeſtus totum hoc latus deſertum eſſe ſcribit, ita ut a Materqua ſive Metaco (quod eſt initium ſinûs Sachalitici) uſque ad Covam (ubi deſinit idem ſinus) & promontorium Corodamum (olim, hodiéque Raſalgate nuncupatum) ſexaginta ferè leucarum ſpatio, nulla civitas reperiatur.

In Solin. pag. 277.

CAPUT XXX.

De Meſa משה *& Saphar* ספר, Gen. 10: 30.

Meſa Moſi, aliis *Muſa* vel *Muza*, Arabiæ aromatiferæ portus celeberrimus, unde iter ad Sapharitas. Probatur ex Ptolemæo, Plinio, & Arriano qui habet *Aphar* pro *Saphar*. Quàm precioſæ ibi merces. Mons Climaa. *Saphar* Moſi mons Orientis. Unde *Saphar* urbs metrop. & *Sapharitæ* populi. Urbes plurimæ vicinis montibus cognomines. Climaa in Ptolemæo quantum extenſus, & quot gentium terminus. Cur Arabia odorata per duo hæc loca deſignetur. *Saphar* Recentioribus *Taphar*o*n*, *Taphron*, *Tarpharon*. Arabibus *Tdaphar* טפאר. Unde colligere eſt Veteres per *Sade* ſcripſiſſe, non per *Samech*. Sed Samech & *Sade* literæ promiſcuæ. Nardus *Sampharitica* Dioſcoridis, Avicennæ *Supharitica*.

Ut veritas eorum quæ hactenus docuimus magis ac magis confirmetur, operæ pretium erit ex ipſo Moſe diſcere ubi locorum habitaverint filii Jectan. Audi igitur Divini Scriptoris diſerta verba ויהי מושבם ממשה בבאך ספרה הר הקדם. *Et fuit habitatio eorum à Meſa, cùm tendis Saphar montem Orientis.* His velut intento digito deſignat Moſes eam Arabiæ partem quam diximus. *Meſa* aliis *Muſa* vel *Muza* portus fuit celeberrimus ad mare Rubrum, ad quem frequentes appellebant Ægyptii & Æthiopici mercatores, inde Orientem verſus profecturi ad Sapharitas, à quibus thus & myrrham compararent, & quicquid eſt odorum Arabicorum. Inſpice Ptolemæi Tabulas, ad ſinum Arabicum, gradu 14. ſtatim occurret Muza emporium. Græcè Μοῦζα ſcribitur. Et pene rectà ad Orientem populi Sapharitæ, & Saphar metropolis propè, ad radices montis Climacis. Sed & legendus Plinius lib. 6. cap. 23. ubi multis referuntur mercatorum annuæ navigationes ex Ægypto in Arabiam & Indiam. Summa eſt ab Alexandria per Nilum navigari Coptum uſque. A Copto camelis iri Berenicem oppidum, ubi portus Rubri maris à Copto diſtat CCLXIII M. paſſ. Inde eos, qui Indiam petunt, navigare Ocelin Arabiæ, aut Canam thuriferæ regionis, portus utiles Indicæ navigationi. At quibus id conſilium eſt ut ex Arabia merces rectà in Ægyptum revehant, Muzam eſſe portum obvium ex quo ad Sapharitas & Sabæos iter eſt commodiſſimum. *Eſt*, inquit, *& tertius portus qui vocatur Muza, quem Indica navigatio non petit, nec niſi thuris odorumque Arabicorum mercatores. Intus oppida: regia ejus appellatur Saphar, aliudque Sabe.* Lege *Save* ut in Ptolemæo & Arriano, qui de Muza emporio & de metropoli Saphar agit multo pluribus. *Poſt hæc*, inquit, *in ultimo ſinu ſiniſtra partis hujus pelagi* ἐμπόριόν ἐστι νόμιμον παραθαλάσσιον Μοῦζα, *emporium eſt legitimum maritimum Muza, quod a Berenice Auſtrum verſus diſtat circiter duodecim millia ſtadiorum. Totum incolitur ab Arabibus nautica & maritima rei peritis. Plenum præterea eſt atque refertum advenis mercaturam facientibus. Nam præterquam quod tranſmarinis atque Barygazenis * negotiationibus utuntur, ſuas proprias merces habent. Supra hanc trium dierum intervallo eſt urbs* Σαύη *Save, &c.* Καὶ μετ' ἄλλας ἐννέα ἡμέρας Ἀφὰρ † (lege Σαφὰρ) μητρόπολις: *& poſt alios dies novem Saphar metropolis, in qua ſedem habet Charibael legitimus Homeritarum & qui hiſce vicini ſunt Sabaitarum*, (id eſt, Sabæorum) *Rex.* Hæc Arrianus de Muza emporio. Nunc ex eodem diſce quàm precioſæ merces ibi venales proſtiterint: *Merces*, inquit, *quæ in illud importantur, ſunt purpura eximia & vulgaris, & veſtes Arabica manicata & ſimulata & inaurata, &c. Crocus, cyperus, othonium, abolla, lodices, zonæ ſcutra, unguentum, vinum, frumentum, &c. Inde exportantur quæ ibi naſcuntur, myrrha electa, ſtacte abirminæa, lygdus, denique omnes illæ*

merces

* Barygaza eſt Indiæ portus non procul à Galicut.

† Periit Σ ex Saphar propter alterum Σ præcedens in ἡμέρας.

merces ſuprà commemoratæ quæ ex Aduli efferuntur: ebur ſcilicet, cornu rhinocerotis, teſtudo, nauplium, &c:

Ex his abundè patet quàm frequens & quanti nominis fuerit Muza vel Muſa emporium, unde iter erat ad Saphar regiam urbem & Sapharitas populos. Itaque ex loco tam nobili voluit Moſes omnibus palam fieri in qua parte terrarum Jectanæi degerent. *Habitatio eorum*, inquit, *fuit à Meſa*, (id eſt, à Muſa portu Sabæorum, quomodo poſſet legi ſi liceret per Maſorethas; quamvis nihil ſit neceſſe, quia in tanto lapſu temporis, nemo mirabitur Meſam in Muſam fuiſſe mutatum) *cùm tendis ad Saphar montem Orientis*, id eſt, Orientalem: non reſpectu Judææ, quæ Sabæos habet ad Auſtrum, inde eſt quod Reginam Auſtri Chriſtus vocat reginam Saba: ſed reſpectu Meſæ vel Muſæ urbis, ad cujus Orientem ſunt Sapharitæ, & montium longa ſeries, quam Græci Κλίμακα nuncupant, & Moſes *Saphar* de nomine vicinæ metropoleos. Sic *Nebo*, *Ziph*, *Hebron*, *Pharan*, *Saron*, *Phogor*, *Gelboe*, *Gabaa*, *Galaad*, *Gamala*, *Somron*, *Modin*, &c. non urbium ſolùm, ſed & vicinorum montium ſunt nomina. Nihil enim eſt frequentius apud Hebræos & Arabes, quàm ut urbes vicinis montibus aut viciſſim montes vicinis urbibus ſint cognomines. Itaque hoc exemplo Saphar tum dicebatur Mons Climax ob viciniam urbis Saphar, vel urbs metropolis mutuata eſt nomen montis proximè imminentis. Atque hunc montem memorat Moſes ut tum temporis maximè notum. Is apud Ptolemæum longo tractu extenditur, & multarum gentium eſt terminus. Sic Σαβαῖοι καὶ Ἀγχῖται, ὑπὲρ τὴν Κλίμακα τὸ ὄρος, *Sabæi & Anchitæ ſunt ſuper montem Climacem*; καὶ μέχρι τῆς Κλίμακος Ῥαβανῖται, *& uſque ad Climacem Rhabanitæ*: & Χατραμῖται ἀπὸ τῆς Κλίμακος μέχρι τῶν Σαχαλιτῶν; *Chatrammitæ à Climace uſque ad Sachalitas.* Item ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῆς Κλίμακος Μασονῖται, εἶτα Σαρῖται, καὶ παρὰ τοὺς Ὁμηρίτας Σαπφαρῖται, καὶ Ῥαθηνοί. *A meridie Climacis Maſonitæ, deinde Saritæ, & juxta Homeritas Sappharitæ & Rhathini.* Ibidem etiam fons Stygis: ἡ Κλίμαξ μεθ᾽, ὃ ἡ πηγὴ τὸ καλούμενον Στυγὸς ὕδωρ. Hæc omnia in Ptolemæo.

Proinde cùm Moſes Jectanæos dicit habitare à Meſa vel Muſa quâ viâ itur Sapharam; idem eſt ac ſi habitare ſcripſiſſet in Arabia odorata, in qua Ægyptii, & Æthiopes aromata comparaturi, hæc duo loca maximè noverant & frequentabant, Muſam portum in quem appellebant, & montana Sapharitarum ubi urbs erat regia. Et verò rem ſic ſe habere docuimus longa inductione omnium filiorum Jectan, unico Obale excepto, qui per Arabici freti anguſtias in Africam proximam migravit & in Abalitem ſinum. Sed potuit hæc migratio fieri poſt Moſis tempora. Utut ſe res habeat, μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. Nec deſinit eſſe verum in Arabia Fœlici habitaſſe poſteros Jectan, etiam ſi illorum unus in vicinam regionem coloniam deduxerit.

A medii ævi ſcriptoribus *Saphar* vocatur *Tapharon*. Philoſtorgius ubi de Homeritis & Theophilo Indo: τῶν δὲ ἐκκλησιῶν μίαν μὲν ἐν αὐτῇ τῇ μητροπόλει τοῦ παντὸς ἔθνους Τάφαρον ὀνομαζομένῃ ἀνῳκοδόμησατο. *Eccleſiarum quidem unam in ipſa totius gentis metropoli, quæ Tapharon appellatur, ædificavit.* Ammianus lib. 23. de Arabia: *Civitates habet eximias Geapolim, & Naſcum, & Baraba, itidemque & Nagara, & Mephran, & Taphron*, &c. lege *Tapharon.* Stephanus inſerto R plurali numero habet *Tarphara.* Τάρφαρα, inquit, οὐδετέρως, πόλις τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας; *Tarphara neutro genere urbs Arabiæ Fœlicis.* Geographus Arabs טפר *Tdaphar*, per T durum quod ſonat ut D, propter punctum adſcriptum, טפאר הי קצבה יוצב ובאגורה מפאר פימא סלף מן אלבלאר אלכבאר אלמשהורה *Tdaphar eſt metropolis terræ Jachſeb, olim autem fuit Tdaphar è magnis & celebribus civitatibus.* Hinc colligas priſcos Arabes *Saphar* ſcripſiſſe per *Sad* vel *Sade*, non per *Sin* aut *Samech*, ut ספר *Saphar* Moſes. Omnino enim illud ט Td factum ex *tſade*, ut in טבי pro צבי: טל pro צל: טבא pro צבא & ſimilibus. Sed quis neſcit *Sin* & *Sad*, vel ſi mavis *Samech* & *Sade*, literas eſſe ſimilis ſoni & ſæpe promiſcuas, maximè apud Arabes. Sic origanum Arabicè ſcribitur צעתר & סעתר; pharmacum quo provocatur ſternutatio צעוט & סעוט; negotium צעל & סעל; vitta ſanguine tincta, quam in capite geſtant Arabicæ mulieres, cùm inciderunt in grave aliquod infortunium צקאב & סקאב: platea צוק & סוק: latus צטר & סטר, quomodo & Syris. Pari ratione potuit ſcribi צפאר & ספאר per *Samech* vel *Sin*, ut ab Avicenna ſcribitur in capite de סנבל *Sunbal*, id eſt, ſpicâ, nardi ſcilicet, נארדס ספארטיקי (ita enim legendum) pro eo quod in Dioſcoride eſt, νάρδος Σαμφαριτική, *nardus Sampharitica*, ſeu ex Arabiæ urbe Saphar.

Non poſſum non addere in Arabica Paraphraſi Lutetiana pro *Meſa* & *Saphar* haberi מכה *Meccham* & אלמדינה *Medinam*, ex quorundam ſententia, qui primos Arabes Jectanis filios circa hæc loca degiſſe volunt. Hinc author libri Juchaſim, qui pluribus citatur in fine libri quarti, ובני יקטן י״ג וכלם שכנו ממשא והיא הנקרא בלשון ערבי מכה, *Jectanis autem XIII. filii fuere, qui omnes habitarunt à Meſa. Ea vocatur Arabum linguâ Meccha.*. Atque id quidem vero eſt propius quàm quod ſanxere Veteres, Jectanis omnes poſteros habitaſſe circa Cophetem in ora Indiæ. Tamen docebitur poſtmodum loca circa Moccham & Medinam tenuiſſe Chuſæos, quibus Iſmaëlitæ & Madianitæ mixti. At Jectanis pleroſque filios in interiora Fœlicis Arabiæ receſſiſſe ad regionem aromatiferam jam puto eſt luce clarius. Recte igitur Theophanes (poſtquam dixit de Iſmaëlitis: οὗτοι πάντες ᾤκουν τὴν Μαδιανῖτιν ἔρημον, καὶ ἐν αὐτῇ ἐκτηνοτρόφουν ἐν σκηναῖς κατοικοῦντες: *Hi omnes incolebant Madianitem eremum, & pecora in eo alebant in tabernaculis degentes*) de Jectaneis ſubjungit continuò poſt: εἰσὶ δὲ καὶ ἐνδότεροι αὐτῶν, μὴ ὄντες τῆς φυλῆς αὐτῶν, ἀλλὰ τοῦ Ἰεκτὰν, οἱ λεγόμενοι Ἀμανῖται, τουτέστιν Ὁμηρῖται. *Sunt autem & his interiores, qui non ſunt de tribu ipſorum, ſed ex tribu Jectan, qui Amanitæ dicuntur ſeu Homeritæ.* Quod ipſum in Anaſtaſio legere eſt, & in Euthymii Moamethicis.

V. Biblioth. Pat. Græcor. tom. 2. pag. 289.

V. Ibid. pp. 307 et 308.

Porro ſoli Jectanis poſteri pro ערב עארבה, id eſt, genuinis Arabibus haberi volunt; alios ערב מתערבה vel מסתערבה, id eſt, *Arabes factos* eſſe pertendunt. Quomodo in Judæis מתיהדים *Judæi facti*, Eſther. 8: 17. veris & naturâ Judæis opponuntur. Quo alluſum à Chriſto, Ev. Joh. 1:48. & Apoc. 2:9. & 3: 9. & à Paulo Rom. 2:29. & Galat. 2: 15. Hactenus de Semi poſteris. Jam ad Japhetum Europæorum patrem, quemque dilatavit Deus ut habitaret in tabernaculis Semi. Gen. 9. 27.

LIBER TERTIUS.

DE JAPHETHI POSTERIS.

CAPUT I.

De Japhetho.

Japhetho pars Aſiæ & Europæ obtigit, magnarum terræ partium minima, ſed cultiſſima. Japheth Græcis Japetus. Decrepiti ſenes Japeti dicti per convitium. Japeto vetuſtior, adagium olim in uſu. Japeti bella in Jovem. Japheth idem qui Neptunus. Prometheus eſt Magog. Japheth fratrum natu maximus. Tamen illius benedictio tantùm ſecundaria eſt, & quaſi appendix ad Semi benedictionem; & in nomine non Jehovæ, ſed *Elohim*. *Japhth*, id eſt, *dilatet Deus Japhetho*. Paronomaſiæ quales in Scriptura paſſim. Exempla multa. *Japhth* Veteribus *dilatet*; Recentioribus *alliciat*. Prior interpretatio præfertur multis de cauſis. *Japhth* alii *condecoret* tanquam à יפה. In Auguſtino *latificet*, ſed legendum *lætificet*. Alibi *latatum* pro barbaro *latatum*, vel pro *lactatum* potiùs. Japhethi portio ideò ampliſſima, quia in Septentrione major hominum fœcunditas. Hæc verba Noæ, *& habitet in tabernaculis Semi*, quæ ad Deum aut ad Chriſti *incarnationem* quidam referunt, potiùs ad Japhethum pertinere, cujus poſteri Græci & Romani Aſiæ portionem invaſerunt quæ Chamo obtigerat. Vocationem gentium iiſdem verbis contineri probatur etiam ex Chaldæo Paraphraſte. Eccleſiam uſque ad Chriſtum fuiſſe in Semi tabernaculis. Japhethi poſteros ad eam non pertinuiſſe. Hodiè tamen conſtituere maximam partem Eccleſiæ Gentium. Quinam è Japhethi filiis in Europam ſe contulerint.

Præter Aſiæ partem non contemnendam Japhetho Europa obtigit, magnarum mundi partium minima, ſed cultiſſima, & longè populoſiſſima, & multis abhinc ſæculis humanitatis ſedes, & politioris literaturæ, Græcorumque altrix & Romanorum, qui uſque ad Africæ & Aſiæ penitiſſima imperii ſui limites longè latéque promoverunt.

Japetum, id eſt, Japhethum, Græci generis ſui authorem eſſe agnoſcunt, nec putant Japeto quicquam eſſe antiquius. Unde eſt quod decrepiti & deliri ſenes per convitium Japeti vocitabantur. Heſychius: Ἰαπετὸς, ἐπὶ διασυρμῷ πρεσβύτερος ἀρχηγὸς (lege ἀρχαῖος) *Japetus, per deriſionem ſenex, antiquus*. Ἀρχαῖος ex Suida reſcribo qui ſic habet: Ἰαπετὸς, ὄνομα κύριον, λῆρος, μωρὸς, ἀρχαῖος, *Japetus, nomen proprium, delirium*, (id eſt, delirus) *fatuus, antiquus*. Cujus locutionis en tibi illuſtre exemplum ex Nubibus Ariſtophanis, Act. 3. Scen. 3.

> Μηδ' ἀντειπεῖν τῷ πατρὶ μηδὲν, μηδ' Ἰαπετὸν καλέσαντα
> Μνησικακῆσαι τὴν ἡλικίαν.

Nec patri quicquam reſponſare, nec Japetum appellando ſenium ei exprobrare. Itaque id ceſſit in proverbium, *Japeto vetuſtior* pro valde ſene. Hinc apud Lucianum in Dialogo Cupidinis & Jovis, *Sub initium.* Cupidini pueritiam prætexenti, ut peccatum extenuaret, Jupiter infenſus regerit: Σὺ παιδίον, ὦ Ἔρως, ὃς ἀρχαιότερος εἶ πολὺ τοῦ Ἰαπετοῦ. *Tune puer ô Cupido, qui es Japeto longè vetuſtior.* Quod ſumptum ex Sympoſio Platonis in Agathonis oratione.

Fingitur Japetus Jovi, id eſt, Chamo, bellum intentaſſe, propter diſſidia quæ inter illos peperit diſſimilitudo morum, Gen. 9: 22, 23. Cur eundem Japhetho Neptunum fecerint parum ſibi conſtantes mythologi, docuimus libro primo; & Japhethi filium Magog eundem eſſe cum Prometheo.

Japhethus non Chamo ſolùm, qui fuit fratrum minimus, Gen. 9: 24. ſed & Semo major fuit. Semum enim, ex Gen. 11: 10. natum eſſe conſtat anno Patris Noæ DII. Qui cùm Gen. 5: 32. anno ætatis D. generaſſe legatur; neque ſit Chamus aut Semus qui illo anno natus eſt; relinquitur ut ſit Japhethus. Omnino igitur Japhethus fratrum fuit natu maximus. Et verba Moſis Gen. 10: 21. LXX. rectè reddunt, τοῦ Σὴμ, &c. ἀδελφοῦ Ἰάφεθ τοῦ μείζονος, *Semo fratri Japheti majoris*. Ita ut Hebræum הגדול, id eſt, *magnus* vel *major*, Japhethi ſit epithetum, non Semi, ut plerique volunt.

Sed utut ætate prior, tamen gratiâ poſterior Japhethus, nonniſi ſecundo loco benedictus eſt à patre Noa, atque illa benedictione quæ fuit inſtar appendicis ad benedictionem Semi, in cujus ſemine futurum erat ut benedicerentur omnes gentes. Nec temerè eſſe Judæi putant quod in illa Noe Deum invocat ſolo nomine אלהים *Elohim*, id eſt, Dei, inter gentes recepto; non Tetragrammato יהוה *Jehova*, quod junxerat nomini *Elohim* in Semi benedictione. Sic ſcilicet innui putant Deum *Jehovam* nonniſi ſolis Semi poſteris, id eſt, Judæis, revelandum.

Benedictio Japhethi ſic incipit: *Dilatet Deus Japhetho*. Dilatet Hebraicè eſt יפת *japhth*. Quo verbo ad Japhethi nomen alludi nemo non videt. Atque his paronomaſiis in Scriptura nil frequentius; ut cùm de *Noach* dictum, Gen. 5: 29. ינחמנו (*jenachamenu*) *conſolabitur nos*. Et de Juda in benedictione, Gen. 49: 8. יודוך (*joducha*) *laudabunt te fratres tui*. Et de Dano ỷ. 16. *Dan* ידין (*jadin*) *judicabit populum ſuum*. Et de Gade ỷ. 19. גד גדוד יגודנו (*Gad gedud jegudennu*) *Gad, turma populabitur eum, ſed ipſe alios* יגוד (*jagud*) *populabitur tandem*. Tale illud de Nabale, 1 Sam. 25: 25. *Nabal eſt nomen ejus*, ונבלה עמו *&* (*nebala*) *ſtultitia cum eo eſt*. Et de Gaza, vel quod idem eſt Aza, Sophon. 2: 4. עזה עזובה תהיה *Aza* (*azuba*) *derelicta erit*. Et de Accarone eodem verſu ועקרון תעקר *Et Accaron* (*theaccer*) *eradicabitur*; ut in Pſeudoſibyllinis.

> *Ἔσται καὶ Σάμος ἄμμος, ἔσεται Δῆλος ἄδηλος,*
> *Καὶ Ῥώμη ῥύμη.*
> *Erit & Samos arena, erit Delus ignota, & Roma vicus.*

Huc pertinet illud Jeremiæ cap. 1. verſ. 11. & 12. Et ad me factum eſt verbum Domini dicendo: *Quid tu vides Jeremia? Et dixi virgam* שקד (*ſaked*) *amygdali video. Tunc mihi dixit Dominus, benè vidiſti: nam* שוקד (*ſoked*) *feſtino ego ſuper verbo meo, ut illud efficiam.* Ibi proponitur amygdalus tanquam ſymbolum feſtinationis propter alluſionem nominis שקד *ſaked*, amygdali, ad feſtinandi verbum שקד *ſakad*. Neque inanis eſt alluſio. *Floret* enim *omnium prima amygdala menſe Januario, Martio verò pomum maturat.* Plinii verba ſunt lib. 16. cap. 25. Tale quid affectavit Græcus Author adjectionum ad Danielem, quem uni ſeniorum qui ſe vidiſſe dixerat Suſannam ὑπὸ σχῖνον ſub lentiſco, reſpondentem inducit, *Angelus Dei σχίσει σε μέσον*, & alteri qui dixerat, ὑπὸ πρῖνον *ſub ilice*; *Angelus Dei πρίσει σε μέσον, ſecabit te medium*, &c.

יפת *Japhth* eſt futurum *Hiphil* à פתה. Plenum eſſet יפתה *Japhtheh*. Sed litera *He* finalis per apocopen exciſa eſt, ut in ירד à רדה, Eſ. 41: 2. & תשק à שקה, Gen. 21: 19. Porro פתה in *Cal* eſt pellici, in *Piel* pellicere. At in *Hiphil* alibi nuſquam occurrit, præterquam apud Chaldæos, quibus אפתי eſt di-

eſt dilatare. Hoc ſequuti Chaldæus Onkelos, Græci, Arabes, &c. cum Hieronymo hîc reddunt, *Dilatet Deus Japheth*, pro eo quod Recentiorum nonnulli ex Hebræorum uſu, *Alliciat Deus Japhethum*. Quarum interpretationum cùm utraque pia ſit & erudita, prior tamen multis de cauſis videtur præferenda. Primò enim credibile non eſt Noam fruſtra mutaſſe conjugationem *Piel* in *Hiphil*, quâ in alliciendi ſignificatione nemo unquam eſt uſus. Secundo פתה verbum ita medium eſt ut tamen ferè ſemper ſumatur in malam partem. Cùm enim in Scriptura frequentiſſimè occurrat, uno aut altero loco exceptis, nihil aliud ſignificat quàm pellicere, & decipere, & ſeducere, & in errorem inducere. Græci ἀπατᾷν plerumque reddunt alluſione manifeſta, ſed quæ verbi vim rectè exprimit. Tertiò פתה cùm in alliciendi ſignificatione ſumitur, ſemper regit accuſativum: at hic יפת dativo jungitur. Dativi enim nota eſt *Lamed* litera voci *Japheth* præfixa, יפת אלהים ליפת. Itaque cùm dici non poſſit, *Alliciat Deus Japhetho*, neceſſariò reddendum, *Dilatet Deus Japhetho*, ſupp. locum aut habitationem. Hebræi enim ſic loqui amant. Ita Gen. 26: 22. הרחיב יהוה לנו, *dilatavit Dominus nobis*: & Pſal. 4: 2. *in tribulatione* הרחבת לי *dilataſti mihi*: & Prov. 18: 16. *Donum hominis* ירחיב לו *dilatabit ipſi*, ſupp. viam.

Non me latet tertiam eſſe interpretationem eorum qui יפת exponunt *condecoret*, quaſi fiat à יפה. In qua ſententia fuit Jonathan, qui ſic habet in Chald. Paraphraſi ישפר יי תחומיה דיפת, *condecoret Dominus terminos Japhethi*. Sic & Rabbi Mardochæus qui in Hebræis concordantiis, quas vocant, hunc locum refert ad יפה. Quo pertinere volunt nonnulli Recentiorum quod habet Auguſtinus ex vetuſta illa Verſione Italica, *Lætificet Deus Japheth*. Sed hanc interpretationem, cùm Grammaticæ legibus repugnet, Aben-Ezra his verbis jure merito ſuggillat, *Interpretatio quâ Japheth deducitur à verbo* יפה *(japha) decorum eſſe, non eſt interpretatio* יפה *(japhe) decora*. Neque hùc pertinet ut volunt τὸ *lætificet* in Auguſtino. Reſcribendum enim *latificet*, qua voce, barbarè quidem, ſed ſignificanter tamen, Græcum πλατύναι expreſſerat Italicę Verſionis author. Et verò *latificet* legitur non *lætificet* in eodem Auguſtino contra Fauſtum Manichęum lib. 12. cap. 24. ubi citatur idem locus. Sic Job. 31: 27. ubi pro Hebræo ויפת, & Græco Symmachi ἐπλατύνθη, Vulgatus habet *lætatum eſt*; (*lætatum eſt in abſcondito cor meum*) Suſpicor *lætatum* factum ex barbaro *latatum* pro *dilatatum*. Niſi quis malit *lactatum* legi, quod non malè reſponderet Græcæ voci ἠπατήθη, quâ hîc utuntur Septuaginta Seniores. Proinde pro Hebræo יפתה, & Græco ἀπατῶν in Aquila & Theodotione, idem interpres *lactandi* voce utitur in his verbis, Prov. 16: 29. *Vir iniquus lactat amicum ſuum*.

De Civit. Dei l.16.c.2.

Sed redeo ad verba Noæ, quibus Japhetho benedixit. Quæ cùm conſenſus Veterum & ſimilium locorum collatio doceat ſic optimè reddi, *Dilatet Deus Japhetho*, ſupple habitationem: iis omnino aſſentior qui per hæc verba volunt Japhetho promitti fore ut in terræ diviſione ampliſſimam illi portionem habitandam Deus aſſignet. Quod Deum abunde præſtitiſſe ſtatim agnoſcet quiſquis, pręter Europam quanta quanta eſt, ad Japhethi portionem pertinere cogitabit Aſiam minorem, & Mediam, & Armenię partem, & Iberiam, & Albaniam, & vaſtiſſimas illas regiones ad Boream, quas olim Scythę, hodiè Tartari obtinent. Ut de Novo Orbe taceam, in quem per fretum Anianis migraſſe Scythas vero non eſt abſimile. Nempe, cùm Japhethi poſteris Deus partem mundi aſſignaverit quę vergit ad Septentriones; ubi vetus Gothorum ſcriptor Jornandes merito ſcribit eſſe *efficinas gentium & velut vaginas nationum*, quia mira in illis locis hominum fœcunditas; Regiones illorum habitationi deſtinatas vaſtiſſimas eſſe oportuit, ne Japhethi familia præ cæteris ſoboleſcens nimis in arctum comprimeretur.

Jam quod ſequitur, *& habitet* vel *habitabit in tabernaculis Semi*, interpretes aliter atque aliter exponunt. Sunt qui Dei nomen volunt ex proximo repetendum, quaſi dicatur, *Dilatabit (quidem) Deus Japhetho, ſed habitabit* (idem Deus) *in tentoriis Semi*. Hoc eſt, Japhetho quidem largietur Deus ampliorem terræ portionem, ſed in Semi poſteris Eccleſiam ſibi eliget, in qua habitet ſempiternum. Quæ ferè ſunt verba Pſaltis Pſal. 132: 13, 14. *Elegit Dominus Sionem, elegit eam pro habitatione ſua*, dicens: *hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam*. Quod toti Eccleſiæ ita convenit, in peculiari ratione in Chriſto fuerit impletum, in quo *habitat* (κατοικεῖ) *omnis plenitudo Deitatis*, Col. 2: 9. Is autem, cùm eſſet in terris, inter Semi poſteros, id eſt, Judæos, habitavit, è quibus carnem ſumpſerat. Proinde Johannes de Chriſto cap. 1. v. 14. *Verbum caro factum eſt*; & (ἐσκήνωσεν) *habitavit in nobis*. Hanc expoſitionem multis perſequuntur è Veteribus Theodoretus in Geneſ. quæſt. 58. & è Recentioribus Fullerus Anglus Miſcellaneorum lib. 2. cap. 4. Præiverat è Chaldæis Onkelos qui ſic habet: *Dilatet Deus Japhetho, & habitet* שכינתו *majeſtas* (ad verbum *habitatio*) *ejus in tabernaculis Semi*. Hinc Arabs Erpenianus: *Et habitet* נורה *lux ejus*, id eſt, Dei gloria ſeu majeſtas, *in tabernaculis Semi*.

Hæc interpretatio piam & magni momenti doctrinam in ſe continet, quam tamen aliunde puto meliùs probari quàm ex hoc loco. Ubi illud *habitet* videtur pertinere potiùs ad Japhetum de quo dictum, *Dilatabit Deus Japhetho*; ut hæc ſit mens ſancti Patriarchæ, Deum aliquando Japhethi terminos ita dilataturum ut habitet etiam in Semi fratris tentoriis. Hunc locum ita accipiunt Hieronymus in Traditionibus Hebraicis, Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum lib. 12. cap. 24. & Chryſoſtomus in Geneſ. Homil. 29. Nempe, cùm verſus præcedens totus ad Semum pertineat, hic totus ad Japhethum videtur referendus. Legenti res patebit: *Dilatet Deus Japhetho, & habitet in tentoriis Semi, & Chanaan ſit ſervus ejus*, id eſt, Japhethi: nam de Semo jam fuerat dictum; *Benedictus ſit Deus Semi, & Chanaan ſit ſervus ejus*. Itaque ſuperfluè repeteretur, ſi de eodem Semo ageretur. Porro ſi ad Japhethum id referas, *& Chanaan ſit ſervus ejus*, etiam ad illum referendum quod proxime pręcedit; *& habitet in tentoriis Semi*. Hæc eſt Cajetani ratio, quæ non parum habet virium.

Supereſt ut doceamus quomodo Japheth habitaverit in Semi tentoriis, aut Chananæis imperaverit: atque utrumque valde eſt obvium. Nam idem Moſes, quo referente Noam ſcimus hoc prophetaſſe, aliud oraculum recitat, Num. 24: 24. pro prædicitur fore, ut כתים Citthæi poſteri Japheth affligant Aſſur & Eber, id eſt, Aſſyrios & Hebræos Semi poſteros. Et, vel Scriptura tacente, tamen Hiſtoriæ nos docent Græcos & Romanos ex Japhethi ſtirpe oriundos Aſiæ portionem invaſiſſe, quæ Semo & Chananæis obtigerat. Et, ſicubi Chananæorum reliquiæ ſuperfuerant, puta Tyri à Sidoniis, & Thebis à Cadmo, & Carthagine à Didone conditis, id omne vel à Græcis vel à Romanis exciſum.

Sed & vocationem gentium iiſdem verbis contitori pręvidit jam ante eventum Chaldęus Interpres Jonathan, in cujus Paraphraſi hęc verba ſunt valde notanda, ישפר יי תחומיה דיפת ויתגיירון בנוי

וישרון במדרשא דשם. *Condecorabit Dominus terminos Japhethi, & proſelyti fient*, (id eſt, convertentur) *filii ejus, & habitabant in ſchola*, id eſt, templo vel eccleſia, *Semi*. Nos ſcilicet, qui ſumus Japetionidæ, aut in eadem eccleſia habitamus cum Judæis qui crediderunt; aut incredulis ejectis, eorum locum occupamus. Id ſequuntur Hieronymus, Auguſtinus, & Chryſoſtomus in locis ſuprà citatis.

Ex hac interpretatione tria emergunt non temerè prætereunda. Primò, Eccleſiam dici *tabernacula Semi*, quia uſque ad Chriſti adventum familiæ Semi fuit affixa. Ut per tabernacula taceam Eccleſiæ ſtatum in terris rectè exprimi, non modò quia Patriarchæ Abraham, Iſaac, & Jacob in tentoriis habitarunt ut peregrini, ut obſervat Apoſtolus, Heb. 11: 9. ſed & quia fidelium omnium in hac vita eadem eſt conditio. Hinc Petrus in ſecunda cap. 1. verſ. 13. ἐφ' ὅσον εἰμὶ ἐν τούτῳ τῷ σκηνώματι, *quandiu ſum in hoc tabernaculo*. Et Paulus 2. Cor. 5: 1. *Scimus enim quod ſi* ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, *terreſtris noſtra domus tabernaculi diſſolvatur, ædificium ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis*.

Secundò, Japhethi poſteros olim non habitaſſe in tabernaculis Semi, id eſt, ad eccleſiam Dei nullo modo pertinuiſſe, nec ſortem habuiſſe in Jacob: quod Apoſtolus docet his verbis, Eph. 2: 12. *Eratis illo tempore ſine Chriſto, alienati a republica Iſraelis, extranei a pactis promiſſionis, ſpem non habentes, & Dei expertes in mundo.*

Tertiò, eoſdem Japhethi poſteros hodiè ita habitare in tabernaculis Semi ut præcipuam partem conſtituant Eccleſiæ gentium. Quamvis enim neque Semi neque Chami liberos ab Eccleſia excludat Deus, in qua nec Græcus eſt, nec Judæus, aut Barbarus, aut Scytha, ſed Chriſtus omnia in omnibus: tamen hoc certum, Chriſti fidem jam inde ab ævo Apoſtolorum in Europa maximè viguiſſe, & Aſiæ partibus quæ in Japhethi ſortem ceciderunt. Quod longa inductione demonſtrare ſit facillimum. Sed hæc ſunt alterius loci.

Col. 3. 11.

Japhethi ſeptem filios recenſet Moſes, & nepotes totidem. De ſeptem filiis duo ſolùm in noſtram Europam migrarunt, nempe Thiras & Javan: quorum ille Thraciam & Myſiam obtinuit, atque Europæ ferè quicquid eſt ad Septentrionem obverſum: Hic illas Europæ partes quæ ad Meridiem vergunt, & Mediterraneo mari imminent, Græciam puta, & Italiam, & Galliam, & Hiſpaniam. Ab his initio facto, videbimus quas Aſiæ partes reliqui obtinuerint.

CAPUT II.

Thiras תירס, Gen. 10: 2.

Ex *Thiras Thrax*, ξ pro Samech in Alphabetho Phœnicio. Thracia Hebræis *Thraſia*, *Threſſa* mulier, Θρᾷσσα', Θρῆσσα, Θρῄσσα. Veteres è Thiras Thraces deducunt. Multa veſtigia hujus nominis in Thracia & vicinis locis. *Athyras*, *Tyriſtaſis*, *Thraſum*, *Tranſi*, *Agathyrſi*, *Idathyrſus*, *Tyras*, *Tyris*, *Tearus*, *Tyrias*, *Thuras*, *Thares*, *Thuros*, *Theritas*, *Thero*, *Tereus*, *Therops*, *Teres*, *Tiris*. Lucianus emendatus. Ortelius notatur. Thiras Arabi Interpreti Perſæ.

Thiras putatur eſſe Θρᾷξ, *Samech* & ξ permutatis, ut in Alphabetho quod Græci à Phœnicibus acceperunt, in quo litera ξ occupat locum literæ *Samech*. Inde eſt quod *Thraſia* תראסיה per *Samech* ſcribitur à nonnullis Hebræorum. Joſephus filius Gorjon Hiſtoriæ lib. 2. cap. 8. Editionis Venetæ Alexandrum Magnum inducit ita loquentem; *Audite me principes Macedoniæ* ותארסידה ותלאסיה, legendum ותראסיה ותסאליה *& Thraſia, & Theſſalia*. *Thraſia*, id eſt, *Thracia*. Neque aliter Abraham Zachut in libro Juchaſin fol. 145. a. ותירס הם תראסיה: *Et Thiras ſunt populi Thraſiæ*. Quin & Græcè mulier è Thracia Θρᾷσσα & Θρῇσσα & Θρῄσσα dicitur, quæ ab Hebræo *Thiras* proximè abſunt.

E Thiras Thraces deducunt hi Veterum, quantum memini. Joſephus, cujus verba ſunt: Θείρης δὲ Θείρας μὲν ἐκάλεσεν ὧν ἦρξεν; Ἕλληνες δὲ Θρᾷκας αὐτοὺς μετωνόμασαν. *Thires autem Thiras vocavit eos quibus imperavit; Græci autem Thraces ipſos vocarunt*. Euſebius, Θειρὰς ἐξ οὗ Θρᾷκες, *Theras*, (id eſt, Thiras) *ex quo Thraces*. Euſtathius Antiochenus: Θείρας τοὺς Θείρας, τοὺς νῦν Θρᾷκας. Epiphanius: Θρᾷκες ἀπὸ τοῦ Θείρας, ἐπίκλην τοῦ ἐν τῇ πυργοποιΐᾳ γεγεννημένου, καλοῦντας. Hieronymus: *Thiras Thraces, quorum non ſatis immutatum eſt vocabulum*. Ita etiam Iſidorus & alii Recentiores: & è Chaldæis Jonathan & Jeroſolymitanus Interpres pro *Thiras* habent תרקי *Thraces*.

Joſeph. Antiq. l. 1. c. 7.
Euſeb. in Chron.
Euſt. in Hexaem.
Epiph. adverſ. Hæreſ. l. 1. §. 7.
Hieron. in Tradit. Hebr.
Iſid. Orig. l. 9. c. 10.

Quin apud Thraces & vicinos populos multa ſuperſunt veſtigia hujus nominis. *Athyras* portus, & ſinus, & fluvius circa Byzantium in Propontidem exiens; apud Plinium, Melam & Ptolemæum: *Tyriſtaſis* vel *Tiriſtaſis* urbs in Thraciæ Cherſoneſo apud Plinium & Demoſthenem. Et *Thraſum* Θρᾴκιον tractus Thraciæ apud Procopium lib. 4. Ædificiorum. Et *Tranſi* Thraciæ populus ad Hæmum montem, Herodoto 5. & Livio 38. & Heſychio. Stephanus à Græcis vocari ſcribit Ἀγαθύρσους, *Agathyrſos*, quod ipſum nomen ultima ſui parte videtur alludere ad *Thiras*. Ut & Idathyrſus Regis Scytharum nomen ad Iſtri oſtia, quem Darius bello eſt aggreſſus. Vide Plutarchi Apophthegmata. Eòdem pertinet *Tyras* Myſiæ urbs ad amnem cognominem, cujus oſtium non procul abeſt à Danubii oſtiis. Vide Herodotum, Strabonem, Plinium, Ptolemæum. In Heſychio perperam ſcribitur Τυρίς. His addendus *Tearus* amnis Thraciæ, fontibus duodequadraginta inſignis, cujus aqua ſcabiem & alios morbos curat. Vide Herodotum lib. 4. cap. 89. & 90. & Plin. lib. 4. cap. 11. Et in proxima Bithynia Gallus, unde Galli Cybeles, dictus olim *Tyrias*, ut in Stephano habetur.

Sed & huc videntur alludere vetuſtiſſima Thracum nomina: Θούρας *Thuras* unum è nominibus Martis qui fuit Thracum Deus. Ab aliis ſcribitur Θύρης & Θοῦρος. Unde in Homero [illegible], θοῦρος Ἄρης. Tamen à Dorotheo poëta vetuſtiſſimo paſſim uſurpari tanquam proprium Martis nomen obſervat doctiſſimus Salmaſius in Solinum, pag. 1235. Quin & *Theritam* cognominari de nomine *Therûs* nutricis tradit Pauſanias in Laconicis: Θηρείταν δὲ ἐπονομάζουσιν ἀπὸ Θηροῦς. ταύτην γὰρ τροφὸν εἶναι τοῦ Ἄρεως λέγουσι. Nec reticendus hìc *Tereus* Martis filius, primus Rex Thracum, quo in fabulis Poëtarum nemo decantatior. Nec *Therops*, de quo Diodorus lib. 3. in eadem Thracia Rex à Baccho conſtitutus Lycurgi loco. Nec Odryſarum Rex *Teres*, de quo Lucianus in Macrobiis ex Theopompo. Hodiè legitur Τήρης ὁ Δρυσῶν βασιλεὺς unde interpres, *Teres Dryſorum Rex*, qui nullibi ſunt. Itaque legendum Ὀδρυσῶν *Odryſarum*, quæ Thraciæ gens eſt notiſſima. Miror Ortelium hoc non vidiſſe, qui Dryſos ſuſpicatur nomen eſſe gentile à *Drys*. At inde fierent Δρυεῖς vel Δρυΐδαι, non Δρυσοί. Stephanus Δρῦς πόλις Θρᾴκης, &c. ὁ πολίτης Δρυσὺς καὶ Δρυεύς. De cætero *Drys* non eſt regnum, ſed oppidulum, quod nunquam habuit proprios reges: at Odryſarum regnum in latitudinem patebat ab Abderis ad Iſtrum, iter undecim dierum; & in longitudinem à Byzantio ad Leæos, vel ut apud Thucydidem legit Stephanus, ad Dainos populos Pæonicos circa Strymonem, iter tredecim dictum. Sed quod rei caput eſt, in eodem Thucydide legitur primus Te-

Digitized by Google

mus Teres, Sitalcis pater, Odryſarum regnum amplificaſſe: Ὁ δὲ Τήρης οὗτος, inquit, ὁ τοῦ Σιτάλκου πατὴρ πρῶτος Ὀδρύσαις τὴν μεγάλην βασιλείαν ἐπὶ πλεῖον τῆς ἄλλης Θρᾴκης ἐποίησε. *Hic autem Teres Sitalcis pater primus Odryſarum regnum reliquâ Thraciâ majus reddidit.* Et de eod. Plutarchus in libro Apophthegmatum: Τήρης ὁ Σιτάλκου πατὴρ ἔλεγεν, ὁπότε σχολάζοι καὶ μὴ στρατεύοιτο, τῶν ἱπποκόμων εἶναι αὐτῷ μηδὲν διαφέρειν. Sitalcis etiam filius fuit *Teres* nomine quem civitate donarunt Athenienſes. Conſule Scholiaſtem Ariſtophanis in Acharn. Act. 1. Sc. 4. Eſt & *Tires* Thracicum nomen. Polyęnus Stratag. lib. 4. cap. de Antiocho Antiochi filio: ἔχων σὺν αὐτῷ Θρᾳκῶν εὐπατρίδας πολλούς, ὧν ἡγοῦντο Τίρις καὶ Δρομιχαίτης. *Multos ſecum habens nobiles Thraces quibus præerant Tiris & Dromichætes.* *Thiras* Arabs Pariſ. Editionis פארס Perſas interpretatur, quomodo & quidam Hebręi.

CAPUT III.

Javan יון, Gen. 10: 2.

Iones non dici ab *Ione* Xuthi filio, ſed ab alio antiquiore *Ione*, qui Hebr. eſt *Javan* filius *Japheth*. *Javan* in Gr. verſ. Ἰωυάν. Iones Homero *Jaones*, al. *Jaones* & *Jades*. Ionum nomen præter Athenienſes etiam Bœotos & Achæos complectitur & Macedonas. Mare Ionium. Jonum colonia, in Aſiam profecta, non fuit ex ſolis Athenienſibus. Iones è Thracia uſque ad Iſthmum. Alexander rex Javan, Dan. 8 In columna Theſei, quæ ſtetit uſque ad Codrum, Ionia opponitur Peloponneſo. Mancipia ex Javan, Ezech. 27. id eſt, Ionica & Græca, quæ maximè in precio. Atoſſa Darium impulit ad bellum Græcis inferendum, ut ancillas inde haberet. Aes ex Javan in Ezechiele, id eſt, Euboicum; & ferrum ex Javan, id eſt, Macedonicum & Aonium vel Bœoticum.

Quominus Ionum nomen referatur ad Javan, quæ Joſephi ſententia eſt, adeóque Veterum & Recentiorum omnium, videtur obſtare quod Græci ſcribunt de Ionum origine. Summa eſt, Xuthum Hellenis filium Deucalionis nepotem è Phthiotide Athenas conceſſiſſe regnante Pandione, Creuſam Pandionis ſororem duxiſſe in conjugem, filium quem ex Apolline ſcilicet illa conceperat adoptaſſe, atque Ionem ideò vocaſſe quod ἰόντι eunti in Apollinis templum primus occurriſſet. Hunc Ionem, bello in Eumolpum Thracię regulum fœliciter confecto, tantam conſequutum eſſe gloriam, ut ab eo deinceps non Athenienſes ſolùm, ſed & Athenienſium coloni omnes Iones dicti fuerint. Sed tota hæc narratio mihi quidem valde ſuſpecta eſt: neque enim veriſimile eſt priſcum nomen antiquaſſe Athenienſes in bellici ducis gratiam. Hoc ad injuriam Erechthei pertinuiſſet, qui Athenis tum regnabat. Itaque Græcorum Hiſtoriographos puto invitos huc confugiſſe, quia nullum noverant Ionem antiquiorem. Sed is commodùm hîc ſeſe offert, *Javan* ſcilicet, vel *Ion*, filius Japheth. Nam vocalibus ademptis Hebręum יון utroque modo poteſt legi. Græci Interpretes legerunt Ἰωυάν. Inde, inquam, *Iones* dicti, qui Homero *Jaones*, aliis *Jannes* & *Jades*. Nempe Græcis id ſolemne eſt ut peregrina vocabula variè detorqueant. Interim Homeri *Jaon* maximè accedit ad *Javan*. Ionum porro nomine nolim ſolos Athenienſes & Athenienſium colonos intelligi. Quamvis ita accipiant Herodotus, Ariſtoteles, Heraclides, Strabo, Plutarchus & alii. Haud dubié patuit olim hoc nomen multo latius. Nam Achæos etiam & Bœotos Ionum nomine contineri habetur in Heſychio. Quo refero, quod à Strabone Ionicus campus ponitur in Bœotia. Et in Homeri hymno in Apollinem Iaones ſunt Delii. Macedoniam etiam huc pertinuiſſe cum vicinis gentibus ad occaſum

Iliad. N. 685. Heſych. in Ἰάονες. Harpocrat. in Ἀπόλλων πατρῷος. Apud Harpocrat. in Ἀπόλλων πατρῷος. V. 147. & 152.

docet, quod Ionium appellatur mare illis obtentum. Proinde Chaldæi Interpretes pro *Javan* hic habent Macedoniam. Neque verò ex ſolis Athenis educi potuit Ionum tam numeroſa colonia quæ Androclo duce Codri filio in Aſiam profecta duodecim urbes condidit, in his Epheſum, & Miletum, & Phocęam, urbes maximas, pręter inſulas Samum & Chium. Itaque Mileti, & Colophonis, & Prienes conditores Pylios aut Thebanos fuiſſe fatetur Strabo, non Athenienſes. Atque ut ſcias coloniam hanc undécunque fuiſſe collectam, Aſiaticos Ionas Herodotus habuiſſe ſcribit τέσσαρας γλώσσης χαρακτῆρας, *quatuor linguæ characteras*, id eſt, idiomata; unum ſolùm habituros, ſi fuiſſent ex una civitate profecti. Uno verbo, ad Ionas pertinuiſſe puto Macedones & pleroſque Græcos. Quin juxta Scholiaſten Ariſtophanis in Acharnan. πάντας τοὺς Ἕλληνας Ἴωνας οἱ βάρβαροι ἐκάλουν, *omnes Græcos barbari Iaones appellabant.* Crediderim tamen uſum ſic voluiſſe, ut ii potiſſimum Hebræis Javan vel Iones dicerentur qui è Thracia habitarunt uſque ad Iſthmum. Hinc eſt, quod Alexandrum Daniel cap. 8. v. 21. appellat regem Javan. Confirmat id quod diximus columna olim à Theſeo in ipſo Iſthmo erecta cum hac inſcriptione, qua parte ſpectabat Megaram, τάδ᾽ οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ᾽ Ἰωνία; *Hæc non ſunt Peloponneſus, ſed Ionia*; & qua parte Peloponneſum, τάδ᾽ ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία; *Hæc ſunt Peloponneſus, non Ionia.* Hujus columnæ mentio eſt apud Plutarchum & Strabonem, qui eam ſtetiſſe ſcribit uſque ad Codri regnum, id eſt, per annos circiter centum & quinquaginta.

Plut. in Theſ. Strab. l. 9.

Mancipia ex Javan, id eſt, Græca & Ionica, venalia Tyri proſtitiſſe ſcribit Ezechiel, cap. 27. v. 13. ut quæ in toto Oriente maximè eſſent in pretio. Heliodorus lib. 7. συναπέστελλε δὲ καὶ ἀνδράποδα ὑπηρετησόμενα, κόρην μὲν τῇ Χαρικλείᾳ, παιδάριον δὲ τῷ Θεαγένει, τὸ μὲν γένος Ἰωνικά, τὴν δὲ ἡλικίαν ἥβης ἐντός. *Miſit etiam mancipia quæ illis ſervirent, Charicleæ quidem puellam, puerum vero Theageni, genere quidem Ionica, ætate verò intra pubertatis annos.* Et lib. 8. τὸ οἰνοχοοῦσαν τῇ Κυβέλῃ παιδισκάριον, ἦν δὲ τῶν Ἰωνικῶν ἅτερον, *puella quæ erat à poculis Cybele, erat autem una ex Ionicis.* Hinc apud Ælianum de Animalibus lib. 11, cap. 27. cur Græcis bellum inferretur cauſa fuit Darii uxor Atoſſa Cyri filia, ποθήσασα θεραπαίνας κτήσασθαι Ἀττικὰς καὶ Ἰάδας, *cum ancillas Atticas & Ionicas poſſidere ſummè cuperet.* Itaque Eadem in Thalia Herodoti virum, qui valde erat uxorius, his ferè verbis ſollicitat. *Omiſſo bello in Scythas qui quandocunque voles tui erunt, adverſus Græciam expeditionem para:* ἐπιθυμέω γὰρ λόγῳ πυνθανομένη, Λακαίνας τέ μοι γενέσθαι θεραπαίνας, καὶ Ἀργείας, καὶ Ἀττικάς, καὶ Κορινθίας, *Lacænas enim & Argivas & Corinthias mihi ex fama cognitas ſervas habere exopto.* Ad quem locum Claudianus ita alludit lib. 2. in Eutropium:

> *Fœlices aliæ, quas debellata maritis*
> *Oppida, quas magnis quæſita viribus ornant*
> *Exuviæ; quibus Argivæ, pulchræque miniſtrant*
> *Theſſalides, famulas & quæ meruêre Lacænas.*

Martialis etiam lib. 4. Epig. 66. ſervos ex eadem gente ita commendat.

> *Nec tener Argolica miſſus de gente miniſter.*

Et lib. 7. Epig. 79.

> *Sed Mitylenæi roſeus mangonis ephebus,*
> *Vel non cæſus adhuc matre jubente Lacon.*

In eo ipſo Ezechielis loco, quem citavimus, commendatur æs ex Javan, id eſt, Græcia. Euboicum æs intelligo, de quo Strab. lib. 10. καὶ μέταλλον δ᾽ ὑπῆρχε θαυμαστὸν χαλκοῦ καὶ σιδήρου κοινόν, ὅπερ οὐχ ἱστοροῦσιν ἀλλαχοῦ συμβαῖνον. *Mirabile etiam metallum æris & ferri commune ibi fuit, quale negant alibi extitiſſe.*

Et aliquantò pòſt verſ. 19. agit idem Ezechiel de ferro ex Javan, id eſt, Macedonia, ſi Javan idem ſignificatur qui ſuprà. Geographus anonymus ſub Conſtantio cap. 34. de Macedonia: *Ejicit*, (id eſt, mittit) *ferrum & plumbum.* Io quem locum multa obſervat de metallis Macedoniæ doctiſſimus Gothofredus qui Geographum illum primus edidit. Quibus addo ex edicto Pauli Æmilii apud Livium lib. 45. *Metalla quoque auri atque argenti in Macedonia non exerceri, ferri & æris permitti.* Et Bœoticum ferrum, de quo Dionyſius Perieg. v. 476.

Ἀόνιον τμηθεῖσα πολυγλώχινι σιδήρῳ.

Aonium multâ quam ſcidit cuſpide ferrum.

Aonium, id eſt, Bœoticum, ut Euſtathius rectè monet. Aones enim ἔθνος βάρβαρον οἰκῆσαν ποτε ἐν Βοιωτίᾳ, *gens barbara, quæ in Bœotia quondam habitavit.* Sed cur ſuſpicer Javan, de quo ibi Ezechiel, eſſe in Arabia Fœlici, dixi cap. 21. lib. 2.

CAPUT IV.

Eliſa אֱלִישָׁה, Gen. 10: 4.

Eliſa, aliis Hellas, Æolis, Elyſii campi, Almeſiſa ſeu Mopſveſtia. Potiùs *Elis* & in genere Peloponneſus. In Ezechiele purpura ex inſulis Eliſæ, id eſt, ex Peloponneſo & vicinis inſulis. Purpura Laconica, & in ſinu Corinthiaco, & Hermionica Suſis reperta, & Coa, & è Niſyro una Cycladum, & è Carpatho, & è Cytheris, & ex Gyaro, & ex Amorgo. Byſſus & purpura cur promiſcuè ſumpta. Byſſus in Elide, in Græcia nuſquam alibi.

Javanis filii quatuor, Eliſa, Tarſis, Kethim, Dodanim, à quibus provinciæ totidem denominatæ. Eliſa Chaldæis eſt אלס *Hellas*; Joſepho *Æoles*; Vilalpando *Elyſii campi* in Fortunatis Inſulis; Arabi Interpreti Pariſiis nuper edito אלמציצה *Almeſiſa*, id eſt, Mopſveſtia Ciliciæ oppidum: mihi Peloponneſus, in quo *Elis* vetuſtiſſima eſt & ampliſſima regio, cujus una pars ab Homero vocatur *Aliſium.* Proinde cùm purpuræ meminit Ezechiel ex Eliſa allatæ cap. 27. verſ. 7. Eliſæ nomine Peloponneſum intelligo, in quo purpuræ piſcatio circa Eurotæ oſtia in Veterum ſcriptis celeberrima. Plinius lib. 9. cap. 36. *Res purpura præcipuus eſt Aſia, & in Laconica Europa.* Pauſanias in Laconicis: Κόχλους δὲ ἐς βαφὴν πορφύρας παρέχεται τὰ ἐπιθαλάσσια τῆς Λακωνικῆς ἐπιτηδειοτάτας μετά γε τὴν Φοινίκων θάλασσαν. *Conchas ad tincturam purpuræ maritima partes Laconicæ poſt Phœnicum mare aptiſſimas præbent.* Horat. lib. 2. Od. 18.

—— *nec Laconicas mihi*
Trahunt honeſtæ purpuras clientæ.

Statius lib. 1. Sylva 2.

—— *quis purpura ſæpe*
Oebalis, & Tyrii moderator lavet aheni.

Val. Flaccus lib. 1.

Illic Tænario pariter tremit ignea ſucco
Purpura.

Etiam in Corinthiaco ſinu reperiebatur purpura, ſed in Phocide circa Anticyram, cujus pleroſque incolas purpuræ fuiſſe piſcatores teſtatur Pauſanias in Phocicis. At in Peloponneſo non procul à Mycenis fuit Hermione urbs ad Argolicum ſinum purpuræ proventu nobilis, quæ à Plutarcho Hermionica dicitur, cum Suſis ab Alexandro captis, ibi narrat πορφύρας Ἑρμιονικῆς εὑρεθῆναι τάλαντα πεντακισχίλια, συγκειμένης μὲν ἐξ ἐτῶν δέκα δεόντων διακοσίων, πρόσφατον δὲ τὸ ἄνθος ἔτι καὶ νεαρὸν φυλαττούσης. *Purpura Hermionicæ inventa fuiſſe talentorum quinque millia, annos ſervata decem minus ducentis, quæ florem recentem adhuc ac novitium retineret.* Itaque etiam de hac purpura poteſt accipi locus Ezechielis quem diximus, de purpura ex inſulis Eliſæ. Adde Coam purpuram & conchylia Coa ex Ægei maris inſula Co prope Cariam. Juvenalis Sat. 8.

—— *Spartana chlamys, conchylia Coa.*

Horatius lib. 4. Ode 13.

Nec Coæ referunt jam tibi purpuræ.

Ubi Acron, *Coa pretioſa à loco: in hac enim inſula melior,* (id eſt, optima) *purpura tingitur.* Unde eſt quod inſula Niſyrus, tam vicina Co ut crederetur ejus eſſe fragmentum, ἐκαλεῖτο καὶ Πορφυρὶς ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ πορφυρῶν, *vocabatur etiam Porphyris à purpuris quæ in ea ſunt.* Author Stephanus in Ethnicis. Ita etiam Carpathus olim dicta *Porphyris*, teſte Euſtathio, à purpurarum copia. Et Cythera Πορφυροῦσσα, ut ab Ariſtotele ſcribitur, διὰ τὸ κάλλος τὸ παρὰ τῶν πορφυρῶν, vel ut habet Euſtathius διὰ τὸ καλλίστας ἔχειν πορφύρας, *quia eximias habet purpuras.* Rhodiæ quoque purpuræ meminit Vitruvius l. 7. c. 13. *Hoc rubrum*, inquit, *Rhodo etiam inſula creatur.* Sed nec eâ caruiſſe Gyarum, Cycladum unam, quantumvis cætera inopem, colligere eſt ex Luciani Toxari, in quo Agathocles ut amico Diniæ in Gyarum relegato victum quæreret, παραδοὺς ἑαυτὸν τοῖς πορφυρεῦσι συγκατεδύετο, *purpurariis operam ſuam locans cum iis urinabatur.*

Eſt & è Cycladum numero *Amorgus* à qua Amorginæ veſtes, id eſt, purpureæ, ſi credimus Etymologo. Nec deſunt qui ad Ἀμοργὸν & *Amorginam* alludere putent Hebræum nomen ארגמן *argaman* quo hic utitur Ezechiel. Sed de his plura part. 2. lib. 1. cap. 14.

Aliud eſt quod intactum præterire ſit religio, byſſinas ſcilicet vel è byſſo veſtes, quod genus eſt lini tenuiſſimi, purpureum colorem non raro imbibiſſe. Unde in Scriptura toties *byſſus & purpura*, vel *purpura & byſſus* pro purpurea byſſo per figuram ἓν διὰ δυοῖν. Atque inde factum ut byſſus pro purpura ſumeretur & byſſinus pro purpureo. Heſychius: Βύσσος, &c. χρῶμα ἀντὶ τῆς κόκκου παραλαμβανόμενον, *byſſus color qui kokkou, id eſt, cocci, loco aſſumitur.* Idem: Βύσσινον, πορφυροῦν. Item, Βυσσινᾶ, πορφυρᾶ. Suidas: Βύσσινον, βύσσῳ βεβαμμένον, *byſſinum, byſſo tinctum.* Ut ſcias pro colore ſumi. Et Arab. ברין *ſincero colore fuit.* Itaque cùm purpuram & byſſum promiſcuè ſumi pateat: fortaſſe in his Ezechielis, *hyacinthus & purpura de inſulis Eliſa fuit operimentum tuum*, purpuræ nomine byſſus ex Elide intelligitur, de qua Plinius ubi de asbeſtino lib. 19. cap. 1. *Proximus byſſino mulierum maxime deliciis circa Elim in Achaia genito.* Et Pauſanias in Eliacis l. 5. Θαυμάσαι δ' ἄν τις ἐν τῇ γῇ Ἠλείᾳ τήν τε βύσσον, ὅτι ἐνταῦθα μόνον, ἑτέρωθι δὲ οὐδαμοῦ τῆς Ἑλλάδος φύεται. *Eſt & quod quis miretur Elei agri byſſum, ibi ſolum nec alibi uſpiam in tota Græcia naſci.* Et paulò pòſt: Ἡ δὲ βύσσος ἐν τῇ Ἤλιδι λεπτότητος μὲν οὕνεκα οὐκ ἀποδεῖ τῆς Ἑβραίων, ἔστι δὲ οὐχ ὁμοίως ξανθή. *Byſſus autem quæ in Elide eſt, tenuitate non cedit ei quam fert Hebræorum terra, ſed non eſt ita flava.* Et in Achaicis ubi de Patrenſibus fœminis: Βίος δὲ αὐταῖς ταῖς πολλαῖς ἐστὶν ἀπὸ τῆς βύσσου τῆς ἐν τῇ Ἤλιδι φυομένης. Κεκρυφάλους τε γὰρ ἀπ' αὐτῆς καὶ ἐσθῆτα ὑφαίνουσι τὴν ἄλλην. *E byſſo quæ in Elide creſcit pleræque illarum victitant. Reticula enim ex ea & reliquas veſtes contexunt.* Si ſic purpuram accipias, quo Ezechielis loco diximus, optimè cohærebunt duo hemiſtichia; nam in eodem verſu proximè præceſſerat: *E byſſo varia de Ægypto fuit carbaſus tua ut eſſet tibi in velum.*

CAPUT

CAPUT V.

Chittim כתים, Gen. 10:4.

Chittim Græci *Citios* reddunt, id eſt, Cyprios, quia *Citium* in Cypro. Joſepho χεθὶμ ſunt inſulares omnes: inde מלכי החתים, 2 Reg. 7. reddit *Regem inſularum*, ac ſi ſcribatur per *caph. Chittim* al. *Chit*, al. *Iudi*, al. Cilicia, ubi regio *Cetis*. Chaldæis אכזיא corrupte pro אכייא *Achaia*. *Chetim* lib. 1. Maccbab. pro *Macedonia*. Cui verſioni favere videtur Eſaias cap. 23. & alluſio nominis *Chittim* vel *Chetim* ad *Macettam*. Tamen aliud *Chetim*, aliud *Javan*. Et Propherias de *Chittim*, Dan. 11: 29, 30 & Num 24: 24 Romanos merito referunt omnes interpretes; Chaldæi etiam qui Longobardorum circa Romam hic meminere, unde obiter colligitur eos eſſe recentiores. Et Ezech. 27. buxei aſſeres ex inſulis Chetim, id eſt, è Corſica inſula. Maſſorethæ locum corruperunt. In Italia urbes *Cetia* & *Echetia* & *Cetus* amnis. Cocinthus in extrema Italia quaſi חק כתים *Choq Citthim* terminus Cittæorum. Latini olim Cetii dicebantur. Latium à lateodo. Sic *Chetim* Arabicè eſt latens, *Chetema* latere, unde נכתמא Chald. *operculum*. Sed & Hebr. נכתם *recondita eſt*, Jerem. 2: 22. Quod probatur ex locis parallelis. כתים *Chittim* vel inde deduci, vel eò ſaltem alludere. Unde factum ut *Latium* redderetur. Illud Eſaiæ de Tyro, *de terra Chetim revelabitur illis*, non pertinere ad Macedonas, ſed ad Cittios vel Ciſſios prope Babyloniam multis probatur. Latii nomen vetuſtiſſimum. *Cameſene* etiam à lateodo factum, כמוס *camus* Hebræis latens, reconditum.

Dan. 11: 30. Eſ. 23: 1, 12. Num. 24: 24.

Chittim כתים Græci Interpretes κιτίους reddunt, & Κιτιεῖς & Κιτιαῖοι, id eſt, Cyprios, ſi Joſepho credimus; quia in Cypro inſula *Citium* urbs eſt celeberrima, patria Zenonis Stoici, qui Κιτιεὺς inde appellatur. Addit idem omnes inſulas, & loca maritima pleraque Hebraicè vocari Χεθίμ. Quo errore abductus Antiq. lib. 9. cap. 2. *Regem inſularum* habet, τὸ βασιλέα τῶν νήσων pro Hebræo את מלכי החתים, 2 Reg. 7: 6. ac ſi החתים Chittim per ח *Cheth* iidem eſſent qui כתים Chittim per כ *Caph*. Joſephum ſequuti Epiphanius in Hæreſi Manichęorum, & Hieronymus in Geneſim, & Euſtathius in Hexaemero, & Victor presbyter in Jeremiam, Cyprum itidem vel Cyprios interpretantur. Atque id ipſum ſequitur Arabs Interpres nuper editus qui hic habet קברס *Cyprum*. Nec dubito quin Cittæorum nomine vel Cyprios vel Citiæos intelligat Menander, cùm de Elulæo Tyri Rege ſcribit apud Joſepbum Antiquit. lib. 9. c. 14. οὗτος ἐπιπλεύσας τοῖς Κιτταίοις ἀποστᾶσι, προσηγάγετο αὐτοὺς πάλιν, *hic ad Cittaos navigans qui defecerant, eos ad obſequium reduxit.*

Alii Χίους *Chios* malunt, alii Ἰνδῶν ἔθνη *Indorum gentes* apud Olympiodorum & Chryſoſtomum in Catena Græcorum Patrum, in Jeremiæ caput ſecundum. Multi Ciliciam pręferunt, cujus pars non minima *Cetis* regio apud Ptolemęum & Baſilium Seleucienſem libro primo de vita Theclę.

In Chaldæis Duobus pro Chittim occurrit אכזיא vox nihili. Sed legendum eſt אכ״יא *Achaia*. Author primi libri Macchabæorum, haudquaquam contemnendus ſcriptor, putavit haud dubie *Chittim* eſſe Macedones. Quippe ſtatim initio libri narrat Alexandrum Macedonem egreſſum eſſe ex terra Chetim, ἐκ τῆς γῆς χεττιείμ. Et cap. 8. v. 5. Perſeum illum Macedonem, de quo Romani triumpharunt, vocat Κιτιέων βασιλέα, *Citteorum Regem*. Cui ſententiæ videtur non parum accedere roboris, ex eo quod Eſaias c. 23: 1. Tyriis excidium interminatus, addit ſore *ut reveletur*, id eſt, erumpat, in illos hoc malum מארץ כתים *à terra Chittim*, quod referunt ad Macedonas qui Alexandro duce Tyrum oppugnarunt & devaſtarunt. Eòdem facit quod ad Cetthim videtur alludere Macedoniæ vetus nomen *Macettia*, vel *Macetia*, unde Macedones dicti *Maceta*. Heſychius, Μακεττία, ἡ Μακεδονία. Gellius lib. 9. c. 3. *Philippus Amynta terra Macetia Rex, cujus virtute induſtriaque Maceta locupletiſſimo imperio aucti*, &c. Auſonius de claris urbibus cap. 2.

— *Macetûmque attollite nomen.*

Tamen eſt, cur credam כתים *Chittim* potiùs eſſe Italos Primum argumentum hoc eſto. Cùm Daniel Alexandrum nominet Regem *Javan*, ſi dicatur idem Rex *Chittim*, confundentur *Javan* & *Chittim*, quæ manifeſtè diſtinxit Moſes.

Præterea ejuſdem Prophetę cap. 11. verſ. 29. & 30. de Chittęis ea dicuntur quę meritò ad Romanos referunt ferè quotquot ſunt interpretes. *Conſtituto*, inquit, *tempore* Antiochus *rurſus invadet Auſtrum*, id eſt, Ægyptum, *ſed poſterior prima non erit ſimilis: ſupervenient enim naves Chittim, & invitus regredietur*. Naves *Chittim* haud dubiè ſunt naves Romanorum, Caio Popilio duce, quorum metu Antiochus re infecta diſceſſit. Itaque in Vulgato Interprete pro *Chittim* Romanos legas. Quam expoſitionem ſequuntur Gręci & Latini Patres, & ex Hebręis Joſephus Ben Gorion, Selomo Jarchi, R. Saadias Gaon, Aben-Ezra, Joſephus Jachiades.

Liv. l. 4. et 5 Decad. 5. Polyb. in excerpt. Legat. c. 92.

Sic in Balaami vaticinio, Num. 24: 24. *Naves* מיד כתים, *a parte Chittim, affligent & Aſſyrios & Hebraos.* Verba מיד כתים, *a parte Citthim*, Hieronymus reddit *de Italia*, Onkelos מרומאי, & Arabs Interpres, מן אלרומאנין *de Romanis*, & Hieroſolymitanus כלכבניא מן מדינתא רבא, *in Lombardia ex urbe magna*, id eſt, Romà, & Jonathan מן לכברניא ומארע איטליא, *ex Lombardia, & è terra Italia*. In utroque pro לכברניא *Lombarnia*, vel לברניא *Libarnia* legendum *Lombardiam*, id eſt, *Longobardiam*, ex Saadia didici; qui צים hic & Dan. 11: 30. exponit לתנוברדיים *Longobardos*. Unde obiter colligere eſt hos Paraphraſtas multo eſſe recentiores, quàm credit vulgus Hebręorum, & eo demum ęvo ſcripſiſſe quo in Italia Longobardi rerum potiebantur, id eſt, poſt annum Chriſti DLXX. aut ſaltem in iis quędam addidiſſe Judęos poſteriores.

Rurſus Ezech. 27: 6. Hebręa verba מאיי כתים, *ex inſulis Chittim*, Chaldęus reddit ממדינת אפוליא *è provincia Apulia*, & Vulgatus Interpres, *de Inſulis Italia*. Quam Verſionem maximè probo. Agitur enim eo loco de Tyriorum navibus quorum tranſtra dicit Ezechiel ebore diſtincta fuiſſe בתאשורים *in buxis*, id eſt, in aſſeribus buxeis allatis *ex inſulis Chittim*, quaſi dicat ex inſulis circa Italiam. תאשורים *buxum* expono cum [a] Græcis, & [b] Vulgato, & [c] Chaldęo Interprete, & [d] pleriſque Hebręorum. Buxus porro nullibi craſſior quàm in Corſica inſula Italię proxima. De hac Buxo ſic Plinius; *Buxus Pyrenais ac Cytoris montibus, & Berecynthio tractu; craſſiſſima in Corſica.* Et apud Theophraſtum buxi arbores in Corſica inſula (ἐν Κύρνῳ, non ἐν Κύπρῳ, ut viri docti rectè corrigunt) leguntur eſſe μέγισται καὶ κάλλισται, *maxima & pulcherrima*, & εὐμήκεις *procera*, & παχύτεραι πολὺ παρὰ τὰς ἄλλας, *multo craſſiores cateris.* Et Diodorus lib. 5. φύεται δὲ κατὰ τὴν νῆσον ταύτην καὶ πύξος πλείστη καὶ διάφορος, *plurimum quoque buxi, ejuſque praſtantiſſimi, in illa inſula naſcitur.* Itaque in buxi ſpeciebus nulla materies aptior ad tranſtra navium fabricanda, quę ipſa latitudo commendat. Neque hęc inſula Phœnicibus potuit eſſe inacceſſa, quorum agnati Carthaginenſes Sardiniam tenebant huic prope contiguam: ſed & ipſi Corſicę aliquandiu imperarunt. Proinde valde veriſimile eſt agi de hac ſpecie buxi in Ezechielis loco, cujus mentem Maſorethæ cùm non ſatis perciperent, vocem בתאשורים in duas perperam divulſerunt, & alienis vocalibus appoſitis corruperunt, quod in avia traxit nuperos interpretes. Tamen Chaldæus rectè reddidit דפין ראשכרוען מכבשין בשן דפיל *aſſeres buxeos eborobdu-*

a Eſa. 41: 19. b Ibid. et Eſ. 60: 13. c Ibid. et hoc ipſo loco. d R. Jona, Kimchi, R. Selomo, etc. Plinius l. 16. c. 16. Hiſt. l. 3. c. 15.

abductos. Et R. Selomo monet non poſſe aliter intelligi quàm de arbore, ita ut legatur כתאשרים, ac ſi eſſet תבה אחת *una dictio:* quo nihil eſſe verius experienti conſtabit.

Jam ſi nominis *Chettim*, vel *Chetim*, ut Veteres ſcribunt, veſtigia quæras in Italia, occurret in ipſo Latio urbs Κετία *Cetia* apud Halicarnaſſeum, una è ſeptem urbibus à Coriolano captis, quas in ejus vita Plutarchus teſtatur fuiſſe μεγάλας καὶ πολυανθρώπους, *magnas & populoſas.* Occurret item Ἐχετία *Echetia* Italiæ urbs apud Stephanum; eadem, ut videtur, cum *Echetra* vel *Ecetra*, in Volſcis clariſſima, & inter Æquos & Hernicos loco valde commodo ſita, cujus poſt Dionyſium & Livium meminit idem Stephanus. Et circa Cumas Κετὸς *Cetus* fluvius in quo tradit Ariſtoteles plantas ἀπολιθοῦσθαι. Unde *Cetum* colligas eum eſſe fluvium, quem alii Silarum vocant. Nam de Silaro Campaniæ amne id ipſum referunt Strabo, Plinius, Silius Italicus.

Lib. 8 pag. 376.
Dionyſ. Halic. lib. 4. 6. 8. 10.
Liv. l. 2. & 3.
Ariſt. lib. de Mirab.
Strabo in fine lib. 5.
Plin. l. 11. c. 103.
Sil. lib. 8. vers. 582.

Eódem refero, quòd *Cocinthum*, quaſi חק כתים *choq Cithim*, terminum Cittæorum, Veteres appellarunt extremum Italiæ promontorium, de quo Polybius lib. 2. τὸ προκείμενον ἀκρωτήριον τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν μεσημβρίαν, ὃ προσαγορεύεται μὲν Κόκυνθος. Videtur eſſe quod vocant hodiè *Capo di Stilo*, quia Plinius medium ponit inter Lacinium & Leucopetram lib. 3. cap. 5. Ibid. cap. 10. *Cocinthum eſſe longiſſimum Italiæ promontorium aliqui exiſtimant.* Et in Antonino Cocinthum oppidum XXII M. paſſ. diſtat à Scylace vel Scylacio, hodiè *Schilaci.* חוק *choq* pro termino reperitur, Job. 26: 10. Prov. 8: 29. &c.

Nec deſunt, qui Romanos & Latinos aſſerunt è *Cetis* vel *Cetiis* traxiſſe originem, atque hanc illis fuiſſe priſcam appellationem. Euſebius, Κίτιοι, ἐξ ὧν Λατῖνοι, οἱ καὶ Ῥωμαῖοι; *Cetii populus ex quo Latini qui & Romani.* Chronicon Alexandrinum, Κίτιοι ἐξ ὧν Ῥωμαῖοι οἱ καὶ Λατῖνοι. Ex Κίτιοι factum Ῥόδιοι per ſcribarum imperitiam. Cedrenus in Annalibus: τῆς δὲ Ἰταλίας ἐβασίλευσεν ὁ υἱὸς τοῦ Ἡρακλέως ἀπὸ τῆς Αὐγῆς Τήλεφος, καὶ μετ᾽ αὐτὸν υἱὸς αὐτοῦ Λατῖνος ἔτη ιη. ὃς τοὺς Κητταίους ἐπωνόμασε Λατίνους. Suidas, Λατῖνοι οἱ νῦν Ῥωμαῖοι. Τήλεφος γὰρ υἱὸς Ἡρακλέους, ὁ ἐπικληθεὶς Λατῖνος, μετωνόμασε τοὺς πάλαι Κητίους λεγομένους νῦν Λατίνους. *Latini qui nunc Romani: Telephus enim Herculis filius cognomento Latinus eos, qui olim Cetii vocabantur, mutato nomine Latinos nominavit ut nunc vocantur.*

Quid ſi in ipſa voce *Chittim* Latinorum nomen lateat. Saltem à latendo dici Latinum plerique conſentiunt. Sic Herodianus lib. 1. Saturnum narrat apud Janum κρυπτόμενον λαθεῖν, ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα δοθῆναι τῷ χώρῳ τῆς Ἰταλίας, *abſconditum latuiſſe, unde & nomen Italiæ loco inditum*, nempe Latio, ut ſtatim additur. Eutropius lib. 1. *Hic Saturnus quia in Italia latuit, ab ejus latebra Latium appellata eſt.* Ovidius in Faſtis lib. 1.

Et dicta eſt Latium terra latente Deo.

Virgilius lib. 8. Æneidos:

—— Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.

Ad quem locum ita alludit Minucius in Octavio, *latebram ſuam, quòd tutò latuiſſet, nominari maluit Latium.* Et in eundem ſic Servius; *Virgilius Latium vult dici, quod illic Saturnus latuit. Varro autem Latium dici putat, quod lotet Italia inter præcipitia Alpium & Apennini.* His duabus ſententiis quarum una fabuloſa eſt, altera cum ſitu locorum parum convenit, liceat tertiam addere, quam doctorum judicio ſubmitto libens. Ea ſic habet, Latii vocem, quæ à latendo deducitur, effictam fuiſſe ad inſtar Hebrææ כתים *Chittim.* Nam Arabica dialecto, quæ Hebrææ linguæ ramus eſt, כתם *chetema* eſt abſcondere, & כתים *chetim* occultus, latens. Hac voce nihil frequentius. Hinc in Proverbiis Abi-Vbeid. Prov. 60. מן כתם סרה, *men chetema ſirroho*, qui abſcondit ſecretum ſuum. Et rurſus, Prov. 155. מא כתמתה *non tegerem illum.* Et in Anonymi adagio 51. *Non eſt ſcientia niſi quæ eſt* מכתום *recondita in pectore.* Idem vocabulum extat, Luc. 8: 17. pro Græco ἀπόκρυφον. Sic אנכתם ἐστὶ κεκαλυμμένον, 2. Cor. 4: 3. Et אסתכתם ἐστὶ ἀφανὴς, Hebr. 4: 13. Et כתמת περιέκρυβεν, Luc. 1: 24. Et לא אכתם *non abſcondam*, Pſal. 40: 11. Inde נכתמא Chaldæis eſt operculum: pro quo corruptè legitur הנכתא in Jonathane, Num. 31: 23. ut in margine notavit Hebræus Scholiaſtes. Sed & apud Hebræos verbum כתם fuiſſe in uſu liquet ex Jeremia, in quo Deus populum ſuum ita compellat, cap. 2. verſ. 22. נכתם עונך לפני, *recondita eſt iniquitas tua coram me.* Omninò ita vertendum. Neque enim ad rem facere quæ hic afferunt interpretes cordato lectori liquebit. Sed Arabicæ linguæ ignaros hæc latuiſſe nihil mirum eſt. Quanquam ex locis parallelis explicari potuiſſet hic locus. Qualis eſt ille Moſis, Deut. 32: 33, 34. *Nonne illud eſt* כמוס *reconditum apud me,* חתום *obſignatum in theſauris meis? mea eſt ultio & retributio*, &c. Et alter Jobi 21: 9. *Deus* יצפן *abſcondet*, id eſt, reponet *filiis iniquitatem ejus.* Tertius item, Oſeæ 13: 12. צרור *Ligata eſt* (ut in marſupio nummi) *iniquitas Ephraim,* צפונה *abſconditum eſt peccatum ejus*, id eſt, coram Deo reconditum atque alta mente repoſtum. Quæ ſunt ipſiſſima Jeremiæ verba, niſi quod utitur voce נכתם pro כמוס & צפון, quarum illam uſurpat Moſes, hanc Jobus & Oſeas. Itaque כתם *chatam* Jeremiæ planè idem eſt quod כמס & צפן recondere & abſcondere. Ita ut כתים *Chittim* inde deductum per *Latium* rectè explicetur.

Si *mem* finale dixeris notam eſſe pluralis numeri, nec ad radicem pertinere, hoc tibi probandum incumbet contra Aben-Ezram, cui *Chittim* שם יחיד *nomen ſingulare*, quamvis pluralium formam imitetur. Quod tamen mihi perinde eſt. Nam ſola alluſio vocum כתים *Chittim* & כתים *chetim*, quarum hæc latentem ſonat, Veteribus potuit anſam dediſſe vertendi *Chittim* in Latium. Tale eſt quod אים Hieronymus Faunos explicat à quibus terrores Panici, quia אים eſt terribilis, quamvis ם in אים ſervile ſit non radicale.

In Num. 24: 24.

Jam ſi objicias illud Eſaiæ de Tyro, *de terra Chittim revelabitur illis*, ut probes Chittim eſſe Macedones à quibus exciſa eſt Tyrus. Reſpondeo hęc perperam referri ad Macedones, quia in illo capite non agitur de poſtremo Tyri excidio, quod ſub Alexandro contigit, ſed de priore, cujus author Nabuchodonozor. Itaque valde incertum eſt quorſum hic fiat mentio terræ Chittim; atque in eo nodo ſolvendo non parum laborant interpretes. Divinat Moſes Kimchius mercatores è terra Chittim Babyloniam profectos authores fuiſſe Chaldæis ut Tyrum obſiderent, & rem aggreſſuros conſilio juviſſe atque opibus, naves etiam aliquot iis accommodaſſe. Sed eruditi ſciunt Europæos illo ævo nihil habuiſſe commercii cum Chaldæis. Neque enim Megaſtheni temerè credendum puto, referenti Nabuchodroſorum (is illi eſt Nabuchodonoſor) uſque ad columnas Herculis penetraſſe, belloque in Hiſpaniam illato Iberes inde ad oram Ponti dexteram deportaſſe, id eſt, in Iberiam Aſiaticam. Sola nominum ſimilitudo anſam dedit huic commento, in quo ſi quid ſubeſſet veri, res non latuiſſet Græcos, quibus ante Alexandri tempora Nabuchodonoſor ne de nomine quidem erat notus. Nihilo verius eſt quod conjectat Selomo Jarchi, iſtis Eſaiæ verbis, *de terra Chittim revelabitur*, ſignificari Chittæos arcanum revelaſſe de Tyro obſidenda, ut Tyrii cladis futuræ conſcii fugâ ſibi proſpicerent. Neque enim Chittæis in Occidente quicquam ſubolere poterat de conſilio Nabu-

Eſa. 23: 1.
Apud Strab. lib. 15. & Euſeb. in Chron. & lib. 9. de Præpar.

Nabuchodonoſoris, quem ne famâ quidem noverant. Sed aliud affert idem Selomo quod mihi maximè probatur, hoc loco ſcilicet nomine *Chittim* ſignificari כותיים *Chutijim*, id eſt, Chutæos. Cui conjecturæ plurimum favet, quod ejuſdem capitis verſ. 12. Eſaias כתיים ſcribit geminato *Jod*, διακριτικῶς, ut ſcias non agi de *Chittim*, quorum nomen nuſquam ita ſcribitur, ſed de *Chutæis*. Itaque non probo quod Maſorethæ alterum *jod* ſuppreſſerunt, quod Iſaias non fruſtra adhibet. Sed & iidem videntur *hiric* ſcripſiſſe pro *kibbuts*, id eſt, כתים *Chittim* pro כתיים *Chutijim*. Niſi Chuttæos dixeris etiam vocari כתיים *Chittijim*, quomodo Græcè Κιττίους vel Κισσίους. Chutæi enim iidem qui Ciſſii; nempe Suſianæ incolæ ad Ortum Babyloniæ, ut alibi nos probavimus. Qua voce ſic expoſita, nemo non videt cur Tyriis malum imminere dicatur è terra כתים vel כתיים, id eſt, Suſiana, vel quod idem eſt, Babylonia; ex qua Nabuchodonoſor. Jam lege, ſodes, verſus 12. & 13. apparebit luce clarius rem ſe habere ut diximus: *Virgo*, inquit, *filia Sidon*, (id eſt, Tyre à Sidoniis condita) *ſurge*, *tranſi* ad *Chitijim* (Chittæos vel Cittios) *etiam illic non erit tibi requies.* Quidni vero? cauſam habes verſu proximo. *Ecce etiam terram Chaldæorum* (in quam deportabimini) *quam olim inhabitatam Aſſyrii fundaverant eremicolis*, (id eſt, ut in illam ii ſecederent qui anteà in locis deſertis habitabant) *& arces in ea erexerant*, *& palatia excitaverant*, eam, inquam, terram *Deus poſuit in ruinam*, id eſt, excidio deſtinavit. Quam Prophetiam implevit Cyrus aliquantò pòſt, capta & vaſtata Babylone. Merito igitur negat Eſaias etiam in illa terra tutum fore Tyriis ſeceſſum.

Fuit & Latii vel Italiæ vetuſtiſſimum nomen *Cameſene* vel Camiſene jam inde à Jani temporibus, de cujus origine *Grammatici certant & adhuc ſub judice lis eſt.* Ad Camiſen quidem omnes referunt. Sed de Camiſe nihil certi. Hunc enim alii cum Macrobio & Hygino & Protarcho Tralliano, advenam & imperii conſortem; alii Jani fratrem faciunt cum Catone in Originum libris; alii denique Camiſen aſſerunt ſororem & conjugem fuiſſe Jani, ut Draco Corcyræus apud Athenæum lib. 15. Unde videtur deſumptum quod Servius in lib. 8. Æneidos Tiberim vel Tiberinum *Jani & Cameſenæ filium facit.* Quid? ſi Cameſen vel Camiſenem dicamus id ipſum eſſe quod *Latium* & כתים *Cethim*, quia כמם *camas* Hebræis eſt abſcondere. Hinc Moſes Deut. 32: 34. *nonne illud eſt* כמום (*camus*) *reconditum apud me?*

V. Macrob. Saturnal. l. 1. c. 6. al. 7.

CAPUT VI.

Dodanim דודנים *ſive Rhodanim* רודנים, Gen. 10: 4.

Dodanim Chaldæis Dardani. Eſdras legit *Rhodanim.* Ita etiam Samaritanus codex; & LXX. qui *Rhodios* reddunt. Sed Rhodi nomen recens, & à roſis factum; & ipſa Rhodus ſerò nota; & anguſtior quàm ut ſuffecerit uni è filiis Javan. Rhodi primi incolæ Heliadæ Moſi æquales. Rhodanim ſunt Rhodanenſes, qui Rhodano in Gallia fecêre nomen. Rhodanus non eſt à *Rhoda* ut volunt; quia Rhodius diceretur; & Rhoda eſt in Hiſpania ultra Pyrenæos. Sed à Rhodano *Rhodanuſia* dicta Lugdunum, & incolæ *Rhodanenſes* vel *Rhodanitæ.* Eodem alludunt *Rhodumna*, *Rhedones*, *Ruteni.* *Rhodani* Phœnicibus, ut Arab. *Rhadini*, flavum ſonat. Galli olim tam naturâ quàm ſtudio & arte flavi. Britanni minùs flavi licet Borealiores, & ob hoc ipſum Gallicæ originis eſſe crediti. Rutilus tam flavum quam rufum ſonat, ut Græcè ξανθὸς. Indidem Celtarum nomen vel Galatarum, quia חלתא Chalta eſt crocus. Galli Urbicio τὸ ξανθὸν ἔθνος.

Dodanim דודנים Chaldæi *Dardanos*, Recentiores *Dodonæos* interpretantur. Sed priſca lectio habuit רודנים *Rhodanim* per ר non per ד. Ita habetur in genealogiis Eſdræ 1. Paral. 1: 7. & in Pentateuchi Verſione Samaritana Pariſiis nuper edita. Et utrobique Græci exponunt *Rhodios*, propter vocum alluſionem. Quanquam id argumentum parum firmum eſt: quia Moſe recentius eſt Rhodi nomen. A Rhodo puella deducit Diodorus lib. 5. Grammatici παρὰ τὸ πολὺ ῥόδον αὐτόθι ἀνθεῖσθαι, πρὶν φανῆναι τὴν νῆσον. Alii ἀπὸ τῶν ῥόδων à roſis potiùs, quæ ibi magnâ copiâ ſuccreverint, ut in Cariæ continente proximo, in qua Alabandicas roſas Plinius & alii laudant. Ut ab hortenſi roſa Rhodus nominata ſit, quomodo à ſylveſtri vicina inſula Cynorrhoduſſa. Ita nonnulli Veterum in Pindari Scholiaſte Olymp. Ode 7. Τινὲς δέ φασι κληθῆναι οὕτω, διὰ τὸ σπουδαῖα ἔχειν ῥόδα, *quidam Rhodum vocari aiunt, quia eximias habet roſas.* Vide & Iſidor. Orig. lib. 14. cap. 6. Utut ſit Rhodum olim multo aliter vocitatam fuiſſe Veteres ſummo conſenſu ſcribunt. Heraclides; ἐκαλεῖτο δὲ Ὀφιοῦσσα διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐνόντων ὄφεων. Strabo lib. 14. Ἐκαλεῖτο δ' ἡ Ῥόδος πρότερον Ὀφιοῦσσα, καὶ Σταδία, εἶτα Τελχινίς. Stephanus; ἐκαλεῖτο Ὀφιοῦσσα καὶ Αἰθραία. Euſtathius; Ἐκλήθη δέ ποτε, φασὶν, Ὀφιοῦσσα, εἶτα Τελχινίς. Plinius; *Vocitata eſt anteà Ophiuſa, Aſteria, Æthrea, Trinacria, Corymbia, Poeeſſa, Atabyria ab rege, deinde Macris, & Oloeſſa.* Quid quod inſulam Rhodum è mari emerſiſſe tradunt, haud dubiè quia non ſtatim fuit nota. Ammianus lib. 17. *In Aſia Delos emerſit, & Hiera, & Anaphe, & Rhodus.* Plinius; *claræ jam pridem inſulæ Delos & Rhodos memoriæ produntur enatæ.* Heraclides; Ῥόδον τὴν νῆσον τὸ παλαιὸν κεκρύφθαι λέγουσιν ὑπὸ τῆς θαλάσσης, ἀναφανῆναι δὲ ὕστερον ξηρανθεῖσαν. *Rhodum inſulam olim ſub mari occultatam fuiſſe fama eſt, poſteà verò arefactam comparuiſſe.* Itaque affirmat Pindarus Veterum ſermonibus jactari, quo tempore Dii, id eſt, filii & nepotes Noę, terram inter ſe diviſerunt, Rhodum nondum apparuiſſe, ſed in fundo maris latuiſſe. Verba ſunt Olymp. Ode 7.

Φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιαὶ
Ῥήσιες, ὄπω ὅτε
Χθόνα δατέοντο Ζεύς τε καὶ ἀθάνατοι.
Φανερὰν ἐν πελάγει
Ῥόδον ἔμμεν ποντίῳ,
Ἁλμυροῖς δ' ἐν βένθεσι νᾶσον κεκρύφθαι.

Vide & ea de re Philonis locum inſignem in libello de Mundo. Præterea Rhodus inſula eſt anguſtior quàm ut uni è quatuor Javanis filiis ſuffecerit, quibus Europę magna pars in ſortem obtigit. Rhodus quota Græciæ, aut Italię, aut verò Hiſpaniæ portio eſt, regionum ampliſſimarum, quas alii tres inter ſe diviſerunt. Denique ex Zenone didici, quem libro 5. citat Diodorus, Rhodi primos incolas *Heliadas* floruiſſe circa tempora Cecropis, qui Moſi fuit ęqualis. Proinde cùm Moſis ævo demum Rhodus habitari cœperit, Rhodaniorum nomine Moſes Rhodios non intellexit. Rhodanim igitur ſeu Rhodanitas, nam id populi nomen eſt, non in inſulam Rhodum, ſed in Galliam appuliſſe putamus, circa oſtia Rhodani, quem de ſuo nomine nuncupaverint. Certè, ſi de voce certetur, Rhodanim ad Rhodani nomen accedit propiùs quàm Rhodi vel Rhodiorum. Præterea videtur Rhodus cum vicinis inſulis in Eliſę ſortem cecidiſſe, ut jam anteà monuimus.

In Dionyſ. V. 505. Lib. 5. cap. 31.

Sed objectio in promptu eſt, Rhodanum non à Rhodanim, ſed à Rhoda oppido dici, quod à Rhodiis conditum poſteà Maſſilienſium fuit. Ita Plinius; *Agatha quondam Maſſilienſium, & regio Volcarum Tectoſagum, atque ubi Rhoda Rhodiorum fuit, unde dictus multo Galliarum fertiliſſimus amnis Rhodanus.* Lib. 3. c. 4. Et Hieronymus in epiſtolam ad Galatas; *Oppidum Rhoda coloni Rhodiorum locaverunt*, Præfat. l. 2.

unde amnis Rhodanus nomen accepit. Hæc Plinius & Hieronymus. At illorum ſententiæ cur non accedam has habeo rationes. Primò amnis à Rhodia non Rhodanus, ſed Rhodius dictus fuerit, cujus nominis fluvium in Troade Homerus & alii recenſent. Præterea Rhodani nomen qui novitatis arguunt, debuerant priſcum indicare. Neque enim ante Rhodiorum coloniam eò tranſlatam ſine nomine fuit fluvius ingens, quem inter tres Europæ maximos computant Scylax & Solinus. Rhodanum certè conſtanter vocant non ſolùm Apollonius, Timæus, Polybius, Artemidorus, alii ſine numero, ſed & his longè vetuſtiores Æſchylus & Euripides apud Plinium; & Euripide non multo junior Scylax Caryandenſis. Hoc potiſſimum, quod ut à Rhoda nomen ſortiretur Rhodanus, debuit eſſe Rhodæ vicinus: at à Rhodano Rhoda diſtat immenſum quantum; ut quæ in Hiſpania ſit, non in Gallia; procul à Rhodani oſtiis terreſtri itinere paſſuum millibus ferè centum & quinquaginta. Strabo de Rhodiis; μέχρι Ἰβηρίας ἔπλευσαν, κακεῖ μὲν τὴν Ῥόδον (Ῥόδην legit Caſaubonus) ἔκτισαν, ἣν ὕστερον Μασσαλιῶται κατέσχον, *uſque ad Hiſpaniam navigarunt, & ibi Rhodam ædificarunt, quam Maſſilienſes poſtmodùm occuparunt.* Pomponius Mela capite de Hiſpania; *Proxima eſt rupes quæ in altum Pyrenæum extrudit; dein Thicis flumen ad Rhodam.* Ptolemæus in deſcriptione Hiſpaniæ Tarraconenſis; Ἐνδιγετῶν Ῥοδίπολις, vel ut eſt in emendatis exemplaribus Ῥόδη πόλις, *Indigetorum eſt Rhode urbs.* Stephanus: Ῥόδη πόλις Ἰβηρίας, *Rhode urbs Hiſpaniæ.* Livius *Inde Rhodam ventum & præſidium Hiſpanorum, &c. Ab Rhoda Emporias perventum, &c. Jam tum Emporiæ duo oppida erant muro diviſa, unum Græci habebant a Phocæa, unde & Maſſilienſes oriundi; alterum Hiſpani, &c.* Ex his abundè liquet illam ipſam Rhodam, quam condidêre Rhodii, & Maſſilienſes tenuerunt, in Hiſpania fuiſſe, non in Gallia. Et verò ea ipſa urbs hodiéque extat in Catalonia. *Roſes* vocant incolæ. Jam quis in media Gallia fluvium credat traxiſſe nomen ab Hiſpanica urbe trans Pyrenæos. Sed quid viris magnis impoſuerit puto mihi eſſe compertum. Ad Rhodanum fuit Rhodanuſia Maſſilienſium urbs, quam acceperunt pro Rhoda. Marcianus Heracleota,

Iliad. μ. 20. Strab. lib. 13. Plin. l. 5. c. 30. Argonaut. lib. 4. Apud Strab. lib. 4. Plin. lib. 37. cap. 3. Arrian in Periplo. Scylax. cap. Argiet. Lib. 14. Lib. 2. cap. 6. Lib. 2. cap. 6. Lib. 34.

Οἱ Μασσαλίαν κτίσαντες ἔσχον Φωκαεῖς
Ἀγάθην, Ῥοδανουσίαν τε, Ῥοδανὸς ἣν μέγας
Ποταμὸς παραῤῥεῖ.

Phocæa Maſſiliæ oppidi gens conditrix,
Quam Rhodanus ingens alluit, Rhodanuſiam
Habuit & Agatham.

Stephanus: Ῥοδανούσια πόλις ἐν Μασσαλίᾳ, *Rhodanuſia, urbs in Maſſilienſi tractu.* Hujus ita meminit Sidonius Apollinaris; *Egreſſo mihi Rhodanuſia noſtra mœnibus.* Lugdunum videtur ſignificare, ut carmine quinto verſu 578.

Obſide præcepto noſtra de mœnibus urbis.

Id eſt, Lugduni, ut ipſe explicat quarto pòſt verſu.

Lib. 1. ep. 5.

Hinc & ipſa regio Rhodanuſia vocatur, & incolæ Rhodanenſes. Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus; Ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς κλίμασι τῆς Ῥοδανουσίας, πολλὰς ἐξηπατήκασι γυναῖκας; ubi vetus interpres; *In iis quoque quæ ſunt ſecundum nos regiones Rhodanenſes, multas ſeduxerunt mulieres.* Sed in veteri inſcriptione Rhodani accolæ *Rhodanici* dicuntur. Itaque firmum hoc manet, nihil obſtare quominus à *Rhodanim* nomen Rhodani deducatur. Atque eòdem alludunt Rodumna Seguſianorum urbs, hodiè *Roane*; Rhodones & Ruteni Galliæ populi, quorum metropoles hodiè *Rennes* & *Rodés*. An & hinc Eridani nomen, quem cum Rhodano confundunt ſcriptores vetuſtiſſimi?

Lib. 1. cap. 9. vid. et Epiphan. Hæreſ. 34. Apollon. Argon. lib. 4. v. 627.

Jam lector monendus eſt, *Rhodanim* ex terminatione videri nomen plurale, quomodo in Miſraim poſteris, *Ludim, Anamim, Lehabim, &c.* Itaque gentilitia ſunt hæc nomina, non hominum ſingularium: ita ut hæc verba Moſis, *Miſraim genuit Ludim, Anamim, &c.* non ita ſint accipienda, ac ſi quis *Miſraim* nomine ex ſe immediatè genuerit filios his nominibus inſignes. Minimè eſt hæc mens Prophetæ. Tantùm vult ex *Miſraim*, id eſt, ex Ægyptiis oriundos eſſe *Ludæos, Anamæos, &c.* quomodo ex Gallis orti ſunt Galatæ ſeu Gallogræci, & Pœni ex Phœnicibus. Eodem exemplo Rhodanim, id eſt, Rhodanenſes ſeu Gallos, recenſet inter filios Javan. Qua ipſa phraſi dixit Eſdras 1. Paralip. cap. 2. ℣. 50. & 51. Sobalem, Salmam & Harephum patres eſſe totidem urbium; & ibid. ℣. 54. Salmæ filios eſſe Bethlehem, Netophathæos, &c. Et cap. 4. ℣. 14. Joab eſſe patrem vallis *Charaſim* ſeu artificum, id eſt, incolarum illius vallis. Sed hoc jam ante eſt obſervatum.

Rhodanim igitur, ſeu Rhodani, ex Javane oriundi, cùm in eam ipſam Galliæ oram appuliſſent, quam multis deinceps ſæculis occuparunt Maſſilienſes, fluvium, quem inſederunt, de ſuo nomine *Rhodanum*, & oram adjacentem *Rhodanuſiam* appellaverunt. Porro ſi quæras amplius de ratione nominis, mihi nihil quicquam occurrit vero propius, quàm ſi veteri Gallorum linguâ (quæ ut deinceps multis probo, fuit ſemi-Hebræa) *Rhodani* id ipſum fuiſſe dicas quod Arabibus ראדני *rhadini*, id eſt, flavum & croceum; *Alcamus*, ראדין *rhadin crocus*, אחמר ראדני (*achmar rhadini*) *rubrum flavo commixtum, rubrum flavo diſtinctum.* Gallis, inquam, veriſimile eſt hoc nomen fuiſſe inditum, propter colorem capillitii quod pleriſque fuiſſe flavum, aut croceum, ſeu rutilum, probant hæc loca Veterum. Livius lib. 38. *Gallis promiſſa & rutilata coma.* Virgilius lib. 8. Æn. de Gallis,

Aurea cæſaries ollis, atque aurea veſtis.

Lucanus lib. 10. de Cleopatræ miniſtris,

—pars tam flavos gerit altera crines,
Ut nullas Cæſar Rheni ſe dicat in arvis
Tam rutilas vidiſſe comas.

Silius lib. 3.

Jam puer auricomo performidate Batavo.

Et lib. 4. de Sarmente Gallo;

Occumbit Sarmens, flavum qui ponere victor
Cæſariem, crinemque tibi Gradive vovebat
Auro certantem, & rutilum ſub vertice nodum.

Martialis lib. 5. Epigr. 38. de Erotio puella,

Quæ crine vicit Bætici gregis vellus,
Rhenique nodos, aureamque nitelam.

Et Epigr. 69. ad Lesbiam,

Arctoâ de gente comam tibi Lesbia miſi,
Ut ſcires quantum ſit tua flava magis.

Claudianus in Rufinum lib. 2.

Inde truces flavo comitantur vertice Galli.

Et Stilich. Panegyrico ſecundo,

—flava repexo Gallia crine ferox.

Diodorus; οἱ δὲ Γαλάται τοῖς μὲν σώμασιν εἰσὶν εὐμήκεις, ταῖς δὲ σαρξὶ κάθυγροι καὶ λευκοί, ταῖς δὲ κόμαις οὐ μόνον ἐκ φύσεως ξανθοί, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς κατασκευῆς ἐπιτηδεύουσιν αὔξειν τὴν φυσικὴν τῆς χρόας ἰδιότητα. Τιτάνου γὰρ ἀποπλύματι σμῶντες τὰς τρίχας συνεχῶς, καὶ ἀπὸ τῶν μετώπων ἐπὶ τὴν κορυφὴν καὶ τοὺς τένοντας ἀνασπῶσιν, ἵνα διαφανεῖς ὦσιν. ὥστε τὴν πρόσοψιν αὐτῶν φαίνεσθαι σατύροις καὶ Πᾶσιν ἐοικυῖαν. παχύνονται γὰρ αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κατεργασίας, ὥστε μηδὲν τῆς τῶν ἵππων χαίτης διαφέρειν. *Galli autem corpore quidem proceri ſunt, carne autem humidi & candidi, capillis autem non ſolum naturâ flavi, ſed & arte ſtudent augere naturalem coloris proprietatem; calcis enim ablutione crines aſſiduè purgantes, etiam a fronte in verticem atque cervices retrahunt, ut pellucidi appareant. Ita ut Satyrorum & Panum*

ſpeciem

ſpeciem præ ſe ferant. Craſſeſcunt enim aſſiduâ curâ capilli, ita ut à ſetis equinis nihil differant. Totum hunc locum non piguit hîc deſcribere, quia docet apertiſſimè, Gallos hunc colorem in comis aut à natura habuiſſe, aut ſummo ſtudio affectaſſe. Ut Romanæ mulieres, de quibus Martialis lib. 2. Ep. 33.

Et mutat Latias ſpuma Batava comas.

Id obiter tangit Plinius, quo loco ſaponem dicit Gallorum eſſe inventum rutilandis capillis ex ſevo & cinere, lib. 28. cap. 12. Itaque Britanni licet Gallis Borealiores, tamen minùs erant flavi. Strabo de Britannis lib. 4. οἱ δὲ ἄνδρες εὐμηκέστεροι τῶν Κελτῶν εἰσὶ, καὶ ἧσσον ξανθότριχες. *Viri autem Gallos proceritate ſuperant, & comas habent minus flavas.* Atque ob hoc ipſum Britannos Gallicæ eſſe originis conjectat Jornandes, hiſtoriæ Gothorum cap. 9. quòd illis ſunt *rutila coma.* Rutilas dixit pro flavis, quomodo Ammianus lib. 15. *Candidi pene Galli ſunt omnes & rutili*, capillitii ratione ſcilicet. Nempe, licet rutilus in capillis color Varroni ſit idem qui rufus, qui mulieres valde rufas *rutilas* dici aſſerit, de Lingua Latina lib. 6. tamen etiam pro flavo rutilum ſumi docet, quod habetur in Samonico:

Ad rutilam ſpeciem nigros flaveſcere crines:

ut & Lucani & Silii loca, quæ nuper adduximus. Et Græca vox ξανθὸς ad utrumque pariter eſt homonyma; quod putaverim Clementi impoſuiſſe, qui Pædagogi tertio Scytharum & Gallorum comis τὸ ξανθὸν ita tribuit, ut apertè doceat, rufum à ſe colorem non flavum intelligi: nam ſequitur continuò pòſt, συγγενὲς τι ἔχειν τὸ χρῶμα τῷ αἵματι, *colorem aliquid habere cognatum cum ſanguine.* Nempe ut ξανθὸς Doricè flavum, ita Atticè πυῤῥὸν rufum ſonat. At priore ſenſu Gallis tribui docet Diodori locus, quo ξανθὰς fieri docet τιτάνου ἀποπλύματι. Neque enim rufedo crinibus, ſed flavedo conciliatur calcis ablutione. Hos proinde flavo vertice Claudianus, & aurea cæſarie deſcribit poëta ſummus. A quo colore Hebraicè רודנים *Rhodanim*, vel Arabicè ראדניון *Rhadinium*, id eſt, *croceos* à Veteribus ſuſpicor fuiſſe dictos; nam croceus color idem qui ξανθὸς. Unde eſt quod ξανθότριχα crocum à Poëtis appellari obſervat Cl. Salmaſius in Solinum. Nec ab eo differt flavus, niſi quod paulo dilutior eſt.

Videtur id poſſe firmari ex eo, quod in Talmudico Tractatu *Nidda* חלת pro croco ſumitur, ſiquidem Hebræis fides, & viris undecunque doctis Boderiano & Buxtorfio Nam ex חלת *Chalath* Galatarum, id eſt, Gallorum, nomen tam commodè deduci queat quàm ex חלבנה *chelbena* galbanum. Et idem חלת, ſi libeat Chaldæo more inflectere, fiet חלתא *chalta* vel *chelta*, vox proximè accedens ad Celtas. Ita croceis capillis Galli tam Celtarum & Galatarum quàm Rhodaniorum nomen debebunt. Non poſſum non addere quod nuper me docuit præſtantiſſimus juvenis & magnæ ſpei D. Iſaacus Voſſius in Urbicii Tacticis, quę propediem editurus eſt, Gallos paſſim appellari τὰ ξανθὰ ἔθνη *flavas gentes.* Quod me pene ſugerat. Arabs Interpres novæ Editionis pro Dodanim vel Rhodanim habet אדנה *Adana*, cujus nominis urbs hodiéque eſt in Cilicia notiſſima.

CAPUT VII.

Tarſis תרשיש, Gen. 10: 4.

Tarſis aliis Tarſus Ciliciæ, aliis *Carthago* vel *Tunis*, Euſebio rectè Ἴβηρες, id eſt, Hiſpani. Hercules Phoenix in Hiſpaniam & Africæ partem oppoſitam navigavit Joſuæ temporibus. Columnæ in Tingitana erectæ hujus expeditionis teſtes. Græco Herculi id falſò tribui docet vetus templum Gaditanum, ubi colebatur Hercules Phoenicio ritu non Græco. Geryon à Græco Hercule victus non regnavit in Hiſpania, ſed circa Ambraciam. Hiſpania olim opulentiſſima. Ibi Homeri Elyſii campi, circa Tarteſſum & Turdetaniam, ubi Phœnices Gadira, Malacam, Auderam, & tandem Carthaginem Novam condidêre. Hinc nomina omnia Phœnicia. *Gadira* eſt ſeptum. *Malaca* vel Malacha ταριχεία. *Audera* propugnaculum. *Carthago* Solino *Carthada* nova civitas. Baleares σφενδονῆται. Hiſpania vel *Spania* quaſi cunicoloſa dicta à copia cuniculorum. *Iberia*, id eſt, extrema terra. Ibi maris & terræ terminus. Ultima terræ. Iberi primi & extremi eodem ſenſu dicti. Fabulæ de Sole ibi centuplo majore, & cum ſtridore occumbente, & nocte ſtatim poſt occaſum ingruente. Ultra Hiſpaniam loca ἄβατα, Chaos, tenebræ, pars Oceani inenarrabilis, deſerta, mundi finis. Columnæ Herculis Indis proximæ, ex ſententia Ariſtotelis. Imperii Meſſiæ fines in Abdia *Sarphath*, & *Sepharad*, id eſt, Gallia & Hiſpania juxta Judæos. Nerium in Artabris *finis terræ.* Hiſpania olim omnis generis metallis fœcundiſſima. Ibyllæ prope Tarteſſum fodinæ auri & argenti. Ferrum, æs, plumbum, ſtannum magnâ copia effoſſum. Auri vicena millia pondo annis ſingulis, Argenti drachmarum XXV. millia ſingulis diebus prope Novam Carthaginem effoſſa. Aletes pro Deo cultus propter inventas argenti fodinas. Phœnices in immenſum locupletati ex Hiſpanici auri & argenti permutatione cum rebus viliſſimis; Naves illorum argento onuſtæ, anchoræ etiam argenteæ. De his agit Ezech. 27: 12. Proinde Tarſis eſſe Tarteſſum. Mutatio analogica. Tarſis etiam Chryſolithus ex Hiſpania. Tarſeium pro Tarteſſo, in tabulis fœderis inter Romanos & Pœnos. Therſitæ pro Tarteſſiis in ænea tabula ab Hannibale deſcripta. Alia Tarſis in India. Tarſis non eſt Carthago nec Africa.

Tarſis, Joſepho & Chaldæis & Arabi Interpreti, quem nuper citavimus, Ciliciæ *Tarſus* eſt; Græcis, Vulgato Interpreti, Hieronymo, Theodoreto *Carthago*, Arabi Geographo *Tunis* Unus Veterum mihi videtur rem acu tetigiſſe, Euſebius ſcilicet, cujus hæc verba; Θαρσεῖς, ἐξ οὗ Ἴβηρες, *Tarſis, ex quo Iberi ſeu Hiſpani.*

Ut probem id ab illo veriſſimè aſſeri, neceſſe habeo pauca præfari de Tyriorum & Phœnicum in Hiſpaniam navigationibus, quarum originem arceſſunt ab heroicis temporibus. Nempe Hercule Tyrio duce, quem multi faciunt Moſi σύγχρονον, Phœnices in Hiſpaniam & uſque Gades navigaſſe creduntur. Fallor an id ea ætate factum, quâ Judęi facti compotes Terræ Chanaan veteres incolas aliò migrare coegerunt: ita ut in Bœotiam pars una ſeceſſerit, altera in Africam & Hiſpaniam. Id certè palam clamitant binæ columnæ olim in Tingitana viſendę, cum Phœnicia inſcriptione, quæ docebat fuiſſe erectas ab iis qui fugerant *a facie Joſuæ prædonis filii Nave*, ut legere eſt apud Procopium, Vandalicorum libro ſecundo. Ex ea, inquam, inſcriptione liquet loca Gadibus proxima jam tum frequentari cœpiſſe à Phœnicibus.

Nos non latet Græcos Poëtas hanc ipſam expeditionem Herculi ſuo tribuiſſe. Sed eos mendacii palam arguit templum vetus Gaditanum, in quo colebatur Hercules Phœnicio ritu non Græco. Appianus in Ibericis; τοῦ δ' Ἡρακλέους ἱερὸν τὸ ἐν στήλαις Φοίνικές μοι δοκοῦσιν ἱδρύσασθαι, καὶ θρησκεύεται νῦν ἔτι Φοινικῶς. ὅτι Θεὸς αὐτοῖς οὐχ ὁ Θηβαῖος ἐστιν, ἀλλ' ὁ Τυρίων. *Herculis fanum quod eſt apud columnas, Phœnices mihi videntur exſtruxiſſe; colitur enim hodieque Phœnicio ritu; & Deus ipſis Thebanus non eſt, ſed Tyrius.* Proinde ſcribit Diodorus hoc templum Phœnices condidiſſe & in eo inſtituiſſe θυσίας μεγαλοπρεπεῖς τοῖς τῶν Φοινίκων ἔθεσι διοικουμένας, *ſacrificia magnifica quæ Phœnicio ritu adminiſtrantur.* Ita etiam Arrianus lib. 2. Ἀναβάσ. Τόν γε ἐν Ταρτησσῷ πρὸς Ἰβήρων τιμώμενον Ἡρακλέα (ἵνα καὶ στῆλαί τινες Ἡρακλέους ὠνομασμέναι εἰσι.) δοκῶ ἐγὼ τὸν Τύριον εἶναι Ἡρακλέα. ὅτι Φοινίκων κτίσμα ἡ Ταρτησσὸς, καὶ τῷ Φοινίκων νόμῳ ὅ,τε ναὸς πεποίηται τῷ Ἡρακλεῖ τῷ ἐκεῖ, καὶ θυσίαι θύονται. *Herculem illum qui Tarteſſi ab Iberis colitur (ubi etiam columnæ quædam ſunt Herculeæ dictæ.)*

pute ego Tyrium eſſe Herculem. Quia Tarteſſus à Phœnicibus condita eſt, & Phœnicum more templum eò loci Herculi ſtructum eſt, & ſacra fiunt. Philoſtr. de vita Apollon. lib. 2. cap. 14. ait *non Thebanum Herculem, ſed Ægyptium ad Gades veniſſe, ibique terrarum terminos conſtituiſſe.* Pomponius etiam lib. 3. cap. 6. *Templum Ægyptii Herculis, conditoribus, religione, vetuſtate, opibus illuſtre, Tyrii condidere. Cur ſanctum ſit, oſſa ejus ibi ſita efficiunt.* In eadem fuit ſententia Hecatæus vetus hiſtoricus, ex quo didici tricorporem illum Geryonem à Græco Hercule devictum, non regnaſſe in Hiſpania circa Gades, ſed in Græcia circa Ambraciam. De Templo Gaditano qui plura volet, legat Strabonem. Narrat is quo inſulæ loco, & qua occaſione Tyrii templum illud condiderint ab oraculo moniti. Silius etiam de hoc eodem templo multa habet inſignia, initio libri tertii, quæque fruſtra alibi quæras. Sed piget me plura exſcribere.

Arrian. ibid. Et Euſtath. in Dionyſ. v. 561.

Sed & in Strabone multa legas de Hiſpaniæ opulentia, maximè circa Gades; de qua cùm Homerus aliquid inaudiviſſet ex indicio Phœnicum, campos Elyſios ibi deſcripſit, & Beatorum inſulas. Addit idem Strabo Phœnices pleraque Hiſpaniæ loca Tarteſſium & Turdetaniam tenuiſſe, & condidiſſe Gadira, & Malacam, & Auderam, & Carthaginem Novam, & Gymneſiis Inſulis à ſe occupatis Balearidum feciſſe nomen.

Et verò locorum nomina merè Phœnicia ſunt. Gadira ſeptum vel ſepem explicant Plinius, Solinus, Feſtus Avienus, Iſidorus; Heſychius item; Γάδειρα, τὰ περιφράγματα Φοίνικες. Atque id ipſum eſt Hebræis גדר *gader*, Syris & Arabibus גדיר *gadir*.

Malaca unde dicatur nulli erit ambiguum, qui legerit hæc Strabonis; Ταριχείας δ' ἔχει μεγάλας, *ſalſamentis autem abundat.* Nempe מלח *malach* Hebræis eſt ταριχεύειν ſale condire; unde מלחא *Malacha* dictum Salſamentorum oppidum. Græcè ſcribitur Μάλακα aſpiratione dempta. Hinc Τάριχος Γαδειρικὸν, de quo Eupolis in Marica. Vide Stephanum in Γάδειρα.

Audera Ptolemæo *Abdara*, & Stephano *Abdera* ad inſtar Thraciæ Abderæ, Phœnicibus erat אודר *Audar* ד & ז permutatis. Nam Arabicè אוזר *Auzar* ſunt munimenta, propugnacula. Unde *Auzara* urbs ad Euphratem in Arabia deſerta, de qua Ptolemæus lib. 5. cap. 19.

Carthaginis etiam nomen Phœnicium fuit, ſed à Romanis interpolatum. Phœnicio enim ſermone ſcribebatur *Carthada*, à quo propius aberat Græcum Καρχηδών. *Carthada* eſt καινὴ πόλις nova urbs; Chaldæis & Syris קרתא חדת *Karthahadath*, vel קרתא חדתא *Kartha-hadtha.* Ne quis putet nos hic quicquam de noſtro comminiſci, Veteres audiendi ſunt. Solinus de Africana Carthagine; *Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit novam civitatem.* Et de eadem Euſtathius, Ἐκάλεσε τῇ Λιβύων φωνῇ Καινὴν πόλιν. Et Stephanus: Ἐκαλεῖτο δὲ καινὴ πόλις. Dein de Hiſpanica Carthagine ſequitur apud eundem: ἐςὶ δὲ καὶ ἄλλη Καρχηδὼν πόλις Ἰβηρίας, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ αὐτὴ καινὴ πόλις. Nempe καινὴ πόλις, *nova civitas* Græco ſermone idem erat, quod Phœnicio *Carthago*, aut *Carthada* veriùs.

Sed & Gymneſiarum incolæ Phœnicio vocabulo dicti ſunt *Baleares*, quod Polybius & Stephanus rectè omnino σφενδονήτας *funditores* explicant. Nam Baleares (vel ut Hebraicè ſcriberetur בעלי הראה *baale harea*) ſignificat ad verbum Magiſtros projectionis, id eſt, peritos artis projiciendi lapides. הראה *projectio* nomen eſt formæ צאה à verbo ירא pro ירה, quomodo ſcribitur 2. Paralip. 26: 15. quo ipſo loco agitur de projectione lapidum.

Polyb. lib. 3. Steph. in Γυμνησίαι.

Vide et Job. 38: 6. et Gen. 31: 51.

Quid quod alibi docuimus ipſum Hiſpaniæ nomen, vel *Spania*, ut Veteres ſcribunt, merè eſſe Hebraicum. Hebræis enim שפן *ſaphan* eſt cuniculus: inde שפניה *Spanja* dicta cuniculoſa regio; quo epitheto partem Hiſpaniæ Celtiberiam inſignit Catullus. Sed Phœnices jure merito regionem univerſam, in qua cuniculi olim fuerunt ita frequentes, ut intactum nil relinquerent, nec radicibus ſolùm & ſtirpibus & ſeminibus eſſent noxii, ſed & oppida ipſa continuis ſuffoſſionibus ſubverterent. Quin & vicinis Balearibus tam infeſta fuit hæc peſtis, ut ab Auguſto coacti ſint milites depoſcere, quibus ſe tuerentur adverſus hæc animalcula. Unde eſt, quòd plerique Veterum de cuniculo ſic agunt, quaſi eſſet animal Hiſpaniæ peculiare. De his videndi è Romanis Varro & Plinius: è Græcis Strabo, Ælianus & Galenus, quorum loca nos citavimus in libro de Animalibus.

Rom. 15: 24, 28. Plut. de flum. in Nilo. Luc. Ampel. c. de Orbe Terr. Geograph. ſub Conſt. c. 50. vide Voſſ. de Idol. lib. 1. c. 33. pag. 252. Varro de re ruſt. l. 3. c. 12. Plin. l. 8. c. 29. 55. et 58. Strab. lib. 3. Ælian. de anim. l. 13. c. 15. Gal. l. 3. Alim.

Etiam Iberiæ vox ex Phœnicum lingua petenda. Nam Caucaſios Iberos in Hiſpaniam veniſſe & regioni dediſſe nomen meræ nugæ ſunt. Quid igitur? Hebræis עבר *eber*, Chaldæis עברא *ebra* vel *ibra*, eſt tranſitus, & quicquid eſt ulterius. Inde plurale עברין *ebrin* vel *ibrin*, termines & fines ſignificat. In Evangelio Syro, & in Verſione Syra Pſalmorum paſſim uſurpatur hæc vox, ubi Græca habent πέρατα τῆς γῆς, & Hebræa אפסי ארץ *fines terræ.* Meritò igitur Iberi dicti, qui ex Phœnicum ſententia terrarum fines ultimos occuparunt; Hiſpani nempe, quorum urbem Calpen Tyrii putaverunt eſſe τέρμονας τῆς οἰκουμένης, *terræ habitatæ terminos*, ut in Strabone habetur. Tale eſt quod Gaditanum Templum Poſidonius ſcribit eſſe καὶ γῆς καὶ θαλάττης τὸ πέρας, *& maris & terræ terminum.* Et quod in Homero Proteus Menelaum ita compellat;

Matth. 12: 42. Luc. 11: 31. Pſal. 2. 8. et 22. 28. et 59. 14. et 67. 8. et 72: 8 et 98: 3. Lib. 3 pag. 169. Ibid. pag. 170. Od. δ. 563.

> Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
> Ἀθάνατοι πέμψουσι.
> *Te ſed ad Elyſios campos atque ultima terræ*
> *Mittere Dîs libitum.*

Id eſt, in Hiſpaniam, ut interpretatur Strabo. Quos ſequutus Claudianus de Stilichone dicit;

> —— *in extremos acuem mittebat Iberos.*

Lib. 3. Panegyr.

Pro quo alibi primos vocat, ſed eodem ſenſu, lib. 1. in Rufinum;

> —— *a primis Ganges horrebat Iberis.*

Et in Apollonio Philoſtratus lib. 2. cap. 14. *In ipſo* (clypeo) *Hercules inſculptus erat terminos terræ penes Gades collocans.* Et lib. 5. initio: *De Columnis, quas veluti terræ terminos poſuiſſe Herculem ferunt.* Itaque in Pindaro nihil frequentius quàm ultra Herculis columnas non poſſe navigari. Vide illum imprimis Olympiâ 3. in fine, ubi de his ſermonem ita claudit:

> —— Τὸ πόρσω
> δ' ἐςὶ σοφοῖς ἄβατον,
> κἀσόφοις, οὔ μιν διώξω, κεινὸς εἴην.

Quod ultra eas eſt ſapientibus & inſipientibus æquè inacceſſum. Itaque non proſequar, nam vanus eſſem. In quem locum dicit Scholiaſtes, Herculem voluiſſe ulterius progredi: at inquit; χάος εὑρὼν καὶ ζόφον, ἔστησε στήλας, δι' ὧν ἐμήνυσε τὸ τέλος τῆς θαλάσσης, ὡς μηδὲν εἶναι περαιτέρω πλωτόν. *Cum chaos & tenebras reperiſſet, columnas conſtituit, per quas ſignificavit hunc eſſe finem maris, ita ut ulterius nihil ſit navigabile.* Quibus conſona hæc anonymi Geographi ſub Conſtantino: *Oceanum eſſe dicitur, & hujus partem quam nemo hominum narrare poteſt.* Deinde barbarus ſcriptor quaſi cunctabundus addit: *Sed quid ibi eſſe poteſt? Eſt enim deſertum, & ſicut ajunt, eſt ibi finis mundi.* Plura vide apud Eraſmum in adagio Ἡράκλειαι στῆλαι. Inde nugæ illæ olim creditæ apud Poſidonium & Artemidorum, Solem cùm prope Gades occumbit videri ἑκατονταπλασίονα, id eſt, centuplo majorem, quàm alibi appareat, & in ipſo Solis occaſu

Cap. 50. Ubi de Hiſpania.

Strab. lib. 3. p. 138.

caſu ſtridorem edi, *ὡσανεὶ σίζοντος τοῦ πελάγους κατὰ σβέσιν αὐτοῦ διὰ τὸ ἐμπίπτειν εἰς τὸν βυθὸν*, *tanquam ſtridente pelago, cum extinguitur Sol, quia in abyſſum demergitur*: & ſtatim ab occaſu noctem ingruere, demerſo ſcilicet & extincto Sole: & quo tempore excreſcens Oceani aqua regionem inundat, animas morientes non deſerere. Quales nugas referunt non Grȩci ſolùm, ſed & Romani ſcriptores. In his Florus, cujus verba ſunt lib. 2. c. 17. *Decimus Brutus aliquanto latius, Celticos Luſitanoſque & omnes Gallaciæ populos, formidatumque militibus flumen* OBLIVIONIS, *peragratoque victor Oceano non prius ſigna convertit, quam cadentem in mare Solem, obrutumque aquis ignem, non ſine quodam ſacrilegii metu & horrore deprehendit.* Sed nec Ariſtoteli viſum eſt incredibile, quod nonnulli opinantur, *συνάπτειν τὸν περὶ τὰς Ἡρακλέους στήλας τόπον τῷ περὶ τὴν Ἰνδικήν*, *locum qui eſt circa columnas Herculeas ei conjungi qui eſt circa Indicam.* Atque eadem de cauſa terræ ſuæ terminos apud Abdiam צרפת *Sarphath* & ספרד *Sepharad* Judæi volunt eſſe Galliam & Hiſpaniam, quia Pſ. 72: 8. Pſaltes Chriſti imperium extendit uſque ad fines terræ, quos Aben-Ezra in illum locum ſcribit eſſe בסוף מערב *in extremo occidente.* Denique ab Hiſpanis ipſis Nerium vel Celticum promontorium in Artabris vocatur *Finis terræ*.

Philoſtr. Apollon. lib. 5. c. 1.

Abd. 20.

Etiamſi vereor ne lectori tædioſa ſit tam longa digreſſio de Phœnicum in Hiſpaniam navigationibus; illarum tamen finem & fructum non poſſum non addere, lucrum ſcilicet immenſum ex metallorum effoſſione, quibus Hiſpania tum temporis erat maximè fœcunda. Strabo; *οὔτε ἄργυρος, οὐδὲ δὴ χαλκός, οὐδὲ σίδηρος οὐδαμοῦ τῆς γῆς, οὔτε τοσοῦτος, οὔθ᾽ οὕτως ἀγαθὸς ἐξήτασται γεννώμενος μέχρι νῦν.* *Neque argentum, neque æs, neque ferrum uſquam terrarum, neque tam multum, neque tam bonum gigni compertum eſt hactenus.* Stephanus; *Ἴβυλλα πόλις Ταρτησσίας, τὸ ἐθνικὸν Ἰβυλλῖνος, παρ᾽ οἷς μέταλλα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ*, *Ibylla urbs Tarteſia*, (Hiſpaniæ circa Tarteſſum) *gentile Ibyllinus, ubi auri & argenti fodinæ.* Item, *Ταρτησσὸς πόλις Ἰβηρίας, ἀπὸ ποταμοῦ τοῦ ἀπὸ τοῦ Ἀργυροῦ ὄρους ῥέοντος, ὅστις ποταμὸς καὶ κασσίτερον ἐν Ταρτησσῷ καταφέρει.* *Tarteſſus urbs Iberiæ à fluvio dicta qui ex Argyro monte fluit, qui ſtannum etiam in Tarteſſum urbem defert.* Diodorus: *αὕτη γὰρ ἡ χώρα σχεδόν τι πλεῖστον καὶ κάλλιστον ἔχει μεταλλευόμενον ἄργυρον.* *Nam ea ipſa regio plurimum ferè & optimum habet argentum foſſile.* Item: *γίνεται δὲ καὶ κασσίτερος πολλοῖς τόποις τῆς Ἰβηρίας*, *gignitur autem etiam ſtannum in multis Iberiæ locis.* Item; *ὑπεράνω γὰρ τῆς τῶν Λυσιτανῶν χώρας ἐστὶ μέταλλα πολλὰ τοῦ κασσιτέρου, κατὰ τὰς προκειμένας τῆς Ἰβηρίας ἐν τῷ Ὠκεανῷ νησίδας, τὰς ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος Κασσιτερίδας ὀνομασμένας.* *Nam ſupra Luſitanorum regionem multæ ſunt ſtanni fodinæ in inſulis in Oceano Iberiæ oppoſitis, quæ ex argumento Caſſiterides nominantur.* Mela; *Ferro, plumbo, ære, argento, auroque tam abundans, & adeò fertilis, &c.* Plinius; *Metallis plumbi, ferri, æris, argenti, auri, tota ferme Hiſpania ſcatet.* Item; *Omnis dicta regio à Pyrenæo metallis referta auri, argenti, ferri, plumbi nigri albique*, id eſt, ſtanni. Silius lib. 1. verſ. 228.

Lib. 3.

Lib. 5. p. 216. Ibid. p. 217.

Pag. 218.

Lib. 3. c. 6.

Lib. 3. c. 3.

— *hic omne metallum,*
Electri gemino pallent de ſemine venæ.
Atque atros chalybis fœtus humus horrida nutrit;
Sed ſcelerum cauſas operit Deus. Aſtur avarus
Viſceribus laceræ telluris mergitur imis,
Et redit infœlix effoſſo concolor auro.

Et lib. 15. verſ. 500.

Augebant animos argenti pondera & auri,
Parta metalliferis longo diſcrimine terris.

Et lib. 16. verſ. 25.

— *jam terrâ cedit Iberâ,*
Auriferis tandem Phœnix depulſus ab arvis.

De auro ex Hiſpania effoſſo ſic Plinius lib. 33. c. 4. *Vicena millia pondo ad hunc modum annis ſingulis Aſturiam atque Gallæciam & Luſitaniam præſtare quidam tradiderunt, ita ut plurimum Aſturia gignat. Neque in alia parte terrarum tot ſæculis hæc fertilitas.* Argenti ſodinam prope Novam Carthaginem tam fœcundam fuiſſe tradit Polybius, ut ex ea drachmarum eruerentur in dies viginti quinque millia. Addit Idem foſſile plumbum circa Caſtalonem atque aliis Hiſpaniæ locis habere aliquid argenti: & montem ex quo profluit Bætis *ἀργυροῦν* argenteum vocari *διὰ ἀργυρεῖα τὰ ἐν αὐτῷ*. ob argenti ſodinas quæ in eo ſunt. Hȩc in Strabone Polybius. Idem lib. 10, ubi de Aletȩ tumulo prope Carthaginem Novam; *δοκεῖ δ᾽ οὗτος, εὑρετὴς γενόμενος τῶν ἀργυρείων μετάλλων, ἰσοθέων τετυχηκέναι τιμῶν.* *Illum fama eſt propter inventa argenti metalla Diis pares honores eſſe conſecutum.*

Inde factum ut Phœnices, genus hominum calidiſſimum & maximè intentum in rem, *ἀγοράζοντες τὸν ἄργυρον μικρᾶς τινος ἀντιδόσεως ἄλλων φορτίων*, *argenti magna vi ex Hiſpanis rerum vilium permutatione comparata*, brevi in tantum opum excreverint ut terrori fuerint omnibus populis, & colonias in Lybiam, Siciliam & Sardiniam deduxerint, adeóque in ipſam Hiſpaniam maximé circa Tarteſſum. Hæc ex Poſidonio multis refert Diodorus libro quinto Bibliothecæ pag. 216. Quibus conſona hæc Ariſtotelis in libris Mirabilium: *τοὺς πρώτους τῶν Φοινίκων ἐπὶ Ταρτησσὸν πλεύσαντας λέγεται τοσοῦτον ἄργυρον ἀντιφορτίσασθαι, ἔλαιον καὶ ἄλλον ναυτικὸν ῥῶπον εἰσαγαγόντας, ὥστε μηκέτι ἔχειν δύνασθαι μήτε ἐπιδέξασθαι τὸν ἄργυρον, ἀλλ᾽ ἀναγκασθῆναι ἀποπλέοντας ἐκ τῶν τόπων τά τε ἄλλα πάντα ἀργυρᾶ οἷς ἐχρῶντο κατασκευάσασθαι, καὶ δὴ καὶ τὰς ἀγκύρας πάσας.* *Primos Phœnices ferunt, cùm Tarteſſum navigaſſent, tantam argenti vim oleo aliiſque nauticis ſordibus permutaviſſe, ut nec capere naves nec ferre poſſent, quocirca coactos ſub diſceſſum ex illis locis, tum cætera omnia quibus utebantur, tum etiam omnes anchoras ex argento conſtare.*

His perlectis non puto quemquam eſſe qui non videat *Tarſis* vel eſſe Hiſpaniam, vel Hiſpaniæ partem, quam Tyrii maximè frequentabant, Gades nimirum & Tarteſſum; in loco Ezechielis quo Tyrum ita compellat cap. 27: v. 12. *Tarſis negotiatrix tua præ copia omnium divitiarum: argento, ferro, ſtanno & plumbo negotiati ſunt in nundinis tuis*; cùm his ipſis metallis divitem fuiſſe Hiſpaniam, & hanc illecebram Tyrios eò terrarum pellexiſſe, jam abundè probaverimus. Tarteſſus aliis eſt Carteia civitas prope Calpen unde initium freti Herculei, aliis inſula Gades in Oceano, aliis denique inſula & urbs interamna inter duo Bȩtis oſtia, qui & ipſe Tarteſſus dicitur ab Ariſtotele, Strabone, Pauſania & Avieno. Inde & Straboni Tarteſſis eſt regio circa Bætis oſtia. Circa hæc loca videtur fuiſſe *Tarſis*.

Quin & nomen Hebrȩum *Tarſis* potuit à Phœnicibus mutari in *Tarteſſum*, vel primâ geminatâ per pleonaſmum, vel in תרשיש *Tarſis* altero ש in ת mutato, ut cum אתור *Aturia* dicitur pro אשור *Aſſyria*, & בתנן *Batanæa* pro בשן *Baſan.* Sciunt *φιλεβραῖοι* quid velim. Atque indidem patet cur chryſolithus Hebraicè dicatur תרשיש *Tarſis*, nempe à loco ex quo tum eruebatur. Plinius de chryſolithis; *Bocchus author eſt & in Hiſpania repertas, quo in loco cryſtallum dicit ad libramentum aquæ puteis effoſſis inde erutam.*

Exo 28:20. et 39:13. Ezech. 1:16. et 10 9. et 28:13.

Plin. l. 37. c. 9.

Eſt & cur Phœnices ſuſpicer in voce Tharſis nihil mutaſſe. Polybius lib. 3. pag. 179. recitat verba fœderis inter Romanos & Pœnos ſanciti, quo *Μαστίας Ταρσηΐου μὴ λῄζεσθαι ἐπέκεινα Ῥωμαίους, μηδ᾽ ἐμπορεύεσθαι, μηδὲ πόλιν κτίζειν*: *Ultra Maſtiam &*

Tarſeium Romanis prædas agere non licet, neque ad mercaturam proficiſci, neque urbes condere. Ταρσήϊον porro Stephano eſt πόλις πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις ϛήλαις, *urbs ab Herculis columnas*, cujus gentile analogicè eſſet Ταρσηΐτης vel Ταρσηϊώτης, ſed ex uſu eſt Ταρσήϊος. Rurſus in ænea tabula ab ipſo Hannibale deſcripta, quam Lacinii ſe legiſſe teſtatur Polybius ejuſdem lib. pag. 187. & 188. inter populos, quos ex Hiſpania in Africam trajecit Hannibal, Therſitæ nominantur: ἦσαν δὲ, inquit, οἱ διαβάντες εἰς τὴν Λιβύην Θερσῖται, Μαστιανοὶ, πρὸς δὲ τούτοις Ὀρῆται Ἴβηρες, Ὀλκάδες. *Qui in Africam trajecerunt erant Therſitæ, Maſtiani, item montani quidam Hiſpani, Olcades nomine.* Ubi nota Maſtianos cum Therſitis recenſeri, quomodo ſuprà Maſtiam cum Tarſeio. Unde colligo Therſitas eoſdem eſſe quos Tarſenos vel Tarſeitas, & utrumque deflecti ex Phœnicio תרשיש.

Alia fuit Tharſis in Oceano Indico ad quam contendebant naves profectæ ex Eſiongaber, 2 Chron. 20: 36, 38. Ophiræ, ut videtur, id eſt, Taprobanæ proxima. Fortè ad promontorium Cory, quod Hiſpanicam Calpen utcunque refert. Quæ potuit eſſe cauſa cur eodem nomine à Phœnicibus appellaretur; præterquam quod uterque locus fuit à Tyro valde remotus, & propter metalla quæſitus. Ex quo ipſo colligere eſt falli LXX. Interpretes, adeoque quotquot Veterum volunt Tharſis eſſe Carthaginem aut Africam. Quamvis enim in multis Africæ partibus metalla abundè ſuppetant, tamen id Veteres ita latuit ut hanc mundi partem putaverint nihil eſſe niſi terram, nec metalli pretioſioris quicquam in ea generari. Lucanus lib. 9. in Libyæ deſcriptione.

In nullas vitiatur opes; non ære nec auro
Excoquitur, nullo glebarum crimine, pura
Sed penitus terra eſt.

CAPUT VIII.

Gomer גומר, Gen. 10: 2.

Gomer Chald. *Africa*, Joſepho *Galata*, Ezechieli Gomer & Togarma ad Aquilonem Judææ. Al. *Cimmerios* exponunt. Gomer eſt *Phrygia*; cujus pars Κατακεκαυμένη, id eſt, exuſta, dicitur: quia cinericia & nigra eſt tanquam ex aduſtione: inde *Gomer*, quia *Gamar* Hebr. eſt conſumere, & *Gamrin* Syris carbones: ut Græcè φρύγειν torrere, unde Phrygia. Phryges cùm ſeſe jactitent omnium eſſe antiquiſſimos, malè deduci à Brygibus Macedoniæ. Eò poſſe referri Joſephi ſententiam qui Galatarum nomine Phrygiam intelligit, quam occupabant Galatæ. Sed & Chaldæis אפריקי Phrygiam eſſe non Africam.

Jam ex Europa in Aſiam trajicientibus primò ſe offert *Gomer*, cum tribus filiis *Aſcenaz*, *Riphat* & *Togarma*. Ferri non poteſt quod Chaldæi *Gomer* Africam exponunt; ſed neque quod *Gomer* Joſephus Galatarum facit patrem, niſi Galatarum nomine Phrygas intellexerit, quorum ſedem Galatæ invaſerant. Nam multò antequam Galatæ è Gallia profecti Aſiam invaſiſſent, Gomeritas Ezechiel. ad Aquilonem Judææ poſuit prope Togarma, quo nomine Cappadociam ſignificari mox docebimus. Plerique hodiè nomine *Gomer* Cimmerios intelligunt, qui ultra Pontum Euxinum verſus Aquilonem tam remoti fuerunt, ut eorum famam vix putem ad Judæam uſque emanaſſe.

Lib. 12. et 13. V. et Steph. in Κατακεκαυμένη.

Itaque omnibus expenſis terra *Gomer* mihi videtur eſſe Phrygia, cujus portio eſt regio Κατακεκαυμένη, quam alii Myſiæ, alii Mæoniæ adſcribunt, ut videre eſt apud Strabonem. Sed eandem Phrygiæ Heſychius attribuit ad vocabulum Εἰναρίμοις; Ἄριμα, inquit, τινὲς τὴν Κατακεκαυμένην τῆς Φρυγίας χώραν, *Arima quidam eſſe volunt Phrygiæ regionem Katakecaumenem*; Diodorus item, quo loco fabu-

Lib. 3. pag. 142.

latur Ægidem belluam ignivomam à Pallade occiſam, τὸ μὲν πρῶτον φανῆναι περὶ τὴν Φρυγίαν, καὶ κατακαῦσαι τὴν χώραν, ἣν μέχρι τοῦ νῦν Κατακεκαυμένην Φρυγίαν ὀνομάζεσθαι: *Primum apparuiſſe circa Phrygiam, & exuſſiſſe regionem, quam hodiéque Phrygiam Katacecaumenem, id eſt, combuſtam, nominant*: tam verè, quàm quod alii apud Strabonem ἐκ κεραυνοβολιῶν καὶ πρηστήρων à fulminibus & ignium procellis hoc contigiſſe dicentes, eò referunt fabulam Typhonis, à Jove ſcilicet fulmine icti. Utut ſit,

Strab. lib. 13.

Katacecaumene dicitur Phrygiæ portio circa Cayſtrum & Mæandrum & urbem Philadelphiam, de qua Apoc. 3: 7. cujus campeſtris regio eſt τεφρώδης *cinericia*; montana autem & ſaxoſa μέλαινα ὡς ἐξ ἐπικαύσεως, *nigra tanquam ex aduſtione*. Terra denique tota eſt εὔθρυπτος, καὶ ψαθυρὰ, *fragilis & friabilis*, πλήρης τε ἀλμυρίδων, καὶ εὐεκπύρωτος, *& plena ſalſuginis, & facilè inflammatur*.

Hæc ex Strabonis lib. 12. & 13. ideò hîc affero, ut conſtet ratio nominis *Gomer*, quam puto hinc poſſe colligi. Nempe terra *Gomer* Phrygia dicta eſt ratione partis illius, quæ velut tacta fulmine aut igne cœleſti ambuſta tota videtur in cineres & carbones reſoluta. Nam Hebræum גמר *gamar* inter cætera eſt conſumere. Chaldæi & Syri paſſim ita uſurpant. Hinc Onkelos, Job. 22: 20. גמרת אשתא, *conſumpſit ignis*. Et Syrus Pſal. 37: 20. גמרין *conſumuntur & ſicut fumus pereunt*; unde & carbonem appellant גמרא *gumra* vel *gumro*.

Neque aliò referendum Φρυγίας *Phrygia* Græcum nomen. Nam Græcè φρύγειν eſt torrere; unde & Φρυγία dictus locus quidam Oetæ montis, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ πεφρύχθαι τὸν Ἡρακλέα, *quia ibi Hercules ambuſtus eſt*. Ita Euſtathius in Dionyſium, & Stephanus in Φρυγία, & Callimachi Scholiaſtes hymno in Dianam verſ. 159. Hinc Heſychio Φρυγία, ἡ Φρύγανα.

Herodotus, atque alii qui Phrygas deducunt è Brygibus Macedoniæ, injuriam faciunt vetuſtiſſimæ genti, quæ antiquitatem ſuam non jactaſſet tam plenis buccis, ſi Macedonas habuiſſet conditores. Itaque in hac ſententia ſum, tam *Phrygiæ* quam *Gomer* nomen, cùm olim fuiſſet proprium regionis Katacecaumenes, tandem univerſæ genti fuiſſe communicatum; adeóque *Gomer* Hebræis idem eſſe quod Græcis *Phrygiam*.

Neque eſt quod quis arguat novitatis hanc ſententiam. Nam Joſephum jam diximus Galatarum nomine intelligere Phrygiæ partem, quam Galatæ occupaverant. Chaldæis item אפריקי non puto hîc eſſe *Africam*, ſed *Phrygiam*; & Aleph initiale ideo additum, quia Phrygiæ vox incipit à duplici conſonante. Tamen liberum hîc eſto Lectori judicium. Euſebius Cappadoces exponit qui ſunt Phrygibus proximi. Arabs nuper editus אלתרך *Turcas*. Jam dicendum de filiis Gomer, quorum primus Aſcenaz.

CAPUT IX.

Aſcenaz אשכנז, Gen. 10: 3.

Aſcenaz al. Aſia, al. Adiabena, al. Rhegines, al. Marices, al. Sclavi, al. melius Bithynia, ubi ſinus Aſcanius, Aſcanius lacus & amnis, Aſcania regio & urbs. Aſcaniæ inſulæ. Pontus olim Aſcenaz, Græcè Ἄξενος, quaſi inhoſpitalis dictus: contrà Scythas & cæteros Ponti accolas ab æquitate commendari. Abii, Sacæ, Galactophagi, Scythæ reliqui omnium hominum juſtiſſimi. Anacharſis, Abaris. Apud Sunitas virginum optio datur optimis. Jeremiæ Prophetia de convocandis Aſcenazæis contra Babylonem quando impleta.

Aſcenaz quid ſit valde incertum. Chaldæi Aſiam hîc explicant, in Jeremia הדייב *Adiabenam*: Joſephus *Rhegines*, h. e. ignotum per ignotius: Chroni-

Chronicon Alexandrinum *Mazices* æquè ignotos; niſi ſint Mazices Mauritaniæ, quo nihil poteſt fingi abſurdius. Arabs Interpres אלצקאלבה *Sclavos*. Non pauci hodiè Bithyniam, in qua eſt ſinus Aſcanius, & Aſcanius lacus & amnis; & Troadem, & Phrygiam Minorem, in quibus Aſcania regio & urbs, & Aſcaniæ inſulæ. In horum ſententiam concedo libens, quia antequam Thyni & Myſi ex Europa in Aſiam trajeciſſent, omnia illa loca tenebant Phryges. Itaque hoc maneat, è terra Gomer, id eſt, Phrygia Majore, colonos duce Aſcenaz in Minorem, Troademque deductos ad Pontum uſque ſe diffudiſſe, qui cùm ex accolarum nomine diceretur Aſcenaz, à Græcis paulum deflexa voce nominatus eſt Ἄξεινος, *inhoſpitalis*; & poſtmodum Εὔξεινος, in contrarium verſa ſignificatione ad vitandam δυσφημίαν. Pyndarus Pythiâ 4. Σὺν Νότου δ' αὔραις ἐπ' Ἀξείνου στόμα πεμπόμενοι ἤλυθον. *Cum Noti flatibus ad Axini os miſſi venerunt*. Apollonius Argonaut. l. 2.

Θῆκεν ἐπ' Ἀξείνοιο πόδας Θυνηΐδος ἀκτῆς.

Thynidis Axini veſtigia littore fixit.

Ubi Scholiaſtes, Ἄξεινον τὸν Εὔξεινον πόντον φησὶν, τινὲς καλεῖν. Diodorus lib. 4. ubi de Jaſone & Argonautis: τὸν δὲ πόντον κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους περιοικούμενον ὑπὸ ἐθνῶν βαρβάρων καὶ παντελῶς ἀγρίων ἄξενον προσαγορεύεσθαι, ξενοκτονούντων τῶν ἐγχωρίων τοὺς καταπλέοντας. *Pontum autem cum illis temporibus circumhabitaretur à gentibus barbaris & prorſus feris, & locorum incolæ trucidarent hoſpites adnavigantes, Axenum appellatum fuiſſe.* Apollodorus apud Strabonem lib. 7. dicit, καλεῖσθαι Ἄξενον διὰ τὸ δυσχείμερον καὶ τὴν ἀγριότητα τῶν περιοικούντων ἐθνῶν, καὶ μάλιστα τῶν Σκυθῶν ξενοθυτούντων καὶ σαρκοφαγούντων, καὶ τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων: *Axenum appellatum ob nimium rigorem & ſævitiam accolentium populorum, & Scytharum maximè hoſpitum immolatorum carnibus veſcentium, ac calvariis poculorum loco utentium.* Similia legere eſt in Ovidii Triſtibus, lib. 4. Elegiâ quartâ; & apud Plinium lib. ſexti ſtatim initio: & Melæ lib. 1. cap. 19. & apud Lucianum in Toxari. Sed ab hoc crimine veteres Scythas & cęteros Ponti accolas Homerus ita abſolvit, Iliad. N.

Νόσφιν ἐφ' ἱπποπόλων Θρῃκῶν καθορώμενος αἶαν,
Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων, καὶ ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν,
Γλακτοφάγων Ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων.
Ad Boream converſus, ubi gens Martia Thraces,
Pugnaceſque Myſi, & clarum genus Hippemolgi,
Lacłivorique Abii, quâ gens non juſtior ulla eſt.

Æſchylus item, cujus hęc verba,

Ἀλλ' ἱππάκης βρωτῆρες εὔνομοι Σκύθαι.
Sed juſti equino lacte qui vivunt Scythæ.

Et Chœrilus, qui ſic habet in Xerxis Diabaſi:

Μηλονόμοι τε Σάκαι, γενεᾷ Σκύθαι· αὐτὰρ ἔναιον
Ἀσίδα πυροφόρον· Νομάδων γε μὲν ἦσαν ἄποικοι
Ἀνθρώπων νομίμων.
Paſtoreſque Sacæ, Scythicum genus Aſida terram
Qui coluere, vagæ Nomadum de gente coloni,
Juſtitiæ cultorum hominum.

Et Ephorus eoſdem aſſerit, τῇ δικαιοσύνῃ πάντων διαφέρειν, *eos omnes homines juſtitiâ ſuperare*: διότι ταῖς διαίταις εὐτελεῖς ὄντες, καὶ οὐ χρηματισταὶ, πρὸς ἀλλήλους εὐνομοῦνται, *quia cùm ſint victu frugales, neque quæſtui dediti, alii erga alios ſecundum leges ſe gerunt.* Exemplo ſit Anacharſis Scytha, quem Idem ſcribit, νομισθῆναι ἑπτὰ σοφῶν ἕνα, τελείᾳ σωφροσύνῃ καὶ συνέσει, *perfectâ temperantiâ ac ſapientiæ ratione unum de ſeptem Sapientibus eſſe habitum.* Strabo etiam Anacharſin & Abarin & alios Scythas apud Græcos vixiſſe refert in magna exiſtimatione, ὅτι ἐθνικόν τινα χαρακτῆρα ἐπέφαινον εὐκολίας, καὶ λιτότητος, καὶ δικαιοσύνης, *quia gentilitium quendam comitatis, & integritatis, & juſtitiæ characterem præ ſe ferebant.* Quin affirmat de Scythis etiamnum id ipſum ſentire Græcos, ἁπλουστάτους τε γὰρ, inquit, αὐτοὺς νομίζομεν, καὶ ἥκιστα κακεντρεχεῖς, εὐτελεστέρους τε πολὺ ἡμῶν, καὶ αὐταρκεστέρους, *ſimpliciſſimos enim eos eſſe exiſtimamus, & minimè fraudulentos, tum nobis multo frugaliores, & paucioribus contentos.* Ita etiam Nicolaus Damaſcenus in libro de Moribus gentium, apud Stobæum Serm. 5. ubi de Galactophagis: Εἰσὶ δὲ καὶ δικαιότατοι, *ſunt autem juſtiſſimi.* Et paulo pòſt; παρὰ τούτοις οὐδὲ εἷς οὔτε φθονῶν, ὥς φασιν, οὔτε μισῶν, οὔτε φοβούμενος ἱστορήθη, διὰ τὴν τοῦ βίου κοινότητα καὶ δικαιοσύνην. *Apud hos nullus eſt qui invidiâ vel odio vel metu moveri conſpiciatur, propter vitæ communionem & juſtitiam.* Et Serm. 42. de Sunitis, quos Alanis vicinos eſſe conſtat ex Procopio: Παρὰ Σουνίταις κατ' ἔτος, οἱ ἐν ἡλικίᾳ κρίνονται δημοσίᾳ, καὶ αἱ παρθένοι. Ὁ δὲ κριθεὶς ἄριστος εἶναι, λαμβάνει ἣν βούλεται, εἶθ' ὁ μετ' ἐκεῖνον δεύτερος, καὶ οὕτως ἐφεξῆς. *Apud Sunitas quotannis adoleſcentes & virgines publicè judicantur, & qui judicatur eſſe optimus ducit virginem quamcumque vult, deinde poſt eum ſecundus, & ſic deinceps.* Plura de hoc argumento vide in Luciani Toxari & Gymnaſiis. Ex quibus cùm Scythas pateat à Græcorum humanitate non tam fuiſſe alienos, quàm vulgò putant, aliam eſſe cauſam cur Pontus dicatur Axenus non immerito colligitur.

Abſque hac genealogia, uno Scripturæ loco agitur de regno Aſcenaz, nempe Jerem. 51:27. his verbis: *Convocate contra eam regna Ararat, Minni & Aſcenaz.* De Babylone agitur à Cyro Rege occupanda illorum auxiliis, quorum regna ſubverterat. In his nominantur *regna Ararat, Minni & Aſcenaz.* De regnis Ararat & Minni erit alibi dicendi locus. Hic probaſſe ſufficiet incolas regni Aſcenaz, id eſt, Phrygiæ Minoris, in expeditione Babylonica Cyro adfuiſſe. Quod ex Xenophonte clarum, qui libro ſeptimo Cyrop. Cyrum narrat, Sardibus captis, (*Pag. 118. et 119.*) & Caribus ſub jugum miſſis, Hyſtaſpem cum exercitu miſiſſe ἐπὶ Φρυγίαν τὴν περὶ Ἑλλήσποντον, *ad Phrygiam quæ eſt circa Helleſpontum*, id eſt, Minorem; & Phrygię compotem Hiſtaſpem ex ea abduxiſſe Φρυγῶν πολλοὺς ἱππέας καὶ πελταστάς, *multos Phrygum equites & ſcutatos*, quos Babylonem deduxit Cyrus, alios cum equis & armis, alios ſolis fundis inſtructos, prout eos in ſe noverat benè aut malè affectos.

CAPUT X.

Riphat ריפת, vel *Diphat* דיפת, Gen. 10:3.

Riphat al. Riphæi montes, al. Franci, al. Sauromatæ, al. Garamantes. Joſepho Paphlagones. Eſdras legit *Diphat*. Eò utcunque alludit *Tobata* urbs Paphlagoniæ, & Paphlagonicum nomen *Tibias* à monte *Tibio*, quem nonnulli Phrygiæ adſcribunt, unde *Tibia* pro Phrygia. Ad *Riphat* alludit *Rhebas* Bithyniæ amnis, in Pontum exiens, al. *Rhebaus*, unde *Rhebæi* & *Rhebaatis* & *Rhebantia* regio.

Plerique Riphæos montes hic intelligunt qui nullibi ſunt; Chaldæus, ni fallor, Francos; nam quid aliud ſit פרכוי nullus capio: & Arabs nuper editus hic habet פרנגת *Franciam*: Euſebius *Sauromatas*, pro quo ſcriptum Γαραμαντες in Chronico Alexandrino. Malo ſequi Joſephum, qui Paphlagones hic habet, populos Aſiæ Minoris ad Pontum, Phrygibus vicinos.

Cęterum in voce רפת *Riphat*, *Res* & *Daleth*, literas quàm ſimillimas, ſcribarum incuriâ puto fuiſſe permutatas, quomodo in *Rhodanim* & *Dodanim* de quo anteà. Nam pro *Riphat* in Eſdra ſcribitur דיפת *Diphat*. A quo non abludit *Tobata* nomen ur-

Lib. 7. pag. 304. nomen urbis Paphlagonicæ in Ptolemæo; itemque in Paphlagonia nomen receptum *Tibius*. Strabo; *Servis Atticæ nomina imponebant aut gentis unde fuerant allati, ut Lydum, Syrum*, ἢ τοῖς ἐπιπολάζουσιν ἐκεῖ ὀνόμασι προσηγόρευον, ὡς Μάνην ἢ Μίδαν τὸν Φρύγα, Τίβιον δὲ τὸν Παφλαγόνα, *aut uſitatis ibi nominibus appellabant, Phrygem puta Manem vel Midam, & Paphlagonem Tibium.* Veriſimile eſt ſic dictos à loco Paphlagoniæ. Tamen Phrygiæ adſcribit Stephanus, quia Phrygia & Paphlagonia regiones erant vicinæ. Ejus verba ſic habent; Τίβιον, ὄρος Φρυγίας ἀπὸ Τιβείου τινὸς, ἐκ τούτου καὶ Τιβείους τοὺς δούλους καλοῦσι, *Tibion, mons Phrygiæ à Tibio quodam, ex quo etiam ſervos Tibios vocant.* Quin & Suidæ *Tibia* eſt tota Phrygia: Τιβία, ὅλη ἡ Φρυγία οὕτω καλεῖται. Sed Straboni credo potiùs cui *Tibius* eſt Paphlagon, unde colligo *Tibiam* vel eſſe Paphlagoniæ partem, ut ſit idem quod Hebræum דפת *Diphat* vel *Dipat*. Nihil neceſſe eſt monere literas D & T, & literas B & P, eſſe homogeneas & facilè permutabiles, quia ſunt ejuſdem organi.

Hæc de *Diphat* hactenus. Tamen ſi quis ריפת *Riphat* malit, eò alludet *Rhebas* vel *Rhebaus* vel *Rhebanus* Bithyniæ amnis in Pontum exiens, non procul à Paphlagonia. Apollonius lib. 2. Argonaut. verſ. 791.

> Ἐς τ' ἐπὶ Ῥηβαίου προχοὰς, σκόπελόν τε Κολώνης,
> Παφλαγόνεσσι.
> *Ad rapidi vada Rhebai, ſcopuloſque Colonæ;*
> *Paphlagoneſque.*

Orpheus Argonaut. verſ. 711.

> Ῥηβαίου προχοαῖσι μέλαιν' ἐξικόμεθ' ἀκτήν.
> *Caruleas petimus Rhebani fluminis undas.*

Fortè Ῥηβαίου legendum ut ſuprà. In aliis habetur *Rhebas*. Arrianus in Periplo: ἀπὸ δὲ ἱεροῦ πλέοντι ἐν δεξιᾷ Ῥήβας ποταμός. Plinius lib. 6. cap. 1. *A faucibus Boſphori eſt amnis Rhebas, quem aliqui Rheſum dixerunt.* Sed & Apollonius lib. 5. verſ. 349.

> Ῥήβαν ὠκυρόην ποταμὸν, ἀκτήν τε μέλαιναν.
> *Amne cita Rheban, & nigri littora Ponti.*

Et Dionyſius in Perieg. verſ. 794.

> Ῥήβαο ἱνθ' ἱερὰ θέουσιν ἐπὶ προχοῇσι ῥέεθρον,
> Ῥήβας ὃς Πόντοιο παρὰ στομάτεσσιν ὁδεύει,
> Ῥήβας οὗ κάλλιστον ἐπὶ χθονὶ σύρεται ὕδωρ.
> *Obliquus Rhebas ubi fundit amabile flumen,*
> *Rhebas, vicini qui fertur ad oſtia Ponti,*
> *Rhebas, qui vitreâ per terram volvitur undâ.*

Rhebas etiam regionis nomen, cujus populi Rhebæi. Stephanus; Ῥήβας, ποταμὸς παρὰ τῷ Πόντῳ, ἔστι καὶ χώρα, οὗ τὸ ἐθνικὸν Ῥηβαῖοι. Rhebas Rhebæ dicitur, unde *Rhebæi*; vel Rhebas Rhebantis, unde *Rhebantii* & *Rhebantia* terra. Euſtathius in Dionyſium: τὴν ἀπὸ Βοσπόρου γῆν ἕως ἐπὶ Ῥήβαντα Βιθυνοί ποτε κατέσχον, *Terram à Boſphoro uſque ad Rhebantem Bithyni aliquando tenuêre.* Idem ex Arriani Bithynicis: γῆν λέγει Ῥηβαντίαν τὴν πρὸς τῷ Ψιλλίῳ ποταμῷ, *Rhebantiam terram vocat quæ eſt ad Pſillium amnem* Itaque Rhebantia regio dicebatur non ſolùm quæ circa Rhebantem. Nam à Rhebante diſtabat Pſillius ſtadiis CCCCL, ut ex Periplo conſtat. Ibi ſi fuit *Riphat*, ad Bithyniam pertinet potius quàm ad Paphlagoniam.

CAPUT XI.

Thogarma תוגרמה, Gen. 10: 3.

Thogarma, Ezech. 38: 6. prope Gomer ad Aquilonem Judææ, & Ezech. 27: 14. inde equi & muli Tyrum adducti. Chald. Germaniam exponunt. Multi Turcomanniam, ubi nulli muli, nec aſini, nec cum Tyriis commercium. Al. Borades, al. Georgianam, al. Barbariam, al. Phrygiam, al. Armeniam, al. Cappadoces & Galatas. Quod verum. Cappadocia equis nobiliſſimis foecunda, qui in Imperatorum uſum ſervati; unde divina animalia dicta. Muli etiam Homero noti; & mulæ quæ pariunt: unde tributum annuum Regi magno. Aſini item in pretio. Thogarma Græcis Torgama; inde Tsogmi vel Trocmi Galatæ in parte Cappadociæ. Iidem Trocmeni & Trogmades. De Trocmo duce quod ſcribitur tam fabuloſum quam quod de Toliſtoboge. Veri Galatarum duces. Japhethi Poſteri è Cappadocia in Ciliciam ſe diffudere. Anchiale, Cydnus, Parthenium ſeu Tarſus ab Japeti, id eſt, Japhethi, Poſteris dicti.

Thogarma eſt ultimus filius Gomer, id eſt, ultima è tribus coloniis è Phrygia deductis, quæ à Moſe recenſentur. Conſtat ex Ezechiele Thogarma regionem eſſe Judæis Aquilonarem, non remotam à terra Gomer, equorum & mulorum præſtantiâ nobilem, quos ad Tyriorum nundinas Thogarmæi deducebant. Prophetæ verba ſic habent cap. 38. verſ. 6. *Gomer & domus Thogarma latera Aquilonis*; & cap. 27. verſ. 14. *De domo Thogarma equos, & equites, & mulos abduxerunt*, ô Tyre, *ad nundinas tuas.* Chaldæus Interpres Ezechielis exponit Germaniam, quomodo & Thalmudici tractatu Joma. Multi hodiè Turcomanniam in Tartaria & Scythia; utramque remotiorem, quàm ut inde quiſquam venerit ad Tyriorum nundinas. Ut taceam in Scythia non eſſe mulos propter aeris intemperiem. Herodotus in Melpomene; οὐδὲ ἔστι ἐν τῇ Σκυθικῇ πάσῃ χώρῃ τὸ παράπαν, οὔτε ὄνος, οὔτε ἡμίονος διὰ τὰ ψύχεα, *nullus omnino eſt in terra Scythica aut mulus, aut aſinus propter frigora.* Strabo: ὄνους τε γὰρ οὐ τρέφουσι, δύσριγον γὰρ τὸ ζῶον, *nam neque aſinos alunt, eſt enim animal frigoris impatiens.* Lib. 7. pag. 307. Ælianus apud Geſnerum; *Pontica & Scythica terra, & finitima aſinis carent.* Tamen Βοράδες *Borades* hic habet Chronicon Alexandrinum, etiam ipſos gentem Scythicam, Gothis vicinam, de qua hæc Gregorius Thaumaturgus in Epiſtola Canonica: ἵν' ἐπειδὰν αὐτοῖς Βοράδοι καὶ Γότθοι τὰ τοῦ πολέμου εἰργάσαντο, αὐτοὶ ἄλλοις Βοράδοι καὶ Γότθοι γίνωνται, *ut quoniam Boradi* (iidem qui Borades) *& Gothi eis hoſtilia fecerunt, ipſi aliis Boradi & Gothi ſint.* Suſpicor dici *Borades* vel *Borades* potiùs, pro *Boreades*, ut apud Diodorum lib. 2. Βορεάδαι in Hyperboreis ἀπόγονοι Βορέου. Eſt & Scythiæ ad Caucaſum portio גרגאן *Georgiana* ſeu Iberia, qua voce *Thogarma* redditur in Arabica Paraphraſi citata jam aliquoties. Joſephus explicat *Phrygiam*, & Jeroſolymitanus ברבריא *Barbariam*; niſi fallor, eadem mente. Neque enim hunc Interpretem putaverim fuiſſe tam fungum, ut *Thogarma* regionem, quam Ezechiel, ut diximus, ponit ad Aquilonem, voluerit eſſe Barbariam Troglodyticam in extremo Meridie. Itaque Barbariæ nomine Phrygiam intelligo, quam Barbariam dici non incommodè patebit ex his Turnebi Adverſar. lib. 9. cap. 18. *Cum ex antiquo Poëta affertur*, (lib. 1. Tuſculan.) aſtante ope barbarica, *barbaricum interpretor* Phrygium; *ut ſit, ſtante Phrygum imperio. Sic apud Horatium lib. 1. Ep. 2.*

> *Græcia Barbariæ lento colliſa duello;*

Id eſt, *Phrygiæ. Et apud eundem Epod. lib. Epod. 9.*

> *Sonante mixtum tibiis carmen lyra,*
> *Hac Dorium, illis Barbarum;*

Id eſt, *Phrygium. Et apud Maron. lib. 2. Æneid.*

> *Barbarico poſtes auro ſpoliiſque ſuperbi.*

Id eſt, *Phrygio.* Quibus adde ex eodem Turnebo lib. 5. cap. 15. *In illo autem verſu Lucretii lib. 2.*

> *Jam tibi Barbaricæ veſtes Melibœaque fulgens;*

Barbaricæ veſtes Phrygiæ intelligendæ ſunt. Unde & Barbaricarii in jure civili, (id eſt, Phrygiones.) *Nam Barbarum pro Phryge dici eſt frequentiſſimum.*

Jam ſi alios conſulas, *Thogarma* Euſebius *Armeniam* interpretatur: & Græcus Scholiaſtes in Ezechiel. 38. κατὰ μὲν τινας Ἀρμενίας καὶ Ἴβηρας, κατὰ δὲ ἑτέρους Καππαδόκας καὶ Γαλάτας, *juxta quoſdam quidem Ar-*

dem Armenos & Iberos, juxta alios autem Cappadoces & Galatas. In qua interpretatione nihil eſt quod meritò deſideres: cùm & Cappadocia terræ Gomer, id eſt, Phrygiæ, vicina ſit, & Judææ reſpectu recta ad Aquilonem ſita, equiſque adeò & mulis nobiliſſimis tam fœcunda, ut hac in parte cedat nulli terrarum. Solinus ubi de Cappadocia; *Terra illa ante alias altrix equorum & proventui equino accommodatiſſima eſt.* Solinum ſequutus Iſidorus; *Terra ejus ante alias nutrix equorum.* Dionyſius Periegetes verſ. 973.

—— ἐπ' ἠπείροιο βαθείης
Καππαδόκαι ναίουσι, δαήμονες ἱπποσυνάων.
—— Campi tenet arva patentis
Cappadocum gens, cura res quam tangit equeſtris.

Oppianus Cyneg. lib. 1. verſ. 197. de equis Cappadocicis:

Καππαδόκαι τε κλυτοὶ Ταύρῳ προπάροιθε νέμονται.
Inclyta Cappadocum prope Taurum armenta reſidunt.

Item,

Κραιπνότεροι δὲ πέλουσιν ὅσῳ μάλα γηράσκουσι.
Quod mirêre, animos addit viresque ſenectus.

Claudianus in Rufinum lib. 2.

—— jam paſcua fumant
Cappadocum, volucrumque parens Argæus equorum.

Et in laudibus Serenæ,

—— delectus equorum,
Quos Phrygiæ matres Argæaque gramina paſta
Semine Cappadocum ſacris præſepibus edunt.

Et de equo Arcadii,

Sive illum Armeniis aluerunt gramina campis.
Turbidus Argæâ ſeu nive lavit Halys.

Strab. l. 12. Argæa gramina, & Argæâ nive, id eſt, Argæi montis in Cappadocia altiſſimi, ad quem ſita Mazaca Cappadociæ Metropolis. Unde dici putantur equi Μάζηκες in Oppiano lib. 1. verſ. 170. Quomodo apud Arabes מסך *Maſik* eſt equi genus. Ita ſtatuit Ritterhuſius in notis ad Oppianum. Tamen equos Mazeces & Cappadoces apertè diſtinguit Oppianus; cujus verba ſunt:

—— Κρῆτες, Μάζηκες, Ἀχαιοὶ
Καππαδόκαι, Μαῦροι, &c.

Lucan. l. 4. Claud. l. 1. in Stilich. Ammian. l. 29. Itaque Μάζηκες equi potiùs ex Africana gente Mazacum vel Mazicum, de qua Lucanus, Claudianus, Ammianus, alii. Nam & Mazacum equos ita commendat Nemeſianus, verſ. 261.

Quemque coloratus Mazax deſerta per arva
Pavit, & aſſiduos docuit tolerare labores.

Coloratus, id eſt, niger: ut apud Poëtam, Georg. lib. 4. verſ. 293.

Uſque coloratis amnis devexus ab Indis.

Pag. 115. De Cappadocibus equis qui plura volet, legat Philoſtorgium, Cappadocem Hiſtoricum vetuſtiſſimum, quem abhinc biennio primus edidit Vir Doctiſſimus Jacobus Gothofredus cum accuratiſſimis diſſertationibus, è quibus non piguit hæc exſcribere, quia ad rem noſtram maximè faciunt: *Tanta Cappadocum equorum nobilitas fuit, ut Imperatorum fermè uſibus ſervarentur, unde & divina animalia in dicta Veteris Orbis deſcriptione, id eſt, Imperatoria; de quibus & Nemeſianus Cynegetico, & Claudianus in laudem Serenæ. Ex his equis, erant Palmati illi, de quibus Nemeſiani locus, Heſychii, lib. 1. Chronicorum in Gloſſis Nomicis, Lex un. C. Theod. de Grege Dominico: & Lex 1. Eod. Cod. de Equis Curulibus, tandem & Itinerarium Hieroſolymitanum, præeat ejus verba reſtituimus. Hujuſcemodi equis nonnullis nulli fas fuit uti, vel factionibus dividere præter Imperatorem, ne Conſulibus quidem. Vide Capitolinum in Gordianis pag. 152. De quo accipe & quod infra dicitur lib. 11. cap. 6.* Nempe Eutropium ab Arcadio capite fuiſſe multatum, quod cùm eſſet Conſul, ἐσεκήμασιν ἀπεχρήσατο, *animalibus præter fas uſus eſſet*, quibus nulli alii præter Imperatorem uti licebat. Locus, quem citat vir doctiſſimus ex Veteri Orbis deſcriptione, ita habet cap. 21. ubi de Cappadocia: *Ubique eam mittere aiunt leporinam veſtem, & Babylonicum pallium, & illorum divinorum animalium formoſitatem:* Id eſt, præſtantiſſimos illos equos ſolius Imperatoris uſibus deſtinatos.

Hæc de Cappadocum equis plus ſatis. Jam de mulis audi Homerum in Catalogo, Iliad. B.

Ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων,
Ex Heneta urbe, genus mulis agreſtibus unde eſt.

Id eſt, ex Amiſo Cappadociæ urbe ad Pontum celeberrimâ, ut Veteres interpretantur. Unde colligit Conſtantinus Porphyrogenneta, Them. 7. τὸ τῶν ἡμιόνων γένος ἐκεῖθεν πρῶτον ἐκφῦναι, *mulorum genus inde primò eſſe ortum.* Et Plutarchi περὶ φιλοπλουτίας, in divitum jumentis cenſentur ἡμίονοι Γαλατικαί, quia inter Galatas & Cappadocas medii ſunt Heneti. De iiſdem ita Plinius; *Theophraſtus vulgo parere mulas in Cappadocia tradit, ſed eſſe id animal ſui generis.* *Lib. 8. c. 44.* Et Strabo Cappadociam *Lib. 11.* ſcribit Perſis conferre quotannis tributi nomine ἵππους χιλίους καὶ πεντακοσίους, ἡμιόνους δὲ διϲχιλίους, *equos mille quingentos, & mulos bis mille*; ut ſcias tam mulos quàm equos affatim inde veniſſe, ut à Propheta obſervatum. Muli nimirum ex equa procreantur & aſino, in quo genere Cappadoces quàm in pretio fuerint vel ex Apuleio diſcere eſt, qui ſub aſini ſcilicet figurâ latens fabulatur à præcone ſe pro Cappadocio venditatum. Verba ſunt lib. 8. Metam. *Is* (emptor) *nimio præſtinandi ſtudio præconem rogat, cujatis eſſem: at ille Cappadocium me & ſatis forticulum denunciat*; vel ut alii legunt, *Cappadocum me ſata, & forticulum denunciat.*

Pro *Thogarma* Græci Interpretes conſtanter ſcribunt Θόργαμα vel Τόργαμα. Annon inde Trogmorum & Trocmorum nomen inditum διωνεγιτικῶς Galatarum illis, qui *Trogmam* aut *Torgamam*, id eſt, Cappadociam inſederunt? Strab. lib. 12. ἔχουσι δὲ οἱ μὲν Τρόκμοι τὰ πρὸς τῷ Πόντῳ καὶ τῇ Καππαδοκίᾳ, *Trocmi Ponti & Cappadociæ confinia poſſident.* Imo in ipſa Cappadocia trans Halyn tenuere aliquot urbes, Androſium puta, Careſſam, Saralum, &c. ut ex Ptolemæo conſtat. Ideò apud Polybium in Excerptis cap. 108. ſoli Galatarum Trocmi Cappadocum regi Ariarathi litem de finibus movent, quam ut componerent legati à Romanis miſſi ſunt. *Trogmos* cum G. ſcribunt Cicero de Divinatione lib. 2. & Rerum Ponticarum ſcriptor vetuſtus Memnon apud Photium Tmem. 224. Sed & iidem apud Stephanum Τροκμηνοί *Trocmeni* dicti, & *Trocmades* vel *Trogmades* in Concilio Chalcedonenſi, in quo ſæpe nominatur Κυριακὸς ἐπίσκοπος τροκμάδων. Ortelius legit Τρογμάδων. Trocmeni porro dicti à *Trocma*, & *Trogmades* à *Trogmade*, cujus rectus caſûs *Trogmas* planè videtur ex Torgama factus. Ne hilum quidem me movet, quod ſcribit Strabo Trocmos dici à Trocmo duce. *Tria*, inquit, *Galatarum ſunt genera, quorum duo* τῶν ἡγεμόνων ἐπώνυμα, *ex ducibus nomina habent, Trocmi & Toliſtobogi, tertium verò à Celtica gente Tectoſages.* Nihil eſt tam obvium quàm ducum nomina ſibi fingere cùm veræ rationes deſunt. Tam falli potuit Strabo in Trocmis quàm in Toliſtobogis, quibus nomen ex duce non fuit, ſed ex gente circa Toloſam, cujus meminit Florus. Et verò Gallorum in Aſiam trajectionis duces ex Memnone notiſſimi ſunt *Leonorius* & *Lutarius*, quorum illum nominat Strabo, Livius corruptè *Lib. 38.* ſcribit *Lonnorium* & *Lutatium*. Ergo ex illorum nomine Galatæ dicendi fuerant *Leonorii* & *Lutarii*, non Trocmi & Toliſtobogi.

Obiter nota Japhethi poſteros è Cappadocia, ut veriſimile eſt, in vicinam Ciliciam ſe diffudiſſe. Japetum ſaltem Cilices pro conditore agnoſcunt. Stephanus; Ἀγχιάλη, πόλις Κιλικίας παραθαλάσσια τῇ Ταρσῷ καὶ Ζεφυρίῳ. ἐστὶ δὲ κτίσμα Ἀγχιάλης τῆς Ἰαπετοῦ θυγατρὸς, ὡς Ἀθηνόδωρος περὶ τῆς αὐτοῦ πατρίδος γράφει. *Anchiale urbs Ciliciæ in eodem littore cum Tarſo & Zephyrio. Eſt autem opus Anchiales Japeti filia, ut habet Athenodorus de ſua ipſius patria ſcribens.* Ibidem ex Diodoro Grammatico hæc citantur, tanquam iis conſentanea quæ à Ptolemæo Rege ſcripta ſunt; (ſive Lagum intelligas aut Euergetem: uterque enim hiſtorias ſcripſit) γίνεται δὲ Ἰαπετοῦ θυγάτηρ Ἀγχιάλη, καὶ κτίζει πόλιν Ἀγχιάλην, Ἀγχιαλέα (lego πρὸς Ἀγχιαλέα) τὸν παρακείμενον ποταμόν. γεννᾷ δὲ υἱὸν Κύδνον, ἀφ᾽ οὗ ποταμὸς Κύδνος ἐν Ταρσῷ. ὁ δὲ Κύδνος υἱὸν Παρθένιον ἀφ᾽ οὗ ἡ πόλις μετωνομάσθη Παρθενία, μεταπεσόντος δὲ τοῦ ὀνόματος Ταρσὸς ἐκλήθη. *Japeti filia Anchiale ad adjacentem amnem Anchialem, Anchialem urbem condidit. Eadem Cydnum peperit, à quo Cydnus Tarſi fluvius. Cydnus autem filium habuit Parthenium à quo Parthenium urbs, quæ mutato nomine Tarſus poſtmodum appellata eſt.* Idem habet Euſtathius ad Dionyſium Periegetem. Tamen Sardanapali ſepulchro inſcriptum fuit; Ἀγχιάλην ἔδειμα καὶ Ταρσὸν μιῇ ἡμέρῃ, *Anchialem & Tarſum uno die condidi*, ut Strabo, Arrianus, Athenæus & alii ſcribunt. Sed is reſtaurare potuit urbes jam ante ab aliis conditas.

Strabo lib. 14. Arrian. Alex. lib. 2. Athen. lib. 12. Suidas & Photius in Ἀγχιάλη. Euſtath. in Dionyſ. Euſeb. ad An. 1184.

CAPUT XII.

Tubal תובל & *Meſech* משך, Gen. 10: 2.

Tubal & Meſech ſemper in Scriptura juncti, ut cognati populi; Chaldæi *Italiam* & *Auſoniam* explicant: Joſephus *Iberos* & *Cappadocas*: Euſebius *Illyrios* & *Theſſalos*: Arabs *Sinas* & *Choraſan*: Chron. Alexandr. *Macuacos*: Talmudici *Uniakos*, quorum caſei vetiti. Potius *Meſech*, vel *Moſoch*, & *Tubal* ſunt *Moſchi* & *Tibareni*. L. & R. ſæpe permutari. Moſchi non ſunt iidem qui Moſynœci. Verus Moſchorum ſitus. Moſchici montes, ubi Tibareni. Moſchos & Tibarenos vicinos fuiſſe populos. Ex Tubal & Meſech mancipia & vaſa ærea, Ezech. 27: 13. Mancipia multa in Ponticis regionibus; maximè in Cappadocia, cujus pars Tibarenia. Ibi ſervi venales 4. drachmis. Libertas Cappadocibus intolerabilis. Æs Moſſynœcum ſplendidiſſimum. Æs Iberiæ, ubi Moſchi, optimum; נחשת etiam chalybem ſignificat. In Tibarenia Chalybes, ubi chalybs primò repertus, & omnium laudatiſſimus. Eudoxus emendatus. Daimachi locus de chalybis generibus. Χαλυβικὸν vox Æolica. Tibarenis mixti Chalybes qui & Chaldæi à quibuſdam vocantur. Meſech & Tubal terribiles, Ezech. 32: 26. quia populi fortiſſimi & immaniſſimi. Malè probari ex Pſal. 120. *Meſech* eſſe in Arabia. *Meſech* ibi non eſſe loci nomen, ſed temporis, nec conqueri Pſalten, quòd in *Meſech*, ſed quòd diu, ſit peregrinatus. Quàm ineptè Judæi nomine *Meſech* Chriſtianos intelligant, ut Turcas nomine *Kedar*. *Meſech* Arab. pellis, ut μόσυνος. Μασχάνα Scenitarum urbs unde dicta. Aben-Ezræ *Meſech* Tuſcia; *& equi benè paſti* משכים *maſchim*, Jerem. 5: 8. equi Tuſci. Sed ibi *maſchim* planè aliud. Verſiones conferuntur. Emendatur Chaldæa Verſio. Malè colligi ex Eſ. 66: 19. Moſchos ab arcus tenſione dici: neque enim arcus habuere, ſed haſtilia in bello. Moſchum Sidonium huc non pertinere. Sed Moſchicam משך vocari à longo tractu montium. Gens Tubal tranſiit in nomen Tubal Caini, qui primus tractavit ferrum: Arabicè טובאל *Tobal* eſt ſquama ferri.

De Tubal & Meſech ideò conjunctim agemus, quia eos non ſolùm Moſes & Eſdras, ſed & Ezechiel ubique jungit tanquam cognatos populos. *Tubal*, inquit, *& Meſech, ipſi inſtitores tui*, cap. 27. verſ. 13. Item; *Ibi Meſech & Tubal, & omnis multitudo ejus*, cap. 32. verſ. 26. Item; *Principem capitis Meſech & Tubal*, cap. 38. verſ. 2. & 3. & cap. 39. v. 1. Chaldæi *Tubal* & *Meſech*, quantum licet colligere ex veſtigiis vocum quæ valde corruptæ ſunt, Italiam explicant & Auſoniam. Joſephus Iberos & Cappadocas. Atque Iberorum nomine, non Colchidi vicinos populos, (quæ Joſephi mens fuit) ſed Hiſpanos intelligit Hieronymus. Quin & Eſ. 66: 19. pro *Tubal* Italiam habet. Multo aliter Euſebius, qui nomine Moſoch Illyrios, & nomine Tubal vel Thobel Theſſalos intelligit. Quod ſequitur Epiphanius in hæreſi Sethianorum. At pro *Tubal* & *Meſech* Arabs habet אלצין *Sinas* & חראסאן *Choraſan*. Peſſimè omnium Author Chronici Alexandrini, qui neſcio quos Μακουακοὺς *Macuacos* hîc ſibi fingit qui nuſquam ſunt: neque fortaſſe melius Talmudici, qui Uniakos reddunt. *Tubal*, inquiunt, זה בית אונייקי, *eſt domus Uniacorum*. Quamvis aliquam eſſe gentem hujus nominis ex eo colligatur, quod in tractatu Joma prohibiti ſunt גבינות בית אונייקי, *caſei domus Uniacorum*. Unnos intelligi ſuſpicor, quorum caſei Judæis ideò prohibiti, quia ex equino lacte facti. Hippacen Græci vocant.

Mihi *Meſech* (vel ut Veteres ſcribebant *Moſoch*) & *Tubal ſunt Moſchi & Tibareni*, qui apud Græcos Scriptores eodem modo junguntur quo apud Hebræos *Meſech* & *Tubal*. Herodotus in Thalia cap. 49. *Moſchis autem & Tibarenis*, &c. Μόσχοισι δὲ καὶ Τιβαρηνοῖσι *trecenta talenta imperata erant.* Et in Polymnia cap. 78. Τιβαρηνοὶ δὲ, &c. κατάπερ Μόσχοι ἐσκευασμένοι ἐστρατεύοντο, *Tibareni autem, &c. eodem ornatu militabant quo Moſchi.* Item; τούτων δὲ συνεστεώτων ἄρχοντες οἵδε, Μόσχων μὲν καὶ Τιβαρηνῶν Ἀριόμαρδος, *hos verò regebant hi duces, Moſchos quidem & Tibarenos Ariomardus.* Vides eadem arma, atque eoſdem in bello duces; unde hos populos colligas arctiſſima inter ſe neceſſitudine fuiſſe junctos. Itaque cùm à *Meſech* vel à *Moſoch Moſchos* rectè deducant non pauci Recentiorum, eſt quod miretur lector nulli dum veniſſe in mentem *Tubal Tibarenos* condidiſſe, ut *Meſech Moſchos*. Neque enim ſi ex *Tubal* Græci fecerunt *Tibar* & Τιβάρων χώραν, ut habet Diodorus; aut *Tibaros* ut Euſebius & Strabo libro 11; & creſcente voce *Tibarenos*; mutatio hæc tanti fuit ut debuerit doctorum oculos configere: cùm Græcos ſit notiſſimum ſcribere Φιχὼλ pro *Picol*, & Σαρὰδ pro *Saled*, & Βιλιὰρ pro *Belial*. Tale eſt quod Uzal vel Auzal factum Αὔσαρα, & ex *Chalmadda* Χαρμάνδη. Jam de ſingulis ſeorſim.

Diod. lib. 4. pag. 413. Euſeb. 1. Præpar. lib. 1.

Moſchos putat Stukius eoſdem eſſe quos Moſſynos vel Moſſynœcos, ſic dictos à turribus ligneis. Μόσυνας Græcè appellant. Tamen apud Veteres omnes, adeòque ipſum Herodotum, Moſchi habitant diverſi à Moſſynœcis. Moſchi habitant montes Moſchicos, qui Iberiam dividunt ab Armenia & utramque à Colchide. Unde eſt quod apud Strabonem Moſchicæ partem Iberes tenent, partem Armenii, partem denique Colchi, in qua ſitum fuit Leucotheæ templum à Phryxo conditum. Pomponius Mela Moſchos admovet Hyrcano Mari; Plinius fonti Phaſidis & Ibero amni in Cyrum defluenti; Hecatæus apud Stephanum Matienis vicinos facit, id eſt, Mantienis montibus, unde oriuntur Gindes & Araxes fluvii. Soli Ptolemæus & Strabo Moſchicos montes producunt longo tractu ab Iberiæ finibus uſque ad Pontum Cappadocium. Tamen ne quidem Moſchi Moſſynœcos attingunt, quos Xenophon, Diodorus, & Plinius ponunt inter Ceraſuntem & Cotyorum, Ptolemæo Cyteorum, urbes in ora Ponti notiſſimas.

Strab. lib. 11.

Plin. lib. 6. cap. 4. et 10.

Xen. lib. 5. Diod. l. 14. Plin. lib. 6. cap. 4.

Inde difficultas non levis; in eo ipſo intervallo, ſed Cotyoro propiores, fuere Tibareni. Nam euntibus Occaſum verſus poſt Moſſynœcos occurrebant Chalybes, poſt Chalybes Tibareni in quorum agro eſt Cotyorum. Ita teſtantur præter Xenophontem qui loca illa peragraverat, & Diodorum, & Pli-

Dion. verſ. 767. etc. Mel. l. 1. c. 20. Amm. l. 22. Orph. verſ. 739. Apoll. l. 2. Val. Fl. l. 5.

& Plinium quos citavimus, Dionyſius Periegetes, Mela, Marcellinus, & tres ſcriptores Argonauticôn, Orpheus, Apollonius, & Valerius Flaccus. Uno verbo, inter Moſchos qui ſunt ad Phaſim, & Tibarenos Cotyoro vicinos, hi ferè populi cenſentur, Biſeres, Sapires, Bechyres, Macrones, Phylires, Moſſynœci, Chalybes; de quibus vide Stukium in Periplum Ponti Euxini. Itaque non videntur Moſchi potuiſſe cum Tibarenis quicquam habere commercii, tot gentibus interjectis, iiſque feris admodum. Tamen in copiis Xerxis, utriſque eadem fuere arma, iidem duces; & in Ezechiele, Moſe, & Eſdra ſemper junguntur Meſech & Thubal, id eſt, Moſchi & Tibareni, tanquam vicini populi.

Solvi poterit iſte nodus, ſi dicamus alios etiam fuiſſe Tibarenos prope Phaſim & Moſchicam; quomodo alios ibi Chalybes lib. 4. memorat Xenophon teſtis αὐτόπτης, quos diſtinctionis ergo Plinius Armenochalybes appellat. Et hi Tibareni erunt Iberi, ſi Joſephum ſequimur, cui Θόβηλοι, id eſt, filii *Thobel* vel *Tabal*, ii ſunt, οἵτινες ἐν τοῖς νῦν Ἴβηρες καλοῦνται, *qui nunc Iberi vocantur.* Iberi ſcilicet Moſchis tam vicini ſunt, ut Strabone teſte, partem Moſchicæ regionis teneant; eam nempe, quam ponit Plinius ad Iberum fluvium, genti cognominem.

Sed & aliud poteſt regeri, Hebraica nimirum nomina, *Meſech* & *Tubal*, multo patere latiùs quàm Græca Moſchorum & Tibarenorum; & vel omnes, vel pleroſque populos interjectos ſub iis contineri. Moſchos igitur præter Moſchicam propriè dictam putaverim occupaſſe quicquid eſt montium à Phaſi uſque ad Pontum Cappadocicum; atque inde eſſe quod illi montes Moſchicorum montium nomen eo uſque integrum atque illibatum ſervant, ut videre eſt in Strabone & Ptolemæo. Atque eos ſtatim excepiſſe Tibarenicas gentes ex Strabone colligitur, qui Tibareniam & Tibarenorum fines extendit uſque ad Pharnaciam & Trapezuntem, Moſchicoſque & Colchicos montes: ita ut medii fuerint inter Trapezuntios & Armeniæ Minoris incolas. Hoc ſibi volunt illa Strabonis lib. 7: ἐν δὲ τῇ ὀρεινῇ τῶν Ταύρων, καὶ τὸ ὄρος ἐστὶν ὁ Τραπεζοῦς ὁμώνυμον τῇ πόλει, τῇ περὶ Τιβαρηνίαν καὶ τὴν Κολχίδα, *eſt & in montanis Taurorum mons Trapezus cognominis urbi, quæ eſt circa Tibareniam & Colchidem*; & lib. 11. de Caucaſo; συνάπτει δὲ καὶ τοῖς Μοσχικοῖς ὄρεσι καὶ Κολχικοῖς μέχρι τῶν καλουμένων Τιβαρηνῶν, *attingens etiam ad Moſchicos et Colchicos montes uſque ad eos qui vocantur Tibareni.* Et lib. 12. τῆς δὲ Τραπεζοῦντος ὑπέρκεινται καὶ τῆς Φαρνακίας Τιβαρηνοί τε καὶ Χαλδαῖοι, &c. καὶ ἡ μικρὰ Ἀρμενία, *ſupra Trapezuntem verò & Pharnaciam Tibareni & Chaldæi ſunt, &c. & Armenia Minor.* Et rurſus, ὑπὲρ μὲν καὶ τῶν περὶ Φαρνακίαν καὶ Τραπεζοῦντα τόπων οἱ Τιβαρηνοὶ καὶ Χαλδαῖοι μέχρι τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας, *ſupra Pharnaciam & Trapezuntem ſunt Tibareni & Chaldæi uſque ad Parvam Armeniam.* Addit continuò pôſt eos Armeniis paruiſſe, ut Trapezuntem & Pharnaciam attigiſſe probet Armeniorum ditionem.

Pag. 309. *Pag. 527.* *Pag. 548.* *Pag. 548.*

Itaque jam exhauſtum eſt quicquid erat difficultatis, & Moſchorum montibus Tibarenos vicinos fuiſſe conſtat ex teſtimonio Principis Geographorum; quem hìc maximè fidem mereri fatebuntur omnes, qui ſcient eum Amaſiæ natum in Ponto Galatico, ita ut horum locorum fuerit apprimè gnarus.

Nunc facile erit explicare Scripturæ loca de his populis. *Tubal et Meſech* (inquit Ezechiel cap. 27. verſ. 13.) *inſtitores tui fuerunt, mancipiis & vaſis æreis negotiantur in commercio tuo.* Mancipia enim duci ſolita è Ponti regionibus, quarum incolæ plerique homines erant ad ſervitutem nati. Hinc Polybius lib. 4. Ponti regiones ſuppeditare τὸ τῶν εἰς δουλείας ἀγομένων σωμάτων πλῆθος, *ſervilium corporum maximum numerum.* Et Philoſtratus lib. 8. *Ponticos, &c. ſervos gregatim huc advectos invenire licet.* Sed ex omnibus Ponti regionibus Cappadocia imprimis, cujus pars Tibarenia, hoc genere mangonii fuit celebris. Unde Cicero in Oratione poſt reditum in Senatum; *Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceres.* Et Horatius Epiſtol. 6. lib. 1.

Mancipiis dives eget æris Cappadocum rex.

Id eſt, Turnebo interprete, mango & venalitiarius, qui mancipiorum greges venalium habet; ut apud Perſium, Sat. 6. *Adverſ. l. 22. c. 1.*

—— ne ſit præſtantior alter
Cappadoces rigidâ pingues paviſſe cataſtâ.

Id eſt, Ne ſit ullus venalitiarius qui plures ſervos habeat. Et Martialis lib. 10. Epigr. 76. *Id. Advers. 30. cap. 7.*

Nec de Cappadocis eques cataſtis.

Id eſt, de ſervo Cappadoce eques Romanus factus. Et lib. 6. Epigr. 77.

Quid te Cappadocum ſex onus eſſe juvat?

Inde mancipiorum ibi tanta vilitas ut Lucullo Cappadociam peragranre Romani venales ſervos reperirent quatuor drachmis. Appianus in Mithridaticis; τὸ μὲν ἀνδράποδον τεττάρων δραχμῶν αὐτίκα ἐγίγνετο. Et Plutarchus in Lucullo; εἰς τοσαύτην ἦλθεν εὐπορίας, ὥστε τὸν μὲν βοῦν ἐν στρατοπέδῳ δραχμῆς, τὸ δὲ ἀνδράποδον τεττάρων ὤνιον εἶναι. Nempe Cappadocum ingenia tam erant ſervilia, ut cùm illis Romani permiſiſſent vivere ſuis legibus, libertatem deprecati ſunt, οὐ γὰρ δύνασθαι φέρειν αὐτὴν ἔφασαν, *ut quam eſſe ſibi intolerabilem dicerent.* Hæc de ſuis concivibus refert Strabo ipſe Cappadox. *Lib. 16 pag. 804.*

Etiam id ad rem noſtram eſt quod additur à Propheta, *Tubal* & *Meſech vaſis æreis negotiari.* Nam in Tibarenis ſunt Moſſynœci, de quorum ære inſignis eſt hic Ariſtotelis locus: φασὶ τὸν Μοσσύνοικον χαλκὸν λαμπρότατον καὶ λευκότατον εἶναι, οὐ παραμιγνυμένου αὐτῷ κασσιτέρου, ἀλλὰ γῆς τινος αὐτοῦ γινομένης, καὶ συνεψομένης αὐτῷ. *Aiunt Moſſynœcum æs ſplendidiſſimum et candidiſſimum eſſe, non admixto illi ſtanno, ſed terrâ quadam ibi naſcente, et ſimul cum eo coctâ.* Sed & in Iberia, cujus partem Moſchi incolunt, creditur eſſe æs omnium præſtantiſſimum. Unde eſt, quod lib. 7. Chalcondylas æs Paphlagonicum ita commendat, ut aſſerat nulli cedere præterquam Iberico. *De Mirabil. auſcult.*

Verum enimvero ut pleniùs intelligatur Ezechiel, Lector hìc monendus eſt, vocem נחשת quâ utitur, & æs ſignificare, ut vulgo, & chalybem ut Jud. 16: 21. & Lament. 3: 7. Unde eſt quod נחוש chalybeum Hebræi interpretantur, Levit. 26: 19. Job. 6: 12. & Eſ. 48: 4. Vide Kimchium in Lexico, & R. Levi in Jobum, & Jarchium in Threnos. Quo ſenſu ſi hìc ſumatur, quis neſcit celeberrimos chalybis artifices in Tibarenia vixiſſe cum Moſſynœcis; Chalybes, inquam, populos à quibus chalybi nomen, quomodo à gente *Tubal* ſquama ferri & æris Arabicè dicitur תותאל *Tubal* apud Avicennam & alios. Nempe Chalybes creduntur primi tractaſſe Ferrariam. Ammianus lib. 22. *Chalybes, per quos erutum et domitum eſt primitus ferrum.* Arrianus in Alexandro; Χάλυβες πρῶτοι ἀνθρώπων αἰτίαν ἔχουσι, χαλκεύσασθαι σίδηρον, *Chalybibus crimini datur, quòd primi cuderint ferrum.* Puto illum reſpexiſſe, cùm id ſcriberet, hos Callimachi verſus; *Vide Avic. l. 2.* *Apud Euſtath. in Dionyſ. Apud Apollon. Schol. l. 2.*

—— Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος,
Γειόθεν * ἀντέλλοντα κακὸν φυτὸν οἵ μιν ἔφηναν;

—— Chalybum gens malè diſpereat,
Per quam inviſa cavâ ſtirps è tellure revulſa eſt.

* *Lege ἀντέλλοντα.*

Quos ita reddidit Catullus in *De coma Berenices*:

—— Chalybon omne genus pereat:
Et qui principio ſub terra quærere venas
Inſtituit, et ferri frangere duritiem.

Nempe ignorabant ante Chalybes vixiſſe Tubalcainum, quem Vulcanum eſſe multi putant. Interim fieri poteſt ut Chalybes poſt Diluvium primi tractarint Ferrariam, aut ferrum in chalybem durandi artem excogitaverint. Utut ſit, hoc certum chalybem à Chalybibus ideò dictum, quia chalybs nullibi præſtantior eſt, quàm apud Chalybes populos. Eudoxus lib. 1. ἐκ ἢ τῆς Χαλύβων χώρας ὁ σίδηρος ὁ περὶ τὰ ςομώματα ἐπαινούμενος ἐξάγεται, *ex Chalybum regione ferrum ad aciem indurandam laudatiſſimum advehitur.* In Stephano Χαλκῶν legitur pro Χαλύβων nullo ſenſu. Præſtantiſſimum illum chalybem Græci Χαλυβδικὸν vocant. Ita Daimachus in Poliorceticôn inſigni loco de chalybis generib. ςομωμάτων γὰρ τὸ μὲν Χαλυβδικὸν, τὸ ἢ Σινωπικὸν, τὸ δὲ Λύδιον, τὸ δὲ Λακωνικόν. Καὶ ὅτι Σινωπικὸν καὶ Χαλυβδικὸν εἰς τὰ τεκτονικά: τὸ δὲ Λακωνικὸν εἰς ῥίνας καὶ σιδηροτρύπανα καὶ χαρακτῆρας, καὶ εἰς τὰ λιθουργικά: τὸ δὲ Λύδιον καὶ αὐτὸ εἰς ῥίνας, καὶ μαχαίρας, καὶ ξυρία, καὶ ξυςῆρας, *Chalybis enim genus aliud Chalybdicum, aliud Synopicum, aliud Lydium, aliud Laconicum. Synopicum autem & Chalybdicum ad fabrilia adhibetur; Laconicum ad limas, & terebella, & characteres, & ferramenta lapidaria. Lydium autem & ipſum ad limas, & gladios, & novaculas, & ſcalpella.* Χαλυβδικὸν Æolicè idem quod Χαλυβικὸν, ut monet Iſacius in illud Lycophronis:

> Χαλυβδικῷ κνώδοντι συντεθραυσμένη.
> *Mucrone ferri vulnerata Chalybdici.*

Unde obiter colligere eſt non ſolùm ad fabrilia, ſed & ad arma adhiberi ferrum Chalybum.

Nunc in rudiorum gratiam libet apponere loca Veterum, ex quibus pateat Chalybes promiſcuè habitaſſe cum Moſſynœcis & Tibarenis. *Cyri Min. lib. 5.* Xenophon; Ἐπορεύθησαν ὀκτὼ ςαθμοὺς, καὶ ἀφικνοῦνται εἰς Χάλυβας: οὗτοι ὀλίγοι ἦσαν, καὶ ὑπήκοοι τῶν Μοσσυνοίκων, καὶ ὁ βίος ἦν τοῖς πλείςοις αὐτῶν ἀπὸ σιδηρείας· ἐντεῦθεν ἀφικνοῦνται εἰς Τιβαρηνούς. *Octavis caſtris venerunt ad Chalybas, qui pauci erant & Moſynœcis ſubjecti, & victus pleriſque erat ex Ferraria; unde venerunt ad Tibarenos.* *Verſ. 739.* Orpheus Argonaut.

> Καὶ Χάλυβες, Τιβαρηνά τ' ἔθνη, λαοί τ' ἐπίχειροι
> Μίγδην σὺν Μοσύνοισι πέδον περιναιετάουσι.
> *Et Chalybes ſociaque manus, & proxima Moſchis*
> *Gens permixta ſolo Tibarenica degit eodem.*

Lib. 1. cap. 20. Pomponius Mela; *Tibareni Chalybas attingunt, quibus in riſu luſuque ſummum bonum eſt.* *Ephor. apud Stephan.* Ex Ephoro, cujus verba: Τιβαρηνοὶ καὶ τὸ παίζειν, καὶ τὸ γελᾷν εἰσιν ἐζηλωκότες, καὶ μεγίςην εὐδαιμονίαν τοῦτο νομίζουσι. Stephanus: Τιβαρηνία, χώρα πρὸς τῷ Πόντῳ πρόσοικος Χάλυψι καὶ Μοσυνοίκοις, *Tibarenia regio ad Pontum vicina Chalybibus & Moſynœcis.* *Lib. 12. pag. 528.* Sic apud Strabonem Chalybes modò junguntur Moſynœcis, ut cùm dicit, *Chalybibus & Moſynœcis ademptam fuiſſe Paranetum:* modò junguntur Tibarenis; ut cum ſupra Trapezuntem & Pharnaciam ponit Tibarenos & Chaldæos, id eſt, Chalybes. *Lib. 12 pag. 548.* Addit enim non multò poſt: οἱ δὲ νῦν Χαλδαῖοι Χάλυβες τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο, *qui autem nunc Chaldæi, Chalybes olim vocabantur.* Eadem in Dionyſio legas, & Apollonio, & Plinio, & Valerio Flacco, & Ammiano Marcellino. *Dion. verſ. 767. Apoll. l. 2. Plin. lib. 6. cap. 4. Val. lib. 5. Argon. Marcell. lib. 22.*

Alter eſt locus de gentibus Meſech & Tubal, Ezech. 32: 26. quo dicuntur in iis occubuiſſe plures qui olim terrorem incuſſerunt in Terra viventium. Chaldæus intelligit de dominatione in terram Iſraël, cùm tamen terra viventium ſit ubicunque vivunt homines. Atque ut hos populos ſcias non immeritò fuiſſe terrori, Xenophon dicit Chalybes fuiſſe ὧν διῆλθον ἀλκιμωτάτους, *omnium eorum, quos pertranſierunt, fortiſſimos*, & prælium iniſſe cum cantu & tripudio. *Cyri Min. lib. 4.* Et apud Apollonii Scholiaſtem Nymphodorus tam generoſos eſſe Tibarenos, ut nonniſi indicto bello, ac ipſius prælii loco, tempore, ipſaque horà priùs denunciatà, manum conſerere ſoliti ſint. *Strab. lib. 12. Ibid. l. 11.* Et Moſynœcos ſcribit Strabo tres Pompeji cohortes interemiſſe, & Iberorum campeſtria tenere homines agriculturæ & pacis ſtudioſos, ſed montana, id eſt, Moſchicam, viros bellicoſos, qui vivunt more Scytharum.

Addo incuſſiſſe terrorem ratione immanitatis & belluinæ ferociæ. *In Prometh. vinct. verſ. 690.* Æſchylus de Chalybibus;

> Ἀνήμεροι γὰρ οὐδὲ πρόσπλατοι ξένοις.
> *Namque efferi ſunt atque inacceſſi advenis.*

Præp. Lib. 1. pag. 9. Euſebius de Tibarenis, ſeu Tibaris: Τιβαροὶ δὲ ζῶντας κατεκρήμνιζον τοὺς ἐγγυτάτω γήρως, *Tibari autem vivos præcipitabant eos quibus imminebat ſenectus.* Xenophon de Moſynœcis: τούτους ἔλεγον οἱ ςρατευσάμενοι βαρβαρωτάτους διελθεῖν, καὶ πλεῖςον τῶν Ἑλληνικῶν νόμων κεχωρισμένους. *Hos dicebant* noſtri *commilitones omnium eſſe, per quorum fines tranſiiſſent, inhumaniſſimos, & à Græcorum moribus maximè alienos.* Denique, Strabone teſte, ἅπαντες οἱ ὄρειοι τούτων ἄγριοι τελέως, *quotquot illorum montes incolunt ſunt planè feri.* Dicetur capite ſequenti, cur Ezech. 38. & 39. Gog in terra Magog dicatur eſſe *Princeps capitis Meſech & Tubal.*

Non eſt quod quemquam moveat objectio Beroaldi, qui contendit terram Meſech eſſe in Arabia Kedarena, fretus hoc loco Pſal. 120. verſ. 5. *Hei mihi, quòd peregrinatus ſum* in *Meſech, habitavi in tabernaculis Kedar.* Neque enim ibi משך *meſech* loci nomen eſt, ſed temporis. Et verba Hebræa, גרתי משך, non reddenda ſunt, *peregrinatus ſum* in *Meſech*, ſed *peregrinatus ſum diu*; vel ut Aquila, προσηλύτευσα ἐν μακρυσμῷ, *advena fui longo tempore.* Alius (ni fallor, Symmachus) inverſis verbis reddidit, παροικῶν παρείλκυσα, id eſt, גר משכתי, *peregrinans protraxi*, ſub. tempus, pro גרתי משך. Rurſus aliter LXX. ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη; id eſt, גרותי משך *incolatus meus prolongatus eſt*, ut habet Vulgatus Interpres, quos ſequuntur Syrus & Arabs. Tamen idem ſenſus manet. Nempe verbum משך propriè eſt trahere. Unde ad tempus tranſlatum eſt differre & prorogare, quo ſenſu Romanè dixeris, *trahere bellum* & *trahere comitia.* Sic Ezech. 12: 25. & 28. לא תמשך עוד *non trahetur ampliùs*, id eſt, non differetur. Prov. 13: 12. תוחלת ממשכה, *ſpes tracta*, id eſt, quæ differtur. Neh. 9: 30. תמשך עליהם שנים רבות, *traxiſti ſuper eos annos multos*, id eſt, ultionem diſtuliſti. Eſ. 13: 22. ימיה לא ימשכו, *dies ejus non trahentur*, id eſt, non prorogabuntur. Pſal. 85: 6. תמשוך אפך לדר ודר, *trahes iram tuam*, id eſt, prorogabis *è generatione in generationem.* Eodem ſenſu legitur משך חסד, trahere ſeu prorogare benignitatem, Pſal. 36: 11. & 109: 12. *Vide Lex. Talmud. Buxtorf. pag. 1274.* Proinde ex eo verbo nomen משך *meſech* eſt dilatatio, prorogatio, vel ſimpliciter ſpatium, longitudo, tractus temporis; ut cùm Hebræi dicunt במשך י׳ שנים, *intra ſpatium decem annorum*, & במשך הזמן, *tractu temporis.* Ita planè in verbis Pſaltis גרתי משך pro במשך, *peregrinatus ſum longo tempore:* quomodo interpretatur Ipſe, cùm ſtatim addit verſu ſequente, רבת שכנה לה נפשי, *multum* (ſub. temporis) *incola fuit anima mea: LXX.* πολλὰ παρῴκησεν.

Solus Veterum Chaldæus Interpres משך *Meſech* pro populo accepit. Quem avidè ſequuti Hebræi poſteriores, nomine משך *Meſech* Tuſciam, id eſt, Italiam & Romanorum imperium intelligunt, ut nomine קדר *Kedar* Saracenicum & Turcicum. Itaque his verbis agi volunt de captivitate ſua inter Chriſtianos & Turcas: ac ſi dixerit Propheta locutus ſub perſona Judæorum, quos hodiè miſeræ ſervitutis jugum opprimit; Hei mihi, quòd peregrinatus ſum in ditione Chriſtianorum, & habitavi cum Iſmaëlitis, id eſt, Turcis & Saracenis. Sed è Judæis Kimchium puduit hujus commenti. Is itaque משך

ad tem-

ad temporis diuturnitatem referens verba Pſaltis ſic παραφράζει, *Heu mihi* שנמשכו, *quòd protracta eſt captivitas mea valde.*

Tamen dato, non conceſſo, משך *Meſech* in verbis Davidis proprium eſſe loci nomen, non ſtatim ſequetur locum eundem deſignari cum illo *Meſech*, qui cum Tubal ſemper jungitur. Neque id probabit Adverſarius, niſi prius ſubverterit quęcunque à nobis diſputata ſunt de vero ſitu Tubal & Meſech. Potuit inter Arabes Kedarenos ſive Scenitas locus aliquis vocari משך *Meſech*, non à Meſecho filio Japheth, ſed à pellibus quibus tentoria obtegebantur. Chaldæis certè & Syris משך *meſach*, & Arabibus מסך *meſech* eſt pellis, unde Græcorum μόσχος, pro vellere vel pelle quavis. Heſychius ex Nicandro; Μόσχος, κώδιον, δέρμα, Νίκανδρος. Atque eo alludit nomen *Maſchanes* urbis Scenitarum Arabum, de qua Quadratus in Parthicis. Stephanus: Μασκάνη πόλις πρὸς τῷ Σκηνιτῶν Ἀράβων, Κοδρᾶτος ὀγδόῳ Παρθικῶν.. Niſi *Maſchanen* quis malit eſſe Arabicum מסכן *Maſchan*, id eſt, ſcena, tabernaculum; ut ſit eadem cum Scenis urbe Scenitarum Arabum, quam deſcribit Strabo lib. 16. Quæ ratio nominis סכות *Succoth* oppidi in Tribu Juda, Gen. 33: 17. ubi LXX. Σκηναί. Sic in Ægypto *Scena Mandrorum*, *Scena Veteranorum*, *Scena Extrago*, vel ut alii, *Scena Sexta Geraſa*, totidem urbium nomina.

Sunt & alia Scripturæ loca, quæ ad hunc ipſum populum perperam referuntur. Sic de equis è terra

Kimch. in Lex. rad. משך *Jerem. 5:8.* Meſech tanquam præſtantiſſimis agi putat Aben-Ezra in his Jeremiæ verbis, סוסים מיזנים משכים היו, quæ ita interpretatur, *ſunt ut equi Meſechæi benè paſti*, id eſt, inquit, *oriundi è Meſech, unde veniunt fortes equi qui fremunt & appetunt fœminam.* Meſech porro, ſi credimus, eſt Italiæ Tuſcia. Sed ibi משכים planè aliud, nempe qui mane ſurgit, ut Oſ. 6: 4. טל משכים *ros matutinus*, non *ros Moſchorum.* Itaque Prophetæ verba ſic ſonant, *Ut equi benè paſti, cum mane ſurgunt, unusquiſque ad uxorem proximi ſui adhinniunt.* Ita Selomo & Kimchius rectè ex mente Prophetæ. In loco facili mirum eſt ceſpitaſſe tot interpretes. Vocem Hebræam משכים *maſchim* Septuaginta ſecurè prætereunt: Græcorum alii reddunt, ἕλκοντες *trahentes*, ac ſi eſſet מושכים *moſechim*: *Ut oſtendatur*, inquit Hieronymus in hunc locum, *magnitudo genitalium.* Proinde explicat *emiſſarios.* Chaldæus אחרין *tardantes*, nullo ſenſu. Sic habent exemplaria quotquot videre mihi contigit. Sed nullus dubito quin legendum ſit שחרין, id eſt, mane quærentes, ut reſpondeat Hebræo משכים.

Rurſus agitur de Gente Meſech, Eſaiæ 66: 19. ſi ſequimur Seniores, qui habent Λοὺδ καὶ Μοσὸχ, *Lud & Moſoch*, pro Hebræis לוד משכי קשת *Ludæi trahentes arcum*, id eſt, *tendentes*, דרכי, ut explicat Jeremias cap. 46, verſ. 9. Ita 1 Regum 22: 34. ואיש משך בקשת, *& vir traxit in arcu*, id eſt, tetendit arcum, vel jaculatus eſt arcu. Quod cùm palam ſit Ludæis non Moſchis tribui; ut ſuo loco pluribus explicabimus, tamen inde multi colligunt ab arcûs

Lib. 7. c. 77. tenſione Moſchis fuiſſe nomen. At ex Herodoto diſcere eſt Moſchos pro armis arcus non habuiſſe, ſed ἀσπίδας καὶ αἰχμὰς σμικρὰς, λόγχαι δὲ ἐπῆσαν μεγάλαι, *ſcuta & haſtilia brevia, quibus inerant longi mucrones.* Sic in Xenophonte Chalybum his proximo-

Xenoph. Cyr. Min. l. 4. rum arma non arcus neque ſagittæ, ſed haſta longa cubitorum decem & quinque, & μαχαίριον gladiolus de zona pendens, ὅσον ξυήλη Λακωνική, *ut harpe Laconica.* Probo vocabulorum origines quæ hiſtoriam aſtruunt, non quæ deſtruunt. Multò abſurdiùs Stukius in Arrianum Moſchorum originem ad Moſchum refert Sidonium Philoſophum, quem de

Strab. l. 16. atomis diſputaſſe volunt Poſidonius & Strabo ante Trojani Belli tempora. Quid quòd Moſchum Sidonium è ſtirpe Chanaan eundem eſſe vult cum Moſoch filio Japheth? Ego, ut dicam quod res eſt, non puto Meſech nomen eſſe ſingularis hominis, ſed populi, vel terræ, quæ משך dicta ſit à longo tractu montium. Sic Pſalm. 126: 6. David dixit משך הזרע *tractum ſeminis*, propter ſulci longitudinem in quem ſemen tractim ſpargitur, ut habetur Amos 9: 13. Huic conjecturæ faciliùs aſſentietur, qui in Ptolemæi Tabulis inſpexerit quàm longo tractu ferantur Moſchici Montes ab intima Iberia uſque ad Pontum Cappadocicum. Et fortaſſe non abſimili de cauſa Ægyptii vocantur גוי ממשך *gens tracta*, vel in longum extenſa, Eſa. 18: 2. Nam ſupra Delta Ægyptus tota in longitudinem patet uſque ad Æthiopię fines.

Gentem Tubal nemo non videt in illius tranſiiſſe nomen, cujus Artem intermortuam prima poſt Diluvium exſuſcitavit: Tubalcainum intelligo, de quo Gen. 4: 22. Nec leve ſupereſt veſtigium vetuſtæ rei, in eo quod jam diximus, Arabes Gentis illius priſco nomine, *Tubal*, hodiéque vocari ſquamam ferri & æris. Avicenna lib. 2. capite חדיד, id eſt, de ferro, ותובאל אלסאבורקאן קריב מן תובאל אלנחאס, *& thubal aſſaburchan accedit ad Thubal æris*, id eſt, ſquama chalybis ferè ejuſdem eſt virtutis cujus eſt ſquama æris. *Saburchan* eſt chalybs naturalis, ut פולאד *phulad* chalybs artificialis. Hæc Avicennæ verba reſpondent his Dioſcoridis quæ Plinius non intellexit: Λεπίδος δὲ στομώματος δύναμις ἔστιν αὐτὴ τῇ τοῦ χαλκοῦ λεπίδι. Vide Cl. Salmaſium in Solinum pag. 1084.

CAPUT XIII.

Magog מגוג, Gen. 10: 2.

Magog alii aliter, Joſephus, Euſtathius, Hieronymus & Theodoretus optimè Scythas reddunt, nempe qui ſunt circa Caucaſum. In loco Ezech. 38: 2. ראש *Rhos* vel appellativum eſt vel proprium. Si prius, Gog in terra Magog dicitur eſſe princeps capitis, id eſt, initii Meſech & Tubal, vel Terræ Scythiæ, quæ inde incipit ubi deſinit *Meſech & Tubal.* Hujus locutionis plura exempla. A Gog dici Καύκασον, quaſi *Gogbaſan* Gogi munimentum, & Armeniæ *Gogarenem.* At ſi *Rhos* ſit proprium, ut Græci reddunt; ſenſus erit, *Gog*, id eſt, Scythas *incolas terræ Magog*, id eſt, Scythiæ, inſuper fuiſſe principes terrarum *Rhos*, *Meſech*, *& Tubal*, *Rhos* loci nomen negat eſſe Hieronymus, quia aliunde eſt ignotum. Sed multa alia habet locorum nomina idem Ezechiel æquè ignota. Arabibus *Rhos* eſt Araxes. De eo locus Nubienſis Geographi explicatus & emendatus. Et in Gorjonide *Rhoſſi* habitant circa Cyrum Araxi vicinum. Scythas olim & Sacas imperium ſuum eò uſque promoviſſe; & primum habitaſſe circa Araxem. A *Rhos* & *Meſech*, id eſt, *Rhoſſis & Moſchis*, deſcendiſſe *Raſſos & Moſcovitas.* *Rhos* appellari Tauricam Cherſoneſum. *Rhoxalani* unde dicti. Eorum ſedes. *Magyai* dicti à Magog. Equi & equites Gog & Magog, Ezech. 38: 3, 4, 15. id eſt, Scytharum. qui ſemper in equis. Eorum arcus, Ezech. 39: 3. ἱπποτοξόται. Scythæ, ſagittarii. *Scutten* jaculari Germanicè. Arimaſpi cur unoculi? Amazones unde dictæ. Mulieres Scythicæ quàm bellicoſæ. Duellum apud Sacas inter futuros conjuges. Equites Gog induti מכלל, id eſt, cataphracti. Scytharum equites αἰολοθωράκες. Perſarum equites cur *clibanarii* dicti. Κλίβανον pro thorace apud Græcos Recentiores. Vocem eſſe Perſicam & Chaldaicam. גלבא *galba* ferri ſquama Chaldaic. שרין גלבין *lorica ſquamata.* Aruch & Elias notant. *Galba* vel *gliba* idem quod קלפא *kalpha* & קליפא *klipha.* Inde *glibanar* clibanarius. Clibanariorum loricæ hamatæ et ex ſquamis ſeu laminis ferreis. Vaticinium Ezechielis de excidio Gentis Gog et Magog quando impletum non ſatis ſcimus. Ezech. 39: 11, 15, 16. urbs et vallis ab iis dicta ad orientem Maris, nempe Scythopolis ad ortum Lacus Tiberiadis; ita Chaldæus et Euſebii Chron. Hierapolis unde dicatur Magog. Magog eſt Prometheus, cujus filius Hierapolim condidit.

Magog Ambroſio Gothorum, Euſebio Celtarum & Galatarum, Authori Chronici Alexan- *Ambroſ. de fide ad Gratian. lib. 2. c. 4.*
drini Aquitanorum, Chaldęis Germanorum, Ara-

Hieron. Quæſt. in Gen. & Præfat. lib. 11. in Ezech.

bibus Tartarorum; Joſepho, Euſtathio, Hieronymo & Theodoreto Scytharum pater fuit; quod veriſſimum.

Colligitur id ex verbis Ezechielis, cap. 38. v. 2. *Pone faciem tuam contra Gog in Terra Magog*, נשיא ראש משך ותובל, *Principem capitis Meſech & Thubal*, vel *principem Rhos*, *Meſech & Thubal*. Utramque Verſionem verba Hebræa ferre poſſunt. Priorem ſequuntur Chaldæus Interpres, Aquila, Hieronymus; Poſteriorem (ἄρχοντα Ῥὼς Μεσὸχ καὶ Θοβὲλ) Septuaginta Interpretes, Symmachus, Theodotion & Proclus Epiſcopus apud Socratem Hiſtor. lib. 7. cap. 43. Utramvis ſequaris noſtrâ nil refert. Quia ex utraque videtur ſequi Terram Magog eſſe in Scythia.

Quippe ſi ſtamus priori interpretationi, verborum Ezechielis hic erit ſenſus; Gog incolam terræ Magog in illis imperare locis unde incipit terra Meſech & Tubal. Notum enim ראש *caput* paſſim apud Hebræos pro initio ſumi. * Sic 1. Paralip. 14: 15. cùm audieris inceſſum בראשי הבכאים *in capitibus mororum*, id eſt, in initiis, non in cacuminibus, ut volunt. Neque enim in mororum cacumine quiſquam incedit. Et in Eſaia & Nahumo, בראש כל חוצות *in capite omnium platearum*, id eſt, in principio. Et in ipſo Ezechiele toties ראש דרך, *caput viæ*, eſt initium viæ. In Jeremia denique Galaad vocatur ראש הלבנון, *caput Libani*; quia Libanus inde incipit, ubi deſinit Galaad. Hieronymus de locis; *Galaad mons*, *&c. eſt ad tergum Phœnicis & Arabiæ*, *collibus Libani copulatus*. Brocardus in deſcriptione Terræ Sanctæ: *Ultra Jordanem ſunt varii montes*, *nempe mons Seir*, *mons Hermon*, *mons Libani*, *& mons Galaad*, *qui tamen omnes ſunt unus mons continuus*; *niſi quod in diverſis locis diverſa ſortitur nomina*. Itaque ut mons Galaad vocatur Libani caput aut initium, quia Libanus ex eo incipit; pari ratione terra Gog, vel quod idem eſt, terra Magog poterit appellari ראש משך caput ſeu initium *Meſech*, quia terræ continuæ ſunt, & terra *Meſech* incipit à terra Magog. Sic terra Gog vel Magog erit Scythiæ pars circa Caucaſum, quam Colchi & Armeni, quorum dialectus erat ſemi-Chaldæa, גוג חסן *Gog-haſan* vocaverint, id eſt, Gogi munimentum; atque inde Græci Καύκασον, ſono molliore; ut cùm pro גמל *gamel* κάμηλος dicunt. Sed & ipſiſſimum nomen Gog integrum Græci ſervarunt in Γωγαρήνη *Gogarene*, Iberiæ parte trans Cyrum, quam Iberis Armeni ademerunt; ut teſtatur Strabo libro undecimo. In Stephano *Gogarene* eſt χωρίον μεταξὺ Κόλχων καὶ Ἰβήρων τῶν ἀνατολικῶν, *locus inter Colchos & Iberos Orientales*.

Eſa 51: 20. Nah. 3. 10.

Lam. 2: 19. Ez. 16: 25, 31. et 21: 24. et 42: 12.

Jer. 22: 6.

Res eòdem recidet, ſi cum LXX. Senioribus ראש *Rhos* ſumamus pro nomine populi vel regionis. Quod quidem negat Hieronymus, ſed argumento non ſatis certo. *Nec in Geneſi*, inquit, *nec in alio Scripturæ loco*, *nec in Joſepho quidem*, *qui omnia Hebraicarum* (malim Hebraica) *gentium in primo Antiquitatum libro exponit nomina*, *hanc gentem potuimus invenire*. *Ex quo manifeſtum eſt Rhos non gentem ſignificare*, *ſed caput*. Nempe Vir tantus, cùm hæc ſcripſit, non cogitabat in illo ipſo Ezechiele multa locorum eſſe nomina quæ alibi nuſquam occurrunt, puta [a] *Chebar*, [b] *Gammadim*, [c] *Chelmad*, [d] *Chub*, [e] *Chetlon*, [f] *Sibraim*, &c. Itaque etiamſi *Rhos* nec in Joſepho, nec in aliis extet Scripturæ locis, tamen nihil obſtat quo minus poſſit eſſe loci nomen. Et mihi quidem *Rhos* videtur eſſe Armeniæ fluvius Araxes & Araxene regio.

a Ezech. 1: 1. etc.
b Ezech. 27. 11.
c Ezech. 27. 23.
d Ezech. 30. 5.
e Ezech. 47: 15.
f Ezech. 47: 16.

Clim. 5. part. 6.

Arabicè ſaltem conſtat in Geogr. Nub. *Rhos* vocari Araxem. *In Armenia*, inquit, *duo ſunt fluvii magni nominis*, *nempe* נהר אלרס ונהר אלכר, *fluvius Rhos & fluvius Kor*, id eſt, Araxes & Cyrus; *ambo ex occaſu ad ortum labentes*; *& quidem fluvius Kor* (Cyrus) *qui magnus eſt & naviger*, *oritur prope montem* (Caucaſum;) *& excurrens ad Tiflis* (Zalliſſam Ptolem.) *indéque tendens ad fines Hanua &* סמכון *Samcun* (uno puncto addito, quo Arabicè N. & T. differunt, legerim *Samcut* potiùs, ut ſit Ptolemæi Σαγύτα *Sanguta*) *confluit cum flumine Rhos* (Araxe) *& exit in mare* אלחזר *Chozar* (Caſpium.) *Similiter flumen Rhos* (Araxes) *eſt magnum valde*: *egreditur ex partibus* ארמניה אלדאחלה, *Armeniæ interioris* (non *minoris*, ut habet Latina Verſio) *è Calſcala* (Turcis Carachala, id eſt, nigrum caſtellum.) Cætera ibi vide, & confer cum Itinerario Guillielmi de Rubruquis cap. 49.

Ex his cùm conſtet plus ſatis *Rhos* eſſe fluvium Araxem, eſt & cur putem accolas eodem nomine appellari. In Joſepho Ben-Gorion hæc legere eſt capite primo Venetæ Editionis, רוסי הונים על נהר בירא (lege כירא) השופך בים גורגאן, *Rhoſſi habitant ad fluvium Cyrum qui defluit in mare Georgian*, id eſt, *Caſpium*. Cyrum pro Araxe dixit, quia ſunt vicini amnes, quique adeò confluentes, uno, & eodem oſtio, in mare Caſpium exeunt. Et ad utrumque Rhoſſi habitant in regione interamni, quæ Græcorum eſt Araxene.

Ex iſta interpretatione, verborum Ezechielis hæc erit paraphraſis: *pone faciem tuam contra Gog*, obfirma vultum tuum ad prophetandum contra Regem Scytharum; *in terra Magog*, qui regni ſedem habet in Scythia prope Caucaſum: *Principem Rhos*, *Meſech & Tubal*, principem Armeniæ Araxenæ, Moſchicæ, & Tibarenicæ, regionum contiguarum, quæ tum erant Scythici juris. Scythas enim vel Sacas, quod idem eſt, imperii ſui limites eò uſque promoviſſe diſertis verbis teſtatur Strabo lib. 11. Σάκαι, inquit, τῆς Ἀρμενίας κατεκτήσαντο τὴν ἀρίστην γῆν, ἣν καὶ ἐπώνυμον ἑαυτῶν κατέλιπον τὴν Σακασηνήν· καὶ μέχρι Καππαδόκων, καὶ μάλιστα τῶν πρὸς Εὐξείνῳ, οὓς Ποντικοὺς νῦν καλοῦσι, προῆλθον. *Sacæ optimam Armeniæ regionem occuparunt*, *quam a ſe Sacaſenam denominarunt*; *& uſque ad Cappadoces*, *eos maxime qui Pontici dicuntur*, *ad mare Euxinum progreſſi ſunt*. Quin Scythæ in Trogo leguntur juxta Thermodonta conſediſſe. Et Thermodon in Plutarcho de fluviis ποταμός ἐστι Σκυθίας, *fluvius eſt Scythiæ*; in Philoſtrato Scytharum limes.

Juſtin. l. 2.

De vita Apollon. lib. 7. c. 11.

Nec deſunt, qui Scytharum circa Araxem ſedem antiquiſſimam fuiſſe volunt. Ita habetur in Herodoto; Σκύθας τοὺς Νομάδας, οἰκέοντας ἐν τῇ Ἀσίῃ, πολέμῳ πιεσθέντας ὑπὸ Μασσαγετέων οἴχεσθαι, διαβάντας ποταμὸν Ἀράξεα ἐπὶ γῆν Κιμμερίην. *Scythas Nomades qui Aſiam incolunt*, *cum à Maſſagetis bello vexarentur*, *Araxe trajecto in Cimmeriam abiiſſe*; Cimmeriam, id eſt, Scythiam. Scythia enim dici cœpit poſtquam Cimmeris pulſis Scythæ illam occupaverunt. Id ipſum multò expreſſius docet Diodorus libro ſecundo; τὸ μὲν οὖν πρῶτον (οἱ Σκύθαι) παρὰ τὸν Ἀράξην ποταμὸν ὀλίγοι κατῴκουν, παντελῶς καὶ διὰ τὴν ἀδοξίαν καταφρονούμενοι. *Scythæ primùm juxta Araxem amnem pauci habitarunt*, *& propter ignobilitatem deſpecti*. Sequitur Montanos Scythas inde uſque ad Caucaſum eſſe progreſſos: Campeſtres verò uſque ad Mæotidem paludem, & Tanaim, & Septentrionalem Oceanum.

Credibile eſt ex ראש *Rhos* & משך *Meſech*, id eſt, Rhoſſis & Moſchis vicinis populis circa Araxem, de quibus Ezechiel, deſcendiſſe Ruſſos & Moſcovitas, gentes in Europæa Scythia celeberrimas, quæque latiſſimè patent. Ruſſi tranſmiſſo Araxe videntur primò occupaſſe Tauricam Cherſoneſum, & de ſuo nomine *Rhos* appellaſſe. Tauri enim ſic nominantur apud Tzetzem, Cedrenum, Curopalatem. Tzetze nihil eſt expreſſius;

Chil. 10. hiſtor. 393.

Ταῦροι δὲ γένος τῶν βροτῶν οἱ ἄρρενες καλοῦνται.
Ἔστι καὶ γένος Σκυθικόν· ἐπεὶ δ' ἄδηλον τοῦτο,

Σαφέστερον

Σαφέστερον ἐδήλωσα Ταύρους ὡς Ῥῶς καλεῖσθαι.

Tauri generis boum maſculi vocantur. Eſt & genus Scythicum. Quia autem hoc obſcurum eſt, clarius indicavi, Tauros vocari gentes Rhos. Tzetzis ævo ſcilicet notius erat nomen *Rhos* quàm Taurorum. Unde eſt quod Ταυρογλυφὶς ibidem exponit Ῥωσογλυφίς. Itaque in Scytharum cenſu ab eodem alibi ponuntur οἱ Ῥῶς; & ex anonymo Poëta citatur hiſt. 396.

Τέταρτον οἱ Ῥῶς ἀλλὰ τῷ γένει Μυσοί.

Quartò è Myſorum gentibus Rhos non erat.

Geographi quidam veteres Tauros nuſquam ita nominant. Tamen hoc nomen non eſſe hodiè & heri natum docet vox compoſita *Rhoxalani* apud

Plin. lib. 4. cap. 12.

Plinium. *Hamaxobii*, inquit, *aut Aorſi, alias Scythæ degeneres & à ſervis orti, aut Troglodytæ, mox Alani & Rhoxalani.* Rhoxalanorum enim nomen conflatum eſſe nemo non videt ex ראש *Rhos* vel *Rhox* & *Alanis*; tanquam ex utroque mixtis populis, quod vel ex ſitu patet. Nam inter Tauros & Alanos medii ſunt Rhoxalani circa paludem Mœotidem. Ptolemæus lib. 3: cap. 5. Καὶ παρ᾽ ὅλην τὴν πλευρὰν τῆς Μαιώτιδος, Ἰάζυγες, καὶ Ῥαξολανοί, καὶ ἐνδοτέρω τούτων οἵ τε Ἀμαξόβιοι, καὶ οἱ Ἀλαυνοὶ Σκύθαι. *Et per totum Mæotidis latus, Jazyges & Rhoxolani* (Rhoxalani) *& iis interiores Hamaxobii & Alauni* (Alani) *Scythæ.* Plura de illorum ſitu vide apud Jornandem cap. 36. A Rhoxalania Ruſſiam dici aſſerit Matthias à Michou, de Sarmatia Europæa lib. 2. cap. 1. Circa eadem loca Magynorum fuit ſedes, quos inter Scythiæ populos verſus Thraciam & Tanaim Tibullus ita recenſet in Panegyrico ad Meſſalam:

Quàque Hebrus Tanaiſque Getas rigat atque Magynos.

Porro ut ex *Ros* & *Meſech Ruſſi & Moſcovitæ*; ita *Magyni* à *Magog* videntur traxiſſe nomen.

Pergit Propheta verſ. 3. & 4. ejuſdem cap. 38. *Ecce me contra te, ô Gog, &c. Educam te & omnes copias tuas, equos & equites,* &c. Et verſ. 15. *Nonne venies è loco tuo, à partibus Aquilonis, tu & populi multi tecum inſidentes equis omnes, &c.* Nempe Scythis etiam in plena pace id in more fuit ut ſemper equis vectarentur. Hippocrates Libro de aëre, aquis & locis de Scythis ita loquitur: ὑπὸ τῶν ἵππων ἀεὶ κοπτόμενοι ἀσθενέες γίγνονται εἰς τὴν μῖξιν; *ex equitatione ſemper defeſſi imbecilles fiunt ad coitum.* Item; ὑπὸ τῆς ἱππασίης αὐτέους κέδματα λαμβάνει, ἅτε ἀεὶ κρεμαμένων ἀπὸ τῶν ἵππων τοῖς ποσίν; *ab equitatione ipſos corripiunt articulorum dolores, quia pedes ipſorum ſemper ab equis propendent.*

Nec temerè id prætereundum ex ejuſdem Prophetę cap. 39: verſ. 3. *Excutiam arcum tuum è manu ſiniſtra tua, & ſagittas è dextra tua dejiciam.* Nam Scytharum arma perpetua ſagittæ & arcus. Ideò Scytharum equites vocantur ἱπποτοξόται *hippotoxotæ* ab Herodoto & Luciano. Nempe à te-

Herod. lib. 4. cap. 46. Lucian. in Toxari & in Hermot.

neris jaculari aſſueverant etiam κινούμενοι ἀφ᾽ ἵππων, *dum ab equis movebantur*: idque tantâ peritiâ, ut raro à ſcopo aberrarent. Unde eſt quod in Plutarchi Sympoſio dicit Anacharſis animalia Dei motionibus non minùs obſequi, ἢ Σκύθαις τόξα, λύραι δὲ Ἕλλησι, καὶ αὐλοὶ συμπαθοῦσιν, *quàm Scythis arcus, lyræque Græcis & tibiæ obſequuntur.* Et apud

Lib. 1. c. 73.

Herodotum Mediæ rex Cyaxares filium ſuum Scythis committit, ut ab iis addiſcat τὴν τέχνην τῶν τόξων ſupp. χρεωμένων, *artem arcu jaculandi.* Et in Cteſiæ Perſicis Darius & Scytharces, hic Scytharum rex, ille Perſarum, ἀντέπεμψαν ἀλλήλοις τόξα, ἐπικρατέστερον δ᾽ ἦν τὸ τῶν Σκυθῶν, *arcus ſibi miſere mutuò, ſed Scythicus prævalebat*; quod Darium ita perculit ut fugâ ſibi conſuluerit. Eò Scytharum nomen multi revocant, quia Germanis *ſcutten* ſunt jaculatores. Quomodo Scytharum pars Scythica voce Arimaſpi, id eſt, coclites vel unoculi dicuntur, διότι τοξιμώτατοι ὄντες ἐπιμύουσι τὸν ἕτερον ὀφθαλμόν, διὰ τὸ πρὸς βολὴν εὔστοχον, *quia cùm ſint jaculandi peritiſſimi, altero oculo connivent, ut colliment rectiùs.* Et Amazonum nomen tractum eſt ab alterius mammæ jactura:

Euſtath. in Dion. verſ. 31. Ex Herod. 3. 116. & 4. 27.

Euſtath. in Dionyſ. verſ. 828. Juſtin. lib. 2.

ἐπεκαίοντο γὰρ βρέφοθεν τὸν δεξιὸν μαζόν, ὡς ἂν μὴ ἐπικωλύῃ τὴν τοξείαν, *dexteram quippe mammam ab infantia inurebant, ne ſagittarum jactum impediret.* Quod fabuloſum non eſſe prorſus colligere eſt ex Platone, cujus verba ſunt de Legibus lib. 7. οἶδα ὅτι μυριάδες ἀναρίθμητοι γυναικῶν εἰσὶ τῶν περὶ τὸν Πόντον, ἃς Σαυρομάτιδας καλοῦσιν, αἷς οὐχ᾽ ἵππων μόνον, ἀλλὰ καὶ τόξων καὶ τῶν ἄλλων ὅπλων κοινωνία καὶ τοῖς ἀνδράσιν ἴση προστεταγμένη ἴσως, ἀσκεῖται. *Novi circa Pontum innumeras eſſe mulierum myriadas, Sauromatidas dictas, quibus non equorum modò, ſed & arcuum & reliquorum armorum communis cum viris exercitatio ſit inſtituta:* Sed & de iiſdem hęc habet Hippocrates ubi ſuprà: τουτέων αἱ γυναῖκες ἱππάζονταί τε καὶ τοξεύουσι, καὶ ἀκοντίζουσιν ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ μάχονται τοῖς πολεμίοις, ἕως ἂν παρθένοι ἔωσιν· οὐκ ἀποπαρθενεύονται δέ, μέχρις ἂν τῶν πολεμίων τρεῖς ἀποκτείνωσι. *Horum autem mulieres equitant & arcu utuntur, & jaculantur ex equis, & cum hoſtibus congrediuntur, quamdiu ſunt virgines; neque viris copulantur, priuſquam tres ex hoſtibus confecerint.* Et pauló poſt; τὸν δεξιὸν δὲ μαζὸν οὐκ ἔχουσι, παιδίοις γὰρ ἐοῦσιν ἔτι νηπίοις, αἱ μητέρες χάλκεον τετεχνημένον ἐπ᾽ αὐτῷ τουτέῳ διάπυρον ποιέουσαι, πρὸς τὸν μαζὸν τιθέασι τὸν δεξιόν, καὶ ἐπικαίεται. *Dexteram autem mammam non habent. Puellis enim adhuc infantibus matres aneum inſtrumentum in hunc uſum paratum igne candefacientes, dextræ mammæ applicant, & exuritur.* Hæc Plato & Hippocrates in re ſeria de Scythis ſui temporis. Neque aliter Nicolaus Damaſcenus in Libro de moribus gentium, ubi de Galactophagis: *Apud. Stob. Serm. 5.* μάχιμοι δ᾽ οὐχ ἧττον αὐτῶν αἱ γυναῖκες ἢ οἱ ἄνδρες, καὶ συμπολεμοῦσιν αὐτοῖς, ὅταν δέῃ, *non minùs pugnaces viris ſunt eorum mulieres, & cum viris bellum ineunt ſi res poſtulat.* Et ubi de Sauromatis: Παρθένον δὲ οὐ πρότερον συνοικίζουσι πρὸς γάμον, πρὶν ἂν πολέμιον ἄνδρα κτείνῃ, *virginem ad nuptias non admittunt, antequam aliquem ex hoſtibus interfecerit.* Et Ælianus Var. lib. 12. cap. 38. Cùm apud Sacas quis puellam ducturus eſt, μονομαχεῖ τῇ παιδίσκῃ, ut penes victorem ſit imperium. Sed & apud Tzetzem, Chil. 13. hiſt. 451. Sacarum mulieres συμμάχονται τοῖς ἀνδράσιν. Et Maſſagetides,

Σὺν τοῖς ἀνδράσι τοῖς αὐτῶν ταῖς μάχαις ἐκαρτέρουν.

Et ut de Thomiri taceam, Turgataûs Mæotidis & Amages Sauromatidis ἀνδραγαθήματα nota ſunt ex Polyæno lib. 8. Stratag. Mela etiam conſulendus lib. 1. cap. 21. & lib. 3. cap. 4. ubi de Sarmatia.

Etiam id obſervandum in exercitu Magog cenſeri equites לבושי מכלל *indutos perfectione*; vel ut Chaldæus לבושי גמיר *veſtitos penitus*. Kimchius interpretatur *inſtructos omni genere armorum*; LXX. ἐνδεδυμένους θώρακας; Et Vulgatus, *veſtitos loricis*. Non malè: nam intelligitur lorica cataphractorum, quæ à collo ad genua uſque demittitur. Atque ita οὐ τὰ στέρνα μόνον, ἀλλὰ καὶ σῶμα τὸ ἄλλο ἅπαν τεθωρακισμένοι, ut habetur in Heliodoro. An hi ſunt Scytharum equites quos apud Lucianum Toxaris appellat ἱππέας αὐτοτελεῖς; ubi interpres vir doctiſſimus *equites ad plenum inſtructos*. Non deerunt, qui ſic accipiant. Tamen iis accedo potiùs, quibus equites αὐτοτελεῖς ii dicuntur, qui ſuo ſumptu vivunt, quales *Voluntarii* quos vocant, qui ſponte dant militiæ nomen nullo ſtipendio adſtricti.

Æthiop. hiſt. lib. 9.

Libet hîc docere obiter, quod doctiſſimos fugit hactenus (abſit invidia dicto) cur cataphracti Perſarum equites dicti ſint *Clibanarii*. Sunt qui vocem peregrinam Romana civitate donant, ut author Gloſſarii Nomici: Κλιβανάριοι, inquit, ὁλοσίδηροι· Κλίβανα γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ σιδηρᾶ καλύμματα καλοῦσι, *Clibanarii, plane ferrei: Romani enim Clibana*

vocant

vocant ferrea integumenta. Alii ex Græco ſermone *Clibanarios*, quaſi thoracatos dici volunt, quia κλίβανον vel κλιβάνιον apud Græcos recentiores pro thorace ſumitur. Sic in Achmete, κλιβάνιον μονομερὲς *thorax ſimplex*; κλιβάνιον πολυμερὲς καὶ πολύτμητον, *thorax multiplex & multifidus.* Et in Codino de Officiis Aulæ Conſtantinop. Φοροῦντες καὶ ἐπάνω κλίβανα ἠεράνια, *ferentes etiam ſupernè loricas coloris aëris.* Et in Leonis Tacticis; Ἐνδύεσθαι δὲ καὶ θώρακας ἔχειν, οἵτινες καλοῦνται νῦν κλιβάνια: *Si fieri poteſt ut etiam thoraces habeant, qui nunc vocantur clibania.* Et quod maximè ad rem facit, his clibaniis Veteres armaſſe dicit equitem cataphractum. Verba ſunt; ὥπλιζον τὸν μὲν καταφράκτον καβαλλάριον πανταχόθεν, αὐτόν τε, καὶ τὸν ἵππον αὐτοῦ, καὶ τὸν μὲν ἄνδρα λωρικίοις καὶ κλιβανίοις ἢ σιδηροῖς, ἢ ἐκ κεράτων ἐπιπλεχθεῖσι. *Armabant quidem equitem cataphractum undique, & ipſum & equum illius, & virum quidem loricis & clibanis aut ferreis aut ex cornibus intextis.* Et paulò pòſt: καὶ τοὺς τραχήλους τῶν ἵππων διὰ κλιβανίων, ἢ λωρικίων, ἢ ἄλλης ὕλης κατεσκεπον, *& colla equorum clibanis aut loricis, aut alia materia integebant.* Itaque ab illis clibanis vel clibaniis Clibanarios dici cataphractos equites valde veriſimile eſt. Nondum tamen res eſt confecta: cùm κλίβανον vel κλιβάνιον ſit vox barbara, quam ignorarunt Græci Veteres. Itaque Romani agnoſcunt *clibanarii* vocabulum à Perſis ſe accepiſſe. Alexander Severus apud Lampridium: *Cataphractarios, quos Perſæ clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus.* Ammianus lib. 16. *Sparſique cataphracti equites, quos clibanarios dictitant Perſæ.* Nempe Chaldæis, qui tum erant ſub imperio Perſarum, גלבא *galba* eſt ferri ſquama ſeu lamina. Hinc 1. Sam. 17: 5. ubi textus Hebræus habet שרין קשקשים, Græci θώρακα ἀλυσιδωτόν, Vulgatus *loricam ſquamatam*, legitur in Verſione Chaldaica שרין גלבין *ſirjan galbin.* Baal Aruch & Elias perperam legunt גלכין *galcin.* His impoſuit ſimilitudo literarum ב *Beth* & כ *Caph.* Kimchius item in notis ait גלכין legi per *Caph*; ſed monet continuò pòſt ſe reperiſſe גלבין *galbin* in quibuſdam exemplaribus. Quæ Scriptura hodiè obtinet, & haud dubiè vera eſt. Quia mutatis literis homogeneis גלבא *galba* idem eſt quod קלפא *kalpha*, qui voce pro ſquama paſſim utuntur Chaldæi & Syri ſcriptores. Unde Magiſtris Hebræorum שרין קליפא *ſirjan kelipha* eſt lorica ſquamata. Ita citantur apud Kimchium. Itaque id ipſum ſignificabit שרין גליבה *ſirjon geliba* vel גלבנה *gilbana*; unde גלבנר *gilbanar* (formæ פילר *phialar* vel סנדלר *ſandalar*) erit *clibanarius.* Nihil verius hac conjectura. Veteres enim diſertè ſcribunt clibanariorum loricas fuiſſe ex ſquamis vel laminis conſertas, ne motus impediretur. Ammianus ubi ſuprà: *Cataphracti equites, quos clibanarios dictitant Perſæ, thoracum muniti tegminibus, & limbis ferreis cincti; ut Praxitelis manu polita crederes ſimulacbra, non viros, quos laminarum circuli tenues, apti corporis flexibus, ambiebant.* Nota hæc verba, *Laminarum circuli tenues*, id eſt, גלבין *galbin.* Sed Heliodorus multò expreſſiùs in elegantiſſima illa deſcriptione Perſarum cataphractorum: ἐργασία δὲ τοῦ θώρακος τοιάδε. σκυτάλας χαλκᾶς τε καὶ σιδηρᾶς ὅσον σπιθαμιαίας πάντοθεν εἰς σχῆμα τετράγωνον ἐλάσαντες, καὶ ἄλλην ἐπ᾽ ἄλλην κατ᾽ ἄκρα τῶν πλευρῶν ἐφαρμόζοντες, (ὡς τῇ κατωτέρᾳ τὴν ὑπερκειμένην ἀεί, καὶ τῇ πλαγίᾳ τὴν παρακειμένην κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπιβαίνειν) καὶ ῥαφαῖς ὑπὸ τὰς ἐπιπτυχὰς τὴν συμπλοκὴν ἀγκιστρώσαντες, χιτῶνα τινὰ φολιδωτὸν ἀπεργάζονται. *Loricæ autem opificium tale eſt; Laminas æreas & ferreas ferè palmares undiquaque in quadrangulam formam ducentes, & aliam ſuper aliam ad extrema laterum adaptantes, (ita ut inferiorem ſuperior, & transverſam adjacens continua ſerie ſemper tranſcendat) & ſuturis ſubter commiſſuras texturam connectentes, tunicam quandam ſquamatam efficiunt. Squamatam*, id eſt, גליבה *geliba*, vel גלבנה *gilbana*, unde clibanarius. Itaque has laminas Poëta *ſquamas* appellat, Æn. lib. 11.

Onirocrit. cap. 156.

Cap. 5. §. 49.

Cap. 6. §. 4.

Ibid. §. 31.

Vid. Chald. Lev. 11: 9. 10, 12. Deut. 14. 9. 10. et Syr. Act. 9. 18.

Lib. 9. hiſt. Æthiop.

Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam ſquamis auroque inſerta tegebat.

In quem locum Servius; *Cataphractum eum fuiſſe ſignificat.* Et paulò pòſt; *Ahenas ſquamas, æneas laminas intelligimus.* Non poſſum non addere clibanariorum equitum inſignem deſcriptionem ex lib. 2. Claudiani in Rufinum.

Quos operit formatque chalybs, conjuncta per artem
Flexilis inductis hamatur lamina membris,
Horribilis viſu: credas ſimulacbra moveri
Ferrea, cognatoque viros ſpirare metallo.
Par veſtitus equis; ferrata fronte minantur,
Ferratoſque movent ſecuri vulneris armos.

Sed ut è diverticulo redeamus in viam; cum vix ex hiſtoriis poſſit colligi quando impleta fuerint Ezechielis vaticinia de excidio gentium Gog & Magog; hac omiſſa diſputatione, ne cogar divagari extra limites, ſolum id obſervabo, prædixiſſe Prophetam verſ. 11, 15, & 16. capitis 39. fore, ut copiis Gog ad orientem maris exciſis, & multis Gogæorum ſeu Scytharum ibi ſepultis, vallis & urbs proxima nomen ab illis ſortiantur. Nunquid ea eſt Scythopolis urbs in Aulone ſeu Scythopolitana Valle nobilis; ad orientem lacûs Tiberiadis, quem Syri vocant *mare Gennoſar.* Huic certè conjecturæ plurimum favet Chaldæus Interpres, qui ſic habet verſ. 11. *Dabo* לגוג, τοῖς *Gog, locum commodum in cœmeterium, in valle tranſeuntium, ad orientem Maris Gennoſar.* Et cum Scythopoleos vetus nomen fuerit *Bethſan*, ut ex Joſepho conſtat, non alia occurrit ratio cur priſco nomine antiquato novum iſtud ſit ſubſtitutum. Niſi malis credere Scythas à Libero Patre eò fuiſſe deductos, ut ex Plinio perperam colligit Solinus. *Liber pater*, inquit, *condidit hoc oppidum, &c. Incolæ deerant, è comitibus ſuis Scythas delegit.*

Antiq. lib. 5. cap. 1. et lib. 6. c. 13. et l. 12. c. … et l. 13. c. …

Me pene fugerat Euſebii locus Græci Chron. lib. 1. pag. 40. qui videtur ad hanc rem maximè pertinere: Σκύθαι τὴν Παλαιστίνην κατέδραμον, καὶ τὴν Βασὰν (lege Βαισὰν) κατέσχον, τὴν ἐξ αὐτῶν κληθεῖσαν Σκυθόπολιν. *Scythæ Palæſtinam percurrerunt & Baiſan* (id eſt, Bethſan) *occuparunt, quam de ſuo nomine vocarunt Scythopolim.* Sed unum hic me malè habet, quod Scytharum excurſio ſub Cyaxare, de quâ ibi Euſebius, videtur Ezechielis vaticinium præceſſiſſe aliquot annis.

Scytharum in Syriam expeditionis aliud veſtigium id fuit, quod Syriæ urbem Bambycen vel Hierapolin (Alep hodiè, ut multi putant) Syri appellabant *Magog.* Plinius lib. 5. cap. 28. *Cœle habet Apamiam, &c. Bambycen, quæ alio nomine Hierapolis vocatur, Syris verò Magog.* Sed origo hujus nominis mihi quidem videtur altiùs repetenda; nempe ab illo ipſo Magog filio Japheth, à quo Scythæ ſunt oriundi. Magog ſcilicet Hebræorum idem eſt qui Græcorum Prometheus, à cujus filio Deucalione conſecratum fuiſſe Hierapolitanum Templum docet Lucianus in libro de Dea Syria. Proinde urbi nomen inditum vel ab ipſo conditore, vel à Syris in conditoris memoriam, qui filius fuiſſe Magog, & è terra Magog in Syriam veniſſe credebatur. Plura de hoc argumento habentur capite ſecundo libri primi, quæ non neceſſe eſt hic repetere.

Urbis vel regionis *Magog* in Syria meminit etiam Rabbi Moſes filius Maimon in *Halicoth sherumeth* cap. 1. §. 9. ubi inter Syriæ loca memorantur

rantur דמשק ואהלב וחרן ומגנב. Legendum דמשק והלב וחרן ומגוג, *Damaſcus*, & *Alep*, & *Haran* ſeu Carrhæ, & *Magog*. Unde videtur colligi Magog, ſeu Hierapolin, & Alep eſſe diverſa oppida.

CAPUT XIV.

Madai מדי, Gen. 10: 2.

Medi non dicti ſunt à Medo Medeæ filio, ut Græci fabulantur, ſed à conditore *Madai*, vel ab Arab. מדי quo ſignificatur terminus. Media etiam urbis nomen, quæ eſt *Medena*, & articulo præfixo *Hammedena*, hodiè *Hamadan*. Ibi Judæorum quinquaginta millia, illorum reliquiæ quos in Mediam deportavit Salmanaſſar. *Chalach* eſt Ptolemæi Chalachena. *Chabor* ὁ Χαβώρας, *Gozan Gauzania*; & הרא *Ara*. 1 Par. 5: 26. eſt *Aria*; unde Medii Arii dicti, aliis *Ariania* prope Caduſios, id eſt, Mediæ pars montana. Fulleri conjectura Caduſios eſſe ex ſtirpe Judæorum cur parum veriſimilis. De præſtantia Mediæ Polybii locus inſignis. Mediæ caput Ecbatana urbes omnes alias longè antecellit. Ambitus. Theſauri. Sepulchra Regum. Templum Anaitidis. Murorum deſcriptio mirabilis in libro Judith. Polybio tamen urbs ἀτείχιστος. Sed arcem ambibant mœnia ſeptem, alia aliis altiora. Horum ampliſſimum æquabat Athenarum ambitum, de quo obiter. Pinnæ gradatim prominentes quibus coloribus diſtinctæ. Inde *Ecbatana* vel *Agbatana* dicta ab אגבתא *agbata*, quod ſignificat vario colore diſtingui. Aliæ vocis origines à doctis allatæ hactenus. Regiæ magnificentia incredibilis ex Polybio & Ariſtotele. Ecbatanis dies æſtivos, ut Suſis hybernos agebat Rex Perſarum. Ælianus notatus Suſis quàm immenſus calor. Regiæ conditor Propheta Daniel creditus. Ideò ejus cuſtodia Judæis ſemper commiſſa. Urbis varii conditores. Ævo Semiramidis jam extitiſſe. Regiam à Daniele conditam miratur Joſephus ſuo ævo adhuc recentem apparuiſſe. Sed vetuſtam illam exciderat Tigranes; & recentior alius reparaverat. In Iſidoro Characeno quid ſint Ἀδραπάνα. Ecbatana in plano fuiſſe, non in monte, ut vult Plinius: & ex ipſo Rhagis opponi in Tobia Hebræo. De ſitu plura. Parthorum Regia ex Ecbatanis Rhagas tranſlata. Sarmatæ Medorum ſoboles. Sarmatæ Parthi & Medi gentes affines. Sarmatæ quaſi שאר מדי *Sear Madai*, Medorum reliquiæ.

Dan. 5. 28. & 6. 9. 12. 16. & 8: 20 Eſth. 1. 3. 14. 15. 19. & 10, 2.

Si Arabem excipias, qui hîc habet מאהאת *Mahat*, quod non capio, Madai מדי Medorum eſſe gentem apud omnes in confeſſo eſt. Quippe pro Medis & Perſis libri Danielis & Eſtheræ paſſim habent פרס ומדי *Paras* & *Madai*. De Mediæ ſitu dicere nihil neceſſe, quia res eſt notiſſima. Græci nugantur à Medo Medeæ filio nomen habuiſſe; cùm à conditore מדי dicti ſint, vel ab Arabico מדי terminum ſignificante, quia verſus Orientem Media fuit terminus terrarum, quas poſſederunt filii Japheth. Nemo facile dixerit quod ſit hodiè Mediæ nomen, quia non ſolùm nomina, ſed & regionum priſci limites antiquati ſunt. עראק אלעגמי *Irak Alagemi*, id eſt, Irak barbara ſeu Perſica, latiùs patet; & hujus portiò אלגבאל *Algebal*, id eſt, montana regio, anguſtior eſt quàm fuit olim Media. Media etiam *Medena* dicta in Sexto Rufo, & 1. Eſdræ 6: 2. in Verſione Vulgata, *Ecbatanis, quod eſt caſtrum in Medena provincia*. Inde factum ut Media urbs provinciæ cognominis, de qua Trogus lib. 42. & Iſidorus Orig. lib. 15. cap. 1. *Medena* diceretur, & præfixo articulo Hebræo *Hammedena*. Hæc eſt illa המדאן *Hamadan*, de qua Geographus Arabs; *Dicimus ſub Algebal* (Clim. 4. part. 6.) *urbes contineri ditioneſque perilluſtres, quarum maxima ſunt Hamadan, Dainur, Asbahan, & Comm.* Et Benjamin Judæus; (Itiner. p. 96.) *Hæc eſt Madai magna illa urbs, in qua ſunt Judæorum quinquaginta millia*; reliquiæ, niſi fallor, Iſraëlitarum, quos in Mediam deportaverat Salmanaſſar. Nam ut hoc obiter afferam, nullus capio quorſum vel in Colchidem & & Iberiam, vel in Armeniam Minorem, vel in ultimam Scythiam ii relegentur, quos Scriptura dicit expreſſè migraſſe in Aſſyriam & in Medorum urbes, 2 Reg. 17: 6. & 18: 11. Maximè cùm in Aſſyriæ, vel Mediæ parte illi vicina, reperiantur loca, quorum Sacra Hiſtoria meminit, nempe חלח *Chalach*, חבור *Chabor* גוזן *Gozan*. *Chalach* eſt Ptolemæi *Calachena* ad Aquilonem Aſſyriæ. *Chabor* eſt ejuſdem Ptolemæi ὁ Χαβώρας τὸ ὄρος *mons Chaboras*, inter Mediam & Aſſyriam, ubi Tabulæ perperam habent *Choatras*. A quo monte ad mare Caſpium euntibus, medio ferè ſpatio, occurrit *Gauzania* urbs, id eſt, גזן *Geſan*, inter duos Cyri alveos; quam regioni & fluvio proximo nomen dediſſe veriſimile eſt, antequam ibi locorum Perſæ dominarentur, à quibus Cyrus dici cœpit iſte amnis, ut vicinus alter Cambyſes, in gratiam Cyri & Cambyſis. (Ammian. l. 23.) Pro Media in Eſdra eſt הרא *Hara* 1 Paral. 5: 26. Neglecta aſpiratione Hieronymus legit *Ara*. Nempe Media etiam à Græcis alio nomine *Aria*, & Medi *Arii* appellantur. Herodotus in Polymnia: οἱ δὲ Μῆδοι ἄρχοντα παρείχοντο Τιγράνην ἄνδρα Ἀχαιμενίδην. ἐκαλέοντο δὲ πάλαι πρὸς πάντων Ἄριοι. (Herod. l. 7. cap. 62.) *Medi autem ducem habebant Tigranem Achamenidem. Porrò quondam ab omnibus Arii appellabantur.* Pauſanias in Corinthiacis de Medea: Παραγενομένη δὲ ἐς τὴν λεγομένην τότε Ἀρίαν, τοῖς ἀνθρώποις ἔδωκε τὸ ὄνομα καλεῖσθαι Μήδοις ἀπ᾽ αὐτῆς. *Cùm in eam regionem veniſſet quæ tum Aria dicebatur, incolis à ſe Medorum nomen dedit.* Eòdem refer quod Apollodoro apud Stephanum Ἀριανία ἔθνος προσεχὲς τοῖς Καδουσίοις, *gens vicina Caduſiis*. Ariania enim idem quod Aria; & Xenophontis rerum Græc. lib. 2. Θαμνήριοι τῆς Μηδείας, ἐγγὺς Καδδουσίων, *Thamnerii Mediæ prope Caduſios* ſunt Arii Meridionales, conflata voce ex Aria vel Ariis & תימן *Theman*, id eſt, meridie. Porro Aria eſt הרא. Crediderim *Hara* nomine propriè ſignificari Mediæ partem, Septentrionem verſus, quam Arabes vocant אלגבאל *Algebal* propter montium continuam ſeriem. Quia הר *har* Hebræis id ipſum eſt quod Arabibus גבל *gebal*, mons nimirum & montana regio. In his porro Mediæ montanis pleroſque fuiſſe advenas Strabo diſertè ſcribit. Verba ſunt; ἡ δὲ προσάρκτιος ὀρεινὴ καὶ τραχεῖα καὶ ψυχρά; Καδουσίων κατοικία τῶν ὀρεινῶν καὶ Ἀμάρδων, καὶ Ταπύρων, καὶ Κυρτίων, καὶ ἄλλων τοιούτων, οἱ μετανάσται εἰσί. *Mediæ pars Aquilonaris montana eſt, & aſpera, & frigida, Caduſiorum montanorum ſedes, & Amardorum, & Tapyrorum, & Cyrtiorum, aliorumque id genus qui advenæ ſunt.* Et Amardos quidem & Cyrtios ex Armenia veniſſe in ſequentibus Idem docet. Sed Caduſii & Tapyri unde migrarint nobis reliquit divinandum. De illis igitur quæri poſſit non immerito, an Iſraëlitarum ſint reliquiæ. Quæ Fulleri eſt ſententia, qui Caduſios dici vult, quaſi קדושים *Kedoſim*, ſanctos ratione vocationis: & *Gelas* apud Plinium à Chald. גלא *gela* quod migrare eſt. Et in Feſto Avieno *Gerros*, id eſt, גרים *gerim*, advenas. Sed fallaci etymo non eſt nitendum. Caduſios & Tapyros non eſſe advenas patet ex vetuſtiſſimo ſcriptore Cteſia, qui (Diod. l. 3. p. 64) utroſque Nino ſubjicit. Ἐκυρίευσε, inquit, τῆς τε Καδδουσίων χώρας καὶ Ταπύρων, *Imperavit Caddusiorum regioni & Tapyrorum*. Narrat idem Cadduſiorum (Ibid. p. 84.) bellum ingens cum Artæo vel Arſæo Rege Medorum, quem cum octingentis hominum millibus in Caduſios irruentem vicit Parſodes. Inde inter Medos & Caduſios odia & bella perpetua uſque ad (Xenoph. Plutarch. in Artax. Appian. Parth.) Cyrum. Quo imperante, cùm Perſarum jugum volentes ſubiiſſent, & denuo rebellaſſent ſub Artaxerxe Longimano, Is expeditionem in illos ſuſcipiens, trecentorum millium peditum & decem mille equitum exercitu inſtructus, re tamen infecta rediiſſet, niſi duos Caduſiorum Reges dolo circumveniſſet Tiribazus. Vide Plutarchum in Artaxerxe.

De præſtantia Mediæ Veteres multa recenſent: ſed nemo meliora Polybio, qui ut Molonem Mediæ Sa-

diæ Satrapam terribilem fuiſſe doceat διὰ τὸ μέγεθος τῆς δυναςείας, *propter dominatus quem obtinebat magnitudinem*, hæc de Media ſcribit Hiſtoriarum lib. 5. ταύτῃ γὰρ ἐπιφέρουσι πάντα τὰ βασιλικὰ Μήδοις ἐγκεχείρισαι. εἶτ' αὐτὸ καὶ θρεμμάτων πλῆθος ἀναρίθμητον παρ' αὐτοῖς ἐςί. περί γε μὴν τῆς ὀχυρότητος, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς χώρας, οὐδ' ἂν εἰπεῖν δύναιτ' ἀξίως οὐδείς. ἡ γὰρ Μηδεία κεῖται μὲν περὶ μέσην τὴν Ἀσίαν. διαφέρει δὲ καὶ κατὰ τὸ μέγεθος, καὶ τὴν εἰς ὕψος ἀνάτασιν, πάντας δὲ κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους ὡς πρὸς μέρος θεωρουμένη. *Equorum enim armenta regia omnia ſunt in manu Medorum* (in Niſæo ſc. campo, in quo equorum quindecim vel ſedecim myriades paviſſe ferunt) *deinde frumenti & pecoris infinita quædam apud illos eſt copia. De munitione verò & magnitudine regionis pro argumenti dignitate nemo dixerit. Sita enim eſt Media in Aſia meditullio. Et ſi hanc partem cum cæteris contendas & amplitudine ſpatii, & altitudine montium quibus cingitur, omnibus Aſiæ locis eam præſtare deprehendes.* Similis eſt locus lib. 10. ἐςὶ τοίνυν ἡ Μηδία κατά τε τὸ μέγεθος τῆς χώρας ἀξιοχρεωτάτη τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν δυναςειῶν, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος, καὶ κατὰ τὰς ἀρετὰς τῶν ἀνδρῶν ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἵππων. *Provinciarum Aſiæ opulentiſſima eſt Media, cùm propter regionis magnitudinem, tum propter copiam & præſtantiam quâ virorum, quâ equorum.*

Mediæ caput erant Ecbatana, quæ eidem Polybio lib. 10. videntur πλούτῳ καὶ τῇ τῆς κατασκευῆς πολυτελείᾳ μέγα τι παρὰ τὰς ἄλλας διενηνοχέναι πόλεις, *urbes omnes alias opibus & operum magnificentiâ longo ſuperaſſe intervallo.* Diodorus lib. 17. ambitum conſtare dicit ſtadiis CCL, & in ea haberi θησαυροὺς πολλῶν χρημάτων. Ecbatanis ſcilicet fuit θησαυροφυλάκιον, ut author eſt Iſidorus Characenus. Sed ſepulchra Regum, & templum Anaitidis eandem urbem non parum nobilitarunt.

Muri ſic deſcribuntur Libri Judith cap. 1. juxta Græcam Editionem, à qua Vulgata differt nonnihil: ᾠκοδόμησεν ἐπ' Ἐκβατάνων κύκλῳ τείχη ἐκ λίθων λελαξευμένων εἰς πλάτος πηχῶν τριῶν, εἰς μῆκος πηχῶν ἕξ. Καὶ ἐποίησε τὸ ὕψος τοῦ τείχους πηχῶν ἑβδομήκοντα, καὶ τὸ πλάτος αὐτοῦ πηχῶν πεντήκοντα. Καὶ τοὺς πύργους αὐτοῦ ἔςησεν ἐπὶ ταῖς πύλαις αὐτοῦ πηχῶν ἑκατόν. Καὶ τὸ πλάτος αὐτῆς ἐθεμελίωσεν εἰς πήχεις ἑξήκοντα. Καὶ ἐποίησε τὰς πύλας διεγειρομένας εἰς ὕψος πηχῶν ἑβδομήκοντα, καὶ τὸ πλάτος αὐτῶν πήχεις τεσσαράκοντα. *Ædificavit Ecbatanis circumquaque muros ex lapidibus cæſis in latitudinem cubitorum trium & in longitudinem cubitorum ſex. Muri item altitudinem fecit cubitorum* LXX, *& latitudinem cubitorum* L. *Et turres* C *cubitorum impoſuit portis ejus. Et fundamenti latitudinem extendit uſque ad cubitos* LX. *Et portas ejus erexit in altitudinem cubitorum* LXX, *& latitudinem cubitorum* XL.

Tamen, ſi Polybio credimus, urbs ipſa erat ἀτείχιςος ſine mœnibus. Sed arcem habuit manufactam, θαυμασίως πρὸς ὀχυρότητα κατασκευασμένην, *ad firmitatem ad miraculum uſque munitam.* Illam ſcilicet ambibant muri ſeptem, ſic conſtituti ut extimus eſſet humillimus, & ſupra illum ſecundus, & ſupra ſecundum tertius totis pinnis prominerent, atque ita gradatim reliqui uſque ad ſeptimum: adjuvante ipſo loci ſitu ut qui collis eſſet ſenſim aſſurgens. Horum murorum ampliſſimus, teſte Herodoto, æquabat Athenarum ambitum, quem Thucydides definit ſtadiis CLXXVIII; Dion Chryſoſtomus ſtadiis CC; Ariſtides dici itinere; Dionyſius Halicarnaſſeus cum Roma confert amplitudine; & Plutarchus cum Syracuſis, quarum mœnia Stadiis CLXXX patuiſſe teſtatur Strabo. Pinnæ murorum, quas deſcripſimus, gradatim prominentes coloribus diſtinguebantur. In extimo ſcilicet pinnarum color erat albus, in ſecundo niger; in tertio purpureus; in quarto cæſius; in quinto ſandaracinus, qui rubor eſt intenſiſſimus. Sandaracha enim illa maximè probatur, quæ eſt κατακορὴς πυῤῥὰ καὶ κινναβαρίζουσα τὴν χρόαν, *rubra ad ſatietatem & colore cinnabaris.* Sextus denique argento, & ſeptimus auro fulgebant.

Herod. lib. 1. cap. 95.
Thucyd. l. 2.
Dion. Orat. 6.
Ariſtid. in Panathen.
Dion. Halic lib. 4 & 9.
Plut. in Nicia.
Strab. l. 6.
Dioſcor. lib. 5.

Ab hac colorum varietate putaverim *Ecbatana* dicta, quia Arabicè hodièque אעבת *agbatha* idipſum ſignificat. Giggejus, אלאעבת (*alagbatha*) *vario colore diſtinctus fuit.* Huc facit, quod Ecbatana dicebantur ipſa mœnia tot coloribus interſtincta. Herodotus, ubi de conditore Dejoce; οἰκοδομέει τείχεα μεγάλα τε καὶ κρατερὰ, ταῦτα τὰ νῦν Ἐκβάτανα κέκληται, *mœnia conſtruxit ampla ſimul & valida, quæ nunc Ecbatana vocantur.* Quid quod Stephanus ex Herodoto pro Ecbatanis legit *Agbatana*, voce quæ merè eſt Arabica, quomodo & multi Veteres. Idem Stephanus; Δημήτριος δέ φησιν Ἀγβάτανα διττὰ, τὰ μὲν τῆς Μηδείας, τὰ δὲ τῆς Συρίας. Item; Κτησίας δὲ πανταχοῦ τῶν Περσικῶν τὰ παρὰ Μήδοις Ἀγβάτανα διὰ τοῦ, α, γράφει. Item; Ἑλλάδιος ἐν τῷ, α, ςοιχείῳ παρέθετο τὸ ἐθνικὸν Ἀγβατανηνός. Scaliger compoſitam vocem eſſe aſſerit ex ignoto אך *ac*, vel אג *ag*, & Chaldaico ביתן *bithan*, quod *palatium* exponit, cùm *interius* ſonet potiùs, ut plerique reddunt, Eſther. 1: 5. Alii Ecbatana volunt à Chaldæis dici אחמתא *achmatha*, pro quo Hieronymus habet *Ecbatanis*, Eſdr. 6: 2. & Græci Ἐκβατάνοις, lib. 3. Eſdræ. Tamen אחמתא eſt *ſcrinium*, quomodo & ibi ſumitur. Taceo Fungeri ſomnium in Etymologico trilingui Ecbatana deduci ab עג *coxit* & בית *domo* & חנה gratioſo.

Prope arcem idem ambitus includebat τὰ βασίλεια, regiam domum, quæ ſtadia habuit in circuitu ſeptem. Hujus materia è cedro aut cupreſſu. Trabes, lacunaria & columnæ in porticibus & periſtyliis, laminis partim argenteis partim aureis erant circumamictæ; omnes item tegulæ fuere argenteæ. Laminarum porro iſtarum pleræque in Alexandri & Macedonum adventu ſunt detractæ, cæteræ cùm Antigonus & Seleucus Nicanor rerum potiebantur. Adhuc tamen quo tempore eò profectus eſt Antiochus, fanum quod τῆς Αἴνης, *Æna*, indigitant (Malim Ἀναίας, Anææ, id eſt, Anaitidis) columnas circà habuit deauratas: lateres quoque & tegulæ ex auro & argento ibi congeſtæ reſtabant, ex quibus pecunia conflata eſt ad talentorum ferè IV. M. ſummam accedens. Hæc omnia ex Polybio, quibus conſonant hæc Ariſtotelis, aut Nicolai Damaſceni veriùs, Lib. de Mundo, ubi de magno Rege: Αὐτὸς μὲν γὰρ, ὡς λόγος, ἵδρυτο ἐν Σούσοις ἢ Ἐκβατάνοις, παντὶ ἀόρατος, θαυμαςὸν ἔχων βασίλειον οἶκον, καὶ περίβολον χρυσῷ καὶ ἠλέκτρῳ, καὶ ἐλέφαντι ἀςράπτοντα; πυλῶνες δὲ πολλοὶ καὶ συνεχεῖς, πρόθυρά τε συχνοῖς εἰργόμενα ςαδίοις ἀπ' ἀλλήλων, θύραις τε χαλκαῖς καὶ τείχεσι μεγάλοις ὠχύρωτο. Id eſt, Apuleio interprete, qui vagatur paulò liberiùs; *Cum apud Suſam & Ecbatanas, ut in fano quodam ſacratus, nullis temerè notitiam moris ſui panderet, ſed circumſeptus admirabili Regiâ, cujus tecta fulgerent eboris nive, argenti luce, flammis ex auro vel electri claritate. Limina verò alia præ aliis erant. Interiores fores, exteriores januæ imminebant, portæque ferratæ & muri adamantina firmitate.*

Junguntur Suſa & Ecbatana, quia ut æſtivos dies Ecbatanis, ita hybernos Suſis agebat Rex Perſarum. Ita Xenophon, Strabo, Plutarchus, Athenæus, Euſtathius, alii. Ut vel falli neceſſe ſit vel corruptum eſſe Ælianum, quo loco Regem Perſarum deſcribit, θερίζοντα μὲν ἐν Σούσοις, χειμάζοντα δὲ ἐν Ἐκβατάνοις, repugnante natura rerum. Ecbatanis enim æſtate multo commodius degebatur, quia clima frigidius eſt quàm Suſis, ubi aër æſtivus eſt tam fervidus ut lacerti & angues, circa meridiem in viis intercepti uſtulentur. Ita habetur apud Strabonem.

Xenophon. Cyrop. l. 8.
Strab. l. 15.
Plut. de Exil.
Athen. lib. 12.
Euſtath. in Dionyſ.
Ariſt. in Orat. de Rom.
Ælian. de Anim. l. 10. c. 6.

Ecbatanorum Regiæ conditor fertur eſſe Daniel Propheta. Joſephus Antiq. lib. 10. cap. 12. ᾠκοδόμησεν ἐν Ἐκβατάνοις τοῖς Μηδικοῖς βᾶριν, εὐπρεπεςάτην τε

κατα-

κατασκεύασμα, καὶ θαυμασίως πεποιημένον, ὃ μέχρι δεῦρο μέν ἐστι, καὶ σώζεται, *ædificavit Ecbatanis Mediæ Regiam, opus elegantiſſimum & mirabili arte conſtructum, quæ hodiéque durat.* Tamen ædificii ſplendor & amplitudo videtur ſuperaſſe opes privati hominis. Nec virum ſanctum credibile eſt in tam inſanæ molis ſtructuram pecunias ſuas temerè profudiſſe. Addo Danielem Suſis non Ecbatanis ſepultum eſſe, ut ex Benjamine conſtat. Interim hanc de Daniele famam non eſſe planè futilem ſuadet, quod ad ſuam uſque ætatem in more fuiſſe ſcribit Joſephus ut Regiæ illius cuſtodia Judæo ſacerdoti concrederetur. Ταύτην πεπιστευμένος Ἰουδαῖος ἐστιν ἱερεύς, καὶ τοῦτο γίνεται μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας. Itaque Darium Medum, cui idem opus alii tribuunt, in operis œconomia & architectura crediderim Danielis operâ & conſilio uſum. Quo munere cùm Vir Magnus egregiè functus eſſet, Regem in gratitudinis monimentum hoc ſanxiſſe ut Judæorum fidei Regia deinceps committeretur.

Scio alios Ecbatana recentiora facere. Nam
Plin. l. 6. c. 14. juxta Plinium *Ecbatana, caput Mediæ, Seleucus Rex condidit.* Viciſſim alios vetuſtiora. Sic in libro Judith Arphaxad Medorum Rex Nabuchodonozori æqualis Ecbatana condidiſſe narratur. In
Euſeb. Chr. l. 1. p. 37. Herod. l. 1. Diod. l. 1. p. 72. Chronico Euſebii, Δηιόκης ὁ Μήδων βασιλεὺς ἔκτισεν Ἐκβάτανα τὴν μεγάλην καὶ περιβόητον, quod habetur ex Herodoto. Quin ſi Diodoro credimus, qui Cteſiam ſe ſequi profitetur, Ecbatana jam extabant ævo Semiramidis; quam, Oronte monte perfoſſo, ſtadiis XII. ab urbe diſſito, aquas ex magno lacu eò derivaſſe tradit. Unde factum ut urbs anteà languens penuriâ aquarum egregiè eſſet irrigua. Sed in hiſtoriis tralatitium eſt ut urbes ii dicantur condidiſſe, qui vel auxerunt vel inſtauraverunt. Proinde uni urbi varios conditores tribui nil mirum.

Miratur Joſephus Regiam tanto ante conditam tam videri recentem, quàm ſi nuper eſſet extructa, τοῖς δὲ ὁρῶσι, inquit, δοκεῖ προσφάτως κατασκευάσθαι, καὶ ἐπ' αὐτῆς ἐκείνης ἧς ἕκαστος αὐτὴν ἡμέρας ἱστορεῖ γεγονέναι; οὕτως νεαρὸν αὐτῆς καὶ ἀκμαῖον τὸ κάλλος καὶ μηδαμοῦ γεγηρακὸς ὑπὸ τοσούτου χρόνου. *Spectantibus apparet recentis eſſe ſtructuræ, & illa ipſa die eſſe abſoluta, quâ quiſque illam viderit; tanta eſt novitatis ſpecies, & formæ vigor integer, quam nullo modo conſumpſit ætas tam longa,* Anni ſcilicet ſexcenti minimùm, qui à Danielis obitu fluxerant. Sed Regiam Ecbatanorum, quæ Joſephi ævo extabat, non puto fuiſſe tam vetuſtam, quia Iſidori Stathmis Parthicis memini me legere Tigranem Armenium excidiſſe Ἀδραπάναντα βασίλεια τῶν ἐν Βατάνοις, id eſt, ἐν Ἐκβατάνοις. Ἀδραπάναντα corruptum ex אחשדרפנורא *ahaſdarpanna*, quaſi Σατραπεῖον dicas, vel palatium Satrapæ. Ita vocabatur Regia, quia Rege abſente, ut plerumque, ibi habitabat Mediæ Satrapa. Itaque veterem Regiam à Tigrane ſubverſam recentior aliquis erexerat & inſtauraverat.

Supereſt de ſitu dicamus. Plinius lib. 6. cap. 26. Ecbatana oppidum tranſlatum fuiſſe tradit à Dario Rege ad montes. Alii tamen in planis locant. Ammianus *ſub Jaſonio monte* in terris Syro-Medorum: Polybius ὑπὸ τὴν παρωρείαν τὴν παρὰ τὸν Ὄρον, *ſub montana regione quæ eſt ad Orum.* Pro Oro Orontem ibi habet Ptolemæus. Et Diodorus ex Cteſia, poſtquam deſcripſit Ἐκβάτανα πόλιν ἐν πεδίῳ κειμένην, ſubjungit aliquantò pòſt; τῶν γὰρ Ἐκβατάνων εἰς δώδεκα σταδίους ἀπέχον ἐστὶν ὄρος ὃ καλεῖται μὲν Ὀρόντης. *Ab Ecbatanis ſtadiis circiter* XII. *diſtat mons Orontes nomine.* Hæc ſunt apud Strabonem τὰ ὑπερκείμενα τῶν Ἐκβατάνων ὄρη. Itaque Ecbatana erant in plano ferè ad radices montium, non in ipſis montibus. Quo ipſo Ecbatana Rhagis opponit Tobias Hebræus, cap. 5. his verbis: ורגש בהר ואגבתנים בשדה *Raga ſunt in montanis & Ecbatana in campo.* Ibidem Ecbatana diſtant à Ragis דרך שני ימים *iter bidui.* Et in Plinio Ecbatana DCCLM. paſſ. abſunt à Seleucia Magna, à Portis Caſpiis XXM, à Suſis CCCCLM, totidem à Gazis Atropatenes; quę ſunt *Gaza* Strabonis, Scriptorum Sacrorum *Gozan*, Ptolemæi *Ganzania.* Diodorus è Niſæo Campo Alexandrum ſeptem diebus Ecbatana veniſſe ſcribit. Quæ cùm videantur ἀσύστατα, malo ſequi Ptolemæum, dum lux aliunde affulgeat. Plin. l. 6. c. 13. & 14. et 27. Strab. l. 11. Diodor. l. 17. 2 Reg. 17. et 6. 18. 11. et 19. 12. 1 Par. 5:26. Eſ. 37. 12.

Lector obiter monendus eſt, ſub Parthorum imperio Mediæ Regiam ex Ecbatanis tranſlatam fuiſſe Rhagas. Athenæus lib. 12. οἱ Πάρθων δὲ βασιλεῖς ἐαρίζουσι μὲν ἐν Ῥάγαις, χειμάζουσι δὲ ἐν Βαβυλῶνι, *Parthorum autem reges ver traducunt Rhagis, & Babylone hyemem.* Et vero juxta Iſidorum Characenum μεγίστη τῶν κατὰ τὴν Μηδίαν ἡ Ῥάγα, *Mediæ urbium maxima eſt Rhaga.* Rhaga idem quod Rhagę. De illius conditore & ſitu jam diximus.

Sunt qui ad Medos revocant Sarmatarum originem. Plinius ubi de Mæoti lib. 6. cap. 7. *incolunt Sarmatæ, Medorum, ut ferunt, ſoboles, & ipſi in multa genera diviſi.* Mela lib. 4. cap. 3. *Sarmatæ gens habitu armiſque Parthicæ proxima.* De Parthis porro ſic Trogus lib. 41. *Sermo his inter Scythicum Medumque medius ex utroque miſtus. Veſtis olim ſui moris, poſteaquam acceſſere opes, ut Medis perlucida ac fluida. Armorum patrius ac Scythicus mos.* Ex his videtur colligi Sarmatas, Parthos & Medos gentes fuiſſe affines. Et fortè dicti Σαρμάται ex Chaldæo שאר מדי *Sear* vel *Sar-Madai*; quaſi *Medorum reliquias* dixeris. Æthicus Medos & Parthos pro iiſdem habet populis: *Generaliter,* inquit, *Parthia dicitur, quamvis univerſa Scriptura ſæpe Mediam vocant.* Legendum *univerſam.* Ita enim eſt in Oroſio quem hic ſequitur κατὰ πόδα: Oroſ. l. 1. c. 2. *Generaliter Parthia dicitur, quamvis Scriptura Sancta univerſam ſæpe Mediam vocant.*

CAPUT XV.

Populi ex Japhethi filiis oriundi juxta Joſephum Ben-Gorion.

Gomer Franci. *Riphat* Britones. *Thogarma* populi decem, plerique Iſtri & Volgæ accolæ. *Javan* Macedones. *Medi* Arzali & Coraſan. *Thubal* circa Perſas, & *Meſech* Senis in Tuſcia. *Thiras* Ruſſi, Poſnani & Angli. *Eliſa* Alemanni, Burgundi & Brabanti. *Tarſis* Cilices. *Cittbim* Romani. *Dodanim* Dani, Dalmatæ, Croatæ, Sclavi, Servi; Liburni, Carpathes, Boſni. In pleriſque his Gorionidem cæcutiiſſe.

Cùm in his totus eſſem, incidit in manus meas hiſtoria Joſephi Ben-Gorion Venetiis edita An. 1544; in qua multa reperi quæ in Baſilienſi Editione deſiderantur; in his delineationem proſapiæ Japhethi ex mente Judæorum. Quę licet in multis vana ſit & commentitia prorſus, tamen quia quædam habet quæ ad Sacræ Geographiæ illuſtrationem aliquo modo pertinent, operæ pretium me facturum putavi ſi eam hic exhiberem, mendis ſi non omnibus ſaltem pleriſque purgatam. Quod non ita fuit obvium; neque enim memini legiſſe me quicquam depravatius. Hebraica verba prout reperi exhibeo, & meas correctiones, ſeu conjecturas veriùs, appono ad marginem.

גומר.

בני גומר הם [a] פרנקוס היושבים בארץ פרנצא על נהר [b] פרנסא על נהר סינא:

[a] פרנקים [b] פרנצא

Gomer.

Filii Gomer ſunt Franci, qui habitant in terra Franciæ, ad flumen Franciæ, id eſt, ad flumen Seina, (Sequanam.)

Verus Joſephus Galatas, id eſt, Galatiæ vetuſtiſſimos incolas, qui Phryges erant, è Gomero de-

duxerat. At hic illius ſimia Galatarum nomine non Gallos modo, ſed & Francos intelligit, adeóque Francos illos qui ſunt in agro Pariſino prope Sequanam.

ריפת.

ריפת הם ברטנים היושבים בארץ ברטניא על נהר לירא ושופכים מי סינא ולירא בים אוקינוס הוא הים הגדול:

Riphat.

Riphat ſunt Britones qui habitant in terra Britannia ad fluvium Lara (Ligerim:) *Aqua autem Seina & Lara* (Sequanæ & Ligeris) *defluunt in mare Oceanum, quod eſt mare magnum.*

Putavit ſcilicet ex ריפת factum eſſe פרית *prith* per ἀναγραμματισμὸν; & Britonum nomen inde oriri. Cæterum in Gomeri filiis Askenaz hîc fuit omiſſus.

תוגרמה.

תוגרמה הם עשר משפחות מהם כוזר ופצינך [a] ואליקנוס ובולגר [b] ורגבינ ונורקי וכוז [c] וזבוך ואונגרי וטילמץ. כל אלה חונים בצפון ושמות ארצותם על שמותם והם חונים על נהרי היתל הוא [d] אטלאך אך אונגר ובולגר [e] ופוצינך חונים על נהר הגדול הנקרא [f] דונבי:

a אנקילוס. b ורגביה. c ובולך. d ארטאך. e פצינך. f רנובי vel דונבי.

Thogarma.

Thogarma ſunt decem familiæ, ſcilicet Chozar & Patzinac, & Anchialus, & Bulgars, & Raghiga, & Turca, & Buz, & Zabuc, & Hungars, & Tilmats. Omnes illi in Aquilone degunt, & terras ſuas de nominibus ſuis appellarunt. Habitant autem ad fluvium Ethel qui eſt Elatach. Tamen Hungars & Bulgars & Patzinaca habitant ad magnum fluvium Danubium.

Quia familiis Thogarmæ aſſignantur ירכתי צפון *latera Aquilonis* Ezech. 38: 6. Pſeudo-Gorionides ex iis deducit pleroſque Aquilonares, Danubii maximè & Rha, ſeu Volgæ, accolas. Quem cum Arabibus appellat *Ethel* & *Etalach*, aut *Elatach* veriùs, quomodo ſcribunt Tabulæ Iſmaëlis Abulfedæ. Has porrò familias vult eſſe decem numero. Prima *Chozar*, Ortelio *Cunſar* perperam, eſt locus ad Mare Caſpium, à quo vocatur *mare Chozar* à Geographo Nubienſi. Secunda *Patzinac*, eſt Dacia Veterum. Suidas; Δάκες οἱ νῦν Πατζινακῖται. *Patzinacas* habet Cedrenus. Tertia *Anchialus* (ita ſcribo pro *Alichanus*) eſt Thraciæ urbs ad Pontum. Quarta *Bulgaria*, quàm nota eſt, tam ignota eſt quinta *Raghiga*, ſed reſcribendum רגוזה *Raguza*, id eſt, Epidaurus. Sextam, id eſt, *Turcas*, Mela & Plinius deſcribunt ad paludes Mæotides. Septima *Buz*, aliis *Buza*, eſt Daciæ vetus oppidum, Ptolemæo *Napuca*. In octava pro *Zabocb* puto legendum *Zavolcb* זבולך. Hæc Tartarorum eſt familia celebris prope Volgam. Nonâ, id eſt, Hungariâ, nihil notius. Decima *Talmits* videtur eſſe Germaniæ Miſnia, quæ olim *Dalemincia*.

Vide Geogr. Nub. Clim. 5 pag. 7.

Clim. 5. pag. 7.

יון.

בני יון הם יונים היושבים בארץ מקדוניאה:

Javan.

Filii Javan ſunt Iones (Græci) *qui habitant in terra Macedonia.*

Res ex Daniele conſtat qui Alexandrum Macedonem appellat regem Javan. De Magog ne γρὺ quidem, qui in Sacro Textu præcedit Javan.

מדי.

מדי הם [g] ארזלוס היושבים בארץ [h] בורסן:

g ארזלוס. h כורסן.

Madai.

Madi ſunt Azrali qui habitant in terra Boraſan.

Quis hoc capiat? Sed legendum *Arzali & Choraſan.* Arzali fortè iidem qui Arzanii in Procopii Perſicis, unde Arzanene Ammiano regio Trans-Tigritana. Choraſan propriè eſt Aria Veterum. At hîc ſumit multo latius; quod & alii faciunt.

תובל.

תובל הם היושבים בארץ תושקנה על נהר פישאה:

Thubal.

Thubal ſunt qui habitant in terra Tuſcia ad fluvium Piſarum, id eſt, Arnum.

Sic Thubal Hieronymus Italiam exponit, Eſa. 66: 19.

משך.

משך הם שיבשני lege שושבים בשני:

Meſech.

Meſech ii ſunt qui habitant Sena.

Quæ & ipſa Tuſciæ oppidum eſt. Inde eſt quod Kimchius in Michlol radice משך ſcribit à Joſepho Ben-Gorion Meſech exponi Tuſciam.

תירס.

תירס הם [i] רוסיש בושני ואנגליסי ישבים על הים הגדול: רוסי חונים על נהר [k] כברא השופך בים גורגאן:

i רוסים. k כברא.

Thiras.

Thiras ſunt Ruſſi, Poſni (vel Poſnani in Polonia) *& Angli qui habitant ad mare magnum. Ruſſi habitant ad fluvium Cyrum qui defluit in mare Georgiam*, id eſt, Caſpium.

Credibile eſt ſcilicet Ruſſos, Poſnanos & Anglos eandem eſſe gentem.

אלישה.

אלישה הם אלמנייא היושבים בין הרי יוב ושיבתמו וכהם לומברדי אשר מעבר [l] לנהרי יוב ושיבתמו ויכבשו ארץ איטליאה וישבו בה עד היום על נהרי פיאו ותישינו. ומי פואו שופכי בים בונדקיאה. בורגונייא היושבים על הנהר הגדול רודני ומהם [m] ברדיא היושבים על נהר רינוס השופך בים הגדול:

l נלהר. m ברבריא.

Eliſa.

Eliſa ſunt populi *Alemannia, qui habitant inter montes Jou & Septime, ex quibus ſunt Lombardi, qui ſunt trans montes Jou & Septimo, & ſubegerunt terram Italia, quam hodiéque obtinent ad fluvias Ticinum & Padum, cujus aqua defluunt in mare ad Venetias. Burgundi item qui habitant ad magnum fluvium Rhodanum nomine, & Brabanti Rheni accola qui exit in mare magnum.*

His conſona quæ de Latino Rege capite tertio fabulatur: זה לטינוס נלחם עם יושבי אלמניא ובורגוניא בני אלישה וישׂם למס עובד *Iſte Latinus bellum intulit Alemannia & Burgundia incolis filiis Eliſa, & iis tributum impoſuit.*

Alemanniæ nomine hîc ſignificat eas Galliæ & Italiæ partes quæ Germaniæ tum temporis erant annexæ; & Germanos Imperatores pro Dominis agnoſcebant. In his 1. Arelatenſe Regnum inter montes *Jou* & *Septimo*; id eſt, Juram & Septimanos. Nam Arelatenſe Regnum complectebatur Provinciam, Delphinatum & Sabaudiam. 2. Lombardia, quam dicit eſſe trans Juram, id eſt, trans Alpes ad Padum & Ticinum. 3. Burgundia quæ eſt ad Ararim, non ad Rhodanum; ſed Ararim paulò infra Burgundiam excipit Rhodanus amnis. 4. Brabantia ברבנדיא, quomodo legendum putamus pro ברדיא voce nihili. Et hoc nomine etiam reliquas intelligimus Belgii provincias, quæ ratione ſitus & commercii linguæ ad Germanos potiùs quàm ad Gallos attinent.

תרשיש.

תרשיש הם באו במקדוניא ברית אחת כהם טרסוס ויהי כאשר לכדו ישמעאלים את ארץ טרסוס ברחו יושביה מגבול בני יון הם נלחמו עם הישמעאלים אשר בטרסוס:

Tharſis.

Tharſis populi in eandem legem convenerunt cum populis Macedonia, ex iis ſunt Tarſenſes, qui cum eorum terras invaſiſſent Iſmaëlita, fugerunt ad Græcorum fines. Inde moverunt bellum contra Iſmaëlitas qui Tarſi erant.

Ita

Ita verus Joſephus, & alii plures nomine Tharſis Tarſenſes intelligunt.

כתים.

כתים הם רומיים החונים בבקעת קנפנייא על נהר תיבראו:

Citthim.

Citthim ſunt Romani qui degunt in valle(agro) *Campania ad fluvium Tiberim.*

Hæc veriſſima puto, niſi quod Campaniam ad Latium uſque extendit perperam.

דודנים.

דודנים הם עם דנישכי היושבים תוך ערי לשונות ים אוקיאנוס בארץ דינא [a] מכבא ובארדנא בתוך ים הגדול אשר נשבעו לבלתי יעברו לרומניים ויתחבאו בתוך גלי ים אוקיאנוס ולא יכלו כי הגיע שם ממשלת רומי עד אחרית איי הים [b] ודלי תציאו וקראוותי [c] וסלקיי [d] וליצפי [e] ולוזמי [f] וכרנאר [g] וכיתרמין [h] ובומין מבני דודנים יחשבו והם חונים בתוך הים מגבול בולגרי עד בונדקיאה ומשכו משכים. עד הגבול עד הים הגדול הם הנקראים סקלבי ואומרים אחרים שהם מבני כנען אך הם מתיחסים לבני דודנים:

[a] תניא. [b] ולמציאה. [c] וסקל. [d] תירפים. [e] וליוורני. [f] וכרנאות. [g] וכרכוין. [h] בונין.

Dodanim.

Dodanim ſunt populus Daniſcorum (Danorum) *qui occupant urbes ſitas in mediis finibus maris Oceani in terra Dania,* * *Mecham & Bardanam, in medio maris magni. Quia juraverant, niſi tranſirent ad Romanos, fore ut latitarent in medio fluctuum maris Oceani. Et alibi non potuerunt: quia jam pervenerat imperium Romanorum ad extremas inſulas maris. Dalmatæ item & Croatæ, & Sclavi, & Servi, & Liburni, et Carpates* (circa montem cognominem) *et Craczi* [incolæ *Cracz.* Stiriç urbis ad Muram fluvium] *et Boſnii reputantur è filiis Dodanim. Habitant autem in ſinu maris à finibus Bulgariæ uſque ad Venetiam. Sclavi porro qui vocantur, inde ſeſe extendunt uſque ad termines maris magni. Eos autem dicunt eſſe è filiis Chanaan. Revera tamen genus ſuum referunt ad filios Dodanim.*

* *Urbes ignotas. Mendum ſubeſſe ſuſpicor.*

Hæc mirè corrupta & depravata explicavi ut potui. Recténe an ſecus, doctorum eſto judicium. Utut ſit, plus ſatis conſtat Pſeudo-Gorionidem in pleriſque hic cęcutiiſſe prorſus. Gomer, Tubal & Meſech, Ezechiel ad Aquilonem; Iſte ad Occaſum Judææ ponit in Gallia & Italia. Thogarma, unde Tyrii mulos & equos ſibi comparant, Ezech. 27: 14. ponit ad Volgam, ubi nec ulli muli, nec ullum fuit unquam cum Tyriis commercium. Eliſam, ubi purpuræ piſcatio, Ezech. 27: 6. deſcribit ad Rhenum, & Padum, & Rhodanum aut Ararim in mediterraneis. Tarſis unde afferuntur argenti, ferri, ſtanni & plumbi metalla, Ezech. 27: 13. vult eſſe Ciliciæ Tarſum, ubi ſodinę nullę. Itaque apparet Pſeudo-Joſephum hæc effutire ſine judicio, & deliraſſe Judæos, qui in illius verba jurarunt.

LIBER QUARTUS.

DE CHAMI POSTERIS.

CAPUT I.

De Chamo.

Chami portio in diviſione terræ. Arabes è Chami ſtirpe, 1. Par. 4: 40. Ægyptus *terra Cham.* Ejuſdem nominis alia veſtigia in Ægypto & tota Africa. חם *Cham* calidus & חום *chum* niger. Chamo nomen tam conveniens non datum ſine Numine. Ἀμῶν Ægyptiis κρύφιον & προσκλητικὴ φωνή. Utrumque ex Hebræo אלמוני *almoni* abſorpto L. At Dei nomen *Ammon* ex חם *Ham* vel *Cham* dempta aſpiratione, quam alias per χ exprimunt ut in χημία. Chamum Pſeudo-Clemens vult eſſe Zoroaſtrem, & inventorem Magiæ; ita enim Caſſianus. Noa à Chamo ſcil. devotatus & obligatus. Chami libri Magici. Contrà Zoroaſtres Magus Chamo multò recentior, ſolùm ſexcentis annis ante Xerxem; & perperam confunditur cum Bactrianorum Rege Zoroaſtre Nino æquali, quem Cteſias Oxyartem appellat non Zoroaſtrem, nec ſcribit fuiſſe Magum. Magiæ inventores Angeli ante Diluvium in libro Enoch apocrypho. Idem emendatus. Locus Agathiæ de ætate Zoroaſtris. Zoroaſtrem ſcriptorum vulgus exponit *Aſtrum vivum*. At Dinon Perſicorum nobilis author ἀστροθύτην. Malim ἀστροθεάτην aſtrorum contemplatorem, voce compoſita ex Hebr. & Perſica; שור Hebr. contemplari, & אסתר Perſis aſtrum ſonat. ש ſæpe per Z exprimi. Chemiæ vel Alchymiæ nomen a Chamo nonnullos exſculpere. Multæ ſimiles nugæ. Moſis, Mariæ, Hermetis, Oſthanis, Democriti, Ori Chymica. Jaſonis vellus aureum liber Chymicus. Chymici libri in Ægypto à Diocletiano conquiſiti & exuſti. Tubalcainus Chymiam ab Angelo edoctus. *Chema* liber Chymicus ab Angelis ante Diluvium traditus. Contrà, Alchymiæ nemo meminit ante Julium Firmicum; & Arabicè חם *Cham* & כמיה *chemia* non ſcribuntur iiſdem literis. Nomen eſt ab occultando: quia hæc ars ſtudioſè celatur, tanquam Sacra & Divina; quamque non nemo Sacris Scripturis præferre auſus eſt. Ex Euſebii Chronico de Alchymia locus ſuſpectus.

Cham licet maledictus, non tamen fuit excluſus à terrenis benedictionibus Illius, qui ſole ſuo illuminat bonos & malos, & pluviam ex æquo demittit ſuper juſtos & injuſtos. (Matth. 5: 45.) Quippe in Mundi diviſione, Illi præter Ægyptum atque Africam univerſam, Syriæ magna pars obtigit atque Arabiæ, ut de Babylonia, & Suſiana, & Aſſyria, & aliis terris taceam, quas Semi filiis eripuit Nimrod Chami nepos.

Inde eſt, quòd illi Arabes, quorum paſcua invadunt Simeonitæ 1. Paral. 4: 40. dicuntur eſſe מן חם *è Chami ſtirpe*. Et à Davide paſſim Ægyptus appellatur *terra Cham*; (Pſal 78: 51. & 105: 23. 27. & 106: 22.) & in Plutarcho Χημία *Chemia*; (Plutarch. in Iſide.) & in Stephano voce compoſita Ἑρμοχύμιος *Hermochymius*. Ægypti denique Nomorum vocabula *Chemmis*, *Pſochemmis*, *Pſittachemmis*, ad Chami nomen palàm alludunt. Idem pro Chamo ab Ægyptiis & Afris Ἀμῶν dictus, unde Ammonia urbs in Marmaricæ littore, & Ammoniaca regio, ubi Ammonis oraculum & templum toto orbe celeberrimum; & Africa univerſa Ammonia, ut ex Alexandro Polyhiſtore probat Stephanus Byzantinus. Sed & Thebas Ægyptias, ut Græcè Διόσπολιν, ita Hebraicè à Prophetis appellari אמון נא *Amen-Ne*, vel נא־אמון *Ne-Amon*, id eſt, Hammonis ædem, quia Jovi Ammoni, id eſt, Chamo, ſacræ fuerunt, ſuo loco probavimus. (Lib. 1. cap. 2.) Et totam de Saturno & Jove fabulam natam eſſe ex hiſtoria Noæ & Chami.

Hebræis חם *cham* calidum, & חום *chum* nigrum ſonat. Itaque Chami nomen vel a calore vel à nigredine factum. Neque ut videtur ſine Numine; cùm, quæ Chamo contigit, Africa immodico æſtu laboret, ejuſque poſteri ferè omnes vicini ſideris ardore ſint exuſti, atque infuſcati. Quod ipſum pono in parte maledictionis; quamvis in Africa loca ſint, quæ nulli parti terrarum fertilitate cedunt. Ægyptii, quos hujus vocis ſignificatio latuit, de Ammonis nomine multa comminiſcuntur. In Plutarchi Iſide Manethos Sebennita Ἀμοῦν interpretatur τὸ κεκρυμμένον καὶ τὴν κρύψιν, *occultum & occultationem*. Et Hecatæus Abderita hoc verbo Ægyptios uti ſcribit, ὅταν τινὰ προσκαλῶνται, προσκλητικὴν γὰρ εἶναι τὴν φωνήν, *cùm aliquem accerſunt, vocem enim eſſe vocativam*. Nempe Ægyptii *Amon* dicebant pro Hebræo אלמוני *Almoni*, quod Septuaginta κρυφίους reddunt. At Aquilæ & Theodotioni τὸ δεῖνα [Gallicè dixeris *un tel*] nomen eſt fictitium, quo vocatur aut vir aut locus, cujus nomen nos latet. Fit à radice עלם, id eſt, abſcondere, ע & א permutatis. Exempla ſunt Ruth 4: 1. & 1. Sam. 21: 3. & 2. Reg. 6: 8. Patet igitur Ægyptiis *Amon* id ipſum fuiſſe; cùm alii occultum explicent; alii vocantis eſſe velint, planè eâdem ἀμφιβολίᾳ. Itaque *Amon* ex *Almoni* factum, literâ L aut abſorptâ inter pronunciandum, aut etiam prorſus inductâ; ut in Gallicis vocibus *chaume* & *coutre* pro Latinis *culmus* & *culter*. At Dei nomen Ἀμοῦν vel *Ammon* planè aliud. Omnino enim factum eſt ex חם *Cham* vel *Ham* mollito ſono Hebrææ aſpirationis. Quam iidem alibi per χ exprimunt, ut in voce Χημία, quâ dicebatur Ægyptus. Atque ut illam Hebrææ חום *chum* ſynonymam fuiſſe ſcias, audi Plutarchum: Ἔτι, inquit, τὴν Αἴγυπτον, ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον οὖσαν, ὥσπερ τὸ μέλαν τοῦ ὀφθαλμοῦ Χημίαν καλοῦσι. *Adhuc Ægyptum, cujus ſolum maximè nigrum eſt, Chemiam Ægyptii vocant, ut nigrum illud quod eſt in oculo.* Non vacat addere Græcorum nugas de Ammone ἀπὸ τῆς ἄμμου.

Chamum eundem eſſe volunt cum Zoroaſtre Mago. Hujus ſententiæ primus author, quod quidem ſciam, eſt Pſeudo-Clemens, qui libro quarto Recognitionum Magiam ſcribit, hominibus ante Diluvium à mulieroſis illis Angelis traditam, Ægyptiorum conditorem Meſraimum didiciſſe à Chamo patre; & Chamum à poſteris, hujus Artis admiratoribus, Zoroaſtrem, ſeu vivum aſtrum, propterea fuiſſe dictum, & pro Deo habitum. Id ſequutus Caſſianus Collationis octavæ cap. 21. *Quantum*, inquit, *antiquæ traditiones ferunt, Cham filius Noæ, qui ſuperſtitionibus iſtis & ſacrilegis fuit artibus ac profanis infectus, ſciens nullum ſe poſſe ſuper his memorialem librum in Arcam prorſus inferre, in quam erat cum patre juſto ac ſanctis fratribus ingreſſurus, ſceleſta ac profana commenta diverſorum metallorum laminis, quæ ſcilicet aquarum inundatione corrumpi non poſſent, & duriſſimis lapidibus inſculpſit. Quæ Diluvio peracto eâdem quâ celaverat curioſitate perquirens, ſacrilegiorum ac perpetuæ nequitiæ ſeminarium tranſmiſit in poſteros.* Inde invaluit hæc opinio Chamum fuiſſe Magum, & carmine magico patrem, dum dormiebat nudus, ita devotaſſe & obligaſſe, ut deinceps ad mulierem non potuerit affectari, & Magicos libros ſcripſiſſe, quorum partem combuſſerit Ninus, altera ſuperſtite. (Vid. Beroſ. Ann. lib. 1. Hiſt. Scholaſt. c. 39. Biblioth. Sixti Sen. lib. 2.) Nam hodiéque extat impium opus continens elementa & praxim Artis Necromanticæ ſub titulo *Scriptura Chami filii Noa.*

Sed Chami memoriam fictitiis criminibus infamare nihil eſt opus; cùm vera ſuppetant ſatis ſuperque,

perque, quorum nomine conſtat à patre meritò fuiſſe maledictum. Chamum quidem pravi contortique ingenii fuiſſe oportet, cùm non modo ex pii patris dedecore voluptatem ceperit, ſed & eum traduxerit apud fratres. At non ſequitur fuiſſe Magum, aut eundem cum Zoroaſtre. Certè tempora non conveniunt, Chamo enim multis ſæculis recentiorem eſſe conſtat Magum illum Zoroaſtrem, cujus oracula Græcè edita cum Pſelli & Plethonis Scholiis circumferuntur. *Plin. lib. 30. cap. 1.* Illum quidem Eudoxus apud Plinium ſex millibus annorum ante Platonem vixiſſe prodidit, id eſt, multò ante mundum conditum. Nec multò agunt modeſtiùs, qui ibi citatur Hermippus; & Plutarchus in Iſide, & Hermodorus Platonicus apud Laertium in procemio; qui eundem faciunt quinque annorum millibus Bello Trojano vetuſtiorem. Sed has annorum chiliadas mutavit in centurias totidem ignotus author apud Suidam. Et his omnibus vetuſtior Xanthus Lydius nonniſi ſexcentos annos numerat à Zoroaſtre uſque ad Xerxis tranſitum. Laertius ubi ſuprà; Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς εἰς τὴν Ξέρξου διάβασιν ἀπὸ τοῦ Ζωροάστρου ἑξακόσια φησὶν ἔτη γεγονέναι. Quin Apuleii Floridorum lib. 2. legitur Pythagoras doctores habuiſſe *Perſarum Magos, ac præcipue Zoroaſtrem omnis divini arcani antiſtitem.* Ita vixerit Zoroaſtres diu poſt Trojana tempora. At plerique ſcriptores æquo faciunt antiquiorem, quia Magum illum confundunt, cum Bactrianorum Rege Zoroaſtre, Nino æquali. Unde Trogus lib. 1. *Poſtremum illi* [Nino] *bellum cum Zoroaſtre Rege Bactrianorum fuit, qui primus dicitur Artes Magicas inveniſſe.* Et Arnobius lib. 1. *Ut inter Aſſyrios & Bactrianos, Nino quondam Zoroaſtreque ductoribus, non tantum ferro dimicaretur & viribus, verum etiam magicis & Chaldæorum reconditis diſciplinis.* Et de eodem Auguſtinus de Civit. Dei lib. 21. cap. 14. *Magicarum artium fuiſſe perhibetur inventor.* Et paulo pòſt: *A Nino Rege Aſſyriorum cùm eſſet ipſe Bactrianorum Rex bello ſuperatus.* Oroſius lib. 1. cap. 4. ubi de Nino: *Zoroaſtrem Bactrianorum Regem, eundemque Magicæ, ut ferunt, artis repertorem pugnâ oppreſſum interfecit.* *Diod. lib. 2. pag. 66.* Sed Cteſias, ex quo Diodorus, Bactrianorum Regem, in quem dimicavit Ninus, Ὀξυάρτην *Oxyartem* appellat, non Zoroaſtrem; neque Magum fuiſſe dicit, aut viribus hoſtium magicas artes oppoſuiſſe; quamvis hoc bellum referat multo pluribus quàm quiſquam alius Veterum. Pone tamen Bactris regnaſſe Magum Zoroaſtrem; quid hoc ad Chamum Noæ filium, cui Bactriana non obtigit, ſed Africa, & Aſiæ portio in Africæ finibus a Bactris remotiſſima? Itaque ut à Zoroaſtre Oxyartes, ita Cham ab utroque planè fuit diverſus. Et Magiam à Chamo tam falſum eſt poſt Diluvium fuiſſe invectam, quàm ab Angelis ante Diluvium. Quod videtur ſumpſiſſe ſpurius Clemens ex Enochi libro apocrypho, ubi in earum artium cenſu, quas ab Angelis magiſtris didicerunt ante-Diluviani homines, etiam Magiæ fit mentio in hæc verba: ὁ δὲ ια' Φαρμαρὸς ἐδίδαξε φαρμακείας, ἐπαοιδίας, σοφίας, καὶ ἐπαοιδῶν λυτήρια, *undecimus autem Angelus Pharmarus nomine docuit veneficia, incantationes* [Magorum] *artes, & incantatorum ſacrificia expiatoria.* Credat Judæus Apella, non Ego. Φαρμαρὸς corruptum ex Φαρμακεὺς, vel פרמקוס Φαρμακὸς, qua voce à Græcis mutuatâ Hebræi veneficum ſignificant. Itaque ſic dictus eſt Angelus qui docuiſſe putatur τὰς φαρμακείας.

Non poſſum non addere locum inſignem de Zoroaſtre ex Agathiæ lib. 2. ubi de Perſis: ἀλλοίοις δέ τισι καὶ οἷον νενοθευμένοις χρῶνται νομίμοις, ἐκ τοῦ Ζωροάστρου τοῦ Ὀρμάσδεως διδάγμασι κατακηληθέντες. Οὗτος δὲ ὁ Ζωροάδος (lege Ζωροάστρος) ἤτοι Ζαράδης (διττὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ ἡ ἐπωνυμία) ὁπηνίκα μὲν ἤκμασε τὴν ἀρχὴν, καὶ τοὺς νόμους ἔθετο, οὐκ ἔνεστι σαφῶς διαγνῶναι. Πέρσαι δὲ αὐτὸν, οἱ νῦν, Ὑστάσπεως ὑπὸ δή τι ἁπλῶς φασὶ γεγονέναι, ὡς λίαν ἀμφιγνοεῖσθαι καὶ οὐκ εἶναι μαθεῖν, πότερον Δαρείου πατὴρ, εἴτε καὶ ἄλλος, οὗτος ὑπῆρχεν Ὑστάσπης· ἐφ' ὅτῳ δ' ἂν ἤνθησε χρόνῳ, ὑφηγητὴς αὐτοῖς ἐκεῖνος καὶ καθηγεμὼν τῆς μαγικῆς γέγονεν ἁγιστείας. *Alienis verò ac veluti adulterinis inſtitutis utuntur, Zoroaſtri Oromaſdæ filii diſciplina deliniti. Ille verò Zoroaſter aut Zaradus (is enim fuit binomius) quando primum floruerit & leges condiderit liquidò non conſtat. Perſæ verò hujus ætatis ſub Hyſtaſpe ſimpliciter fuiſſe dicunt, ita ut valde ambigatur neque certò ſciri poſſit, an Darii pater aut alius quiſpiam hic Hyſtaſpes fuerit. Quocunque vero tempore floruerit, author eis & dux Magicæ Religionis extitit.* In his de Zoroaſtris ætate Agathias ita dubitat, ut palam faciat ſe iis non aſſentiri, qui volunt tam eſſe antiquum. Alioqui non poneret in incerto, an ille Hyſtaſpes, cui Zoroaſtres fuit æqualis, Darii fuerit pater qui Cambyſi ſucceſſit Cyri filio.

Jam, ut de nomine dicam nonnihil, Zoroaſtrem vulgus ſcriptorum *aſtrum vivum* exponit, tanquam ex Pſeudo-Clemente. *Lib. 4. Recognit.* Id Græculorum eſt ſomnium, quibus ζωρότερον Iliad. 10. idem eſt quod ζωτικώτερον, ac ſi fiat ἀπὸ τοῦ ζῆν, πλεονασμῷ τοῦ ρ. Vide Homeri Scholiaſtem & Magnum Etymologicum. At Dinon celebratus author, cuique nos plurimùm de Perſicis rebus credimus, *Vide Plin. l. 10. c. 44. et Cornel. Nep. in Con.* μεθερμηνευόμενόν φησι τὸν Ζωροάστρην ἀστροθύτην εἶναι. Ita Laertius ubi ſuprà, in quem locum Magnus Scaliger *Vult Zoroaſtrem Linguâ Perſicâ ſignificare aſtrorum ſacrificulum. Nos ſcimus de poſteriore verbo veriſſimum eſſe* Ster *Perſice eſſe* ἄστρον aut ἀστέρα, *unde Eſther dicta fuerit. De priore membro quærant peritiores Linguæ Perſicæ. Non enim ſumus ii quos pudeat non omnia ſcire.* Hæc ille. Nos ſuſpicamur Græcam vocem eſſe corruptam, quia aſtrorum ſacrificulus non diceretur ἀστροθύτης. Quin ἀστροθύτης ad verbum eſſet, qui aſtrum immolat, ut βουθύτης, qui bovem: ſenſu tam ridiculo quàm quod legitur in Philone Byblio de Dea Phœnicum Aſtarte; εὗρεν ἀεροπετῆ ἀστέρα, ὃν καὶ ἀνελομένη ἐν Τύρῳ τῇ ἁγίᾳ νήσῳ ἀφιέρωσε. *Reperit aſtrum volans quod mactatum in Tyro ſacrâ inſulâ conſecravit.* Cui obſcuriſſimo loco cum bono Deo lucem deinceps inferemus. Itaque verbum ἀστροθύτης mutandum cenſeo in ἀστροθεάτην, id eſt, *aſtrorum contemplatorem.* Ita Zoroaſtres ſcribetur שורואסתר *Zoroaſter*; literâ ש expreſſa per z; ut in σιζὰ pro שישא in Græca Verſione 3 Reg. 4: 3. & ζόφος caligo pro שוף; & ζατρίκιον Schaccorum ludus pro voce Perſica שטרנג. Porro in שורואסתר nemo non ſtatim agnoſcit שור Hebræum, quod *contemplari* ſignificat; etiàm cùm de cœlo agitur, ut Job. 35: 5. הבט שמים וראה ושור שחקים, ubi Vulgata rectè; *Suſpice cœlum & intuere, & contemplare æthera.* Ita etiam apud Arabes שורה *aſpectum* ſonat & שור in prima & decima aſpicere, in ſecunda & quarta indicare. Videtur hæc vox, ut ab Hebræis ad Arabes, ita ab Arabibus tranſiiſſe ad Perſas, ut aliæ de quibus ſuprà. Sed me ſentio paulò longiùs eſſe provectum, quàm propoſiti argumenti ratio poſtulabat.

Priori de Zoroaſtro commento ſimile aliud de *Alchymia*, cujus authorem faciunt Chamum; quaſi de nomine authoris pro *Chamia* dicatur *Chemia* & *Chymia*, & Arabico articulo præfixo, *Alchymia*. Antiquitatis enim gloriam maximè affectant hujus artis ἐπόπται: quos non pudet proferre Moſis Prophetæ χημευτικὴν σύνταξιν; & Mariæ ſororis Moſis librum Alchymiſticum. Ut taceam Hermetis Triſmegiſti ſcilicet Tabulam Smaragdinam, & ejuſdem Chymicos tractatus ſeptem, & opus de corporibus tranſmutandis: & Oſthanis & Democriti & Ori Χημευτικά; & Jaſonis vellus aureum; τοῦτο γὰρ οὐχ' ὡς ποιητικῶς φα-

φέρεται, ἀλλὰ βιβλίον ἦν ἐν δέρμασι γεγραμμένον, περιέχον ὅπως δεῖ γίνεσθαι διὰ χημείας χρυσόν. *Neque enim fuit vellus illud, quale Poëtæ fabulantur, ſed liber fuit in membranis ſcriptus, continens quomodo parandum ſit aurum per Chemiam.* Ita nugatur ignotus ſcriptor apud Suidam in voce Δέρας. In Eodem, voce χημεία, de Diocletiano hæc legere eſt; τὰ περὶ χημείας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου τοῖς παλαιοῖς γεγραμμένα βιβλία διερευνησάμενος ἔκαυσε, πρὸς τὸ μηκέτι πλοῦτον Αἰγυπτίοις ἐκ τῆς τοιαύτης προγίνεσθαι τέχνης, μηδὲ χρημάτων αὐτοὺς θαῤῥοῦντας περιουσίᾳ τοῦ λοιποῦ Ῥωμαίοις ἀνταίρειν. *Libros à Veteribus de auri & argenti Chemia conquiſitos cremavit, ne Ægyptii ex tali arte ampliùs ſibi opes compararent, néve pecuniarum copiâ freti Romanis in poſterum obſiſterent.* Ac ſi tam fallaci arte potuerint tam copioſè diteſcere, ut Romanis inde fierent terribiles.

Quin, quaſi leve ſit Chemiam ab authore Chamo arceſſere, non deſunt qui artibus ante Diluvium repertis illam accenſeant, Tubalcainum è fabro transmutantes in Philoſophum Chymicum; edoctum ſcilicet ab Angelo * Exael, quem primum Enochi liber apocryphus homines docuiſſe ſcribit τὰ μέταλλα τῆς γῆς, καὶ τὸ χρυσίον πῶς ἐργάσονται, *quomodo metalla terræ & aurum elaborentur.* Unde Zoſimus Panopolites lib. 9. χημευτικῶν collegit eos Angelos, quos vult in mulierum amorem exarſiſſe, ante omnia Chemiam tradidiſſe: τοῦτο οὖν, inquit, ἔφασαν αἱ ἀρχαῖαι καὶ θεῖαι γραφαί, ὅτι ἄγγελοι ἐπεθύμησαν τῶν γυναικῶν, καὶ κατελθόντες ἐδίδαξαν αὐτὰς τὰ πάντα τὰ τῆς φύσεως ἔργα. Et paulò poſt; Ἐστιν οὖν αὐτῶν ἡ πρώτη παράδοσις χημᾶ περὶ τούτων τῶν τεχνῶν. Ἐκάλεσαν δὲ ταύτην τὴν βίβλον χημᾶ· ἔνθεν καὶ ἡ τέχνη χημία καλεῖται. *Sacræ & Divinæ Scripturæ Angelos dicunt mulieres concupiviſſe, & cum in terram deſcendiſſent, eas edocaſſe omnia naturæ opera, &c. Prima igitur illorum traditio fuit Chema de his artibus. Vocaverunt ſcilicet hunc librum* Chema, *unde Ars etiam* Chemia *vocatur.*

* Hebr. עזאל quia עזז eſt fundere.

Interim Alchymiæ certum eſt novum eſſe inventum, nec illius quemquam meminiſſe ante Julium Firmicum Imperatori Conſtantino σύγχρονον, qui Matheſ. lib. 3. cap. 15. lunam ſcribit *in nono ab horoſcopo loco in nocturna genitura hominem ad ſcientiam Alchymiæ propenſum reddere.* Et commentum de Chamo refellunt Arabum ſcripta, qui hanc artem maximè excoluerunt. Ab iis enim Alchymia non ſcribitur, ut Chami nomen per *Cha*, ſed per *Cheph* אלכימיא vel אלכמיה. Unde patet origo nominis toties quæſita nec dum reperta. Arabicè nimirum כמי *chema* eſt occultare. Verbum eâ ſignificatione in uſu primâ, quartâ, & quintâ conjugatione. Inde igitur כמיה *Chemia* vel אלכמיה *Alchemia* eſt ars occulta. Quo non potuit dari nomen aptius, ſive rem ipſam reſpicias, ſive docendi modum. Ars enim ipſa tam eſt abdita, ut in ejus cognitione adipiſcenda oleum & operam miſerè perdant plerique mortalium. Et qui adeptos ſe putant, quaſi cæteris hanc gloriam inviderent, tot verborum involucris atque ambagibus artis arcana obtegunt, ut videantur ideò ſolùm ſcripſiſſe ne intelligerentur. Quin ipſi librorum tituli ſignificant agi de re arcana. Exemplo ſint Calidis filii Jaziach Judæi liber *Secretorum Alchemiæ*; & Raimundi Lulli libri *De ſecretis naturæ*, ſeu *De quinta eſſentia*, & *De inventione ſecreti occulti*; & *Secreta ſecretorum*, quæ Ariſtoteli tribuunt, atque alia bujus farinæ Chymica Scripta. Græci itidem ut profanos ſtatim à limine arceant, ἱερὰν καὶ θείαν τέχνην, *ſacram & divinam artem appellant.* Et noſtro ſæculo Martinus Rulandus Cæſareus medicus, cætera vir doctus, & quem ſuo præconio Thuanus non judicavit indignum, Artis illius myſteria ipſi Scripturæ præferre non erubuit: *Si Paulo*, inquit, *conſentienter ratiocinari licebit, eminentior Dei notitia ex hujus Artis Alchymiæ praxi hauriri poteſt, ipſis Sacrarum Literarum monimentis.* Hæc ille in dedicatione progymnaſmaton Alchymiæ. Quod jam ante me notaverat Henricus Salmuth in Pancirollum lib. 2. tit. 7.

Hiſt. lib. 147.

Me prope fugerat Euſebii locus Græci Chronici lib. 1. pag. 43. quo eos puto niti potiſſimùm qui Alchymiæ antiquitatem adſtruunt. Is ſic habet: Δημόκριτος Ἀβδηρίτης φυσικὸς φιλόσοφος ἤκμασεν ἐν Αἰγύπτῳ μυηθεὶς ὑπὸ Ὀστάνου τοῦ Μήδου, σταλέντος ἐν Αἰγύπτῳ παρὰ τῶν τηνικαῦτα βασιλέων Περσῶν ἄρχειν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερῶν ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Μέμφεως σὺν ἄλλοις ἱερεῦσι καὶ φιλοσόφοις, ἐν οἷς ἦν καὶ Μαρία τις Ἑβραία σοφὴ, καὶ Παμμένης συνέγραψε περὶ χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ λίθων, καὶ πορφύρας λοξῶς. Ὁμοίως δὲ καὶ Μαρία ἐπῃνέθησαν παρ᾽ Ὀστάνῃ, ὡς πολλοῖς καὶ σοφοῖς αἰνίγμασι κρύψαντες τὴν τέχνην. *Tum floruit Democritus Abderita Phyſicus Philoſophus in Ægypto initiatus ab Oſtane Medo, eò miſſo ut Ægypti ſacris præſideret in templo Memphitico cum aliis ſacerdotibus & Philoſophis. In quibus etiam erat Maria quædam Hebræa ſapiens; & Pammenes, qui per ambages ſcripſit de auro, & argento, & lapidibus, & purpurâ; quomodo etiam Maria. Qui proinde ab Oſtane laudati ſunt, quòd per multa, eaque docta ænigmata, Artem celaſſent.* Sed, quia Magus Oſtanes diu ante Democritum vixit, nec unquam in Ægyptum ſe contuliſſe legitur, multo minus præſediſſe ſacris Ægyptiorum; hæc Magno Scaligero jure merito ſuſpecta fuit, tanquam à Panodoro monacho in Euſebii textum intruſa. Utut ſit, vel hinc apparet Alchemiam Arabes ab occultando meritò nominaſſe, cùm jam olim Artis ἐκείνης illius præcepta tam ſtudioſè celaverint.

Chamum alii prò Mago vel Chymico Prophetam fuiſſe ſtatuunt. In his Baſilidis filius & diſcipulus Iſidorus, qui ἐν τοῖς τοῦ προφήτου Παρχὼρ ἐξηγητικοῖς, *in commentariis prophetæ Parchor* prophetiæ Chami ſcilicet meminit in hæc verba; Καὶ γάρ μοι δοκεῖ τοὺς προσποιουμένους φιλοσοφεῖν, ἵνα μάθωσι τί ἐστιν ἡ ὑπόπτερος δρῦς, καὶ τὸ ἐπ᾽ αὐτῇ πεποικιλμένον φᾶρος, πάντα ὅσα Φερεκύδης ἀλληγορήσας λαβὼν ἀπὸ τῆς τοῦ Χὰμ προφητείας τὴν ὑπόθεσιν, ὡς πάλαι παρεσημειωσάμεθα. *Mihi enim videtur æquum ut ii qui Philoſophorum nomen ſibi vindicant, diſcant quid ſit quercus alata, & varium ſuper ea pallium, quæ omnia Pherecydes allegoricè dixit è Chami prophetia ſumpto argumento.* Pherecydem Syrium intellige, Pythagoræ, vel ut alii Thaletis, præceptorem, ſolutæ ſcriptionis inter Græcos ἀρχηγόν; quem Aſſyrium Auguſtinus & Tzetzes, & Babylonium Euſtathius perperam faciunt. Neque enim Syrius à Syria vel ab Aſſyria dictus eſt, ſed ab inſula Syro, unâ Cycladum, in qua Laertii ætate adhuc extabat ejus ἡλιοτρόπιον. Itaque viro magno aſſentior qui in Euſtathio pro Φερεκύδης ὁ Βαβυλώνιος ſcribi vult ex Strabone Φερεκύδης ὁ Βάβυος, id eſt, Pherecydes Babyis filius. Is porro Pherecydes ſolutâ quidem oratione, ſed poëtico ſtylo de Natura & Diis librum ſcripſerat perobſcurum, & Heracliti ſcriptis ſimilem, qui ratione obſcuritatis Σκοτεινὸς eſt appellatus. Hujus libri initium in Laertio tale eſt: Ζεὺς μὲν καὶ χρόνος (lege Κρόνος) εἰς ἀεί, καὶ χθὼν ἦν. Χθονίῃ δὲ ὄνομα ἐγένετο γῆ, ἐπειδὴ αὐτῇ Ζεὺς γέρας διδοῖ. *Juppiter & Saturnus & Tellus ſemper fuerunt. Tellus autem* ge *dicta eſt, quia Juppiter illi* geras, *id eſt, honorem tribuit.* Hinc Chriſtianus Philoſophus Hermias in libro, cui titulus διασυρμὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων, *Gentilium Philoſophorum deriſio*: Φερεκύδης μὲν ἀρχὰς εἶναι λέγων Ζῆνα καὶ Χθονίην καὶ Κρόνον· Ζῆνα μὲν τὸν αἰθέρα, Χθονίην δὲ τὴν γῆν, Κρόνον δὲ τὸν Χρόνον. Ὁ μὲν αἰθὴρ τὸ ποιοῦν, ἡ δὲ γῆ τὸ πάσχον, ὁ δὲ χρόνος ἐν ᾧ τὰ γινόμενα. *Pherecydes principia eſſe dicit Jovem, & Tellurem, & Saturnum: & Jovem quidem eſſe ætherem, Tellurem autem terram, Saturnum autem tempus; quorum æther eſt agens, terra patiens, & tempus* in

V. Clem. Alex. l. 7. Strom.

Cic. 1. Tuſc. Apul. l. 2. Flor. Jamblich. in Pythag. Lact. Inſtit. lib. 7. cap. 8. Tzet. Chil. 1. hiſt. 55. Aug. epiſt. 3. Euſtat. Odyſſ. 1. Laert. l. 1. Apul. ib. Voſſ. de hiſt. Gr. lib. 4. 4. Strab. l. 1. Strab. 16. Apul. 16. Clem. Alex. lib. 5. Strom. Laert. l. 1.

Digitized by Google

id in quo omnia *ſint.* Ex eodem libro hæc profert Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromaton: Ζὰς (malim Ζεὺς) ποιεῖ φᾶρος μέγα τε καὶ καλὸν· καὶ ἐν αὐτῷ ποικίλλει γῆν καὶ Ὠγηνὸν, καὶ τὰ Ὠγηνοῦ δώματα. *Juppiter magnum facit pulchrumque pallium, quo cœlum & Ogenum*, (id eſt, Oceanum) *& Ogeni domos variè exornat.* Eòdem pertinere videtur locus ab Iſidoro allatus de vario pallio quo tegitur alata quercus, quamvis allegoriæ ratio non pateat ſatis. Ex hujuſmodi nugis Theologiam ſuam conſarcinaverat impurus Baſilides, ὡς κατὰ ποιητικήν τινα ἐνθουσιασμῷ ἐμβροντηθεὶς, *tanquam poetico quodam furore perculſus*, ut habet Epiphanius in hæreſi Baſilidianorum. Sed cùm puderet Baſilidianos, veros dogmatum ſuorum authores agnoſcere, finxerunt Ethnicos Philoſophos hæc aliunde uſurpaſſe, ut eo plus fidei commentis ſuis adſtruerent. Hinc Iſidorus Prophetæ, ſcilicet Chamo, tribuit, quod de alata quercu ſcripſerat Pherecydes. Prout alibi dogma de geniis vel dæmonibus, quos adeſſe volebant ſingulis hominibus, ne quis ab Ariſtotele illos hauſiſſe objiciat, fingit Ariſtotelem ex Prophetis in ſuos libros tranſcripſiſſe. Ἀριστοτέλης, (inquit) δαίμοσι κεχρῆσθαι πάντας ἀνθρώπους λέγει, συνομαρτοῦσιν αὐτοῖς παρὰ τὸν χρόνον τῆς ἐνσωματώσεως· προφητικὸν τοῦτο μάθημα λαβὼν, καὶ καταθέμενος εἰς τὰ ἑαυτοῦ βιβλία. Et alibi rurſus; καὶ μή τις οἰέσθω, ὃ φαμὲν ἴδιον εἶναι τῶν ἐκλεκτῶν, τοῦτο προειρημένον ὑπάρχειν ὑπό τινων φιλοσόφων. οὐ γάρ ἐστιν αὐτῶν εὕρημα. τῶν δὲ προφητῶν, σφετερισάμενοι προσέθηκαν τῷ μὴ (lege μὲν) ὑπάρχοντι κατ' αὐτοὺς σοφῷ. *Nec eſt quod quis putet, id quod dicimus electorum eſſe proprium, jam ante dictum à Philoſophis. Neque enim eorum eſt inventum. Sed cùm à Prophetis ſumpſiſſent, id ſapienti ſuo tribuerunt.* Sed apage fictitios vates Nebulonis Impuriſſimi, & vaniſſima commenta dare pondus idonea ſumo.

V. Clem. Alex. l. 6. Strom.

CAPUT II.

Chus כוש, Gen. 10: 6.

Eupolemi locus reſtitutus in quo Chùs *Chum* appellatur; & idem eſſe dicitur, qui Græcorum Asbolus ab Hercule interfectus. Centaurus Asbolus vetus ſcriptor ante Homerum. Chus cæteri Æthiopiam, ſolus Jonathan Arabiam rectè exponit. Chuſan & Madian ἰσοδύναμα, Hab. 3: 7. Sephora Chuſitis, Num. 12: 1. id eſt, Madianitis. Æthiopiam in Arabia fruſtra quæri. Χαλδαίων μυθολογήματα Theodoreti. Job. 28: 19. *topazius Chus*, id eſt, Arabica. Ægyptus à Syene uſque ad Chus, Ezech. 29: 10. Syene ubi. Ezech. 30: 9. naves ex Ægypto in Chus, id eſt, in Arabiam per Mare Rubrum. Bella Regum Chus in Judæos. Philiſtæi & Arabes vicini Chuſæis, 2 Par. 21: 16. Chuſæis Azotii fidunt, Eſ. 20: 4. Ægyptus trans flumina Chus, Sophon. 3: 10. & Eſ. 18: 1. qui locus obiter explicatur. Ægyptus terra cymbali orarum, ſeu marginati, id eſt, ſiſtri. Siſtrum à vulgari cymbalo quid differat. Siſtrum Iſiacorum proprium. Ægyptus trans flumina Chus, id eſt, Arabiæ; nempe flumina vel torrentes Boſor, Rhinocoruræ, Trajanum & Coryn. Ægyptus in mare mittit imagines in vaſis papyraceis ſuper aquas, id eſt, caput Oſiridis; quod navigio ex papyro facto diabolica vi ex Ægypto Byblum quotannis deferebatur. Teſtes Lucianus, Cyrillus, Procopius. Chuſæi iidem qui Scenitæ & Saraceni. Horum ſitus ex Plinio, Eratoſthene, Procopio & Marciano. Scenitas à Recentioribus appellari Saracenos. Ratio utriuſque nominis. Saraceni latrones. Saraca vicus. Sawarakia. Madianitæ & Iſmaelitæ Saraceni in Paraphraſi Chald. & apud Auguſtinum. Cur Saracenorum regio hodiè vocetur *Hegiaz*. Metropoles Medina & Meccha. Medina Arabibus *Iathrib*: Veteribus Ἰαθρίππα & Ἰάθριππα. Theophanes, Euthymius, Ptolemæus in illo nomine correcti. *Egra* vel *Arga* urbs maritima prope Medinam, hodie *Algiar*. *Iathrib* unde dicatur. *Macoraba* Ptol. *Meccha rabba*, id eſt, magna. Bætius fluvius Sapphiri. Meccha & Beccha. Baccha idolum. An Bacchus. Terminatio fœminina in Arab. maſculinis. Chuſæ gens valde potens, tamen deſpectiſſima. Chuthæi iidem qui Chuſæi. Chuſæorum vocatio, converſio ad fidem, & ſequuta defectio.

A nomine Chus fit תושכבלא *alchaſchaſa*: id eſt, migratio ad Arabiſmum. Cur dicatur Jerem. 13: 23. *Nunquid mutabit Chuſæus pellem ſuam?* Chuſæi coloris ſubfuſci. Judæi huxei Chuſæorum color Arab. *achdhar.* Nigri Arabes. *Ereb* veſpera, *Oreb* corvus. *Erembi* Kedareni à קדר, Gall. *hâlé Nigra ut tentoria Kedar*, id eſt, ut Kedareni Scenitæ. Kedareni pro Chuſæis. Chuſæos ſeu Saracenos à multis ſcriptoribus vocari Mauros.

In Eupolemo apud Euſebium lib. 9. Præparationis ſupereſt inſigne fragmentum generationum Chami ex Babyloniorum monimentis depromptum, ſed in nonnullis depravatum, quæ conabor reſtituere. Verba ſunt; Βαβυλωνίους λέγειν πρῶτον γενέσθαι Βῆλον, ὃν εἶναι Κρόνον· ἐκ τούτου δὲ γενέσθαι Βῆλον καὶ Χαναὰν (lege καὶ Χὰμ;) τοῦτον δὲ τὸν Χαναὰν γεννῆσαι τὸν πατέρα τῶν Φοινίκων· τούτου δὲ Χοὺμ (lege καὶ Χοὺμ) υἱὸν γενέσθαι, ὃν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λέγεσθαι Ἄσβολον, πατέρα δὲ Αἰθιόπων, ἀδελφὸν δὲ τοῦ Μεστραεὶμ πατέρα (lege πατρὸς) Αἰγυπτίων. *Babylonios dicere primum fuiſſe Belum, quem eſſe Saturnum*, (id eſt, Noam:) *Ex illo autem natos eſſe Belum & Chamum* (Belum, id eſt, Nimrodum, conditorem ſuæ gentis, quem ratione ὑπεροχῆς Noæ faciunt filium primogenitum, cùm fuerit tantùm pronepos:) *hunc autem* (Chamum) *genuiſſe Chanaanem patrem Phœnicum: Ejuſdem etiam filium eſſe Chum* (Chus) *Æthiopum patrem, quem Græci Asbolon dicunt, & fratrem Meſraimi patris Ægyptiorum.*

Cur *Chus* in *Chum* mutaverit Eupolemus, aut cum velit Græcorum eſſe Asbolon, non ſatis capio. Suſpicor tamen Χοὺμ ex Χοὺν factum, accuſativo τοῦ Χοὺς (Peregrina enim nomina Græci ſolent ſic declinare:) & Χοὺμ exponi Ἄσβολον, quia ut חום *chum* Hebræis atrum ſonat, ita Græcis ἄσβολος fuliginem. De cetero mihi nullus occurrit hujus nominis præter Centaurorum ducem Asbolum, quem in Centaurorum pugna interfectum Hercules crucifixiſſe legitur hoc adſcripto epigrammate. *Tzetz. Chil. 5. cap. 12.*

> Ἄσβολος οὔτε θεῶν τρομέων ὄπιν, οὔτ' ἀνθρώπων,
> Ὑψικόμοις κρεμαδὸς ἀπ' ἐυλιπέος κατὰ πεύκης
> Σύγκειται, μέγα δεῖπνον ἀμετροβίοις κοράκεσσιν.
> *Divorum atque hominum qui ſpreverat Asbolus iras,*
> *Pendet in excelſa ſuffixus ſtipite pinûs,*
> *Alitibus nigris convivia lauta daturus.*

An hic ille eſt Centaurus Asbolus, quem Tatianus Aſſyrius in Oratione contra Græcos, & ex illo Euſebius lib. 10. Præparat. cenſent in catalogo ſcriptorum, qui Homeri ætatem præceſſerunt? Nempe inter Centauros nonnulli docti fuêre, ut Chiron tot heroum pædagogus; & in Ovidio, Metam. l. 12. augur Aſtylus. Utut ſit, huic Asbolo commune nihil eſt cum Chuſo Chami filio.

Alia hic ſeſe offert majoris momenti quæſtio, nimirum quæ ſit terra Chus, illius nomine dicta. Chus alii Æthiopiam, alii Arabiam explicant. Priorem interpretationem præter Hebræos ferè quotquot ſunt, etiam Græci ſequuntur, & Vulgatus Interpres, & Philo, & Joſephus, & Euſebius, & Hieronymus, & Euſtathius in Hexaemeron, & Author Chronici Alexandrini, & chorus Patrum univerſus. Arabs etiam nuper editus, qui hic habet אלחבש Abaſenorum ſeu Abiſſinorum terram, id eſt, Æthiopiam. Poſteriorem è Veteribus, quod ſciam, ſolus Jonathan, in cujus Paraphraſi Geneſ. 10: 6. pro Hebræo *Chus* eſt ערביא *Arabia*. Itaque ſi authoritate certatur, prior interpretatio haud dubiè obtinebit; ſed rationem ſi conſulimus, poſterior erit longè præferenda. Id temerè à me non dici hæc argumenta palam evincunt.

Primò *Chuſan* (idem quod *Chus*, niſi quod diminutivum eſt) & *Madian* Habac. 3: 7. ponuntur ut vocabula ἰσοδύναμα. Prophetæ verba ſic habent; *In loco vano vidi tentoria Chuſan, commota*

ſunt

ſunt aulæa terræ Madian. Quale eſt, quod Chuſitis appellatur Sephora uxor Moſis, quæ Madianitis erat, Exod. 2: 16, 21. Porro urbem Madian in Arabia fuiſſe in Maris Rubri littore ex Joſepho, & Hieronymo, & Ptolemæo conſtat. Chuſitis igitur eo loco non eſt Æthiopiſſa mulier, ſed Arabica. Niſi quis aliam Æthiopiam in Arabia ſibi fingat. Quod unum habent, quod regerant Auguſtinus & Theodoretus in explicatione hujus loci. Sed Auguſtinus nititur aliis Scripturæ locis in quibus Verſiones Æthiopiam habent pro Hebræo *Chus*: & Theodoretus lapſu memoriæ putat Reginam Saba ſeu Sabæorum, qui in Arabia ſunt, vocari Reginam Æthiopum in Luca vel Matthæo. Illorum enim verba ſic citat: Βασίλισσα Αἰθιόπων ἀναστήσεται, καὶ κατακρινεῖ τὴν γενεὰν ταύτην, *regina Æthiopum ſurget*, &c. contra omnium codicum fidem, in quibus conſtanter legitur βασίλισσα Νότου, *regina Auſtri*, non βασίλισσα Αἰθιόπων, *regina Æthiopum*. Atque id ipſum babent Syrus, & Arabs, & Æthiops, & interpretes quotquot ſunt. Denique nullam Æthiopum Reginam Scriptura memorat præter Candacen, cui cum Sabæa nihil commune.

Numer. 12: 1. Joſeph Antiq. lib. 2. cap. 5. Hieron. de loc. Hebr. Ptol. lib. 6. cap. 7. Luc. 11: 31. Matth. 12: 42.

Secundò Job. 28: 19. פטדת כוש, *pitdath Chus*, non eſt Æthiopica topazius, ſed Arabica. Neque enim Æthiopicæ topazii meminit quiſquam Veterum. Sed Arabica notiſſima eſt in Chiti, vel Topazo, Maris Rubri inſula. Plinius; *Egregia etiamnum topazio gloria eſt, ſuo virenti genere, & cum reperta eſt, prælata omnibus. Id accidit in Arabiæ inſula, quæ Chitis vocatur*, &c. Hujus inſulæ præter Plinium meminerunt Agatharchides, Strabo, Diodorus, Iſidorus, alii, quos citavimus in Libello de Scripturæ gemmis.

Lib. 37. cap. 8. Agathar. cap. 42. Strab. lib. 16. Diod. lib. 3. pag. 121. Iſid. Orig. lib. 16. c. 7.

Tertium argumentum hæc Dei verba ſuggerunt Ezech. 29: 10. *Deſolabo terram Ægypti à turri Syenes uſque ad terminum Chus.* His verbis deſignari palam eſt duos Ægypti terminos oppoſitos. Syenem autem omnes ſciunt eſſe terminum Ægypti verſus Æthiopiam. Strabo de Syene; ἡ μὲν ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Αἰθιοπίας καὶ τῆς Αἰγύπτου. *Illa quidem urbs eſt in Æthiopiæ & Ægypti finibus.* Plinius; *Ditionis Ægyptiæ eſſe incipit à fine Æthiopiæ Syene.* Solinus; *Ditionis Ægyptiæ eſſe incipit à Syene in qua fines Æthiopum.* Hinc Joſephus Ægyptum habere dicit à Meridie τὴν διορίζουσαν ἀπὸ Αἰθιόπων τὴν Συήνην, *Syenem, quâ ab Æthiopibus dirimitur.* Et in Stephano Syene eſt πόλις Αἰγύπτου καὶ Αἰθιοπίας, *urbs Ægypti & Æthiopiæ*, quaſi inter illas ambigua. Itaque *Chus* Ægypti terminus Syenæ oppoſitus non poteſt eſſe Æthiopia. Quin Arabiam intelligi planè neceſſe eſt, quâ terminatur Ægypti pars ab Æthiopia remotiſſima.

Lib. 17. pag 817. Plin. lib. 5. cap. 9. Sol. cap. 35. De bello Jud. lib. 5. cap. 1.

Capite ſequenti Deus Ægypto & Ægyptiis multa interminatus ita loquitur: *Poſtquam immiſero ignem in Ægyptum*, &c. *In die illa prodibunt nuncii à facie mea navibus ad perterrendam Chus ſecuram.* Hoc de Arabia commodè poteſt intelligi, in quam Ægyptii navibus per Mare Rubrum ſæpe commeant. De Æthiopia nequaquam, in quam ne per Nilum quidem adverſum navigatur propter Cataractas prope Syenem.

Ezech. 30: 8. 9.

Hûc etiam non parum facit, quod 2. Reg. 19: 9. Sennacheribum, obſidentem Libnam in Tribu Judæ, Tirhaca Rex Chus ex improviſo adortus eſt. Neque enim Æthiopiæ Rex eò ſe conferre potuiſſet, niſi ſubactâ priùs Ægypto quæ interjacet. Idem de Zera judicium altero Rege Chus, qui in Azam Judææ Regem duxit decies centena millia militum, 2. Par. 14: 9.

Non minus in eo eſt virium, quod 2. Paral. 21: 16. legitur excitaſſe Dominus contra Joramum animum Philiſtæorum & Arabum qui finitimi ſunt Chuſæis. Palam enim eſt eo loco Chuſæos non poſſe eſſe Æthiopes, quia nulli Arabes Æthiopibus finitimi ſunt præter ſolos Troglodytas, quos à Judæis diſterminat Ægyptus interpoſita. Taceo quod Troglodytas Scriptura non vocat Arabes, ſed Succhæos 2. Paral. 12: 3. vel quia in סכות *Succhoth*, id eſt, in tabernaculis degunt, vel ab oppido *Suchis*, quod deſcribit Plinius in media Troglodytica non procul ab Adulitis.

Plin. lib. 6. cap. 29.

Sic Eſaiæ 20: 4, 5. Chuſæis & Ægyptiis in captivitatem abductis *timebunt* Azotii *& confundentur à Chus expectatione ſua, & ab Ægypto gloriatione ſua.* Nempe Azotiis in Palæſtina ſubſidio eſſe poterant Chuſæi Arabes & Ægyptii, Æthiopes non item propter Ægyptum interjectam.

Hoc potiſſimum, quod Ægyptus deſcribitur *trans flumina Chus*, Sophon. 3: 10. & Eſ. 18: 1. quem locum, quia obſcurus eſt, & multum torquet interpretes, & ad hanc rem maximè facit, libet obiter explicare; *Væ*, inquit, *terræ cymbali orarum, quæ eſt trans flumina Chus, mittenti in mare imagines, idque in vaſis papyraceis ſuper aquas.* Significat Ægyptum αἰνιγματωδῶς pro more Prophetarum. כנפים alii alas, ego oras explico, quomodo כנף paſſim ſumitur pro ora & extremitate cujuſque rei, puta terræ, fluminis, veſtis, ædificii. Ergo צלצל כנפים *cymbalum orarum* phraſi Hebræa cymbalum eſt, cujus in lateribus ſunt oræ ſeu margines, id eſt, ſiſtrum. Nempe ſiſtrum eſt cymbali ſpecies. Heſychius; Σεῖστρα (id eſt, σεῖτρα) κόσκινα ἢ κύμβαλα. Et merito vocatur צלצל, id eſt, *tinnulum inſtrumentum* à verbo צלל quod *tinnire* eſt. Siſtrum enim non minus erat tinnulum, quàm vulgare cymbalum; Ovidius,

Jactantem Phariâ tinnula ſiſtra manu.

De ponto lib. 1. Ep. 1.

Apuleius; *Æreis & argenteis, imò verò aureis etiam ſiſtris, argutum tinnitum conſtrepentes.* Sed in eo differt ſiſtrum à vulgari cymbalo; quod cùm rotundum fuerit cymbalum, in formam acetabuli, ut probat doctiſſimus Turnebus ex Scribonio Largo, qui herbam κοτυληδόνα ſcribit ſimilia folia cymbalis habere, ſiſtrum fuit ovali formâ cum certis oris ſeu marginibus, ex quibus appenſa tintinnabula argutum ſtrepitum concuſſu edebant. Vide Dempſteri Paralipomena ad Roſini Antiquitates Romanas cap. ult. libri ſecundi. Hebraicè ergo ſiſtrum צלצל כנפים *cymbalum orarum*, id eſt, *marginatum*, dicitur διακριτικῶς, propter oras quas diximus. Itaque *Væ terræ cymbali orarum*, id eſt, *væ terræ ſiſtri.* Ex pluribus κριτηρίοις, quibus deſignatur Ægyptus, hoc primum eſt, adeóque notiſſimum. Nemo enim eſt qui ſiſtrum neſciat eſſe proprium ſacerdotum Iſidis.

Metaph. 11. Adverſ. 26. c. 31.

Sequitur κριτήριον alterum, *quæ eſt trans flumina Chus.* Id Ægypto quomodo competat ſi *Chus* ſit Æthiopia? An Eſaias in Judæa ſcribens Ægyptum trans Æthiopiam eſſe dixerit, cùm planè contrà Æthiopia Judææ reſpectu ſit trans Ægyptum? Omnino igitur ibi *Chus* eſt terra media inter Judæam & Ægyptum, nempe Arabia Chuſæa. Hujus flumina ſunt *Beſor* in Mare Mediterraneum, *Rhinocorura torrens* in lacum Sirbonidem, & *Trajanus amnis* in Mare Rubrum ad Heroum urbem influens; & *Corys*, è quo Regem Arabum tres aquarum elices in viam deduxiſſe, quâ è Babylone in Ægyptum ivit Cambyſes, teſtatur Herodotus in Thalia. Trans hæc flumina dicitur eſſe terra ſiſtri, ſeu quæ ſiſtro in ſacris utitur, id eſt, Ægyptus.

Lib. 3. c. 9.

Tertium κριτήριον hoc eſt, quod *in mare mittit imagines*, idque *in vaſis papyraceis ſuper aquas.* צירים alii legatos, nos imagines vertimus, à verbo ציר quod eſt *formare.* Sic apud eundem Eſaiam cap. 45. verſ. 16. חרשי צירים ſunt *fabri imaginum.* Quotannis nimirum caput Oſiridis in mare

injectum

injectum diabolica vi ex Ægypto Byblum deferebatur ſeptem diebus. Rem ita ſe habere teſtatur Lucianus teſtis *αὐτόπτης* in *De Syria Dea.* Nec diſſimilia habent Cyrillus & Procopius in Eſaiam. *Vaſa* porro *papyracea* ſunt Ægyptiaca navigia quæ ex papyro fiebant. Theophraſtus; αὐτὸς δὲ ὁ πάπυρος πρὸς πλεῖστα χρήσιμος, καὶ γὰρ πλοῖα ποιοῦσιν ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῆς βίβλου ἱστία πλέκουσι καὶ ψιάθους. Quæ Plinius ita reddidit; *Ex ipſo quidem papyro navigia texunt, & è libro vela tegeteſque.*

Ex iis, quæ hactenus à nobis diſputata ſunt, credo conſtare luce clarius Chuſæos in iis locis habitaſſe, quæ ſuprà indicavimus; nimirum ſupra Ægyptum ad Rubri Maris ſinum intimum, in parte Arabiæ Petrææ & Fœlicis. Unde colligere eſt Chuſæos eoſdem eſſe cum Veterum Scenitis & Saracenis Recentiorum. De Scenitis

Lib. 5.c.11. ita Plinius; *Ultra Peluſiacum Arabia eſt ad Rubrum Mare pertinens, & ad odoriferam illam ac divitem, & Beatæ cognomine inclytam. Hæc, &c. Scenitarum Arabum vocatur ſterilis, præterquam ubi Syriæ confinia*

Lib.2.Perſic. *contingit.* Et Eratoſthenes apud Strabonem; *Arabiam Fœlicem habens primi poſt Syros & Judæos homines agricolæ. Poſt illos autem terra eſt arenoſa & ſterilis, palmas habens paucas, & ſpinam, & myricam, & aquas foſſiles ut Gedroſia; eam autem obtinent Scenitæ Arabes camelorum paſtores.* Et de Saracenis Procopius; *Hæc autem littus,* (ſinûs Arabici circa Elanam) *quàm primum Palæſtinæ fines tranſgreſſus eris, Saraceni obtinent, qui ἐν τῷ Φοινικῶνι, in palmeto jam olim ſedes fixerunt.* Et Marcianus Heracleota: περὶ τὸν αὐχένα, *circa cervicem, Arabiæ Fœlicis poſt Arabiam Petræam habitant qui vocantur Saraceni, qui populi ſunt multorum nominum & multam terram deſertam occupant.* Eoſdem addit Palæſtinę, & Perſidi, id eſt, Babyloniæ, & Arabiæ Petrææ & Deſertæ & Fœlici eſſe finitimos. Itaque ubi Scenitas Eratoſthenes, ibi Saracenos ponunt Procopius & Marcianus. Saraceni nimirum à Scenitis hoc ſolùm differunt, quòd Scenitarum nomen eſt vetuſtius. Ammianus lib. 22. *Scenitas prætenditur Arabes, quos Saracenos nunc appellamus.* Et lib. 23. *Scenitas Arabes, quos Saracenos poſteritas appellavit.* Ptolemæus tamen videtur diſtinguere, Scenitas ponens in ipſo aditu Arabiæ Fœlicis, & ad horum Auſtrum Saracenos. Sed Idem alios Saracenos, ſaltem Saracenam Regionem, deſcribit prope Ægyptum, in Arabia Petræa, ubi ſunt Plinii Scenitæ.

Scenitæ Chuſæi dicti ſunt, quia in tabernaculis degebant, ut habetur Habac. 3: 7. & *Saraceni* à latrociniis. Nam Arabicè סרק *ſaraka* eſt latrocinari. Itaque horum hominum vitæ genus planè ληστρικὸν graphicè exprimit hoc nomen. Qui ad Saram referunt, nugas agunt. Sed nec à loco *Saraca* fuiſſe nominatos Stephano conceſſerim, cujus verba ſunt; Σάρακα, χώρα Ἀραβίας μετὰ τοὺς Ναβαταίους· οἱ οἰκοῦντες Σαρακηνοί. Neque enim fuit *Saraca* prope Nabatæos, ſed in Sabæis loco à Nabatæis remotiſſimo. Vide Ptolemæum lib. 6. c. 7. Scio hodiéque in Arabia exſtare

Vid. Gigg. vicum סוארקיון *Sawarakiam* inter Meccham & Medinam, vel, ut alii volunt, in via quâ itur Mecchâ Ieroſolymas: ſed vicus ille obſcurior eſt quàm ut genti nomen fecerit. Neque ab eo *Saraceni*, ſed *Sawarakieni* dicerentur. Hoc potiſſimum, quòd Saracenos ipſi ſe nunquam appellant, ſed à vicinis populis per contemptum ſic vocitantur. Hieroſolymitana Paraphraſis, Gen. 37: 25. pro Iſmaëlitis habet סרקין *Saracenos;* neque id malè. Apparet enim ex verſu 28. promiſcuè uſurpari Iſmaëlitas & Madianitas, quos Chuſæis accenſeri probavimus ex Numer. 12:1. & Hab. 3: 7. Itaque Madianitas & Saracenos Auguſtinus pro iiſdem habet. *In his*, inquit,

In Num. 9. 20. *locis dicitur eos perſequutus Iſraël, ubi Madianitæ habitant, qui nunc Saraceni appellantur.* Utut enim Chuſæi, Madianitæ, Iſmaëlitæ fuerint diverſi generis, tamen promiſcuè habitarunt, & in unam Saracenorum nationem coaluerunt.

Ea pars Arabiæ hodiè vocatur חגאז *Hegiaz*, à dividendo; quomodo in Avicenna diaphragma vocatur אלחגאב אלחגאז, *velum dividens.* Avic.1.22. & Epheſ. 2: 14. חאטר חגאז *paries intergerinus.* Nimirum regio *Hegiaz* Petræam Arabiam à Fœlici dirimit, & propriè ad neutram pertinet. Nam ad Fœlicem Græci nullâ ratione referunt, cùm nihil ſit infœlicius. Hegiaz dividitur in Tractum Medinenſem & Mecchenſem. Metropoles Medina & Meccha, infames natalibus & ſepulchro Pſeudo-Prophetæ. Medina per compendium dicitur pro מדינהאלנבי *Medinatho-lnabi*, id eſt, civitas Prophetæ. Sed vetus nomen erat יתרב *Jathreb* vel *Jathrib.* Geographus Nubienſis; *A Meccha ad Medinam,* Clim.2.par.5. *cujus nomen eſt Jathreb,* יתרב, *viâ rectâ decem ferè ſunt ſtationes.* Item; *Magnitudo urbis Jathreb æquat mediam partem Mecchæ.* Rodericus Tolet. hiſt. Arabum c. 1. *In villa, quæ Jathrib dicitur, prope Meccham erat homo Ali nomine, &c. & uxor ejus Emina, &c. quæ concepit & peperit filium, quem vocavit Mahometh.* Et c. 2. *Eum à Meccha in Jathrib fugere compulerunt.* Multi Αἴθριβον ſcribunt. Theophanes in Moamethicis; ἐκράτησεν ἡ αἵρεσις αὐτοῦ τὰ μέρη τοῦ Αἰθρίβου. Et ex illo Anaſtaſius Bibliothecarius; *Tenuit hæreſis ejus partes Æthribi.* Et Euthymius Monachus de Heraclio Imperatore, μέλλοντος αὐτοῦ διελθεῖν τὴν Αἴθριβον, ἀπήντησε πρὸς ὑπάντησιν αὐτοῦ ὁ θεομισὴς Μωάμεθ. *Cùm per Æthribum tranſiturus eſſet, ivit illi obviam Deo exoſus Moameth.* Sed reſcribendum ubique Ἰάθριβον *Jathribum*, i. e. יתריב *Jathrib.* Veteres Ἰαθρίππαν ſcripſerunt. Stephanus de urbibus; Ἰάθριππα πόλις Ἀραβίας πλησίον τῆς Ἔγρας, *Jathrippa urbs Arabiæ prope Egram.* Item; Ἔγρα πόλις Ἀραβίας, πρὸς τῷ Αἰλανίτῃ κόλπῳ, *Egra urbs Arabiæ ad Ælanitem ſinum.* Egra eſt Arabum *Algiar*, Medinę portus ab ea diſtans itinere trium dierum. Geographus Nub. Ubi ſuprà. *Inter Medinam & Mare intereſt ſpatium trium dierum, & Algiar eſt portus ipſius.* Egræ meminit Plinius in oppidorum cenſu quæ in Arabia diruit Ælius Gallus. Lib.6.c.28. In Ptolemæo Ἔγρα urbs eſt Mediterranea. Πινακόγραφοι perperam *Negran* ſcribunt; neque enim ibi fuit Negran, ſed in Arabia interiore. At quæ Stephano eſt *Egra* & Arabibus *Algiar*, Ptolemæo eſt *Arga.* Illi nimirum *Arga* eſt urbs maritima è regione Jathrippæ, cujus nomen perperam ſcriptum *Lathrippa* & *Laorippa.* Itaque corrigendus hic error tam in Græco textu quàm in Tabulis. *Jathrib* eſt urbs terrea, nomine facto ex תראב *thurab*, id eſt, terra: habet enim *mœnia & aggeres ex humo*, id eſt, terreos, ut legere eſt in Vartomano. Ad Auſtrum Jathrippæ in Ptolemæo eſt *Macoraba*, id eſt, מכה רבה *Mecca* Navig.l.1.c.11. *Rabba*, ſeu *Mecca magna*, interjecto amne Bætio qui hodiè ודי אלעקיק *Wadi-lakik*, fluvius Sapphiri. Mecca magna dicitur vel abſolutè, vel διακριτικῶς; ut המת רבה *Emath magna*, id Sic Merodac. eſt, *Antiochia*, propter alteram minorem, nem- Eſ 19.1. Be- pe Epiphaniam, ut cenſet Hieronymus. *Mec-* rodac 2. Reg. 20 12. *cha* etiam בכה *Beccha* dicitur apud Giggeium בתן & alios; vel ex permutatis literis labialibus, ut & ſępe fit, vel ex idolo *Beccha*, aut *Baccha*, ibi culto. מתן Euthymius in Maomethicis cap. 8. τὸ Βαχχᾶ, Γερμανικὴ καλούμενον, εἴδωλον, ὅπερ αὐτὸς προσκυνήματος παρατηρήματος ὀνομάζει τις, ἀθλίως βαρβάρους προσκυνεῖν ἐκέλευσε. *Idolum Baccha, Iſmakech dictum, quod ipſe numen obſervationis appellat, miſeros barbaros adorare juſſit.* An Baccha idem qui Bacchus, Deus Arabum, quem alii Οὐροτὰλ *Urotal*, alii Δουσάρην Herod. Heſych.

 Duſarem

Duſarem appellarunt? Nil quicquam obſtat in בבה *Baccha* fœminina terminatio. Nam & Hebræum קוהלת *koheleth*, id eſt, Eccleſiaſtes, & Arabicum חליפה *chalipha*, id eſt, Imperator, ſunt fœmininæ terminationis. Et Arabes aſſerunt id pertinere ad dignitatem. Quid quod Orpheus Hymno in Myſen Bacchum appellat,

* —— ἄῤῥητον ἄνασσαν,
Ἄῤῥενα καὶ θῆλυν, διφυῆ λύσειον Ἴακχον.

Quia Bacchus credebatur eſſe utriuſque ſexûs.

Sed ut redeam ad *Chuſæos* ſeu Saracenos, gentem jam olim fuiſſe præpotentem inde conſtat, quòd ex ea ſub Rege Zara armatorum prodierint decies centena millia, 2. Par. 14:9. Ut de Tirhaka taceam quî Sennacheribi copias ultrò laceſſere auſus eſt, 2. Reg. 19: 9. Merito igitur Nahum. 3: 9. כוש עצמה *Chus valida* deprædicatur. Tamen in ſummo contemptu fuiſſe apud pios probant hæc Amos 9: 7. *Nonne ut filii Chuſæorum vos mihi eſtis, filii Iſrael? dicit Dominus*; id eſt, viliſſimi & abjectiſſimi. Unde eſt, quod κατ' ἐξουθενισμὸν uxorem Moſis Maria & Aaron Chuſitim potiùs quàm Madianitidem vocant, Num. 12: 1. Atque id ipſum Judæi ſibi volunt, cùm Cuthæorum nomine traducunt Samaritanos. Cuthæos enim probavimus eoſdem eſſe cum Chuſæis. Interim horum etiam vocatio diſertis verbis prædicitur, Pſal. 68: 32. & 87: 4. Atque id demum impletum eſt cùm Saracenorum Regina Mauvia & Rex Alamundarus, illa Valentiniano, hic Anaſtaſio imperantibus, cum magna parte gentis Chriſtianam fidem amplexi ſunt. Sed haud multò pòſt, ſub Heraclio, ſequuta eſt horribilis defectio incentore Mahumetho.

Memoria nominis כוש *Chus* apud Arabes planè periit. Tamen hodièque uſurpant nomen כשכשה *chaſchaſa* inde deductum, geminatis radicalibus. Quomodo ex Hebræo חול *chul* derivatur חלחלה *chalcala*. Illis ſcilicet אלכשכשה *alchaſchaſa* eſt migratio ad Arabiſmum, quâ peregrinus in illam gentem inſeritur & adoptatur. Ita explicatur in Giggeio. Itaque ut מתיהדים *Muhjehudim*, ſeu οἱ Ἰουδαΐζοντες, Eſth. 8: 17. ſunt qui ex Ethniciſmo tranſeunt ad Judaiſmum; ita planè מתכשכשים ſunt, qui ex alia gente ad Arabum regionem & mores ſe transferunt.

Unum habent quod opponant, qui volunt nomine כוש *Chus* Æthiopes ſignificari; nempe Jeremiæ ἐπιφώνημα, c. 13. v. 23. *Nunquid mutabit* כושי *Chuſæus cutem ſuam, aut pardus maculas ſuas?* Quod conferunt cum adagiis Veterum, Αἰθίοπα σμήχεις, & Αἰθίοπα σμήχειν ἐπιχειρεῖ, & Αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται, ut probent de iiſdem populis utrobique rem eſſe. Sed eo argumento parum nitetur quiſquis veros Chuſæos, id eſt, Saracenos, de facie noverit. Utut enim Saraceni non ſint omnino nigri, nigricantes tamen ſunt & coloris ſubfuſci. De Judæis dicitur in Gloſſa Miſnæ, Tractatu Sanhedrin, fol. 18. 1. הן כאשכרוע לא שחורים ולא לבנים *ſunt ut buxus nec nigri nec albi*. Cujus coloris ratione ἐκωμῳδεῖτο Chærephon Philoſophus, & vocabatur πύξινος *buxeus* propter faciem ſublividam. Et Maximinæ vetulæ dentes buxeo concolores Martialis ita deridet, lib. 2. Epigr. 34.

Schol. Ariſtoph. in Nub. Act. 1. Scen. 6.

Et tres ſunt tibi Maximina dentes,
Sed planè piceique buxeique.

Is ſi fuit color Judæis, Saracenos credibile eſt vicinioris ſyderis vaporem inficere multo magis. Sed nihil opus argumentis, cùm habeamus teſtes αὐτόπτας. Ludovicus Vartomanus, qui Meccha degit diu, illos deſcribit his verbis: *Staturâ ſunt deſpicabili parvâque, color eſt inter fulvum & nigrum.* Hunc colorem ipſi Arabes אחצר *achdar* vocant, & nocti tribuunt. Giggeius; אחצר אלליל *nigra valde fuit nox, vel obſcura*: אלאחצר *Mauri Arabes*, אלחצר *quidam Arabes nigri*. Hi ſunt illi Arabes, de quibus Hiſtoria Saracenica lib. 1. c. 5. p. 41. ubi Abubecrus ex Ægypto ejeciſſe legitur חריתא Harithæos, qui ſunt מן אסור אלערב *à Nigris Arabum*. Itaque non de nihilo eſt quod ערבי (*Arabi*) Arabs, ערב (*ereb*) veſpera, & ערב (*oreb*) corvus ſunt ab eadem radice. Nec deſunt, qui Arabes ab Homero Ἐρεμβοὺς dici volunt, quaſi Ἐρεμνοὺς vel Ἐρεβεννοὺς, id eſt, nigros. Vide Strabonem & Magnum Etymologicum. Tamen veroſimilius eſt tam Erembos quam Arabes fieri ab Hebræo ערב, id eſt, *Arabia*, quod promiſcuè legitur ערב *Arab* vel ערב *Ereb*, ut patet conferenti loca 1. Reg. 10; 15. & 2. Chron. 9: 14. Ergo Arabes ab *Arab*, & ab *Ereb* Erembi dicti, inſerto μ epenthetico. Similis origo nominis קדר *Kedar*, à quo *Kedareni* Arabes, (*Cedrei* Plinio, & Uranio Κεδρανῖται) qui Pars erant Saracenorum. Nam Hebraicè verbum קָדר ſignificat obtenebrare, & nigrorem contrahere propriè à Sole. Unde Jobi querela c. 30. v. 28. קדר הלכתי בלא חמה *ater ambulavi etiam ſine Sole*, id eſt, etiamſi me non inſuſcaverit, tamen mœror quo conficior me totum decoloravit. *Kedar* igitur id ipſum quod Gallis *hâlé*, qui Solis ardore peruſtus eſt atque inſuſcatus. Cujuſmodi fuiſſe Kedarenos conſtat vel ex Sponſæ verbis in Cantico Solomonis, *Negra ſum, &c. ut tentoria Kedar*, id eſt, juxta Chaldæum Interpretem, כבני דכוש דשרין במשכני קדר, *ut filii Chus, qui habitant in tentoriis Kedar*. Ubi rurſus id notandum, filios Chus & Kedareos promiſcuè uſurpari. Ex his conſtat plus ſatis Saracenis apprimè convenire hæc Jeremiæ: *An mutabit Chuſæus pellem ſuam?* Tamen ferri poteſt Verſio Gallica, quæ habet? *Le More changera-il ſa peau?* Quippe etiam Saracenis Maurorum nomen tribuunt Hiſtorici recentiores, imprimis qui ſcripſerunt res à Saracenis geſtas circa tempora Caroli Magni. Lucas Tudenſis in Chronico apud Baronium: *Poſthac Mauri* (Saraceni) *totam ferè Hiſpaniam, atque Provinciam, Burgundiam, & Pictavium, ferro flammâque attritas ſuo dominio mancipârunt.* Item; *Froilanus Maurorum ducem Galleciam invadentem vicit glorioſa victoriâ, caſis ex Saracenis quinquaginta quatuor millibus.* Item: *Aurelius infamem illam conditionem ſubire non renuit, ut numerum quendam Chriſtianarum virginum loco tributi quotannis Maurorum regi ſolveret, &c. & decretum ut nobiles Hiſpaniæ mulieres matrimonio jungerentur cum Saracenis.* Item anonymus author ſui temporis ſcribens Annales, à quibus Regino & alii; *Hoc eodem anno adverſus Mauros Carolus duce Burcharde, claſſe immiſſa in Sardinia atque Corſica adverſus eos, pugnavit, atque iterum profligavit, qui iidem Saraceni & aliis in locis pugnando tulêre poſteriores.* Plura vide de Chuſæis in Paradiſo Noſtro.

Navigat. lib. 1. cap. 8. — *Plin. 5. 11.* — *Apud Stephan.* — *Cant. 1. 5.* — *Ad A. 716. §. 15.* — *Ad A. 757. §. 10.* — *Ad A. 7?. §. 32.* — *Ad A. 807. §. 4.*

CAPUT III.

Filii Chus.

Ex Veterum ſententia filii Chus in Africa. Joſephi hallucinationes. Eorum ſitum Hieronymus profitetur ſe ignorare. Chaldæus etiam & Arabs Interpretes in meris tenebris verſantur. In utroque multa explicata. *Phacuſa* unde dicta. Lentes Peluſiacæ. Omnes Chuſi filios præter Nimrodum habitaſſe circa Mare Perſicum.

Chuſi filii ſex, *Seba, Chavila, Sabta, Rhegma, Sabteca*, & *Nimrod*; & ex *Rhegma* nepotes duo, *Sçeba* & *Dedan* à Moſe recenſentur. Horum plerique Veteres, cùm in Africa ſedes quæſiverunt, toto cœlo aberrarunt. Ex utroque Sçeba Sabæos Joſephus indiſcriminatim deducit, id eſt, Meroitanos. Quippe Meroës nomen vetus aſſerit fuiſſe Saba. Tamen

men de thurifera Sabæa intelligit Hieronymus. Cur iidem ex Chavila Getulos, & ex Sabatha Aſtabarros derivarint, non puto aliam habuiſſe rationem quàm alluſionem nominum, quæ tamen valde eſt remota. Pro Rhegma & Sabteca Joſephus Rhomum & Sabactam ſcribit, & patres facit Rhomæorum & Sabactenorum, qui populi nuſquam ſunt. Maluit Hieronymus ignorantiam ingenuè profiteri. *Rhegma*, inquit, *& Sabathaca paulatim antiqua vocabula perdidêre, & quæ nunc pro veteribus habeant ignoratur.* Dedanis item poſteros uterque locat in Occidentali plaga Æthiopię. Sed pro Dedane & Dedanæis Judam & Judæos perperam ſcripſit Joſephus.

Arabs nuperæ editionis è nominibus filiorum *Chus* ſolùm *Seba* & *Nimrod* invariata rętinet, cætera mutat pro libidine. *Havila* in זוילה *Zavila* propter ſoni vicinitatem: *Sabta* in זגאוה *Zogava: Raama* aut *Rhegma* in אלפאקו *Alphaca: Sabtheca in* אלדמס *Addams* vel *Aldams: Sçeba* & *Dedan* in אלסנד *Aſſind* vel *Alſind* & אלהנד *Alhind*, id eſt, Indiam & Sindiam quæ eſt in ora Indiæ. Reliqua vel ſunt Ægypti, vel prope Ægyptum. *Zavila* & *Zogava* ſunt Marmaricæ loca, Ptolemæo *Zagylis* & *Zygis*. De *Zavila* ſæpe meminit Geographus Nubienſis, Clim. 2. &. 3. part. 3. *Alphacu*, Giggeio & Guill. Tyrio פאקוס *Phacus*, Ptolemæo *Phacuſa*, Straboni *Phaccuſa*, Stephano *Phacuſſa*, Athanaſio *Phacuſa*, urbs in Ægypto fuit, Arabiæ Nomi metropolis, ad Bubaſticum ſeu Peluſiacum Nili alveum, à qua fuit initium foſſæ à Nilo ad mare Rubrum ductæ. *Aldams* Nubienſi Geographo דמסים *Damaſis* eſt Ægypti urbs in Delta ad præcipuum Nili alveum.

Obiter nota *Phacuſa*, ad Peluſiacum Nili alveum, nomen eſſe à lente, quæ Græcis φακὸς aut φακῆ: quia lens in iis locis copioſa & in precio. Virgilius lib. 1. Georg.

Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis.

Ad quem locum Servius; *Peluſium, unum eſt de ſeptem oſtiis Nili, ubi optima lens naſcitur, unde* καθ' ἐξοχὴν *locutus eſt.* Martialis lib. 13. ep. 9.

Accipe Niliacam Peluſia munera lentem.

Auſonius Idyl. 12.

Et Peluſiaco de ſemine plana teres lens.

Planam & teretem dicit, quia *duo genera ejus in Ægypto, alterum rotundum nigrinſque, alterum ſuâ figurâ*, Plin. lib. 18. cap. 12. Inde Alexandrini *σύντροφοι τοῦ φακίνου βρώματος lente plurimum veſcebantur:* & tota urbs πλήρης φακίνων *plena lenteorum*, teſte Cynulco apud Athenæum lib. 4.

E Chaldæis Jonathan Chavilæ aſſignat הינדקי *Indiam*, Rhegmæ modò לובאי *Lybes*, modò מוריטנוס *Mauritanos*, Sabtecæ זינגאי *Zinguis*, Sçebæ זמרגד *Smaragdum* montem in Ichthyophagis, Dedani מזג *Mazaces* vel *Mazaces* populos Mauritaniæ. Qui ſint סינראי *Sinræs* pro Seba, & סכדאי *Sebdæs* pro *Sabatha* divinare non poſſum. Nam de Armeniæ Sinera vel Sinoria, & Sibda oppido prope Halycarnaſſum, illum non puto cogitaſſe. Sed quicquid habuerit in animo, noſtrâ nil refert, cùm appareat illum in meris tenebris hîc verſari. Itaque his relictis, nos aſſerimus omnes Cbuſi filios, quos hîc nominat Moſes habitaſſe circa Mare Perſicum, pręter Nimrodum, quem Babylonem migraſſe teſtatur Moſes. Libet ſingula deſcribere initio facto à Sabtheca omnium remotiſſimo; ideóque minùs noto.

CAPUT IV.

Sabtheca סבתכה, Gen. 10: 7.

M & B in Oriente maximè permutabiles. Exempla multa. *Sabtheca* vel *Sabtbace*. Gr. *Samydace* Carmaniæ urbs. *Samydacus* Fl. Ptolemæus emendatus. Carmania quàm ferax, præcipuè vitibus: inde nomen. Ex Arabia in Carmaniam facilis navigatio. Fretum in medio quàm ſit anguſtum.

In Arabia & vicinis locis literę M & B ſunt maximè permutabiles. Hinc in libris Regum idem vocatur *Merodac-Baladan*, & *Berodac Baladan*. In Chaldęo Paraphraſte *Baſan* redditur בתנן *Bathnan*, & מתנן *Mathnan*: & אבנה *Abana*, Damaſci amnis, exponitur אמנה *Amana*. Et Arabibus בעדאד *Bagdad* & מעדאד *Magdad*; מכה *Meccha* & בכה *Beccha*; מרבאט *Merbat* & ברבאט *Berbat* eędem urbes; & Smaragdus modò זמרגד *Zamargiad* ſcribitur, modo זברגד *Zabargiad*. Et Gręcis Interpretibus *Libna* eſt *Lemna*; *Sobna*, *Somnas*, *Jabne*, *Jamnia*. Et genus ſerpentis ἀμφίσβαινα *amphisbæna* in Heſychio λέγεται καὶ διὰ τοῦ Μ ἀμφίσμαινα, *etiam per M dicitur amphiſmæna*. Hęc pręfari neceſſe habui, ne cui videatur inſolens, quòd *Sabtheca* vel *Sabthace* mutetur in Σαμυδάκην *Samydacen*. Samydace Stephano eſt urbs Carmanię cujus gentile Σαμυδακηνός. Eandem cum cognomine fluvio Samydaco deſcribit Marcianus Heracleota ad ſinum Paragonem in Carmanię Chelonophagis. Ubi & Ptolemæus, ſed depravatâ ſcripturâ. Nam in Gręco textu pro urbe *Samydace* legitur *Samycade*, & *Samydocus* fluvius, vel *Samyraces* etiam pro *Samydaco*. *Marcian. pereg. p. 31. Steph. in Σαμυδάκη. Ptol. l. 6. c. 8.*

Carmanię pars una deſerta eſt; altera, ad quam Sabthecam putamus appuliſſe, (ubi *Samydace* urbs & *Samydacus* fluvius) omnium arborum eſt ferax pręter oleam. Auro etiam & argento dives eſſe traditur, & ęre, & arſenico, & minio, & ſale, & frugibus perſicarum ęmulis. Sed Carmaniam nihil tantopere commendat quàm portentoſa vitium ubertas, quarum uvę ſolent eſſe bicubitales, grandibus acinis ac denſis. Ita habetur in Strabone: Γεώργια δ' ἔχει παραπλήσια τοῖς Περσικοῖς, τά τε ἄλλα καὶ ἀμπέλους, ταύτης δ' ἡ Καρμανία λεγομένη παρ' ἡμῖν· καὶ δίπηχυν ἔχει πολλάκις τὸν βότρυν, πυκνόρραγά τε ὄντα καὶ μεγαλόρραγα ἣν εἰκὸς ἐκεῖ εὐθρεπτοτέραν εἶναι. Et in Indicis Arriani, ὁρμίζονται δὲ ἐν Βαδὶς χώρῳ τῆς Καρμανίης οἰκεομένῳ, δένδρεά τε πολλὰ ἥμερα πεφυκότα ἔχοντι, πλὴν ἐλαίης· καὶ ἀμπέλοις ἀγαθαῖς. Et Plinius lib. 6. cap. 3. ubi de Carmania: *Inde vineas colo & arva*, &c. Ab hac vitium copia & pręſtantia כרמאן *Carman*, id eſt, Carmania videtur dicta. Chaldęis enim & Syris כרמא *carma eſt vitis*. Arabes ſcribunt כרמה *carama*, Hebręi כרם *cerem*.

In Carmaniam ex Arabia, unde oriundus erat Sabtheca, navigatio eſt facillima; Perſici enim Maris intermedii *oſtia adeò perhibentur eſſe anguſta, ut ex Harmazonta Carmaniæ promontorio contra oppoſitum aliud promontorium, quod appellant incolæ Maces, ſine impedimento cernatur.* Ita Ammianus lib. 23. Quibus conſona hęc Eratoſthenis de eodem mari apud Strabonem lib. 16. τὸ μὲν στόμα φησὶν εἶναι στενὸν οὕτως ὥστ' ἐξ Ἁρμόζοντος τῆς Καρμανίας ἀκρωτηρίου τὸ τῆς Ἀραβίας ἀφορᾶται τὸ ἐν Μάκαις. Tamen idem Strabo lib. 15. hoc ipſum oſtium tradit eſſe μεῖζον διάρματος ἡμερησίου, *majus quàm ut uno die transfretari poſſit.* Diei navigatio ferè centum eſt milliarium.

CAPUT V.

Rhegma רעמה, Gen. 10: 7.

Rhegma urbs & ſinus Arabiæ in Mari Perſico. De quibus Ptolemæus, Stephanus, & Ezech. 27: 22. Veterum & Recentiorum σφάλματα in illius ſitu.

Inſpice Ptolemæi Tabulas, ſupra oſtium Perſici Maris & ſinum Ichthyophagorum, ſtatim occurret urbs *Rhegama*. Sed reſcribendum eſt *Rhe-*

Lib.6.cap.7. *gma*, ut in Græco textu habetur: Εἶτα Ναρειτῶν Ῥέγμα πόλις, *poſtea Narıtarum Rhegma civitas.* Et in Stephano de Urbibus; Ῥῆγμα πόλις, &c. καὶ κόλπος Ῥῆγμα περὶ τὸν Περσικὸν κόλπον, *Rhegma urbs*, &c. *& Rhegma ſinus circa Perſicum ſinum.* De hac urbe ſic Ezechiel cap. 27. v. 22. *Mercatores Seba, & Rhegma, mercatores tui fuerunt, præſtantiſſimo quoque aromate, & omni lapide pretioſo, & auro locupletarunt nundinas tuas.* Pro *Rhegma* רעמה in Hieronymo *Raama*, in Vulgata *Reema*, in Græca Editione *Rhamma*, ſed in Theodoreto meliùs Ῥεγμᾶ *Rhegma.* Nam conditoris nomen, quod Hebraicè ſcribitur iiſdem planè literis, Gen. 10: 7. Veteres omnes conſtanter efferunt *Rhegma.* Itaque etiam in hoc nomine, ut in Gaza & Gomorrha, ע *Ajin* idem ſonat quod G. *Rhegma* ſive *Rhaama* fatetur Hieronymus ſe neſcire quæ regio ſit. Theodoretus putat gentem eſſe Indiæ vel Æthiopiæ. Vilalpandus Sabæorum eſſe epithetum, quo nihil alienius fingi potuit. Sed verus illius ſitus jam patet ex Ptolemæo & Stephano. De aromatibus & auro inde exportatis alibi dicetur.

CAPUT VI.

Dedan דדן, Gen. 10: 7.

Dedan non procul à Rhegma, hodiè *Daden.* Ejus ſitus. Inde *Daden* regio. De ea Ezech. 27: 15. Alia *Dedan* urbs Idumeæ, quam condidit *Dedan* Abrahæ nepos. Ezechiel de utraque. Pro *Dedan* Græcos legiſſe *Rhodan* perperam. Ea de re Vilalpandi error.

In eodem littore prope Rhegmam ad Orientem fuit urbs *Dedan*, hodiè *Daden*. Hanc deſcribunt Ortelius & alii Recentiores, medio ferè ſpatio inter fretum Baſoræ, id eſt, oſtium Maris Perſici, & Omanorum fluvium *Om*, qui *Lar* eſt Ptolemæi, & *Phalg* Geographi Nubienſis. Ab hac urbe, *Daden* dicitur etiam vicina regio. Odoardus Barboza in deſcriptione regni Ormuz; *Avanti nella detta coſta è un altra terra nominata Dadena*, &c. Ea videtur eſſe *Dedan*, quam condidit Dedan Rhegmæ filius, Gen. 10: 7. Quo pertinent hæc Ezechielis cap. 27. v. 15. *Filii Dedan inſtitores tui, inſulæ multæ negotiatio manus tuæ, cornua eboris & ebenum permutarunt pretio tuo.* Neque enim iis aſſentior, quibus hæc Dedan eadem eſt cum Dedan urbe Idumeæ mediterranea, de qua Jeremias cap. 25. v. 23. & 49. v. 8. cujus incolæ *Dedanim*, Eſ. 21: 13. & conditor Dedan alius, Abrahæ nepos, Gen. 25: 3. Omnino agit Ezechiel de urbe maritima, quæ vicinas habuit multas inſulas, unde in Indiam commoda fuit navigatio. Indicis quippe mercibus ſunt ebur & ebenus, quas merces cum Tyriis precio commutaſſe dicit tam Dedanæos quàm vicinos inſulares. Dadenæ, quam diximus, omnia conveniunt. Illi enim adjacent multæ inſulæ, & vicinum eſt oſtium Maris Perſici; à quo India proximè abeſt. Taceo Rhegmæ vicinam, quam Rhegma condidit pater Dedan. Et Sçebam fratrem mox docebimus in propinquo habitaſſe. Proinde idem Propheta cap. 38. v. 13. Sçebam & Dedanem jungit ut loca non remota. *Sçeba*, inquit, *& Dedan, & mercatores Tharſis*, &c. Hoc præcipuum, quod ne Dedan Perſici Maris cum Idumaica confundatur, utramque memorat Ezechiel in eodem capite 27. Illam verſu 15. quem citavimus, cujus merces ebur & ebenus: Alteram verſu 20. quæ, pro nobilibus illis cimeliis, nihil aliud Tyrum mittebat quam *ſegeſtria.*

Pro filiis Dedan Græci habent υἱοὶ Ῥοδίων *filii Rhodiorum*, qui pro דדן legerunt רדן *Rhedan* vel *Rhodan*, ut rectè monet Hieronymus, qui frequentiſſimus eſt error propter ſimilitudinem literarum *Res* & *Daleth.* Sic ſtatim ſequenti verſu pro כדכד *Chodchod* legerunt Χορχὸρ *Chorchor.* Vilalpandus tamen, ut Græcos ab hoc errore excuſet, ſibi fingit Rhodi priſcum nomen fuiſſe Dedan, quod proceſſu temporis in *Rhedan* vel *Rhodum* mutatum fuerit. Meræ nugæ. Nam ut cætera taceam, Tyrios nemo dixerit è Rhodiis comparaſſe ebur & ebenum, cùm ad loca, unde advehuntur, Tyriis quàm Rhodiis multò liberior fuerit acceſſus, quia Phœnices habuere portus ad Mare Rubrum, unde in ultimam Africam & in Indiam navigabant.

CAPUT VII.

De שבא *Seba vel Saba filio Rhegma*, Gen. 10: 8.

Seba & Sabæi vox valde homonyma. Sabæi Melæ prope oſtium Maris Perſici. Ibid. montes *Sabo*, *Aſabo* vel *Paſabo*. In Carmania *Sabis* urbs & Fl. & *Sabæ* populi. . Mahomet Dramku Sabæus ante ann. ferè 700 Armuzam condidit. Scripturæ loca de his Sabæis.

De Homonymia nominis Seba, vel Sabæorum, libro ſecundo egimus, & de Sabæis ad Mare Rubrum filiis Jectan, qui fuerunt omnium longè celeberrimi. Jam alii illi Sabæi ex ſtirpe Chuſi, quorum hic Scriptura meminit, ubi locorum ſedes fixerint conabimur jam aperire. Sabæos dicit Pomponius Arabiæ Fœlicis tenere *partem oſtio Maris Perſici proximam & Carmaniæ.* Lib.3.cap.8. Et in illo ipſo oſtio Carmaniis proximo recenſet Arrianus in Periplo ὄρη μέγιστα λεγόμενα Σαβώ, *montes maximos Sabo dictos*, tanquam à Saba. Ptolemæus ſcribit *Aſabo*, & Marcianus *Paſabo.* Sed utrobique manent veſtigia nominis Sabæ.

Hos Sabæos ut putem patrem habuiſſe שבא *Sabam* Rhegmæ filium & fratrem Dedanis, facit locorum vicinia. Nam urbs *Dedan*, hodiè *Daden*, proximè abeſt ab illo freto, & prope Dedan erat Rhegma.

Eoſdem veriſimile eſt per freti anguſtias trajeciſſe in vicinam Carmaniam, in qua *Sabin* urbem deſcribit Ptolemæus, Plinius *Sabin* fluvium, Dionyſius Periegetes *Sabas* populos vicinos Paſargadis.

Πρῶτα Σάβας, μετὰ τοὺς δὲ Πασαργάδας.

Sic ante annos circiter ſexcentos vel ſeptingentos ex Sabæ Regum proſapia oriundus Mahomet Dramku in Carmaniæ continentem & adjacentes inſulas traduxit magnam Sabæorum manum, & in inſula Voroctha Armuzam urbem condidit; Illi Armuzæ cognominem, quam in continente proximo deſcribunt Geographi veteres. Ita refertur in Chronico Regum Armuziæ, quod Perſicâ linguâ ſcripſit Armuziæ Rex Torunxa, & Hiſpanicâ reddidit Petrus Teixeira.

Quod prope omiſeram, de hoc שבא videtur agi in illis Scripturæ locis, in quibus cum שבא *Seba* per *Sin* jungitur סבא *Seba* per *Samech*, aut *Rhegma* aut *Dedan*, aut quis alius de ſtirpe Chus. Sic Pſal. 72: 10. *Reges Seba* (per Sin) *& Seba* (per Samech) *donum offerent*; Et Ezech. 27: 22. *Mercatores Seba & Rhegma mercatores tui fuerunt*; Et Ezech. 38: 13. *Sçeba, & Dedan, & mercatores Tharſis.* Eódem & hæc refero, Ezech. 27: 23. *Charan, & Canne, & Eden, mercatores Sçeba Aſſur & Chelmad negotiatrix tua.* Nam ibi de Sabæis agi Perſici Maris inde colligo, quod in unum faſciculum compinguntur cum Tigris & Euphratis accolis, qui in Mare Perſicum exeunt.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT VIII.

De altero Seba filio Chus, Gen. 10: 7. Hebr. סבא per Samech.

Om, *Oman. Lar, Phalg.* Seba pater Jemamitarum. Horum Regia *Hagiar* ſeu *Petra*, Plinio *Omanorum Petra Sabe*, non *Batraſabe*. Hi Sabæi proceri valde. Locus Eſaiæ ex Agatharchide explicatus. Vir menſuræ, id eſt, procerus. Chaldæus Eſaiæ Interpres hanc phraſim non intellexit. In horum nomen videntur conceſſiſſe Gerrhæi. Gerrhæorum opulentia. Nomen unde

Omanitis, quorum ſedes eſt circa *Om* amnem, qui *Lar* eſt Ptolemæi, & *Phalg* Arabum, ad Caurum confines eſſe Jemamitas Nubienſis docet his verbis; *Terra Oman ex parte Occidentali ad Septentrionem confinis eſt terra Jemama.* Hi genus ſuum referunt ad Sebam Chuſi filium, cujus nomen ſcriptum per Samech. Alcamus apud Giggeium; סבא *Seba vir quidam, qui tribus Jemamiticas collegit*, id eſt, qui gentem condidit. Jemamitæ tamen dicuntur pro Sabæis à Regina quadam Jemama in illis locis celeberrima. Horum urbs regia חגר *Hagiar*, id eſt, *Petra*, dicebatur. Geographus ibidem; *Terra Oman, &c. confinis eſt terra Jemama, è cujus urbibus eſt Hagiar modò diruta, quam tamen antea Regina Jemama ætatis ſuæ tempore inhabitabat.* Hæc Petra fortè eſt *Omanorum Petra Sabe*, de qua Plinius. Videtur enim ita legendum, non ut vulgo *Batraſabe.* Sic Petra dicatur, ut Arabicè *Hagiar*, à ſitu; & *Sabe* ex conditoris nomine, quomodo duæ Sabæorum urbes non procul à Mari Rubro.

Clim. 1. part. 6.

Plin. l. 6. c. 28.

Quod de Sabæis in genere dixit Agatharchides; τὰ σώματά ἐστι τῶν κατοικούντων ἀξιολογώτερα, *corpora eorum qui terram illam incolunt ſunt ſpectabiliora*, ad hos maximè pertinere docent hæc Eſaię verba de Sabæis per *Samech*, quorum pater Chuſi filius; סבאים אנשי מדה *Sabæi viri menſuræ*, id eſt, proceri. LXX. rectè ἄνδρες ὑψηλοί, & Vulgata *viri ſublimes*; & R. Selomo viri גוברי קומה *elatæ ſtaturæ*, & Kimchius, & Aben-Ezra, *viri menſuræ*, ſub. *magnæ.* Qua eadem phraſi Chananæi dicuntur אנשי מדות *viri menſurarum*, Num. 13: 32. Græcè ἄνδρες ὑπερμήκεις. Et Getthæus gigas איש מדון vel איש מדה *vir menſuræ*, Gręcè ἀνὴρ ὑπερμεγέθης, 2 Sam. 21: 20. & 1 Chron. 20: 6. & magna domus בית מדות *domus menſurarum*, Jer. 22: 14. Ut mirum ſit in hunc lapidem impegiſſe Chaldæum Interpretem, qui in Eſaiæ loco de Sabæis quem citavimus *viros menſuræ* accepit pro גברי דשחורא *viris negotiationis*, id eſt, negotiatoribus. Quales quidem fuiſſe Sabæos non diffitemur. Sed Propheta aliud voluit.

Cap. 50.

Eſ. 45. 14.

Hi Sabęi Veteribus ideò parum noti, quia illorum nomen aboleverunt Γεῤῥαῖοι ex Babylonia advenæ, de quibus Strabo; ἐν βαθεῖ κόλπῳ κεῖται πόλις Γέῤῥα Χαλδαίων φυγάδων ἐκ Βαβυλῶνος. *In profundo ſinu jacet urbs Gerrha Chaldæorum è Babylone exulum.* Item; πεζέμποροι δ' εἰσὶν οἱ Γεῤῥαῖοι τὸ πλέον τῶν Ἀραβίων φορτίων καὶ ἀρωμάτων. *Gerrhæi negotiatione ferè terreſtri diſtrahunt Arabum merces & aromata.* Item; Ἀριστόβουλος δὲ τἀναντίον φησὶ, τοὺς Γεῤῥαίους τὰ πολλὰ σχεδίαις εἰς τὴν Βαβυλωνίαν ἐμπορεύεσθαι, ἐκεῖθεν δὲ τῷ Εὐφράτῃ τὰ φορτία ἀναπλεῖν εἰς Θάψακον, εἶτα πεζῇ κομίζεσθαι πάντη. *Contrà ait Ariſtobulus Gerrhæos frequentius ratibus in Babyloniam mercatum proficiſci, atque inde per Euphratem merces Thapſacum navigare, poſtea quolibet itinere terreſtri ferri.* Et Agatharchides; οὐδὲν γὰρ εὐπορώτερον Σαβαίων καὶ Γεῤῥαίων εἶναι δοκεῖ γένος. οὗτοι πολύχρυσον τὴν Πτολεμαίου Συρίαν πεποιήκασιν, οὗτοι τῇ Φοινίκων φιλεργίᾳ κατεσκευάκασι λυσιτελεῖς ἐμπορίας. *Nullum hominum genus Sabæis & Gerrhæis opulentius eſſe videtur. Hi auro locupletarunt Ptolemæi Syriam. Hi Phœnicum ſedulitate lucroſiſſimas negotiationes dederunt.* Polybius apud Suidam; Κυρωθείσης δὲ τῆς ἐλευθερίας τοῖς Γερραίοις, ἐστεφάνωσαν παραχρῆμα τὸν Ἀντίοχον τὸν βασιλέα πεντακοσίοις ἀργυρίου ταλάντοις, χιλίοις δὲ λιβανωτοῦ, καὶ διακοσίοις τῆς λεγομένης στακτῆς. *Confirmatâ autem libertate Gerræis, coronarunt* (remunerati ſunt) *illico Regem Antiochum quingentis argenti, mille thuris, & ducentis ſtactes, quæ dicitur, talentis.* De Gerrhæorum opulentia plura vide apud Agatharchidem, & Strabonem, & Diodorum, qui Agatharchidis locum ſic citat, ut ſolis Sabæis tribuat quidquid ille conjunctim Gerrhæis & Sabæis. Pro Gerrhæis Ptolemęus & Polybius ſimplici R *Gerhæos* ſcribunt, quod propiùs accedit ad Hebręum גרים *gerim* & Chaldaicum גריא *geraja*: quomodo vocant advenas, quales erant illi Geręi.

Lib. 1. 6. p. 763.

Cap. 50.

In φωλίς.

Agath. ubi ſupra. Stra. lib. 16. p. 775. Diod. l. 3. p. 126.

CAPUT IX.

De שבא *Seba nepote Abrahami*, Gen. 25: 2.

Seba nepos Abraham habitavit prope Nabatæos in ipſo aditu Arabiæ Fœl. De eo locus Strabonis ab interprete perperam acceptus. Inde Sabæi in Jobi greges irruunt. Plura de illorum ſitu & latrociniis.

Prętcr duos illos Sebas, unum filium, alterum nepotem Chuſi, eſt & tertius Abrahami nepos, & quartus filius Joktan. Illius poſteri habitarunt & in ipſo aditu Arabię Fœlicis non procul à Nabatęis. Strabo; Πρῶτοι δ' ὑπὲρ τῆς Συρίας Ναβαταῖοι καὶ Σαβαῖοι τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν νέμοντες, καὶ πολλάκις κατέτρεχον αὐτῆς, πρὶν ἢ Ῥωμαίων γενέσθαι. *Primi autem ſuper Syriam Nabatæi & Sabæi Fœlicem Arabiam incolunt, & ſæpe in illam excurrerunt, priuſquam eſſet ditionis Romanorum.* Grandi flagitio interpres omiſit illud Πρῶτοι, *Primi*; vocem maximi momenti, quę docet prętcr Sabęos intimę Arabię, quorum alii Rubro, alii Perſico Mari vicini erant, etiam alios fuiſſe in Arabia Fœlici quidem, ſed Syriæ & Nabatęis proximos. Quod nos ſcire multum intererat. Quia aliter non poteſt intelligi, quod in Scriptura legitur, in armenta & greges Jobi, qui Auſitidis erat incola, Sabęos irruiſſe. Neque enim veriſimile eſt Sabęos ob æſtio Maris Perſici vel Arabici in Arabiam Deſertam excurriſſe ut greges abigerent. Sed neque Sabęi Jemamę prope Gerrhęos intelligendi; quia in Jobo legitur שבא non סבא. Quid igitur? Haud dubiè ſignificantur filii שבא Sçeba nepotis Abrahami, quos habitaſſe ad Orientem Hebron colligere eſt ex Gen. 25: 6. Atque ibidem Sabęos collocat Strabo in parte Arabię Fœlicis, quę Syrię confinis eſt & Nabatęis, quibus hoc commune fuit cum Sabęis quos dicimus; quòd utrique ad Abrahamum genus ſuum referebant. Nam ut Sçeba ex Jokſan, ita Nabatęorum pater Nebajot Abrahami nepos fuit ex Iſmaële, Gen. 25: 13. Atque inde per Arabię deſerta facilis fuit excurſus in Auſitidem, ἐπὶ τῶν ὁρίων τοῦ Εὐφράτου, (ut habetur in fine Jobi,) & Auſitas populos Ptolemęo non ignotos; niſi quòd pro Αὐσῖται, *Auſitæ*, perperam legitur Αἰσῖται in noſtris exemplaribus. Inſuper id notandum, hos Sabęos à Strabone ut graſſatores deſcribi; *Sæpe*, inquit, *excurrebant*, πολλάκις κατέτρεχον. ut ſcias fuiſſe hominum genus latrociniis infame, ut non multum laborare Satanam oportuerit in illis ad id impellendis, quo ſponte ferebantur. De Sabæis filiis Jectan. lib. 2. diximus.

Vide Gen. 25.

Ex Anglic. codice.

CAPUT

CAPUT X.

Sabtha סבתה, Gen. 10: 7.

Sabtha Veteribus *Sabatha* & *Sabathes*, primò incola & conditor *Saphtha* urbis Arabicæ; dein navigaſſe videtur in *Saphtham* Perſicam inſulam, & in Perſidem poſtmodum; & Meſſabatenæ, id eſt, Mediterraneæ Sabatenæ, nomen dediſſe. Alii Sabtæi in Perſidis & Carmaniæ confiniis per literarum trajectionem Stabæi dicti. Similes trajectiones Perſis frequentes. Tale Perſicum *Karda* pro *Kadra*, unde Cardaces. Et retiarii milites *Sagartii* dicti pro *Saragtiis*. Σαργάνη Græcum unde. Ex *Adir* Hebr. *Ard*, unde *Ardſchir*, *Ardwan*, *Artabanus*, *Artas* illuſtris, Ἀρτοξέρξης, Ἀρταῖοι. Item Οὐαρίζης pro Οὐιζέριοι vulgo *Veziros*. Et *Paſargadæ*. Perſis nomen ab equitatu & equis, quibus Cyro authore primùm aſſueverunt. Itaque Perſarum nomen tum primùm natum, quod olim *Cuth* & Elam. *Cephenum* & *Artæorum* fabuloſa nomina. Perſæ cur à Scythis *Chorſaci* dicti.

Sabtha סבתה, Veteribus *Sabatha* & *Sabathes*, videtur primam regni ſedem conſtituiſſe in Arabiæ Fœlicis Leanitis ad Mare Perſicum; ubi à mari paulò longiùs, in via è Gerrhæorum ſinu ad Arabiam Deſertam, Σαφθα urbs à Ptolemæo deſcribitur. Sed inde Sabthæorum vel Sabatæorum colonias mari tranſmiſſo in Perſidem migraviſſe argumento ſunt; Primo Σαῦθα *Sophtha* Perſica inſula in eodem Ptolemæo (Marciano Σαφθά,) quam Ortelius putat eſſe Pharam Ammiani lib. 23.

Secundo Meſſabatæ vel Maſſabathæ, à quibus Maſſabitica regio dicta, Plinio Meſobatene circa Mediæ Perſidis & Elymæorum confinia; voce, ni fallor, ex Chaldæo מצע *meſa*, id eſt, medio, & סבתה, ut Meſſabatæ dicantur quaſi Mediterranei Sabtæ: quia à mari longiſſimè diſtant, verſus Eulæi & Oroatis fontes ſiti. Ad Babylonis Septentrionem deſcribit Dionyſius Periegetes verſibus 1014. & 1015. Alii potiùs ad Ortum. Strabo l. 16. Maſſabaticam Elymæis adſcribit, & per eam è Media & locis Zagro vicinis in Elyma idem patere iter aſſerit. Plinius Eulæum ait in Medis ortum, & per Meſobatenem lapſum circuire arcem Suſorum: & Suſianis ab Oriente proximos eſſe Choſicos (aliis Coſſæos:) & ſupra Choſicos ad Septentrionem Meſobatenem ſub monte Cambalido. Meſabatas Ptolemæus ponit in Perſide infra Mediam, intermedia Sarçtacene. Hęc Meſſabaticę ſitum non patiuntur nos ignorare.

Tertiò in eadem Perſide circa Carmanię confinia ſunt alii Sabtęi à mari parum diſſiti, quos unius literę trajectione Stabęos appellat Ptolemęus. Sive is corruperit vocem, aut ipſi Perſę, quibus hanc μεταστοιχείωσιν non eſſe infrequentem docent pauca hęc exempla è multis. Cardaces à Perſis vocari militum genus poſt Strab. tradit Heſychius: Κάρδα γὰρ, inquit Strabo lib. 15. τὸ ἀνδρῶδες καὶ πολεμικὸν λέγεται, *Carda enim dicitur quod virile & bellicoſum eſt.* At Arabibus, à quibus Perſę vocem mutuati ſunt, virtus non dicitur *karda*, ſed קדרה *kadra*.

Herod. lib. 7. cap. 85.

Rurſus Perſę Sagartios appellant Nomadum genus, quos Perſis Herodotus, Ptolemęus Medis adſcribit. Horum equites, ut in gladiatoriis Romanorum ludis retiarii, pugione inſtructi, σειρῇσι πεπλεγμένῃσι ἐξ ἱμάντων, *reſtibus ex loris flexis*, ἐπεὰν συμμίσγωσι τοῖσι πολεμίοισι, βάλλουσι τὰς σειρὰς, ἐπ' ἄκρῳ βρόχους ἐχούσας, ὅτευ δ' ἂν τύχῃ, ἤν τε ἵππου, ἤν τε ἀνθρώπου, ἐπ' ἑωυτὸν ἕλκει· οἱ δὲ ἐν ἕρκεσι ἐμπαλασσόμενοι διαφθείρονται. *Cum congrediuntur cum hoſte, eas reſtes injiciunt in ſummo laqueos habentes, & ſive in equum aut hominem inciderint, eum ad ſe trahunt; illi autem retibus implicati conficiuntur.* Ab his equitum reſtibus & retibus populi Sagartii dicti ſunt pro Saragtiis. Hebręis enim סרג vel שרג *ſarag* eſt implicare, & idem verbum uſurpant Syri, Chaldæi, Arabes. Atque inde Syris סריג *ſerig* & Græcis σαργάνη eſt rete; ſportula item ex viminibus contextis, ut Arabicè שרגה *ſarga*; quomodo ſumit Paulus 2. Cor. 11: 33. Eadem ratione ex Hebræo אדיר *adir*, id eſt, illuſtri, magnifico, deducitur Perſicum ארד *ard* ejuſdem ſignificationis, unde componitur ארדשיר *Ardſchir* Artaxerxes, ארדואן *Arduvan* Artabanus, &c. Græci per T perperam ſcribunt, ſed rectè *magnum* exponunt & *illuſtrem*. Heſychius; Ἀρτὰς, μέγας καὶ λαμπρός. Herodotus Muſâ ſextâ; Ξέρξης, ἀρήϊος· Ἀρτοξέρξης, μέγας ἀρήϊος. Unde eſt quod veteres heroës *Artæi* dicebantur. Heſychius; Ἀρταῖοι, οἱ ἥρωες παρὰ Πέρσαις. Stephanus de Urbibus, in Ἀρταία· Ἀρταίους δὲ Πέρσαι, ὥσπερ οἱ Ἕλληνες τοὺς παλαιοὺς ἀνθρώπους καλοῦσι. Tale eſt, quod qui vulgo *Veziræ* & Οὐιζέριοι, etiam dicuntur Οὐαρίζης; ut apud Procop. de bello Perſ. lib. 1. καὶ στρατηγὸν ἄνδρα Πέρσην, Οὐαρίζην μὲν τὸ ἀξίωμα, *& ducem virum Perſam Varizem quidem dignitate.*

Sic etiam Paſargadas, vel Paſſargadas, dici conſtat pro Paraſgadis, voce facta ex פרסגד *Paraſgad*, id eſt, Perſicus exercitus. Paſſargadas enim in eo Perſidis loco condidit Cyrus, in quo Aſtyagem & Medos profligavit; atque inde appellavit Paſſargadas, id eſt, copias aut caſtra Perſarum. Ita teſtantur apud Stephanum vetus ſcriptor Anaximenes Alexandri Magni comes, & ex illo Diotimus: τὰς δὲ Πασσαργάδας ἔκτισεν ὁ Κῦρος ἐφ' ᾧ τότε παραταξάμενος Ἀστυάγην ἐνίκησεν, ὀνομάζεται δὲ ἡ πόλις διερμηνευθεῖσα Περσῶν στρατόπεδον. Hæc de nomine Paſſargadarum, Perſidis urbe, tam Aſtyagis clade quàm Cyri ſepulchro celeberrima.

At Perſis ipſis (ut & hoc obiter addam) nomen fuit ab equitatu, quo maximè valebant, equitare à teneris edocti. Herodotus; Παιδεύουσι δὲ τοὺς παῖδας ἀπὸ πενταέτεος ἀρξάμενοι, μέχρι εἰκοσαέτεος, τρία μοῦνα, ἱππεύειν, καὶ τοξεύειν, καὶ ἀληθίζεσθαι. *Liberos ſuos a quinto anno incipientes uſque ad vicesimum tria duntaxat edocent, equitare, ſagittare, & vera loqui.* Quâ tamen diſciplinâ primus illos imbuit Cyrus. Anteà enim, ut tradit Xenophon lib. 1. Cyropædiæ, ἐν Πέρσαις διὰ τὸ χαλεπὸν εἶναι καὶ τρέφειν ἵππους, καὶ ἱππεύειν, ἐν ὀρεινῇ οὔσῃ τῇ χώρᾳ, καὶ ἰδεῖν ἵππον σπάνιον. *In Perſis quia & equos alere & equitare difficile eſt, cùm montoſa ſit regio, vel videre equum rarum erat.* At Cyro ſic providente, ut narrat idem lib. 4. Perſæ ex peditibus equites facti equis deinceps ita aſſueverunt, ut ἴδοις ἂν, inquit, τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἑκὼν ὀφθείη Περσῶν οὐδαμοῦ πεζὸς ἰὼν, *nemo Perſarum vir bonus videatur ultro pedes ire uſpiam.* Cyrus enim leges tulerat, ut turpe eſſet, ſi quis illorum, quos equis inſtruxerat, φανῇ πεζῇ πορευόμενος, ἐάν τε πολλὴν, ἐάν τε ὀλίγην ὁδὸν δέῃ διελθεῖν, *videretur pedes incedens, ſive multum aut parum itineris eſſet conficiendum.* Itaque ex tam repentina mutatione factum, ut hæc regio פרס *Paras* & incolæ פרסאי *Perſæ* dicerentur, id eſt, equites. Arabicè enim פרס *pharas* eſt equus, & פארס *pharis* eques (ut Hebraicè פרש *paras.*) Porro vox eadem *pharis* etiam Perſam ſignificat. Inde eſt, quòd neque Moſes, nec libri Regum, nec Eſaias aut Jeremias, Perſarum meminerunt, neque quiſquam eorum, qui vixerunt ante Cyrum. At in Daniele & Ezechiele Cyro coævis, & in libris Paralipomenon, & Eſdræ, & Nehemiæ, & Eſther, &c. qui poſt Cyrum ſcripti ſunt, Perſarum eſt frequens mentio. Anteà veriſimile eſt Hebræa nomina כות *Chut* & עילם *Elam* magnam Perſidis partem incluſiſſe. In ea ſententia fuit Joſephus, qui Ἔλυμον & Ἐλυμαίους fuiſſe dicit Περσῶν ἀρχηγέτας, *Perſarum generis authores*; & Cuthæos dici Samaritanos, διὰ τὸ ἐκ τῆς Χουθᾶς καλουμένης χώρας μεταχθῆναι, αὕτη δ' ἐστὶν ἐν τῇ Περσίδι καὶ ποταμὸς ταὐτὸ ἔχων ὄνομα. *Quia è regione Cutha tranſlati ſunt, quæ eſt in* Antiq. lib. 1. c. 7. & lib. 9. cap. 14.

Per-

Digitized by Google

Perſide, aut fluvius ejuſdem nominis. Atque id multò eſt certius, quàm quod habet Herodotus lib. 7. Perſas olim à Græcis Cephenas dictos, & à ſe ipſis Artæos. Cephenum enim nomen à Cepheo non eſt verius, quàm Perſarum à Perſeo. Nec Artæi dicebantur niſi magnates aut heroës, ut dictum ſuprà; unde Artabazi nomen, & Artabani, & Artaphernis, & Artaxerxis, quod ipſe Herodotus exponit μέγαν, ἀρήιον. In Hellanico quidem legitur apud Stephanum; Ἀρταία Περσικὴ χώρα, ἣν ἐπώλισε Περσεὺς, ὁ Περσέως καὶ Ἀνδρομέδας; οἱ οἰκήτορες Ἀρταῖοι. Sed è fabulis petita hæc eſſe nemo non videt. Reperio & Chorſacos (ita legit doctiſſimus Salmaſius) vetus eſſe Perſarum nomen apud Plinium & Solinum; ſed à Scythis ſolùm uſurpatum, idque per retaliationem, ſi Solini mentem benè capio. *Scythas*, inquit, *Perſæ lingua ſuâ Sacas dicunt, & invicem Scythæ Perſas Chorſacos nominant.* Voce, ut apparet, ad Sacas alludente, quaſi Græcè dixeris Φυγοσάκας aut Σακοφόβους. Suſpicor enim hanc vocem tale aliquid ſignificaſſe: cùm Cyri in Scythia clades & Darii fuga Scythis juſtam cauſam ſubminiſtrarint Perſas his dicteriis & probris inceſſendi. De veteribus Perſarum inſtitutis vide Agathiam, lib. 2.

Plin. l.6.c. 17. Solin. c. 49.

CAPUT XI.

Chavila חוילה, Gen. 10: 29.

Pro *Chavileis Chaulothæos* ſcribi & *Chablaſios*, & *Chaulaſios*, & *Chalbaſios*, in Plinio *Chancleos*; reſcribendum *Chaveleos*. Tam multiplex ejuſdem vocis depravatio unde orta ſit. Chavilæi medii inter Nabatæos & Agræos. Agræi ſunt Agareoi, de quibus 1 Paral. 5: 10. & Pſ. 83: 7. Ubi Syrus & Arabs perperam habent *Gadarenos*, & Chaldæus *Hangaros*. Nabatæorum ſitum Veteres non rectè definiunt, ut neque Chavilæorum. Utriuſque probatio.

Apud Strab. l.16.p.656. l.5.c.11.

Sabthæ ſuccedit *Chavila*, Ptolemæo prorſus ignota, ſed cæteris non item; quamvis nomine tam deformato, ut pene ſugiat perſpicaciſſimos. Nam pro Chavilæis Eratoſthenes habet *Chaulothæos*, Dionyſius *Chablaſios*, Feſtus Avienus *Chaulaſios*, Priſcianus *Chalbaſios*. Plinius omnium optimè *Chaveleos* ſcripſerat, quod ſcribarum imperitia mutavit in Chancleos. Ex חוילת *Chavilat* in regimine, vel ex plurali חוילות *Chavilot*, facti ſunt *Chaulotæ*; ex *Chavila*, *Chaulas*, *Chablas* & *Chalbas*, unde *Chaulaſii*, *Chablaſii*, *Chalbaſii*. Hæc de nomine, jam de ſitu. Eratoſthenes apud Strabonem dicit Fœlici Arabię ab Heroum urbe Babylonem uſque adjacere Nabathæos, Chaulotæos, & Agræos. In Dionyſio iidem populi à Libano ad mare Perſicum eodem ordine proponuntur, Nabatæi nimirum, & Chablaſii, & Agrees. De Nabatæis filiis Nebajot primogeniti Iſmaël Gen. 25: 13. alibi dicetur. Agræi vel Agrees ſunt Agareni, Iſmaëlitarum portio, dicti ab Agar matre Iſmaël. Hebraicè vocantur הגרים vel הגריאים, 1 Chron. 5: 10. 19. 20. & Pſal. 83: 7. Ubi Syrus & Arabs Pariſinæ Editionis perperam habent Gadarenos, ſed Chaldæus multò abſurdius *Hungaros*. Eſdras habitaſſe dicit ad Orientem Galaad, & pecore tam ſuiſſe divites, ut iis cæſis Rubenitæ inde abegerint camelorum. L. millia & ovium CCLM. 1 Par. 5: 10. &c. Inter hos Agræos & Nabatæos ab Eratoſthene & Dionyſio ſtatui videntur Chaulotæi vel Chablaſii, id eſt, Chavilæi, ut diximus. Plinius itidem Scenitis, quos Agræos ſeu Iſmaëlitas eſſe jam docuimus, ab Oriente jungit Canchleos (Chaveleos) & Canchleis (Chaveleis) Nabatæos, quos in extremis ponit. Nempe veteri errore abductus, quo Nabatæam Petram creditum eſt verſus Babylonem eſſe. Ita ſtatuit Eratoſthenes; cùm Nabatæa Petra fuerit Ægypto multò propior inter Syriam & Ægyptum. Babyloniæ

Lib. 16. pag. 767.

igitur proximi non erant Nabatæi, ſed Chavilæi. Atque id ex Scriptura conſtat, in qua Sur deſertum prope Ægyptum, & Chavila opponuntur, tanquam Arabię termini ab invicem remotiſſimi. Sic Gen. 25: 18. Iſmaelitæ leguntur habitaſſe à Chavila uſque ad Sur è regione Ægypti. Et 1 Sam. 15: 7. Saul percuſſiſſe dicitur Hamalekitas à Chavila, donec venias ad deſertum Sçur, quod eſt è regione Ægypti. Sed de Chavilæis jam actum in Deſcriptione Paradiſi Terreſtris.

CAPUT XII.

Nimrod, נמרוד.

Nimrod Bacchus Veterum. Ab illo ſumpſit initium Poetarum ætas ænea. De quatuor ætatibus Poetæ cum Scriptura collati. Fabula de Saturno à Jove ex regno ejecto unde ſumpſerit originem. Nimrodi nomen à rebellione. Ninus habuit Arabum exercitum, id eſt, Chuſæorum, quibus indulta Suſiana, unde dicta *Chus* & *Chuth*, Gr. *Ciſſia*, Perſis *Chuzeſtan*. Fratres Nimrodi per ſaturam recenſiti. Nimrod ſeorſim et quorſum. Nimrod גבר *gibbor*, id eſt, potens. Eadem vox gigantem ſignificat, ut Chald. *Gibbar*, & Arab. *gabbara*; unde Gigas ille advectus ex Arabia qui Plinio *Gabbara*. Id ſequi Græcos Interpretes perperam. גבור ציד *potens venatione*. *Coram Domino* pertinet ad αὔξησιν. Proverb. *ut Nimrod potens venator*. Quomodo Scripturæ veritas teſtimoniis humanis firmari poſſit. Nimrod venationum prætextu collegiſſe juvenum manum quos talibus exercitiis ad belli labores induravit. Ferarum venationes militiæ rudimentum & præludium. Cyrus, Mithridates & plerique Heroes ita inſtituti. Bellum à belluis. Stemmata nobilium urſi, tigres, leones. Venatio cur olim maximè neceſſaria. Venatio Nimrodo gradus ad monarchiam. Regni initium in terra Sinhar, ex qua in Aſſyriam egreſſus ædificavit Ninivem. Verba Moſis ſic explicanda, contra quam plerique putant, probatur ſex rationibus. אשר pro לאשור phraſis Hebræis frequens. Nimrod *egreſſus in Aſſyriam*, nempe ut bellum inferret. Hebræos ita loqui paſſim. Arabes item. Exempla ex Elmacino.

Supra Chavilam eſt Babylonia, in qua regnavit Nimrod, etiam ipſe Chuſi filius. Libro primo probavimus eum fuiſſe Bacchum Veterum. Ab eodem initium ſumpſit tertia illa ætas, quam æneam Poetæ vocant. In prima enim regnavit Saturnus, id eſt, Noë, arvis nondum diviſis. Tibullus;

——— non fixus in agris, Tib. l. 1. Eleg. 3.
Qui regeret certis finibus arva, lapis.

Virgilius;

Nec ſignare quidem aut partiri limite campum Georg. 1.
Fas erat.

Hæc fuit aurea ętas, id eſt, centum anni, qui fluxerunt à Diluvio uſque ad Phalegum, quo naſcente terra diviſa eſt.

Succeſſit argentea ætas, quâ jam diviſis agris cœperunt homines terram colere, & de domibus ſibi proſpicere.

Tum primùm ſubiêre domos, &c.

Nempe eo ſęculo non modò privatę domus ſtructę, ſed & inſana illa moles Turris Babylonicę.

At tertia demum ętate Nimrod inſurgens, primò venator, mox bellator, vim ſuam à feris convertit in homines, & per tyrannidem imperium ſibi erexit. Hinc Virgilius;

Tum laqueis captare feras, & fallere viſco Georg. 1.
Inventum, & magnos canibus circundare ſaltus.

Et Ovidius;

Tertia poſt illum ſucceſſit ahenea proles,
Sævior ingeniis, & ad horrida promptior arma.

Et Heſiodus;

Ζεὺς δὲ πατὴρ τρίτον ἄλλο γένος μερόπων ἀνθρώπων
Χάλκειον ποίησ᾽ οὐκ ἀργυρέῳ οὐδὲν ὁμοῖον,

P Ἐκ μελιᾶν,

Ἐκ μελιᾶν, δεινόν τε καὶ ὄμβριμον, οἷσιν Ἄρηος
Ἔργ' ἔμελε στονόεντα δὲ ὕβριες.
Tertia deinde ætas ſummi Jovis edita nuta,
Vilior argento, de duro conſtitit ære.
Fraxinea & vehemens robuſtaque, Martis amore
In pugnas & bella ruens.

Tertiam hanc ætatem excepit ætas ferrea; in qua vivimus.

Ex eadem eſt origine fabula de Saturno à Jove ex regno ejecto: nam Jovis nomine intelligitur Jovis ſive Chami nepos Nimrod, qui Saturni, id eſt, Noachi, jugo excuſſo, imperium in homines uſurpavit. Atque ea rebellio ſignificatur nomine Nimrod, ſeu propheticum ſit nomen, ſeu poſt eventum inditum. Nam מרד, unde eſt *Nimrod*, eſt rebellare. Porro, cùm ſcriptores Ethnicos conſtet geſta Nimrodi patris referre ad Ninum filium, & illius uxorem Semiramidem; non temerè prætereundum eſt, quod in Diodoro habetur, Ninum Arabum exercitum ſibi comparaſſe, & ope Regis Arabiæ Babylonios ſubegiſſe. Nempe Nimrod erat Chuſæus; id eſt, Arabs, & concivium ſuorum ope ad imperium evectus eſt. Proinde in præmium virtutis Chuſæis ſuis indulſit Nimrod regionem Trans-Tigritanam, quæ ex illorum nomine כוש *Chus* Hebræis, & כות *Chuth* Chaldæis, & Κίσσια *Ciſſia* Græcis, & Perſis חוזסתאן *Chuzeſtan* dicta eſt, id eſt, provincia *Chus*.

Lib. 2. pag. 64.

Pertinet ad Nimrodi ὑπεροχὴν ſupra fratres, quod, poſtquam quaſi per ſaturam recenſuit Moſes cæteros Chuſi filios, de iſto ſeorſim agens, *Et Chus*, inquit, *genuit Nimrodum:* quâ figurâ in titulo Pſalmi 18. legitur David fuiſſe liberatus de manu omnium hoſtium, & de manu Saulis.

Quod addit, *Et Nimrod cœpit eſſe* גבור *potens in terra*, non probo quod ad ſtaturam corporis Græci referentes ita reddunt: οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς. *Hic cœpit eſſe gigas ſuper terram*, quamvis ex Hebræis idem ſentiant Onkelos & Baal Hatturim. Fateor quidem Hebræum גבור *gibbor* pro gigante poſſe ſumi, ut Chaldaicum גבר *gibbar*, & Arabicum גבאר *gabbara*. Unde eſt, quod *Gabbaram* vocabant gigantem illum Arabem, de quo Plinius; *Proceriſſimum hominem ætas noſtra Divo Claudio principe, Gabbaram nomine, ex Arabia advectum decem pedum & totidem unciarum vidit.* Sed Moſes videtur aliquid majus Nimrodo tribuiſſe, qui res geſſit maximas, non tam corporis quàm animi viribus; quarum ratione Ninum Diodorus ita commendat; γενόμενος γὰρ φύσει πολεμικὸς καὶ ζηλωτὴς ἀρετῆς, *cùm eſſet naturâ bellicoſus & virtutis ſectator.* Neque verò dixiſſet Moſes, ſi res eſſet de ſtatura corporis, *hic cœpit eſſe gigas*, ſed *hic primus fuit gigas.* Præterea nullus video, quid ſit *gigas in terra*, aut *gigas ſuper terram.* Omnino igitur reddendum *potens in terra.* Sic in ſequente verſu גבור ציד non debuit reddi γίγας κυνηγός, *gigas venator*, ſed δυνατός, vel ἰσχυρός; ut habet Scholiaſtes, βίαιος κυνηγός, *potens venator*, uno verbo Ζαγρεύς; quomodo id expreſſiſſe notavimus fabularum architectos. Sic neceſſariò vertendum patet ex nomine ציד *tſajid*; quod, cùm *venationem* ſignificet, *non venatorem*, non poteſt aliter cohærere cum voce גבור *gibbor*, quàm ſi גבור reddatur *potens.* Nam quis *potens venatione* rectè dicitur; *gigas venatione* non item. Πρὸς αὔξησιν additur *coram Domino.* Fuit *potens venatione*, id eſt, potens venator *coram Domino*, id eſt, quàm maximè potens. Ut *urbs magna Deo*, Jonæ 3: 3. eſt *urbs multò maxima.* Et Act. 7: 20. puer ἀστεῖος τῷ Θεῷ, *venuſtus Deo*, is dicitur, qui fuit maximè venuſtus & formâ elegans. Nam aliquid eſſe coram Deo dicitur, quod reverà tale eſt; quia Deus eſt homine longè perſpicacior, & rerum intima viſu ſuo penetrat, nec ejus judicium poteſt falli. Itaque, cùm Nimrod dicitur fuiſſe potens venator coram Domino, ſignificatur illum reverà fuiſſe talem, & Deum ipſum, quem nihil latet, neminem in terra vidiſſe cum ipſo conferendum.

Plin. lib. 6. cap. 16.

Unde factum, ut res cederet in proverbium, & vulgo diceretur de viro forti, *Eſt ut Nimrod, potens venator coram Domino.* Hoc proverbium accepit Moſes ex uſu vulgi ad confirmandam veritatem ſuæ narrationis. Tale quid vide Num. 21: 27. & 1. Sam. 10: 12. ubi in eundem finem proferuntur adagia vulgò recepta. Non quod Dei loquentis in verbo ſuo veritas his egeat tibicinibus, quibus fulciatur & ſuſtentetur: Dei enim teſtimonium, cùm ſit omni exceptione majus, per ſe eſt ἀξιόπιστον. Deo nihil accedit ex numero ſuffragatorum. Solus eſt inſtar omnium: tamen quia infirmi ſumus, ut omnem dubitandi anſam nobis præcidat, hominum teſtimonio quandoque uti non dedignatur. Itaque nobis ne ſit fraudi, quod ea, quæ tradit Moſes, illuſtrare conamur teſtimoniis undecunque conquiſitis; etiam ex Poëtis Ethnicis, qui vetuſtiſſimas hiſtorias fabularum ſuarum involucris ſæpe texerunt.

Nec fruſtra obſervat Moſes Nimrodum fuiſſe potentem venatorem. Sic enim docet, quâ viâ gradum ſibi fecerit ad Monarchiam. Nempe venationum prætextu collegit juvenum robuſtam manum, quam talibus exercitiis ad belli labores induravit. Neque id prætermiſſum à Diodoro, qui de Nino ſuo ſic habet; καταλέξας τῶν νέων τοὺς κρατίστους, γυμνάσας δ' αὐτοὺς πλεῖστον χρόνον, συνήθεις ἐποίησε πάσῃ κακοπαθείᾳ, καὶ πολεμικοῖς κινδύνοις, *armavit juvenum fortiſſimos, quos cùm multo tempore exercuiſſet, aſſuefecit ad omnem laborum tolerantiam, & ad bellica pericula.* Quod Ninum illos juvenes diu exercuiſſe dicit, referendum ad venationem,

---- opus utile famæ,
Vitæque & membris.

Horat. ep. lib. 1.

Nam quiſquis pedes vel eques aſſuevit luſtrare ſaltus, ut cubilibus excutiat feras, & in iis inſequendis ſuperare immenſa montium juga, & horrentibus ſcopulis gradum inſerre, ab hoſte perſequendo non facilè deterretur iniquitate loci, nec fatiſcit labore victus; & quâ induſtriâ, quo animo, quibus viribus aggreſſus eſt immanes feras, iiſdem utitur, cùm res poſtulat, ad debellandos homines. Itaque ab omni ævo creditum eſt militiæ rudimentum eſſe & quaſi præludium ferarum venationes. Xenophon de venatione; ἀληθεστάτη δοκεῖ αὕτη ἡ μελέτη τῶν πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι, *videtur hæc eſſe veriſſima rerum bellicarum meditatio.* Cicero; *Immanes feras & belluas naneiſcimur venando, ut & veſcamur iis, & exerceamur in venando ad ſimilitudinem bellicæ diſciplinæ.* Philo; τῷ μέλλοντι πολεμαρχεῖν καὶ στρατηγεῖν ἀναγκαιόταται αἱ περὶ τὰ κυνηγέσια μελέται. *Imperatori futuro neceſſaria ſunt venationum exercitia.* Athenæus; ἐπὶ κυνηγέσια ἐξιᾶσιν οἱ νέοι πρὸς μελέτην τῶν πολεμικῶν κινδύνων, *ad venationes procedunt juvenes, tanquam ad meditationem bellicorum periculorum.* Plinius in Panegyr. *His artibus futuri duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris curſu, cum audacibus robore, cum callidis aſtu.* Julius Pollux; ἔστι πολεμικῆς τόλμης μελέτημα, πρὸς ἀνδρείαν φέρον, ῥωμαλέον τε εἶναι γυμνάζει, καὶ ταχύν, καὶ ἱππικόν, καὶ ἀγχίνουν, καὶ φιλεργόν. *Eſt audaciæ militaris ſpecimen, ad fortitudinem utile, & exercitatione reddit robuſtum, & celerem, & equitandi peritum, & ſolertem, & laborioſum.* Inde eſt, quod Cyrus in Armenos moturus, belli gerendi rationem cum venatorum artibus longâ inductione confert. Et Perſarum Reges Xenophon in primo Cyropediæ Perſis præiviſſe teſtatur tam in venationibus quàm in bellis ineundis; adeóque Idem docet, ſtatim initio Cynegetici, veteris ævi heroas ple-

Cyrop. l. 1.
De Nat. Deor. l. 2.
De Joſepho p. 411.
Athenæus lib. 1. c. 19.
In præfat. lib. 5.
Cyrop. l. 2. in fine.

pleroſque omnes, Neſtorem, Theſeum, Caſtorem, Pollucem, Ulyſſem, Diomedem, Æneam, Achillem, &c. fuiſſe *μαθητὰς κυνηγεσιῶν, diſcipulos venationum*; Chirone illos venandi artem ſummâ curâ edocente, tanquam ad bellicam diſciplinam non parum profuturam. Quin & bellum à belluis Grammatici dictum volunt, quia prima bella fuerunt in belluas. Ex quo ipſo nobilitatem ſæpe ſumpſiſſe exordium, docent in nobilium ſtemmatibus urſi, tigres, leones, feræ alicujus proſtratę monumenta, &c. Non poſſum non addere de Mithridate locum inſignem ex Juſtini lib. 36. *Deverſis*, inquit, *montium regionibus pernoctabat, ignaris omnibus quibus eſſet locis, aſſuetus feras curſu aut fatigare aut proſequi, cum quibuſdam etiam viribus congredi. Quibus rebus & inſidias vitavit, & corpus ad omnem virtutis patientiam duravit.*

His de cauſis cùm venationis ſtudium in pretiò ſemper fuerit, tamen credibile eſt illud feciſſe multo pluris primos homines; qui cùm pauci numero, vagique & palantes eſſent, ſub dio plerunque degentes, aut in tabernaculis, ſine vallo & mœnibus ſe tuerentur ab inſultibus ferarum, maximè in Auſtrinis regionibus, Arabiâ puta & Babylone, quæ his portentis plurimùm ſcatent; magnam apud illos gratiam iniit Nimrod, cùm ſe oppoſuit malo longè latéque graſſanti, & multorum animos ſuâ fortitudine ſibi conciliavit. Quâ benevolentiâ fretus, & expeditâ manu juvenum, quorum operâ uſus fuerat ad ferarum venationes, auſus eſt majora moliri, & converſis viribus à feris in homines, imperium in vicinos populos uſurpare, Babyloniam ſcilicet & Suſianam, & Aſſyriam; quod poſteri deinceps non parum ampliarunt.

Regni porro principium fuêre Babylon, & Erech, & Chalne, & Acchad in terra Sinhar; ex qua in Aſſyriam egreſſus, ibi ædificavit Ninivem, & Rehoboth urbem, & Chalach; & Reſen, quæ eſt magna urbs inter Ninivem & Chalach.

Hæc eſt mens verborum Moſis verſibus 10. 11. & 12. Quorum qui medius eſt a pleriſque ita redditur: *Ex terra illa egreſſus eſt Aſſur* (Semi filius) *& ædificavit Ninivem*: quod à Prophetæ mente cur putem eſſe planè alienum has habeo cauſas non contemnendas. Primò, aliena eſſet hoc loco mentio Aſſuri filii Semi, quia hæc eſt genealogia filiorum Chami, non Semi. 2. Nec patitur ordo hiſtoriæ, ut Aſſuri geſta referat Moſes verſu 11. & nativitatem verſu 22. & ex abrupto memoret urbes ab eo conditas, quem anteà ne nominaverat quidem. 3. Præterea non fuit peculiare Aſſuri Semi filio, quod egreſſus eſt ex terra Sçinhar, cùm ex eadem prodierint penè univerſi homines, quos inde diſperſit Deus in omnes terras, Gen. 11: 8. Itaque nullus video quorſum velint hujus expoſitionis aſſertores Prophetam tam alieno loco de Aſſure id obſervaſſe, quod illi fuit commune cum toto humano genere. 4. Addo hæc optime cohærere & penè neceſſario nexu; Principium regni Nimrodi fuit Babel, &c. in terra Sçinhar; & Is inde egreſſus eſt in Aſſyriam, &c. Nam ideò principium regni vocatur Babylon, quia priori illi regno aliud adjunxit Nimrod, nempe Aſſyriam. Quod ſi neges, hiulca erit & pendula oratio Moſis, nec poterit colligi ex Sacro Textu, cur Babylon & terra Sçinhar dicantur fuiſſe principium regni Nimrod. 5. Nec leve eſt, quod Aſſyria vocatur terra Nimrod in loco Micheæ, quo bis idem dicitur diverſis
Mich. 5: 5. verbis: *Et depaſcent terram Aſſyriæ gladio, & terram Nimrod lanceis ejus*, aut ſi mavis, *in oſtiis ejus*. 6. Denique hiſtoria exotica, quam non puto temerè rejiciendam, receptæ interpretationi planè repugnat. Nam ex Cteſia Diodorus & alii docent Ninum & Babylonem ſtatim ab initio eoſdem habuiſſe dominos, & Belum illum, qui Babylone colebatur, fuiſſe Nini patrem, à quo Ninive nomen habuit. 7. Itaque habeo perſuaſiſſimum *Aſſur* hic hominis nomen non eſſe, ſed loci, ut Gen. 2: 14. & paſſim; adeóque verba Hebræa יצא אשור ita reddenda; *Egreſſus eſt in Aſſyriam*; ut אשור ſit pro לאשור, quomodo בית, 2 Sam. 6: 10. pro אל בית, quod habetur, 1 Chron. 13: 13. & ארץ, 2 Sam. 10: 2, pro אל ארץ, 1 Chron. 19: 2.

Nimrod porro dicitur egreſſus eſſe in Aſſur; nempe ad bellum inferendum. Id enim fert Hebræa phraſis. Sic 2 Sam. 11: 1. *Et fuit vertente anno, quo tempore egrediuntur Reges*, id eſt, *eo tempore quo ſolent Reges ad bella procedere*; quomodo interpretatur Hieronymus, rectè omnino; & ex Hebræis Selomo Jarchi, & R. Levi Ben Gerſom. Sic Zachar. 14: 3. *Egreſſus eſt Dominus, pugnavit in gentes.* Eſ. 42: 13. *Dominus ut robuſtus miles egreditur.* Pſal. 60: 12. *Non es egreſſus, ô Deus, cum exercitibus noſtris.* Eadem locutio frequens eſt apud Arabes. Sic Elmacinus hiſtoriæ Saracenicę pag. 16. Lib.1.c.1.
Egreſſus eſt, חרג. *Abubecrus juſtus contra Abaſenos & Dibanos.* Et pag. 22. *Egreſſus eſt Omar in Syriam.* Ib. c. 3.
Et pag. 63. *Egreſſi ſunt contra Hagagum*, nempe Ib.c.11.
ad bellum. Ita egreſſus eſt Nimrod in Aſſyriam; quæ cùm obtigiſſet Semi filiis, Nimrod è Chami ſtirpe nihil habebat in eam juris. Sed quod jure non poterat ſibi arrogare, id per vim uſurpavit.

CAPUT XIII.

Deſcriptio Babylonis.

Babylonis figura, ſitus, muri, turres, portæ, foſſa, ambitus, ædificatores, domus, vici, crepidines: muri & portæ ad Euphratem; lacus vicinus; pons lapideus, Regiæ duæ, [illegible], Acropolis; horti penſiles; Beli templum & turris; obeliſcus; porticus in qua jus dicebatur; ſuburbium Calliſtum, ubi Calanum ſe concremaſſe ſcribit Ælianus contra aliorum fidem. Babylonis quanta dignitas: de ea Scripturæ loca.

Babylon ראשית, id eſt, vel initium, vel caput regni Nimrod, urbs fuit immenſi operis, quadrata, in campo ſita, Euphrate interfluo, à quo dividebatur in duas partes ferè æquales. Murus latere coctili extructus, bitumine interlitus, quinquaginta cubitos altus, tam latus; ut quadrigæ inter ſe concurrentes tutò commeare poſſent. Hinc Jeremiæ 51: 58. *Murus Babylonis ille latiſſimus.* In eo turres CCL; denis pedibus, quàm murus, altiores; æreæ portæ centum: foſſa extrinſecùs latè patens. Ambitus CCCLXV. ſtadia complectebatur. Hominum ducenta millia ſingulis diebus ſingula ſtadia perfeciſſe leguntur, atque ea ratione totum opus unico anno ad umbilicum perduxiſſe. Domus intrinſecùs trium & quatuor contignationum; habitationes, minaci proceritate mirabiles, ſpatium duorum ferè jugerum à muris abfuêre. Vias rectas Euphrati parallelas tranſverſæ ad angulos rectos ſecabant, ab Ortu & Occaſu ad Euphratem deducentes, fluvium ſtadio latum; quem molis utrinque maximæ crepidines coërcebant. His ſuperſtructa mœnia, qualia in ambitu urbis, cum portis æneis totidem quot vici eò ferebantur.

Sed omnium operum magnitudinem ſuperabat lacus prope Sippara effoſſus, altus viginti ulnas; quadraginta paraſangas, ſeu quod idem eſt, ſtadia MCCLXXX. ambitu ſuo complectens, ad accipiendum impetum fluminis; quod, ubi appoſitæ crepidinis faſtigium exceſſerat, urbis tecta corripuiſſet, niſi fuiſſent ſpecus lacuſque qui exciperent.

Flumini incumbebat pons lapideus, latus XXX. pedes, cedrinis & cypariſſinis trabibus, & palmarum trun-

truncis contextus. Hic quoque inter mirabilia Orientis opera numeratus eſt. Quippe Euphrates altum limum vehit,

—— καὶ πολλὸν ἐφ' ὕδατι συρφετὸν ἕλκει. *Callimach. hymno in Apoll.*

Quo penitus ad ſundamenta jacienda egeſto, vix ſuffulciendo operi firmum reperiebatur ſolum. Arenæ igitur ſubinde cumulatæ, & ſaxis quibus pons ſuſtinetur annexæ, quæ morarentur amnem. Saxa ferreis repagulis ſunt colligata, liquefacto plumbo in commiſſuris infuſo.

Illo ponte jungebantur Regiæ duæ, in utraque fluminis ripa mirabili arte fabricatæ. Quarum una ad Orientem, ambitu triginta ſtadiorum, æneis Beli Ninique & Semiramidis ſtatuis valde inſignis. Altera ad Occidentem duplo vaſtior, triplici muro cincta, ſtupendæ altitudinis, cum diverſis animalium & venationum figuris ex latere ad vivum expreſſis. Macedones Πτερὰ vocarunt. Stephanus; τινὲς δὲ Πτερὰ ἐδέτιθεν τὴν ἀκρόπολιν Βαβυλῶνος.

Ibidem erat hortus penſilis, quadratus, ſedecim jugerum, ſummam murorum altitudinem exæquans, multarumque arborum umbra & proceritate amœnus. Saxeæ pilæ tanto oneri pares erant extructæ. Et ſuper pilas lapide quadrato ſolum ſtratum, patiens terræ, quam altam injecère, & humoris quo terrę rigabantur, aquâ antliis & tollenonibus, aliiſque organis pneumaticis, ex Euphrate hauſtâ. Adeóque validas arbores hæ moles ſuſtinebant, ut ſtipites earum octo cubitorum ſpatium ęquarent craſſitudine, & in quinquaginta pedum altitudinem eminerent, & tam eſſent frugiferę ac in nativo ſolo.

In urbis parte oppoſita fuit Beli templum ęreis portis, figura quadrata, duorum undecunque ſtadiorum amplitudine; in cujus medio turris illa, quam libro primo deſcripſimus. In eodem templo ſtatuę, & menſę, & ſellę, & carcheſia, & erateres ex ſolido auro fuêre, quarum pretium ex Cteſię ſupputatione ęquabat ferè quatuor aureos *milliones* monetę noſtrę.

Nec, cui locum eſſe voluerunt inter ſeptem orbis miracula, omittendus eſt obeliſcus in media platea erectus ad ſpectantium ſtuporem. Lapis fuit pyramidatus, in Armenia exciſus, & ſummo labore Babylonem advectus, pedum centum triginta longitudinis, & viginti quinque craſſitudinis.

Fuit & eximia porticus, in qua rex jus dicere conſueverat. Hujus fornix in formam clypei fabricata, & ſapphiris tota obducta, Deorum appictis imaginibus, cœli faciem referebat. Et aureæ jynges ſeu motacillæ quatuor, quæ ex teſtudine pendebant, Ἀδράστειαν ſignificantes; regem admonebant ne ſe ſupra hominem efferret. Ita habetur in Philoſtrato. Quod non capio ſatis: niſi voluerit fortunæ vices atque inſtabilitatem hujus avis perpetua circumactione deſignari. Κάλλιστον, Calliſtum, prætereo, ſuburbium Babylonis, ab elegantia ſic appellatum, ubi Calanum Indum extructa pyra ſe concremaſſe ſcribit Ælianus in variis. Sed aliis accedo potiùs qui rem in Perſide geſtam referunt; quia moriturus Calanus Alexandro dixiſſe fertur illum ſe μετ' ὀλίγον χρόνον ἐν Βαβυλῶνι ὄψεσθαι. Ita Plutarchus, vel ὅτι ἐν Βαβυλῶνι αὐτῷ ἐντυχὼν ἀσπάσεται, ut habetur in Arriano; quo ipſo ſignificatur Alexandrum Babylone tum abſuiſſe.

Hæc breviter de figura urbis nobiliſſimæ, quæ Dan. 4: 30. appellatur *urbs magna*: Eſ. 13: 19. *decus regnorum, gloria ſuperbiæ Chaldæorum*: Eſ. 14: 4. *aurea*: Eſ. 47: 1, 5, 7. *tenera & delicata, domina regnorum.* Jerem. 50: 23. *malleus univerſæ terræ.* Jerem. 51: 20. *Flagellum & inſtrumenta bellica ad diſſipandas gentes & perdenda regna.* Qui plura volet, Cteſiam, & Herodotum, & Beroſum, & Abydenum, & Curtium conſulat, & Philoſtratum; & è Recentioribus Tzetzem. Nobis enim non vacat in his immorari diutiùs.

CAPUT XIV.

De conditore Babylonis.

Babylonem à Semiramide eſſe conditam docet vulgus ſcriptorum poſt Cteſiam. Illi tamen Herodotus nullum aliud opus tribuit præter aggeres circa Euphratem; & hoc commentum refellunt Beroſus & Abydenus, in quibus Belus Babylonis eſt conditor. Et fatetur Curtius id à pleriſque credi. Hunc Belum confundit perperam Dorotheus cum Tyrio Belo, quem Herennius, aliis Byblius, Semiramide multo facit antiquiorem, quæ Phœnicum eſt vanitas. Sunt qui cœptum opus à Belo, à Semiramide perfectum volunt. Sed his ambagibus nihil opus, cùm hiſtoria de Babylone a Semiramide condita unius Cteſiæ fide citatur, qui cum Beroſo & Abydeno non conferendus. Belus idem qui Nimrod. Prius nomen à dominio, poſterius à rebellione, proinde ſuppreſſum à Chaldæis. Nabuchodonozor quo ſenſu glorietur ſe Babylonem condidiſſe. Muri Babylonis ab eo reparati, & Babylon ita exculta, ut gloriari potuerit ſe marmoream reliquiſſe, quam lateritiam repeririſſet.

Conditæ Babylonis gloriam Semiramidi adſtruunt Cteſias, Theocritus, Diodorus, Strabo, Dionyſius Periegetes, Trogus, Mela, Ovidius, Hyginus, Cephalæon, Solinus, Caſſiodorus, Lucius Ampelius, alii ſine numero. Tamen his omnibus antiquior Herodotus nullum aliud opus Semiramidi tribuit præter χώματα, id eſt, aggeres, quibus Euphratem coërcuit, anteà frequentiùs reſtagnare ſolitum; & Semiramidi Nitocrin præfert ut συνετωτέρην. Et apud Joſephum Beroſus, μέμφεται τοῖς Ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσιν, ὡς μάτην οἰομένοις ὑπὸ Σεμιράμιδος τῆς Ἀσσυρίας κτισθῆναι τὴν Βαβυλῶνα, καὶ τὰ θαυμάσια κατασκευασθῆναι περὶ αὐτὴν ὑπ' ἐκείνης ἔργα ψευδῶς γεγράφασι. *Culpat Græcos ſcriptores, ut qui vanè exiſtimaverint ab Aſſyria Semiramide Babylonem eſſe conditam, & miris fuiſſe ab eadem operibus exornatam falsò ſcripſerint.* Sic apud Euſebium Abydenus Belum aſſerit, Βαβυλῶνα τείχει περιβαλεῖν, *Babylonem muro cinxiſſe.* Et ingenuè fatetur Curtius lib. 5. ita credi à pleriſque: *Semiramis*, inquit, *eam condiderat; vel, ut plerique credidère, Belus, cujus regia oſtenditur.* Neque alia mens Dorothei Sidonii, vetuſti Poëtæ, quem in hæc verba citat Julius Firmicus: *Joſeph. lib. 1. con. Appion.* *Euſeb. 9. Præp.*

Ἀρχαίη Βαβυλὼν Τυρίου Βήλοιο πόλισμα.
Urbs Babylon vetus, à Tyrio quæ condita Belo eſt.

Quamvis in eo fallatur, quòd Tyrio Belo tribuit opus ipſâ Tyro multò antiquius. Nempe, quæ Phœnicum erat ἀδολεσχία & vanitas, ut ad Belum ſuum referrent tam vetuſtæ urbis originem, finxerunt illum Semiramidem præceſſiſſe multis ſæculis. Stephanus MSS ex Herennio, quem cum Philone Bybliensi eundem eſſe probat magnus Salmaſius; Βαβυλὼν, &c. κτίσμα Βαβυλῶνος, ἀνδρὸς σοφοῦ παιδὸς Βήλου σοφωτάτου, οὐχ ὡς Ἡρόδοτος ὑπὸ Σεμιράμιδος. Ταύτης γὰρ ἦν ἀρχαιοτέρα ἔτεσι χιλίοις δύο. *Babylon, &c. opus Babylonis viri ſapientis, filii Beli ſapientiſſimi, non, ut Herodotus, a Semiramide condita; quippe Babylon Semiramide antiquior fuit duobus annorum millibus.* Euſtathius in Dionyſium legit ſolùm, ἔτεσι χιλίοις ὀκτακοσίοις, *annis mille octingentis*; utrumque falſiſſimum. Belo enim Tyrio (de quo Philonem ibi agere nullus dubito, ut gentem ſuam à vetuſtate commendet) multo vetuſtior fuit Aſſyrius, id eſt, Nimrod; qui tamen Semiramidem paucis anteceſſit annis, ut quam ejus filius Ninus in uxorem duxerit. Interim ex illorum teſtimonio id habemus, Babylonem Semiramidis opus non eſſe, ſed Beli, quiſquis ille ſit. Unde Etymologus voce Βαβυλὼν: Εἴρηται δὲ ἀπὸ Βήλου τοῦ κτίσαντος αὐτὴν, ἀπ' αὐτοῦ.

αὐτῇ προσηγόρευσε. Κάλα (lege Βάλα בעלא) γὰρ καλεῖται τῇ Σύρων φωνῇ ὁ τῇ Ἑλλάδι Βῆλος.

Sunt qui, ut hanc litem componant, volunt à Belo inceptum opus perfeciſſe aut reparaſſe Semiramidem, aut Belum ſolam Acropolim; Semiramidem Babylonis mœnia condidiſſe. Ammianus Marcellinus lib. 23. *Babylon, cujus mœnia bitumine Semiramis ſtruxit; arcem enim antiquiſſimus Rex condidit Belus.* Oroſius lib. 2. cap. 6. *Babyloniam à Nimrod gigante fundatam, a Nino vel Semiramide reparatam multi prodidêre.* Hæc illi.

Sed nihil opus his ambagibus, cùm hiſtoria de Babylone à Semiramide condita unius Cteſiæ fide nitatur. Neque enim Diodorus, & Trogus, & alii, qui Cteſiæ ſuffragium afferunt, ullum alium habuerunt è vetuſtioribus hiſtoricis quem ſequerentur. At Cteſiæ fides doctis pridem cœpit eſſe ſuſpecta. Illum ſaltem nemo dixerit cum Beroſo conſerendum, ſacerdote Babylonio, viro magni nominis, cui ſtatuam inauratâ linguâ in publico gymnaſio Athenienſes erexiſſe Plinius author eſt. Sed neque cum Abydeno, quem æquè ac Beroſum hiſtoriam ſuam hauſiſſe conſtat ex vetuſtiſſimis Chaldæorum archivis & monumentis. Hi porro, & illos ſequuti plurimi, quos citavimus, rejectis Græculorum de Semiramide commentis, nullum alium à Belo Babylonis conditorem agnoſcunt: Moſi hac in parte concinentes, in quo Nimrodum eundem eſſe cum Belo Nini patre ratio temporum palam arguit. Nempe qui à rebellione, quâ vel in ſuperiores vel in pares inſurrexerat, dictus fuerat נמרוד *Nimrod*, id eſt, rebellis; idem à dominio בעל *baal* & בל *bel*, id eſt, dominus, poſt ſtabilitum imperium vocari cœpit. Quarum appellationum ſola poſterior in Chaldæorum monimentis ſervata eſt, priore obliterata, ut quæ videbatur ad ſui regis contumeliam pertinere.

Nabuchodonozor quidem, Dan. 4: 30. eo nomine gloriatur, quòd Babylonem condiderit. *Nonne*, inquit, *hæc eſt Babylon illa magna, quam ego ædificavi?* Sed paſſim apud Hebræos urbem ædificare is dicitur qui deſolatam reſtaurat. Quo ſen-
2 Par. 11:6. ſu Hebronem Roboam, & Ailam Azarias leguntur
2 Reg. 14:22. ædificaſſe, id eſt, novis ædificiis auxiſſe atque exornaſſe. Id ipſum Babyloni præſtitit Nabuchodonoſor, qui mœnia vetuſtate collapſa reſtituit, & urbis decori priſtino multum adjecit. A-
Joſeph. Antiq. l. 10. c. 1. Et in Apioni l. 1. Et Euſeb. l. 9. Præpar. bydenus; λέγεται, &c. Βῆλον Βαβυλῶνα τείχει περιβαλεῖν· τῷ χρόνῳ δὲ ἱκνεομένῳ ἀφανισθῆναι· τειχίσαι δὲ αὖθις Ναβουχοδονόσορον. *Fama eſt Babylonem Belum mœnibus cinxiſſe, quæ cùm tempus aboleviſſet, nova mœnia ſtruxiſſe Nabuchodonoſorum.* Beroſus; τήν τε ὑπάρχουσαν ἐξ ἀρχῆς πόλιν καὶ ἑτέραν ἔξωθεν προσχαρισάμενος καὶ ἀνακαινίσας, *urbemque Babylonis, quæ jam erat, nova altera addita cum exornaſſet & reſtauraſſet.* Itaque Nabuchodonozoro Babylon id ipſum de-
Sueton. in Aug. c. 29. buit, quod Auguſto Roma; quam excoluit adeò ut jure ſit gloriatus, marmoream ſe relinquere quam lateritiam accepiſſet. Quod tamen refert Dion, *οὐ πρὸς τὸ τῶν οἰκοδομημάτων αὐτῆς ἀκριβὲς, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῆς ἀρχῆς ἰσχυρὸν, non ad elegantiam ædificiorum, ſed ad imperii firmitatem.* Utut ſit, Babyloni veteri novam alteram adjecit Nabuchodonozor, & muro triplici utramque cinxit, atque aggeribus ita obſepſit, ut ne poſſet hoſtis Euphratem in perniciem urbis avertere; & hortos illos penſiles à Græcis tam decantatos fecit in uxoris gratiam, quæ cùm Meda eſſet genere, montiumque & nemorum aſpectu delectaretur, in campeſtribus locis virum compulit amœnitatem naturæ hoc artificio imitari. Hæc omnia legere eſt in Beroſi loco quem citavimus. Sed & in Abydeno quędam habentur explicatiùs: Nempe *Narmalcam amnem, qui divergium eſt Euphratis, & Acracanum divertiſſe, & in gratiam Sipparenorum foſſam effeciſſe, quæ in ambitu haberet paraſangas quadraginta, in altum viginti orgyas, & clauſtra appoſuiſſe quibus apertis irrigaretur ager. Ea ſepta appellari ὀχετογνώμονας, aquæductuum normas.* Hæc ideò protuli, cùm ut intelligat Lector, quo nomine jactet Nabuchodonoſor ſe Babylonem condidiſſe: tum ut pateat Cteſiæ vanitas, qui uni Semiramidi tribuit hoc quicquid eſt; ac ſi quis ad Romulum aut Numam referat Romæ amphitheatra & thermas & palatia, quæ Cæſares ędificarunt.

CAPUT XV.

De excidio Babylonis.

Babylon jactitabat ſe regnaturam in æternum, nec videbatur poſſe deſtrui. Tamen impleri oportuit Prophetarum minas, Pſal. 137. & Eſaiæ & Jeremiæ. Ejus hodiè nil ſupereſſe præter rudera, nec locum ullum eſſe in toto illo tractu minùs frequentem probatur ex Euſtathio, Benjamine & Teixeira. Partem Perſæ diruêre, partem tempus, partem Seleuciæ vicinia. Strabo & Pauſanias cum Megalopoli conferunt. Muri tum ſuperſtites, & paucæ domus. Notatur obiter Curtius. Muris ævo Hieronymi includebantur regiæ venationes. Nulli alii incolæ præter paucos Judæos apud Theodoretum. Euphrates etiam aliò derivatus. De Babylonis excidio Luciani vaticinium.

Babylon quamdiu fuit in flore, videbatur eſſe æterna urbs, nec ulla vi poſſe aboleri. Atque id ipſa de ſe jactabat, Eſ. 47: 7. *Dixiſti in ſempiternum ero domina.* Et verſ. 8. *Dicis in corde tuo, ego ſum; & non eſt præter me ampliùs: non ſedebo vidua, & ignorabo ſterilitatem.* Nempe ut verè Oroſius, illam *vel humano opere extrui potuiſſe, vel humana virtute deſtrui poſſe, utrumque pene incredibile apud mortales erat.* Tamen eventus tandem docuit non fruſtra eſſe quod Prophetę Babyloni toties minantur ultimam cladem. Pſal. 137: 8. *Filia Babel vaſtanda; beatus, qui tibi retribuet, &c.* Eſ. 13: 19. *Et erit Babylon, &c. ſimilis ſubverſioni, quâ Deus ſubvertit Sodomam & Gomorrham. Non habitabitur in ſæculum, &c.* Vide & Eſ. 14. & 47. & Jerem. 50. & 51. ubi eaſdem minas Dei nomine graviſſimis verbis ſæpe ingeminant Eſaias & Jeremias. Et verò tam vaſtæ urbis hodiè nihil supereſt præter rudera. Euſtathius in Dionyſium; τὴν δὲ εἰρημένην Βαβυλῶνα, μεγάλην ποτὲ γενομένην, ὕστερον ἐρημωθῆναί φασι, *dictam autem Babylonem, quæ magna olim fuit, tandem deſolatam eſſe dicunt.* Benjamin in Itinerario p. 76. *Inde Babel unico itinere diſtat; Hæc eſt antiqua illa Babel. Jam* החרבה *devaſtata, quæ plateis ſuis ad triginta milliaria extendebatur: quin hodièque ibi viſitur palatium Nabuchodonoſoris* חרב *vaſtatum,* ויראים בני אדם לכנס בו מפני הנחשים והעקרבים שיש בתוכו, *eòque homines ingredi verentur, propter ſerpentes & ſcorpiones, qui ſunt in medio ejus.* Ita ſcilicet prædixerat Eſaias cap. 13: v. 22. ותנים בהיכלי ענג, *& dracones in ejus palatiis voluptariis.* Teixeira in deſcriptione itineris ſui ab India in Italiam cap. 5. *Entramos per tierras de Meſopotamia, &c. dexando à la derecha el lugar y ſitio de la antiqua Babylonia, a dos leguas de diſtantia de laqual ſe veen pocos veſtigios, ges al lugar el menos frequentado de toda aquella region.* Id eſt: *In Meſopotamiæ terras ingreſſi ſumus, &c. relicto ad dexteram loco, in quo ſita fuit vetus Babylon, diſtante ſolùm duabus leucis. Hujus nihil niſi pauca ſuperſunt veſtigia: nec in tota regione locus ullus eſt minùs frequens.* Et quod mirere magis, factum id abſque externa vi. Nulla evidentior excidii cauſa Seleucię vicinitate. Plinius lib. 6. *In ſolitudinem rediit exhauſta vicinitate Seleuciæ, ob id condita à Nicatore intra nonageſimum* (lege quadrageſimum) *lapidem.* Strabo lib. 16. κατήρειψαν τῆς

πόλεως

πόλεως τὰ μὲν οἱ Πέρσαι, τὰ δ' ὁ χρόνος, καὶ ἡ τῶν Μακεδόνων ὀλιγωρία περὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν τὴν Σελεύκειαν ἐπὶ τῷ Τίγρητι πλησίον τῆς Βαβυλῶνος ἐν τριακοσίοις που σταδίοις ἐτείχισε Σέλευκος ὁ Νικάτωρ. *Partem urbis Perſæ diruerunt, partem tempus conſumpſit & Macedonum negligentia; maximè poſtquam Seleucus Nicator Seleuciam ad Tigrim condidit ſtadiis tantùm trecentis à Babylone diſſitam.* Hieronymus in Eſaiæ cap. 13. *Non habitabitur in æternum. Pro illa enim Seleuciam & Cteſiphontem urbes Perſarum inclitas fecerunt.* Tum tamen extabat adhuc, ſed magnâ ex parte deſerta. Strabo Babyloni ſuo tempore conveniſſe tradit, quod de Arcadiæ Megalopoli dixit Poëta Comicus:

Ἐρημία μεγάλη 'στὶν ἡ Μεγαλόπολις.
Eſt magna ſolitudo nunc Megalopolis.

Sed & Pauſanias in Arcadicis, poſtquam queſtus eſt Megalopolim, veteribus ornamentis ac priſtinis opibus amiſſis, magnâ jam ex parte inter ruinas & rudera jacere, ut magnarum urbium doceat hæc eſſe fata, etiam meminit Babylonis his verbis: Βαβυλῶνος δὲ ταύτης, ἣν τινα εἶδε πόλεων τῶν τότε μεγίστην ἥλιος, οὐδὲν ἔτι ἦν εἰ μὴ τεῖχος. *Illa autem Babylon, quas unquam Sol aſpexit urbium maxima, jam præter muros nihil habet reliqui.* Curtius è trecentis ſexaginta octo ſtadiis, quæ totius operis ambitus ex ipſius deſcriptione complectitur, nonaginta ſolùm habitari ſcribit, nec omnia contigua eſſe, quia tutiùs viſum pluribus locis ſpargi, cætera ſeri colique, ut ſi extrema vis ingruat, obſeſſis alimenta ex ipſius ſolo urbis ſubminiſtrent. Nempe ignorabat à paucis ſæculis ita deſolari cœpiſſe: & certo conditorum conſilio contigiſſe vult, quod ex mera neceſſitate factum. Maximus Tyrius, qui ſcripſit ſub Commodo, deſcribit jacentem. Κἄν τις (inquit Serm. 6.) αὐτόπτης γένηται Βαβυλῶνος κειμένης: *& ſi quis propriis oculis Babylon videt jacentem.* Hieronymi ætate nihil erat Babylon quàm vivarium aut ſeptus locus, in quo feræ paſcebantur. *Didicimus* (inquit in Eſ. 13.) *à quodam fratre Elamita, &c. venationes regis eſſe in Babylone, & omnis generis beſtias murorum ejus tantum ambitu coërceri.* Et in Eſai. 14. *Exceptis muris coctilibus, qui propter beſtias concludendas poſt annos plurimos inſtaurantur, omne in medio ſpatium ſolitudo eſt.* Theodoretus in idem caput dicit inibi habitaſſe paucos quoſdam, eoſque nec Aſſyrios, nec Chaldæos, ſed Judæos: Νῦν αὐτὴν οἰκοῦσιν ὀλίγοι τινὲς, οὔτε Ἀσσύριοι, οὔτε Χαλδαῖοι, ἀλλὰ Ἰουδαῖοι; & in Jer. 52. ὀλίγας γὰρ ἔχει οὖν οἰκίας, καὶ ταύτας ἐσκεδασμένας. Idem in cap. 50. Euphratem, qui mediam alluebat, aliò divertiſſe ſcribit, nec niſi tenuiſſimum ejus incile per rudera ferri: ἐτέτραπτο, inquit, εἰς ἑτέραν ὁδὸν, σμικροτάτη δὲ διῶρυξ διὰ τῶν ἐρειπίων ἐδόνει. Per hos gradus tandem devenit Babylon ad extremam illam deſolationem quam Prophetæ prædixerant. Atque id illi fatum imminere Lucianus in Charonte ita auguratur: ἡ Βαβυλὼν δέ σοι ἐκείνη ἐστὶν ἡ εὔπυργος, ἡ τὸν μέγαν περίβολον, ἡ ἤδη πολὺ καὶ αὐτὴ ζητηθησομένη, ὥσπερ ἡ Νῖνος. *Babylon autem illa eſt multis turribus munita, magnoque ambitu mœnium ſepta, haud ita multò pòſt deſideranda & ipſa Nini inſtar.*

CAPUT XVI.

ארך, *Erech* vel *Arach*.

Erech non videtur eſſe Edeſſa, ut volunt Veteres, ſed Arecca Ptolemæi, & Ammiani Arecha. Unde Areccæi campi Tibulli. De iis locus inſignis Cl. Salmaſii. Idem eſſe Herodoti Ardericam vel Andericam. Suſa nimis à Tigri removit Ptolemæus, cùm unius diei itinere abſuerint. Ard-Erica, id eſt, magna Erica vel Arecha. *Erech* Hebræis longitudinem ſonat. Longiſſimam fuiſſe probatur. Hujus coloni, Eſd. 4, 9. ארכוי LXX. Ἀρχυαῖοι Vulg. *Erchuæi.*

In eadem terra שנער *Sinhar*, præter Babylonem metropolim, tres urbes extruxit Nimrod minùs celebres. Eæ ſunt *Erech*, *Acchad*, & *Chalne*. *Erech* & *Acchad* Veteres putant eſſe Edeſſam & Niſibin, quod parum eſt veriſimile; quia neque nomina conveniunt neque ſitus. Nam Edeſſa & Niſibis ſunt in ea Meſopotamiæ parte, quæ verſus Armeniam eſt à Babylone multùm diſſita. Sed *Erech* eſt Suſianæ urbs ad Tigrim; *Arecca* Ptolemæo; & Ammiano *Arecha*. *His tractibus*, inquit, *Suſiani junguntur, apud quos non multa ſunt oppida. Inter alia tamen eminet Suſa ſæpe domicilium Regum & Arſiana* (lege & Tarſiana) *& Sela, & Arecha.* Lib. 23. Doctiſſimus Salmaſius ad Solinum; *Ab illa Aracca vel Arecca Suſidis* Areccæi campi *Tibullo, in quibus Naphta, hoc eſt, liquidi bituminis fontes ſcaturiebant.* Pag. 1194. Edit. Pariſ.

Ardet Areccæis aut unda perhoſpita campis.

Ita legendum, non Arectæis (prout legerat Scaliger ad hunc locum.) *Aracca illa vel Arecca in confinio Suſianæ & Babyloniæ; ſed ad Suſianam pertinebat. In Suſiana autem Naphtæ liquidi fontes.* Strabo lib. 4. de liquido bitumine; ὅτι ἡ μὲν ὑγρὰ, ἣν καλοῦσι νάφθαν, γίνεται ἐν τῇ Σουσίδι, ἡ δὲ ξηρὰ δυναμένη πήττεσθαι ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ. *Unda perhoſpita Tibullo eſt naphta*, τὸ ἄγαν ξενίζον ὕδωρ, *ut pervesperi, paradoleſcens, peraſtutus, perinteger, pervirgo Ciceroni.* Plinius; *Naphta liquidi bituminis modò profluens circa Babyloniam. Arecca autem illa Arec dicitur*, Gen. 10. Hæc à Salmaſio hactenus; quæ non potui non exſcribere, quia plena ſunt eruditionis, & ad rem maximè faciunt. Unum addo Herodoti *Ardericam* vel *Andericam* idem videri oppidum cum *Erech* Moſis, & Ptolemæi *Arecca*, vel Ammiani *Arecha*. De Arderica vel Anderica bis meminit Herodotus; ſemel libro primo, cùm Nitocrim dicit Euphratem effoſſis incilibus ita tortuoſum reddidiſſe, ὥστε δὴ τρὶς ἐς τῶν τινα κωμέων, τῶν ἐν τῇ Ἀσσυρίῃ, ἀπικνέεται ῥέων. Τῇ δὲ κώμῃ οὔνομά ἐστι, ἐς τὴν ἀπικνέεται ὁ Εὐφρήτης, Ἀρδέρικκα. Καὶ νῦν οἳ ἂν κομίζωνται ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἐς Βαβυλῶνα καταπλέοντες ἐς τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν, τρίς τε ἐς τὴν αὐτὴν ταύτην κώμην παραγίνονται, καὶ ἐν τρισὶ ἡμέρῃσι. *Ut ter influat quendam Aſſyriæ pagum, cui nomen eſt Arderica, & qui nunc è mari per Euphratem fluvium navigantes Babylonem verſus ſubvehuntur, ter ad hunc eundem pagum applicent, idque tribus diebus.* Alter locus eſt libro ſexto, in quo de Eretrienſibus à Dario captis hæc habet: σφέας τῆς Κισσίης χώρης κατοίκισε ἐν σταθμῷ ἑωυτοῦ, τῷ οὔνομά ἐστι Ἀνδέρικκα, ἀπὸ μὲν Σούσων δέκα καὶ διηκοσίους σταδίους ἀπέχοντι, τεσσεράκοντα δὲ ἀπὸ τοῦ φρέατος, τὸ παρέχεται τριφασίας ἰδέας· καὶ γὰρ ἄσφαλτον καὶ ἅλας καὶ ἔλαιον ἀρύσσονται ἐξ αὐτοῦ. *Eos in ſuo Ciſſiæ regionis ſtathmo collocavit, cui nomen eſt Anderica: ducentis ac decem ſtadiis procul à Suſis, quadraginta autem à Puteo, qui triſarias exhibet rerum ſpecies. Bitumen enim & ſalem & oleum ex eo hauriunt.* His locis inter ſe collatis apparet Ardericam vel Andericam 1. pagum eſſe celebrem in Aſſyriæ regione Ciſſiâ, quæ cum Suſiana eadem eſt. 2. Ad Euphratem poſitum, id eſt, ad Tigrim cum Euphrate commixtum: alioqui enim Euphrates Ciſſiam non alluit 3. Idque infra Apamiam, quia illâc iter eſt navigantibus à mari Babylonem: quæ notæ omnes Areccæ conveniunt apprimè. 4. Hoc potiſſimum quod in vicinia nempe ad ſtadium quadrageſimum, ſeu milliare quintum, eſt puteus liquidi bituminis & fœtentis olei, quod Perſæ ῥαδινάκην vocant, ut habetur in ſequentibus, hoc eſt, naphtæ, & petrolei quo utebantur ad lucernas. Quod doctiſſimi Salmaſii conjecturam mirè illuſtrat. Unum videtur obſtare, quod in Herodoto Anderica ſtadiis tantùm

tantùm ducentis decem à Suſis diſtat, à quibus Areccam Ptolemæus ſemovet multò longiùs. Sed Suſa Ptolemæus valde alieno loco deſcribit, nempe à Tigri remotiſſima, quem unius diei itinere à Suſis diſtaſſe ſcimus ex Diodoro, qui ſic habet lib. 19. ὁρμήσας δὲ ἀπὸ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ, ἀπέχοντα Σούσων ὁδὸν ἡμέρας. 5. Nomen quod attinet *Arderica*, vel *Anderica*, poſterius putamus ex priori reſtituendum, & Ardericę nomen Perſas conflaſſe ex ארד *ard* & ארך *Erec*. *Ard* Perſicè magnum ſonat, ut probavimus in capite de *Sabtha*. Arderica & Anderica idem ſunt; ut Nebucadrezar & Nebucadnetſar. *Erec* Hebræis & Syris longitudinem ſignificat. Ita oppidum meritò dictum, quod ad oram Tigridis tam longo tractu protendebatur, ut qui è mari Babylonem navigabant eò ter appellerent tribus diebus continuis. Perſę ob hoc ipſum *Ard-Erec* dici voluerunt, ſeu *magnam Erec*. Ex hoc oppido coloni Samariam deducti ארכוי *Archevaje* Chaldaicè nominantur, Eſdr. 4: 9. in Gręca Verſione Ἀρχυαῖοι, in Vulgata Erchuęi. Erech quorſum ab Arabe Pariſ. Edit. reddatur אלברס *Albars* adhuc quæro.

Pag. 680.

CAPUT XVII.

אכד, *Accbad*.

LXX. Ἀρχὰδ pro *Accbad*. Tale *Darmeſek* pro Dammeſek, & multa ejuſmodi. Hinc Ἀργάδης vel Ἀρχάδης fluvius prope Sittacen. χ & γ permutabiles, & Chald. ג & ב. *Archad* vel *Argad* & Sittace eadem urbs. Amnis & urbs cognomines. Ita in iiſdem locis, *Chabora*, *Singa*, *Is*, *Sura*, *Tſartſar*, *Carrba*, vel *Carrha*, *Mygdonia*, *Suſa*. Idem in Sicilia frequens. Sittace vel Pſittace dicta à copia pſittaciorum. Diſtat a Tigri 15. ſtadiis. Ejus uberior deſcriptio. Babyloniæ pars trans Tigrim. *Artacena* Strabonis, potiùs *Arcatena*, id eſt, *Arcadena*.

Pro *Accbad* LXX ſcribunt Ἀρχὰδ *Archad*, ex Chaldæorum idiomate, qui ſolent punctum *Daghes*, quo geminatur litera, reſolvere in literam R præfixam literę *Dagheſſata*. Sic דרמשק *Darmeſek* Damaſcus occurrit pro דמשק *Dammeſek*, פרציד *parſid* rivus pro פציד *paſſid*, שרנק *ſarnek* ſtrangulare pro שנק *ſannek*, פרנק *parnek* oblectare pro פנק *pannek*, ערגל *argel* volvere pro עגל *aggel*. Pari ratione pro אכד *Accbad* Chaldęi dixerunt ארכד *Archad*. Cujus nominis veſtigium manifeſtum in *Argade* fluvio Sittacenes apud Cteſiam. Ælianus de animalibus lib. 16. c. 42. Κτησίας γε μὴν ὁ Κνίδιος λέγει περὶ τὴν Περσικὴν Σιττάκην ποταμὸν εἶναι Ἀργάδην ὄνομα, *Cteſias quidem Gnidius refert ad Perſicam Sittacem fluvium eſſe Argadem nomine*. χ & γ literæ ſunt tam ſono vicinæ quàm formâ; unde eſt quod facilè permutantur. Hinc pro *Chobare Gobares* in Plinio, & ex χαλβάνη fit *galbanum*, ex ἄγγα *ango*, unguis ἀπὸ τοῦ ὄνυχος. Quin & Chaldęis כ & ג literę ſunt promiſcuę, ut videre eſt in כיף *cheph* & גיף *geph* pro littore, כומצא *chumſa* & גומצא *gumſa* pro foſſa, כנפא *chanpha*, & גנפא *ganpha* pro ala. Sic videntur idem eſſe *Archad* & *Argad*, unde nomen Argadi fluvio. Ita ut ab *Archad* vel *Argad* oppido dictus fuerit Argades fluvius; quomodo apud Ptolemęum à *Chabora* & *Singa* oppidis nomen habent *Chaboras* & *Singas* fluvii, qui in Euphratem exeunt. Et apud Herodotum: ἐστὶ ἄλλη πόλις ἀπέχουσα ὀκτὼ ἡμερέων ὁδὸν ἀπὸ Βαβυλῶνος, Ἲς ὄνομα αὐτῇ. ἔνθα ἐστὶ ποταμὸς οὐ μέγας. Ἲς καὶ τῷ ποταμῷ τὸ οὔνομα. ἐσβάλλει δὲ οὗτος ἐς τὸν Εὐφράτην ποταμὸν τὸ ῥέεθρον. *Eſt alia urbs Is nomine, diſtans octo dierum itinere à Babylone. Ibi eſt fluvius non magnus ejuſdem nominis, in Euphratem fluvium ſe devolvens*. Eum fluvium hodiéque Arabes עיסי *Iſa* vocant. Sic Euphratis alveus, qui *Suram* prætermeabat, dicebatur amnis סור *Sur*, pro quo

Lib. 1. c. 179.

Sud legit perperam Gręcus ſcriptor Baruch. 1: 4. Et *prope Bagdad*, inquit Geographus Nubienſis, *eſt flumen Tſartſar navigerum, cui adjacet urbs Tſartſar*. Et apud Stephanum, ex Quadrato niſi fallor, Κάῤῥαι, πόλις Μεσοποταμίας, ἀπὸ Καῤῥᾶ ποταμοῦ Συρίας, *Carrhe urbs Meſopotamiæ a Carrha Syriæ fluvio*. Et Antiochiæ Mygdoniæ, id eſt, Niſibi, Μυγδόνιος ποταμῶν κάλλιστος τὴν αὑτοῦ προστίθησι φήμην, *Mygdonius fluviorum pulcherrimus ſuum nomen communicat*. Ita Julianus oratione ſecunda, quę eſt de rebus geſtis Conſtantii Imperatoris. Suſa denique imminent *Suſa fluvio*, ſi Iſidoro fides. Itaque quod de Sicilię urbibus refert Duris apud Stephanum, ὅτι αἱ πλεῖσται τῶν Σικελῶν πόλεων ἐκ τῶν ποταμῶν ὀνομάζονται, *urbes pleraſque Siculas à fluviis denominari*, etiam de Aſſyriis videtur poſſe dici; quod conjecturam noſtram de Argade amne, urbi Argad vel Archad cognomine, non parum firmat.

Geograph. Nub part. 5 Clim. 4. Part. 6. Cl. 4. V. in Κάῤῥαι & in Βαγχ..

In Ἀκράγαντος.

Eadem urbs *Sittace Sitace* & *Pſittace* potuit appellari deinceps à copia Pſittaciorum, ſeu quod idem eſt, piſtaciorum. Ita ſcriptum à Demophilo. Stephanus; Ψιττάκη, πόλις παρὰ τῷ Τίγρητι, ἐκ τοῦ τὸ φυτὸν τῶν ψιττακίων, ὡς Δαμόφιλος. Ad Tigrim ponit Stephanus, ſed Xenophon αὐτόπτης à Tigri diſtaſſe docet quindecim ſtadiis. Et Strabo à Babylone Suſa euntibus, tranſmiſſo Tigri, totum iter ſcribit eſſe per Sittacenam. Urbs magna fuit & populoſa; agri vicini arboribus omnis generis conſiti. Ibidem naſcitur ladanum, & loca ſunt quæ ſemper flagrant. Et prope Argadem amnem angues nigro corpore, capite albo, longi ſex pedes, quorum morſus eſt lethifer.

Cyr. Min. l. 2. Strab. l. 16 Xenoph. ubi ſuprà. Plin l. 12. c. 17. Ariſt. Mirab. Ælian. l. 16. c. 42.

Notandum eſt Sitacenam, etiamſi ſit trans Tigrim, tamen Babyloniæ, id eſt, terræ שנער Sinhar adſcribi à Strabone lib. 15. *Suſidi*, inquit, *ea pars Babyloniæ proxima eſt, quæ quondam Sitacena, poſtea Apolloniatis eſt appellata*. Neque id omittendum regionem circa Arbelam, quę aliis eſt Arbelitis, à Strabone dici Ἀρτακηνὴν *Artacenam*; Scaliger & Caſaubonus Aractenam emendant, tanquam ab *Arac* vel *Erec*, de quo diximus. Sed Arac, id eſt, Arecca, ut docuimus, illinc diſtabat plurimum, & ab Arac fieret Aracena, non Aractena. Itaque ſi quid mutandum eſt, legi malim Ἀρκατηνὴν, ab ארכד *Arcad*, id eſt, Sittacę, ſono τοῦ *Daleth* aliquantum emollito. Quippe etiam Arbelitim ad Sittacenam pertinuiſſe ex his Plinii colligere eſt: *Sittacene eſt eadem Arbelitis & Palaſtine dicta*.

Plin. 6. 26.

CAPUT XVIII.

כלנה, *Chalne*.

Chalne, *Chalno* & *Channe*. Confertur cum magnis urbibus. Amos 6: 2. & Eſ. 10: 9. Non eſt Ammiani Calliniſum, ut volunt. Nam Calliniſum mendosè ſcribitur pro Callinico urbe Oſroenæ Græci nominis procul a Babylonia. Sed *Chalne*, ut rectè Veteres, eſt Cteſiphon caput *Chalonitidis*. Parthorum Regia. De *Chalonitide* Plinius, Strabo, Polybius. Inde *Chalonita* Dionyſio, Priſciano & Feſto. Cteſiphontis priſcum nomen *Chalone*, *Chalane* vel *Chalne*. Græcum indidit Pacorus. An ibi fuerit Turris Babel.

Hujus nomen variè ſcribitur; כלנה *Chalne* hic & Amos 6: 2. כל־נו *Chalno* Eſ. 10: 9. כנה *Channe* Ezech. 27: 23. Et in Arabica Paraphraſi nuper edita חל־ני *Chalna* per *cha* loco *ceph*. Illam confert Amos Propheta cum magnis urbibus; *Tranſite*, inquit, *Chalnem & videte, & ite inde Hamath magnam* (Epiphaniam, alii Antiochiam) *& deſcendite in Gad Palæſtinorum, an ſint meliores regnis iſtis*, &c. Et in Eſaia Rex Aſſyrię propter victorias ſuas ſuperbè ſeſe efferens, & inſignes aliquot urbes à deceſſoribus ſuis ſub jugum miſſas ſub calculos revocans, ita loquitur: *Nonne ut Carcemis*

(Cercu-

πόλεως τὰ μὲν οἱ Πέρσαι, τὰ δὲ ὁ χρόνος, καὶ ἡ τῶν Μακεδόνων ὀλιγωρία περὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν τὴν Σελεύκειαν ἐπὶ τῷ Τίγρητι πλησίον τῆς Βαβυλῶνος ἐν τριακοσίοις πε ςαδίοις ἐτείχισε Σέλευκος ὁ Νικάτωρ. *Partem urbis Perſæ diruerunt, partem tempus conſumpſit & Macedonum negligentia; maximè poſtquam Seleucus Nicator Seleuciam ad Tigrim condidit ſtadiis tantum trecentis à Babylone diſſitam.* Hieronymus in Eſaiæ cap. 13. *Non habitabitur in æternum. Pro illa enim Seleuciam & Cteſiphontem urbes Perſarum inclitas fecerunt.* Tum tamen extabat adhuc, ſed magnâ ex parte deſerta. Strabo Babyloni ſuo tempore conveniſſe tradit, quod de Arcadiæ Megalopoli dixit Poëta Comicus:

Ἐρημία μεγάλη ἐςὶν ἡ Μεγαλόπολις.
Eſt magna ſolitudo nunc Megalopolis.

Sed & Pauſanias in Arcadicis, poſtquam queſtus eſt Megalopolim, veteribus ornamentis ac priſtinis opibus amiſſis, magnâ jam ex parte inter ruinas & rudera jacere, ut magnarum urbium doceat hæc eſſe fata, etiam meminit Babylonis his verbis: Βαβυλῶνος δὲ ταύτης, ἣν πασῶν ὧδε πόλεων τῶν τότε μεγίστην ἥλιος, οὐδὲν ἔτι ἦν εἰ μὴ τεῖχος. *Illa autem Babylon, quas unquam Sol aſpexit urbium maxima, jam præter muros nihil habet reliqui.* Curtius è trecentis ſexaginta octo ſtadiis, quæ totius operis ambitus ex ipſius deſcriptione complectitur, nonaginta ſolùm habitari ſcribit, nec omnia contigua eſſe, quia tutiùs viſum pluribus locis ſpargi, cætera ſeri colique, ut ſi extrema vis ingruat, obſeſſis alimenta ex ipſius ſolo urbis ſubminiſtrent. Nempe ignorabat à paucis ſæculis ita deſolari cœpiſſe: & certo conditorum conſilio contigiſſe vult, quod ex mera neceſſitate factum. Maximus Tyrius, qui ſcripſit ſub Commodo, deſcribit jacentem. Κἂν τις (inquit Serm. 6.) αὐτόπτης γένηται Βαβυλῶνος κειμένης: *& ſi quis propriis oculis Babylon vidit jacentem.* Hieronymi ætate nihil erat Babylon quàm vivarium aut ſeptus locus, in quo feræ paſcebantur. *Didicimus* (inquit in Eſ. 13.) *à quodam fratre Elamita, &c. venationes regis eſſe in Babylone, & omnis generis beſtias murorum ejus tantum ambitu coërceri.* Et in Eſai. 14. *Exceptis muris coctilibus, qui propter beſtias concludendas poſt annos plurimos inſtaurantur, omne in medio ſpatium ſolitudo eſt.* Theodoretus in idem caput dicit inibi habitaſſe paucos quoſdam, eoſque nec Aſſyrios, nec Chaldæos, ſed Judæos: Νῦν αὐτὴν οἰκοῦσιν ὀλίγοι τινὲς, οὔτε Ἀσσύριοι, οὔτε Χαλδαῖοι, ἀλλὰ Ἰουδαῖοι; & in Jer. 52. ὀλίγας γὰρ ἔχει νῦν οἰκίας, καὶ ταύτας ἰουδαϊκὰς (?)... Idem in cap. 50. Euphratem, qui mediam alluebat, aliò divertiſſe ſcribit, nec niſi tenuiſſimum ejus incile per rudera ferri: ἐτετράπετο, inquit, εἰς ἑτέραν ὁδὸν, σμικροτάτη δὲ διῶρυξ διὰ τῶν ἐρειπίων ὁδεύει. Per hos gradus tandem devenit Babylon ad extremam illam deſolationem quam Prophetæ prædixerant. Atque id illi fatum imminere Lucianus in Charonte ita auguratur: ἡ Βαβυλὼν δέ σοι ἐκείνη ἐστὶν ἡ εὔπυργος, ἡ τὸν μέγαν περίβολον, οὐ ἰδοὺ πολὺ καὶ αὐτὴ ζητηθησομένη, ὥσπερ ἡ Νῖνος. *Babylon autem illa eſt multis turribus munita, magnoque ambitu mœnium ſepta, haud ita multo pòſt deſideranda & ipſa Nini inſtar.*

CAPUT XVI.

ארך, *Erech* vel *Arach.*

Erech non videtur eſſe Edeſſa, ut volunt Veteres, ſed Arecca Ptolemæi, & Ammiani Arecha. Unde Areccæi campi Tibulli. De iis locus inſignis Cl. Salmaſii. Idem eſſe Herodoti Ardericam vel Andericam. Suſa nimis à Tigri removit Ptolemæus, cùm unius diei itinere abfuerint. Ard-Erica, id eſt, magna Erica vel Arecha. *Erech* Hebræis longitudinem ſonat. Longiſſimam fuiſſe probatur. Hujus coloni, Eſd. 4, 9. ארכוי LXX. Ἀρχυαῖοι Vulg. *Erchuai.*

In eadem terra שנער *Sinhar*, præter Babylonem metropolim, tres urbes extruxit Nimrod minùs celebres. Eæ ſunt *Erech*, *Acchad*, & *Chalne*. *Erech* & *Acchad* Veteres putant eſſe Edeſſam & Niſibin, quod parum eſt veriſimile; quia neque nomina conveniunt neque ſitus. Nam Edeſſa & Niſibis ſunt in ea Meſopotamiæ parte, quæ verſus Armeniam eſt à Babylone multùm diſſita. Sed *Erech* eſt Suſianæ urbs ad Tigrim; *Arecca* Ptolemæo; & Ammiano *Arecha*. *His tractibus*, inquit, *Suſiani junguntur, apud quos non multa ſunt oppida. Inter alia tamen eminet Suſa ſæpe domicilium Regum & Arſiana* (lege & Tarſiana) *& Sela, & Arecha.* Lib. 23. Doctiſſimus Salmaſius ad Solinum; *Ab illa Aracca vel Arecca Suſidis* Areccæi campi *Tibullo, in quibus Naphta, hoc eſt, liquidi bituminis fontes ſcaturiebant.* Pag. 1194. Edit. Pariſ.

Ardet Areccæis aut unda perhoſpita campis.

Ita legendum, non Arctæis (prout legerat Scaliger ad hunc locum.) *Aracca illa vel Arecca in confinio Suſiana & Babylonia; ſed ad Suſianam pertinebat. In Suſiana autem Naphta liquida fontes.* In Tibull. lib. 4. Strabo lib. 4. de liquido bitumine; ὅτι ἡ μὲν ὑγρὰ, ἣν καλοῦσι νάφθαν, γίνεται ἐν τῇ Σουσίδι, ἡ δὲ ξηρὰ δυναμένη πήττεσθαι ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ. *Unda perhoſpita Tibullo eſt naphta*, τὸ ἄγαν ξενίζον ὕδωρ, *ut perveſperi, paradoleſcens, peraſtutus, perinteger, pervirgo Ciceroni.* Plinius; *Naphta liquidi bituminis modò profluens circa Babyloniam. Arecca autem illa Arec dicitur*, Gen. 10. Hæc à Salmaſio hactenus; quæ non potui non exſcribere, quia plena ſunt eruditionis, & ad rem maximè faciunt. Unum addo Herodoti *Ardericam* vel *Andericam* idem videri oppidum cum *Erech* Moſis, & Ptolemæi *Arecca*, vel Ammiani *Arecha*. De Arderica vel Anderica bis meminit Herodotus; ſemel libro primo, cùm Nitocrim dicit Euphratem effoſſis incilibus ita tortuoſum reddidiſſe, ὥστε δὴ τρὶς ἐς τῶν τινα κωμέων, τῶν ἐν τῇ Ἀσσυρίῃ, ἀπικνέεται ῥέων. Τῇ δὲ κώμῃ οὔνομά ἐστι, ἐς τὴν ἀπικνέεται ὁ Εὐφρήτης, Ἀρδέρικκα. Καὶ νῦν οἳ ἂν κομίζωνται ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἐς Βαβυλῶνα καταπλέοντες ἐς τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν, τρίς τε ἐς τὴν αὐτὴν κώμην παραγίνονται, καὶ ἐν τρισὶ ἡμέρῃσι. *Ut ter influat quendam Aſſyriæ pagum, cui nomen eſt Arderica, & qui nunc è mari per Euphratem fluvium navigantes Babylonem verſus ſubvehuntur, ter ad hunc eundem pagum applicent, idque tribus diebus.* Alter locus eſt libro ſexto, in quo de Eretrienſibus à Dario captis hæc habet: σφέας τῆς Κισσίης χώρης κατοίκισε ἐν σταθμῷ ἑωυτοῦ, τῷ οὔνομά ἐστι Ἀνδέρικκα, ἀπὸ μὲν Σούσων δέκα καὶ διηκοσίους σταδίους ἀπέχοντι, τεσσεράκοντα δὲ ἀπὸ τοῦ φρέατος, τὸ παρέχεται τριφασίας ἰδέας· καὶ γὰρ ἄσφαλτον καὶ ἅλας καὶ ἔλαιον ἀρύσσονται ἐξ αὐτοῦ. *Eos in ſuo Ciſſiæ regionis ſtathmo collocavit, cui nomen eſt Anderica: ducentis ac decem ſtadiis procul à Suſis, quadraginta autem à Puteo, qui trifarias exhibet rerum ſpecies. Bitumen enim & ſalem & oleum ex eo hauriunt.* His locis inter ſe collatis apparet Ardericam vel Andericam 1. pagum eſſe celebrem in Aſſyriæ regione Ciſſiâ, quæ cum Suſiana eadem eſt. 2. Ad Euphratem poſitum, id eſt, ad Tigrim cum Euphrate commixtum: alioqui enim Euphrates Ciſſiam non alluit 3. Idque infra Apamiam, quia illâc iter eſt navigantibus à mari Babylonem: quæ notæ omnes Areccæ conveniunt apprimè. 4. Hoc potiſſimum quod in vicinia nempe ad ſtadium quadrageſimum, ſeu milliare quintum, eſt puteus liquidi bituminis & fœtentis olei, quod Perſæ ῥαδινάκην vocant, ut habetur in ſequentibus, hoc eſt, naphtæ, & petrolei quo utebantur ad lucernas. Quod doctiſſimi Salmaſii conjecturam mirè illuſtrat. Unum videtur obſtare, quod in Herodoto Anderica ſtadiis

tantùm

tantùm ducentis decem à Suſis diſtat, à quibus Areccam Ptolemæus ſemovet multò longiùs. Sed Suſa Ptolemæus valde alieno loco deſcribit, nempe à Tigri remotiſſima, quem unius diei itinere à Suſis diſtaſſe ſcimus ex Diodoro, qui ſic habet lib. 19. ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Τίγριν ποταμὸν, ἀπέχοντα Σούσων ὁδὸν ἡμέρας. 5. Nomen quod attinet *Arderica*, vel *Anderica*, poſterius putamus ex priori reſtituendum, & Arderice nomen Perſas conflaſſe ex ארד *ard* & ארך *Erec*. *Ard* Perſicè magnum ſonat, ut probavimus in capite de *Sabtha*. Arderica & Anderica idem ſunt; ut Nebucadrezar & Nebucadnetſar. *Erec* Hebræis & Syris longitudinem ſignificat. Ita oppidum meritò dictum, quod ad oram Tigridis tam longo tractu protendebatur, ut qui è mari Babylonem navigabant eò ter appellerent tribus diebus continuis. Perſę ob hoc ipſum *Ard-Erec* dici voluerunt, ſeu *magnam Erec*. Ex hoc oppido coloni Samariam deducti ארכוי *Archevaje* Chaldaicè nominantur, Eſdr. 4: 9. in Gręca Verſione Ἀρχυαῖοι, in Vulgata Erchuęi. Erech quorſum ab Arabe Parіſ. Edit. reddatur אלברס *Albars* adhuc quæro.

[Margin: Pag. 680.]

CAPUT XVII.

אכד, *Acchad*.

LXX. Ἀρχὰδ pro *Acchad*. Tale *Darmeſek* pro Dammeſek, & multa ejuſmodi. Hinc Ἀργάδης vel Ἀρχάδης fluvius prope Sittacen. χ & γ permutabiles, & Chald. ג & כ. *Archad* vel *Argad* & Sittace eadem urbs. Amnis & urbs cognomines. Ita in iiſdem locis, *Chabora, Singa, Is, Sura, Tſartſar, Carrha*, vel *Carrha, Mygdonia, Suſa*. Idem in Sicilia frequens. Sittace vel Pſittace dicta à copia pſittaciorum. Diſtat a Tigri 15. ſtadiis. Ejus uberior deſcriptio. Babyloniæ pars trans Tigrim. *Artacena* Strabonis, potiùs *Arcatena*, id eſt, *Arcadena*.

Pro *Acchad* LXX ſcribunt Ἀρχὰδ *Archad*, ex Chaldæorum idiomate, qui ſolent punctum *Daghes*, quo geminatur litera, reſolvere in literam R præfixam literę *Daghеſſatæ*. Sic דרמשק *Darmeſek* Damaſcus occurrit pro דמשק *Dammeſek*, פרשיד *parſid* rivus pro פשיד *paſſid*, שרנק *sarnek* ſtrangulare pro שנק *ſannek*, פרנק *parnek* oblectare pro פנק *pannek*, ערגל *argel* volvere pro עגל *aggel*. Pari ratione pro אכד *Acchad* Chaldęi dixerunt ארכד *Archad*. Cujus nominis veſtigium manifeſtum in *Argade* fluvio Sittacenes apud Cteſiam. Ælianus de animalibus lib. 16. c. 42. Κτησίας γοῦν ὁ Κνίδιος λέγει περὶ τὴν Περσικὴν Σιττάκην ποταμὸν εἶναι Ἀργάδην ὄνομα, *Cteſias quidem Gnidius refert ad Perſicam Sittacem fluvium eſſe Argadem nomine*. χ & γ literæ ſunt tam ſono vicinæ quàm formâ; unde eſt quod facilè permutantur. Hinc pro *Chobares* *Gobares* in Plinio, & ex χαλβάνη fit *galbanum*, ex ὄγγυ *angu*, unguis ἀπὸ τοῦ ὄνυχος. Quin & Chaldęis כ & ג literę ſunt promiſcuę, ut videre eſt in כיף *cheph* & גיף *geph* pro littore, כומצא *chumſa* & גומצא *gumſa* pro foſſa, כנפא *chanpha*, & גנפא *ganpha* pro ala. Sic videntur idem eſſe *Archad* & *Argad*, unde nomen Argadi fluvio. Ita ut ab *Archad* vel *Argad* oppido dictus fuerit Argades fluvius; quomodo apud Ptolemęum à *Chabora* & *Singa* oppidis nomen habent *Chaboras* & *Singas* fluvii, qui in Euphratem exeunt. Et apud Herodotum: ἔστι ἄλλη πόλις ἀπέχουσα ὀκτὼ ἡμέρων ὁδὸν ἀπὸ Βαβυλῶνος, Ἲς οὔνομα αὐτῇ. ἔνθα ἐστὶ ποταμὸς οὐ μέγας. Ἲς καὶ τῷ ποταμῷ τὸ οὔνομα. ἐσβάλλει δὲ οὗτος ἐς τὸν Εὐφράτην ποταμὸν τὸ ῥέεθρον. *Eſt alia urbs Is nomine, diſtans octo dierum itinere à Babylone. Ibi eſt fluvius non magnus ejuſdem nominis, in Euphratem fluvium ſe devolvens*. Eum fluvium hodiéque Arabes עיסי *Iſa* vocant. Sic Euphratis alveus, qui *Suram* prætermeabat, dicebatur amnis סור *Sur*, pro quo סוד

[Margin: Lib. 1. c. 179.]

Sud legit perperam Gręcus ſcriptor Baruch. 1: 4. Et *prope Bagdad*, inquit Geographus Nubienſis, *eſt flumen Tſartſar navigerum, cui adjacet urbs Tſartſar*. Et apud Stephanum, ex Quadrato niſi fallor, Κάῤῥαι, πόλις Μεσοποταμίας, ἀπὸ Καῤῥᾶ ποταμοῦ Συρίας, *Carrha urbs Meſopotamiæ a Carrha Syriæ fluvio*. Et Antiochiæ Mygdoniæ, id eſt, Niſibi, Μυγδόνιος ποταμῶν κάλλιστος τὴν αὐτοῦ προστίθησι φήμην, *Mygdonius fluviorum pulcherrimus ſuum nomen communicat*. Ita Julianus oratione ſecunda, quę eſt de rebus geſtis Conſtantii Imperatoris. Suſa denique imminent *Suſa fluvio*, ſi Iſidoro fides. Itaque quod de Sicilię urbibus refert Duris apud Stephanum, ὅτι αἱ πλεῖσται τῶν Σικελῶν πόλεων ἐκ τῶν ποταμῶν ὀνομάζονται, *urbes pleraſque Siculas à fluviis denominari*, etiam de Aſſyriis videtur poſſe dici; quod conjecturam noſtram de Argade amne, urbi Argad vel Archad cognomine, non parum firmat.

[Margin: Geographi. Nub. part. 5. Clim. 4. Part. 6. Cl. 4. V. in Καῤῥαι & in Βύγχιαι. — In Ἀκράγαντος.]

Eadem urbs *Sittace Sitace* & *Pſittace* potuit appellari deinceps à copia Pſittaciorum, ſeu quod idem eſt, piſtaciorum. Ita ſcriptum à Demophilo. Stephanus; Ψιττακὴ, πόλις παρὰ τῷ Τίγριδι, ἐν ᾗ τὸ φυτὸν τῶν ψιττακίων, ὡς Δαμόφιλος. Ad Tigrim ponit Stephanus, ſed Xenophon αὐτόπτης à Tigri diſtaſſe docet quindecim ſtadiis. Et Strabo à Babylone Suſa euntibus, tranſmiſſo Tigri, totum iter ſcribit eſſe per Sittacenam. Urbs magna fuit & populoſa; agri vicini arboribus omnis generis conſiti. Ibidem naſcitur ladanum, & loca ſunt quæ ſemper flagrant. Et prope Argadem amnem angues nigro corpore, capite albo, longi ſex pedes, quorum morſus eſt lethifer.

[Margin: Cyr. Min. l. 2. Strab. l. 16. Xenoph. ubi ſupra. Plin. l. 12. c. 17. Ariſt. Mirab. Ælian. l. 16. c. 42.]

Notandum eſt Sitacenam, etiamſi ſit trans Tigrim, tamen Babyloniæ, id eſt, terræ שנער Sinhar adſcribi à Strabone lib. 15. *Suſidi*, inquit, *ea pars Babyloniæ proxima eſt, quæ quondam Sitacena, poſtea Apolloniatis eſt appellata*. Neque id omittendum regionem circa Arbelam, quę aliis eſt Arbelitis, à Strabone dici Ἀρτακηνὴν *Artacenam*; Scaliger & Caſaubonus Aractenam emendant, tanquam ab *Arac* vel *Erec*, de quo diximus. Sed Arac, id eſt, Arecca, ut docuimus, illinc diſtabat plurimum, & ab Arac fieret Aracena, non Aractena. Itaque ſi quid mutandum eſt, legi malim Ἀρκατηνὴν, ab ארכד *Arcad*, id eſt, Sittacę, ſono τοῦ *Daleth* aliquantum emollito. Quippe etiam Arbelitim ad Sittacenam pertinuiſſe ex his Plinii colligere eſt: *Sittacene eſt eadem Arbelitis & Palæſtine dicta*. Plin. 6. 26.

CAPUT XVIII.

כלנה, *Chalne*.

Chalne, Chalno & Channe. Confertur cum magnis urbibus. Amos 6: 2. & Eſ. 10: 9. Non eſt Ammiani Calliniſum, ut volunt. Nam Calliniſum mendoſè ſcribitur pro Callinico urbe Oſroenæ Græci nominis procul a Babylonia. Sed *Chalne*, ut rectè Veteres, eſt Cteſiphon caput *Chalonitidis*. Parthorum Regia. De *Chalonitide* Plinius, Strabo, Polybius. Inde *Chalonitæ* Dionyſio, Priſciano & Feſto. Cteſiphontis priſcum nomen *Chalone*, *Chalane* vel *Chalne*. Græcum indidit Pacorus. An ibi fuerit Turris Babel.

Hujus nomen variè ſcribitur; כלנה *Chalne* hìc & Amos 6: 2. כלנו *Chalno* Eſ. 10: 9. כנה *Channe* Ezech. 27: 23. Et in Arabica Paraphraſi nuper edita חלני *Chalna* per *cha* loco *ceph*. Illam confert Amos Propheta cum magnis urbibus; *Tranſite*, inquit, *Chalnem & videte, & ite inde Hamath magnam* (Epiphaniam, alii Antiochiam) *& deſcendite in Gad Palæſtinorum, an ſint meliores regnis iſtis*, &c. Et in Eſaia Rex Aſſyrię propter victorias ſuas ſuperbè ſeſe efferens, & inſignes aliquot urbes à deceſſoribus ſuis ſub jugum miſſas ſub calculos revocans, ita loquitur: *Nonne ut Carcemis*

(Cercu-

Digitized by Google

(Cercuſium) *eſt Chalne? Nonne ut Arphad* (Arphas Joſepho, Arſa Iſidoro, Areſa in lib. Notit.) *Chamath?* (Epiphania.) *Nonne ut Damaſcus Samaria?* In Ezechiele *Channes*, id eſt, *Chalnes*, fit mentio inter urbes verſus Euphratem & Tigrim, quibus cum Tyro fuit commercium. *Charan*, inquit, (id eſt, Carræ) & *Channe* & *Edea* (Talatha) *Negotiatores Sabæorum*, *Aſſyria & Chelmad* (Charmande) *tecum negotiata ſunt.* Hæc Scriptura de Chalne.

Callinicum ex Ammiano explicant viri impenſè docti, quos mirum eſt non vidiſſe pro *Callinico* reſcribendum *Callinicum*. Quomodo in Procopio legitur, & in libro Notitiarum, & in Ambroſii Epiſtola ad Theodoſium Imperatorem, & in vita Simeonis apud Theodoretum. Gallinicum Zoſimus & Oroſius ſcribunt, Eutropius corruptè *Gallicinum*. Vide Theatrum Ortelii. Porro Callinicum ex Chalne deduci nemo dixerit, cùm vox Græca ſit notiſſima, quâ pro cognomento uſi ſunt quidam è Seleucidis, ut Seleucus ὁ Καλλίνικος; à quo conditum eſſe hoc oppidum, ut conjectat Dn. de Grentemeſnil, vero non eſt abſimile. Ut taceam Callinicum fuiſſe prope Carrhas in Oſroena, quò uſque nullus Veterum produxit Babyloniam.

Itaque malo aſſentiri Chaldæis Interpretibus, & Euſebio, & Hieronymo quibus Chalne קטסיפון *Cteſiphon*, vel oppidum, vel pagus ad Tigrim celeberrimus, tertio milliari à Seleucia Babyloniæ, Lib. 16. caput Chalonitidis & Parthorum. Strabo, Πάλαι μὲν οὖν ἡ Βαβυλὼν ἦν μητρόπολις τῆς Ἀσσυρίας, νῦν δὲ Σελεύκεια ἡ ἐπὶ τῷ Τίγρει λεγομένη. Πλησίον δ' ἐστὶ κώμη Κτησιφῶν λεγομένη μεγάλη. Ταύτην δ' ἐποιοῦντο χειμάδιον οἱ τῶν Παρθυαίων βασιλεῖς, φειδόμενοι τῶν Σελευκέων. *Olim quidem erat Babylon Aſſyriæ metropolis, nunc autem Seleucia ad Tigrim quæ dicitur. Prope eam autem eſt pagus maximus nomine Cteſiphon, in quo hyemabant Parthorum Reges Seleuciæ parcentes.* Dion, ubi de Parthis lib. 40. Οἰκοῦσι δὲ ὑπὲρ Τίγριδος, τὰ μὲν πολὺ τείχη καὶ φρούρια, ἤδη δὲ καὶ πόλεις, ἄλλας τε καὶ Κτησιφῶντα, ἐν ᾗ καὶ βασίλεια ἔχουσι. *Habitant autem trans Tigrim amnem plerumque in arcibus & caſtellis, ſed & in urbibus cum aliis, tum Cteſiphonte,* Lib. 6. cap. 26. *ubi & Regiam habent*, Plinius: *In ſolitudinem rediit Babylon* exhauſta *vicinitate Seleuciæ*, &c. *Invicem ad hanc exhauriendam Cteſiphontem juxta tertium ab ea lapidem in Chalonitide condidêre Parthi, quod nunc* Lib. 6. cap. 27. *eſt caput regni.* Idem; *Jungitur Chalonitis cum Cteſiphonte; non palmetis modò, verum & oleâ, pomiſque, aliiſque arbuſtis nobilis.* Chalonitidis præter Plinium etiam alii meminêre. Strabo lib. 11. *Tigris in voraginem incidens, longoque ſpatio infra terram labens*, ἀνατέλλει κατὰ τὴν Χαλωνῖτιν, *ad Chalonitidem emergit.* Et lib. 16. *Babyloniæ pars eſt*, &c. ἡ περὶ τὸ Ζάγρον ὄρος Χαωνῖτις, *quæ ad Zagrum montem eſt Chaonitis.* Legendum Χαλωνῖτις *Chalonitis*, ut Caſaubonus rectè monet. Polybius l. 5. διακομίσαντες εἰς τὴν Χαλωνῖτιν πρὸς αὐταῖς ἀνεσταύρωσαν ταῖς εἰς τὸν Ζάγρον ἀναβολαῖς. *Delatum* cadaver *in Chalonitidem ad ipſum Zagri montis aſcenſum crucifixerunt.* Chalonitidis populi Chalonitæ Dionyſio Periegetæ.

> Ἀυτὰρ ὑπὲρ Βαβυλῶνος, ἐπὶ πνοιὴν Βορέαο,
> Κισσοί, Μεσσαβάται τε, Χαλωνῖται τε νέμονται,

Priſcianus:

> *At ſupra Babylona vides, Aquilonis ad oras,*
> *Ciſſos, Meſſabataſque, Chalonitaſque feroces.*

Chalonitidis nomen factum ex Chalone, id eſt, Chalne, quod mutatum in Cteſiphontem à Pacoro Rege Perſarum. Ammianus lib. 23. *Cteſiphon, quam Vardanes priſcis temporibus inſtituit, poſteaque Rex Pacorus incolarum viribus amplificatam & mœnibus, Græco indito nomine, Perſidos effecit ſpecimen ſummum.* In hac urbe Turrim Babel extructam, & linguas fuiſſe confuſas Baſilius, Cyrillus, Gregorius Nazianzenus, Conſtantinus Manaſſes, & Græcorum alii collegerunt ex Eſ. 10,9. ubi Græca Verſio, τὴν χώραν τὴν ἐπάνω Βαβυλῶνος καὶ Χαλάννης, οὗ ὁ πύργος ᾠκοδομήθη. *Regionem, quæ eſt ſupra Babylonem & Chalanem, ubi turris ædificata eſt.* Unde Euſtathius in lib. 1. Iliad. p. 73. Οἱ μέντοι τῆς ἡμετέρας θείας αὐλῆς μέροπας τοὺς ἀνθρώπους ἐπικληθῆναι φασὶν ἀπὸ τοῦ μερισμοῦ ἤτοι διαμερισμοῦ τῆς ὀπός, ὃν ἔπαθον μετὰ τὸν τῆς Χαλάννης πύργον. *Qui divinæ noſtræ aulæ ſunt conſortes homines* μέροπας *cognominari dictitant à ſermonis diviſione, quam poſt Chalanes turrim paſſi ſunt.* Sed libro primo conati ſumus detegere fontem erroris.

CAPUT XIX.

אשור, *Aſſur.*

Aſſur hic non hominis, ſed regionis nomen. Quibus rebus ſit fertilis. Aſſyria mala. Aſſyrium amomum. Aſſyrii odores. Aſſyrius lapis. Literæ Aſſyriæ. Aſſyriæ veſtes. Aſſyrii maximè beati. Ibi Eden quæſitus. Olim Ἀτουρία pro Ἀσσυρία. Aſſyria etiam *Atyria & Aturia*; ut Chald. אתור; literis ש & ת permutatis ut paſſim: quod à Dione obſervatum. אשורי in Aben-Ezra pro אתורי. Aſſyria etiam Adiabene, non quod ſit ἀδιάβατος, ut volunt, propter flumina ambientia. Nam ab Aquilone patet acceſſus: & ipſi amnes ſunt διαβατοί. Sed Adiabene factum ab חדיב *Adiab*, quomodo Talmudici appellant & Chaldæi Interpretes. Utrobique hæc vox corrupta. Chabor in Aſſyria. *Diava & Adiava* Aſſyriæ amnes. *Diava* eſt Lycus, malè Δίαυας Ptolemæo. Xenophon vocat Ζάβατον. Falli Fullerum, cum *Zabatum* & Zaten diſtinguit tanquam diverſos amnes; nec harum vocum etyma aſſequi. *Adiavas* ποταμὸς, aliis *Phyſcas*, & *Capras*, & *Bamadas*, & *Bumelus*, & *Bumello*, & *Abſitris*, & *Gorgas*; quæ diverſis linguis idem ſonant, atque à rapido & præcipiti curſu ſumpta ſunt. Quædam obiter correcta. Aprorum proprium σφιγγώδης. Cur hic rapidior altero. Apud Recentiores pro *Diava & Adiava*, *Zaba* major & minor. Mirum cur Geographus Arabs eos dicat coaleſcere, cùm oſtia ſint valde diſſita. *Zaba & Diava* ſolâ dialecto differunt. *Anzaba*, id eſt, ad Zabam. Quid ſint portæ fluminum, Nahum. 2, 7. Locus ſimilis in Herodoto. In hoc tractu Arbela & Gaugamela. Arbela unde dicatur. *Arbelum* Aſſyriæ Regem fuiſſe colligunt ex Cyrilli loco corrupto, ubi factum Ἄρβηλος ex ἀπὸ Βήλου. ערבוביא *arbela* Chald. populorum colluvies. *Gaugamela* cameli collis, non cameli domus, ut volunt. Ibi mons Nicatorium. Vel גו גמלא *Gave gamela*, quomodo in Plinio legit Barbarus, cameli tributa. Ratio nominis ex Plutarcho. Ibid. Sadracæ, naphtæ fons & templum Anææ vel Anaitidis. Clemens emendatus. Aſpaſia Anaitidis ſacerdos. Cur Anaitis aliis Venus, aliis Diana. Omanus, id eſt, Sol. Locus 2 Maccab. 1:13. 15. reſtitutus. Nanæa pro Ἀναία. Ibid. *Cupreſſetum* in quo Noa videtur arcam fabricaſſe. Ibid. *Aloai* populi unde dicti, & *Zerbis*. Et *Silicea*, & *Suc. Claſſita* pro *Calachita*; & *Abſithris* pro *Abſyrto*. Adiabeni cur *Saccopodes* in Strabone. Conjectura viri magni. Fortè legendum Σαυκοπόδες, id eſt, ἁβροπόδες. Ex molli inceſſu vitæ mollitiem argui. Quid ſit טפוף Eſa. 3. 16. explicatur ex Arabiſmo. Ut & Chaldæum פנוקא de mollitie inceſſus, Deut. 28, 56. Perſæ & Aſſyrii ἁβροβάται in Æſchilo. Σαυκὸς quid ſignificet. Hoc animi vitium Firmicus in aſtra rejicit.

Jam monuimus Aſſur, Gen. 10: 11. non eſſe nomen hominis, ſed regionis, & verba Sacri Textûs ita eſſe reddenda: *Et è terra illa* (è Babylonia) *exiit* (Nimrod) *in Aſſur* (in Aſſyriam.) Huic vel à conditore nomen, vel à fœlicitate & ubertate ſoli. Nam אשור beatum ſonat. Aſſyria porrò *terra eſt frumenti & muſti, terra panis & vinearum, terra olei & mellis*, 2. Reg. 18: 32. Ab eadem citrei Aſſyria mala dicti. Et amomum in Statio Aſſyrium gramen; & paſſim in Poëtis unguenta quævis aromatica Aſſyrii odores; & Aſſyrius lapis Jaſpidis quædam ſpecies apud Dioſcoridem: & in Plinio literæ Aſſyriæ, tanquam ibi primùm repertæ: & ſericeæ veſtes Aſſyriæ, quia ex

Digitized by Google

ex Aſſyria bombyce. Proinde, ſi Joſepho credimus, Antiq. lib. 1. cap. 7. Aſſyrii omnium hominum μάλιϛα εὐδαιμόνησαν, maximè beati fuêre. Et multi hortum Edenis in Aſſyria quæſiverunt. In his Chaldæus Interpres, qui Ezech. 27: 23. pro *Edene* habet הדיב, id eſt, Aſſyriam, ut deinceps docebimus. Notat Euſtathius Eratoſthenem Veteres imitatum, ſcripſiſſe Ἀτουρίς pro Ἀσσύριοι tanquam à recto Ἀτουρ; quæ eſt ipſiſſima vox Hebręa אשור, Gen. 10. &c.

Aſſyria etiam *Atyria* dicitur apud Dionem in Trajano, & *Aturia* in Strabone lib. 16. & in Suida, voce Νῖνος, ubi Æmilius Portus pro Ἀτυρία perperam reſcribit Ἀσσυρία. Sed *Aſſyria* & *Atyria* vel *Aturia* ſola dialecto differunt; uno deducto ex Hebræorum אשור *Aſſur*, altero ex Chaldæorum אתור *Atur*, quibus ſolemne eſt ש Hebræum in ת mutare. Inde בתן *Batan* (Batanæa) pro בשן *Baſan*, כות *Cuth* pro כוש *Cus*, תור *tor* (taurus) pro שור *ſor*; & ſimilia ὡσεὶ κόνις. Neque id latuit Dionem, qui Aſſyriæ quicquid eſt circa Ninum, Arbela & Gaugamela, Ἀτυρίαν vocari ſcribit, Βαρβαρισὶ τ͂ Σίγμα εἰς τὸ Ταῦ μεταπεσόντος, *Barbara dialecto literis S & T mutatis.* Quod veriſſimum, nec in dubium revocari debuit à viro undecunque docto in notis ad Strabonem lib. 16. Mercerum, Druſium & alios fugit hactenus hinc eſſe corruptum אורטיא *Aurtia*, in Aben-Eſra, cùm dicit in notis ad Jonam cap. 1. *Ninive regia fuit Aſſyriæ, quæ hodie deſolata eſt: dicunt porro Sapientes Iſraël qui in Græcia ſunt, eam* (terram) *vocari* אורטיא *Aurtia.* Legendum אטוריא *Aturia*, literâ T ex quarta ſede in ſecundam reſtitutâ, qui verus eſt illius locus. Hoc terræ nomen, non urbis, ut docti volunt. Quorſum enim urbi, quæ non eſt, novum nomen indidiſſent Sapientes Iſraëlis?

Aliud Aſſyriæ nomen *Adiabene*, διὰ τὸ εἶναι πλείους ποταμοὺς ἐν αὐτῇ, καὶ δυσχερεστέραν ποιεῖν τὴν διάβασιν, *quia in ipſa plures ſunt fluvii, qui difficilem aditum faciunt*, Ita Suidas; & multo antè Ammianus; *quod inter Oenam & Tigridem ſita, navigeros fluvios, adiri vado nunquam potuit.* Quis ſit Oena fluvius, cujus alius nemo meminit, divinare non poſſum. Hoc unum ſcio falſam eſſe hanc originationem. Nam ab Aquilone ſaltem nullo tranſmiſſo fluvio per montes Carduchios vel Gordyæos in Aſſyriam patet acceſſus. Quin & Aſſyriæ fluvios non eſſe plane ἀδιαβάτους docent expeditiones Xenophontis & Alexandri; quorum ille Lycum, hic Tigrim, Aſſyriæ amnes longè maximos, cum univerſis copiis vado trajeciſſe leguntur.

Lib. 23. Vide & Euſtath. in Dionyſ. p. 302.

Sed Adiabene nomen factum eſt ad inſtar Chaldæi הדיב vel הדייב *Hadjab*, quomodo vocari Adiabenem à Talmudicis & Chaldæo Interprete mirum eſt notaſſe neminem. Sic Jer. 51: 27. pro Hebræis *regna Ararat, Minni, & Aſcenaz*, Chaldæus habet מלכות אריעא דקרדו כשרת הורמיני והדיב, *regna terræ Karda* (Gordyæorum) *copia Hurmine* (Armeniæ) *& Hadjab* (Adiabenes.) Ezech. 27: 23. Hebr. *Charan & Channe & Eden*, Chald. חרן נציבין והדיב *Carra, Niſibis & Hadjab.* Ita legendum, non הריב *Harjab*, vocem nihili, quam habent libri editi. Sic in Tractatu Talmudico Bava Bathra, יעקוב הדייבא *Jacob Hadjava* (Adiabenus;) & זוגא דמן הדייב *par ſapientum ex Hadjab.* Et in tractatu *Kidduſin*, חבור זו הדייב *Chabor* 2 Reg. 17: 6. *eſt Hadjab*, Adiabene. Ibi ſcribitur per ח *Cheth*, quomodo legit Baal Aruch Ezech. 27: 23. Sed reſcribo ה *He.*

In his locis הדיב *Hadiab* vel הדייבא *Hadjava* eſſe Adiabenam, præter ipſum ſonum vocis, docent loca vicina, Carræ, Niſibis, Gordyene, & Armenia, quæ ſimul nominantur: atque illud imprimis quod *Chabor* dicitur pertinere ad *Hadjab*; quod de Adiabene, vel Aſſyria, veriſſimum. Nam & Scriptura id teſtatur diſertis verbis 2 Reg. 17: 6. & 18: 11. Et in Ptolemæo Χαβώρας eſt Aſſyriæ montoſa pars, quæ Mediam attingit. Atque id maximè confirmat, quod jam antè docuimus, Iſraëlitas in ea loca fuiſſe tranſlatos ab Aſſyriorum Rege Salmanaſſaro.

Ptol. l. 6 c. 1.

Porro unde ſit factum, ut Aſſyria vocetur הדייבא *Hadjava* docet Ammianus his verbis: *Nos autem diducimus, quod in his terris amnes ſunt duo perpetui, quos & tranſivimus, Diavas & Adiavas, junctis navalibus pontibus, ideoque intelligi Adiavenam cognominatam.* Res ut planior fiat, ſciendum eſt Aſſyriæ nobiliſſimam partem (in qua olim Ninus civitas, & Arbela, & Gaugamela, clade inſignes loci) duobus includi fluviis, qui e Gordyorum montibus orti ambo in Tigrim exeunt. Horum unus altero major, quique à Tigri prior excipitur, ab Ammiano דיבא *Diava* vocatur, id eſt, lupus vel lupinus. Chaldæis enim lupus eſt דיבא *Deva.* Inde eſt, quod idem fluvius Græcè dicitur Λύκος *Lycos.* Ita habetur in Strabone, & Curtio, & Plinio, & Arriano. Ex quibus corrigendus Ptolemæus, in quo pro Λύκος eſt Λευκος *Leucus.* Pro Diava Xenophon Cyri Minoris libro ſecundo Ζάβατον, & libro tertio Ζάτην nominat. Sed reſcribendum Ζάβατον, ut in priore loco. Ζάβατος factum videtur ex conſtructo דיבת *Diabat.*

Lib. 23.

Strab l. 16. Curt. l. 4. Pl. l. 6 c. 26. Arrian. lib. 3.

Nicolaus Fullerus (vir doctiſſimus & in his minutiis mirè perſpicax) Ζάτην & Ζάβατον in Xenophonte putavit eſſe diverſos amnes: Ζάτην eſſe majorem illum quem *Diavam* eſſe diximus; & Ζάβατον minorem alterum, qui Marcellino eſt *Hadjava.* Adeóque Ζάτην mutat in Ζάβην, & Ζάβατον in Ζάβκατον, ut ſic fiat Zabes minor; quia קטון *caton* Hebræis parvum ſonat. Sed quod illius pace dixerim; hæc, utut ingenioſè conficta, nihil habent ſolidi. Nam ut taceam קטון *caton* pro parvo Hebræam quidem eſſe vocem, ſed Chaldęis planè ignotam: certum eſt Zaten fluvium Xenophontis libro tertio eundem eſſe cum Zabato, de quo libro ſecundo egerat. Ibi enim narrat Græcos, è Paryſatidis vicis cum exceſſiſſent, fluvium Zabaton attigiſſe, ad quem cùm moras necterent, Clearchum Imperatorem ſuum & præcipuos pleroſque Duces, Tiſſaphernis artibus in Perſarum caſtra pellectos, inſigni proditione fuiſſe interemptos.

Hæc libro ſecundo Xenophon. Tertio deinde telam retexens inſtitutæ narrationis, refert Græcos hoc caſu, ut par erat, valde perculſos, & incertos quid agerent, tandem oratione ſua erectos & recreatos, animos reſumpſiſſe, atque in mortuorum locum alios ſuffeciſſe duces. Quo facto demum *Zaten*, id eſt, *Zabaton*, de quo priùs, inſtructo agmine trajeciſſe. Zaten porro, ſeu Zabaton, eundem eſſe cum Lyco patet cùm ex amplitudine; nam deſcribitur latus quatuor plethris, id eſt, pedibus quadringentis: tum quia illo trajecto nullus alius occurrit Græcis uſque ad montes Carduchiorum, præter torrentem ſine nomine; de quo dicetur infrà.

Alter Adiabenes fluvius iſto minor הדייבא, *Adjavas*, multis apud Veteres inclaruit nominibus, quæ explicare non eſt cujuſvis. Φύσκος Xenophon, Κάπρος Strabo & Ptolemęus, Βούμαδος & Βούμηλος Arrianus, *Beumello* Curtius, *Abſitrim* Plinius, & Ammianus *Adiavam* appellat. Sed & in Ptolemęo *Gorgus* videtur idem eſſe cum *Capro*, & unus amnis diverſis nominibus bis deſcribi, quod ab illo non ſemel factum. Nam in illis locis alii nullum norunt fluvium alicujus nominis pręter duos quos diximus.

Cyr. Min l. 2. Strab. l. 6. Ptol l. 6 c 1. Arrian Alex. l. 3 et 6. Plin. l. 6. c. 26. Ammian. l. 23. Ptol. ubi ſuprà.

Interim pleraque hæc nomina pene eódem recidunt.

dunt. 1. *Phyſcus* in Xenophonte eſt Chaldæum פחיז *Phechiz* ad Græcam formam effictum. Nempe פחיז rapidum & præcipitem ſonat, & de aqua propriè dicitur. Sic Gen. 49:4. פחז כמים *Præceps fuit ut aqua*. 2. In Arriano Βυμαδος libro tertio eſt vox nihili, ſed ex libro ſexto reſcribendum Βύμηλος, cui vicinum *Boumello* apud Curtium. Quæ & ipſa corrupta ſunt; ſed facilè reſtituentur, ſi B & M tranſponantur, ut ſic fiat Μυβηλος, id eſt, מבהל *Mabel*; itidem à præcipiti curſu; nam מבהל *Mebael*, idipſum ſonat. 3. Sic הדייבא *Hadjaba* factum videtur ex Arabico הדיב *Hadib* ejuſdem aut valde vicinæ ſignificationis. Giggeius הדב (*Hadaba*) *properavit: res fluxit:* אלאהדאב (*Alahdab*) *celeritas volatûs, celeritas curſûs*. 4. Neque aliud eſt Γοργὺς. Heſychius; Γοργὲς, ἐνκίνητος, ταχύς. Item; Γόργευσον, τάχυνον, σπεῦσον. 5. Jam in Plinio pro *Abſitrus* quis non videt reſcribendum eſſe *Abſyrtus*, id eſt, Ἄψυρτος, cujus nominis fluvius fuit in Ponto Cappadocico, qui idem vocatur *Abſarus* & *Apſorrhus*. *Apſorrhus* autem aut *refluum* ſignificat aut *celeriter fluentem*, prout vox deducitur vel ab ἄψ, vel ab αἶψα. Scholiaſtes in Homerum Iliad.

Pag. 317. Σ. Ἀψόῤῥου εἰς τοὐπίσω ῥέοντος, ὑποχωροῦντος, ἢ ὁ ταχέως ῥέοντος. Etymologicum; Ἀψόῤῥου, παρὰ τὸ ἄψ καὶ τὸ ῥέειν, πλεονασμῷ τοῦ ν, ἢ παρὰ τὸ αἶψα ἄψοῤῥος; ἀμφότερα γὰρ δύνανται εἶναι. Eadem habet Euſtathius in Odyſſ. Υ. Itaque etiam nomen Apſorrhous, vel quod idem Abſyrtus, à præcipiti curſu deducitur. 6. Hûc denique pertinet quod idem fluvius Κάπρος, id eſt, Aper appellabatur, quod animal, quoties eſt accenſa bilis, in venatores obvios multo cum impetu fertur:

Et ruit oppoſiti ardens in vulnera ferri.

Ita de apro Ovidius in Halieut. & 8. Metam.

Hinc aper excitus medios violentus in hoſtes
Fertur, ut excuſſis eliſus nubibus ignis.

Proinde ſuum & aprorum proprium eſt irrumpere, συῤῥηγνύναι. Julius Pollux, quo loco agit de curſu & pugna animalium lib. 5. cap. 15. εἴποις δ' ἂν ἐλάφους θεῖν, λαγὼν φεύγειν, σῦν καὶ κάπρον συῤῥηγνύσθαι. *Dices porro cervum currere, leporem fugere, ſuem & aprum irrumpere.*

Hæc de priſcis Adiavæ fluvii nominibus, qui videtur altero ideò fuiſſe rapidior, quia compreſſiore eſt alveo. Nam in pari longitudine latitudo

Lib. 2. Cyr. Min. diſpar admodum, ut ex Xenophonte patet, in quo alter eſt τετράπλεθρος, hic ſolùm πλεθριαῖος, id eſt, quadruplo anguſtior.

Apud Recentiores, puta Paulum Diaconum, Cedrenum, Calliſtum, authorem Hiſtoriæ Miſcellaneæ, Zabæ nomen utrique flumini commune eſt, Diavæ, inquam, & Adiavæ. Sed diſtinctionis ergo vocatur unus Zaba major & alter Zaba

Cl. 4. part. 6. minor. Sic Arabs Geographus Senn & Haditham oppida deſcribit ad Tigrim, illam ad Zab minoris, hanc ad majoris oſtia, ſpatio millium XXXVI. ſuperiorem. Unde docemur hi duo amnes quanto intervallo diſtent, ſaltem circa oſtia. Itaque non ſatis capio, quod ibidem additur; *Cæterum duo Zab ſunt duo flumina magna, quæ quando in unum coaleſcunt, æquant, imò ſuperant dimidiam partem Tigris.* Quomodo aut quando coaleſcunt duo amnes, ſi illorum oſtia diſſita ſunt ab invicem paſſuum millibus XXXVI? An hoc voluit Tigrim utroque auctum eſſe duplo ampliorem? Zaba corruptum ex *Diava*, ut prius *Diava*, vel דיבא *Deva* ex Hebraico זאב *Zeeb*. Itaque *Zaba* & *Diava* ſola dialecto differunt, & in Xenophonte *Zabates* magis accedit ad *Zabam*. Quin & Ammianus lib. 18. pro *Diava* habet *Zabam*; *Poſtquam*, inquit, *Reges Nineve, Adiabeæ ingenti civitate tranſmiſſâ in medio pontis Anzaba*; id eſt, *pontis ad Zabam*. *An* eſt Arabicum עין quod nonnunquam ſumitur pro על, ut Hebr. 1:3. ען ימין *ad dexteram*. Itaque quo loco dicitur, *tranſitis fluminibus Anzaba & Tigride*, puto delendum *An*, perperam præfixum voci Zaba; quia particula עין, *an*, ibi loci planè eſt ſuperflua.

Ponti Anzabæ, ſeu ſuper Zabam, ex oppoſito reſpondent ἡ τοῦ Κάπρου διάβασις, *Capri trajectus* apud Strabonem lib. 16. Nam διάβασιν docti ſciunt paſſim pro ponte ſumi. Ad hos pontes, ut quidem puto, fuêre portæ fluminum Ninives, de quibus Nahum. 2:6. *Portæ fluminum apertæ ſunt*, שערי הנהרות נפתחו, *& propugnaculum eſt diſſolutum*. Cui loco non parum lucis afferunt hæc Herodoti lib. 5. cap. 52. Ἐκδέχεται δὲ ἐκ τῆς Φρυγίας Ἅλυς ποταμὸς, ἐπ' ᾧ πύλαι τε ἔπεισι, τὰς διεξελάσαι πᾶσα ἀνάγκη, καὶ οὕτω διεκπερᾶν τὸν ποταμόν· καὶ φυλακτήριον μέγα ἐπ' αὐτῷ. *Phrygiam excipit fluvius Halys, cui imminent portæ per quas tranſire omnino neceſſe eſt, atque ita fluvium trajicere; propugnaculum magnum ad illum fuit.* Hujuſmodi portas cum vicino propugnaculo ad Aſſyriæ fluvios prope Ninivem videtur deſcribere Propheta Nahum.

Inter Diavam & Adiavam, id eſt, Lycum & Caprum, præter Ninivem, de qua deinceps, Strabo & alii notant duo loca Darii & Alexandri prælio maximè illuſtria, nempe Arbela & Gaugamela; quorum Arbela eſt ad Caprum, Gaugamela inter duos amnes medio ferè ſpatio, prope montem Nicatorium, quem ab eventu pugnæ Alexander ita vocavit. Ibi enim verus prælii locus, non ad Arbela, ut multi volunt. Vide Strabonem, Plutarchum, Arrianum, Dionem, Marcellinum, &c.

Arbela Græci Scriptores nomen habere volunt à conditore Arbelo Athmonei filio. Alii Recentiores ab Arbelo priſco Aſſyriæ Rege & Deo, ut quidem ex Cyrillo contendunt lib. 3. contra Julianum. Sed fefellit illos Latina Verſio quæ fecit Arbelum ex ἄρα Βῆλος. Ita enim eſt in Græco Textu; πρῶτος ἀνθρώπων τῆς Ἀσσυρίας γῆς βεβασίλευκεν, ἀνὴρ ἀλαζὼν καὶ ὑπερόφρυς ἄρα Βῆλος. Quod & à novo interprete, viro doctiſſimo, rectè redditum; *Primus hominum terræ Aſſyriorum dominatus eſt, vir arrogans & elati ſupercilii, Belus.* Sed ערבלא, *Arbela*, vocem Chaldæi uſurpant pro populorum colluvie. Plurale ערבלאין, *arbelain*, reperitur in Chaldaica Paraphraſi Cant. 1:9. pro miſcellaneis turbis. An hinc Arbelæ dicantur alii videant.

Gaugamela Strabo & Plutarchus perperam exponunt *Cameli domum*. Malim *Cameli collem*, id eſt, גבגמלא, *Gab-gamela*. Nam ex Strabone liquet in proximo fuiſſe montem Nicatorium, qui fortè ante Alexandrum vocabatur *Cameli collis*. Quamvis aliud ſuccurrat, quod puto eſſe verius. גבא *geva* Chaldæis eſt exigere, גבאי *gabbai* ὁ τελώνης, tributi exactor, גבי *gavi* vel גביא *gevia* collecta, tributi exactio. Hinc igitur גבי גמלא *gave gamela* (quomodo diſtinctis vocibus ſe legiſſe ſcribit Hermolaus Barbarus in Plinii MSS. optimæ notæ) erunt Cameli tributa ſive cenſus. Nempe, ut teſtatur Plutarchus, τῶν πάλαι τις βασιλέων ἐκφυγὼν πολεμίους ἐπὶ καμήλου δρομάδος ἐνταῦθα καθίδρυσεν αὐτὴν ἀποτάξας τινὰς κώμας καὶ προσόδους εἰς τὴν ἐπιμέλειαν. *Priſcorum Regum aliquis, qui hoſtes effugerat camelo dromade vectus, illum ibi collocavit, certis vicis & vectigalibus in ejus curam attributis.* Illa vectigalia vocantur גבי גמלא, *gave gamela*, vectigalia cameli, unde loco nomen factum. Priſcum illum Regem Strabo Darium eſſe ſcribit Hyſtaſpis filium, cujus Regia Sadrace prope Arbela, Sadraci cognomiois uni e tribus Daoiclis contubernalibus.

Circa

Circa eadem loca Strabo deſcribit naphtæ fontem, & ignis ſcatebras, *καὶ τὸ τῆς Ἀναίας ἱερὸν, & Anaa templum*, id eſt, Anaitidis; de qua idem Strabo alibi paſſim, & Agathias lib. 2. & Pauſanias in Laconicis, & Plutarchus in Artaxerxe. Ex quibus corrigendus Clementis locus in Protreptico de eodem Artaxerxe; ὃς πρῶτος τῆς Ἀφροδίτης Ταναΐδος τὸ ἄγαλμα ἀναστήσας ἐν Βαβυλῶνι, καὶ Σούσοις, καὶ Ἐκβατάνοις, καὶ Πέρσαις, καὶ Βάκτροις, καὶ Δαμασκῷ, καὶ Σάρδεσιν, ὑπέδειξε σέβειν. *Qui primus erectâ Veneris Tanaidis ſtatuâ Babylone, & Suſis, & Ecbatanis, & in Perſis, & Bactris, & Damaſci, & Sardibus, Deam oſtendit eſſe colendam.* Pro Ταναΐδος reponendum Ἀναΐτιδος. In qua emendatione non debuit heſitare Vir Doctus. Nam præter Perſicam illam Anaitidem, de qua præter Strabonem Agathias libro ſecundo, etiam Ecbatanis Anaitidem fuiſſe cultam ex Plutarcho ſcimus, & Suſis, & in Lydia, ubi Sardes, ex Pauſania. Et in illius cultum Artaxerxes quàm fuerit propenſus inde colligas, quòd celebrem illam Aſpaſiam Cyri olim concubinam, cujus formam & reliquas dotes tam multis deprædicat Ælianus in Variis, initio lib. 12 creavit ſacerdotem, ut præficeret *Plut. in Artax.* templo Anaitidis Ecbatanenſæ. Nec quenquam movere debet, quòd Anaitidem alii Venerem, alii Dianam explicant. Nam rarò ſibi conſtant priſci ſcriptores, cùm peregrina numina Græcis nominibus efferunt. Anaitidi multi Dianam eſſe *Vide Scal. in Caſaub. p. 96.* voluerunt, quia communi fano cum Deo אומן Omano, id eſt, Sole, colebatur; ut teſtatur Strabo lib. 15. Viciſſim alii Venerem eſſe maluerunt, quia infami ritu virgines in illius templo proſtabant, ut idem refert in fine libri undecimi. Cæterùm ex loco Strabonis, in quo versamur, in quo Ἀναία *Anaa* vocatur, quæ aliis Anaitis, reſtituenda ſunt loca de eadem Anaitide, 2 Macchab. 1: verſ. 13, 15 In iis enim pro Ἀναία ſcriptum Ναναία. Nempe in his verbis περὶ τὴν Ναναίαν. N initio vocis aſſumptum ex fine præcedentis; inde ortus error latiùs ſe propagavit; nam & eodem verſu legitur, ἐν τῷ τῆς Ναναίας ἱερῷ, pro τῆς Ἀναίας, ut in Strabone: & Verſ. 15. ἡ Ναναία, etiam ſexu mutato.

Eſt & circa Arbelam & Caprum amnem ὁ Κυπαρισσών *Cupreſſetum*, ut notat Strabo. Quod non temerè prætereundum eſt. Nam, ſi conjecturæ locus eſt, in eo cupreſſeto Noa fabricavit arcam; ſaltem id probare conati ſumus Libri Primi cap. quarto, argumentis, ut putamus, non prorſus contemnendis.

De Aſſyriæ locis Plinius lib. 6. cap. 26. paucis verbis multa habet, quæ nemo alius: *Gordyæis*, inquit, *juncti Aloni, per quos Zerbis fluvius in Tigrim cadit, Azones, Silices montani, & Orentes. Quorum ad Occidentem oppidum Gaugamela. Item Sue in rupibus, ſuprà Silici, Claſſitæ, per quos Lycus ex Armenia fertur; Abſitris ad hybernum exortum, Azochis oppidum.* Gordyæos jam diximus occupaſſe montes Ararat, quos Chaldæus Interpres appellat montes *Cyr. Min. l. 4.* קרדו *Kardu*, & Xenophon Καρδουχίων, ubi Ptolemæi Niphates. His Gordyæis juncti *Aloni per quos Zerbis in Tigrim cadit.* Aloni nempe occuparunt campeſtrem vallem inter Gordyæos montes & Lyci oſtia. Chaldaicè dicebantur חילון *Heluan*, quia *Vide Aruch in הדייב.* חילא *hela* eſt vallis. Talmud in tractatu *Kiddoſin*, לחלה זו הילון וחבור זו הדייב, *in Halach*, id eſt, *Cheluan*; *& Chabor*, id eſt, *Hadiab* (Adiabene.) Dicerem ab אלון *allon* vel *elon* dici *Alonos*, ſi tam Chaldæi quàm Hebræi pro valle uſurparent. *Zor-* *Cyr. Min. l. 3.* *bis* per Alonos in Tigrim fluens videtur eſſe Xenophontis Χάραδρα *torrens*, quem tranſmiſſo amne Zabato Græci reperêre ſecundis caſtris. Nomen à verbo זרב *zarab* vel *zarab*, quo non Chaldæi ſolùm, ſed & Hebræi utuntur & Arabes. Propriè ſignificat effluere more torrentis. Inde Job. 6: 17. de torrentibus, בעת יזרבו, *tempore quo effluunt.* Jam qui ſequuntur *Silices montani* ex argumento ſic dicti; Chaldæis enim סלק, *ſelac*, eſt aſcendere, & סליקא *ſelica* aſcenſus. De Gaugamelis jam dictum. Huic proximum oppidum, *Sue in rupibus*, nomen habet mere Chaldæum; nempe שוע *ſua*, vel ut Veteres *Sue*, rupem ſignificat. Vox eſt Syris in multo uſu, ſed & Chaldæis, Prov. 30: 19. על שועא *ſuper petram.* *Vide Pſal. Syr. 27. 5 et 40: 3. Et Apoc. 6: 15, 16. &c.* Claſſitæ, per quos Lycus ex Armenia fertur, meliùs dicerentur Calachitæ, vel Calacheni, a Calach כלח urbe, quam condidit Nimrod, Gen. 10: 12. Unde Calachene regio in eodem ſitu Straboni & Ptolemæo. Pro Abſitri jam monuimus legendum eſſe Abſyrtum, id eſt, Caprum, cujus ſcaturigines Ptolemæus deſcribit ad hybernum exortum Calachenes. Hæc obiter notare viſum eſt in locum Plinii valde obſcurum.

Eſt & in Strabone locus de Adiabenis, quem doctiſſimus Caſaubonus præterivit intactum: καλοῦνται δὲ Ἀδιαβηνοὶ καὶ Σακκόποδες, in quem Vir Maximus ad Solinum ita ſcribit: *Haud ſcio quare ſic dicti, niſi ſit quod ſuſpicor. Græci Ἀδιαβῆνας putarunt nominatos, quaſi τῷ διαβαίνειν impotes, qui minimè poſſent crura divaricare ad ambulandum; haud ſecus ac ſi pedes ambo intra ſaccum conductos haberent*, καὶ συμβεβηκότας. Hæc ille quidem acutè, ut ſolet. Tamen ego aliud ſuſpicor, nempe mendoſè ſcribi Σακκόποδες pro Σαυκρόποδες; & vocem ignotam librarios corrupiſſe. Σαυκρόποδες Heſychio ſunt ἁβρόποδες, id eſt, ἁβρὰ βαίνοντες, qui infracto greſſu & ſuſpenſo mollitiem animi præ ſe ferunt. Hinc Suidæ ἁβρὰ βαίνων eſt θρυπτόμενος, *deliciis fractus*; & Heſychio ἁβρὰ βαίνων eſt τρυφερόβιος, *qui molliter & delicatè vivit.* Nempe mollis inceſſus mollem & effœminatam vitam arguit. Eſtque id vitium frequens fœminis, quæ liberaliùs educatæ ſunt, & in lautiore fortuna. Sic in Medea Euripidis Glauca Creontis filia Regis Corinthiorum, *Verſ. 1169.*

- - - - - - - - - - διέρχεται
Στέγας, ἁβρὸν βαίνουσα παλλεύκῳ ποδί
- - - - - - - - - - *ambulat*
Per tecta, gradiens molliter pede candido.

Et Propertii Muſa; *Lib. 2. v. 409.*

- - - - - - - - - - *digitos & lumina nigra puellæ,*
Et canit ut ſoleant molliter ire pedes.

Et filiæ Sion, Eſ. 3: 16. ibant הלוך וטפוף, id eſt, juxta Aben-Ezram מהלך טף inceſſu molli & tenero puerorum inſtar. Fortè etiam ab equis ſumptum; nam Arabicè פרס טפאף eſt equus leniter incedens. Sic Propheta ſtatim addit metaphora ab equis ſumpta, וברגליהם תעכסנה, *& pedibus ſuis quaſi compedita erant*, nempe ut equi, qui tolutim incedere docentur. Hieronymus rectè reddit, *compoſito gradu incedebant*; niſi quod verſio ambigua eſt, & compoſitus gradus videtur potiùs cedere in laudem contra Prophetæ mentem. Sed compoſitum gradum multo aliter ab eo accipi docet nota hæc appoſita: *Ut compoſito incedant gradu; non naturam ſequuntur ducem, ſed hiſtriones redimunt præceptores.* Itaque compoſitus gradus ibi ſumitur pro affectato. Muliebrem hanc mollitiem graphicè exprimunt verba Moſis, Deut. 28: 56. quamvis non citra hyperbolem: *Mollis in te & delicata, quæ non tentavit plantam pedis ſui figere ſuper terram præ deliciis & præ mollitie.* Græci optimè, ἡ ἁπαλὴ ἐν ὑμῖν καὶ ἡ τρυφερὰ, ἧς οὐχὶ πεῖραν ἔλαβεν ὁ πούς αὐτῆς βαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς διὰ τὴν τρυφερότητα καὶ διὰ τὴν ἁπαλότητα. Mollitiem illam Chaldæi duo Interpretes Jonathan & Jeroſolymitanus voce חטיתא vocant vel חטוייא voce maxime propria. Nam חטי verbum apud Arabes propriè ſignificat molli inceſſu progredi. Ita explicatur in Giggeio. Quod ſi ne in fœminis quidem ferenda eſt hæc mollities, in viris multò minus. Eleganter

Cicero lib. 1. de Officiis : *Cavendum autem ne tarditatibus utamur in greſſu mollioribus, & pomparum ferculis ſimiles eſſe videamur.* Quod imitatus
De Offic. lib. 1. c. 18. Ambroſius ita ſcribit ; *Sunt etiam, qui ſenſim ambulando imitantur hiſtrionicos geſtus, & quaſi quadam fercula pomparum & ſtatuarum motus nutantium, ut quotieſcunque gradum transferunt, modulos quoſdam ſervare videantur.* Talis, de quo Poëta vetus apud Suidam :

> Ἐκεῖνος ὄντως ἁβρὰ βαίνων ἐδόκει,
> *Is ire molli pol videbatur gradu.*

1 Sam. 15: 32. Et Agag Rex Amalek, qui venit ad Samuelem מעדנות *in deliciis*, delicatè incedens. Chaldæus habet מפנקא laſciviens, delicias agens, ἐντρυφῶν. Et Kimchius ; בתענוג *in deliciis, quaſi dicat, & ſi eſſet morti proximus, tamen ivit ad eum* בגאוה *cum*
Verſ. 955. *faſtu.* In eo numero denique Perſæ & Aſſyrii, quos in Æſchyli Perſis Rex Xerxes ita compellat : Γοᾶσθ᾽ ἁβροβάται, *gemite ô molli inceſſu viri.* Ἁβροβάται iidem qui Ἁβρόποδες & Σαυκρόποδες. Nam quomodo βάσις & πούς, ita etiam ἁβρὸς & σαυκρὸς ſunt voces ſynonymæ. Heſychius σαυκρὸς exponit ἁβρὸν, ἐλαφρὸν, ἄκρον, τρυφερὸν, σομφὸν, σοβαρὸν, *mollem, levem, ſummis pedibus inſiſtentem, delicioſum, gravem*, (id eſt, oſtentabundum) *cum faſtu incedentem.* Ἄκρος propriè ſummus eſt. Nos hic ſumimus pro eo, qui ἄκροις τοῖς ποσὶν ἐπιβαίνει ; quod Græcè eſt ἀκρίζειν, ἀκροβάζειν & ἀκροβατεῖν. Id autem ad faſtum & pompam pertinet ; aut etiam ad delicias. Utroque vitio Aſſyrios laboraſſe non diffiteor. Tamen quiſquis Ninyæ legerit & Sardanapali vitam, atque aliorum Aſſyriæ Regum, potiùs ad mollitiem & luxum referet hoc epithetum, quàm ad faſtum & ſuperbiam. Proinde
Cyr. in Nahum. 3: 13. Aſſyrios Cyrillus dicit κοσμεῖσθαι κορικῶς, *ornari inſtar puellarum.* Et Ninivitas pro fœminis habet Nahum, Ninivem ita compellans ; *Ecce populus tuus mulieres in medio tui.* Itaque Aſſyrios etiam in inceſſu mulierum mollitiem expreſſiſſe veriſimile eſt : atque eodem ſenſu Σαυκρόποδας vulgiverbio dictos, quo ab Æſcylo Ἁβροβάτας. Julius Firmicus hæc animi vitia perperam in aſtra rejicit, ſcribens eos, qui Pleiades habent in horoſcopo, *molliter ambulantes veſtigia ſuſpendere, eoſque pœnitere quod viri nati ſint.* Jam ad Ninivem.

CAPUT XX.

Ninive, נינוה

Ninive, vulgò *Ninus*, Ptolemæo Νινος, Ammiano *Nineve*, à Nino vel à Ninya Nini filio. Terræ & urbes vocantur poſſeſſorum nominibus, Gen. 4: 17. Pſ. 49: 12. Aſſyria terra Nimrod, Mich 5: 6. Lucianus Ninives locum negat poſſe indicari. Alii ad Euphratem, alii ad Tigrim deſcribunt. Et horum alii ad Occaſum, alii ad Ortum Tigridis, quorum rurſus pars ſupra & pars infra Lycum. Quin Herodotus, Diodorus & Ammianus modò Euphrati modò Tigri Ninum admovent. Probatur duplicem eſſe Ninum, unam ad Euphratem in Comagena, alteram in Aſſyria trans Tigrim. De priore Philoſtratus lib. 1. ex Dami inde oriundo, & Ammianus lib. 14. Et Suidas in Ἀδάμ, quæ vocatur verus Ninus. Plinius poſteriorem ponit ad Occaſum Tigridis, ubi hodiè *Moſul.* Sed Nubienſis & Benjamin docent inter Moſal & Nini rudera Tigridem eſſe interjectum. Fullerus perperam negat Ninivem fuiſſe ad Tigrim, cùm penè omnes Veteres disertè id afferant ; nec debuit Ptolemæo Strabonem opponere, cùm de ſitu Ninives idem uterque ſtatuat, nempe Ninivem eſſe ſupra Lycum. Tamen ab Ammiano, & Diacono, & Benjamine ponitur infra Lycum. Fortè Ninus, quæ tum extabat, non fuit in eodem loco in quo vetus illa Ninus : aut planè ignoratur locus Ninives juxta id quod prædixerat, Nahum. 1: 8. & 3: 17. Ninive urbs magna Deo, Jon. 1: 2. ut Moſes ἀστεῖος τῷ θεῷ Act. 7: 20. *Itineris trium dierum*, nempe in ambitu, quod ſequuntur multi Veteres. Ninus major Babylone omnium urbium multò maxima. Longitudo, latitudo & ambitus. Murorum altitudo & latitudo ; quot annis condita, conditorum numerus. Tumulus immenſi operis ibi excitatus à Semiramide. Ambitum ſtadiorum CCCCLXXX, ſeu milliarium LX, triduanum iter conficere. Diurnum iter ſunt XX. millia, quod multis probatur, *celſnis manſio* plerumque id ipſum. Duodecim inſanium myriades Ninive. Seleuciæ hominum DCM. Thebis Ægyptiis DCCM, ætate militari. Romæ aliquando cenſa civium capita CCCCXXVIIIM. Athenis ſervorum CCCCM. Sybari armata hominum millia CCCM. Carthagine hominum DCCM. Agrigenti DCCCM ævó Empedoclis. In inſula Ægina CCCCLXXM. Hieroſolymis Paſchæ tempore tricies centena hominum millia. Ninive peregrinis jus civitatis indultum. Ninivitæ multiplicabantur ut bruchi, Nahum. 3: 15. Cur *piſcina aquarum*, Nahum. 2: 8. *Aqua* pro populis. *Gloria* pro multitudine. Foſſæ inciſæ circa Ninivem. Ninive tam à Cyaxare, vel Aſſuero, quàm a Nabuchodonozoro ſubverſa, & quo anno. Locus eam in rem Druſii inſignis. Ninive diu jacuit. De ejus excidio multi ſcriptores. Herodorus corrigitur. Alia Ninive recentior : etiam hæc ipſa exhauſta vicinitate Moſal in parte oppoſita Tigridis.

Ninive Græcis & Romanis ſcriptoribus eſt *Ninus.* Tamen illis nomen Nineves non fuit planè ignotum. Ita enim Ptolemæus lib. 8. ἡ μὲν Νῖνος, ἡ καὶ Νινευ. : Et Ammianus lib. 18. *Poſtquam Reges Nineve Adiabenes ingenti civitate tranſmiſſa, &c.* נינוה *Nineve* dici putatur quaſi נין־נוה *Nin-nave*, id eſt, Nini habitatio, vel à Nini filio Νινύα. Ut hic ſit illuſtre exemplum vanitatis illius, quam notat Pſaltes, Pſ. 49: 12. קראו בשמותם עלי אדמות, *terras appellant nominibus ſuis.* In quem locum rectè Selomo : *Terras*, id eſt, *domos quas ædificant, ut ſui ſint monumentum : Sic Gen. 4: 17. Cain vocavit urbem nomine filii ſui Enoch ; ut Antiochus condidit Antiochiam, Seleucus Seleuciam.* Caini exemplum maximè eſt ad rem, quia Ninus Nimrodi filius, ut Enoch Caini fuit : uterque autem urbem à ſe conditam appellavit non ſuo, ſed filii nomine. Sic Aſſyria univerſa vocatur terra Nimrod, Mich. 5: 6. Quod illi nomen inditum à Nimrode veriſimile eſt. Sed Aſſyrii maluerunt patris ſui nomine appellari.

Hæc de nomine ; jam de ſitu. Lucianus in Dialogo, cui titulus ἐπισκοποῦντες, Ninum ita periiſſe ſcribit, ut nullum illius ſuperſit veſtigium, nec ejus locus poſſit indicari : ἡ Νῖνος μὲν ἀπόλωλεν ἤδη, καὶ οὐδὲν ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς, οὐδ᾽ ἂν εἴποις ὅπου ποτ᾽ ἦν. Et verò de loco Ninives

> *Hiſtorici certant, & adhuc ſub judice lis eſt.*

Et in eo indicando eſt, quod miremur Veterum levitatem, penè dixero deſultoriam. Alii enim ad Euphratem deſcribunt, ut Cteſias & Diodorus ; alii Diod. l. 2. Pag. 65.
ad Tigrim ut Arrianus & Euſtathius. Atque hi rurſus multifariam diviſi. Ninum enim ad Occaſum Tigridis in Meſopotamia ſolus ponit Plinius, Arrian. Indic. Euſtath. in Dionyſ.
alii ad Ortum ; ſed pars ſupra Lycum ut Ptolemæus, pars infra Lycum verſus Arbela, ut Strabo & Ammianus, ſi quidem Fullero credimus. Quid quod horum ſinguli ſibi non conſtant, & de ſitu ejuſdem urbis ſcribunt planè ἀσύστατα. Herodotus lib. 1. cap. 185. obiter de Nino locutus, Euphratem amnem fluere ſcribit διὰ τῆς πόλιος μέσης, *per mediam urbem.* Sed id recantat idem his verbis cap. 193. ejuſdem libri ; τὸν Τίγριν κατ᾽ ὃν Νῖνος οἰκέαται, *Tigrim, ad quem Ninus habitatur.* Et rurſus cap. 150. libri ſecundi ; τὸν Τίγριν ποταμὸν παραῤῥέοντα τὴν Νῖνον, *Tigrim fluvium Ninum præterfluentem.* Par inconſtantia in Diodoro, qui cùm libro ſe- Pag. 65.
cundo dicat Ninum fuiſſe conditam ſuper Euphratem, ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ποταμόν : tamen idem lib. 17. Pag. 590.
ait Darium *ſtuduiſſe, ut περὶ τὴν Νῖνον, circa Ninum dimicaretur, quod latiſſimi ad eam campi explicandis commodè ordinibus numeroſi exercitus eſſent aptiſſimi : Et caſtra metatum eſſe περὶ κώμην τὴν ὀνομαζομένην Ἄρβηλα, ad vicum nomine Arbela.* Quod idem eſt, ac ſi Ninum in Adiabene prope Arbela eſſe ſcriberet ;

ret; quo loco fuit conflictus Darii cum Alexandro. Ammianus videtur agi eodem ſpiritu vertiginis. Ninum enim lib. 14. ponit circa Euphratem in Comagena prope Samoſatam & Hierapolim. *Comagena*, inquit, *nunc Euphratenſis*, *clementer adſurgit*, *Hierapoli*, *vetere Nino*, & *Samoſatâ civitatibus amplis illuſtris.* Sed idem lib. 18. tanquam ſui oblitus Adiabenæ Ninum adſcribit his verbis: *Reges*, *Ninive Adiabenes ingenti civitate tranſmiſſa*, &c. Et rurſus lib. 22. *In hac Adiabena Ninus eſt civitas*, *quæ olim Perſidis regna poſſederat.* Non video hæc aliter poſſe conciliari, quàm ſi dicatur duplex fuiſſe Ninus; Una ad Euphratem in Comagena; Altera in Aſſyria trans Tigrim, quas licet diverſiſſimas, tamen promiſcuè ſumunt ſcriptores, paſſim Euphratenſi tribuentes quæ propria ſunt Trans-Tigritanæ. Hæc conjectura firmatur ex Philoſtrato, in quo Apollonius, ex Antiochia in Meſopotamiam iturus, tranſit per antiquam Ninum. Philoſtrati verba ſic habent ex verſione Rhinuccini; nam Græca non ſunt ad manum: *Antiochiâ diſceſſit*, *duobus tantum famulis*, *comitatus*, &c. *Cum his profectus*, *ad antiquam Ninum pervenit*, &c. *Poſt hac in Meſopotamiam venientes*, *ab eo*, *qui ponti caſtodiendo præfectus erat quid mercium ſecum veherent interrogati ſunt.* Vides, lector, hanc Ninum in Syria fuiſſe cis Euphratem, illi attiguam & ponti junctam. Quæ deſcriptio non poteſt non eſſe vera, quia illam hauſit Philoſtratus ex Dami Apollonii diſcipulo & perpetuo peregrinationum ſocio; quique adeo ex hac ipſa Nino erat oriundus, ut Philoſtratus pluribus ibidem refert. Omnino igitur præter Ninum Aſſyriæ, alia in Syria fuit prope Euphratem, quæ illa ipſa eſt Ninus, de qua nuper Ammianus: *Comagena nunc Euphratenſis clementer aſſurgit*, *Hierapoli*, *vetere Nino*, & *Samoſatâ*, *civitatibus amplis illuſtris.* Ubi notandum appellari *veterem Ninum*, quomodo etiam à Philoſtrato, qui ſic de Apollonio; *Ad antiquam Ninum pervenit.* Et à Suida in *Damis*, Δάμις (inquit) ἀνὴρ οὐκ ἄσοφος, τὴν ἀρχαίαν οἰκῶν Νῖνον, *Damis vir non indoctus*, *incola Nini veteris.* Nempe ſic appellabatur διακριτικῶς, ut in Phœnice Palętyrus, & Palæbiblus: in Cypro Palæpaphus: in Caria Palæa Myndus; in Ionia Palægambrium; in Phrygia Παλαιὸν Βεύδος; in Troade Palæpercote: in Theſſalia Palæpharſalus: in Campania Palæpolis non procul a Neapoli. Sic ad Euphratem fuit *vetus Ninus* ab altera Nino diverſa. At cur vetus? An credibile eſt Euphratenſem illam Ninum vetuſtiorem fuiſſe Aſſyriacâ Nino quam condiderat Nimrod? Non puto; ſed è ſynonymis urbibus illi, quæ erat obſcurior, id potuit in ſolatium tribui ut antiquior diceretur. Utut res ſe habeat, hoc credo jam clarè patere geminam eſſe Ninum; atque id ipſum Veteres in errorem induxiſſe, qui Euphratenſem ita deſcribunt, ac ſi fuiſſet nobilis illa Ninus, imperii caput, urbium longè maxima.

Nos, Euphratenſi valere juſſa, alterius verum ſitum indicare conabimur. Plinio ponenti Ninum ad Tigris Occaſum, id eſt, in Meſopotamia, multi hodiè aſſentiuntur, quia ibi eſt *Moſal*, quam putant eſſe Ninum. Sed locorum periti monent inter Moſal & Nini rudera Tigrim eſſe interjectum. Geographus Nubienſis; *Mauſel eſt urbs ad occidentalem Tigris partem extructa*; *habetque territoria ampla & provincias magnas*, *ac præ cæteris* רכתאך לינו *territorium Lino*, (id eſt, Nini) *urbs vetuſtiſſima*, *ſita ab orientali latere Tigris è regione Mauſel.* Benjamin Judæus; *Hinc biduo profectus ſum* לאלמוצל היא אשור הגדולה, *Almozalem*, *quæ eſt Aſſur magna.* Et paulò poſt; והיא יושבת על נהר חרקל ובינה ובין נינוה הגשר לבד. *Sita autem eſt ad flumen Tigrim*, & *inter illam & Ninivem pons tantùm intercedit.*

Lib. 1. c. 13. & 14.

Clim. 4. part. 6.

Pag. 61. & 62.

Hactenus res eſt manifeſta. Sed ex qua parte fuerit Lyci amnis, qui exit in Tigrim, non uſquequaque conſtat. Ptolemæum Fullerus *egregiè falli* aſſerit, cùm ſupra Lycum ponit ad Tigris Ortum. *Neque enim*, inquit, *ad Tigrim extructa erat Ninus*, *ſed ad Lycum amnem*, &c. *Neque verò cis Lycum ad Occaſum*, *ſed in regione ulteriore Ortum verſus*, *ut eſt apud Strabonem gravem & locupletem ſanè authorem.* Hæc vir egregiè doctus, quæ utut proferat tanquam ex tripode dicta, tamen ſunt valde incerta, aut etiam apertè falſa. Certè non debuit negare Ninivem fuiſſe ad Tigrim; cum præter Plinium & Ptolemæum, Herodotus etiam id aſſerat diſertis verbis libro primo & ſecundo, & Arrianus in Indicis, & Euſtathius in Dionyſium pag. 125. & Haitho Armenus in libro de Tartaris cap. 11. & Geographus Nubienſis Climatis quarti parte ſextâ, & Benjamin Judæus Itinerarii ſui pag. 62. Tanto Veterum conſenſui ſe opponere parum tutum eſt, niſi invictæ rationes ſuppetant; at Fullerus nullas habet, ne veriſimiles quidem, quod illius pace dixero. *Ad Tigrim*, inquit, *Ninus non erat*, *ſed ad Lycum.* Hæc opponit ut ἀσύστατα, cùm nihil pugnent. Potuit enim eſſe Ninus ad utriuſque confluxum. Quod ſequitur de Strabone, illum trans Lycum Ortum verſus Ninum deſcribere, Viro Docto non excidiſſet, ſi Strabonem attente legiſſet, qui haud dubiè Ninum ponit in eodem ſitu cum Ptolemæo, hoc eſt, cis Lycum. Quod apertè colligitur ex illis ipſis verbis, quę ex Strabone profert Fullerus; *Trans Lycum verò Aturia campi Ninum circumjacent:* ibi enim *trans Lycum* non dicitur eſſe Ninus reſpectu noſtri, ſed reſpectu Arbelorum, quæ Strabo & alii deſcribunt ad Orientem Nini inter Lycum & Caprum. *Aturia*, inquit, *ſimilis eſt iis locis quæ circa Arbela ſunt*, & *Lycum flumen intermedium habet. Arbela enim ad Babyloniam pertinent & juxta eam ſunt. Trans Lycum verò Aturia campi Ninum circumjacent.* Hoc vult Strabo Lycum dividere Babyloniam ab Aturia, adeóque Arbela & Arbelitem non pertinere ad Aturiam, ſed ad Babyloniam; quia inter Arbelitim & Aturiam, in qua eſt Ninus, Lycus eſt intermedius. Nunquid hæc ipſiſſima eſt Ptolemæi ſententia, in quo Lycus Arbelitim à Nino dividit, cum Fullerus tam Ninum quàm Arbela includat inter Lycum & Caprum. Illi igitur Strabo non minùs adverſatur quàm Ptolemæus.

Tamen certum eſt Ammianum & Paulum Diaconum Fullero conſentire, cùm ille Perſarum Reges ex Oriente venientes Ninive tranſmiſſa ſcribat pontem Anzabæ tranſiiſſe; hic Heraclium in Orientem proficiſcentem, trajecto Zabâ, caſtra metatum eſſe juxta Ninivem. Omnino igitur Zaba fluvius, qui cum Lyco planè idem eſt, ut multis probavimus, occidentalior eſt Nino. His Benjaminum addo, qui à Ninive dicit Arbelam unâ paraſangâ diſtare, id eſt, paſſuum quatuor millibus.

Itaque hoc unum ſupereſt, vel ut Strabonem & Ptolemæum dicamus ignoraſſe verum Nini ſitum, vel ut Ninum urbem, quæ Ammiani ævo & deinceps per aliquot ſęcula duravit, negemus in eodem loco fuiſſe, in quo priſca Ninus quam Medi pridem exciderant. Res non eſt ſine exemplo, ut urbs mota ſedibus ſuis retineat priſcum nomen. In vicina regione, id Babyloni accidiſſe & Bagdado & Corchæ jam probavimus. Proinde, omnibus expenſis, hoc unum ſcimus, nos hac in parte nihil ſcire certi, donec alicunde plus lucis affulgeat. Tantùm hoc conſtat Ninum ad Tigrim fuiſſe verſus Ortum, nec procul à Lyco flumine. Sed ex qua parte Lyci, an à dextris an à ſiniſtris, res eſt adhuc in ambiguo. Ita compleri oportuit Prophe-

phetæ Nahumi de hac urbe vaticinia cap. 1. verſ. 8. *conſummationem faciet loci ejus*; id eſt, Ninivem Deus ita delebit, ut ne locum quidem ejus quiſquam agniturus ſit. Et cap. 3: verſ. 17. *non agnitus eſt locus ejus* (Ninives) *ubi fuerint* (Ninivitæ.) Quod ipſum eſt in Luciano; οὐδὲν ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς, οὐδ᾽ ἂν εἴποις ὅπου ποτ᾽ ἦν. Proinde puto doctos ſe ſatigare fruſtra in loco Ninives præciſe definiendo.

Jon. 1. 2. & 3. 3. De magnitudine Ninives tria habentur in Jona non leviter prętereunda. Primò magnam eſſe urbem, & quidem *magna Deo* לאלהים LXX. rectè τῷ Θεῷ. Quam vocem Vulgatus Interpres cur omiſerit nullus capio, cùm ſit maximi momenti, niſi quod librarios perculit novitas locutionis. Livelcius poſt Hieronymum & Kimchium reddidit, *Urbs magna Dei*, id eſt, divina. Ac ſi *Lamed* præfixum voci *elohim* eo loco genitivi ſit nota, non dativi, ut in מזמור לדוד. Sed obſtat, niſi fallor, ępithetum גדולה interjectum inter עיר & לאלהים. Illi optimè interpretantur, qui hanc locutionem conferunt cum altera huic planè geminâ de Moſe, Act. 7: 20. ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ, *erat venuſtus Deo*, id eſt, ſummè venuſtus. Et Ruth. 2: 20. ברוך הוא ליהוה, *benedictus ſit ille Domino*, id eſt, ſummè benedictus. Ita hoc loco *urbs magna Deo* eſt urbs multo maxima. Chaldęus Interpres rectè ad ſenſum, *urbs magna* קדם יי *coram Domino*, quomodo Nimrod vocatur *magnus venator coram Domino*, id eſt, revera magnus; & ex judicio Dei ipſius, qui res videt intrinſecùs, & ex veritate æſtimat.

Hæc ita reddita cum ſequentibus rectiſſimè cohærent; *urbs erat magna Deo* (multo maxima) *itinere trium dierum.* Magnitudo urbis ex ambitu præſertim æſtimatur, non ex ſola longitudine. Itaque cùm Ninive magna dicitur itinere trium dierum, rectè monet Aben-Ezra intelligi סביב המדינה *urbis ambitum*. Ita etiam Hieronymus; *Civitas magna & tanti ambitus, ut vix trium dierum poſſet itinere circumiri.* Et Cyrillus; Εὐρεῖαν οὖσαν τὴν πόλιν, καὶ εἰς τοῦτο μεγέθους ἐκτεινομένην, ὡς δεῖσθαι πορείας ἡμερῶν τριῶν, εἴ τις ἕλοιτο περινοστεῖν; *cum eſſet vaſta urbs, & eò magnitudinis extenderetur, ut ſi quis eam circuire vellet, triduo indigeret.* Et Theodoretus: Τινὲς μὲν περὶ τῆς χώρας ἐξειλήφασι τῆς ὑπὸ τὴν πόλιν τελούσης, ὡς τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν κατά τε τὸ μῆκος καὶ τὸ εὖρος ἐχούσης. Τινὲς δὲ, ὡς τοῦ κηρύττοντος διὰ τριῶν ἡμερῶν ἅπασαν περινοστῆσαι δυναμένου τὴν πόλιν. *Quidam de regione acceperunt, quæ urbi ſubjecta erat, ut quæ trium dierum iter tam longitudine quam latitudine contineret. Quidam verò Prophetam prædicantem triduo potuiſſe totam urbem circuire intelligunt.* Hactenus Theodoretus, qui horum ſententiæ profitetur ſe accedere; ita tamen ut videatur illud ſuum περινοστεῖν multò latiùs extendere, quàm oporteat; ac ſi potuerit Jonas tam vaſtæ urbis ἀγορὰς, καὶ ἀγυιὰς καὶ ῥύμας fora & compita & vicos triduo obambulare. Quod, quiſquis ſeriò perpendet quanta fuerit urbs Ninive, non facile illi conceſſerit.

Lib. 16. Strabo, qui Babylonis ambitum definit ſtadiis CCCLXXXV. Ninum tamen aſſerit multò fuiſſe ampliorem; Ἡ μὲν οὖν Νῖνος πόλις, &c. πολὺ μείζων ἦν τῆς Βαβυλῶνος. *Diod. l. 2. p. 65.* Addit Diodorus illius conditorem Ninum id ſibi propoſuiſſe, *ut urbem extrueret tantæ magnitudinis*, ὥστε μὴ μόνον αὐτὴν εἶναι μεγίστην τῶν τότε οὐσῶν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ἀλλὰ μηδὲ τῶν μεταγενεστέρων ἕτερον ἐπιβαλλόμενον ῥᾳδίως ἂν ὑπερθέσθαι; *ut non ſolum urbium, quæ tum temporis per totum orbem extabant, eſſet maxima, ſed neque poſterorum ullus quicquam molis majus facilè aggrederetur.* Et paulo pòſt; Τηλικαύτην πόλιν οὐδεὶς ὕστερον ἔκτισε κατά τε τὸ μέγεθος τοῦ περιβόλου, καὶ τὴν περὶ τὸ τεῖχος μεγαλοπρέπειαν, *talem urbem nemo condidit deinceps, neque magnitudine ambitus, neque mœnium magnificentiâ.* Res ex deſcriptione patebit, qualis ibidem extat. Longa erat CL. ſtadiis, lata XC. Mœnium ambitus ſtadiorum CCCCLXXX. Altitudo pedum centum. Latitudo, quam tres currus ſimul perambularent. Turres in mœnibus mille quingentæ altæ pedum ducentorum. Proinde Cyrillus in Nahum. 2. ἀπόρθητον τῇ πόλει τὸ τεῖχος ταῖς ὑπὲρ λόγον μεγαλουργίαις εὖ μάλα πεποιημένον, *murus urbi erat inexpugnabilis ſupra quam dici poteſt, magnificè conſtructus.* Et in cap. 3. pag. 511. ἀρρήκτοις τείχεσι πεπυργωμένην, *muris qui dirui nequeunt munitam.* In ea condenda laborarunt annis octo continuis centum & quadraginta hominum myriades. Ita habetur in Euſtathio. In ipſa Regia tumulum ſibi & Nino extruxit Semiramis altum novem ſtadiis & latum decem, de quo ſic Antipater, Anthol. lib 4. cap. 28. *Euſtath. in Dion. p. 125.*

> Τίς τόδε μουνόγληνος ἅπαν δωμήσατο Κύκλωψ
> Λάϊνον Ἀσσυρίης χῶμα Σεμιράμιος;
> Ἢ ποῖοι χθονὸς υἷες ἀνυψώσαντο Γίγαντες
> Κείμενον ἑπταπόρων ἀγχόθι Πληιάδων;
> Ἀκλινὲς, ἀσφάλιστον, Ἄθωος ἶσον ἐρίπνῃ,
> Φυρηθὲν γαίης εὐρυπέδοιο βάρος.
> *Quem ſtructorem habuit vaſta de gente Cyclopum*
> *Aſſyriæ moles tanta Semiramidis?*
> *Quive hunc terrigenæ tumulum erexere Gigantes,*
> *Tangentem pluvias vertice Pleiades?*
> *Arduum & inconcuſſum ut Athos, immobile ſaxum,*
> *Jugeraque immani pondere multa premens.*

Sed hoc ſolum ad rem noſtram eſt, quod legitur Nini circuitus ſtadiorum fuiſſe CCCCLXXX. id eſt, milliarium ſexaginta; quę triduanum iter facient, ſi ſingulorum dierum iter æſtimes viginti milliaribus: quomodo definierunt non Juriſconſulti ſolum, ſed & Gręcorum vetuſtiſſimi. Herodotus lib. 5. cap. 53. πεντήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν στάδια ἐπ᾽ ἡμέρῃ ἑκάστῃ διεξιοῦσι, *centum & quinquaginta ſtadia unoquoque die peragrantibus.* CL. ſtadia ſunt viginti milliaria, ex Judęorum ſupputatione, quibus ריסים שבע וחצי רס, id eſt, *ſtadia ſeptem & ſemi* faciunt milliare. Uno verbo iter diei id ipſum eſt quod Romanis *manſio*, Græcis σταθμὸς, Hebræis מסע, Chaldęis מטלן, Arabibus מרחל. Quod utut varie definiatur; tamen Gręci σταθμῷ plerunque quinque paraſangas aſſignant, id eſt, viginti paſſuum millia. Tale eſt quod Xenophon lib. 4. Anabaſeos Gręcos dicit progreſſos σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας πεντεκαίδεκα, *manſiones tres, paraſangas quindecim ad Teleboam amnem veniſſe.* Et paulò pòſt iterum: Ἐντεῦθεν ἐπορεύθησαν σταθμοὺς τρεῖς διὰ τοῦ πεδίου παρασάγγας πεντεκαίδεκα. *Hinc per campos manſionibus tribus progreſſi ſunt paraſangas quindecim.* Et poſt aliquot paginas: ἦλθον σταθμοὺς τέτταρας, παρασάγγας εἴκοσι, πρὸς πόλιν μεγάλην, *quatriduo paraſangis viginti confectis venerunt ad magnam urbem.* Et in eodem libro iter paraſangarum DCXX. dividit in ſtathmos CXXII. Ita ut ſolum decem paraſangę in toto numero ſuperfluant; & cum in Herodoti Terpſichore tres σταθμοὶ ſint paraſangę quindecim cum dimidia, ſolâ illâ dimidiâ paraſangâ in tribus manſionibus exceditur numerus, quem diximus. Qui plura de hoc argumento volet conſulat in Benjamini Itinerarium eruditam diſſertationem Conſtantini l'Empereur, viri docti inter paucos, cuique literæ Hebrææ plurimum debent.

His ita explicatis, non puto quenquam eſſe, cui difficulter ſuadeatur in tanta urbe cenſeri potuiſſe duodecim infantium myriades, quibus dextram

tram à ſiniſtra internoſcere per ætatem nondum licebat. Utut enim ponamus hanc deſcriptionem non pertinere niſi ad infantes infra bimatum, hi faciunt ut plurimum urbis partem minimùm quintam. Eo poſito, Nini incolæ non fuerunt plures ſexcentis millibus. Qui fuit ævo Plinii numerus incolarum Seleuciæ: *Ferunt*, inquit, *es plebis urbanæ* DC M. *eſſe*. At Thebis Ægyptiis *habitaſſe quondam ſeptingenta millia ætate militari* teſtabatur Ægyptiaca inſcriptio, Germanici ævo ſuperſtes; de qua Tacitus lib. 2. Annalium. Neque fortaſſe pauciores habuit Roma, cum in ea cenſa ſunt civium capita CCCCXXVIII M. CCCXLII. Nam peregrinos & ſervos civium numerum multis partibus ſuperaſſe nemo dubitat. Sic in Athenienſium cenſu, quem inſtituit Demetrius Olympiadis CX. anno primo, cùm civium numerus viginti unum millia non excederet, reperta ſunt advenarum decem, & ſervorum quadringenta millia, μυριάδες τεσσαράκοντα. Ita refert Cteſicles apud Athenæum lib. 6. Non abſimili miraculo urbs Lucaniæ Sybaris, poſtmodum Thurium dicta, in bellum eduxiſſe legitur contra Crotoniatas trecenta hominum millia. Ita referunt ſcriptores minimè vani Strabo lib. 6. & Diodorus lib. 12. Et initio tertii belli Punici Carthaginenſes, πόλεις μὲν εἶχον τριακοσίας ἐν τῇ Λιβύῃ, ἀνθρώπων δὲ ἐν τῇ πόλει μυριάδας ἑβδομήκοντα, *urbes quidem in Libya trecentas habuere, & in urbe hominum ſeptingenta millia*. Sed Agrigenti incolas, Siciliæ oppidi non ita magni nominis, ævo Empedoclis hunc numerum exceſſiſſe quis credat; urbiſque inſularis & mediterraneæ mœnibus incluſa fuiſſe hominum octingenta millia. Quod ex aliorum relatione aſſerit Laertius lib. 8. exponens cur Agrigentum μέγα ἄστυ dicatur ab Empedocle: Μέγαν δὲ τὸν Ἀκράγαντα εἰπεῖν φησιν, ἐπεὶ μυριάδες αὐτὸν κατῴκουν ὀγδοήκοντα. Nec minùs miror in Ægina inſula ſaxoſa & ſterili, cujus ambitum Strabo & Euſtathius definiunt ſtadiis CLXXX, Plinius XXM paſſ. quondam habitaſſe Myrmidonum myriades quadraginta ſeptem, id eſt, quadringenta & ſeptuaginta millia, Pindari Scholiaſtes in 8. Olymp. πλήθει γὰρ ἀνδρῶν οὕτω φασὶ τὴν Αἴγιναν, ὡς εἶναι ἐν αὐτῇ τεσσαράκοντα ἑπτὰ μυριάδας ἀνθρώπων. Sed utrobique ſuſpicor mendoſos eſſe numeros. Saltem Laërtium myriades ſcripſiſſe non octoginta colligo ex his Diodori lib. 13. p. 376. Ἀκραγαντῖνοι μὲν ἦσαν, πλείους τῶν δισμυρίων (lege δεκαδισμυρίων) σὺν δὲ τοῖς κατοικοῦσι ξένοις οὐκ ἐλάττους τῶν εἴκοσι μυριάδων. *Agrigentini quidem erant plures decem hominum myriadibus, & cum inquilinis advenis non minùs viginti myriadibus*. Itaque, quod ſæpe accidit in literis numeralibus, π pro κ ſcriptum eſt in Laërtio. Hieroſolymas taceo, in quibus quod narrat Joſephus belli Judaici lib. 7. cap. 17. obſidionis tempore periiſſe hominum undecies centum millia, & nonaginta ſeptem millia capta, poſſet pro fabuloſo haberi, niſi ſciremus pleroſve non fuiſſe cives, ſed advenas, qui undecumque in urbem confluxerant propter Paſchale feſtum. Quo tempore tricies centena millia hominum Hieroſolymis congregata fuiſſe legitur in Auguſtini de Tempore ſermone 204. Quod verum eſſe conſtat ex hoſtiarum enumeratione, quę ſub Ceſtio facta eſt. Vide Joſephum Belli Jud. lib. 7. cap. 17. Ninivem quod attinet, in tam numeroſa multitudine, prętcr Aſſyrios credibile eſt multos eò ſe contuliſſe ex imperii partibus remotiſſimis, urbis maximæ & populorum dominæ fama allectos. Quippe ut in eam amplitudinem citiùs excreſceret, jus civitatis non Aſſyriis ſolùm, ſed & peregrinis omnibus indulſit Ninus, quem ſequentes Reges veriſimile eſt hac in parte eſſe imitatos. Diodorus ex Cteſia: Κατῴκισε δ᾽ εἰς αὐτὴν τῶν μὲν Ἀσσυρίων τοὺς πλείστους καὶ δυνατωτάτους, ἀπὸ δὲ τῶν ἄλλων ἐθνῶν τοὺς βουλομένους. Hoc reſpiciens Propheta Nahum Ninivitas dicit התכבד כילק *multiplicari ut bruchum*. Item; *Ninive à diebus fuit ſicut piſcina aquarum*, id eſt, jam olim populoſa, & hominibus referta: aquæ enim multę multi ſunt populi Apoc. 17: 15. *Aquæ quas vidiſti populi ſunt & gentes*. Atque eodem ſenſu dicit Eſaias; *Ecce Dominus adducit contra eos aquas fluminis iſtius fortes & multas, videlicet Regem Aſſyriorum & omnem gloriam ipſius*, id eſt, omnem multitudinem. Sic, Eſ. 5: 13. *Gloria ejus ſunt homines famelici, & multitudo ejus aruit ſiti*. Tam כבוד *gloriam*, quàm המון *multitudinem*, Græci πλῆθος interpretantur; quia ibi ſunt ſynonyma.

Lib. 7. c. 26.

Epitome Liv. Dec. 5. lib. 4.

Nahum 3: 15. & 2: 8.

Eſ. 8: 7.

Poteſt etiam Ninive ad literam conferri cum piſcina aquarum propter aquas ambientes. Ante ultimum excidium Ninivitę, ut hoſtem à mœnibus arcerent, εἰς πολλὰς καὶ μακρὰς τάφρους τὰ περὶ τὸ ἄστυ χωρία καὶ δὴ καὶ δυσπόρευτον τοῖς ἐχθροῖς ἀπετέλουν, παροχετεύοντες ποταμοὺς, καὶ ὑδάτων ἐμπιπλῶντες, καὶ τελμάτων ἔμπλεων ποιοῦντες τὴν γῆν. *Spatia urbi circumjecta multis & longis foſſis inciderunt, & deductis eò fluminibus, & foſſis illis aquâ repletis, & terrâ in palude redactâ, hoſtibus viam inviam reddiderunt*. Cyrillus in Nahum cap. 3.

De anno excidii Ninives hęc Druſii inſignia ſunt: *Ninum everſam ſcribunt alii à Cyaxare, ut Euſebius & Herodotus; alii à Nabuchodonoſore, ut Hieronymus, & Hebræi ad unum omnes. Utrumque verum eſt. Nam hi duo Reges conjunctis viribus Ninum ſimul obſederunt, ceperunt, & deleverunt. Quæris unde hoc habeam? Ex hiſtoria ſacra Tobiæ, &c. In ea ſic habetur:* Καὶ ἤκουσε, πρὶν ἢ ἀποθανεῖν αὐτὸν, τὴν ἀπώλειαν Νινευῆ, ἣν ᾐχμαλώτισε Ναβουχοδονόσορ καὶ Ἀσύηρος. *Ecce ait abductam Ninivem à Nabuchodonoſoro & Aſuero. Nihil verius. Aſuerus enim iſte eſt, quem Euſebius & alii Cyaxarem vocant. Cum enim in lingua Perſica Dynaſtam vel principem ſignificat. Axuros autem ſive Oxyares, id eſt, Aſuerus, &c. Annum excidii Euſebius conjicit in viceſimum ſecundum Cyaxaris. Rectè ſanè. Nam deleta fuit, ut Hebræi tradunt, anno primo Nabuchodonozoris Magni. In Chronico Hebraico, quod Seder olam rabba vocant,* בשנת ראשנה כבש נבוכדרצר את נינוה, *anno primo ſubegit Nabuchodonozar Ninivem. Non dicit delevit Ninivem: ſed tamen deletam eo anno fuiſſe conſtat ex Chronico Euſebii. Ex eodem liquet, hunc annum Cyaxaris in annum primum Nabuchodonozoris, qui quartus erat Joachim Regis Judæorum, ut ex Jeremia diſcimus.*

In Nab. c. 1.

Tob. 14: 32.

Jer. 25: 1.

A Medis & Chaldęis exciſa Ninive diu jacuit: de ejus excidio Arrianus ſolùm obiter in Indicis: παρὰ πόλιν Νῖνον, πάλαι ποτὲ μεγάλην καὶ εὐδαίμονα; & Plinius lib. 6: cap. 13. *Fuit & Ninus impoſita Tigri, &c.* Et Herodotus in Clio: ἐς τὸν Τίγριν, παρ᾽ ὃν πόλις οἴκητο, *Tigrim ad quem Ninus urbs ſita erat*. Ita in margine ex MSS. In textu malè οἰκέαται *ſita eſt*. Sed idem alii expreſſè tradunt. Diodorus ex Cteſia lib. 2. τῆς Νίνου κατεσκαμμένης ὑπὸ Μήδων, ὅτε κατέλυσαν τὴν Ἀσσυρίων βασιλείαν, *Nino à Medis diruta, cùm Aſſyriorum imperium ſubverterunt*. Strabo lib. 16. ἡ μὲν οὖν Νῖνος πόλις ἠφανίσθη παραχρῆμα μετὰ τὴν τῶν Σύρων κατάλυσιν, *Ninus igitur urbs poſt ſubverſos Syros ſtatim deleta eſt*. Lucianus in dialogo, *Contemplantes*: ἡ Νῖνος μὲν ἀπόλωλεν ἤδη, καὶ οὐδὲν ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς, *Ninus quidem ita periit ut nullum ejus veſtigium ſuperſit*. Cyrillus Alexandrinus in Nahum cap. 2. διόλλυσι ὁλοτρόπως, &c. ὡς μηδὲ ὅπου ποτὲ γέγονεν ὁρᾶσθαι λοιπὸν, *omnimodè periit, ita ut quo loco fuerit non appareat ampliùs*. Euſtathius in Dionyſium: *Dicunt etiam Ninum ad Tigrim, cum Babylone multo major eſſet*, ἀφανισθῆναι καταλυθέντων τῶν Περσῶν, *deletam eſſe cùm Perſa ſubverſi ſunt*. Perſas dicit pro Aſſyriis, ut Cyrillus, qui de Ninive: Περ-

Digitized by Google

ve: Περσικὴ δὲ πόλις ἦν, *Perſica autem urbs erat*, in caput 1. Jonæ.

Floruit quidem Ninive Ammiani ævo & deinceps: ſed ut jam ante diximus, merito dubitatur an reſtaurata fuerit eo in loco, in quo priùs condita. Utut ſit, hæc ipſa Ninive pridem diruta & exhauſta eſt vicinitate Moſal oppidi in parte oppoſita fluminis, ſolo ponte intercedente. Benjamin; *Inter quam Almoſal & Ninevem pons tantùm intercedit. Hæc devaſtata eſt, attamen multos pagos & vicos habet.* (Pag. 61.) Haitho Armenus; *Iſta civitas* (Ninive) *ad præſens eſt totaliter devaſtata. Sed per ea, quæ adhuc ſunt apparentia in eadem, firmiter credi poteſt quod fuerit una ex majoribus civitatibus hujus mundi.* (De Tartaris c. 11. p. 425.)

CAPUT XXI.

Rehoboth, רחבות.

Quia רחבות *Rehoboth* plateas ſignificat, quidam hic רחבות עיר reddunt *plateas urbis*. Sed rectiùs reddi *Rehoboth urbem* probatur quatuor rationibus. Id ſequuti ſunt Græci, Onkelos, & Arabs uterque. Alia urbs Rehoboth ad Euphratem; unde Saul, Idumææ Rex, Gen. 36: 37. Arabibus *Rahabath melic*, id eſt, regis; paulò infra Cercuſium & confluxum Chaboræ. At hæc in Aſſyria, vel Aſſyriæ vicina. Quidam volunt eſſe Orobam. Sed Oroba eſt ערבא, quaſi *πεδίον* dixeris. Fortè *Rehoboth* eſt *Birtha* Ptol; quæ *Virta* Ammiano, ſiquidem Chaldæis בריתא plateæ, ut Hebræis *Rehoboth*. Explicatio Talmudicorum.

Trium urbium, quas cum Ninive condidit Nimrod, memoria deleta eſt ſimul cum ipſa Ninive. Itaque vix quicquam poſſumus hic afferre præter conjecturas valde incertas. Conabimur tamen ea dicere quæ ſunt veriſimilia. רחבות עיר alii appellativè explicant *plateas civitatis*, alii propriè *Rehoboth urbem*, quod videtur eſſe verius. 1. quia plateæ urbis dicerentur רחובות העיר cum ה præfixo ante עיר. 2. Præterea quorſum dicatur Nimrod ædificaſſe Ninivem, & plateas urbis Ninives? Quis neſcit in urbe vaſta non deeſſe plateas; atque eas ædificari ſimul cum ipſa urbe? 3. Quoniam ædificandi vox hic videatur minùs propria, quia non tam ædificantur plateæ quàm domus circa plateas. 4. Denique ſi רחובות ſit nomen urbis, Aſſyria tam fuerit τετράπολις quàm terra *Sinar*, quod videtur vero propius. 5. Itaque ne רחובות putaremus eſſe plateas, Moſes ſignanter addidit רחובות עיר *Rehoboth urbem*, ad vitandam homonymiam. Rectè igitur Græci τὴν Ῥοωβὼθ πόλιν; & Onkelos ית רחובי קרתא; & Arabs Erpenianus רחובות אלבלר, id eſt, *Rooboth*, vel *Rehobe*, vel *Rehobot urbem*; & Arabs nuper editus קריה אלרחבה *urbem Rahaba*; omnes eodem ſenſu.

6. Hujus nominis oppidum ad Euphratem deſcribitur, Gen. 36: 37. Saulis Idumææ Regis ortu nobile. Unde eſt, quod illud Arabes *Rahabath Melic*, id eſt, *Rahabath Regis*, hodiéque appellant. Eſt paulò infra Cercuſium & oſtia Chaboræ fluminis. Geographus Nubienſis Clim. 4. part. 5. *Poſtea* Euphrates labitur *ad Cercuſium, ubique cernitur oſtium Alchabur, deinde ad Rahabath-Melic.* Quod de Cercuſio dicit conſonum eſt his Ammiani lib. 23. *Cercuſium, &c. eſt munimentum tutiſſimum & fabre politum, cujus mœnia Abora & Euphrates ambiunt flumina, velut ſpatium inſulare fingentes.* Neque aliter Procopius lib. 2. Perſic. *Eſt in altera* (Orientali) *fluminis* (Euphratis) *ripa Romanorum oppidum munitum, quod Circeſion vocatur, præruptum ex magna parte, ad quod Aborrhas fluvius ingens oſtia emittens Euphrati miſcetur. Abora* vel *Aborrhas*, Ptolemæo *Chaboras*, eſt Arabum אלכאבור *Alchabur*. Scribitur ἀδιαφόρως *Aboras* & *Chaboras*, ut apud Strabonem lib. 12. *Alybe* vel *Chalybe*, prout aſpiratio ח vel profertur vel omittitur. Cercuſium viri docti putant eſſe כרכמיש *Carcemis*, urbem ad Euphratem, de qua 2. Paral. 35: 20. & Eſ. 10: 9. Sed hæc obiter.

Porro ut Rehoboth ad Euphratem infra Chaboræ confluxum ſit illa eadem *Rehoboth*, quam circa Ninivem condidit Nimrod, non patitur locorum diſtantia. Itaque aliud quærendum. Vir doctiſſimus *Orobam* exponit Aſſyriæ urbem ad Tigrim inter Lycum & Caprum, quo ferè loco eſt Ammiani Ninus. Sed *Oroba* eſt ערבא, quaſi diceres campeſtrem urbem; quia in ea parte Aſſyriæ campi latiſſimè patent. Inde Strabo lib. 16. ἐν πεδίῳ τῆς Ἀτυρίας, *in Aturia campo*. Item; τὰ τῆς Ἀτυρίας πεδία, *Aturia campi*. Et Diodorus lib. 17. de Nino urbe: Εὐθετωτάτων ὄντων τῶν περὶ αὐτὴν πεδίων, καὶ πολλὴν εὐρυχωρίαν παρεχομένων, *cum circa eam idonei ſint campi, & latiſſimum ſpatium præbeant.* Sic Joſ. 15: 6. & 18: 22. בית הערבה *Beth haaraba*, id eſt, campeſtris domus, eſt nomen urbis in Tribu Benjamin. Symmachus Πεδινὴν explicat, & Chaldæus בית מישרא. Ita Πεδιεῖς circa Phocidem urbs, Herodoto, lib. 8. & Πεδιεῖς urbs in Caria, Stephano, à latitudine camporum nomen habent.

Sed cùm plateæ, à quibus appellata eſt urbs Rehoboth, Chaldaicè dicantur בריתא, fortè urbs *Rehoboth*, Gen. 10. eadem erit cum Ptolemæi Birtha urbe ad Tigris Occaſum ſita, ſupra oſtium Lyci fluminis. Ammianus *Virtam* appellat lib. 20. & ſic deſcribit: *Virtam adoriri diſpoſuit* Sapores, *munimentum valde vetuſtum, &c. in extremo quidem Meſopotamiæ ſitum, ſed muris velut ſinuoſis circumdatum & cornutis, inſtructioneque varia inacceſſum.*

Quorſum Talmudici tractatu *Joma* Rehoboth urbem, Gen. 10: 11. exponant פרת דמישן, & *Chalach* eodem verſu פרת רבורסיף alii quærant. An פרת דמישן eſt regio Meſene ad oſtia Tigridis, & פרת רבורסיף regio circa Borſippam? in quibus voluerint has urbes condidiſſe Nimrodum. Si hæc illorum mens fuit, ut verba ferunt, quomodo ad Aſſyriam pertinere dixit Moſes; cùm Borſippa & Meſene ſint infra Babylonem?

CAPUT XXII.

Calach, כלח.

Calach caput Calachenes, de qua Strabo. Hæc Calacine Ptol Incolæ Claſſitæ Plinio. Fortè חלח *Chalach*, quò deportavit Iſraelitas Salmanaſſar, idem quod כלח *Calach*. כ & ח quandoque permutari.

Calach urbs caput fuit regionis Calachenes, circa fontes Lyci fluminis, de qua Strabo aliquoties. Sic libro undecimo pag. 503. Ἕως Καλαχήνης καὶ Ἀδιαβηνῆς; & pag. 530. ἕως τῆς Καλαχηνῆς καὶ τῆς Ἀδιαβηνῆς ἔξω τῶν Ἀδιαβηνῆς ὅρων, *uſque ad Calachenem & Adiabenem, extra Armeniæ limites*, aut ὅρων *montes*. Et initio lib. 16. Καλαχηνὴ, καὶ Χαζηνὴ, καὶ Ἀδιαβηνή. In Ptolemæo Calacine legitur pro Calachene, & ponitur ſupra Adiabenem ad oram montis Niphatis, ubi Carduchi vel Gordyæi Veterum. (Lib. 6. cap. 1.) Hinc Plinio *Claſſitæ* populi, per quos Lycus ex Armenia fertur. (Lib. 6. cap. 26.) *Claſſitæ*, id eſt, *Calachitæ*, vel *Calacheni* potiùs.

Cum Rex Aſſyriæ 2. Reg. 17: 6. & 18: 11. legitur Iſraëlitas *deportaſſe in Aſſyriam & collocaſſe in Chalach & in Chabor*, etiamſi חלח per *Cheth* ſcribatur non per *Caph*, tamen poteſt intelligi eadem Calachene. Nam hæ literæ, imo & ח & ק nonnunquam permutantur. Sic Eſth. 6: 12. in Thargum

gum ſecundo אתחכסף, *confuſus fuit*, eſt pro אתכסף. Et Arab. tam חנן quàm כנן eſt recondere. Et Syris אוחר accendere fit ab Hebræo אוקיד. Et in Arabica Paraphraſi pro כלנה ſcribi חלני jam monuimus. At *Calach* ibidem eſt אלאבלה *Obolla*, quæ eſt urbs celeberrima in intimo ſinu Perſico, circa oſtium Euphratis & Tigridis. Vide Nubienſem in prologo & Cl. 3. part. 6. Apologum vocat Arrianus in Periplo Maris Rubri, voce deflexa ex *Obollach*, prout אבלה Perſæ efferunt.

CAPUT XXIII.

Rheſen, רסן.

Duæ urbes ejuſdem aut vicini nominis in Meſopot. Sed hæc inter Ninivem & Calach. Reſen eſſe Λάρισσαν Xenophontis. 1. Situs convenit. 2. Lariſſa magna urbs. 3. Voces alludunt. Lariſſa Græcum nomen. Sed fortè factum ad imitationem genitivi Chaldæi לרסן *lereſen*. L ſervile propriis nominibus præfixum ſæpe ſumi pro parte vocis. Exemplo ſunt *Labela*, *Lachlach*, *Labæmath*.

In Meſopotamia duæ urbes hujus aut vicini nominis apud Ptolemæum occurrunt, una Ῥήσινα *Rheſina* inter Edeſſam & montem Maſium, altera Ῥαισινα *Rhaſina* inter Chaboram & Saocoram amnes, quarum hæc videtur eſſe Stephani Ῥέσινα πόλις περὶ τ̃ Ἀβώρου ποταμόν, *Rheſina urbs circa* Amm. l. 23. *Aborum fluvium*. Et Ammiani *Reſaina*, Gordiani Imperatoris monumento nobilis. Sed neutra eſt illa *Rheſen*, de qua Moſes, Gen. 10: 11. quod ex ſitu manifeſtum eſt. Illæ enim in Meſopotamia, hæc in Aſſyria fuit inter Ninivem & Calach, ut expreſſè habet Moſes. Tam præciſa definitio nos non patitur longiùs evagari. Itaque nihil occurrit præter Xenophontis Λάρισσαν, quam poſt Zaten, vel Zabaton, id eſt, Lycum, trajectum, ſecundis caſtris reperit ad Pigretem ſeu Tigrim amnem, ut verus illius ſitus non Anabaſ. l. 3. poſſit ignorari. *Græci*, inquit, *quod ejus diei reliquum fuit, tutò progreſſi ad Pigretem amnem pervenerunt: ibi fuit urbs magna, ſed deſerta, Lariſſa nomine, quam olim Medi tenuerant. Mœnium autem latitudo pedum erat XXV. altitudo centum, ambitus duarum paraſangarum, materia ex coctili laterculo. Crepido lapidea ſuberat alta viginti pedes. Hanc obſiſſam Perſarum Rex* (Cyrus,) *cum Perſæ Medis imperio ſpoliarunt, nullo modo capere potuerat. At cùm Sol obtecta nube defeciſſet, oppidani animus conciderunt, & urbs capta eſt*. Hanc urbem ut ſuſpicer eſſe Reſen multa me movent. Primò ſitus prorſus convenit, ſi verè Ninus fuit inter Lycum & Caprum, ut hodiè docti contendunt. Secundò Lariſſa magna urbs πόλις μεγάλη, mœniumque latitudine & altitudine conſpicua, ambitu etiam, quem Xenophon duabus paraſangis definit, id eſt, paſſuum octo millibus. Itaque ſi ſtatuamus Reſen eſſe Lariſſam, cùm dicit Moſes; *Ædificavit Ninivem, & Calach, & Reſen inter Ninivem & Calach, ea eſt magna urbs*, verba ultima ad longius antecedens, id eſt, ad Ninivem, referre nihil erit neceſſe; quod durum eſt & planè inſolens, cùm Lariſſa etiam magna fuerit. Fateor hanc magnitudinem cum magnitudine Ninives aut Babylonis non eſſe conferendam; ſed neque illas confert Moſes. Tantùm, cùm illi fuerit ſatis Babylonem & Ninivem ſolo nomine indicaſſe, quia notæ erant omnibus; Reſen ut minùs notam voluit deſignare hoc κριτηρίῳ, *Ea eſt magna urbs*. Tertiò videtur Xenophon *Reſen* mutaſſe in Λάρισσαν propter vocum alluſionem. Saltem hoc certum Lariſſæ vocabulum planè eſſe Græcum, atque urbes hujus nominis in Græcia plures extitiſſe: & ſi quæ alibi fuerunt extra Græciam, eas pro Græcis eſſe Lib. 6. c. 28. habitas. Plinius in deſcriptione Arabiæ Fœlicis; *Fuerunt & Græca oppida Arethuſa, Lariſſa, Chalcis, &c.* Appianus in Syriacis; *In Syria & iis, qui ſupra incolunt, barbaris, multa Græcorum, multa quoque Macedonum oppidorum inſunt nomina, Beroea, Edeſſa, Perinthus, Maronia, Callipolis, Achaia, Pella, Oropus, Amphipolis, Arethuſa, Aſtacus, Tegea, Chalcis, Lariſſa*. Lariſſa igitur Græcum nomen. Proinde Lariſſæ in Syria Syrum nomen aliud fuit *Sizara*. Stephanus; Λάρισσα, &c. ἔστι Συρίας, ὑπὸ Σύρων Σίζαρα καλεῖται, &c. At in Aſſyria Græcæ urbes ævo Xenophontis, id eſt, ante Alexandrum, nullæ fuêre: proinde nec ulla Lariſſa. Omnino igitur hujus urbis verum nomen interpolavit Xenophon, ut ad Græcam elegantiam accommodaret. Et veriſimile eſt Græcis rogantibus, cujus urbis eſſent rudera, Aſſyrios reſpondiſſe לרסן *Lereſen*, addito *le* genitivi notâ, ut in מזמור לדוד; atque illud *Lereſen* mutatum eſſe in Λάρισσαν. Mendo planè ſimili, legitur in Vulgato Interprete, 1 Paral. 5: 26. Rex Aſſur tranſtuliſſe Iſraëlitas in *Labela*, pro in *Hela* לחלה; ac ſi ל ſit pars nominis. Sed & Chaldæus Interpres, Cant. 5: 4. *Abduxit illos* בלחלח ובחבור *in Lachlach & in Chabor*. Quod ſequutus Benjamin habet וינלם בלחלח *& abduxit eos in Lachlach*, imò לחלח vel בחלח, id eſt, in *Chalach*, ut apparet ex collatione, 2 Reg. 17: 6. & 18: 11. cum 1 Paral. 5: 26. & Hieronymus de locis *Labæmath* ponit in locorum cenſu, ſumens in לבוא חמת L ſervile pro radicali; ut minùs mirum ſit Græcos Hebraiſmi prorſus ignaros eodem errore peccaſſe, & Lariſſam feciſſe ex לרסן *Lereſen*.

CAPUT XXIV.

Miſrajim, מצרים.

Miſrajim duale; nomen non eſt hominis, ſed regionis; cujus metropolis *Meſer*, & primus menſis *Meſori*. *Miſrajim* à ſingul. מצור *maſor*. Ita vocatur Ægyptus in tribus Scripturæ locis. מצור eſt munitus locus, nomen Ægypto congruum; quia nulla regio naturali ſitu tutior. Quod probatur ex Diodoro & Strabone. Duale *Miſrajim* docet duplicem eſſe Ægyptum. Una vocatur ſuperior, altera inferior. In ſuperiore terra *Pathros*, id eſt, Thebais. Inferior eſt *Delta*, in cujus medio pagus *Athribis* dictus, id eſt, cor pyri. Ita Orion. *Ath* vel *Eth* cor Ægyptiis, *Rib* pyrum. Ita vocatur Delta à forma pyri; & articulo præfixo hodiè אלריב *Erriſ*. Hebræis id ipſum רהב *Raab*. An רהב ſit Ægyptus vel Ægypti pars, Job. 26: 12. An Ægyptus ſit ποταμόχωστος, ut volunt. Quatuor rationes quibus videtur id probari. Contrà Tanis ævo Moſis jam extabat; & in hiſtoria Iſidis & Ori, &c. nominantur Nili Taniticum oſtium, Buſiris, Taphoſiris, Butus, Peluſium, &c. & Menelaus Canobum appulit. Itaque Ægyptus ſemper fuit in eodem ſitu; neque à Pharo remotior, quàm nunc eſt, ut Homerus fabulatur. Vera Phari diſtantia ab Ægypto. Benjamin emendatus. Ægypti fontes non ſunt amari, ut à Plutarcho traditum. Conchylia in montes non invexit Nilus, ſed Generale Diluvium, quod agnoſcit Theophraſtus. Simile exemplum in Numidia. De Nomis Ægypti multa.

Miſraim non eſt nomen hominis. Id non patitur forma dualis. Itaque cùm in Chami filiis ſecundus cenſetur Miſrajim, nomine Miſrajim intellige patrem incolarum terræ *Miſrajim*, id eſt, Ægypti, cujus metropolim *Alcairo*, hodiéque Arabes מצר *Maſer* vocant. Sed & apud Ægyptios primi menſium priſcum nomen erat Μεσορὶ *Meſori*.

Miſrajim puto factum per compendium ex Meſorajim; nam ſingulare eſt מצור *Maſor*. Id in Scriptura occurrit aliquoties. Sic 2 Reg. 19: 24. *Siccabo planta pedum meorum* כל יאורי מצור *omnes rivos Maſor*, id eſt, Ægypti. Et Eſ. 19: 6. וחרבו יארי מצור *& ſiccabuntur fluvii Maſor*: ubi Kimchius, *Maſor idem quod Miſraim*. Rurſus Mich. 7: 12. ולמני מצור ועד נהר *Et à Maſor uſque ad fluvium*, id eſt, ab Ægypto uſque ad Euphratem, qui ſunt termini terræ Chanaan.

Digitized by Google

מצור *Maſor* eſt munitus locus. Nomen ex argumento ſumptum. Neque enim ulla regio eſt naturali ſitu tutior. Ὀχυρότητι δὲ φυσικῇ, inquit Diodorus, οὐκ ὀλίγῳ δοκεῖ προέχειν τῶν εἰς βασιλείαν ἀφωρισμένων τόπων, *munimento naturali non parum videtur antiſtare locis* reliquis *in regnum diſtinctis*. Atque id probat in ſequentibus longa inductione. Ab Occaſu, ſcilicet, deſertum habet inacceſſum. A Meridie Nili cataractas & montes Æthiopiæ. Ab Ortu item eremum, & barathra, & paludem Serbonidis. Ab Aquilone mare prope importuoſum. Nam ab Joppe Phœniciæ uſque ad Parætonium Libyæ nullus eſt portus præter Pharum. Hæc poſtquam pluribus docuit Diodorus, ita concludit: ἡ μὲν οὖν Αἴγυπτος πανταχόθεν φυσικῶς ὀχύρωται. Hæc ille libro primo. Et lib. 15. de Ægypti Rege Nectanebi Perſis adventantibus: ἐθάῤῥει δὲ μάλιστα μὲν τῇ τῆς χώρας ὀχυρότητι, δυσπροσίτου παντελῶς οὔσης Αἰγύπτου, *fidebat maximè regionis munitione, cùm Ægyptus undiquaque ſit inacceſſa*. Ita etiam Strabo lib. 16. Jam inde ab initio Ægyptus valde fuit pacata διὰ τὸ αὐτάρκες τῆς χώρας, καὶ τὸ δυσείσβολον τοῖς ἔξωθεν, *quia regio eſt ſuis contenta bonis, & in quam exteris non obvius eſt ingreſſus*. Atque id probat deinceps iiſdem argumentis, quibus Diodorus.

Lib. 1. pag. 31.
Pag. 478.
Pag. 819.

Sed & Ægyptus potuit dici מצור *Maſor* ab anguſtiis, quia צור coarctari, & צר anguſtum ſonat. Anguſta enim eſt Ægyptus, quod omnes ſciunt, & à mari Syenem uſque tota patet in longitudinem. Unde eſt, quod Ægyptios Eſaias appellat גוי ממשך gentem in longitudinem protractam vel extenſam, cap. 18. verſ. 2.

Vox dualis מצרים *Miſraim* docet duplicem eſſe Ægyptum, quarum una ſuperior appellatur, Tob. 8: 3. altera inferior. In ſuperiore Nilus unico alveo fertur, in inferiore dividitur in plures alveos. Utriuſque meminerunt Æthicus in Aſiæ deſcriptione, & Oroſius hiſt. lib. 1. cap. 2.

Superior diſtinguitur in Thebaidem, & huic ſubjectam Heptanomum; ita dictam à ſeptem Nomis, quos aliter atque aliter numerant Ptolemæus & Euſtathius in Dionyſium. Heptanomus apud Hebræos nomen peculiare non habuit, quod quidem ſciam. Sed Thebaïs eſt terra *Pathros*, quam ab Ægypto diſtinguunt Eſaias & Jeremias, ut ſuo loco dicetur.

Eſ. 11: 11. Jerem. 44. 1.

Inferiorem à Græcis *Delta* vocari propter formam triangularem, nemo eſt qui neſciat. At eandem quomodo Ægyptii & Hebræi appellaverint nondum eſt à quoquam obſervatum. Quod tamen ex Scriptura cum Græcorum atque Arabum monumentis collata poteſt non difficulter erui. Ptolemæi Tabulas inſpicienti ſtatim apparet Athribitis Nomi metropolim Athribin præciſe eſſe in medio τοῦ Δέλτα. Inde dicta eſt Athribis, id eſt, *cor pyri*, ut ex veteri Grammatico Ægyptio Orione docet Author Magni Etymologici: Ἀθρίβιν προσηγόρευσαν, ὅπερ εἴ τις Ἑλληνιστὶ βούλοιτο φράζειν οὐκ ἄλλως ἔχοι λέξαι, πλὴν καρδίαν ἀπίου, (ἀπίω;) οὕτως Ὠρίων: *Athribin appellarunt, quod ſi quis Græcè vellet effari, non poſſet aliter dicere quam cor pyri: Ita Orion*. Nempe Ægyptiis ἀθ vel ἀθ eſt cor, ut ſcribit Horus Hieroglyphicôn lib. 1. cap. 7. & ῥιβ vel ῥιβι *pyrum*; inde *Athribis* cor pyri, quia in medio pyri, id eſt, Ægypti partis, quam à pyri forma Ægyptii *Rib*, id eſt, Pyrum, vocabant. Quod nomen hodiéque ſervat poſt tot ſæcula incorruptum. *Errif* ſcribit Leo Africanus, id eſt, אלריב, præfixo articulo Arabum, qui ante R non aliter ſonat, ut norunt illius linguæ periti. Porro id ipſum Hebræis eſt רהב *Raab*, quoties pro Ægypto occurrit, ut Pſ. 87: 4. *Memor ero Rahab & Babylonis*, Et Pſ. 89: 11. *Tu contriviſti Rahab tanquam confoſſum*. Et Eſ. 51: 9. *Nunquid non tu percuſſiſti Rahab, vulneraſti Draconem? Rahab &* *Rib* idem ſunt: quomodo נחל *Nahal* & Nilus; aut נחש *nahas* & ὄφις; quomodo pro φύσει legendum contendit Magnus Scaliger in Hori Hieroglyphicis cap. 56. lib. 1. Ergo *Rahab*, ut *Rib* vel אלריב *Errif*, propriè ſignificat Ægypti Pyrum, ſeu partem illam, cujus infima pyri inſtar paulatim dilatantur. Tamen in Scriptura per ſynecdochen ſumitur pro tota Ægypto. Sunt qui eódem referant hæc Jobi verba cap. 26. verſ. 12. *Robore ſuo ſidit mare, & intelligentia ſuâ percuſſit* רהב *Rahab*. In his R. Selomo, qui de Ægyptiis vult agi, Dei virtute contritis, tum cùm Iſraëlitæ ex Ægypto exceſſerunt. Sed videtur ibi רהב appellative ſumi pro elatione maris; quia Job vetuſtior eſt Moſe.

Vide Scal. Emend. temp. lib. 3. pag. 194.

Ægyptum diviſit Seſooſis vel Seſoſtris in *Nomos* triginta ſex: quorum decem Thebaidi; decem τῷ *Delta*; & reliqui ſedecim regionibus intermediis attributi. Singulis *Nomis* præfecti ſinguli *Nomarchæ*, qui quaſi totidem Reguli provinciæ præerant & regiis vectigalibus; inde eſt quod *Nomos* Plinius *præfecturas*, & Eſaias ממלכות *regna* interpretatur cap. 19. verſ. 2. *Committam*, inquit, *Ægyptios cum Ægyptiis, ut quiſque pugnet in fratrem ſuum, & quiſque in amicum ſuum, civitas in civitatem*, ממלכה בממלכה *regnum in regnum*; id eſt, νομὸς ἐπὶ νομὸν, *nomus in nomum*, ut rectè Septuaginta. Ita enim legendum, non νόμος ἐπὶ νόμον, *lex in legem*, ut habent Noſtra Exemplaria. Id pridem obſervaverat Cyrillus Alexandrinus in Commentariis ad hunc locum: Ὥστε καὶ πόλιν (lege πόλιν ἐπὶ πόλιν) καὶ νομὸν ἐπὶ νομὸν ποιεῖσθαι τὰς ἐφόδους. Νομὸς δὲ λέγεται παρὰ τοῖς τῶν Αἰγυπτίων οἰκήτορσι χώρα ἑκάστη πόλις, καὶ αἱ περιοικίδες αὐτῆς, καὶ αἱ ὑπ' αὐτῇ κῶμαι. Καὶ τεθρύλληται παρ' αὐτοῖς ἡ τοιάδε φωνή. *Ita ut civitas in civitatem & nomus in nomum inſurgat. Nomus autem dicitur Ægypti incolis unaquæque civitas, cum vicina regione, & pagis, qui ei ſubſunt, voce apud eos pervulgata*. Sed & ante Cyrillum Epiphanius in hæreſi Baſilidianorum: Ὅπου γὰρ ἐν τῷ ἁγίῳ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ εὕροις γεγραμμένον περὶ νομῶν πόλεως Αἰγυπτιακῶν, οἷον Τάνεως, ἢ Μέμφεως, ἢ νομοῦ τῆς Βουβάστη, Αἰγυπτιακῶς τὴν περίχωρον (al. περίμετρον) τῆς τυχούσης πόλεως σημαίνει. *Ubi enim apud ſanctum Prophetam Eſaiam de Ægyptiacis civitatis alicujus, puta Taneos, vel Memphis, vel Bubaſtis, Nomis ſcriptum aliquid reperies, id Ægyptiacè circumjacentem cujuſcunque civitatis agrum ſignificat*. Hoc imitatus Author libri primi Macchabæorum cap. 10. verſ. 30. meminit Νομῶν *nomorum* etiam in Samaritide & Galilæa, quod à Joſepho redditur τοπαρχιῶν, & à Vulgato Interprete *civitatibus*. Pari καταχρήσει Herodotus in Thalia *Nomos* appellat Perſarum Satrapias. *Nomos* Euſtathius in Dionyſium vult idem eſſe quod ὁρίας, hoc eſt, regiones iiſdem finibus comprehenſas. Et, eodem teſte, τοὺς Λιβυκοὺς ἡ συνήθης φράσις εἶναι βούλεται. Senſus eſt, ut quidem puto, *Nomos* propriè dici eas Ægypti partes, quæ verſus Libyam vergunt. Itaque ibidem obſervat omnes urbes *Heptanomi*, excepta Babylone, eſſe à ſiniſtra Nili, id eſt, à parte Libyæ. Res eſt tamen omnino certa, non minùs *Nomos* dici Ægypti partes, quæ ad Arabiam, quàm quæ ad Libyam inclinant. Atque id conſtat plus ſatis ex iis, quæ jam dicta ſunt. Perperam igitur hinc colligunt *Nomi* vocem eſſe Libycam. Quin iis aſſentior potiùs, qui vel Græcam eſſe volunt, vel Ægyptiam. Quæ ipſa lis eſt adhuc ſub judice. Caſaubonus in Strabonem; *Quidam putant hanc vocem eſſe Ægyptiacam, quos falli & omnes ſciunt, qui aliquid Græcè ſciunt, & Diodorus disertè admonet*. Nempe lib. 1. pag. 46. ubi Ægypti partes *Nomos* appellari aſſerit κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον, *juxta Græcam dialectum*. Tamen Caſauboni ſocer Henricus Stephanus, Græcis literis æquè imbutus, in notis ad Diodorum pag. 830, *Ego* (νομὸν) *Græcam eſſe vo-*

Diod. lib. 1. pag. 35. Strab. lib. 17. Ariſtot. Oecon. l. 2. Diod. lib. 1. pag. 46. Heſych. Suid. Plut. lib. 5. cap. 9.
Antiq. lib. 13 cap. 5.
Herod. lib. 3. cap. 90. &c.

Digitized by Google

eſſe vocem vix mihi perſuaſero. Et Caſaubonus ipſe agnoſcit νομὸς apud Græcos propriè dici locum, ubi ſunt αἱ νομαὶ paſcua. Quo ſenſu ii non ſumunt, qui Ægyptum diſtingui ſcribunt in Nomos triginta ſex. Neque enim Ægypti ager eſt ubique compaſcuus. Denique quam vocem Diodorus Græcæ linguæ ſuprà aſſeruit, eandem idem adſcribit Ægyptiis, cùm dicit de Seſooſi lib. 1. pag. 35. τὴν δὲ χώραν ἅπασαν εἰς ἓξ καὶ τριάκοντα μέρη διελὼν, ἃ καλοῦσιν Αἰγύπτιοι νομούς. *Totam Ægypti regionem in triginta ſex partes cùm diviſiſſet, quas Ægyptii Nomos vocant.* Neque aliter Cyrillus ſuprà; Νομὸς δὲ λέγεται παρὰ τοῖς τὴν Αἰγυπτίων οἰκοῦσι χώραν, *Nomus dicitur ab Ægypti incolis.* Quod idem eſt ac ſi dixiſſet Ægyptiam eſſe vocem. Et Epiphanius diſertiſſime: Αἰγυπτιακῶς τὴν περίχωρον τῆς τυχούσης πόλεως σημαίνει. *Ægyptiacè ſignificat cujuſcunque civitatis regionem circumjacentem.* Fallor, aut ex Hebræo מנה *mana*, vel מנא *mono*, ut Syri efferunt, factum eſt νομὸς vel ab Ægyptiis, vel à Græcis, hac metatheſi peregrinum vocabulum emollire conatis. Certè huc facit, quod *Nomum* Diodorus exponit μέρος, id eſt, partem ſeu portionem: eùm Syra voce מנא *mone*, quam diximus, id ipſum deſignari ſit notiſſimum. Euſebius itidem lib. 3. Præparat. pag. 57. μέρος τι τῆς Αἰγύπτου, ὃ καλεῖ νομὸν: *Ægypti portio quadam, quam Nomum vocant.*

Diod. l. 1. p. 25. Herod. l. 2. c. 5. Ariſt. Meteor. l. 1. c. 14. Diod. l. 3. pag. 101.

Ægyptum plerique volunt Nili fluminis invectu paulatim eſſe aggeſtam. Proinde illam Ephorus appellat ποταμόχωστον; Herodotus ἐπίκτητον γῆν, & δῶρον τοῦ ποταμοῦ; Philoſophus τοῦ ποταμοῦ ἔργον. Atque ex eo ipſo Æthiopes ſeſe Ægyptiis antiquiores eſſe probabant, quod cùm Ægyptus olim fuiſſet mare, tandem τοῦ Νείλου κατὰ τὰς ἀναβάσεις τὴν ἐκ τῆς Αἰθιοπίας ἰλὺν καταφέροντος, *Nilo per exceſſus ſuos limum ex Æthiopia afferente*, facta eſſet terra continens. Cui rei probandæ multa afferunt. Primò quoties Nilus exundat limi alluvionibus cedere pelagus, & removeri nonnihil. 2. In Ægypti montibus conchylia reperiri. 3. Puteos & fontes, quotquot ſunt, ſalſam habere & amaram aquam, ac ſi reliquiæ maris in iis ſubſederint. 4. Denique ad Pharum inſulam, hodiè ſolùm ſeptem ſtadiis, aut ad ſummum mille paſſibus, ab Alexandria diſparatam, Homeri ævo noctis & diei curſu ab Ægypto diſtaſſe; ut idem teſtatur Odyſſ. lib. 4. verſ. 356.

Herod. l. 2. c. 12. Plut. in Iſid. p. 654. Pl. l. 2. c. 85. Ariſtid. Orat. Ægypt. Ammian. l. 22. Vide Brodæi Miſcell. l. 3. c. 5.

Conſtat tamen Ægyptum ſemper in eodem fuiſſe ſitu. Nam, ut cætera taceam, Tanis Ægypti olim Regia non procul à Tanitico Nili oſtio jam extabat tempore Moſis, qui *mirabilia fecit in terra Ægypti in campo Taneos*, Pſal. 78: 12. Quin antiquiſſima urbs Hebron, in qua decimus à Diluvio Abraam diu vixit, Gen. 13: 18. & 23: 2. nonniſi ſeptennio ante Tanim fuit condita, Num. 13: 23. Itaque fabularis hiſtoria Iſidis, & Ori, & Oſiridis, quâ nihil antiquius habent Ægyptii, multorum meminit locorum in infima Ægypto; ut quę illo ævo jam extiterint. Sic in Plutarcho de Iſide, Oſiridem legas arcâ incluſum in mare fuiſſe dejectum, διὰ τοῦ Τανιτικοῦ στόματος, *per Nili oſtium Taniticum*, & poſtmodum Buſiride ſepultum, aut, ut alii volunt, Taphoſiride: & Orum Buti educatum: & Peluſium oppidum ab Iſide conditum. Sed & Trojanis temporibus creditur Menelaus Canobum appuliſſe; unde Pharus aberat ſolùm centum & viginti ſtadiis. Itaque falſiſſimum eſt quod ab Homero traditur, à Pharo in Ægyptum noctis & diei curſum fuiſſe, adeòque curſum navis:

Plut. in Iſid. Ariſtid. ubi ſup.

——— ᾗ λιγὺς οὖρος ἐπιπνείῃσιν ὄπισθεν,
——— *ſtridens quam ventus pone ſequatur.*

Navis enim integrum diem vento ſecundo procedens, eoque ſtridente & acri, iter emetitur decuplo longius, id eſt, pro centum & viginti ſtadiis ſtadia mille & ducenta. Id lectorem malo docere Ariſtidis verbis in Oratione Ægyptiaca: Κάνωβος Φάρου σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀπέχει, καίτοι ναῦς παννυχίαν θέουσα, ὑπ' ἀνέμου κατὰ πρύμναν πνέοντος, προσθήσει δὲ καὶ λιγέος, οὐκ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίους ἀνύσει μάλιστα, ἀλλ' ἴσως μᾶλλον διακοσίους καὶ χιλίους. Sed nec Ægypto quicquam ex Nili alluvionibus accedere concesſerim. Id enim quicquid eſt facilè diſſipat continua maris agitatio. Proinde cùm Alexandria ſtet ab annis ferè bis mille, tamen ſemper eſt littorea, & quantùm à Pharo diſtabat olim, tantùm hodiéque diſtat, nempe ſtadia ſeptem, aut, ut alii, mille paſſus. Ariſtides ubi ſuprà; Καίτοι τῆς μὲν ἠπείρου ἀπέχει Φάρος ἑπτὰ μάλιστα σταδίους. Ammianus lib. 22. *Inſula Pharos, ubi Protea cum Phocarum gregibus diverſatum Homerus fabulatur inflatius, a civitatis littore mille paſſibus diſparata.* Hæc Veteres. Jam è Recentioribus ita Geographus Arabs parte tertia Climatis tertii: ובין הדה אלמנארה ובין אלסכנדריה מיל פי אלבחר, *inter hoc candelabrum* (πύργον in turri Pharia) *& urbem intercedit milliare maritimi itineris.* Obiter Benjaminum hinc corrige, quo loco hanc turrim pro מנאר *Menar* candelabro מגאר *Megar* appellat, literis quàm ſimillimis נ & ג permutatis. Nihilo magis credo, quod habet Plutarchus in Iſide, omnes Ægypti fontes & puteos eſſe amaros. Fontem Solis prope Heliopolim multi deſcribunt; ſed amarum eſſe nullus obſervat, ut neque quenquam alium in Ægypto, quod quidem ſciam. Jam quod de conchyliis in ſummitate montium præter Plutarchum Herodotus etiam tradit, malo referre ad ſigna generalis inundationis, quæ in Diluvio contigit. Quo mirè faciunt hæc Theophraſti apud Philonem de Mundi perennitate: σημεῖα τὰ τῆς παλαιᾶς ἐναπολελεῖφθαι θαλαττώσεως, ψηφῖδάς τε καὶ κόγχας, καὶ ὅσα ὁμοιότροπα πρὸς αἰγιαλοὺς εἴωθεν ἀποβράττεσθαι. *Priſtinæ inundationis ſigna ſupereſſe calculos & conchas, & quæcunque hujus generis æſtuante mari ſolent ad littus ejici.* Itaque etiam in Numidia Pomponius lib. 1. cap. 6. aliquid obſervat ſimile; *Interius*, inquit, *& longè ſatis à littore (ſi fidem res capit) mirum ad modum ſpinæ piſcium, muricum, oſtreorumque fragmenta, ſaxa attrita (uti ſolent) fluctibus, & non differentia marinis, infixæ cautibus anchoræ. Alia & hujuſmodi ſigna, atque veſtigia effuſi olim uſque ad ea loca pelagi, in campis nihil alentibus eſſe inveniriquе narrantur.* Et Metam. lib. 14. Ovidius locorum ſuppreſſo nomine:

——— *vidi factas ex æquore terras,*
Et procul à pelago conchæ jacuêre marinæ,
Et vetus inventa eſt in montibus anchora ſummis.

De Ægypto plura qui volet, præter Geographos, Herodotum, Diodorum, Plutarchum, Ariſtidem, Heliodorum conſulat, quorum ſcrinia compilare neque noſtri moris eſt, nec inſtituti.

CAPUT XXV.

Septem filii Meſraim.

E Septem gentium à Meſraim ortis fabulatur Joſephus Sex Æthiopico bello fuiſſe deletas. Sed illa deſtructio tam commentitia eſt, quàm bellum ipſum quo deletas fuiſſe ſcribit. Chaldæi duo, & Junius eos magna ex parte ſequutus, quomodo ſeptem hæc nomina interpretentur. Arabs Interpres multò aliter.

Ab Ægypto ſeptem populos deducit Moſes, לודים *Ludæos*, ענמים *Anamæos*, להבים *Lehabæos*, נפתחים *Naphthuchæos*, פתרסים *Patroſæos*, כסלחים *Caſluchæos* ex quibus orti Philiſtæi, & כפתרים *Caphthoræos*. in quibus explicandis multum operæ fruſtra inſumptum. Joſephus maluit nodum ſecare, quàm ſolvere. Et cùm in aliis aliquid conetur, hic palam profitetur ſe uno ſolo ex- *Antiq. l. 1. c. 6.*

cepto de iis populis nihil quicquam ſcire, niſi quod illorum urbes Æthiopico bello, de quo deinceps acturus eſt, ſubverſæ & deletæ ſunt. Ita etiam Hieronymus Joſephi veſtigiis inſiſtens; *Cæteræ ſex gentes ignotæ ſunt nobis: quia bello Æthiopico ſubverſa, uſque ad oblivionem præteritorum nominum pervenêre.*

Tradit. in Gen. cap. 10.

Bellum intelligit Moſis auſpiciis confectum, quo Æthiopes tum temporis totius Ægypti domini non ſolùm Ægypto pulſi, ſed & Meroen uſque fugati, eaque obſeſſa & capta, cum Regis filia, Tharbi nomine, quam in uxorem duxit Moſes. Hæc præter Scripturæ fidem partim ex Artapano, partim ex Helleniſtarum lacunis petita refert Joſephus; mendacia putidiſſima, quæ refellere non eſt hujus loci. Tantum Lector id meminerit, ſex gentium deſtructionem, cujus Joſephus author eſt, tam eſſe commentitiam, quàm illud ipſum bellum quo vult eſſe deletas: nec cujuſquam induſtriam remorari debere tam futilem aſſertionem.

Vid. Euſeb. lib. 9. Præpar. Joſeph. Antiq. l. 2. c. 5.

Chaldæorum unus Jonathan pro Ludæis habet נְיוֹטָאֵי *Neutaos*, id eſt, incolas Nomi Νεῖτ, de quo vide Ptolemæum; pro Anamæis מְרִיוֹטָאֵי *Mareotaos*, id eſt, incolas Mareotidis; pro Lehabæis לִיוּקָאֵי *Libycos*, id eſt, Libyes; pro Naphthuchæis פַּנְטַסְכִינָאֵי *Pentaſchœnitas*, vel Pentaſchœni incolas, de quibus Stephanus in Μαγδωλὸς & in Ταχομψός. Pentaſchœnus vel Pentaſcinum, ut ab Antonino ſcribitur, pagus fuit inter Peluſium & Caſium montem. Pro Pethroſæis idem habet נַסְיוֹטָאֵי Νησιώτας *inſulares*; ſed ex collatione hujus Paraphraſis cum Hieroſolymitana colligo corruptam eſſe vocem, & legendum פְּלוּסִיוֹטָאֵי *Peluſiotas*. Pro Caſluchæis idem habet פַּנְטַפּוֹלִיטָאֵי *Pentapolitanos* ſeu Cyrenæos, & pro Caphthoræis קַפּוּטְקָאֵי *Cappadoces*.

Chaldæus alter, cui ab urbe nomen, Naphthuchæis omiſſis, reliquos ita recenſet: *Miſraim genuit Mareotas & Pentapolitanos* וית לוּסְטָאֵי *& Luſtaos* (legendum לִיוּסְטָאֵי Libyſtios, quomodo Libyes vocat Stephanus) *& Peluſiot, & Pentaſchœnitas, ex quibus orti ſunt Philiſtæi, & Cappadoces.* Arabi Nuperæ Editionis *Ludæi* ſunt תְנִיסִין *Thenneſæ*, ab urbe *Thenneſo* prope Peluſium, de qua Caſſianus Collat. 11. cap. 1. & Nubienſis Clim. 3. part. 3. *Anamim* אלאסכנדראיין *Alexandrini: Lehabim*, בהנסן *Bahnaſæ* ab urbe *Bahnas*, id eſt, Panos, ſeu Panopoli, de qua Nubienſis Clim. 2. part. 4. & Clim. 3. part. 3. *Naphtuchim* אלקרמנין *Carmani: Pethroſim* אלימנין *Jemanæ* in Arabia Fœlici: *Chaſluchim* אלסעידין *Saidæ* in Ægypti Thebaide; *Caphthorim* denique ſunt אלדמיאטין *Damiatæ* ab urbe Damiata, Peluſio vicinâ, quæ Stephano Ταμίαθις. Quæ eadem eſt Benjamini interpretatio.

Junio Naphthuchæi ſunt illi Æthiopes, quorum metropolis eſt Napata; Pethroſæi ſunt Pharuſii, qui ſunt ad mare Atlanticum; Caſluchæi ſunt Caſſiotæ; & Caphthoræi Sethroitæ. In cæteris ſequitur Junius Jeroſolymitanum Interpretem. Hæc ſimul & ſemel dicta volui, ne deinceps tempus pereat in proferendis aliorum conjecturis.

CAPUT XXVI.

Ludæi, לוּדִים.

Hebraicum Æthiopiæ nomen hactenus eſſe ignoratum. Decem argumenta, quibus probatur *Lud* eſſe Æthiopiam, & לוּדִים *Ludæos* Æthiopes: I. Primum à nomine. Ut Hebr. לוּז ita Arab. לוד tortuoſum eſſe, maximè cùm de flumine agitur. Inde לוד *Lud* Lydiam dictam propter Mæandrum; & Æthiopiam, quia Nilus ibi maximè anfractuoſus eſt; quod ex Herodoto, Agatharchide, Strabone, Diodoro, Lucano & Ptolemæo probatur. Obiter quid ſint *Ancones* in Nilo. II Ludæi arcubus & ſagittandi arte inſignes, Eſ. 66: 19. & Jerem. 46: 9. Nempe Æthiopum arma ſagittæ & arcus. Perſarum arcus prægrandes, tamen Æthiopum majores. Carduchorum arcus tricubitales Xenophon deſcribit tanquam maximos: ſed Æthiopum arcus erant uno cubito majores, nempe quatuor cubitorum. Sed ſagittæ breviſſimæ, quibus pro mucrone ſmyris. Herodotus emendatus. Æthiopes ſagittas capiti radiorum inſtar circumligabant, quas creberrimas jaculabantur in nubis ſpeciem; idque certo ictu & deſtinato. Avium ſcilicet jaculationibus exercitati. *Niſicaſtas* vocat Plinius, potiùs *Miſicaſtas*, à משך & קשתא, id eſt, à trahendo arcu. Etiam averſi jaculabantur. Et ex ictu ſequebatur mors præſentiſſima, quia ſagittas venenis imbuebant herbarum, aut draconum; qui alibi innoxii, ibi mortiferi. Occidentales etiam Æthiopes iiſdem armis inſtructi hodiéque. III. Eſ. 66: 19. *Phul* & *Lud* junguntur tanquam vicina loca. *Phul*, id eſt, *Philæ*, urbs & inſula in Nilo ambigui juris inter Ægyptios & Æthiopes, centum ſtadiis ſupra Syenem. Origo nominis fabuloſa apud Servium ex Seneca. Philæ idem Ægyptiis quod Græcis Elephantine, quia פיל *Phil* eſt *Elephas*. Philæ & Elephantine diverſæ urbes, ſed ſimillimæ, ideò promiſcuè ſumptæ. *Phul* pro *Phil* ſcripſit Eſaias permutatis *vav* & *jod*, quod apud Hebræos frequens. Viro docto *Phul* eſt Cyrena, quia ibi regnavit *Aphares*, quomodo vult in Juſtino reſcribi pro Ophella. Contra Ophellas in Cyrene regnavit poſt Eſaiam annis 400. Nec invidendum Græcum nomen Græco homini, qui aliunde notiſſimus eſt. Probatur hunc Ophellam Macedonem fuiſſe, primò Alexandri, dein Ptolemæi comitem, & Athenis uxorem duxiſſe Euridicem è ſtirpe Miltiadis, &c. IV Eſaiæ loco, quem diximus, agi de vocatione Æthiopum ad fidem, quod impletum, Act. 8: 27. ubi Candaces non eſt Eunuchi nomen, ut putarunt quidam Veteres, ſed Reginæ. De Candace Plinius, Strabo, Dio. V. Ludæos ſeu Æthiopas Ægyptiorum eſſe colonos. Multa communia utrique genti. Reges pro Diis. Studium circa ſepulchra. Statuarum formæ. Literæ Hieroglyphicæ. Sacerdotum ordines & tonſura & veſtes. Circumciſio. Iidem Dii. Color propè ſimilis. Capilli pariter criſpi. De antiquitate certamen inter illos. Sed Æthiopes ſuam aſſerunt vaniſſimis rationibus. Æthiopes *Ægiptini* cur dicti. VI. In Jeroſolymitana Paraphraſi legitur Miſrajim genuiſſe *Mareotas*. Legendum *Meroitas* à *Meroe*, quæ caput Æthiopiæ. Simile mendum in Lucano eluit Cl. Salmaſius. Rectè igitur Elias hos collocat in regno Pretigiani, id eſt, Abyſſinorum. Sed in eo perperam *Marenita* pro *Meroita*. VII. Aliquem è Græcis Interpretibus Αἰθίοπας hic habuiſſe probatur ex gloſſemate, quod in textum irrepſit in quibuſdam editionibus. VIII. In Talmude Ludæi anthropophagi, quales in Africa nulli extra Æthiopiam. De Æthiopiæ Anthropophagis Philoſtratus, Plinius, Solinus, Ptolemæus, Marcianus. IX. Hora prima in Talmude, id eſt, hora prandii Ludæorum; ſic Æthiopum quoſdam Diodorus edere dicit prout libido fert. X. Talmudicis *Lubdeku* aſinus è terra Lud fortior cæteris, mediæ naturæ inter ſylveſtrem & manſuetum. Sic & alii Onagros in Æthiopia deſcribunt maximos & magno numero. *Zebra* animal. Pro *Lebdekis* alii *Levakeris* & *Lebrekin*; Malim לודבריקין *Lud-brikin*. Africanos aſinum *Buin* vocare. Hinc Hiſp. *borrico* & Arab. *Alborac* אלבורק.

Chus non eſſe Æthiopiam, ut Veteres crediderunt, iis rationibus probavimus quas nemo facilè eludet. Sed unum poterat objici, nullum aliud è Scriptura edi nomen, quo appelletur Æthiopia; nec eſſe veriſimile gentem celeberrimam & Ægyptiis conterminam, Judæis fuiſſe ignotam, aut de illa prorſus tacuiſſe vates Hebræos, qui de populis remotiſſimis non pauca ſcriptis ſuis paſſim inſerunt. Huic objectioni, quæ hactenus planè eſt intacta, uno verbo reſpondeo, Æthiopiam Hebraicè dici לוד *Lud*, & Æthiopes לודים *Ludim*, aut ſi mavis *Ludæos*. Id evincunt multa argumenta, quæ, quia nova ſunt & inaudita, mihi neceſſe eſt multis perſequi.

I. Primum ducam ab ipſo nomine. לוז *Luz*, Hebræis eſt *declinare, obliquare, torquere*. Inde Phœnices לוד, *Lud*, fecerunt, & Arabes לוד. Z & D de more permutatis. Giggeius; לוד *flexuoſus fuit, ſinuoſus fuit*, לואד אלואדי, *fluvius anfractus & flexus*, ואדי מתלואדה *fluvius flexuoſus*. Ex quo factum, ut לוד *Lud* vocaretur Æthiopia quæ ſub Ægypto, ubi Nilus eſt maximè anfractuoſus. Herodotus

Lib. 2.c.29. rodotus de Nilo ſupra Elephantinem, unde incipit Æthiopia; *σκολιὸς γὰρ ταύτῃ, καθάπερ ὁ Μαίανδρος, ἐςὶ ὁ Νεῖλος, tortuoſus ibi eſt, Nilus, ſicut Mæander.* Agatharchides cap. 10. ubi ex Thebaide ventum eſt ad Æthiopiam, *Νεῖλος ἐκεῖσε ἀποκάμπτει περιφανῶς, καὶ ποιεῖται κατὰ τὴν δεξιὰν ῥύσιν τῶν ἀγκώνων τὴν κλίσιν μεγάλην. Nilus inſigniter illic curvatur, & facit ad dexterum Anconum tractum magnam illam declinationem.* Quod fugit interpretes, Ancones, id eſt, cubitos, ibi propriè vocat Nili flexus. Sic Strabo lib. 17. *A ſiniſtra curſus Nili Nubæ habitant in Lybia, magna gens à Meroe incipiens, μέχρι τῶν Ἀγκώνων, uſque ad Ancones*; id eſt, uſque ad Nili flexus. Malè legunt *Ἀγῶνων* vocem nihili.

Strab. l.17. Flexus illos ita deſcribit Eratoſthenes; *Ῥυεὶς ἀπὸ Μερόης ἐπὶ τὰς ἄρκτους εἰς διχιλίους καὶ ἑπτακοσίους ςαδίους πάλιν ἀναςρέφει πρὸς μεσημβρίαν καὶ τὴν χειμερινὴν δύσιν, ὡς τριχιλίους καὶ ἑπτακοσίους ςαδίους, καὶ σχεδὸν ἀντάρας τοῖς κατὰ Μερόην τόποις, καὶ εἰς τὴν Λιβύην πολὺ προςπεσὼν, καὶ τὴν ἑτέραν ἐπιςροφὴν ποιησάμενος, πρὸς τὰς ἄρκτους φέρεται πεντακισχιλίους μὲν καὶ τριακοσίους ςαδίους ἐπὶ τὸν μέγαν καταράκτην, παρεπιςρέφων μικρὸν πρὸς τὴν ἕω, χιλίους δὲ καὶ τὰς ἐπὶ τὸν ἐλάττω τὸν κατὰ Συήνην, πεντακισχιλίους δὲ ἄλλους καὶ τριακοσίους ἐπὶ τὴν θάλατταν. Poſtquam fluxit à Meroe Nilus verſus Septentrionem ad* MMDCC *ſtadia, rurſus vertitur ad Meridiem & hybernum Occaſum ad ſtadia* MMMDCC; *prope obverſus locis circa Meroem, & in Lybiam magno impetu ruens rurſus alio flexu facto ad Septentrionem fertur* VMCCC *ſtadia ad magnum cataractem, paululum in Ortum inclinans; hinc ſtadia* MCC *ad minorem cataractem qui eſt prope Syenem, & alia rurſus* VMCCC *uſque ad mare.*

Pag. 19. Et Diodorus lib. 1. *καμπὰς ποιεῖται μεγάλας, ποτὲ μὲν ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν καὶ τὴν Ἀραβίαν ἐπιςρέφων ποτὲ δὲ ἐπὶ τὴν δύσιν καὶ τὴν Λιβύην ἐγκλίνων. Flexus facit magnos, quandoque ad Ortum & Arabiam obverſus, quandoque rurſus in Occaſum & Libyam inclinans*: Item: *ποτὲ μὲν ἑλισσεται πρὸς τὴν ἕω, ποτὲ δὲ πρὸς τὴν ἑσπέραν, ἔςι δ' ὅτε πρὸς τὴν μεσημβρίαν εἰς τοὔπισω λαμβάνων τὴν παλίῤῥοιαν. Nonnunquam ad Ortum decurrit, nonnunquam ad Occaſum, ſed & quandoque ad Meridiem flexu in contrarium verſo.* Et Lucanus lib. 10.

> *Rurſus in Occaſum flexus torquetur & Ortus,*
> *Nunc Arabum populis, Libycis nunc æquus arenis.*

Proinde Nilum Æthiopicum ab Ægyptio Strabo diſtinguit his verbis, *τὴν μὲν Αἰθιοπίαν οὔτε πᾶσαν διέξεισιν ὁ Νεῖλος, οὔτε μόνος, οὔτ' ἐπ' εὐθείας, &c. τὴν δὲ Αἴγυπτον καὶ μόνος καὶ πᾶσαν, καὶ ἐπὶ εὐθείας. Æthiopiam quidem neque totam permeat Nilus, neque ſolus, neque in rectum; Ægyptum verò & ſolus, & totum, & in rectum.* Atque id maximè patet ex Ptolemæi Tabulis, quæ ſunt in omnium manibus. Meritò igitur *Lud*, id eſt, fluminis flexus, ea regio appellatur, in qua Nilus alibi rectus tam inſigniter flectitur.

Hanc conjecturam plurimum firmat, quod eodem nomine לוד *Lud*, id eſt, Lydia, dici-

Lib. 5.c.29. tur regio quæ ad Mæandrum eſt. Plinius; *Lydia autem perfuſa flexuoſi amnis Mæandri recurſibus.* Itaque etiam apud Moſem duplex *Lud*, nam præter Ludæos illos filios Meſraim, Gen. 10: 13. alii nominantur eis cognomines verſ. 22. inter Semi filios: *Filii Sem*, inquit, *Elam, Aſſur, Arphaxad, Lud & Aram.* Sed de his plura diximus ſuo loco. Hîc ſufficit id obſervaſſe, idem nomen fuiſſe regionibus tam diſſitis, quia utramque alluunt amnes maximè flexuoſi; unde eſt quod Herodotus illos inter ſe conferens, de Nilo Æthiopico hæc habet: *σκολιὸς δὲ ταύτῃ, καθάπερ ὁ Μαίανδρος, ἐςὶ ὁ Νεῖλος, tortuoſus ibi eſt Nilus, ſicut Mæander.*

II. Secundum argumentum, quo Ludæos probamus eſſe Æthiopes, ducitur ex iis Scripturæ locis, quibus Ludæi deſcribuntur tanquam arcubus potiſſimum inſignes. Sic Eſa. 66: 19. פול ולוד משכי קשת *Phul & Lud trahentes arcum.* Et Jeremię 46: 6. ולודים תפשי דרכי קשת *& Ludas tractantes & tendentes arcum.* Chaldæus utrobique, ולודאי דנגדין ומחן בקשתא, *& Ludas, qui arcu jaculantur & feriunt*, nempe ictu certo & deſtinato. Non potuerunt Æthiopes ullo alio charactere meliùs inſigniri. Primò id ex hiſtoria conſtat, arcus & ſagittas arma fuiſſe Æthiopum. Vetus author apud Suidam de Semiramide; *Ἐπιβάτας δὲ ἐφ' ἑκάςην κάμηλον δύο ἔταξεν Αἰθίοπας τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν, & in ſingulus camelos duos impoſuit Æthiopes, qui ſagittas & jacula mitterent.* Strabo de Mauruſiis & Nigretibus lib. 17. *τοξεύουσι καθάπερ οἱ Αἰθίοπες, arcu utuntur inſtar Æthiopum.* Heliodorus lib. 9. *πρός τινος τῶν Αἰθιόπων τοξευθεὶς βληθεὶς, à Æthiope arcu transfixus*; Neque illi arcus è vulgo fuêre, ſed vaſti admodum. Agatharchides; *χρῶνται δὲ ἐπὶ τῶν κινδύνων τῶν πολεμικῶν Αἰθίοπες τοῖς μὲν τόξοις μεγάλοις, utuntur autem Æthiopes in bellicis periculis magnis arcubus.* Proinde licet etiam arcus Perſici prægrandes fuerint, quod diſertè ſcribit Xenophon lib. 3. Anabaſ. *μεγάλα δὲ καὶ τὰ τόξα τὰ Περσικά ἐςιν*, tamen Æthiopum arcus Perſicis erant majores. Unde eſt, quod apud Herodotum Rex Æthiopum Macrobiorum arcum ſuum Cambyſis legatis oſtentans, ipſique adeò Cambyſi dono mittens; *Arcum hunc*, inquit, *illi offerentes hæc dicite: Rex Æthiopum Regi Perſarum author eſt, ut tum demum in Æthiopes Macrobios bellum moveat, ἐπειδὰν οὕτω εὐπετέως ἕλκωσι τὰ τόξα Πέρσαι ἐόντα μεγάθεϊ τοσαῦτα, cùm Perſæ tam facilè trahent arcus tantæ magnitudinis.* Nempe Carduchorum, quos Xenophon è Perſis rediens deſcribit tanquam maximos, trium ad ſummum fuerunt cubitorum. *Optimi*, inquit, *erant ſagittarii; habebant autem τόξα ἐγγὺς τριπήχη, arcus ferè tricubitales.* At Æthiopum arcus integro cubito longiores, id eſt, quatuor cubitorum fuerunt. Ita Veteres conſtanter tradunt. Herodotus lib. 7. *τόξα δὲ εἶχον ἐκ φοίνικος σπάθης πεποιημένα μακρὰ, τετραπηχέων οὐκ ἐλάσσω; arcus ex palmarum ſpathis gerebant, quatuor non minùs cubitis longos.* Strabo lib. 17. *χρῶνται δὲ καὶ τόξοις Αἰθίοπες τετραπήχεσι ξυλίνοις πεπυρακτωμένοις, utuntur etiam Æthiopes quatuor cubitorum arcubus è ligno prauſto.* Diodorus lib. 3. *Armantur*, &c. *ξυλίνοις τόξοις τετραπήχεσιν, οἷς τοξεύουσι μὲν τῷ ποδὶ προςβαίνοντες, arcubus ligneis quadricubitalibus, quibus pede admotis jaculantur.* Contrà ſagittæ breviſſimæ, quarum acumen non ex ferro, ſed ex ſmyri lapide. Herodotus, *Arcus habebant*, &c. *quatuor non minùs cubitis longos, ἐπὶ δὲ καλαμίνους ὀϊςοὺς μικρούς* (malè legitur *μακρούς*:) *ἀντὶ δὲ σιδήρου ἐπῆν λίθος ὀξὺς πεποιημένος, τῷ καὶ τὰς σφρηγῖδας γλύφουσι; parvas item ex arundine ſagittas, quibus pro ferro lapis erat acuminatus, quo ſigilla ſculpunt.* *Μακροὺς* mutavi in *μικροὺς*; fretus Heliodori loco ex lib. 9. *οἱ δὲ μικροῖς μὲν τοῖς βέλεσιν, &c. οἰςοτοξεύοντες, illi autem parvis ſagittis jaculantes*; & his, ex Agatharchide, *utuntur Æthiopes magnis arcubus; βραχέσι δὲ τοῖς οἰςοῖς, brevibus autem ſagittis: in extrema porro arundine pro ferro funibus conſtrictus firmatur lapis formâ oblongus, acutus ſupra modum.* Nec graves eſſe oportuit, quas in pharetra non gerebant, ſed tanquam radios in ſerto, quo caput erat redimitum.

Lucianus de ſaltatione; *τὸ βέλος Αἰθίοψ ἀνὴρ ἀφελὼν τῆς κεφαλῆς, ταύτῃ γὰρ ἀντὶ φαρέτρας χρῶνται, περιδέοντες αὐτῇ ἀκτινηδὸν τὰ βέλη. Sagittam vir Æthiops à capite adimens; eo enim utuntur Æthiopes pro pharetra, ſagittas capiti radiorum in morem circumligantes*, &c. Heliodorus; *πλέγμα γάρ τι κυκλοτερὲς τῇ κεφαλῇ περιθέντες, καὶ τοῦτο βέλεσι κατὰ τὸν κύκλον περιπείραντες, τὸ μὲν ἐπτερωμένον τοῦ βέλους*

De Meroë brel. l.2.7.

πρὸς τῇ κεφαλῇ περιτίθενται, τὰς δὲ ἀκίδας οἷον ἀκτῖνας εἰς τὸ ἐκτὸς προβεβλήνται. *Textura enim quadam circulari capiti circumpoſitâ, & illi ſagittis in orbem infixis, partem quidem ſagittæ alatam ad caput convertunt, ſpicula autem tanquam radios extrorſum prominere ſinunt.* Claudianus lib. 1. in Stilich.

Venerat & parvis redimitus Nuba ſagittis.

Et in De Nuptiis Honorii & Mariæ:

---- quantum crinita ſagittis
Attulit extremo Meroe circumflua Nilo.

Et lib. 5. de Conſulatu Honorii,

---- Meroe traxit de crine ſagittas.

Et in De Nilo;

Et gens compoſitis crinem velata ſagittis.

Atque has ſagittas Æthiopes in medio conflictu tam crebras jaculabantur; ὡς εἰς νέφους φαντασίαν τὴν πυκνότητα παρασχεῖν, *ut illarum denſitas nubis ſpeciem exhiberet*, ut in Heliodoro habetur. Et eæ quantum libet breves tamen rectà feriebant. Idem Heliodorus; ἀντετόξευον δὲ καὶ οἱ Αἰθίοπες, &c. εὐστοχώτερα βάλλοντες, *etiam ex adverſo* Perſarum *jaculabantur Æthiopes, certiori ictu petentes.* Cyrillus in Eſaiam lib. 2. τὰ πρόσοικα τῇ Θηβαΐδι ἔθνη βάρβαρα, Βλέμμυες δὲ ἤτοι οἱ καὶ εἰσὶν Αἰθίοπες, ἐντεχνέστατα μὲν τὰς βελῶν ἀφέσεις πεποιῆσθαι μεμελετήκασι, *Thebaidem attingunt gentes barbaræ, Blemmyes ſcilicet Æthiopes, ſagittis magna arte mittendis exercitati.* Mutavi ἀφαιρέσεις in ἀφέσεις in Græco textu Cyrilli, authore nobiliſſimo D. D. Grentemeſnil, quem jam aliquoties nominavi. Diodorus lib. 3. οὐκ ὀλίγοι δὲ αὐτῶν καὶ ταῖς τοξείαις ἐντεθληκότες τῶν πτηνῶν εὐστόχως πολλὰ ταξεύουσι, δι' ὧν τὴν τῆς φύσεως ἔνδειαν ἀναπληροῦσιν. *Illorum non pauci avium jaculationibus exercitati multas ſine errore feriunt, atque inde victum ſuſtentant:* Solinus cap. 30. *Maritimos Æthiopas quaternos oculos dicunt habere: ſed fides alia eſt; illa denique quod & vident plurimum, & manifeſtiſſimè deſtinant ictus ſagittarum.* Plinius lib. 6. cap. 30. *Regio ſupra Sirbitum, ubi deſinunt montes, traditur quibuſdam maritimos habere Æthiopas Niſicaſtes Niſitas, quod ſignificat ternûm & quaternorum oculorum viros; non quia ſic ſint, ſed quia ſagittis præcipua contemplatione utantur.* Fallor, aut aliquis Plinio impoſuit, & *Niſicaſta* corruptum eſt ex Syro, vel Phœnicio, משך קשתא *Meſic-caſta* tendens arcum. Quod eſt ipſiſſimum Æthiopum epithetum in Eſaiæ loco in quo verſamur; ubi vocantur משכי קשת. Quin & Parthorum in morem fugientes & averſi feriebant. Heliodorus; καὶ ἀπεστραμμένοι εἰς τοὐπίσω τοῖς τόξοις, καὶ παρὰ τὴν φυγὴν βάλλοντες, *& adverſis in tergum arcubus etiam in fuga jaculantes.* Sed in Æthiopum jaculatione nihil fuit tam terribile quàm quod mors ex vulnere præſentiſſima ſequebatur; nempe acutus ille lapis, quod in ſagitta præſtabat ferri vices, erat φαρμάκοις θανατίμοις βεβαμμένος, *venenis lethiferis tinctus.* Quod præter Agatharchidem & Theophraſtum lib. 9. cap. 15. Hiſt. plant. etiam Cyrillus refert his verbis, ubi ſuprà, φαρμάκῳ δὲ ταύτας ἀποχρίοντες ὀλεθριωτάτῳ ἐπαφιᾶσι τοῖς μαχομένοις, κἂν εἰ προσψαύσειαν, τεθνήξεται πάντως ὁ πληγείς, καὶ ὥσπερ τις ὀφιόδηκτος γεγονὼς παραχρῆμα πεσεῖται. *Veneno autem pernicioſiſſimo eas* (ſagittas) *inungentes, in hoſtes ejaculantur, atque eos ſi tetigerint, qui percuſſus eſt omnino moritur, & perinde ac qui morſus eſt a vipera repente concidit.* Hinc Claudianus Stilich. panegyr. 1.

---- Æthiopum geminata venenis
Vulnera.

Draconum ſcilicet venenum in eum uſum adhibebatur. Heliodorus; μικροῖς μὲν τοῖς βέλεσιν, ἰῷ δὲ δρακόντων πεφαρμαγμένοις εἰστοξεύοντες, ὀξύν τινα, καὶ αὐτότομον θάνατον ἐπέφερον, *parvis quidem ſagittis, ſed veneno draconum infectis jaculantes, acerbum & præceps mortis genus inferebant.* Plinius quidem, Aëtius, & alii draconem venenum habere negant. Unde eſt, quòd noxias herbas ideò leguntur e- Plin. lib. 29 cap. 4. Tetr. ab. 4.

dere, ut morſu ſuo plus periculi creent. Homerus; Serm. 1. cap. 34. Iliad. X. verſ. 93.

ὡς δὲ δράκων ἐπὶ χειῇ ὀρέστερος ἄνδρα μένῃσι
βεβρωκὼς κακὰ φάρμακα.

Ælianus: *cum homini aut feræ cuipiam moliuntur inſidias, θανατηφόρους ῥίζας ἐσθίουσι, mortiferas radices edunt.* Sed utut de Græciæ draconibus ita ſcribatur, tamen Africæ draconibus virus ineſſe lethiferum ſcribit Leo Africanus. Proinde Moſes in Cantico; *venenum draconum vinum eorum.* Et Poeta Lucanus eleganter, ut ſolet: Lib. 6 cap. 4 Lib. 9.

Vos quoque, qui cunctis innoxia numina terris,
Serpitis aurata nitidi fulgore dracones,
Peſtiferas ardens facit Africa.

Sed & præter venenum draconum, radix quædam, cujus nomen ſubticetur, eoſdem præſtabat uſus. Theophraſtus ubi ſuprà; ἐν Αἰθιοπίᾳ, ᾗ τοὺς οἰστοὺς χρίουσι, ῥίζα τίς ἐστι θανατηφόρος. *In Æthiopia, quâ ſagittas inungunt, radix quædam mortifera eſt.* Unum addo non modò Æthiopes, qui ad Nilum ſunt ſub Ægypto, ſed & Occidentales ad Oceanum ab arcubus inſigniri. Scylax de Æthiopibus ad Occidentalem Oceanum pag. 52. εἰσὶ καὶ ἱππηλάται, καὶ ἀκοντισταὶ, καὶ τοξόται, καὶ χρῶνται τοῖς βέλεσι πεπυρακτωμένοις. *Etiam periti ſunt equites, & jaculatores, & ſagittarii, & ſagittis utuntur ignitis.* Quæ eadem arma vicinis Mauris. Vulgatum illud Poetæ:

Integer vitæ ſceleriſque purus
Non eget Mauri jaculis, nec arcu, Hor. lib. 1. Carm. Od. 22.
Nec venenatis gravida ſagittis,
Fuſce, pharetra.

Quin hodiéque id ipſum in uſu. Nubienſis in prima parte primi Climatis; ubi Mauri & Æthiopes occidentales: *Arma incolarum*, inquit, אלקסי ואלנשאב ועליהא הרתהם *arcus & ſagittæ, in quibus impetus illorum.*

III. Ex illo ipſo loco Eſaiæ, quem citavimus, alterum emergit argumentum non contemnendum. Is enim ita habet: *Ad gentes Tarſis, Phul & Lud trahentes arcum, Tubal & Javan, regiones longinquas.* Ibi ratio manifeſta, cur conjunctio, *Et*, inſeratur inter Tubal & Javan; nempe ex variis populis Javan nominatur ultimus, & claudit orationem. At quorſum eadem conjunctione potiùs junguntur *Phul* & *Lud* quàm *Tarſis* & *Phul*, aut *Lud* & *Tubal*? *Tarſis*, inquit, *Phul* & *Lud*, *Tubal*, &c. Uno verbo reſpondeo *Phul* & *Lud* loca eſſe vicina, cùm reliqua ſint à ſe invicem valde diſſita. Nempe *Phul* id ipſum eſt, quod Græcis *Phila*, urbs ad Nilum fluvium centum ſtadiis ſupra Syenem, in inſula non magna, ambigui juris inter Ægyptios & Æthiopes. Ariſtagoras Philiam vocat apud Stephanum in Takompſo, Stephanus Philam, alii Philas. En ipſa verba Veterum. Strabo lib. 1. αἱ κατὰ Συήνην καὶ τὰς Φίλας; ὧν ἡ μὲν τῆς Αἰγύπτου ἐστὶ, αἱ δὲ Φίλαι κοινὴ κατοικία τῶν Αἰθιόπων καὶ τῶν Αἰγυπτίων. *Qui ad Syenem & Philas, quarum illa Ægypti eſt, Philæ autem communis habitatio Æthiopum & Ægyptiorum.* Et lib. 17. τοῦ δὲ καταῤῥάκτου μικρὸν ἐπάνω, τὰς Φίλας εἶναι συμβαίνει κοινὴν κατοικίαν Αἰθιόπων δὲ καὶ Αἰγυπτίων. *Paulò ſupra Cataractem Philas communem Æthiopibus & Ægyptiis habitationem eſſe contingit.* Et paulò pòſt: Ἤλθομεν δ' εἰς Φίλας ἐκ Συήνης ἀπήνῃ δι' ὁμαλοῦ σφόδρα πεδίου, σταδίους ὁμοῦ τι ἑκατόν. *Philas ex Syene plauſtro venimus per campum valde planum, ſtadia circiter centum.* Heliodorus lib. 8. Ἡ γὰρ αἱ Φίλαι, κεῖται μὲν ἐπὶ τῷ Νείλῳ, τῶν ἐλαττόνων καταῤῥακτῶν ἀνωτέρω μικρὸν, Συήνης δὲ καὶ Ἐλεφαντίνης ἑκατόν πῃ τοῖς μεταξὺ σταδίοις διείργεται, ταύτην ποτὲ φυγάδες Αἰγύπτιοι καταλαβόντες καὶ ἐνοικήσαντες, ἀμφίβολον Αἰθίοψί τε καὶ Αἰγυπτίοις κατέστησαν; τῶν μὲν τοῖς καταῤῥάκταις τὴν Αἰθιοπίαν ὁριζομένων: Αἰγυπτίων δὲ καὶ τὰς Φίλας κατὰ τὴν προενοίκησιν, τῶν παρ' ἑαυτοῖς φυγάδων, ὡς ἂν δορυαλώτους ἑαυτοῖς προσνέμειν ἀξιούντων. *Urbs enim Phila ad Nilum*

Digitized by Google

lum ſita eſt paulò ſupra minores catarractas: à Syene autem & Elephantina centum circiter ſtadiis diſtat. Hanc exules Ægyptii quondam cùm occupaſſent & inhabitaſſent, ambiguam fecerunt inter Æthiopes & Ægyptios, illis quidem Æthiopiæ fines ad catarractas promoventibus; Ægyptiis verò etiam Philas, ut quas ſui exules incolaſſent, tanquam bello partas ſibi vindicare volentibus. Ariſtides in Oratione Ægyptiaca: Φίλας γὰρ τὰς ὑπὲρ τῶν καταρρακτῶν, μεθόριον Αἰγύπτου λέγω καὶ Αἰθιοπίας, *Philas enim quæ ſunt ſupra catarractas dico eſſe confinium Ægypti & Æthiopiæ.* Et aliquantò antè: ὑπερβὰς ἐπὶ τὸν ὅρμον, ὃς ἐστι πρῶτος ὑπὲρ καταδούπων, εἰς Φίλας διέβαινον. ἔστι δ' αὕτη νῆσος μεθόριον Αἰγύπτου καὶ Αἰθιοπίας, τοσαύτη τὸ μέγεθος ὅσηπερ ἡ ἐν αὐτῇ πόλις· περιῤῥεῖ δ' αὐτὴν ὁ Νεῖλος, ἀκριβῶς μέσην ἑαυτοῦ ποιῶν. *Conſcenſo portu, qui primus eſt ſupra catarractas, in Philas trajeci, quæ inſula Ægypti & Æthiopiæ confinis eſt, tanta magnitudinis quanta eſt ejus oppidum. Illam autem circumfluit Nilus, faciens ſui præcisè medium.* Ariſtagoras Ægyptiacorum primo: Τάκομψος, κώμη ἐν τοῖς ὁρίοις Αἰγυπτίων καὶ Αἰθιόπων, πρὸς τῇ Φιλῶν νήσῳ, *Tacompſus, vicus eſt in finibus Ægyptiorum & Æthiopum ad Philiam inſulam.*

Diodor. l. 1. p. 13. Strab. l. 17 Plin. l. 5. c. 9. Senec. Nat. Q. l. 4. c. 2. Lucan. l. 10. Ptol. l. 4. c. 5. Anton. Serv. in Æn. 6. Proc. Perſ. l. 1. Steph. in Φίλαι. Iſac. in Lycophron. p. 44.

De Philis qui plura volet legat Diodorum, Strabonem, Plinium, Senecam, Lucanum, Ptolemæum, Antoninum, Servium, Procopium, Stephanum, Iſacium, quorum loca exſcribere mihi non vacat, ſed nec puto eſſe neceſſe. Philarum nominis ratio fabuloſa profertur à Seneca libro, quem citat Servius de ſitu & ſacris Ægyptiorum: *Philas*, inquit, *hoc eſt Amicas, vocant, ideò quòd illic eſt placata ab Ægyptiis Iſis, quibus iraſcebatur, quod membra mariti Oſiridis non inveniebat, quem frater Typhon occiderat, quæ inventa, &c* Nugæ. Philarum nomen non eſt Græcum, ſed Ægyptium, vel etiam Æthiopicum. Atque idem ſonare videtur, quod Græcum *Elephantine*, quia Syris, Chaldæis, Arabibus, Æthiopibus, פיל *phil*, eſt elephas. Potuerunt vicinæ urbes commune nomen habere propter ſimilitudinem. Strabo certè urbem Philas dicit eſſe κατεσκευασμένην ὥσπερ καὶ τὴν Ἐλεφαντίνην, καὶ τὸ μέγεθος ἴσην, *ſtructam inſtar Elephantines, & magnitudine parem.* Unde factum putaverim, ut promiſcuè ſumantur. Id ſaltem à Plinio factum, qui Elephantinem pro Philis accepit, & Philas pro Elephantine, ut obſervat doctiſſimus Salmaſius in Solinum. Sed & Ægyptius ſcriba, qui Herodoto duos montes in acutum deſinentes, unum *Crophi*, alterum *Mophi* nomine, inter Syenem & Elephantinem deſcripſit, Elephantines nomine videtur Philas intellexiſſe. Cùm ex teſtibus αὐτόπταις Strabone & Ariſtide, conſtet inter Syenem & Elephantinem præter fluvium Nilum nihil fuiſſe interjectum.

Pag. 437. Edit. Pariſ. 311. Ultraj. Herod. l. 2. c. 28.

Phul pro *Phil* ſcripſit Eſaias permutatione literarum *Vau* & *Jod*, quâ nihil frequentius. Sic in variis ſcripturæ locis [a] פעו *Paü* & [b] פעי *Paï* [c] תעו *Thoü* & [d] תעי *Thoï*, [e] פרודה *Peruda* & [f] פרידה *Perida* ſunt idem nomen aliter atque aliter ſcriptum. Quidni pari exemplo *Phul* ſit idem locus qui *Phil*? Itaque in Eſaia *Phul & Lud* ſunt Ægypti extrema cum contigua Æthiopia. Quod propè omiſeram, pro *Phul* Chaldæus habet plurali numero פולאי *Phulae*, cui proximè accedit Φίλαι, *Phila.*

a Gen. 36: 39. b 1 Chron. 1: 50. c 1 Chron. 18: 9. d 2 Sam 8: 9. e Eſdr. 2: 54. f Nehem. 7: 57.

Virum ſcio valde doctum, & de his literis bene meritum, *Phul* vel *Pulem*, ut ille ſcribit, multò aliter explicaſſe; nempe *Cyrenem ſive Pentapolim & ulteriorem Africam; ubi*, inquit, *regnavit Aphulla ab Agathocle Siculo circumventus; corruptè Ophellas apud Juſtinum lib.* 22. Sed hæc conjectura tanti non eſt, ut quenquam remoretur. Neque enim ullum eſſe puto, qui ſibi perſuaderi ſinat, ab Eſaia *Phul* appellari, eo quod ſive *Ophellas*, ſive *Aphulla*, regulus nulla alia re quàm clade ſua memorabilis, erat ibi regnaturus poſt quadringentos demum annos. Nam tot circiter anni fluxerunt ab Eſaiæ uſque ad Ophellæ tempora. Neque id ferendum, quod vir doctus, ut ſcenæ ſubſerviat, Juſtini *Ophellam* in *Aphullam* mutat. Fateor quidem Veteres in hoc nomine variare nonnihil. Nam Ariſtoteles & Polyænus, ſimplici L, Ὀφέλαν ſcribunt, & Plutarchus Ὀφέλτᾳ. Tamen in Suida disertè legitur Ὀφέλλας, & in Oſorio *Ophellas*, & in ejuſdem ævi ſcriptore Theophraſto Hiſt. plant. l. 4. Τῇ γοῦν Ὀφέλλα στρατοπέδῳ ἡνίκα ἐβάδιζεν εἰς Καρχηδόνα, *Ophellæ igitur copiæ cùm irent Carthaginem.* Sed & in Diodoro, qui de eo plura refert quam quiſquam alius, conſtanter ſcribitur Ὀφέλλας locis, niſi fallor, quatuordecim. Et Ophellas Græcum nomen eſt, etiam in proverbiis receptum, ut cùm dicunt, *Venit ad nuptias ut Ophellas non invitatus.* Apollodorus Caryſtius: Καὶ νῦν γε φασὶ Χαιρεφῶντ' ἐν τοῖς γάμοις ἄκλητον ὡς τὸν Ὀφέλλαν εἰσδεδυκέναι. At *Aphulla* nomen ne apud Barbaros quidem in uſu, quod quidem ſciam. Nec debuit Vir Doctus Græcum nomen invidere Græco homini; Ophellæ, inquam, Regi Cyrenes, qui fuit unus ex amicis Alexandri, & conjugem Athenis duxit Eurydicen vel Euthydicen, è magni illius Miltiadis proſapia. Diodorus: οὗτος δὲ ἦν μὲν τῶν φίλων τῶν συνεστρατευμένων Ἀλεξάνδρῳ. Et paulò pòſt; πρὸς δὲ Ἀθηναίους περὶ συμμαχίας διεπέμπετο, γεγαμηκὼς Εὐθυδίκην τὴν Μιλτιάδου θυγατέρα. Plutarchus; Εὐρυδίκην, ἣ Μιλτιάδου μὲν ἦν ἀπόγονος τοῦ παλαιοῦ, συνοικήσασα δὲ Ὀφέλτᾳ τῷ Κυρήνης ἄρξαντι, μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἀφίκετο πάλιν εἰς τὰς Ἀθήνας. Hic eſt Ophellas Macedo, de quo in Arriano de rebus poſt Alexandrum geſtis apud Photium, Artic. 92. Ὀφέλλας ἀνὴρ Μακεδὼν, ὃς ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ Λάγου ἐπὶ βοηθείᾳ τῶν Κυρηναίων ἐτύγχανε σταλείς. *Ophellas vir Macedo qui à Ptolemæo Lago ad Cyrenenſium auxilium miſſus eſt.* Vides igitur lector hæc talia non eſſe, ut nos dimovere debeant à priore ſententia, quâ Phul & Lud aſſerimus eſſe Philas & Æthiopiam, quę ſub Ægypto eſt.

Ariſtot. Oeconom. l. 2. Pol. Strat. l. 5. in Agathocle. In Demetrio. Voce Ὀφέλλας. Hiſt. l. 4. c. 6. Diod. l. 20

Athen. l. 6. p. 243.

Lib. 20. p. 753.

In Demet. p. 1619.

IV. Inprimis id notandum, in eo Eſaiæ loco agi de Vocatione gentium, quas è Judæis פליטים (id eſt, evaſuri cladem, quam Univerſæ Genti Deus erat interminatus) uno verbo, Apoſtoli atque eorum Diſcipuli converſuri erant ad Chriſtum. Quod impletum cùm ex illa gente Eunuchus à Philippo baptizatus Evangelium Æthiopibus prędicavit tanto ſucceſſu, ut hodiéque poſt tot ſæcula in Chriſti fide jugiter perſeverent. Is porro Eunuchus Candaces appellatur à Luca, genitivo caſu, non nominativo, ut putavit Gregorius Nazianzenus, cujus hæc verba in oratione de Bapt. Φίλιππός εἰμι, γενοῦ Κανδάκης, *Philippus ſum, eſto Candaces.* Atque hunc ſequuntur Euthymius & Anaſtaſius Sinaita. Tamen in Græcis Lucæ verbis nulla eſt ambiguitas, ἰδοὺ ἀνὴρ Αἰθίοψ εὐνοῦχος, δυνάστης Κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων, *Ecce vir Æthiops Eunuchus dynaſta Candaces Reginæ Æthiopum.* Nempe Candaces nomen tum temporis Æthiopum Reginis commune fuit. Plinius ubi de Meroe; *Regnare fœminam Candacem, quod nomen multis jam annis ad Reginas tranſiit.* Nec deſunt, qui ad hanc ipſam referant hæc verba Strabonis lib. 17. Τούτων δ' ἦσαν καὶ οἱ τῆς βασιλίσσης στρατηγοὶ τῆς Κανδάκης, ἣ καθ' ἡμᾶς ἦρξε τῶν Αἰθιόπων, ἀνδρική τις γυνὴ πεπηρωμένη τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν. *Ex iis erant etiam duces Reginæ Candaces, quæ noſtro ævo Æthiopibus imperavit, virilis mulier quædam, altero oculo capta.* Et Dionis in Auguſto; ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν οἱ Αἰθίοπες, οἱ ὑπὲρ Αἰγύπτου οἰκοῦντες, προεχώρησαν ἄχρι τῆς χώρας τῆς Ἐλεφαντίνης ὠνομασμένης, πάντα τὰ ἐν ποσὶ πολιορκοῦντες, συμπαρούσης αὐτοῖς καὶ τῆς βασιλίσσης αὐτῶν Κανδάκης. *Eodem tempore Æthiopes, qui ſupra Ægyptum incolunt, uſque ad regionem, quæ Elephantina dicitur, progreſſi, omnia quæ ſe offerebant obſidentes, eos etiam Regina Candace præ-*

Act. 8. 27.

Euthym. in Act. Anaſt. l. 6 Hexaem.

Lib. 6. c. 29.

r. & l. 54.

ſentiâ

ſenſu ſuâ confirmante. Tamen veriſimile eſt has Reginas eſſe diverſas, quia unum ſub Auguſtino geſtum, alterum ſub Caligula.

V. Quintum argumentum ducetur è verbis Moſis, Gen. 10: 13. ומצרים ילד את לודים, *Et Miſraim genuit Ludim*, quaſi diceret Ægyptiorum colonos eſſe Æthiopas; nam cognatos fuiſſe populos ex Diodoro apparet, qui multa commemorat utrique genti communia; pota, τὸ τοὺς βασιλεῖς θεοὺς νομίζειν, *Reges pro Diis habere*; καὶ τὸ περὶ τὰς ταφὰς μάλιστα σπουδάζειν, *& plurimum circa ſepulchra ſtudium adhibere.* Quibus addidit inſuper, τὰς τε τῶν ἀγαλμάτων ἰδέας, *ſtatuarum formas*, καὶ τοὺς τῶν γραμμάτων τύπους *& literarum characteres.* Hieroglyphicæ quippe literæ tam erant in Æthiopia quàm in Ægypto receptæ, atque eâdem pingebantur utrobique figurâ. Sequitur τὰ συστήματα τῶν ἱερέων παραπλησίαν ἔχειν τάξιν παρ' ἀμφοτέροις τοῖς ἔθνεσι. *Cœtus ſacerdotum ſimillimum habere ordinem apud utramque gentem. Purè ſe gerere omnes qui ad Deorum cultum accedunt, & pariter tonderi; & ſimiles ferre tunicas, ejuſdemque figuræ ſceptrum in aratri formam, quo etiam utuntur Reges: & pileos oblongos in vertice umbilicum habentes, & ſerpentibus, quos aſpides appellant, circumvolutos.* Hæc ex Diodoro hactenus, quibus ex Herodoto circumciſionem adde utrique genti communem, & ex Plinio delubrum Hammonis Æthiopibus religioſum, & ex Strabone Herculem, Panem, Iſidem, Meroë cultos; quæ fuerunt ipſiſſima Ægyptiorum numina. Quid quod tam Ægyptii quàm Æthiopes deſcribuntur μελάγχροες καὶ οὐλότριχες, *atri colore & criſpi capilli*, Herodoti Muſâ ſecundâ.

Itaque nullum dubium quin utrique populo communis fuerit origo. Tantùm de antiquitate certamen fuit; cujus primas utrique ſibi arrogarunt. Cùm enim Ægyptii omnium hominum primos ſe eſſe contenderent, contrà aſſerebant Æthiopes eos, qui ſub Meridie habitant, primos à terra ἐζωογονῆσθαι fuiſſe editos, quia ibi calor ſolis intenſior efficaciùs operatur ad naturalium generationem; quin & Ægypti terram volebant, cùm priùs eſſet æquor, paulatim fuiſſe aggeſtam multo limo ex Æthiopia advecto per Nili amnis inundationes. Quibus freti rationibus audebant ſibi aſſerere primæ vetuſtatis gloriam, & in coloniis à ſe deductis Ægyptiorum gentem cenſere. Sed hanc litem decidit Moſes, affirmans *Meſraim genuiſſe Ludæos*, ſeu Æthiopes. Et verò certum eſt, primos homines ex Armeniæ montibus profectos, in quibus ſubſtiterat arca, ad Auſtri regiones deveniſſe paulatim, & per Aſſyriam, Babyloniam, Syriam & Ægyptum, tandem in Æthiopiam penetraſſe. Itaque locorum ſitus poſtulat ut Ægyptus prior culta atque habitata fuerit. Ridiculum enim eſt, quod Ægyptum aſſerunt, in principio rerum non extitiſſe, & Nili exundationibus debere ſuam originem. Cùm illas Ægypto nihil addere nos docuerit tot ſæculorum experientia: & Ægyptus ſit hodiéque in eodem ſitu, quo fuit ætate Herodoti ante annos bis mille fato functi, quod ſuprà jam attigimus. Sed multo id abſurdius, quod homines fungorum inſtar volunt è terra eſſe editos, cùm hodiè ne canis quidem eo modo generetur. Nec fruſtra eſt, quod Æthiopes à Veteribus *Ægyptini* dicti ſunt. Feſtus, *Ægyptinos, Æthiopas*; Ægyptinos quaſi Ægyptios, quos Ægyptiæ crederent eſſe originis.

Diodor. lib. 1.

VI. Sextum argumentum nititur authoritate Hieroſolymitani Interpretis, qui ſic habet, *& Miſraim genuit* ית מריוטאי *Mareotas*, id eſt, ſi Junio & aliis credimus, Mareoticæ præfecturæ in Ægypto incolas. At ego nullus dubito, quin *Jod & Vau* tranſpoſitis legendum ſit ית מרויטאי *Meroitas*, id eſt, Meroes incolas, quæ inſula eſt Æthiopica in medio Nilo, lata mille ſtadiis, triplo longior, elephantis, frumento, vino præſtantiſſimo, palmis, hebeno, ferro, ære, argento, auro & gemmis ferax. Ejus uberior deſcriptio petenda ex Diodoro, Strabone & Heliodoro. Inſulæ urbs cognominis Meroe caput fuit Æthiopiæ. Gentile apud Stephanum Μεροΐτης. *Meroites.* Inde igitur מרויטאי *Meroita* Hieroſolymitano Interpreti iidem, qui Ludæi ſeu Æthiopes. Huic planè ſimile mendum corrigit doctrinæ portentum Salmaſius in hoc Lucani verſu:

Diod. l. 1. pag. 201. Strab. lib. 17. Heliod lib. 12. Salmaſ in Solin. pag. 357. Luc. l. 10.

— ebenus quamvis Mareotica vaſtos
Non operit poſtes,

Et pro *Mareotica* rectè monet legendum *Meroitica*, quia in Ægypti Mareotide non naſcitur ebenus, ſed in Meroe Æthiopiæ. Diodorus, ubi de Meroe inſula: φασὶ δὲ ταύτην (λέγουσι) ἔχειν πλῆθος ἐβένου. *Præterea (dicunt) habere copiam ebeni.* Proinde idem Lucanus infrà,

Lib. 1. pag. 20.

— nigris Meroe fœcunda colonis,
Læta comis ebeni.

Ita hic *Mareotas* in *Meroitas* aſſerimus eſſe mutandos. Huic conjecturæ plurimum favet Elias in Methurgeman, modò grave mendum eluas ex his illius verbis: *Ludæos Thargum Jeroſolymitanum explicat* ית מריוטאי *Mareotas*, (imò Meroitas,) *illi mihi videntur eſſe populus, qui hodiè vocatur* מארונטי *Maronita; is autem eſt* ממדינת פריטיגני *ex regione Pretegiani.* Quid audio? Maronitas, populos in monte Libano notiſſimos, eſſe *ex regione Pretegiani?* Nihil abſurdius dici potuit. Sed ex voce מארונטי ſi *nun* auferas, pro Maronitæ legetur מארוטי *Merota.* Atque erit id veriſſimum Meroitas populos eſſe in regione *Pretegiani*, id eſt, Regis Abyſſinorum, quem falſo nomine vulgus hiſtoricorum ita nominat, cùm in ultimis Aſiæ finibus, non in Africa, imperarit ante annos ferè quadringentos Rex Chriſtianus, qui Perſico ſermone appellabatur פרשה פרסתגאני *Padesha Preſtigiani*, id eſt, Rex Apoſtolicus. Sed in Elia ferendus error, qui communis illi fuit cum tot aliis ſui ſæculi ſcriptoribus, quos ſequutus. Cùm hos populos regionis *Pretegiani* dixit eſſe incolas, non puto quenquam eſſe qui dubitet quin Æthiopes intellexerit. Atque hoc ipſum eſt, quod nos volumus.

Vide Scal. lib 7 de Emend. temp.

VII. Pro ſeptimo argumento ſit, quod Ezech. 30: 5. in Græca Verſione poſt καὶ Λίβυες, id eſt, ופוט, in quibuſdam exemplaribus addi notant, καὶ Αἰθίοπες καὶ πᾶσα ἡ Ἀραβία; quæ ſi cum Hebræo conferas, apparebit reſpondere Hebræis vocibus ולוד וכל הערב. Omnino igitur hoc gloſſema, quod ex Veterum Verſionum una aliqua excerptum & margini adſcriptum tandem in textum irrepſit, docet etiam è Græcis Interpretibus aliquem, quiſquis ille ſit, nomine לוד *Lud*, in eo loco Ezechielis *Æthiopes* intellexiſſe.

VIII. Octavum argumentum ſuggerunt hæc Hebræorum in Baal Aruch, לודאי פרוש אומה שאוכלין בני אדם; *Ludæi ſunt populus, qui comedunt filios hominum*, uno verbo, Anthropophagi. Quod idem eſt, ac ſi Ludæos in Æthiopia poneret, cùm extra Æthiopiam Africa nullos noverit Anthropophagos. At de Æthiopibus Anthropophagis ita Philoſtratus: Νασαμῶνες δὲ, καὶ Ἀνδροφάγοι, καὶ Πυγμαῖοι, καὶ Σκιάποδες, ἔθνη μὲν Αἰθιόπων καὶ οὗτοι· καθήκουσι δὲ εἰς τὸν Αἰθίοπα Ὠκεανόν. *Naſamones verò & Anthropophagi, & Pygmæi, & Sciapodes, ſunt & ipſi gentes Æthiopum; pertinent autem ad Oceanum Æthiopicum.* Sic in Plinii loco de vario victu Æthiopum, poſt Agriophagos & Pamphagos, recenſentur *Anthropophagi humana carne veſcentes.* In Solino item; *Anthropophagi, quorum mores vocamen*

Lib. 6. cap. 12. & in Phot. pag. 1015. Plin. lib. 6. cap. 30. Solin. cap. 30.

Lib. 4. cap. 9. *men ſonat.* Sed & Ptolemæus expreſſè, ubi de ſinu inter Africam & Menuthiam; (hodiè S. Laurentis inſulam, vel Madagaſcar) τοῦτον μὲν ὅν τὸν κόλπον περιοικοῦσιν Αἰθίοπες Ἀνθρωποφάγοι; *hunc porro ſinum circumhabitant Æthiopes Anthropophagi.* Ita etiam Marcianus pag. 42.

Vide Buxtorf. לוד. IX. Nonò, Talmudici Tractatu de Sabbatho legitimam prandii horam definientes, ſtatim primâ Ludæos prandere ſcribunt, ſecundâ latrones, tertiâ hæredes, quartâ operarios, quintâ vulgus hominum: quod penitus excutere non eſt hujus loci. Solum obiter id obſervandum, cùm de Ludæis ibi dicitur; שעה ראשונה מאכל לודים, *hora prima* eſt hora *prandii Ludæorum*, eos ſuggillari ut gentem barbaram & moribus valde inconditis, ut quæ prandii ſtatum tempus nullum habeat, ſed primo quoque tempore in cibum ruat veluti pecora, quæ natura prona atque ventri obedientia finxit. Tale eſt, quod de Æthiopibus *L. 3. p. 107.* Ichthyophagis aſſerit Diodorus: οὐ μὲν πρὸς μέτρον ἢ σταθμὸν ἐσθίοντες, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἰδίαν ἑκάστου βούλησιν, τὴν φυσικὴν ὄρεξιν ἔχοντες τῆς ἀπολαύσεως περιγραφὴν ἀνεκλείπτοις γὰρ καὶ διαπαντὸς ἑτοίμοις χρῶνται ταμιεύμασιν. *Non quidem ad menſuram aut pondus comedentes, ſed prout cujuſque fert libido*, &c. *nec aliam edendi legem habentes, quàm naturalem cibi appetitum, obſoniis ſemper paratis indeſinenter utuntur.*

X. In eodem Tractatu aliud habetur non temerè prætereundum: יוצא הגמל באפסר ונאקה בחטם ולובדקים בפרומביא *Egreditur* (licitè die Sabbathi) *camelus* μετὰ ψαλίου *cum fræno*, & *dromas cum annulo in naribus*, & *lubdekis* μετὰ φορβειᾶς *cum capiſtro.* Utor vocibus Græcis, ex quibus Hebræi ſuas mutuati ſunt. *Lubdekis* Bartenoræ eſt *aſinus è terra Lud*; *Illi enim*, inquit, *fortiores ſunt & duriores, majorique cuſtodia opus habent, quàm aſini cæteri in terra habitabili.* Et Rabbi Moſi Maimonidi *Lubdekis* eſt *aſini ſpecies non manſuefacti, media inter aſinum ſylveſtrem & manſuetum.* *Vide Buxtorf. Lex.* Hi aſini è terra Lud ſunt aſini Æthiopici, vel onagri veriùs, quales ſecus viam Apollonium & ſocios plures vidiſſe ſcribit Philoſtratus, quamprimum è Nili catadupis in Æthiopiam iter fecerunt. *Lib. 6. c. 12.* *Viderunt*, inquit, *ſecus viam*, &c. *cervos & capreas ſtruthioneſque & aſinos ſylveſtres complures, & animalium diverſa genera.* Photius in excerptis ita habet: ἀγχοῦ τῆς ὁδοῦ, &c. δορκάδες καὶ στρουθοὶ καὶ ὄνοι, πολλοὶ μὲν καὶ ταῦτα ἑωρᾶτο. *Lib. 3. c. 45.* Et Paulus Venetus in deſcriptione *Abaſia*, id eſt, Terræ Abyſſinorum, quæ cum Æthiopia eadem eſt; *Leones, Leopardi, Onagri*, &c. *in magna ibi naſcuntur abundantia.* Hos aſinos ita apud Philoſtorgium lib. 3. cap. 11. Theophilus Indus ex Æthiopia redux: Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ χώρα καὶ ὄνους ἀγρίους μεγίστους τῷ μεγέθει φέρει, καὶ τὴν δορὰν κατὰ τὸ ξενίζον πεποικιλμένους, λευκῷ σφίσι καὶ μέλανος χρώματος εὖ κατὰ μικρὸν συμπεποικιλμένους. Ἀλλὰ ζῶναί τινες εἰσὶ ἀπὸ τῆς ῥάχεως ἐπὶ τὰς πλευρὰς καὶ τὴν κοιλίαν καθήκουσαι, καὶ ἐνταῦθα διασχιζόμεναι, καὶ κατά τινας περιφέρειας ἀλλήλαις ἐνελιττόμεναι, θαυμαστήν τινα καὶ ξένην ἀπεργάζονται πλοκὴν καὶ ποικιλίαν. *Sed & hæc ipſa regio fert aſinos agreſtes multò maximos, & cute mire varios, albo nigroque colore plurimum interſtinctos: quin & zonæ his quædam ſunt à ſpina dorſi ad latera ventremque uſque demiſſæ; indeque diviſa & convolvulis quibuſdam inter ſe implicata, mirum quendam & novum exhibent nexum & varietatem.* Cui loco illuſtrando hæc ad me nuper ſcripſit is, quem jam citavi aliquoties nobiliſſimus Dn. de Grentemeſnil: *Talis animalis pellem vidi Amſterodami, in cujuſdam mercatoris κειμηλιοθήκῃ: item ejus imaginem in aulæo depictam Pariſiis. Id animal eſt frequens in montibus circa Guineam Africanam, quos vocant Sierra Liona. Ab Hiſpanis Zebra vocatur, nec non à locorum incolis. Neſcio an ſit onager. Sed eſt animal ferum & ferox, nec facilè cicuratur. Eo ad onera trahenda utuntur. Æthiopes in eodem aulæo depicti erant multis camelopardalibus ſequentibus clitellatis etiam & onera ferentibus.* Quo fere modo deſcribitur à Petro du Jarric, Indiarum lib. 3. cap. 6.

Part I.

De cætero hæc ſive aſini ſive onagri ſpecies cur appelletur *lubdekis* nemo facilè dixerit, & vox videtur eſſe corrupta, quia pro *lubdekis* alii לובדקים *lubdekim* ſcribunt, alii לודן *ludin*, vel *levaden*, alii denique לוקרין *levakerin* vel *lukerin* in Chaldæis Paraphraſibus Jonathanis & Jeruſalem, Gen. 32: 15. & Elias לברקין *labrekin* in Meturgeman. Si quis conjecturæ eſt locus, ſuſpicor legendum לודברקין *Ludbricin*, id eſt, aſinos è terra Lud. Βρικὸς pro aſino vox Africana eſt, quam è Libybus acceperunt Cyrenæi. Heſychius; Βρικὸν, ὄνον Κυρηναῖοι; βάρβαρον ſupp. ὄνομα, id eſt, barbarum vocabulum & à vicinis barbaris ſumptum. Ex quo ipſo fonte hauſtum & Hiſpanorum *borrico.* Neque enim doctos id latet, ex Africa in Hiſpaniam mille monſtra vocabulorum unà cum Mauris transfretaſſe. Atque eòdem fortè pertinet, quod אלבראק, *alborak*, vocant Arabes jumentum ſui Prophetæ, mediæ naturæ, ut quidem volunt, inter mulum & aſinum. De eo quid fabulentur vide Collationis Arabicæ Chriſtiani cum Mahumetano, Romæ excuſæ. pag. 46. & 47.

CAPUT XXVII.

Pathruſai, פתרוסים.

Jonathanem ſibi non conſtare cùm *Pathruſæos* exponit נסיוסאי νησιώτας, *inſulares*, id eſt, incolas τοῦ Δέλτα. Hieroſolymitanum nihilo melius interpretari פלוסאי Peluſios. Nam *Pathros* & *Sin* diverſa loca, Ezech. 30: 14. Porro Sin eſt Peluſium. Utrumque nomen à luto. Ideo *Sin robur Ægypti*, Ezech. 30: 15. quia ex illa parte Ægyptus maximè εὐεπίθετος. Græci vocant Ægypti clavem & oſtium. Peluſiotæ Sinæi dicti, Eſ. 49: 12. Saadiæ vox in Kimchio corrupta. Pathruſæis nihil commune cum Pharuſiis; nec cum Petræis Arabiæ, quibus à Petra urbe nomen, non à *Pathros*. *Petra* Hebr. *Sela*, Arab. *Hagar*, domos habet in petra excifas: eò alluſum Gal. 4: 25. *Pathros* vel *Phatures* villa in Ægypto ad unum è Nili oſtiis Brocardo & Adrichomio. At in Scriptura *Pathros* regio ab Ægypto ita diverſa, ut incolas habeat Ægyptios. Pathros videtur eſſe Thebais, quam ab Ægypto multi diſtinguunt. Ægyptios prædicit Ezechiel 29: 14. reducendos in terram Pathros, id eſt, in Thebaidem, quæ maximè fuit afflicta. *Honorati No-Amon*, Nah. 3: 8. id eſt, Thebarum principes, de quibus Mela. Locus corruptus ex Homero reſtituitur. Situs terræ Pathros utcunque colligitur ex Jerem. 44: 1. *Migdol* Magdolus ut *Pithom* Πάτουμος in Herod. *Taphnes* Δάφναι Πηλούσιαι. *Noph* vel *Moph* Memphis. Gravis error Viri Docti. N & M Ægyptiis permutabiles. *Pathros* aliis *Phatures*. Inde Plinio *Phanturites Nomus*; & in Ptol. Παθυρίτης. Sic legendum non Ταθυρίτης. Thebaidis caput *Thebæ*, *No-Amon*, *Amon-Na*, *Dioſpolis*. In ea centum portæ; currus bellici XX M. DCC M hominum ætate militari. Cato numerat ſeptingentas incolarum myriades. Sed in tota Ægypto Joſephus tantùm quinquaginta numerat ſupra ſeptingentas. Ibid. fabulæ de longitudine. Verus ambitus ex Diodoro. Situs. Mœnia. Domus. Aulæ. Porticus. Equilia. Quatuor præcipua templa. Templum Hammonis. Donaria. Coloſſi. Obeliſci. Sepulchra Regum XLVII. Sepulchrum Oſimandyæ ſtadia decem patens. Hortos penſilis, imò tota urbs. Memnonium, ubi & Memnonis ſtatua. Ejus prima vaſtatio ſub Nabuchodonozoro, de qua Nahum, Ezechiel, Jeremias, qui idem prædixit reſtaurandam. Secunda à Pœnis illata. Tertia à Cambyſe. Quarta à Cornelio Gallo. Deinceps jacuit ad ſolum diruta, aut ſolùm vicatim habitata eſt.

E Chaldæis Jonathan נסיוסאי νησιώτας, *inſulares*, exponit; Hieroſolymitanus פילוסאי *Peluſæos*, id eſt, Peluſiotas. Inſulares ſunt incolæ τῆς νησιωτικῆς Αἰγύπτου, id eſt, τοῦ Δέλτα; quæ Ægypti pars Hebræis non eſt *Pathros*, ſed *Raab*, ut jam ante probavimus, nec eſt cur Jonathanem ſequamur hac in parte, *Vide Etymol. in Δέλτα.*

cùm ipſe ſibi non conſtet. Idem enim pro Ludæis habet ניוטאי *Newtæi*, id eſt, incolas Nomi *Neut* qui pars fuit inſularium, ut ex Ptolemæo conſtat. Sic igitur Ludæi pars erunt Pathruſæorum, cùm in Scriptura proponantur ut diverſi populi. Proinde Jonathanem non puto ſcripſiſſe נסיוטאי νησιώτας, ſed פלוסיוטאי *Peluſiotas*, ita ut in eadem fuerit ſententia cum Interprete Hieroſolymitano.

Utut ſit, Pathruſæos eſſe Peluſiotas æquè falſum eſt, cùm ob alias cauſas, tum maximè, quia Ezechielis cap. 30. verſ. 14. & 15. diverſa loca ſunt *Pathros* & *Sin*, id eſt, *Peluſium*, ut rectè interpretatur Hieronymus. Nam Peluſio nomen fecit πηλὸς, *lutum*. Strabo; Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ Πηλούσιον κύκλῳ περικείμενα ἔχει ἕλη, ἅτινες Βάραθρα καλοῦσι, καὶ τέλματα, *ipſum adeo Peluſium cinctum eſt lacubus, quæ nonnulli Barathra vocant, & paludibus.* Et paulò poſt; ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, *à luto autem nomen habet.* Meritò ergo Peluſium סין *Sin* appellatur à Syris, quibus סין id ipſum eſt quod Græcis πηλός. Sic Pſ. 18: 43. Græci habent πηλὸν πλατειῶν lutum platearum, & Chaldæus סין אשקקי, & Syrus סינא דשוקא. Rurſus Ezechiel dicit *Sin* eſſe מעוז מצרים *robur Ægypti*, quia ex illa parte Ægyptus eſt aditu maximè difficilis. Strabo; Ταύτῃ δὲ καὶ δυσείσβολός ἐστιν ἡ Αἴγυπτος. Et Diodorus; μάλιστα τὸ Πηλουσιακὸν στόμα κατεσκεύασαι, διὰ τὸ κεῖσθαι μὲν αὐτὸ πρῶτον πρὸς τοὺς ἀπὸ Συρίας πορευομένους. *Os* Nili *Peluſiacum maximè muniverunt, quia primum iis ſe offert qui ex Syria* in Ægyptum *proficiſcuntur.* Suidas; Πηλούσιον, &c. κλεὶς τῆς Αἰγύπτου, καὶ εἰσόδου καὶ ἐξόδου, *Peluſium, &c. clavis Ægypti tam in ingreſſu quam in exitu.* Polyænus lib. 7. Stratag. Καμβύσης Πηλούσιον ἐπολιόρκει, Αἰγύπτιοι καρτερῶς ἀνθίσταντο, ἀποκλείοντες τῆς Αἰγύπτου τὰς ἐμβολὰς, *Cambyſes Peluſium obſidebat, Ægyptii fortiter obſtiterunt, clauſis Ægypti oſtiis.*

Lib. 17. p. 802, 803.

Ezech. 30: 15. Strab. lib. 17. p. 803. Diod. l. 15. pag. 478.

A nomine *Sin* סינים *Sinæi* Eſ. 49: 12. ſunt Peluſiotæ; *Ecce inquit iſti* מרחוק *è longinquo venient, & illi ex Aquilone, & ab Occaſu, & illi è terra Sinæorum.* Hieronymus *Sinæos* intelligit ex monte Sinai, in quo nulli erant incolæ. Alii in ultimo Oriente *Sinas*, qui tum ignoti prorſus; Græci Perſas, quod non capio. Melius Aben-Ezra פארץ מצרים *regionem verſus Ægyptum.* Optimè Saadias apud Kimchium אתרא פלסין, *locum nomine Peluſium.* Sic legendum, non בלפין, ut habent libri editi. Hieronymus & Hebræi rectè obſervant in hoc verſu deſcribi quatuor mundi plagas. Aquilo & Occaſus expreſſè nominantur. *E longinquo* מרחוק, id eſt, ex Oriente, quia *terra Iſraelis ab Oriente remotior eſt* & *magis ad Occaſum vergit.* Ita Kimchius. Denique *è terra Sinæorum, id eſt,* מארע דרומא *è terra Auſtrali*, ut habent Jonathan & Hieronymus. Nempe Ægyptus & Peluſium ſunt ad Auſtrum terræ Chanaan.

Vir quidem undecunque doctus *Pathruſæos* vult eſſe *Phaurusios* vel *Pharuſios*, qui ſunt in interiore Libya non procul ab Oceano Atlantico. Vide Plinium & Ptolemæum. Et quod mirere magis, Jeremiæ 44: 1. & Ezech. 29: 14. & 30: 14. terram *Pathros* Ægypti partem, vel Ægypto vicinam, in quam Judæi ſeceſſerant, vult illam ipſam eſſe, de qua Gen. 10: 14. id eſt, terram Phauruſiorum. Arias Mont. pariter deceptus alluſione nominis, Petræos interpretatur, id eſt, Arabiæ Petrææ incolas; cùm Petræa dicatur non à *Pathros*, ſed à metropoli *Petra*, cujus Hebræum nomen סלע *Sela*, 2 Reg. 14: 7. & Eſ. 16: 1. & Arabicum חגר *Hagar* Geograph. Nub. Clim. 3. part. 5. Hebræis autem סלע *Sela*, & Arabibus חגר *Hagar* id ipſum ſunt, quod Græcis Πέτρα; atque hoc nomen urbi inditum, quia illi imminent ſaxoſi montes, de quibus ita Geographus Arabs: *Hagar diſtat* מן ואדי אלקרי *à torrente Kora* (Cory fluvio Herodoti) *ſtatione una, eſtque arx pulchrè ſita inter montes, in quibus commorabatur familia* תמוד *Thamud* (Θαμυδηνοὶ Agatharchidis, Diodori, Uranii; Thamudei Plinii; Θαμυδῖται Ptolemæi) ובהא בוית מנקורה פי אלצחר, *ſuntque ibi domus exciſæ in petra.* Hos montes Arabica voce *Agar*, id eſt, Petram, appellat Paulus Gal. 4: 25. tanquam urbi cognomines. Sed hæc obiter. Pleriſque Recentiorum Brocardo, Adrichomio, aliis, *Pathros* vel *Patures* villa eſt vel oppidulum prope mare, ad unum ex Nili oſtiis; Pathmeticum, ut puto, vel, quod idem eſt, Buſiritim.

Plin. lib. 5. cap. 8. Ptol. lib. 4. cap. 5.

Herod. lib. 3. cap. 9. Agath. cap. 47. Diod. l. 3. pag. 124. Steph. in Θαμυδ. Plin. lib. 6. cap. 28. Ptol. lib. 6. cap. 7.

At in Scriptura *Pathros* neque villa eſt neque oppidum, ſed terræ nomen, ſeu provinciæ & regionis. Jerem. 44: 1. *Habitantes, &c. in terra Pathros.* Ezech. 29: 14. *Reducam eos in terram Pathros.* Atque hanc terram Eſaias ab Ægypto diſtinguit: *Ab Aſſyria,* inquit, *& ab Ægypto, & à Pathros, & à Chus, &c.* cap. 11. verſ. 11. Ita etiam Jeremias ubi ſupra; *habitantes in terra Ægypti, &c. & in terra Pathros.* Itaque in his verbis verſ. 15. ejuſdem capitis, *Populus habitantium in terra Ægypti, in Pathros, &c.* videtur, &, ſupplendum. Quamvis terram *Pathros* aliquo modo pertinere ad Ægyptum pateat ex Ezech. 29; 14. ubi prædicitur fore ut Ægyptii ex captivitate ſua reducantur in terram Pathros, terram commorationis ſuæ.

Ex his valde veriſimili conjectura colligo, terram Pathros eſſe Thebaidem, quæ modo Ægypto attribuitur, ut plerumque; modò ab illa diſtinguitur, ut in his Caſſiani lib. 1. cap. 3. *Per univerſam Ægyptum & Thebaidem.* Et in his Plinii lib. 18. cap. 18. *Excellentius Thebaidis regionis frumentum,* (quam Ægypti;) *quoniam paluſtris Ægyptus.* Et cùm Veteres ſpinam & palmam Thebaicam ab Ægyptia diſtinguunt; ut pluribus docet clariſſimus Salmaſius in Solinum. Ita Hebræis *Pathros* ab Ægypto diverſa. Proinde cùm Ægypti tres partes ii numerent, qui Thebaidem Ægypto accenſent, ut Ptolemæus & Strabo; Ægyptum juxta Hebræos tantùm fuiſſe bipertitam docet ipſum nomen מצרים *Miſrajim*, quod duale eſt. Nempe Thebaidem ab Ægypto plerunque non diſtinguebant; ita ut duæ ſolum Ægypti partes ſupereſſent; Una, quæ ſuperior Ægyptus vocatur, Tob. 8: 3. & τοῖς ἔξωθεν Heptanomus & Arcadia; Altera inferior, quæ Δέλτα Græcis, Hebræis רהב *Rahab*, & Ægyptiis *Rib* vel *Ribi*; ut jam antè monuimus.

Hùc faciunt verba Ezechielis nuper citata ex cap. 29. ℣. 14. *Reducam captivitatem* (captivam multitudinem) *Ægyptiorum, reducam,* inquam, *eos in terram Pathros, in terram commorationis eorum,* id eſt, in Thebaidem, quam præcipuè afflixerat *Nabucadnetſar*, in captivitatem abducens pleroſque Thebarum incolas. Conſtat id ex Nahumi 3: 10. ubi hæc leguntur de urbe *No-Amon*, quam probavimus eſſe Dioſpolim ſeu Thebas: *Etiam hæc fuit deportata, abiit in captivitatem, &c. de honoratis ipſius projecerunt ſortem, & omnes magnates ejus vincti fuerunt ferreis catenis.* Magnates centum illi ſunt, de quibus ita Pomponius; *Thebæ utique* (ut Homero dictum eſt) *centum portas, ſive* (*ut alii volunt*) *centum aulas habent, totidem olim principum domos; ſolitaſque ſingulas, ubi negotium exegerat, dena armatorum millia effundere.* Sic ex una urbe exiiſſent armatorum militum centum myriades, (*un million:*) quod omnino fidem ſuperat. Sed Homerus pro myriade tantum habet διηκοσίους ducentos.

Αἵθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστην
Ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν.

Iliad. I. verſ. 383.

Hæ ſolido portæ ſunt centum ex ære, viroſque
Curribus inſignes & equis dat quæque ducenos.

Ut

Ut ſumma ſit tantùm viginti millium. Itaque vel erravit Mela, vel qui Melam deſcripſerunt.

Jer. 44: 1.

Sed & ſitus terræ *Pathros* aliquo modo colligitur ex his Jeremiæ: *Verbum, quod fuit ad Jeremiam contra omnes Judæos habitantes in terra Ægypti, qui habitabant Migdol, & Taphnes, & Noph, & in terra Pathros*; in quibus Propheta ab iis locis incipiens, quæ ſunt Judææ proxima, paulatim ad ulteriora progreditur. Id ex explicatione patebit. *Migdol* urbs, quam primo loco cenſet, Herodoto, Hecatæo, & Græcis Interpretibus, rectè Μάγδωλος, Antonino *Magdelus*, fuit penè in ingreſſu Ægypti, ad milliare XII. à Peluſio, ut in Antonino habetur; non procul à Mari Rubro, Exod. 14: 2. Num. 33: 7, 8. Ex Migdal factum Μάγδωλος, ut ex פיתום *Pitom*, Exod. 1: 11. Πάτυμος Herodoti lib. 2. Quæ ſtatim ſequitur *Taphnes*, Herodoto Δάφναι Πηλούσιαι, Stephano Δάφνη πλησίον Πηλουσίου, aliquantò ulteriùs, ad milliare XVI. à Pelusio ſita. Poſt Taphnes ſuccedit *Noph*, alibi *Moph*, id eſt, Memphis, urbs in Ægypto Superiore, cujus ſitus eſt notiſſimus. Tamen & hìc graviter errat Vir Doctus, quem diximus, cùm in Eſaiam cap. 14. ℣. 13. ſcribit Memphim oppidum fuiſſe *ſummum Æthiopiam verſus*, nam ab Æthiopiæ finibus diſtat Memphis ferè quadringentis paſſuum millibus. מוף & נוף ut Νωφ & Μωφ, *litterarum* & *mi*... ; ex Hebr. נפך, vel Chald. נפכא, Exod. 30: 33. Interim ex iis quæ dicta ſunt videtur ſequi terram *Pathros* eſſe ſupra Memphim, ubi Thebais.

ª Lib. 2. cap. 159. Hecat. apud Steph. in voce Μάγδωλος.

Lib. 2. c. 30. Oſ. 9. 6.

Pathros Græcis Interpretibus eſt Παθούρης vel Φαθούρης, Hieronymo *Phetros*, *Paturos* vel *Phaturos*. Inde Plinio *Phaturites* Nomus in Thebaide; ſic legendum non *Phanturites*. Et in Ptolemæo *Pathyris* vicus mediterraneus prope Memnonem contra Thebas ex altera Nili parte. Sed pro Πάθυρις *Pathyris* legitur Τάθυρις in noſtris exemplaribus. Nempe in MSS. Π & Τ paſſim confundi docti obſervant. Vide Salmaſium in Solinum pag. 389. & 394. &c. Itaque in Pathyri vico, & Phaturite Nomo Thebaidis, remanent veſtigia terræ Pathros & Pathruſæorum.

De Thebaidis capite Thebis jam libet paucis agere. Nomen Ægyptium & Hebræum *Amon-No*, vel *No-Amon*, cui reſpondet Græcum Διόσπολις, ſuprà explicavimus. Quam vaſta fuerit urbs patet ex portarum numero, quarum ſingulas belli tempore ducenos fudiſſe currus ex Homero jam obſervatum. Cum earum veſtigia inviſit Germanicus, manebant adhuc ſtructis molibus Ægyptiæ literæ, priorem opulentiam complexæ; juſſuſque è ſenioribus ſacerdotum aliquis patrium ſermonem interpretari referebat habitaſſe quondam ſeptingenta hominum millia ætate militari. Apud Stephanum Byzantium refert Cato, priuſquàm à Perſis deſtrueretur, ὅτι μυρίας τρισχιλίας κώμας εἶχε καὶ τριάκοντα, ἀνθρώπων δὲ μυριάδας ἑπτακοσίας, ἀρουρῶν δὲ τόπον μεμετρημένον τρισχιλίων καὶ ἑπτακοσίων, ἑκατὸν δὲ πύλας διακεκοσμημένας, τετρακόσια ςάδια τὸ μῆκος. *Habuiſſe tredecies mille & triginta pagos, hominum ſeptuagies centena millia, agri dimenſi jugera tria millia & ſeptingenta, centum portas egregiè inſtructas, & quadringenta ſtadia longitudinis*, quæ omnia in majus aucta. Neque enim credibile eſt in una urbe habitaſſe tot hominum myriades, quot vix habuit tota Ægyptus. In Joſepho ſaltem Ægyptus univerſa ab Æthiopibus & Indis uſque ad Alexandriam ſolùm habere legitur πεντήκοντα πρὸς ταῖς ἑπτακοσίαις μυριάδας ἀνθρώπων, *quinquaginta ſupra ſeptingentas hominum myriadas*. Sed & hoc fidem planè ſuperat quadringenta ſtadia fuiſſe longam; quamvis aliquantò plura ſcripſerit Euſtathius, nempe εἰς ςαδίους κ καὶ τετρακοσίους ἐκτείνεσθαι, *ad ſtadia CCCCXX. extendi*, quantum Babylon aut Ninive vix habuêre in ambitu. Itaque veriùs Strabo lib. 17. Καὶ νῦν δείκνυται δ' ἴχνη τοῦ μεγέθους αὐτῆς ἐπὶ ὀγδοήκοντα ςαδίους τὸ μῆκος; *oſtenduntur hodiéque magnitudinis illius veſtigia ad LXXX. ſtadiorum longitudinem*. Quanquam hoc quoque ſit nimium, ſi verè tradit Diodorus Regem Ægypti Buſiridem ejus τὸν περίβολον ὑποςήσασθαι ςαδίων ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα, *circuitum complexum eſſe ſtadiis centum & quadraginta*. Pars in Libya, pars in Arabia fuit, mediam alluente Nilo. Mœnium ſtructura ambitioſa, privatæ domus quatuor aut quinque contignationum. Centum illas Homeri portas alii volunt totidem eſſe aulas principum, alii προπύλαια τῶν ἱερῶν templorum porticus totidem, alii denique ἱππῶνας, id eſt, equilia centum juxta Nilum extructa, quorum ſingula exceperint ducenos equos. In templis eminebant quatuor potiſſimùm, quorum maximum idemque antiquiſſimum Jovis Hammonis murus ambibat ſtadiorum XIII. altus XLV. cubitos, latus pedes XXXIV. Eadem urbs donariis ex auro & argento & ebore & coloſſis & obeliſcis tot numero fuit inſignis, ut conſtet μηδεμίαν τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον οὕτω κεκοσμῆσθαι, *nullam aliam ſub ſole tam fuiſſe exornatam*. Ibidem fuere ſepulchra Regum XLVII. mirabilis operis. In his Oſimandyæ ſtadia decem patens, porticibus, periſtyliis, ambulacris, palatiis, lectiſterniis, bibliothecis, ſtatuis, ſculpturis, inſcriptionibus decorum. Uberior deſcriptio petenda ex Diodoro. Legitur & penſilis hortus, imò verò totum oppidum etiam quodammodo penſile, exercitus armatos ſubter educere ſolitis Regibus, nullo oppidanorum ſentiente. In Libyca parte urbis fuit Memnonium, ubi Memnonis ſtatua quotidiano Solis ortu contacta radiis crepare dicebatur; quod ſe audiviſſe teſtatur Strabo, ſcriptor minime vanus.

Tacit. Annal. l. 2.

Steph. in Διόσπολις.

De Bello Jud. l. 2, cap. 16.

Hæc urbs cùm diu floruiſſet tandem experta eſt varias fortunę vices. Primæ vaſtationis author fuit Nabuchodonozor, cujus graphicam deſcriptionem Ninivitis exhibet Nahum, ut virium ſuarum fiducia tumentes ſimilis excidii metu perterreat: *Nunquid*, ait, *melius tecum erit, quàm cum No-Amon* (Dioſpoli, ſeu Thebis;) *qua habitat in fluminibus, & aqua circum eam, cujus antemurale eſt mare, à mari murus ejus*; (quæ ad Nilum ſita eſt, & præter ejus ſeptem alveos, Mare Rubrum ac Mediterraneum habet pro vallo naturali:) *Chus* (Arabia) *robur ejus, & Ægyptii infiniti* (ſeptingentæ myriades;) *Phut & Lubim* (Afri & Libyes) *fuerunt in auxilio ejus. Tamen hæc fuit deportata, abiit in captivitatem*, (ejus incolæ captivi abducti ſunt;) *parvuli ejus alliſi ſunt in capitibus viarum*; (ut fit in urbibus vi captis. Vide 2 Reg. 8: 12. Pſal. 137: 9. Eſ. 13: 16. Oſ. 14: 1.) *Et de honoratis ipſius projecerunt ſortem*; (cives nobiliſſimos ſorte, ut mancipia, Babylonii inter ſe diviſerunt;) *& omnes magnates ejus vincti fuerunt ferreis catenis*, manibus inſertis, ut Jerem. 40: 4. Ejuſdem Thebarum excidii meminêre, Ezech. 30: 14, 15, 16. & Jerem. 46: 25, 26. Ne quis tamen Prophetas putet ultimam Dioſpolitanis cladem interminari; illos ibidem Jeremias ſolatur hac ſpe, fore ut Dioſpolis *iterum habitetur, ut diebus priſtinis*. Quod & poſtea contigit.

Nah. 3. 8.

Sed eadem deinceps triplici clade tandem obtrita eſt & ſolo prorſus afflicta. Primam intulêre Pœni. Secundam Cambyſes Cyri filius. Tertiam ſub Auguſto Cornelius Gallus. Quod Ammianus Marcellinus paucis ita deſcribit lib. 17. *Hanc inter exordia pandentis ſe latè Carthaginis, improviſo occurſu duces oppreſſere Pœnorum: poſteaque reparatam Perſarum Rex ille Cambyſes, quoad vixerit alieni cupidus & immanis, Ægypto perrupta aggreſſus eſt, ut opes exinde raperet invidendas, ne Deorum quidem* de-

donariis parcens, &c. *Longè autem poſtea Cornelius Gallus, Octaviano res tenente Romanas, Ægypti procurator, exhauſit civitatem, plurimis interceptis.* Hinc Hieronymus in Chron. ad A. Euſebianum MDCCCCLXXXIX. *Thebæ Ægyptiæ uſque ad ſolum dirutæ.* Ita factum ut deinceps nonniſi vicatim habitarentur. Strabo, qui non multò pòſt ſcripſit; νυνὶ δὲ κωμηδὸν συνοικεῖται. Tacitus de Germanico; *mox viſit veterum Thebarum magna veſtigia*, Thebarum veſtigia, non Thebas, quæ non extabant amplius. Juvenalis Sat. 15.

Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.

Pauſanias in Arcadicis; τὰ δὲ ὑπερῆρκότα πλούτῳ τὸ ἀρχαῖον, Θῆβαί τε αἱ Αἰγύπτιαι, καὶ ὁ Μινύης Ὀρχομενὸς, καὶ ἡ Δῆλος τὸ κοινὸν Ἑλλήνων ἐμπόριον, αἱ μὲν ἀνδρὸς ἰδιώτου μέσου δυνάμει χρημάτων καταδέουσιν ἐς εὐδαιμονίαν. *Quæ olim opibus eminebant, Thebæ Ægyptiæ, & Minyarum Orchomenus, & Delos commune Græcorum emporium, illa quidem hodiè ne mediocres quidem privati hominis fortunas adæquant*, &c. Inde eſt quod in ſcriptis Arabum de Thebis nil quicquam occurrit. Itaque Scaligero non poſſum aſſentiri, qui Thebas poſt Cornelium Gallum integras ſtetiſſe aſſerit, & Hieronymum hallucinari cum ad ſolum ſcribit fuiſſe dirutas.

CAPUT XXVIII.

Lehabai, להבים.

Lehabæi non ſunt Libyes in genere, ut volunt; ſed Liby-Ægyptii, vel Libyes Ægyptii, de quibus Mela, Plinius, Ptolemæus. Situs. Nomen ab æſtu ſumptum. Id enim Hebr. להבה *lehaba*, & Arab. articulo præfixo אללהבאן *allabban*.

Vulgo *Lehabai* putantur eſſe Libyes, vocabulo non abludente. Sed videtur obſtare, quod Libyæ nomen pertinet ad partem Africæ multò maximam. Neque enim veriſimile eſt uni è ſeptem filiis *Miſraim* tantum obtigiſſe terrarum, aut tam diverſos populos ab illo deſcendiſſe: præterea Libyes in aliis Scripturæ locis appellantur פוט *Phut*, vel לובים *Lubim*, ut ſuo loco dicetur. Porro *Phut* non fuit filius, ſed frater *Miſraim*. Sed reſponſio eſt obvia, nempe *Lehabæos* non eſſe quoſvis Libyes, ſed Λιβυ-Αἰγυπτίους *Liby-Ægyptios*, vel *Libyes Ægyptios*. Quomodo Mela, Plinius & Ptolemæus nuncupant quoſdam Africæ populos Ægypto proximos, recta ad Occaſum Thebaidis; qui in ſolo arenoſo degunt & immodicis caloribus exuſto & retorrido; unde factum eſt illis nomen Lehabæorum. Nam voce להבה *lehaba* non flammam ſolùm, ſed & Hebræi æſtum ſignificant. Sic Joël 1: 19. *flamma ſuccendit omnes arbores agri*; Flamma להבה *lehaba*, id eſt, æſtus. Atque id ipſum eſt Arabibus להבאן *labban*. Giggeius אללהבאן *æſtus*, אללהבאן מן אליום *dies æſtuans*.

Mela lib. 1. cap. 4. Plin. lib. 5. cap 8. Ptol. lib. 4. cap. 5.

CAPUT XXIX.

Naphthuhai, נפתחים.

Naphthuæi, vel Nephthuæi, ſunt populi נפתוח *Nephthuah*. Et *Nephthua* idem quod Νέφθυς, quod Plutarchus exponit montium abrupta, quæ mare attingunt. Tale *Ieſun*, *Ieſus*, *Blemua* Βλέμυς. Unde nata fabula, Blemyes eſſe ſine capite. Naphthuæis Jonathani פנטסכנאי *Pentaſchœnitæ*. Vel Naphthuæi fuerunt in Ichthyophagis & Troglodytis ad Mare Rubrum, vel in Marmarica ad Mediterraneum. Sed Ichthyophagos, & Troglodytas Scriptura aliter nominat, nempe ציים & סכיים. Vide 2. Chron. 12: 3 ubi pro Hebr. סכיים *Succhæi* Gr. Τρωγλοδύται & Vulg. *Troglodytæ*. Rectè. Nam ut Troglodytæ dicuntur, qui in cavernis vivunt, ita סכיים à סכה ſuccha, id eſt, caverna, Pſal. 10: 9. Job 38: 40. Succhæorum *Succha* urbs hodiè *Suachen*. In libris antiquis Τρωγλοδύται non Τρωγλοδύται. Τρώγλαι *foramina*. תוכיים 1. Reg. 10: 22. alii *pavos* reddunt. Joſephus *Æthiopes*, quaſi ſit pro כושיים. Fortè Meleagrides à patria ſic appellantur. Inſula Troglodytica Meleagridum ferax. Meleagrides hodiè *gallopavi*. ציים pro Ichthyophagis, Pſ. 74: 14. Leviathan in cibum populo *Sijim*, id eſt, Ichthyophagorum. Ichthyophagos etiam ex carne Leviathan, id eſt, cetorum victitaſſe probatur ex Agatharchide, Diodoro & Aben-Ezra. Pſ. 72: 9. *coram eo ſe incurvabunt Sijim*, id eſt, Ichthyophagi. Quomodo id verum de Solomone; quomodo de Chriſto. Ichthyophagi paſſim in extremis terrarum. Diodori locus inſignis de receſſu Rubri Maris in Ichthyophagorum littore, ita ut fundum apparuerit. Fundum illum virere propter algam. Diodorus, Artemidorus, Agatharchides, de algæ copia in Mari Rubro. Unde Hebr. ים סוף *mare algoſum*. Etiam ציים dici, qui degunt in deſertis & ſiticuloſis locis. Αὐάσεις unde dicantur. אוה propriè domus Arabum in orbem digeſtæ, urbs & οἴκησις unde. Africa pardali ſimilis. *Auaſes* quomodo definiat Strabo, *Oaſis*, *Oeaſitæ*. *Auaſitæ*. Ichthyophagi & Troglodytæ Arabes, non Ægyptii. Erembi ab ערב *ereb*, id eſt, Arabia. Naphthuhæi in Marmarica. Ibi *Adyrmachidæ* ab Ægyptiis ſola veſte diverſi. *Addermach* veſtis genus. Gigamæ. Aptuchi fanum alludit ad נפתחים. *Aptuchus* etiam *Autuchus*. Neptunus unde dictus.

Naphthuhim, vel ut Hieronymus *Nephthuim*, id eſt, *Naphthuhæi*, vel *Nephthuæi*, ſunt populi נפתוח *Nephthuah*. Porro quid Ægyptiis ſit *Nephthuah* Plutarchus his verbis docet in Tractatu de Iſide: Νέφθυν καλοῦσι τῆς γῆς τὰ ἔσχατα καὶ παρόρεια, καὶ ψαύοντα τῆς θαλάσσης, *Nephthyn vocant terræ extrema, & montium abrupta, quæ mare attingunt.* Νέφθυν *Nephthyn* eſt à recto Νέφθυς *Nephthys*, quomodo ſcribit idem Plutarchus non multò pòſt. *Nephthys* autem eſt pro *Nephthuah*, quomodo Ἰησοῦς *Jeſus* pro ישוע *Jeſua*, *Blemys* pro בלי מוח *beli muah*, ſine cerebro. Unde nata eſt fabula, *Blemyes*, vel Blemmyes, eſſe ſine capite. Plinius; *Blemmyis traduntur capita abeſſe, ore & oculis pectori affixis.* Ergo נפתוח *Nephthuah* idem quod Νέφθυς, ora nempe maritima, montibus interciſa. Puto id reſpexiſſe Jonathanem qui נפתוחים reddidit פנטסכנאי *Pentaſchœnitas*. Nam Πεντάσχοινος in Stephano, vel *Pentaſchœnum* in Antonio, maritimus eſt locus inter Peluſium & Caſſium montem: ſed recentior, obſcurior & anguſtior, quàm ut huc poſſit pertinere.

Pag. 632. *Lib. 5. cap. 8.*

Ego duos omnino locos in Ægypti vicinia puto Naphthuhæis poſſe aſſignari: Unum in Ichthyophagis & Troglodytis ad Mare Rubrum, alterum in Marmarica verſus Occaſum Ægyptii Δίλτα, in ora maris Mediterranei. Et in Ichthyophagis quidem à Ptolemæo deſcribuntur ὀρεινὰς ῥάχεις, *montoſa crepidines*, & ab Agatharchide οἰκήσεις παρὰ ταῖς ῥαχίαις, quas putaverit aliquis eſſe Plutarchi παρόρεια & Ægyptiorum Νέφθυας, unde *Nephthuæi* dicti. Sed cauſas habeo, cur *Nephthuæos* malim aſſignare Marmaricæ, quàm Maris Rubri littora in Ichthyophagis & Troglodytis. Quarum prima hæc eſto, quod Ichthyophagos & Troglodytas Scriptura multò aliter appellat, nempe ציים & סכיים.

Ptol. lib. 4. cap. 5.

De his illuſtris eſt locus 2. Chron. 12: 3. ubi inter varios populos, ex quibus Seſaci Regis Ægypti exercitus conſtitit, nominantur סכיים *Succhæi*, id eſt, Τρωγλοδύται *Troglodytæ* juxta Græcos & Vulgatum. Nempe utriuſque nominis eadem eſt ratio. Troglodytas dici notum eſt, quia τρώγλας ſubeunt, id eſt, terræ foramina & ſpecus. Plinius, *Troglodytæ ſpecus excavant.* Idem alibi, *Ariſtoteles in cavernis vivere Pygmæos tradit.* Ariſtotelis verba ſunt quo loco agit de Pygmæis: Τρωγλοδύται δ' εἰσὶ τὸν βίον. Ita juxta Plinium: οἱ Τρωγλοδύται τὸν βίον ſunt, *qui in cavernis vivunt.* Atque id ipſum ſunt Hebr. סכיים *Succhæi*, quia סכה *ſuccha* non ſolum eſt tabernaculum, ſed & ſpelunca. Hinc de leone dicitur Pſ. 10: 9. כאריה בסכה, ubi

Lib. 5. c. 8. lib. 7. c. 2. Hiſt. anim. lib. 8. c. 12.

ubi Græci ὡς λέων ἐν τῇ μάνδρᾳ; & Vulg. *quaſi leo in ſpelunca ſua.* Et Job. 38: 40. de leonibus itidem ישבו בסכה, *ſedent in ſuccha*, Vulg. *in ſpecubus.* Ab his Succhæis nomen habet oppidum Troglodyticæ *Succha* in ora Rubri Maris de quo Plin. lib. 6. c. 29. Hoc crediderim potiùs, quàm quod ex Strabone colligunt, ideò Suchas dici, quia Σύχος ἵδρυμα. Hodiè *Suachen* vocant levi mutatione. Cæterum ne quis putet in Græca Verſione mendosè ſcribi Τρωγοδύται pro Τρωγλοδύται, notanda ſunt hæc Turnebi, Adverſar. lib. 24. cap. 42. *Trogodytas autem perpetuo in libris antiquis reperias, cum Troglodytas ſemper edant: & tamen cum utrumque æquè Græcum ſit, ac Trogodytas etiam agnoſcat Heſychius, qui* Τρώγας *foramina interpretetur; eo fretus defendam veteres membranas.*

Dum in Troglodytis ſumus, quos Scriptura vocat סוכיים, non poſſum non addere, in his Joſephi, lib. 8. c. 2. de claſſe Solomonis; ἄργυρος, καὶ χρυσὸς ἐκομίζετο τῷ βασιλεῖ, καὶ πολὺς ἐλέφας, Αἰθίοπές τε καὶ πίθηκοι, *argentum & aurum afferebatur regi, & multum ebur, Æthiopeſque & ſimiæ*, Æthiopum vocem reſpondere Hebrææ תוכיים, quam alii *pavos* exponunt 1 Reg. 10: 22. & 2 Par. 9: 21. ac ſi תוכיים iidem ſint, qui שוכיים permutatis ש & ת, ut in בתן, & כות, & אתור. Quid ſi תוכיים à patria dicantur Meleagrides? Saltem in ora Troglodyticæ inſulam deſcribunt Veteres, quæ his avibus plurimum ſcatet. Agatharchides cap. 42. ubi de Myoshormo Troglodytices portu celeberrimo: ἐν οἷς καὶ νῆσοι τρεῖς εἰσι προσκείμεναι; ὧν αἱ ἐλαίαις πεπυκνῶνται, μία δὲ ἧττον μὲν δασεῖα, τῶν δὲ καλουμένων μελεαγρίδων ἐκτρέφουσα πλῆθος. *Qua parte etiam tres inſulæ adjacent, quarum duæ olivis ſcatent, una autem minus quidem eſt ſylvoſa, ſed Meleagridum, quas vocant, copiam nutrit.* Neque aliter Diodorus de hac eadem inſula lib. 3. pag. 120. μία δὲ ἀπεστερημένη τῷ πλήθει τῶν προειρημένων δένδρων, πλῆθος δ' ἔχουσα τῶν ὀνομαζομένων Μελεαγρίδων. Et Artemidorus apud Strabonem lib. 16. pag. 769. μίαν δ' ἧττον κατάσκιον, μελεαγρίδων μεστήν. Meleagrides hodiè *gallopavos* multi appellant, quia pavonum in morem caudam in orbem explicant. Videndum an id ipſum voluerint Veteres, quibus תוכיים ſunt pavi. Sed de his alibi pluribus.

Jam pro Ichthyophagis reperitur nomen ציים *Sijm*, Pſal. 74: 14. *Tu confregiſti capita Leviathan, & dediſti in cibum* לעם לציים *populo Sijm*, id eſt, Ichthyophagorum. Nam agitur de Pharaone & Ægyptiis, quos abſorpſit Mare Rubrum prope littus Ichthyophagorum. Et his ipſis verbis alluditur ad victum apud illos uſitatum. Neque enim Ichthyophagi tantum vivebant ex minutis piſcibus, ſed & ex carne *Leviathan*, id eſt, cetorum, ſicubi ſe offerebat. Agatharchides cap. 20. ἐκ τῶν ἐκριπτομένων εἰς τὴν χέρσον κητῶν ἀποζῶσιν, *è balænis in terram ejectis victum ſibi comparant.* Et de iiſdem Diodor. lib. 3. pag. 110. Διατρέφονται γὰρ ἀπὸ τῶν ἐκπιπτόντων εἰς τὴν χέρσον κητῶν, ποτὲ μὲν δαψιλῶν τροφῆς ἔχοντες, διὰ τὰ μεγέθη τῶν εὑρισκομένων θηρίων, &c. *Nutriuntur enim cetis in terram ejectis, quandoque cibos affatim habentes propter belluarum, quas reperiunt, magnitudinem.* Et rurſus pag. 117. *Mulieres cum pueris minores piſces & littori propiores captos in terram projiciunt. At qui corporibus vigent, manus inferunt* τοῖς διὰ τὸ μέγεθος δυσκαταγωνίστοις, *piſcibus qui propter magnitudinem difficulter expugnantur. A mari enim ejiciuntur non ſolùm* ὑπερμεγέθεις *immanes murænæ & ſcorpii, & canes, ſed & phocæ, & multa talia piſcium genera, nomine & forma ignota.* Aben-Ezra; *Dixit R. Moſes omnem piſcem vaſti corporis in mari natantem vocari Leviathan, &c. Et Deum ipſum dediſſe in cibum* לעם לציים *populo Sιim, id eſt, populo qui habitat* בציה כנגד הים, *in ſolitudine ad littus maris, & nota eſſe loca in quibus eo veſcuntur ſtato tempore.* Nempe, ὅταν ἐκ πελάγους ἡ πλημμυρὶς ἐπὶ τὴν χέρσον φέροιτο (ὃ ποιεῖ δὶς ἑκάστης ἡμέρας, πρὸς ὥραν ἐννάτην τε καὶ τρίτην) *cùm ex mari æſtus terræ ſe infert (quod facit bis in die hora tertia & nona)* ut eſt in Agatharchide. De eodem populo rurſus agitur, Pſ. 72: 9. *Coram eo ſe incurvabunt* ציים *(Sιim) Ichthyophagi.* Atque id optimè cohæret cum precedente verſu; *dominabitur à mari uſque ad mare, & à flumine uſque ad fines terræ.* Nam ſi de Solomone intelligas; *Is à mari dominatus eſt ad mare*, id eſt, à Mari Mediterraneo uſque ad Mare Rubrum, ubi ſtatim Ichthyophagi; *& à flumine uſque ad fines terræ Chanaan*, id eſt, ab Euphrate uſque ad Ægyptum. Aut ſi de Chriſto, ſignificabuntur extrema terrarum & oceani, ubi paſſim Ichthyophagos Geographi deſcribunt. Pauſanias in Atticis; Ἀνθρώπων δὲ τῶν ὑπὲρ Συήνης ἐπὶ θάλασσαν ἔσχατοι τὴν Ἐρυθρὰν κατοικοῦσιν οἱ Ἰχθυοφάγοι.

Obiter nota inſignem locum de Ægyptiis Ichthyophagis ad Mare Rubrum ex Diodoro lib. 3. pag. 122. Παρὰ δὲ τοῖς πλησίον κατοικοῦσιν Ἰχθυοφάγοις παραδίδοται λόγος, ἐκ προγόνων ἔχων φυλαττομένην τὴν φήμην, ὅτι μεγάλης τινὸς γενομένης ἀμπώτεως ἐγυμνώθη τοῦ κόλπου ξηρὸς πᾶς ὁ τόπος, ὁ τὴν χλωρὰν ἔχων τοῦ τόπου πρόσοψιν, μεταπεσούσης τῆς θαλάττης εἰς τἀναντία μέρη. Φανείσης δὲ τῆς ἐπὶ τῷ βυθῷ χέρσου, πάλιν ἐπανελθοῦσαν ἐξαισίαν πλήμμην ἀποκαταστῆσαι τὸν πόρον εἰς τὴν προϋπάρξασαν τάξιν. *Apud vicinos Ichthyophagos vetere fama, quam à majoribus acceptam tradunt, fertur magno quodam maris receſſu, omnibus locis ejus ſinûs areſactis, & mari in oppoſitas partes relabente, fundum coloris viridis appariuſſe; & rurſus immenſo æſtu mare reſtitutum in priorem locum eſſe reſtitutum.* Quibus verbis nemo non videt deſcribi miraculum ingens, de quo Moſes Exod. 14: 21. cùm

Pervia diviſi patuerunt cærula Ponti, *Sedulius in Paſch.*
Ingeminum revoluta latus, nudataque tellus
Cognatis ſpoliatur aquis.

Et locorum accolę, utut barbari, tamen rei tantæ memoriam perire non paſſi ſunt, ſed eam ad poſteros ſtudioſè propagaverunt.

Fundum maris virere dicunt propter algam adnatam. Idem Diodorus pag. 121. de loco quodam Rubri Maris: ἥτε θάλαττα τεναγώδης οὖσα τὸ βάθος εὑρίσκεται οὐ πλεῖον τριῶν ὀργυιῶν, καὶ τῇ χρόᾳ παντελῶς ὑπάρχει χλωρά. τοῦτο δ' αὐτῇ φασὶ συμβαίνειν, οὐ διὰ τὸ τὴν τῶν ὑγρῶν φύσιν εἶναι τοιαύτην, ἀλλὰ διὰ τὸ πλῆθος τοῦ διαφαινομένου καθ' ὕδατος μνίου καὶ φύκους. *Mare autem ibi limoſum non eſt altius tribus ulnis, & colore prorſus viret; quod illi contingere aiunt, non quod talis ſit aquæ natura, ſed propter copiam muſci & algæ ſuper aquas extantis.* Sic Artemidorus apud Strabonem πράζειν dicit τὴν ἐπιφάνειαν διαφαινομένου τοῦ μνίου καὶ τοῦ φύκους, ὅπερ πλεονάζει κατὰ τὸν πόρον, *herbaceam eſſe ſuperficiem, quia per aquas tranſlucent muſcus & algæ, qua in illo freta abundat.* Quid quod in Ichthyophagis ſunt, qui degunt ὑπὸ ταῖς τῶν ἰχθύων πλευραῖς, φυκία ἐπιβάλλοντες αὐταῖς, *ſub piſcium coſtis, quibus alga inſternuntur.* Ita habet Agatharchides. *Lib. 5. c. 17* Nec deſunt, qui antra ſibi excavant ſub algæ & muſci acervis, prope littora montium inſtar congeſtis, ab omni ævo & continuo Solis ardore conſtipatis. Diodorus ubi ſuprà pag. 109. Ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος σεσώρευται τοῦ μνίου φορτὸς ἄπλετος, ὄρει παρεμφερής. οὗτος ὑπὸ τῆς συνεχοῦς τοῦ καύματος πληγῆς πεπιλημένος, τὴν φύσιν ἔχει πετρώδη καὶ συμπεπιλημένην ἄμμῳ. ἐν τούτοις οὖν τοῖς ἀναστήμασιν ὑπονόμους διαδρομὰς ὀρύττοντες, τὸ μὲν κατὰ κορυφὴν τόπον ἐῶσι στέγην, κάτωθεν δ' αὐλῶνας παραμήκεις καὶ πρὸς ἀλλήλους συντετρημένους κατασκευάζουσιν. *Ab omni ævo montis inſtar aggeſtus eſt algæ acervus ingens, qui continua æſtus verberatione conſtipatus naturam habet ſolidam & cum arena coactam. In his igitur acervis cuniculos ad hominis men-*

menſuram ſuffodientes partem quidem ſupremam in tegminis uſum relinquunt : at infra foſſas oblongas & inter ſe perforatas inſtruunt. Hinc obiter collige, cur Mare Rubrum ſeu Sinum Arabicum Hebræi ים סוף, id eſt, mare algoſum, appellent : nempe ab algæ copia, cujus aggeres ad littora coacervati præbent accolis ædium uſum. Græcè πολυμνίαν dixeris. Heſychius; Πολυμνία, ἡ θάλασσα ἡ πολὺ φυκίον ἔχουσα, *Polymnia, mare, quod multam algam habet.*

Hoc quoque hic obſervandum Hebræo nomine צים, præter Ichthyophagos, etiam omnes ſignificari, qui in locis deſertis & ſiticuloſis degunt, quia ציה eſt ſolitudo, γῆ ἄνυδρος, ut ſæpe reddunt LXX. Interpretes. Quò pertinet quod Αὐάσεις Ægypti vocant habitationes, quæ ſunt in medio deſerto, voce compoſita ex צי *ſi*, & חוא *hava*. צי deſertum ut ציה. & חוה *hava* eſt *habitatio*; unde plurale חוות, Num. 32: 41. Arabicè חוי eſt *ambire*, & חוא multæ domus Arabum tanquam in orbem digeſtæ, ut fit : nam & urbs eſt ab *orbe*, & πόλις ἀπὸ τοῦ πολεῖν. Ergo חואצי Αὐάσεις propriè eſt ambitus domorum, id eſt, villa vel oppidum in loco ſiticuloſo; aut potiùs habitatio, quam ambiunt loca ſiticuloſa. Quomodo Græci definiverunt, quamvis vim vocis ignorarent. Strabo de Africa lib. 2. ἔοικεν᾽ παρδαλῇ· κατάστικτος γάρ ἐστι ταῖς οἰκήσεσι περιεχομέναις ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ γῇ. καλοῦσι δὲ τὰς τοιαύτας οἰκήσεις Αὐάσεις οἱ Αἰγύπτιοι. *Pardali eſt ſimilis; Interpuncta enim eſt habitationibus, quæ circumdantur terrâ deſertâ & ſiticuloſâ : tales autem habitationes Ægyptii vocant Avaſes.* Et lib. 17. rurſus; Αὐάσεις δὲ οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι τὰς οἰκουμένας χώρας περιεχομένας κύκλῳ, μεγάλαις ἐρημίαις, ὡς ἂν νήσους πελαγίας. In Strabone legunt Ἀσάσεις, ſed Αὐάσεις

Herod. lib. 3. Ptol. lib. 4. cap. 5. Plin. l. 5. cap. 9. Æth. in c. alias tot deſer. Oroſius. lib. 1. c. 2.

reſcribit Caſaubonus ex Stephano, in Αὐασις : quam lectionem veram eſſe docet, quod pro Avaſi *Oaſin* ſcribunt Herodotus, Ptolemæus, & alii ad legem VII. D. de interdictis & relegatis §. 5. Incolas Plinius *Oeaſitas* appellat, Æthicus & Oroſius *Avaſitas.*

Jam ut è diverticulo redeamus in viam, Naphtuhæos, παραθαλασσίους populos circa Ægyptum, ideò negavimus ad Mare Rubrum pertinuiſſe, quia totum illum tractum occupabant populi duo, Ichthyophagi & Troglodytæ, quos aliter Hebræi vocant, ut jam probatum. Huic rationi alteram majoris momenti ſubjungimus nempe Ichthyophagos & Troglodytas gentes fuiſſe barbaras, & ab Ægyptiorum genio & cultu planè alienas. Itaque quamvis Ægypto fuerint propiores, tamen Arabiæ illos attribuunt Veteres omnes. Homerus etiam, cui Ἐρεμβοὶ ſunt Troglodytæ, non ἀπὸ τοῦ εἰς ἔραν βαίνειν, ut volunt filii Grammaticorum, ſed ab Hebræo ערב *Ereb*; quod idem eſt quod ערב *Arab*, nempe *Arabia.* Proinde, ut ab *Arab* Arabes, ita ab *Ereb* Erembi dicti Rubri Maris accolæ verſus Ægyptum. Strabo l. 1. Ἐρεμβοὺς, οὓς εἰκὸς λέγειν τοὺς Τρωγλοδύτας Ἄραβας.

Supereſt ut Naphtuhæis aſſignentur littora Me-

Lib. 4. cap. 168.

diterranei Maris prope Ægyptum in Marmarica, ubi Herodotus poſuit Adyrmachidas populos, quos Ægyptiis ait moribus fuiſſe ſimiles, & ſola veſte diverſos : πρῶτοι Ἀδυρμαχίδαι Λιβύων κατοίκηνται, οἳ νόμοισι μὲν τὰ πλεῖω Αἰγυπτίοισι χρέωνται, ἐσθῆτα δὲ καὶ Φορέουσι οἵην καὶ ἄλλοι Λίβυες. *Colunt Ægyptum verſus Libyum primi Adyrmachidæ, qui iiſdem ferè quibus Ægyptii legibus utuntur; ſed veſtem geſtant qualem & alii Libyes.* Quæ potuit eſſe ratio nominis Adyrmachidarum; nam Arabicè אלדרמוך

Ibid. cap. 169.

addermuch eſt veſtis genus. Addit iiſdem uti legibus, νόμοισι παραπλησίοισι, Gigamas his contiguos, circa Aphrodiſiadem, id eſt, Veneris inſulam; à qua non procul Ἀπὶχου ἱερὸν *Aptuchi fanum* in Ptolemæo ſervat adhuc veſtigia nominis נפתוחים *Naphthuchæorum. Aptuchus*, aliis *Aphtuchus* & *Antuchus*, in fabulis legitur eſſe Cyrenes filius & Ariſtæi frater. Apollonii Scholiaſtes de Ariſtæo : υἱὸς Κυρήνης τῆς Ὑψέως καὶ Ἀπόλλωνος, ἀδελφὸς δὲ Αὐτύχου· ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἐν Λιβύῃ, Ἀρισταῖος δὲ ἐν τῇ Κέῳ.

Suſpicor & Neptuni nomen ab eadem eſſe origine. Certè non parum accedit ad Ægyptium Nephthyn, quo Plutarchus nos docuit ſignificari littora maris. Et ex Herodoto Neptunum ſcimus Herod. lib. 2. cap. 50.
Libycum fuiſſe Deum, cujus nomen ἀπ᾽ ἀρχῆς *ab initio* nulli uſurpaverunt niſi Libyes.

CAPUT XXX.

Anamai, ענמין.

ענם, Anam, fortè ovis olim Ægyptiis, ut Arab. ענם iiſdem literis. Hinc Anamæi à paſtu ovium, & victu, & veſte, &c. Locus, ubi templum Ammonis, patuit arietis indicio. Ammon κριοπρόσωπος. Cur Anamæi dicti Ammonii. Ammonios eſſe Ægyptiæ originis. Naſamones unde dicantur, & Amantes, & Hammanientes, quorum domus ex ſale, & Garamantes, & Achæmenes. Libybus Ægyptii mores uſque ad Tritonidem paludem.

ענם *Anam*, priſcis Ægyptiis ovem vel pecudem fuiſſe puto; ut Arabibus ענם *ganam*, iiſdem literis; niſi quod *Ajin* litera propter punctum appoſitum ferè ſonat ut noſtrum G : quomodo in Hebræis vocibus עזה *Gaza* & עמרה *Gomorrha.* Atque hinc ענמים *Anamis* dicti videntur ii Nomades, qui fuerunt circa Ammonem & in Naſamonitide. Cauſæ nominis plures. Prima, paſtu ovium, Herod. lib. 4. cap. 186. Secunda, ex iiſdem victus, cùm ab eſu vaccarum & ſuum abſtinerent, Herodotus ibidem. Tertia, veſtes ex pelle ovium. Mela lib. 1. cap. 8. *Primores ſagis velantur, vulgus beſtiarum pecudumque pellibus.* Diodorus; δοραῖς αἰγῶν σκεπάζουσι τὰ σώματα, *caprarum* Lib. 3. pag. 128.
pellibus corpora tegunt. Quarta, quod locus, in quo erat templum Ammonis, creditur arietis indicio patuiſſe primis incolis. Ita ex Hermippo Hyginus, & Germanicus in Aratum, & Athenagoras in quinto Amorum. Quinta denique, Dei Ammonis ibi cultum idolum κριοπρόσωπον. Unde factum putaverim, ut pro Anamiis facili lapſu dicerentur Amonii vel Ammonii. Utut ſit, cùm Ammonios deduco ex Ægyptiis, hiſtoriam ſequor ducem. Eos enim Herodotus diſertè ſcribit Ægyptiorum & Æthiopum fuiſſe colonos, & ſermonem uſurpaſſe partim ex Ægyptio partim ex Æthiopico conflatum. Herodoti verba ſic habent: Ἀμμώνιοι ἐόντες Αἰγυπτίων τε καὶ Αἰθιόπων ἄποικοι, καὶ φωνὴν μεταξὺ ἀμφοτέρων νομίζοντες.

Ejuſdem eſſe originis crediderim vicinos *Naſamones*, quaſi dicas נשי אמון *Naſe-Amon*, homines Amon, id eſt, Ammonios; Solini item *Amantes* & Plinii *Hammanientes*, populos ultra Syrtim majorem, qui ex ſale domos extruunt; & *Amantibus* proximos *Garamantes* ad fontes Cinyphi fluminis; quaſi *Amantum* habitationem dixeris : (nam גר *gar* Hebræis, &c. eſt habitare;) aut advenas ſeu colonos ex Amoniis vel Amantibus; (nam גר *ger* advenam ſonat.) Et prope Tritonidem fluvium *Achemenes* in Ptolemæo, quaſi dixeris אחו אמון *Achu-Amon*, paſcuum Amon vel Amoniorum. Saltem ex Herodoto conſtat pleroſque Libyæ incolas Herod. lib. 4.
ad Tritonidem uſque amnem Ægyptiis uſos moribus, cum multò aliter viverent, qui trans Tritonidem degebant.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXXI.

Caſluchi, כסלוחים.

Caſluchi, id eſt, Colchi. Probatur ex Poëtis Colchos eſſe Ægyptiæ originis. Idem tradere Hiſtoricos. Sed falſum eſt Seſoſtrim Ægyptios in Colchidem deduxiſſe. Colchi diu ante Seſoſtrim. Seſoſtris à Colchis victus. Colchi atri coloris & criſpi capilli: *μελανόχροες* & Æthiopes dicti, & Colchis Æthiopia. Sebaſtopoli orbe Colchica CCC nationes. Mauri populi Colchidis. Colchi circumciſi jam olim, non tamen ſtatim à prima migratione. Linum eodem modo elaborant, quo Ægyptii. Vita omnis & lingua ſimilis. Dii Colchorum Sol & Diana & Phaſiana Dea, quâ figurâ pingebatur mater Iſidis. Iſis fluvius infra Phaſim. In Leucotheæ fano immolatur aries. Colchorum Reges, ut Ægyptii & Æthiopes, filii Solis. Vetus inſcriptio de Rameſſe in Ammiano. Magia utrobique. Circe & Medea Colchæ, ut Ægyptii Janes & Jambres, de quibus ex Talmude quædam. Philoſophia, ut in Ægypto, ita in Colchide floruit. Inde Maſſyas Philoſophus heroico ævo. Colchi Geographiæ ſtudioſi. Colchus quidem Poëtæ, ſed & Ægyptios, deſcribunt immaniſſimos; utrumque falsò. Ut Buſiridem abſolvit Iſocrates, ita Medeam Ælianus. Phaſiani maximè hoſpitales. Extra Romanorum ditionem nulla gens cultior Colchis. Ut Ægyptia lingua, ſic & Colchica quædam habuit communia cum Hebræa. Colchi ex Caſluchis. *Phaſidis* nomeo Syrum. *Phaſid* rivus. Regia Colchorum *Sybaris* unde dicta. *Pola* Colchorum coloniæ ab exilio nomen; id ad Hebr. פלה *pola* deduci. Lacus à Colchis dici maria. גזא Syris gazam & vellus ſignificat, שור murum & taurum, נחש æs & draconem. Ex his æquivocationibus natam eſſe fabulam de aureo vellere. Aurum abſolutiſſimum Colchis ex ramentis fluminum. Salaucis & Eſubopis regum Colchidis opes immenſæ.

Caſluchos hic dicit Moſes Ægyptiorum eſſe *ἀποίκους*, & Philiſtæorum *προγόνους*. Hos ſi *Colchos* eſſe dixero, qui ab Ægypto & Palæſtina tanta terrarum ſunt intercapedine diſſiti, vix impetrabo fidem. Tamen habeo rationes, quę me non impellunt modo, ſed & penè invitum trahunt in hanc ſententiam.

Primò Colchos eſſe Ægyptiæ originis conſtans fama eſt inter Veteres, atque eo deductos ſcilicet à Seſoſtri Rege Ægyptio. Apollonius Argonaut. lib. 4. verſ. 277.

> Αἶα γε μὴν ἔτι νῦν μένει ἔμπεδον, υἱωνοί τε
> Τῶν δ᾽ ἀνδρῶν, οὓς ὅγε καθίσσατο ναιέμεν Αἶαν.
> *Æa tamen ſtat adhuc immobilis, atque nepotes*
> *Horum, quos Pharius Rex degere juſſerat Æa.*

Æa Colchidis eſt urbs vetuſtiſſima, in quam Ægyptios à Rege Seſonchoſide, qui aliis eſt Seſoſtris & Seſooſis, tranſlatos fuiſſe narrat in eum locum Scholiaſtes; τὴν Αἶαν φησιν ἀπὸ τοῦ Σεσογχώσιδος χρόνου μέχρις αὐτοῦ μένειν ἀθραυστον, καὶ τοὺς ἐκείνων ἀπογόνους τοὺς ἀπὸ Σεσογχώσιδος κατοικισθέντας. Dionyſius Periegetes verſ. 689.

> Πὰρ δὲ μυχὸν Πόντοιο μετὰ χθόνα Τυνδαριδάων
> Κόλχοι ναιετάουσι, μετήλυδες Αἰγύπτοιο.

Priſcianus:

> *Intima ſed Ponti, poſt fines Tyndaridarum,*
> *Ægypto miſſi Colchi tenuêre coloni.*

Feſtus Avienus:

> *Impiger hos propter Colchus colit. Iſte feraci*
> *Exul ab Ægypto celſa fert aſpera rupis.*

Valerius Flaccus Argonauticôn lib. 5. verſ. 421. de Seſoſtri:

> - - - - - - - - *ut clade ſuorum*
> *Territus, hos Thebas patriumque reducat ad amnem,*
> *Phaſidis hos imponat agris, Colchoſque vocari*
> *Imperet.*

Neque id Poëtæ ſolùm ſed & Hiſtorici tradunt. Herodotus; φαίνονται μὲν γὰρ ἐόντες οἱ Κόλχοι Αἰγύπτιοι. *Nam id quidem apparet, Colchos eſſe Ægyptios.* Diodorus; φασὶ τῶν Αἰγυπτίων τινὰς καταλειφθέντας περὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην συστήσασθαι τὸ τῶν Κόλχων ἔθνος. *Aiunt quoſdam Ægyptiorum circa Mæotidem paludem derelictos conſtituiſſe Colchorum gentem.* Strabo etiam libro primo meminit Ægyptiorum in Colchos *μεταναστάσεως*; & Ammianus lib. 22. Colchos appellat *Ægyptiorum antiquam ſobolem.* Et Agathias lib. 2. λέγεται δὲ τοὺς Κόλχους Αἰγυπτίων εἶναι ἀποίκους, *dicuntur autem Colchi Ægyptiorum eſſe coloni.* Idem legere eſt in Euſtathio ad Dionyſium Periegetem; & in Iſacio ad Lycophronem; & in Apollonii Scholiaſte, qui teſtem citat Scymnum Chium, vetuſtum Geographum in Aſiæ deſcriptione: ὅτι δὲ Κόλχοι Αἰγυπτίων ἄποικοι, ὥς φησιν Ἀπολλώνιος, καὶ Σκύμνος ἐν τοῖς περὶ Ἀσίας λέγει. L. 2. c. 104. L. 1. p. 35.

Atque in illa ſententia palam falſum eſt Colchos iis debere originem, qui à Seſoſtri in Colchidem ducti ſunt. Nam, ſi Joſepho credimus, Seſoſtris eſt Seſac Roboami Regis Juda æqualis, cujus res geſtæ narrantur, 1 Reg. 14: 25. & 2 Chron. 12: 2. Multis porro ſæculis pręceſſerat Argonautarum expeditio in Colchos. Quid quod Seſoſtris non vicit Colchos, ſed ab iis victus eſt. Plinius lib. 33: cap. 3. *Jam regnaverat in Colchis Salauces & Eſubopes, &c. illius aurea camera & argenteæ trabes narrantur, & columnæ atque paraſtatæ, victo Seſoſtre Ægypti Rege tam ſuperbo, ut prodatur annis quibuſque ſorte Reges ſingulos è ſubjectis jungere ad currum ſolitus, ſicque triumphare.* Hinc ſuprà Valerius Flaccus: *ut clade ſuorum territus, &c.* Victoris autem eſt, non victi, colonias in hoſticum deducere. Joſeph. Antiq. l. 8. c. 4.

Interim id manet Colchos eſſe ſobolem Ægyptiorum; neque enim id Herodoto compertum fuit ex ſola fama, quæ

> *Tam ficti pravique tenax, quàm conſcia veri eſt.*

Sed ex iis indiciis, quæ nemo prudens rejecerit. Primò enim Colchos obſervat perinde atque Ægyptios fuiſſe *μελάγχροας atri coloris*, & *οὐλότριχας criſpi capillitii.* Et jam ante Herodotum Pindarus appellaverat *κελαινωπεῖς*, nigros aſpectu, id eſt, facie. Verba ſunt Pythiâ Ode 4. verſ. 376. ἔνθα κελαινώπεσσι Κόλχοισιν βίαν μῖξαν, *ubi nigris aſpectu Colchis robur* ſuum *miſcuerunt.* In quæ Scholiaſtes; ὅτι Αἰγυπτίων ἄποικοί εἰσιν οἱ Σκύθαι, διὰ τοῦτο καὶ μελανόχροας αὐτοὺς εἶναι λέγουσι, *quia Ægyptiorum coloni ſunt Scythæ*, (id eſt, Colchi) *proinde etiam illos aiunt eſſe atri coloris.* Atque inde videtur id eſſe, quod Eccleſiaſtici Scriptores Colchos Æthiopes appellant, & Colchidem Æthiopiam. Hieronymus in Catalogo de Apoſtolo Matthia: *In altera Æthiopia, ubi eſt irruptio Apſari & Hyſſi portus, prædicavit Evangelium.* In altera Æthiopia, vel ut Sophronius habet ἐν τῇ δευτέρᾳ Αἰθιοπίᾳ, id eſt, in Colchide. Ibi enim Apſarus amnis; & Hyſſi portus eſt in ipſo terræ flexu ad Aquilonem, paulò ſupra Trapezuntem. Vide Ptolemæum & Arrianum in Periplo. Sic de Andrea Sophronius: ἐν Σεβαστοπόλει ἐκήρυξε τῇ μεγάλῃ, ὅπου ἐστὶν ἡ παρεμβολὴ Ἀψάρου, καὶ Φᾶσις ὁ ποταμός. Ἔνθα οἰκοῦσιν Αἰθίοπες οἱ ἐνδότεροι. *Magna Sebaſtopoli prædicavit ubi Apſari eſt irruptio & Phaſis fluvius. Illic incolunt Æthiopes interiores.* Mallem οἱ ἕτεροι *alteri*, ut in Hieronymo. Ptolemæo Sebaſtopolis eadem quæ Dioſcurias, Colchidis emporium olim adeò clarum, ut trecentæ in illud nationes, quæ diſſimilibus linguis uterentur, mercaturæ gratia confluxerint. Ita ex Timoſthene Plinius, qui addit à Romanis CXXX interpretibus negotia ibi geſta. Itaque hoc manet, Colchis Æthiopum nomen inditum ab Hieronymo, & Sophronio. Tale eſt, quod ab Orpheo, vel Ono- Plin. l. 6. c. 5.

vel Onomacrito veriùs, Mauri vocantur populi in ingreſſu Colchidis, qui poſt emenſos Chalybes & Tibarenos, & Moſynes, ſeu Moſynœcos, primi occurrunt in ſiniſtram flexa navigatione, id eſt, Aquilonem verſus. Orphei verſus ſic habent:

Argon. verſ. 741.

Λαιὰ δ' ἐπιπλώσαντες ἐπέλσαμεν αἰγιαλοῖσιν,
Ἄχρι τε Μαῦροι ἔσαν Μαρσανδύροισιν ὅμαυροι.
Lævâ ubi reflexo curſu ratis appulit ora,
Gens Marsanduris ſucceſſit proxima Mauri.

Addit Herodotus Circumciſionem tam fuiſſe in uſu apud Colchos quàm apud Ægyptios & Æthiopes, neque id ex recenti inſtituto, ſed ἀπ' ἀρχῆς, ab initio. Cujus locutionis vis vel ex Scriptura nota, quæ dicit Satanam mendacem fuiſſe ἀπ' ἀρχῆς, id eſt, מקדם ab ipſo mundi primordio. Abſit tamen, ut Ægyptios credamus jam cœpiſſe circumcidi, tum cùm ex Ægypto in Colchidem Casluchi migraverunt. Nam ex Abrahamo ad Arabes, & ex Arabibus ad Ægyptios manavit circumciſionis ritus. At Casluchos & Caphthoræos ex Ægypto migraſſe certum eſt ante Abrahami tempora; quia ex his orti Philiſtæi jam tum pulſis Auvæis Palæſtinâ potiebantur, & Reges ſuos habebant, cum quibus fœdus contraxerunt Abraham & Iſaac, Gen. 20. & 26. Et hoc ipſum, quod Philiſtæi non circumcidebantur, docet circumcidendi ritum nondum fuiſſe in uſu inter Casluchæos & Caphthoræos, quo tempore ex iis exceſſerunt Philiſtæi. Sed credibile eſt Colchos, qui Ægyptii generis ſeſe eſſe non ignorabant, ut expreſſè habet Herodotus, aliquot poſt migrationem ſæculis recepiſſe hunc ritum Ægyptiorum æmulatione, ut hac in parte patriſſarent. Penè omiſeram Diodori de ea re locum inſignem: ὅτι τοῦτο τὸ γένος Αἰγυπτιακόν ἐστι, σημεῖον εἶναι, τὸ περιτέμνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους παραπλησίως τοῖς κατ' Αἴγυπτον, διαμένοντος τοῦ νομίμου παρὰ τοῖς ἀποίκοις, καθάπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις. *Ægyptium eſſe hoc genus argumento eſſe* (dicunt) *quod Ægyptiorum ritu incolæ circumciduntur, priſco illo more apud colonos manente; quomodo etiam apud Judæos.*

Præter illa, quæ jam diximus, aliud obſervat Herodotus, quod nimirum ſoli Colchi & Ægyptii λίνον ἐργάζονται κατὰ ταυτά, *eodem modo elaborant.* Pindari Scholiaſtes Pythiâ, Ode 4. Ἔχουσι, καὶ λινουργοῦσι τὴν καλάμην, ὥσπερ Αἰγύπτιοι. Καλλίμαχος· Κολχίδος ἐκ καλάμης. *Habent arundinem, ex qua linum conficiunt ut Ægyptii. Callimachus, Colchidis ex calamo.* Strabo etiam eos dicit, qui volunt συγγένειάν τινα τοῖς Κόλχοις πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους ἐμφανίζειν, *Colchorum cum Ægyptiis cognationem aliquam demonſtrare*, hoc argumento perſuaderi. Et Euſtathius in Dionyſium Colchos æquè ac Ægyptios aſſerit λινᾶς ἐσθῆτας ἀμπέχεσθαι, *lineis veſtibus indui.* Unde eſt quod Valerius Flaccus Tagi Colcho tribuit

Lib. 11. pag. 498.

Argon. lib. 6. verſ. 225.

— candentis carbaſa lini.

Sed nihil magis urget quàm quod ab Herodoto additur pro mantiſſa: καὶ ἡ ζόη πᾶσα, καὶ ἡ γλῶσσα ἐμφερής ἐστι ἀλλήλοισι. *Vita etiam omnis & lingua eſt apud utroſque ſimilis.* Quod vel Herodoto tacente res ipſa docet. Nam Ægyptiorum Dii Sol & Diana etiam à Colchis maximè culti. Et Phaſim intrantibus in ipſo oſtio ad ſiniſtram apparebat Phaſianæ Deæ ſtatua, habens in manu cymbalum & leones ſub throno; quâ figurâ pingebatur mater Iſidis Rhea, ut Arrianus in Periplo obſervat. Sed & ab Iſidis nomine Iſis fluvius ab eodem Arriano deſcribitur infra Phaſim ſtadiis CLXXX. Et Leucotheæ templum prope Phaſim fuit in Moſchica, ὅπου κριὸς οὐ θύεται, *ubi aries non immolatur*, inquit Strabo lib. 11. Quomodo idem lib. 17. ovem in Ægypto negat alibi immolari, quàm in Nitriote Nomo. Verba ſunt: παρὰ μόνοις τούτοις θύεται ἐν Αἰγύπτῳ πρόβατον.

Etiam Ægyptium id fuit, quod Colchorum Rex vetuſtiſſimus Æætes dicebatur eſſe Solis filius. Ita enim de Rameſte Ægypti Rege inſcriptio vetus, quam ex Ægyptio ſermone in Græcum interpretatus eſt Hermapion: Βασιλεὺς Ῥαμέστης, Ἡλίου παῖς αἰωνόβιος, *Rex Rameſtes, filius Solis in æternum victurus.* Sed & Æthiopiæ Regibus, qui Ægyptii generis erant, idem perſuaſum. Unde eſt, quod Regina Æthiopum ita loquitur lib. 4. Heliodori: ἐπικεκλήσθω μάρτυς ὁ γενάρχης ἡμῶν Ἥλιος, *teſtis invocetur Sol noſtri generis author.* Et rurſus lib. 10. Ἥλιε γενάρχα προγόνων ἡμῶν, *Sol author generis majorum meorum.*

Ammian. l. 17. Argom.

Præterea Magicæ Artes utrobique in multo uſu. Colchæ erant Circe & Medea, & Ægypti Janes & Jambres (aliis Mambres) qui Moſi obſtiterunt, de quibus Talmudici: אמרי ליה יוחנא וממרא למשה תבן אתה מכניס לעפרים, *Moſi dixerunt Johane & Mamre: Stramen tu importas in Aphraim,* locum in quo multum fuit ſtraminis. Ac ſi quis Latinè dicat, *in ſylvam ligna ferre*, aut Græcè γλαῦκας εἰς Ἀθήνας. Ita ſignificabant Moſem operam ludere, cùm in Ægypto ſigna ederet quæ tota ſcatebat præſtigiis. Sed clavum clavo trudit Moſes, & huic adagio alterum opponit למתא דירקא ירקא שקיל *in urbem olerum olus importa.* Hæc in Tanchuma legere eſt ſumpta ex Talmud. Babyl. tractatu *Menachoth* cap. 9. Quæ ideò libentiùs attuli, quia aliquo modo illuſtrant Pauli locum, 2. Tim. 3: 8.

Vide Buxtorf. Lex. Talmud. in קרי

Ex Ægypto veniſſe notum eſt Philoſophos vetuſtiſſimos, & eò ſe contuliſſe Pythagoram, Thaletem, Solonem, & Græcorum alios, ut Philoſophiæ præceptis imbuerentur. Ita heroico ævo è Colchide veniſſe fertur Marſyas Philoſophus. Euſebius Græci Chron. lib. 1. pag. 32. Κατὰ τούτους δὲ χρόνους καὶ Μαρσύαν φιλόσοφον λέγουσι γίνεσθαι. Et paulò pòſt; ἀπὸ Κολχίδος δὲ οὗτος ὥρμητο, *circa illa tempora fuiſſe ajunt Marſyam Philoſophum; is autem è Colchide venerat.*

Item in Ægypto notum eſt floruiſſe imprimis Geographiæ ſtudium, & ἱερογραμματεῖς, ſeu *ſacros ſcribas*, quos vocabant περί τε τῆς κοσμογραφίας καὶ γεωγραφίας, &c. Χωρογραφίας τε τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς τοῦ Νείλου διαγραφῆς accuratè fuiſſe edoctos, ut teſtatur Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum. Atque id ipſum de Colchis in Apollonio legere eſt.

Οἳ δή τοι γραπτῦς πατέρων ἕθεν εἰρύονται
Κύρβιας, οἷς ἔνι πᾶσαι ὁδοὶ καὶ πείρατ' ἔασιν
Ὑγρῆς τε τραφερῆς τε πέριξ ἐπινισσομένοισιν.
Deſcriptas ſervant tabulas, quas ordine longo
Transmiſère patres: His index certa viarum,
Æquoris & terræ totius habetur imago.

Utrumque ad Seſoſtrim refert Euſtathius his verbis in epiſtola Dionyſio præfixa. Καὶ Σέσωστρις δὲ, φασὶν, ὁ Αἰγύπτιος πολλὴν περιεληλυθὼς γῆν πίναξί τε δέδωκε τὴν περίοδον, καὶ τῆς πινάκων ἀναγραφῆς οὐκ Αἰγυπτίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ Σκύθαις εἰς θαῦμα μεταδοῦναι ἠξίωσεν. *Seſoſtris autem Ægyptius, ut ajunt, cùm multum terrarum peragraſſet, tabulis deſcriptionem edidit mirabili arte, quam non ſolum Ægyptiis ſed & * Scythis impertiri dignatus eſt.*

* Id eſt Colchis.

Poetæ quidem multa narrant de Colchorum immanitate, quæ ab Ægyptiorum moribus videntur perquam aliena. Sed & iidem in Ægyptios, quoties efferbuit bilis, non minùs acerbè invehuntur;

— Quis aut Euriſthea durum,
Aut illaudati neſcit Buſiridis aras?

Virg. lib. 3. Georg.

Et ut ſcias quanta ſit illis mentiendi licentia, ut à ξενοκτονίας Buſiridem Iſocrates, ita Medeam à crimine τεκνοκτονίας abſolvit Ælianus, & fabulam ab Euripide confictam eſſe agnoſcit in Corinthiorum gratiam, qui ipſi cædis erant authores, καὶ ἐπικρατῆσαι τοῦ ἀληθοῦς τὸ ψεῦδος διὰ τὴν τῶν ποιητῶν ἀρετήν,

Var. lib. 5. cap. 21.

& veri

& veritati mendacium prævaluiſſe propter Poëtæ præſtantiam. Et Heraclides de Politiis, cui potior habenda fides quàm Poëtis omnibus; Phaſianos commendat ut quàm maximè hoſpitales: φιλόξενοι δ᾽ εἰσὶν, inquit, ὥστε τοὺς ναυαγοὺς ἐφοδιάζειν, καὶ τρεῖς μνᾶς διδόντας ἀποπλεῖν; (malim διδόναι ἀποπλεῦσι.) *Hoſpitum ita ſunt amantes, ut naufragium paſſis viaticum præbeant, & abnavigantibus tres minas largiantur.* Et de iiſdem ſic Agathias lib. 3. ἐν γὰρ τοῖς ἔθνεσι τοῖς ὅσα ἀφ᾽ ἑτέραν βασιλείαν τετάχαται, οὐκ οἶδα ἔγωγε ἄλλο ὅτω κλεινόν τι φῦλον καὶ εὔδαιμον, πλούτου τε ὑπερβολῇ καὶ πλήθει κατηκόων, τόπων τε εὐκαιρίᾳ καὶ ἀφθονίᾳ τῶν ἐπιτηδείων, καὶ τῇ τῶν ἠθῶν εὐκοσμίᾳ τε καὶ δεξιότητι. *Inter nationes, quæ ſub alieno imperio conſtituta ſunt,* (id eſt, extra Romanorum ditionem) *nullam equidem aliam vidi ita celebrem atque fælicem tam opum excellentiâ quam multitudine ſubditorum, locorum etiam opportunitate abundantiâque rerum neceſſariarum, ac morum elegantiâ & dexteritate.*

Unum in Herodoto ſupereſt, Colchicam linguam Ægyptiæ fuiſſe ſimilem; quod penitius ſcrutari noſtrum non eſt, cùm hodiè neutra extet. Tantùm, ut Ægyptiam paſſim obſervamus communia quædam habuiſſe cum Syra & Hebręa, ita de Colchica non deſpero id ipſum poſſe probari. Primò ipſum Colchorum nomen factum videtur ex Hebræo & Ægyptio כסלוחים *Casluchim*, ablatâ literâ S; quæ ante L difficilius ſonat. Et Phaſidis vocabulum pro rivo vel flumine merè Syrum eſt. Sic Pſalmo Syro 42: 2. על פצידא רמיא (*al phaſide demojo*) ad rivos aquarum. Et veteris Colchorum Regiæ Σύβαρις *Sybaris* nomen videtur compoſitum ex ignoto Συ & βάρις. Ita Græci efferunt Hebræum בירה *byra*, quod pro Regia occurrit aliquoties in libris Eſdræ, Danielis & Eſtheræ. Sic Dan 8: 2. ἐν Σούσοις τῇ βάρει, ubi Hebræa בשושן הבירה. De Regia Colchorum Sybari en tibi locum inſignem ex Diodori lib. 4. pag. 164. τὴν δὲ Μήδειαν ἱστοροῦσι καθηγήσασθαι τοῖς Ἀργοναύταις πρὸς τὸ τοῦ Ἄρεος τέμενος, ἀπέχον ἑβδομήκοντα σταδίους ἀπὸ τῆς πόλεως ἣν καλεῖσθαι μὲν Σύβαριν, ἔχειν δὲ τὰ βασίλεια τῶν Κόλχων. *Medeam aiunt Argonautas ad templum Martis deduxiſſe ſtadiis ſeptuaginta procul ab urbe Sybari Colchorum Regia.* Fuit & Iſtriæ & Italiæ confiniis *Pola* urbs à Colchis exulibus condita, quod ipſum Polæ nomen ſignificaſſe teſtantur hæc Callimachi apud Strabonem lib. 1. & 5.

> Ἄστυρον ἐκτίσαντο, τὸ μέν κε Φυγάδων τις ἐνίσποι
> Γραικὸς, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ᾽ ὀνόμηνε Πόλας.
>
> *Urbem extruxerunt, cui lamentabile fecit*
> *Nomen ab exilio Colchica lingua Polas.*

Nempe פלה *pala* in *Piel* Hebræis & Syris eſt ſeparare, auferre, amovere. Unde in Chaldęo Paraphraſte paſſim פלי מן ארעא *amovit à terra*, id eſt, in exilium egit. Sic 1 Sam. 28: 9. *Saul* פלי *removit pythones & ariolos ex terra:* 1 Reg. 15: 12. ופלי *Et removit ſcorta ex terra:* Et 22: 47. פלי *Removit illos ex terra.* Inde *Pola* Colchis exulem vel exilium ſonabat. Rurſus, ut lacus ab Hebræis & Syris maria appellantur; hinc mare Galilææ, mare Genęzareth, &c. ita etiam apud Colchos. Ariſtoteles Meteor. lib. 1. cap. 13. ἡ γ᾽ ὑπὸ τὸν Καύκασον λίμνη, ἣν καλοῦσιν οἱ ἐκεῖ θάλατταν, *lacus ſub Caucaſo, quem incolæ vocant mare.* Apparet ex ſequentibus lacum illum fuiſſe circa Coraxos, quos inter Colchidis populos recenſent Mela, Plinius, Stephanus, &c. Fuit & alius in Colchide lacus circa Phaſidis oſtia, quod parvum Mare dicebatur. Agathias lib. 3. τὸ γὰρ λίμνης, ἣν δὴ σμικρὰν θάλατταν ἐπονομάζουσι, τὴν ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον ἐκροὴν φερομένην. Quin & tota de aureo vellere fabula videtur ſumpſiſſe originem ex homonymia vocis Syræ גזא quæ & *gazam* & *vellus* ſignificat. Proinde vellus illud aureum nil quicquam fuit quàm gaza ſeu theſaurus regius, quem Argonautæ expilarunt. Talę eſt quod שור murum & taurum ſignificat, נחש æs & draconem. Quâ homonymiâ abuſi, ut innuerent ærarium in arce ſervari muro duplici cincta, & ahenëis portis obſerata, duos tauros finxerunt, & draconem velleris aurei cuſtodem eſſe.

Colchorum porro Regibus aurum fuit affatim ex fluminum ramentis, maximè apud Soanes, de quibus Strabo lib. 11. παρὰ τούτοις δὲ λέγεται καὶ χρυσὸν καταφέρειν τοὺς χειμάρρους, *apud illos autem ajunt aurum etiam deferre torrentes.* Et Appianus in libro Mithridatico: χρυσοφοροῦσι δὲ ἐκ τοῦ Καυκάσου πολλαὶ πηγαὶ ψῆγμα ἀφανές, *multi fontes è Caucaſo fluentes auri ramenta deferunt.* Et Euſtathius in Di- Lib. 33. c. 4.
onyſium: χρυσὸν παρ᾽ αὐτοῖς οἱ χείμαρροι καταφέρουσιν, *aurum apud illos torrentes deferunt.* Quo auro tradit Plinius nullum eſſe abſolutius, quia curſu ipſo trituque perpolitur. Quinetiam iiſdem è locis auri fodinæ erutę, ſiquidem bis Plinii fides: Lib. 33. c. 3.
Jam regnaverat in Colchis Salauces & Eſubopes, qui terram virginem nactus, plurimum argenti aurique eruiſſe dicitur in Samnorum gente (lego malim Soanorum vel Soanum, quomodo Idem alibi Soanes vocat) *& alioquin velleribus aureis inclito regno. Sed & illius aurea camera & argenteæ trabes narrantur, & columnæ atque paraſtatæ.* Hęc de Colchis ſive Casluchis, quę multò erunt firmiora, cùm explicavero qui ſint כפתרים Caphthorei.

CAPUT XXXII.

Caphthorim, כפתרים.

Caphthoræi vicini Casluchis. Philiſtæi ab utriſque orti. Caphthor, omnes Veteres ſtatuunt eſſe Cappadociam. Intelligo Cappadociæ partem Colchis proximam, circa Trapezuntem, ubi *Side & Sidene. Side* Gr. idem quod Hebr. *Caphthor*, nempe malum Punicum. Ptolemæus emendatus. Sidenes populi. Flumen Sidenum. Opes Colchidis expeditionum in eam incentivum. Quomodo Ægyptiorum, qui eò ſe contulerant, pars ſegreſſa eſt in Palæſtinam. Poëtis de hac expeditione aliquid ſuboluiſſe. Typhon Ægyptius, ad Colchidem & Caucaſum uſque progreſſus, retrocedere coactus, obiit in Palæſtina prope lacum Sirbonidis. Teſtes Apollonius, Herodotus & Plutarchus. Prope Sirbonidem Caſſius mons unde dicatur. Mons קצי *Caſſi*, id eſt, *Terminalis.* In manu Caſſii Jovis malum Punicum, Caphthoræorum ſymbolum. Casluchi & Caphthoræi Chaldæo Interpreti & Junio qui ſint. *Damiata* Ταμιάθις non Peluſium. Ezech. 30. multæ urbes Ægyptiæ adducuntur, omittuntur tamen Caphthoræi. Amos 9: 7. Terra Caphthor extra Ægyptum locatur. *Syros è Kir.* Chald. קירני vel קירינא. *Kir* Gedroſiæ urbs. Ἀμάρα, ad Amardum fl. *Cyrus* Iberiæ fl. etiam *Cyrnus. Kir* circa Elymæos, Eſ. 22: 6. Caſſiotæ & Sethroitæ unde dicti, Sethronis oppidi cur videtur conditor Sethon. Cur pro Casluchis Chaldæorum unus habeat Pentapolitanos, alter Pentaſchœnitas. Uterque refellitur.

Caphthorei populi ſunt à Casluchis ita diverſi, ut vicinos eſſe pateat, quia Philiſtęi hìc è Casluchis, alibi è Caphthorçis prodiiſſe leguntur. Jerem. 47: 4. *quia vaſtat Dominus Philiſtæos* שארית אי כפתור, *reſiduum provinciæ Caphthor*; Amos 9: 7. *Annon Iſraelitas eduxi ex terra Ægypti, & Philiſtæos ex Caphthor?* Quin & ipſe Moſes narrat, Deut. 2: 23. quomodo Avvęos circa Gazam habitantes Caphthorçi ex Caphthor egreſſi deſtruxerint & eorum ſedes occupaverint. Quę mihi non videntur aliter poſſe conciliari, quàm ſi Casluchos & Caphthorços dicamus populos ita fuiſſe conjunctos, ut in unum coaluerint. Ergo vel in ipſa Colchide, vel in finitimis locis Caphthorçorum fuit ſedes.

In hac dubitatione, ſi conſulamus ſcripta Veterum, omnes unanimi conſenſu reſpondebunt Caphthor eſſe Cappadociam & Caphthorços Cappadoces.

padoces. Ita Græci Interpretes, & Vulgatus, & Euſebius, & Hieronymus, & Theodoretus, & Cyrillus, & Procopius, & Veterum ſi qui alii ſunt, qui in ea Scripturæ loca inciderint, in quibus agitur de Caphthoræis. Neque aliter Chaldæi tres Interpretes Onkelos, & Jonathan, & Hieroſolymitanus, qui pro terra *Caphthor* habent קפוטקיא, & pro Caphthoræis קפרוקאי vel קפודקאי, id eſt, Cappadoces. Et in hiſtoria Joſephi Ben-Gorjon aliquoties pro Strabone Cappadoce legitur סטרבון הכפתור *Strabo Caphthoræus.*

Cap. 6. edit. Venet. etc.

Itaque hoc maneat Caphthoræos in Cappadocia quidem fuiſſe, modò ne intelligatur univerſa Cappadocis, quam aliis jam ex parte aſſignavimus; ſed ea Cappadociæ pars, quæ Colchis fuit proxima, nempe circa Trapezuntem; ubi deſinebat Colchis. Strabo lib. 12. τῆ Ἑρμωνάσσης πλησίον ἡ Τραπεζοῦς, εἶθ' ἡ Κόλχις, *prope Hermonaſſem eſt Trapezus, deinde Colchis.* Arrianus in Periplo; Τραπεζουντίοις μὲν Κόλχοι ὅμοροι, *Trapezuntiis quidem Colchi ſunt finitimi.* Quin & Xenophon his antiquior Trapezuntem deſcribit ἐν τῇ Κόλχων χώρᾳ, *in regione Colchorum*, Anabaſ. lib. 4. ſub finem.

Unum afferam, ex quo conſtabit nos rectè conjectaſſe. Malum Punicum Hebræi *caphthor* vocant, & Græci σίδην *ſiden.* In iis porro locis urbs fuit Σίδη *Side*, à qua Sidene regio dicta. Strabo lib. 12. pag. 548. Μετὰ δὲ τὴν Θεμίσκυραν ἐστὶν ἡ Σιδηνή, *poſt Themiſcyram autem eſt Sidene.* Et paulo pòſt; Τοῦτο Σίδην, ἀφ' ἧς ὠνομάσθη Σιδηνή, *Sidem urbem, à qua nomen habet Sidene.* Et rurſus; Μετὰ δὲ τὴν Σιδηνὴν ἡ Φαρνακία ἐστὶν ἐρυμνὸν πόλισμα, καὶ μετὰ ταῦτα ἡ Τραπεζοῦς, *poſt Sidenem autem eſt Pharnacia munitum oppidum, & poſtea Trapezus.* Et Ptolemæus lib. 5. cap. 6. in urbibus Ponti Cappadocici παρὰ τὴν Σιδηνὴν *juxta Sidenem* (ita legendum, non Σιδόνην Sidonem, ut vulgò) urbes littoreas quinque recenſet, *Iſcopolim, Ceraſuntem Pharnaciam, Hyſſi portum & Trapezuntem.* Inde Plinius lib. 6. cap. 4. *Sidenes* habet populos, *flumenque Sidenum, quo alluitur oppidum Polemonium.* Ex quibus locis inter ſe collatis colligo Sidenes populos Ponti Polemoniaci & Cappadocici maritima tenuiſſe, à Thermodoonte fluvio uſque ad Trapezuntem & Colchidis fines; cùm in Mediterranea non liceret ſe diffundere, quia Chalybes & Tibareni occupabant montes proximos. Hi porro Sidenes à Side dicti, quæ eſt ipſiſſima urbs *Caphtor*, velata nomine diverſæ linguæ.

Neque eſt, quod quiſquam roget cur Caſluchi & Caphthoræi è patrio ſolo egreſſi in tam remota ſeceſſerint. Multæ potuerunt ſubeſſe cauſæ tam longinquæ peregrinationis, quas divinare noſtrum non eſt. Tamen hæc Strabonis maximè eſt obvia: ὁ πλοῦτος τῆς ἐκεῖ χώρας ἐκ τῶν χρυσείων, καὶ ἀργυρείων, καὶ σιδηρείων, δικαίαν τινὰ ὑπαγορεύει πρόφασιν τῆς στρατείας. *Opes illius regionis ex aurei, argenti, ferrique metallis juſtum expeditionis prætextum ſubminiſtrant.* Atque id ipſum Phrixum impulit, & Jaſonem, & Seſoſtrim, & Perſas, & Medos poſtmodum, Saracenos denique ex intima Arabia, ut in Colchidem excurrerent. Itaque cùm fama tenui veteres Ægyptii aliquid inaudiviſſent de regione aurifera verſus Booten, veriſimile eſt Caſluchæos hac illecebra pellectos ὥσπερ ἴυγγι τινι, id in animum induxiſſe, ut colonias eò deducerent.

Lib. 1. pag. 45.

Sed poſt exantlatas itineris tam tædioſi moleſtias, ſeu res famæ non reſponderet; ſive hominibus in Ægypto natis frigus illorum locorum minus eſſet tolerabile; ſive per Scythas, & Moſchos, & Tibarenos qui vicinos locos tenebant, non liceret illis pacatè & in tuto degere; multos cepit patriæ veteris deſiderium: unde factum, ut pars illorum, cùm decreviſſet in patriam poſtliminio reverti, priſcaſque reviſere Sedes, devenerit Palæſtinam uſque, ubi hæſit pulſis Anvæis, Deuter. 2:23. Hæc ſunt in re obſcura, quæ vero mihi videntur maximè eſſe conſentanea.

De hac expeditione videtur Græcis Poëtis aliquid ſuboluiſſe, quod illi more ſuo fabulis involverunt. Typhonem ſcilicet fingunt, gigantem Ægyptium fratrem Oſiridis, ut ex Plutarcho & Diodoro conſtat, bellum in Superos moturum ad Caucaſum uſque penetraſſe, & poſt multa prælia fulmine ictum à Jove, fugiſſe in Palæſtinam, & ad lacum Serbonidis exſpiraſſe, ubi hodiéque jaceat. Non pigebit ea de re Apollonii verſus adſcribere, quibus Colchici draconis natalem locum ita deſcribit:

Plutarch. de Iſide. Diod. lib. 1. pag. 12.

— ὃν αὐτὴ γαῖ' ἀνέφυσεν
Καυκάσου ἐν κνημοῖσι, Τυφαονίῃ ὅθι πέτρῃ·
Ἔνθα Τυφάονά φασι Διὸς Κρονίδαο κεραυνῷ
Βλήμενον, ὁππότε οἱ στιβαρὰς ἐπορέξατο χεῖρας,
Θερμὸν ἀπὸ κρατὸς στάξαι φόνον· ἵκετο δ' αὔτως
Οὔρεα καὶ πεδίον Νυσήιον, ἔνθ' ἔτι νῦν περ
Κεῖται ὑποβρύχιος Σερβωνίδος ὕδασι λίμνης.

Lib. 2. verſ. 1213.

Ii Latinè ſic ſonant:

— mater quem terra creavit,
Hic ubi Caucaſio eſt in ſaltu petra Typhonis;
Fulmine ibi caſum memorant atque igne Typhæum,
Impendens capiti fatum ut præverteret, ambas
Oppoſuiſſe manus telo Jovis, & juga Nyſæ
Præcipiti petiiſſe fugâ, merſumque jacere
Nunc etiam in torpente lacûs Serbonidis unda.

Inde in Thalia Herodotus; ἀπὸ δὲ Σερβωνίδος λίμνης, ἐν τῇ δὴ λόγος τὸν Τυφῶ κεκρύφθαι, *à Serbonidis lacu in quo Typho fertur occultus.* Et Plutarchus in Antonio Serbonidem lacum dicit ab Ægyptiis appellari Τυφῶνος ἐκπνοὰς *Tiphonis exhalationes.* Hæc ideò affero, quia Typhon ille quiſquis eſt, videtur fuiſſe dux expeditionis Ægyptiorum primùm ex Ægypto in Colchidem, deinde ex Colchide in Palæſtinam ſuſceptæ. Quod non obſcurè ſignificant hæc fabularum involucra. Stephanus in Ἡρῷ Typhonem ſcribit Jovis fulmine percuſſum fuiſſe Heroopoli, quæ à Serbonidis lacu non longè diſtat.

Dum in eo ſumus, non omittendum prope lacum Serbonidem Caſſium eſſe montem, Syris קצי *Caſſi*, id eſt, Terminalem dictum; quia Ægyptum Syriamque diſterminat. Herodotus lib. 3. ἀπὸ Κασίου ὄρεος τοῦ οὐρίζοντος Αἴγυπτόν τε καὶ Συρίην. In eo porro monte & Peluſii, quæ eſt urbs proxima, delubrum fuit Caſſii Jovis; quem verius Deum Terminum dixeris. *Is pingebatur extenſa manu, malum Punicum ferens propter myſticam aliquam cauſam.* Achillis Tatii verba ſunt lib. 3. προβέβληται δὲ τὴν χεῖρα, καὶ ἔχει ῥοιὰν ἐπ' αὐτῇ· τῆς δὲ ῥοιᾶς ὁ λόγος μυστικός. Sic nempe ſignificabatur eum Deum terminos tueri Palæſtinæ; cujus incolæ, origine Caphthoræi, habebant pro inſigni כפתור *caphthor*, id eſt, malum Punicum. Hæc videtur eſſe ratio myſterii latentis, de quo Tatius, τῆς δὲ ῥοιᾶς ὁ λόγος μυστικός.

Interpretatio, quam attulimus, non parum confirmatur ex aliarum incommodis. Pro Caſluchis Jonathan habet Pentapolitanos ſeu Cyrenæos, Jeroſolymitanus Pentaſchœnitas Peluſio proximos, uterque Cappadocas pro Caphthoræis. Et Arabs *Damiatam*, & pro Caſluchæis *Saidæos*, id eſt, incolas Thebaidis in extrema Ægypto prope Æthiopiam. Hæc planè ſunt ἀσύστατα. Sic enim Caphthoræi divelluntur à Caſluchis, cùm ex Scriptura conſtet conjunctos fuiſſe populos, quia modò ad hos, modò ad illos refertur origo Philiſtæorum. Ne in hoc ἄτοπον incideret Junius, Caſluchæos poſuit in Caſſiotide, & Caphthoræos in Sethroite Nomo; ambos circa Peluſium. Nam ad Caſſium montem eſt

Caſſiotis

Caſſiotis & Sethroites Nomus, ad Orientem Bubaſtici fluminis, ubi metropolis *Sethron*, quę alio nomine dicitur Ἡρακλέους μικρὰ πόλις, *Herculis parva urbs.* Vide Strabonem, Ptolemæum, Plinium, Stephanum, &c. Sed huic ſententiæ primò opponitur Veterum conſenſus unanimis, qui terram *Caphthor* in Cappadocia ponunt. Unum excipio ex Hebræis Benjaminem, atque hunc ſequutos Arabem Interpretem nuperæ editionis, & Authorem libri *Juchaſim*, quibus כפתור est דמיט *Damiata*, id eſt, Stephani Ταμιάθις; non *Peluſium*, ut volunt. Nam *Damiata* eſt in *Delta* trans Bubaſticum ad Taniticum oſtium. Secundo cùm toties incidant Sacri Scriptores in earum urbium nomina, quæ prope Palæſtinam fuerunt, in ipſo Ægypti aditu; mirum erit Casluchos & Caphthoræos, ſiquidem erant tam obvii, ne ſemel quidem nominari, cùm de Ægypto res eſt. Maximè, Ezech. cap. 30. qui è vicinis urbibus meminit *Tsoan*, id eſt, Taneos; & *Sin*, id eſt, Peluſii; & *Aven*, id eſt, Heliopoleos; & *Pibeſeth*, id eſt, Bubaſti; & *Taphnes*, id eſt, Daphnarum Peluſiarum. Tertiò ſi Casluchis & Caphthorę̨is ſedes in Ægypto fuit, adeóque in ea Ægypti parte quæ Palæſtinam attingit, non ſatis video quorſum Deus ita loquatur, Amos. 9: 7. *Nonne Iſraëlem eduxi è terra Ægypto, & Philiſtæos è Caphthor, & Syros è Kir.* In eo certè loco aut componuntur ἀσύγκλωσα, quod abſit ut vel cogitemus; aut Philiſtæi tam advenæ fuerunt in terra Caphthor, quàm Iſraëlitæ in Ægypto, & Syri in Kir; quo abducti fuerant ab Aſſyrio Rege Tiglat-Pileſer, 2 Reg. 16: 9. Unde ſequitur terram *Caphthor* fuiſſe extra Ægyptum. Neque enim Philiſtęi filii Meſraim potuerunt in Ægypto haberi pro advenis. Preterea *Kir* à Syria valde remota eſt; ſive urbs intelligatur in provincia Mechran, id eſt, Gedroſiâ, cujus meminit Geographus Arabs: aut cum Chaldæo קרני vel קרינא, id eſt, Ptolemęi Κυρήνα, interpretibus *Curna*, Mediæ urbs Mediterranea ad Mardum vel Amardum fluvium, qui in mare Caſpium exit: niſi quis Iberiam intelligi malit & regionem ad *Cyrum* fluvium, qui idem vocatur Κύρνος *Cyrnus* Dion. lib. 36. Neque enim Africæ Cyrene poteſt hic intelligi, quę nondum erat condita, nec unquam fuit ſub Aſſyriorum jugo. Addo circa Elymæos *Kir* fuiſſe colligi ex his Eſaiæ 22: verſ. 6. *Elam geſtavit pharetram, &c. & Kir exprompſit clypeum.* Rurſus iter Iſraëlitarum ab Ægypto in terram Chanaan pro longo haberi poteſt, ſi reſpicias tempus inſumptum in ea expeditione, quadraginta ſcilicet annos, & viarum ambages per quas illos circumduxit Deus in Eremi ſolitudine. Itaque Philiſtæos ſi fingas ex Sethroite Nomo aut ex vicina Caſſiotide in Palæſtinam migraſſe, non videtur potuiſſe conferri Philiſtæorum migratio è terra Caphthor cum eductione Syrorum è Kir, & Iſraëlitarum ex Ægypto. Neque Doctum & pium Virum puto quicquam moviſſe, ut Casluchos haberet pro Caſſiotis, & Caphthoræos pro Sethroitis, quàm nominum alluſionem quandam, licet valde remotam. Sed hæc qualiſcunque alluſio in Hebraica Scriptura nulla eſt. Neque enim Caſſiotæ à Casluchis, ſed à Caſſio monte dicti, quem Syri קצי *Caſſi*, quaſi Terminalem vocabant, ut jam antè monuimus. Nec Sethroitæ à Caphthor, ſed à Sethrone Metropoli; & Sethron urbs inſerto R à Sethone conditore; qui, cùm in iis locis Sennacheribum & Aſſyrios Peluſium obſidentes & reliquę Ægypto imminentes magna clade affeciſſet, ut ex Herodoto & Joſepho diſcere eſt, videtur eam urbem excitaſſe in victoriæ monumentum. Quo facit, quod binomia fuit; nam & Sethron vocatur à conditore, ut quidem nos conjectamus, & Ἡρακλέους μικρὰ πόλις, *Herculis parva urbs*, tanquam illi Deo conſecrata, cujus auſpiciis Ægyptii putabant ſe victoriam adeptos. Ex Sethone *Sethron* factum πλεονασμῷ τοῦ ρ, ut in σκῆπτρον, & ſimilibus.

Strab. l. 17. Ptol. l. 4. c. 5. Steph. in Σέθρων.

Par. 7. Cl. 2. Lib. 6. c. 2.

Ex. 16: 35. & 13: 18. Num. 32: 13.

Herod. l. 2. c. 141. Joſeph. Antiq. l. 10. c. 1.

Jam hoc quoque aperiendum, cur pro Casluchis, è quibus egreſſi ſunt Philiſtæi, Chaldæorum Unus habeat Pentapolitanos, Alter Pentaſchœnitas. Notum eſt Philiſtæorum quinque fuiſſe præfecturas: his quinque pręfecturis unus reſpondere putavit in Pentapoli quinque urbes, alter in Pentaſchœno quinque ſchœnos. Utrumque valde abſurdè: neque enim è Pentapoli potuerunt egredi Philiſtęi, quæ Palæſtina recentior eſt annis minimum mille trecentis. Multò minùs è Pentaſchœno, Nomo ignobili inter Caſium & Peluſium, cui nomen fecit ambitus quinque ſchœnorum, id eſt, milliarium XL.

CAPUT XXXIII.

פוט *Put* vel *Phut.*

Phut & Miſraim Africam inter ſe diviſerunt. Ab Ægypto ad Tritonidem uſque paludem plerique Ægyptiis utuntur moribus. Πατέεσθαι quid ſignificet. Valla & Stephanus notati. Heſychius emendatus. *Putea* urbs. *Phut* flumen. *Phthia* portus. *Pythis* extrema. *Phthemphuti* Nomus. Pars Phutæorum Ægypto vicini, Ezech. 30: 5. *Chub* quis populus. An qui circa Paliurum. Phutæi clypeo inſignes, Jerem. 46: 9. Ægyptiorum clypei ad pedes uſque porrecti. Libyes ad Tritonidem eodem modo armati. *Phut* idem quod פוץ *phuts* ſparſus. צ & ט permutantur. Afri diſperſi & Nomades. Inde Africa pantheræ pelli ſimilis. לוב *Lub Libya*, & *Lubai Libes* in libris Paral. & Daniele & Nahum. *Lub* eſſe Ægyptum Hebræi quàm ineptè probent. Libes non dicuntur à colore, ſed à qualitate ſoli. לוב *Lub* Arab. ſitis. תלאובות ſiticuloſa loca, Oſ. 13: 5. Deſerta ſiti regio. *Xerolibya.* Arab. לוביה *Lubia.* Avicenna emendatus, interpreſque ejus latinus notatus. Lilybæum Phœnices dixiſſe quaſi ללובי, quia Libyam verſus porrigitur. Europæ itidem & Aſiæ nomina Phœnicia. *Europæi* ab alba facie dicti, ut & Europa Cadmi ſoror. Aſia quaſi חציה *aſija* media, quia Aſia Minor, cui primò competit hoc nomen, inter Europam & Africam media. *Lubæi*, id eſt, Libes, *curribus & equitibus*, 2 Par. 16: 8 LXX. malè id legerunt. De Libyum equis & curribus multa. Equitandi ars à Neptuno, Libyco Deo. In fabulis primus equus è petra natus cur *Scyphius* dictus. Syr. שקיף *sciph* petra.

Africam inter ſe diviſerunt duo Chami filii *Put* vel *Phut* & *Miſraim.* Huic Ægyptus obtigit & pleraque Africæ ad Tritonidem uſque Paludem, quæ Africam dividit in duas partes penè æquales. Illi quicquid trans Tritonidem uſque ad Oceanum Atlanticum. Argumento ſit, quod docet Herodotus Africæ pleroſque incolas ad Ortum Tritonidis Ægyptiis uti moribus; cùm multò aliter vivant quotquot ad Occaſum degunt. Præſtat audire ipſum Herodotum; μέχρι τῆς Τριτωνίδος λίμνης ἀπ' Αἰγύπτου νομάδες εἰσὶ κρεοφάγοι τε καὶ γαλακτοπόται Λίβυες, καὶ θηλέων τε βοῶν οὔτι γευόμενοι, διότιπερ οὐδὲ Αἰγύπτιοι, καὶ ὗς οὐ τρέφοντες. βοῶν μὲν νυν θηλέων οὐδ' αἱ Κυρηναίων γυναῖκες δικαιεῦσι πατέεσθαι, διὰ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ Ἶσιν, ἀλλὰ καὶ νηστείας αὐτῇ καὶ ὁρτὰς ἐπιτελέουσι· αἱ δὲ τῶν Βαρκαίων γυναῖκες οὐδὲ ὑῶν πρὸς τῇσι βουσὶ γεύονται. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω ἔχει. τὸ δὲ πρὸς ἑσπέρης τῆς Τριτωνίδος λίμνης οὐκ ἔτι νομάδες εἰσὶ Λίβυες, οὐδὲ νόμοισι τοῖσι αὐτοῖσι χρεώμενοι. *Ab Ægypto uſque ad Tritonidem lacum Nomades Libyes ſunt, qui carne & lacte veſcuntur, ſed ab eſu vaccarum abſtinent, ſicut & Ægyptii, ſueſque non alunt. Sed nec Cyrenea fœminæ vaccas guſtare legitimum putant, propter Iſim quæ in Ægypto colitur, cui & jejunia & feſtos dies ipſi conſecrant. Barcæorum autem mulieres, præter vaccas, etiam à ſuibus abſtinent. Et hæc quidem ita ſe habent. At Libyes, qui ad Occaſum lacus Tritonidis habitant, jam non ſunt Nomades, nec iiſdem utuntur legibus.* Lectorem obiter moneo, vocem πατέεσθαι in Herodoto, quam Valla non intellexit, non debuiſſe H.

Lib. 4. c. 186. et 187.

Stephanum habere pro ſuſpecta. Nam Herodoto πατέεσθαι eſt *deguſtare.* Sic lib. 2. cap. 6. κτείναντες μὲν τοὺς οὐ πατέονται, *poſtquam occiderint non guſtant.* Heſychius; Πατέοντο, ἐγεύοντο. Sic legendum, non ἐγένοντο.

Aliquod ſervabat veſtigium priſci nominis *Put* vel *Phut* Africæ urbs *Putea* ſub Adrumeto, & Mauritaniæ Tingitanæ amnis *Fut*, qui in Oceanum in-

Ptol. lib. 3. cap. 1. Plin. lib. 5. cap. 1. Joſeph. Antiq. lib. 1. cap. 7. Hieron. in Tradit. Hebr.

fluit. Illius meminit Ptolemæus, hujus Plinius & multi Veterum. Joſephus; ἔκτισε δὲ καὶ Φούτης τὴν Λιβύην; Φούτους ἀπ' αὐτοῦ καλέσας τοὺς ἐπιχωρίους. Ἔστι δὲ καὶ ποταμὸς ἐν τῇ Μαύρων χώρᾳ τοῦτο ἔχων τὸ ὄνομα. Ὅθεν καὶ τοὺς πλείστους τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριογράφων ἐστὶν ἰδεῖν μεμνημένους τοῦ ποταμοῦ, καὶ τῆς παρακειμένης αὐτῷ χώρας Φούτης λεγομένης. Hieronymus; *Phut Libya: à quo & Mauritaniæ fluvius uſque ad præſens Phut dicitur, omniſque circa eum regio Phutenſis. Multi ſcriptores tam Græci quàm Latini hujus rei teſtes ſunt.* Idem habetur in Euſebio de Locis, & in Euſtathii Hexaemero, & Iſidori Originum lib. 9. cap. 2. Pro

Lib. 3. cap. 1.

Fut vel *Phut* Ptolemæus Θοὺθ, & interpretes *Phthuth* ſcribunt.

Sed & in Marmarica hûc videntur alludere, quamvis Græcam formam habeant, Φθία λιμήν,

Ptol. lib. 4. cap. 5.

Phthia portus, & Πυθὶς ἄκρα, *Pythis extrema*; & in ipſa Ægypto, qua parte Libyæ contermina eſt, *Phthemphuti* vel *Phthembuthi* Nomus; ita variè ſcri-

Plin. lib. 5. cap. 9.

bitur in Ptolemæo; & in Plinio *Phthemphu.* Neque enim *Phutæos* omnes trans Tritonidem ablegamus. Illorum nonnullos in Ægypti vicinia ſedes habuiſſe ex eo patet, quod Jerem. 46: 9. & Ezech. 30: 5. Ægyptiacis bellis implicantur cum Arabibus, & Chuſæis, & Ludæis, & Chubæis, quos

Ptol. lib. 4. cap. 5. Antonino Paniurus.

habitaſſe puto circa *Paliurum* oppidum in Marmarica; quia כוב *Chub* Syris eſt *Paliurus.* Sed & Nahumi 3: 9. præter Chuſæos & Ægyptios etiam Phutæi cenſentur inter populos, qui ſuppetias ferunt urbi *No-Amon*, id eſt, Thebis, adverſus ingruentes Chaldæos.

Jerem. 46: 9.

Hûc facit, quod Phuthæos Jeremias deſcribit tanquam clypeo potiſſimum inſignes: *Phutæi*, inquit, תפשי מגן, *apprehendentes clypeum*; clypeum nempe inuſitatæ magnitudinis, ut ex eo eſſent notabiles. Atque hæc ipſiſſima fuit Ægyptiorum armatura: quos deſcribit Xenophon Cyrop. lib. 6. σὺν ἀσπίσι ποδήρεσι, *cum clypeis ad pedes uſque porrectis.* Cujuſmodi clypeum ex Homero appellaveris ἀσπίδα ἀμφιβρότην; id eſt, τὴν πανταχόθεν τὸν βροτὸν, ὅ ἐστι, τὸν ἄνθρωπον περιέχουσαν καὶ σκέπουσαν, clypeum *ambiverum*, ut ita dicam, ſeu qui hominem ab omni parte ambit & circumtegit. Hos clypeos idem Xenophon lib. 7. cum Perſarum thoracibus & gerrbis ita confert: αἵ τε ἀσπίδες πολὺ μᾶλλον τῶν θωράκων καὶ τῶν γέρρων καὶ στέγουσι τὰ σώματα, καὶ πρὸς τὸ ὠθεῖσθαι συνεργάζονται, πρὸς τοῖς ὤμοις οὖσαι. συγκλείσαντες οὖν τὰς ἀσπίδας ἐχώρουν καὶ ὤθουν. *Et Clypei multò magis corpora tegunt quam Perſarum thoraces & gerrha* (cetræ vimineæ) *& ad urgendum juvant, cum ad humeros ſint. Confertis igitur clypeis Ægyptii procedebant & urgebant.* Hinc Maximus Tyrius ſermone tertio: ἐπιόντος αὐτοῖς βαρβαρικοῦ στόλου, ἵππου Μηδικῆς, ἁρμάτων Περσικῶν, ἀσπίδων Αἰγυπτίων, *irruente in ipſos barbarico exercitu, equitatu Medico, curribus Perſicis, ſcutis Ægyptiis.* Et Heliodorus lib. 9. χρόνον μὲν οὖν τινὰ συνεκαρτέρησαν οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ τῷ συνασπισμῷ πρὸς τὴν τοξείαν ἀντεῖχον. *Ægyptii igitur aliquandiu ſervarunt ordines, & facta teſtudine jaculationi obſtiterunt.* Id enim eſt propriè συνασπισμός, cum in conſerto agmine teſtudinis in modum clypei conſeruntur.

Iliad. N. 130.

> Φράξαντες δόρυ δουρί, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ,
> Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.
> *Haſtamque haſta premit, parmam quoque proxima parma,*
> *Et clypeus clypeum, & galeam galea, atque virum vir.*

Ad quem pugnæ modum ab Ægyptiis acceptum ſe conformaſſe Libyes ad Tritonidem uſque paludem ſuſpicatur Herodotus in Melpomene: quin & τὴν ἀσπίδα καὶ τὸ κράνος inde ad Græcos deveniſſe eodem in loco aſſerit; Τὴν ἀσπίδα καὶ τὸ κράνος, id eſt, מגן וכובע *clypeum & galeam*; quibus armis Phutæos inſtruit Ezech. cap. 27. verſ. 10. & 38. verſ. 5.

Cæterum cur Phutæorum nomen inditum fuerit his populis nondum eſt à quoquam obſervatum, quod tamen eſt valde obvium. *Phut* planè idem eſt quod פוץ *phuts*, ſparſus, diſperſus, ט *teth*, & צ *tſade* permutatis; ut in Syris טבי pro צבי *caprea*, & טיהרין pro צהרים *meridies*, & טלל pro צלל *tegere.* Quotquot utramque linguam vel primoribus labris deguſtarunt, ſciunt hac permutatione nihil eſſe frequentius. Phutæis ergo nomen eſt à diſperſione, quia propter ſterilitatem regionis in magna parte Africæ continuæ non ſunt habitationes, ſed huc illuc diſperſæ. Pomponius de Africanis Nomadibus: *In familias paſ-*

Lib. 1. cap. 8.

ſim & ſine lege DISPERSI, nihil in commune conſultant. Strabo de ipſa Africa lib. 17. κατοικίαις δὲ κατάστικτός ἐστι μικραῖς, καὶ ΣΠΟΡΑΣΙ, καὶ Νομαδικαῖς ταῖς πλείσταις, *habitationibus parvis & DISPERSIS, & magna ex parte Nomadicis eſt interpuncta.* Nomades vocari notum eſt, qui ſine tectis paſſim ac ſedibus vagi habent potiùs terras quàm habitant: cujus diſperſionis ratione confertur Africa cum pelle pardi, ut quæ habitationibus tanquam maculis ſit interpuncta. Idem Strabo lib. 2. Ἔστι δ', ὥσπερ οἵ τε ἄλλοι δηλοῦσι, καὶ δὴ καὶ Γναῖος Πείσων ἡγεμὼν γενόμενος τῆς χώρας διηγεῖτο ἡμῖν, ἐοικυῖα παρδαλῇ. κατάστικτος γάρ ἐστι ταῖς οἰκήσεσι περιεχομέναις ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ γῇ. *Eſt autem, ut & alii docent, & Cnæus Piſo, qui ejus regionis præfor fuit, nobis narravit, panthera ſimilis. Interpuncta enim eſt habitationibus, quæ circumdantur terra deſerta & ſiticuloſa.* Addit has habitationes ab Ægyptiis vocari Αὐάσεις *Avaſes*, de qua voce jam actum. Hanc Africæ cum panthera ſimilitudinem paulò aliter interpretatur Dionyſius Periegetes, pellis maculas referens, non ut Strabo, ad loca culta, ſed ad ſolitudines. Verba ſunt:

> Παρδαλέῃ δέ μιν ἄνδρες ἐπηλοίησαν ὁμοίην,
> Ἡ γὰρ διψηρή τε καὶ αὐχμήεσσα τέτυκται,
> Τῇ καὶ τῇ κυανέῃσι κατάστικτος φολίδεσσιν.
> *Pardalis hanc pelli ſimilem dixêre priores,*
> *Quam loca ſenta ſitu, loca fœta furentibus Auſtris*
> *Huc illuc ſquamarum inſtar longo ordine ſignant.*

Aliud Africæ nomen לוב *Lub*, id eſt, *Libya*, eſt in Hebræorum uſu; unde Libes לובים *Lubai* in variis Scripturæ Locis. Sic 2. Chron. 12: 3. *Venerunt cum eo ex Ægypto* לובים *Lubai, Succhæi, & Chuſæi*, id eſt, Libyes, Troglodytæ & Scenitæ. Et ibidem 16: 8. ולובים *Et Lubai fuerunt in exercitu numeroſo, in curru & equitibus.* Et Dan. 11: 43. de Antiocho לובים *Lubæi & Chuſæi in greſſibus ejus*, id eſt, Libyes & Scenitæ erunt pediſſequi illius, ſive illi ſubjecti. Et Nahum. 3: 9. *Phut* ולוב & *Lubæi* (Libyes) *fuerunt in auxilio tuo:* unde Vir Doctus perperam colligit Phutæos & Libyes diverſos eſſe; ibi enim *& Libyes* additur ἐπεξηγητικῶς.

Buxtorf. in Lex. Talm. in לוב. *Aruch. in* לברק

Scribunt Lexicographi *Lub* Hebræis eſſe Ægyptum. Et Talmudici quidem ita aſſerunt, ſed putri fundamento nixi, hoc nimirum, quod Ægyptia faba, cùm eſt recens, לובי *Lubi* vocatur. Neque enim à loco habet illud nominis, ſed à λοβοῖς, id eſt, ſiliquis, quibus eſt adhuc incluſa; voce à Græcis mutuata. Sic τοὺς δολίχους phaſcolos Græci poſteriores λοβοὺς vocarunt, & Arabes לובא *luba* & לוביא

לוביא *lubia*; quia τοῖς λοβοῖς continentur. Quomodo ἀσάχυας *ſpicas* appellant ὅλως τὰς σιτηροὺς καρπούς,
De facult. aliment. lib. 1. c. 18.
totum tritici fructum, ut Galenus rectè obſervat.

Λίβυας à colore dici affirmat Vir undecunque Doctus. *Etenim*, inquit, λίβυς *antiquâ linguâ Græcâ niger*. Malim ego Libyum nomen deducere ab Hebræo *Lub*, cujus diverſa ratio. Neque enim ab incolarum colore, ſed à qualitate ſoli ſumptum eſt. Nempe לוב *lub* nomen Arabicè eſt
Vide Gigg. geium.
ſitis, & לוב verbum ſiti languere. Hinc אבל לוב cameli ſiti deficientes, & נחל לוב agmen apum ſiti languidum. Hebræis לאב *laab* id ipſum eſt quod לוב *lub*, quomodo לאט *laat* idem quod לוט *lut*. Et ex לאב factum nomen תלאובות ſignificat arida & ſiticuloſa loca. Sic Oſeæ cap. 13. ℣. 5. *Ego te cognovi in deſerto* בארץ תלאובות *in terra ſiticuloſa*. Ita explicat R. Jonas ex lingua Arabica, atque eum ſequuntur Kimchius & Aben-Ezra. Itaque *Lub* eſt terra ſitiens: ut à Lucano appellatur,

Lib. 1.
---- *per calidas Libyæ ſitientis arenas.*

Quod nomen ſic toti convenit, ut tamen ſpecialiùs videatur poſſe tribui illi Africæ parti, quam Græci *Xerolibyen* ex argumento nuncuparunt. Servius in illud Virgilii Æneidos lib. 4. *Hinc deſerta ſiti regio. Dicit*, inquit, *Xerolibyam, id eſt, partem Africæ quandam quæ eſt inter Tripolim & Pentapolim.*

Lub vel *Lubia* nomen etiam Arabes pro Libya uſurpant. Sic Avicenna capite de dipſade; *Eſt in*
Lib. 4. fen. 4 tract. 3. cap. 38.
regione לוביה *Lubia*, pro eo quod Ælianus, γίνονται καὶ ἄρα ἐν Λιβύῃ. Et in capite de baſiliſco; *Hic*
Hiſt. anim. lib. 6. cap. 51.
ſerpens multiplicatur in terra אלתרך ולוביה, *Turcia & Lubia*, id eſt, Libyæ. Ælianus; οἱ τὴν Λιβύην
Avic. ubi ſup. c. 22.
ὁδοιποροῦντες τὴν τῶν τοιούτων τροφὴν, *qui per Libyam iter*
Hiſt. anim. lib. 3. cap. 31.
faciunt horum nutricem, id eſt, baſiliſcorum. In Latino Avicenna priore loco pro *Lubia* vel Libya ineptè habetur *Lokati*, in poſteriore *Nubia*. Sed & in Arabico mendoſè ſcribitur אלתרך *Altorc*, id eſt, *Turcia*, in qua nullibi baſiliſci, pro אלברך *Albarc*, id eſt, Barcæorum vel Barcitarum regione,
Plin. lib. 8. cap. 21.
Sol. c. 30.
Cyrenaicæ parte, in qua creantur. Plinius; *Cyrenaica hunc* (baſiliſcum) *generat provincia*. Solinus; *Cyrenis, &c. a tergo barbarorum variæ nationes, & ſolitudo inculta, ſqualens & inacceſſa, quæ baſiliſcum creat.* Non potuit expreſſiùs deſignare Barcæorum ſolitudines, quæ ſunt à tergo Cyrenes & Pentapolis. Ptolemæus; Κατέχουσι δὲ τῆς χώρας, τὰ μὲν ὑπὸ τὴν Πεντάπολιν, Βαρκῖται, *regionem autem tenent ſub* Cyrenaica *quidem Pentapoli Barcitæ*. Omninò igitur in Avicenna pro אלתרך, *Altorc*, ſcribendum אלברך *Albarc*, *id eſt, Barca ſolitudo, ut hodiéque vocatur*. Facilis fuit lapſus, quia T & B Arabum ſolis punctis differunt.

Dum verſamur in nomine *Lub*, hoc quoque eſt animadvertendum, è tribus Siciliæ promontoriis
Lib. 6. pag. 267.
Lilybæum Africam verſus porrigi. Strabo; Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ Λιλυβαίου τοὐλάχιστον δίαρμα ἐπὶ Λιβύην. *Eſt & à Lilybæo breviſſimus in Libyam trajectus.* Diodorus lib. 13. κατέπλευσε τῆς Σικελίας ἐπὶ τὴν ἄκραν, τὴν ἀντικρὺ τῆς Λιβύης, καλουμένην Λιλύβαιον. Mela;
Lib. 2. c. 7.
Pachynum vocatur, quod Græciam ſpectat, Lilybæum quod in Africam. Plinius; *Pelorus vergens in Italiam, Pachynum in Græciam, &c. Lilybæum in Africam.* Solinus; *Lilybæum in Africam extenditur.*
Plin. lib. 3. cap 8.
Solin. c. 5.
Ptol. lib. 3. cap. 4.
Ptolemæus; Ἐν Ἀφρικῷ πελάγει Λιλύβαιον πόλις καὶ ἄκρα, *in Libyco mari Lilybæum urbs & promontorium.* Silius lib. 14.

Hic contra Libyamque ſitum, Caurosque furentes
Cernis devexas Lilybæum nobile chelas.

Polyb. lib. 1. τέτραπται μὲν εἰς αὐτὴν τὴν Λιβύην, &c. προσαγορεύεται δὲ Λιλύβαιον, *Libya quidem obverſum eſt, vocatur autem Lilybæum.* Inde origo certa nominis, quæ tam eſt obvia, ut eam mirer nondum a quoquam eſſe obſervatam. Hoc promontorium Phœnices, qui multis ſæculis hæc loca inſederunt, cùm viderent in Libyam maximè vergere, ſuâ linguâ vocarunt promontorium ללוב *Lelub*, id eſt, verſus Libyam, vel ללוביא *Leluba*, id eſt, verſus Libas, ſupple vergens: ut vel hinc conſtet etiam Phœnices ita nominaſſe Africam. Quos imitati Græci ex *Lub* Libyam fecere. Hæc vera ſunt incunabula vocis haudquaquam negligendæ, cùm veteris orbis tertia pars ex illa denominationem ſumpſerit.

Sic videntur Phœnicibus debere nomina Aſia atque Europa, de qua fatetur Herodotus in Melpomene, neque ſciri ὁκόθεν τὸ οὔνομα ἔλαβε τοῦτο, οὔτε ὅστις οἱ ἦν ὁ θέμενος, *unde hoc nomen ſumpſerit, neque quis ipſi impoſuerit*. Neque neſciebat à Pœnis Europam dici חור אפא *Ur-appa*, quaſi terram λευκοπρόσωπον, quia Europæi Africanos candore faciei multùm ſuperant. Unde & Europa dicta eſt Cadmi ſoror, quaſi *alba facie* virgo. Aſia porro cum propriè dicatur magna illa peninſula, quæ inter Europam & Africam medium occupat locum, quis non videt Aſiam dici à Phœnicio חצי *aſi*, quod non ſolùm dimidium, ſed & medium ſonat. Sic חצי השמים eſt μεσουράνημα medium cœli, Joſ. 10: 13. חצי הלילה μεσονύκτιον, Jud. 16: 3. & paſſim. Itaque הציה *Aſia*, id eſt, media, cœpit vocari Aſiæ pars illa, quæ media eſt inter Africam & Europam. Aſiam Minorem vulgò appellant, de qua Plinius in præfatione libri tertii. *Hinc*, id eſt, à Gadibus, *intranti dextra Africa eſt, læva Europa. INTER HAS ASIA EST.* Et Mela de Aſia lib. 1. cap. 2. *MEDIA noſtris æquoribus excipitur.* Sed & alio reſpectu Aſiam cum Europa & Libya conferens Euſtathius illam aſſerit μέσην ἀμφοῖν ἔχειν διάθεσιν, *medium inter illas habere ſtatum*. Videſis locum in Dionyſ. poſt verſum 270.

Sed ut ad Lubæos redeam ſive Libas, de illis hæc Eſdræ notanda ſunt, 2. Paral. 16: 8. והלובים *Et Lubæi fuerunt in exercitu multo* לרכב ולפרשים *cum curribus & equitibus.* Pro לרכב *cum curribus* Septuaginta legerunt לרהב εἰς θάρσος; ſed alii Græci rectè habent εἰς ἅρματα, & Hieronymus *quadrigis*. Nempe jam olim Libes vel de equis, vel de curru præliari ſoliti, ut qui equitatu multùm valeant. Herodotus in Melpomene: Τέσσερας ἵππους ζευγνύναι παρὰ Λιβύων οἱ Ἕλληνες μεμαθήκασι, *Quadrijugos equos jungere à Libybus Græci didicere.* Xenophon de Cyro lib. 6. Cyrop. τὴν μὲν Τρωικὴν διφρείαν πρόσθεν οὖσαν, καὶ τὴν Κυρηναίων ἔτι νῦν οὖσαν ἁρματηλασίαν κατέλυσε. τὸν γὰρ πρόσθεν χρόνον, καὶ οἱ ἐν τῇ Μηδίᾳ, καὶ Συρίᾳ, καὶ Ἀραβίᾳ, καὶ πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ τοῖς ἅρμασιν οὕτως ἐχρῶντο, ὥσπερ νῦν οἱ Κυρηναῖοι. *Solvit Troum bigas olim in uſu & Cyrenæorum currus quibus hodiéque utuntur. Superiore enim tempore & Medi, & Syri, & Arabes, & Aſiatici omnes ita utebantur curribus, ut nunc Cyrenæi.* Idem infrà meminit τῆς Τρωικῆς καὶ Λιβυκῆς διφρείας. Et apud Maximum Tyrium ſermone ſept. τὰ Κυρηναικὰ (παιδεύματα) διφρεῖαι, *inſtituta Cyrenaica* ſunt *aurigationes*. Ita & Dionyſius Periegetes;

Κυρήνη τ' εὔιππος, Ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν.
Et Spartana dehinc Cyrene mater equorum.

Quod puto ſumptum ex his Pindari in Pythiis; Ode 4. ſtatim initio.

Σάμερον μὲν χρή σε παρ' ἀνδρὶ φίλῳ
Στάμεν' εὐίππου βασιλῆϊ Κυράνας.
Vide quid Strab. 837. B. ex Callimach.

Hodiè quidem oportet te apud virum amicum ſiſtere equeſtris Regem Cyrenes. In quæ verba Scholiaſtes *Cyrenen* εὔιππον *equeſtrem appellat, non ex τοῦ παρατυχόντος, ex præſentis occaſione; ſed quia Neptunus Libes docuit*, τὴν τῶν ἁρμάτων καταζεύξιν, *equos currui jungere, & equeſtrem Minervam in Libya ortam eſſe dicunt. Quin & nonnulli aſſerunt*, ὅτι ἡ ἱππικὴ ἐν τῇ Λιβύῃ εὑρέθη, *Artem equeſtrem in Libya eſſe inventam.*

Tale eſt quod ibidem Pindarus Cyrenas appellat εὐάρματον πόλιν, & Libyes ἐλαύσιππον ἔθνος. Hinc Ephorus; Ἀθηναῖοι περὶ τὴν ναυτικὴν δύναμιν, Θετταλοὶ περὶ τὴν ἱππικὴν ἐμπειρίαν, Βοιωτοὶ περὶ τὴν τῆς γυμναστικῆς ἐπιμέλειαν, Κυρηναῖοι δὲ περὶ τὴν διφρευτικὴν ἐπιστήμην ἠσχόληνται. *Athenienſes quidem ad nauticam, Theſſali ad equeſtrem, Bœoti ad gymnaſticam, Cyrenæi autem ad curulem artem ſe applicant.* Et Pauſanias in Eliacis: Θεόχρηστον δὲ Κυρηναῖον, ἱπποτροφήσαντα κατὰ τὸ ἐπιχώριον Λίβυσι. *Theocreſtum Cyrenæum equos Libyum more ad curulia certamina alentem.* Et in Æliani variis Anniceris Cyrenæus ut artis ſuæ ſpecimen Platoni exhiberet, juncto curru in Academia multos curſus circumegit, οὕτως ἀκριβῶς φυλάττων τοῦ δρόμου τὸν στίχον, ὡς μὴ παραβαίνειν τὰς ἁρματοτροχίας, ἀλλ' ἀεὶ κατ' αὐτὸν ἰέναι. *Tam accurate curſus meatum ſervans, ut non diſcederet ab orbitis, ſed ſemper in eodem tramite permaneret.* Unde eſt, quod apud Polyænum lib. 7. Stratag. Arſabes Perſa, io Græcos dimicaturus, à Barcæis petit τὴν τῶν ἁρμάτων βοήθειαν, *curruum ſubſidium.* Plura pete ex doctiſſimo Caſaubono in Athenæum lib. 3. cap. 21.

Steph. in Βοιωτία & in Βάρκη. *Var. lib. 2. cap. 27.*

Hûc facit quod Neptunus Libycus Deus, cujuſque adeò cultum à Libybus Græci profitentur ſe didiciſſe, equos junxiſſe primus creditur, & equitandi Artem inveniſſe. Quin & equorum genus ad Neptunum Poëtæ referunt. Atque ut hanc fabulam Libycam eſſe ſcias, & à Pœnis in Libya ortam, *Scyphius* vocari traditur primus ille equus qui natus eſt è Neptuni ſemine in ſaxo dormientis, atque ideò Petræi dicti. Pindari Scholiaſtes enarrans quorſum Petræus appelletur Neptunus Pythia Ode 4. ἐπίθετον Ποσειδῶνος ὁ πετραῖος· φασὶ δὲ καὶ ἀγῶνα διατίθεσθαι τῷ πετραίῳ Ποσειδῶνι, ὅτι ἀπὸ τῆς πέτρας ἐξεπήδησεν ὁ πρῶτος ἵππος, *Petræus Neptuni epitheton. Aiunt autem certamen inſtitutum eſſe in honorem Petræi Neptuni, ubi ex petra exiluit primus equus.* Et paulò antè; ἐπί τινος πέτρας κοιμηθεὶς ἀπεσπερμάτισε, καὶ τὴν θορὸν δεξαμένη ἡ γῆ, ἀνέδωκεν ἵππον πρῶτον, ὃν ἐπεκάλεσαν Σκύφιον. *Super quadam petra conſopitus ſemen emiſit, quo accepto terra primum equum edidit, quem vocarunt Scyphium.* Nempe Pœnis שקיף *ſciph* erat petra, quomodo Chaldæis & Syris. Sic in Chaldæo Paraphraſte שקיף עורב *ſciph oreb* eſt petra Oreb, Jud. 7: 25. & Eſ. 10: 26. & paſſim occurrit שקיפי כיפא *ſciphe cepha*, id eſt, ſcopuli petræ. Et in Syro Interprete לעל לשקיפא *leel liſcipho* ſuper rupem. Ex שקיף (*ſciph*) שקיפי *ſciphi*; unde σκύφιος Pœnis & Libybus idem quod Græcis πετραῖος. Ita vocatus eſt equus juxta fabulam ex petra editus.

Herod. l. 2. cap. 50. Pauſan. Arcad. Sophocl. Oedip. Colon. *V. & Iſac. in Lyco pag. 123.* *Vide 1 Sam. 13: 6. Eſ. 2: 21. & 7: 19. & 57: 5. Jer. 16: 16. Matth. 8: 32. Marc. 5: 13.*

Adhuc quæro quorſum *Phat* ab Arabe reddatur תפרת *Tapſta.*

CAPUT XXXIV.

Chanaan, כנען.

Judaicam fabulam de viris quatoor, Adamo, Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo, in Hebrone ſepultis, quæ iode dicta ſit *Kirjath-Arbe*, niſi verbis Joſuæ 14: 15. perperam intellectis. Aliud commentum de cedris circa Sodomam, ex quibus arca Noæ. Item de urbibus in terra Chanaan conditis à tribus filiis Noæ. Phœnicum & Chananæorum oomen Græcos Interpretes promiſcuè oſurpare. Quæ Chananæa Matthæo, Marco eſt Syrophœniſſa. Locus Eupolemi de *Chanaan*, à quo Phœnices. Et Philonis Byblii de *Chna* ſeu Phœnice. Veteres terram Chanaan χώραν τῶν φοινίκων à palmis dici putarunt. Falluntur qui Phœnices è Rubro Mari veniſſe, & à puniceo colore Rubri Maris dici putant. Phœnicum nomine etiam Judæos intelligi. Cur Chananæorum nomen Phœnices abjecerint. Syri à צור *Sor*, id eſt, Tyro dicti; & Aſſyrii pro צידנים. Sidonii pro Phœnicibus. Unde lux Jacobi vaticinio, Gen. 49: 13. Populi undecim a Chanaane oriundi.

Fama eſt Chananæam ſtatim ab orbe condito habitari cœpiſſe, Adamum à Paradiſo exulem eò delatum, ejus ſepulchrum eſſe Hebroni, quæ *Kirjath-Arbe* dicta fuerit, hoc eſt civitas τῶν τεσσάρων; quod ibi ſepulti fuerint viri quatuor inſignes, Adam, Abraham, Iſaac & Jacob, cum totidem mulieribus, Evâ, Sarâ, Rebeccâ, Leâ. In libro Bereſith Rabba ſic fabulantur Judæi, quos ex parte ſequitur Hieronymus in Epitaphio Paulæ. Sed fabula tota nititur his Joſuæ verbis perperam intellectis cap. 14. verſ. 15. *Nomen Hebronis antea fuit Kirjath-Arba* (id eſt, civitas Arbæ.) *Fuit is* Arba *homo magnus inter Anakim.* Quæ ſic Judæi detorquent, ac ſi legatur Hebronem dictam fuiſſe civitatem τῶν τεσσάρων, virorum quatuor inſignium, quorum unus fuerit Adam ibi ſitus inter Anacæos. Sed quàm parum hæc quadrent cum ipſo contextu verborum, quiſquis Hebraicè neſcit, diſcat ex Sixtino Amama, in cenſura ſuper hunc locum.

Nihilo certius eſt, quod ex Jacobo Orrohaita præceptore magni Ephrem excerpſit Moſes Barcepha lib. 1. de Paradiſo cap. 14. Noam in terra Chanaan fixiſſe ſedes, & in ſolo Sodomitarum plantaſſe cedros ex quibus conſtruxit arcam. Quod tamen refellere noſtrâ nihil intereſt. Solum obſervo cedros, quæ in editis locis ut plurimùm creſcunt, veriſimile non eſſe circa Sodomam proveniſſe.

Alii ſibi fingunt urbes in Chananæa conditas à tribus Noæ filiis; nempe Salem à Semo qui ſit idem cum Melchiſedech [a]; & Hebronem à Chamo [b]; & Joppen à Japhetho [c]. Sed cùm nihil horum probetur ex ullo teſte idoneo, mihi gentis originem arceſſere ſufficiet à Chanaane Chami filio, quem ſub Mercurii nomine coluiſſe Veteres probavimus Libri Primi capite ſecundo.

a Iſid. Orig. lib. 15. cap. 1. *b R. Selomo in Joſ.* *c Schindl. Pentagl. rad. יפו.*

Porro ex Chananæis ortos eſſe Phœnices facilè animadvertet quiſquis aut Phœniciæ nomen & ſitum, aut priſcorum Phœnicum linguam, inſtituta, mores & artes accuratè perpenderit. Hinc eſt, quod LXX. Interpretes Phœniciæ & terræ Chanaan, Phœnicum item & Chananæorum nomen, promiſcuè uſurpant. Sic idem Saul dicitur filius τῆς Φοινίσσης, Exod. 6: 15. & τῆς Χανανίτιδος, Gen. 46: 10. ut in Hebræo textu. Item, Exod. 16: 35. ἐφάγοσαν τὸ μάν, ἕως παρεγένοντο εἰς μέρος τῆς Φοινίκης. Et Joſ. 5: 12. ἐκαρπίσαντο δὲ τὴν χώραν τῶν Φοινίκων. Pro Phœnice & regione Phœnicum utrobique eſt in Hebræo *terra Chanaan.* Rurſus ejuſdem capitis verſu primo, οἱ βασιλεῖς τῆς Φοινίκης, id eſt, *Reges Chanaan* vel *Chananæorum.* Ita enim Joſue. Et Job. 40: 25. alii 30. ubi de Leviathan; μεριτεύονται αὐτὸν Φοινίκων ἔθνη, Hebr. *Chananæi* vel *mercatores.* Et Prov. cap. ult. verſ. 24. Σινδόνας ἐποίησε καὶ ἀπέδοτο τοῖς Φοίνιξι, καὶ περιζώματα τοῖς Χαναναίοις. Voces τοῖς Φοίνιξι deſunt in pleriſque exemplaribus; & verò ſunt gloſſema, quod irrepſit in textum è margine, ubi pro τοῖς Χαναναίοις aliquis ex alio interprete ſcripſerat, τοῖς Φοίνιξι. Hoc exemplo, quam Chananæam Matthæus appellaverat, eam Matthæi fidus interpres Marcus Evangeliſta nominat Syrophœniſſam.

Matth. 15: 22. Marc. 7: 26.

Et verò quamvis Chananæorum apud Græcos ſit valde obſcura mentio, tamen eos id non latuit prorſus. Phœnices ex poſteris Chanaan ortum duxiſſe. Habemus ea de re inſignem Eupolemi locum in libro de Judæorum Aſſyria, quamvis alioqui multis fabulis interſperſo. Ibi nempe legitur ex Saturno Belum ortum & Chanaan, τοῦτον δὲ τὸν Χαναὰν γεννῆσαι τὸν πατέρα τῶν Φοινίκων; *hunc verò Chanaan genuiſſe Phœnicum patrem.* Ex Eupolemo citat Alexander Polyhiſtor, ex Alexandro Euſebius. Hùc facit, quod in Philone Biblio Sanchoniatonis

Præpar. lib. 9.

Digitized by Google

Vide Euſeb. lib. l. 1.
niatonis interprete, Phœnicii ſcriptoris longè ve-
tuſtiſſimi, mentio fit cujuſdam ΧΝΑ τοῦ πρώτου με-
τονομασθέντος Φοίνικος, *CHNA, qui Phœnicis cogno-
mine primus inſignis fuerit.* Nemo enim eſt, qui non
videat nomen CHNA natum eſſe ex decurtato
Chanaan. Itaque apud Stephanum Byzantinum in
libro de Urbibus Phœnice vocatur *CHNA*, &
Phœnices *CHNAI.* Verba ſuot; ΧΝΑ', οὕτως ἡ 1
Φοινίκη ἐκαλεῖτο. Et paulò pòſt; τὸ ἐθνικὸν ταύτης
Χναῖος.

Homil. 6. in Joſ. Sup. Ex. q. 83.
Ad hæc cùm non attenderent Origenes, & Au-
guſtinus, putaverunt terram Chanaan dici Φοινί-
κην, & χώραν τῶν Φοινίκων; eò quòd eſſet palmis con-
ſita; cùm vera cauſa nominis ea ſit quam indica-
vimus, ſcilicet quod Phœnices à Chananæis orti
ſunt, & iidem qui Chananæi.

Herod. in Clioc. 1. Juſtin. l. 18. Diod. l. 16. Strab. l. 1. Vide Fuller. Miſcellan. l. 4. c. 20.
Herodotum quidem ſcio, & Trogum, & Dio-
dorum, & Dionyſium Periegetem, & alios apud
Strabonem de Phœnicum origine ſtatuere multò
aliter; Eos nempe fuiſſe olim Rubri Maris ac- 2
colas, ſed terræ motu vexatos, Aſſyrium ſtag-
num primò, mox Maris Mediterranei littus in-
coluiſſe; inde vocari Phœnices à puniceo ſcili-
cet colore Maris Rubri. Verum enimvero docti
jam ſciunt Mare Rubrum vel Erythræum à co-
lore non dici, ſed ab Erythra Rege, qui He-
bræis eſt Edom, cujus poſteri Phœnices non ſuot,
ſed Erythræi vel Idumæi. Fateor etiam Phœni-
ces habitaſſe ad Mare Rubrum; ſed ii fuêre co-
loni Tyriorum, non illorum Tyrii. Tamen ſi 3
qui Phœnices à Mari Rubro veniſſe dicendi ſunt,
hi ſunt Iſraëlitæ, qui Mare Rubrum transgreſſi
ex Ægypto veneruot in terram Chanaan. Phœ-

Euterp. c. 104. Joſeph. Antiq. l. 8. c. 4. et contra Appion. l. 1. Vide Gen. 34: 14. Jud. 14: 3. et 15: 18. 1 Sam. 14: 6. Jerem. 9: 26. Ezech. 28: 10. et 32: 23.
nicum enim nomine ab Herodoto etiam cenſeri
Judæos, inde Joſephus rectè colligit, quod is ſcri-
bit in Palæſtina circumcidi quoſdam Phœnicum:
cùm ibi circumciſionem apud nullos populos in
uſu fuiſſe certum ſit, præterquam apud Judęos.
Sed de his alibi pluribus.

Jam ſi roges cur Phœnices, ſi verè ſint poſte- 4
ri Chanaan, in Græcorum monumentis Chana-
næi nuſquam vocentur; reſpondebo Chananæos
puduiſſe ſui nominis, & deſiiſſe ſic appellari,
propter anathema contortum in patrem ſuum Cha-
naan: maximè cùm viderent à Judæis ſe bello pe-
ti internecino, & magnis affligi cladibus, non
alia de cauſa, quàm quod Chananæi eſſent. Ita-
que pro Chananæis *Syros*, *Aſſyrios*, *Sidonios*, *Phœ-
nices*, *Syrophœnices* appellari ſe maluerunt. Et Sy-
rorum quidem nomen, commune illis deinceps 5
cum circumfuſis gentibus, puto olim fuiſſe pro-
prium, cùm deductum videatur à Phœnices me-
tropoli Tyro. Eam enim צור *Sor* vel *Sur* He-
bræi nominant, & incolas *Sorim* vel *Surim*, qui
ipſiſſimi Σύροι ſuot.

Jam ſi præfigatur articulus, ut 1 Paral. 22: 4. &
Nehem. 13: 16. ex Sorim fient הצורים *Haſſorim*
vel Haſſurim, id eſt, Aſſyrii; quo nomine Tyrios &
Phœnices deſignari ſæpe videas. *Apud Aſſyrios ſi-*

Saturn. l. 1. c. 27. Georg. l. 2.
ve Phœnicas (ait Macrobius) *ingens inducitur Dea.* Et 6
Virgilius;

Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno.

Aſſyrio veneno, id eſt, purpura Tyria. Et in
deſcriptione Beroës apud Nonnum:

Dionyſ. l. 41.
——— Ἀσσύριον Λίβανον παρανίσσεται.

Aſſyrium Libanum pro Phœnicio appellat. Ab his
Aſſyriis planè diverſi ſunt אשורים Aſſyrii, filii Aſ-
ſur trans Euphratem & Tigrim; atque ipſa etiam

Herod. l. 9. c. 63.
Scriptura Hebraica multum diſcrepat. Cujus rei
ignoratione Græci ſcriptores duos populos tanta 7
locorum intercapedine a ſe mutuo diſſitos in unam
gentem ſæpe compingunt.

Porro quia Sidoni cum Tyro de primatu fuit
contentio, ut à *Sur*, quæ Tyrus eſt, Phœnices Σύ-
ροι Syri dicti ſuot & Aſſyrii; ſic à *Sidone Sidonii.* He-
ſychium id non latuit, qui Σιδόνιος interpretatur
Φοίνικας. Itaque LXX. Seniores *Phœnices* pro *Si-
donios*, Deut. 3: 9. & pro *Sidone Phœnicen* habent, Eſ.
23: 2. Quod non obſervo de nihilo. Nam inde
lux Jacobi vaticinio, quo prędixerat latus Zabulo-
nis futurum ad *Sidonem*, Gen. 49: 13. cùm certum
ſit Zabulonios non ſuperaſſe Carmelum, qui ab
urbe Sidone diſtat millibus XL. minimum. Clarum
ergo Sidonis nomen ibi pro urbe non ſumi, ſed pro
regione Phœnicis, quam attigêre Zabulonii. De
Phœnice & Syrophœnice dicetur libro ſequenti.

Populos undecim à Chanaane oriundos recen-
ſet Moſes, Sidonios, Hetthęos, Jebuſęos, Amor-
rhęos, Gergeſęos, Hevæos, Arkęos, Sinęos, Ar-
vadæos, Samaræos & Hamathæos. De ſingulis di-
cendum aliquid.

CAPUT XXXV.

Sidon, צידון.

Sidon non eſt admiratio, ut putavit Vir valde Do-
ctus. Potiùs à piſcium ubertate ſic appellatur, ut
habetur in Trogo. Sidon multò antiquior Tyro, &
Poetis multò notior. Sidon magna, Joſ. 11: 8. & Di-
od. lib. 16. & Melæ. Tamen poſt Sidonem à Perſis ca-
ptam, Tyrus par Sidoni fuit, aut etiam præferenda.
Utriuſque deſcriptio. Sareptæ unde nomen. Quomo-
do Sidon φιλόχαλκος. Incolarum induſtria, ſcientiæ,
& artes. Sidonii πολυδαίδαλοι. Quàm pacatè diu vi-
xerint.

Bochart. in Lex. Chald.
Quod vir, qui in his literis paucos habuit æ-
quales, *admirationem* explicat vocem צידון
Sidon, non ſine admiratione legi. In loco,
quem citat ex libro *Vaikra rabba*, nihil tale habe-
tur. Nec ibi explicatur צידון, ſed צדא vel הצדא
ex Dan. 3: 14. idque voce Græca אונטוס ὄντως, id
eſt, ἀληθῶς *verè*; ut Græci & Vulgatus habent. Ita-
que hęc οὐδὲν πρὸς ἔπος. Sed verum eſſe puto,
quod Sidonem ſcribit Trogus *à piſcium ubertate*
ſic appellari. Nam *Said*, id eſt, piſcatio, hodiè-
que Sidon dicitur, ut Galilææ oppidum *Bethſai-
da*, quaſi domum piſcationis dixeris. Nec Sido-

Jonathan. Deut. 33: 19. Kimchi et R. Selomo in Sophon. c. 1. v. 10.
ni minùs congruit, quam Hebræi nos docent eſ-
ſe ad mare piſcoſiſſimum. Itaque cùm Gen. 10:
15. legitur Sidon fuiſſe Chanaanis primogenitus,
per Sidonem intellige Sidoniorum patrem, vel
Sidonis conditorem; quocunque fuerit nomi-
ne.

Sidonem ex hoc loco diſcimus fuiſſe valde vetu-
ſtam, ut quę conditorem habuerit Chami nepo-
tem, Noachi pronepotem. Itaque licet Tyrum Si-
donis æmulam, antiquam, & Cadmæam, & Ogy-

Æneid. l. 4. Mart. l. 9. Dion. v. 911.
giam Poëtæ paſſim appellent, & Tyrii Eſaiæ 23: 7.
& Herod. lib. 2. antiquitatis nomine plurimum ſeſe
efferant; tamen Sidoni Tyrus cogitur ſubmittere
faſces & illam pro parente agnoſcere. *Poſt multos
deinde annos* (inquit Trogus lib. 18.) *à Rege Aſca-
loniorum expugnati* Sidonii, *navibus appulſi, Tyrum
urbem ante annum Trojanæ cladis condiderunt*: id eſt,
Joſepho interprete, Antiq. lib. 8. annis ducentis
quadraginta antequam Templi fundamenta jeciſſet
Salomon. Proinde cum de Sidone agatur in libris
Moſis, & Joſuæ, & Judicum, & in vaticinio Jacobi
Patriarchę, qui vixit diu ante Moſem, de Tyro ni-
hil reperimus ante tempora Davidis; niſi quis
מבצר צור, Joſ. 19: 29. putet eſſe *Palætyrum.* Ita-

Lib. 16.
que ut obſervat Strabo, οἱ μὲν οὖν ποιηταὶ τὴν Σιδόνα
τεθρυλήκασι μᾶλλον, *Sidonem quidem Poëtæ magis ce-
lebrant.* Et Homerus, qui Sidonis & Sidoniorum
meminit in tot locis, Tyrum ne nominat quidem.
Jam ſi de magnitudine certamen inſtituatur, in li-
bro Joſuę Sidon appellatur רבה *magna*, id eſt, in-
ter Phœnicias urbes maxima. Diodorus lib. 16.
πλούτῳ τε καὶ ταῖς ἄλλαις χορηγίαις ἡ πόλις πολὺ προεῖχε τῶν
κατὰ τὴν Φοινίκην πόλεων; τὸ δὲ μέγιστον, τριήρεις καὶ πεν-
τήρεις εἶχε πλείους τῶν ἑκατόν. *Opibus & aliis adminiculis lon-*

gi ſuperabat ea urbs reliquas Phœnitiæ urbes, & quod maximum eſt triremes & quinqueremes habebat plures centum. Pomponius; *Adhuc opulenta Sidon, antequam a Perſis caperetur, maritimarum urbium maxima.* Sed Tyrus illi deinceps, ſi Straboni creditur, ἐνάμιλλος conferenda; ſi Curtio, præferenda. Is enim Tyrum affirmat & claritate & magnitudine ante omnes urbes Syriæ Phœniceſque fuiſſe memorabilem, quo tempore obſeſſa eſt ab Alexandro. Circuitus erat XIX M paſſuum, intrà Palætyro incluſa. Oppidum ipſum viginti duo ſtadia obtinebat. Domus amplæ, magnificæ, pluribus tabulatis, & altiores quàm Romę. Eminebant potiſſimum templa ab Hiramo condita, Agenorium puta & Jovis Olympii, & Aſtartes, & Herculis Tyri maximè culti. In iis aureæ columnæ, & ſtantes è ſmaragdo cippi, & multorum Regum anathemata. Murus altus pedum CL è ſaxis ingentibus inter ſe gypſo commiſſis. Portus gemious, unus Sidoni objectus, alter Ægypto. Sidonis itidem Achilles Tatius, ſtatim operis initio, duos deſcribit portus anguſto aditu & lato ſinu, in quorum interiore naves hyeme ſe recipiunt, quia tutior eſt ſtatio. Tyrus à Sidone diſtat ſtadiis ferè ducentis. Ita habetur in Strabone. In medio Sarepta nomen habet ab æris & ferri fuſione, cujus ibi magnum fuiſſe proventum Hebræi colligunt ex benedictione Aſer horum locorum incolę, Deut. 33: 25. *Ferrum & æs ſub calceo tuo.* Atque hùc omnino pertinet illud Eumæi Sidonii apud Homerum antiquitatis ſedulum indagatorem:

Lib. 1 cap. 12. — *Plin. lib. 5. cap. 19.* — *Strab. lib. 16.*

Ἐκ μὲν Σιδῶνος πολυχάλκου εὔχομαι εἶναι.
Æriſera ex Sidone genus mihi glorior eſſe.

Odyſſ. O. verſ. 425.

Nec erat, cur interpretes Poëtæ verba traherent in alienum ſenſum, quaſi circa Sidonem æris fodinæ nullę fuiſſent.

Tyri & Sidonis incolis indulſerat Deus ingenium acre, vividum, & ad omnia flexile. Arithmetica & Aſtronomia ab iis manarunt ad Gręcos. Et ut taceam Recentiores, Sidonc Mochus de atomis philoſophari cœpit ante Trojani belli tempora. Et Abdemonus Tyrius quęſtionibus propoſitis Regem Solomonem provocare auſus eſt. Sed pręcipua celebritas ex Mechanicis Artibus. Tyri mixtura purpurę, Sidoni Vitraria, & Textura ſindonum ex lino tenuiſſimo feruntur inventa primùm. Et Fabrorum peritiam impensè laudat Solomon his ad Hiramum Tyri Regem 1. Reg. 5: 6. *Noſti non eſſe quenquam inter nos, qui ſciat cadere ligna ut Sidonii.* Hinc eſt quod Homerus appellat πολυδαιδάλους; & ſi quid concinnum in veſtibus, aut in vaſis affabrè factum, aut ludicrum in crepundiis, id tribuere ſolet Sidoniorum induſtrię. His artibus illorum opes in immenſum brevi crevêre, dum iis vacare licuit per longę pacis otium. Nam pacatè diu vixiſſe prę cęteris mortalibus vel hinc colligas, quod libri Judicum cap. 18. Sidonii proponuntur in exemplum ſummę ſecuritatis; ità enim habetur verſ. 7. de Lais incolis: *Habitabant ſecurè, pro more Sidoniorum, quietè & confidenter.*

Iliad 23. 743 et 6. 289. Et Odyſſ. 17. 424. et 4. 84.

CAPUT XXXVI.

De decem reliquis filiis Chanaan.

Hitthæorum ſitus. Quàm fuerint terribiles? Hitthæi Arba & Anakim. Cur pro Hetthæis Regibus Reges inſularum habeat Joſephus. Jebuſii Hieroſolymis. David illorum ſarcaſmis irritatus quid regeſſerit. Gordonius notatus. Jebuſiorum nomen maner in Ebuſo vel Ibiſſa. Amorrhæi quo loco. Poëtæ Chananæi carmen ἐπινίκιον à Moſe citatum. Amorrhæorum robur & proceritas. Raphaim illis permixti. Og Rex Baſan. Gergeſæi circa Geraſa vel Gadara, non in Africa. Solo nomen ab argilla. Hevæi non erant Tripoli, ſed in *Hermone* monte. Unde *Cadmonim* dicti, Gen. 15: 19. id eſt, Orientales. Hinc Cadmus & Harmonia. Hevæorum coloniæ. Hevæi & Hauvæi quid differant. Arkæi in Libano Arkam tenuêre, unde Venus Architis. Sinæi aliis prope Arcam. al. in monte Sina, al. in Cypro & Amathunte. Peluſii potiùs. Arvadæi vel Aradii in Arado & circa Aradam. De Arado multa Strabo. Ibi aqua dulcis ex alto maris per tubos trahitur. Curtius Thalaſſus Aradi cur vivus combuſtus cum Romanorum quatuor cohortibus. Aradiorum remiges, Ezech. 27: 8. & ſtudium rei navalis. Tripolis conſtabat ex Aradiis, Tyriis & Sidoniis. Aliæ Aradi. Samaræi à Samaritanis re & ſcriptura diverſi. Iſidorus & Hieronymus emendati. Edeſſa & Emeſa ubi ſitæ. Simyra prope Orthoſiam. Samaræi Orthoſitæ. Hamathæi ab Hamath, quæ aliis Antiochia, aliis Epiphania; quod verius. *Hama* hodiè. Ibi Terræ Sanctæ terminus. Mendum in Epiphanio. Pherezæi in montanis. Chananæi ad mare & prope Jordanem ſpeciali nomine ſic dicti. Cinæi & Cenizæi, Gen. 15: 19. alioqui valdè obſcuri. Euſtathius emendatus.

Hitthęi filii *Heth* habitarunt circa Hebronem & Berſabeam ad Auſtrum terrę Chanaan. Hi fuêre vicinis tam terribiles, ut חתתה *hittha* vox inde deducta pavorem ſignificet & ſubitam conſternationem. Qualis invaſit Syros Samariam obſidentes, cùm Hitthęos à Rege Iſraël adverſus ſe conductos eſſe ſuſpicarentur, 2. Reg. 7: 6. Hitthęus erat nimirum is Arba, de quo diximus, cujus filius *Anak*, nepotes *Achiman*, *Seſai* & *Tholmai*, reliquique poſteri *Anakim* vel *Enakim*, ex parentis nomine dicti, tanta mole fuerunt, ut prę illis Iſraëlitę viderentur pumiliones & locuſtarum inſtar. Ex eo loco, quem diximus 2. Reg. 7: 6. pro מלכי החתים, id eſt, *Regibus Hitthæorum* Joſephus habet τὸν (βασιλέα) τῶν νήσων, *regem inſularum*, Antiq. lib. 9. cap. 2. quaſi חתים iidem eſſent qui כתים, *Cheth* & *Caph* permutatis. Idem enim lib. 1. cap. 7. inſulas omnes aſſerit dici כתים *Chetim*.

Joſ. 15: 13, 14. — *Num. 13: 23.* — *Num. 13: 34.*

Jebuſii, virtute bellica non inferiores Hitthęis, Hieroſolymam & Sionis arcem Judęis invitis tenuerunt uſque ad tempora Davidis; qui cùm eam obſeſſum iret, illi fiduciâ loci, & in Regis contumeliam, non alios quàm cęcos & claudos cuſtodes mœnibus appoſuerunt, militari licentia hoc ſubinde ingerentes: *Non huc accedes, quin te arceant cæci & claudi*, id eſt, ignaviſſimi quique. Quibus David provocatus in hęc verba prorupit; *Quiſquis Jebuſæos percuſſerit primus, is erit dux & imperator.* Rurſus: *Quiſquis percuſſerit Jebuſæos, is dejiciat in alveum* muro proximum, *tam cæcos quàm claudos Davidi maximè exoſos.* Quę cùm planiſſima ſint, non erat cur Viri undecunque Docti in illorum expoſitione tantoperè ſe fatigarent. Gordonium miror imprimis, qui dicam Judęis hîc impingit, quaſi fontes Hebręos hoc loco corruperint. Jebuſiorum nomen creditur manere in Ebuſo, hodiè Ibiſſa, inſulâ prope Hiſpaniam; ubi una fuit ex Phœnicum coloniis.

Joſ. 15: 63. Jud. 1: 21. et 19: 10. — *2. Sam. 5: 6 et 1. Chron. 11: 6.*

Amorrhęi Judęę montanis inſederant; ſed plerique Jordanem tranſgreſſi bellum intulêre Moabitis & Ammonitis, & occupaverunt Baſan & Heſbon, & quicquid terrarum eſt inter fluvios Jabok & Arnon: in cujus victorię memoriam Poëta Chananęus ſcripſit carmen ἐπινίκιον, quod Moſes libris ſuis inſerere dignatus eſt. Hos fuiſſe teſtatur Amos proceritate cedris, robore quercubus pares; quia gigantes Rephaim (quorum unus fuit Og Rex Baſanis) vel ex Amorrhęorum genere, vel Amorrhęis erant permixti.

Joſ. 5: 1. Num. 13: 30. Num. 21: 27. Amos 2: 9. Deut. 3: 11 et 2: 20.

Gergeſęos hęſiſſe circa Geraſa vel Gedara trans Jordanem uſque ad Chriſti tempora ex Evangelio diſcimus, Matth. 8: 28. Contra quam Hebręi ſcribunt, eos in Africam ſeceſſiſſe adveniente Joſua. Gergeſęos veriſimile eſt ab argilloſo ſolo dici; Hebręis enim גרגש *garges* argillam ſonat. An hi Circeſium condidere ad confluentem Euphratis & Aborrhę?

Vide et Marc. 5: 1. et Luc. 8: 26. Talmud. Hieroſolym. tract. de juram. cap. 6.

Hevęo-

Joſ. 13: 1. Jud. 3: 3. Hevæorum habitatio non fuit circa Tripolim, ut putavit Hieroſolymitanus Interpres, qui pro Hevæis habet טרפולאי Tripolitanos, ſed in Hermone monte. Qui cùm ad Orientem terræ Chanaan maximè vergat, ut ex Pſalmo 89. verſ. 13. rectè colligit Chaldæus Paraphraſtes, meritò Hevæi *Cadmonim*, id eſt, Orientales dicuntur, Gen. 15: 19. Ex Hermone & Cadmonæis Cadmi nomen palam ſumptum eſt & uxoris ejus Harmoniæ, quos fuiſſe Hevæos vel inde conſtat, quod utrumque fabulantur in ſerpentem fuiſſe mutatum. Nempe Hevæorum nomen ſerpentes Hebræi ſic dictos putant, quia Troglodytæ fuêre, & ſerpentum inſtar ſubibant terræ cavernas. *Joſ. 11: 19. Gen. 34: 2.* Hevæorum coloni Gabaonitę & Sichemitæ fuêre; quorum illi Hieroſolymis hi Samarię finitimi magis erant ad Occidentem.

Moſes Gerund. in Deut. 2: 23. R. Nachman. in Joſ. 13: 3. Cum Hevæis חוים Hawæos העוים video confundi paſſim, etiam ab Hebręis; quod mihi minus probatur; nam neque nomen convenit, neque ſedes fuit eadem. Illi enim Hermonem, ut diximus, hi Palęſtinam incolebant, Joſ. 13: 3. Unde pulſi à Caphthorę̧is, Deut. 2: 24. putantur Euphratem trajeciſſe, atque inde in Samariam ab Aſſyriis tranſlati, 2. Reg. 17: 31. Cæterum non videntur fuiſſe ex genere Chananæorum.

Arkæi tenuêre Arcam, vel Arcen, urbem in Libano ſitam, cujus meminêre Ptolemęus & Joſephus ex Menandro. *Antiq. lib. 1. cap. 7.* In ea credo fuiſſe templum Veneris Architidis à Phœnicibus impenſè cultæ, ut teſtatur Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 27. Venus Architis eadem cum Aphacite, ut ſuo loco dicemus.

Scribit Hieronymus non procul ab Arca fuiſſe *Sin* Sinæorum urbem; quæ poſteà vario eventu bellorum ſubverſa nomen tantùm loci priſtinum reſervaverit. Arabs Pariſ. Edit. reddit אלטראבלסין *Tripolitanos*. Sunt qui Sinæos Sinæ montis accolas fuiſſe putent; quod vix patitur illius eremi vaſtitas; in quo Sina mons. At pro Sinęis Jonathan & Onkelos habent אנתוסאי *Amathuſios*, Hieroſolymitanus קפרוסאי *Cyprios*, quaſi Sinęi navigantes in Cyprum Amathuntem condiderint; à quo Cyprum *Amathuſiam* appellavit Xenagoras, & Cyprium frumentum Hipponax Amathuſium. *Plin. lib. 5. cap. 31. Strab. lib. 8.* Verum enimvero ſi libet ex terra Chanaan Amathuſios arceſſere, quidni habita nominis aliqua ratione eos potiùs derivabimus ex Amathęis cum Euſebio & authore Chronici Alexandrini? Ego Sinęorum nomine Peluſiotas intelligo; quorum urbs cur *Sin* à Syris dicatur & Πηλούσιον à Gręcis jam diximus, *Ἀμαθοῦς ἐξ ἧς Ἀμαθούσιοι.* ubi de Pathruſęis. De his Sinęis agitur, Eſa. 49: 13.

Qui ſequuntur Arvadęi, vel Aradii, Aradum inſulam occupaverunt in ora Phœnices ad os Eleutheri fluminis, & partem vicinæ continentis, ubi Antaradus, Marathus, Laodicæa. Inde Hieroſolymitanus Interpres pro Arvadæis habet אנטרדאי *Antaradios*, & Jonathan לוטסאי, corruptè pro לותכאי, id eſt, Laodicenſes. De Aradiis alibi multa ſparſim, ſed in uno Strabone omnia: *Laodicea*, inquit, *propinqua ſunt oppidula Poſidium, Heraclium, Gabala*, (forte גבל *Gebal*, Ezech. 27: 9.) ἀπ' ἤδη ἡ τῶν Ἀραδίων παλαιὰ (lege παραλία.) *Deinde Aradiorum maritima regio, Paltus; Balanæa, & Caranus Aradiorum navale. Poſtea Enydra & Marathus, antiqua Phœnicum urbs nunc diruta. Agrum ſorte diviſum Aradii tenent.* Et paulò pòſt: *Ante jugum quoddam & importuoſum littus Aradus jacet, inter ſuum navale quod diximus & Marathum, diſtans à terra ſtadiis viginti. Eſt autem ſaxum circumfluum, ſeptem fere ſtadiorum ambitu, habitationibus plenum; huc uſque tam populoſum, ut domos inhabitent multarum contignationum. Illud condidiſſe aiunt quoſdam è Sidone exules.* Quod haudquaquam conceſſerim, quia ex Moſe apparet Sidonios & Aradios Phœnicum eſſe diverſas tribus. Addit in pace aquari partim ex ciſternis, partim ex oppoſita continente; in bello aqua dulci per tubos petita ex imo freto. Ita etiam Plinius lib. 2. cap. 103. *Dulcis hauſtus in mari plurimis locis, ut ad Chelidonias inſulas & Aradum.* Et lib. 5. cap. 31. *Et jam dicta Arados, inter quam & continentem quinquaginta cubita alto mari (ut author eſt Mutianus:) è fonte dulci aqua tubo coriis facto uſque à vado trahitur.* Aradiis olim proprii fuêre Reges; donec Perſarum, deinde Macedonum, & tandem Romanorum jugum ſubire coacti, priſtinæ tamen potentiæ aliquid retinuerunt, & oppoſitæ continentis partem non contemnendam ſub ditione ſua habuerunt. Quo imperio mirum videri queat illos à Romanis non fuiſſe ſpoliatos; cùm ſub Auguſti initia *Curtius Thalaſſus* (al. Salaſſus) *in inſula Arado cum quatuor cohortibus vivus combuſtus eſt, quod tributa graviùs exigeret*, ut habetur in Euſebii Chronico. Sed ex Dione diſcere eſt, Hiſtor. lib. 48. hæc perpetraſſe Aradios in Antonii odium; qui pleraque Syriæ oppida acerbiſſimis exactionibus per præfectos ſuos miſerè divexabat: quod multis motibus præbuit occaſionem; ὥστε καὶ τοὺς Ἀραδίους τοὺς νησιώτας μήθ' ὑπακοῦσαί τε τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πρὸς σφᾶς ἐπὶ χρήματα πεμφθεῖσι, καὶ προσέτι καὶ φθεῖραί τινας αὐτῶν. *Ita ut Aradii inſulares iis, qui ad ſe pecuniæ exigendæ cauſâ miſſi fuerant, non modò non obtemperarent, ſed & eorum nonnullos interimerent.* Aradios maximè commendavit rei navalis peritia. Strabo; *Huic verò fœlicitati etiam providentiam addiderunt, & ſtudium rei navalis.* Inde eſt, quod ex Arado & Sidone remiges habuit Tyrus, Ezech. 27: 8. *Habitatores Sidonis & Arados fuerunt remiges tui.* Sed & eoſdem bellica virtute polluiſſe docet, quod habetur verſ. 11. *Aradii cum copiis tuis ſuper muros tuos circumquaque.* Phœnices urbs clara Tripolis partim ex Aradiis conſtabat, partim ex Tyriis & Sidoniis. Scylax in Periplo; αὕτη ἐστὶν Ἀράδου, καὶ Τύρου, καὶ Σιδῶνος. ἐν τῷ αὐτῷ τρεῖς πόλεις, καὶ περίβολον ἑκάστη τοῦ τεῖχος ἴδιον ἔχει. Strabo lib. 16. Τρίπολις ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος τὴν ἐπίκλησιν εἰληφυῖα. Τριῶν γάρ ἐστι πόλεων κτίσμα, Τύρου, Σιδῶνος, Ἀράδου. Diodorus lib. 16. τρεῖς γὰρ εἰσὶν ἐν αὐτῇ πόλεις σταδιαῖον ἀπ' ἀλλήλων ἔχουσαι διάστημα. ἐπικαλεῖται δὲ τούτων, ἡ μὲν Ἀραδίων, ἡ δὲ Σιδωνίων, ἡ δὲ Τυρίων. Plinius lib. 5. cap. 20. *Tripolis, quam Tyrii, & Sidonii, & Aradii obtinent.* Etiam Antiochia Pieriæ nomen vetus erat Aradus, ut & inſulæ cujuſdam prope Cretam, & alterius inſulæ in mari Perſico; ut puto ab his Aradiis, quamvis Perſici Aradii Phœnicios jactitarent ſuos eſſe colonos.

Jam venio ad Samaręos; quos qui cum Samaritis ex monte Somron confundunt nihil aliud quàm ſuam produnt in literis Hebraicis infantiam; *Orig. lib. 9. cap. 2.* cùm, ut cætera taceam, צמריים Samaræorum nomen Hebræum multò aliter ſcribatur quàm שומרונים Samaritanorum. Pro Samaræo Amaręum Iſidorum ſcripſiſſe non monerem, niſi gravius mendum ſubeſſet in his illius verbis; *Amaraus, à quo Syria nobilis civitas, quæ vocatur Cælis.* Sed quod facilè corrigas ex Hieronymo, qui ſic habet: *Samaræi, quibus Edeſſa nobilis Syriæ-Cœles civitas.* At Iſidorus Edeſſę mentione omiſſa ex Cœle Syrię, fecit Cœlim, Syrię nobilem urbem. Sed & Hieronymi verba mihi de mendo ſuſpecta ſunt. Cùm enim trans Euphratem Edeſſa ſit, & in Meſopotamia potiùs, ut habetur apud Strabonem, Euſebium, & Ptolemęum; quidni legamus Emeſſam, vel Emiſam, pro Edeſſa, pręeunte Paraphraſi Jonathanis & Jeruſalem, in quibus pro Samaręis reperio חמצאי *Emeſenos*? Quod ipſum voluit

Arabs Nuperæ Editionis, qui hîc habet אלחמצין. Emeſa certè fuit urbs Cœle-Syriæ nobilis ad Orontem poſita; de cujus Regibus Sampſigerano (Sampſiceramum vocat Strabo) & Azizo, & Sohemo, & Jamblicho, multa legere eſt apud Joſephum. Potuit & Semarajim urbs in Tribu Benjamin, & in littore Phœnices prope Orthoſiam Simyra, Semaræos habere conditores. Hûc facit, quod Euſebius Orthoſitas deducit ex Samaræis: Σαμαραῖος, inquit, ἐξ οὗ Ὀρθωσῖται.

Hamathæi ſoli ſuperſunt, terræ Hamath incolæ; quorum metropolis Hamath [a] eſt Antiochia, ſi Olympiodoro [b] credimus, & Paraphraſtis Jonathani & Hieroſolymitano, [c] & Rabbino Selomoni. [d] Sed obſtat, quod in Scriptura toties *ad introitum Hamath* [e] Septentrionalis figitur Terræ Sanctæ terminus; quam nemo locorum peritus Antiochiam attigiſſe dixerit. Huic dubio facile eſt occurrere ex Hieronymo, qui [f] Hamath vel Hemath duplicem fuiſſe ſtatuit, quarum una ſit Græcorum Antiochia, altera Epiphania. Illam addit vocari *magnam*, Amos 6: 2. ad diſtinctionem minoris, Epiphaniæ ſcilicet. Idem Hieronymus poſt Joſephum [g] ſæpè aſſerit [h] *Hemath* uſque hodiè vocari Epiphaniam. Proximè accedit nomen Arabicum *Hama* in Nubienſi Geographo [i]. Igitur utut Judæorum fines longè infra Antiochiam ſubſtitiſſe concedamus, tamen ab Epiphania, quæ & ipſa vocatur *Hamath*, non erant valde diſſiti. Cur in cenſu filiorum Chanaan pro Hamathæo Φιλισταῖον ſcripſerit Epiphanius [k], aliis divinandum relinquo. Arabs Pariſ. rectè habet אלחמאין.

Antiq. lib. 19. c. 7. & l. 20. c. 5. Et Belli Jud lib. 7. cap. 17. Joſ. 18: 22.
a 2 Reg. 23: 22. & 25: 21. Jer. 39: 5. et 52: 9. 27.
b Olymp. in Jer. 52.
c In Gen. 10. verſ. 18.
d In Amos 6: 2.
e Num. 13: 22. et 34: 8. Joſ. 13: 5. Jud. 3: 3. etc.
f In Amos lib. 3.
g Antiq. lib. 9. c. 7.
h Com. in Eſ. cap. 10. & in Zach. c. 9. & de locis Hebr. et Quæſt. in Gen.
i Clim. 4. part. 5.
k Hæreſ. 66. §. 84.

Hi undecim populi originem debent undecim filiis Chanaan, qui quidem plures liberos habuiſſe non legitur. Itaque *Pherezæi* & *Chananæi* ſpecialiùs ſic dicti, quos inter poſteros Chanaan ab Iſraëlitis internecino bello delendos paſſim recenſet Moſes [l], etiam hûc referendi ſunt. Sed ad quam familiam pertinuerint horum undecim, dicere non eſt obvium; cùm altum ea de re Scripturæ ſit ſilentium. Id ſolum ex Scriptura conſtat Pherezæos [m] habitaſſe in montanis & ſylveſtribus locis; Chananæos [n] partim ad mare, partim ad ripas Jordanis. Hinc agreſte hominum genus Pherezæos fuiſſe colligas; qui cùm procul ab urbibus in ſolis pagis degerent Pherezæi dicti ſunt, non immerito. Hebræi quippe pagos פרזות *pharazoth*, paganos פרזים *pherazim* vocant.

l Gen. 15: 20. Exod 3: 8, 17. & 33: 2. et 34: 11. etc.
m Joſ. 11: 3. et 17: 15.
n Num. 13. 29. Deut. 1: 7. et 11: 30.

Fortè Chananæis etiam ab argumento nomen inditum; Hebraicè nimirum כנענים Chananæi ſunt mercatores, quales eos fuiſſe par eſt, qui mari magno & Jordani finitimi, terras coluêre mercibus comportandis tam commodas. Niſi Chananæorum appellationem illis indultam fuiſſe putes ſpeciali prærogativa; eò quòd inter Chanaanis poſteros aliquando tenuerint principem locum.

His inſuper addi poſſunt Cinæi & Cinizæi, quos in promiſſione Abrahamo facta, Gen. 15: 19. in unum faſciculum conjicit Deus cum cæteris Chananæis ab Iſraële ſubjiciendis. Cæterum de his populis nihil quicquam reperi, præterquam in Euſtathii Antiocheni Epiſcopi Hexaemero, ubi Cinæos aſſerit habitaſſe *circa Libanum & Amarum*; ſed legendum eſt *Amanum*. Horum ego nomen deletum fuiſſe putaverim in eo temporis intervallo, quod inter Abrahami & Moſis ævum interceſſit. Id certè neceſſe eſt, in obſcuro latuiſſe tempore Joſuæ, qui nec in diviſione terræ, nec in cenſu gentium à ſe devictarum illorum meminit uſpiam.

Κιναῖοι περὶ Λίβανον ὄντες καὶ Ἄμαρον.

Hi ſunt poſteri Chanaan, qui per annos ſeptingentos plus minus occupavêre terrarum quicquid eſt ab Idumæa & Palæſtina uſque ad Orontis oſtium. Scio terram Chanaan intra breviores limites à Moſe coerceri Septentrionem verſus. Sed Moſes eam duntaxat illius terræ portionem deſcribendam ſibi proponit, quam Deus poſſidendam Iſraelitis indulſerat.

CAPUT XXXVII.

Fines Chananæorum.

Cur Chanaan pro Chamo fuerit maledictus. Ratio Theodoreti petita ex libro Bereſith Rabba. Cur ex undecim familiis, quas diximus, ſolùm quinque internecioni devotæ. Arcana Dei judicia. Sidon, id eſt, Sidoniorum ager, Terræ Chanaan limes ſeptentrionalis. Gerara, Gaza. De Sodomæ excidio Strabo, Tacitus, Solinus. Laſa vel Leſa non eſt Lais, ſed Callirhoe, ut reddunt Jonathan & Hieronymus. Ibi aquæ calidæ. Callirhoes verus ſitus. Solinus notatus. Fortè Laſa eſt Ptol. *Lyſa* & Joſephi *Luſſa*. Aliud *Alus* & *Eluſa*, ubi Venus & Lucifer a Saracenis culti; Chald. חלוזה. Chananæi à Judæis pulſi quò ſeceſſerint, & quas urbes condiderint.

Operosè quæritur, cur Chami maledictionem in caput filii Chanaan Noa contorſerit. Reſpondet Theodoretus in Geneſ. quæſt. 57. ab Hebræo quodam ſe didiciſſe primum Chanaan avi ſui verenda animadvertiſſe, & patri oſtentaſſe, tanquam de ſene ridentem. Et verò talem quid legitur in Bereſith Rabba ſect. 37. qui liber ſcriptus fuit diu ante Theodoretum. Sed quæritur iterum, cur ex poſteris Chanaan in hos potiùs, quàm in illos, contorta ſit eadem maledictio. Siquidem ex Chananæorum familiis undecim ſex immunes præſtitit Deus ab hoc anathemate; Sidonios nimirum, & Arkæos, & Sinæos, & Aradios, & Samaræos, & Hamathæos. Cæteros, arcano quidem judicio ſed juſtiſſimo, internecioni devovit.

Horum fines ita deſcribit Moſes, Gen. 10: 19. *Fuitque terminus Chananæorum à Sidone, quà venis Geraram, Gazam uſque. Et Gaza, quâ venis Sodomam & Gomorrham, & Admam, & Seboim, & Leſam uſque.* Sidonis nomine intellige non urbem ſolùm, ſed regionem Sidoniorum, quæ ab urbe Orientem verſus patebat prope ad Jordanis fines. Hic fuit terræ à Judæis mox occupandæ limes ſeptentrionalis. Cætera ad meridionalem pertinent. Gerara & Gaza ſunt Philiſtæorum urbes vicinæ, quarum Gaza eſt notiſſima. Gerara Abrahami & Iſaaci peregrinationibus nobilis, Gen. 20, & 26. & Chuſæorum clade. Sodoma & Gomorrha ſuâ. Admam & Seboim ejuſdem criminis reas idem conſumpſit ignis. Hujus incendii meminêre Strabo, Tacitus, Solinus. Supereſt de Leſa vel Laſa dicamus; Hebræos לשע. Sunt, qui Cæſaream Philippi interpretantur, id eſt, ליש *Lais*, quaſi Laiſa ſit eadem cum Laſa; aut quia Euſebium ſequuntur, cui Laſa eſt Chananæorum terminus circa Sidonem, cùm fuerit in terræ Chanaan angulo planè oppoſito, ut verba Moſis palam arguunt. Itaque melius Jonathan pro Laſa habet קלרהי *Callirhoen*; in qua eadem ſententia eſt Hieronymus; *Laſa*, inquit, *ipſa eſt, quæ nunc Callirhoe dicitur, ubi aquæ calidæ prorumpentes in mare Mortuum defluunt.* De his aquis ita Plinius lib. 5. cap. 16. *Eodem latere* (à Meridie Aſphaltitis) *eſt calidus fons medicæ ſalubritatis Callirhoe, aquarum gloriam ipſo nomine praferens.* Tamen Callirhoen Ptolemæus ab Oriente ponit; quod his Joſephi de Herode conſonum: διαβὰς γοῦν τὸν Ἰορδάνην τοῖς κατὰ Καλλιῤῥόην θερμοῖς ἐχρῆτο, ταῦτα δ' ἔξεισι μὲν εἰς τὴν Ἀσφαλτῖτιν λίμνην. *Jordanem tranſgreſſus apud Callirhoen aquis calidis utebatur, quæ in lacum Aſphaltitem exeunt.* Solinus Hieroſolymis proximam facit: *Callirhoe*, inquit, *Hieroſolymis proxima, fons calore medico probatiſſimus.* Sed ridiculè, ut ſolet. Neque enim potuit Hieroſolymis eſſe proxima Callirhoe, quia trans Jorda-

Gen. 20. et 26.
2 Par. 14: 13.
Strab. l. 16.
Tacit. hiſt. lib. 5.
Solin. c. 36.
De Bello Jud lib. 1. cap. 21. vide et Ant. l. 17. c. 8.

Jordanem erat & lacum Aſphaltitem. Eſt & cur ſubdubitem, an verè לשע Laſa ſit Callirhoe. Laſa fuit in termino meridionali terræ Chanaan; Callirhoe non item. Cùm Judæi ad Auſtrum illius non pauca poſſederint. Itaque ſi qui velint Judææ terminos Notum verſus latiùs promoveri, eorum erit perpendere, nunquid Laſa vel Leſa ſit urbs Arabum Λύσα Lyſa, quæ apud Ptolemæum medio ferè ſpatio ſita eſt inter Mare Mortuum & Erythræum. Eadem eſt Joſepho Λύσα, in cenſu
Antiq. lib. 14. c. 2. earum, quas Judæorum Rex Alexander ſupra Arabes uſurpaverat.

Aliud אלוש Alus deſerti locus, ubi caſtra metati ſunt Iſraelitæ, Nom. 33: 13. Aliud item Ἔλουσα, Ptolemæo Idumææ, Stephano olim Arabiæ, dein tertiæ Palæſtinæ urbs, de qua Hieronymus in vita Hilarionis: *Vadens in deſertum Cades*, &c. *pervenit Eluſam, eo fortè die quo anniverſaria ſolemnitas omnem oppidi populum in templum Veneris congregaverat. Colunt autem ob Luciferum, cujus cultus Saracenorum natio dedita eſt*. Cætera ibi vide. Eleuſa, id eſt, חלוצה, quomodo שור *Sur* redditur, Gen. 16: 7. à Hieroſolymitano Interprete. Tamen pro Leſa in Arabica Paraphraſi legitur הלוץ *Chalus*, id eſt, *Eluſa* ut diximus.

Hactenus de veteri Chananæorum habitatione; cujus mediterranea cedere Judęis coacti, cùm in terram Chanaan illos introduxit Joſue, in littoralem tęniam ſeceſſerunt, quæ à Syria Caſſiotide longo tractu extenditur uſque in Palęſtinam propriè dictam, id eſt, Philiſtęorum Pentapolim. Ibi Paltoo, Balaneam, Aradum, Simyra, Orthoſiam, Tripolim, Botryn, Sareptam, Tyrum, Sycaminoo, Turrim Stratonis; & in mediterraneis Marathum, Antaradum, Arcam, Gabalam, Capharzabam, Straboni Crocodilorum urbem, de novo condiderunt. Et Gebal ſeu Byblum Cinyræ Regiam, Berytum, Sidonem, Aczib ſeu Ecdippam, Acco ſeu Ptolemaidem, Doram, Japho ſeu Joppen, Jabneel ſeu Jamniam, jam conditas multum auxeruot; atque inde libero mari commeantes nova & externa domicilia armis ſibi quęſiverunt, & frequentes colonias penè toto orbe diffuderunt. Quod libro ſequenti pleniùs exequi libet.

CAPUT XXXVIII.

Explicatio decimi capitis Geneſeos de diviſione gentium ex Hebræo libro Juchaſim.

Juchaſim, id eſt, genealogiæ. Libri quis author, quando ſcripſerit, ubi excuſus. Diviſioois gentium προηγύμενα. Ararat eſt Armenia. Ibi Arcæ reliquiæ pro medicina & theriaca. Inde ὑπεργηρασμοί. Cur longævi primi homines. Præter tres Noæ filios quartus Ionicus, Aſtrologiæ doctor & Polemices. Hæc fabula in notis refellitur. Noa jam tum ætate provectior. Omnes homines è tribus filiis Noæ. Cur ætati illius non attexatur hæc clauſula, *& genuit filios, &c.* Saturni tres liberi. Orbis in tres partes diviſus. Moſis ſilentium de quarto filio Noæ. Commenti hujus authores quàm novi & ſubleſtæ fidei. Fruſtra citari Methodii Chronica, qui nulla ſcripſit. In verbis, quæ Methodio tribuunt, nihil ſani. In ſupputatione annorum manifeſtus ἀναχρονισμός. Ionici nomen eſſe Græcum & ἀνώνυμον. Terra Ethan, ubi Ionicus, nullibi gentium. *Fluvii Ethan*, Pſ. 74: 15. *Ethan* in Joſepho non eſt terra fluviis irrigua, &c. ut putavit Iſidorus Peluſiota; ſed Solomonis prædium prope Hieroſolymam. Fluvii *ethan*, id eſt, rapidi. Multos Veteras ita reddere. Sic *torrens ethan* Amos 5. Et *maris ethan*, id eſt, robur, Exod. 14: 27. Nimrod gigas ἀνδράγαθος in Pſeudo-Methodio. Ibid. Nimrod è Semi ſtirpe contra Moſem & Eſdram. Ibid. Daniel plagiarius. Ibid. pro Babylonis Perſæ & Græci primi regnant. Ibid. Græci è Semi ſtirpe. Ibid. Ionicus, vir ſcilicet θεόπνευστος, malorum incentor Nimrodo. Injurios eſſe in Methodium virum ſanctum & benè doctum, qui has nugas illi tribuunt. Author *Juchaſin* LXXII familias deducit è tribus Noæ filiis; Hebræorum alii tantùm LXX. Idem non ſatis extendit limites filiorum Japheth. Et confundit Portugalliam cum promontorio Finis terræ. Et Gomer & Magog habet pro eodem populo. *Halic* quid ſit. Mediam malè jungi Moſcoviæ. Fluvius *Athel*, id eſt, *Rha* ſeu *Volga*. Urbs *Athel*. Mare *Chozar*, id eſt, Caſpium. Terra *Chozar*. Media hodiè *Servan*. Malè ponitur ad Occaſum Maris Caſpii. *Thabal* cur velit eſſe *Sepharad* ſeu Hiſpaniam. *Meſech* Ruſſia. *Moſchinus* fluvius, id eſt, *Moſcou*. *Thubal* & *Meſech* eſſe vicinos populos. Thraciam non rectè poni inter Venetias & Hungaros. *Aſcenaz* non eſt Germania. Bohemia cur caput Germaniæ. *Riphat*, id eſt, *Aquileienſes* & *Tarviſiani*, qui circa Venetias. Cur ex Aſia veniſſe dicantur & ex *Idiagik*. Veneti ex Paphlagonia. *Thogarma* non eſt *Turcheſtan*. *Eliſa* inſulæ Archipelagi. Helleſpontus quaſi *Eliſæ Pontus*. Conſtantinopolis quomodo Hebraicè & Arabice ſcribatur. *Tarſis*, id eſt, Tarſus, *Cithim* Cyprus, *Dodanim* Rhodus, quæ ſingula refelluntur. Filii Chus in Æthiopia & Mauritania: imò ſunt Saraceni. *Aljeman*, Auſtralis pars Arabiæ Fœlicis. *Seba* & *Sceba* filii Chus non habitarunt in *Aljeman*, ſed *Sceba* Abrahæ filius. Phutæi in Libya. Terra & fl. Phut. Ninive *Moſal*. *Calach* Calacene vel Calachene. *Caphthor* an *Damiata*. Ægypti Regum à Miſraimo uſque ad tempora Moſis longa ſeries deprompta ex hiſtoriis Arabum. *Kobtim*, à quo *Cophtita*. Regni Ægypti tranſlatio à Caphthoræis ad Cophtitas. *Tutu Pharao* Abrahæ æqualis. Mater ejus *Churia* ancillam Agar Saræ dedit. Aliis Agar filia Pharaonis. Pharao *Rian* Joſapho, Pharao *Talma* Moſi σύγχρονος. Cur hæc ſuſpecta. Amorrhæus non legitur habitaſſe prope Jeruſalem. *Georgeſtan* ex Guirgaſæis. Contra, Matth. 8: 28. Georgi populi. Hevæi ante Libanum in Hermone. *Arka* à Tripoli quantum diſtat. *Sinai* non ſunt Tripolitani, ſed Peluſiotæ. *Aradus* ubi. *Semarai* tenent Emeſam. *Amathai Hamam*, id eſt, Epiphaniam. Sem non eſſe Melchiſedechum, nec ædificaſſe Jeruſalem. Salem ubi fuerit. Semi filios non omnes habitaſſe ab Euphrate ad Indiam. Aramæi conditores Trachonitidis & Damaſci. Ebræi ab Ebere dicti. *Meſa* non eſt *Meecha*, ſed *Muſa*. Meecha locus peregrinationis. Mahumeth ubi ſepultus. *Mediaath alnabi* quomodo aliter vocetur. Filii Jectan in *Aljeman*. Regnum Aljeman & Seba vel Sabæorum idem. *Sanaa* metropolis regni *Jeman*, *Uzal* Hebræis. *Hatſarmaveth* ſervavit nomen.

Ut ſuprà ex Joſepho Ben-Gorjon; ita hîc ex libro *Juchaſim*, ſive genealogiarum, qui in manus noſtras nuper incidit, viſum eſt hic adjicere quicquid pertinet ad hiſtoriam diviſionis gentium, in qua verſamur. Author Abraham Zachut, Judæus Salmanticenſis, qui ſcripſit A. Chriſti 1502. Conſtantinopoli excuſus eſt A. 1556. & Cracoviæ A. 1580. Quam editionem nos hic ſequimur.

DIVISIONIS GENTIUM προηγύμενα.
fol. 134. b.

אחכ״ איש צדיק תמים זה ינחמנו נח שמו ולתר״ שנה לחיו היה המבול על הארץ הקב״ה הצילו בתיב׳ א׳ ותנח תיבתו על הרי׳ ארט הנק׳ ארמניא ועד היום יש רושם שמה ובימים הקדמונים היו מתרפאים מהם כמו התריאק בזמנינו כך כתב בן גוריון בספרו הארוך עוד כתב כי היו חיי הקדמונים ארוכים בהשגחה אלהי׳ כדי שיוכל להשלי החכמות וכתוב בתורה כי נח ושלוש בניו יצאו בהתיב׳ וכתבו * בתאריבי׳ כי אחכ״ נולד לו בן רביעי שמו יוניקו ולמד בעולם חכמת התכונה ולמד לנמרוד אופן המלחמה ומהג׳ בנים של נח היו עב׳ משפחות מפא טו״ ומשם כה׳ ומחם לב״ז

* Arabice תאריך eſt æra, vel notatio temporis.

Poſtea fuit vir juſtus & integer, de quo ſcriptum eſt, *iſte conſolabitur nos*, *Noa nomine. Hujus ætatis anno ſexcenteſimo Diluvium fuit ſuper terram; ſed ſervavit eum Deus benedictus in arca, quæ quievit ſuper montibus Ararat, id eſt, Armenia; ubi hodiéque ſuperſunt arcæ veſtigia* (nempe reliquiæ ligni;) *quibus ſuperioribus ſæculis pro medicina utebantur a, ut nos theriacâ hodiè. Ita ſcripſit in libro ſuo filius Gorjon. Addit Aruch longævos fuiſſe priſcos homines, Deo ſic providente, ut ſcientia poſſent perfici. Porrò in*

Lege quidem habetur Noam cum tribus filiis ex arca exiviſſe, ſed in Chronicis b hiſtorici *ſcripſerunt, illi natum eſſe deinceps quartum filium Ionicum nomine, Aſtrologiæ inventorem, quique Nimrodum docuit rationem belli gerendi. E tribus autem Noa filiis familiæ natæ ſunt ſeptuaginta duæ* c, *è Japhetho quindecim, è Semo viginti quinque, & è Chamo triginta duæ.*

a. Nempe hujus ligni particulis ſuperſtitione quâdam ducti locorum incolæ utebantur πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς. Ita ex Beroſo Joſephus & Alexander Polyhiſtor. Quibus conſona hæc Abydeni: τὸ δὲ πλοῖον ἐν Ἀρμενίῃ περίαπτα ξύλων ἀλεξιφάρμακα τοῖσι ἐπιχωρίοισι παρείχετο. *Navigium in Armenia locorum incolis ligna præbuit amuleti vim habentia.*

b. Quæ ſequuntur de Ionico ſunt planè commentitia. Noam enim poſt Diluvium nullos generaſſe liberos multa ſunt, quæ non ſuadeant modò, ſed & planè perſuadeant. Primò ætas jam provectior. Jam enim ſuperaverat annum ſexcenteſimum, cùm ex Arca eſt egreſſus; & uxorem veriſimile eſt illi fuiſſe penè æquævam: 2. Addo à tribus illis, quos generaverat ante Diluvium, propagatum eſſe totum genus humanum in univerſa terra. Ita tradit expreſsè Moſes Gen. 9: 19. Itaque nullos alios habuit Noa, niſi ponas fuiſſe ſteriles, & priori commento commentum aliud ſuperſtruas. Nec leve momentum in eo eſt, quod ſummæ annorum vitæ Noæ, Gen. 9: 29. non attexitur ſolennis illa clauſula, *& genuit filios & filias*, quomodo iis qui Noam anteceſſerant, Gen. 5: 4. &c. ne quis putaret illis nullos eſſe natos liberos, quàm quos Scriptura memorat. 4. Eódem facit, quod Saturno, quem eſſe Noam abundè probavimus, non niſi tres liberos Poëtæ aſſignarunt. 5. Et orbis cogniti priſca diviſio in tres partes, quarum Europa Japheto obtigit, Africa Chamo, & Semo magna pars Aſiæ. 6. Denique ſolum Scripturæ ſilentium id evincit. Nam ſi quos habuit liberos poſt Diluvium Noa, & in his unum aliquem præ cæteris inſignem, Aſtrologiæ inventorem & Polemices, quorſum id reticuiſſet Moſes? Aut, eo tacente, quis alius Hebræis hoc revelavit? Hebræis, inquam, illis Recentioribus hodiè & heri natis; in qua fæce eſt Author libri *Juchaſim*. Aiunt ita haberi בתארכים, in Chronicis aut Annalium libris; nempe in Hiſtoria Scholaſtica, in Faſciculo temporum, in Vincentii ſpeculo hiſtoriali, in Philippi Bergomatis ſupplemento ſupplementi, in Jo. Laziardi Cœleſtini hiſtoriæ univerſalis Epitome, in Mari hiſtoriarum, in Vaſto Opere de temporibus in ſex ætates diſtributo; atque aliis hujus farinæ ſcriptoribus. Quorum quidem nonnulli citant B. Methodii Chronica: ſed B. Methodius nulla ſcripſit Chronica. Saltem qui Methodii ſcripta recenſent Hieronymus & Suidas, hujus Chronicorum non meminêre, nec Veterum quiſquam alius, quod quidem ſciam. Quin ille ipſe locus, quem ex Methodio citant, nihil habet ſani. Verba ſunt; *Centeſimo anno tertiæ Chiliadis genuit Noa filium ad ſimilitudinem ſuam, quem appellavit Ionicum.* Ita genuerit Noa annis poſt mortem ferè centum. Si Methodium ſequi dicas Græcorum ſupputationem, qui multos annos addiderunt, ne id quidem poterit ſtare. Niſi Ionicum illum natum eſſe dixeris multò ante Diluvium, quod juxta Græcos contigit anno mundi 2242. At in Diluvio ſaltem ex Scriptura planè certum eſt, Noam nullos habuiſſe filios, præter tres, quos diximus. Non minus abſurdum eſt, quod Noam volunt Græcum Ionici nomen indidiſſe filio ſuo, adeóque nomen κτητικὸν, ac ſi quem vocari dixero Gallicum aut Italicum. Sed is fortaſſe Romano more Ionicus dictus eſt ab Ionia triumphata. De Eodem ſequitur: *Treceuteſimo anno* (Noa) *largitus ei ampliſſima dona, miſit eum in terram Ethan, quam ille pervaſit uſque ad mare Orientis.* Hoc unum probo, quod vir, qui nunquam fuit, ablegatur in terram, quæ nuſquam eſt; id eſt, in terram *Ethan* ad mare Orientis. Scio non deeſſe, qui terram Ethan ſibi fingant, fretos hoc loco Pſal. Latin. 73. Hebr. 74: 15. *Tu ſiccaſti fluvios Ethan:* & Iſidorum Peluſiotam illam in Palæſtina deſcribere ποταμοῖς καταῤῥυτον, καὶ δενδροις, καὶ καρποῖς κατάκομον, ζώων τε πλῆθη (lege πλήθει) καὶ ἰχθύων εὔθηρον, *fluviis irriguam, & fructiferis arboribus opacam, atque propter ferarum piſciumque multitudinem venationibus accommodam.* [Lib. 2. ep. 66.] Sed Joſephus, quem teſtem advocat, nil niſi prædium Solomonis deſcribit hujus nominis, ad alterum ab urbe ſchœnum; ubi certum eſt nulla fuiſſe flumina, ſed ſolùm ναμάτων ἐπιῤῥοαῖς, *laticum incilia.* [Antiq. l. 8. cap. 2.] Utut ſit, Ethan, de quo ibi Joſephus, à mari Orientis tantum diſtat, *quantum Hypanis Veneto diſtat ab Eridano.* Proinde Docti pridem obſervarunt איתן *ethan* in loco Pſalmi, quem diximus, appellativum eſſe nomen non proprium; & *fluvios ethan* Hebræa phraſi dici *fluvios roboris*; id eſt, rapidos & violentos. Quod ſequuntur è Veteribus Syrus, & Chaldæus, & Arabs, & Aquila, & Hieronymus. Ut Hebræos taceam Kimchium & Aben-Ezram. Tale Amos 5: 24. *ut volvatur, &c.* כנחל איתן, *ut torrens ethan*, id eſt, *ut torrens validus*; Vulg. *quaſi torrens fortis.* Et Exod. 14: 27. Et reverſum eſt mare, &c. לאיתנו *juxta ſuum ethan*, id eſt, robore & impetu ſuo. Ita Onkelos, Jonathan, & Arabs. Jam ad reliqua pergamus. *Hic Ionicus accepit à Domino donum ſapientiæ, & invenit Aſtronomiam. Hic gigantem Nimrod decem cubitorum proceritate, & nepotem Sem, ad ſe venientem erudivit, docuitque quibus in locis regnare deberet. Multa etiam prævidit ac prædixit. Imprimis autem de quatuor Monarchiarum ortu, ſucceſſione & occaſu, quam Prophetiam multis poſt ſæculis Daniel edidit. Prædixit autem ille primos omnium regnaturos de ſtirpe Sem Perſas & Græcos, poſtremos de genere Japheth Romanos.* In his penè tot monſtra quot verba. Sufficiet è multis pauca obſervaſſe. Nimrod ſtatuitur fuiſſe gigas ex Græca Verſione, cui cum Hebræo textu hoc loco parum convenire docuimus lib. 4. cap. 12. Sed Pſeudo-Methodio debetur ſtatura illa δεκάπηχυς, quam attigiſſe nemo legitur. Eodem duce jam in Semi familiam inſerendus erit Nimrod, quem nos, ſequuti Moſem & Eſdram, Chami ex Chuſo nepotem feceramus. Adeóque Daniel, cui credideramus hactenus, quæ noſtra eſt εὐήθεια, cùm repetit toties ſe vidiſſe viſionem, aut ſibi Deum apparuiſſe, jam erit eximendus è Prophetarum numero, & pro plagiario habendus (abſit blaſphemia dicto) ut qui laborem alienum pro ſuo venditaverit. Quid quod, non ſatis convenit inter exemplar & ἀπόγραφον? Prædixerat enim Ionicus *primos omnium regnaturos de ſtirpe Sem Perſas & Græcos.* At in Daniele de Chami ſtirpe Babylonii primi regnant, Græci tertio demum loco; neque illi de Semi, ſed de Japheti ſtirpe. Quod ſatis apertè indicat Daniel, cùm Græcorum regnum appellat regnum *Javan*, qui fuit unus è filiis Japheti. Jam quid putidius illo figmento, Nimrodum, qui quâ vi quâve injuriâ imperium per fas & nefas in æquales uſurpavit, virum θεόπνευστον habuiſſe pro conſultore & malorum incentore. Videbor fortaſſe tempus triviſſe fruſtra in his nugis refellendis, quas recitaſſe eſt refutaſſe. Sed, cùm præeunte Scriptura totum orbem diviſerim in tres Noæ filios, pati non potui, ut quartus ὑποβολιμαῖος in illorum ſortem invaderet. Ne dicam B. Methodio (ἀνδρὶ λογίῳ ὄντι, καὶ σφόδρα περὶ τῆς ἀληθείας ἀγωνισαμένῳ, *viro diſerto & veritatis acerrimo propugnatori*, ut de illo Epiphanius) [Epiphan. Hær. 64.] hos βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους non poſſe tribui ſine magna illius injuria. [1. Tim. 4. 7.] Quiſquis in

Photio

Phot. ab auth. 234. uſque ad Epiph. Hær. 64. à §. 40. uſque ad 63.

Photio legerit, aut in Origenianis Epiphanii, quę Methodii ſuperſunt, illum reipſa comperiet ſerium fuiſſe ſcriptorem, & benè doctum, & ab his nugis quàm maxime alienum.
c. Hîc diſcedit à communi Hebræorum ſententia, qui cum Hebræo textu ſolùm numerant LXX. κεφαλαιώτας, 14. è ſtirpe Japheth. 30. è ſtirpe Cham, & 26. è ſtirpe Sem.

POSTERI JAPHETH.

ובני יפת ז׳ באי אורופה שהוא שליש העולם וישכנו * מהתחלת מושקוף עד פורטוגאל הנקרא קצת הארץ ובספרים הקדמונים נקרא לושיתניא:

* מתחלת.

Et filii Japheth ſeptem fuerunt in regione Europæ, quæ eſt orbis triens; & habitarunt ab initio Moſcoviæ uſque ad Portugalliam a qua vocatur finis terræ b *& in veteribus libris Luſitania.*

a. Non rectè Japheti poſteris eoſdem, quos Europæ, figit limites; cùm ex iis non paucos in Aſia habitaſſe ſtatim agnoſcat. b. Portugallia nuſquam vocatur *finis terræ*, ſed Artabrorum promontorium nautæ hodiè ſic appellant, quia ad Occaſum maximè vergit.

Gomer & Magog.

גומר ומגוג הם הגוטש אשר באו מקרוב מושקוף והמושקוף והליך:

Gomer & Magog ſunt Gothi, a *qui venerunt è locis Moſcoviæ vicinis & Moſcoviâ & Halic.*

a. Gomer & Magog non ſunt idem populus. Veteribus Magog ſunt Scythæ, & Gomer Phryges vel Galatæ, qui Phrygiam occuparunt uſque ad Halym fluvium. An inde ſumptum eſt Halic? Alioqui, quid ſit, neſcio.

Madai vel *Medi.*

ומדי" הם נוטים מצד אל מלכות מושקוף והנהר הגדול הנקרא * אהל" בא ממדבר מושקוף אל ים כחר אשר סביב זה הים לצדי מערב הוא מדי הנק׳ * שריבן וכל המלכות אשר סביבו:

* אתל. * שירבן

Medi autem ab una parte attingunt regnum Moſcoviæ, a *& magnum fl. Athel* b *nomine, qui è deſerto Moſcoviæ fertur ad mare Chozar* c. *Ad illud, inquam, mare à parte Occidentis* d *eſt Media, quæ hodie Servan* e *dicitur cum vicinis omnibus regnis.*

a. Nihil dici potuit abſurdius. Media eſt in diverſo climate, & à Moſcovia immenſum diſtat. b. אהל vocem nihili mutavi in אתל *Athel*, quomodo Arabicè vocatur fluvius *Rha*, aliis *Volga*. *Athel* vocatur à magna urbe cognomine; vide Geogr. Nub. Clim. 5. part 7. c. Mare *Chozar* eſt Mare Caſpium. Ita nominant Arabes à terra *Chozar* ad oſtia fluminis *Athel*, cujus Athel eſt metropolis. Hæc pluribus in Nubienſi. d. Imò ab Auſtrali parte. e. Ita ſcripſimus pro שריבן *Servan*. Mediæ hodie magnam partem *Servan* vocari nemo eſt qui neſciat.

Javan, Thubal, Meſech & Thiras.

ויון ידעת מוצא׳ ומובא׳ : ותובל׳ היא ספרד: ומשך נקר׳ מלכות * הפירסיא מלכות גדול׳ אשר למעלה על שפת הים השחור ועד היום בארצ׳ נהר נק׳ מישכנו :ותירס הם תראסיה מסביב ויניציא עד האונגרוש:

* הרוסיא.

Terra autem Javan a *noſti aditus & exitus. Et* Tubal *eſt Hiſpania* b; *Et* Meſech *vocatur regnum Ruſſia* c, *quod regnum magnum eſt, ſitum ſupra mare Nigrum, unde eſt quod hodiéque in ea terra amnis eſt* Meſchinus d *nomine* Thiras *eſt Thracia, unde à Venetia uſque ad Hungaros* e.

a. Id eſt, noſti ſitum Græcię. b. Hebr. eſt *Sepharad*, quomodo Hiſpaniam appellant ex Abd. 20. Thubal Joſepho ſunt Iberi ad Mare Caſpium non Hiſpanię c. Hebr. *regnum Perſia*. Sed apparet ex ſequentibus hoc mendum eſſe typographicum, & reſcribendum *regnum Ruſſia*. Regnum Ruſſiæ idem eſt regnum cum regno Moſcovię, quod jam aſſignaverat populis Gomer & Magog. Nec ferendum, quod *Thubal* & *Meſech*, populos conjunctiſſimos, ut ex Ezechiele conſtat, deportet in terras ab invicem ita diſſitas. Qui tamen illi communis eſt error cum pleriſque Veterum, d. Intellige *Moſcovv* fluvium, à quo Moſcovię nomen eſt e. Egregia ſcilicet Thracię deſcriptio. Inter Venetiam & Hungariam eſt Illyrici pars & Germanię; Thracia inde remotiſſima.

Filii Gomer.

ובני גומר אשכנז וראש מלכות בוהמיא : וריפת * אינגליזיש וטרוייאנום אשר היו באסיה מקום הנקרא היום † אידינגיק: ומשם נסעו ובנו עיר ונציא : ותוגרמה הם הטורקיא הנקר׳ בלשון טורקי טורקישתאן והם מלכות גדול נוטה אל צד פרס מצד א :

* אגוליזיש. † אלידיק.

Et Filii Gomer Aſcenaz a: *Regni caput eſt Bohemia* b. *Et Riphat Aquileienſes* c *& Tarviſiani* d; *qui fuerunt in Aſiâ* e *in loco quem hodie vocant Idingik* f, *& inde profecti ſunt & ædificarunt urbem Venetiam; Et Thogarma eſt Turcia* g, *quæ linguâ Turcicâ vocatur Turkeſtan; eſt autem regnum magnum ab una parte Perſidem attingens.*

a. Aſcenaz in Hebręorum ſcriptis eſt Germania, Ridiculè; nam, ut alia taceam, populos regni Aſcenaz in Babylonem convocat Deus, Jerem. 51:27. b. Bohemię Rex eſt primus Electorum. c. vocem nihili אינגליזיש *Inglizes* mutavimus in אגוליזיש *Aquilezes*: Aquileienſes Hiſpani ſic appellant. d. Aquileienſes & Tarviſiani ſunt populi circa Venetias. e. Ita plerique ſentiunt Venetos è Paphlagonia veniſſe, ubi Homeri Heneti. Porro Joſepho Riphath ſunt Paphlagones. f. *Idingik* eſt vox nihili; ſed legendum eſt אליריק *Illiric*. Cum Heneti legantur è Paphlagonia veniſſe in Illyricum, confudit Ineptus Scriptor profectionis terminos, & eos ex Illyrico veniſſe ſibi finxit. g. Thogarma ſi ſit Turkeſtan, quomodo equi & muli Tyrum inde deducuntur, Ezech. 27:14? Maximè cùm in tota Scythia, cujus pars eſt Turkeſtan, nec muli nec aſini ſint.

Filii Javan.

ובני יון אלישה הם איי ארסיפלגו מקנדייא עד שיאו והאיים אשר סביבותיהם ועד היום להלאה כנאליפו * הקאשטיליוש נקרא אלישפנט : ותרשיש ראש מלכות גדול׳ על שפת הים קרוב לאנטכיא נק׳ † שיציליא: כתים הם אי ניפרי ודוגה שליט עליהם: ודודנים היא אי רודש כן נק׳ בדברי הימים רודנים:

* הקסטנטי׳ † גיאש. * שיליא.

Et è filiis Javan Eliſa ſunt inſulæ Archipelagi, à Candia uſque ad Chion, cum vicinis inſulis circumquàque. Proinde hodiéque mare quod à Gallipoli Conſtantinopolim b *uſque extenditur, vocatur Eliſpont* c. *Tarſis* d *eſt metropolis regni ingentis ad oram maris prope Antiochiam, quod Ciliciam vocant. Cittim ſunt incolæ inſulæ Cypri, ſuper quos dux dominatur. Et Dodanim eſt inſula Rhodus; unde eſt quod vocantur Rhodanim in Libris Paralipomenon.*

a. Hoc valde eſt veriſimile, quia Ezech. 27:7. agitur de purpura ex inſulis Eliſę, id eſt, ex inſulis Ægei & Cretici maris, ut ſuo loco docuimus. b. Pro Gallipoli, olim Callipoli, Hebr. eſt *Galliþo*,

Et pro Conſtantinopoli, *Caſtilias*, reſcribo *Coſtantinas.* Benjamin ſcribit קושטנדינא *Koſtandina* & Nubienſis קוסטנטינה *Koſtantina.* c. Ita hodiè Vir Magnus Helleſpontum deducit ab Eliſa. d. Tarſis vult eſſe Tarſum Ciliciæ metropolim, in qua ſententia multi Veteres; ut & Citthim eſſe Cyprum in qua Citium: & Rhodanim eſſe Rhodum. Sed ſi Tarſis eſt Cilicia; quomodo inde afſertur argentum, ferrum, ſtannum & plumbum, Ezech. 27: 12. Si Citthim eſt Cyprus; quando impletum eſt, quod prædicitur Num. 24: 24. fore, ut Citthæi affligant Aſſur & Eber? & quænam erant illæ naves Citthim, Dan. 11: 30. quarum adventu Antiochus, qui cogitabat Ægyptum invadere, cogitur regredi re infecta? ut Dodanim vel Rhodanim putentur eſſe Rhodii ſola facit nominum ſimilitudo. Sed aliunde dici Rhodios Libro ſequenti docebitur.

POSTERI CHAMI.

Filii Chami, Chus & Phut.

ובני חם כוש ומצרים ופוט ובנען: ובני כוש לא נודעו באמתות מקומם אים רק ידענו בפי' שהם במלכות הכושי' במאוריטאני' והם מלכות השחורים ואלחבש: וסבא ושבא הנזכרים בפסוק הזה אינם מלכות אלימן רק אותם שנז' בבני קטורה הוא שבא ממלכות ימן ופוט הם השובב בהרי לוב הנק' ליביה ועד היום נק' ארצם ונהר גדול מקיף אותה פוטי ונק' ליביא על שם להבים בן מצרי' ונינוה קרוב לאשור הנק' * מוצול ובלח נקרא בלך: * מוצל.

Et filii Cham Chus & Miſrajim & Phut & Chanaan. Et filiorum Chus loca non certè novimus. Tantum in genere ſcimus eos in Æthiopiæ regno & Mauritania degere quæ ſunt regna Nigrorum & Abyſſinorum a. *Porro Seba & Sçeba, quæ in hac ſectione memorantur, non ſunt regnum Aljeman* b, *ſed ille Sçeba, cujus mentio fit inter filios Keturæ, Gen. 25: 3. eſt Sçeba regni Aljeman* c. *Phutæi autem habitant in montibus Lub, Libyam vocant. Unde eſt quod hodiéque Phuti vocatur terra eorum* d, *& magnus amnis illam ambiens. Libya autem vocatur de nomine Lehabim* e *filii Miſraim. Ninive eſt urbs Moſal* f *prope Aſſyriam, & Calach vocatur Calat* g, id eſt, Calacene.

a. In eo errore verſantur omnes Veteres, & plerique Recentiorum. Cùm in Scriptura Chuſæi ſint iidem qui Saraceni. b. *Aljeman* eſt Arabiæ Fœlicis pars maxime Auſtralis, quod ipſum nomen indicat. c. Quin Sçeba, vel Sabæi, regni *Aljeman* ſunt è filiis Jectan. d. Nullam terram novimus *Phuti* nomine, ſed fluvii *Phut* multi meminère. e. Libyæ nomen eſt à לוב, & ſignificat terram ſiticuloſam. f. *Mozal* quidem eſt prope Aſſyriam ad Occaſum Tigridis, ſed Ninive fuit ad Ortum in ipſa Aſſyria. g. Calacene vel Calachene Aſſyriæ pars eſt ad montes Gordyæos, ex Ptolemæo & Strabone nota. Hoc hemiſtichium ſequebatur id quod ſtatim habetur de Philiſtæis. Nos ſua ſede motum in verum locum reſtituimus.

Filii Miſraim.

* פתרוס. ובני מצרים * פתרוס ובפתור הוא דמיאט והפלשתי' מעזה ועד מצרים והשאר לא נודע אם מקומם וכתבו בס' זכרון המלכים אשר לערביי' כי המלך הא' למצרי' נק' מצרים בן חם והב' קבטים אשר יוחסו אליו הקופטיי' והג' קפטורי והד' בודישיר והה' עדים והו' שדאת והז' מנקאוס והח' מנאוס והט' מנאקיוס והי' מרקוריא והיא בלאטס והיב' אתיב והיג' קלימון והיד' קרשון ונעתק המלכות מבני קפטורים אל בני בן קבטים אחד' אשר נק' שמו שאוכבני בניו מרקוביש והב' אבסר והג' סא והד' הראריס והה' מאליק והו' ברבתא והז' בלבן והח' סליא והט' טוטיס' וזה היה פרעה הראשון אשר היה בימי אברהם ומת ונשאר בנו קטון' ומלכה במקומו אמו נק' חוריא והיא אשר נתנה שפחתה לשרא נק' הגר וזאת המלכה הבריחות מעליה קרובי המלכות אל ארץ אחרו והקימו עליהם מלך ואחב' המיתוהו ולא נשאר מורשי עצר רק בת אחרת מזרע המלוכה נקר' דלפא בת מומם ואחב" מלך אימן ואחב" מלך וליד בן דומע וימלוך תחתיו בנו ריאן בן וליד וזה נק' פרעה של יוסף: אחב" מעראן ונק' טלמא והוא פרעה של מושה רבינו עה" אשר צלל במצולו' כמו אבן:

Et filii Miſraim Pathros & Caphtor, id eſt, Damiata a, *& Philiſtæi à Gaza uſque ad Ægyptum; De reliquis ignotum eſt ubi habitaverint. Scriptum* b *autem eſt in hiſtoriis Regum Arabiæ primum Ægypti Regem fuiſſe Miſraim filium Chami; ſecundum Kebtim, a quo Cophtitæ originem ducunt; tertium Caphtorim; quartum Bodiſir: quintum Adim; ſextum Sadath; ſeptimum Manchaum; octavum Menas; nonum Menachium; decimum Mercurium; undecimum Belatas; duodecimum Athib; decimum-tertium Calimon; decimum-quartum Carſon; ſub quo tranſlatum eſt regnum a filiis Caphtorim ad filios unius è filiis Kobtim; ex quo genere primus vocabatur Saumbeni. Filii ejus Marcobis, ſecundus Abſar, tertius Sa, quartus Theraras, quintus Malik, ſextus Charabtha, ſeptimus Chalban, octavus Mali, nonus Tutis. Hic eſt Pharao primus qui fuit in diebus Abraham & mortuus eſt, ei ſuperſtite parvo filio: in cujus locum regnavit mater ejus Churia nomine; ea nimirum quæ ancillam ſuam Agar Saræ dedit. Illa cognatorum Regis unumquemque dimiſit ad locum ſuum, qui Regem a ſe ejectum aliquantò poſt interfecerunt. Neque è regni heredibus ullus fuit ſuperſtes præter puellam unicam à regia proſapia Dalpham nomine filiam Momam. Poſtea regnavit Eman, poſt quem Valid filius Doma, cui ſucceſſit filius Rian; Is eſt Pharao Joſephi. Sequutus eſt Maadan, & qui vocatur Talma Is eſt Pharao Moſis magiſtri noſtri ſuper quem pax, qui tanquam lapis in abyſſos demerſus eſt.*

a. Hoc ſumpſit ex Benjamine, cui itidem *Damiata* eſt *Caphthor.* Sed ſuo loco docuimus terram Caphthor, ubicumque ſit, ab Ægypto & Philiſtæis non parum eſſe diſſitam. Vide Amos 9: 7. b. Sequitur longa ſeries Regum Ægypti à conditore Miſraimo uſque ad tempora Moſis, quam ex Arabum hiſtoriis profitetur ſe deprompſiſſe. Quàm verè alii judicent. Solum obſervo hanc ſeriem nil quicquam habere ſimile cum Regum Ægypti catalogis, quos vel in Herodoto, vel in Diodoro habemus vel in Africano ex Manethone; & pleraque hæc nomina planè abhorrere ab Ægyptiæ linguæ genio. Ut valde ſit veriſimile, Hebræorum nugivendulos hæc de ſuo confinxiſſe. c. Alii fabulantur Agar filiam fuiſſe Pharaonis. Ita Chaldæus Paraphraſtes Jonathan, Gen. 16: 1. *Illi* (Saræ) *erat ancilla Ægyptia, Agar nomine* ברת פרעה *filia Pharaonis, quam dedit ipſi in ancillam, quo tempore ea ſublata percuſſus eſt per verbum Dei.* Addit R. Selomo in notis ad hunc locum Pharaonem, cùm vidiſſet ſigna quæ propter Saram facta ſunt, dixiſſe Agaræ: *Filia mea melius eſt ut in illa domo ſerva ſis, quam in alia domina.*

Filii Chanaan.

ובני כנען צידון בכורו ועד היום נק' צידון והחתי האמורי קרוב לירושלם והיבוסי בירוש' עצמו והגרגשי הניח ארצו לישראל והלך אל ארץ אשר עד היום נקר' גורגיסטאן והחוי היו יושבי' ההר אשר לפני הלבנון והערקי נקרא עד היום

היום קרוב יום אחד לטריפולי נקרא עירקא והסיני הם טריפול והארודי עד היום הוא אי אחר קרוב לאנטארטוס בגבולי טריפול נקרא ארוד: והצמרי חם חמץ והחמתי היא חמא:

Et filii Chanaan, Sidon primogenitus ejus, cujus ſedes hodiéque vocatur Sidon: & Chittæus: & Amorrhæus prope Jeruſalem; & Jebuſæus in ipſa urbe Jeruſalem: & Guirgaſæus, qui relicta Iſraeli terrâ ſuâ ſe contulit in regionem quæ ad hunc uſque diem appellatur Georgeſtan b. *Hevæi autem habitarunt in monte qui eſt ante Libanum* c. *Et Arkæi in urbe Arka, quæ a Tripoli diſtat unius diei* d *itinere; at Sinæi ſunt Tripolitani* e: *& Arvadæorum eſt hodiéque inſula Aradus* f *Antarado oppoſita in Tripolitanorum finibus, & Semaræi tenent Emiſſam* g: *& Amathæi Hamam* h.

a. Amorrhæos prope Jeruſalem habitaſſe Scriptura non dicit uſpiam. Plerique trans Jordanem ſedes fixerant inter torrentes Jabok & Arnon, Num. 21:24. b. Quin uſque ad Chriſti tempora Guirgaſæos, vel quod idem eſt, Gergeſenos hæſiſſe circa Geraſa trans Jordanem colligere eſt ex Matth. 8:28. collato cum Marco 5. verſ. 1. & Luc. 8. verſ. 26. Georgoſtan regio eſt Georgorum. Circa Iberiam & Colchidem, de quibus Mela & Plinius Georgianos, hodiè nominant. c. Mons ante Libanum in quo Hevæi, vocatur Hermon, Joſ. 11:3. & Jud. 3:3. d. In Ptolemæo Tripolis ab Arca non diſtat multò ampliùs. e. Sinæos fuiſſe potiùs ad Meridiem terræ Chanaan colligere eſt ex Eſaiæ 49:12. nimirum *Peluſiotas*, quorum urbs à luto, Syr. *Sin*, appellatur Ezech. 30:15. & Gr. Πηλέσιον. Tripolim Sidonii, Tyrii & Aradii condidêre, unde dicta eſt Tripolis. Tamen id ipſum ſenſit Arabs Interpres nuper editus Sinæos eſſe Tripolitanos. f. De Arado abundè diximus. g. Ex Chald. Paraph. Jonathanis & Jeruſalem, qui pro Semaræis habent חמצאי Emiſſenos, neque aliter Arabs, quem diximus. h. Epiphania Hebræis *Hamath* & Arabibus *Hama*; quod hîc ſequitur Salmanticenſis.

Filii Semi.

ואמרו זל״ כי שם הוא מלכיצדק ובנה ירושלם: ובני שם היו חמשה וכלם שכנו באסיא מנהר פרת עד ים אנדיא: הראשון עלם הנק׳ בערת פרס: והב׳ אשור הנקרא בערת * מוצולי: והג׳ ארפכשד אשר נק׳ בערת כלדיים: והד׳ לוד אשר נק׳ בערת לידוש: והה׳ נקר׳ ארם ובלשון יון שריש ומזה נקר׳ שוריא ובנו טרקונינטא וראש מלכותם דמשקי:

* מוזל

Dixerunt patres noſtri beatæ memoriæ Sem eſſe Melchiſedechum a *qui ædificavit Jeruſalem* b. *Porro Sem habuit quinque filios qui omnes habitaverunt in Aſia ab Euphrate fluvio uſque ad mare Indicum* c. *Primus Elam, à quo deſcendit quæ hodiè vocatur Perſis. Secundus Aſſur, à quo quæ nunc vocatur Mozal. Tertius Arphaxad, a quo quæ nunc Chaldæi vocantur. Quartus Lud, à quo Lydi quos vocant. Quintus denique Aram, à quo Aramæi qui Græcè Syri vocantur. Unde Syria nomen. Hi condiderunt Trachonitidem* d, *& Damaſcum habuerunt pro regni metropoli.*

a. Hoc commentum refellimus, ubi de Semo. b. Nec multò certius id quod ſequitur, Melchiſedechum ædificaſſe Jeruſalem. Urbis *Salem*, cujus Rex Melchiſedech, his verbis meminit Hieronymus: *Salem civitas Sicimorum, &c. In octavo quoque lapide à Scythopoli in campo vicus Salumias appellatur.* c. Semi filios omnes ab Euphrate ad Mare Indicum, id eſt, ad Orientem Euphratis habitaſſe falſiſſimum eſt. Quippe Lud ex quo Lydi, & Aram ex quo Syri cis Euphratem fixiſſe ſedes nemo eſt qui neſciat. d. Hæc ex Joſepho ſumpta, τῶν δὲ Ἀράμου παίδων τεσσάρων ὄντων, Οὖσης μὲν κτίζει τὴν Τραχωνῖτιν καὶ Δαμασκόν, *quatuor autem Arami filiorum Uſes quidem Trachonitidem condidit & Damaſcum.* Condidit Trachonitidem, id eſt, urbes in Trachonitide; quamvis enim Græcè rectè dicatur κτίζειν τὴν Τραχωνῖτιν, tamen Latinè condere de regione non eſt in uſu. Vide Scalig. in Animadverſ. in Euſeb. ſol. 36. B. Par hîc eſt catachreſis in verbo Hebræo בנה. Quod ſequitur, Damaſcum Syriæ eſſe metropolim, legitur Eſ. 7:8.

Filii Arphaxad.

ואחד מבני ארפכשד נק׳ שלח ושלח הוליד את עבר אשר היהוד לקחו שם עברי מעבר ובני עבר פלג ויקטן ובימי פלג נפלג׳ הארץ ובני יקטן יג וכולם שכנו ממשא והיא הנקרא בלשון ערבי מכה אשר היא מקום ההוגה שלהם׃ ושם בקרוב קבר מחמד נביאם במקום אשר נקר׳ מדינת אלנבי והולך וכתפשט מלכותם עד אליםן ונקרא מלכות שבא ועד היום היהודים אשר שם קוראי׳ לצנעא אשר היא ראש מלכות ימן אוזל׳ וכן הצרמות נק כן עד היום:

Et unus è filiis Arphaxad nomine Sela Eberum genuit, a quo Judæi Ebræorum nomen ſumpſerunt. a. *Eber autem filios habuit Phalegum & Joctanem; & in Phalegi diebus terra diviſa eſt. Joctanis autem filii tredecim fuêre, qui omnes habitarunt a Meſa. Ea vocatur Arabum linguâ Meccha* b, *& eſt locus peregrinationis* c *eorum. Nec procul inde* d *habent ſepulchrum Mahumetis Prophetæ ſui, in loco qui dicitur Medinath alnabi* e. *Illorum autem regnum extenditur uſque ad Aljeman* f, *quod vocatur regnum Seba* g; *& ad hunc diem Judæi, qui illic ſunt, Sanaa* h *metropolim regni Jeman vocant Uzal: ita etiam Haiſarmaveth* i *nomen hodiéque ſervat.*

a. Hoc multò veriſimilius, quàm quod vulgò creditur, dici Ebræos ab Euphratis tranſitu, ut ſuo loco probatum. b. *Meſa* & *Meccha* ſunt diverſæ voces, nec invicem permutabiles. *Meſa* eſt *Muſa* vel *Muza* portus in Mari Rubro. At *Meccha* Saracenorum eſt Metropolis, qui iidem ſunt cum Chuſæis. Tamen Arabs, quem citavimus, pro *Meſa* & *Saphar* habet מכה *Miccham*, & אלמדינה *Medinam*. c. Peregrinatio hîc חגה dicitur voce Arabica, potiùs quàm Hebræa. d. Mecca diſtat à Medina decem ſtationibus, milliaribus 270. In vaſtis arenarum molibus iter dirigit pyxis nautica, ut in medio mari. Vide Geogr. Nub. part. 5. Clim. 2. & Ludov. Vartomannum navigat. 1. cap. 14. e. Urbis verum nomen eſt יתרב *Jathreb*. Stephano Γαθριππα, & Ptolemæo corruptè Λάθριππα. Sed *Medinath alnabi*, id eſt, civitas Prophetæ, dicitur; quia impoſtor Mahometh ibi natus & ſepultus eſt. f. *Aljeman* eſt Arabia odorata, vel Arabiæ Fœlicis pars maximè Auſtralis, ut jam antè monuimus. g. *Seba*, id eſt, Sabæorum. Hos Sabæos ſuprà dixerat eſſe Abrahami filios ex Ketura. At hîc ſui oblitus eoſdem annumerat filiis Joctan, quod veriſſimum. h. Hæc iſta ipſa verba ſunt, quæ ex Druſii fide jam antè citaveram, & multis explicaveram lib. 2. cap. 21:1. *Haiſarmaveth* Arabicè ſonat *Hadramauth*, unde Græcorum *Atramota*, *Chatramota*, *Chatramotita*, *&c.* Vide lib. 2. cap. 17. Vel ob hunc locum non parum lætor, me in hunc authorem incidiſſe; qui quamlibet cætera ineptus, tamen de ſede filiorum Jectan multò veriora ſcripſit quàm Veteres, quotquot extant. Illi enim Jectanis poſteros in Indiam ablegaverant; Hic iiſdem aſſignat ſedes in Arabia Fœlici, in qua Jectanis filii *Seba* & *Uzal* & *Haiſarmaveth* nomen tranſmiſere ad populos, qui hodiéque ſuperſunt.

F I N I S

GEOGRAPHIÆ
SACRÆ
PARS POSTERIOR
CHANAAN
SEU
De Coloniis & ſermone Phœnicum.

Digitized by Google

Digitized by Google

AMPLISSIMO
VIRO
CLAUDIO SARRAU
IN
SUPREMA CURIA PARISIENSI
Senatori integerrimo
S. BOCHARTUS S. P. D.

VIR AMPLISSIME,

Aliud quidem opuſculum σὺν θεῷ propediem in lucem emittendum tibi deſtinaveram. Sed hac occaſione oblata gratitudinis meæ tibi teſtificandæ poſt tot in me collata beneficia, non potui mihi temperare, nec ſilentio premere diutiùs quot modis me tibi devinctum ſentiam: qui poſt beatam illam diem quâ tuæ dignitatis immemor amicitiam tuam nihil tale ſperare auſo mihi primus obtuliſti, illam deinceps tam conſtanter excoluiſti, ut nullum officii genus prætermiſeris, quo ſignificares me ſerio à te amari. Nempe ex illo tu mei & meorum patrocinium ſuſcepiſti. Tu mihi domum, ſcrinia, bibliothecam, quam habes inſtructiſſimam, & quod majus eſt, pectus ipſum aperuiſti. Quin per te patuit acceſſus ad libros Thuanæos & Bibliothecæ Regiæ: & Viri undecunque celebres, Bignonii, Puteani & Salmaſii, mihi ſunt conciliati. Taceo frequens amiciſſimarum literarum commercium, ex quibus in hoc terrarum angulo jugiter edoceor quid rerum geratur toto orbe literario. In quo cum pleriſque doctis tam arcta tibi neceſſitudo intercedit ut illi nihil te celent, neque id ſolum quod agunt, ſed & quicquid meditantur in numerato habeas. Hoc potiſſimum quod & re & conſilio ſtudia mea ſubinde adjutas, & aſſiduus ἐργοδιώκτης inſtas, ab hinc aliquot annis otii & negotii rationem, amicè quidem, ſed tam ſedulo à me exigens, ut votis tuis me puduerit nulla ex parte ſatisfacere: & timor idem, qui me antea meæ tenuitatis probè conſcium à ſcribendo deterruerat, tum demum ad ſcribendum impulerit, cùm id à tali viro ſenſi non requiri modò, ſed & obnixè efflagitari. Quin jactâ ſemel aleâ, poſtquam ſchedulas meas & ipſe perlegiſti,

legiſti, & cum amicorum doctiſſimis communicaſti, incredibile dictu eſt quantum me cunctantem adhuc & meis viribus merito diffidentem tua & illorum ſuffragia confirmaverint. Licet enim non ſim neſcius te amori aliquid dare, tamen in te perſpecta morum probitas non vulgaris, doctrina eximia, judicium acre & vividum, & reliquæ virtutes quibus emines ſupra vulgus hominum, apud me tantum potuère, ut de meis laboribus tibi multò plus quàm mihi ipſi crediderim. Itaque me totum tibi permiſi, obſequi certus etiam cum famæ diſpendio. Quamvis viris doctis & bonis non diſplicitura confidam quæ tuo tu calculo comprobaveris. Utut erit, Vir Ampliſſime, *quandoquidem ita vis, hoc quicquid eſt oneris in te depono, ut publici judicii aleam tu meo loco ſubeas, neque mea jam, ſed tua res agatur. Vides in quas Symplegadas imprudens te conjeceris, unde non liceat referre pedem. Plura dicturum cohibet animi mœror de tuo ſtatu anxii,* vir eximie, *quem didici minus valentem, anni tempeſtate graviſſima, longum iter ſuſcepiſſe, & multis periculis obnoxium. Proinde ex intimis Deum rogo atque obteſtor ut te ſalvum & ſoſpitem ad tuos brevi reducat, & omni bonorum genere cumulatum, cum piiſſima conjuge, ſingularis exempli fœminâ, & ſuaviſſimis pignoribus, diu præſtet incolumem. Interim opus, cujus ſcribendi, atque in vulgus edendi, author, promotor atque inſtigator fuiſti, patere ut tibi offeram, amoris & obſervantiæ tibi debitiſſimæ qualecunque pignus futurum. Datum Cadomi pridie Cal. Novemb.* A. M DC XLVI.

IN

IN LIBROS
DE
COLONIIS
ET
SERMONE PHOENICUM
AD LECTOREM
PRÆFATIO.

Humaniores literas & diſciplinas Græcis debere plurimum nemo non ſponte agnoſcet, qui non ſit idem ab omni humanitatis ſenſu alieniſſimus. Hi enim artes vel invenêre, vel ab aliis inventas ita excoluêre, ut apud ſe natæ eſſe videantur. Atque ad Europæas maximè gentes pertinet hoc beneficium, quas obruit fœda barbaries, donec Græcos habuerint magiſtros ſcientiarum. Interim in illis hoc deſidero, quòd ſint recentiores quam ut de rerum origine poſſint quicquam accuratè docere. Proinde ſi de Natura diſſerunt, alius Chaos ſibi fingit, alius mundum æternum, alius concurſum atomorum, quia de rerum omnium creatione ex nihilo ne fando quidem quicquam audiverant. Si de rerum inventoribus, Adamo & Caino, qui agros primi coluerunt, Cererem ſubſtituunt aut Triptolemum; Abeli paſtorum principi Panem Arcadem; Jubali Muſicæ repertori Mercurium aut Apollinem: Tubalcaino, qui metallorum conflaturam excogitavit, Curetes, aut Cyclopes, aut Vulcanum Lemnium: Noæ, à quo vinum inventum, Liberum patrem Cadmi nepotem, & alios hujus farinæ hodiè & heri natos. Iidem ſi hiſtoriam ſcribunt, quoties ad antiquiora conantur aſſurgere, ſtatim in fabulas devolvuntur. Et fatetur Thucydides ſtatim initio præclari operis, ante bellum Peloponneſiacum, quod Artaxerxis & Nehemiæ ævo geſtum eſt, ſe nihil potuiſſe *σαφῶς εὑρεῖν διὰ χρόνου πλῆθος*, *liquido comperire propter longinquitatem temporis*. Ita ut Græca hiſtoria inde demum incipiat, unde Sacra deſinit.

In Geographicis id ipſum accidit, in quibus cùm nihil ſit quod vel audiamus libentiùs, vel majori ſtudio diſquiramus, quàm quid ſit antiquiſſimum in unaquaque gente, quoſque habuerit conditores, & à quo nomen, & ex qua cauſa ſit inditum; Græci ea de re conſului vel planè obmuteſcunt, vel puerilibus nugis lectori ſuo palam imponunt. Europa, inquiunt, ab Europa ſorore Cadmi; Aſia ab Aſia Promethei matre, & à Libya Epaphi filia Libya dicta eſt; Spania item à Pane, & Luſitania à Luſo Bacchi ſociis; & Baleares à Baleo comite Herculis: ut Scythia, Galatia ſeu Gallia, Lydia, Cyrnus ſeu Corſica, Sardinia & Africa, à Scythe, Galata, Lydo, Cyrno, Sardo & Afro ejuſdem Herculis filiis: & Italia ab italo, id eſt, vitulo ſeu bove Herculis qui in Siciliam transfretavit: & Melite à nympha Melite ex qua Hyllum idem genuit. Quale eſt, quod Armenos deducunt ab Armeno Jaſonis ſocio, Medos à Medea Colcha, Perſas à Perſeo Argivo, Syros, Babylonios, Arabes & Garamantes ab Apollinis filiis Syro, Babylone, Arabo & Garamante. Tam vere, quàm quod iidem volunt Neptuni filios Dorum, Pelaſgum, Phæacem, Siculum, Sicanum & Læſtrygonem totidem generaſſe populos cognomines. Nec fabulæ deſunt quibus aſtruant tam futilia commenta. Cùm hujuſmodi næniis ſcateant libri Græcorum, aliis eget adminiculis quiſquis ad veram & genuinam primævæ illius antiquitatis cognitionem aſpirat.

Hæc reputanti mihi duo ſe obtulerunt, unde ſperavi nonnihil lucis his tenebris poſſe inferri. Primo loco ſunt ſcripta Moſis, qui licet Græcorum antiquiſſimos multis præceſſerit ſeculis, tamen vel ex lectione librorum ſui temporis, vel ex Veterum traditione, vel ex eorum relatione, qui in longinquas oras profecti erant, vel, quod potiſſimum eſt, ex Dei revelatione, ſe Geographiæ præſtitit multò peritiorem quàm vel Homerus, vel Heſiodus, vel vicinorum temporum apud Græcos quiſquam alius. Nam & plures gentes memorat, & longè remotiores. Nec nominaſſe contentus, illarum origines aperit, qua ætate, & ex quo loco, & qua occaſione ſingulæ diſperſæ ſint in terras maximè diſſitas. Ita ut in uno capite, in quo hoc attingit obiter, & tanquam aliud agens, continuam populorum ſeriem reperias à Mari Caſpio & Perſico uſque ad extremos Gades: quod abundè docuimus in quatuor libris qui præceſſerunt.

Nunc ſecundo loco ſe offerunt Phœnicum navigationes, qui paulò poſt ætatem Moſis à Joſua & Iſraëlitis è patrio ſolo pulſi, primò in Phœnices littora, mox per totum Mare Mediterraneum cœperunt ſe diffundere, & in multis Europæ, Aſię & Africę locis colonias diſſeminare. Partem in Africam conceſſiſſe colligere eſt ex Procopii Vandalicis, ubi meminit columnarum in Africa Tingitana erectarum cum Phœnicia inſcriptione in hanc mentem: ΗΜΕΙΣ ΕΣΜΕΝ ΟΙ ΦΥΓΟΝΤΕΣ ΑΠΟ ΠΡΟΣΟΠΟΥ ΙΗΣΟΥ ΤΟΥ ΛΗΣΤΟΥ ΥΙΟΥ ΝΑΥΗ, *Nos ii ſumus qui fugerunt à facie Joſuæ latronis filii Nave*. Concinit Euſebius, qui de Chananęis hęc habet Gręci Chronici pag. 11. *Οὗτοι ἔφυγον ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ κατῴκησαν Τρίπολιν τῆς Ἀφρικῆς*, *Hi fugerunt a facie filiorum Iſraëlis, & Africæ Tripolim habitaverunt*. Idem ſub Joſua & Othniele vixiſſe docet Cadmum & Phœnicem, vel fratres vel filios Agenoris Regis Phœnices, quorum ille primum in Bœotia & poſtmodum in Illyrico, hic in Thracia & Bithynia ſedes fixit. Jam ſi Mythologis credimus, ex eadem familia fuêre Cilix qui Cilicię, & Thaſus qui Thaſo inſulę nomen dedit.

Et Cadmi cognatus Membliarus, qui regnavit in Thera circa Cretam. Et Phœnicis filius Archaleus, à quo Gades conditæ. Siciliam item & Sardiniam eodem impetu fuiſſe occupatas in Diodoro habetur. Cephaleniam taceo, quam tenuiſſe Taphios à Cadmeis oriundos Veteres diſerte docent: & Cythera, & Melon, & Oliarum, & reliquas inſulas Ægei maris; quarum imperium ævo Minois, Cadmi ex ſorore nepotis, penes Phœnices & Cares fuit. Ita aſſerit Thucydides. Nempe Cares & Phœnices tum erant conjunctiſſimi: quia turma Phœnicum à Cadmo in Rhodo relicta Cariæ partem invaſerat. Unde eſt quod Caria Phœnice dicitur à Corinna & Bacchylide: qua ratione Piſidiam aut Pamphyliam Plutarchus in Alexandro Phœnicem vocat, & Quintus Smyrnæus Φοίνικον ἔθνος, propter Solymos ibi degentes, quos Phœnicii fuiſſe generis ex Chœrilo Poeta diſcimus. Nec recentem fuiſſe hanc coloniam docet bellum in Solymos à Bellerophonte geſtum annis quinquaginta plus minus poſt Thebas à Cadmo conditas. Me penè ſugerat Cyprus inſula, quam Trojani belli tempore tenebat Phœnices Rex Cinyras, imperio ut videtur à majoribus accepto. Euſebius ſaltem in Chronico num. DLXXXIX Paphon, Phœniciam in Cypro urbem, cum Melo Thaſo & Calliſta ſeu Thera conditam fuiſſe obſervat, dum Cadmos regnabat Thebis.

Hæc ſub Joſua geſta aut deinceps. Sed & ſuſpicio eſt non levis etiam ante Joſuam colonias ex Phœnice in Africam fuiſſe emiſſas. Euſebius enim hæc habet ad numerum CCCCXCVIII, qui fuit Moſis annus LXXIII: Ἡρακλέα τοῖς φασιν ἐν Φοινίκῃ γνωρίζεσθαι Διωδᾶν ἐπιλεγόμενον. Et ibidem Hieronymus: *Hercules cognomento Deſanaus in Phœnice clarus habetur.* Porro Phœnix iſte Hercules cognomento Diodas vel Deſanaus omnino videtur idem fuiſſe cum primo Hercule, qui numero CCCCXLII Antæum viciſſe refertur, nempe in extrema Libya circa Zilim & Tingim: ibi enim regnabat Antæus. Unde ſequitur ultimam Africam à Phœnicibus jam frequentari cœpiſſe. Eódem facit, quod in libro Mirabilium Ariſtotelis Phœnices leguntur Uticam in Africa condidiſſe, annis CCLXXXVII antequam Carthago conderetur. Carthago quippe in Appiano condita fuiſſe traditur annis quinquaginta ante Trojam exciſam. Et in Euſebio Τροίας ἁλώσεως refertur ad numerum DCCCXXXV. Itaque Uticæ κτίσις præceſſit excidium Trojæ annis CCCXXXVII, & incidit in annum CCCCXCVIII numeri Euſebiani, qui præciſè annus eſt quo Phœnicium Herculem celebrem evaſiſſe nuper notavit Euſebius. Proinde veriſimile eſt Uticam illo ipſo anno conditam ab Hercule jam ſene in iis terris in quibus Antæum juvenis devicerat, & Phœnicum imperium in Africa ea ratione ſtabilitum hoc illi nomen peperiſſe inter barbaros, qui vel in antris hactenus degere ſoliti more ferarum, vel ſub attegiis & mapalibus, ad novæ urbis encænia obſtupuerint, mirati hominis induſtriam cum tanta virtute conjunctam.

His Phœnicum expeditionibus Græci illi vetuſtiores quod opponant nil quicquam habent, ſive tempus reſpicias, aut magnitudinem rerum geſtarum. Nam Argonautarum expeditio in Colchidem, à qua cœperunt inclareſcere, nihil habet conferendum cum Phœnicii Herculis pugna in Antæum Regem in extrema Libya, & annis plus trecentis poſterior eſt. Itaque cùm Cadmus & Phœnix primo illo Hercule non paulo ſint juniores, tamen Phineum, apud quem Argonautæ diverſati ſunt, Græci ſeptimum à Phœnice in Bithynia regnaſſe aſſerunt. Et in Stephano, voce Θάσος, Argonautarum unus, Thebanus Hercules, decimus cenſetur à Belo Cadmi vel patruo vel avo. *Apollon. Schol. l. 2.*

Sequentibus porro ſæculis Græci quocumque profecti ſint ferè ſemper habuerunt Phœnices præeuntes. Sic de Cinyra jam diximus Rege Phœniciæ & Cypri, à quo excepti ſunt ii Græcorum qui in Cyprum primi migrarunt. Et de Solymis è Phœnice advenis, qui vicina Lyciæ loca jam inſederant, cùm eò navigavit Bellerophon. Sed & ᾤκουν Φοίνικες περὶ πᾶσαν μὲν τὴν Σικελίαν, ἄκρας τε ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ ἀπολαβόντες, καὶ τὰ ἐπικείμενα νησίδια; *habitabant Phœnices circa omnem Siciliam occupatis extremis ad mare partibus, & adjacentibus inſulis*, cùm Græci primùm illam invaſerunt. Ita habetur in Thucydide. Idem de Sardinia judicium, in quam utut Theſpienſes demus & Iolaum ex Attica terra veniſſe ante Trojana tempora, tamen, ſi Pauſaniæ credimus, πρῶτοι διαβῆναι λέγονται ναυσὶν ἐς τὴν νῆσον Λίβυες; primi in eam inſulam tranſmigraſſe dicuntur Afri, id eſt, Pœni ſeu Phœnices. De Libya dicere nihil eſt opus, cujus ne ſitum quidem Græci noverant uſque ad Batti tempora qui Cyrenen condidit nongentis circiter annis poſt primum illum Herculem de quo ſupra. Tum enim, teſte Herodoto in Melpomene, Theræi profecti Delphos ut Apollinem conſulerent, & à Pythia juſſi urbem in Libya condere, ἀλογίην εἶχον τοῦ χρηστηρίου, οὔτε Λιβύην εἰδότες ὅκου γῆς εἴη, οὔτε τολμῶντες ἐς ἀφανὲς χρῆμα ἀποστέλλειν ἀποικίην; *oraculum neglexerunt, quia neque ſciebant ubi terrarum eſſet Libya, neque coloniam audebant in incertum mittere.* Itaque res dilata in ſeptennium, donec viæ ducem in Creta nacti ſunt Corobium purpurarium, quem venti fortè fortunâ in Libyam abripuerant. Simili caſu Samii quidam, ea ipſa tempeſtate in Ægyptum vela facientes, flante Subſolano delati extra Columnas Herculis, Tarteſſum appulerunt, θείῃ πομπῇ χρεώμενοι, deducente eos numine, ut refert ibidem Herodotus. Atque ex ea occaſione Græcis ignotus hactenus Oceanus patere cœpit. Ita tamen ut in ipſo aditu diu ſubſtiterint, nec legantur, quod quidem ſciam, per aliquot ſæcula ulterius eſſe progreſſi. Quin putarunt ultra Columnas mare eſſe prorſus inacceſſum, & præter chaos & tenebras in eo nil quicquam occurrere, & Solem cùm prope Gades occumbit videri centoplo majorem, & in abyſſum Oceani cum ſtridore demergi, & illo ipſo momento noctem ingruere denſiſſimam, tanquam demerſo & extincto Sole. Cujuſmodi nugas præter Pindarum etiam Poſidonius & Artemidorus referunt apud Strabonem, & Cleomedes lib. 2. tanquam ex Epicuro. Atque id ipſum leve videbitur præ eo, quod Herodotus lib. 2. & 4. planè negat ullum eſſe Oceanum, & Geographos ſui temporis arguit, quod ab Oceano terram ambiri ſine probatione aſſerant. Nempe idem alibi profitetur de extremis Europæ partibus ſe nihil habere compertum, & ignorare loca unde affertur electrum & ſtannum, id eſt, Germaniam & Britanniam. Et qui diu poſt Herodotum vixit Ariſtoteles tam malè noverat quomodo extrema Europæ ſe habeant ad reliquas mundi partes, ut ſuſpicatus ſit συνάπτειν τὸν περὶ τὰς Ἡρακλείους στήλας τόπον τῷ περὶ τὴν Ἰνδικήν, *India cohærere loca quæ ſunt circa Columnas Herculis.* Nec levius peccat Lycophron cùm Auroræ cubilia ponit in inſula Cerne quæ eſt ad Occaſum Africæ. Phœnicibus interim in Occidentali Oceano à Cerne ad Caſſiterides & Thulem uſque omnia pridem erant pervia, & partem ejus Septentrionalem Himilco deſcripſerat, & Auſtralem Hanno libello, qui hodiéque eſt ſuperſtes. Ut taceam de magna inſula ab iiſdem in extremo Occidente repertâ, quam Ariſtoteles & Diodorus ita deſcribunt ut multi putent eſſe Americam.

Hæc de Occaſu, jam ad Ortum quis neſcit Mare Rubrum & Perſicum & Oceani quicquid eſt clauſa fuiſſe Græcis uſque ad Alexandri tempora. Hinc Æſchylus in Prometheo Vincto Colchidem appellat γῆς ἔσχατον πέδον, *terrarum tractum ultimum*, & Plato in Phædone orbis habitati terminos non extendit latiùs

tiùs quàm *μέχρις Ἡρακλείων στηλῶν ἀπὸ Φάσιδος, à Phaſide ad Columnas Herculis.* Quo errore imbuti Alex- *Arrian. de*
andri milites montem Paropamiſum in Indiæ finibus voluerunt eſſe Caucaſum vicinum Colchis. Quaſi ad *Alex. l. 5.*
Alexandri gloriam hoc maximè pertineret ut Caucaſum, hoc eſt, ex eorum mente, ultimos terrarum fi- *Diod. l. 17.*
nes, attigiſſe diceretur. Similis imperitiæ illuſtre exemplum habemus in ipſo Rege, cùm ſcripſit ad matrem *Arrian. l. 6.*
Olympiadem ſe in India reperiſſe Nili fontes. Nempe cùm in Indo amne crocodilos vidiſſet, & ad ripas Aceſinis, qui in Indum cadit, fabas Ægyptiis ſimiles, inde collegit Indum ex India in Ægyptum ferri & eundem eſſe cum Nilo. Tale commentum de Nyſa Indiæ urbe Baccho ſacra: cùm Nyſa ſit Arabiæ mons, qua parte ad Ægyptum vergit. Homerus à Phœnicibus edoctus ita ſcripſerat in Bacchi hymno, quem non unus Veterum citat:

> Ἔστι δέ τις Νύσση ὕπατον ὄρος, ἀνθέον ὕλῃ,
> Τηλοῦ Φοινίκης, σχεδὸν Αἰγύπτοιο ῥοάων.
> *Mons jacet umbroſo tollens ſe vertice Nyſa,*
> *Ægypto propior, magis à Phœnice remotus.*

Nempe Nyſa vel Nyſſa eſt in Arabia mons prope Ægyptum, in quo extabat hæc inſcriptio à Moſe exarata *Exod. 17:15.*
יהוה נסי *Jehova niſſi*, id eſt, Deus vexillum meum. Sed Phœnices *Deum Nyſæum*, & Græci Διόνυσον interpretari maluerunt, tanquam à monte Nyſa facto nomine. Adeóque cùm pro Arabico quidam hunc montem Indicum appellaſſent, prout Græcis tralatitium eſt Indiæ nomine nuncupare quicquid eſt trans Mare Internum, inde Alexandri militibus nata eſt occaſio Nyſam in Indiam transferendi.

Cùm igitur uſque ad Alexandrum Aſiæ remotiora Græci planè ignoraverint, Phœnices à temporibus Davidis & Solomonis, hoc eſt, annis ante Alexandrum ſexcentis aut ſeptingentis, cœperant per Mare Rubrum Aſiæ littora luſtrare, & in Indiam uſque commercii causâ navigare, deductis Ælana coloniis, quod Arabici ſinûs emporium eſt, & ad Tyrum & Aradum Perſici ſinûs inſulas Phœniciis cognomines. Itaque horum operâ claſſem inſtruxit Solomon ſubinde mittendam in Ophir, id eſt, in Taprobanam inſulam, quæ Zeilan eſt Recentiorum, ut ſuo loco probamus. Atque inde veriſimile eſt in Aſiæ extrema penetraſſe uſque ad Orientalem Oceanum, & ex horum relatu ſummum Poëtam Solem orientem deſcribere

> Ἐξ ἀκαλαῤῥείταο βαθυῤῥόου Ὠκεανοῖο.
> *Qui placide fluit Oceani de gurgite vaſto.*

Id eſt, ex Mari Pacifico quod Aſiam ab Ortu alluit. Nam eo pertinere videtur, quod vocatur Oceanus ἀκαλαῤῥείτης, id eſt, pacatus & leni fluxu. Heſychius: Ἀκαλαῤῥείταο, ἀκυμάντε, πράως ῥέοντος. Nec incommodè referantur eódem Prophetæ verba Pſal. 139: 9. *Si alas auroræ ſumpſero, ut habitem* באחרית ים *in extremo mari*, ac ſi dixerit ſe fruſtra fugam moliturum in illud mare quod eſt in extremo Oriente.

Sed & ſub Nerone Phœnices ex Ægypto & Mari Rubro in Occaſum navigaſſe narrat Herodotus, ita ut Solem ad dextram haberent, & Africæ circuitu confecto per Gades in Ægyptum regrederentur. Quod cum hodiè paſſim fiat, tamen pleriſque Græcorum ita incredibile viſum eſt, ut Strabo pluribus neget Africam poſſe circumiri; Ptolemæus illam ab Auſtro cum India cohærere velit; adeóque ipſe Herodotus, cui debemus hanc hiſtoriam, rejiciat inter fabulas quod hi Phœnices aſſerebant, ſe Africam circumeuntes Solem ad dextram habuiſſe. Polybius etiam, qui ut Europam & Africam penitiùs cognoſceret in Atlanticum navigaverat, de Æthiopia fatetur ignorari πότερον ἤπειρός ἐστι κατὰ τὸ συνεχὲς τὰ πρὸς τὴν μεσημβρίαν, ἢ θαλάττῃ περιέχεται, *ſit ne continens terra quæ inde verſus Meridiem ſe porrigit, an mari ambiatur.*

Ex iis quæ diximus liquidò conſtat Græcos à Phœnicibus tam rei Nauticę quàm Geographicę peritia longo intervallo ſuperari. Cùm Phœnices diu ante Græcos orbem luſtrare cœperint, & proceſſerint multò longiùs. Nempe hoc penè unicum genti ſtudium ab ipſa ſtatim origine innatum fuerat, ut quoquoverſum in omnes partes terrarum orbis vela facerent, & colonias deducerent. Sive illos incitaverit gloriæ ſitis, aut patrię tædium, aut imperii cupido, aut naturæ arcanorum indagatrix curioſitas, aut lucri aviditas inexplebilis, quæque ad nihil non cogit mortalia pectora, auri ſacra fames. Proinde qui primi apud illos auſi ſunt fragilem truci committere pelago ratem tantæ fuêre poſteris admirationi, ut ob id ipſum Diis adſcripti ſint. In hoc numero fuerant Saturnus & Aſtarte, quos deſcribit Sanchoniathon terram circumeuntes: & Hercules qui Antęo in ultima Africa devicto Gadibus obiiſſe creditur. Quid quod ſedula gens & induſtria in eo inſtituto per annos ferè bis mille perſeveravit? Neque enim pauciores fluxerunt à primo Hercule ad extrema Romani Imperii tempora, quibus ille navigandi ardor nondum deferbuerat. In quam rem expreſſa ſunt hæc Hieronymi de Syris ſeu Phœnicibus in Ezech. 27. *Uſque hodie permanet in Syris ingenitus negotiationis ardor, qui per totum mundum lucri cupiditate diſcurrunt.* Quibus Auguſtinus ita concinit lib. 2. de Adulter. conjug. cap. ult. *Syræ, quarum mariti negociandi quæſtibus occupati, juvenes adoleſcentulas deſerunt, & vix aliquando ſenes ad aniculas revertuntur.* Ut jam nemo miretur quod in Luciani Toxari ſcribitur de Phœnicibus illos navigare πανταχοῦ τῆς Ἑλληνικῆς καὶ βαρβαρικῆς θαλάττης, *per univerſum mare Græcum & Barbarum.* Et rurſus: ἅπασαν γὰρ ἤτοι ἀκτὴν καὶ πάντα αἰγιαλὸν ὡς εἰπεῖν διερευνησάμενοι καθ' ἕκαστον ἔτος, ὀψὲ δὲ μετοπώρου εἰς τὴν αὐτῶν ἐπανίασιν. *Hi ſiquidem ſcrutati quotannis, ut ita dicam, omnem oram & omne littus, extremo tandem Autumno in patriam revertuntur.*

Itaque ſi hodiéque Phœnicum monumenta ſupereſſent, inde accederet magna lux Hiſtorię Sacræ & Profanę; & repleretur hiatus qui eſt inter Moſem & Græcos. Nec pauca diſceremus de veteribus terrę incolis, & gentium migrationibus. Et pateret cur vetuſtis nominibus antiquatis nova ſubſtituta ſint. Sed cùm illa maximo rei literariæ damno pridem conſumpſerit ętas, & ex hiſtoria Phœnicum nihil reliquum habeamus præter tenues lacinias in Gręcorum & Romanorum ſcriptis hinc inde ſparſas; has, quod unum potuimus, tanquam è naufragio tabulas expiſcari undecumque & in unum corpus colligere viſum eſt. Ut iis inter ſe collatis planum eſſet quas terrarum oras priſcis illis temporibus maximè frequentaverint, & vernaculis nominibus appellaverint. Qua diſquiſitione facta deprehendimus hanc gentem divagatam eſſe multò longiùs quàm quiſquam crediderit. Et pręter regiones in Aſię, Africæ & Europę continente celeberrimas quas occupaviſſe legitur, paucas eſſe in Mari Mediterraneo quas non aliquando tenuerit. Atque ubicumque fixit pedem, non obſcura ſui monimenta reliquiſſe. In quibus hoc pręcipuum quod quę nomina locis impoſuit, quantumlibet barbara Gręcis auribus, tamen poſt tot ſęcula vel inviolata manſerunt, vel tam leviter interpolata ut non difficulter ab iis agnoſci poſſint qui harum rerum aliquem guſtum habent. Proinde Gręcos in illis ex ſua lingua explicandis tam fruſtra laboraſſe, quam ſi Belga ex Belgica aut Britannus ex Britannica lingua deducere ſtuderet nomina quę Hiſpani indiderunt terris nuper à ſe detectis.

Græcorum igitur commentis valere juſſis, & Jove, Baccho, Neptuno, Hercule atque Apolline numeroſa illa prola orbatis, quam Mythologi iis affinxerunt, ne deeſſent à quibus terræ denominarentur, vetuſtiſſima Geographorum vocabula pleraque conati ſumus ex Phœnicia lingua interpretari. Nec inanis fuit ille conatus. Nam in iis vocabulis multæ res tanquam in myrotheciis incluſæ latent. Phœnices enim gens induſtria, & cujus interventu literæ & diſciplinæ humaniores ex Oriente in Græciam demigrarunt, has locis appellationes non impoſuêre temerè, nec niſi certa ratione. Atque hic potiſſimum illud obtinet quod ait Plato in Cratylo, nominum impoſitionem non fuiſſe φαύλων ἀνδρῶν, ὐδὲ τῶν ἐπιτυχόντων, *imperitorum hominum, neque quorumvis.*

Nempe loca quædam à Diis aut ſacris ritibus nuncupata fuiſſe comperi, Berytum puta, Adonim, Idalium, Delum, Inopum, Naxum, Oncæas Thebarum portas, Adranum, Ameſtratum, Onobalam, Canthelen, Cartejam, Cordubam, Onobam, &c.

Quædam ab incolarum habitu, naturâ, moribus & artibus; Europam videlicet à candore faciei: Celticam a flavis crinibus: Corcyram à quiete; A nobilitate Phæaciam & Caſmenas; Cretam à ſagittariorum, & Baleares à funditorum peritia: A commerciis Scheriam & Teriam; A textrinis Coam & Amorgum; A piſcatione Sidonem; Ab agricultura Centuripas & Imachara; A vaticiniis Hyblam Galeotim; Ab incantamentis Latium & Telchinim; A feritate Læſtrygoniam; A libidine Aphaca, Selgam & Seſtrachum.

Nec deſunt quibus nomen fecerunt animalia: Nam ab elephantis Philæ dictæ ſunt; A leonibus Lixus; Ab hyſtricibus Cinyphus: Ab equis Caccabe: A pecudibus Bomo & Gyttæ: A gregibus Catria; Ab ovibus Caria & Caris: A vulpibus Selamhina & Suel, ut in Judæa Hatſarſual: A leporibus Imbros; A cuniculis Spania vel Hiſpania; A muribus Gyarus; A chamæleonte Girba; A cancris Aſterium; A draconibus & ſerpentibus Rhodus, Chius, Peſinas, Tenus, Salamin & Neæ; A gallis Tanagra; A corvis Lugdunum: A piſcibus Tagus, Icarus, Hyccara, Curium, Cuarius; A ſalſamentis Malacha; A conchis Carpeſſus; Ab hippopotamis Bambotus vel Bamotus verius.

Porro à ſylvis aut lucis nominati ſunt Pyrenæi, Solymi, Anaphe, Aſcra, Corſica, Tabraca; A paſcuis Parnaſſus & Parnes; A deſertis Oaſis; Ab ariditate & ſterilitate Libya, Bæturia, Coſyra, Myconus, Sicinus, Pſyra, Jabeſa, Sorbiodunum: A fertilitate Byzacium, Adrumetum, Arzuges, Chalcia: A præcoci maturitate Melos & Bochri: A fructibus Peparethum: A proventu hordei Jabadiu inſula; Segetum Africa & Ebora; Vitium, uvarum & vini, Carmania, Chremetes, Sicilis, Inycus, Anapus, Arviſium, Arambys: Ficuum Ruſpina & Ebuſus: Olearum Zaita & Uzita: Amygdalarum Luſitania: Avellanarum Pontus: Terebinthorum Æla & Patmos: Loti Pharidis inſula: Cypri arbuſti Cyprus inſula: Apii Crimiſus; Croci Corycus: Calamorum Lychnidus: Picis Calabria & Italia quæ olim ferè nihil erat quàm Brutiorum ager: Caſei Cythnus: Mellis Calymna & Alabus; A certis lapidibus Caryſtus, Achates, Charidemi promontorium; A metallis Britannicæ inſulæ, Caſſanitæ, Debæ, Dairi, Thaſus, Odonis, Siphnus, Temeſe, Carcoma, Oroſpeda, Paſi ſinus & Phaſis fl. in inſula Taprobana: A metallicis Cimolus & Minius: A luto aut argillâ Adramyttium, Thebæ, Tenedos, Camirus, Camarina.

Sic aquis copioſis nomen debent Tacape & Arelate: Circumfluis Apamia: Scaturientibus Epigranea, Permeſſus, Hippocrene: Deficientibus Menix & Amenas: Profundis Cephiſſus: Aſperis mare Ægeum: Obſtreperis Rhene, Caſtalia, Caſtulo: Rapidis Gargaphie, Zerbis, Phyſcus: Tardis Arar: Lacuſtribus Bætis, Bagradas, Drecanum, Perca, Percuſa; Dulcibus Holmius: Amaris Himera: Frigidis Aſines: Calidis aut tepentibus Emmaus & Helbeſſus: Fœtentibus Syraco & Syracuſæ. Et a fontibus dictæ Cyrene, Enna, Enguium: Ab æſtuariis Aſta, Meneſthei portus, Nebriſſa, Onoba Lilturia: A vadis Abara & Abrotonum: A littore Baſti vel Baſtitani: A ſinu Hippo, Oliſippo, Hyccara, Cacypara, Rabbotis, Cyclopes, Cicynethus: A trajectu Julia Joza: A ſtatione ſeu portu Leptis & Lapethus: Ab aggeribus Bucra, Hirminius, Hermata: A naufragiis Caphareus, Scylla, Charybdis, Saſo.

Rurſus ab ignibus erumpentibus dicti Ætna, Epopos, Moſychlus, Lemnos, Liparę: A calore Sulchi; Ab exuſtione Cea vel Ceos: A frigore Calaris: A vento Carbâ Carbaſia: A meridie Lacter: Ab occaſu Jammona: A tenebris Thule & Cimmerii: A numero Saniſera, Cephalenia, Lesbos, & Thamanorum pagus: A magnitudine Cibyra, Samatho, Symæthus, Cypara: A longitudine Motye: A latitudine Ampſaga: Ab anguſtiis Maſſicytus, Icus, Ocha, Capſa: A terræ ſciſſione Chalcis & Niſyrus: A flexu Lydia, Hexi, Camicus, Cephalœdis: A forma anguloſa Cyrnus: Rotundâ Gaulus; Acuminatâ Drepanum & Lindus: Humani veſtigii Sardo: Maxillæ Malca: Urnæ Calpe: Falcis Zancle: Tubi Aſſinarus.

A ſitu medio Aſia; Interiore Bithynia: In angulis Carna & Syme: In extremis Mauritania, Iberia, Hibernia, Cerne, Acabe, mons Caſſius: In petris & aſperis locis Tyrus, Cilicia, Celenderis, Cragus, Telmeſſus, Ios, Scyrus, Seriphus, Prepeſinthus, Pholegandrus, Cythera, Cithæron, Ithaca, Solois, Dertoſſa, Caledonii: In montibus Abyla, Ilipa, Ilerda, Illiberis, Gebennæ, Allobroges, Elymi, Phocenſes, Maritima, Entella, Eryx, Alontium, Abacænum, Ineſſa, Hybla Heræa, Maro, Arne, Helicon, Samos, Zacynthus, Telus, Milyas: In locis planis & vallibus Hiſpalis, Amyca, Uſtica, Nantuates.

A firmitate, robore & munitione appellantur Amanus, Itanus, Butoe, Neetum, Herbita: Ab arcibus Byrſa, Cercina, Tarraco, Aceſta, Echetla, Acragas: A ſpecula Pachynus: A pharo Lampas vel Lampidoſa: A cavernis Parus, Herbeſſus, Marpeſſus: A muris terreis Jathrippa, & calicatis Melita: A ſepto Gades & Thoiar. A colore albo Libanos, Alpes, Avara: Cœruleo Dirce: Flavo Sirbos; Vario Ecbatana. Ab amœnitate Elyſii campi, Hypſa, Enna, Ichana, Aganippe, Ialyſus, Zuchabari. A caſu aliquo memorabili vel vi miraculoſa, Harma, Scolus, Melogonis, Trophonii antrum, Alæſus, Delli, Asbamæa. A vicinis locis Scandaria, Carpathus, Andrus, Naron, Arion, Lilybæum, Sicani, Marmarica. Ab antiquitate Utica; A novitate Carthada ſeu Carthago.

Hæc & alia hujus generis nos rectè interpretari primò patet ex ſono vocum, quas Græca terminatione dempta Phœnicius ſermo vel eaſdem exhibet, vel tam ſimiles ut quicquid eſt mutationis ſit prorſus analogicum. Secundò ex deſcriptione locorum quæ interpretationi noſtræ reperitur planè congrua. Accedunt quandoque Veterum expreſſa teſtimonia: Ut cùm Carthadam ſeu Carthaginem novam civitatem explicant: Caccaben caput equi, Gades ſeptum, Abylam montem altum, Baleares funditores, Samatho magnam, Aphaca amplexum, Niſibin columnas, Zaitam oleum, Suſa lilium, Naarmalcha fluvium Regis, Thor bovem unde Thurium. Eódem facit quod Phœnicio nomini Græcum aut Romanum alterum ſynonymum ſæpe reſpondet. Sic Britannicę inſulę alio nomine dicebantur Caſſiterides, Joza Traducta, Carteia Heraclea, Oroſpeda mons Argenteus, Ereſus Pityuſa, Calabria Peucetia, Sardinia Ichnuſa,

Lęſtry-

Læſtrygones Leontini, Hybla Heræa Plaga Heræa, Carthago Cænepolis, Zuchabari collis Gratiarum, Thojar Gerra, Sirbos Xanthus, Caſus Achne, Rodos & Tenos Ophiuſa, Icarus Ichthyuſa, Rhene Celaduſa, quæ vel ejuſdem ſunt vel valde vicinæ ſignificationis. Sunt qui, ne locorum nomina cogantur è peregrina lingua arceſſere, eas ſignificationes Græcis vocabulis affingunt, quæ ſunt merè Phœniciæ. Ut qui *σάμον* ſublimem explicant, & *νάξαι* immolare; unde dicantur Samos & Naxos, quarum notionum exempla extra Phœniciſmum fruſtra quæſieris.

Inſuper in Græcorum fabulis Phœnicia multa latent. Puta quod Latium volunt ſcatuiſſe veneficiis, quia לט *lat φαρμακείαν* ſonat. Cimmerios in tenebris perpetuò degiſſe, quia כמריר *cimrir* eſt tenebrarum atror. Æolum imperio premere luctantes ventos tempeſtateſque ſonoras, quia עלעול *alol*, vel עול *aol*, eſt tempeſtas. Argo navem in puppe lignum habuiſſe loquax, id eſt, clavum quo regebatur, quia דבר tam loqui quàm regere ſignificat. Columbas Jovi ferre ambroſiam, quia Arabicum אמאם *imam*, id eſt, ſacerdos, cujus munus eſt Diis cibos ſubminiſtrare, alludit ad הכאם *bemam*, id eſt, columbas. Quomodo קנים *kinnim* nidi ad קנמון *kinnamon*, id eſt, cinnamomum; Unde eſt quod cinnamomum ex avium nidis decuti fabulantur. Tale eſt quod Europam nave abvectam à tauro raptam fuiſſe fingunt, quia Phœnicium אלפא *alpha* vel *elpha* ad utrumque eſt ambiguum. Et Cadmum pede ſuo altius in limum impreſſo Iſmenum fluvium excitaſſe, qui inde dictus ſit Cadmi pes; quia רגלא, prout variæ vocales apponuntur, vel pedem vel fluvium ſonat. Itaque pro Cadmi fluvio Iſmenus Cadmi pes appellatus eſt, atque inde fabula nata. Sic draco, ex cujus dentibus ſatis orti milites, eſt ſodina æris unde ſuos armavit Cadmus. Is enim in Græcia primus æs reperiſſe legitur. Et נחש modo æs ſignificat, modò ſerpentem. Et tria Chimæræ capita, leonis, capræ & draconis, ſunt tres Solymorum duces quos debellavit Bellerophon. Unus enim Aryus, id eſt, ארי *ari* leo dicebatur, unus Arſalus, id eſt, ארזיל *arzil* hinnulus, tertius Troſibius, vel Roſibius potiùs, id eſt, ראש חויא *ros hevja* caput ſerpentis. At Neides, in Samo feræ quas barritu ſuo terram diffidiſſe nugantur, ſunt נידות *nidoth* vel נידים *nidim*, id eſt, terræ motus, quorum fragore & mugitu nonnunquam diſſilit ſolum. Et in Rhodo boves ænei, qui futura præſagiebant, nil quicquam erant quàm augures. Nempe אליף מנחש, prout aliter atque aliter effertur, vel bovem æreum ſignificat, vel doctorem augurem. Ita Pan & Faunus crediti terrores immittere, quia פון *pun* vel *phun* conſternari; & פן *pan* conſternatum ſonat. Et Hercules ad Abilam & Calpen columnas conſtituiſſe, eo quod *Abila* non ſolùm ſylvam altam deſignat, vel montem altum ut reddit Feſtus, ſed & columnam altam: qua æquivocatione ii abuſi ſunt qui primi columnas in illis locis erectas ſibi finxerunt. Et quia עקלתון *akalaton*, modò diaboli modò anguis epithetum apud Hebræos, *σκολιὸν* tortuoſum ſignificat & ſinuoſum, fingitur Enceladus draconum capita centum habuiſſe, & multis viperarum ſpiris, in quæ femora deſinunt, Jovem ipſum implicaviſſe.

Ex his & ſimilibus, quæ ſuis locis paſſim obſervamus, veteres Phœnices apparet in vocibus ludentes ſæpe Græcis impoſuiſſe, & fabularum architectis latam portam aperuiſſe. Sed ipſi Græci multò plura de ſuo confinxerunt Phœniciſmi ignoratione. Quale illud eſt Byrſam Carthaginis à corio diſſecto dici. Drepanum à Saturni aut Cereris falce. Cyclopes ab oculo in fronte orbiculari. Palicos *ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι* quod in terram prius merſi denuo inde reverſi ſint. Arethuſam Alpheiam ab Alpheo amne Elidis. Buthoen Illyrici & Thebas Bœotiæ urbem *ἀπὸ τῆς θύσεως τοῦ βοός*. Hippocrenem ab equi ungula, quâ ſolo percuſſo fons exortus eſt. Delum & Anaphem inſulas à ſubita emerſione. Amanum ab Oreſte ab inſania liberato. Acen, quæ Joſuæ eſt עכו *Acco*, *ἀπὸ τοῦ ἄκεος* à remedio, quia Hercules ibi ſanatus eſt ab Hydræ morſu. Samariam *ἀπὸ τοῦ σήματος τοῦ Ἄρεως* à ſepulchro Martis, quod nimirum filio ſuo Aſcalapho illum Samariæ erexiſſe teſtatur diſtichum vetus:

> Σῆμ' Ἄρεως ἔτυμον σεβαζόμενον Ἑλλάδι φήμη.
> Οὕνεκ' Ἄρης ταύτῃ τέκνον ἔχωσε πόλει.

Eodem refer tot fictitios heroes à quibus gentium & locorum appellationes illos per ſummam impudentiam deduxiſſe jam docuimus.

Fabularum utrumque genus in hoc opere refellimus, digito in fontes intento. Et vocabula quæ anſam dederunt tam futilibus commentis Phœnicia eſſe docemus, & multò aliter intelligenda, iis conjecturis freti, quæ acerrimi judicii viros & in re literaria magni nominis traxerunt in aſſenſum. Non me latet ab imperitis id ipſum paſſim objici, quod in pleriſque meris conjecturis nitimur. Quaſi parum ſit res hoc ſæculo prorſus ignotas & vetuſtate collapſas ſaltem ex conjectura reſtituere. In denſiſſimas tenebras quantulacumque lux inferatur non poteſt non eſſe jucunda. Scaliger literatorum ſui ævi facilè princeps quid aliud in Varronem quàm conjectanea protulit, quæ tamen docti exceperunt magno applauſu? Non tam bene nobiſcum agitur ut de omnibus poſſimus texere ſeriem demonſtrationum. Neque ſemper id neceſſe eſt, cùm ſæpe tam obviæ ſint & tam fœlices conjecturæ ut demonſtrationibus æquipolleant & penè ab invitis fidem extorqueant. Conjecturæ igitur non ſunt ſtatim rejiciendæ, ne veritatis diſpendio id fiat. Tantùm in lance judicii ſerio perpendendum eſt quàm rectè ſtabiliantur, ut ne temerè iis credamus.

De harum diſquiſitionum uſu dicere nihil neceſſe eſt apud lectores æquos & pios, qui ad Scripturæ commendationem id vel maximè pertinere ſtatim agnoſcent, ut ejus linguæ quâ tradita eſt dignitas & antiquitas omnibus modis adſtruantur: quo in illius ſtudium, quod toto orbe Chriſtiano friget, generoſi animi accendantur magis ac magis. Porro id quoque fatebuntur, ſecundum Prophetarum ſcripta nihil eſſe unde plus majeſtatis & authoritatis Hebrææ Linguæ concilietur, quàm ſi doceatur ex ea elici penè quicquid uſpiam fuit antiquiſſimum, etiam apud gentes à Judæorum commercio remotiſſimas; & ad illius lucem Græcorum fabulas evaneſcere, ut orto Sole ſpectra & *μορμολύκεια*, quæ in tenebris pueri ſibi fingunt. Addo in his obſervationibus ex Phœniciſmo quædam explicari obſcura & intricata, quæ non parum conferunt ad Sacri Textûs illuſtrationem.

Phœnicium ſermonem & Hebræum ferè promiſcuè, ſumimus, quia Phœnicius eſt Hebræi dialectus à prototypo ſuo non multum diſſimilis, ut pluribus probo peculiari libello, in quo ea magnâ curâ collegi, atque tam ex Hebræa quàm ex vicinis linguis explicare conatus ſum pene quicquid in Veterum ſcriptis Phœniciſmi ſupereſt: ne Plautinis quidem exceptis, nec Africanis herbarum nominibus, quæ in Apuleio habentur & in Auctario Dioſcoridis; quæ doctiſſimis hactenus crucem fixerant.

Amici quidam interioris admiſſionis, quorum precibus non ſoleo quicquam denegare, à me obnixè rogaverant ut his aliquid adderem de ſcientiis & artibus, quæ inter Phœnices illa ætate floruerunt quâ

Gręci vel erant barbari, vel ſupra barbaros parum exculti. Unde factum ut Gręcorum Philoſophorum vetuſtiſſimi Phœnices habuerint magiſtros, nec paucę Phœnicum voces Philoſophicę & technicę in Gręcam linguam irrepſerint. Sed cùm hęc commentatio non poſſit in pauca contrahi, & curę graviores alio me vocent, ſpero me miſſionem in pręſens à benigno lectore non difficulter impetraturum.

V I R O

ANTIQUÆ NOBILITATIS, PIETATIS EXIMIÆ,

DOCTRINÆ SINGULARIS,

S A M U E L I B O C H A R T O,

IN LIBRUM SUUM.

Priſca ſuperſtitio coluit cœloque locavit
Quos generis primos credidit eſſe patres.
Nec bene tota ſuis populis conſtabat origo,
Nec bene mortalis turba locata ſuo.
BOCHARTUS Sol alter adeſt, inſtarque Gigantis
Pſ. 19. al. 18. verſ. 6. *Exurgens tenebras diſcutit, atque Deos.*
Dedecus exemptum eſt cœlo, ſua gloria terra
Reddita: Sic Samuel prabet utrique ſuum.

DE BOUGY.

E I D E M.

Ergo novas aperis avi quas priſca prioris
Sacula non fuerant auſa aperire vias?
Ducis & ad Primi gentes primordia Mundi,
Omnibus ignota qua latuêre prius?
Scilicet hac nova ſunt, ſed qua tamen alma vetuſtas
Condiderat gremio non temeranda ſuo.
Soli quoque tibi ſervaſſe videtur, ut eſſet
Materies genio digna, BOCHARTE, tuo.

E I D E M.

Cedite nunc Gallis Romani, cedite Graji,
Majus enim veſtris Gallia promit opus.

PETRUS DE CARDONNEL.

S Y L L A B U S C A P I T U M.

L I B E R P R I M U S.

De Phœnicum Coloniis.

C A P U T I.

Scopus authoris, & de Phœnicum & Syrophœnicum nomine. Col. 345

C A P. II.

Phœnicum navigationes & colonia quàm multa. 351

C A P. III.

Phœnices in Cypro. 352

C A P. IV.

Phœnices in Ægypto. 357

C A P. V.

Phœnices in Cilicia. 358

C A P. VI.

Phœnices in Piſidia & Solymis. 360

C A P. VII.

Phœnices in Caria & Rhodo. 366

C A P. VIII.

Phœnices in inſula Samo & in Adramytteno ſinu. 377

C A P. IX.

Phœnices in Chio, Lesbo, & Tenedo. 381

C A P. X.

Phœnices in Bithynia & Paphlagonia. 387

C A P. XI.

Phœnices in Thracia, & in inſula Thaſo. 392

C A P. XII.

Phœnices in Samothracia, Imbro, Lemno & inſulis circa Magneſiam Macedonia. 393

C A P. XIII.

Phœnices in Eubœa; Mare Ægeum unde dicatur. 401

C A P. XIV.

Phœnices in Cycladibus. 404

C A P. XV.

Phœnices in Creta & vicinis inſulis. Col. 420

C A P. XVI.

Phœnices in Bœotia. 426

C A P. XVII.

Voces Bœotis propria a Phœnicibus deſumpta. 436

C A P. XVIII.

Phœnices Bacchi cultum cum toto ejus choragio ex Oriente in Graciam invexiſſe. 438

C A P. XIX.

Fabula de Cadmo & Harmonia & Serpentis dentibus ſatis ex lingua Phœnicia explicantur. 447

C A P. XX.

Gracos accepiſſe literas à Phœnicibus & Cadmo. 448

C A P. XXI.

Phœnices Athenis. 454

C A P. XXII.

An Phœnices Spartam condiderint. Iidem in Cytheris. 456

C A P. XXIII.

Phœnices in Illyrico: Pauca de quibuſdam inſulis ad Illyricum & ad Occaſum Gracia 460

C A P. XXIV.

Phœnices in Africa parte, qua cis Gades. 465

C A P. XXV.

De Africa nomine & fertilitate, & locis in ea feraciſſimis: Pauca de vicinis regionibus. 487

C A P. XXVI.

Phœnices in Melita & vicinis inſulis. 497

CAP. XXVII.
Phœnices in Siciliæ parte Occidentali à Lilybæo ad Pelorum. 506

CAP. XXVIII.
Phœnicum veſtigia in Siciliæ parte Orientali a Peloro ad Pachynum. 521

CAP. XXIX.
Phœnicum veſtigia in Siciliæ parte Meridionali a Pachyno ad Lilybæum. 545

CAP. XXX.
De Siciliæ priſcis incolis. 559

CAP. XXXI.
Phœnices in Sardinia. 571

CAP. XXXII.
An Phœnices Corſicam tenuerint. 578

CAP. XXXIII.
An Phœnices in Italiam colonias deduxerint. Homerum ab iis multa didiciſſe. 580

CAP. XXXIV.
Phœnices in Bætica Hiſpaniæ. 598

CAP. XXXV.
Phœnices in reliqua Hiſpania & Balearibus & Pityuſis inſulis. 618

CAP. XXXVI.
Phœnices in Oceano. 637

CAP. XXXVII.
Phœnices in Africa parte Occidentali ad Oceanum. 639

CAP. XXXVIII.
An Phœnices navigaverint in Novum Orbem, & habuerint uſum magnetis? 645

CAP. XXXIX.
Phœnices in Britannia & Hibernia & Caſſiteridibus inſulis. 647

CAP. XL.
Phœnices in inſula Thule. 654

CAP. XLI.
An Phœnices colonias deduxerint in Galliam. 656

CAP. XLII.
Gallicum ſermonem priſcum Phœnicio in multis fuiſſe ſimilem. 660

CAP. XLIII.
An primi Phœnices è Mari Rubro venerint. 683

CAP. XLIV.
An Phœnices colonias in Mare Rubrum deduxerint, & in quæ loca. 684

CAP. XLV.
Phœnices in ſinu Perſico. 688

CAP. XLVI.
Phœnices in inſula Ophir: eam eſſe Veterum Taprobanam, & Seilan Recentiorum. 691

LIBER SECUNDUS.

De Lingua Phœnicia & Punica.

CAPUT I.
Phœnicium ſermonem & Punicum Ebræo fuiſſe affinem. Col. 699

CAP. II.
Phœnicia quædam ex Sanchoniathone ſcriptore vetuſtiſſimo. 704

CAP. III.
Phœnicia ex Herodoto. 712

CAP. IV.
Phœnicia ex Joſepho. 714

CAP. V.
Phœnicia quædam ex aliis hiſtoricis, Polybio, Livio, Trogo, Strabone, Plutarcho, Solino, Herodiano, Julio Capitolino & Eunapio. 716

CAP. VI.
Punica ex Plauto. 720

CAP. VII.
Athenæi Phœnicia. 725

CAP. VIII.
Phœnicia quædam ex Quintiliano, Macrobio, Jamblicho & veteri inſcriptione. 729

CAP. IX.
Punica quædam ex Feſto & Varrone. 732

CAP. X.
Punica ex Servio. 734

CAP. XI.
Phœnicia quædam ex Heſychio. 736

CAP. XII.
Phœnicia & Punica ex Stephano Byzantio. 742

CAP. XIII.
Punica ex Euſtathio, & Pindari & Apollonii Scholiaſtis, & Tzetze. 746

CAP. XIV.
Punica & Phœnicia ex Etymologico Magno. 748

CAP. XV.
Africana ſeu Punica herbarum nomina ex Auctario Dioſcoridis & Apuleio. 752

CAP. XVI.
Punica ex Hieronymo & Auguſtino; Tertulliani locus explicatus. 763

CAP. XVII.
De Sanchoniathone. 771

FINIS.

332—345

AUTHORIS
AD
LECTOREM
IN
Poſterioris hujuſce Partis tabulas Geographicas
ADMONITIO.

Ut quæ de ſingulis terris dicimus plenius & planius intelligantur, tabulas aliquot Geographicas adjicere viſum eſt quæ rem ponerent ob oculos. Itaque ut in Priore Volumine peregrinationes poſterorum Noæ, de quibus Moſes Gen. 10. unica Tabula complectimur, ita in Iſto conati ſumus Phœnicum navigationes & colonias tribus tabulis exhibere. Quod non ita facile ſuit, quia terræ quas adierunt huc illuc disjectæ ſunt in loca ab invicem remotiſſima. Proinde ut tam paucis tabulis tota res conficeretur, quædam neceſſe habuimus quaſi in unum faſciculum congerere & compingere, quæ alioqui nullo inter ſe naturali nexu cohærent.

Prima tabula, quæ ſtatim ſequitur, ex duabus conſtat, quarum una Phœnicium orbem uno intuitu exhibet, ab inſula Ophir ſeu Taprobana uſque ad ultimam Thulem. Hoc enim illis fuit quaſi ſtadium aſſignatum, quod ſolitis navigationibus decurrerent. Nam ſi qui eorum totam Africam eircumiverunt, alii in Orientalis Oceani extrema penetrarunt, alii denique Americæ partem attigerunt (quod vero conſentaneum eſſe ex iis quæ dicentur multi colligunt) id extraordinarium fuit, nec niſi à paucis præſtitum.

Ejuſdem pars altera continet Mare Ægeum, cum orientali Thraciæ, Macedoniæ & Græciæ, nec non occidentali Aſiæ portione, à Paphlagonia & Pamphylia. Ibi præter Rhodum, Carpathum, Melon, Cythera, & pleraſque inſulas Maris Cretici & Ægæi, Phœnicii juris ſuere in Græcia Thebæ & univerſa Bœotia, in Thracia mons Pangæus, Datus, Scaptenſula & Phinopolis, in Bithynia Prænetum, in Paphlagonia Seſamum, in Caria pars Auſtralis Rhodo adverſa, in Pamphyliæ parte Piſidia, ubi Solymi. In Aſiæ parte interiori, in qua nil quicquam erat quod ad Phœnices pertineret, Cyprum inſulam exhibemus partem regni Cinyræ Regis Phœnices, cum Ciliciæ parte oppoſita, quam à Cilice Cadmi fratre nomen habere ſabulantur. Ibidem inſulæ Cos & Chios (ut in alterius partis extremis Taprobana) paulo uberius deſcribuntur, quam in generali tabula.


Secunda tabula, etiam ipſa gemina, in una parte exhibet Italiæ partem & Illyrici, Siciliam, Corſicam, Sardiniam, Græciæ partem Occidentalem cum vicinis aliquot inſulis; & his objectam Africam proprie dictam. In altera Hiſpaniam & Africæ partem Occidentalem. In qua parte terrarum ſub Phœnicum aut Pœnorum ditione fuerunt, præter inſulas quas diximus, Illyrici pars inter Naronem & Drilonem amnes comprehenſa, Africæ pleraque, & Hiſpania pæne univerſa: ſed Bætica diutius & conſtantius. Hanc ideo exhibemus peculiari tabella, quia obteguntur Africæ ſolitudines.

Tertiam tabulam reperies col. 506. In illa Siciliam delineamus, cujus littora omnia tenuiſſe Phœnices, antequam Græci eo appellerent, author eſt Thucydides. Itaque Phœnicum ibi veſtigia pæne tam multa occurrunt quam in ipſa Phœnice. Quod à me vere affirmari ſequentia palam docebunt. In prioribus tabulis fere Ptolemæum ſequimur: In iſta maxime Cluverium, qui in deſcriptione Siciliæ deceſſorum diligentiam longo intervallo ſuperavit. In deſcriptione locorum, vulgari & recepto nomini Phœnicium apponimus literis Hebræis ſcriptum, niſi cum per ſpatii anguſtias non licuit. Sed in Hebræa ſcriptura per Sculptoris imperitiam in multis peccatum eſt, quę ex ipſo libro ſupplenda.

EDITORIS SUBMONITIO.

In tabulis hiſce vitia duo occurrunt. Primnm, ut notat Author, iſtud eſt; quòd in Hebręa locorum nomenclatione per Sculptoris imperitiam multoties ſit peccatum. Alterum vero, quod Author minimè notavit, eò quod viſum fuerit ipſi leviſſimum, hoc eſt, quòd in iiſdem tabulis, potiſſimum prima & ſecunda aliqua adſit confuſio; inde nata, quod tabulę tabulis inſerantur, locique reipſa disjunctiſſimi in illis cohęreant. Utrique huic vitio obviam, quantum pote, eſt itum, tum genuina Hebręorum Nominum adſcriptione, tùm tabularum ipſarum ſecretione & multiplicatione.

LIBER



LIBER PRIMUS.

DE

PHOENICUM COLONIIS.

CAPUT I.

Scopus Authoris, & de Phœnicum & Syrophœnicum nomine.

In tenuibus, quas habemus, Phœniciæ Hiſtoriæ reliquiis latere quicquid uſpiam antiquiſſimum. Phœnices cum ſuis coloniis Hebraiſmum ubique diſſeminaſſe. Inde multa poſſe erui, quæ Scripturæ lucem afferant. Phœnices nomen obſcuræ originis. Quidam à palmis deducunt, quidam à Rubri Maris, alii à purpuræ colore, alii παρὰ τὸ φόνο, alii a Phœnice Tyrio. Quidam Hebraicè ſcribunt פנחס al. פנק al. פנג, quæ ſingula explicantur. קליא Chald. Ezech. 27: 17. fortè bellaria ex melle, ot κολία in Heſych. Phœnicum nomen Hebr. ſed Græco habitu velatum. Multa exempla hujuſmodi. Hebr. בני ענק *bene* vel *phene anok.* B & Φ permutabilia. לפני pro לבני, Prov. 4: 3. Ex *phene-anak* N eliſum ut in בת *bath* pro בנת *beneth* filia, & בדן *bedan* pro בנדן *bendan.* Chadre-Anak Carthago. Anakæi Phœnicum nobiliſſimi, robur, moles. Urbes præcipuæ *Hebron* & *Debir*, una Belli arx, altera Literarum ſedes. Ejus variæ appellationes. Arba unde dictus. Conjectura Cappelli. Alia veriſimilior. *Arba* pro *Abiarba*, ut *Ibezer* pro *Abiezer*. *Abi-Arba* ὁ πατὴρ τῶν τεσσάρων. Ejus poſteri quatuor valde inſignes, *Anak* filius & nepotes, *Achiman*, *Seſai*, & *Thalmai*. Hæc nomina quid ſonent. Anakæi Judæis quàm terribiles. Tamen à Joſua victi migrarunt ad Philiſtæos. Anacæi Gigantes & alii Gigantes eodem ævo. Dicuntur quidem filii *Rapha*, ſed ibi *Rapha* eſt quivis gigas. Anakæorum urbes Gath, Gaza & Azotus Aſcalon non item, quamvis ita ferat Græca Verſio. Eorum oſſa Hebrone & Damaſci. In Aſteria inſula cadaver Aſterii longum decem cubitos, cujus pater *Anax*, id eſt, Anakæus. Ita Pauſanias. Ἄναξ nomen ſacrum & auguſtum. Dioſcuri *Anaces*. Ut in Libya Libyphœnices, ſic in Syria Syrophœnices populi mixti, vel inter Phœnices & Syros medii. Damaſcus pars Syrophœnices. Syrophœniſſam Marc. 7: 26. Int. Arabs deducit ex אלגור *Algaur*, id eſt, ex Cœleſyria. *Algaur* quid ſit in Nub. Geogr. Cœleſyria propriè circa Damaſcum inter Libanum & Antilibanum. Eadem עמיק *amica*, id eſt, profunda dicta, Polybio Αὐλῶνα κοίλην Aliis Syrophœnices Syriæ, Africanis oppoſiti, id eſt, Pœnis. Luciano Syrophœnix pro Tyrio. Ita ſumi in Marco, & Juvenal. Sat. 8. At Eunapio Syrophœnices ſunt Cœleſyri.

Stadio jam prope emenſo, metam interiore gyro ſtringere dum paramus, ecce alius naſcitur labor, & nova ſubinde occaſio nos ad carceres revocat, magnam partem orbis olim cogniti cum Phœnicibus decurſuros, quorum coloniæ diffuſæ ſunt penè in remotiſſima terrarum. Neque hoc laboro fruſtra fungimur. Quamvis enim de Phœnicum navigationibus & coloniis nonniſi pauca ſuperſint monimenta; quia pleraque tempus abſumpſit, & penè quicquid ſcripſerant cum ipſa gente funditus periit: tamen in tenuibus illis Phœniciæ Hiſtoriæ reliquiis latere prope dixero quicquid uſpiam antiquiſſimum, non ſolùm inter Barbaros, ſed & in ipſa Græcia. Quod Lectoribus, ut quidem ſpero, ſequentia palam facient; licet mihi fuerit ſatis ſingula obiter perſtringere, & uberiorem tractatum requirat hoc argumentum.

Hac eadem commentatione prodeſſe conatus ſum Hebrææ Linguæ ſtudioſis; cujus cùm lingua Phœnicia dialectus fuerit, Phœnices cum ſuis coloniis Hebraiſmum etiam ubique diſſeminârunt; neque illum ita corruptum, ut non ex ejus ruderibus multa poſſint erui, quæ obſcuris Scripturæ locis lucem afferant. Verum id ex profeſſo tractare, & accuratè perſequi mihi non fuit hic propoſitum. Tantùm ubi ſe offert occaſio, nonnulla Sacri Textus ex Phœniciis obiter expono vel illuſtro, ut viam aliis aperiam deinceps idem tentandi.

Phœnices jam probavimus Chananæorum eſſe ſobolem. Phœnicum porro vel Phœniciæ nomen, ſit licet pervulgatum, obſcuræ tamen eſt originis & perincertæ. Sunt, qui ἀπὸ τῶν φοινίκων à palmarum copia Phœniciam dictam volunt; alii à colore Rubri Maris, unde ſcilicet in Syriæ littora migraverint primi Phœnices; alii à purpuræ colore puniceo, cujus Tyri magnus proventus; alii παρὰ τὸ φόνος, à cædibus, quibus fuerint olim impenſe dediti; alii à Phœnice Tyrio, cujus in Poetarum fabulis multa mentio.

Plerique Recentiorum nomen Hebræum eſſe putant à Græcis interpolatum; quod quidem Scaliger פנחס *Pinehas*, Fulletus פנק *Panek*, alii פנג *Pannag* ſcribi volunt, nullis authoribus freti: cùm Hebræus ſcriptor vetuſtus nullus extet, qui Phœniciam vel Phœnices his nominibus appellaverit. Tantùm in Scriptura פנחס *Pinehas* (vel quod idem eſt *Phinees*) duorum ſacerdotum nomen eſt, quorum unus Eleazari, alter Heli filius fuit. Et פנק *pannek* Syris eſt deliciari. Et פנג *pannag*, Ezech. 27: 17. Septuaginta *caſiam* reddunt, Hieronymus *balſamum*, Joſephus filius Gorjon, quem ſequitur Selomo Jarchi, אפרסמן *opobalſamum*. Malim hîc ſequi Zoharem, vetuſtum librum, in quo apparet לחם פנג eſſe aliquid dulciarii operis. Unde eſt, quod Chaldæus pro *pannag* habet וקליא κολία Græcam vocem, quam interpretatur Heſychius τὰ ἐκ μέλιτος τραγάλια (legendum τρωγάλια) *bellaria ex melle*. Utut ſit, Veterum nullus eſt qui פנג *pannag* Phœnicem eſſe dixerit. Hiſt. lib. 4. cap. 22. Edit. Baſil.

His igitur omiſſis, nos Phœnicum vocabulum Græcum eſſe non diffitemur; ſed quomodo Græcæ ſunt tot populorum, urbium, fluminum nomenclaturæ, quas ex Hebræa Lingua deſumptas Græci ad ſuæ typum ſic effinxerunt, ut viderentur apud ſe natæ. Ita ex *Moph* fecêre *Memphin*, ex *Boſra* Oſ. 9. 6.
Byrſam, ex *Pibeſeth Bubaſtum*, ex *Taphnes Daphnas*, Ezech. 30. 17.
ex *Giblios Byblios*, ex *Philiſtæis Allophylos*, ex *Horæis* & 27. 9.
Heroum urbem, ex *Ar* Moabitarum *Areopolim*, ex Iſ. 15.
torrente *Jabok Jobocchum*, ex torrentibus *Kedron*, Hebr. 56: 1.
& *Kiſon*, torrentes τῶν κέδρων & τῶν κισσῶν, id eſt, ce- Gen. 46: 20.
drorum & picearum, ex *Jabneel Jamniam*, ex *Dio-* Eſ. 25: 11.
Socotora, id eſt, inſulâ *Socotorâ*, inſulam *Dioſcori-* Jab. 18. 1.
des Jud. 4: 7.
& Suidas in λαῶ.

Ea planè ratione Phœnicum vocem à Græcis effictam fuiſſe puto ad inſtar Hebraicarum בני ענק *phene-Anak*, ac ſi *filios Anak*, vel *Anacaos* dixeris. Rectiùs quidem ſcripſeris *Bene-Anak*. Sed Græci

Beth Hebræum paſſim ita emolliunt, ut cùm *Sophenem* dicit Joſephus pro *Soba* parte Syriæ. Tale *Antiq. lib. 9. c. 5. & l. 8. c. 2.* eſt Φρέαρ *puteus* ex Hebræo באר *beer*, & Φαλαῖναι *balana* ex Syro בעלי נון *baale-nun*, quaſi piſcium dominos dixeris, vel maximè eximios. Et apud Heſychium ἀῤῥαβὼν *arrhabo* pro Hebr, ערבון *araba*. Et Παωφὶ, Φαμενὼθ, Φαρμουθί, Ἐπιφί, pro באבה *Babe*, ברמהאת *Barmahath*, ברמודה *Barmude*, אביב *Abib*, totidem nominibus menſium Ægyptiacorum. Et quod eadem nucis ſpecies Perſis dicitur בסתק *biſtak*, Syris פסתק *piſtak*, Arabibus פסתק *phiſtak*. Quæ triplex diverſitas etiam ab Athenæo his verbis obſervata eſt: ἃ δὴ νῦν πιστάκια οἱ Σύροι καλοῦσι, ὁ δὲ Νίκανδρος φιστάκια, Ποσειδώνιος δὲ βιστάκια. *Quæ nunc piſtacia Syri vocant, Nicander autem cum ſpiritu phiſtacia, Poſidonius verò biſtacia.* Ut jam nemo miretur, quod nos בני ענק *bene Anak*, & *Phœnices*, & *Punicos* vel *Pœnos* pro iiſdem habeamus. Quid quod ipſi etiam Hebræi לפני *liphne* pro לבני *Libne* ſcribi notant, Prov. 4: 3. & in alio loco ſimili, qui tamen mihi non occurrit, quod ſciam.

Unum videtur obſtare, quod in *ben anak* eſt N duplex: ſed prius excidit per Syncopen vel Apocopen in ea voce familiarem Hebræis, qui obſervant בת *bath* filiam dici pro *beneth*, & Samſonem Danitam 1. Sam. 12: 11. vocari בדן *Bedan* pro בן דן *ben Dan*, filium Danis, literâ N eliſâ. Quidni pari compendio etiam בענק *beanac* vel *pheanac* olim dictum fuerit pro בן ענק *ben Anak*. Maximè cùm apud Hebræos in propriis nominibus ſæpe aliquid elidatur. Tale *Abraham* pro pleno *Ab-rab-hamon* & *Samuel* pro *Saul-meel*.

Summa eſt, ex Chananæo nomine *Ben Anak*, vel contracto *Beanak*, Græcos primò *Pheanac*, mox *Phœnicem* feciſſe, more ſuo καλλωπίσαντας τὰ ἔθνη τοῖς ὀνόμασι πρὸς τὸ εὐνόητον αὐτοῖς, *cohoneſtantes populos nominibus, quæ faciliùs perciperent*; quod verè obſervat Joſephus. *Antiq. lib. 1. c. 6.*

Et vero בני ענק *bene-Anak* filios Anacæorum ſe credi voluiſſe Phœnices inde colligas; quod Carthaginem à ſe conditam nominarunt *Chadre-Anak* חדרי־ענק ſedem Anacæorum, ut legere eſt in Plauti Pœnulo. *Act. 5. Scena 2.* Quamvis enim Phœnicum paucos ex Anacæorum familia verè ortum duxiſſe non eam inficias, tamen Gentis celebritas multis ſuadere potuit, ut ab ea natales ſuos conarentur arceſſere. Quid quod, in ſingulis gentibus id ferè tralatitium eſt, ut nomen ſortiantur à parte ſui nobiliſſima. Porro inter Chananæos hæc familia nulli omnium virtute ceſſit, neque ſplendore nominis. Robur erat humano majus, atque ea moles corporis, ut præ illis Iſraelitæ eſſent inſtar locuſtarum. *Num. 13: 34.* Urbes præcipuæ duæ *Hebron* & *Debir*: *Joſ. 11: 21.* quarum antiquior etiam ante Tanim condita Pharaonis Regiam. *Num. 13: 23.* Ea fuit Arx belli, ut *Debir* Literarum ſedes; quæ proinde *Kirjath Sepher* urbs librorum, & *Kirjath-Sanna* urbs doctrinæ vel legis appellatur à Joſua, *Joſ. 15: 15. 49.* & ab Interprete Chaldæo *Kirjath-Arche* קרית־ארכי *urbs Archivorum*. *Jud. 1: 11, 12. ex Arab. lingua.* Etiam Hebroni cognomen *Kirjath-Arba*, id eſt, *Arba* civitas, qui fuit conditor gentis Anakæorum. Jacobus Capellus ὁ μακαρίτης hunc Arbam quatuor cubitis procerum fuiſſe colligit ex nomine. Hebræis enim ארבע *arba* ſignificat quatuor: & אמות cubitorum vox non rarò ſubauditur. Sed cùm *Arba* legatur fuiſſe *magnus inter Anakæos*, id eſt, Anakæorum maximus; quatuor cubitorum ſtatura minor fuerit, quàm ut famæ reſpondeat; minor certè quàm vel Goliathi, vel Ogis Regis Baſan, cujus ſponda ferrea Rabbathæ ſervabatur longa novem cubitos. *Deut. 3: 11.* Itaque *Arba* mihi potiùs per aphæreſin fit אבי ארבע *Abi arba*; ὁ πατὴρ τῶν τεσσάρων; qua ratione *Iezer* Num. 26: 30. legitur pro *Abiezer*, Joſ. 17: 2. *Joſ. 15: 13, 14.* Nempe inter Arbe poſteros quatuor Scriptura memorat, qui virtute & robore cæteris præcelluerunt. Hi fuerunt *Anak filius; & nepotes Achiman, Seſai, & Thelmai.* ענק *Anak* (quaſi *Torquatum* dicas, qualis fuit ille Gallus, quem devicit Manlius ad Anienem) familiæ nomen fecit. אחימן *Achiman* (ad verbum, *quis frater meus?*) ipſo nomine ſignificabat ſibi neminem eſſe comparem. Idem potuit eſſe cognomen primi Regum Perſiæ, quem Græci vocant *Achæmenem*: erat enim id elogium regio faſtu dignum, & Perſico ſupercilio. Talmudici אחימן *Achiman*, tanquam voce deducta ex אח & ימין, exponunt מיומן שבאחיו, τῶν ἀδελφῶν ὑπερδέξιος, *dextrâ ſeu manu fratribus ſuperiorem.* Fratrem ששי *Seſai*, quaſi *Sextum* nuncupatum veriſimile eſt à ſtatura ſex cubitorum; qualis fuit Goliath; ut & *Thalmai* תלמי à תלם ſulco, quod proceritate corporis ſulci longitudinem exæquare videretur. *Etymol. Magnum* ἄναξ ὁ ὑψηλός. Hi fuêre Gentis proceres; quorum ſola ſpecies exploratores terræ Chanaan ita perculit, ut redeuntes ad ſuos, reliquorum Chananæorum mentione vix facta, ſolos Anacæos ſemper creparent & in ore haberent. *Num. 13: 28: 33.* *Robuſtus eſt* (inquiebant) *populus; qui habitat in ea terra, & civitates munita valde; etiam Anacæos ibi vidimus.* Rurſus; *Populus omnis, quem in ea vidimus, ſunt homines proceri; etiam ibi vidimus gigantes* בני ענק (*bene Anak*) *filios Anak.* Quâ figurâ dixit Homerus; Τρωάς τε καὶ Ἕκτορα; Et Lucas: *cum mulieribus & matre Jeſu.* Et David, aut quiſquis eſt, in titulo Pſ. 18. *Liberavit eum Deus a manu omnium hoſtium ſuorum, & a manu Saulis.* Unde in Judæorum caſtris trepidatio & murmur ingerentium ſubinde; *Quis ſtabit coram filios Anak?* *Deut. 9: 2.* Hi tamen à Joſua victi & fugati ſunt, coactique ſolum vertere, & migrare ad Philiſtæos: ubi eorum reliquias hæſiſſe veriſimile eſt uſque ad tempora Davidis. *1 Chron. 20: 4. Et 2. Sam. 21: 16.* Anacæos enim fuiſſe Goliath & Lachmi fratres, & Sippai, & Iſbibenob, & Gigantem illum ſedigitum à Jonathane occiſum, Hebræorum Magiſtri inde colligunt; quòd ii omnes nati legantur in urbe Gath; quæ fuit una earum urbium, in quas ſeceſſerant Anacæi à Joſua pulſi. Neque id obſtat, quod dicuntur patrem habuiſſe הרפא *Rapha*; quaſi fuerint è poſteris *Rephaim* ſeu *Raphæorum*, non autem Anacæorum. Nam ibi loci *Rapha* eſt appellativum, non proprium viri nomen; ut apparet ex articulo præfixo. Itaque *Rapha* eſt quivis gigas. Addo multos eſſe, qui putent etiam Raphæos Gigantes Anacæorum fuiſſe prolem. Præter Gath etiam Gazæ & Azoti habitarunt reliquiæ Anacæorum, alibi nuſquam; ut expreſsè habetur, Joſ. 11: 22. Proinde mihi ſuſpectum eſt, quod habet Græca Verſio, Jerem. 47: 5. ἀπεῤῥίφη Ἀσκάλων καὶ τὰ λοιπὰ τῶν Ἐνακιμ; vel καὶ οἱ κατάλοιποι Ἐνακίμ. Unde Theodoretus & alii colligunt Anakæos etiam Aſcalone degiſſe. At malo ſequi Hebræos, qui non habent שארית ענקים *reliquias Anacæorum*, ſed שארית עמקם *reliquias vallis eorum*; atque id ſequitur Vulgatus Interpres.

Si quis plura deſiderat Anacæorum monumenta, reperiet apud Joſephum eorum oſſa Hebrone ſuo ævo adhuc oſtenſa, majora quàm ut quis credat, qui non viderit. *Antiq. lib. 5. c. 2.* Simile quid refert Benjamin Tudelenſis; *Itiner. p. 56.* Anacæi cujuſdam *Abcamaz* nomine, qui regnaverit ſcilicet orbe toto, vidiſſe ſe Damaſci coſtam pendentem in palatio, longam novem ſpithamas, latam duas. Neque aliò pertinet, quod in Atticis ſcribit Pauſanias, in Aſteria prope Miletum inſula repertum fuiſſe cadaver longum decem cubitos Aſterii Herois, cujus pater fuit *Anax* terræ filius, id eſt, Anacæus gigas. Ἀστερίαν, inquit, τὴν ἑτέραν ὀνομάζουσι, καὶ τὸν Ἀστέριον ἐν αὐτῇ ταφῆναι λέγουσιν: εἶναι δὲ Ἀστέριον μὲν Ἄνακτος, Ἄνακτα δὲ γῆς παῖδα. Ἔχει δ' ὧν ὁ νεκρὸς οὐδέν τι μεῖον πηχῶν δέκα.

Ab hoc Anacte Miletus olim *Anactoria* dicta eſt. Euſtath. in Iliad. Α. pag. 16. Καὶ κύριον ὄνομα φέρεται Ἄναξ υἱὸς γῆς καὶ οὐρανοῦ, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ Μίλητος Ἀνακτορία ἐκλήθη ποτέ. Stephani Epitomaſtes voce Μίλητος pro Ἄνακτος perperam habet Ἀνάκτορος, cùm de Mileto ſcribit: Ἀπὸ Ἀνάκτορος τῆς γῆς καὶ οὐρανοῦ ὠνομάσθη Ἀνακτορία. Indidem factum id eſſe putaverim, quod apud Poëtarum antiquiſſimos nomen ἄναξ in honore eſt tanquam ſacrum & auguſtum, Regibuſque & Heroibus peculiare. Etiam Dioſcuros ἄνακας ideò dictos eſſe conſentaneum eſt, quod ſtatura & majeſtate cæteris mortalibus anteſtarent. Apparet ergo Gigantum Anacæorum magnam fuiſſe celebritatem; neque potuiſſe Chananæos digniore virtutis elogio cohoneſtari, quàm ſi ſe בני ענק, filios Anacæorum, prædicarent; unde ſumpſit originem Phœnicum vocabulum, qua ratione diximus.

Ut in Africa porro, qui Carthagini & mari propiores erant, *Phœnices* ſimpliciter; qui in interiorem Africam conceſſerant *Libyphœnices* vocabantur, utpote *miſtum Afris Punicum genus*, ut in Livio habetur; ita hic Phœnices, qui maritimam regionem incolebant; oppoſiti verò *Syrophœnices*, qui Syriæ proximi erant, & Syris ferè permixti. Syriam hic ſumimus, non ut Phœnicem includit, ſed ut ei opponitur; qua ratione ſcribit Plinius *circumfundi Syriâ Phœnicen*; & Dionyſius Periegetes;

Decad. 3. lib. 1. — *Plin. lib. 5. cap. 12.*

Οἱ μὲν ἐπ᾽ ἠπείρῳ, τοίπερ Σύριοι καλέονται,
Οἱ δ᾽ ἁλὸς ἐγγὺς ἐόντες, ἐπωνυμίην Φοίνικες.
Interiora tenent alii, gens illa Syrorum eſt;
Littus habent alii, Phœnicum nomine dicti.

Inde adagium apud Suidam, Σύροι πρὸς Φοίνικας, *Syri contra Phœnices*; quo alii aliis opponuntur. Et Ælianus ibidem verbo ὑπέστασις: Ἀπέστη τὸ Σύρων, καὶ Φοίνικας τοὺς γείτονας προσέλαβεν, *defecit Syrorum gens & Phœnicum vicinos aſſumpſit.* Syrophœnices igitur medii inter hos duos populos occupabant regiones in utriuſque confinio ſitas, Heliopolim puta, Chalcidem & Marſyæ tractum. Quibus acceſſere Damaſcus & Abyla Lyſaniæ, quas Cœleſyriæ adſcribunt Ptolemæus & Strabo; ſed Euſebius & Hieronymus Phœniciæ; Tertullianum ſequuti, qui *Damaſcum in Syrophœnicem transſcriptam eſſe* aſſerit *ex diſtinctione Syriarum*, à Romanis ſcilicet facta. Quod ipſum de Damaſco jam antè ſcripſerat Juſtinus Martyr; νῦν προσνενέμηνται τῇ Συροφοινίκῃ λεγομένῃ, *nunc attribuuntur illi ora quæ Syrophœnice dicitur.*

Lib. adverſ. Jud. & cont. Marc. l. 3. — *In Dial. cum Tryph. Jud.*

Confirmat id, quod diximus, Syrophœnicem eſſe Cœles Syriæ partem circa Damaſcum, Marci Interpres Arabs, vir, quiſquis fuerit, doctiſſimus. Is enim hæc Evangelii verba, ἦν δὲ ἡ γυνὴ Ἑλληνὶς Συροφοίνισσα τῷ γένει, ad verbum ita reddidit, *& erat Græca Syra, & genus ei* מן אלעור *ex Algaur*, id eſt, ex *Cœleſyria*. Nam *Algaur* id ipſum eſt, quod Græcè κοῖλον concavum. Unde & vitium illud oculi, quod Græci κοίλωμα vocant, in Avicenna nominatur עור אלען *guvvur alaini*. Et cavernæ מעאראת *megarath* Arabicè à cavitate dicuntur; unde & Græcè μέγαρα Heſychio & Phavorino ſunt κατάγεια οἰκήματα, *ſubterranea domus*. Sed ne meris conjecturis videamur hic niti, præeuntem habemus Geographum Nubienſem; qui quinta parte Climatis tertii docet quid ſit *Algaur* his verbis: *Habitationes gentis Lot*, (id eſt, Moabitarum & Hammonitarum) *mare fœtidum*, (id eſt, mortuum) *& Zegar* (Segor) *uſque ad Baſan & Tiberiadem, vocantur Algaur:* לאנא בקעה בין גבלין, *quia eſt planities inter duos montes.* Planum eſt deſcribi *Cavam Syriam:*

Marc. 7. 26.

Ἣν Κοίλην ἐνέπουσιν ὁμώνυμον, οὕνεκ᾽ ἄρ᾽ αὐτὴν
Μέσσην καὶ χθαμαλὴν ὄρεα δύο πρῶνες ἔχουσι.

Dion. Pereg.

Quam dixêre Cavam, celſo quia vertice montes
Hanc utramque premunt gemini, & ſubſidere cogunt.

Jam ſi *Algaur* Cœleſyria eſt, etiam eò pertinet regio circa Damaſcum inter Libanum & Antilibanum; quæ vel maximè propriè Cœleſyria dicitur. Strabo; *Omnis regio, quæ ſupra Seleucidem eſt, & in Ægyptum & Arabiam uſque recedit, Cœleſyria appellatur; propriè verò, quæ Libano & Antilibano definitur*, id eſt, ager Damaſcenus. Nam Cœleſyriam illam proprio dictam Strabo latam eſſe dicit ſtadiis cc. hoc eſt xxv. millibus, & longiorem duplo. Et agro Damaſceno Geographus Arabs unam ſtationem latitudinis, & longitudinis duas tribuit; quarum ſingulas, ſi juſtæ ſint, rectè definit vir doctiſſimus Gabriel Sionita ſpatio xxv. millium. Itaque eadem eſt menſura.

Cœleſyria ut Arabibus *Algaur*, ita Hebræis עמוקה *Amuca*, & Syris עמיקא *Amyca*, id eſt, profunda dicebatur. Unde Ἀμύκης πεδίον, *Amycæ campus* in Polybio lib. 5. cum de Oronte amne ſic agit: τὴν ἀρχὴν τοῦ ῥεύματος λαμβάνων, ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Λίβανον καὶ τὸν Ἀντιλίβανον τόπων, καὶ διανύσας τὸ καλούμενον Ἀμύκης πεδίον, ἐπ᾽ αὐτὴν ἐγχεῖται τὴν Ἀντιόχειαν. *E proximis Libano & Antilibano locis ortus, per eam, quam Amycæ planitiem nominant, labens, Antiochiam petit.*

Sunt, qui Phœnices prope Syriam Syrophœnices dici putant διακριτικῶς, ut diſtinguantur ab Africanis Phœnicibus, id eſt, Pœnis. Itaque ex horum ſententia Syrophœnix idem qui Phœnix. Quo ſenſu à Luciano uſurpari palam eſt in Concilio Deorum; ibi enim Bacchus legitur eſſe Συροφοίνικός τινος ἐμπόρου, τοῦ Κάδμου θυγατριδοῦς, *Syrophœnicis cujuſdam mercatoris, Cadmi* ſcilicet *nepos.* Syrophœnicis, id eſt, Phœnicis, ſive Tyrii. Tyrius enim fuit Cadmus; unde & alibi vocatur ab eodem Luciano Κάδμος ὁ νησιώτης; quia natus ex Tyro inſula. Potuit pari ratione Marcus Syrophœniſſæ nomine Tyriam intelligere, vel Sidoniam. Eam enim ex illis partibus fuiſſe oriundam videtur poſſe colligi ex Marci collatione cum Matthæo, qui ſic habet cap. 15. verſ. 21. *Et egreſſus inde Jeſus receſſit in partes Tyri & Sidonis; & ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa,* &c. *Sic Juvenalis Satyrâ octavâ;*

Obvius aſſiduo Syrophœnix udus amomo.

Syrophœnix, id eſt, Phœnix. Ita nominat unguentarium, quia unguenta in Phœnice laudatiſſima fuêre. Dioſcorides ubi de Lilino unguento; δοκεῖ δὲ διαφέρειν τὸ ἐν Φοινίκῃ, *præſtantiſſimum eſſe videtur, quod in Phœnice conficitur.* Plinius de unguento lib. 13. cap. 1. *Cyprinum in Cypro, deinde in Ægypto; ubi Mendeſium & Metopium ſubito gratius factum eſt. Mox hæc abſtulit Phœnice.* Item; *In Cyprinum addunt myrrham & panacem. Hoc optimum Sidone.*

Sunt & quibus Syrophœnices iidem ſunt cum Cœleſyris. Res patet ex his Eunapii de Libanio: ὃ πάντες οἱ Συροφοίνικες ἔχουσι κατὰ τὴν κοινὴν ἔντευξιν ἡδὺ καὶ κεχαρισμένον, τοῦτο παρ᾽ ἐκείνου λαβεῖν μετὰ παιδείας ἔξεστιν. *Quod ſuave & jucundum habent in vulgari colloquio omnes Syrophœnices, hoc ab illo cum eruditione petere licet.* Syrophœnices, id eſt, Cœleſyri. Libanius enim Antiochiæ natus erat, Cœleſyriæ metropoli. Idem Eunapius; Λιβάνιον δὲ Ἀντιόχεια μὲν ἤνεγκεν ἡ τῆς Κοίλης καλουμένης Συρίας πρώτη πόλεων, *Libanium quidem produxit Antiochia Cœleſyriæ, quam vocant, metropolis.*

CAPUT II.

Phœnicum navigationes & coloniæ quàm multæ.

Phœnice colonias emiſit ferè per totum orbem. Variæ cauſæ migrationum. Quarum præcipua ſoli anguſtia, poſtquam Phœnices maximam partem occuparunt Iſraelitæ. Nulli mercatores Phœnicibus θειότεροι. Eorum coloniæ in Cypro, Ægypto, Cilicia, Piſidia, Caria, Rhodo, Bithynia, Thracia, Samothracia; & aliis Inſulis Ægei & Cretici Maris, Creta, Græcia, Illyrico, Sicilia, Sardinia, Hiſpania, Balearibus, Africa intra Gades & extra, Gallia, Caſſiteridibus, Thule, Syria, Arabia, Mari Perſico, &c.

Phœnice, licet terrarum anguſtiſſima, tamen in orbem totum colonias emiſit è ſuo ſinu; incolarum aliis imperii cupidine ſollicitatis, aliis novarum rerum avidis, aliis crebris terræ motibus fatigatis, aliis multitudinis domi minuendæ gratiâ, nova & externa domicilia armis ſibimet quærere coactis. Hæc partim ex Curtio, partim ex Salluſtio; in quibus id maximè probo, quod ultimo loco allatum. Poſtquam enim terra Chanaan penè univerſa occupata fuit à Judæis duce Joſua, littoralis illa tænia, quæ ampliſſimæ genti ſola relicta eſt, cùm tantæ multitudini non ſufficeret, pars Phœnicum multò maxima è terra ſua exules mari ſe commiſerunt, alias quæſituri ſedes. Quod facile fuit exequi; quia quicquid ad navigationem requiritur ipſis abundè ſuppetebat; mare apertum, portus commodi, multa ex Libano materies navibus fabricandis, juventus animoſa & induſtria. Proinde, Tibullo teſte;

Prima ratem ventis credere docta Tyrus.

Et Phœnices primi omnium longinquas profectiones ſuſceperunt, & maris imperium diu tenuerunt; quia navigandi peritia reliquas gentes longo intervallo ſuperabant. Meritò igitur Lucianus in Toxari nullos eſſe aſſerit θειοτέρους ἐμπόρους, diviniores mercatores Phœnicibus; cùm non in Pontum ſolùm aut Boſphorum uſque navigent; ſed quaqua verſus Græcum & Barbarum Mare percurrant, & omnia prope littora quotannis perſcrutati nonniſi extremo Autumno in patriam revertantur.

Illorum porro colonias dinumerare non eſt facile; neque verò id oneris in nos ſuſcipimus: tamen hæ præcipuæ ſunt, & ex hiſtoria notiſſimæ. In Cypro Citium & Lapethus à Belo, Carpaſia à Pygmalione, Cinyreium à Cinyra conditæ; Cerynia item & Paphus & Amathus Cypri urbs vetuſtiſſima, in qua Rex Phœnicum Adonis colebatur. In Ægypto Caſtra Tyriorum prope Memphin; ubi peregrinæ Veneris fanum; (Thebas addunt, ſed fabuloſè.) In Aſia Minore Cilicia, quam conditorem habuiſſe volunt Cilicem filium Agenoris, & Cilicibus vicini Solymi, qui

Γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφιέντες,

ipſo ſermone ſatis prodebant ſe Phœniciæ eſſe originis. Quod & aliunde patet. Nec procul inde Caria, Phœnice dicta à Coryona & Bacchylide apud Athenæum lib. 4. Et Rhodus, in qua multa veſtigia ſuperſunt Phœnicum habitationis. Et Bithyniæ pars Mariandyna cum urbe Pronecto, quam vel Phœnices condidêre, vel ipſe Phœnix. Adde inſulas Ægei & Cretici Maris, Samothraciam, Imbron, Thaſum, Samon, Oliarum, Theran, Cythera, Melon, Anaphem; hanc Membliarum, illam Byblida olim appellatam; & Cretæ urbem Itanum; & in Græcia Thebas; & populum Atticæ Gephyræos; Spartam etiam, ſi Timagoræ credimus, qui eam deducit ἀπὸ τῶν μετὰ Κάδμου Σπαρτῶν; & Thraciæ loca quædam circa Pangæum; & Illyrici Butoen vel Butoam urbem, & populos Encheleas; & in Sicilia Motyen & Lilybæum; & in Sardinia Caralim & Sulcos; & in Hiſpania Malacam, Auderam, Carteiam, Carthaginem Novam, & vicinas inſulas Gades, Ebuſum, Baleares; & in Africa cis Gades, præter celebrem illam Romani imperii æmulam, & terrarum orbis avidam, Carthaginem, Auſatam ab Ithobalo illo conditam, de quo 1. Reg. 16: 31. Abrotonum, Tripolim, Leptim triplicem, Adrumetum, Tunetem, Uticam, Hipponem, Chalcem, Tingin; cum inſulis Ægimuro, Cercinna, Gaulo, Lampade, Coſſura, Eudipne, Iſto, Melita; & extra Gades, Lixum, Thymiaterium, Caricum murum, Gytten, Acran, Melittao, Arambyn, Cernem ab Hannone conditas; qui triginta hominum millia eò deduxit in coloniam. Taceo trecentas urbes, quas à Phœnicibus ad Oceanum extructas Nigretes & Pharuſios excîdiſſe ſcribit Eratoſthenes; & magnam in Mari Atlantico inſulam plurium dierum navigatione à Libya diſſitam, quam à ſe occupatam Carthaginenſes in aſylum ſibi deſtinabant, ſi ſuæ urbi quid accidiſſet ſecus. Et colonias, quas in Galliam & Caſſiterides & Thulem uſque miſiſſe mihi fit veriſimile, ut ſuo loco dicam. Neque dum egi de Phœnicum coloniis vel in ipſa Phœnice, vel in vicina Syria; Tyro, Arado, Tripoli, Emiſa ad Euphratem: nec de Arabiæ Elana ad Mare Rubrum, neque de Maris Perſici inſulis, Tyro vel Tylo & Arado. Jam de ſingulis obiter, ſi modo aliquid occurrat noſtra commentatione dignum.

CAPUT III.

Phœnices in Cypro.

Cinyras Cypri Rex Adonim ex Myrrha genuit circa Trojana tempora. Tria nomina Phœnicia. Cinyras Muſicæ artifex, Agamemnoni æqualis. A Belo conditæ urbes Citium & Lapethus. Pygmalionis & Didus pater Belus vel Methres vel Margenus, id eſt, מתנון. Alius Belus multò antiquior. Pygmalion פעם מליון *Pumelion*. Paphus ſucceſſor [al. Epaphus & אביב] Paphum condidit. Elulæi expeditio in Citiæos Citium fortè כתים. De Citio quædam. *Carpaſia* vel *Carbaſia* urbs ſic dicta, quia ad ventum *Carban* & ad occaſum brumalem, Chald גרבית *garbith*. Italicè *Garbino*. *Cerynia* vel *Cerinæum*, &c. fortè קרנים *Karnajim*. *Lapethus* vel *Lepethis* urbs, id eſt, ſtatio, ab Arabico לבת *labatha* ſtare, ἐμμένω, ἱστάναι. *Uraniæ* cives in ſtellas. Inde *Urania* dicta. Imò ab *Urania* cultu. *Amathus* ab חמת *Amath*, Jonathan habet אמתוסאי *Amathuſios* pro Sinæis. Amathuſii reliquiæ Phœnicum. Amathunte cultus Adonis. Amathuſa mater Cinyræ. Imò Pharnace פרנקא Amathuſii in boves, inde *Ceraſta*. Cyprus cur *Ceraſtis*. *Malica* Hercules. *Curium* & *Marium* à Cinyræ filiis conditæ. Curium & Curias & Marium unde dicantur. *Golgos* à *Golga* ſcilicet Adonidis filio. Quin à גלגל *Golgol* deflexum. Multa de Golgo. *Idalium* non dicitur à Sole, ſed ab *Idala*, Joſ. 19: 15. Ab Hieronymo ſcriptum *Iadela*, id eſt, locus Deæ ſeu Veneri ſacer. Cyprus à Cypro Cinyræ filio. Cyprus muliebre nomen. Cyprus inſula potiùs à Cypri flore, Arab. *alhenna* & Hebr. כפר *Copher* Cant. 3. Tremithus à terebinthis.

Ante Trojani Belli tempora in Phœnice & Cypro regnabat Cinyras, qui ex Myrrha filia Veneris amaſium Adonin genuit. Cinyras Phœnicibus erat כנור *Cinnor*, vel *Cinor*; Myrrha מור *Mor*; Adonis אדוני *Adoni*. כנור *Cinor*, Græcè κινύρα, eſt Citharæ ſpecies, à qua Cinyræ nomen inditum. Cauſam habes apud Suidam; Κινύρα, &c. Θείαντος παῖς βασιλεὺς Κύπρου, ζάπλουτος, ὅν φασιν ἁμιλλώμενον τῷ Ἀπόλλωνι, ὡς οἷα Μουσικῆς τεχνίτην, ἀπολωλέναι. διὸ καὶ Κινύρας ἐκλήθη, παρωνύμως τῇ κινύρᾳ. *Cinyra filius Thiantis Regis Cypri, valde dives, quem ajunt ut Muſices artificem cum Apolline certantem periiſſe. Quapropter etiam Cinyras vocatus eſt, quo nomine ad cinyram* id eſt, citharam) *alluditur*. Hic eſt ille Cinyras vel Cinyres, à quo Aga-



Digitized by Google


CILICIA
et
Cyprus
Taurus M.
TAURUS M.
Septentrio
Olbasa
Flaviopolis
Irenopolis
CILICIA ASPERA
Philadelphia
CILICIA PROPRIA
Caystrus
Domitiopolis
CETIS
Diocaesarea
Tarsus
Lamus
Seleucia aspera
Anazarbum
Castabala
Aphrodisia
Corycus
Soli
Adan
Mopsvestia
Mallus
Celenderis
Sebaste
Lamus
Occident
Oriens
CILICIAE FRETUM
ISSICUS SINUS
Crommyon pr.
Lapeth
Carpasia
Arsinoe
Cerynia
Aphrodisii al. Urania
CYPRUS
Salamis
Pedalium pr.
Posidium
Heraclea
Olympus M.
Tremithus
Paphos nova
Idalium
Laodicea
Gabala
Curium
Amathus
Tamassus
Paphos vetus
Citium
Paltos
Orthosia
Simyra
Curias pr
Meridies

Agamemnon thorace donatus eſt. Homerus Iliad. Λ. de Agamemnone,

——— θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε
Τόν ποτέ οἱ Κινύρης δῶκε ξεινήϊον εἶναι·
Πεύθετο γὰρ Κύπρονδε μέγα κλέος.
——— *munit præcordia thorax:*
Pro xenio quem Rex Cinyras donaverat olim,
Nam fuit uſque Cyprum celeberrimus.

Eſt & id petitum ex hiſtoria, quod apud Poëtam Æneæ dixit Dido in primo illo congreſſu,

Æneid. lib. 1.

——— *genitor tum Belus opimam*
Vaſtabat Cyprum, & victor ditione tenebat.

Belum enim hanc inſulam tenuiſſe docent ab illo conditæ urbes Citium & Lapethus. Alexander Epheſius apud Stephanum in Λάπηθος:

Βῆλε δ' αὖ Κίτιον τε, καὶ ἱμερόεσσα Λάπηθος.
Præterea Beli Citium, & peramana Lapethus.

Neque verum eſt, quod in Virgilii locum ſcripſit Servius, Cyprum à ſe ſubactam Belum Teucro conceſſiſſe, ut in ea collocaret imperium. Nam tempora non conveniunt; & Beli filium Pygmalionem poſt Belum in Cypro regnaſſe diſcimus ex Neanthe Cyziceno, & ex commentariis Aſclepiadis Cyprii περὶ Κύπρου καὶ Φοινίκης; quos citant Porphyrius Tyrius libro quarto περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, & Hieronymus in Jovinianum lib. 2. cap. 9: ubi Eantem pro Neanthe perperam legi moneo. Belus pater Didonis alio nomine *Methres* dictus eſt, ſi Servio credimus. Sed in Phœnicum Annalibus apud Menandrum idem appellatur Μάτγηνος, id eſt, מגאון *Mugaon*, vir eximius. Regnavit annis 32. & Pygmalion annis 40. Cave ne Belum illum confundas cum priſco Belo primo Rege, de quo Poëta;

Implevitque mero pateram, quam Belus & omnes
A Belo ſoliti.

Pygmalion eſt פומגעליון *Pugmeelion*, quies ab altiſſimo Deo, uno verbo Πανύψιστος, פוג eſt Hebræis פוגה, & *Elion* Deus Phœnicum, ut ex Sanchoniathone conſtat. Melchiſedech Rex Chananæus verum Deum hoc eodem nomine coluit, Gen. 14: 18, 19. Pygmalioni ſucceſſit Paphus, qui Paphum in Cypro condidit. Ubi inclitum illud templum Paphiæ Veneris, de quo multa Tacitus (quæ alibi non reperias) lib. 2. Hiſtor. Eò loci primùm appuliſſe fertur Venus è mari emergens. Alluit Παφίης νυμφήϊον ὕδωρ Σίστραχος ἱμερόεις, *Veneris ſponſalis aqua Seſtrachus amabilis*, in quo cum Adonide lavabatur. Ita habet Nonnus lib. 13. Itaque pro Σίστραχος legerim lubens Ἔστραχος. Id eſſet Syris libidinoſus amnis; ut אשתרח *eſtarach* verbum *ardere libidine*, Rom. 1: 27. & 1. Pet. 4: 4 Sic Aphacis prope Libanum nomen fuit ab amplexibus Veneris & Adonidis, ut ſuo loco dicetur. Tamen in Lycophrone Σάτραχος vel Σέτραχος eſt Cypri amnis. Paphus pro Epapho dictus, & Epaphus Ægyptiis Ἄπαφος eſt אביב *Abib*.

Pygmalione recentior Elulæus annis fere CL claſſe vectus in Cyprum Citiæos, ab imperio Phœnicum cùm defeciſſent, ad obſequium reduxit. Menandri verba ſunt, apud Joſephum Antiquit. lib 9. cap. 14. Καὶ Ἐλουλαῖος ὄνομα ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα ἕξ. Οὗτος, ἀποστάντων Κιτιαίων, ἀναπλεύσας προσηγάγετο αὐτοὺς πάλιν. Rex Elulæus Salmanaſſari fuit σύγχρονος, à quo decem Tribus abductæ. Nomen, ut *Hillelis*, ab הלול *hillul*, id eſt, à laude videtur ductum.

Joſephus, Euſebius, Hieronymus & alii Citium, adeóque Cyprum, putant Hebraicè dici כתים *Cethim*; quod facilè conceſſero; modò ne referatur ad priſcum illum *Cethim* filium Javan, Gen. 10: 4. quem in Italia fixiſſe ſedes pluribus ſuprà docuimus. Citium urbs fuit nobilis, ſed nulla re celebrior, quàm ortu Zenonis Philoſophi; & obitu Cimonis Athenienſis, quem poſt mortem Citienſes ut Heroem coluerunt. Ævo Alexandri Citium Regem habebat proprium, qui Alexandro donavit μάχαιραν θαυμαστὴν βαφῇ καὶ κουφότητι, eoſem tincturâ & levitate mirabilem, quâ deinceps ſemper uſus eſt. Phœnices fuiſſe incolas ſcribunt Laërtius & Suidas in Zenone.

Vide Diod. lib. 12. & Plut. in Cimone. Plut. in Alex.

Phœnicum item urbes in Cypro fuêre *Carpaſia*, *Cerynia*, & *Lepethis* vel *Lapethus*, de qua jam antè. Scylax; Καρπασεία, Κηρυνεία, Λάπηθος, Φοινίκων, *Carpaſia*, vel ut alii *Carbaſia*, unde dicatur nos docet ex Demetrio Salaminio Stephanus Byzantinus: Δημήτριος δ' ὁ Σαλαμίνιος Καρβασίαν φησὶν, ὅτι πρὸς τὸν καλούμενον Καρβᾶν ἄνεμον κεῖσθαι δοκεῖ, *Demetrius Salaminius Carbaſiam dicit, quia ad ventum Carban deſtum ſita videtur*. Carbas à Vitruvio lib. 1. cap. 6. ponitur circa Solanum inter Aquilonem & Eurum, in quo ſitu eſt Cypri *Carpaſia*. Itaque *Carbas* idem ventus, qui Chaldæis גרבית *garbith*. Docti *Cæciam* exponunt & Boream. Fruſtra igitur Carban à Caribus dici ſomniant; aut à Carbanis populis, qui nuſquam ſunt.

Cerynia Plinio *Corinaum*, Ptolemæo Κερωνία, & in Tabulis *Ceraunia*, hodie *Cerines*, variante ſcripturâ, ut fit in peregrinis nominibus. Phœnicibus fortè קרנים *Karnajim*, cujus nominis in Phœnice plura oppida. A Cerynia diverſa eſt Cinyria, de qua Plinius & Nonnus lib. 13. ubi legitur urbs eſſe ἐπώνυμος πατρῴου ἀρχηγόνου Κινυράο, *cognominis patris priſci Cinyræ*.

Lapethum, vel Lepethim, Strabo & Stephanus ſcribunt habuiſſe ἔφορμον καὶ νεώρια *navium ſtationem & navalia*. Unde origo certa nominis. Arabibus enim לבת *labatha* eſt in aliquo loco ſtare, morari & deſidere. Vide N. T. Arabicum Act. 9: 9. & 11: 26. & 18: 20; & in Alcorano Suratam Joſephi verſu 42. & Cebetis tabulam Arabicam pag. 14. & 54. Hinc Lapethus vel Labithus linguâ Phœnicum idem quod ὅρμος ſeu ſtatio. De nave enim ὁρμεῖν eſt ſtare. Ita explicat Philoſophus lib. de Poëtica cap. 21. τὸ ὁρμεῖν, inquit, ἐστὶν ἵστασθαί τι. Proinde Homero Odyſſ. Α. Νηῦς δέ μοι ἥδ' ἕστηκε, *navis autem mihi ſtetit*, id eſt, ὁρμεῖ. Loco ſuo dicetur Africæ *Leptin* & Cypri *Lepethin* voces eſſe ſynonymas. Nonnus lib. 13. habet ἐκ δὲ Λαπήθων, tanquam à recto τὰ Λάπηθα.

Diodorus lib. 20. pag. 757. *Urania* meminit tanquam urbis Carpaſiæ vicinæ. Libri MSS. habent Οὐανίαν, editi Οὐρανίαν rectiùs. Nam inter oppida Cypria recenſetur à Nonno ubi ſuprà,

——— Οὐρανίης πέδον ἕδρης,
Αἰθερίου κενεῶνος ἐπώνυμον, ὅττι πολίτας
Ἔστρεψεν ἀστράπτοντας ἐπουρανίων τύπον ἄστρων.
——— *ager Uraniæ urbis,*
Cum celſo commune polo quæ nomen adepta eſt,
Propter mutatos in lucida ſydera cives.

Cujus fabulæ veſtigia alibi non reperi. Sed undecunque illam acceperit Nonnus, non dubito, quin Urania urbs nomen habuerit ab Urania Venere, cujus cultum ex Aſcalone Phœnices in Cyprum eſſe tranſlatum ſcribit in Clio Herodotus; atque id aſſerere ipſos Cyprios.

Amathus etiam Phœnices habuit conditores, vel ex familia è חמת *Amath* filii Chanaan; vel ex Sinæis, ſi Jonathani credimus, qui Gen. 10: 17. pro Sinæis habet אנתוסאי *Anthuſae*, id eſt, *Amathuſios*. ut Hieroſolymitanus כפרוסאי *Caproſae*, id eſt, Cyprios. Mirum eſt viros doctos potuiſſe hîc cæſpitare. Utut ſit, Amathuſios pro Phœnicibus eſſe habitos etiam ex Theopompo ſcimus, quem Hiſtoriarum lib. 12. narraſſe teſtatur Pho-

tius, τίνα τρόπον Ἕλληνες οἱ σὺν Ἀγαμέμνονι τὴν Κύπρον κατέσχον, ἀπελάσαντες τοὺς μετὰ Κινύρου, ὧν εἰσὶν ὑπόλοιποι Ἀμαθούσιοι. *Quomodo Græci, qui cum Agamemnone* (ad Trojam militaverant) *Cyprum obtinuerint, iis ejectis qui cum Cinnyra erant*. id eſt, Phœnicibus, *è quibus reliqui ſunt Amathuſii.* Amathunte pro Deo colebatur Adonis, quem cum Ægyptio Oſiride nonnulli confundentes Adonim Oſiridem appellabant. Hinc Stephanus: Ἀμαθοῦς πόλις Κύπρου ἀρχαιοτάτη, ἐν ᾗ Ἄδωνις Ὄσιρις ἐτιμᾶτο. Ὃν Αἰγύπτιον ὄντα Κύπριοι καὶ Φοίνικες ἰδιοποιοῦνται. *Amathus, Cypri urbs vetuſtiſſima in qua colebatur Adonis Oſiris, quem licet Ægyptium Cyprii & Phœnices ſibi vendicant.* Hæc tam vera, quàm quod ſequitur vel ab Amathone Herculis filia dici Amathuntem; vel ab Amathuſa matre Cinyræ. Quin Heſychio *Pharnace* eſt Cinyræ mater, Κινύρας Ἀπόλλωνος καὶ Φαρνάκης παῖς βασιλεὺς Κυπρίων. Neque id à vero eſt alienum; cùm Phœnicium nomen ſit פרנקא *Pharnace*, quod delicias ſonat. Amathuſios ira Veneris, propter hoſpites immolatos, mutavit in cornutos boves; *unde etiam nomen traxère Ceraſtæ*, ſi Ovidio credimus Metam. lib. 10. fab. 6. Quin Ceraſtæ dicti ſunt Cyprii omnes; quia ipſa inſula *Ceraſtis*, à frequentibus promontoriis in cornuum modum prominentibus. Stephanus; ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κεραστὶς ἀπὸ τοῦ πολλὰ ἄκρα ἔχειν. Hinc Nonnus lib. 13. & paſſim Κεραστίδος εἰς χθόνα Κύπρου. Malè ſcribitur Κεραίστάδος. Ab iiſdem Amathuſiis cultus Hercules *Malica*, id eſt, מלכא *Malca*, Rex. Heſychius Μάλικα, τὸν Ἡρακλέα, Ἀμαθούσιοι.

Curium etiam & *Marium* Cypri oppida condidiſſe putantur *Curieus* & *Marieus* Cinyræ filii. De priore ſic Stephanus: Κούριον, πόλις Κύπρου, ἀπὸ Κουρέως τοῦ Κινύρου παιδός. Et de poſteriore; Μάριον, πόλις Κύπρου ἡ μετονομασθεῖσα Ἀρσινόη, ἀπὸ Μαριέως. Et paulò pòſt; ὁ Κινύρου Μαριεύς; ſed hi Cinyræ filii non ſunt aliunde noti, quod ſciam. Itaque res mihi ſuſpecta. Et Curium, æquè ac Curiadem vicinum promontorium in mare multum prominens, putaverim ab ubertate piſcium כורי *curi* vel *cauri*, id eſt, εὔιχθυν piſcoſum appellaſſe Phœnices. Et *Marium*, hodie *Maren*, iiſdem erat מרי *Mari*; quaſi κυριακὸν dixeris, vel βασιλικόν. Itaque Græca lingua vulgari vicinus amnis hodièque vocatur *Vaſili potamo*, regium flumen. Prope Curium fuit ſylva & templum Hylatæ Apollinis, de quo Lycophron verſ. 448. Ubi Scholiaſtes perperam ſcribit Κέριον pro Κούριον.

Fertur & *Golgon* à *Golgo* dici Veneris & Adonidis filio. Ita habet Theocriti Scholiaſtes in Adoniaz. Γολγοὶ, πόλις Κύπρου, ὠνομασμένη ἀπὸ Γολγοῦ τινος Ἀδώνιδος καὶ Ἀφροδίτης. Quin *Golgon* deflexum nomen eſt à Phœnicio גלגל *Golgol*. Hebræi *Galgal* & *Gilgal* & *Gulgal* dixerint. Sed & *Golgol* legi voluit Hieronymus in Locis. *Golgol*, inquit, *quæ eſt Galgal*. Hujus nominis loca quædam habuit Terra Chanaan, à rotunditate ſic dicta. Græci Γολγοὺς & Γόλγους dicunt, finali L abjecto, ut in Ἀνίβας & Ἀσδρούβας. Antequam Paphi Agapenor templum ſtruxiſſet Veneri, ἡ θεὸς παρὰ Κυπρίων τιμὰς εἶχεν ἐν Γολγοῖς καλουμένῳ χωρίῳ, *à Cypriis Dea colebatur in loco Golgis dicto* Ita Pauſanias in Arcadicis. Proinde Theocritus in Adoniaz.

> Δέσποιν' ἃ Γολγώς τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλησας.
> *Golgon & Idalion quæ diligis, ô Venus alma.*

Et Lycophron in Alexandra.

> —— γαῖαν ἵξονται θεᾶς
> Γόλγων ἀνάσσης.

Venient in terram Deæ Golgorum Reginæ, id eſt, in Cyprum; ubi Golgi, oppidum Veneri ſacrum. Catullus de Venere; *In Annal. Voluſ.*

> *Quæque Ancona, Cnidumque arundinoſam,*
> *Colis, quæque Amathunta, quæque Golgos.*

Inde apud Stephanum; Γολγία, ἡ Ἀφροδίτη, *Golgia, Venus.* Golgon Lacedæmoniorum coloniam è Therapne Praxandrum deduxiſſe author eſt Iſacius in Lycophronem. Plinius in Cypro quindecim recenſet urbes, quarum ultima Golgos. Hujus alioqui apud Geographos rara mentio.

Nec multo notius eſt Idalium, Cypri nemus & oppidum; unde Idalia Venus paſſim apud Poëtas. *Steph. in Ἰδάλιον.* Grammatici volunt a Sole dictum, quia cùm oraculum Chalcenori redditum illum juſſiſſet urbem ibi condere, ὅπου ἴδοι τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα, *ubi videres Solem Orientem*, & unus è comitibus exclamaſſet, ἴδον, βασιλεῦ, τὸν ἅλιον; *ô Rex Solem animadverte*; cùm placuiſſet omen, urbs eopſe loco condita vocata eſt *Idalium*. At, ut cætera taceam, in Idalium a breve eſt, quod in ἅλιος non poteſt non eſſe longum; quia eſt loco η. Proinde videtur Idalium Phœnicium eſſe יראלה *Iidala* vel *Idala*, cujus nominis oppidum in Tribu Zabulon memoratur Joſ. 19: 15. Hieronymus in Locis ſcribit *Iadela*. tanquam conflata voce ex duabus יד *Iad* & אלה *ela*. *Iad-ela* ad verbum eſt *locus Deæ*, id eſt, locus Veneri ſacer. יד *Iad* ſæpe locum ſonat, ut Deut. 23: 13. & Eſ. 56: 5.

Quod me penè fugerat, etiam ipſam inſulam ajunt à Cypro Cinyræ filia nominari. Stephanus; Κύπρος, νῆσος μεγάλη ἐν τῷ Παμφυλίῳ κόλπῳ, ἀπὸ Κύπρου τῆς θυγατρὸς Κινύρου, *Cyprus inſula magna in Pamphylio ſinu, à Cypro Cinyræ filia.* Ita etiam Conſtantinus ex Philoſtephano περὶ νήσων, & Iſtro ἐν ἀποικίαις Αἰγυπτίων. Meliùs quàm Euſtathius in Dionyſium, cui Cyprus eſt filius Cinyræ. Nam muliebre nomen eſt Κύπρος. quod in uſu fuit apud Phœnices. Scaliger in Euſebium pag. 149. *Κύπρος igitur vocabatur mater Herodis, non Κύπρις, quod commentum eſt Euſebii. Unde turris, quam Is in honorem matris ſuæ conſtituit, Κύπρος non Κύπρις vocabatur. Similiter Agrippæ Regis uxor non Κύπρις, ſed Κύπρος dicta fuit. Et Zonaras Joſephum non Euſebium ſequutus, tam matrem Herodis, quam Agrippæ uxorem Κύπρον vocat.* Item; *Sic Joſepho Κύπρος vocatur ea, quam Herodes præcipiebat fratri Pheroræ uxorem ducere. Itaque Κύπρος eſt nomen Judaicum.* Tamen quia Cyprus Cinyræ filia neque in fabulis neque in hiſtoria celebratur, quod ſequitur apud Stephanum & Euſtathium arridet magis, dici Cyprum inſulam ἀπὸ τοῦ φυομένου ἄνθους κύπρου, *à Cypri flore, qui ibi naſcitur.* Cyprus eſt Arabum אלחנא *alhenna*, non liguſtrum, ut multi volunt. Hebr. dicitur כופר *copher*, Cant. 1: 14. & 4: 12. Neque vero eſt abſimile, inde vocari Cyprum inſulam; cùm rara alioqui planta & eximia ibi plurima proveniat. Plin. lib. 12. cap. 24. ubi de Cypri generibus: *Optimum habetur è Canopica, in ripis Nili nata: Secundum Aſcalone Judææ; Tertium Cypro inſula, odoris ſuavitate.* Sic ejuſdem Cypri oppidum *Tremithunta*, ex qua ſanctus Spiridion, Veteres dici obſervant ἀπὸ τῶν περὶ τὸν τόπον πεφυκυιῶν τερεβίνθων, ἃς Κύπριοι τρεμίθους καλοῦσι, *à terebinthis, quibus locus cingitur, quas Cyprii tremithos appellant.*

Tamaſſum, ubi μέταλλα χαλκοῦ ἐστὶν ἄφθονα, *æris fodinæ copioſæ ſunt*, Phœnices condidiſſe nemo ſcripſit. *Strab. lib. 14 Steph. in Ταμασσός.* Nomen tamen eſt Syrum à metallorum fuſione. Nam אתמסא *etmeſa* verbum eſt liqueſcere. Sic Ezech. 22: 22. כאתמסאה כספא, *ſicut liqueſit argentum.* Et תמס *temes* eſt Hebræis liquefactio. Dubitant interpretes utrum ad hanc Tamaſſum, an ad Brutiorum Temeſam, quæ & ipſa ære abundat, pertineat illud Homeri Odyſſ. Α. verſu 148. *Euſtath. et Vet. Schol. in Odyſſ. Α. Tzet. in Lycophron.*

> Ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκόν.

CAPUT

CAPUT IV.

Phœnices in Ægypto.

Belum, Phœnicem, & Cadmum non eſſe Ægyptios, ſed Phœnices. Diu ante Cadmum Paſtorum in Ægypto dynaſtiæ tres, quarum prima Phœnicum; Ægyptii *Hycſos* vocabant. Hi fuêre immaniſſimi. Inde execrandi paſtores Ægyptiis, Gen. 46: 34. Sex Regum nomina explicantur. Caſtra Tyriorum circa Memphim. Ibi Venus peregrina, fortè Aſtarte. Pagus Syrus, ubi & Syrorum oppidum in Geogr. Arabe.

Apollodorus, & alii fabularum conſarcinatores, Belum patrem Phœnicis, adeóque Phœnicem ipſum; & Cadmum Phœnicis filium, qui Boëoticas Thebas condidit, aiunt in Ægypto eſſe natos. Hinc Euſebius Chron. lib. 2. A. DLXII. *Phœnix & Cadmus de Thebis Ægyptiorum in Syriam profecti apud Tyrum & Sidonem regnaverunt.* Sed hanc fabulam refellunt Beli, Phœnicis & Cadmi nomina; quæ Phœnicia ſunt, non Ægyptia; & vetuſti Phœnicum Annales, quorum author Sanchoniathon. Ibi enim Χνᾶ *Chna*, qui Phœnicis cognomen primus habuiſſe legitur, ex Phœnicia eſt oriundus. Atque illud ipſum nomen *Chna* vel ex *Chanaan*, vel ex *Chananæo*, contractum eſſe apparet. Phœnicum denique ſacra & ritus ſunt ab Ægyptiacis diverſiſſima. Athanaſius in Orat. contra Gentes: Φοίνικες γὰρ οὐκ ἴσασι τοὺς παρ' Αἰγυπτίοις λεγομένους θεούς· οὐδὲ Αἰγύπτιοι τὰ αὐτὰ τοῖς παρὰ Φοίνιξι προσκυνοῦσιν εἴδωλα. *Phœnices quidem Ægyptios Deos non agnoſcunt; nec Ægyptii viciſſim eadem adorant idola cum Phœnicibus.* Tamen ex Manethonis Dynaſtiis, quarum excerpta ſunt in Africano, didici paſtores Phœnices ſex in Ægypto regnaſſe diu ante Cadmum. Verba ſunt; Πεντεκαιδεκάτη δυναστεία Ποιμένων. ἦσαν δὲ Φοίνικες ξένοι, βασιλεῖς ἕξ, οἳ Μέμφιν εἷλον, ὧν Α Σαΐτης ἐβασίλευσεν ἔτη ιθʹ, ἀφ' οὗ καὶ ὁ Σαΐτης Νομός: οἳ καὶ ἐν τῷ Σεθροΐτῃ Νομῷ πόλιν ἔκτισαν, ἀφ' ἧς ὁρμώμενοι Αἰγυπτίους ἐχειρώσαντο. Β Ἀνῶν ἔτη μδʹ. Γ Παχνὰν ἔτη ξαʹ. Δ Σταὰν ἔτη ηʹ. Ε Ἀρχλῆς ἔτη μθʹ. ς Ἀφῶβις ἔτη ξαʹ· Ὁμοῦ ἔτη σμβʹ. *Decima quinta dynaſtia paſtorum; Fuêre autem Phœnices advenæ ſex Reges qui Memphim ceperunt quorum primus Saites* (malim Σαΐς *Sais*) *regnavit annis* 19: *à quo dictus Saites Nomus. Iidem in Sethroite Nomo urbem ædificarunt, ex qua erumpentes Ægyptum ſubjecerunt. Secundus Anon regnavit annis* 44. *Tertius Pachnan annis* 61. *Quartus Staan an.* 8. *Quintus Archles an.* 49. *Sextus Aphobis an.* 61. *Summa eſt annorum* 242. Paſtorum item fuêre duæ ſequentes dynaſtiæ; Ægyptii uno verbo ὑκσὼς *hycſos* nominabant, id eſt, βασιλεῖς ποιμένας. Hi leguntur apud Joſephum lib. 1. contra Appionem Ægypti urbes incendiſſe, Deorum templa diruiſſe, Ægyptiorum alios peremiſſe, alios oppreſſiſſe jugo duriſſimæ ſervitutis, nullum denique immanitatis genus ab iis prætermiſſum. Inde תועבת מצרים כל רועה צאן, *execrandus erat Ægyptiis omnis paſtor ovium.* Ita fratribus aſſerit Patriarcha Joſephus, cujus ævo tot ſcelerum memoria erat recens. E tribus illis paſtorum dynaſtiis prima ſola fuit Phœnicum, quod ipſa Regum nomina palam docent. Primus *Sais*, à quo *Sais* urbs & *Saites* Nomus, à candore videtur dictus. Phœnicibus enim שיש *Sajis* marmor Parium vel candidum ſonat. Secundus Anon חנון, id eſt, miſericors: Tertius *Pachnan*, id eſt, פאה כנעני *Pea Chanaani* dux Chananæus; *Chanaan* enim contractè *Chnan*. Quartus *Staan*, id eſt, אשתען *Eſtaan* firmus. Quintus *Archles*, id eſt, ערקל *arkel* celer. Hinc Ἀρχαλέα Græci vocant unum è Phœnicis filiis, à quo Gades conditæ. Claudius Jolaus in hiſtoriis Phœnices; Ἀρχαλεὺς υἱὸς Φοίνικος, κτίσας πόλιν Γάδειρα, ὠνόμασε τῇ Φοινίκων γραφῇ, *Archaleus Phœnicis filius urbem Gades cùm condidiſſet, Phœnicio nomine vocavit.* Sextus *Aphobis*, id eſt, חבוב *Abob* dilectus. Fortaſſe horum Phœnicum reliquiæ erant, qui circa Protei templum habitabant in urbe Memphi, de quibus ita Herodotus Muſâ ſecundâ: περιοικέουσι δὲ τὸ τέμενος τοῦτο Φοίνικες Τύριοι. καλέεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος ὁ συνάπας Τυρίων στρατόπεδον. *Circa templum illud habitant Phœnices Tyrii: vocatur autem totus ille locus Caſtra Tyriorum.* Sic Caſtra Judæorum fuerunt circa Bubaſtum: Caſtra Carum & Ionum circa oſtium Peluſiacum. In hoc Protei templo deſcribit idem Herodotus ἱρὸν τὸ καλέεται ξείνης Ἀφροδίτης, *ſacellum, quod Veneris peregrinæ vocatur*; quam ille Helenam interpretatur, ego Aſtartem vel Uraniam, Phœniciam Venerem in Ægypto pro peregrina habitam. An eódem pertinet, quod prope Memphim ab Achille Tatio pagus deſcribitur *Syrus* nomine, ad quem Nili parvum cornu dividitur in tres alveos? Certè Syrus dici videtur à Syriis incolis, qui iidem ſint cum Phœnicibus. Hûc facit, quod eundem, ni fallor, pagum Geographus Arabs Clim. 3. part. 3. appellat קריה אלשאמיין *oppidum Syrorum.* Ad Nili ripam Orientalem deſcribitur, aliquot millibus infra *Meſer* ſeu Babylonem; in via, quâ itur Thenneſum & Damiatam.

Gen. 46: 35.

CAPUT V.

Phœnices in Cilicia.

Cilix Cadmi frater. *Tarſus Tarſis* nonnullis, & *Cetis Cethim.* Sandocus צדוק Cinyræ pater Celenderim in Cilicia condidit. *Celenderis* גלד ארץ *Geled-erets* terra aſpera. Ciliciæ nomen primò tráditum parti aſperæ. חלקים *Challekim* lapides, χάλιξ, κάχληξ, κόχλαξ, *Coclaca.* Mons Χαλὰκ, Joſ. 11: 17. id eſt, lapidoſus. Aſpera Cilicia, Turcis *tas Wileieth* lapidoſa provincia. In *Amano* multæ feræ ut in *Amana*, Cant. 4: 8. Tamen Amana mons alius, pars Libani, unde oritur Amana vel Abana fl. Amanus à firmitate dictus non ab Oreſtis μανία, nec Acco ab ἄκος. Adrianopolis Oreſtias. Crocus & Corycus Hebr. כרכם *carcom.*

E Phœnice, vel à Cypro, quam ſtatim occuparunt Phœnices, facilis fuit in Ciliciam trajectus; cujus partem aliquam illós tenuiſſe ſuadet, quod Mythologi tanto conſenſu Cilicem Cilicum patrem faciunt Cadmi fratrem. Nec deſunt, quibus *Tarſus* Ciliciæ metropolis, Pauli Apoſtoli ortu nobilis, videtur eſſe תרשיש *Tarſis*, & *Cetis* כתים *Cethim.*

Cetidis in Cilicia regiunculæ præter Ptolemæum meminit Baſilius Seleucienſis, qui lib. 1. de vita Theclæ, Iſauricæ Seleuciæ vicinum amnem Calydnum oriri ſcribit ἀπὸ τῶν τῆς Κήτιδος μυχαιτάτων χωρίων, *ab intimis Cetidis receſſibus*, Unde apparet Baſilii *Calydnum* eundem eſſe cum aliorum *Calycadno*, vel *Calydno.* Merito igitur Stephanus in Hyria: ἔστιν Ὑρία καὶ κατὰ Ἰσαυρίαν Σελεύκειαν, ἣ παραῤῥεῖ ὁ Καλύκαδνος, ὃν Καλύδνον τινὲς καλοῦσιν. *Eſt & Hyria prope Seleuciam Iſauricam, quam præterfluit Calycadnus, à nonnullis Calydnus dictus.* Apollodorus lib. tertio Bibliothecæ Sandocum, (id eſt, צדוק *Sadoc*) Cinyræ patrem narrat, è Syria profectum in Ciliciam, Celenderim urbem condidiſſe. Celenderis eſt Cetidis in Cilicia portus celebris, de quo Strabo, Joſephus, Tacitus, Lucanus, Ptolemæus. Unde apud Plinium *regio Celenderitis.* Celenderis Phœnicibus erat גלד ארץ *geled erets*, dura regio. Erat enim in Cilicia aſpera. Vox prior ex Arabica lingua eſt notiſſima, quâ גלד *geled* eſt terra dura, & גליד *gelid* στερέωμα firmamentum: item cryſtallum & glacies, ut Syris. Celenderim Artemi-

Plin lib. 5. cap. 27. Ptol. lib. 5. cap. 8. Amm. lib. 14.

Artemidorus & alii apud Strabonem Ciliciæ principium fuiſſe volunt. Celenderim auxêre Samii. Proinde Samiorum coloniis annumerat Pomponius lib. 1. cap. 13. De ſitu non convenit ſatis. Celendrin enim vel Celendros Lucanus lib. 8. ad Selinuntem ponit. Verba ſunt,

—— parviſque Celendris
Quo portu mittitque rates recipitque Selinus.

At in Strabone inter Selinuntem & Celenderim multa ſunt interjecta.

Ciliciæ nomen quod attinet, videtur id à Phœnicibus primò & præcipuè inditum Ciliciæ parti aſperæ. Ciliciæ enim ἡ μὲν λέγεται τραχεῖα, ἡ δὲ πεδιὰς, *pars aſpera, altera campeſtris dicitur.* Prior etiam Τραχειῶτις, & incolæ Τραχειῶται. Hi, inquam, primò Cilices dicti. Neque enim à fabuloſo Cilice nomen ſumptum, ſed à חלקים *challekim* vel *challukim*, id eſt, lapidibus; quia lapidoſa eſt regio. Ex Hebræo חלק *challek* vel *challuk* Græci χάλικα fecerunt & κάχληκα, vel χόχλακα ejuſdem ſignificationis. Sed & Romanis *Coclaca* ſunt lapides in flumine rotundi. Vide Feſtum. Hinc Joſ. 11: 17. מן ההר החלק ubi LXX. ἀπὸ ὄρους Χελκὰ, id eſt, *a monte lapidoſo*; vel præ lapidum copia glabro & lævi. Ita accipiunt Symmachus, Maſius, Druſius, &c. Notandum aſperam Ciliciam à Turcis vocari hodiéque טאש ולאיה *tas Wileieth* πετρώδη ἐπαρχίαν, טאש *tas* enim turciçè eſt ſaxum, & ולאיה *Wileieth*, ut Arabibus, provincia. Vide Euſebiana Scaligeri pag. 275. Eódem referenda hæc Silii lib. 13. verſ. 881.

Hinc Cilicis Tauri ſaxoſa cacumina viſet.

Et hæc Nonni Dionyſ. lib. 34. verſ. 195.

Αὐχένα πετρήεντα Κίλιξ δοχμώσατο Ταῦρος.
Colla petroſa Cilix Taurus demiſſa reclinat.

De Ciliciæ monte Amano multi Solomonem egiſſe volunt, cùm dicit Cantic. 4: 8. *Mecum a Libano, ſponſa, mecum a Libano venies, contemplaberis à vertice Amana, à vertice Senir & Hermon, è luſtris leonum, è montibus pantherarum:* Quibus in ſpeciem non parum favet, quod mons Amanus abundat feris. Cervorum è monte Amano Ælianus ita meminit lib. 5. de Animalibus, cap. 56. οἱ ἐν Σύροις ἔλαφοι, γίνονται μὲν ἐν ὄρεσι μεγίστοις, Ἀμάνῳ τε καὶ Λιβάνῳ, καὶ Καρμήλῳ. *Qui in Syria ſunt cervi, naſcuntur in celſiſſimis montibus, Amano, Libano & Carmelo.* Et lib. 3. Cyneget. Oppianus memorat lupi genus planè eximii, denſis pilis, labiis æneis, immenſo robore præditi, degentis ſuper nivoſa Tauri juga,

Κιλικάς τε πάγους καὶ πρῶνας Ἀμανοῦ.
Et Cilicas colles & culmen Amani.

Et Valerius Flaccus lib. 1. Argonaut. tigridum venationes circa montem Amanum ita deſcribit:

—— haud aliter ſaltus vaſtataque pernix
Venator cum luſtra fugit, dominoſque timentem
Urget equum, teneras complexus pectore tigres,
Quas aſtu rapuit pavido; dum ſæva relictis
Mater in adverſo catulis venatur Amano.

Proinde dum Ciliciam provinciam adminiſtrabat Cicero, à Cœlio Rhetore rogatus eſt, ut ex Cilicia Romam ad ludos pantheras ad ſe mitteret. Ita habet Plutarchus in Cicerone: Κιλικίου δὲ τοῦ ῥήτορος δεομένου παρδάλεις αὐτῷ πρός τινα θέαν εἰς Ῥώμην ἐκ Κιλικίας ἀποστεῖλαι. Sed Κοιλίου legendum pro Κιλικίου. Ad Cœlium enim è Cilicia ſcribit Cicero lib. 2. epiſt. 11. *De pantheris per eos, qui venari ſolent, agitur mandatu meo diligenter.* Et ſtatim ſequitur jocus, quem Plutarchus ibidem refert, de fuga pantherarum è Cilicia in Cariam, querentium nihil cuiquam inſidiarum in Ciceronis provincia niſi ſibi fieri.

Attamen, eo, quo diximus, loco, cum Sponſam rogat Sponſus ut ſecum è *Libano* veniat, & contempletur è vertice *Amana*, *Senir*, & *Hermon*; Amana non poteſt eſſe Ciliciæ Amanus. 1. Quia in Judæa & vicinis locis eſt ſcena ſacri dramatis. 2. Quia *Libanus*, *Amana*, *Senir* & *Hermon* uſurpantur ut ſynonyma. Itaque ut *Hermon* & *Senir*, ita etiam *Amana* pars eſt Libani: nempe, ſi conjecturæ ſit locus, ea pars Libani Montis, è qua oritur fluvius cognominis *Amana*. Ut ſæpe montium, unde ſcaturiunt, nomina mutuantur amnes. Sic è monte Chabora oriebatur Chabor fluvius, de quo 2. Reg. 17: 6. & 18: 11. è monte Cyre Cyre fons, à quo Cyrene dicta. Et in Orientali Sicilia ex Eryce amnis Eryces. Ita è monte *Amana* defluxiſſe veriſimile eſt fluvium ejuſdem nominis; qui B & M permutatis etiam *Abana* dicitur in Hebræo textu, 2. Reg. 5: 12. Sed Chaldæus Interpres habet אמנה *Amana*, proinde in hoc ipſo loco idem habet נהר דאמנה *fluvium Amana*, quaſi de fluvio hîc agatur, cùm montem palam deſignet Solomon.

Interim tam Ciliciæ mons *Amanus*, quàm Libani pars *Amana*, à firmitate nomen habent. Id enim eſt Hebræis אמנה *Amana*. Nam quod Amanum dici volunt, quia Oreſtes ἐν τῷ τοιούτῳ ὄρει τῆς μανίας τὴν λῆξιν εὗρε, *in hoc monte ab inſania liberatus eſt*, tam ridiculum eſt, quàm quod Phœniciæ Ptolemaidis vetus nomen *Acen* (Hebr. עכו *Acco*) referunt ad Græcum ἄκος, id eſt, remedium; ac ſi Ἀκὴ dicta fuerit ἀπὸ τῆς ἰάσεως τοῦ γενομένου δήγματος Ἡρακλεῖ ὑπὸ ὄφεως, *eo quod ibi ſanatus eſt Hercules ab hydræ morſu.* Aliis Adrianopolis Thraciæ ideò dicebatur olim Oreſtias, quod Oreſtes ἐκεῖ λουσάμενος ποταμοῖς ἰάθη τῆς μανίας, *fluviis ibi lotus ab inſania convaluit.* Vide Tzetz. Chil. 8. hiſt. 247. & Lampridium in Heliogabalo.

Ita cùm *crocus* Hebraicè כרכום *carcom* dicatur, Cant. 4: 14. & Syriacè כורכם *curcam* vel *corcam*, *Corcum* Phœnices inde appellaſſe veriſimile eſt celeberrimum Ciliciæ montem, in quo gignitur crocus omnium præſtantiſſimus. Is Græcis eſt Κώρυκος *Corycus.*

Steph. in τραχεῖα. Euſtath. in Dionyſ.


Suidas in Ἀμανός. Et Iſacius in Lycophron. pag. 200. Steph. in Ἀκὴ & in Πτολεμαΐς.

CAPUT VI.

Phœnices in Piſidia & Solymis.

Piſidæ quondam Solymi appellabantur, eorumque ſermo Phœnicius. Solymi montes prope lacum. Solymi prope Lycios. Joſephus, Tacitus, Stephanus, Tzetzes ad Hieroſolymitanos fruſtra referunt ea, quæ in Homero de Solymis. Solymi τροχοκουράδες, quod Judæis prohibitum, Levit. 19: 27. *Siſoe*, ציצית. κρώβυλος, cirrus, πλεξίδιον, Περιτροχάδες. Περίτροχον καλοῦσι Francos, ὑποτρίχαλα. Arabes ſic tonderi ad initar Bacchi. De eo Herodotus, & Jerem. 9: 26. Saracenis idem in more. De Siſoe locus Heſychii ab Heinſio reſtitutus. Phaſelitæ hanc vocem non mutuati ſunt à Syris, ſed à vicinis Solymis. Anguſtiæ circa Phaſelidem Hebr. מצוקות *meſucot*; Μασικυτὸς & mons *Maſſycites*. Φοινικοῦς ibid. prope Maſſicytum. Phœnice ibid. ערב *aarab* fluere. Job. 6: 17. זרב *zirb* decurſus aquæ. Xanthus amnis olim *Sirbes* & *Sirbos*. זרבא *zirba* flavus ξανθός. Panyaſis emendatus. Olba חלבא, non Olbia, Solymorum urbs, non Pamphyliæ. Solymorum regio *Cabalais*, id eſt, montana. גבל *gabal* Arab. mons. Termiſſus vel Telmiſſus in ſaxo, unde החלמיש. Cibyræ ambitus centum ſtadiorum, כבירה *cebira*, id eſt, magna. *Milya* cur Solymi dicti. מליא *mulia* tumulus. מלאי *mulae loca montoſa.* *Selge* & Σελγεῖς unde dicantur. צלם *Selem* Hebr. umbra, tenebræ; unde ad picturam tranſlata vox *Salmon* mons umbroſus; ita *Solymi* propter ſylvas. Solymorum nomen non planè intercidit, ut Veteres volunt. *Taeſymi* circa Lyciam. De Diis Solymorum Plutarchi locus inſignis. Cur eaoſi Lyciis iidem Dii, quos Solymi coluère. Vir Magnus notatus. Plutarchus ex Euſebio & Theodoreto emendatus. *Arſalus*, *Aryus*, *Troſibius* tres dii Solymorum, ex quibus conflata Chimæra. Chimæra quid ſignificaverit. Variæ ſententiæ. *Arſalus* Syr. ארזיל *arzil* capreæ hinnulus, Aryus ארי *ari* leo, *Troſibius* vel *Roſibius* ראש חויא *ros bivia* caput ſerpentis. Ex his tribus Chimera conſtitit.

Digitized by Google



Digitized by Google

tit. Bellerophon Solymis debellatis ideò dictus debellaſſe Chimæram. Piſidæ Manlii ætate fortiſſimi.

Ciliciæ vicina eſt Piſidia, montana regio, quam occupabant Piſidæ Solymorum ſoboles. Plinius lib. 5. cap. 27. *Inſident verticem Piſidæ, quondam Solymi appellati.* Stephanus in *Piſidia*; οἱ Πισίδαι, πρότερον Σόλυμοι. Solymos porro Phœnicum eſſe colonos ſermo palam arguebat. Chœrilus apud Joſeph. lib. 1. cont. Apion.

> Τῷ δ' ὄπιθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι,
> Γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ ςομάτων ἀφιέντες,
> Ὤκεε δ' ἐν Σολύμοις ὄρεσι, πλατέῃ ἐνὶ λίμνῃ.
> *Pone ſequebatur gens admirabile viſu;*
> *Barbara Phœnicum quod ab ore vocabula mittens.*
> *Montibus in Solymis lacus loca juncta tenebat.*

Nempe Strabone teſte lib. 14. prope Phaſelidem eſt λίμνη; ὑπέρκειται δ' αὐτῆς τὰ Σόλυμα ὄρος, *lacus, cui Solymi montes imminent.* Ex horum vertice Neptunus apud Homerum Ulyſſem ad Phæaces navigantem proſpectat, Odyſſ. E. verſ. 282.

> Τὸν δ' ἐξ Αἰθιόπων ἀνιὼν κρείων ἐνοσίχθων
> Τηλόθεν ἐκ Σολύμων ὀρέων ἴδεν.
> *Æthiopum è regione redux Neptunus ut illum*
> *Eminus è Solymis proſpexit montibus.*

Et Iliad. ζ. verſ. 184. Lyciorum Dux Bellerophon;

> —— Σολύμοισι μαχέσσατο κυδαλίμοισι,
> Καρτίςην δὴ τήν γε μάχην φάτο δύμεναι ἀνδρῶν.
> —— *Solymis pugnacibus intulit arma,*
> *Quo ſe certamen gravius pugnaſſe negabat.*

Rurſus verſ. 204. Bellerophontis filium Iſandrum, aut Piſandrum, ut legit Strabo,

> Μαρνάμενον Σολύμοισι κατέκτανε.
> *Pugnantem in Solymos morti dedit.*

Unde Solymos colligere eſt Lyciis fuiſſe vicinos At Joſephus, quem hæc latebant, cùm in Chœrilo legeret Phœnicii ſermonis homines in Solymis montibus prope lacum habitaſſe, putavit de Judæis agi, & Aſphaltite lacu; à quo non procul abſunt Solymi montes, id eſt, Hieroſolymorum; ut quidem interpretatur. His ſimile quid in Tacito Hiſtor. lib. 5. *Clara alii Judæorum initia; Solymos, carminibus Homeri celebratam gentem, conditæ urbi Hieroſolyma nomen è ſuo feciſſe.* Et in Stephano; Ἱεροσόλυμα, ἡ μητρόπολις τῆς Ἰουδαίας, ἡ Σόλυμα ἐκαλεῖτο ἀπὸ τῶν Σολύμων ὀρῶν; *Hieroſolyma, Judææ metropolis, Solyma vocabatur à Solymis montibus.* Et in Joſepho rurſus Antiq. lib. 7. cap. 3. poſtquam urbem Jeroſolymam *Solyma* nominari dixit, Φασί τινες ὅτι καὶ Ὅμηρος ταῦτα ὀνόμασεν Σόλυμα; *etiam Homerum aiunt nonnulli horum Solymorum meminiſſe.* Atque id ſequutus Tzetzes Chiliade 7. hiſt. 149.

> —— Σολύμους λέγει δὲ τυγχάνειν τοὺς Ἑβραίους,
> Οὓς Ὅμηρος καὶ λέοντι ὡς ἀναιδεῖς εἰκάζει.

Solymos dicit eſſe Hebræos, quos leoni Homerus ut impudentes aſſimilat. Sed, ut alia taceam, obſtat, quod iidem populi verſu ſtatim ſequente deſcribuntur τροχοκούραδες, id eſt, vertice tonſo in orbem. Quod tonſuræ genus Judæis lege fuit interdictum Levit. 19: 27. Verba ſunt; לא תקפו פאת ראשכם, *non radetis in orbem angulum* (id eſt, angulos) *capitis veſtri.* Aquila habet, οὐ περικυκλώσετε: Theodotion, οὐ κυκλώσετε: Symmachus, οὐ περιξυρήσατε κύκλῳ: Hieronymus, *neque in rotundum attondebitis*: Arabs: לא תדורוא, *non circuibitis* (novacula ſcil.:) Chaldæi לא תקפון, quæ Moſis eſt vox ipſiſſima; omnes in eundem ſenſum: Septuaginta, οὐ ποιήσετε σισόην ἐκ τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς ὑμῶν, *non facietis ſiſoen ex coma capitis veſtri*; Siſoen, id eſt, ציצית *ſiſith*; cincinnum qui ſolus in occipitio ſupererat, reliquâ capillitie in orbem circumtonſâ; Græcus Scholiaſtes κρώβυλον; Cyprianus *cirrum*; Suidas πλοκίδιον; doctiſſimus Heinſius περιτροχηλάτην interpretatur. Apud Græcorum *Ariſtarch. cap. 4.* Criticos ſic nominatur tonſura, quæ fit σφαιροειδῶς. Sunt, qui malunt περίτροχον, ut Agathias de Francis lib. 11. περίτροχον κείρονται. Eo modo ſe totondiſſe Arabes Bacchi æmulos Herodotus in Thalia author eſt; τῶν τριχῶν, inquit, τὴν κουρὴν κείρεσθαί φασι, κατάπερ αὐτὸν τὸν Διόνυσον κεκάρθαι. κείρονται δὲ ὑποτρόχαλα. *Eodem modo quo tonſus eſt Bacchus tondere ſe aiunt; porro in orbem tondentur.* Unde eſt quod, Jerem. 9: 26. Idumæi, Ammonitæ, Moabitæ, cæterique Arabiæ deſertæ incolæ appellantur קצוצי פאה, *circumciſi* ſeu *circumtonſi angulis*, nempe capitis. Et Græcus Scholiaſtes in Leviticum docet, ad ſuum uſque ævum Saracenos ita uſurpaſſe, & capitis ſui *ſiſoen*, id eſt, κρώβυλον aut πλέγμα Saturno conſecraſſe. Proinde in Arabia mos ortus inde manavit ad Solymos. De *ſiſoe* locus eſt in Heſychio corruptiſſimus, Σισοκῆρα, ἰοιαί, Φασηλῖται; quem Vir Magnus miro acumine ſic reſtituit; Σισόη, κουρὰ ποιά, Φασηλῖται: *Siſoe, tonſuræ ſpecies, vox Phaſelitarum.* Sed minus probo, quod Phaſelitas hanc vocem à Syris ultra Ciliciam accepiſſe conjectat; cùm Phœnicum linguam & ritus uſurpaſſe Solymos, adeóque fuiſſe τροχοκούραδας ex Chœrilo ſit notum. Hi porro Phaſelidi quàm fuerint vicini docent hæc verba Strabonis, quæ jam ex parte citavimus; Εἶτα Φάσηλις, τρεῖς ἔχουσα λιμένας, πόλις ἀξιόλογος, καὶ λίμνη, ὑπέρκειται δὲ αὐτῆς τὰ Σόλυμα ὄρος. *Deinde Phaſelis tres habens portus, urbs inſignis; & lacus, cui imminent Solymi montes* Proinde ex hac vicinia factum, ut Phaſelitæ Phœniciæ linguæ nonnihil Græco ſermoni inſpergerent. Id à me fruſtra non dici alio exemplo ſtatim patebit;

Sequitur apud Straboonem; Περὶ Φασηλίδα δ' ἐστὶ τὰ κατὰ θάλατταν ςενὰ δι' ὧν Ἀλέξανδρος παρήγαγε τὴν ςρατείαν: ἔςι δ' ὄρος Κλῖμαξ καλούμενον; ἐπίκειται δὲ τῷ Παμφυλίῳ πελάγει, ςενὴν ἀπολεῖπον πάροδον ἐπὶ τῷ αἰγιαλῷ. *Circa Phaſelidem ſunt ad mare anguſtiæ, per quas exercitum traduxit Alexander: mons autem vocatur Climax Pamphylio mari incumbens, & prope littus anguſtum relinquens tranſitum.* Eum ipſum montem Ptolemæus Μασσίκυτον appellat, voce prorſus Phœniciâ, quæque palam alludit ad Hebræam מצוקות *meſucot*, id eſt, anguſtias. Hâc conjecturâ nihil certius. Pro Maſicyto in Lyciæ deſcriptione apud Plinium juxta *Plin. lib.* mare & Limyram amnem eſt mons *Maſſycites.* *5. cap. 18.* Et in Q. Smyrnæo Lycium Ducem Chlemum Limyri fluvii accolam, tanquam Regem venerantur.

> Πάντες ὅσοι Φοίνικος ἔδος περὶ πάγχυ νέμονται, *Lib. 3.*
> Αἰπύ τε Μασσικύτοιο ῥίον, βωμόν τε Χιμαίρης. *verſ. 233.*
> *Phœnicum quicunque ſolum, jugaque ardua montis*
> *Maſſicyti quicunque colunt, aramque Chimæræ.*

Ubi rurſus id notandum, Φοίνικος ἔδος *Phœnicum ſolum* vocari loca Maſſicyto vicina propter Solymos ibi degentes. Eódem pertinet, quod Alexandrum è Xantho Lyciæ urbe profectum, ut oram maritimam pacaret, Plutarchus veniſſe dicit μέχρι τῆς Φοινίκης καὶ Κιλικίας, *uſque ad Phœnicem & Ciliciam.*

Fuêre & alia circa Solymos Hebraiſmi veſtigia. זרב *zarab* Hebræis & Arabibus eſt fluere, Job. 6: 17. unde זרב *zarb* in Giggeio eſt *decurſus aquæ*, & *Zerbis* flumen in Aſſyria, ut jam notavimus. Eódem refero, quod Lyciæ amnis Xanthi priſcum

nomen erat *Sirbes*. Strabo lib. 14. ἀφ' ὃ Ξάνθος ποταμὸς, ὃν Σίρβην ἐκάλουν οἱ πρότερον. Græci Ξάνθον reddiderunt, quia צרבי *zirba* flavum ſeu rubentem ſonat apud Arabes, vide Giggeium. Pro *Sirbe* alii *Sirbon* appellant. Panyaſis Poeta vetus, Herodoti patruelis, apud Stephanum in Τρεμίλη;

Σίρβῳ ἐπ' ἀργυρέῳ ποταμῷ παρὰ δινήεντι.

Malè legitur Σίβρῳ.

Olba alii Olbia, Solymorum fuit oppidum. Stephanus in Ὀλβία; Τετάρτη Παμφυλίας, ὡς Φιλόξενος, οὐκ ἔστι δὲ Παμφυλίας, ἀλλὰ τῆς τῶν Σολύμων γῆς, καὶ οὐδὲ Ὀλβία, ἀλλὰ Ὄλβα καλεῖται. *Quarta eſt Olbia Pamphylia juxta Philoxenum, quæ tamen Pamphyliæ non eſt, ſed terræ Solymorum; neque vocatur Olbia, ſed Olba.* Olba idem quod חלבא urbs Aſeritarum, Jud. 1: 31.

Ipſa Solymorum regio alio nomine vocatur à Strabone Καβαλίς: *Cabalis*, id eſt, *montana*, Arabicè id eſſet גבליה *gabalia*. Sed Græci g & c permutarunt ut in κάμηλος & aliis. Hinc & Solymi Cabalenſes. Strabo; Σολύμους δ' εἶναι φασὶ τοὺς Καβαλεῖς.

Iidem eodem authore lib. 13. *Termiſſenſes* appellantur à Termeſſo promontorio, cui imminet Solymus: τῆς γοῦν Τερμησσέως ἄκρας, inquit, ὁ ὑπερκείμενος λόφος καλεῖται Σόλυμος, καὶ αὐτοὶ δ' οἱ Τερμησσεῖς Σόλυμοι καλοῦνται; *tumulus qui ſupra Termeſſum promontorium jacet Solymus, & ipſi Termiſſenſes Solymi appellantur*; lege Telmiſſum & Telmiſſenſes. Nam & pro Τερμησσέως libri ſcripti habent Τελμισσέως, ut obſervatum à Caſaubono. Sic in his verbis lib. 14. Ὑπέρκειται δ' αὐτῆς τὰ Σόλυμα ὄρος, καὶ Τερμισσὸς Πισιδικὴ πόλις ἐπικειμένη τοῖς στενοῖς, *ſupra hanc ſunt Solyma mons & Termiſſus Piſidica urbs anguſtiis incumbens*, malè pro Telmiſſo legi Termiſſum ex Euſtathio didici; qui hunc ipſum locum ſic citat ubi de Phaſelide: ταύτης ὑπέρκειται τὰ Σόλυμα; καὶ Τελμισσὸς, &c. Sed & Arrianus lib. 1. Ἀναβάσ. conſtanter ſcribit Τελμισσὸν & Τελμισσεῖς. Et Heſychio Τελμισσεῖς: *Telmiſſenſes* ſunt ἔθνος περὶ Λυκίαν, *gens circa Lyciam*. Et apud Ciceronem de Divinatione lib. 1. *Telmeſſus in Caria eſt*. Suidas etiam habet Τελμισσεῖς ex Polemone & Dionyſio Chalcidenſi, qui ſcripſit urbium origines. Et verò Solymorum linguâ Telmiſſus erat תחלמיש *Tahalmis*. Nempe חלמיש *halmis* Hebræis rupem ſonat, & ad formam nominis pertinet ת præpoſitum: quod à ſaxo deductum, ſeu monte prærupto, cui incumbebat. Arrianus; χωρίον δὲ οἰκοῦσιν ὑπερύψηλον, καὶ πάντῃ ἀπότομον, *locum autem inhabitant valde excelſum, & omni ex parte præruptum*.

Lib. 12. Telmeſſo vel Termeſſo Cibyra fuit proxima. Strabo; ἡ δὲ Τερμησσός ἐστι Πισιδικὴ πόλις, ἡ μάλιστα καὶ ἐγγύτατα ὑπερκειμένη τῆς Κιβύρας. Pars incolarum erant Solymi, aut Solymorum linguam uſurpabant. Idem; τέτταρσι δὲ γλώτταις ἐχρῶντο οἱ Κιβυρᾶται, τῇ Πισιδικῇ, τῇ Σολύμων, τῇ Ἑλληνίδι, τῇ Λυδῶν. Locum occupabant εὐερκέστατον ἐν κύκλῳ σταδίων περὶ ἑκατόν, *munitiſſimum ſtadiorum ferè centum in ambitu*. Inde in bellum armati prodibant millia peditum triginta, equitum duo, ut jure merito *Cibyra* כבירה, id eſt, magna, nuncupata ſit, voce Phœnicia prorſus.

Rurſus Telmeſſo vel Termeſſo imminebant anguſtiæ montium, per quas iter erat in montana Milyadis. Strabo lib. 14. *Termiſſus Piſidica urbs anguſtiis imminens per quas itur in Milyada*. Et in fine lib. 13. *Milyas montana eſt regio, quæ ab anguſtiis prope Termeſſum*, &c. *Sagalaſſum uſque extenditur*, &c. Inde Milyæ Solymi dicti. Herod. lib. 1. οἱ δὲ Μιλύαι τότε Σόλυμοι ἐκαλέοντο. Stephan. Μιλύαι οἱ πρότερον Σόλυμοι, ὡς Τιμαγένης, &c. καὶ ἡ χώρα Μιλυάς. Quod addit Milyada à quadam Milye dici ſorore Solymi & uxore, quæ deinde etiam Cragi conjux fuit, merè fabuloſum eſt. Phœnicibus מוליא *mulia* eſt tumulus; & מולאי *mulae* dicuntur loca montoſa. Talmudici in *Bava metſia*: *quia venitis* ממולאי (*de mulae*) *è locis celſis, loquimini verba* מולייתא (*mulsetha*) *celſa & grandia*. Gloſſa, דברים גבוהים *verba eminentia, ſuperciloſa*.

Sed & Telmeſſo vicina Σέλγη *Selga*, etiam ipſa Piſidica urbs, ὅπου κακῶς ἔζων οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἀλλήλοις ἐκοινώνουν, *in qua homines intemperanter vivebant, & illicite coitu invicem ſe polluebant*. Unde impudici dicti ἀσελγεῖς cum *alpha* ἐπιτατικῷ. Ita Suidas & Etymologus: ex quo fit, ut *Selgam* ſuſpicer per literarum metatheſim nomen habere ab Hebræo שגל *ſagal*, id eſt, coire & conſtuprare, ut Græcè σελγαίνειν.

Jam ipſum Solymorum nomen unde dicatur docere eſt operæ pretium. צלם *ſelem* Hebræis umbram & tenebras ſonat, ut Arabicè ظلم. Hinc Pſ. 39: 7. בצלם יתהלך איש, *in umbra ambulat homo*, vel *in tenebris*. Ita ſumunt ex Hebræis R. Dones & David Kimchi. Inde tranſlatum nomen צלם ad imaginem, quia vetuſtiſſimi pictores hominem non aliter pingebant, quàm umbrâ ejus lineis circumductâ, ut in Plinio habetur lib. 35. cap. 3. Ut taceam inter picturæ genera σκιὰν eſſe & ἀποσκίασμα *umbram & adumbrationem*. Atque id opponi vivæ & expreſſæ imagini etiam ab Apoſtolo, Hebr. 10: 1. Ejuſdem originis eſt צלמון *Salmon* montis nomen, Pſ. 68: 15. cujus verticem arborum denſitas opacabat, ut conſtat ex Jud. 9: 48. Neque alia fuit ratio nominis Solymorum; quippe id nomen complectitur Piſidiæ montana, de quibus Strabo. lib. 12. κύκλῳ δ' ὑπέρκεινται δρυμοὶ ποικίλης ὕλης, *ſupra in orbem ſylvæ ſunt diverſæ materiæ*.

Apud Plinium lib. 5. cap. 30. *Ex Aſia interiiſſe gentes, tradit Eratoſthenes, Solymorum*: nempe Solymorum nomen tranſierat in Piſidas, ut jam ante docuimus. Tamen Eratoſthene tot ſæculis poſterior Euſtathius teſtatur ævo ſuo non fuiſſe prorſus abolitum: τόπος γάρ ἐστιν, inquit, ἐχυρώτατος περί που τὴν Λυκίαν, ὃ οἱ ἐγχώριοι βαρβαρίζοντες τοῖς ἐκεῖ καλοῦνται Τζέλυμοι. *Locus enim eſt munitiſſimus alicubi circa Lyciam, incolæ ab illorum locorum hominibus barbarè vocantur Tzelymi*.

De Solymorum Diis habetur inſignis locus apud Plutarchum in libro de Defectu Oraculorum, qui citatur ab Euſebio lib. 3. Præpar. & à Theodoreto lib. 3. Therapeut. Σολύμους, inquit, πυνθάνομαι τοὺς Λυκίων προσοίκους ἐν τοῖς μάλιστα τιμᾶν τὸν Κρόνον, *vicinos Lyciorum Solymos audio Saturnum imprimis colere*, id eſt, olim coluiſſe, à majoribus ſuis ita edoctos. Saturnus enim apud Phœnices & Pœnos in maximo fuit cultu. Ἐπεὶ δὲ ἀποκτείνας τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν Ἄρσαλον καὶ Δρύον καὶ Τροσοβίον, ἔφυγε καὶ μετεχώρησεν ὁποιδήποτε (τοῦτο γὰρ οὐκ ἔχουσιν εἰπεῖν) * ἐκείνους μὲν ἀμεληθῆναι. *Poſtquam autem Saturnus principibus* (vel ducibus) *eorum interfectis Arſalo, Drye, & Troſobio fugit, & quocunque terrarum conceſſit* (*neque enim id dicere habent*) *Saturnum illos neglexiſſe*; nempe ut Saturni loco colerent Arſalum Dryum & Troſobium. Sequitur; τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἄρσαλον σκληροὺς θεοὺς προσαγορεύοντες, καὶ τὰς κατάρας ἐπὶ τούτῳ (lege τούτων cum Euſebio & Theodoreto) ποιεῖσθαι δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ Λυκίους; hoc eſt, Lycios, utpote Solymis infenſiſſimos, quod vel ex Homero conſtat, hos ipſos Deos *duros* vocaſſe, & devoviſſe diris publicè & privatim. Hæc Vir Magnus cùm non caperet, receptam lectionem perperam ſollicitavit, & mutavit cum Euſebio σκληροὺς in σκιρῶν, nullo ſenſu; quod illius pace dixerim. *Nihil eſt*, inquit, *minus veriſimile, quam σκληροὺς dixiſſe, quos interemptos tantopere dolerent, & pro benefactis divinis afficere honoribus vellent*. At multò minùs veriſimile iiſdem

* Lege ἐκείνου cum Euſeb. & Theodor.

le iiſdem Diis publicè, & privatim maledixiſſe; quod tamen à Plutarcho additur. Verum enimvero Solymi & Lycii vicini quidem erant, ut Plutarchus antè monuit; diverſi tamen populi, alii aliis maximè exoſi; ut Lyciorum ducum Bellerophontis & Iſandri vel Piſandri bella in Solymos palam arguunt, Iliad. lib. 7. Itaque nihil mirum eſt eoſdem Deos execratos eſſe Lycios, quos Solymi venerabantur.

Jam tria illa ſive Ducum ſive Deorum nomina explicare ideò non eſt obvium, quia ſcriptura eſt ambigua. Nam pro Ἀρύον καὶ Τροσοβεῖν Theodoretus habet Ἄρυον καὶ Τέσαβιν; & Euſebius Ἄρυτον καὶ Τόσιβιν. Unde Suidas; Τόσιβις, θεὸς τ .... legendum τ Σολύμων, *Teſibis Deus Solymorum*. Ex hac collatione colligo Plutarchum ſcripſiſſe, Ἄρσαλον, καὶ Ἄρυον, καὶ Τρόσιβιν; atque ex his tribus conflatam fuiſſe Chimæram, de qua Heſiodus; Θεογον. verſ. 321.

Τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί· μία μὲν χαροποῖο λέοντος,
Ἡ δὲ χιμαίρης, ἡ δ' ὄφιος κρατεροῖο δράκοντος:
Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

Forma erat huic capitis triplex; trucis una leonis,
Et levis una capra, & torvi fuit una draconis:
Ante leo, retroque draco medioque capella.

Vide & Homer Iliad. 7. & Euſtath. & Iſac. in Lycophr. pag. 6. & Jo. Tzetz. Chil. 7. hiſt. 149.

Aut capra ſi mavis, aut rupicapra; quia χίμαιραν Heſychius αἶγα ἀγρίαν *capram ſylveſtrem* exponit. Hoc monſtro, quod deviciſſe dicitur Bellerophon, aiunt tria hoſtium genera ſignificari, quibuſcum illi res fuit, dum erat in Lycia, ut refert Homerus lib. 6. Iliad. Solymos nimirum, & Amazones, & Lycios. Solymos cum leone conferri propter fortitudinem, Amazones cum caprea διὰ τὸ κρημνοβατεῖν αὐτὰς δίκην αἰγῶν, *quia caprarum inſtar prærupta loca gradiuntur*; Lycios denique cum dracone vel angue propter inſidias, quas Bellerophonti ſtruxerant. Quæ utut videantur ingenioſè conficta, tamen ideò non admitto; quia durum videtur ut tres hoſtes diverſiſſimi, quoſque tribus præliis debellavit Bellerophon, Poetæ in unum faſciculum compegiſſe dicantur, & latere voluiſſe ſub unius monſtri ſymbolo. Itaque Chimæra meo judicio ſolos Solymos ſignificat, quorum tres Deos aut Duces tribus Chimeræ capitibus adumbrari docent ipſa nomina ex Phœnicio ſermone expoſita. *Arſalus* Phœnicibus *Arzal*, ut Syris אורזיל *urzil*, propriè eſt hinnulus capreæ: *Aryus* ארי *ari* vel אריה *arje* leo; *Troſibius* vel *Troſibis* ראש חויא *ros hivja* ſerpentis caput. T initio vocis perperam addidêre Græci. En tria Chimeræ capita; quæ in ſignis militaribus tanquam Deorum ſuorum ſymbola puto pinxiſſe Solymos. Quos cùm fudiſſet Bellerophon, dictus eſt viciſſe monſtrum triceps, in quo

Vide Chald. Cant. 4: 5. & 7: 3.

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

Id eſt,

Ante Aryus, retro Troſibis, medio Arſalus ibat.

Vel, ut agam preſſiùs, ארי *ari*, id eſt, leo in ſignis militaribus pictus, in primo agmine Ducis Aryi ſymbolum præferebatur: & in poſtremo *Troſibis* vel *Roſibis* potiùs ſymbolum ראש חויא *ros hivja* caput ſerpentis: in medio denique *Arſalis* ſymbolum *arzal* vel אורזיל *arzal*, id eſt, hinnulus capreæ.

Solymorum ſobolem Piſidas famam Bellicæ fortitudinis diu ſervaſſe probant hæc Livii lib. 38. ubi de expeditione Manlii in Piſidiam & vicina loca. *Inde in agrum Sagalaſſenum uberem fertilemque omni genere frugum ventum eſt. Colunt Piſidæ longè optimi bello regionis ejus.*

CAPUT VII.

Phœnices in Caria & Rhodo.

Caria Phœnice vocatur. Urbs Phœnices prope Rhodum. Mons & vicus Phœnix. In Jalyſo urbe Phœnices templum Neptuni à Cadmo conditum. Lindi lebes Minervæ ab eodem conſecratus cum Phœnicia inſcriptione. Heliadæ ex Rhodo pulſi à Phœnicibus, Phœnices à Caribus. Iphiclus quo ſtratagemate Phœnicum ducem Phalantum ex Achæa ſeu Jalyſo ejecerit. Phalantus Hebr. פלט, Phacat פקח. Phala Sidonius, dux claſſis Memnoniæ, cum ſuis ſubſtitit in Rhodi urbibus Camiro & Jalyſo. Rhodus ἐπίπλουν. Ptolemæus notatus. Lindus in auſtrali mucrone Rhodi. Eò appulit Danaus ex Ægypto fugiens. למדה *limda* mucro. Quia aculeus Phœniciæ, inde Lindus. Acuendi verba Phœnices ad diſciplinas cur transferant. *Ialyſus* olim *Achæa*. Vetus nomen à mœrore ſumptum, recens à lætitia. Sic ἄξενος mutatum in εὔξεινον, *Maleventum* in *Beneventum*, *malacia* in *bonaciam*. Ἀργιλλώδη Κάμειρον *argilloſam Camirum* à חמר *chemer*, id eſt, argilla, dictam. Rhodi mons *Atabyris*, ubi templum Jovis Atabyrii, in quo cur mugire dicantur æneæ boves, cùm calamitas imminet. Rhodus Atabyria, Atabyris Thabor תבור, Appiano Ταβύριον. Montes ejuſdem nominis in terra Chanaan & in Sicilia. ἀταβύριον quid ſignificet ex Heſychio & Hebræis, Rhodi nomen eſt Phœnicium. *Jarod* vel *rod* per aphæreſim draco. Rhodus olim Ophiuſa propter ſerpentum copiam. Phorbas bis deletis & magno dracone occiſo in cœlum tranſlatus ſub Ophiuchi nomine. Hinc inſula Jarod vel Rod, id eſt, draconis, dicta. Minus rectè ſcribi *jarud*. Hæc ævo Moſis geſta. Rhodus *Stadia* dicta, id eſt, צדיא *Tſadia* deſolata. *Telchines* Magi, a Phœnicio חלחיש *Telchis*. *Telchis* & *Telchin* idem. *Ignetes* Rhodi indigenæ, fortè iidem qui Telchines. ἁλς mare. Simmiæ Rhodii locus in Clemente reſtitutus. Ἄμμας mater. Inſulis prope Cariam nomina eſſe Phœnicia. Carpathus quaſi כרפתא *Carpath* Cariæ ora. Carpathum Iſidorus unde deducat. Caſus inſula etiam ἄχνη dicta, id eſt, ſtipula, ut Hebr. קש *cas*, unde Caſus. שומא *ſuma* angulus, unde *Syme* inſula in angulo Cariæ. *Telus*, id eſt, תל *tel* tumulus. Error Plinii de telino unguento. Heſychius correctus. *Chalcia* vel Chalce חלקא ab agri fœcunditate. Calimna חלי מנה dulcis ſeges ob mellis præſtantiam; *Calydna* idem. Aſtypalæa ab Aſtypalæa Phœnicis filia Ancæi matre. אשתפל ſe demittere. Niſyrus fragmentum inſulæ Co. De eo fabula. Niſyrus unde dicatur juxta Euſtathium. נסורת *niſſoreth* fragmentum, נסירו *neſiru* ſectio: inde Niſyrus, נשר *naſar* ſerra ſecare. Mons *Prion*, id eſt, ſerra, in parte Coæ, unde Niſyrus abrupta. In inſula Co bombycinæ veſtes à mulieribus texi ſolitæ, non in Ceo, ut volunt Varro, Plinius, & Solinus. Loca Veterum de Cois veſtibus, & de Coa bombyce. קו *cau*, Hebr. tenue filum, funiculus חוט idem, & trama ſeu ſubtemen aut ſubtel. Jobi locus explicatus. Trama unde dicatur. Parcarum fabula unde. מקוה netum ex Ægypto ſubtiliſſimum. Vulgatus reddit *de Coa*. קוי *kovva* Arab. funiculus. קוין *kavvin* Chald. fila aranearum. קואי *kovvae* Talmud. textores. *Co* vel *Coa* inſula inde dicta. Ibi urbs *Aſtypalæa*. Ibid. promontorium *Scandaria*, id eſt, שכן דריא *ſaken dara* vicinum continenti. Et ad Meridiem *Lacter*, id eſt, חלק סהיר *alak tair* pars Meridionalis, *Lycaſtris*, *Lyca*, *Leucolla*. *Dracanum* prope Stomalimnem ſeu lacum ad mare apertum, id eſt, דיר אגם *dir-agam* habitatio ad lacum. *Libinthus* à Syro לבינתא *lebentha* πλινθος cur later Græcis. Caria & Cares, unde κάρ, Ionice ovis, Hebr. כר *Car* agnus vel aries. *Cos* non eſt ovis, ut volunt, ſed vellus. *Cos* quorſum *Caris* dicta.

Cariam Phœnicem vocari diximus à Corinna & Bacchylide. Ita legitur in Athenæo: οἱ μὲν ἄρα καὶ ἡ Καρία Φοινίκη ἐκαλεῖτο, ὡς παρὰ Κορίννῃ καὶ Βακχυλίδῃ. Unde lux loco Steph. de Aſtyra alioqui valde obſcuro: ἐςι καὶ πόλις Φοινίκης κατὰ Ῥόδον, ἐν ᾗ Ἀθηνᾶ, *eſt & urbs Phœnices prope Rhodum, in qua colebatur Minerva*. Phœnices prope Rhodum, id eſt, Cariæ, ubi mons *Phœnix* & vicus *Phœnix*, de quo in Phœnice Stephanus, ἐςὶ καὶ Φοῖνιξ ἡ πολὺ ἀντίχον Ῥόδυ. Rectè. Nam ut apparet ex Ptolemæo vicus *Phœnix* parvo ſinu diſcretus eſt à Rhodi urbe Jalyſo, clara imprimis Neptuni templo vetuſtiſſimo, cujus conditor fuit Cadmus. Diodorus lib. 5. *paulò poſt Cadmus*

Athen. lib. 4. cap. 23.

Cadmus Agenoris filius à Rege miſſus ad quærendam Europam Rhodum navigavit. Et cùm in ipſa navigatione gravi tempeſtate jactatus voviſſet ſe templum Neptuno ſtructurum, ſervatus in eadem inſula templum illi Deo condidit, ejuſque curam demandavit quibuſdam Phœnicibus ibi relictis, qui Jalyſiis permiſti remanſerunt συμπολιτευόμενοι τούτοις, *unam cum illis urbem* (vel *unum reipublicæ corpus*) *conſtituentes.* Addit & Minervæ Lindiæ Cadmum inter cætera dona æreum lebetem obtuliſſe, veteri more fabrefactum, *cum inſcriptione* Φοινικοῖς (lego Φοινικικοῖς) γράμμασιν *Phœniciis literis, quæ ex Phœnice in Græciam dicuntur eſſe primùm allatæ & appellari Phœnicia.* Sed & Phœnicum in Rhodum expeditionis meminit Conon his verbis, Narratione 47. τὴν δὲ

Apud Phot. Auth. 186. Ῥόδον τὸ μὲν ἀρχαῖον λαὸς αὐτόχθων ἐνέμοντο, ὧν ἦρχε τὸ Γλιάδων γένος (corrigo Ἡλιάδας ex Diodoro & Strabone) οὓς Φοίνικες ἀνέστησαν, καὶ τὴν νῆσον ἔσχον. *Rhodum autem antiquitus populi indigenæ tenuerunt, quibus imperabant Heliadæ; quos Phœnices ejecerunt & inſulam occuparunt.* Additur ibidem Cares expulſis Phœnicibus Rhodiis imperaſſe, qua tempeſtate etiam alias Maris Ægæi inſulas tenuerunt. Φοινίκων δὲ ἐκπεσόντων Κᾶρες ἔσχον. ὅτε καὶ τὰς ἄλλας νήσους τὰς περὶ τὸ Αἰγαῖον ᾤκησαν, id eſt, aliquantò poſt Trojani Belli tempora. Diodorus lib. 5. de Lesbo: Μετὰ τοὺς Τρωικοὺς χρόνους κατέσχον τὴν νῆσον Κᾶρες, καθ' ὃν καιρὸν ἐθαλαττοκράτουν. Apud Athenæum lib. 8. Ergeas Rhodius ἐν τοῖς περὶ πατρίδος πραγμάτων τινὰ περὶ τῶν κατοικησάντων τὴν νῆσον Φοινίκων, *in Libris de patria ſua quædam præfatus de Phœnicibus, qui in inſula habitarunt,* pluribus narrat quo ſtratagemate Iphiclus Phalantum Phœnicum ducem ex Achæa ejecerit, Rhodi oppido munitiſſimo. Summa eſt, Phalantum viſis corvis dealbatis, & piſciculis Larcæ cujuſdam opera in craterem ſuum injectis, ex urbe ſponte exceſſiſſe, tanquam rebus conclamatis. Quia Oraculo monitus fuerat fore, ut è Rhodo ejiceretur, cùm vidiſſet corvos albos & piſces in crateribus. In Polyzeli Rhodiacis non Larcas, ſed Dorcia Phacæ filia, Iphicli amore incenſa, narratur in Phalanti poculum piſces injeciſſe, & corvos à ſe dealbatos emiſiſſe. Phalantus Græcum nomen eſt: ſed Phœnicium fuit פלת *Phaleth* vel פלט *Phalet.* Vide 1. Par. 2: 33, 47. & 12: 3. *Phacas* Hebr. eſt פקח vulgò *Phacee*, 2. Reg. 15: 25. Hinc Heſychius; Φανεί, διάνοιξις, non malè: nam פקח verbum eſt aperire.

A Phalantho diverſus Phala Sidonius; cui cùm à Memnone fuiſſet commiſſa claſſis è Phœnice Trojam deducenda, milites occiſo duce in Rhodi inſulæ urbibus Camiro & Jalyſo ſubſtiterunt. Rem ita narrat Dictys Cretenſis lib. 4. *Reliquos neque numero inferiores, impoſito Phalâ duce atque rectore, mari miſit* (Memnon.) *Qui appulſi Rhodum; ubi animadvertêre inſulam Græcis ſociam, veriti ne re cognita incenderentur naves, ibidem operiebantur. Ac mox diviſi in Camiram* (Camirum) *& Galiſam* (Jalyſum) *urbes opulentas. Neque multò poſt Rhodii Phalam incuſare, quod paulò antè everſâ ab Alexandro Sidone patriâ ſuâ, auxilium ei, à quo læſus ſit, ferre cuperet. Quoque animos exercitûs permoverent, confirmare haud diſſimiles Barbarorum videri eos, qui tam indignum facinus defenderent. Multa præterea, quæ accenſura vulgus, & quæ pro ſe factura eſſent, diſſerere. Quæ res haud fruſtra fuit. Phœnices namque, qui in eo exercitu aderant plurimi, permoti querelis Rhodiorum, dein cupidine diripiendarum rerum, quas ſecum advexerant, Phalam lapidibus inſecuti necant; diſtributique per ſupradictas urbes, aurum atque reliqua præda inter ſe diſpertiunt.*

Phœnicum in Rhodo inſula commorationis non aliud certius monumentum eſt, quàm quòd vetuſta locorum nomina penè omnia ſunt Phœnicia. Pindarus in Olympiis Ode 7. ſub initium Rhodum appellat τρίπολιν νᾶσον, quia tres olim urbes habuit,

> Λίνδον, Ἰηλυσσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον. Iliad B. verſ. 656.
> *Lindon, Jalyſſumque, argilloſumque Camirum.*

Ita nominat Homerus in Catalogo. Inſula verſus Auſtrum in longum mucronem extenditur, in quo Camirum ponit Ptolemæus, cùm Lindum debuiſſet. Omnino enim in Auſtrino illo mucrone ſita erat Lindus; quod conſtat ex his Strabonis lib. 14. Ἔστι δὲ πρώτη μὲν Λίνδος, &c. πόλις ἐπὶ ὄρους ἱδρυμένη, πολὺ πρὸς μεσημβρίαν ἀνατείνουσα, καὶ πρὸς Ἀλεξάνδρειαν μάλιστα. *Prima quidem eſt Lindus, &c. urbs monti impoſita, plurimum verſus Meridiem vergens & Alexandriam maximè.* Unde eſt, quòd ex Ægypto Rhodum navigans Danaus, primò Lindum appulit, atque ibi Minervæ Lindiæ templum & ſtatuam conſecravit. Diodor. lib. 5. Κατὰ δὲ τούτους τοὺς χρόνους Δαναὸς ἔφυγεν ἐξ Αἰγύπτου μετὰ τῶν θυγατέρων. Καταπλεύσας δὲ τῆς Ῥοδίας εἰς Λίνδον, καὶ προσδεχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ἱδρύσατο τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν, καὶ τὸ ἄγαλμα τῆς θεοῦ καθιέρωσε. τῶν δὲ τοῦ Δαναοῦ θυγατέρων τρεῖς ἐτελεύτησαν κατὰ τὴν ἐπιδημίαν τὴν ἐν τῇ Λίνδῳ. *Circa illa tempora Danaus cum filiabus ex Ægypto fugit, & cum appuliſſet Lindum Rhodi oppidum, ab incolis ſuſceptus, Minervæ templum extruxit, & Deæ ſtatuam conſecravit; porro è Danai filiabus tres abſtulit peſtis quæ Lindi graſſabatur.* Lindus igitur Phœnicio nomine למדא *Limda*, quaſi mucro aut aculeus dicta eſt, quia in inſulæ mucrone ſita. Ab eadem radice Hebræum מלמד pro ſtimulo aut aculeo ſumitur, Jud. 3: 31. Nempe ut שנן ita & למד tam acuere quàm docere ſignificabat, & eleganti metaphora Phœnices acuendi verba tranſtulerant ad diſciplinas, quia obtuſum ingenium diſcendo fit acutius. Simili metaphora, ut דק *dak* tenue & minutum; ita דקדוק *dikduk* ſubtilem & acutam diſſertationem ſonat. Et חריף & מפלפל eſt acutus diſputator. Prius ab acumine ſumptum. Poſterius à piperis acrimonia. Suidas in voce Ῥόδος totam inſulam *Lindum* dici aſſerit.

Jam quæ ſequitur *Jalyſus* olim *Achæa* dicebatur. Ergias Rhodius apud Athenæum lib. 8. οἱ περὶ Φάλαντον ἐν τῇ Ἰαλυσῷ πόλει ἔχοντες ἰσχυροτάτην τὴν Ἀχαΐαν καλουμένην, *Phalanthus* dux Phœnicum *in Jalyſo urbem habens munitiſſimam Achæam nomine.* Diodorus lib. 5. de Heliadis: Κατῴκησαν ἐν τῇ Ἰαλυσίᾳ κτίσαντες πόλιν Ἀχαΐαν, *habitarunt in Jalyſia Achæa urbe condita;* ſenſus eſt Achæam urbem, quam condiderant Heliadæ primi Rhodi incolæ, eandem eſſe quam Jalyſum à qua inſulæ pars Jalyſia dicta eſt. Nempe qui Heliadis ſucceſſerunt Phœnices priſcum Achææ nomen mutaverunt in Jalyſum ad vitandam δυσφημίαν. *Achæa* enim triſtitiam atque animi mœrorem ſonat. Heſychius; Ἀχαίας, λύπας. Item: Ἀχαία, ἐπίθετον Δημήτρος ἀπὸ τοῦ περὶ τὴν κόρην ἄχους, ὅπερ ἐποιεῖτο ἀναζητοῦσα αὐτήν. Vult *Achæam* dici Cererem à mœrore, quo confecta eſt, filiam Proſerpinam quærens. Quod ipſum aſſerit Ariſtophanis Scholiaſtes in Acharnanes Act. 2. Sc. 6. Et qui ſcripſit in Nicandri theriaca, verſ. 484. Contrà, Phœnicium *Jalyſus*, (id eſt, יעלין *jaalis* vel יעלים *jaalis*) eſt à lætitia factum. Itaque eodem animo Achææ vocabulum mutatum à Phœnicibus in Jalyſum, quo à Græcis Ἄξενος in Εὔξεινον, à Romanis *Maleventum* in *Beneventum*, & à nautis vulgari lingua *malacia* in *bonaciam*.

Quæ ſupereſt *Camirus* Phœnicibus erat חמירה *Chamira*, quaſi argilloſam dixeris; nam חמר *chomer* eſt argilla. ח in c mutatum ut in *Tapaſco* ex תפסח, & *Malaca* ex מלחה, & *Calacene* ex כלח. Natum nomen ex argumento, quia Camirus erat in argilloſo ſolo. Unde eſt quod Homerus, cujus

Digitized by Google

jus epitheta rarò ſunt otioſa, vocat ἀργινόεντα Κάμειρον *argilloſam Camirum*.

Fuit & Rhodi celeberrimus mons *Atabyris* vel *Atabyrium*, in cujus vertice templum habuit Juppiter *Atabyrius*. Strabo lib. 14. ubi de Rhodo: εἶθ' ὁ Ἀτάβυρις, ὄρος τῶν ἐνταῦθα ὑψηλότατον, ἐν ᾧ ἱερὸν Διὸς Ἀταβυρίου. Rhianus apud Stephanum: Ἀτάβυρον ὄρος Ῥόδου, &c. ἐξ οὗ καὶ Ἀταβύριος Ζεύς. Apollodorus de Althemene: Προσίσχει τινὶ τόπῳ τῆς Ῥόδου, &c. ἀναβὰς δὲ ἐπὶ τὸ Ἀταβύριον καλούμενον ὄρος ἐθεάσατο τὰς πέριξ νήσους. *Appulit ad quendam Rhodi locum; conſcenſo autem Atabyrio monte vicinas inſulas circumſpectavit.* De eodem Diodorus lib. 5. pag. 228. ἐπὶ δ' ὄρους Ἀταμύρου (lege Ἀταβύρου) Διὸς ἱερὸν ἱδρύσατο τοῦ προσαγορευομένου Ἀταμυρίου, (lege Ἀταβυρίου) *ſuper montem Atabyrum templum Jovis condidit, qui dicitur Atabyrius.* Pindarus in Olympiis Ode 7. ſub finem: ὦ Ζεῦ πάτερ νώτοισιν Ἀταβυρίου μεδέων, *ô Juppiter pater qui in Atabyrii juga dominaris.* In quem locum Scholiaſtes: ἐπάνω δὲ τοῦ ὄρους ἵδρυται ὁ Ζεύς, *in ſummo monte ſitus eſt Juppiter.* Jupiter id eſt, Jovis templum. Et paulò pòſt: εἰσὶ δὲ χαλκαῖ βόες ἐν αὐτῷ, αἵτινες, ὅταν μέλλῃ ἄτοπόν τι γενέσθαι, μυκῶνται, *in eo autem ſunt aneæ boves, quæ mugiunt, quoties aliqua calamitas imminet.* Quod ipſum habet Tzetzes Chiliade 5. hiſt. 138. Phœnicia hæc eſt fabula, cujus mens eſt, in eo templo fuiſſe augures qui imminentia mala præmonebant. Phœnicibus ſcilicet אלוף מנחש voces ambiguæ ſunt, quibus & *doctor augur* ſignificatur, & *bos ex ære.* Quod poſterius ideò amplexi ſunt fabularum architecti, quia παραδοξότερον. Ab Atabyrio monte etiam ipſa inſula dicta eſt *Atabyria.* Heſychius; Ἀταβυρία, ἡ ὀγδόη πάλαι; reſcribe, ἡ Ῥόδος πάλαι. Plinius; *Vocitata eſt antea Ophiuſa, Aſteria, &c. Atabyria ab Rege:* imò à monte *Atabyri* vel *Atabyro* quem diximus. *Atabyris* vel *Atabyron* Phœnicibus erat תבור *Thabor.* Unde eſt quod in Appiani Mithridaticis ſine *alpha* προθετικῷ legitur Ταβυρίου Διὸς ἱερὸν, *Jovis Tabyrii fanum.* Et paulò poſt; ἐκ τοῦ Ταβυρίου; & rurſus; τὸν ἐκ Ταβυρίου πυρσόν. Ejuſdem nominis montem & oppidum in Phœnice ex Scriptura notiſſimum Joſephus, Aquila, Symmachus *Itaburium* nominant, & Polybius Ἀταβύριον Hiſtor. lib. 5 Fuit & in Sicilia circa Agrigentum Polybio teſte lib. 9.. ἱερὸν Διὸς Ἀταβυρίου, καθάπερ καὶ παρὰ Ῥοδίοις, *templum Jovis Atabyrii ſicut apud Rhodios.* Nempe ad montem cognominem de quo Pindari Scholiaſtes, & Stephanus ex Timæo; ἔστι καὶ Σικελίας Ἀταβύριον. Sed eam Siciliæ partem Punicis nominibus ſcatere nihil mirum eſt, cum illam Pœni diu tenuerint. De cætero quid vel *Thabor* vel *Atabyrion* ſignificet non uſquequaque conſtat. Niſi quod Heſychius Ἀταβύριον interpretatur ὄρος ἔνθα θηρία συνάγονται, *montem, ubi feræ congregantur.* Neque fortaſſe id malè: cum *Thabor* ad בר vel בור alludat. Syri ſic vocant locum incultum feris paſcendis deſtinatum. Unde חיות ברא feræ agri, Dan. 2: 38.

Jos. 19: 22. 34. Jud. 4. 6. &c. & 8: 18. 1 Sam. 10: 3. Pſal. 89. 13. &c.

Olymp. 7.

Quid ſi nomen ipſum inſulæ (quod ſuprà cum Scholiaſte Pindari à roſis deducebamus, quia nil ſuppetebat melius) probavero eſſe Phœnicium. Res verò eſt apertiſſima. Syris & Chaldæis ירוד *jarod* eſt draco. Phœnices per aphæreſim, cujus in ſequentibus multa exempla proferemus, pro *jarod* רוד *rod* dixerunt. Ut אר *or* pro יאר *jeor* rivus, Amos cap. 8. verſ. 8. Illis igitur גזירת רוד *gezirath rod*, unde Græci Ῥόδον fecerunt, erat *inſula draconis.* Rhodi nimirum priſcum nomen erat *Ophiuſa.* Id teſtantur Veteres magno conſenſu. Strabo; Ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Ῥόδος πρότερον Ὀφιοῦσσα, *Rhodus anteà vocabatur Ophiuſa.* Stephanus; Ἐκαλεῖτο Ὀφιοῦσσα καὶ Αἰθραία. Euſtathius; Ἐκλήθη δέ ποτε φασὶ Ὀφιοῦσσα. Plinius: *vocitata eſt anteà Ophiuſa.* Ammianus; *Rhodus Ophiuſa & Pelagia prioribus ſæculis dictitata.* Jam diſce cauſam ex Heraclide; Ἐκαλεῖτο δὲ Ὀφιοῦσσα διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐνόντων ὄφεων. *Vacabatur autem Ophiuſa propter ſerpentum copiam quibus ſcatebat.* Et ex Heſychio, ubi pro Ὀφιοῦσσα ἡ Ῥόδος, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὄφεων, *Ophiuſa Rhodus propter copiam ſerpentum,* ridiculè legitur, Ὄφεις, Ἡρόδοτος, &c. *Ophius, Herodotus, &c.* Rem Diodorus narrat pluribus lib. 5. pag. 228. Μετὰ δὲ ταῦτα τῆς Ῥοδίας γῆς ἀνείσης ὄφεις ὑπερμεγέθεις, συνέβη πολλοὺς τῶν ἐγχωρίων ὑπὸ τῶν ὄφεων διαφθαρῆναι. *Poſt hæc cùm Rhodia terra ſerpentes produxiſſet multò maximos, plures incolarum à ſerpentibus interimi contigit.* Sequitur Rhodios miſiſſe Delphos qui ab Apolline ſciſcitarentur quo pacto averteretur hoc malum; reſpondiſſe Apollinem ut Phorbantem cum ſociis in inſulam accerſerent. Quo facto, ὁ μὲν Φόρβας ἀνεῖλε τοὺς ὄφεις, καὶ τὴν νῆσον ἐλευθερώσας τοῦ φόβου, κατῴκησεν ἐν τῇ Ῥόδῳ. Γενόμενος δὲ καὶ τ' ἄλλα ἀνὴρ ἀγαθὸς, ἔσχε τιμὰς ἡρωικὰς κατὰ τὴν τελευτήν. *Phorbas quidem deletis ſerpentibus, & inſulâ ab hoc metu liberatâ, habitavit in Rhodia; & cum cætera vir eſſet bonus, heroicos poſt obitum honores conſecutus eſt.* Hic ille eſt Phorbas quem *Ophiuchum* dictum Aſtrologi in cœlum tranſtulerunt. Hyginus lib. 2. in Ophiuchi aſteriſmo: *Polizelus* (lege Polyzelus) *autem Rhodius hunc Phorbanta nomine demonſtrat, qui Rhodiis auxilio maximo fuiſſe demonſtratur. Nam cùm eorum inſulam, ſerpentium multitudine occupatam, cives Ophiuſam appellaſſent, & in ea multitudine ferarum draco fuiſſet ingenti magnitudine, qui plurimos eorum interfeciſſet, & patriâ denique deſertâ carere coegiſſet; dicitur Phorbas Triopa filius, ex Hiocla * Myrmidonis filiâ natus, eò tempeſtate delatus, omnes feras & eum draconem interfeciſſe. Qui cùm maximè Apollini dilectus eſſet, locatus in cælo interficiens draconem, laudis & memoriæ cauſâ videtur.* Itaque ut Ophiuſam Græci propter ſerpentum copiam, ita Rhodum appellarunt Phœnices ab illo inſigni dracone, quo cæſo Phorbas ab Aſtronomis cœlo eſt inſertus. Obiter lector monendus eſt in pleriſque Lexicis pro ירוד *jarod* ſcribi ירוד *jarud.* Tamen in Chaldæa Paraphraſi ferè per cholem ſcribitur. Sic Pſ. 74: 14. לירודי *lirode* draconibus. Jer. 2: 4. כירודא *Cheiaroda* ſicut draco. Jer. 9: 11. & 10: 22. מדור ירודין *medor jerodin* habitaculum draconum. Jer. 14: 6. Eſ. 35: 7. & 43: 20. & Mich. 1: 8. *chirodin* ſicut dracones. Sed neque id omittendum quicquid de Phorbante diximus contigiſſe Moſe adhuc adoleſcente. Euſebius ad A. CCCCXL. qui fuit Moſis XV. *Hoc tempore Phorbas Rhodum obtinuit.* Cyprus etiam *Ophiuſa* dicta eſt, ſi Ovidio credimus, apud quem propter Hoſpites ab Amathuſiis in Cypro immolatos,

* Al. Hiſcilla & Hiſicilla.

Ipſa ſuas urbes Ophiuſiaque arva parabat
Deſerere alma Venus,

Metam. lib. 10. fab. 16.

tanquam hanc Cypriorum immanitatem haudquaquam ferens. Sed vel memoriâ lapſus Poëta Rhodi nomen perperam Cypro tribuit, vel pro *Ophiuſia* legendum *Amathuſia.*

Secundum Rhodi nomen apud Strabonem eſt *Stadia:* Ἐκαλεῖτο δὲ, inquit, ἡ Ῥόδος πρότερον Ὀφιοῦσσα καὶ Σταδία, *Rhodus autem initio dicta fuit Ophiuſa & Stadia.* Stadia, id eſt, צדיא *tſadia* deſolata. Sic, Gen. 1: 2. in Verſione Onkeli; Et terra erat צדיא (*tſadia*) *deſolatâ.* Græci, quibus T ante S in eadem ſyllaba nil quicquam ſonat, neceſſariò ſcripſerunt Σταδίαν pro *Tſadia.* Tale *Boſtra* pro בצרה *Botſra*, *Meſtrem* pro מצרים *Mitſraim*, &c. *Tſadia* igitur vel *Stadia* dicta eſt Rhodus, quandiu deſolata fuit à ſerpentibus. Nam à Diodoro jam didicimus πολλοὺς τῶν ἐγχωρίων ὑπὸ τῶν ὄφεων διαφθαρῆναι, *multos incolarum à ſerpentibus eſſe interemptos:* & ab Hygino draconem, quem confecit

 Phor-

Phorbas, cùm Rhodiorum plurimos interfeciſſet, reliquos *patriâ desertâ carere coegiſſe.*

In eodem Strabone tertio nomine dicta eſt Rhodus Τελχινὶς, ἀπὸ τῶν οἰκησάντων Τελχίνων τὴν νῆσον, *Telchinis à Telchinibus inſulæ incolis.* Hos etiam ante Heliadas Rhodum invaſiſſe nonnulli tradunt; nec deſunt qui Diluvium præceſſiſſe fabulentur apud Diodorum & alios. Et apud Euſebium & Oroſium circa Iſaaci Patriarchæ tempora Telchines à Phoroneo Rege Argivorum & Parrhaſiis bello victi & patriâ pulſi in Rhodum inſulam ſecedunt. Ratio nominis non ſatis conſtat, niſi quòd plerique magos & veneficos explicant. Telchinas ſcilicet volunt malis artibus inclaruiſſe. Diodorus lib. 5. pag. 226. Λέγονται δ' οὗτοι καὶ γόητες γεγονέναι, καὶ παράγειν, ὅτε βούλοιντο, νέφητε καὶ ὄμβρους καὶ χαλάζας, ὁμοίως δὲ καὶ χιόνα ἐφέλκεσθαι. Ταῦτα δὲ καθάπερ καὶ τοὺς μάγους ποιεῖν ἱστοροῦσιν. Ἀλλάττειν δὲ καὶ τὰς ἰδίας μορφὰς, καὶ εἶναι φθονεροὺς ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῶν τεχνῶν. *Dicuntur etiam præſtigiatores fuiſſe, nubeſque & imbres & grandinem, nivem etiam pro libito induxiſſe: atque hæc patraſſe narrantur ritu magorum; ſed & proprias mutaſſe formas, & in Artium doctrina fuiſſe invidi.* Sic apud Strabonem lib. 14. legere eſt Telchinas fuiſſe βασκάνους καὶ γόητας, θείῳ καταῤῥαίνοντας τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ ζώων τε καὶ φυτῶν ὀλέθρου χάριν; *faſcinatores & præſtigiatores, qui ſulphure admixtam Stygis aquam inſtillarent ad perdendum animalia & ſtirpes.* Et in Ovidio lib. 7. Metam. fab. 11.

Phœbeamque Rhoden, & Jalyſios Telchinas,
Quorum oculos ipſo mutantes omnia viſu,
Juppiter exoſus fraternis ſubdidit undis.

Hinc Suidas, Τελχῖνες πονηροὶ δαίμονες, ἢ ἄνθρωποι φθονεροὶ καὶ βασκανοὶ, *Telchines, mali dæmones, aut homines invidi & faſcinatores.* Et Heſychius, Τελχῖνες, βάσκανοι, γόητες, φθονεροὶ, ἢ παρὰ τὴν τῆξιν, ἢ παρὰ τὸ θέλγειν. *Telchines, faſcinatores, incantatores, invidi, aut à tabe, aut à deliniendo dicti;* utrumque ridiculè. Tamen poſterius etymon etiam alii amplectuntur. Et pro recepto Τελχῖνες non Heſychius ſolùm, ſed & alius, quem citat Euſtathius in primum Odyſſeæ, Θελγῖνες ſcribunt, tanquam à verbo θέλγω. Nempe Grammaticos latuit Phœnicum eſſe vocabulum, quibus לחש *lachas* incantare & תלחיש *talchis* erat incantator; quomodo למד *lamad* diſcere & תלמיד *talmid* diſcipulus. Inde Græcum *Telchis* & *Telchin*, quali mutatione non alia eſt uſitatior. Tale δελφὶς & δελφὶν, Ἀτὶς & Ἀτὶν, Σαλαμὶς & Σαλαμὶν, Ἐλευσὶς & Ἐλευσὶν, θὶς & θὶν, ῥὶς & ῥὶν, ἀκτὶς & ἀκτὶν, Φορκὺς & Φορκὺν. Itaque jam conſtat unde factum ſit, ut Magi illi Telchines dicerentur.

Euſeb. Num. 209. Oroſ. lib. 1. cap. 7.

Telchinibus Heſychius ſucceſſiſſe tradit *Ignetes:* Ἴγνητες, inquit, οὕτως ὀνομάζοντο οἱ μετὰ τοὺς Τελχῖνας ἀποικήσαντες τὴν Ῥόδον. Tamen *Ignetes* ſeu *Gnetes* iidem qui γνήσιοι ſeu ἰθαγενεῖς, id eſt, indigenæ. Stephanus, Γνῆς, ἔθνος οἰκῆσαν τὴν Ῥόδον. ἔνθεν καὶ γνῆτες, οἱ ἰθαγενεῖς. λέγονται δὲ καὶ μετὰ τοῦ ι, Ἴγνητες. Itaque ante Ignetes nullos habuit incolas Rhodus. Fortaſſe Telchines & Ignetes idem populus. Utriſque ſaltem eadem origo. Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromaton, dum in eo eſt ut probet voce Ζὰψ apud Veteres mare ſignificari, poſtquam id probavit exemplis ex Euphorione & Dionyſio Jambo & Cratino allatis, addit ex Simmia Rhodio, Ἀμαςιγνήτων καὶ Τελχίνων ἔφυ ἡ ἁλυκὴ Ζὰψ, id eſt, ut quidem volunt, *ex Amaſignetis & Telchinibus nata eſt Zaps ſalſa.* Quod eſt perridiculum. Primò enim illud *ex* nuſquam comparet. Deinde Amaſignetæ nulli ſunt. Denique juxta fabulatores, *Zaps*, (id eſt, mare) nata non eſt ex Telchinibus, ſed Telchines ex Zabe, id eſt, ex mari nati. Diodorus lib. 5. τὴν δὲ νῆσον τὴν ὀνομαζομένην Ῥόδον πρῶτοι κατῴκησαν οἱ προσαγορευόμενοι Τελχῖνες. Οὗτοι δὲ ἦσαν υἱοὶ μὲν Θαλάσσης, ὡς ὁ μῦθος παραδίδωσι. *Inſulam Rhodum nomine primi habitarunt qui dicuntur Telchines: illi autem erant maris filii, ut fabula tradunt.* Itaque in Clemente legendum:

—— ἄμμας
Ἰγνήτων καὶ Τελχίνων ἔφυ ἡ ἁλυκὴ Ζὰψ.
Telchinum Ignetumque parens Zaps ſalſa creata eſt.

Sic non modò conſtabit verſus, ſed & ſenſus erit commodus. Ἄμμας pro matre deductum ex Syro אמא *umma* vel *emmo*, quomodo ex אבא *abba* ἄππα pro patre in hymno Callimachi in Dianam. Etymologus: ἀμμὰ, ἡ τροφὸς καὶ ἡ μήτηρ κατὰ ὑποκόρισμα, καὶ ἡ Ῥέα. λέγεται καὶ ἀμμάς, *Amma, nutrix & mater per blanditias; & Rhea* mater Deorum. *Dicitur etiam Ammas.* Mare autem dici potuit Ζὰψ ζαβὸς, quia ſpumoſum: Arabicè enim זבר *zabd* eſt ſpuma.

E Rhodo veriſimile eſt in vicinas Cariæ inſulas demigraſſe Phœnices. Saltem obſervo pleriſque Phœnicia eſſe nomina. Res eſt tam manifeſta ut nullo modo poſſit negari. *Carpathus* ab ipſo ſitu כרפאת *Carpath* dicta eſt, quia eſt ad oram Cariæ. Ut enim Hebræis פאה *pea* vel פאת *peath*, ita Syris פאתא *patha* eſt latus, ora, plaga, regio. Quod in Iſidoro legere eſt *Carpathon* vocatam *propter celerem fructuum maturitatem* tam futile eſt quàm quod ſequitur, ex hac inſula dici Carpaſias naves magnas & ſpacioſas.

Orig. lib. 13. cap. 6.

Caſus Phœnicibus erat קש *cas*, id eſt, ſtipula, vel minuta palea quam ventus rapit. Sic Pſal. 83: 14. כקש לפני רוח *ut cas* (ut ſtipula) *ante faciem venti.* Et Jerem. 13: 14. *Et diſpergam eos* כקש *ut cas* (ut ſtipulam) *tranſeuntem ad ventum deſerti.* Cur inde dicatur inſula *Caſus* mihi non conſtat. Id tantùm conſtat inde dici Caſum, quia Caſi aliud nomen eſt *Achne.* Plinius lib. 5. cap. 31. *Rhodiorum inſula, Carpathus, quæ mari nomen dedit: Caſus, olim Achne, &c.* *Achne* ſcilicet Græcis id ipſum eſt quod Hebræis קש *cas.* Heſychius Ἄχνη, τὸ ἄχυρον: ὡς δ' ἄχνας φορέει, *Achne, ſtipula,* ut in Homero Iliad. ε. verſ. 499. *Ut ventus achnas fert*, id eſt, ſtipulas.


שומא *ſuma* Syris eſt angulus. Sic Levit. 19: 27. in Jonathanis Paraphraſi: *Non tondebitis* ית שומת *angulum barbarum veſtrarum.* Inde Σύμη vocatur inſula, quæ paulò infrà Cnidum eſt, in ipſo anguli flexu, à quo Cariæ littora excurrunt ab Occaſu in Aquilonem.

Triopio ſeu Cnido *Telus* objacet, inſula μακρὰ, ὑψηλὴ, στενὴ, *longa, celſa, anguſta.* Ita deſcribit Strabo lib. 10. *Telus* Phœnicibus erat תל *tel*, id eſt, agger ſive tumulus. LXX reddunt χῶμα & ὕψος & μετέωρον. Inde תלול celſi montis epithetum, Ezech. 17: 22. Itaque ſic dicta eſt *Telus*, quia ὑψηλὴ celſa. Unguento nobilem appellat Plinius magno errore: quaſi à *Telo* dicatur τήλινον μύρον; cùm *telinum unguentum* nomen habere conſtet, ἀπὸ τῆς τήλεως à fœno Græco, quod in telini compoſitione præcipua res eſt. Vide Dioſcoridem, & Aëtium adeòque ipſum Plinium lib. 13. cap. 1. Telus alio nomine *Agathuſſa* vocabatur, teſte Plinio & Jaſone apud Stephanum. Mendoſè igitur Heſychius: Ἀγάθουσα, ἡ Δῆλος ἐκαλεῖτο πρότερον. Et pro Δῆλος legendum Τῆλος.

Herodot. lib. 7.
Joſ. 8: 28. Jer. 30: 18. Ezech. 17: 22.
Plin. lib. 4. cap. 12.
Dioſc. l. 1. Aet. tetrab. 1. Serm. 1.

In Strabone *Chalcia* inſula diſtat à Telo ſtadiis LXXX. à Carpatho CCCC. ab Aſtypalæa DCCC. Pagum habet ejuſdem nominis & fanum & portum. De eadem ita Theophraſtus Hiſt. plant. lib. 8. cap. 3. ὑπερβάλλον δέ τι τούτου, καὶ πάντων θαυμασιώτερον, τὸ περὶ Χαλκίαν τὴν νῆσον τὴν Ῥοδίων γινόμενον. Ἐκεῖ γάρ φασιν εἶναί τινα τόπον πρώϊμον καὶ εὔφορον, ὡς σπειρομένων κριθῶν, ἅμα ταῖς ἄλλαις θερίσαντες ταύτας σπείρουσι πάλιν, εἶτα θερίζουσιν ἅμα τοῖς λοιποῖς. Quæ ita reddidit Plinius lib. 17. cap. 4. *In Chalcia Rhodiorum inſula locus quidam* eſt

Digitized by Google


CO קוֹ etiam CARIS כריין dicta
Myndus.
Scopias pr. Ptol.
Termerii Strab.
Ph. תלחואה
Collis Specula
Stomalimne
Drecanum
Coa
Prion
Lactet
חלק שחיר
Scandaria pr.
Nisyrus
נשיבא
CHIOS INS. חויא
Chiopolis
Arvisium littus
חרראש יין
Pelinas M.
פליא נחש
Argonium pr.
IONIÆ PARS
Posidium
Erythra
Psyra
Melæria pr.
Apollinis fanum
Phanæ por.
Laeus
Phanæ pr.
Notium littus
63
62
61
60
59
41
42

eſt in tantum fœcunda, ut ſuo tempore ſatum demetant hordeum, ſublatumque protinus ſerant, & cum aliis frugibus metant. Idem alibi *Chalcen* vocat ut & Thucydides lib. 8. חלקא *chalca* vel *chalce* Phœnicibus eſt ἄρουρα, & חלקיא *chalcia*, ἀρουραία. Inſula ſic nominatur ab agri fœcunditate. Plerumque ſcribitur חקלא *chacla*, quomodo paſſim occurrit in Chald. Paraphraſi pro Hebr. שדה. Sed & חלקא *chalca* reperitur, Prov. 23: 10. unde plur. חלקתהון *agros ipſorum*, Mich. 2: 4.

Circa eadem loca ſita eſt inſula *Calymna*, de qua Ovidius Metam. lib. 8.

> —— *fœcundaque melle Calymna.*

Inde mel Calymnium, de quo Strabo in fine libri decimi: Ἅπαν μὲν οὖν τὸ νησιωτικὸν μέλι ὡς ἐπιτοπολὺ ἀστεῖον ἐστι, καὶ ἐνάμιλλον τῷ Ἀττικῷ, τὸ δὲ ἐν ταῖς (lege ταύταις) νήσοις διαφερόντως· μάλιστα δὲ τὸ Καλύμνιον. *Omne quidem mel inſulare plerumque eſt egregium, & cum Attico certat; maximè tamen excellit in iſtis inſulis, & Calymnium imprimis.* Itaque Calymna Phœnicibus erat חלי מנח *chali-mnah* dulcis ſedes מנח *mnah* ſedes eſt vel quietis locus, Gen. 8: 9. Deut. 28: 65. Pſ. 116: 7. Juxta Venet. edit. Et חלי *chali* dulcis eſt mellis epithetum in Chald. & Syr. Paraphraſi, Jud. 14: 18. Pſal. 19: 11. & Apoc. 10: 9, 10. Alii *Calydnam* & *Calydnium* malunt, quod eſſet חלי טינא *Chali-tina* dulcis rupes, id eſt, quæ melle fluit, ut Deut. 32: 13. & Pſal. 81: 17.

Sequitur *Aſtypalæa*, quam dictam volunt ab Aſtypalæa Ancæi matre. Stephanus; Ἀστυπάλαια νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, &c. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἀστυπαλαίας τῆς Ἀγκαίου μητρός. Hanc porro Aſtypalæam Phœnicis fuiſſe filiam ſcribunt Veteres. Pauſanias in Achaicis: Ἄσιος δὲ ὁ Ἀμφιπτολέμου Σάμιος ἐποίησεν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὡς Φοίνικι ἐκ Περιμήδης τῆς Οἰνέως γένοιτο Ἀστυπάλαια καὶ Εὐρώπη. Ποσειδῶνος δὲ καὶ Ἀστυπαλαίας εἶναι παῖδα Ἀγκαῖον. *Aſius Amphiptolemi filius Poëta Samius in epico carmine ſcripſit Phœnicem ex Oenei filia Perimede genuiſſe Aſtypalæam & Europam: Neptuni autem & Aſtypalææ filium eſſe Ancæum.* Apollonii Scholiaſtes lib. 1. ὁ μὲν Ἀγκαῖος υἱὸς Ἀστυπαλαίας ἦν τῆς Φοίνικος, *Ancæus quidem filius erat Aſtypalææ Phœnicis filiæ.* Vox Græca quidem eſt Aſtypalæa notiſſimæ ſignificationis; atque ut vult Themiſtagoras, ita dicta eſt Sami portio ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ ἐκεῖσε ὄντος ἄστεος, *à veteri oppido ibi condito.* Sed cùm Sami regnaverit Ancæus; ut pluribus docebimus cap. undecimo, tam Sami portionem quam inſulam de qua in præſens ab Ancæi matre putamus Aſtypalæam appellatam. Quo nomine ſi verè dicta eſt, aliam eſſe oportet vocis originem quam quæ prima fronte videtur. Phœniciam nimirum; abſurdum enim eſt ut Græco nomine, eoque à vetuſtate oppidi ſumpto, vocetur Phœniſſa mulier. Itaque ſi divinare licet, Aſtypalææ verum nomen fuit אשתפלא *Aſtippela* ab humilitate ductum. Syris enim אשתפל *eſtappel* eſt ſede dejicere, & demittere. Ita uſurpat Chaldæus Paraphraſtes, 1. Sam. 2: 36.

Poſt Aſtypalæam eſt inſula Niſyrus molis & purpurâ celebris. Hanc aiunt ἀπόθραυσμα εἶναι τῆς Κῶ, *Co inſulæ fragmentum eſſe*, à qua diſtat ſtadiis circiter ſexaginta. Fabulâ etiam additâ, ὅτι Ποσειδῶν διώκων ἕνα τῶν Γιγάντων Πολυβώτην, ἀποθραύσας τῇ τριαίνῃ τρύφος τῆς Κῶ ἐπ' αὐτὸν βάλοι, καὶ γένοιτο νῆσος τὸ βληθὲν ἡ Νίσυρος. *Neptunum cùm quendam è Gigantibus Polyboten perſequeretur, fruſtum inſulæ Co tridente fractum in eum conjeciſſe, idque inſulam Niſyron eſſe factum.* Geographi verba ſunt circa finem libri decimi: quibus conſona hæc Apollodori lib. 1. Πολυβώτης δὲ διὰ τῆς θαλάσσης διωχθεὶς ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος, ἧκεν εἰς Κῶ. Ποσειδῶν δὲ τῆς νήσου μέρος διαῤῥήξας, ἐπέῤῥιψεν αὐτῷ τὸ λεγόμενον Νίσυρον. Neque multò aliter Stephanus de eodem Polybote: Ποσειδῶν δὲ ἐπ' αὐτὸν ἀφεὶς τὴν τρίαιναν τοῦ μὲν ἥμαρτε. γέγονε γὰρ (malim γέγονε δὲ) νῆσος τὸ βληθὲν Νίσυρος. Proinde Niſyri nomen deducit Euſtathius ἀπὸ τοῦ νέω καὶ τοῦ σύρω, διότι ἀποσχισθεῖσα τῆς νήσου τῆς Κῶ τῇ τοῦ Ποσειδῶνος τριαίνῃ ἐπεσύρη τῷ γίγαντι Πολυβώτῃ νέοντι. *A natando & trahendo, quia Neptuni tridente ab inſula Co abſciſſa, Niſyrus in Polybotem gigantem enatantem* (vel *abeuntem*) *attracta eſt.* Quæ ſunt nugæ nugaciſſimæ. Omnino enim Niſyrus Phœnicium nomen. Phœnicibus ſc. apud quos nata hæc fabula, נסורת *niſſoreth* eſt fragmentum, & נסירו *neſira* vel נסירות *neſiruth* ſectio. Inde dicta Niſyrus quaſi fragmentum vel pars deciſa ex inſula Co. Radix Hebræis נשר *naſar*, 1. Chron. 20: 3. Syris & Chaldæis נסר *neſar* & Arabibus נשר *naſara*, propriò eſt πρίειν ſerrare; unde משור eſt πρίων ſerra, Eſ. 10: 15. Quod non obſervo de nihilo. Nam inde *Prion*, id eſt, Serra dicebatur pars Coæ inſulæ, ex qua Niſyrus credebatur abrupta. Plinius in Coæ deſcriptione: *Mons ibi Prion; & Niſyron abruptam illi putant.* Fortè legendum *abruptam illic*, vel *abruptam illi*, id eſt, *ab illo.*

Nunc operæ pretium erit docere Coa inſula unde dicatur, quæ & *Co* & *Cos*, & *Cons.* Notum in illa veſtes ſericas ſeu bombycinas ex bombyce vermiculo à mulieribus texi ſolitas. Id quidem de *Ceo* vel *Cea* inſula Attica prope Eubœam poſt Varronem nonnulli tradunt. In his Plinius, qui lib. 4. cap. 12. hæc habet in Cei deſcriptione; *Ex hac profectam delicatiorem fœminis veſtem author eſt Varro.* Et rurſus lib. 11. cap. 22. de bombycibus; *Telas araneorum modo texunt ad veſtem luxumque fœminarum, quæ bombycina appellantur. Prima eas redordiri rurſuſque texere invenit in Ceo mulier Pamphyla Latoi filia, non fraudanda gloriâ excogitatæ rationis, ut denudet fœminas veſtis.* Et Plinii ſimia Solinus; *Ceos quæ, ut Varro teſtis eſt, ſubtilioris veſtis amicula arte laniſica ſcientia prima in ornatum fœminarum dedit.* Sed Docti pridem obſervarunt Pamphilam Latoi filiam, quæ inveniſſe dicitur id genus texturæ ſubtilioris, Coam fuiſſe non Ceam. Ita habet Ariſtoteles de Hiſtor. anim. lib. 5. cap. 19. πρώτη δὲ λέγεται ὑφῆναι ἐν Κῷ Παμφίλη Λατώου θυγάτηρ, *prima autem in Co texuiſſe legitur Pamphila Latoi filia.* Nimirum τὰ βομβύκινα bombycina, de quibus eo loco res eſt. Et verò bombyces, unde texuntur, in Co inſula naſci vel ex Plinio conſtat, qui id refert pluribus lib. 11. cap. 23. Unde eſt, quod Coæ veſtes paſſim celebrantur apud Poetas; Ceæ nuſquam, quod quidem ſciam. Tibul. lib. 2. Eleg. 4.

Vide Brodæi Miſcell. lib. 2. cap. 12. & Salmaſ. in Solin. pag. 143.

> —— —— *Coa puellis*
> *Veſtis, & è rubro lucida concha mari.*

Et Eleg. 6.

> *Illa gerat veſtes tenues, quas fœmina Coa*
> *Texuit.*

Propertius lib. 1. ad Cynthiam:

> *Et tenues Coa veſte movere ſinus.*

Et lib. 2. ad Mecænatem,

> *Sive togis illam fulgentem incedere Cois,*
> *Hoc totum è Coa veſte volumen erit.*

Et lib. 4. in fabula Vertumni:

> *Indue me Cois, fiam non dura puella.*

Et ad Lenam,

> —— —— *Coa textura Minervæ.*

Item,

> —— —— *Coa dederis nec munera veſtis.*

Ovidius lib. 2. de arte:

> *Sive erit in Cois, Coa placere puta.*

Horatius Sat. 2.

> —— —— *Cois tibi penè videre eſt*
> *Ut nudam.*

Ubi Acron; *Perlucida utitur veſte, ut ita nuda conſpici poſſit. Hæc enim veſtis in Co inſula conficitur, per cujus nimiam ſubtilitatem quæ ſunt interiora tranſlu-*

tranſlucent. Ex utraque ſententia conflata ſunt hæc Iſidori, Orig. lib. 14. cap. 6. *Coos inſula adjacens provinciæ Atticæ, in qua Hippocrates medicus natus eſt, quæ, ut Varro teſtis eſt, arte lanificii prima in ornamentum fœminarum inclaruit.* Plinium enim & Solinum videtur ſequi, cùm eam inſulam facit vicinam Atticæ, quaſi de Ceo agatur. Sed ad inſulam Caricam palam pertinet, quod ibi natus traditur Hippocrates. Is enim Cous fuit non Ceus. Proinde idem Iſidorus *Coon* ſcribit non *Ceon*, idque tanquam ex Varrone. Neque aliter lib. 19. cap. 22. *Bombycina eſt a bombyce vermiculo, qui longiſſima ex ſe fila generat, quorum textura bombycinum dicitur, conficiturque in inſula Coa.*

His ita obſervatis facile erit eruere Coi etymon. Hebræis קו *cau* tenue filum eſt vel funiculus. LXX. σπαρτίον exponunt, & Symmachus σχοινίον, Job. 38: 5. Ex eadem radice eſt תקוה, unde, Joſ. 2: 21. תקוה השני *funiculus coccineus.* Et Job. 7: 6. *Dies mei velociores fuerunt radio* textoris, *& defecerunt.* באפס תקוה *in fine fili*, id eſt, tramæ ſeu ſubteminis; cui & aliud nomen *ſubtel* à ſubtilitate. Quod ipſum reſpiciens Ennius *filum gracilentum* nominat: *Annal. lib. 7.*

Deducunt habiles radios filo gracilento.

De Ling. Lat. lib. 4. Sed & trama appellatur, ut ait Varro, quod frigus eam trameat. Eâdem, quâ Job, metaphorâ etiam Ezechias utitur in Eſaiâ cap. 38. verſ. 12. Neque Poëtarum Parcis aliunde fuit origo, quàm ex tali modo loquendi. Rurſus ex קו *cau* eſt מקוה netum, vel opus ſubtiliſſimum ex Ægypto advectum, 1. Reg. 10: 28. & 2. Chron. 1: 16. ubi Vulgatus *de Coa*, quaſi ſit loci nomen: nec multò aliter Græci Interpretes. Sed Kimchius rectè exponit מלאכת הפשתן ועבודתו הוא במצרים יותר כשאר הארצות *opus ex lino*, id eſt, ex byſſo *textile, quod excellit in Ægypto pluſquam ullibi terrarum.* Cui firmando citat loca ex, Prov. 7: 16. & Eſ. 19: 9. & Ezech. 27: 7. Eódem refer Arabum קוי *kovva* pro funiculo; & חבל קו *chablo kovvin* pro fune ex funiculis contexto apud Giggeium: & Syrum קוין *kanvin* pro filis aranearum in Chaldæa Paraphraſi, Eſ. 59: 5, 6. & Talmudicum קיואי *kevvae*, vel ut Aruch legit קוואי *kavvae*, pro textoribus in Tractatu de Sabbatho. Denique huc pertinet, quod קו *Co* vel קוה *Coa* vocata eſt à Phœnicibus inſula texturæ delicatioris artificio nobiliſſima. Phœnices enim Coam aliquando tenuiſſe vel inde apparet, quod urbs inſulæ cognominis olim dicta eſt Aſtypalæa. Strab. lib. 14. Ἡ δὲ τῶν Κῴων πόλις ἐκαλεῖτο τὸ παλαιὸν Ἀστυπάλαια, *Coorum autem urbs olim vocabatur Aſtypalæa.* Nempe ab illa ipſa Aſtypalæa Phœnicis filia, de qua diximus. Hinc Stephanus; Ἀστυπάλαια νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, &c. δευτέρα, πόλις ἐν Κῷ.

Jam ſi aliud requiris, Coam inſulam conſtat nulla ſui parte continenti propiorem eſſe, quàm promontorio *Scandariæ*; quod ab oppoſito Myndiorum promontorio *Termerio* ſolùm diſtat quadraginta ſtadiis. Strabo in Cariæ deſcriptione lib. 14. Ἑξῆς δ' ἐστὶν ἄκρα Τερμέριον Μυνδίων, καθ' ἣν ἀντίκειται τῆς Κῴας ἄκρα Σκανδαρία, διέχουσα τῆς ἠπείρου σταδίους τεσσαράκοντα. Itaque *Scandaria* vel *Scandara* contractum ex Syro שכן דארעא *Sacen deara*; quaſi continenti vicinum dicas.

Eadem inſula ἔχει πρὸς Νότον μὲν ἄκραν τὴν Λακτῆρα, *ad Meridiem habet Lacteram promontorium.* Ita Strabo, meliùs quàm Λακητῆρα, ut Plutarchus in Hellenicis quæſt. 58. *Lacter* enim contractum eſt ex Phœnicio חלק טהיר *alak tair*, id eſt, *pars meridionalis.* Prima gutturalis facilè omiſſa eſt in חלק *alak*; quia ſubeſt *hatephpatah*, id eſt, a breviſſimum; quod ita raptim efferebatur ut vix quicquam ſonaret. Similis eliſionis exempla multa occurrent in ſequentibus. Fortaſſe pagus & fluviolus ibidem fuit ejuſdem nominis; atque inde reſtituendæ in Vibio corruptæ voces, *Lycaſtris Coa* flumen, *à quo Lyca civitas.* Legitur & Λεύκολλα vel Λεύκωλα τῆς Κῴας Athen. lib. 5.

Eodem Strabone teſte Coa ad Occaſum habuit Δρέκανον, κώμην καλουμένην Στομαλίμνην, *Drecanum & vicum Stomalimnem nomine.* Stomalimnas appellari τὰς εἰς θάλασσαν ἐστομωμένας λίμνας, *lacus ad mare apertos*, id eſt, qui in ipſum mare ſuo ore ingrediuntur, docet Theocriti Scholiaſtes in 4. Idyll. Itaque Cos ad Occaſum hujuſmodi lacum habet, à quo Stomalimne dictus etiam vicus adjacens. Neque alió referendum Drecani nomen. Videtur enim *Drecan* detortum eſſe ex דיר־אגם *dir-agam*, quaſi dixeris *habitationem lacus* vel ad lacum. Utraque vox Syris notiſſima; hæc etiam Hebræis. Obiter nota Beroſum Chaldæum primam Aſtrologiæ ſcholam hic aperuiſſe Græcis. Vitruvius lib. 9. cap. 7. *Primumque Beroſus inſula & civitate Coo conſedit, ibique aperuit diſciplinam.*

Circa eadem loca eſt *Lebinthus*, de qua Mela in cenſu Sporadum lib. 2. cap. 7. *Niſyros, Lebinthos, Calydna.* Et Plinius lib. 4. cap. 17. *Coraſia Lebinthus, Leros.* Et Strabo lib. 10. Ἐστὶ δὲ καὶ Ἀμοργὸς τῶν Σποράδων, Λέβινθος, καὶ Λερία. Et Ovidius Metam. lib. 8. fab. 3. ubi de Dædalo & Icaro è Creta avolantibus,

— & jam Junonia lævâ
Parte Samos fuerat, Deloſque Paroſque relicta,
Dextra Lebinthos erat, fœcundaque melle Calydna.

Nomen eſt à lateribus, quacunque tandem de cauſa. Later enim Hebraicè לבנה *lebena* dicitur, Chaldaicè & Syriacè לבינתא *lebentha* vel *lebentho.* Sic Onkelos, Gen. 11: 3. *Fuit ipſis* לבינתא (*lebentha*) *later in lapides.* Inde Græcorum πλίνθος, quaſi βλίνθος, B & L tranſpoſitis. Nam quod πλίνθον dici volunt παρὰ τὸ πήλινον θέσθαι εἶναι ſunt nugæ Grammaticorum.

Denique ipſum Carum & Cariæ nomen Phœnicium eſt, & per Phœnices uſque ad Cariæ vicinos Iones penetraverat. Heſychius: Κάρ, πρόβατον γένος Καρικόν. Item; Κάιρα, Ἴωνες τὰ πρόβατα. Ita Hebræis כר *car* eſt agnus, vel aries. Itaque à gregum copia potuêre dici Caria & Cares. Sed Euſtathium falli puto, cùm Coi inſulæ nomen eódem refert, ac ſi Caricâ linguâ Cos ovem ſignificet: *In Iliad. b pag. 974.* Φασὶ δὲ, inquit, τοὺς Κᾶρας οὕτω καλεῖν τὰ πρόβατα, ὅθεν καὶ ἡ νῆσος Κῶς, ὡς πολυθρέμμων δι' εὐβοσίαν. Quin Κῶς, vel Κώδιον, Græcè non eſt ovis, ſed vellus. Heſychius; Κῶς, νῆσος, καὶ δέρμα. Item; Κώδιον, σκύλον, ἢ δέρμα προβάτου χωρὶς σώματος. Neque videtur aliud ſignificaſſe apud Caras, quos πλεῖστα Ἑλληνικὰ ὀνόματα ἔχειν καταμεμιγμένα, *admixta habere Græca vocabula plurima* teſtatur apud Strabonem vetus Caricarum rerum ſcriptor Philippus, è Cariæ urbe Theangela. *Strab. lib. 14. Athen. lib. 6.* Sed & Cares Græci ſermonis jam olim fuiſſe æmulos, licet non ſuccederet ſatis, vel ex eo colligere eſt, quod eos appellat Homerus βαρβαροφώνους, id eſt, Strabone interprete, κακῶς ἑλληνίζοντας, *Græcè imperitè loquentes*; ut in vicinia Solenſes, ex quorum oppido Σόλοις factum σολοικίζειν & σολοικισμός. Interim quod vult Euſtathius Coo nomen fuiſſe ab ovibus δι' εὐβοσίαν, non eſt prorſus rejiciendum. *Iliad. b 221.* Eó nempe pertinebat aliud Coi nomen Καρίς in eodem Euſtathio ad lib. 2. Iliad. ἡ Κῶς Καρὶς ἐλέγετο κατὰ τὸν ἐκλέκτην τῶν ἐθνικῶν, *Cos Caris dicebatur juxta gentium nominum collectorem*, id eſt, Stephanum. In quo legitur de inſula Co; ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Καρία; ſed reſcribendum eſt Καρίς. Inſula *Caris*, id eſt, כרין *Carin* agnorum ſeu ovium. De Criſami Coo πολυθρέμματι vide mirabilem hiſtoriolam in Heſychio & Suida.

CAPUT VIII.

Phœnices in inſula Samo & in Adramytteno ſinu.

Ancæus Phœnicis ex Aſtypalæa nepos, Argonautarum unus, Sami regnavit. Imbraſia Juno. Idem imperavit Lelegibus, quorum plerique in Adramytteno ſinu. *Adramyttium* al. *Atramyttium* & *Thebæ Hypoplacia.* Utrumque nomen à luto. Sami nomen Phœnicium. Arab. סמא *ſama* eminere, unde שמים *ſamajim* Hebr. *cali* Inde celſa loca Σάμοι. Talis Samothracia, ubi mons Saoces altiſſimus. Et Samos Ionica, ubi Ampelos. Tota inſula montoſa. Et Samos prope Ithacam, quæ Homero παιπαλόεσσα; & Samos Elidis ſuper montem. Samus diu deſerta propter Neides vel Neades feras, quarum barritu ſolum diſſindebatur. Suidas emendatus. Prov. μείζων βία τῶν Νηΐδων. Oſſa earum oſtenſa. Eadem fortè quæ Amazonum, à Baccho ſcilicet in Samo interemptarum. Nam & earum boatu terra dirupta. Terræ motus intelligi, qui omni modos emittunt ſonos. Sub terra ſonus ſimilis mugitibus aut clamori humano, aut fragori armorum. A ſono terræ motus dicuntur μυκηματίαι, ut ab hiatu χασματίαι & ῥῆκται. Multa exempla terræ motuum cum fragore & mugitu. Tale aliquid Sami. *Neides* unde dicantur, ניד *nid* Hebr. commotio, נוד Hebr. de motu terræ, Eſ. 24:20. & verſ. 19. in Chald. Paraph. Terræ motum Sami futurum præſenſit Pherecydes. Laertius emendatus. Ancæus ſolus Argonautarum Aſtrologiæ peritus. Phœnicea ex ſyderibus navigationem dirigebant. Cynoſura Phœnice dicta. De Ancæo dictum: *Multa cadunt inter calicem, &c.* Icarus inſula non dicitur ab Icaro, de quo fabulæ, ſed à Phœn. איכר *Icar*, id eſt, inſulâ paſcui, vel איכרי *Icaure*, id eſt, *Ichthyoſa* piſcoſa. *Hyccara* Siciliæ unde dicta. *Patmo* inſulæ nomen à terebintho, quæ בטמא *batmo* Syris. Terebinthi in Cycladibus. Inde nomen multis inſulis. Plinius emendatus.

Poſt Caricas inſulas ſequitur Samus, Ionica inſula Junoni ſacra; ubi heroicis temporibus regnaſſe fertur Ancæus Phœnicis ex Aſtypalæa nepos, unus Argonautarum. Apollonii Scholiaſtes lib. 1. ὁ μὲν Ἀγκαῖος υἱὸς Ἀστυπαλαίας ἦν τῆς Φοίνικος καὶ Ποσειδῶνος, *Ancæus quidem ex Aſtypalæa Phœnicis filia & Neptuno natus eſt.* In Samo regnaſſe ſcimus ex Apollonio, qui diſcedentem reliquiſſe ſcribit Ἰμβρασίης ἕδος Ἥρης, *Imbraſiæ ſedem Junonis*, id eſt, Samiæ; in Samo enim amnis erat Imbraſus.

In Aſii Poëtæ Samii epico carmine, quod citat Pauſanias in Achaicis, legitur idem Ancæus Lelegibus imperaſſe; quorum maxima pars ab Homero ponitur in Adramytteno ſinu. Strabo lib. 13. ὁ Ἀδραμυττηνὸς κόλπος ἐκδέχεται, ἐν ᾧ τε πλείους τῶν Λελέγων κατοικίζων ὁ ποιητὴς φαίνεται. In Adramytteno ſinu fuit urbs Adramyttium, aliis Atramyttium, cui vicinæ Thebæ Hypoplaciæ; quin eandem urbem multi faciunt. Etymologici author: Θῆβαι, τὸ νῦν Ἀδραμύττιον καλούμενον. Ita etiam Joannes Lydus, & Phavorinus in Lexico, & Lydum ſequutus Ortelius. Sed & Livio lib. 37. Atramytteum & Thebes campus idem ſunt: *Atramytteum*, inquit, *hoſtiliter tenere facto petit, agrum opulentum, quem vocant Thebes campum, carmine Homeri nobilitatum*: ſaltem Phœnicium utrumque nomen eſt & à luto ſumptum. De Thebarum nomine dicetur in Bœotia. Adramyttium eſt חצרא־מורי *Aſframudi*, regio lutoſa. Phœnicium מור *mud* pro luto, de quo nos alibi rurſus. Philo Byblius μὼτ ſcribit, & exponit ἰλὺν lutum, vel ὑδατώδους μίξεως σῆψιν, *aquoſa miſtionis putredinem.*

Sed & Sami nomen tribus inſulis & Elidis urbi commune merè Phœnicium eſt. Nemo neſcit Hebraicè cœlos שמים *ſamaim* dici: Phœnices *ſamen* vel *ſemin* efferebant. Hinc illis ζαφησημιν צופה שמין ὁ οὐρανοῦ κατόπτης, & σαμημρουμος שמים־רום ὁ ὑψουράνιος. Ita ex Sanchoniathone Philo Byblius. Radix Arabicè סמי *ſama* eminere & excelſum eſſe ſonat. Unde factum, ut celſa loca Σάμοι dicerentur à Phœnicum illis, qui primi colonias in Græciam deduxerunt. Talis Thracia Samos, vel Samothrace; de qua Homerus Iliad. N. verſ. 13.

> Ὑψοῦ ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς Σάμου ὑληέσσης
> Θρηϊκίης.

Neptunum fingit è ſummo vertice montium Samothraces tanquam ex altiſſima ſpecula Trojanos & Græcos obſervaſſe. Nempe Samothrace, teſte Plinio, *attollitur monte Saoce immenſæ altitudinis, à quo & Saoces olim dicta eſt.* Heſychius; Σαωκίς, ἡ Σαμοθρᾴκη, οὕτως ἐκαλεῖτο τὸ πρότερον. Hinc Priſcianus in verſ. Dion. *Plin. lib. 4. cap. 12.*

> —— *Samothracia cernitur alta.*

Hâc Samus Ionica nihilo fuit humilior. Strabo lib. 14. *Promontarium habet Samus, quod Ampelos dicitur, obverſum Drepanæ Icariæ. Eodemque nomine totus mons dicitur, ὃ ποιεῖ τὴν ὅλην νῆσον ὀρεινήν; quia totam inſulam facit montoſam.* Montem hunc Herodotus in Thalia, & Euſtathius in Dionyſium, celſum eſſe ſcribunt εἰς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὀργυιάς, *ulnas centum & quinquaginta.* Tertia etiam Samos prope Ithacam ab Homero παιπαλόεσσα, id eſt, præerupta, vocatur; quia montibus eſt inæqualis. Et de Samo urbe Elidis ita Strabo lib. 8. Ἀχαιαὶ πέτραι ἀπότομοι τοῦ αὐτοῦ ὄρους, ὑπὲρ ὧν ἡ Σάμος γέγονε πόλις, *Achæa ſaxa montis ejus prærupta, ſuper quæ fuit Samus urbs.* Itaque, ne quis nos putet meris conjecturis niti, idem Strabo agnoſcit ab altitudine ſic dictam; ἐπειδὴ σάμους ἐκάλουν τὰ ὕψη, *quia loca excelſa ſamos appellabant.* Et Samothraciam Euſtathius indidem appellari aſſerit: Σάμοι γὰρ, inquit, φασὶ τὰ ὕψη. Ita etiam Conſtantinus Porphyrogenneta Themate XV, ubi de Samo Ionica: Σάμος, ἀπὸ Αἰγαίου (lege Ἀγκαίου) καὶ Σαμίας τῆς Μαιάνδρου τοῦ ποταμοῦ θυγατρὸς, ἢ διὰ τὸ ὑψηλὸν τῆς νήσου καὶ ἀπόκρημνον. οἱ γὰρ παλαιοὶ Ἕλληνες σάμον τὸν ὑψηλὸν ἐκάλουν τόπον. *Samus nomen ſuum accepit ab Ægeo* (lege Ancæo) *& Samia Mæandri fluminis filia; vel à ſublimi & prærupto ſitu: Σάμον enim ſublimem locum appellabant Græci veteres.* Edocti nimirum à Phœnicibus. Alioqui enim σάμος pro celſo apud Græcos nuſquam occurrit, quod quidem ſciam. *Odyſſ. δ. verſ 671. & 844.*

Monſtri inſtar eſt, quod Samum narrant diu fuiſſe deſertam, quia feræ *Neides* vel *Neades* ibi ſtabulabantur, quarum barritu ſolum findebatur. Heraclides de Politiis in Republ. Samiorum: Σάμον, τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐρήμην οὖσαν, λέγεται κατέχειν πλῆθος θηρίων μεγάλην φωνὴν ἀφιέντων; ἐκαλοῦντο δὲ τὰ θηρία Νηΐδες. *Samum, cùm initio deſerta eſſet, inhabitaſſe legitur vis ferarum magnam vocem emittentium, quæ Neides appellabantur.* Ælianus de Animalibus lib. 17. cap. 28. Εὐφορίων δὲ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι λέγει τὴν Σάμον ἐν ταῖς παλαιοτάταις τῶν χρόνων ἐρήμην, γενέσθαι δὲ ἐν αὐτῇ θηρία μεγέθει μὲν μέγιστα, ἄγρια δὲ καὶ προσπελάσαι δεινά, καλεῖσθαι δὲ μὲν νηΐδας, ἀπορῶν καὶ μόνῃ τῇ βοῇ ῥηγνύναι τὴν γῆν. *Euphorion in commentariis refert temporibus antiquiſſimis in Samo, cùm ea incolis eſſet vacua, fuiſſe feras maximæ molis, truces & obviis terribiles, Neades nomine, quarum ſola voce terra dehiſceret.* Inde corrigendus Suidas, qui in voce Νηΐς ſic habet: Καὶ ἐν Σάμῳ δὲ θηρία γενέσθαι φασὶν, ὧν φθεγγομένων ῥήγνυσθαι τὴν γῆν: ἐκαλοῦντο δὲ Νηΐαι, ὡς Εὐταίων; lege Νηΐδες, ὡς Εὐφορίων. Hinc ortum Proverbium in uſu apud Samios: μείζων βία τῶν Νεάδων, *Neadibus robore major.* In Æliano addit Euphorion ſua ætate adhuc oſtenſa fuiſſe earum oſſa. Eadem forte quæ Samiorum alii pro Amazonum oſſibus oſtentabant, à Baccho ſcilicet in Samo interemptarum. Nam & illarum boatu ferunt terram circa Phlœum eſſe diruptam. Plutarchus in Hellenicis Quæſt. 56. Φεύγουσαι Διονύσιον (lege Διόνυσον) αἱ Ἀμαζόνες ἐκ τῆς Ἐφεσίων χώρας εἰς Σάμον διέπλευσαν. Ὁ δὲ πηξάμενος πλοῖα, καὶ διαβὰς μάχην συνῆψε, καὶ πολλὰς αὐτῶν ἀπέκτεινε. *Amazones ex Epheſia ditione Bacchum fugientes in Samum evaſerunt; Ille autem*

claſſe fabricata transfretavit, & conſerto prælio multas illarum interemit. Et paulò pòſt; τῶν δὲ φονευθέντων ἀποθανεῖν τινὰς ἢ λέγονται περὶ τὸ Φλοιὸν, καὶ τὰ ὀστᾶ δείκνυται αὐτῶν. Τινὲς δὲ λέγουσι καὶ τὸ Φλοιὸν ὑπ' ἐκείνων ῥαγῆναι, φθεγγομένων μέγα τι καὶ διάτορον. *Earum autem, quæ occiſæ ſunt, quædam circa Phlœum obiiſſe dicuntur; quarum etiam oſſa oſtenduntur. Nec deſunt, qui Phlœum ab ipſis ruptum eſſe aſſerant, cùm magna & contenta voce clamarent.*

Hæc ex ſabulis hactenus, in quibus ſi quid veri latet, aio *Neadum* vel *Neidum* nomine, quarum barritu terra diſſindebatur, terræ motus intelligi; per quos quandoque dehiſcit diſſilitque terra cum multo fragore & murmure. Quò pertinet illud Poetæ lib. 6. Æneid.

> *Sub pedibus mugire ſolum, & juga cœpta moveri.*

Et Luciani lib. 3.

> *Sæpe cavas motu terræ mugire cavernas.*

Et Lucret. lib. 6.

> *Speluncas inter magnas fremit ante tumultu.*

Sed & apud Philoſopbum Meteor. lib. 2. cap. 8. *Aër agitatus in terræ motu* διὰ τὸ προσπίπτειν στερεοῖς ὄγκοις καὶ κοίλοις καὶ παντοδαποῖς σχήμασι παντοδαπὰς ἀφίησι φωνὰς, ὡς ἐνίοτε δοκεῖν, ὥσπερ λέγουσι οἱ τερατολογοῦντες, μυκᾶσθαι τὴν γῆν. *Quia offendit ſolidas & concavas moles, & figuras omnimodas, omnimodos emittit ſonos, ita ut videatur aliquando mugire terra, prout loquuntur ii, qui prodigia narrant.* Quod ipſum Plinius ita exaggerat, ubi de terræ motu lib. 2. cap. 80. *Præcedit verò, comitaturque terribilis ſonus, alias murmur, ſimilis mugitibus aut clamori humano, armorumve pulſantium fragori, pro qualitate materiæ excipientis, formaque vel cavernarum vel cuniculi, per quem meat.* Et Seneca Natur. Quæſt. lib. 6. cap. 13. *Antequam terra moveatur, ſolet mugitus audiri, ventis in abdito tumultuantibus.* Et Suidas in Χθονίας βροντάς. Ὅτε γὰρ ἠχεῖ ἡ γῆ, ἀναπέμπει τὸν ἦχον τὸν οὐρανὸν, καὶ δοκοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ἐξ οὐρανοῦ γίνεσθαι τὰς τοιαύτας βροντάς. Ab hoc mugitu terræ motus μυκητίαι dicuntur & μυκηματίαι; ut ab hiatu χασματίαι vel ῥῆκται. Ariſtoteles de Mundo cap. 4. οἱ δὲ συνιζήσεις ποιοῦντες εἰς τὰ κοῖλα, χασματίαι· οἱ δὲ χάσματα ἀνοίγοντες, καὶ γῆν ἀναῤῥηγνύντες ῥῆκται, id eſt, Budæo interprete, *Qui labes terræ relinquunt in cava ſubſidentes, Chaſmatiæ; qui vero hiatum eruptione facta patefaciunt, Rhectæ* (id eſt, effractores) *dicuntur.* Et paulò pòſt; γίνονται δὲ καὶ μυκητίαι σεισμοὶ, σείοντες τὴν γῆν μετὰ βρόμου, *fiunt & Mycetiæ, terræ motus, terram quatientes cum fragore.* Ammianus lib. 17. *Fiunt autem terrarum motus modis quatuor; aut enim braſmatiæ ſunt, &c. aut clematiæ, &c. aut chaſmatiæ, qui grandiore motu patefactis ſubito voratrinis terrarum partes abſorbent, &c. Inter hæc tria genera terræ motuum mycematiæ ſonitu audiuntur minatorio, cum diſſolutis elementa compagibus ultro adſiliunt, vel relabuntur conſidentibus terris. Tunc enim neceſſe eſt velut taurinis reboare mugitibus fragores fremituſque terrenos.*

Si quis exempla requirit, audiat Dionem in Trajano de motu terræ Antiochiæ: πρῶτον μὲν γὰρ μύκημα ἐξαπίνης μέγα ἐβρυχήσατο, ἔπειτα βρασμὸς ἐπ' αὐτῷ βιαιότατος ἐπεγένετο, καὶ ἄνω μὲν ἡ γῆ πᾶσα ἀνεβάλλετο. *Primùm enim repentinus quidam mugitus magno fragore intonabat, quem violentiſſima concuſſio ſequebatur, & tota terra ſurſum attollebatur.* Et Trebellium Pollionem in Galieno: *Auditum præterea tonitruum, terra mugiente, non Jove tonante: motu quo multa fabrica devorata ſunt cum habitatoribus; multi terrore mortui.* Et Agathiam lib. 5. de terræ motu Conſtantinopoli ſub Juſtiniano: ἦχός τις βαρὺς καὶ ἄγριος, ὥσπερ χθονία βροντὴ, ἐκ τῆς γῆς ἀναπεμπομένη, ἐπηκολούθει τῷ κλόνῳ καὶ ἐδιπλασίαζε τὰς ἐκπλήξεις. *Sonus quidam gravis atque immanis, velut terreſtre tonitru, è terræ viſceribus emiſſus ſuccuſſionem ſubſequebatur, terroremque duplicabat.* Et Baronium ex Niceta ad A. 862. *Vox etiam & ſonus inarticulatus è terra & mari emittebatur, qui cordibus hominum metum & horrorem injiciebat.* Et Bzovium ex ſcriptore anonymo ad A. 1202. *Hujus anni die 30. Maji fuit terræ motus* (in Phœnice) *quo vox etiam terribilis audita eſt, incerto authore.* Meminit & Michaël Glycas Annal. 4. mugitûs ſub Arcadio Imp. per totos ſeptem dies auditi maximo cum terræ motu.

Tale quid ævo rudiore in Samo contigiſſe reor, & ſolum in terræ motu diſruptum cum fragore & mugitu; cujus cauſam priſci illi mortales cùm non caperent, immania monſtra ſibi finxiſſe, quorum barritu ſcilicet terra diſſinderetur. Utut ſit, has fictitias feras Phœnices, quibus res erat perſpectior, *Neidas* appellarunt vero nomine. Omnino enim Phœnicibus *neid* vel ניד *nid* erat terræ motus, à verbo נוד *nud*, quod in hoc argumento Hebræi & Syri paſſim adhibent. Sic Eſa. 24: 20. *vacillando vacillabit terra ut ebrius* והתנודדה כמלונה *& commovebitur ut tugurium.* Et in Chaldæa Paraphraſi verſu proximè antecedenti מנוד תנוד ארעא. *movendo movebitur terra.* Proinde in animalibus fruſtra quærantur *neides*, quarum boatu terræ diſſiliant & diſſipentur; cùm *neides* nihil ſint aliud quàm terræ motus. Itaque in Scriptura ניד *nid* vel נידה *nida* pro motu occurrit. Vide Job. 16: 5. Lam. 1: 8.

Terræ motum Sami futurum hauſtu aquæ è jugi puteo præſenſiſſe ac prædixiſſe legitur vel Thaletis vel Pythagoræ præceptor Pherecydes Syrius. Rem referunt Cicero & Plinius ſuppreſſo loci nomine. Sed in Samo rem contigiſſe didici ex Maximo Tyrio, qui Sermone Tertio ſic habet: Φερεκύδης σεισμὸν Σαμίοις προεμήνυσε, *Pherecydes Samiis terræ motum prædixit.* Et ex Laërtio idem liquebit in vita Pherecydis, ſi modo Ψάμμον mutaveris in Σάμον; quomodo legendum probat doctiſſimus Caſaubonus ex Porphyrio apud Euſebium.

Jam ad Ancæum redeo, quem ex Argonautis omnibus ſolum Poetæ commendant ab aſtrorum peritia. Orpheus;

> Ἀγκαῖος τ' ἔμολε Πλευρώνιος, ὅς ῥα πορείας
> Οὐρανίας ἄστρων ἰδάη, κύκλους τε πλανήτας.
> *Venit & Ancæus cœli Pleuronius orbes*
> *Aſtrorumque vias animo indagare peritus.*

Illa ſcilicet tempeſtate Phœnicibus peculiare id fuit, ut curſus ſuos dirigerent ex ſtellarum inſpectione. Strabo lib. 16. *Sidonii cum multarum tum optimarum artium magiſtri perhibentur, ad hæc Aſtronomiæ & Arithmeticæ periti,* ἀπὸ τῆς λογιστικῆς ἀρξάμενοι καὶ τῆς νυκτιπλοΐας, *ab Arte Calculatoria & nocturna Navigatione facto initio.* Plinius lib. 5. cap. 12. *Ipſa gens Phœnicum in gloria magna literarum inventionis & ſiderum, Navaliumque ac Bellicarum artium.* Propertius lib. 2. verſ. 989.

> *Quæritis & cœlo Phœnicum inventa ſereno,*
> *Quæ ſit ſtella homini commoda, quæque mala.*

Aratus de Cynoſura in phænomenis;

> Τῇ δ' ἄρα Φοίνικες πίσυνοι περόωσι θάλασσαν.
> *Hâc quoque Phœnices freti lata æquora ſulcant.*

Germanicus in Aratum; *Arcturus Minor à pluribus, Phœnice, &c. vocatur, quam Sidones aſpicientes, continuo navigant.* Hyginus lib 2. *Phœnices autem, &c. obſervant, & hanc ſtudioſiùs percipiendo diligentiùs navigare exiſtimantur; & verè eam ab inventoris nomine Phœnicem appellant.* Lucianus in Icaromenippo ſub initium: καθάπερ οἱ Φοίνικες, ἄστροις ἐτεκμαίρου τὴν ὁδὸν, *ut Phœnices ex ſtellis viam deſignabas?*

Unum

Unum addo de Ancæo; ab eo natum eſſe vulgatiſſimum proverbium;

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου:
Multa cadunt inter calicem ſupremaque labra:

Quia jamjam potaturus ab apro interfectus eſt. Hiſtoriam ex Ariſtotele pluribus referunt Apollonii Scholiaſtes & Iſacius in Lycophronem. Meminit & Heraclides in Repub. Samiorum.

Samo proxima eſt *Icarus*, vel *Icaria* inſula, quæ Icario mari nomen dedit. Icarus, id eſt, איכר *Icar*; ad verbum, *Inſula paſcus.* Hæc etymologia quam quadret docebunt verba Strabonis lib. 10. ἡ μὲν ἐν Ἰκαρία ἔρημός ἐστι, νομὰς δ' ἔχει καὶ χρῶνται αὐταῖς Σάμιοι; *Icaria quidem deſerta eſt, ſed paſcua habet, quibus utuntur Samii.* Tamen alia occurrit, quam huic merito præfero. *Icarus* olim *Ichthyuſa* vel *Ichthyoeſſa* dicta eſt. Stephanus: ἐκαλεῖτο δὲ Μάκρις, καὶ Δολίχη, καὶ Ἰχθυόεσσα. Plinius lib. 4. cap. 12. *Icaros ante vocata Doliche, & Macris, & Ichthyoeſſa.* Nempe propter piſcium præſtantiam & ubertatem. Ita aſſerunt multi Veteres. Heraclides in Politiis; Ἴκαρος ἡ νῆσος Ἰχθυοῦσα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ κάλλος τῶν ἐν αὐτῇ γινομένων ἰχθύων, *Icarus inſula Ichthyuſa vocabatur propter præſtantiam piſcium, qui in ea ſunt.* Athenæus lib. 1. cap. 24. Ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Ἴκαρος πρότερον Ἰχθυόεσσα, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ τῶν ἰχθύων πλῆθος, *vocabatur olim Icarus Ichthyoeſſa propter copiam piſcium.* Euſtathius in Bœotia pag. 131. Ἴκαρος γοῦν Ἰχθυόεσσα ἦν ὅτε ἐκαλεῖτο διὰ τοὺς ἐκεῖ πολυπληθεῖς ἰχθύας. *Fuit cùm Icarus Ichthyoeſſa diceretur, quia ibi piſces abundant.* Itaque ut Græcè *Ichthyuſa*, hoc eſt, piſcoſa ſeu piſculenta à piſcium ubertate; ita Phœnicié dicta eſt אי כורי *I-caure*, inſula piſcium; unde Græcorum Ἴκαρος. Quomodo in Sicilia ex חיק כורא *hec-caura*, id eſt, ſinus piſcis ſeu piſcoſus, factum eſt *Hyccara.* Utrumvis etymon admiſeris, repetito naufragio peribit fabuloſus Icarus, de quo Poëta,

Icarus Icariis nomina fecit aquis.

In Icario mari ad Auſtrum Icari *Patmus* eſt; quam, ſi nihil aliud, ſeceſſus certè D. Johannis, qui ſcripſit Apocalypſin, non parum nobilitavit. Apoc. 1: 9. in Arabica Paraphraſi per B ſcribitur בטמוס *Batmos.* Nomen habet à terebinthis. Syris enim terebinthus eſt בטמא *batmo*, ut Chaldæis בוטמא *butma*: ut Arabibus בטם *botmon*, cujus plurale eſt בטאם *botamo*, unde barbaris *botim* & *albotim.* Et ut Author eſt Dioſcorides, naſcitur terebinthus in Judæa, Syria, Cypro, Libya, καὶ ἐν ταῖς Κυκλάσι νήσοις, *& in Cycladibus inſulis.* Quod ſequutus Iſidorus Orig. lib. 17. cap. 7. terebinthinam afferri aſſerit *ex Arabia partibus, atque Judæâ, & Syriâ, Cypro, & Africâ, ex inſulis quoque Cycladibus.* E quo numero eſt *Patmus* latè ſumpto vocabulo, quomodo illi ſumunt. Sic terebinthorum in inſula Co meminit Plinius lib. 11. cap. 23. Et alicubi in Mari Ægeo deſcribitur ab Antiphilo inſula Τερεβινθώδης Anthol. lib. 1. cap. 58. Sed & circa Byzantium *Terebinthum* inſulam memorant Nicetas, Zonaras, Curopalates, & Liber Conſtitutionum: an eandem cum *Erebinthe* Plinii in cenſu inſularum Propontidis, in fine lib. 6.?

CAPUT IX.

Phœnices in Chio, Lesbo & Tenedo.

Melicerta Palæmon in Tenedo cultus puerorum victimis. *Chios* non eſt *maſtiche* Syris, ut putat Iſidorus. Lentiſcus maſtichem fundens, forte מציק *metſik* Phœnicibus. ἰξίνη ſpinæ genus, unde maſtiche, cur Arab. *lama.* Mons *Pelinæus* vel *Pelinæus* in Chio. Multi ſcriptores emendati. *Pelinæus* Phœnicibus mons פלי נחש, *peli naus*, ſtupendi ſerpentis, propter draconem ibi latentem. *Chia* vel *Chios* indidem, quia חויא *chivja* eſt ſerpens Syris, à longævitate. In Chio celebratur vinum *Arviſium* vel *Ariuſium* ex promontorio cognomine, Hebr. הר ראש יין, *mons capitis vini*, id eſt, præſtantiſſimi. *Pſyra*, id eſt, בסירא, *Bſira*, deſpecta, in vilitatis proverbium abiit. Lesbus in ſeptem majoribus inſulis ſemper cenſetur ultima. Inde השבע *Esbu* ſeptima Phœnicibus, & metropolis להשבע *Lesbu*; à qua tandem inſula dicta, Cadmus in Lesbo, id eſt, Cadmilus. *Tenedos* non eſt Τέννου ἕδος *Tenis ſedes*, ut volunt, ſed inſula טין אדום *tin edom* luti rubri ad figulinas. Tenedii olim *Aſteris*. Cancri ſecurigeri in Aſterio, vel Aſſerina promontorio, id eſt, הסרטן *Haſſartan* cancri. Suidas emendatus. Vel Aſterii ab האזובי *Haſſitri*, id eſt, origano. Tenedium origanum. Idem locus Antiphani tributus & Eubulo. Zoili figmentum, Alpheum è Tenedo fluere, quò pertineat. Tenedia ſecuris.

Phœnices in his inſulis habitaſſe nuſquam legimus. Sed tam obvias quis crediderit ab ea gente neglectas, quæ mare Ægeum toties pervagata eſt, & in Bithyniam & Paphlagoniam uſque per Helleſpontum penetravit. Quid quod Cadmi nepos Inous Melicerta, ſeu Palæmon, jam inde ab Heroum ævo in Tenedo tam impensè colebatur, ut infando ritu pueri pro victimis illi offerrentur? Iſacius in Lycophronem pag. 47. Ὁ Μελικέρτης ὁ τῆς Ἰνοῦς υἱὸς σφόδρα ἐτιμᾶτο ἐν τῇ Τενέδῳ, ἔνθα καὶ βρέφη αὐτῷ ἐθυσίαζον. Quò hæc Caſſandræ pertinent:

Καὶ δὴ Παλαίμων δέρκεται βρεφοκτόνος
Ζέουσαν αἰθυίαισι πλεκτανοστόλοις
Γραῖαν ξύνευνον Ὠγένου Τιτηνίδα.
Infanticida nunc Palæmon aſpicit
Fervere mergis funium amplexu horridis
Titane natam conjugem annoſam Ogeni.

Senſus eſt Palæmonem, qui puerorum victimis in Tenedo colebatur, videre Oceani conjugem, (id eſt, Thetidem ſeu mare) Græcorum navibus refertam, ut magnâ mergorum catervâ. Denique Chios, Lesbos & Tenedos etiam in ipſis nominibus manifeſta habent Phœniciſmi veſtigia.

De Chio res eſt confecta, ſi hæc Iſidori vera ſunt Orig. lib. 14. cap. 6. *Chios inſula Syrâ linguâ appellatur, eò quod ibi maſtix gignitur: Syri enim maſtichen chion vocant.* Sed Iſidoro hac in parte haudquaquam aſſentior: quia Chii nomen pro maſtiche in Oriente tam eſt ignotum, quàm quod ignotiſſimum. Quin Hebræi & Arabes Græcam vocem uſurpant. Sic Maimonides tractatu *Beracboth* cap. 9: 6. הוורד ומי הוורד והלבונה ומצטכי *roſa, & aqua roſacea, & thus, & maſtiche.* Avicenna lib. 2. ſcribit מצטכי. Ita etiam Arabs Geographus Clim. 4. part. 4. ubi עלך אלמצטכי *gluten* ſeu *viſcum maſtiches* dicit in Samo colligi, Samum pro Chio uſurpans. Maſtichem è lentiſco fundi notum eſt, vulnerato quotannis arboris trunco. Et legem Chiorum multi referunt, quâ jubetur abſciſſâ manu pœnas dare quiſquis lentiſcum *maſtichem fundentem* exciderit. Proinde Phœnices putaverim lentiſcum appellaſſe עץ מוציק *ets motſich* vel מציק *metſic*, id eſt, *arborem fundentem*; atque inde factum nomen *maſtices*, ut ſcribit Plinius. Fuit & ſpinæ ſpecies, quam Theophraſtus ἰξίνην vocat, e qua ſtillabat maſtiche. An eadem quæ *lama* Arabum, de qua Plinius lib. 12. cap. 17. *Ergo tranſit in maſticen, quæ & ex alia ſpina fit in India, itemque in Arabia lamam vocant.* Saltem par ratio nominis. Nam, ut Arabicè לאם, *lama* verbum, eſt res divulſas agglutinare & facere ut coaleſcant: ita ἰξίνη factum ab ἰξὸς, id eſt, viſcus aut gluten. Ἰξίνην docti putant eſſe chamæleonem, de quo Dioſcorides; ἰξίαν τοῦτον ἐκάλεσαν, διὰ τὸ ἐν τισι τόποις ἰξὸν εὑρίσκεσθαι πρὸς ταῖς ῥίζαις αὐτοῦ, ᾧ καὶ ἀντὶ μαστίχης χρῶνται αἱ γυναῖκες. Quod Plinius ita reddidit lib. 22. cap. 18. *Chamæleonem aliqui ixiam vocant, &c. Quibuſdam in locis viſcum gignit album ſub alis foliorum, &c. Hoc ut maſtice utuntur mulieres.* An *Chion* & *ixian* propter ſoni vicinitatem promiſcuè ſumpſerit Iſidorus non

Hiſt. plant. lib. 7. cap. 4. & lib. 9. cap. 1.

Lib. 3. cap. 8. al. 10.

ſatis

ſatis ſcio. Utut ſit, Chion Syris eſſe maſtichen, & Chion inſulam inde appellari, merum ſomnium eſt. At Chii nomen eſſe Syrum alia ratione docebo.

Chii mons altiſſimus *Pelinæus* eſt. Strabo lib. 14. Πελιναῖον ὄρος ὑψηλότατον τῶν ἐν τῇ νήσῳ, *Pelinæus mons eorum, qui in inſula ſunt, altiſſimus.* Ælianus ſcribit Πελιναῖον de Animal. lib. 16. cap. 39. Ita etiam Pindari Scholiaſtes in Pyth. Ode 10. Unde Πελιναῖος ὁ Ζεὺς ἐν Χίῳ, *Pelinnæus Jupiter in Chio* apud Heſychium & Phavorinum. Stephanus igitur, ubi de *Pelinna* urbe Theſſaliæ in Phthiotide à *Pelino* nominatâ, haud dubiè ſcripſerat; ἔστι δὲ καὶ Πελιναῖον vel Πελινναῖον ὄρος Χίου; non Πελληναῖον ut hodiè legunt. Quid enim ad Pelinnam mons Pellenæus? Id verè obſervatum à magno Salmaſio. Ut & in Dionyſio Periegete, pro eo quod vulgò legitur,

Καὶ Χίος ἠλιβάτῳ Πελληναίῳ ὑπὸ πέζαν,

reſcribendum ἠλιβάτοιο Πελιναίου: ita enim legiſſe Feſtum docet verſio;

Tumque Chius patula proſpectans arva Pelinna.

Euſtathius in ſcholiis habet ὄρος τὸ Παλιναῖον, quod itidem pro Πελιναῖον. Et Lucius Ampelius *montem Chii Pelinnam.* Itaque etiam apud Plinium in Chii deſcriptione legendum; *Montem habet Pelinæum,* non *Pellenæum* Sub hoc monte vetuſtiſſimæ Chiorum hiſtoriæ referunt quoodam latuiſſe draconem portentoſæ magnitudinis; qui inſulares aliquandiu territavit ſibilis ſuis; donec ſylvâ circa latibulum accenſâ abſumeretur. Rem ita narrat Ælianus ubi ſuprà: Λέγουσι γοῦν καὶ οἱ τὰς ὑπὲρ τῶν Χίων συγγράψαντες ἱστορίας, γενέσθαι ἐν τῇ νήσῳ περὶ τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Πελιναῖον, ἐν αὐλῶνι τινι δασεῖ καὶ δένδρων ὑψηλῶν πεπληρωμένῳ, δράκοντα μεγέθει μέγιστον, ὑπερφυᾶ καὶ τὸν συριγμὸν ὃν ἐπεφρίκασιν οἱ τὰς Χίον κατοικοῦντες; Οὐκοῦν οὐδὲ ἐτόλμων τινὲς ἢ τῶν γεωργούντων ἢ τῶν νεμόντων πλησίον γενόμενοι καταγνῶναι τὸ μέγεθος, ἀλλ' ἐκ μόνης τοῦ συριγμοῦ πελώριόν τι καὶ ἐκπληκτικὸν τὸ θηρίον εἶναι ἐπίστευον. *Ajunt, qui de Chiorum rebus hiſtorias conſcripſerunt, in ea inſula circa montem, quem Pelinnæum vocant, in opaca quadam valle & proceris arboribus referta, draconem fuiſſe immenſa magnitudinis, cujus vel ſolum ſibilum Chii perhorreſcerent. Ita ut neque agricolæ neque paſtores accedere auderent, ut ejus magnitudinem propius intuerentur; ſed tantùm ex ſibilo conjectarent immanem quandam & terribilem eſſe belluam.* Sequitur arbores vento colliſas ignem concepiſſe, quò intercepta bellua cùm conflagraſſet, ſolum caput & oſſa quædam ſtupendæ molis ex incendio ſuperfuiſſe; ex quorum indicio Chii deprehenderint quàm vaſtum fuerit animal.

A dracone tam immani Chii mons, quem diximus, Phœnicio ſermone vocatus eſt mons פלי נחש *Peli-naas*, id eſt, *ſtupendi ſerpentis.* Unde primo Græcè Πελίνας & Πελιναῖος, ut habetur apud Strabonem; deinde duplicato N Πελίννας & Πελινναῖος, tanquam deducto nomine à Theſſaliæ urbe *Pelinna* vel *Pelinnæo*, de qua Pindarus in Pyth. Ode decimâ. Ubi Scholiaſtes, Πελινναῖον πόλις Θετταλίας ἡ πατρὶς τοῦ νικηφόρου, ἀφ' ἧς καὶ τὸ ἐν Χίῳ ὄρος ἐκλήθη. *Pelinnæum, urbs Theſſaliæ victoris patria, a qua etiam dictus eſt mons Chii.* Quanquam illa ipſa dici potuit *Pelina* vel Peliriæum, à conditore *Pelino.* Ita enim vocat Stephanus; Πέλινα, inquit, πόλις Θετταλίας ἐν τῇ Φθιώτιδι, κέκληται ἀπὸ Πελίνου τοῦ Οἰχαλιέως; *Pelinna, urbs Theſſaliæ in Phthiotide, cui nomen eſt à Pelino Oechalienſi.* Livius *Pellinam* vocat. Utut ſit, non video quid Theſſaliæ urbs *Pelinna* vel *Pelina* commune habeat cum Chii monte *Pelinna* tam procul inde diſſito. Itaque montem ab urbe nomen duxiſſe merum figmentum, & noſtra obſervatio veriſſima eſt.

Quin ab hoc eodem ſerpente tota inſula *Chia*, vel *Chios*, dicta. Utrumque legitur in Plinio; *Chios*, inquit, *libera, quam Æthaliam Ephorus priſco no-* Lib. 5. cap. 31.

mine appellat, Metrodorus & Cleobulus Chiam à Chione nympha, aliqui à nive. Scilicet! Imò *Chia* eſt Syrum חויא *chvvja.* quod ſerpentem ſonat. Itaque inſula *Chia* eſt inſula ſerpentis. Ex חויא *chvvja* v conſonum à Græcis eſt neceſſario omiſſum, ut in Ἰάω ex יהוה *Javo* Dei nomine tetragrammato. Serpentem à longævitate Syri ſic vocant, quia ſenectutem quotannis exuere creditur, & vitam ſic producere in multos annos. Horus Apollo lib. 1. cap. 2. Καθ' ἕκαστον δὲ ἐνιαυτὸν τὸ γῆρας ἀφεὶς ἀποδύεται. Statius lib. 4. Thebaidos:

—— liber ſenio & ſquallentibus annis
Exutus, latiſque minax interviret herbis.

Plura vide apud Ariſtotelem, Theophraſtum, Plinium, & alios.

In Chio celebratur vinum *Arviſium.* Plinius de vinis tranſmarinis lib. 14. cap. 7. *In ſumma gloria fuêre Thaſium Chiumque. Ex Chio, quod Arviſium vocant.* Virgilius in Daphni:

Vina novum fundam calathis Arviſia nectar.

Silius lib. 7.

Tmolus, & Ambroſiis Arviſia pocula ſuccis.

Græci Ἀρυΐσιον appellant. Plutarchus in Epicurum; Ἀιδὲ συγγενέσθαι, καὶ πιεῖν οἶνον Ἀρυΐσιον, *Laude frui & bibere vinum Arviſium.* Athenæus lib. 1. cap. 25. Χαριέστερος δ' ἐστὶν ὁ Χῖος, καὶ τοῦ Χίου ὁ καλούμενος Ἀρυΐσιος, *gratius eſt vinum Chium, & ex Chio, quod Arviſium vocant.* Sed & regio Ἀρυουσία. Strabo lib. 13. in deſcriptione Chii: εἶθ' ἡ Ἀρουσία χώρα, τραχεῖα καὶ ἀλίμενος, σταδίων ὅσον τριακοσίων (Steph. τριάκοντα) οἶνον ἄριστον φέρουσα τῶν Ἑλληνικῶν. *Deinde Arviſia regio, aſpera & importuoſa, trecentorum (imò triginta) circiter ſtadiorum, vinum ferens omnium Græcanicorum optimum.* Pro Ἀρυουσία in Stephano malè ſcribitur Ἀρουσία *Arſiſia.* Romani *Arviſiam* dixerint. Servius; *Arviſia autem, id eſt, Chia, à promontorio Chii inſulæ Arviſio.* Vibius; *Arvis* (lege *Arviſium*) mons *in inſula Chio, unde vinum Arviſium.* Arviſium vel Ἀρυούσιος Phœnicibus erat הר ראש יין (*Har-ros-jain*) *mons capitis vini.* Caput vini Phœnicia phraſi eſt præſtantiſſimum vinum. Tale ראשי בשמים *capita aromatum*, id eſt, præſtantiſſima aromata, Cant. 4: 14. ראש מר *caput myrrhæ*, LXX. τὸ ἄνθος σμύρνης, *flos myrrhæ*, Exod. 30: 23. בראש כלי בשם *capite omnis aromatis*, id eſt, præſtantiſſimo quoque aromate, Ezech. 27: 22. שמן ראש *oleum capitis*, id eſt, præſtantiſſimum, Pſal. 141: 5.

A Melæna Chii promontorio ad Occaſum ſtadiis L. vel ut alii, LXXX. diſtat inſula *Pſyra* nomine, *quæ quoniam eſt perpuſilla & ignobilis, in contemptum ac vilitatis proverbium abiit; ut quæ ſordidè parumque magnificè fierent Pſyricè facta dicerentur.* Eraſm. Adag. 1994. Ita Eraſmus. Et è Veteribus Stephanus; Λαμβάνεται δὲ ὄνομα ἐπὶ εὐτελείᾳ, διὰ τὸ εὐτελεστάτην εἶναι τὴν νῆσον; *aſurpatur ejus nomen cum de re vili agitur, quia viliſſima eſt inſula.* Suidas; λέλεκται καὶ ἐπὶ τῶν εὐτέλειαν σημαινόντων; *etiam de iis dicitur quæ vilitatem ſignificant.* Sic in Cratino, Ψυρᾷ τὸν Διόνυσον ἄγοντες, *in Pſyram Bacchum agentes.* Item; Ψυρᾶτε τὴν Σπάρτην ἄγεις, *in Pſyram Spartam agis.* Vide Stephanum & Suidam & Euſtathium in lib. 3. Odyſſ. cui παρὰ Ψύρα τὸν Διόνυσον ἄγειν, *ad Pſyra Bacchum deducere*, eſt ἐν οὐδενὶ τίθεσθαι τὸν Διόνυσον, *Bacchum nihili habere.* Pſyra igitur vocem eſſe Phœniciam nemo negaverit, qui ſciet בסירא *bſira* Chaldæis & Syris idem eſſe, quod εὐτελῆ, vilem nempe & deſpicabilem. Sic in Abdia verſ. 2. בסיר את לחדא (*bſir ath lachada*) *contemptus es valde.* Et Jerem. 22: 28. בסירא (*bſira*) *deſpectus* in Chald. Paraphraſi reſpondet Hebræo נבזה. Radix בסר *bſar* eſt deſpicere. Nulla eſt vox uſitatior.

Jam ut eruatur *Lesbi* etymon, ſciendum eſt Veteres meminiſſe paſſim ſeptem majorum inſularum in Mari

Digitized by Google

in Mari Mediterraneo: in quarum dimenſione quamvis parum ſibi conſtent, tamen in eo conveniunt, quod Lesbon ſemper cenſent ſeptimo loco. Scylax in Periplo, capite de Magnitudine inſularum; Μεγίστη Σαρδὼ, δευτέρα Σικελία, τρίτη Κρήτη, τετάρτη Κύπρος, πέμπτη Εὔβοια, ἕκτη Κύρνος, ἑβδόμη Λέσβος. *Maxima Sardinia, ſecunda Sicilia, tertia Creta, quarta Cyprus, quinta Eubœa, ſexta Corſica, ſeptima Lesbus.* Et Poëta vetus anonymus in Euſtathio. (Is eſt Alexius Comicus, ut ex Conſtantino Porphyrogenneta didici in Siciliæ themate.)

Τῶν ἑπτὰ νήσων, ἃς ἔδειξεν ἡ φύσις
Θνητοῖς μεγίστας, Σικελία μὲν, ὡς λόγος,
Πρώτη μεγίστη, δευτέρα Σαρδὼ, τρίτη
Κύρνος, τετάρτη δ᾽ ἡ Διὸς Κρήτη τροφὸς,
Εὔβοια πέμπτη στενοφυὴς, ἕκτη Κύπρος,
Λέσβος δὲ τάξιν ἑβδόμην λαχοῦσ᾽ ἔχει.
Septem inſularum, quas haberi maximas
Natura voluit, Sicula magnitudine
Prima eſt, ſecunda Sardo, Cyrnus tertia,
Et quarta magnum Creta quæ tulit Jovem,
Eubœa ſtricto limite in quinto ordine,
Cyprusque ſexto eſt, atque Lesbus ſeptimo.

Et Ariſtoteles, aut ut alii, Nicolaus Damaſcenus lib. de Mundo cap. 3. ubi de majoribus inſulis: Καὶ τούτων αἱ μὲν ἀξιόλογοι 1. Σικελία, 2. καὶ Σαρδὼ, 3. καὶ Κύρνος, 4. καὶ Κρήτη, 5. καὶ Εὔβοια, 6. καὶ Κύπρος, 7. καὶ Λέσβος. Quod ſequutus Apuleius, niſi quod pro Cyrno vel Corſica perperam habet Peloponneſum: *Ipſarum verò inſularum quæ ſunt in noſtro mari digna memorata, 1. Trinacria eſt, 2. Eubœa, 3. Cyprus, atque 4. Sardinia, 5. Creta, 6. Peloponneſus, 7. Lesbus.* Ita Balearium alteram Timæus apud Strabonem lib. 14. maximam inſularum eſſe aſſerit μετὰ τὰς ἑπτὰ, 1. Σαρδὼ, 2. Σικελίαν, 3. Κύπρον, 4. Κρήτην, 5. Εὔβοιαν, 6. Κύρνον, 7. Λέσβον. Quem ſequutus Diodorus lib. 5. pag. 206. eaſdem inſulas recenſet hoc ipſo ordine, niſi quod Sardiniæ ſuam Siciliam jure merito præponit. Inde, ut quidem conjectamus, Lesbus inſula *Esbuith* & contractè *Esbu*, id eſt, ſeptima, dicta eſt à Phœnicibus, voce deflexa ex Hebræa השביעית *haſſebiith*, quomodo in Damaſcio; apud Photium Auth. 242. Phœnicium *eſmun* vel ἐσμοῦν octavus ex Hebræo השמיני *haſſemini*. Ex quo factum, ut præfixo *lamed* להשביע *lesbus* diceretur urbs inſulæ metropolis, id eſt, *Ad ſeptimam*, ſupp. *inſulam*: quâ nominum formâ nihil frequentius apud Pœnos. Sic *Ad ſeptem aras, Ad ſeptem fratres, Ad ſeptimam, Ad decimam ſeptimam, Ad tres inſulas, Ad ſex inſulas*, vel Africæ vel Hiſpaniæ loca ſunt. Ita *Lesbus* primò ſolum oppidi fuerit nomen; unde poſtmodum etiam inſula fuerit appellata; quod his verbis aſſerit Stephanus; ἦν δὲ πεντάπολις ἡ Λέσβος μίαν ἔχουσα τῶν πέντε τὴν Λέσβον, ἀφ᾽ ἧς ἡ ὅλη νῆσος Λέσβος ἐλέγετο. *Lesbus in quinque urbibus unam habuit Lesbum nomine, à qua inſula univerſa Lesbus appellata eſt.* Hinc Heſychius; Λέσβος, νῆσος καὶ πόλις, *Lesbus, inſula & urbe.*

Cadmum Phœnicium in Lesbo habitaſſe non nemo colligit ex his Lycophronis;

Ὡς μή ποτ᾽ ὤφελ᾽ ἐν πυριβρύτῳ
Ἴσσῃ φυτεῦσαι δυσμενῶν ποδηγέτην.
Utinam futurum Cadmus hoſtium ducem
Te nunquam in Iſſa procreaſſet inſula.

Ibi enim Iſſa eſt Lesbos, quæ Iſſa dicitur de nomine unius quinque urbium. Heſychius, Ἴσσα, ἡ Λέσβος τὸ πρότερον. Sed Cadmus ille eſt Cadmilus, ſeu Mercurius, Cabirorum unus, de quo dicetur in Samothrace. Prylin is in Lesbo genuit, qui Græcis Trojanorum conſilia, & rationem capiendæ per equum Trojæ aperuit. Vide Iſacii ſcholia.

Tenedus dici putatur, quaſi Τέννου ἕδος *Tenis ſedes*, à Tene quodam, quem Cycnus pater à noverca concitatus cùm arcâ incluſum in mare projeciſſet, is ad inſulam Leucophryn ejectus eſt, & ab incolis Rex creatus, & poſt obitum pro Deo cultus. Atque inde factum ut Inſula pro Leucophry Tenedos appellaretur. Ita referunt Ariſtoteles, itidemque Heraclides in Politiis, Strabo lib. 13. Diodorus lib. 5. Pauſanias in Phocicis, Plutarchus in Hellenicis, Conon apud Photium, Servius in lib. 2. Æneidos, Euſtathius in lib. 1. Iliad. Iſacius in Lycophronem, Suidas in Τενέδιος ἄνθρωπος, Stephanus, Phavorinus, alii. Et Tenem à Tenediis relatum fuiſſe in Deos docent hæc Ciceronis lib. 3. de Natura Deorum: *Jam verò in Græcia multos habent ex hominibus Deos, Alabandum Alabandi, Tenedi Tenem*, &c. Et lib. 1. in Verrem; *Tenedo Tenem ipſum, qui apud Tenedios ſanctiſſimus Deus habetur, qui urbem illam dicitur condidiſſe, cujus ex nomine Tenedus nominatur, &c.* Et templi in ejus honorem erecti meminerunt Plutarchus & Heraclides; unde tibicines excludebantur propter Molpum tibicinem, qui Tenem accuſaverat. Nec fas erat in eo proferre nomen Achillis, à quo fertur eſſe interemptus.

Tamen hanc fabulam non eſſe ex ultima vetuſtatis memoria repetitam ex eo colligere eſt, quod de Tene nil quicquam habetur apud Poëtas vetuſtiores: ſed nec in Apollodoro, Hygino, Palæphato, & Mythologorum aliis. Nec à Tene fieret Τένεδος, ſed Τεννέδος, ut Μεσσηνία, ταυρόκερως, Κρημνόπεπος, Γαμαρήνη. Neque enim fert Græcæ linguæ genius, ut aliter coaleſcant ſubſtantiva cum ſubſtantivis. Denique Τένεδος vel Τεννέδος neutrum eſſet, non fœmininum. Sed fingenda fuit hæc fabula, quia pudebat Tenedios neſcire ſuas origines, & rationem nominis ſui.

At Phœnices ſi conſuluiſſent, inſulam ſuam didiciſſent *Tenedum* dici, quaſi inſulam טין אדום *Tin-edom*, id eſt, *luti rubri*; cujus plurimus in figulinis uſus. Quia in Tenedo celebres fuêre figulinæ; unde Tenedia vaſa in magno pretio apud Veteres. Quod Plutarchus in Libro de vitanda uſura, & ex eo Ariſtophanis Scholiaſtes in Nubibus Act. 4. Scen. 3. his verbis docent: τὴν δὲ τράπεζαν ἡ καλὴ Αὐλὶς, ἡ Τένεδος, ἀντικοσμήσει τοῖς κεραμεοῖς, καθαρωτέροις ὄσι τῶν ἀργυρῶν. *At menſam amœna Aulis vel Tenedos figulinis inſtruet vaſis, quæ argenteis mundiora ſunt.* אדום *adom* vel *edom* pro rubro ſumi vel pueri ſciunt. Et טין *tin* vel טינא *tina* pro luto figuli paſſim occurrit in Paraphraſtis. Vide Chaldæum, Eſ. 29: 16. & Jer. 18: 4, 6. Syrum etiam & Arabem, Rom. 9: 21. &c. Ex טין אדום *Tin-edom* factum *Tenedos*, quomodo λαὸς vel λεὼς populus ex לאום *leom*.

Tenedii olim *Aſteris* dicti. Heſychius; Ἀστέριοι, οἱ πρῶτοι τὴν Τένεδον κατοικήσαντες; *Aſterii, qui primi Tenedum incoluerunt.* Nempe ab *Aſterio* Tenedi loco, de quo Plutarchus, in libro de Pythiæ oraculis: Σελινούντιοι ποτὲ σέλινον ἀναθεῖναι λέγονται; καὶ Τενέδιοι τὸν πέλεκυν ἀπὸ τῶν καρκίνων τῶν γινομένων περὶ τὸ καλούμενον Ἀστέριον παρ᾽ αὐτοῖς; μόνοι γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἐν τῷ χελωνίῳ τύπον πελέκεως ἔχουσι. *Selinuntii quondam aureum apium dedicaſſe dicuntur, Tenedii ſecurim à cancris, qui apud eos naſcuntur ad locum, cui Aſterio nomen; Soli enim in teſta formam ſecuris expreſſam habent.* Suidas paulò aliter: Ἀστερίνα, τόπος ἐν Τενέδῳ, ἔνθα ποταμίσκος, ἐν ᾧ καρκῖνοι τὰ χελώνια διατεθρωμένα ἐπιπλεῖον (lege ἐπιπλεῖον) ἔχοντες, καὶ πελέκει ἐμφερῆ. Suid in Τενέδῳ ἐρινύγιος. *Aſterina, Locus in Tenedo ubi fluviolus eſt, in quo ſunt cancri, qui teſtas habent ut plurimum ita formatas, ut ſecurim referant.* Ridiculè Vir Doctus χελώνια *chelas* explicat; & ἐπιπλεῖον *navem*; quod nos mutavimus in ἐπιπλεῖον; quia ſeries orationis ita poſtulat. Sed & pro Ἀστερίνα legendum Ἀστέριον, ut ex Plutarcho colligimus. Rurſus *Aſte-*

rion trajectis litteris putaverim eſſe deflexum ex cancri nomine Phœnicio הסרטן *haſſartan*. Nihil apud Græcos tam frequens quàm hujuſmodi trajectiones peregrinis nominibus. Nec fortaſſe diſplicebit quod olim conjectabamus tam *Aſterios* pro Tenediis, quàm *Aſterium* Tenedi locum, dici ab Hebræo הצתרי *haſſitri*, id eſt, origano. Nam eos falli, qui ſaturciam reddunt, abundè docent illi ipſi ad quos provocant, Baal Aruch ſcilicet, & gloſſator Talmudicus; quibus Hebræum צתרי *ſitri* id ipſum eſt, quod Arabicum צעתר *ſatar*. Arabicè autem צעתר vel סעתר eſſe origanum conſtat ex Lexicographis & Avicennæ definitione lib. 2. Can. pag. 221. Tenedium porro origanum quàm fuerit in pretio docent hæc Euſtathii in Iliad. λ. pag. 814. Περιᾴδεται ἐν κρομμύοις τὸ Σαμοθρᾴκιον παρὰ Ἀντιφάνει, καθὰ καὶ τὸ Κύπριον νάπυ, καὶ τὸ Μιλήσιον κάρδαμον, καὶ ὁ Ὑμήττιος θύμος, καὶ τὸ Τενέδιον ὀρίγανον. *Celebratur ab Antiphane in cepis Samothracia, ut & Cyprium ſinapi, & Mileſium naſturtium, & thymus Hymettius, & Tenedium origanum.* Ipſamet verba Antiphanis legere eſt in Athenæo lib. 1. cap. 23. & in Julio Polluce lib. 6. cap. 10. §. 2. Qui tamen, quod mirere, ea non citat ex Antiphane, ſed ex Eubuli Glauco.

Strab. lib. 6. Idem ille Zoilus, qui Homerum ſuggillat ut μυθόγραφον, in Tenediorum encomio ſcripſit fabulam putidiſſimam nempe Alpheum fluvium Elidis ἐκ Τενέδου ῥεῖν *è Tenedo fluere*. An quia Tenedi fluviolus, quem diximus, Alpheo erat cognominis? Nempe Hebræum חלף *halaph* inter cætera idem ſignificat, quod כרת amputare & ſuccidere. Vide Job. 10: 17. & 11: 10. & Eſ. 2: 18. unde חליפה *halipha* exciſio, Job. 14: 14. מחלפים *mahalaphim* cultri, Eſdr. 1: 9. ut Talmudicis חלופות *hilluphoth*; & Arabicè חלף *halph*, cultri acies, item ſecuris, bipennis. Inde Phœnices Tenedi fluviolum חלפין *halphin*, vel חלפי *halphe*, id eſt, ſecurium appellaſſe veriſimile eſt propter cancros illos ſecurigeros, de quibus ſuprà Plutarchus & Suidas: atque id Græcos facili lapſu in Ἀλφειὸς mutaſſe. Indidem eſt ortus ſermo de Tenediis ſecuribus, quem cum non intelligerent, aliò detorſerunt fabularum architecti; ac ſi Τενέδιος πέλεκυς *Tenedia ſecuris* dicatur ἐπὶ τῶν ἤτοι πικρῶς ἢ καὶ μᾶλλον συντόμως ἀποκοπτόντων τὰ ζητήματα, *de iis, qui rigidè aut præciſè nimis lites judicant*, propter Tenedi Regulum, qui legem de adulteris ſecuri feriendis in proprium filium ſtrinxit: aut alium, qui ſecurim in ipſo tribunali geſtabat, quâ reos ſtatim feriret; aut denique propter Tenem ipſum, qui patrem in hanc inſulam appulſurum repulit, & navis ab arbore aut ſaxo religatæ funes ſecuri præcidit. Eòdem pertinuiſſe volunt ſecurim in Tenediis numiſmatibus inciſam, & quod Apollo Tenedius fuit bipennifer. Vide Pauſaniam in Phocicis, & Suidam ubi ſuprà, & Ariſtotelem apud Stephanum.

CAPUT X.

Phœnices in Bithynia & Paphlagonia.

Phœnix coloniam in Bithyniam deduxit, quæ priùs Mariandyna. *Bithynia* vel à בטן vel à ביתן, interior regio, intra Propontidis anguſtias. Scaliger notatus. Bithyniam etiam Pontum dici. Phœnicie בטנא *Betno*, Hebr. בטנים *botnim* propriè piſtacia, Gen. 43: 11. Primas in nucibus obtinent: unde Perſis *biſtacia*, quia Rex *biſtax*. Piſtacium Syriæ penè peculiare. *Botna* prope Berrhoeam inde dicta. A ventre prominente בטן *boten* piſtacium. Amygdalis ſimile. Poſidonius emendatus. Nicander notatus. Arbor piſtacii terebintho ſimilis eſt. Inde terebinthus pro piſtacio in Talmude & Græcis. Palladius emendatus. Et Arabs Moſis Interpres. בטנים alii ſpeciùs, alii avellanas, alii piſtacia exponunt. Pro avellanis quandoque ſumi. Pontus inde terra בטנא *Botno* ab ubertate avellanarum, unde *Pontica* dicuntur, Hebr. פונדקין *Pendekin*, Arab. בנדק *Bendok*. *Heracleotica* iidem. A Phœnice ſeptimus Bithyniæ Rex *Phineus* Argonautis æqualis. Prunectus Bithyniæ urbs à Phœnicibus condita ubi ſita & unde dicta. A Phineo *Phineum* & *Phinopolis*; quæ duplex, ut quidam volunt, una in Thracia, altera in Aſia. Phœnicee inſula in ſinu Mariandynorum. Paphlagonia a *Paphlage*, vel a Phalego potius, quaſi פלג מתא Phalegi ditio. Seſamus urbs a Phineo condita. Eadem *Damatris*. Imò *Amaſtris* ab *Amaſtri* Darii nepte. Seſami nomen unde. Cares cum Phœnicibus Seſamum condiderunt. Iidem in Tanais oſtio. Carum portus & Caria inter Iſtrum & Boſphorum.

Idem Phœnix Cadmi frater, à quo Phœnicem dici volunt, colonos deduxiſſe legitur in Bithyniam. Euſebius Chron. lib. 1. pag. 28. Βιθυνία ἐκτίσθη ὑπὸ Φοίνικος, ἡ πρὶν Μαριανδυνή, id eſt, interprete Hieronymo ad numerum Euſebianum DXCIV. *Bithynia condita eſt a Phœnice, quæ primum Mariandyna vocabatur.* In quem locum Scaliger miratur pro Mariandyna vocatam eſſe Bithyniam, ex quo ἐκτίσθη ὑπὸ Φοίνικος. *Hoc, inquit, ego crederem, ſiquidem ὁ κτίστης vocabatur* Βιθυνός. *Alioqui* ἀπὸ τοῦ κτίστου Φοινικία *potius quam* Βιθυνία *dicenda fuit.* A ſitu reſpondeo non à conditore dici. בטן *beten* Hebræis eſt venter: & Arabicè באטן *batin* interius ſonat. Sic Eph. 3: 17. פי כשרכם אלבאטן, *in homine veſtro interiore.* Pſal. 50. al. 51: 7. *Docuiſti me* בואטן *interna myſteriorum ſapientiæ tuæ.* Id ipſum Phœnicibus fuit בטין *betin*, ut conjectamus: & inde בטיניא *Betinia*, vel ut Græci efferunt Βιθυνία dici potuit regio interior. Quid quod etiam Hebraicè בבית intrinſecus ſignificat, & ביתן *bithan* interius. Unde Eſth. 1: 5. גנת ביתן à Chaldæo Interprete redditur גנתא גואה *hortus interior.* Itaque Bithyniæ nomen tam commodè poteſt inde deduci, quàm ex באטן *batin* de quo ſuprà. Bithynos enim interiora occupaſſe Veteres docent. Mela lib. 1. cap. 19. *Interius Bithyni ſunt & Mariandyni.* Plinius lib. 6. cap. 32. *Tenent oram omnem Thyni, interiora Bithyni.*

Bithynia etiam Πόντος *Pontus* dicitur, ut ex Ptolemæo & aliis conſtat; atque inde *Pontus* mare proximum & tandem mare quodvis. Πόντος, id eſt, Phœnicie בטנא *botne*. T & N à Græcis tranſpoſita ſunt, ut mollior eſſet ſonus, ut S & R in Βύρσα pro *Beſra*. בטנא *botne* vel *botna*, Hebræis בטן *boten*, unde plurale בטנים *botnim*, Gen. 43: 11. propriè eſt piſtacium. Falluntur Scripturæ interpretes quotquot aliter reddunt. Ibi Jacobus jubet filios, ut è Judæa in Ægyptum ferant מזמרת ארץ fructus terræ laudatiſſimos, & in iis recenſet בטנים *botnim*. Nempe in nucibus piſtacia facilè primas obtinent. Nihil eſſe jecori nihil ſtomacho amicius teſtantur Medicorum filii: & præcipuam eſſe vim contra venena & ſerpentum ictus. Sed & ratione ſaporis amygdalo præfert Theophraſtus. Et inter ciborum delicias, quas in jejuniis exquirebant Monachi vitæ lautioris, piſtaciorum meminit Hieronymus in epiſt. ad Nepotianum. Omnium denique fructuum optimum eſſe piſtacium poſt R. Moſem aſſerit Arabs Pandectarius. Itaque ut βασιλικὰ κάρυα baſilicæ ſive regiæ nuces Græcè dicuntur juglandes propter molem, ita has potiori jure Perſæ ratione præſtantiæ regias appellarunt. Id enim eſſe *biſtacia* (quomodo ſcribunt Poſidonius, Athenæus, & Suidas) facilè agnoſcet, quiſquis ſciet à Perſis Regem dici *biſtaca*. Heſychius; Βίσταξ ὁ βασιλεὺς παρὰ Πέρσαις. Præterea piſtacium fructus eſt Judeæ & Syriæ penè dixero peculiaris. Poſidonius Athenæi lib. 14. Φέρει ἡ Συρία τὸ καλούμενον βιστάκιον; *fert Syria, quod vocatur biſtacium.* Dioſcorides lib. 1. Πιστάκια τὰ μὲν ἐν Συρίᾳ γεννώμενα; *Piſtacia quæ quidem in Syria generantur.* Plinius lib. 13. cap. 5. *Syria peculiares habet arbores; in nucum genere piſtacia nota.* Galenus lib. 8. ſimpl. Πιστάκιον ἐν Συρίᾳ πλεῖ-

Ptol. lib. 5. cap. 1.

ϛον γενᾶται, Piſtacium in Syria multum provenit. Serapio; *Piſtoch ſunt fructus, qui veniunt de Damaſco.* Adde Geographum anonymum ſub Conſtantio, qui pſittacium oominat inter Syriæ fructus eximios. Ideò à piſtaciis dicta eſt urbs בטנים io Tribu Gad, Joſ. 13:26. ubi LXX. Βοτανιμ; & בטן in Tribu Aſer, Joſ. 19:25. Et *Batna* urbs prope Berrhœam, quam tam pulchrè deſcribit Julianus Apoſtata epiſt. 27. ad Libanium. Neque verò Galenum fugit piſtacia uberrimè provenire circa Syriæ Berrhœam: Γεννᾶται μὲν (inquit lib. 2. Aliment.) κατὰ τὴν μεγάλην Ἀλεξανδρείαν ταῦτα, πολὺ πλεῖον δὲ ἐν Βεῤῥοίᾳ τῆς Συρίας. Sed & hoc valde obſervandum eſt, piſtacium Hebraicè בטן *boten* à ventre dici quaſi fructum γαστρώδη ſeu ventrioſum dixeris; quia Hebræis, ut jam antè diximus, בטן *beten* eſt venter. Proinde nomen aptius piſtaciis indi non potuit, ſi formam conſideremus. Illis enim ab una parte venter prominet, quod malo Dalechampii verbis deſcribere quàm meis: *Piſtacia*, inquit, *nuces ſunt figura oblonga, acuminata ſuprà, ab una parte tumideſcere, & in angulum deſinente, VENTRE PROTUBERANTES.* Hæc igitur eſt Hebraici nominis origo certiſſima.

Dalech. Hiſt. plant. lib. 3. cap. 27.

Etiam in eo aliquid momenti eſt, quod io Jacobi verbis, cum שקדים, id eſt, amygdalis, junguntur בטנים *botnim*. Nam amygdala & piſtacia ſunt fructus congeneres: itaque etiam Dioſcorides de utriſque conjunctim egit. Et piſtacium à Theophraſto deſcribitur ὅμοιον ταῖς ἀμυγδάλαις Hiſt. plant. lib. 4. cap. 5. Quo eodem referendum, quod apud Athenæum, ubi ſuprà, ſcribit Poſidonius, biſtacioo eſſe μακρὸν, παρεμφερῆ τοῖς δακρύοις. Nam pro δακρύοις haud dubiè legendum καρύοις, id eſt, amygdalis. Κάρυα enim ſæpe eſſe amygdala alibi multis probo. Tamen piſtacium amygdalo ſolo fructu eſt ſimile, non etiam arbore, ut vult Nicander. Sive is ſcripſerit, ut citat Athenæus,

Πιστάκια ἀκρεμόνεσσιν ἀμυγδαλόεσσιν ὅμοια:

vel ut nos hodiè legimus in Theriacis, verſ. 891.

Πιστάκια ἀκρεμόνεσσιν ἀμυγδαλόεντα πέφανται.

Neque enim piſtacii arbor amygdalum, ſed terebinthum refert. Dalechampius; *Tota arbor terebintho ſimilis eſt.* Et Matthiolus, qui profitetur ſe vidiſſe non ſemel io variis Italiæ locis: *Eſt hæc tota facie terebintho ſimilis.* Inde eſt, quod apud Syros oomina ſunt valde vicina. Nam בוטנא *botna* vel *buna* eſt piſtacium, & בוטמא *butma* terebinthus. Quin promiſcuè uſurpantur; ut in Talmudis Hieroſolymitani tractatu *Cilaim* cap. 1. אדם נוטע לוזים ובוטמין כה נפק פסתקין, *Si quis amygdalis terebinthos inſerat, quid prodit ex illis? piſtacia.* In his verbis eſt certo certius noo poſſe intelligi veras terebinthos. Nam utut amygdalo terebinthus inſeratur, tamen ex eo nil quicquam prodit quàm terebinthi fructus; qui oux noo eſt, ſed granum. Arabes vocant חב חצרא & Hebræi נתיר ירוק *granum viride.* Quid igitur? Terebinthi, quas amygdalis inſitas Talmudici piſtacia ferre aſſerunt, ſunt ipſæmet piſtacii arbores, quæ terebinthi vocantur; quia terebintho ſuot ſimillimæ. Has enim amygdalo inſeri diſcimus ex Palladio, qui ſic habet lib. 11. tit. 12. de piſtacio: *Inſeritur terebintho menſe Februario vel Martio: At alii AMYGDALO INSERI poſſe firmarunt.* Et rurſus in carmine de Inſitione:

Quin & amygdaleos ſubeunt piſtacia ramos,
Et meritum majus de brevitate petunt.

Legebatur, *Et debitum majus*, nullo ſenſu, & verſu repugnante; id mutavi in *Et meritum.* Vult piſtacium amygdalo inſitum majoris fieri, etſi arbor ſit minùs procera. Nec mirum Hebræos בוטמין, id eſt, terebinthos, pro piſtaciis uſurpare; cùm Græci, quos omnes ſciunt ſcribere multò accuratius, in eundem lapidem nonnunquam impegerint. Sic apud Athenæum Georgicorum Authores Anonymi: τὴν τέρμινθον, ἃ δὴ νῦν πιστάκια οἱ Σύροι καλοῦσιν, *terebinthum, quæ quidem nunc*, (id eſt, cujus fructus) *Syri piſtacia vocant.* & Theophraſtus Hiſt. plant. lib. 4. cap. 5. Φασὶ δ' εἶναι καὶ τέρμινθον, οἱ δ' ὅμοιον τῇ τερμίνθῳ· ὃ τὰ μὲν φύλλα καὶ τοὺς κλῶνας καὶ τ' ἄλλα πάντα ὅμοια ἔχει τῇ τερμίνθῳ· τὸν δὲ καρπὸν διάφορον· ὅμοιον γὰρ ταῖς ἀμυγδάλαις. εἶναι γὰρ καὶ ἐν Βάκτροις τὴν τέρμινθον ταύτην καὶ κάρυα φέρειν ἡλίκα τὰ ἀμύγδαλα. *Ferunt etiam eſſe terebinthum; aut, ut alii, ſimilem terebintho arborem; quæ folium quidem & ramos & reliqua omnia habet terebintho ſimilia; fructum autem diverſum; ſimilem enim eſſe amygdalis: & in Bactris etiam eſſe hanc terebinthum, & ferre nuces amygdalis ſimiles.* Hoc ſequuti LXX. Interpretes בטנים τερέβινθον explicant, id eſt, terebinthum non veram, ſed eam quæ fert piſtacia. Nec ab hac interpretatiooe alii multum recedunt. Arabs Erpenianus hic habet מסתק *moſtac*, quod *maſtichen* quidam eſſe volunt; perperam, cùm legendum ſit פסתק *phiſtac*, id eſt, piſtacia. Kimchius in Lexico Hiſpanicè reddit פניולי *pinols*, id eſt, στροβίλους, ſeu pineos nucleos; quos ratione virtutis cum piſtaciis conferuot Poſidonius, Dioſcorides, Plinius, Avicenna, Serapio & alii; ut qui cum piſtaciis ferè eoſdem uſus, & effectus habeant. Aben-Ezra expooit אגוזים *nuces*: R. Nathan & Pomarius Italicè נוצלי *nocelle*: Elias Germanicè האזילנוס *haſelnuſs*; Aquinas Hebraicè אגוזים קטנים λεπτοκάρυα minutas ouces. Sed & io Hebræis fuêre, qui בטנים *botnim* piſtacia eſſe agnoverunt.

Athen. lib. 2. Dioſc. lib. 1. cap. 104. Plin. lib. 23. cap. 8. Avic. lib. 2. Serap. in Pandect.

Kimchius ubi ſuprà; בטנים *quidam exponunt fructum, qui Arabicè dicitur* פסתאק *phiſtac.* R. Selomo in huoc locum; *Neſcio quid ſint* בטנים *botnim. Sed in interpretationibus alphabeticis*, (id eſt, in Lexico) *Rabbi Macchir, vidi reddi* פישטקיאם *piſtacias; quas puto eſſe* אפרסקים *Perſicas.* Imò Perſicæ nuces a piſtaciis multum differuot. Interim hoc habemus ex ſententia R. Macchir, qui inter veteres Hebræos doctor fuit magni nominis, בטנים eſſe piſtacia. Ita etiam Maimonides io Talmudico tractatu *Sebiith* cap. 7. בטנה *botna* פסתק piſtacium interpretatur. Itaque etſi recentiores Bibliorum Interpretes hoc omnioo fugerit בטנים *botnim* eſſe piſtacia, tamen hæc verſio & pervetuſta eſt, & certa ratione nixa; quod probavimus plus ſatis. Nolim tamen Ariæ, Mercero, Munſtero, &c. dicam ſcribi, qui Nathanem & Eliam & Hebræorum alios ſequuti בטנים reddunt *avellanas.* Certum enim eſt Hebræos בטנים *botnim* pro avellanis uſurpare, ut & לוזים *luzim*, quæ vox propriè ſignificat amygdala. Nempe Hebræa vocabula alia nulla ſuppetuot quibus dicantur avellanæ. Proinde coguotur uti verbis tranſlatis, Quin & eadem καταχρήσει Pontus à Phœnicibus dictus videtur terra בטנא *Botno*, & mare proximum mare *Botno*, propter nobilia illa Ponti oucета, de quibus Statius lib. 1. Sylvarum:

Quicquid nobile Ponticis nucetis.

Ubi avellanæ tam præſtantes & tanta ubertate creſcunt, ut inde Græci *Ponticas* vocent. Dioſcorides lib. 1. τὰ δὲ Ποντικὰ, ἃ ἔνιοι λεπτοκάρυα καλοῦσιν, *Pontica autem, quas nonnulli appellant minutas nuces.* Galenus lib. 7. ſimpl. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερόν τι γένος καρύων μικροτέρων, ἃ δὴ Ποντικὰ προσαγορεύεται. *Eſt & aliud genus nucum minorum, quæ Pontica nominantur.* Author Geoponicôn, κάρυον δὲ ἐστι Ποντικὸν τὸ λεπτοκάρυον, *Pontica autem eſt minuta nux*, ſeu avellana. Cauſam nominis addit Plinius lib. 15. cap. 22. *In Aſiam Græciamque è Ponto venêre, & ideò Ponticæ nuces vocantur.* Et apud Macrob. Servius lib. 3. Saturnal. *Hanc autem nucem Græci Ponticam vocant, dum unaquæque natio indit huic nuci nomen ex loco, in quo naſcitur copioſior.* Talmudi פונדקין *Pondekin*

kin

kin ſcribunt, & Arabes quandoque פנדק *phondok*, ſed multò frequentius בנדק *bondok*. Vide
Pag. 147. & 152. Avicennam lib. 2. Can. capitibus בנדק *bondok* & רכה *roma*, quam definit אלבנדק אלהנדי *albondok albindi*, id eſt, avellanam Indicam. In Naſrio Oxonii MSS. lib. 2. ſect. 22. cap. 34. קוס אלבנדק *cauſo-lbondoki* eſt arcubaliſta. Ita vocatur propter aſtragalum (vernaculè *noix d'arbaleſte.*) Nec deſunt, qui eaſdem nuces Heracleoticas appellent, quomodo ſemper Theophraſtus, ab Heraclea ſcilicet urbe Ponti metropoli.

Theophr. hiſt. lib. 1. c. 5. & 16. & lib. 3. cap. 6, 7, 8, 9. & 15. & de cauſ. lib. 2. cap. 18 & lib. 3. cap. 2. A Phœnice ſeptimus in Bithynia regnabat פנחס *Phinees*, vel *Phineus*, quo tempore Argonautæ expeditionem ſuſceperunt in Colchidem. Inde Agenoridem Poëtæ vocant, quia Agenoris filius erat Phœnix. Apoll. lib. 2. Argonauticôn:

Ἀντιπέρην γαίῃ Βιθυνίδι πείσματ' ἀνῆψαν,
Ἔνθα δ' ἐπάκτιον οἶκον Ἀγηνορίδης ἔχε Φινεύς.
E terra regione Bithynidis anchora jacta eſt,
Cretus ubi Tyrio regnabat Agenore Phineus.

Sunt, qui hunc Phinea Agenoris filium eſſe volunt, quia ibidem ita loquitur:

—— πατὴρ δέ μ' ἐγείνατ' Ἀγήνωρ.

Alii Phœnicis malunt, quem ajunt ex Caſſiopea Arabi filia genuiſſe Ciliccm, Phinea, & Dorychum. At quia inter illud tempus, quo colonia in Bithyniam miſſa eſt, & Argonautarum profectionem intercedunt anni centum & ſexaginta, illis accedo potiùs, quibus, cùm veriſimile non ſiat ut Phœnicis filius Phineus Argonautarum ætatem attigerit, ἕτερον τοῦτόν φασι τὸν Φινέα, ἕβδομον ὄντα ἀπὸ Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος, πρὸς ὃν ἀπήντησαν οἱ ἥρωες, *alium hunc Phinea eſſe dicunt ab Agenoris filio Phœnice, ſeptimum, quem Heroes convenerunt.* Ita Apollonii Scholiaſtes Scriptor eximiæ eruditionis.

Inter oppida, quæ Phœnices in Bithynia condiderunt, Pronecti ſit mentio. Stephanus; Προνεκτός, πόλις Βιθυνίας, πλησίον τῆς Δρεπάνης, ἣν ἔκτισαν οἱ Φοίνικες· *Pronectus urbs Bithyniæ prope Drepanem, quam extruxere Phœnices.* Drepane, aliis Drepanum & Hellenopolis, erat ad Nicomediæ ſinum, ut à Nicephoro deſcribitur. Ibidem igitur Pronectus: quod & alii teſtantur, quibus Prænetum vel Prenetum eſt Pronectus. Socrates lib. 6. cap. 16. Καταλαμβάνει αὐτὸν ἐν Πραινέτῳ· ἐμπόριον γὰρ τοῦτο καταντικρὺ τῆς Νικομηδείας κείμενον. *Deprehendit illum Praneti. Id enim* Bithyniæ *emporium eſt è regione Nicomediæ.* Πραίνετος vel Πρένετος habent Cedrenus & Conſtitutiones Pontificiæ Imperatorum Orientalium. Et Anthol. lib. 4. cap. 19. epigramma habetur εἰς λουτρὸν ἐν Πραινέτῳ, *in balneum, quod eſt Praneti.* Factum videtur nomen ex Syro בירנתא *biranta* vel *birnetha*, quod pro caſtro vel palatio paſſim occurrit in Paraphraſtis. Sed & Hebraicè בירניות *birnajot* ſunt arces aut caſtella 2. Par. 17: 12.

A Phineo nomen habent Ponti loca Phineum & Phinopolis. Suidas; Φίνειον, ὄνομα τόπου ἐν Πόντῳ ἢ ὄρος. Stephanus; Φίνειον τόπος τοῦ Πόντου, κτίσμα Φινέως. Item; Φινόπολις, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ ἀπὸ Φινέως. In Plinio videtur duplex eſſe *Phinopolis*, una in Thracia lib. 4. cap. 11. Veteranorum Phinopolis, juxta quam Boſphorus. Hujus meminit Ptolemæus. Altera in Aſia, & ipſa circa Boſphorum lib. 5. cap. ultimo. *Inde* VIIIMCCL. *paſſ. ubi Phinopolis oppidum fuit. Tenent oram omnem Thyni, interiora Bithyni, is finis Aſiæ eſt.* Niſi quis malit hoc ipſo loco Europæam Phinopolim intelligi. Utut ſit; in Europa Phineum habitaſſe multi volunt. Atque id videtur poſſe colligi ex Apollonii verſibus, quos nuper citavimus. Proinde ibi Scholiaſtes; ὁ Φινεὺς (ὡς οἱ πλεῖστοι) ἐπὶ τῆς Σαλμυδησσοῦ λέγεται οἰκηκέναι, ὅς ἐστι τῆς Θρᾴκης, κατὰ τὰ ἀριστερὰ μέρη τοῦ Πόντου εἰσπλέοντι. *Phineus juxta pleroſque dicitur Salmydeſſi habitaſſe, quæ Thraciæ urbs in Pontum navigantibus ad ſiniſtram occurrit.* Vide etiam Nonnum Dionyſiac. lib. 2. verſ. 686.

Nec omittenda Phœnice inſula, de qua Herodotus lib. 4. ἀπὸ τοῦ Μαριανδυνῶν κόλπου τοῦ πρὸς Φοινίκην κειμένου, ut appellatum pateat ab iis Phœnicibus, quos Mariandinam tenuiſſe docuimus. Phœnicem Sigeo littori adjacere tradit Plinius. Eandem Diogenes Cyzicenus apud Stephanum in Βέσβικος ponit in cenſu inſularum, quæ ſunt circa Cyzicum.

Sed & Paphlagonia, ſi Stephano credimus, dicta eſt ἀπὸ Παφλαγόνος τοῦ Φινέως παιδός *à Paphlago Phinei filio.* Ita etiam Conſtantinus Porphyrogenneta Themat. 7. Paphlagones deducit ἀπὸ Φινέως τοῦ πρώτου τὴν Παφλαγονίαν οἰκήσαντος, ὃς ἔσχε υἱὸν Παφλαγόνα, ἐξ οὗ καὶ ἡ χώρα τὴν προσηγορίαν ἐκληρονόμησεν. *A Phineo, qui primus Paphlagoniam habitavit, qui filium habuit Paphlagonem, a quo etiam regio denominationem accepit.* Fortaſſe Phinei filius pro Paphlago fuit *Phaleg*; unde Paphlagonia compoſito nomine פאת פלג dicta fuerit *plaga Phalegi.* Id enim propriè פאה *pea*. Volunt & Paphlagoniæ priſcam urbem Seſamum, de qua Homerus Iliad. β.

—— καὶ Σήσαμον ἀμφενέμοντο,

conditorem habuiſſe Phineum. Stephanus: Σήσαμον, πόλις Παφλαγονίας, ἐν ᾗ ᾤκησεν ὁ πρῶτος Φινεύς, *Seſamum urbs Paphlagoniæ, in qua primus habitavit Phineus.* Hujus cognomen *Damatris* legitur in Apollonii Scholiaſte lib. 2. τὸ δὲ Σήσαμον μετωνομάσθη Δάματρις ἀπὸ Δαρείου ἀδελφοῦ θυγατρός, *Seſamum autem Damatris cognominatum eſt à Darii fratris filia.* Sed legendum Ἄμαστρις *Amaſtris*. Plinius lib. 6. cap. 2. *Seſamum oppidum, quod nunc Amaſtris.* Strabo lib. 12. ἡ Σήσαμος ἀκρόπολις τῆς Ἀμάστρεως λέγεται. Nempe, ut ibidem narratur, Amaſtris uxor Dionyſii tyranni Heracleæ, filia Oxyatræ fratris illius, quem Alexander debellavit, urbem è quatuor pagis compoſuit, Seſamo, Cytoro, Cromna ac Teio; e quibus Seſamus arx Amaſtris dicitur. Seſami vetus nomen factum volunt à Seſamo, id eſt, שומשמא *ſumſema*. Scholiaſtes, qui ſuprà; ὠνομάσθη δὲ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ σήσαμον λαβεῖν παρὰ Καρῶν, ἀντὶ τῆς χώρας βουλόμενοι κτίσαι τὴν πόλιν. Malim legi ἀπὸ τοῦ σήσαμον λαβεῖν (ſupp. τοὺς ἐγχωρίους) ἀντὶ τῆς χώρας παρὰ Καρῶν βουλομένων κ. τ. λ. *Initio Seſamum appellatum eſt ex eo quod* (incolæ) *ſeſamum pro urbis ſpatio acceperunt a Caribus illam ædificare volentibus.* Videntur hi Cares veniſſe cum Phœnicibus è Phœnice Cariæ, de qua dictum eſt ſuprà; inde Mæotin uſque navigaſſe, & locum oſtio Tanais vicinum occupaſſe. Plinius lib. 6 cap. 7. *Oppidum in Tanais quoque oſtio fuit. Tenuêre finitima prima Cares, dein Clazomenii & Mæones.* Arrianus in Periplo in Boſphorum & Danubii oſtia habet Καρῶν λιμένα *Carum portum.* Et in Mela ibidem *eſt* Mel. lib. 2. cap. 2.
portus Caria. Malim *Cariæ*, quia regio, quæ circa portum eſt, *Caria* appellatur. Arrianus; καὶ ἡ γῆ ἐν αὐτῇ τοῦ λιμένος Καρία καλεῖται.

CAPUT XI.

Phœnices in Thracia & in inſula Thaſo.

Pangæus Thraciæ mons, ubi auri metalla reperit Cadmus. Datus urbs aurifera. Proverb. Δατὸς ἀγαθῶν. Item Θασὸς ἀγαθῶν. Thaſi & Scaptenſulæ proventus auri annuus. Thaſi nomen à [illegible] *theſe*, id eſt, auri bracteæ. Ibid. templum Herculis à Phœnice conditum. Thaſus cur olim *Chryſe* & *Odonis*, & incolæ Δαῖροι. *Dabira* Arab. theſaurus, vox frequens à Giggeio prætcrita. Thaſi obiit Cadmi mater. A quo ad Herculem decem generationes. An Phœnices tenuerint Byzantium & Chalcedonem.

Pangæum in Thracia montem Dion deſcribit juxta Philippos. Ibi auri metalla reperit Cadmus;

mus. Plinius lib. 7. cap. 56. *Auri metalla* (invenit) *& conflaturam Cadmus Phœnix ad Pangæum montem.* Appiano lib. 4. Civilium, Datus urbs eadem quæ Philippi: οἱ δὲ Φίλιπποι, inquit, πόλις ἐστιν, ἣ Δάτος ὠνομάζετο πάλαι. Tamen Strabo in epitome libri ſeptimi ut diverſas deſcribit, ſed utramque auriferam. A Dato Proverbium Δάτον vel Δατὸς ἀγαθῶν, cujus Strabo & Suidas meminêre. Huic geminum adagium in Zenodoto Θάσος ἀγαθῶν ab inſula non minus auri fœcunda Thaſo, quæ à Philippis aberat centum ſtadiis, ut ab Appiano ſcribitur. Incolis ſcilicet tam ex Thaſi quàm ex vicinæ Scaptenſulæ ſodinis auri proventus annuus talentorum erat ducentorum, quandoque etiam trecentorum. Quin his multò admirabiliora ibi reperiſſe Phœnices, qui Thaſum urbem condiderunt refert Herodotus lib. 16. Proinde Thaſo nomen feciſſe autumo, non fabuloſum illum Thaſum, quem ab Agenore cum fratre Cadmo miſſum ad Europam inveſtigandam, ibi ſubſtitiſſe Poëtæ fingunt; ſed auri bracteas, quæ in dies inde efferebantur. Id enim Syris eſt טס *thas.* Cur teth per Θῆτα efferam jam monui. De Herculis templo a Phœnicibus Thaſi condito Euſtathius his verbis meminit: εἶχε δὲ ἱερὸν Ἡρακλέως ἡ Θάσος, ὑπὸ τῶν αὐτῶν Φοινίκων ἱδρυθὲν, οἱ πλεύσαντες κατὰ ζήτησιν τῆς Εὐρώπης τὴν Θάσον ᾤκισαν. *Habuit & Thaſus templum Herculis ab iis ipſis Phœnicibus extructum, qui ad quærendam Europam profecti Thaſum condidêre.*

Vide Marcianum. Perieget. & Apollod. l. 3. et Euſeb. A. 589. et Euſtath. in Dionyſ. verſ. 523. et Nonn. Dionyſ. lib. 2. verſ. 684.

Ante Phœnicum adventum Thaſi Græcum nomen erat Chryſe propter metalla, quæ diximus. Euſtathius ex Arriano; ἐκαλεῖτό ποτε καὶ Χρυσῆ νῆσος διὰ τὰ χρυσᾶ μέταλλα. An eòdem referendum, quod etiam *Odonis* dicta eſt? Heſychius; Ὀδωνίς, ἡ Θάσος τὸ πάλαι: tanquam ab Arabico עדן *adana*, unde addito ſervili M מעדן *madan* eſt fodina, ut Hiſpanis *almaden.* Jam incolæ quorſum Δαῖροι? Heſychius; Δαῖροι, Θάσιοι. An quia דאחר *dabur* Arabibus eſt ὁ θησαυρίζων, & דחירה *dabira* theſaurus? Mirum utrumque fugiſſe Giggeii diligentiam, cùm nihil ſit frequentius. Exempla reperies in N. T. Arabico, Luc. 6: 45. & 12: 21. Rom. 2: 5. 2. Cor. 12: 14. Hebr. 11: 25. Et in Geographo Clim. 1. part. 1. & in Tamerlani hiſtoria pag. 2. & paſſim. Thaſi obiiſſe creditur Europæ mater Telephaſſa. Stephanus ex emendatione illuſtris Scaligeri: Θάσος, νῆσος πρὸς τῇ Θρᾴκῃ, ἔνθα Θηλέφασσα ἡ τῆς Εὐρώπης θνήσκει μήτηρ. Ibidem numerantur decem generationes à Cadmo Phœnicio uſque ad Thebanum Herculem.

In Dionyſ. verſ. 523.

Collegerit aliquis Byzantium etiam & Chalcedonem olim tenuiſſe Phœnices ex his Euſtathii ad Dionyſium: λέγονται μεγάλως ἰσχύσαι καὶ οἱ Βυζάντιοι. πτοηθῆναι δέ ποτε τοὺς Φοίνικας ἐπιπλέοντας, καὶ ἀποφυγεῖν τὴν σφετέραν. Φυγόντας δὲ εἰς τὸν Εὔξεινον μετὰ τῶν Καλχηδονίων οἰκῆσαι τὴν Μεσημβρίαν πόλιν. *Dicuntur & Byzantii multum polluiſſe viribus, ſed metu Phœnicum ad ſe navigantium ſua urbe deſerta in Pontum Euxinum cum Chalcedoniis fugiſſe, & Meſembriam urbem incoluiſſe.* Sed ſumpta hæc ſunt ex Herodoto lib. 6. cap. 33. ubi de Phœnicibus agitur ſub Dario militantibus.

CAPUT XII.

Phœnices in Samothracia, Imbro, Lemno & inſulis circa Magneſiam Macedoniæ.

Cadmi uxor Harmonia à Samothracia. Ibi myſteria *Cabirorum.* Cur iis imbuti plerique heroum, & Alexandri pater Philippus. Cabiri Dii Phœnicum. כביר *cabir* magnus. Cabirorum nomina Phœnicia. *Axieras* Ceres אחזי ארץ poſſeſſio mea terra. *Axiokerſos* Pluto & *Axiokerſa* Proſerpina אחזי קרשא poſſeſſio mea mors. Sic diabolus habet imperium mortis, Hebr. 2: 14. קרץ mors, Jerem. 46: 20. *Caſmilus*, *Camillus*, *Cadmilus*, *Cadmelus*, חדמאל *Chadmel* miniſtar Dei Mercurii nomen. Cabirorum ſimulachra ridicula. Hebr. *ſamadraces* morio, quaſi Samothraces Deos geſtu imiteretur. Chryſoſtomus ſcribit σαμάραξ, Auguſtinus *ſamardacum.* Cabirorum ſacerdos κοίης & κοίης, id eſt, כהן *cohen.* N cur ablatum, Κοιᾶς, ἱερᾶς. Cabiris ſacra *Zerynthus*, ubi canes Hecatæ immolabantur. זברתא *Zibartho* Luna ſeu Hecate Syris. זהרה *Zahrath* Venus Arabibus. *Zerynthia* Venus. Lingua Samothracum in ſacris. *Imbros*, Cabiris ſacra inſula, leporibus mirè ſcatens. Inde ארנבי *Irnebi* dicta, id eſt, *Laguſa.* *Lemnon* adiit Philoctetes à ſerpente morſus propter Lemniam terram, cujus vi labra vulnerum coaleſcunt, maximè in venenato morſu. Id ſignificari Arab. vocibus לאם נחם *lam naat.* Tamen *Lemnos* potiùs לבנא *Libno*; ut Λεμνὰ pro *Libna*, Joſ. 21: 13. Multa hujuſmodi. *Lemnos* לבנא *Libno* à candore terræ Lemniæ, vel ſaxorum, vel ignium è terra erumpentium; unde & *Æthalia.* לבן Hebr. de candore ignis. Mons *Moſychlus*, in quo Vulcani fornax, unde dictus. Vulcanus cur Græcè Ἥφαιστος. *Tubalcain.* *Nea* inſula prope Lemnum, in qua Philoctetes morſus, unde dicta. *Scyrus* petroſa inſula, vel Græcum nomen vel Arabicum. צחור *ſuchur* Arab. petræ. *Sciathus* קשיתא *kſiatho*, quia dura & aſpera. *Peparethus* פפרתא a copia fructuum, etiam *Evænus* dicta. Plinius emendatus. Icos עיקא, id eſt, anguſta. *Cicynethus* inſula חיק עינות *chek ainoth* ſinus fontium; quia in Pagaſæo ſinu, à fontibus ſic appellata, non ab Argo ibi compaginata.

Thaſo vicina eſt Samothracia, unde oriundam eſſe fabulantur Cadmi uxorem Harmoniam, vel Hermionem. Diodorus lib. 5. ubi de Samothracibus: Μετὰ δὲ ταῦτα Κάδμον τὸν Ἀγήνορος κατὰ ζήτησιν τῆς Εὐρώπης ἀφικέσθαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ τῶν τελετῶν μετασχόντα γῆμαι τὴν ἀδελφὴν Ἰασίωνος Ἁρμονίαν. *Cadmum deinceps Agenoris filium, cum Europam quærens ad eos perveniſſet, perceptis myſteriis uxorem duxiſſe Harmoniam.* Myſteria Cabirorum intelligit Deorum Samothraciæ; tum temporis celeberrima. Credebantur enim iis imbuti juſtiores fieri & ſanctiores, & in quibuſcumque periculis præſentiſſimos habere Deos, & à naufragio maximè eſſe prorſus immunes. Quo errore excæcati Jaſon, Orpheus, Hercules, Caſtor, Agamemnon, Ulyſſes & Pollux, & heroum plerique, ſed & Alexandri pater Philippus Samothraciæ ſacris voluerunt initiari. Vide Diodorum ubi ſuprà, & Apollonii Scholiaſtem in primum Argonauticôn, & Plutarchum in Alexandro, & Suidam in Σαμοθρᾴκη.

Hæc porro facta eſſe Phœnicia docet ipſum Cabirorum nomen. Cabiri enim vel Caberi ſunt Dii Phœnicum, qui Beryti maximè colebantur. Sanchoniathon apud Euſebium lib. 1. Præparat. Καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ Κρόνος Βύβλον μὲν τὴν πόλιν θεᾷ Βααλτίδι, τῇ καὶ Διώνῃ, δίδωσι· Βηρυτὸν δὲ Ποσειδῶνι καὶ Καβείροις. *Interea Saturnus Byblum quidem urbem Deæ Baaltidi, quæ & Dione, dono dedit; Berytum autem Neptuno & Caberis.* Damaſcius apud Photium; Ὁ ἐν Βηρυτῷ Ἀσκληπιὸς οὐκ ἐστιν Ἕλλην, οὐδὲ Αἰγύπτιος, ἀλλά τις ἐπιχώριος Φοῖνιξ. Σαδύκῳ γὰρ ἐγένοντο παῖδες, οὓς Διοσκούρους ἑρμηνεύουσι καὶ Καβείρους. Ὄγδοος δὲ ἐγένετο ἐπὶ τούτοις ὁ Ἔσμουνος השמיני, ὃν Ἀσκλήπιον ἑρμηνεύουσιν. *Æſculapius, qui Beryti colitur, non eſt Ægyptius, ſed Phœnix aliquis indigena. Sadyce enim filii fuêre quos Dioſcuros & Cabiros interpretantur: octavus autem illorum fuit Eſmunus quem Æſculapium exponunt.* כביר *cabir* Hebræis & Arabibus magnum & potentem ſonat. Hinc jam alii obſervarunt inde appellatos Cabiros, id eſt, Divos potentes, ut Varro & Tertullianus explicant, θεοὺς μεγάλους καὶ δυνατοὺς, Orpheo ἐνδυνάτους.

Vide Varr. de Ling. Lat. lib. 4. Tertull. de Spectac. cap. 8. Orph. hymnô in Curet.

Nunc rem intentatam hactenus, ſingulorum Samothraciæ Cabirorum nomina Phœnicia eſſe docebo. Ea ſic refert Apollonii Scholiaſtes lib. 1. ex Mnaſea: Τέσσαρές εἰσι τὸν ἀριθμὸν, Ἀξίερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ. Ἀξιόκερσα δὲ ἡ Περσεφόνη, Ἀξιόκερσος δὲ ὁ Ἅδης. Ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος Κάσμιλος ὁ Ἑρμῆς ἐστιν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος. *Quatuor ſunt numero, Axieros, Axiokerſa, Axiokerſos.*

kerſos. Axieros nimirum eſt Ceres, Axiokerſa autem Proſerpina, & Axiokerſos Pluto. Quartuſque qui additur Caſmilus eſt Mercurius, ut narrat Dionyſodorus. Idem referunt Phavorinus, & Etymologus in Κάβειροι.

Axieros pro Cerere Phœnicibus erat אחזי ארץ *Achazi-eres* poſſeſſio mea terra, ut *Achazias* poſſeſſio mea Deus. Ex *Achazi* factum *Axi* per ſyncopem, ut in Græcorum hiſtoriis Oxyares ex Perſico אחשורש *Achaſueros* vel ut alii *Aſſuerus*. Et in libro Enochi apocrypho Ἐξαὴλ Angeli nomen à viro magno exponitur אחז אל *Achaz-el* poſſeſſio Dei. Tamen legi malim יצקאל *Iſcael* à verbo יצק quod eſt metalla fundere, quia angelum illum docuiſſe ſcribit τὰ μέταλλα τῆς γῆς καὶ τὸ χρυσίον πῶς ἐργάσονται, *quomodo metalla terræ & aurum elaborentur.*

Axiokerſos & *Axiokerſa* pro Plutone & Proſerpina ſolùm genere & terminatione differunt: & utriuſque vocis prima pars jam explicata eſt. *Axio* enim idem quod *axi* vel *achazi* poſſeſſio mea, o in fine addito, ac ſi eſſet ab ἄξιος. Quippe, ut jam ſæpe notatum, barbaras voces Græci quantum poſſunt in Græcas μετασχηματίζουσι. Quod ſupereſt *kerſa* vel *kerſos* fit ex Hebræo קרץ *keres*, quod pro excidio & morte ſumitur, Jer. 46: 20. ut monent Hebræi omnes. Unde & Arabicè in Giggejo קרץ *obiit, mortuus eſt*, אלאנקראץ *mors, conſummatio.* Omnino igitur אחזי־קרץ *Achazi-keres* vel *Axiokerſos* vocatur Pluto propter imperium in mortem & inferos. Nec diſſimili locutione diabolum dicit Paulus, Hebr. 2: 14. τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, *imperium habere mortis.* Ubi Syrus Interpres דאחוד *qui poſſidet imperium mortis*, uſus illo ipſo verbo Syro more inflexo ex quo componitur *Axiokerſos*, Syris enim אחד *achad* idem eſt quod Hebræis אחז *achaz*, *daleth* & *zain* de more permutatis. Alio nomine Pluto à Phœnicibus μοὺθ מות, id eſt, θάνατος mors dicebatur, ut teſtatur Philo Byblius.

His tribus Mnaſeæ Cabiris, quartum addit Dionyſodorus Caſmilum ſeu Mercurium: quanquam illum plerique ponant in inferiori ordine, & pro miniſtro duntaxat habeant. Varro: *Caſmilus nominatur in Samothraces myſteriis Deus quidam adminiſter Diis magnis.* Plerique alii Camillum ſcribunt. Plutarchus in Numa; καὶ τὸν ὑπηρετοῦντα τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς ἀμφιθαλῆ παῖδα λέγεσθαι Κάμιλλον, ὡς καὶ τὸν Ἑρμῆν οὕτως ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων Κάμιλλον ἀπὸ τῆς διακονίας προσηγόρευον. *Et miniſtrantem in æde Jovis puerum in flore ætatis dici Camillum, ut & Mercurium Græcorum nonnulli, ita Camillum à miniſterio appellavêre.* Dionyſ. Halicarnaſſeus lib. 2. ὑπηρέτουν τοῖς ἱερεῦσιν οἱ λεγόμενοι νῦν παρὰ Ῥωμαίων κάμιλλοι, *ſerviebant ſacerdotibus qui à Romanis nunc camilli dicuntur.* Sic Statius Tullianus ait *dixiſſe Callimachum Tuſcos Camillum appellare Mercurium.* Tamen Varro Caſmillum ſcribit tanquam ex Callimacho. Feſtus: *Flaminius Camillus puer dicebatur ingenuus patrimes & matrimes, qui Flamini Diali ad ſacrificia præminiſtrabat: Antiqui enim miniſtros camillos dicebant.* Macrobius Saturnal. lib. 3. *Romani quoque pueros puellaſve nobiles & inveſtes camillos appellant Flaminicarum & Flaminum præminiſtros.* Pacuvius in Medea: *Cœlitum camilla expectata advenis.* Hinc Poëta Metabum dicit *Camillam* appellaſſe filiam; Dianæ ſcilicet præminiſtram: ſed & idem *Caſmillam* ſcribit.

Macrob. lib. 3.

Æn. lib. 11.

—— matriſque vocavit
Nomine Caſmillam mutata parte Camillam.

Ubi Servius: *Camilla quaſi miniſtra dicta eſt: miniſtros enim & miniſtras impuberes camillos & camillas in ſacris vocabant. Unde & Mercurius Hetruſcâ linguâ Camillus dicitur quaſi miniſter Deorum.*

Sed Bœoti qui vocabulum à Phœnicibus didicêre, neque *Camillum* ſcribebant, neque *Caſmillum*, ſed *Cadmillum*. Vetus author apud Phavorinum: Κάδμος οὐ κύριον μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἑρμοῦ ἐπίθετον, οὗ παράγωγον ὁ Κάδμιλος παρὰ Λυκόφρονι. *Cadmus non tantùm proprium nomen, ſed & Mercurii epithetum, unde derivatur Cadmilus apud Lycophronem;* Nempe in Caſſandra verſ. 162.

Βυλαῖς ἀνάγνοις ὃς ὁ Καδμίλου γόνος
Ἤρτυσε, τῇ δὲ λοίσθιον ἐκπιὼν σκύφον,
Φερωνύμους ἔδυψε Νηρέως τάφους.
Dolis ſceleſtis Cadmili quos filius
Paravit hauſto deinde ſupremo ſcypho,
Sepulchra ſubiit Nerei cognomina.

Myrtilum intelligit Cadmili Mercurii filium, qui Myrtoo mari nomen dedit, in quod illum dejecit præcipitem Pelops. Scholiaſtes in hunc locum: Καδμίλου, ὁ Ἑρμῆς Βοιωτικῶς, ὁ καὶ Κλεοβούλου υἱὸς (lege οὗ καὶ Κλεοβούλης υἱὸς) ὁ Μυρτίλος ὁ Οἰνομάου ἡνίοχος. *Cadmilus Mercurius Bœoticè, cujus & Cleobulæ, filius fuit Myrtilus Oenomai auriga.* Mercurium igitur patet pro *Camillo* & *Caſmillo* etiam dici *Cadmilum.* Quam ſcripturam merito ſuo reliquis longè præfero, cùm quia in Bœotia nata eſt, ubi Phœnices diu hæſerunt: tum maximè quia Arabicè חדם *chadama* eſt miniſtrare. Nullum eſt verbum notius. Sic in Proverbiis Abi Ubid in ultimo ſecundæ centuriæ פחדמת אלבנת (*phechadamatbelbinto*) *& miniſtravit filia.* Joh. 12: 26. חאדמי (*chadimi*) ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς *miniſter meus*, & מן יחדמני (*men jachdamoni*) *qui miniſtrabit mihi* διακονῇ. Atque ut uſurpari ſcias etiam de ſacro miniſterio, Luc. 1: 5. pro ſacerdotum ἐφημερίᾳ Arabs Interpres habet חדמה *chadmath.* Et Jacob. 1: 27. eadem voce redditur θρησκεία: & Exod. 28: ℣. 4 de ſacerdotibus dicitur אן יחדמוני (*inna jachdamuni*) *ut mihi miniſtrent*, pro Hebræis לכהנו לי εἰς τὸ ἱερατεύειν μοι. Omnino igitur *Cadmilum* Phœnices ſcripſerunt חדמאל *Chadmel*, id eſt, miniſtrum Dei, miniſtrum ſacrum, quomodo Camillum & Caſmillum Veteres ſummo conſenſu explicant. C factum ex ח *cheth* ut in Tapſaco ex תפסח *Thipſach*, & *Malaca* ex מלחא *Malacha*, & *Calacina*, ex כלח *Calach*, & ſimilibus. Rurſus *Chadmel* mutatum in *Cadmilum*, quia Phœnicium אל *el* Græcè ſcribebatur Ἦλος. Hinc in Theologia Phœnicum apud Philonem Ἦλος idem qui Κρόνος: nempe Saturnus אל *el*, id eſt, Deus, κατ' ἐξοχὴν appellabatur. Ita legitur in Damaſcio. Quin & *Cadmelum* reperias apud Nonnum, qui de Mercurio ſic habet lib. 4. Dionyſiac.

Οὐδὲ μάτην Κάδμηλος ἀείδεται.
Cadmelumque hunc jure vocant.

Cabirorum ſimulachra erant ὅμοια τοῖσι τοῦ Ἡφαίστου, *Vulcani ſimulachris ſimilia.* Ita Herodotus lib. 3. Forma nimirum & ſpecies utriſque ridicula. Proinde ut ibidem narratur, Cambyſes Memphiticum Vulcani templum ingreſſus τῷ ἀγάλματι κατεγέλασε, *ſtatuam ejus excepit multo riſu.* Sed & Cabirorum fanum ſolis ſacerdotibus permiſſum cùm adiiſſet, τὰ ἀγάλματα καὶ ἐνέπρησε πολλὰ κατασκώψας, *ſimulachra concremavit multis in ea jocatus verbis.* An hinc in Hebræorum libris סמדרקום *ſamadracos* pro morione ſumitur, quaſi Samothraces Deos, id eſt, Cabiros, oris atque corporis habitu imitetur: *V. Buxtorf. Lex. Talm.* Chryſoſtomus pro *ſamadraco* unius literæ trajectione σαμάρδακος eodem ſenſu uſurpat, ſic ſcribens homil. 17. in epiſt. ad Epheſios: Οὐχ ὁρᾷς τὰς λεγομένους γελωτοποιοὺς σαμαρδάκας, οὗτοι εἰσὶ οἱ ἐντράπελοι. Non erat cur σαμαρδάκας mutarent in τοὺς κόρδακας qui nuperas editiones procurarunt. Omnino enim σαμάρδακος idem ibi qui סמדרקום *ſamadracos.* Et videntur *ſamadracos* Phœnices & Hebræi deflexiſſe ex *Samothrace.* Eódem refero Auguſtini

ni *ſarmadacos* Academicorum lib. 3. cap. 15. *Ille autem*, inquit, *caſu planus erat de iis quos ſarmadacos jam vulgus vocat.* Pœnorum vulgus, niſi fallor, intelligit. Nam in Africa ſcripſit hos libros in Verecundi Grammatici villa Caſſiaco, non procul à Tagaſte.

Cabirorum ſacerdos dicebatur κοίης vel κόης. Heſychius: Κοίης ἱερεὺς Καβείρων ὁ καθαίρων φονέα, οἱ δὲ Κόης, *Koes ſacerdos Cabirorum homicidam luſtrans, aliis Coes. Coes*, id eſt, *cohen* Hebraicè ſacerdos. Nempe ex Hebræis nominibus in N deſinentibus Græci formant accuſativos ſuos. Ut à Jonathan Ἰωνάθης Ἰωνάθην, à Chanaan Χνᾶ, Χνᾶν, ab *Eſion* in *Eſion Gaber* Αἰσία Αἰσίαν: Sic à כהן *cohen* κόης κόην. Dicitur etiam κοίης addito *Iota*, ut aliquo modo ſuppleat defectum τοῦ ה. Unde verbum κοιᾶσθαι idem quod ἱερᾶσθαι *ſacerdotio fungi*. Heſychius κυᾶται, ἱερᾶται.

Cabiris Samothracum ſacra fuit ſpelunca quædam *Zerynthus* nomine, in qua canes Hecatæ immolabantur. Lycophron verſu 77.

> Ζήρυνθον ἄντρον τῆς κυνοσφαγοῦς (lege κυνοσφαγῆς) θεᾶς
>
> *Zerynthon antrum immane canicidæ Deæ:*

Id eſt, Hecates cui θύουσι κύνας, ὥς φησι Σώφρων ἐν μίμοις, ὁ γὰρ κύων βαΰζων λύει τὰ φάσματα, *canes immolant, ut ait Sophron in mimis, quia canis latratu ſpectra diſſolvit.* Ita Scholiaſtes ad Lycophronem. Et Stephanus: Ζήρυνθος πόλις καὶ ἄντρον Ἑκάτης ἐν Θρᾴκῃ, *Zerynthus urbs & antrum Hecates in Thracia.* Imò ἐν Σαμοθρᾴκῃ *in Samothracia.* Nicandri Scholiaſtes ad Theriaca verſ. 462. Τὸ Ζηρύνθιον ἄντρον ἐν Σαμοθρᾴκῃ φασὶν εἶναι, *Zerynthium antrum in Samothracia eſſe dicunt.* Ovidius Triſtium lib. 1. Eleg. 9.

> *Inde levi vento Zerynthia litora nacta,*
>
> *Threicium tetigit feſſa carina Samon.*

Nonnus Dionyſiac. lib. 13. verſ. 400. in Samothraciæ deſcriptione.

> Καὶ ζαθέην Ζήρυνθον ἀκοιμήτων Κορυβάντων,
>
> Κτίσμα φατιζομένης Περσηΐδος.
>
> *Quamque tenent vigiles Zerinthus ſacra Cabiri,*
>
> *Grande celebris opus Perſeidis.*

Id eſt, Hecates Perſæ filiæ. Suidas in Ἀλλ' εἴτις de Samothracia: ἦν δὲ ἐκεῖσε καὶ τὰ τῶν Κορυβάντων μυστήρια, καὶ τὰ τῆς Ἑκάτης, καὶ τὸ Ζήρυνθον ἄντρον, ἔνθα κύνας ἔθυον. *Illic etiam erant Corybantum*, (id eſt, Cabirorum) *& Hecates myſteria, & Zerynthum antrum, ubi canes immolabant.* Ariſtophanis Scholiaſtes in pace: οἱ ἐν κινδύνοις γενόμενοι ἐπεκαλοῦντο τούτους τοὺς δαίμονας τοὺς ἐν Σαμοθρᾴκῃ, τούς τε Κορύβαντας καὶ τὴν Ἑκάτην. ἐξ ἧς καὶ διαβόητον ἦν τὸ Ζήρυνθον, ἔνθα ταύτῃ ὠργίαζον καὶ ἠλευθεροῦντο. *Qui verſabantur in periculis Samothracios illos dæmones, & cum Hecate Corybantas invocabant: unde celebre illud antrum Zerynthium, in quo in illius honorem orgia celebrabant & liberabantur.* Ἄντρον Ζήρυνθον, id eſt, זהרתא *Ziartho* Lunæ, quam cum Hecate eandem eſſe vel pueri ſciunt. Nempe Luna Syris זירא *Ziara* à ſplendore dicitur, ut à rotunditate סיהרא *Sihara.* Sic Deut. 4: 19. in Jonathane, ודלמא תתלון עיניכון לצית שמיא ותחמין ית שמשא וית זיהרא, *ne ſuſpenſos teneatis oculos veſtros verſus cœlos & contemplemini Solem & (Ziara) Lunam.* Ex abſoluto *Ziara*, vel *Ziaro* ut Syri efferunt, fit emphaticum זיהרתא *Ziartho*, ex quo Græcum *Zerynthos.* At Arabibus זהרה *Zahra*, *Zahrath*, *Zahrathon* eſt Venus, quæ & ipſa cum Cabiris in eodem antro colebatur. Unde eſt quod Ζηρυνθίαν vocat Lycophron. Quomodo dici Venerem ab antro Zerintho teſtantur Suidas, Iſacius, & author Etymologici.

Ex hoc ſpecimine apparet quorſum de Samothracibus ſcribat Diodorus lib. 5. Ἐσχήκασι δὲ πα- Pag. 222. & 223.
λαιὰν ἰδίαν διάλεκτον οἱ αὐτόχθονες, ἧς πολλὰ ἐν ταῖς θυσίαις μέχρι τοῦ νῦν τηρεῖται. *Habuerunt autem indigenæ linguam veterem ſibi propriam cujus in ſacrificiis hodiéque multa ſervantur.* Lingua illa vetus erat Phœnicia, cujus vocabula ſunt *Samos*, *Cabiri*, *Axieros*, *Axiokerſos*, *Cadmilus*, *Coes*, *Zerynthus*, *&c.*

Prope Samothracem iiſdem Cabiris & Mercurio ſacra fuit Imbros Inſula & oppidum. Stephanus: Ἴμβρος, νῆσος ἱερὰ Καβείρων καὶ Ἑρμοῦ, ὃν Ἴμβρον λέγουσι μάκαρες. Ἔστι καὶ πόλις. *Imbrus, inſula ſacra Cabiris & Mercurio, quem Imbrum Dii appellant: eſt & oppidum* in inſula ejuſdem nominis. Hæc inſula leporibus mirè ſcatet. Geographus anonymus ſub Conſtantio: *Imbrus leporinam veſtem multam ejicit*, id eſt, emittit. Addit horum animalium ibi eſſe multitudinem. Lepus Hebr. eſt ארנבת *arnebeth*, Arab. ארנב *arneb* vel *irneb.* Unde literis trajectis factum *Inbros* & *Imbros*, N mutato in M propter B ſequens. Itaque *Imbros* idem eſt quod *Laguſa* Græcis, cujus nominis aliquot inſulas habuit Ægeum mare, etiam circa Troadem. Vide Plinium lib. 5. cap. 31.

Eſt & cur Phœnices putem nomen impoſuiſſe vicinæ Lemno. Trojani belli tempore Philoctetes ab hydro vel cherſydro morſus, aut ut Sophocles, à vipera, in ea inſula relictus eſt, quia Vulcani ſacerdotes Lemnii ἐθεράπευον τοὺς ὀφιοδήκτους. Ita habet Euſtathius in lib. 2. Iliad. Forſaſſe ex Dicty Cretenſi qui idem refert lib. 2. Lemnum ſcilicet nobilitat imprimis terra Lemnia, cujus aſtrictoria vi labra vulnerum coaleſcunt & obducuntur, maximè in venenoſo morſu. Galenus cùm in Lemnum ideò navigaſſet ut hujus terræ vires penitiùs cognoſceret, quendam refert ſe conveniſſe qui ἐπὶ τραυμάτων, καὶ παλαιῶν καὶ δυσεπουλώτων, ἐχιοδήκτων τε, καὶ ὅλως θηριοδήκτων, ἐπί τι τῶν θανασίμων φαρμάκων, οὐ προδιδοὺς μόνον, ἀλλά τε καὶ ἐπιδιδοὺς ἐχρῆτο τῇ σφραγίδι. *Ad vulnera cùm vetera, tum cicatrici obducendæ contumacia, & ad morſus viperæ, adeóque omnes venenoſos morſus lethalia venena, non ſolùm pro antidoto, ſed & poſt venenum ſumptum, ſigillo utebatur*, id eſt, terra ſigillata ſive Lemnia. Similia de terræ Lemniæ viribus, in Aëtio & Avicenna & Serapione legas. Fallor an inde pharmaco nomen, adeóque toti inſulæ? Cùm Arabicè לאם *lama*, cùm de vulnere agitur, ſit id ipſum דמל *damila*, conſolidare, obſtringere, agglutinare. Unde eleganti metaphora ejuſdem verbi uſus eſt in conciliatione animorum, cùm qui priùs diſſidebant redeunt in gratiam, & novo concordiæ vinculo inter ſe coaleſcunt. Videant igitur peritiores an fiat Lemnos vel ex ſimplici לאם *lama*, vel ex compoſito לאם נהש *lam nahs*, q. d. συνουλωτικὸν φάρμακον τῆς δήξεως, pharmacum vulneris ex morſu obducendi vim habens. Arabicè enim נהש *nahs* eſt morſus. Aët. Tetrab. 1. ſerm. 1. cap. 2. Avic. lib 2. Serap. cap. 405.

Aut ſi quis putet hoc etymon nimis eſſe operoſum, quia in illis linguis hujuſmodi compoſitiones ſunt infrequentes, ecce aliud facilius, quodque adeò puto verius. Quamvis Galeni Lemnia rubricæ colorem habeat, tamen alia eſt Lemnia in alia parte inſulæ quæ vel alba eſt vel ſubalbida. Stephanus Albacarius teſtis αὐτόπτης in literis ad Busbequium è Lemno ſcriptis: *Quæ ibi effoditur terra majori ex parte candicat, aut pauliſper ſubrubet.* Itaque ut populus alba Græcè λεύκη & Hebraicè לבנה *libne* dicitur ab albedine, ita etiam hæc terra Phœniciè dici potuit *libno* vel *lebno*, quod Græci in *Lemnon* verterint ad vitandam κακοφωνίαν. Tale in Joſepho & aliis *Iemnia* urbs pro יבנה *Iabne*, & in Græca Verſione Σομνὰς pro *Sobna*; Et pro לבנה *Labna* Λομνὰ *Lomna* 2. Par. 21: 10. & Λεμνὰ *Lemna*, Joſ. 21: 13. Et Λέμνα *Lemna* her-

ba foliis albis in Orchomenio Bœotiæ lacu de qua nos infrà. Aut לבנא *Libna* dicta eſt *Lemnos* ab albedine rupium; ut in vicina Samothrace quam Ariſtoteles *Leucaſiam*, Heraclides *Leucaniam*, & Euſtathius in Iliade ω. *Leuconiam*, appellat; nec procul inde Tenedos, cujus vetus nomen erat *Leucophrys*. *Libna* denique dici potuit, quod nemo non ſtatim agnoſcet, à candore ignium ex illa erumpentium. Nam ideò Vulcanus fingitur in eam è cœlo delapſus ὅτι πῦρ ἐκεῖ γῆθεν ἀνεδίδετό ποτε αὐτόματον, *quia olim ibi è terra erumpebat ſpontaneus ignis*. Ut ſcribit Euſtathius in lib. 1. Iliad. Itaque etiam Αἰθάλειαν *Æthaliam* Veteres vocarunt, ut Polybius author eſt apud Stephanum, tanquam ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι *ab ardendo*. Hinc Lycophroo in Alexandra

Vide Suid. in Λημναῖον πῦρ

—— τεφρώσας γυῖα Λημναίῳ πυρὶ
—— *adurens igne membra Lemnia*.

Et Seneca in Hercule Octæo verſ. 1359.

Quæ tanta nubes flamma Sicanias vomit?
Quæ Lemnos ardens?

Hùc facit quod verbum לבן *laban*, unde לבנה *Libna*, in *Piel* & *Hiphil* ſignificat candefacere, quomodo in igne metalla. Sic in Miſna ליבן סכין באור *candefacit cultrum in igne*: Item ברזל שלבנו באש *ferrum quod in igne candefaciunt*, id eſt, accendunt & emolliunt ad fuſilia opera.

Ignis Lemni erumpebat maximè è monte *Moſychlo* de quo Heſychius & Nicander in Theriacis verſ. 472. Ad quem locum Scholiaſtes hæc citat ex Antimacho.

—— Ἡφαίστου πυρὶ εἴκελον, ὅ ῥά τιτύσκει
Δαίμων ἀκροτάταις ὄρεος κορυφαῖσι Μοσύχλου.
—— *quales in ſumma rupe Moſychli*
Mulciber accenſis fornacibus excitat ignes.

Et ex Eratoſthene,

—— φαίνεται Μοσυχλαίῃ φλογὶ ἶσον
—— *elucet Moſychlæis ignibus æquum*.

Itaque *Moſychlus* vel מזלגא *Mazlego* ſplendens, ut in Syra Paraphraſi, Apoc. 21. verſ. 21. vel מזלק *Mazlec* ardens, unde זליק *zelic* Chald. ſcintilla. Et Vulcanus Græcè dicitur Ἥφαιστος, Doricè Ἅφαιστος, id eſt, אב אשתא *af-eſto*, pater ſeu inventor ignis, quia ut Græci fabulantur ἀνεῦρε πῦρ, καὶ τέχνας τὰς ἐκ τοῦ πυρὸς ὁπόσας *invenit ignem & artes ex igne quotquot ſunt*. Nempe *Vulcanus* eſt *Tubalcain*, quod ipſum nomen indicat.

Tzetz. Chil. 10. hiſt. 315. Gen. 4:22.

Inter Lemnum & Helleſpontum *Neas* vocari tradunt inſulam ἐν ᾗ Φιλοκτήτης ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου, *in qua Philoctetes ab hydra morſus eſt*. Stephanus & ex illo Suidas. Nempe נחש *nahas* Hebræis eſt ſerpens. Sed Veteres dicebant *nees*. Tale *neel* pro נחל *nahal* in Epiphanio hæreſ. 66. & paſſim *beel* pro בעל *Baal* in nomine *Beelzebub*. Porro *Nea* factum ex *Nees*, ut *Theba* ex תבץ *Thebes*, *Daphna* (Peluſiæ) ex תחפנס *Taphnes*, *Lipara* ex נברש *Nibras*, ut ſuo loco docemus.

Lemno ad Auſtrum ſubſunt inſulæ multæ ante Magnetes ſitæ, αἱ δ' ἐν ὀνόματι Σκίαθός τε, καὶ Πεπάρηθος, καὶ Ἰκός, Ἀλόννησός τε, καὶ Σκῦρος, ὁμωνύμους ἔχουσαι πόλεις; *in quibus celebres Sciathus, & Peparethus, & Icus, & Haloneſus, & Scyrus cum oppidis ejuſdem nominis*. Harum Haloneſus & Scyrus à Græcis, reliquæ à Phœnicibus nomen conſequutæ ſunt. Quanquam de *Scyro* non ſatis conſtat. Græcè quidem σκῦρος eſt λατύπη ut volunt, id eſt, quod à lapidibus marmorarii abradunt: & in Euſtathio σκυρώδης occurrit pro *petricoſo*, & in Heſychio σκυρωθῶσι pro λιθωθῶσι: & in Pindaro Pythia 5. σκυρωτὰν ὁδὸν Scholiaſtes λιθόστρωτον *lapidibus ſtratam*, Heſychius ἀπόκροτον *aſperam* interpretatur. Inde *Scyrus* dici putatur, quia petricoſa eſt inſula. Sed vox hæc Græcis quàm eſt infrequens, tam familiaris eſt Arabica צחור *ſuchur* pro petris à qua Σκῦρος nomen deduci potuit non incommodè. Vide Arabicas Paraphraſes, Pſal. 103:13. Matth. 27:51. Apocal. 6. ꝟ. 15, 16. &c. *Sciathus* per metatheſim deductum ex קשיתא *kſiatha*, quaſi dixeris duram & aſperam inſulam, facto nomine ex argumento. Quod planum facient hæc Senecæ de conſolatione ad Helviam cap. 6. *Deſerta loca & aſperrimas inſulas Sciathum & Seriphum, Gyarum & Coſuram pete*.

Peparethum cum oppido quondam Evonum dictam ſcribit Plinius lib. 4. cap. 12. Sed pro *Evonum* ſcribendum *Evœnum*, id eſt, εὔοινον *vino fertilem*. Erat enim inſula εὔοινος. Ita habetur in Heraclidis politiis, qui eam tam à vini quàm à pomorum & frugum feracitate commendat: αὕτη ἡ νῆσος, inquit, εὔοινός ἐστι, καὶ εὔδενδρος, καὶ σῖτον φέρει. *Hæc inſula vino & arboribus & frumento eſt ferax*. In Ovidio legitur Metam. lib. 7. fab. 15.

—— *nitidaque ferax Peparethos oliva*.

Et in Philoctete Sophoclis verſ. 549. ἐς τὴν εὔβοτρυν Πεπάρηθον, *in vitiferam Peparethum*. Itaque à verbo פרה *para*, quod feracem eſſe ſonat (duplicatis radicalibus ut in שעשעים ex שעה, & תעתעים ex תעה, & יפיפיה ex יפה) primò פרפרת *Perpareth* factum, deinde פיפרת *Pepareth*, altero R pereunte, ut alterum L in Syris גגלתא *gogoltha*, שושלתא *ſoſiltha*, קיקלתא *kikaltha*, & ſimilibus, pro plenis גלגולתא *golgoltha*, שולשלתא *ſolſiltha*, קילקלתא *kilkaltha*; & alterum R in שישורא *ſiſura* catena pro שרשורא *ſirſura*.

Icos exigua eſt inſula Eubœæ propior, cujus præter Strabonem meminêre Scylax, & Phanodemus apud Stephanum, & Livius lib. 31. & Appianus lib. 5. civilium, ſed & Antipater Sidonius, epitaphio in Homerum Anthol. lib. 3. cap. 25. ubi βραχύβωλον appellat brevis glebæ inſulam, id eſt, anguſtam & perpuſillam. Verba ſunt:

—— ἴδ' ἔτι κεῦθει
Καὶ Θέτιδος γαμέταν ἀβραχύβωλος Ἴκος.
—— *inſula parvi*
Ceſpitis Æmonium Pelea condit Icus.

Nomen ab anguſtiis factum; id enim Syris eſt עיקא *Ico*, à verbo עוק *uk*, id eſt, coarctare, etiam Hebræis notiſſimo. Eo fortè alluſit Antipater, Poëta Sidonius, cui Syra vox non potuit non eſſe nota.

Eſt & in ora Magneſiæ *Pagaſæus* vel *Pagaſicus* vel *Pagaſeticus* ſinus (Ptolemæo Pelaſgicus) in quo inſula *Cicynethus*. Strabo lib. 9. ubi de ſinu Pagaſetico: ἐν δὲ τῷ κόλπῳ φησὶν εἶναι τὴν Κικύνηθον νῆσον, καὶ πολίχνην ὁμώνυμον, *in illo autem ſinu dicit* (Artemidorus) *eſſe inſulam Cicynethum, & oppidum ejuſdem nominis*. Scylax: ἐν δὲ τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ ἐστὶ νῆσος Κικύνηθος καὶ πόλις, *in ſinu autem Pagaſetico eſt inſula Cicynethus cum urbe*. Mela lib. 2. cap. 7. *Pagaſæus ſinus Sciathon proſpicit, Cicynethum amplectitur*. Plinius lib. 4. cap. 12. *Pagaſicus ſinus ante ſe habet Eutychiam, Cicynethum, &c.* Quia ex eo ſinu Argonautæ profecti ſunt, urbem Pagaſas quæ nomen ſimul dedit, plerique dici volunt, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ πεπῆχθαι τὴν Ἀργώ, *ab eo quod navis Argo ibi compacta & compaginata eſt*. Οἱ δὲ πιθανώτεροι ἡγοῦνται τοὔνομα τῷ τόπῳ τεθῆναι τοῦτο ἀπὸ τῶν πηγῶν, αἳ πολλαί τε καὶ δαψιλεῖς ῥέουσι. *At* (ex ſententia Strabonis) *probabilius alii ſtatuunt loco nomen eſſe à fontibus* (Doricè παγαῖς) *qui frequentes ibi largique fluunt*. Scepſius etiam apud Apollonii Scholiaſtem lib. 1. Pagaſas dici aſſerit ἀπὸ τῶν πηγαῖς περιρρεῖσθαι τοὺς τόπους, *à fontibus qui hæc loca circumfluunt*. Hæc ideò notanda duxi, quia mihi videtur ex iis poſſe colligi *Cicynethus* unde dicatur. Nempe quam urbem Græci *Pagaſas* ab ubertate fontium, eandem ſuâ linguâ Phœnices עינות *ajanoth*, vel ἀρχαϊκῶς *aenoth* aut *enoth*, id eſt, fontes appellarunt; & ſinum Pagaſæum חיק עינות *chekænoth*, id eſt, ſinum fontium; & inſulam in medio ſinu,

ſinu, inſulam *chek-ainoth*: quod Græci mutarunt in *Cicynethum*.

CAPUT XIII.

Phœnices in Eubœa; Mare Ægeum unde dicatur.

Bωμώ Heſychio Μάκρις, id eſt, Eubœa, quæ *Macris* à longitudine dicitur, & *Bomo* בהמה a pecudibus, ut Gr. Εὔβοια & Ἀργίβοιος. Ibi multa paſcua. Arabes in Eubœa. *Abantes* nec ab Abis dicti, nec ab Abante heroe, ſed ab אבס *abas* ſaginare. *Ocba* vel עקה *Oka*, id eſt, anguſta Eubœa dicta. Nugæ de Ocha. *Chalcis* in freti anguſtiis, id eſt, חלקין à diviſione terrarum. *Caryſtus* חרישי ab ardente tela. *Caphareus* כפר רץ *cepharus* ſcopulus contritor. De mari Ægeo unde dicatur variæ ſententiæ. עז *az* aſperum maris epithetum. In Scriptura Rubri maris מים עזים *aqua aſpera*. Mare Ægæum nihilo eſſe clementius multis probatur. De eo proverbia. Hinc dictum eſt mare עז *az*, id eſt, aſperum, quod redditum Αἰγαῖον tanquam à capra, qui עז *ez*, id eſt, capra, iiſdem ſcribitur literis, Τράγος & αἴξ unde dicantur.

Nunc pauca de Eubœa. Heſychius: Βωμώ, ὅτε ἡ Μάκρις ὠνομάζετο, *Bomo, ita Macris appellabatur.* Macris, id eſt, Eubœa. Idem Heſychius; Μάκρις, Εὔβοια ἡ νῆσος, *Macris, Eubœa inſula.* Sed & apud Plinium Ephorus, & Dionyſius Periegetes verſu 520. & Feſtus, & Priſcianus, & Stephanus *Macrin* appellant. Non ut mythologi volunt à Macri vel Macride nutrice Bacchi de qua Apollonius lib. 4. verſ. 1134.

Κείνη δὴ πάμπρωτα Διὸς Νυσήϊον υἷα
Εὐβοίης ἔντοσθεν Ἀβαντίδος, ᾧ ἐνὶ κόλπῳ
Δέξατο.
Naſcentem illa Jovis Nyſa de vertice natum
Excepit, fovitque ulnis in Abantidis antro
Eubœa.

Sed ἀπὸ τῆς μακρότητος à longitudine, quia inſula eſt περιμήκης prælonga. Strabo; Διὰ δὲ τὴν στενότητα καὶ τὸ λεχθὲν μῆκος ὑπὸ τῶν παλαιῶν Μάκρις ὠνομάσθη, *Ob anguſtias & quam diximus longitudinem à Veteribus Macris fuit nominata.* Euſtathius; *Macris dicta eſt* διὰ τὸ τῆς θέσεως ἐπιμηκὲς, *propter ſitus longitudinem.* Stephanus; *Eubœa inſula, una è ſeptem majoribus*, περιμήκης, ἡ καὶ Μάκρις *prælonga, quæ & Macris.* Strepſiades apud Ariſtophanem in Nubibus Act. 1. Scena 2.

—— ἡ δὲ γ' Εὔβοι' ὡς ὁρᾷς
Ἡδὶ, παρατέταται μακρὰ πόῤῥω πάνυ.
—— *en tibi Eubœam ut vides,*
Quæ tota multam in longitudinem patet.

Hæc de priſco Eubœæ nomine Macri, quo Heſychius alterum interpretatur multo ignotius, *Bomo* nempe de quo deinceps. בהם *boimo* Arabicè pecora vel pecudes ſonat, ut Hebraicè בהמות *behemoth*. Itaque inſula *Bohmo* eſt inſula pecudum, quod Græco Eubœæ nomini à bubus ſumpto planè reſpondet. Eódem pertinet quod à Poëtis hæc eadem inſula dicitur Ἀργίβοιος tanquam à bubus albis apud Ælianum de Animalibus lib. 12. cap. 36. Nempe jam ante Trojana tempora boum paſcuis celebrem fuiſſe hanc inſulam vel ex fabulis colligere eſt de bobus ab Autolyco [a] ex Eubœa abactis. Apollodorus lib. 2. κλαπεισῶν ἐξ Εὐβοίας ὑπὸ Αὐτολύκου βοῶν. Proinde initio belli Peloponneſiaci Athenienſes πρόβατα καὶ ὑποζύγια ἐς τὴν Εὔβοιαν διεπέμψαντο, *oves & jumenta in Eubœam miſerunt*, ut habet Thucydides lib. 2. Nec mirum Arabico nomine *Bohmo* appellatam eſſe Eubœam, cùm inter incolas illius vetuſtiſſimos à Strabone numerentur Ἄραβες οἱ Κάδμῳ συνδιαβάντες, *Arabes qui cum Cadmo trajecerant.*

[a] De Autol. furtis v. Tzetz. Chil. 8. verſ. 443.

Indidem conſtabit quorſum *Abantes* appellentur Eubœenſes. Ita enim Poëta ſemper, quod Strabo pridem obſervavit. Et ipſa inſula dicta eſt *Abantis* vel *Abantias*. Id præter Dionyſium, Strabonem, Plinium, Stephanum, Euſtathium, atque alios Recentiores, Heſiodus etiam his verbis aſſerit apud Stephanum:

Iliad. β. 536. 541. 542. & δ. 464.

Τὴν πρὶν Ἀβαντίδα κικλήσκον θεοὶ αἰὲν ἐόντες,
Τὴν τότ' ἐπώνυμον Εὔβοιαν βοὸς ὠνόμασεν Ζεύς.
Quam genus immortale Deûm appellarat Abantin,
Hæc tum Eubœa Jovi bovis eſt de nomine dicta.

Hinc duplex ſententia de Abantibus, quos alii ab Abis urbe Phocidis cum Ariſtotele deducunt, alii ab Abante heroe. Strab. lib. 10. Fingitur enim ex Neptuno & Arethuſa natus Argivus, ex quo Abas Abantum pater. Ita apud Stephanum Ariſtocrates, & in Euſtathio Arrianus. Quale eſt quod *Macris* & *Eubœa* leguntur eſſe nutrices, hæc Junonis illa Bacchi. Quin אבס *abas*, unde Abantes, Hebraicè eſt ſaginare. Hinc שור אבוס, Prov. 15: 17. Theodotion rectè reddidit βοῦν σιτευτὸν, Vulgatus *vitulum ſaginatum.* Inde factum à Phœnicibus verbale nomen אבס *abas* pro pecudum ſaginatore. Cujus plurale Phœnicium eſſet אבסין *abaſin*, ſed Græca flexione eſt *Abantes*. Itaque ut à boum paſcuis inſula בהם *Bohmo* & *Eubœa*, ita incolæ אבסין *Abaſin* vel *Abantes* appellati ſunt à boum ſaginatione.

Sed & Phœnicium eſt *Ocha*, priſcum ejuſdem inſulæ nomen apud Strabonem, cujus veſtigia diu ſervata ſunt in monte ejuſdem nominis: Καὶ Ὄχη δὲ ἐκαλεῖτο ἡ νῆσος, καὶ ἔστιν ὁμώνυμον αὐτῇ τὸ μέγιστον τῶν ἐνταῦθα ὀρῶν. *Quin etiam Ocha vocabatur inſula, & illi cognominis eſt mons Euboicorum altiſſimus.* Eſt & apud Plinium *Ocha* una è vetuſtis Eubœæ urbibus. Nempe Caryſtus, ut ſuſpicor, quam deſcribunt Strabo lib. 10. & Stephanus (in Κάρυστος) ὑπὸ τῷ ὄρει Ὄχῃ, *ſub Ocha monte.* Utut ſit *Ocha* vel עקה *Oca* Pœnis anguſtam ſonat, quo nomine illos hanc inſulam appellaſſe veriſimile eſt διὰ τὴν στενότητα, ut *Macrin* à longitudine. Mela: *Eubœa, &c. nuſquam lata, duum millium ſpatium habet ubi arctiſſima eſt.* Scylax; τὸ δὲ πλάτος, στενή ἐστιν Εὔβοια. *Latitudine autem anguſta eſt Eubœa.* Alexius Comicus in cenſu ſeptem inſularum: Εὔβοια πέμπτη στενοφυής, *Eubœa quinta natura anguſta.* Ex עקה *Oca* factum Ὄχη aſpiratione addita ut in *Ezechia*, *Ezechiele*, &c. Valeant igitur nugæ Grammaticorum apud Stephanum & Euſtathium, Ocham dici ἀπὸ τῆς τῶν θεῶν μίξεως Διὸς καὶ Ἥρας ἢ διὰ τὸ τὰ πρόβατα κυΐσκεσθαι, ὀχευόμενα ἐν τῷ τόπῳ, *a congreſſu Jovis & Junonis, vel quia ſtatim concipiunt oves eo loco coëuntes*, vel ἀπὸ τῆς ὀχῆς τῶν προβάτων, *ab ovium paſtu*, vel ἀπὸ τῆς ἐξοχῆς, *ab eminentia.*

Chalcis etiam, non ſolùm urbs metropolis ad Euripum, ſed & inſulæ totius nomen apud Plinium ex Cleodemo, nec à fabuloſa Chalcide Aſopi filia Steph. in Χαλκίς. dicta videtur, nec à monte Chalcide, nec ab ære primùm ibi reperto, quæ fama eſt valde incerta: ſed à Phœnicio חלקין *chalakin*, quaſi *diviſiones* dixeris: quia putatur Eubœa continenti quondam hæſiſſe, & maris irrumpentis impetu eſſe abſciſſa, inter Eubœæ Chalcidem & Aulidem Bœotiæ, quæ tam anguſto freto ab invicem diviſæ ſunt, ut intermedio ponte aliquando junctæ fuerint. Ephorus ubi de Bœotia: Τὴν Εὔβοιαν τρόπον τινὰ μέρος αὐτῆς πεποίηκεν ὁ Εὔριπος, οὕτω στενὸς ὤν, καὶ γεφύρᾳ συνεζευγμένος πρὸς αὐτὴν διπλέθρῳ. Strab. lib. 9. *Eubœam Bœoticæ partem aliquo modo facit Euripus, qui ita anguſtus eſt ut duorum jugerum ponte jungatur.* Strabo de eodem Euripo: Ἔστι δ' ἐπ' αὐτῷ γέφυρα δίπλεθρος· πύργος δ' ἑκατέρωθεν ἐφέστηκεν, ὁ μὲν ἐκ τῆς Χαλκίδος, ὁ δ' ἐκ τῆς Βοιωτίας. *Illis duorum jugerum pons inſtratus eſt, turris autem utrinque extat, una à Calchide, altera à Bœotia.* Plinius: *Eubœa & ipſa avulſa Bœotia, tam modico interfluente Euripo ut ponte jungatur.* Itaque ut ad fretum Siculum Rhegium à rumpendo dictum

Digitized by Google

ctum eſt, quod eſt Græcè *ῥηγνῦναι*, quia ut volunt mare irrumpens,

Heſperium Siculo latus abſcidit.

Sic ad Euripum *Chalcis* חלקין *Chalakin* à Phœnicibus videtur à dividendo dicta, quia medium ſpatium inter Chalcidem & Bœotiam impetu maris diviſum eſt, & per anguſtiam ſciſſum.

In Eubœa nil quicquam fuit lapide Caryſtio mirabilius, ex quo texebatur tela, quæ ubi ſordes contraxerat in ignem injecta purgabatur. Vide Strabonem lib. 10. Apollonium in Mirabilibus, Plutarchum de defectu oraculorum, & Stephanum in Κάρυςος. Ab hac ardente tela à lapide Caryſti eruto dici potuit ipſa Caryſtus, quia Hebræis חרר *charar* vel חר *char* ardere & שתי *ſti* telam ſignificat.

In Orientali Eubœæ angulo naufragiis infamis ſcopulus eſt *Caphareus*, id eſt, כיפא רוין (*cepharus*) ſcopulus contritor, de quo capite ſequenti plura, ubi de Andro inſula una Cycladum.

Locus monet ut aliquid de *Ægeo* mari dicamus, quod ab *Ægis* inſula prope Eubœam Neptuno ſacrâ dici aſſerit Apollonii Scholiaſtes lib. 1. Et Conon ibidem ab *Ægea Caryſtia*, id eſt, à Caryſto Eubœæ, quæ & Ægæa dicebatur. Et Strabo lib. 8. ab Ægis ejuſdem Eubœæ oppido. Tamen idem lib. 13. deducit ab *Æga* Æolidis promontorio: & Plinius ab *Æge* ſcopulo inter Tenedum & Chium: & Feſtus vel à crebris inſulis, quæ procul aſpicientibus videantur ſpecies *αἰγῶν* caprarum, vel ab *Ægea* Amazonum Regina, quæ ibi perierit, vel ab *Ægeo* Theſei patre, qui in Ægeum ſe dederit præcipitem. De quo longam fabulam texit Suidas, niſi fallor, ex Nicocrate, quem refellit Apollonii Scholiaſtes. Ubi rurſus alii ad *Ægeum* referunt Neptuni nomen in Pherecyde, alii ad *Ægeonem* qui ſit idem cum Briareo. Alii denique ſic appellari volunt *ἀπὸ τῆς πορκανίας αἰγὸς*, *à porcanio capra*, quod non capio. An legendum Ωλενίας vel οὐρανίας? Ut ſignificetur capra cœleſtis, qua exoriente (ut ait Suidas in Αἶγες) venti vehementes ſpirant, unde ἐπαιγίζειν flare in modum turbinis, & Ægæum pelagus dicitur, quod maximè terribile eſt. Ita Suidas: at Iſacius in Lycophronem à terreſtri caprâ deducit, quia hoc mare *δίκην αἰγὸς κυματοῦται*, *capræ inſtar agitatur*. Sed his relictis jam conabimur aliquid afferre vero propius.

Hebræum עז *az*, id eſt, validum, durum & aſperum, quandoque maris eſt epithetum, ut Eſa. 43: 16. *Sic dixit Dominus qui dat in mari viam*, ובמים עזים *& in aquis aſperis ſemitam.* Et Nehem. 9: 11. *Et mare diviſiſti coram iis; & per medium mare ſicco pede tranſiverunt, & perſecutores eorum projeciſti in profunda, tanquam lapidem* במים עזים *in aquas aſperas.* Utrobique agitur de Mari Rubro, quod abſorpſit Ægyptios, & Hebræis fuit pervium: & ejus aquæ meritò appellantur מים עזים *aquæ aſperæ*, cum παράλιον habeat τραχεῖαν, δυσπαράπλευστον, δύσορμον, ἀπρόσιτον, καὶ κατὰ πάντα φοβερὸν, *aſperam, navigatu difficilem, importuoſam, inacceſſam atque omnino terribilem.* Ita de eo Agatharchides, & Strabo, & Diodorus, & Arrianus. Nec in Ægeo mari clementior eſt navigatio. Conſtantinus Porphyrogenneta Themate XVII. Τὸ δὲ Αἰγαῖον πέλαγος βαρύπλουν ἐςὶ καὶ δυσπέρατον, καὶ κύματα μακρὰ καὶ ὄρεσιν ἰσοτόνα ἀνεγείρει τοῖς πλέουσιν: εἴτε διὰ τὸ πυκνὸν τῆς νήσων, εἴτε καὶ διὰ τὸ ῥεῦμα τῆ Πόντου τὸ καταβαῖνον εἰς Ἄβυδον καὶ προσαρασσόμενον ταῖς νήσοις μετὰ μεγάλου ῥοίζηματος. *Eſt vero Ægæum mare navigatu & trajectu perquam difficile. Ingentes enim fluctus volvit, qui navigantibus montium inſtar aſſurgunt, vel ob inſularum frequentiam* (unde Poëta *crebris freta concita terris*) *vel propter Ponti in Abydum defluxum, qui magno impetu in has inſulas fertur, iiſque illiditur.* Dionyſius Periegetes verſ. 133. de eodem Ægæo,

Agath. cap. 47. Strab. lib. 17. Diod lib. 3. Arrian. Alex. lib. 7.

Οὐ γάρ τις κείνῳ ἐναλίγκιον κύματ' ὀφέλλει,
Τόσσον μορμύρων ἕτερος πόρος ἀμφιτρίτης.
Murmure non aliud tanto circumſonat æquor,
Non aliud tantos extollit ad æthera fluctus.

Valerius lib. 1. Argonaut. verſ. 630.

—— *quantus fremitu ſe ſuſtulit Ægon.*

Et lib. 4. verſ. 714.

—— *tantas quamvis Tyrrhenus & Ægon*
Volvat aquas.

Horatius lib. 1. Od. 14.

Interfuſa nitentes
Vites æquora Cycladas.

Heraclides Sinopenſis Epigr. lib. 3. cap. 22.

Αἰγαίου τ' οἶδμα κακὸν πελάγευς.
Ægæique unda tumens pelagi.

Hinc τὸ Αἰγαῖον πλεῖν, *Ægæum navigare* de iis dicitur qui in ſummo diſcrimine verſantur. Eraſmus hoc adagium citat ex Æliani epiſtolis; & aliud non abſimile ex Luciano de ſectis, ἐπὶ ῥιπὸς τὸ Αἰγαῖον διαπλεῦσαι *virgulto*, (id eſt, virgulteâ ſcaphâ) *Ægæum tranſmittere:* In eos qui rem ſupra modum arduam levi opera conficere tentant. Quibus tertium addi queat ex Ciceronis lib. 4. de legibus: *Excitabat fluctus in ſimpulo Gratidius, quos poſt filius ejus Marius in Ægeo excitavit mari.* Itaque tam Ægeum quàm Rubrum Mare habet מים עזים *aquas aſperas.* Unde dici potuit, atque ut putamus dictum eſt à Phœnicibus mare עז *Az*, id eſt, inclemens & aſperum. Quod cur *Ægeum* Veteres reddiderint ſtatim patebit. Apud Hebræos עז *az* aſperum, & עז *ez* capra, non modò conjugata ſunt, ſed & iiſdem ſcribuntur literis, & ſolùm punctis differunt à Maſorethis nuper additis. Nempe ut hircus Græcè τράγος dicitur παρὰ τὸ τραχὺ δέρμα ἔχειν, ut Grammatici obſervant, ita Hebraicè עז *ez* capra nominata eſt ab aſperitate pilorum, quorum uſus in ciliciis veſte omnium aſperrima. Inde factum ut mare עז Αἰγαῖον diceretur tanquam à capra ſumpto nomine. Idque eo libentius quod αἴξ capra Græcè unde Αἰγαῖον, alludit ad Hebræum עז *ez*, & videtur ex eo natum, quod jam alii obſervarunt. Quin & עז *az* vel עזא *aza* Phœniciè capra dicta eſt. Vide Stephanum in Ἄζωτος. Itaque *mare* עז *az* reddi potuit *mare capra.*

CAPUT XIV.

Phœnices in Cycladibus.

Mare Ægeum inſuloſum. Cyclades, omnes inſulæ maris Ægei, numero LIII. Sed propriè quæ Delum ambiunt. Ariſtæus in Cea, Bacchus in Naxo, Aſtypalæa à Phœnicis filia dicta. Oliarus, Ios, Melos à Phœnicibus cultæ, & pleræque aliæ. *Delus* inſula דהל *Deel*, id eſt, Dei Apollinis. *Inopus* עין אוב *Ain-ob* fons Pythonis. *Cynthus* חנתו *Chinto*, quia Apollo ibi editus. *Anius*, Hebr. ענִי *Ani*, Deli Rex & ſacerdos è Cadmi genere. Hujus filiæ *Oenotropæ*, Oeno, Spermo, & Elais, vinum, triticum & oleum procreabant. Tria hæc offerri lex jubet. *Cio* vel *Cia* nomen à כי *ci*, id eſt, aduſtione Solis. Ceos cur a Sole aduſta. Ibid. Sacrificia quotannis ad Eteſias impetrandos. *Cythnus* pro *Cyphno* vel גפנו *Gafno* dicta propter caſei præſtantiam: θ & φ permutabiles. Ælianus emendatus. Geſnerus notatus. Cythnus culta jam olim. De ea proverbia. *Rhene* רעמה à ſtrepitu undarum, unde & *Celaduſa*. *Andrus* עדרוין *Ad-Rus*, quia vicinus *Caphareus* ſeu כיפא־רוין *Cepha-Rus*, ſcopulus contritor. Alii ab Andro quodam Anii fratre aut filio. Stephanus correctus. *Tenos* vel *Tanos* inſula תנות *thannoth* ſerpentum: iiſdidem *Ophiuſa* & *Hydruſa*: vipera *Tenia*. Alia de Teno. *Myconus* מיכן *Mucon* ab inopia dicta. De Myconiorum paupertate adagia. *Syrus* vel *Syra* contra dives & beata inſula, unde nomen. *Scyros* pro *Syro* perperam, & *Scyricum* pro *Syrico*, Hebr. סירקון *ſircon*. Phœnices in Syro. *Arybas* in Homero *Azrubal*. Pherecydes Syrius reconditos Phœnicum libros ſibi comparavit. Idem heliotropium erexiſſe dicitur in inſula Syro. Tamen hoc heliotropium Homeri ævo jam extabat.

De

Digitized by Google

De Leliotropio Regis Achaz in quo receſſit umbra Solis. Refelluntur qui volunt Solem ipſum receſſiſſe. *Naxus* ἀπὸ τοῦ ῥέξαι, id eſt, ab immolando. *Syrum* boe eſſe verbum non Græcum, ut Grammatici volunt. Νάξαι Græcis aliud. Naxus quàm opulenta. *Parus* etiam *Zacynthus* dicta, id eſt, חרר quia montoſa. Ibi marmor *lychnites* ex intimis terræ cavernis ad lucernas erutum. *Paro* פריא inde nomen, & *Marpeſſa* משרבצ *Cabarni* in Paro Cereris ſacerdotes קרבנין. Suidas bis correctus. In *Siphno* auri & argenti metalla, unde opes immenſæ צפונים *ſephunim* theſauri Hebr. *Seriphus* Hebr. רציפה *Reſiphu* q. ſtrata lapidibus, quia valde petroſa. Fabula de incolis in lapides converſis. *Amorgon* dici volunt ad ארגמן *argaman*, id eſt, purpura, quia ἀμόργη multis purpura. At aliis byſſi ſpecie, quod verius. *Amorgos* אם ארגין propter teaturæ artificium. *Ios* Hebr. עיין *ijon* quia lapidoſa. Ibi Homerus in ſaxo ſepultus. Prepeſinthus pro Tretefintho etiam à ſaxis dicta. *Gyarus* ab עכבר *acuar*, id eſt, muribus, qui fugatis incolis ferrum etiam rodebant. *Olearus* fortè *Ariel*. R & L ſæpe tranſponi. *Pholegandrus* ferrea inſula: Hebr. גנדורי *ganduri* lapidoſus. *Sicinus* paupertima, *ſiccen* indigere. *Melos* non dicitur à mali rotunditate, nec à Melo Phœnice; ſed ab Hebr. מלא *melo* pro repletione, quia terra effoſſa ſtatim repleri credita; vel pro maturitate frugum. Fruges ibi maturuiſſe intra triceſimum diem. Theophraſtus emendatus. Gaza notatus. *Melos*, *Mimallis*, *Memblis* & *Byblis* idem, M & B permutari. Cur ibi dicatur terra repleri. Sulphur ibid. & alumen, unde צריפיא *Zeriphia*. Gr. *Zephyria* tanquam à ſitu. Terra *Melia*; *Melinum* album, at *melinus* color luteus. *Cimolus* unde *cimolia* cretæ ſpecies. Cur נתר *nitrum*, Jerem. 2: 22. Talmudici *cimoliam*, & בורית *borith*, id eſt, herbam fullonum, אשלג *asleg* interpretantur. Quid ſit *asleg*. Nugæ Gemarittarum. *Cimolia* ea *Siraph* urbe Perſidis. *Cimolus*, id eſt, גום אחלא *gum ohalu* foſſa ſaponis. Cimolia terra ſaponaria. *Cyclas* Phœnicie גיגלא *Gigla* & *Sporas* פזירה *Pazira*.

Mare Ægæum Ammianus inſuloſum eſſe dixit, quia multis ſcatet inſulis. Harum dicuntur Sporades, quæ ſparſim jacent, & Cyclades, quæ circa Delum in orbem ſitæ ſunt. Scio Cycladum nomen etiam ad eas extendi quæ à Delo maximè diſtant. Stephanus enim in hoc numero Cariæ inſulas cenſet Caſum, Telum atque Niſyrum, & Ioniæ Tragæam, Macedoniæ item Icon & Peparethum, Æthicus etiam & Oroſius, quos Iſidorus ſequitur, pro Cycladibus habent omnes inſulas Ægei maris, id eſt, inſulas LIII, quarum ab Oriente prima eſt Rhodus, à Septentrione Tenedus, à Meridie Carpathus, & ab Occaſu Cythera. Tamen Cycladum nomine propriò intelligi quas diximus, præter teſtimonia Veterum, ipſa vox apertè docet. Dionyſius Periegetes:

Δῆλον ἐκυκλώσαντο, καὶ οὔνομα Κυκλάδες εἰσί.
Delum circumſtant, hinc Cyclades eſſe feruntur.

Strabo: ἡ Δῆλος, καὶ αἱ περὶ αὐτὴν Κυκλάδες, *Delus, & quæ circa illam ſunt Cyclades.* Mela: *Quæ in orbem jacent Cyclades dictæ ſunt.* Plinius: *Et à promontorio Geraſto circa Delum in orbem ſita, unde & nomen traxêre Cyclades.* Ammianus; *Cycladas ideò ſic appellatas, quod omnes ambiunt Delum, patriam Deorum inſignem.*

Itaque præter *Delum* quæ in centro eſt, pro Cycladibus à pleriſque habentur *Cea* vel *Ceos* prope Atticam. *Cythnus*, *Rhene*, *Andrus*, *Tenus*, *Myconus*, *Syrus*, *Naxus*, *Parus*, *Siphnus*, *Seriphus*. Sed & nonnulli *Amorgon* & *Aſtypalæam* addunt, & *Gyarum*, & *Olearum*, & *Prepeſinthum*, & *Pholegandrum*, & *Sicinum*, & *Ion*, & *Melon*, & *Cimolum*.

In pleriſque his inſulis olim habitaſſe Phœnices pro comperto eſt. In *Cea* imperavit Ariſtæus Cadmi gener ducta Autonoe. *Naxum* tenuit Bacchus Cadmi nepos ex Semele. *Aſtypalæa* nomen eſt ab Aſtypalæa Phœnicis filia matre Ancæi, quem Samum tenuiſſe diximus. *Olearus* eſt Σιδωνίων ἀποικία *Sidoniorum colonia*, teſte Heraclide Pontico apud Stephanum. *Ios* etiam, ut docet *Phœnice* priſcum nomen. Plinius: *Ios*, &c. *antea Phœnice appellata.* Stephanus: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Φοινίκη ἡ Ἴος. Et *Melos*, ſi Feſto credimus, *dicta eſt à Melo, qui ex Phœnice ad eandem fuerat profectus.* Alii *Byblum* aſſerunt vetus fuiſſe nomen à Byblis conditoribus. Stephanus: Φοίνικες ἦν οἰκῆσαι πρότερον, ὅθεν καὶ Βύβλος ἐκλήθη, ἀπὸ τῶν Βυβλίων Φοινίκων. *Hujus primi incolæ Phœnices, unde & Byblus appellata eſt à Byblus Phœnicibus.* Denique Thucydide nihil eſt expreſſius, qui libro primo hæc habet de inſulis circa Græciam: Καὶ οὐχ ἧσσον λῃσταὶ ἦσαν οἱ νησιῶται, Κᾶρές τε ὄντες καὶ Φοίνικες: Οὗτοι γὰρ δὴ τὰς πλείστας τῶν νήσων ᾤκησαν. *Neque inſulares minus latrocinabantur, Cares nimirum & Phœnices: Hi enim inſularum pleraſque incolebant.* Inde factum ut pleræque ſervent illa ipſa nomina quæ Phœnices impoſuerant, quod palam fiet ex ſequentibus.

Ab ipſa Delo ſit initium, quam Veterum fabulæ ex eo nomen habere volunt quod Latona paritura κρυπτομένην αὐτὴν ἐν τῇ θαλάσσῃ ὁ Ζεὺς δήλην ἐποίησε, *eam in mari latentem Juppiter fecit manifeſtam.* Quin *Delus* factum ex דחל *daal*, quomodo *Belus* ex בעל *Baal*. Syris דחל *daal* eſt timor, deinde Deus qui timetur, juxta illud Poëtæ:

Primus in orbe Deos fecit timor.

Plerumque in Paraphraſtis uſurpatur de Diis gentium. Ut Exod. 20: 20. דחלן דכסף ודחלן דדהב *Dii argentei & Dii aurei.* Tamen Deut. 32: 15. in Hieroſolymitano, & ibid. verſ. 18. in Onkelo & Jonathane verus Deus vocatur דחלא (*Daala*) vel דחלת (*Daalath*) *timor*, ut Hebraicè, Gen. 31: 42, 53. פחד יצחק *timor Iſaacs*, & Pſal. 76: 12. מורא *reverentia*. Delum igitur Phœnices appellarunt inſulam דחל *Daal* vel κεχαμένως *Deel* (ut נחל *neel*,) id eſt, inſulam Dei Apollinis, vel plurali numero inſulam דחלן *Daalan* aut *Deelan* Deorum propter Dianam & Apollinem, quorum natalibus erat celebris. Proinde *Inopus*, id eſt, עין אוב *Ain-Ob* fons Pythonis, dictus rivulus in eadem inſula per occultos terræ meatus è Nilo derivari creditus. Et *Cynthus* Deli mons in quo Latona edidit Apollinem, quia חנט *chanat* eſt in lucem edere. Sic Cant. 2: 13. *Ficus* חנטה (*chanta*) id eſt, *edidit groſſos ſuos.* Unde Hebræis חניטה *chanita* productio, generatio, emerſio in lucem. Fallor an Phœnicibus id ipſum fuit חנטא *chinta* vel *chinta*, unde Græcorum Κύνθος *Cynthus*, *teth* expreſſo per *theta*, ut in alphabetho Cadmi, & *cheth* per *cappa* ut in *Tapſaco*, & *Carrhis*, & *Calacina*, & *Malaca*, & *Cadmilo* & ſimilibus. Trojani belli tempore Deli regnabat *Rex Anius, Rex idem hominum Phœbique ſacerdos.* Fuit is è Cadmi ſtirpe, matre Rhoeo nata ex Staphylo Bacchi filio. Anium vocavit Rhoeo παρὰ τὴν ἀνίαν *à mœrore*, ut ait Etymologus, vel διὰ τὸ ἀνιαθῆναι δι' αὐτόν, *quia ipſius causâ divexata eſt*, ut ſcribit Iſacius in Lycophronem pag. 96. Nam ex Apolline gravida ut fabulantur, & è paterna domo pulſa, cum poſt multos errores peperit in antro Eubœæ. Ἀνία Phœnicibus eſt עני *ani*, quomodo etiam *afflictum* vocant. Itaque Anii nomen tam Phœnicium eſt quàm Græcum. Plura de Anio vide Apud Diodorum lib. 5. pag. 229. Nos ex fabulis hoc ſolum addimus hunc Anium ducta Dorippe genuiſſe tres Oenotropas, Oeno, Spermo & Elaidem, quibus Bacchus id impertivit, ut quotieſcunque vellent pro nominum ratione vinum, ſemina & oleum conſequerentur. Unde eſt quod fame Græcos circa Trojam multum urgente, illas ab Agamemnone per Palamedem acceſſitas aiunt exercitum diu ſuſtentaſſe. Fabulæ dedit occaſionem magna vini, frumenti & olei copia ab Anio ſacerdote Apollinis in Græcorum caſtra ſubmiſſa. Hæc enim ex oblationibus illi abundè ſuppetebant. Nempe ex omni terræ proventu à cultoribus ſuis tria hæc exigebat diabolus Dei ſimia. Ita enim in lege paſſim vinum, frumentum & oleum in decimas & primitias offerre jubetur Iſraël.

Virg. lib. 3. Æn.

Heſychius in Οἰνότροποι. Lycophron. verſ. 573. Iſacius pag. 96. et 98. Dictys Cret. lib. 1. in fine. Etymol. et Phavor. in Δωρίππη.

ctum eſt, quod eſt Græcè ῥαγῆναι, quia ut volunt mare irrumpens,

Heſperium Siculo latus abſcidit.

Sic ad Euripum *Chalcis* חלקין *Chalakin* à Phœnicibus videtur à dividendo dicta, quia medium ſpatium inter Chalcidem & Bœotiam impetu maris diviſum eſt, & per anguſtiam ſciſſum.

In Eubœa nil quicquam fuit lapide Caryſtio mirabilius, ex quo texebatur tela, quæ ubi ſordes contraxerat in ignem injecta purgabatur. Vide Strabonem lib. 10. Apollonium in Mirabilibus, Plutarchum de defectu oraculorum, & Stephanum in Κάρυςος. Ab hac ardente tela à lapide Caryſti eruto dici potuit ipſa Caryſtus, quia Hebræis חרר *charar* vel חר *char* ardere & שתי *ſti* telam ſignificat.

In Orientali Eubœæ angulo naufragiis infamis ſcopulus eſt *Caphareus*, id eſt, כיפא רוין (*cepharus*) ſcopulus contritor, de quo capite ſequenti plura, ubi de Andro inſula una Cycladum.

Locus monet ut aliquid de *Ægeo* mari dicamus, quod ab *Ægis* inſula prope Eubœam Neptuno ſacrâ dici aſſerit Apollonii Scholiaſtes lib. 1. Et Conon ibidem ab *Ægea Caryſtia*, id eſt, à Caryſto Eubœæ, quæ & Ægæa dicebatur. Et Strabo lib. 8. ab Ægis ejuſdem Eubœæ oppido. Tamen idem lib. 13. deducit ab *Æga* Æolidis promontorio: & Plinius ab *Æge* ſcopulo inter Tenedum & Chium: & Feſtus vel à crebris inſulis, quæ procul aſpicientibus videantur ſpecies αἰγῶν caprarum, vel ab *Ægea* Amazonum Regina, quæ ibi perierit, vel ab *Ægeo* Theſei patre, qui in Ægeum ſe dederit præcipitem. De quo longam fabulam texit Suidas, niſi fallor, ex Nicocrate, quem refellit Apollonii Scholiaſtes. Ubi rurſus alii ad *Ægeum* referunt Neptuni nomen in Pherecyde, alii ad *Ægeonem* qui ſit idem cum Briareo. Alii denique ſic appellari volunt ἀπὸ τῆς περκανίας αἰγὸς, *à percania capra*, quod non capio. An legendum οὐλανίας vel οὐρανίας? Ut ſignificetur capra cœleſtis, qua exoriente (ut ait Suidas in αἶγες) venti vehementes ſpirant, unde ἐπαιγίζειν flare in modum turbinis, & Ægæum pelagus dicitur, quod maximè terribile eſt. Ita Suidas: at Iſacius in Lycophronem à terreſtri caprâ deducit, quia hoc mare δίκην αἰγὸς κυματοῦται, *capræ inſtar agitatur*. Sed his relictis jam conabimur aliquid afferre vero propius.

Hebræum עז *az*, id eſt, validum, durum & aſperum, quandoque maris eſt epithetum, ut Eſa. 43: 16. *Sic dixit Dominus qui dat in mari viam,* ובמים עזים *& in aquis aſperis ſemitam.* Et Nehem. 9: 11. *Et mare diviſiſti coram iis; & per medium mare ſicco pede tranſiverunt, & perſecutores eorum projeciſti in profunda, tanquam lapidem* במים עזים *in aquas aſperas.* Utrobique agitur de Mari Rubro, quod abſorpſit Ægyptios, & Hebræis fuit pervium: & ejus aquæ meritò appellantur מים עזים *aquæ aſperæ*, cum παραλίαν habeat τραχεῖαν, δυσπαράπλευστον, δύσορμον, ἀπρόσιτον, καὶ κατὰ πάντα φοβεράν, *aſperam, navigatu difficilem, importuoſam, inacceſſam atque omnino terribilem.* Ita de eo Agatharchides, & Strabo, & Diodorus, & Arrianus. Nec in Ægeo mari clementior eſt navigatio. Conſtantinus Porphyrogenneta Themate XVII. Τὸ δὲ Αἰγαῖον πέλαγος βαρύπλουν ἐστὶ καὶ δυσπέρατον, καὶ κύματα μακρὰ καὶ ὄρεσιν ἐοικότα ἀνεγείρει τοῖς πλέουσιν: εἴτε διὰ τὸ πυκνὸν τῶν νήσων, εἴτε καὶ διὰ τὸ ῥεῦμα τοῦ Πόντου τὸ καταβαῖνον εἰς Ἄβυδον καὶ προσαρμοζόμενον ταῖς νήσοις μετὰ μεγάλου ῥοιζήματος. *Eſt verò Ægæum mare navigatu & trajectu perquam difficile. Ingentes enim fluctus volvit, qui navigantibus montium inſtar aſſurgunt, vel ob inſularum frequentiam* (unde Poëta *crebris freta concita terris*) *vel propter Ponti in Abydum defluxum, qui magno impetu in has inſulas fertur, iiſque illiditur.* Dionyſius Periegetes verſ. 133. de eodem Ægæo,

Agath. cap. 47. Strab. lib. 17. Diod lib. 3. Arrian. Alex. lib. 7.

Οὐ γάρ τις κείνῳ ἐναλίγκια κύματ' ὀφέλλει,
Ὑψόθι μορμύρων ἕτερος πόρος ἀμφιτρίτης.
Murmure non aliud tanto circumſonat æquor,
Non aliud tantos extollit ad æthera fluctus.

Valerius lib. 1. Argonaut. verſ. 630.

— quantus fremitu ſe ſuſtulit Ægon.

Et lib. 4. verſ. 714.

— tantas quamvis Tyrrhenus & Ægon
Volvat aquas.

Horatius lib. 1. Od. 14.

Interfuſa nitentes
Vites æquora Cycladas.

Heraclides Sinopenſis Epigr. lib. 3. cap. 22.

Αἰγαίου τ' οἶδμα κακὸν πελάγευς.
Ægæaque unda tumens pelagi.

Hinc τὸ Αἰγαῖον πλεῖν, *Ægæum navigare* de iis dicitur qui in ſummo diſcrimine verſantur. Eraſmus hoc adagium citat ex Æliani epiſtolis; & aliud non abſimile ex Luciano de ſectis, ἐπὶ ῥιπὸς τὸ Αἰγαῖον διαπλεῦσαι *virgulto*, (id eſt, virgulteâ ſcaphâ) *Ægæum tranſmittere:* In eos qui rem ſupra modum arduam levi opera conficere tentant. Quibus tertium addi queat ex Ciceronis lib. 4. de legibus: *Excitabat fluctus in ſimpulo Gratidius, quos poſt filius ejus Marius in Ægeo excitavit mari.* Itaque tam Ægeum quàm Rubrum Mare habet מים עזים *aquas aſperas.* Unde dici potuit, atque ut putamus dictum eſt à Phœnicibus mare עז *Az*, id eſt, inclemens & aſperum. Quod cur *Ægeum* Veteres reddiderint ſtatim patebit. Apud Hebræos עז *az* aſperum, & עז *ez* capra, non modo conjugata ſunt, ſed & iiſdem ſcribuntur literis, & ſolùm punctis differunt à Maſorethis nuper additis. Nempe ut hircus Græcè τράγος dicitur παρὰ τὸ τραχὺ δέρμα ἔχειν, ut Grammatici obſervant, ita Hebraicè עז *ez* capra nominata eſt ab aſperitate pilorum, quorum uſus in ciliciis veſte omnium aſperrima. Inde factum ut mare עז Αἰγαῖον diceretur tanquam à capra ſumpto nomine. Idque eo libentius quod αἲξ capra Græcè unde Αἰγαῖον, alludit ad Hebræum עז *ez*, & videtur ex eo natum, quod jam alii obſervarunt. Quin & עז *az* vel עזא ἄζα Phœnicie capra dicta eſt. Vide Stephanum in Ἄζωτος. Itaque *mare* עז *az* reddi potuit *mare capra.*

CAPUT XIV.

Phœnices in Cycladibus.

Mare Ægeum inſuloſum. Cyclades, omnes inſulæ maris Ægei, numero LIII. Sed propriè quæ Delum ambiunt. Ariſtæus in Cea, Bacchus in Naxo, Aſtypalæa à Phœnicis filia dicta. Oliarus, Ios, Melos à Phœnicibus cultæ, & pleræque aliæ. *Delus* inſula דהאל *Deel*, id eſt, Dei Apollinis. *Inopus* עין אוב *Ain-ob* fons Pythonis. *Cynthus* חנתו *Chinto*, quia Apollo ibi editus. *Anius*, Hebr. עני *Ani*, Deli Rex & ſacerdos è Cadmi genere. Hujus filiæ *Oenotropæ*, Oeno, Spermo, & Elais, vinum, triticum & oleum procreabant. Tria hæc offerri lex jubet. *Cio* vel *Cea* nomen à כי *ci*, id eſt, aduſtione Solis. Ceos cur a Sole aduſta. Ibid. Sacrificia quotannis ad Eteſias impetrandos. *Cythnus* pro *Cyphno* vel גופנו *Gufno* dicta propter caſei præſtantiam: θ & φ permutabiles. Ælianus emendatus. Geſnerus notatus. Cythnus culta jam olim. De ea proverbia. *Rhene* רעמה à ſtrepitu undarum, unde & *Celaduſa*. *Andrus* עד רוין *Ad-Rus*, quia vicinus *Caphareus* ſeu כיפא רוין *Cepha-Rus*, ſcopulus contritor. Alii ab Andro quodam Anii fratre aut filio. Stephanus correctus. *Tenos* vel *Tanoe* inſula תנות *thannoth* ſerpentum: indidem *Ophiuſa* & *Hydruſa*: vipera *Tenia*. Alia de Teno. *Myconus* מכון *Mucon* ab inopia dicta. De Myconiorum paupertate adagia. *Syrus* vel *Syra* contra dives & beata inſula, unde nomen. *Scyros* pro *Syro* perperam, & *Scyrieum* pro *Syrieo*, Hebr. סירקון *ſireon*. Phœnices in Syro. *Arybas* in Homero *Azrubal*. Pherecydes Syrius reconditos Phœnicum libros ſibi comparavit. Idem heliotropium ereſiſſe dicitur in inſula Syro. Tamen hoc heliotropium Homeri ævo jam extabat.

De

De heliotropio Regis Achaz in quo receſſit umbra Solis. Refelluntur qui volunt Solem ipſum receſſiſſe. *Naxus ἀπὸ τοῦ νάξαι*, id eſt, ab immolando. Syrum hoc eſſe verbum non Græcum, ut Grammatici volunt. *Νάξαι* Græcis aliud. Naxus quàm opulenta. *Parus* etiam *Zacynthus* dicta, id eſt, זנה quia montoſa. Ibi marmor *lychnites* ex intimis terræ cavernis ad lucernas erutum. *Para* פריא inde nomen, & *Marpeſſa* מערבצא *Cabarni* in Paro Cereris ſacerdotes קרנין. Suidas bis correctus. In *Siphna* auri & argenti metalla, unde opes immenſæ צפונים *ſephunim* theſauri Hebr. *Seriphus* Hebr. רציפא *Keſipha* q. ſtrata lapidibus, quia valde petroſa. Fabula de incolis in lapides converſis. *Amorgon* dici volunt ad ארגמן *argaman*, id eſt, purpura, quia ἀμόργω multis purpura. At aliis byſſi ſpecies, quod verius. *Amorgas* אם ארגן propter texturæ artificium. *Ios* Hebr. עין *ijon* quia lapidoſa. Ibi Homerus in ſaxo ſepultus. Prepeſinthus pro Treteſintho etiam à ſaxis dicta. *Gyaras* ab עכור *acuar*, id eſt, muribus, qui fugatis incolis ferrum etiam rodebant. *Oliarus* fortè *Ariel*. R & L ſæpe tranſponi. *Pholegandros* ferrea inſula: Hebr. גנדרי *gundari* lapidoſus. *Sicinus* pauperrima, *ſiccen* indigere. *Melos* non dicitur à mali rotunditate, nec à Melo Phœnice; ſed ab Hebr. מלא *mela* pro repletione, quia terra effoſſa ſtatim repleri credita; vel pro maturitate frugum. Fruges ibi maturuiſſe intra triceſimum diem. Theophraſtus emendatus. Gaza notatus. *Melos*, *Mimallis*, *Memblis* & *Byblis* idem, M & B permutari. Cur ibi dicatur terra repleri. Sulphur ibid. & alumen, unde צריפיא *Zeriphia*. Gr. *Zephyria* tanquam à ſitu. Terra *Melia*; *Melinum* album, at *melinus* color luteus. *Cimolus* unde *cimolia* cretæ ſpecies. Cur נתר *nitrum*, Jerem. 2: 22. Talmudici *cimoliam*, & בורית *borith*, id eſt, herbam fullonum, אשלג *asleg* interpretantur. Quid ſit *asleg*. Nugæ Gemaritarum. *Cimolia* ex *Siraph* urbe Perſidis. *Cimolus*, id eſt, גם אחלא *gum ohala* foſſa ſaponis. Cimolia terra ſaponaria. *Cyclas* Phœniciè גיגלא *Gigla* & *Sporas* פזירה *Pzira*.

Mare Ægæum Ammianus inſuloſum eſſe dixit, quia multis ſcatet inſulis. Harum dicuntur Sporades, quæ ſparſim jacent, & Cyclades, quæ circa Delum in orbem ſitæ ſunt. Scio Cycladum nomen etiam ad eas extendi quæ à Delo maximè diſtant. Stephanus enim in hoc numero Cariæ inſulas cenſet Caſum, Telum atque Niſyrum, & Ioniæ Tragæam, Macedoniæ item Icon & Peparethum, Æthicus etiam & Oroſius, quos Iſidorus ſequitur, pro Cycladibus habent omnes inſulas Ægei maris, id eſt, inſulas LIII, quarum ab Oriente prima eſt Rhodus, à Septentrione Tenedus, à Meridie Carpathus, & ab Occaſu Cythera. Tamen Cycladum nomine propriè intelligi quas diximus, præter teſtimonia Veterum, ipſa vox apertè docet. Dionyſius Periegetes:

> Δῆλον ἐγκυκλώσαντες, καὶ οὔνομα Κυκλάδες εἰσί.
>
> *Delum circumſtant, hinc Cyclades eſſe feruntur.*

Strabo: ἡ Δῆλος, καὶ αἱ περὶ αὐτὴν Κυκλάδες, *Delus, & quæ circa illam ſunt Cyclades.* Mela: *Quia in orbem jacent Cyclades dictæ ſunt.* Plinius: *Et à promontorio Geraſto circa Delum in orbem ſita, unde & nomen traxêre Cyclades.* Ammianus; *Cycladas ideò ſic appellatas, quod omnes ambiunt Delum, patriam Deorum inſignem.*

Itaque præter *Delum* quæ in centro eſt, pro Cycladibus a pleriſque habentur *Cea* vel *Ceos* prope Atticam. *Cythnus*, *Rhene*, *Andrus*, *Tenus*, *Myconus*, *Syrus*, *Naxus*, *Parus*, *Siphnus*, *Seriphus*. Sed & nonnulli *Amorgon* & *Aſtypalæam* addunt, & *Gyarum*, & *Oliarum*, & *Prepeſinthum*, & *Pholegandrum*, & *Sicinum*, & *Ion*, & *Melon*, & *Cimolum*.

In pleriſque his inſulis olim habitaſſe Phœnices pro comperto eſt. In *Cea* imperavit Ariſtæus Cadmi gener ducta Autonoe. *Naxum* tenuit Bacchus Cadmi nepos ex Semele. *Aſtypalæa* nomen eſt ab Aſtypalæa Phœnicis filia matre Ancæi, quem Samum tenuiſſe diximus. *Oliarus* eſt Σιδωνίων ἀποικία *Sidoniorum colonia*, teſte Heraclide Pontico apud Stephanum. *Ios* etiam, ut docet *Phœnice* priſcum nomen. Plinius: *Ios*, &c. *antea Phœnice appellata*. Stephanus: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Φοινίκη ἡ Ἴος. Et *Melos*, ſi Feſto credimus, *dicta eſt à Melo, qui ex Phœnice ad eandem fuerat profectus.* Alii *Byblum* aſſerunt vetus fuiſſe nomen a Bybliis conditoribus. Stephanus: Φοίνικες ὧν οἰκισαὶ πρότεροι, ὅθεν καὶ Βύβλος ἐκλήθη, ἀπὸ τῶν Βυβλίων Φοινίκων. *Hujus primi incolæ Phœnices, unde & Byblus appellata eſt a Bybliis Phœnicibus.* Denique Thucydide nihil eſt expreſſius, qui libro primo hæc habet de inſulis circa Græciam: Καὶ οὐχ ἧσσον λῃσταὶ ἦσαν οἱ νησιῶται, Κᾶρές τε ὄντες καὶ Φοίνικες· οὗτοι γὰρ δὴ τὰς πλείστας τῶν νήσων ᾤκησαν. *Neque inſulares minùs latrocinabantur, Cares nimirum & Phœnices: Hi enim inſularum pleraſque incolebant.* Inde factum ut pleræque ſervent illa ipſa nomina quæ Phœnices impoſuerant, quod palam fiet ex ſequentibus.

Ab ipſa Delo ſit initium, quam Veterum fabulæ ex eo nomen habere volunt quod Latona paritura κρυπτομένην αὐτὴν ἐν τῇ θαλάσσῃ ὁ Ζεὺς ἀνέφηνε ποιήσας, *eam in mari latentem Juppiter fecit manifeſtam.* Quin *Delus* factum ex דחל *daal*, quomodo *Belus* ex בעל *Baal*. Syris דחל *daal* eſt timor, deinde Deus qui timetur, juxta illud Poëtæ:

> *Primus in orbe Deos fecit timor.*

Plerumque in Paraphraſtis uſurpatur de Diis gentium. Ut Exod. 20: 20. דחלן דכסף ודחלן דדהב *Dii argentei & Dii aurei.* Tamen Deut. 32: 15. in Hieroſolymitano, & ibid. verſ. 18. in Onkelo & Jonathane verus Deus vocatur דחלא (*Daala*) vel דחלת (*Daalath*) *timor*, ut Hebraicè, Gen. 31: 42, 53. פחד יצחק *timor Iſaacs*, & Pſal. 76: 12. מורא *reverentia*. Delum igitur Phœnices appellarunt inſulam דחל *Daal* vel κεχωρισμένως *Deel* (ut נחל *neel*,) id eſt, inſulam Dei Apollinis, vel plurali numero inſulam דחלן *Daalan* aut *Deelan* Deorum propter Dianam & Apollinem, quorum natalibus erat celebris. Proinde *Inopus*, id eſt, עין אוב *Ain-Ob* fons Pythonis, dictus rivulus in eadem inſula per occultos terræ meatus è Nilo derivari creditus. Et *Cynthus* Deli mons in quo Latona edidit Apollinem, quia חנט *chanat* eſt in lucem edere. Sic Cant. 2: 13. *Ficus* חנטה (*chanta*) id eſt, *edidit groſſos ſuos.* Unde Hebræis חניטה *chanita* productio, generatio, emerſio in lucem. Fallor an Phœnicibus id ipſum fuit חנטא *chinta* vel *chiato*, unde Græcorum Κύνθος *Cynthus*, *teth* expreſſo per *theta*, ut in alphabetho Cadmi, & *cheth* per *cappa* ut in *Tapſaco*, & *Carrhis*, & *Calacina*, & *Malaca*, & *Cadmilo* & ſimilibus. Trojani belli tempore Deli regnabat *Rex Anius, Rex idem hominum Phœbique ſacerdos.* Fuit is è Cadmi ſtirpe, matre Rhoeo nata ex Staphylo Bacchi filio. Anium vocavit Rhoeo παρὰ τὴν ἀνίαν *à mærore*, ut ait Etymologus, vel διὰ τὸ ἀνιαθῆναι δι' αὐτόν, *quia ipſius cauſâ divexata eſt*, ut ſcribit Iſacius in Lycophronem pag. 96. Nam ex Apolline gravida ut fabulantur, & è paterna domo pulſa, cum poſt multos errores peperit in antro Eubœæ. Ἀνία Phœnicibus eſt עני *ani*, quomodo etiam *afflictum* vocant. Itaque Anii nomen tam Phœnicium eſt quàm Græcum. Plura de Anio vide Apud Diodorum lib. 5. pag. 229. Nos ex fabulis hoc ſolum addimus hunc Anium ducta Dorippe genuiſſe tres Oenotropas, Oeno, Spermo & Elaidem, quibus Bacchus id impertivit, ut quotieſcunque vellent pro nominum ratione vinum, ſemina & oleum conſequerentur. Unde eſt quod fame Græcos circa Trojam multum urgente, illas ab Agamemnone per Palamedem acceſſitas aiunt exercitum diu ſuſtentaſſe. Fabulæ dedit occaſionem magna vini, frumenti & olei copia ab Anio ſacerdote Apollinis in Græcorum caſtra ſubmiſſa. Hæc enim ex oblationibus illi abundè ſuppetebant. Nempe ex omni terræ proventu à cultoribus ſuis tria hæc exigebat diabolus Dei ſimia. Ita enim in lege paſſim vinum, frumentum & oleum in decimas & primitias offerre jubetur Iſraël.

Virg. lib. 3. Æn.

Heſychius in Οἰνοτρόποι. Lycophron. verſ. 571. Iſacius pag. 96. et 98. Dictys Cret. lib. 1. in fine. Etymol. et Phavor. in Ἀνίαν.

Iſraël. Sic Deut. 18: 3, 4. *Dabunt ſacerdoti*, &c. *primitias frumenti, vini & olei.* Et Num. 18: 12. *Omnem medullam olei & vini & frumenti, quicquid offerunt primitiarum Domino tibi dedi.* Et Deut. 14: 23. *Comedes in conſpectu Domini*, &c. *decimam frumenti tui & vini & olei.* Itaque ad hæc verba Legis Levit. 27: 30. *Omnes decimæ terræ ex terræ ſemine aut fructu arborum ſunt Domini*, notat R. Selomo per terræ ſemen דגן *frumentum*, & per fructum arborum תירוש ויצהר *vinum & oleum* intelligi.

Ceos inſula prope Atticam *Cos* contractè dicitur ab Heraclide & Diodoro; à Romanis ſcriptoribus Virgilio, Ovidio, Plinio, Salluſtio apud Servium *Cea*; à Ptolemæo *Cia*; à Lyſia apud Suidam & Æliano de Animalibus *Ceos*; à Philone & Mela *Cianos*; vocabulis ita diverſis ut ea conſtet omnia eſſe orta ex uno fonte. Nempe כוה *cava* Hebræis eſt exurere, ut Græcis καύειν vel καίειν, & כי *ci* vel כויה *cevija* exuſtio. Hoc de quavis exuſtione, illud propriè uſurpatur de aduſtione Solis, Eſ. 3: 24. Nomen inſulæ cur eò referam ſtatim patebit. Liber pater Cadmi nepos Icarium vel Icarum, (id eſt, איכר *iccar* agricolam) miſit in Atticum agrum, ut vitium culturam Athenienſes edoceret. Hunc vino poto ruſtici ſemiebrii, venenum ſe bibiſſe credentes, nefariè interfecerunt, & admiſſi criminis ſibi conſcii aufugerunt in Ceam inſulam, in qua regnabat Ariſtæus Cadmi gener, ut monuimus. Hyginus ex magni Salmaſii emendatione lib. 2. Aſtronomicôn cap. *Arctophylax. Interfectores ejus* (Icarii) *animi conſcientiâ permoti ſtatim ſe fuga mandaverunt, & in inſulam Ceum* (lege *Ceorum*) *pervenerunt, à quibus ut hoſpites recepti domicilia ſibi conſtituerunt.* Aliquanto poſt ira numinis reos perſequente, ut quidem volunt, *canicula exoriens æſtu Ceorum loca & agros fructibus orbabat, & ipſos morbo affectos pœnas Icarii cum dolore ſufferre cogebat, quod latrones recepiſſent.* Quibus malis concitatus inſulæ *Rex Ariſtæus Apollinis & Cyrenes filius, &c. petiit à parente, quo pacto calamitate civitatem poſſet liberare. Quem Deus jubet multis hoſtiis expiare Icarii mortem, & ab Jove petere, ut quo tempore Canicula exoriretur, dies quadraginta ventum daret, qui æſtus Caniculæ mederetur. Quod juſſum Ariſtæus confecit, & impetravit ut Eteſiæ fierent.* Hæc ex Hygino hactenus, quibus ſimilia referunt etiam alii antiquiores. Theophraſtus de Eteſiis: οἱ δὲ ποτ' ἐξέλιπον, καὶ Ἀρισταῖος αὐτοὺς ἀνεκαλέσατο, θύσας τὰς ἐν Κέῳ θυσίας τῷ Διῒ, καθάπερ μυθολογοῦσι. *Si quando defecerunt, & eos revocavit Ariſtæus ſacrificiis in Ceo inſula Jovi peractis, ut fabulantur.* Et apud Apollonium lib. 2. Argonaut. cùm Syrius οὐρανόθεν Μινωΐδας ἔφλεγε νήσους, *Minoidas* (id eſt, Cyclades) *è cælo torreret inſulas*, monitu Apollinis Ariſtæus in Ceum ſe contulit,

Lib. de ventis pag. 405.

Καὶ βωμὸν ποίησε μέγαν Διὸς Ἰκμαίοιο,
Ἱερά τ' εὖ ἔρρεξεν ἐν οὔρεσιν ἀστέρι κείνῳ
Σειρίῳ, αὐτῷ τε Κρονίδῃ Διΐ· τοῖο δ' ἕκητι
Γαῖαν ἐπιψύχουσιν ἐτήσιαι ἐκ Διὸς αὖραι
Ἤματα τεσσαράκοντα· Κέῳ δ' ἔτι νῦν ἱερῆες
Ἀντολέων προπάροιθε κυνὸς ῥέζουσι θυηλάς.
Icmæoque Jovi ſolemnem condidit aram
Pacavitque ſacris per montes ritè peractis
Sirion, iratumque Jovem, & deſævit ardor
Syderis; hinc recreant ſpirantes mollius auræ
Rura quater denas luces, Ceuſque ſacerdos.
Cum canis exoritur repetit nova ſacra quotannis.

Plura vide apud Scholiaſtem, & in Heraclidis politiis, & Diodori lib. 4. & Ciceronis de Divinatione lib. 1. & in Germanici fragmento ad Arati phœnomena capite *Aquarius*, qui omnes meminêre hujus ſacrificii ab Ariſtæo inſtituti, & à Ceis celebrari ſoliti ad Eteſias impetrandos.

Ad eundem Ariſtæum pertinent hæc Athenagoræ in legatione pro Chriſtianis: Χῖοι Ἀρισταῖον τὸν αὐτὸν καὶ Δία καὶ Ἀπόλλω νομίζοντες. Sed legendum Κεῖοι Ἀρισταῖον, &c. *Cei Ariſtæum eundem eſſe cum Jove & Apolline credentes.*

Cythno videri queat nomen feciſſe קטנות *katnuth* parvitas, nam exigua eſt inſula. Tamen aliud ſuccurrit quod licet minus obvium, fortaſſe multò eſt verius. Κύθνιος τυρὸς, *Cythnius caſeus* fuit olim valde celebris. Ita obſervant Stephanus & Euſtathius ubi de Cythno. Et à Polluce lib. 6. cap. 10. τυρὸς Κυθνιός τε καὶ Σικελικὸς, *caſeus Cythnius & Siculus* cenſentur inter τὰ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐδέσματα ἐνδόκιμα, *cibos apud Veteres maximè probatos.* Quin & *Cythnius* dicebatur à vicina Ceo vel Cio caſeus, quem ex Æſchylidis libris de re ruſtica multis deſcribit Ælianus de Animalibus lib. 16. cap. 32. Summa eſt in ſolo ſterili oves cytiſo, ficus & oleæ foliis, ſiliquis, & ſpinis nutritas lac emittere ex quo fiat caſeus præſtantiſſimus, καλεῖσθαι δὲ αὐτὸν Κύνθιον (lege Κύθνιον,) &c. καὶ τὸ τάλαντον αὐτοῦ πιπράσκεσθαι δραχμῶν ἑκατὸν καὶ ἐνενήκοντα, *vocari autem Cythnium, ejuſque talentum venire drachmis centum & nonaginta.* Κύνθιον vocem nihili mutat Geſnerus in ἀκάνθιον, quia partim ἐξ ἀκανθῶν ex ſpinis nutriebantur oves quarum lac in hujuſmodi caſeum coagulabatur. Sed ex iis quæ de Cythnii caſei præſtantia diximus, conſtat ſcribendum eſſe Κύθνιον ut conjectamus. Utut enim Cythnius caſeus propriè non dicatur qui è Cythno non eſt, tamen receptâ καταχρήσει *Cythnius* dici potuit caſeus à vicina Ceo, vel propter viciniam, vel quia fuit ejuſdem saporis & dignitatis cum Cythnio. Itaque ut in Antonino *Cynthos* pro *Cythnos*, ita in Æliano Κύνθιον ſcribitur pro Κύθνιον. Porro propter caſei dotes, Cythnus Phœniciè, ut ſuſpicamur, dicta eſt inſula גובנא *gubna* vel *guphno*, quomodo Syri hanc vocem efferunt, id eſt, inſula caſei. Sed Græci pro Γύφνα, Κύθνον ſcripſerunt, id eſt, Γ pro Κ ut in κάμηλος ex גמל *gamal*, & Θ pro Φ ut paſſim. Sic θύλλα & φύλλα *folia*, θῆρες & φῆρες *feræ*, θλίβω & φλίβω *affligo*, θλᾶν & φλᾶν *frangere*, θλαδιᾶν & φλαδιᾶν *contundere*, ψαθυρὸς & ψαφαρὸς *friabilis* ſola dialecto differunt. Et Καφηρεὺς EubϾ promontorium etiam Καθηρεὺς dicitur apud Stephanum. Hinc inebriari Græcè σκυθίσαι dici volunt pro σκυφίσαι, συγγενὲς γὰρ εἶναι τῷ Φ τὸ Θ. Ita Hieronymus Rhodius apud Athenæum lib. 11. Ibidem à Methymnæis ὁ σκύφος *ſcyphus* vocatur σκύθος *ſcythus*. Eodem exemplo *Cythnus* pro *Cyphno* dicta. Cythnum jam olim fuiſſe cultam docet hiſtoria vetus de Cythniis ab Amphitruone malè multatis, quod ceſſit in proverbium. Hinc enim Κυθνώδεις συμφοραὶ, *Cythniæ calamitates* dicuntur de graviſſimis. Adagii meminit Suidas, & Zenodotus tanquam ex Ariſtotele. Helladius apud Photium ſcribi vult per L non per D. τὸ κυθναλης, inquit, διὰ τοῦ λ γράφουσιν, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦ δ. Et in Heſychio Κυθναλης eſt ἐξώλης, qui perditus eſt funditus, quomodo Cythnus ab Amphitruone planè exciſa eſt & devaſtata: addit enim πεποιῆσθαι τὴν λέξιν ἀπὸ Κύθνου τῆς νήσου, ἀπόλεσθαι γὰρ αὐτὴν ἀπὸ Ἀμφιτρύωνος. Ita legendum, non Κυθμώδης & Κύθμου per M ut habent libri editi.

Rhene etiam *Celaduſſa* dicta eſt. Plinius; *Proxima ei* (Delo) *Rhene, quam Anticlides Celaduſſam vocat*, nempe à ſtrepitu undarum. Id enim propriè κελαδεῖν. Unde Poëta dixit ποταμὸν & πόντον κελάδοντα, id eſt, *flumen* aut *mare ſtrepens & tumultuans.* Quod ipſum Hebræis eſt רעם *Rhaam.* Sic 1. Paral. 16: 32. & Pſal. 96: 11. & 98: 7. ירעם הים ומלאו *perſtrepat mare & plenitudo ejus.* Phœnicium igitur nomen non fuit *Rhena*, ſed רעמה *Rhaama* vel *Rheema* ἀρχαϊκῶς: & Græci, quod paſſim fit, M & N permutarunt.

Andrus

Andrus Phœnicie עד רוץ *Ad-Rus* à ſitu dicta eſt. Nempe Auſtrali Eubœæ angulo eſt objecta, ubi duo promontoria, Geræſtus & Caphareus, quorum illud Andro propius, ſed hoc multò eſt notius ob crebra naufragia. Nam, ut cætera taceam, Græcorum è Trojano bello redeuntium claſſis univerſa ibi diſſipata eſt, & pleræque naves contritæ. Unde Poëta Æn. lib. 11.

---- Euboicæ cautes, ultorque Caphareus.

Vide inſuper Euripidem in Helena, & Lycophronem in Caſſandra verſu 373. & Smyrnæum lib. 14. & Hyginum fab. 116. & Senecam in Agamemnone, & Hercule Oetæo, & Baſſum Antbol. lib. 1. cap. 55. Merito igitur כיפא רוץ *Cepha rus*, id eſt, contritor ſcopulus à Phœnicibus eſt appellatus. Quippe ut כיפא *cepha* petram & ſcopulum, ita רוץ *rus* conterere & contritionem ſonat. Sic Jud. 9: 53. ותרוץ את גלגלתו, *& contrivit cranium ejus.* Proinde etiam inſula huic ſcopulo vicina ab iiſdem dicta eſt עד רוץ *Ad-Rus*, id eſt, *ad* ſcopulum *Rus* ſupple objecta. Sic *Ad Albulas*, *Ad Dracones*, *Ad Fratres*, *Ad Olivam*, *Ad Regias*, &c. loca ſunt Mauritaniæ. Stephanus multò aliter: Ἄνδρος, νῆσος, μία τῶν Κυκλάδων, ἐκλήθη ἀπὸ Ἄνδρου τοῦ Εὐρυμάχου, ἢ τοῦ Ἀνάνιος ἀδελφοῦ, τοῦ πατρὸς τῶν Οἰνοτρόπων. Τινὲς δὲ φασιν Ἀνδρέα τοῦτον, καὶ Ἀνάνιος παῖδα. *Andrus, inſula, una Cycladum, vocata eſt ab Andro Eurymachi aut Ananiæ fratris, patris Oenôtroparum. Quidam Andrieum malunt & Ananiæ filium.* Sed hujus ſive Andri ſive Andriei memoria de cætero valde obſcura eſt. Nec Ἀνάνιος legendum, ſed Ἀνίου, cujus filiæ erant Oenotropæ, ut ex Pherecyde Iſacius in Lycophronem pag. 96. & 98. Dictys Cretenſis libro primo extremo, Heſychius in Οἰνοτρόποι, Etymologus in Δωρίππη, & plures alii docent. Itaque ſi Stephano credimus, Andrus, à quo inſula dicta eſt, Anii fuit frater aut filius, ac proinde è ſtirpe Cadmi; Anium enim probavimus è Cadmo eſſe oriundum.

Tenos, Doricè Τᾶνος, Phœnicie inſula תנות *thannoth*, id eſt, draconum ſeu ſerpentum. Ariſtophanis Scholiaſtes in Plutum: Ἐν τῇ Τήνῳ μιᾷ τῶν Κυκλάδων νήσων ὄφεις καὶ σκορπίοι δεινοὶ ἐγίνοντο, *in inſula Teno Cycladum una ſerpentes & ſcorpii terribiles fuêre.* Ibidem Ὀφιοῦσα *Anguina* dicitur ab Antimacho. Quod & alii imitati ſunt. Atque eódem refero quod à nonnullis *Hydruſſa* dicebatur. Nempe ab hydris facto nomine, non ab aquis, ut Veteres volunt. Euſtathius: ὕδασι κατάῤῥυτος, διὸ καὶ Ὑδροῦσα ἐκλήθη. Stephanus; ἐκλήθη δὲ Ὑδροῦσα, διὰ τὸ κατάῤῥυτον εἶναι, καὶ Ὀφιοῦσα. Plinius; *Tenos cum oppido XV M. paſſ. porrecta, quam propter aquarum abundantiam Ariſtoteles Hydruſſam appellatam ait, aliqui Ophiuſſam.* Quin & vipera *Tenia* dicta eſt tanquam à Teno. Heſychius; Τηνία, ἔχιδνα: quia Tenus fuit θηριώδης ut habet Scholiaſtes qui ſuprà. Ariſtoteles in fine libri Mirabilium narrat de ſerpente quodam in Teno urbe magicis cantibus exanimato. Sed Tenus illa in Theſſalia fuit, non in inſula Teno. Τηνίων σκορόδων, *alliorum ex Teno* meminit Ariſtophanes in Pluto, quæ volunt fuiſſe δριμύτατα *acerrima.* In Ariſtotele non reperio quod ex eo citat Stephanus, ibi φιάλαις σύγκραμα εἶναι, ἐξ οὗ πῦρ ἀνάπτουσι πάνυ ῥαδίως, *aliquid in phialis eſſe dilutum, ex quo facillimè ignem accendunt.* Nihilo fortaſſe verius quàm quod aſſerit Athenæus lib. 1. ibidem eſſe fontem, cujus aqua vino non miſcetur. Anthologiæ lib. 1. cap. 38. Antipater Tenum ita cum Delo confert:

Νῦν δὲ σὺ μὲν ζώεις, ἡ δ' οὐκ ἔτι, τίς κεν ἐώλπει
Ὄψεσθαι Τήνῳ Δῆλον ἐρημοτέρην.
Tene viges Delo exciſa, & ſi credere fas eſt,
Nunc Delus Teno eſt inſula culta minùs.

Unde colligitur Tenum inſulam eſſe non magnæ rei.

Myconus tamen multò vilior & deſpectior. Unde Statius lib. 1. Achil.

---- placet ire per altas
Cycladas, hinc ſpreta Myconos, humiliſque Seriphos.

Athenæus lib. 1. Myconios dicit διὰ τὸ πένεσθαι καὶ λυπρὰν νῆσον οἰκεῖν ἐπὶ γλισχρότητι καὶ πλεονεξίᾳ διαβάλλεσθαι, *propter inopiam, & quia ſterilem inſulam habitant, tenacitatis & avaritiæ nomine traduci.* Unde illud Cratini in hominem ſordidum & avarum: Πῶς ἂν Ἰσχομάχου γεγονὼς Μυκόνιος φιλόδωρος ἂν εἴης; *Quomodo tu ab Iſchomacho Myconio genitus, munificus eſſes?* Et proverbia Μυκόνιος γείτων & Μυκονίων δίκην, in eos qui non vocati ad convivia ſe ingerebant. Videantur Parœmiographi, & Euſtathius in Odyſſ. ρ. Proinde Μύκονος Phœnicibus erat מוך און *Muc-on*, quaſi dixeris *cenſu tennem.* Quamvis citra compoſitionem מוך *muc* per ſe id ſignificet. Sic Lev. 25: 25. *cùm frater tuus* ימוך *facultatibus attenuatus fuerit*: LXX. ἐὰν πένηται ὁ ἀδελφός σου. Itaque in Phœnicio *Mucon* N finale videtur potiùs pertinere ad formam nominis.

Syrus, Diogeni Laërtio, Heſychio Mileſio & Suidæ *Syra*, & Homero *Syrie*, tam beata fuit & dives quàm miſera & inops Myconus. Quod planum facit hæc illius deſcriptio apud Poetam Odyſſ. ο. verſ. 405.

Εὔβοτος, εὔμηλος, οἰνοπληθής, πολύπυρος,
Πείνη δ' οὔποτε δῆμον ἐσέρχεται, οὐδέ τις ἄλλη
Νοῦσος ἐπὶ στυγερὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν.
Paſcua, læta ovibus, bona frugibus, apta Lyæo eſt.
Nec populum premit ægra fames, nec peſtifer aër
Pallida moroſis exercet corpora morbis.

Itaque per aphæreſim Phœnicibus familiarem, quod alibi multis probavimus, vel שירה *Sira* pro עשירה *Aſira*, id eſt, dives, vel שורה *Sura* pro אשורה *Aſura*, id eſt, beata, dicta eſt. *Scyron* pro *Syro* perperam habent Scylax, Mela & Ptolemæus. Sed & in cenſu Cycladum apud Plinium *Scyros* eſt intruſa perperam, & libris repugnantibus, ut obſervatum eſt à magno Salmaſio. Tale eſt quod idem lib. 33. cap. 12. inter ſilis ſpecies pro *Syrico ex Syro*, *Scyricum* habet *ex inſula Scyro.* Sil propriè limus eſt rubri coloris quo inter pigmenta utuntur. Ita definit Plinius in loco quem citavimus. Tamen lib. 35. cap. 6. Syricum recenſet idem inter colores factitios. Ut qui fiat ex ſinopide & ſandyce mixtis. Et in Neophyto *ſors*, *Syricum* & *ſandyx* pro eodem habentur. Σῶρι, inquit, καὶ τὸ Συρικὸν, ὃ καὶ σάνδυξ λέγεται. Utut ſit Syricum à Syro dici certum eſt, non Scyricum à Scyro. Itaque etiam hoc loco Plinium emendat Salmaſius ex MSS, quæ *Syricum* habent & *Syro.* Hinc apud Hebræos סירקון *ſircon* & סירקא *ſirca* vel סקרא *ſicra* per metatheſim pro minio ſepe uſurpatur: & סרק *ſarac* vel סקר *ſacar* per metatheſim eſt μιλτῶν *miniare.*

Syron Phœnices frequentare cœperunt ab heroicis temporibus. Proindo in Homero Phœnices mercatores in hac inſula per annum commorati, Cteſii Regis pellicem inde abducunt, quę & ipſa Phœniſſa fuit Sidone nata ex *Arybanſe.* Ἀρύβας deflexum nomen ex עזרובעל *Azrubaal*, qui Recentioribus Ἀσδρούβας, *zain* Hebręo verſo in *sd*, ut in Eſdrę nomine. Sed Poeta planè omiſit propter κακοφωνίαν. Cur *Aſdrubalem* Gręci Κλειτόμαχον interpretentur in ſequenti libro dicetur.

Syron maximè illuſtrarunt natales Pherecydis, qui compilatis Phœnicum ſcriniis in magnum virum evaſit, & primus Philoſophiam docuit apud Gręcos. Heſychius Mileſius in libro de iis qui eruditionis famâ claruêre: Φερεκύδης ὁ Σύριος (ἔστι δὲ μία

τ̃ Κυκλάδων νήσων ἡ Σύρα) Φασὶν δ' ἐχεῖν διδάσκαλον, ἀλλ' ἑαυτὸν ἀσκῆσαι, κτησάμενον τὰ Φοινίκων ἀπόκρυφα βιβλία. *Pherecydem Syrium ajunt (Syra autem una eſt è Cycladibus inſulis) nullo magiſtro uſum ſuo marte profeciſſe, poſtquam reconditos Phœnicum libros comparaſſet.* Ita etiam Suidas in verbo Pherecydes, & Euſtathius in Odyſſ. lib. 15. Hunc alii Pythagoræ, alii Thaletis præceptorem fuiſſe voluut. In Syro diu ſuperfuiſſe legitur ejus inſigne monumentum, heliotropium ſcilicet, id eſt, machina ſciotherica, cujus ſtylos ἡλίου τροπὰς ſeu ſolſtitia per umbrarum incrementa & decrementa ſignificabat. Laërtius in Pherecyde: Σώζεται δὲ καὶ ἡλιοτρόπιον ἐν Σύρῳ τῇ νήσῳ, *ſervatur & ejus heliotropium in Syra inſula.* Tamen eſt cur hanc machinam ſuſpicer multò fuiſſe antiquiorem, & Homeri ævo jam extitiſſe. Nempe ita ſuadent Poetæ verba Odyſſ. ο. verſ. 402.

> Νῆσός τις Συρίη κικλήσκεται (εἴπου ἀκούεις)
> Ὀρτυγίης καθύπερθεν, ὅθι τροπαὶ ἠελίοιο.
> *Trans Delum, ſi fortè tuas pervenit ad aures,*
> *Inſula in Ægeo eſt, ubi ſolſtitialia puncta,*

ſeu Solis converſiones, ſupple gnomone notantur in organo ſciotherico. Quid enim aliud ſint in ea inſula τροπαὶ ἠελίοιο quàm ἡλιοτρόπιον de quo ſuprà? Euſtathius quippe ſallitur, cùm per ἡλίου τροπὰς Occaſum vult intelligi, quaſi ſita ſit Syrus πρὸς τὰ δυτικὰ μέρη τ̃ Ὀρτυγίας, *ad occiduas partes Ortygiæ* ſeu Deli. Cùm contrà Deli ad Ortum ſit Syrus, non ad Occaſum. Ita deſcribunt Geographi. Et rem ſic ſe habere vel ex ipſo Homero patet, apud quem Eumæus in Ithaca Συρίην aſſerit eſſe Ὀρτυγίης καθύπερθεν, *trans Ortygiam*, id eſt, trans Delum. Quo nihil dici potuit falſius, ſi Syrus ſit ad Occaſum Deli, ubi etiam Ithaca. Omnino igitur ἡλίου τροπὰς in Syro fieri dixit Poëta, quia ſignificabantur per heliotropium ibi erectum. A qua interpretatione non recedit vetus Scholiaſtes, qui ad hæc verba ſic habet: Ἔνθα φησὶν εἶναι τὸ ἡλίου σπήλαιον, δι' οὗ σημειοῦνται τὰς τ̃ ἡλίου τροπάς. *Ibi dicit eſſe Solis ſpelaum, per quod ſignificant Solis converſiones.* Phœnicum potuit eſſe hoc opus, quos Strabo & Plinius & alii commendant ab Aſtronomiæ peritia. Saltem id conſtat Regem Achaz Ezechiæ patrem talem aliquam machinam Hieroſolymis erexiſſe annis circiter ducentis ante tempora Pherecydis. In qua per miraculum ingens, ad confirmandum Ezechiam in fide divinæ promiſſionis de vitæ prorogatione, umbra retroceſſit decem gradibus per quos jam deſcenderat. Umbram ajo, non Solem ipſum, quia nihil in Scriptura reperio quod nos cogat ut credamus Solem ipſum retroceſſiſſe. In hiſtoria Regum de Sole nihil habetur. Solùm umbra legitur reverſa eſſe retrorſum. In Eſaia etiam Deus pollicetur duntaxat ſe facturum ut umbra regrediatur decem gradibus, unde explicanda ſequentia; *Et reverſus eſt Sol decem gradibus.* Sol, id eſt, umbra Solis, vel etiam lumen Solis, quod recedenti umbræ ſucceſſit. Eo ſenſu Sol accedere dicitur, prout Solis lumen accedit aut recedit. Itaque miraculum fuit in heliotropio: non in ipſo corpore Solis: quod ſi tot gradibus retroceſſiſſet, quicquid graduum nomine intellexeris, tam inſigne prodigium ubicunque terrarum perculiſſet homines. Neque id ſilerent libri Veterum. Et nihil opus fuiſſet è Babylone in Judæam mitti legatos qui de portento interrogarent, quia rei geſtæ fides mortalium neminem latuiſſet. Sed hæc obiter.

1. Reg. 20: 9, 10, 11. Eſ. 38. 8.

Naxi vocabulum Veteres dum conantur ad Græcam linguam revocare, vel cæcis palam faciunt Syram habere originem. *Naxus*, inquiunt, παρὰ τὸ νάξαι, ὅ ἐστι θῦσαι, *à verbo νάξαι, quod immolare eſt.* Ita Euphorion, Stephanus, Suidas, Phavorinus. Et cauſam addit Euſtathius; Naxum ſcilicet ita vocatam, διὰ τὰς θυσίας ἐξαιρέτους ἐκεῖ γινομένας, *propter ſelecta ſacrificia ibi celebrata*; nempe Baccho, cui tam ſacra erat Naxus quàm Vulcano Lemnos, aut Delus Apollini. At in Græcorum ſcriptis νάξαι pro θῦσαι nuſquam occurrit. Quin Heſychio teſte νάξαι eſt planè aliud, nempe σάξαι & βύσαι, id eſt, farciendo & conſtipando implere. Homerus Odyſſ. φ. ἀμφὶ δὲ γαῖαν ἔναξε, *circum autem terram conſtipavit*; ubi Scholiaſtes, ἔναξε, συνεπίλωσεν, ſed legendum συνεπίλησεν. Euſtathius; τὸ δὲ ἔναξεν, ἀντὶ τ̃ ἐπίλησεν ἢ πατήσας ἢ χερσὶ συμπιλήσας, *id eſt, conſtipavit aut calcans, aut manibus ſubigens.* Joſephus; πᾶσα οἰκία ὁπλιτῶν νένακτο, *tota domus armatis erat conſtipata; id eſt, referta.* Inde νακτὰ Heſychius exponit τοὺς πίλους καὶ τὰ ἐμπίλια, *coactilia.* Et Suidas; νακτὸν, πυκνὸν, πλῆρες, μεστὸν, μὴ ἔχον ὑπὸ κοῦφον τι, *denſum, plenum, refertum, quod ſub ſe nihil habet leve.* Panis vel placentæ eſt epithetum valde ſubactæ, apud Athenæum, Heſychium, Pollucem, & Etymologicum magnum. Sed Syris נכס *necas* eſt immolare, & נכסא *nicſa* ſacrificium. Phœnices ſcripſere *nacſa*, quomodo *adan* ſalicem pro Syro אידן *idan*, & *nabla* nablium pro נבלא *nibla*. Ex *nacſa* factum *Naxus*. Rectè igitur Naxi nomen à victimarum copia aut præſtantia Veteres deduxerunt. Et in eo ſolùm error fuit quod ad Græciſmum revocarunt vocem merè Phœniciam.

Non poſſum non addere voce eadem נכסא *nicſa* vel *nacſa* etiam ſignificari cenſum & opes, quod in Naxum & Naxios non malè quadrat. De Naxo enim Herodotus lib. 5. ἡ Νάξος εὐδαιμονίῃ τ̃ νήσων προέφερε, *Naxus inter inſulas opulentia præſtabat.* Et Ariſtoteles in Naxiorum Republ. apud Athen. lib. 8. τ̃ παρὰ Ναξίοις εὐπόρων, οἱ μὲν πολλοὶ τὸ ἄστυ ᾤκουν, οἱ δὲ ἄλλοι διεσπαρμένοι κατὰ κώμας. *Divitum apud Naxios pleriſque in urbe habitabant, aliis vicatim erant ſparſi.* Et Euſtathius in Dionyſium: Νάξος μεγέθει μὲν οὐ μεγάλη ἐστὶν, ἄλλως δὲ καλή τε καὶ ἀγαθὴ, ἀγχοῦ τ̃ Ἰωνίας χρήματα ἔχουσα πολλά. *Naxos circa Ioniam eſt, inſula non magna, ſed opulenta & fœcunda, & divitiis multis affluens.* Naxiis tribuit Herodotus ὀκτακισχιλίην ἀσπίδα καὶ πλοῖα μακρὰ πολλὰ, *ſcutorum*, (id eſt, ſcutatorum) *octo millia, & naves longas plurimas.* Naves Naxias Græci vocant Ναξιουργεῖς κανθάρους. Vide Suidam, & Athenæum lib. 11. & Ariſtophanem in pace. Etiam *Strongyle* dicta eſt Naxus, quamvis non rotunda prorſus, ſed folio vitis ſimilis, ut habetur in Euſtathio. Cur eadem à Veteribus *Sicilia minor* appellata ſit in Sicilia dicetur. De Naxo plura qui volet præter Geographos conſulat Diodorum lib. 5. & Nonnum lib. 57.

Parus Nicanore teſte apud Stephanum etiam *Zacynthus* dicta eſt. An quia זכות *zachuth* Phœnicibus erat ſublimitas, ut infrà docebimus, ubi de inſula Zacyntho? Certè ut *Zacynthus*, ita *Parus* montoſa fuit & inæqualis; unde Ovidius Amorum lib. 1. cap. 7.

> *Caduntur Pariis qualia ſaxa jugis.*

Et Dioſcorides in Lycambidas Anthologiæ lib. 3. cap. 12.

> Οὔτι Πάρος νήσων αἰπυτάτης ἱερῶν.
> *Nec quâ celſior eſt inſula nulla Paron.*

Parii porro montes profundis cuniculis ſcatent, & Soli tam inacceſſis ut candidum marmor in iis latens non niſi ad lucernas poſſit erui; unde factum ut *lychnites* ſeu lucernarius diceretur Parius lapis. Plinius lib. 36. cap. 2. loquutus de Chiis quibuſdam ſculptoribus magni nominis: *Omnes autem tantùm candido marmore uſi ſunt è Paro inſula, quem lapidem cœpère Lychnitem appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur, ut author eſt Varro.* Λιθο-λυχνία ob id ipſum appellat Callixenus Rhodius apud Athenæum lib. 5. ubi de thalamego

go Philopatoris: ἵδρυτο δ' ἐν αὐτῷ τῆς τῶν βασιλέων συγγένειας ἀγάλματα εἰκονικὰ λίθου λυχνίτου. *In eo regia cognationis imagines erant collocata ex lapide Lychneo.* A cuniculis quos diximus nomen habere *Paron* inſulam ſtatim agnoſcet, quiſquis ſciet Hebræis פרה *pera* ex Eſai. 2: 20. & פריא *paro* Syris eſſe terræ cuniculum. Hinc Hebr. 11: 38. pro Græcis καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, *& cuniculis* (ſeu cavernis) *terra*, Syrus Interpres habet ובפריעיה דארעא.

Pari mons è quo marmor eruebatur *Marpeſſa* dictus. Stephanus; Μάρπησσα, ὄρος Πάρου, ἀφ' οὗ οἱ λίθοι ἐξαίρονται, *Marpeſſa*, id eſt, מער בצע *Maar betſa* caverna exciſionis, voce מער *maar* contracta ex מערת *marat* vel *mearat*. Alii *Marpeſſum* vel *Marpeſon* ſcribunt: Vibius Sequeſter in montibus: *Marpeſſus in inſula Paro.* Servius ad illud Poëtæ; *Quam ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes*, lib. 6. Æn. *cautem Marpeſiam lapidem dicit. Marpeſos enim mons eſt Paria inſula, habens duriſſimos lapides.*

Sacerdotes Cereris apud Parios Καβάρνοι *Cabarni* dicebantur. Heſychius; Καβάρνοι, οἱ τῆς Δήμητρος ἱερεῖς, ὡς Πάριοι. Hinc Suidas in Ὀργεῶνες. ὁ γοῦν Ἀντίμαχος ἐν τῇ Δυδῇ (lege Λήδῃ) γενεᾷ Καβάρνους θῆκεν αἰβακλίας (lege ἀγακλίας) ὀργεῶνας, *Antimachus igitur in Leda genealogia Cabarnos poſuit illuſtres ſacerdotes.* Stephanus in Πάρος ſcribit poſt Nicanorem, etiam ipſam inſulam dici Κάβαρνιν ἀπὸ Καβάρνου τοῦ μηνύσαντος τὴν ἁρπαγὴν τῇ Δήμητρι τῆς θυγατρός, *Cabarnin à Cabarno, qui filia* (Proſerpinæ) *raptum Cereri indicavit.* Quod nihilo eſt verius quàm quod ibidem habetur ex Callimacho, &, in politiis Heraclidis; Parum dici à Paro Arcade Parrhaſii filio. Ut Pari vocabulum Phœnicium eſt, ita etiam Cabarnorum, quamvis trajectis literis. Phœnicię enim *Cabarni* eſſent קרבנין *Carbanin*, ut קרב *careb*, offerre, & קורבן *corban* oblatio. Quam vocem apud Tyrios in uſu fuiſſe docet ex Theophraſto Joſephus lib. 1. contra Appionem.

Siphnum cætera miſeram auri & argenti fodinæ in immenſum locupletarunt. Euſtathius; λέγονται δέ ποτε ἀκμάζειν τοῖς πράγμασιν οἱ Σίφνιοι, καὶ πλουτεῖν μάλιστα, διὰ τὸ χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ ἐν τῇ νήσῳ εἶναι μέταλλα. *Siphnii dicuntur olim rebus fuiſſe florentibus, & in magnas opes creviſſe, quia in inſula fuêre auri & argenti fodina.* Ita etiam Herodotus Muſâ tertiâ: Νησιωτέων μάλιστα ἐπλούτεον, ἅτε ἐόντων αὐτοῖσι ἐν τῇ νήσῳ χρυσέων καὶ ἀργυρέων μετάλλων ὥστε, ἀπὸ τῆς δεκάτης τῶν γινομένων αὐτόθεν χρημάτων θησαυρὸς ἐν Δελφοῖσι ἀνακέεται, ὅμοια (lege ὅμοιος) τοῖσι πλουσιωτάτοισι. *Inſularum erant ditiſſimi, ut qui haberent aurea & argentea metalla; ita ut ex decima pecuniarum qua inde ſuppetebant, Delphis theſaurus reponeretur opulentiſſimo cuique par.* Et vetus author apud Suidam in Σίφνιοι: Οὗτοι πλουσιώτατοι ἐγένοντο οὐ μόνον τῶν νησιωτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἠπειρωτῶν εὖ μάλα συχνῶν, ἕως μὲν οὖν τὴν δεκάτην ἐς Δελφοὺς ἀπέστελλον ἐντάκτως, καὶ ἐπείθοντο τῷ χρησμῷ τῷ τοῦτο προστάξαντι, τὰ τοῦ πλούτου αὐτοῖς ἐπίδοσιν εἶχε, φανέντων ἀργυρείων μετάλλων. *Iſti non ſolùm inſularium, ſed & aliorum plurimorum continentis incolarum ditiſſimi fuerunt. Quandiu nimirum decimas Delphos ritè mittebant, & oraculo parebant, quo ita facere jubebantur, eorum opes incrementum habuerunt, cùm argenti fodina ipſis apparuiſſent.* Idem Suidas & Phavorinus: Ἰσοϋψεῖς οἰκίαι, καὶ παράλληλοι τῷ τείχει, ἐν Σιφλῷ (lege Σίφνῳ) ἦσαν καταλύματα τοῖς ἐργαζομένοις τὰ χρύσεια μέταλλα. *In Siphno domus erant paris altitudinis & muro parallela, in illorum diverſoria qui in auri fodinis operabantur.* Ab hac opulentia *Siphnus* Phœnicię dicta eſt צפנא *Siphna* vel *Siphno* per *ſade*: quia צפן *ſaphan* eſt recondere. Græci reddunt θησαυρίζειν *theſaurizare*, Prov. 1: 18. & 2: 7. & 13: 23. Et צפונים *ſephunim* ſunt theſauri reconditi, Symmacho ἀπόθετα, Pſ. 17: 14. Quomodo Siphnii ex his opibus in ſummam inopiam inciderint diſcere eſt ex Herodoto & Suida.

Seriphum Ariſtophanis Scholiaſtes in Acharnanes dicit eſſe νῆσον εὐτελεστάτην, *inſulam viliſſimam.* Seneca ad Helviam cap. 6. deſertam & aſperrimam. *Deſerta* inquit *loca & aſperrimas inſulas Sciathum & Seriphum peto.* Et apud Plutarchum de exilio, Stratonicus eò delatus cùm ab hoſpite didiciſſet τοὺς ῥᾳδιουργούς, *falſarios* in exilium mitti: Τί οὖν (εἶπεν) οὐκ ἐρᾳδιούργησας, ὅπως ἐκ τῆς στενοχωρίας ταύτης μεταστῇς, *cur non igitur* (inquit) *falſi crimen admiſiſti, ut ex his anguſtiis migrares?* De eadem ſic agit Tacitus, ac ſi tota ſit ſaxum, de Caſſio Severo dicens lib. 4. Annalium: *Bonisque exutus, interdicto igne & aqua, ſaxo Seriphio conſeneſcit.* Seriphus ſcilicet, Euſtathio referente poſt Geographum, ἅτε πετρώδης οὖσα, ὥς τε κωμῳδεῖται ὑπὸ τῆς Γοργόνος τοῦτο παθεῖν, ὡς τοῦ Περσέως αὐτόθι τραφέντος, καὶ τὴν τῆς Γοργόνος δεῦρο ἐκεῖ κομίσαντος κεφαλὴν δι' ἧς τοὺς ἐκεῖ ἀπελίθωσεν. Strab. lib. 10. vid & Iſac in Lycophr. pag. 15. & 16. *Ita ſaxoſa eſt, ut fabulentur Comici hoc illi accidiſſe à Gorgone: ac ſi Perſeus eò appulſus Gorgonis caput attulerit, per quod loci incolas in lapides converterit.* *Seriphus* igitur pro *Reſipho* dicta videtur per metatheſim, quia רציף *reſiph* apud Phœnices lapidibus ſtratum ſonabat. Hæ ſunt Cyclades propriè dictæ quia Delò viciniores. Sequuntur inſulæ quædam ambigui juris, quas alii Cycladibus, alii Sporadibus adſcribunt.

Sic *Amorgus*, *Aſtypalæa* & *Ios*, quas plerique Sporadas, Stephanus & Euſtathius Cycladas eſſe ſtatuunt. Sunt qui *Amorgon* inſulam, ex qua ἀμόργη purpuræ genus, & ἀμόργινα ἱμάτια, *amorgina veſtes* ſeu purpuræ, per literarum inverſionem fieri volunt ex Hebræo ארגמן *argaman*, quo purpuram ſignificari nemo eſt qui neſciat. Favet quod in Etymologo, in voce ἀπομόρξατο, Ἀμόργινα ἱμάτια redduntur τὰ πορφυρᾶ, & ἀμόργη, εἶδος βοτάνης πορφυρᾶς. Sed & in Euſtathio ἀμόργη eſt πορφύρα κατὰ γλῶσσαν. Et in Stephano ἀμόργινος χιτών, χρώματος ἴδιος. Et in Suida ἀμόργινα, χρώματος εἶδος ἀπὸ νήσου Ἀμοργοῦ. Aliis tamen placet veſtes amorginas à materia dici, quia ἀμοργὶς aliquid eſt byſſo ſimile vel carpaſo (Gall. *crêpe*) in veſtium uſum olim adhibitum. Suidas; Ἀμόργινον, ὅμοιον βύσσῳ καὶ πολυτελές, *Amorginum, byſſo ſimile & pretioſum.* Item: ἔστι δὲ ἡ ἀμοργὶς, ὅμοιον ἀλοπίσῳ λίνῳ. Περιλεπίζουσι δὲ αὐτὸ καὶ ἐργάζονται. Ἔστι δὲ σφόδρα λεπτὸν ὑπὸ (lege ὑπὲρ) τὴν βύσσον ἢ τὴν κάρπασον. *Amorgis autem eſt quid ſimile lino decorticato, quod decorticant & elaborant. Eſtque id tenuiſſimum ſupra byſſum aut carbaſum.* Etymologus: Ἀμοργὶς ἐστὶ ἡ καλάμη τῆς ἀνθήλης τὸ λεπτότατον μέρος ὅθεν ἀμόργη, *Amorgis in lini calamo eſt pappi vel lanugiais pars tenuiſſima ex qua fit amorge.* In eadem ſententia ſunt Heſychius, Julius Pollux, Harpocration, Lexici Attici Author, Pauſanias, Phavorinus, alii. Atque id verum eſſe ſuadet quod in Æſchine ἀμόργινα & ἔργα λεπτὰ ſunt ſynonyma. Γυναῖκα, inquit, κατέλιπεν ἀμόργινα ἐπισταμένην ἐργάζεσθαι, καὶ ἔργα λεπτὰ εἰς ἀγορὰν ἐμφέρουσαν, *mulierem reliquit qua amorgina peritè elaborabat, & opera tenuia deferebat in forum.* Nec minus lucis in Ariſtophanis loco ex Lyſiſtrata, in quo mulierem tædet τῆς ἀμοργίδος ἣν ἄλοπον οἴκοι καταλέλοιπε, *Amorgidis quam domi reliquit nondum decorticatam.* Adde ex μαλθακοῖς Cratini ἀμοργὸν βρυτίνην, *amorgon* ſeu linum *brytinum*, id eſt, Heſychio interprete byſſinum Vide Salm. in Solin pag. 1125. ſeu bombycinum, uno verbo ſericum. Omnino igitur ἀμοργὶς eſt lini genus in Amorgo inſula naſci aut elaborari ſolitum. Julius Pollux: τὰ δὲ Ἀμόργινα γίγνεσθαι μὲν τὰ ἄριστα ἐν τῇ Ἀμοργῷ; λίνα δ' ἂν καὶ ταῦτα εἶναι λέγοιεν, *Amorgina autem optima in Amor-*

go fieri dicunt, eaque etiam eſſe linea. Tamen amorgen pro purpura, & amorgina pro purpureis ideò ſumi ſuſpicor, quia colore purpureo plerumque imbuebantur. Qua ipſa de cauſa byſſus quoque pro purpura uſurpatur, ut ſuo loco diximus. Interim *Amorgon* à Phœnicibus appellatam eſſe crediderim אם אורגין *em oregin* matrem textotum vel inſulam אום *om* aut עם אורגין *am oregin* gentis textorum, aut etiam הם אורגין *ham oregin* copiæ textorum; voce הם *ham* ex המון *hamon* contracta, ut in אברהם *Abraham*. De Aſtypalæa jam dictum inter Caricas inſulas.

In Phaleg. lib. 3 c. 4.

Ios inſula Homeri ſepulchro veneranda, & matris Homeri natalibus, dicta putatur *ἀπὸ Ἰώνων οἰκησάντων, ab Ionibus incolis*, ut & à Lydis *Lydias*, & *Phœnice* à Phœnicibus. Quippe etiam his nominibus inſignitur apud Stephanum. At cùm linguæ Græcæ ratio non ferat ut *Ios* dicatur ab Ionibus, *Ion* puto Phœnices עין *Iion* expreſſiſſe. Cujus nominis urbs fuit in Judæorum Tribu Nephthali, ab agro lapidoſo, niſi fallor, ſic appellata. Hebræis enim עי *i*, plur. עיים *ijim* vel עיין *ijin*, eſt acervus lapidum, ut Chaldaicè יגר *iegar*, & Græcè λιθώριον in Aquila, Pſal. 79: 2. Ita exponit Hieronymus epiſt. 135. ad Suniam & Fretellam. Hinc Aquila, Mich. 3: 12. *καὶ Ἱερουσαλὴμ λιθολογηθήσεται, & Jeruſalem in lapidum congeriem redigetur*, pro Hebræis עיין תהיה. *Ion* igitur inſulam ex ipſo nomine lapidoſam fuiſſe colligo. Saxoſam certè deſcribunt multi eorum, qui Homeri meminerunt ibi ſepulti. Paulus Silentiarius Anthol. lib. 3. cap. 25.

1. Reg. 15: 20.
2. Reg. 15: 29.
2. Par. 16: 4.

—— θεῖον Ὅμηρον
Κλεινὸς ἐπ' αἰγιάλῳ τύμβος ἔχει σκοπέλῳ.
—— *vatis Homeri*
Oſſa ſub æquorea rupe ſepulta jacent.

Et de eodem Antipater Sidonius:

Ἀ δ' ἐλάχεια νασῖτις Ἴα σπιλάς.
Saxo hic condit Io circumflua.

Et Alcæus Meſſenius,

Καὶ νέκυν ἀκταίῃ θῆκαν ὑπὸ σπιλάδι.
Oſſaque littoreâ compoſuêre petrâ.

Homerus nimirum è Samo Athenas profecturus, ad hanc inſulam appulit, & in ſaxoſo littore morbo correptus interiit & ſepultus eſt. In vertice rupis erat oppidum, à quo *καταβαίνοντες αἰεί τινες τῶν ἐκ τῆς πόλιος, ἀπεσχόλαζον παρὰ τῷ Ὁμήρῳ. Oppidanorum aliqui ſubinde deſcendentes ægrotanti Homero operam dabant*, Herodotus in vita Homeri.

Strabo dicam ſcribit Artemidoro quod *Prepeſinthum, Gyarum* & *Oliarum* Cycladibus accenſeat; tamen de *Gyaro* Varro & Hyginus, & de *Oliaro* Plinius Stephanuſque idem ſentiunt. De *Prepeſintho* præter Geographos, eoſque numero pauciſſimos, non meminit ullus Veterum, quod quidem ſciam. Nempe propter ſaxa aut arenas deſerta fuit inſula. Sed propter ſaxa potiùs, ut ſuſpicamur. Nam *Prepeſinthum* dici puto pro *Treteſintho*, (quomodo πίσυρες, pro τέσσαρες, πέμπε pro πέντε, Πίγρης pro Τίγρης, Περμώτη pro Περκώτη, *Palmyra* pro תדמור *Tadmor*, σπολὴ pro στολὴ, σπάδιον, pro στάδιον, &c.) Et *Treteſinthum* pro טרטשית *Tartiſith*, quaſi Saxoſam dixeris. Syris enim & Phœnicibus טרשא *tarſa* & prima geminata טרטשא *tartiſa* ſaxum aut rupem ſonat.

Gyarus vel *Guarus* Γυάρος unde dicatur colligere eſt ex hiſtoria veteri, quam ita attingit Plinius lib. 8. cap. 29. *M. Varro author eſt, &c. ex Gyaro Cycladum inſula incolas à muribus fugatos.* Et cap. 57. *Theophraſtus author eſt in Gyaro inſula, cum incolas fugaſſent, ferrum quoque roſiſſe eos.* Et Stephanus Byzantius, *Ἀντίγονος δ' ὁ Καρύστιός φησιν, ὅτι ἐν ταύτῃ οἱ μύες διατρώγουσι σίδηρον, Antigonus Caryſtius mures in ea ferrum rodere aſſerit.* Quæ & apud Suidam legas in verbo Γυάρος. Phœnices igitur credibile eſt Γυάρον appellaſſe inſulam עכור *acuar* vel כור *cuar*, Phœnicia aphæreſi, quam ſæpe obſervavimus, id eſt, inſulam muris. Mus Hebraicè eſt עכבר *acbar*. Sed עכבר *acbar* & עכור *acvar* idem ſunt, quomodo פרבר *parbar* & פרור *parvar* loci pars exterior, סרבל *ſarbal* & סרול *ſirval* ſaraballum, תסבר *thsbar* & תסור *thsvar* theſaurus, אבה *aba* & אוה *ava* avere, expetere, אברקסין *abracſin* & אורקסין *avracſin* braccæ. Ex *acuar* vel *cuar* factum Γυάρος *Guarus*, ut Ἄγβαρος *Agbarus* ex אכבר *acbar*, *Argo* navis ex ארכא *arco* & ſimilia.

Oliarum ex Heraclide jam probavimus Sidoniorum eſſe coloniam. Sed nos latet ratio nominis. An ut inſula *Membliarus* à conditore *Membliaro* dicta eſt, ita etiam *Oliarus* ab Oliaro, qui fortè Hebræis אריאל *Ariel*, id eſt, leo Dei? Fuit id virorum fortium cognomen apud Moabitas 2. Sam. 23: 20. & 1. Paral. 11: 22. In *Oliaro* ex *Ariel*, R & L tranſpoſita ſunt, ut in *Calari* pro *Carali*, & *beryllo* ex כלור *belur*, & κλῆρος ex גורל *goral*, & *Siluribus* ex סרול *ſirval*, ut ſuo loco dicetur, & *calaſiri* ex קרסל *carſol*, id eſt, talo. Ægyptiis enim *calaſiris* erat ποδήρης χιτώνιον *talaris toga*: & περὶ τὰ σκέλεα crura ambiens, ut habetur in Herodoto.

Sequuntur ex Ptolemæo *Pholocandrus* & *Sicinus*, quam etiam agnoſcit Mela. *Pholocandrus*, aliis *Pholegandrus* ex Heſychio *Pholegandrus* eſt פלך גונדרי *phelec-gundari* tractus lapidoſus. Qua notione vox גונדרי *gundari* uſurpatur à Talmudicis in tract. *Bava metſia*. Rectè me conjectaſſe doceant hæc Strabonis lib. 10. quæ inde deſcripſit Stephanus: *Φολέγανδρος ἣν Ἄρατος σιδηρείην ὀνομάζει διὰ τὴν τραχύτητα, Pholegandrus quam Aratus ferream vocat propter aſperitatem.* Arati verſus ſic habet;

Ὦ Λητοῖ, σὺ μήνεις γε σιδηρείῃ Φολεγάνδρῳ
O Latona tenet nunc ferrea te Pholegandrus.

Malè legitur *μήνεις μὲν*, quod non patitur metri ratio.

Prope Pholegandrum eſt *Sicinus*, de qua præter Melam & Ptolemæum meminit enim Scylax, & Apollonius lib. 1. verſ. 624. & apud Scholiaſtem Theolytus, Xenagoras, Cleon Curienſis, & Aſclepiades Myrleanus. Quidam *Sicynum* & *Sicenum* vocant, & priſco nomine *Oenoën*. Plinius lib. 4. cap. 12. *Sicynus qua anteà Oenoë.* Strabo lib. 10. *ἀπὸ δὲ τῆς Ἴου πρὸς ἑσπέραν ἰόντι Σίκινος, ab Io inſula verſus Occaſum eunti eſt Sicenus.* Stephanus; *Σίκινος, νῆσος περὶ τὴν Κρήτην, ὡς Στράβων δεκάτῃ, αὕτη Οἰνόη πρότερον ἐκαλεῖτο, Sicenus inſula circa Cretam, ut ait Strabo lib.* 10. *Ea ante vocabatur Oenoë.* Nempe *διὰ τὸ εἶναι ἀμπελόφυτον, quia vitibus conſita eſt*, ut placet Etymologo & Apollonii Scholiaſti. Tamen Apollonius utrumque nomen è fabulis repetens Thoantem Lemni Regem in arca hûc delatum narrat ex *Oenoe* nympha *Sicinum* peperiſſe: unde factum ut priùs *Oenoë*, deinde *Sicinus* diceretur. Et apud Scholiaſtem, etiam Xenagoras Sicini nomen deducit *ἀπὸ Σικίνου υἱοῦ Θόαντος καὶ Νηΐδος νύμφης*, pro quo Etymologus *ἀπὸ υἱοῦ Θόαντος Σικίνου καὶ νύμφης Οἰνοναΐδος*. Utrobique legendum *Οἰνηΐδος*, id eſt, *à Sicino Thoantis filio & nympha Oeneide*, quæ aliis eſt Oenoë. Mihi *Sicinus* tam fabuloſus quàm *Oenoë* vel *Oeneis*. Et *Sicinus* vel *Sicenus* inſula dicta videtur a paupertate: quia סכן *ſiccen* Hebræis eſt indigere. Miſera enim erat inſula & ignobilis. Proinde apud Laertium Solon Pholegandrum & Sicinum tanquam inſulas obſcuri nominis & parvæ rei ita opponit Athenarum celebritati:

Εἴην δὴ τότ' ἐγὼ Φολεγάνδριος ἢ Σικινίτης,
Ἀντί γ' Ἀθηναίου πατρίδ' ἀμειψάμενος.
Pro terra mihi Cecropia Pholegandrus ut eſſet,
Aſpera vel Sicinus patria terra velim.

Super-

Superſunt *Melus* & *Cimolus*, quas licet à Delo multùm diſſitas, & Cretæ longè propiores, tamen pro Cycladibus habent Artemidorus & Strabo. Ut de Plinio & Stephano taceam, qui de Melo idem ſentiunt. *Melos* inſula fuit πολυώνυμος. Eadem enim dicta eſt *Mimallis* vel *Mimalis*, & *Memblis*, & *Byblis* aut *Byblos*, & *Zephyria*, & *Siphnus*, & *Acytus*, & *Laſtus*. Quod probant hæc loca Veterum, Solinus; *Melos, quam Callimachus Mimallida dixit.* Plinius; *Melos cum oppido quam Ariſtides Byblida appellat, Ariſtoteles Zephyriam, Callimachus Mimalida: Heraclides Siphnon & Acyton.* Heſychius, Μιμαλλὶς, ἡ νῦν Μῆλος, *Mimalis quæ nunc Melos.* Idem; Μεμβλὶς, Μῆλος ἡ νῆσος, *Memblis, Melos inſula.* Item; Λάϛος, ὁ Ἀκραγὰς τὸ παλαιὸν, καὶ ἡ Μῆλος, *Laſtus Acragas olim, & Melus.* Stephanus; Βύβλος ἐκλήθη ἀπὸ τῶν Βυβλίων Φοινίκων, *Byblus appellata eſt à Bybliis Phœnicibus.* *Melon* à mali rotunditate plerique dici volunt, quia *Melos* Plinio authore *inſularum rotundiſſima eſt.* Feſtus *à Melo qui ex Phœnice ad eandem fuerat profectus.*

Sed Hebraicè מלא *melo* eſt plenitudo vel expletio. Itaque inſula מלא *Melo* eſt inſula plenitudinis, vel inſula expletionis. Quod nomen quò pertineat jam diſquiremus. Rem de hac inſula refert Philoſophus in libro Mirabilium quæ ſuperat omnem fidem: Φασὶ δὲ καὶ ἐν Μήλῳ τῇ νήσῳ ἐν τοῖς ἐξορυσσομένοις τόποις τῆς γῆς πάλιν ἀναπληρώματα γίγνεσθαι. *In Melo inſula ferunt in effoſſis terræ locis, expletiones rurſus fieri.* Vult in effoſſæ locum terram aliam ita ſuccedere, ut foſſa per ſe repleatur. Quod miraculum ſive verum ſive fictum, ſi modo fuit creditum, potuit dare nomen inſulæ. Ita ut dicta ſit inſula מלא *melo*, ſeu quod idem eſt ἀναπληρώματος *repletionis*, id eſt, in qua foſſæ excavatæ aggeſtâ terrâ per ſe replentur.

Præterea Hebræis מלא *melo* vel מלאה *melea*, id eſt, plenitudo, cùm de frugibus agitur, maturitatem ſonat. Sic Exod. 22: 28. מלאתך *plenitudinem tuam, &c. non tardabis reddere.* Plenitudinem, id eſt, maturas fruges, quomodo reddunt Junius & Tremellius, Selomonem ſequuti, qui hic habet כשתתמלא תבואתך להתבשל, *cùm fructus tuus plenè maturus erit.* Et Num. 18: 27. והמלאה מן היקב, *& ut plenitudo è torculari* ab iiſdem vertitur, *& ſicut maturus liquor ex torcularis lacu.* Et à Jarchio ſimiliter מלאה, לשון בישול תבואה שנתמלאת *plenitudo, id eſt, maturitas fructus quæ plena eſt.* Rurſus Deut. 22: 9. המלאה *plenitudo*, in Junio eſt *fructus maturus.* Neque aliter reddit Kimchius in Lexico. Alii plenitudinem fructuum pro copia & ubertate ſumunt, ut Deut. 33: 16. *de frugibus terræ, & de plenitudine ejus.* Utrovis ſenſu ſumpſeris in Melon inſulam mirè congruet, quæ & fructus tulit uberrimos, & tam mira ratione matureſcentes, ut jure merito potuerit inde denominari. Soli ſcilicet fuit tam portentoſa feracitas, ut fruges intra tricesimum diem perfectè matureſcerent, & ſementis à multis fieret propemodum in ipſa meſſe, nec agricolæ tam tardo quicquam inde decederet. Theophraſtus de cauſis plantarum lib. 4. cap. 12. τὸ γὰρ αὖ περὶ Μῆλον συμβαῖνον τῆς τελειώσεως, ὥστε τὸ ὕστατον σπείροντα θερίζειν ἅμα τοῖς πρώτοις ἐπὶ τῆς χώρας αἰτίασιν ὡς εὐτροφον. *Quod enim in Melo accidit de maturitate frugum, ut qui ferit noviſſimus una cum primis metat ad terram eſt referendum, ut quæ ſit maximè ferax.* Idem multò expreſſius de hiſt. plant. lib. 8. cap. 3. Ἐν Μήλῳ δέ τι θαυμασιώτερον λέγουσι. Ἐν γὰρ τριάκοντα ἡμέραις θερίζουσι. Διὸ καὶ λέγειν αὐτούς ὅτι μέχρι τούτου δεῖ σπείρειν, ἕως ἂν ἴδῃ τις δράγμα. Γίνεσθαι δὲ οὔτε ὄψιμα ταῦτα, οὔτε πολλὰ (lege φαῦλα) παρ' αὐτοῖς. Δοκεῖν δέ τινα διαδοῦναι τὴν χώραν τροφήν. Καὶ γὰρ εἶναι σιτοφόρον μὲν καὶ ἐλαιοφόρον ἀγαθὴν, ἀμπελοφόρον δὲ μετρίαν. *In Melo autem aiunt aliquid mirabilius contingere. Sata enim ibi metunt intra trigeſimum diem. Proinde ferendum eſſe dicunt, donec quis viderit manipulum. Et ſic ſata nec ſerotina, nec vitioſa eſſe apud ipſos. Totamque adeò regionem uberrimum ferre alimentum, cùm triticum & oleas affatim viteſque etiam modicè ferat.* Hæc vera eſt interpretatio loci, quem uſque adeò non intellexit Gaza ut reddiderit planè in contrarium ſenſum. Virum enim alioqui doctum turbavit vox πολλὰ quam in φαῦλα mutavimus, ſic poſtulante ſenſu. Φαῦλα, id eſt, *vitioſa*, ut in eodem capite δόλιχος φαῦλος καὶ ἐρυσιβώδης, *phaſelus vitioſus & æruginoſus.* Itaque frumenta in Melo ſata Theophraſtus negavit eſſe φαῦλα vitioſa, etiamſi ſerò ſerantur. Non negavit eſſe πολλὰ multa: neque enim id cohæreret cum ſermonis tota ſerie. Nec regio in qua fruges properè quidem, ſed parcè matureſcerent diceretur eſſe εὔτροφος, & σιτοφόρος ἀγαθὴ, & δοκεῖν τινα διαδοῦναι τροφήν. Nec præferretur Siciliæ Mylis, ubi terram dixerat reddere trigeſimum fœnus. Itaque jam nulli obſcurum *Melon potuiſſe* dici à Phœnicibus ארץ מלא *terram Melo*, id eſt, plenitudinis, vel ubertatis nomine, vel maturitatis frugum; item ארץ ממלא *terram memalle* vel ממליא *mamli*, quaſi dicas terram complentem, id eſt, ad plenam maturitatem brevi ſpatio perducentem. Atque ut ex *memalle Mimallis & Mimalis*, ita ex *mamli* deflexa *Memblis* & *Byblis*, M & B permutatis: cujuſmodi παραγράμμασι nihil frequentius apud Græcos. Talia τέρμινθος & τερέβινθος, μύρμηξ & βύρμηξ, μέλιτον & βέλιτον, μυρσίνη & βυρσίνη. Nec puto aliud eſſe cauſæ cur terram in Melo effoſſam ſtatim repleri fabulentur, quam quod in ſulcis vomere ductis ſemen ſtatim progerminans & protuberans vulnus terræ inflictum aliquo modo ſarciat, & cicatricem obducat. Huc facit quod ut docuimus Phœnicia phraſi terra complere dicitur cùm frugibus maturitatem affert. Unde & מלא *male* plena dicitur ſtipula cùm eſt matura, Nahum. 1: 10. Ita interpretantur Kimchius & Selomo. De cætero frugum in Melo tam præcox maturitas naturæ ſoli tribuenda quod calidum eſt & ſulphureum. Dioſcorides lib. 5. cap. de ſulphure: γεννᾶται δὲ πλεῖστον ἐν Μήλῳ καὶ Λιπάρᾳ, *naſcitur autem plurimum in Melo & Lipara.* Plinius lib. 35. cap. 13. *Naſcitur in inſulis Æoliis inter Siciliam & Italiam, quas ardere diximus, ſed nobiliſſimum in Melo inſula.*

Melos etiam *Zephyria* dicitur. Stephanus; Βύβλος ἐκλήθη ἀπὸ τῶν Βυβλίων Φοινίκων, ἀλλὰ καὶ Ζεφυρία, *Byblus appellata eſt à Bybliis Phœnicibus, ſed & Zephyria.* Plinius; *Ariſtides Byblida appellat, Ariſtoteles Zephyriam.* Quod nomen ita factum à ſitu, ut ſimul imitetur Phœnicium צריפא *zeriphia*; quaſi aluminoſam vel aluminariam dixeris, propter alumen optimum in ea naſcens. Dioſcorides lib. 5. poſtquam egit de Ægyptio alumine: Γεννᾶται δὲ καὶ ἐν ἄλλοις τισὶ τόποις, ἐν Μήλῳ, ἐν Μακεδονίᾳ, &c. *Naſcitur etiam in aliis locis, in Melo, in Macedonia, &c.* Plinius lib. 35. cap. 15. *Laudatiſſimum* (alumen) *in Ægypto, proximum in Melo.* Et paulò pòſt; *Optimum ex omnibus quod Melinum vocant, ab inſula Melo, ut diximus. Nulli vis major neque aſtringendi, neque denigrandi, neque indurandi. Nullum ſpiſſius.* Item; *Ad omnia quæ in cæteris generibus diximus, efficacius intelligitur ex Melo advectum.* *Melon* igitur *Zeripham* dictam fuiſſe conjectamus, quia צריפה *Zeripha* eſt alumen. צ per z efferimus ut Veteres in צור *Zor* & צוער *Zoar* & ſimilibus. Sub Auguſto plures Judæos in hac inſula habitaſſe planum eſt ex Joſepho Antiq. lib. 17. cap. 14. & Belli Jud. lib. 2. cap. 5.

Ut à *Cimolo Cimolia*, ſic à *Melo* dicitur terra

Melia vel *Melias*. Meminit Theophraſtus in libro de lapidibus, ubi poſtquam recenſuit quatuor terræ genera, quæ olim in precio fuêre, Meliam, Cimoliam, Samiam & Tymphaicam è qua fit gypſum, de Melia hæc addit: χρῶνται δ' οἱ γραφεῖς τῇ Μηλίᾳ δὴ μόνον, vel ut magnus Salmaſius τῇ Μηλιάδι μόνον, *Pictores autem nonniſi Melia* (vel *Meliade*) *utuntur*. Sunt qui cinerei coloris fuiſſe volunt. Dioſcorides lib. 5. Ἡ δὲ μηλία τὴν μὲν χρόαν καὶ αὐτὴ ἐστὶν ἐμφερὴς Ἐρετριάδι τῇ σποδοειδεῖ. *Melia autem & ipſa colore eſt ſimilis Eretriadi cinereæ*. Melia tamen id ipſum eſt quod *melinum* de quo Plinius lib. 35. cap. 6. *Melinum candidum & ipſum eſt, optimum in Melo inſula*, & cap. 7. *Quatuor coloribus ſolis immortalia illa opera fecêre, ex albis melino, &c.* Sed *melia* duplex fuit, una medicorum quæ cinerea, altera pictorum quæ candida. Hæc Latinè *melinum* dicitur in Plauto, Vitruvio, Plinio, & Paulo Juriſc. Rurſus ab hoc melino diverſum μήλινον χρῶμα. Qui color idem cum luteo, ut rectè obſervat Salmaſius. Neque enim à Melo inſula, ſed ἀπὸ τῶν μήλων à malis, ſumpſit denominationem.

Plaut. Moſtell. Vitruv. lib. 7. c. 7. Paul. Pandect. lib. 31.

Melo vicina eſt Cimolus, à qua Cimolia terra eſt inter cretæ ſpecies. Plinius lib. 35. cap. 17. *Cretæ plura genera. Ex iis Cimoliæ duo ad medicos pertinentia, candidum & ad purpuriſſum inclinans.* Hinc Ovidius lib. 7. Metam.

— *cretoſaque rura Cimoli.*

Ad medicinam quid conferat medicorum filii pluribus docent. Sed ejus uſum in veſtibus poliendis & deſquamandis nullibi reperies uberius quàm in Plinio. Ex cinere, nitro & cimoliâ Veteres fecerunt lixivii genus, quo in balneis ſordes eluebant. Ariſtophanes in Ranis,

Ὁ πονηρότατος βαλανεὺς, ὁπόσοι
Κρατοῦσι κυκησιτέφρου
Ψευδονίτρου τε κονίας
Καὶ Κιμωλίας γῆς.
Balneator omnium peſſimus, quotquot
Tractant turbantem cineres
Falſoque nitro mixtum pulverem,
Et Cimoliam terram.

Ad quæ verba Scholiaſtes: ἡ Κιμωλία νιτροποιὸς γῆ ἐξ ἧς τὸ νίτρον, *Cimolia terra nitrifica ex qua nitrum.* Hinc in Dionyſium Euſtathius: ἡ Κίμωλος περὶ Κρήτην, ἐξ ἧς ἡ Κιμωλία γῆ, ἐπιτηδεία εἰς νίτρου κατασκευήν, *Cimolus circa Cretam, ex qua Cimolia terra, apta ad nitri præparationem.* Et Dioſcorides lib. 2. cap. de ſelle: σὺν νίτρῳ ἢ γῇ Σιμωλίᾳ σμῆγμα κράτιστον, *cum nitro aut terra Cimolia ſmegma optimum.* Inde factum ut Talmudici hæc promiſcuè ſumentes *nitrum*, Jerem. 2: 22. per *Cimoliam* explicaverint. Locus Jeremiæ ſic habet: *Si laveris te* בנתר *nitro, & multiplicaveris tibi* בורית *boruth*, id eſt, herbam fullonum, puta, στρούθιον aut ſaponariam. Et ad illum Talmudici נתר ובורית קמוליא ואשלג לכבס בגד קטן *nitrum & boruth*, id eſt, *Cimolia & aſleg ad lavandam veſtem parvam.* Abſurdè, cùm parvæ & magnæ veſtes eodem modo laventur. Itaque pro בגד קטן (*beged caton*) *veſtem parvam*, legendum בגד כתום (*beged cathum*) *veſtem maculatam. Aſleg* eſt Perſicum *aſlengi*. Arabes vocant כנדס *condus*; Græci στρούθιον, unde στρουθίζειν, id eſt, τῷ στρουθίῳ καθαίρειν, Romani *radiculam* & *herbam lanariam*, quia ut Plinius author eſt lavandis lanis ſuccum habet, mirum quantum conferens candori mollitiæque. Phœnices in auctario Dioſcoridis σουρίς, id eſt, שורש *ſoros*, radicem, quomodo Romani *radiculam* & *radicem*. Columella:

Dalech. lib. 7. cap. 13. Avic. lib. 2. Dioſcor. lib. 2.

Plin. 19. cap. 3.

— *à Syrioque venit quæ ſemine radix.*

Col. lib. 11. Plin. lib. 24. cap. 11.

quoniam, teſte Plinio, *nihil ferè excepta radice ſtruthion eſt.* Hæc Talmudici veteres non imperitè. Sed ad utramque vocem Gemariſtæ ſunt ridiculi. In Gemara enim *Cimolia* explicatur à R. Juda עשב שמכשין אותו ושוחקין אותו ורוחצין בו את ידיהם והוא מוציא את הזוהמא, *herba quâ areſactâ & commolitâ lavant manus ut eluantur ſordes*, quod pertinebat ad *aſleg*. At *aſleg* vel שלגא *ſalga* R. Samuel, ab iis ſcilicet edoctus qui in mare deſcendunt, vult id eſſe quod reperitur בנוקבי דמרגניתא in foraminibus margaritarum, & inde educitur ברמצי דפרזלא ſtylo ferreo; quo nihil fingi potuit ineptius. Cimoliam Avicenna poſt doctorem quendam חנין *Hanin* peti dicit è loco maritimo cui nomen eſt אלסיראף *Aſſiraph* vel *Alſiraph*. *Siraph* eſt urbs Perſidis notiſſima in littore maris Perſici ad gradum ab Æquatore XXIX. de qua Nubienſis Clim. 3. part. 6. & Geographorum alii. Sic Cimoliam Theſſalicam, & Lyciam, & Sardam, & Umbricam laudat Plinius. Tamen propriè Cimolia dicitur quæ è Cimolo eſt. Adeóque cùm Talmudicis & Chaldæo Paraphraſti גומא *guma* ſit foſſa, & אהל *ahal* vel אוהל *ohal* inter genera ſmegmatum, fallor aut compoſita voce *Cimolos* à Phœnicibus גום־אהל *gum-ohal* dicebatur, id eſt, foſſa ſmegmatis, propter terram ſaponariam, quæ ex ea eruebatur. Cimolia enim paſſim definitur γῆ σμηκτὶς *terra ſmectis* aut *ſaponaria*. Sic in Hippocrate σμηκτίδα γῆν Galenus & Erotianus exponunt τὴν Κιμωλίαν. Et in Julio Polluce lib. 10. cap. 31. γῆ σμηκτρὶς juxta Nicocharim id ipſum eſt quod Ariſtophanis Κιμωλία γῆ.

Job. 9: 30. & 39. 17.

Cyclas, quod unum ſupereſt Phœnicibus, dicta eſt גיגלא *gigla* pro גלגלא *galgla*, ex Hebr. גלגל *galgal* quod circulum ſonat. Prius L eſt omiſſum, ut in קיקלא *kikla* ex קלקל *kilkal*. Itaque ex *gigla* κύκλος & Κυκλὰς. G & C permutari paſſim jam ſæpe monuimus. At Sporas iiſdem erat פזורה *Pzura* vel פזירא *Pzira*, ut פזר *pazar* vel *pzar* σπείρειν ſpargere. Phœnicium PZ Græci mutarunt in *SP* propter ſoni inſolentiam ut CS in SC in *Sciatho* ex קשיתא *Cſiatho*, & TS. ST in *Boſtra* ex בצרא *Botſra*, & *Meſtrem* ex מצרים *Mitſraim*, & TN in NT in *Ponto* ex בטנא *Botno*, & SL in LS in ἄλσος ex אשלא *aſlo*.

CAPUT XV.

Phœnices in Creta & vicinis inſulis.

Quò appulerit Aſterius Europâ raptâ. Ejus frater *Atymnus* cultus à Gortyniis. *Atymnus*, id eſt, תימן *Theman*. *Europa* חור אפא à candore faciei, Junonis pigmentum illi datum. Europa cur *Hellotia* dicta, & Europæ corona *Hellotis*, & *Hellotia* feſtum. An ab הלות *halloth*, id eſt, epithalamium canere? Mos coronandi nuptas antiquiſſimus. Coronæ Europæ, Ariadnes, Proſerpinæ. Ejuſdem ritus in Scriptura veſtigia. *Itanus* urbs Cretæ à Phœnice *Itano*, id eſt, איתן *Ethan*. *Itamus* עיתם idem. *Creth* vel *Ceritha* vel *Creta* Palæſtinæ regio, cujus incolæ *Cerethii* & *Cretes*. Gaza *Minoa* dicta tanquam à *Minoe*; *Menon* urbs ibid. *Marnas* Gaza cultus pro Jove Cretenſi. Cerethæi vel Palæſtinæ Cretes ſagittis maximè valuêre. Eadem Cretenſium arma perpetua. Quod alii à Minoe, alii ab Apolline arceſſunt, aut Saturno & Curetibus. Strabo emendatus. Arcus Creticus. Calami Cretici. Sagittandi ſtudium ad ſitum regionis referri. Inde *Cretes* dicti ut כרתי *Cretim* Sagittarii Palæſtinæ. *Membliarus* vel *Membriareus*, id eſt, ממרא הראש *Mambre baros*. Dux Mambre Cadmi cognatus in Thera inſula. Membliari pater *Pœcilus*, id eſt, *Picol*. Theras à Cadmo octavus Theræ nomen dedit. Inde Battus qui Cyrenas condidit. *Membliarus* inſula prope Theram, quæ & *Anaphe*. Stephanus emendatus. *Anaphe* unde dicta. Delo & Anaphæ multa communia. Philonis error. *Anaphe*, id eſt, ענפה, id eſt, *Anepha* ramoſa, opaca. Ortelius notatus. Anaphæi ſacra Apollinis cum convitiis celebrant. Iiſdem periculum à perdicibus.

In Cretæ urbe Gortyna ad Lethæum amnem, ad quem Europâ raptâ appulit Aſterius, colebatur Europæ frater *Atymnus*. Solinus capite undecimo ex magni Salmaſii emendatione: *Gortynam amnis Lethæus*

Lethæum præterfluit, quò Europam tauri dorſo Gortyni ferunt vectitatam. Iidem Gortynii & Atymnum colunt Europæ fratrem, ita enim memorant. *Atymnus*, id eſt, תימן *Teman*, ut *Atabyrius* תבור *Tabor*. Polyb. lib. 5. Et Europa eſt חור אפא λευκοπρόσωπος. Hujus ſcilicet formam quanti fecerint priſci mortales docet fabula de puella nomine Angelo Jovis & Junonis filia, quam ajunt κλέψαι τὸ τῆς Ἥρας μύρον, ᾧ τὸ πρόσωπον αὐτῆς αἴθον ἦν χριόμενον, καὶ δοῦναι Εὐρώπῃ τῇ Φοίνικος θυγατρί. *Junonis pigmentum ſurripuiſſe, quo peruncta facies ſplendorem conciliabat, & Europæ dediſſe Phœnicis filiæ.* Hæc Theocriti Scholiaſtes Idyll. 2. Europam *Hellotiam* appellaſſe Veteres ſcribit Etymologus, ὅτι οἱ Φοίνικες τὴν παρθένον Ἑλλωτίαν καλοῦσι, *quia Phœnices virginem Hellotiam vocant.* Sed & in Heſychio Ἑλλωτὶς eſt Europa, & ἑλλώτης *Europæ corona textilis viginti cubitorum*, & Ἑλλώτια Europæ feſtum in Creta. Et in Stephano, vel Hermolao ſi mavis, Gortyna urbs de Cretenſi Europæ nomine dicebatur olim Ἑλλωτίς. Ellotiæ porro nomine virginem ſignificari, ut tradit Etymologus, mihi non fit veriſimile. Quorſum enim à Cretenſibus virgo dicta fuerit, quæ virgo non erat ampliùs, cùm in Cretam appulit? Præterea lingua Phœnicum עלמא *alma* virgo dicebatur, non *Hellotis*, nec *Hellotia*. Hieronymus in Eſaiam: *Linguâ Punicâ, quæ de Hebræorum fontibus manare dicitur, propriè virgo ALMA appellatur.* Si tamen in his vocibus, ut in pleriſque Creticis, quod ſpero me docturum alias ſi dederit Deus, Phœnicium quid latet, putaverim eſſe referendas ad Hebræorum הלות *halloth*, quod & in genere *laudare eſt*, & in ſpecie ὑμεναιοῦν *epithalamium canere*. Sic Pſal. 78: 63. *virgines ejus* לא הללו *non fuerunt laudatæ*: ſupp. nuptiali carmine, id eſt, innuptæ manſerunt: antecedens pro conſequente. Ita accipiunt Hebræi omnes. Et in Thalmude paſſim הלול *laus* eſt nuptiale carmen vel feſtum: & בית הלול *domus laudis*, domus, in qua celebrantur nuptiæ: & in Jonathanis Paraphraſi, Exod. 2: 1. גננא דהלולא *thalamus laudis* ſumitur pro nuptiali thalamo. Itaque ab הלות *halloth* vel *helloth* Hellotia dici potuêre à Cretenſibus Aſterii & Europæ feſta epithalamia, quæ renovabantur quotannis. Potuit & ex eadem cauſa Hellotis dici ipſa Europa, & Gortyna urbs penè in umbilico Cretæ, in quam convenire mos erat feſtum illud celebraturos. Denique Ἑλλωτὶς στέφανος dicta fuerit ob hoc ipſum Europæ corona nuptialis. Antiquiſſimi enim eſſe moris quod ſponſæ coronantur, ut alia taceam, docet corona Ariadnes ex auro & Indicis gemmis ipſo die nuptiarum illi à Venere indulta, & deinceps in cœlum tranſlata. Vide Aratum, & Germanicum, & Feſtum Avienum in phœnomenis, & Hyginum lib. 2. & Tertullianum de corona militis cap. 7. & 13. Et Claudianum lib. 2. de raptu; ubi agens de Proſerpina, quæ caput floribus redimiebat paulò ante raptum, ad hunc morem ita alludit,

---- ſeſeque ignara coronat,
Augurium fatale thori.

Proinde in Sacris Scriptoribus multa reperire eſt veſtigia hujus moris. Ut Cantic. 3: 11. *Videte, filiæ Sion, Regem Solomonem, cum corona, quâ mater illum coronavit in die ſponſaliorum ejus.* Et Ezech. 16: 8, 12. *Cùm viderem te quod ecce tempus tuum eſſet*, (id eſt, ætas nubilis) &c. *conveni tecum in fœdus, ait Dominus Deus, ut nuberes mihi, & poſui, &c. coronam decoris in caput tuum.*

In Cretæ parte orientali *Itanum* urbem, de qua Herodotus, Ptolemæus, alii, condidiſſe fertur Itanus Phœnicius. Stephanus; Ἴτανος, πόλις ἐν Κρήτῃ ἀπὸ Ἰτανοῦ Φοίνικος. *Itanus*, id eſt, איתן *Etan* vel *Ethan*, Phœnicium nomen ex Scriptura notiſſimum. In Ptolemæi Tabulis legitur *Itamus* per M, id eſt, עיטם *Etam*; cujus nominis duæ ſunt urbes in terra Chanaan, una in Tribu Juda, altera in Tribu Simeon. Voces porro איתן *ethan*, & עיטם *etam* ſcripturâ & origine multum differunt: tamen utraque validum ſonat. Nam עיטם idem quod עצום. 1. *Chron.* 4: 32. *et* 11: 6.

Jam de Cretæ nomine. In Giggejo קריתא *Keritha* Arabibus eſt *Palæſtinæ regio*; id ipſum erat כרית *Creth* Syris: & incolæ Hebræis dicuntur כרתי *Crethi* vel כרתים *Crethim*, vox in Scriptura frequens, quam Vulgata reddit *Cerethi* vel *Cerethæos*, LXX. nonnunquam Κρῆτας *Cretenſes*. Sic Ezech. 25: 16. pro Hebræa paronomaſia והכרתי את כרתים (*vehicratthi eth Crethim*) *& exſcindam Cerethæos*, LXX habent, καὶ ἐξολοθρεύσω Κρῆτας, *& perdam Cretenſes.* Et Sophon. 2: 5. Πάροικοι Κρητῶν *advenæ Cretenſium* pro Hebr. גוי כרתים (*goi Crethim*) *gens Cerethæorum.* Sed utrobique agi de Philiſtæis apparebit legenti loca. Prior enim ita habet: *Extendam manus meas contra Philiſtæos, & exſcindam Cerethæos, & perdam reliquias portuum maris*, quia Palæſtinæ regio ad mare tota patebat. Et poſterior in Sophonia: *Væ iis qui habitant ad tractum maris, genti Cerethæorum: Verbum Domini contra vos. Chanaan eſt terra Philiſtæorum*, (id eſt, terra excidio & internecioni devota, ut olim terra Chanaan) *diſperdam te ita ut non ſit habitator.* Jam in utroque loco elatum eſt Cerethæos & Philiſtæos pro uno ſumi. Proinde lib. 1. Sam. 30: 14. נגב הכרתי *meridies Crethi*, vel ut Chaldæus דרומא כרית *doroma Creth*, explicatur ℣. 16. per ארץ פלשתים *terram Philiſtæorum.* Neque puto LXX. Interpretes in tanta luce cæcutiviſſe, & ad Cretenſes è Creta inſula voluiſſe referri loca Scripturæ, quæ pertinere ad Philiſtæos luce meridiana clarius eſt. Tantùm ſonum Hebrææ vocis exprimunt Græca ſimili. Sic Sophon. 2: 6. Hebrææ כרת נות רעים *manſiones foſſionum paſtorum*, id eſt, in antris effoſſæ à paſtoribus Τρωγλοδύταις, legerunt aliis vocalibus & mutato vocum ordine כרת נות רעים, unde nata eſt hæc verſio, καὶ ἔσαι Κρήτη νομὴ ποιμένων, *& erit Creta paſcuum paſtorum.* (Ποιμένων lego cum Complutenſi, non ut alii ποιμνίων.) Non quaſi de Creta inſula res ſit, ſed quia Palæſtinam vel Palæſtinæ partem littoralem, ut à Syris כרית *Creth* vocabatur, ita Græcè putaverunt Κρήτην *Cretam* poſſe appellari. Quò eòdem refero quod Philiſtæorum Gaza metropolis Minoæ cognomen habuit, quaſi Cretenſium Rex vetuſtiſſimus Minos eò coloniam deduxerit. Stephanus ubi de Gaza: Ἐκλήθη δὲ καὶ Μινώα, ὅτι Μίνως σὺν τοῖς ἀδελφοῖς Αἰακῷ καὶ Ῥαδαμάνθυι ἰὼν ἐξ αὐτῆς ταύτην ἐκάλεσεν. *Minoa etiam dicta eſt, quia Minos eò profectus cum fratribus Æaco & Rhadamantho, illam vocavit de ſuo nomine.* Nempe cùm neſcirent quorſum Palæſtina כרית *Creth*, & Philiſtæi כרתים *Crethim* dicerentur, fingenda fuit fabula quæ ſecaret hunc nodum. Hùc accedit quod prope Gazam erat *Menois* vel *Minois* oppidum tanquam à *Minoe* dictum. Hieronymus in locis: *Medemana in Tribu Juda, cujus meminit Eſaias, & nunc eſt Menois oppidum juxta civitatem Gazam.* Quin qui Gazæ colebatur *Marnas* מרנש, de quo Hieronymus in Eſaiam lib. 2. & in epiſtola ad Lætam, & in vita Hilarionis, credebatur eſſe Jupiter Cretenſis. Stephanus ubi ſuprà: ἔνθεν καὶ τὸ τοῦ Κρηταίου Διὸς παρ' αὐτοῖς εἶναι, ὃ καὶ καθ' ἡμᾶς ἐκάλουν Μάρναν, ἑρμηνευόμενον Κρηταγενῆ. *Unde & apud eos* (Gazenſes) *fanum eſſe* (ajunt) *Jovis Cretenſis, qui a nobis vocatur Marnas, id eſt, è Creta genitus.* Ridiculè, neque enim id ſignificat *Marnas*, ſed dominum hominum. Interim hoc manet in Philiſtæorum metropoli *Marnan* pro Jove Cretenſi eſſe habitum, quaſi Philiſtæis aliquid eſſet commune cum Cretenſibus. Sed & LXX. Seniores, tanquam recepto errore abrepti, in loco Sophoniæ, quem citavimus, Philiſtæos pro גוי כרתים

גוי כרתים *gens Cerethæorum* vel *Cretum* vocant πάροικος Κρητῶν *advenas Cretenſium*, ac ſi è Creta putaverint illos migraſſe in Palæſtinam. Qui errores mihi videntur ex hoc uno fonte manaſſe, quod כרת *Creth* Palæſtinæ, & כרתים *Crethim* Philiſtæorum nomen ad *Cretam* & *Cretenſes* alludit.

At ſi alterum ab altero ſit deducendum, cùm Cretenſibus antiquiores ſint Philiſtæi, mihi ſit veriſimilius Cretenſes à Philiſtæis quàm Philiſtæos à Cretenſibus id nominis eſſe mutuatos. Quin video quaſi per nebulam qua ratione id ſit factum. Præcipua Philiſtæorum arma erant ſagittæ & arcus. In Gelboenſi prælio, quod Sauli & filiis fatale fuit, his armis Philiſtæi ſe præſtiterunt maximè terribiles. Ita habetur 1. Sam. 31: 3. *Ingraveſcente prælio in Saulem, aſſequuti ſunt eum viri ſagittarii. Is itaque valde timuit ab iſtis ſagittariis.* Nec deſunt qui in rei memoriam locum ubi Saul cæſus eſt dici volunt גבעת המורה *Gabaath hammore* vallem jaculatoris, Jud. 7: 1. Proinde ne Judæi deinceps in ejuſmodi diſcrimen inciderent, David *juſſit ut doceretur filii Juda tractare arcum* 2. Sam. 1: 18. Et pace facta cum Philiſtæis, quoſdam habere voluit ex illorum ſagittariis ad cuſtodiam corporis ſui. Hi ſunt Cerethæi, quorum in hiſtoria Davidis Scriptura meminit toties. Vid. 2. Sam. 8: 18. & 15: 17. & 20: 7. & 1. Reg. 1: 38, 44. & 1. Paral. 18: 17. Quibus locis Chaldæus Interpres pro Hebræo כרתי *Crethi* ſemper habet קשתיא *ſagittarios*.

Porro nemo eſt qui neſciat hæc eadem fuiſſe Cretenſium arma perpetua. Lucanus lib. 3.

Creta vetus populis, Gnoſſaſque agitare pharetras
Docta, nec Eois pejor Gortyna ſagittis.

Et lib. 7.

—— Creta Cydonas
Miſit, Ituræis curſus fuit inde ſagittis.

Virgilius in Cyri,

Attica Cretæâ ſternebat rura ſagittâ.

Maximus Tyrius Serm. 7. παιδεύματα Κρητικὰ, θῆραι, ὀρειβασίαι, τοξεῖαι, *inſtituta Cretica venationes, montana itinera, ſagittationes.* Et Serm. 13. Ἐλεύθεροι Κρῆτες αὐτὸ, ὅτε ὅπλα εἶχον, ὅτε ἐτόξευον. *Liberi olim fuère Cretes, cùm armati erant, cum ſagittabant.* Solinus ubi de Creta: *prima mari potuit remis & ſagittis.* Inde eſt quod Iſacius in Lycophronem pag. 14. Herculem ſcribit didiciſſe τὴν τοξικὴν à Cretenſi Rhadamantho. Et apud Strabonem Ephorus author eſt, inter vetuſtiſſimi νομοθέτου Minois leges unam fuiſſe, quâ jubebantur Cretenſes à puero ἀσκεῖν τοξικῇ *ſagittatione exercери*. Quin in Diodoro mythologi hoc inſtitutum arceſſunt multò longiùs. Undecim enim Curetum, è quorum numero fuit Saturnus, in Cretam ajunt τὰ περὶ τὴν τοξικὴν εἰσηγήσασθαι, *ſagittandi diſciplinam introduxiſſe.* Quanquam alii malint id referre ad Apollinem; quem aſſerunt apud ſe natum, & εὑρετὴν τῶν τόξων γενόμενον διδάξαι τοὺς ἐγχωρίους τὰ περὶ τὴν τοξείαν, ἀφ' ἧς αἰτίας μάλιστα παρὰ τοῖς Κρησὶν ἐζηλῶσθαι τὴν τοξικήν, καὶ τὸ τόξον Σκυθικὸν (lege Κρητικὸν) ὀνομασθῆναι. *Et reperto arcu jaculandi artem loci incolas edocuiſſe. Qua ex cauſa Cretenſes jaculatione maximè delectari, & arcum appellari Scythicum.* Imò *Creticum.* Audeo enim hîc Σκυθικὸν mutare in Κρητικὸν, ita poſtulante ſenſu. Quæ emendatio confirmatur ex his Pollucis lib. 1. cap. 10. §. 13. Εὐδόκιμα δὲ θώραξ Ἀττικουργής· κράνος Βοιωτιουργές· πῖλος καὶ ἐγχειρίδιον Λακωνικά· ἀσπὶς Ἀργολική, τόξον Κρητικόν. *Maximè probantur thorax Atticus; galea Bœotica; pileus & pugio Laconicus; ſcutum Argolicum; arcus Creticus.* Sic & in calamis ſagittariis præcipua laus Cretico, qui apud Theophraſtum ὀλιγογονατός τε, καὶ μάλιστα κάμψιν δεχόμενος, καὶ ὅλος ἄγεσθαι δυνάμενος ὡς ἂν θέλῃ τις θερμαινόμενος. Quod Plinius ita imitatur: *Suum genus ſagittario calamo, ſed Cretico longiſſimis internodiis, obſequiumque quo libeat flecti calefacto.* Hinc tam ſæpe apud Poëtas laudantur Cretææ & Cydoneæ ſagittæ; Arcus item Cydonii, Gnoſſiaci, Gortyniaci à Cretæ urbibus Cydone, Gnoſſo, Gortynia: & Pindari in Pythiis Ode quintâ, Κρῆτες τοξοφόροι; & in bellorum hiſtoriis nihil tam frequens quàm τοξόται Κρῆτες, *Cretenſes ſagittarii.* Atque id ipſum refert Plato in primo de Legibus ad Cretæ inſulæ ſitum, quæ cùm montoſa ſit & inæqualis, ad pedeſtrem militiam aptior eſſe creditur. Ἐλαφρὰ δὴ τὰ ὅπλα ἀναγκαῖον ἐν τῷ τοιούτῳ κεκτῆσθαι, καὶ μὴ βάρος ἔχοντα θεῖν. τῶν δὲ τόξων καὶ τοξευμάτων ἡ κουφότης ἁρμόττειν δοκεῖ. *Quapropter*, inquit, *armaturam leviorem eſſe neceſſe eſt, ne pondere ſuo curſum impediat: cui res arcuum & ſagittarum levitas videtur apprimè congruere.* Sic in Creta Julianus Orat. 7. vult primum eſſe repertos τοξότας καὶ τὰ κουφότερα τῶν ὅπλων, *ſagittarios & leviorem armaturam*, τῇ φύσει τῆς χώρας ἀκολουθούντων τῶν ἐπιτηδευμάτων, *quia regionis naturam ipſa rerum ſtudia conſequuntur.* Itaque ut apud Phœnices כרתי *Crethi* vel *Cret* dicebatur ſagittarius è Palæſtina; ita ab iiſdem כרתים *Crethim*, id eſt, *Cretes* dicti ſunt ii Græcorum qui eandem artem maximè excoluerunt.

Creticas inſulas quatuor Phœnices occupaverunt, Melon, Cimolon, Theram & Anaphen. De Melo & Cimolo jam actum in Cycladibus. Supereſt ut de Thera & Anaphe dicamus. In Theram inſulam Phœnicum coloniam deduxit Membliarus, qui ſub cognato Cadmo ſtipendia meruit. Herodotus lib. 4. cap. 147. *Erant autem in inſula, quæ nunc Thera vocatur, quondam Calliſta* ἀπόγονοι Μεμβλιάρου τοῦ Ποικίλεω, ἀνδρὸς Φοίνικος, *poſteri Membliari Pœcili filii viri Phœnicis. Cadmus enim Agenoris Filius Europam quærens, in inſulam quæ nunc Thera vocatur cùm appuliſſet, ſive regionis amore captus ſeu quid aliud habuerit in animo, in ea reliquit* ἄλλους τε τῶν Φοινίκων καὶ δὴ καὶ τῶν ἑωυτοῦ συγγενέων Μεμβλίαρον, *cùm alios Phœnices, tum è conſanguineis ſuis Membliarum.* Quidam pro Membliaro Membriarcum ſcribunt, ut Pindari Scholiaſtes Pyth. 4. ὑπέμειναν γὰρ ἐν Θήρᾳ μετὰ Μεμβριάρου τοῦ Κάδμου συνεξορμήσαντος Φοίνισσαί τινες γυναῖκες. *In Thera enim ſubſtiterunt Phœnices quædam mulieres cum Membriareo, qui eò cum Cadmo appulerat.* An *Membliarus* vel *Membriareus* Phœnicibus erat ממרא הראש *Mamre haros*, id eſt, *dux Mamre* vel *Mambre*, ut ferè ſcribunt? Hujus nominis fuit unus Abrahæ commilitonum, Gen. 14. 24. Et unus è Magis Ægyptius qui Moſi obſtiterunt 2. Tim. 3: 8. Membliarus patrem habuit *Pœcilum*, id eſt, *Picol* פיכל. Vide Gen. 21: 22.

Octavâ poſt Membliarum generatione Theras γένος ἐὼν Καδμεῖος, *qui è Cadmi genere erat* Calliſten inſulam occupavit, & de ſuo nomine Theram dixit. Quidam Membliari poſteros penes quos fuit inſula, Theræ ultro ceſſiſſe volunt, quia Cadmæus erat, Membliarus autem è plebe. Pauſanias in Laconicis: τὴν δὲ ἀποικίαν ὁ Θήρας ἔστελλεν ἐς τὴν νῆσον τὴν τότε ὀνομαζομένην Καλλίστην, τοὺς ἀπογόνους οἱ τοῦ Μεμβλιάρου παραχωρήσεσθαι τῆς βασιλείας ἐλπίζων ἑκόντας. ὅπερ οὖν καὶ ἐποίησαν, λαβόντες λογισμὸν ὅτι Θήρᾳ μὲν ἐς αὐτὸν ἀνήει Κάδμον τὸ γένος, οἱ δὲ ἦσαν ἀπόγονοι Μεμβλιάρου. Μεμβλίαρον δὲ ἄνδρα ὄντα τοῦ δήμου Κάδμος ἐν τῇ νήσῳ κατέλιπεν ἡγεμόνα εἶναι τῶν ἐποίκων. *Coloniam deduxit Theras in inſulam quæ illis temporibus Calliſte vocabatur; de cujus imperio Membliari poſteros ſperavit ultro ſibi deceſſuros: quod & fecerunt, id apud ſe reputantes, Theræ genus ad ipſum Cadmum referri, cùm ipſi à Membliaro deſcendiſſent, quem plebeja ſtirpe natum Cadmus in ea inſula colonorum ducem reliquiſſet.* Tamen in Herodoto

Margin notes: Strab. lib. 10. — Diod. lib. 5. pag. 231. — Hiſt. Plant. lib. 4. cap. 10. — Plin. l. 16. cap. 36. — Herod. ibid.

Herodoto Membliarus plebeius non eſt, ſed è Cadmi conſanguineis. E Theræ poſteris fuit Battus qui Cyrenas in Africa condidit.

A Membliaro *Membliarus* vel per aphæreſim *Bliarus* dicta eſt inſula prope Theram & Anaphem. Stephanus; Μεμβλίαρος, νῆσος πλησίον Θήρας καὶ Ἀνάφης, ἀπὸ Μεμβλιάρου τοῦ Θήραν οἰκήσαντος Φοίνικος, τῶν μετὰ Κάδμου ἑνός. Λέγεται καὶ κατὰ ἀφαίρεσιν Βλίαρος. Quin Membliarus eadem eſt inſula cum Anaphe. Idem Stephanus: Ἀνάφη, νῆσος μία τῶν Σποράδων πλησίον Θήρας, ἥτις ἀπὸ Μεμβλίαρος (lege Μεμβλιάρου) τοῦ σὺν Κάδμῳ πλεύσαντος εἰς ἀναζήτησιν Εὐρώπης Μεμβλίαρος ἐκαλεῖτο. *Anaphe inſula una Sporadum prope Theram, quæ olim Membliarus vocabatur à Membliaro qui cum Cadmo navigavit ad quærendam Europam.* Itaque in priore loco pro Μεμβλίαρος, νῆσος πλησίον Θήρας καὶ Ἀνάφης, *Membliarus, inſula prope Theram, quæ & Anaphe* dicitur. Porro *Anaphen* dici volunt, quia Argonautis maris agitatione divexatis ex media caligine ἀνεφάνη apparuit. Idem Stephanus; τοῖς δὲ Ἀργοναύταις ἀπὸ χειμῶνος τρυχομένοις καὶ σκοτομήνῃ ἀναφανεῖσα, Ἀνάφη ἐπικέκληται, vel quia illis metu perculſis ibidem Sol illuxit. Apollonius lib. 4.

V. & Conon. hiſt. 49.

—— Ἀνάφην δέ τε λισσάδα νῆσον
ἴσκον, ὃ δὴ Φοῖβός μιν ἀτυζομένοις ἀνέφηνε.
—— *Anaphe de nomine dicta eſt*
Inſula, quod pavidis illuxerit æthereus Sol.

Alii ad Phanæum Apollinis cognomen alluſum putant. Phornutus; *Deinde & Delium vocarunt, & Phanæum, eo quod res per ipſum in manifeſtum agantur, & mundus illuminetur. Ita ut etiam Anaphæ Apollini templum erexerint.*

Delo & Anaphæ multa communia; quod utraque Apollini ſacra: Phornutus; *Delum & Anaphen illi* (Apollini) *ſacras fecerunt.* Utraque è mari ſubitò emerſiſſe credita. Plinius lib. 2. cap. 87. *Clara jam pridem inſulæ Delos & Rhodus memoriæ produntur enatæ. Poſtea minores, ultra Melon Anaphe.* Denique volunt utrumque nomen ex eadem cauſa factum, Deli ἀπὸ τοῦ δηλοῦν, & Anaphes ἐκ τοῦ ἀναφαίνειν: & Apollinem ut ex una *Delium*, ita ex altera *Phanæum* dici. Id errandi anſam Philoni præbuit, qui Delon & Anaphen credidit unius inſulæ diverſa eſſe nomina: Τὴν δὲ Δῆλον, inquit, καὶ Ἀνάφην ὠνόμασαν, δι' ἀμφοτέρων ὀνομάτων πιστούμενοι τὸ λεγόμενον, ἐπειδὴ ἀναφανεῖσα δήλη ἐγένετο, ἀδηλουμένη καὶ ἀφανὴς οὖσα τὸ πάλαι. *Delum etiam Anaphem nominarunt, ut utroque nomine perſuaderent id quod dicitur, quia ſubitò apparens conſpicua facta eſt, cùm olim ignota fuiſſet, nec appareret.*

Philo de mund. perenn.

Sed τὸ πρῶτον ψεῦδος hoc fuit, quod Anaphen ex eo dictam voluerunt, quod ſubitò ἀνεφάνη: cùm *Anaphe* ſit Phœnicium ענפה *Anapha.* ענפה *Anepha*, id eſt, ramoſa & opaca. Ita ſumitur Ezech. 19: 10. Recte me conjectaſſe ex Anaphes deſcriptione collige, quam habet Apollonius lib. 4. ỳ. 1714.

—— τοὶ δ' ἀγλαὸν Ἀπόλλωνι
Ἄλσει ἐνὶ σκιερῷ τέμενος, σκιόεντά τε βωμὸν
Ποίεον.
—— *in opaco nobile luco*
Templum erexerunt, & opacam frondibus aram
Latoidæ.

Anaphe igitur, id eſt, opaca, meritò eſt appellata ratione luci illius qui fortè totam occupabat atque opacabat. Parvam enim fuiſſe his verbis docet idem Apollonius.

Τοῖσι δὲ τις Σποράδων βαιὴ ἀπὸ τόφρ' ἐφαάνθη
Νῆσος ἰδεῖν.
Parvaque tunc inter Sporades apparuit illis
Inſula.

Βαιὴ νῆσος, *parva inſula*, id eſt, Anaphe, ut patet ex ſequentibus. Unde Phavorinus; Βαιὴ νῆσος, ἡ Ἀνάφη κληθεῖσα πλησίον Θήρας: quæ ſunt verba Scholiaſtis. Itaque fallitur Ortelius qui ea ſic accepit, quaſi Βαιὴ *Baie* eſſet proprium hujus inſulæ nomen. *Baie*, inquit, *eadem vocatur in Phavorini Lexico.* Cur Æglet æ Apollini Anaphæi σὺν τωθασμῷ, *cum deriſione* ſacrificaverint & κερτομοῦντες ἀλλήλους, *ſibi invicem conviciantes*, ex Conone diſcat qui volet. Si Hegeſandro credimus; cùm quidam Aſtypalæenſis duas perdices in hanc inſulam immiſiſſet, τοσοῦτον πλῆθος γίνεσθαι περδίκων ἐν τῇ Ἀνάφῃ ὡς κινδυνεῦσαι ἀναστάτους γενέσθαι τοὺς κατοικοῦντας; *tanta in Anaphe perdicum copia eſt prognata, ut metuendum fuerit incolis ne cogerentur alio immigrare.* Ita Athenæus lib. 9.

Con. hiſt. 49. apud Phot. auth. 186.

CAPUT XVI.

Phœnices in Bœotia.

Thebas Phœnices תבץ *Thebes* appellarunt. Urbs ſic dicta Jud. 9: 50. pro qua Joſephus Θήβας. Thebarum nominis vanæ & falſæ originationes. תבץ *Thebes* à luto dicta. Habuit enim πολὺν πηλόν, quia tota ὑδρηλή. Theborum forma & amplitudo. *Cadmeam* condidit Cadmus. *Onræa* portæ à Minerva, quæ Phœniciè *Onca*, *Oaga*, vel *Ogga*. אגב *aggab* Syris movere bellum. *Iſmeno* nomen à pinguedine. Cur idem *Cadmi pes*, *Cuarius* à piſcibus. *Cephiſſus* ab alvei altitudine. *Dirce*, id eſt, cœrula vel pellucida. *Epigranea* & *Hippocrene* fontes ab erumpendo dicti. *Aganippe vel Enippe* à cratere viridi. *Arethuſa* Syr. ערית *Gargaphie* ubi Dianam vidit Actæon, à præcipiti curſu per primæ geminationem. ענק quid Hebræis & Arabib. *Permeſſus* & *Holmius* rivi Heliconis, hic a dulcibus, ille ab uberibus aquis. באר *beer* puteus Hebraicè pro fonte. Multi fontes Muſis ſacri. *Caſtalia* in Phocide fons à murmure aquarum, in quo aliquid fatidicum. *Caſtalia* fons alius prope Daphnem Antiochiæ eaſdem habet vires. קסטלה *caſtala* Arab. aquæ murmur. Hæc vera origo nominis; aliæ rejectæ. Caſtaliam Daphnenſem ab Adriano obſtructam recludere conatus eſt Julianus. Oribaſii legatio ad Apollinem. *Caſtalia* alius *Daphne* vel *Daphnis*. An de ea Moſes egerit, Num. 34: 11. *Cithæron* mons clade Penthei & Actæonis nobilis à petris dictus. *Helicon* ob ambulatione, vel à celſitudine potiùs. Helicon Parnaſſo æqualis. Παμμέγεθος pro magno. *Tilphaſius* à feracitate. *Meſſapius* à ſpeculo. *Temmeas* ab altitudine. *Thurius* à bove qui תור *thor* Phœnicibus. *Parnaſſus* à paſcuis. *Phicius* à *Phice*, id eſt, Sphinge, quam Φίκα Bœoti vocant. Hebr. פקח *pikkeah* apertus oculis, ſapiens, ſagax. Sphingis ſolertia. Sphinx in caſſide Minervæ. פקה *phikh* Arab. juriſprudentia, & פקיה *phakih* Juriſconſultus. Et jam hoc pertinere ad Sphingem. Eadem fuit vates. *Pici* oraculum unde dictum. *Almon Aræ* & *Aſcris*, Bœotiæ urbes, quomodo Phœniciè appellatæ. *Alalcomenæ*, id eſt, invictæ, quia ob Minervæ reverentiam ſemper intactæ. *Tanagra* nomen a gallis. Proximus mons *Colæphrys*, id eſt, igneus coruſcans. *Chalcis* à diviſione ibi facta. *Harma* ab execratione propter Amphiaraum hiatu terræ ibi abſorptum. *Scolus* ubi Pentheus diſcerptus ob infortunio. *Trophonii* antrum & oraculum à conſulentium conſternatione. *Hercyna* fons à cataracto, quò aperiâ ſubitò erupit. Cur Priene *Cadme* & Prienenſes *Cadmii* dicti.

Jam ſi è Creta in Bœotiam cum Cadmo trajiciamus, ſtatim ſe Thebæ offerent, Phœnicibus תבץ *Thebes* dictæ, ut urbs terræ Chanaan ad quam molæ fragmento percuſſus Abimelech interiit, Jud. 9: 50. & 2 Sam. 11: 21. Itaque hanc hiſtoriam referens Joſephus *Thebas* ſcribit: Ἤλαυνεν, inquit, ἐπὶ Θήβας, *ad Thebas promovit agmen* de eodem Abimelecho Antiq. lib. 5. cap. 9. Et rurſus lib. 7. cap. 7. Ὃς ἐπεὶ τὸν ἐν Θήβαις πύργον ἑλεῖν ἐβούλετο (lege ἐβιάζετο,) *qui Thebis cùm turrim vi capere conaretur.* Id docti ſi obſervaſſent, non ſcripſiſſent tam aliena de Thebarum nomine. Sunt qui vocis originem ab Ægypto acceſſunt, & Bœoticas Thebas volunt ab Ægyptiis nomen mutuari. At Varro de re ruſtica lib. 3. cap. 1. *Thebas* vel ſine afflatu *Tebas* ex Sabinorum lingua colles exponit. Alii Cadmum ſibi fingunt urbem à ſe conditam à תבה *theba* nominaſſe, id eſt, nave in formam arcæ, quâ in Bœotiam ſit advectus, Pauſanias à *Thebe* deducit, Aſopi ſcilicet filia. Euſtathius

ſtathius ἀπὸ τῆ θεύσεως ἥτοι δρόμου τῆ βοὸς, *à curſu bovis*, quem ducem itineris habuerit Cadmus. Quin ſi fides Etymologo & Iſacio in Lycophronem pag. 180. Θῆβα Σύροις λέγεται ἡ βοῦς, *bos Syriacè Thebâ dicitur.* Nugæ nugaciſſimæ. Thebis, ut jam diximus, Phœnicium nomen fuit תבץ *Thebes* formæ תבל *thebel* & תמס *themes.* Itaque ut à בלל confundere fit תבל confuſio, Levit. 20: 12. & à מסס liquefacere, תמס liquefactio, Pſ. 58: 9. Ita תבץ *Thebes* fieri palam eſt ex inuſitato בצץ unde בץ vel בצה pro luto & cœno in Scriptura occurrit aliquoties. Sic Job. 8: 11. *An creſcet juncus* בלא בצה *ſine cœno?* Job. 40: 16. *in occulto arundinum* ובצה *& cœni.* Jerem. 38: 22. *Immerſi ſunt* בבץ *in cœno pedes tui.* Ezech. 47: 11. בצאתו וגבאיו *cœnoſa ejus & paluſtria ejus.* Itaque urbi *Thebes* ſeu *Thebis* à luto nomen. Quod quàm ſit appoſitum te docebunt hæc Dicæarchi in libro cui titulus Βίος Ἑλλάδος pag. 174. ubi de Thebis: Ἐγχειμάσαι οἷα χειρίστη, διὰ τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰ πνεύματα, καὶ γὰρ νίφεται, καὶ πηλὸν ἔχει πολὺν, *urbs eſt ad hyemandum valde incommoda propter amnes & ventos, nive enim obruitur, & cœnum habet plurimum.* Nempe ut idem dixerat pag. 172. tota eſt κάθυδρος *aquoſa*, &c. καὶ γὰρ ποταμοὶ ῥέουσι δι' αὐτῆς δύο, τὸ ὑποκείμενον τῇ πόλει πεδίον πᾶν ἀρδεύοντες. *Etenim per eam fluunt amnes duo* (Aſopus & Iſmenus) *qui agrum omnem urbi ſubjectum irrigant.* Addit ex Cadmea, id eſt, ex Acropoli, deſcendere ὕδωρ ἀφανὲς, διὰ σωλήνων ἀγόμενον, ὑπὸ Κάδμου τὸ παλαιὸν, ὡς λέγουσι, κατεσκευασμένων, *clam per tubos deductam aquam, olim à Cadmo, ut ajunt, fabrefactos.* Ex hac aquarum copia factum ut tota circumquaque regio hyeme eſſet valde lutoſa. Thebæ formâ erant rotundâ, amplitudine ſtadiorum LXX. Cadmeam ſolam condiderat Cadmus, id eſt, partem urbis ſuperiorem. Cadmi poſteri cùm inferiorem addidiſſent. Cadmeam habuêre pro Acropoli. Thebis captis Alexander civium occidit nonaginta millia, triginta millia vendidit.

Dicæarchus ubi ſuprà. Pauſan. in Lacon. et Bœot. Ælian. lib. 13. cap. 7.

E ſeptem Thebarum portis Oncææ nomen habent ab Onca, id eſt, Minerva juxta Phœnices, cui aram eò loci conſecravit Cadmus. Stephanus; Ὀγκαῖαι, πύλαι Θηβῶν, &c. Ὄγκα, γὰρ ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ Φοίνικας, *Oncææ, porta Thebarum, &c. Onca enim eſt Minerva Phœnicibus.* Nonnus Dionyſiac. lib. 44.

> Λάϊνος Ὀγκαίης ἀλαλάζετο βωμὸς Ἀθήνης,
> Ὅν ποτε Κάδμος ἔδειμε.
> *Marmorea Oncææ dejecta eſt ara Minervæ,*
> *Nobile opus veteris Cadmi.*

Qui de *Onca* plura volet legat aureum Seldeni libellum de Diis Syris Syntagmat. 2. cap. 4. mihi monuiſſe ſufficiet Deam bellorum præſidem Ὄγκαν vocaſſe Phœnices à verbo אגה *aggah* quod Syris eſt movere bellum. Proinde pro *Onca* nonnulli Ὄγγαν *Ongan* vel *Oggan* ſcribunt. Heſychius; Ὄγγα, Ἀθηνᾶ ἐν Θήβαις. Dubitatur an אגה conjugationis *aphel* pertineat ad נגה, id eſt, ferire, cornupetere, vel ad גוח erumpere, luctari etiam παλαίειν, quomodo Aquila reddidit, Job. 38: 8. Utrumvis eligas, mihi perinde eſt.

Sunt & alia Bœotiæ loca plurima, quæ utut pro Græcis habeantur, ſapiunt tamen, ut quidem puto, Phœniciam originem. Sic è fluviis *Iſmenus* qui Thebas alluit, nomen habet ab impinguando (verbo detur venia.) Id enim Hebræis eſt השמין *hiſmin* Fabulatur Plutarchus, in libello de fluviis, eundem appellaſſe Veteres Κάδμου πόδα *Cadmi pedem*, quia cùm Cadmus dracone cæſo ſitibundus aquas quæreret, & circa Corycium antrum dextrum pedem in limum altiùs defixiſſet, amnis Iſmenus ſubitò exortus eſt. Nempe apud Syros רגלא *riglo* pes, & רגלא *ragelo*, torrens aut amnis, iiſdem ſcribuntur literis. Quin & Arabicè רגלה *rigla* eſt decurſus aquarum. Hinc factum ut pro torrente vel amne Cadmi, Cadmi pes appellaretur Iſmenus, & fabula quam diximus indidem nata eſt. Ejuſdem Bœotiæ fluvius *Cuarius* Syris כורי *cavari* piſcoſum ſonat. *Cephiſſus*, Arabibus חפיז *chaphiz*, profundum: eſt enim ἀγχιβαθὴς alti gurgitis teſte Pauſania in Bœoticis: & in Melanis cum Cephiſo confluxu βαθεῖαν λίμνην *profundam lacum* deſcribit Theophraſtus hiſt. plant. lib. 4. cap. 12.

Vide Syr. Pſalt. Pſ. 18: 5. et 78: 20. et 123. 4. et Job. 1811.

De fontibus ita Plinius lib. 4. cap. 7. *Præterea fontes in Bœotia Oedipodia, Pſammate, Dirce, Epigranea, Arethuſa, Hippocrene, Aganippe, Gargaphie.* Horum *Dirce* propior Thebis, cujus nomen palam factum eſt ex Arabico זרקה *zarca* vel *zarca* permutatione literarum Z & D, ut in Syro דרק *derac* ſpargere pro Hebraico זרק *zarac.* Arabicè ſcilicet זרקא *zarca* cœrulam ſonat: quod ipſiſſimum eſt *Dirces* epithetum in his Statii lib. 1. Thebaidos:

> *Cœrula cum rubuit Lernæo ſanguine Dirce.*

Ajunt Arabes de fonte dici cujus aqua cœrula eſt & διαφανής. Hinc Giggejus: זרקת אלמא *aqua fuit pellucida*, מא אזרק *aqua pellucens.* Talis aqua Dircæi fontis. Hinc Ælianus in variis lib. 12. cap. 57. Δίρκη καθαρῷ καὶ ἡδεῖ ῥέουσα ὕδατι, *Dirce pura & dulci aqua fluens.* Et in Euripidis Phœniſſis eidem tribuitur καλλιπόταμος νοτὶς, *pulcherrifluus humor.* Hæc cùm ſit ratio nominis, valeant fabulæ Veterum de Dirce Lyci uxore verſa in hunc fontem, aut in eo demerſa.

Epigranea fons à Phœnicibus פגרן *Pigran* dictus eſt ab erumpendo. Radix Arabicè פגר *phagara* in prima, ſecunda & quarta conjugatione *fontem aperire*, in quinta & ſeptima *fontem erumpere* ſignificat. Sic Pſal. 73. (Hebr. 74.) verſ. 16. פגרת אלעין *aperuiſti fontes.* Et Alcor. cap. 2. אנפגרת *eruperunt ex ea duodecim fontes.* Articulo præfixo ex פגרן *Pigran* factum הפגרן *Happigran* vel הפגרנא *Happigrana*: unde Græcum Ἱπποκρήνη Hippocrene, tanquam ab equo deducta voce, & Perſio *fons caballinus.* Hinc nata fabula de fonte è terra edito equi ungulâ percuſſâ.

Aganippe אגן אבא *Agan-abba*, ad verbum crater viroris, id eſt, viridis, quia fontis crater eſt.

> *Margine gramineo patulos ſuccinctus hiatus.*

אגן *agan* propriè eſt κρατὴρ *crater.* Ita reddunt Græci Interpretes, Exod. 24: 6. & Cant. 7: 3. Sed quâ metaphorâ Græcè κρατῆρες, eâdem Syrè אגניא *aganaja* dicuntur in foſſis & fontibus aquarum conceptacula. Sic in Chaldæo Paraphraſte, Jud. 4: 11. מישר אגניא *vallis craterum*, interprete Kimchio, ager eſt in quo ſunt lacunæ craterum inſtar aquis plenæ. *Aganippe* etiam *Enippe* dicta eſt, id eſt, עין אבא *en-abba* fons viroris. Vibius Sequeſter qui perperam in montibus recenſet: *Aganippe Bœotia antè Enippe dicta.*

In *Arethuſâ*, de qua pluribus, cùm ventum erit ad Siciliæ Arethuſam, ſola terminatio eſt Græca; Syris enim אריתא *aruth* eſt rivus.

Gargaphie fons fuit Dianæ ſacer in opaciſſimo luco circa Platæas ad radices Cithæronis. In eo fingitur Actæon Dianam vidiſſe nudam. Meminêre præter Plinium Herodotus lib. 9. cap. 25. & 48. Hyginus fab. 181. Ovidius lib. 3. Metam. fab. 2. & Statius lib. 7. verſ. 272. Ex quibus pro *Garga Eubœa*, repone in Vibio capite de fontibus, *Gargaphia Bœotia, ubi Actæon laceratus eſt à canibus.* Phœnicium nomen גרגפא *Gargapha* factum à verbo גרף *garaph* per primæ geminationem, ut in טרטשא *tartiſa* petra pro טרשא *tarſa*, & גרגרא *gargera* ex גרר *garar*, & גלגלא *galgela* ex גלל *galal*: nec diſſimile βάλβιτος pro Attico βόλιτος. Porro גרף *garaph* de torrente dicitur, qui per præceps lapſus omnia avehit. Sic Judic. 5: 21. in cantico Deboræ epinicio: *Torrens Kiſon* גרפם (*garapham*) *avexit eos.* Alibi in Scriptura non extat. Sed apud Arabes paſſim occurrit,

rit, ut cùm dicunt גרפתה אלסיל *avexit eum torrens*, סיל גרף *torrens omnia avehens*. אנרף אלמכאן *torrens rapidus locum occupavit*. Nempe גרף propriè præceps ſonat, ut Matth. 8: 32. עלי גרף *κατὰ τοῦ κρημνοῦ per præceps*: & in tabula Cebetis גרף dicitur de aſcenſu præcipiti. Itaque *Gargaphien* torrentis in morem ferri per præceps ex ipſo nomine conjectamus.

Præter hactenus memoratos, *Permeſſum* & *Holmium* ſeu fontes ſeu fluviolos ex Helicone ortos & ſtatim confluentes in Copaidem lacum prope Haliartum incidere Strabo lib. 9. author eſt. Holmium dici volunt ἀπὸ Ὀλμιοῦ τοῦ Σισύφου παιδός, *ab Holmio Siſyphi filio*. Ego facili conjectura deduco ex Phœnicio חולמיא *hol-maja*, quaſi *dulcem aquis* dixeris. Quippe tam חול *hul* quam חלי *hali* Syris eſt dulceſcere. Vide Chaldæum Interpretem Proverb. 24: verſ. 13. Et *Permeſſi* nomen apud Poëtas notiſſimum Phœnicibus erat באר מיצא *Beer-metſo*. Hebraicè id eſſet באר מוצא (*beer-motſa*) ad verbum puteus proceſſûs ſuppl. מים aquarum. Nempe puteus paſſim ſumitur pro fonte quovis. Nihil eſt frequentius in Nubienſi Geographo. Quin & in Scriptura Cant. 4: 15. *fons hortorum*, & *puteus aquarum viventium* ſunt ſynonyma. Et fons ille ad quem reperta eſt Agar, Gen. 16: 7. puteus appellatur ejuſdem capitis verſ. 14. & Gen. 24: 62. & 25: 11. Itaque *puteus proceſſûs* (aquarum) Hebræa phraſi eſt fons uberrimus, vel ex quo multæ aquæ procedunt. Sic Pſal. 107: 33. *Redegit flumina in deſertum*, ומוצי מים לצמאון *& proceſſus aquarum in ſiticuloſum ſolum*. Et ibid. verſ. 35. *Mutat deſertum in ſtagnum, & terram ſiccam* למצאי מים *in proceſſus aquarum*, id eſt, in aquas uberrimas. Et Eſa. 58: 11. *Et eris ut hortus irriguus*, וכמוצא מים אשר לא יכזבו מימיו, *& ut proceſſus aquarum, cujus aquæ non deficiunt*; LXX. ὡς πηγή; Hieronymus *ut fons aquarum*; Chaldæus כמבוע רמי׳ן *ut ſcatebra aquarum*, quomodo & Junius: Arias *ſicut ſcaturigo*. Qui plura hujus locutionis exempla deſiderat videat 2 Reg. 2: 21. & 2 Paral. 32: 30. & Eſ. 41: 18. Vulgata מוצאי מים reddit *fontes* & *rivos* & *exitus aquarum*.

Permeſſus & Holmius, quia ex Helicone fluunt, ſunt Muſis ſacri de quibus in Theogonia Heſiodus:

> Καί τε λοεσσάμεναι τέρενα χρόα Τερμησσοῖο (lege Περμησσοῖο)
> Ἢ Ἵππου κρήνης, ἢ Ὀλμειοῦ ζαθέοιο.
> *Quæque lavant tenerum corpus Permeſſidos unda,*
> *Holmive ſacri, volucriſve in fonte caballi.*

Hinc Statius in Thebaide lib. 7. verſ. 283.

> - - - - - - - *tuque ô Permeſſe canoris*
> *Et fælix Holmie vadis.*

Sunt & circa Heliconem Apollini & Muſis ſacri fontes *Hippocrene* & *Aganippe*; ut in Parnaſſo fons *Caſtalius*, Phœnicii & ipſe nominis. Nam Arabicè קסטלה *caſtala* eſt fluminis vel fontis murmur. Sunt qui fragorem reddunt. Giggeius קסטלה *fluvii murmur & fragor*, נהר קסטאל אלנהר *fluvius fragorem edens*. Talis porro fons Caſtalius: Virgilius in Culice:

> *Caſtaliaque SONANS liquido pede labitur unda.*

Quin Caſtalii fontis murmur putabatur aliquid habere fatidicum. Unde eſt quod apud Nonnum Dionyſiac. l. 4. Cadmo Apollinis oraculum conſulente,

> - - - - - - - ὀμφήεντι ῥοίθῳ
> Κασταλίης παφλάζε νοήμονος ἔνθεον ὕδωρ.
> - - - - - - - *vocalibus undis*
> *Caſtalis ſtrepuêre Deo vada plena liquoris.*

Et in Luciani Jove Tragœdo Apollo ad vaticinia deeſſe ſibi queritur πηγὴν μαντικήν, οἵα ἡ Κασταλία ἐστίν, *divinatorium fontem, qualis eſt Caſtalius*. Et Clemens in Protreptico: Σεσίγηται γοῦν ἡ Κασταλίας πηγή, καὶ Κολοφῶνος ἄλλη πηγή, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως τέθνηκε νάματα μαντικά. *Siletur jam fons Caſtalius, & alter Colophonius; atque alia pariter periêre divinatoria flumina.* Quò palam alludens Gregorius Nazianz. orat. 4. Πάλιν, inquit, ἡ Κασταλία σεσίγηται καὶ σιγᾷ, καὶ ὕδωρ ἐστὶν οὐ μαντευόμενον ἀλλὰ γελώμενον, *Caſtalia rurſus ſiletur & ſilet, nec vaticinatur ampliùs illius aqua, ſed ridetur*. Quale eſt quod idem ſcribit orat. 39. Κασταλίας μαντικὸν πόμα divinum Caſtaliæ laticem ſolum ſilentium ſuum vaticinari non potuiſſe. Quod quidem Scholiaſtæ referunt ad Syriæ Caſtaliam prope Daphnem Antiochiæ: ſed ad hanc noſtram Conſtantinus Porphyrog. Themate *Nicopolis*. Nempe eadem virtute pollere fons uterque creditus eſt. Sozomenus lib. 5. cap. 19. ubi de Daphne Antiochiæ: Ἐπιστεύετο δὲ παρὰ τοῖς τὰ δὲ πρεσβεύουσι, ῥεῖν αὐτόθι καὶ ὕδωρ μαντικὸν ἀπὸ Κασταλίας τῆς πηγῆς * ὁμοίως τῆς ἐν Δελφοῖς ἐνεργείας τε καὶ προσηγορίας λαχούσης. *Credebatur autem ab iis qui talia vendiſiant divinatricem ibi aquam è Caſtalio fonte fluere ejuſdem virtutis & nominis cum Delphico.* Ita etiam Nicephorus Calliſtus hiſt. lib. 10. cap. 28. Proinde in Syra illa Caſtalia ex aquarum motu & ſtrepitu ὑδρομάντεις futura prædixiſſe conſtans fama eſt. Hinc Apollinem refert Suidas in Antiochiæ Κασταλίᾳ ſolitum χρησμολογεῖν, αὔραις καὶ πνοαῖς ἐκ τοῦ ὕδατος ἀναδιδομένης, *oracula edere, aura & flatu ex aqua exſpirante*. Et Nicephorus in ſcholiis ad Syneſium pag. 400. Ἐν τῇ ἐκροῇ τοῦ ὕδατος ἀνεδίδοτο πνεῦμα, ὅπερ ἄλλοτε ἄλλην κατέστα τὴν τοῦ ὕδατος κίνησιν, ἣν περισκοποῦντες οἱ μάντεις τὰ μέλλοντα προέλεγον. *In aqua defluxu flatus edebatur, a quo aliter atque aliter aqua agitabatur, quo obſervato vates futura prædicebant.* Ex ea porro aquarum agitatione, fragor & murmur conſequebatur. Quod & alii diſertè ſcribunt. Græcus Scholiaſtes in Gregorium ubi ſupra: Κασταλία, πηγὴ περὶ τὴν Ἀντιόχειαν, ἐν ᾗ καὶ ὁ Ἀπόλλων ἐφορεύει. Μαντεία οὖν τις ἐξεφέρετο κατὰ τὴν τοιαύτην πηγήν, ἢ τοῦ νάματος, οὐ κατὰ φωνὴν, οὐ γὰρ φωνή τις ἐξηχεῖτο, ἀλλ' ἁπλῶς ἤχου τινὸς καὶ πνεύματος ἀναδιδομένη (lege ἀναδιδομένου. *Caſtalia, fons circa Antiochiam cui Apollo præſidet; proinde divinatio quædam ad fontem illum edebatur ex defluxu, non per vocem; neque enim vox ulla reſonabat, ſed ſolùm ſono quodam & flatu edito.* Et ibidem Nicetas, quem mihi Græcè videre nondum contigit: *Caſtalia, fons eſt Antiochiæ, qui cum ſtridore atque impetu & flatu labitur, ex quo qui bibebant, ſi ſtrepitum audiſſent, dæmonis afflatu futura prædicebant.* Vides, Lector, huic aquæ ſonum, ſtridorem & ſtrepitum tribui, id eſt, קסטלה *caſtala*, unde *Caſtalia* dicta eſt, non à *Caſtalio* de quo Pauſanias in Phocicis, nec ab Acheloi filia *Caſtalia* de qua ibidem Panyaſis, & Conſtantinus in Nicopoli, nec à Caſtalia nympha, quæ metu inſequentis Apollinis eò ſe præcipitem dejecerit, ut à Lutatio traditum. Quod privatum adhuc Adrianum in Caſtalia didiciſſe aiunt ſe futurum Imperatorem ex vaticinio lauri folio inſcripto quod in hunc fontem immerſerat, res eſt ſine exemplo, quæque illum ita perculit, ut poſtquam ad imperium evectus eſt fontem obſtruxerit ingenti mole ſaxorum, ne quis ad capeſſendam rempublicam eadem ratione impelleretur. Sed multorum curioſior Julianus novam conſilii viam ingreſſus eſt, quâ fontis venas fatidicas dudum obſtructas & neglectas recluderet. Hæc partim ex Sozomeno & Nicephoro ubi ſuprà, partim ex Ammiani lib. 22. At impuro Apoſtatæ tam parum ſucceſſit hic conatus, quàm Oribaſii legatio, qui ab eodem miſſus ad Apollinem Delphicum, reſponſum hoc tuliſſe fertur;

> Εἴπατε τῷ βασιλῆϊ, χαμαὶ πέσε δαίδαλος αὐλά,

* Lege ὁμοίας.

Οὐκέτι Φοῖβος ἔχει καλύβαν, οὐ μαντίδα δάφνην,
Οὐ παγὰν λαλέουσαν, ἀπέσβετο καὶ λάλον ὕδωρ.
Diruta ubique jacent ſacrata palatia Phœbo,
Vaticini nec fontis aqua, nec conſcia fati
Delphica laurus adeſt: Hæc Regi dicite veſtro.

Tamen Caſtalii fontis prope Antiochiam Juliano multo poſterior Agathias ita meminit, in Euſtorgii Poëtæ epitaphio Anthol. lib. 3. cap. 26.

Μηδὲν ἀπαγγείλας ἐς Ἀντιόχειαν ὁδῖτα,
Μὴ πάλιν οἰμώξῃ χεύματα Κασταλίας.
Civibus Antiochi ne nuntius eſto viator,
Ne fluat in luctus Caſtalis unda novos.

Et Sozomenus, Nicephorus, Suidas & alii Caſtalium hunc fontem in amœniſſimo illo Daphnes luco deſcribunt; ut videatur idem eſſe cum fonte *Daphne*, cujus aquis abundantiſſimis Antiochiam frui ſcribit Hieronymus in Ezech. cap. 47. In qua ſententia fuiſſe video Willielmum Tyrium.

Obiter nota Veteres ad hunc fontem referre verba Moſis, Numer. 34: 11. וירד הגבל משפם הרבלה מקדם לעין, *& deſcendet terminus Sephamâ Riblam, ab Oriente Ain*, id eſt, fontis. Quæ ſic exponit Vulgatus: *Et de Sephama deſcendent termini in Rebla contra fontem Daphnim* (vel *Daphnem*.) Idque ex mente Hieronymi, qui ſic habet ubi ſuprà: *A fine igitur Septentrionalis plaga, hoc eſt, atrio Enan, tendunt fines* (terræ Chanaan) *juxta Numerorum librum uſque Sephama, quam Hebræi Apamiam nominant; & de Apamia deſcendunt termini in Reblam, quæ nunc Syria vocatur Antiochia. Et ut ſcias Reblam hanc ſignificare urbem, quæ nunc in Syria Cœle nobiliſſima eſt, ſequitur: Contra fontem: quem perſpicuum eſt ſignificare Daphnem: de quo fonte ſupradicta urbs aquis abundantiſſimis fruitur.* Sequitur locum vocari Daphnem propter laurus quibus conſitus eſt, ut de eo fonte agi ſcias, qui in Daphnenſi luco ſcaturit. Sed & Chaldæi Paraphraſtæ duo Jonathan & Hieroſolymitanus pro *Rebla* דפני *Daphnen* hic habent, & pro *Sephama* אפמיאה *Apamiam* vel אפמים *Apamias*, quò reſpexiſſe videtur Hieronymus. Tamen termini terræ Iſrael, quam ibi definit Moſes, nunquam tam latè patuêre.

In Bœotiæ montibus nobiliſſimus eſt *Citharon*, clade Penthei & Actæonis Cadmi nepotum, quorum illum Bacchæ, hunc canes ibi decerpſiſſe narrantur. Nomen fecêre קתרי *kethare* petræ, ut & *Cytheris* inſulæ Laconicę, de qua deinceps, quia Citheron eſt vel maximè ſaxoſus & confragoſus. Unde eſt quod in eo Nonnus paſſim deſcribit σκοπιάς, πέτρας, ἐρίπνας, *ſcopulos*, *petras*, *rupes*, Dionyſiac. lib. 5. & 45. Et apud Ariſtophanem in Bacchi orgiis,

Κιθαιρώνιος ἠχὼ
Μελάμφυλλά τ' ὄρη δάσκια, καὶ νάπαι
Πετρώδεις βρέμονται.

Echo Citheronia, & nigris foliis opaci montes, & petroſi Citheronis *clivi fremunt.* Et in Bacchis Euripidis verſu 38. Bacchę per Citheronem oberrantes ἀνορόφοις ἧνται πέτραις, *ſedent in excelſis petris.* Et verſu 703. non ſine alluſione ad miraculum Moſis Num. 20: 11.

Θύρσον δέ τις λαβοῦσ' ἔπαισεν εἰς πέτραν
Ὅθεν δροσώδης ὕδατος ἐκπηδᾷ νοτίς.
Thyrſumque ſumens una percuſſit petram,
Et inde aquarum roſcidus fluxit latex.

Et verſu 989. Pentheum deprehendunt in inſidiis λευρᾶς ἀπὸ πέτρας, *à levi petra.* Et verſu 1095. cum impetunt lapidibus ἀντίπυργον ἐπιβᾶσαι πέτραν, *conſcenſa rupe oppoſita.* Et verſu 1135. diſcerptus jacet Pentheus ὑπὸ τυφλοῖς πέτραις, *ſub cæcis ſaxis.* Sic apud Theocritum Idyll. 26.

Πενθεὺς ἀλιβάτω πέτρας ἀπὸ πάντ' ἐθεώρει.
Cuncta videt celſa rupis de vertice Pentheus.

Et Ovidii Metam. lib. 3. fab. 2. canes in Cithęrone ſequuntur Actęonem,

Per rupes, ſcopuloſque, aditúque carentia ſaxa.

Et apud Senecam Oedipus ita loquitur Thebaidis penè initio,

Ibo, Ibo quà prærupta protendit juga
Mons Citharon, quà peragrati celer
Per ſaxa montis jacuit Actæon ſuis
Nova præda canibus.

Et Propertius lib. 3.

Saxa Citharonis Thebas agitata per artem,
Sponte ſua ad muri membra coiſſe ferunt.

Citherone non eſt minùs celebris mons *Helicon* Muſis dicatus, cui, ſi magno Caſaubono credimus, nomen fecit הליכה *halica* ambulatio, quia certos ibi conventus habuere Veteres, in quibus de rebus ſeriis pręſertim de rerum naturalium & divinarum cognitione agerent. Sed cùm hujuſmodi conventibus, ſi qui fuêre, Heliconis nomen videatur eſſe antiquius, illud deduxerim potiùs ab Arabico *halic* vel *halica* quod montem ſublimem ſonat. Giggejus: אלחאלק plur. חאלקה *mons ſublimis*, אלחאלקה *idem*; גא מן חאלק *ab alto loco venit*; חלק אלטאיר *avis in altum volata ſe extulit.* Nempe Heliconis ſublimitatem paſſim Poëtæ deprædicant. Sic Aratus in Phœnomenis verſ. 216. καθ' ὑψηλοῦ Ἑλικῶνος, *ad ſublimem Heliconem.* Et Heſiodus, cùm de Muſis ſcribit ſtatim initio Θεογονίας:

Αἵτ' Ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρος μέγα τε ζάθεόν τε.
Quæque Helicona tenent montem magnumque ſacrumque.

Proinde Heliconem Strabo lib. 9. κατά τε ὕψος καὶ περίμετρον, *altitudine & ambitu* ſcribit eſſe Parnaſſo ἐνάμιλλον *conferendum*: de quo Theophraſtus hiſt. plant. lib. 3. cap. 3. Ἔν γε τοῖς μεγάλοις ὄρεσιν, οἷον τῷ ἐν Παρνασῷ, *in magnis montibus, ut in Parnaſſo.* Et Ovidius lib. 1. Metam. fab. 7.

Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus,
Nomine Parnaſſus, ſuperatque cacumine nubes.

Unde Παρνασσῶν μεγέθη apud Ariſtophanem in Ranis, & ἄνθρωποι Παρνάσσιοι pro magnis in Acharnan.

De cætero *Tilphuſius* à feracitate dictus eſt, quaſi תל פוש *Tel-phus* mons ferax. *Meſſapius* eſt מצפה *Miſpa* ſpecula, ut mons de quo Oſ. 5: 1. ubi Gręci Μασσηφά. *Temmicus* Arab. טאמח *Tamich* vel טמאח *Timach* excelſum ſonat. Inde dicti *Temmices* Bœotiæ populus antiquiſſimus, de quo pręter Strabonem, Nonnum & Stephanum, Lycophron in Caſſandra verſ. 644. *Strab. lib. 7. et 9. Non. Dionyſ. lib. 15.*

Ἄρνης παλαιᾶς γέννα Τεμμίκων πρόμοι.
Arnes vetuſta ex ſtirpe Temmicum duces.

Et ibi Scholiaſtes: Τεμμίκων, τῶν Βοιωτῶν ἀπὸ ὄρους Τεμμίκου, *Temmicum, id eſt, Bœotorum a monte Temmico.* Sed & *Thurium* volunt à Phœnicio תור *thor* dici. Sic illi bovem nominant. Plutarchus in vita Syllæ: Οἱ δέ φασι τὴν Κάδμῳ δοθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Πυθίου καθηγεμόνα βοῦν, ἐκεῖ φανῆναι, καὶ τὸν τόπον ἀπ' αὐτῆς προσαγορευθῆναι. Θὼρ γὰρ οἱ Φοίνικες τὴν βοῦν καλοῦσι. *Quidam ajunt bovem quam Cadmo Pythius ducem dederat, ibi primum eſſe conſpectam, & locum ab ea vocatum: Thor enim Phœnices bovem vocant.* Sic *Parnaſſus* Achaiæ mons de quo nuper, & Atticæ *Parnes* alludunt ad Syrum פרנס *parnes* paſcere, unde פרנוס *pirnus* paſcuum.

At nos propè fugerat *Phicion* vel *Phiceon*, Bœotiæ mons circa Ochestum, aut circa Anthedonem, quem Sphingem inſediſſe ſcribunt Apollodorus lib. 3. & Plutarchus in libro quod bruta ratione utuntur. Tzetzes item in Heſiodum & Lycophronem, à quo Sphinx vocatur Φίκιον τέρας, *Phiceum monſtrum.* Porro nomen à Sphinge factum, quam Bœoti Φῖκα *Phicem* vocabant. Heſiodus in Theogonia de Chimęra: *in Caſſ. v. 1465.*

Ἡ δ' ἄρα Φῖκ' ὀλοὴν τέκε Καδμείοισιν ὄλεθρον.

Phicem

Digitized by Google

Phicem ea Thebanis monſtrum fatale creavit.

Et ibi Scholiaſtes: Τὴν Σφίγγα λέγει· αὕτη δὲ ἦν θυγάτηρ Χιμαίρας καὶ Τυφῶνος. Ἀπ' αὐτῆς ἐκλήθη καὶ τὸ Φίκιον, ἔνθα διέτριβε. Φῖκα δὲ αὐτὴν οἱ Βοιωτοὶ ἔλεγον. *Sphingem ſignificat Typhonis & Chimæræ filiam, a qua etiam Phicium dictus locus in quo diverſabatur. Phicem ſcilicet illam Bœoti appellabant.* Et in ſcutum Herculis idem de monte Phicio: Ὠνομάσθη δὲ ἐκ τῆς Σφιγγὸς ἣν Φῖκα ἐκάλουν οἱ Βοιωτοί, *à Sphinge dictus eſt, quam Phicem Bœoti vocabant.* Et Feſtus lib. 13. *Picati appellantur quidam, quorum pedes formati ſunt in ſpeciem Sphingum, quod eas Dorii phicas vocant.* At Æoles *Picas* dixerunt, unde *Picati.* Nonnulli etiam *Bicas.* Heſychius; Βίκας, σφίγγας, Nempe Siculi aut Macedones, qui φ & β permutatis Βρύγες dicebant, & Βίλιππον, & Βερονίκην. Phœnicibus autem, unde hæc vox primò ad Bœotos, deinde ad reliquos Græcos manavit nonnihil immutata, Sphinx, niſi fallor, dicebatur פקחה *Picceha* vel ἀρχαϊκῶς *Phiccaa.* Maſculina vox פקח *picceah* primò apertum ſonat, nempe oculis vel auribus, id eſt, oculatum vel auritum. Sed quia de oculis uſurpatur multò frequentiùs, פקח per ſe eſt is qui videt. Sic Exod. 4: 11. *Quis fecit mutum aut ſurdum,* פקח *apertum, aut cæcum?* Apertum, id eſt, βλέποντα *videntem,* ut hic habent veteres Interpretes. Sed & quia *ſapientis oculi ſunt in capite,* Eccleſ. 2: 14. פקח *picceah* etiam ſapientem ſonat. Ut Exod. 23: 8. *Nec munus accipies, quia munus excæcat* פקחים (*piccehim*) *apertos* ſeu *videntes,* id eſt, חכימין σοφοὺς *ſapientes.* Ita Chaldæus, Onkelos & Aquila; & Hieronymus *prudentes,* & Arabs אלחדאק *ſagaces.* Cujus interpretationis author eſt ipſe Moſes, qui Deut. 16: 19. hanc legem repetit iiſdem verbis, niſi quod pro פקחים *apertos* habet חכמים *ſapientes.* Inde פיקח ab Hebræis paſſim ſumitur pro homine ſagace & induſtrio. Et Pſal. 146: 8. pro Hebræis *Dominus* פקח *aperit cæcos,* LXX. habent *Dominus* σοφοῖ *ſapientes facit,* & Arabs יפהם *intelligere facit.* Sphingem igitur Phœnices פקחה *Phiccaa,* & Bœoti Φῖκα dixerunt propter ſagacitatem: quia mulier fuit acutiſſima, quæ per griphos & ænigmata ſolertiſſimorum ſui ævi ingenia exercebat. Apollodorus ubi ſuprà: Μαθοῦσα δὲ αἰνίγματα παρὰ Μουσῶν, ἐπὶ τὸ Φίκιον ὄρος ἐκαθέζετο. *Cum ænigmata didiciſſet à Muſis, ſuper Phicium montem habitabat.* Plutarchus robur ei tribuit cum ſapientia conjunctum: τὴν Σφίγγα ἐκείνην οὐκ ἂν ὤνησεν ἡ σοφία περὶ τὸ Φύκιον (lege Φίκιον) ἄνω καθεζομένην, αἰνίγματα καὶ γρίφους πλέκουσαν, εἰ μὴ ῥώμη καὶ ἀνδρεία πολὺ τῶν Καδμείων ἐπεκράτει. *Sphingem quoque illam Phicio monti inſidentem, griphoſque nectentem & ænigmata, nihil juviſſet ſapientia, niſi robore & fortitudine longè Thebanis antecelluiſſet.* Inde eſt quod apud Ægyptios Sphinx utriuſque erat ſymbolum. Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatôn: Ἀλκῆς τε αὖ μετὰ συνέσεως ἡ Σφίγξ, τὸ μὲν σῶμα πᾶν λέοντος, τὸ πρόσωπον δὲ ἀνθρώπου ἔχουσα. *Roboris autem rurſus cum ingenii ſolertia (ſymbolum erat) Sphinx, quæ totum quidem corpus habet leonis, faciem autem hominis.* Et Athenis in Parthenone Minerva, quæ tam ſapientiæ quàm fortitudinis erat Dea, Sphingem habebat in caſſide. Pauſanias in Atticis: Αὐτὸ δὲ ἐκ τε ἐλέφαντος τὸ ἄγαλμα καὶ χρυσοῦ πεποίηται. Μέσῳ μὲν οὖν ἐπίκειταί οἱ τῷ κράνει Σφιγγὸς εἰκών. *Ipſum autem Deæ ſignum ex auro & ebore factum eſt, & in media galea eminet Sphingis imago.* Arabicè פקה *phakiha* per *he* loco *cheth* ſcire eſt in prima conjugatione, in ſecunda & quarta docere, & in tertia de doctrina cum alio contendere, in quinta pro docto vel ſapiente ſe gerere. Inde פקה *phikh* φρόνησις intelligentia vel prudentia, Epheſ. 1: 8. paſſim pro Juriſprudentia ſumitur, & פקיה *phakih* pro Juriſperito & Legis interprete apud Arabes & Turcas. Quo ipſo ſenſu dixit Moſes ubi ſuprà, munus excæcare פקחים (*piccehim*) videntes ſeu ſapientes: agitur enim de judicibus, qui acceptis muneribus jura pervertunt. Ita Sphinx פקחה *phiccaa* dici potuit à Phœnicibus, quia judiciis præſidebat inter Bœotos, ut in Iſraele Debora, Jud. 4: 4, 5. tanquam perita juris & legum, ac è regio ſanguine orta. Sphinx enim, ut Pauſanias author eſt, erat νόθη Λαΐου θυγάτηρ, *ſpuria Laii filia,* qui Thebarum Rex fuit à Cadmo tertius. Et ex eodem colligere eſt illam arbitram fuiſſe litium de ſucceſſione regni, & eos qui causâ ceciderant morte multaſſe. Hæc tam atrox ſeveritas Poëtarum odium illi conciliavit, qui Sphingis ſapientiam ita prædicant ut feritatem execrentur. Unum addo Sphingem olim etiam pro vate habitam: Euripidis Scholiaſtes in Phœniſſis: Σωκράτης δὲ ἐγχωρίαν αὐτήν φησι χρησμολόγον δυσγνῶστα μαντευομένην, ἅπερ ἀγνοοῦντες οἱ Θηβαῖοι καὶ ἐναντίως αὐτοῖς χρώμενοι ἀπώλλυντο. *Socrates illam aſſerit vatem fuiſſe indigenam, obſcura oracula edentem, quibus per ignorantiam ſecus acceptis Thebani uſi ſint in propriam perniciem.* Porro hoc ipſo nomine פקחה Sphinx dici potuit, id eſt, videns & aperta oculis. Quomodo Propheta Hebræis חוזה vel רואה *Videns,* & גלוי עינים *apertus oculis.* Vide Num. 24: 4. & 1. Sam. 9: 9. Apud Aborigines nihil fuit vetuſtius Pici Regis oraculo, quem in Romanis quæſtionibus ſcribit Plutarchus ὑπὸ φαρμάκων τῆς γυναικὸς μεταβαλεῖν τὴν φύσιν καὶ γενόμενον δρυοκολάπτην ἀποφθέγγεσθαι λόγια, καὶ χρησμῳδεῖν τοῖς ἐρωτῶσιν; *veneficiis uxoris tranſmutatum in picum avem oracula ediediſſe, & interrogantibus reſponſa dediſſe.* Unde eſt quod picum illum cum Dodonæa columba confert Dionyſius Halicarnaſſeus, ut qui Aboriginibus id ipſum præſtiterit quod columba Theſprotis. At Servius in Æn. lib. 7. hoc ideò fingi interpretatur, *quia augur fuit Picus, & domi habuit picum per quem futura noſcebat.* Ego picis valere juſſis aio פקח *piccea* eſſe videntem, id eſt, Phœnicia phraſi vatem; inde *Picus* dictus eſt vir ob vaticinia celebris, ut Φίξ apud Bœotos mulier fatidica.

Ex urbibus *Almon* in Stephano urbs Bœotiæ, (Hellanico perperam *Salmon*) ut in Chananæa עלמן *Almon,* Joſ. 21: 18. An à Syro & Chaldæo עלם roborari, muniri. Scribitur etiam per *aleph,* & Hebr. per *cheth.* *Arne,* eſt הר־נאה *Har-nae* mons amœnus. Strabo ſitum eſſe dicit ἐν ὕψει *in ſublimi loco.* Homerus appellat πολυστάφυλον *uvis abundantem.* Et Nonnus Dionyſ. lib. 13.

Ἄρνην βοτρυόεσσαν ἀγαλλομένην Διονύσῳ.
Arnem vitiferam Lenæo præſide latam.

Græcorum de ea nugas vide apud Suidam in Εἰς κόρακας, & in Scholiaſte Lycophronis pag. 106.

Quàm amœna & fertilis Arne, tam miſera fuit *Aſcra* urbs, Heſiodi patria, ad Heliconis radices in agro rerum omnium ſterili. Heſiod. in oper. & dieb.

—— ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει δ' ἀργαλέῃ, οὐδέποτ' ἐσθλῇ,

—— *miſera prope lucum Heliconis in Aſcra,*
Dura hyeme, ac æſtate gravi, ſemperque moleſta.

Aſcra, id eſt, אשרה *aſcera,* lucus ubi ſteriles ſunt arbores. Heſychius; Ἄσκρα, δρῦς ἄκαρπος.

Alalcomenas nobilitavit Minervæ templum: unde Poëta Ἀλαλκομενηῒς Ἀθήνη: nempe Minerva credebatur nata eſſe Alalcomenis, & ibi erat in ſummo cultu. Itaque parva cùm eſſet & in plano extructa urbs, ſemper tamen ἀπόρθητος intacta & inviolata manſit, quia ob Deæ reverentiam πάντες ἀπείχοντο πάσης βίας, *ab omni vi omnes abſtinebant.* Ita habetur apud Strabonem. Putaverim igitur Alalcome- *Iliad. δ. 8. et ε. 908. Pauſan. in Bæot.* *Strab. l. 9.*

nis factum nomen ab אלה אלקומה *ela alcuma*, id eſt, Dea invicta, vel contra quam nemo inſurgit, ut מלך אלקום *melec alcum* eſt rex invictus, Prov. 30: 31. Hinc Arabib. עלכום *alchum* validum ſonat permutatis homogeneis.

Nemo paulò humanior eſt, qui non aliquid audiverit de Tanagræis gallis ad certamina natis. De illis ita Varro, *Sine dubio ſunt pulchri, & ad certandum inter ſe maximè idonei.* Et Plinius: *Quidam galli ad bella tantùm & prælia aſſidua naſcuntur, quibus etiam patrias ſuas nobilitarunt Rhodum ac Tanagram.* Et Pauſanias in Bœoticis ubi de Tanagra: Ἔστι δὲ καὶ γένη δύο ἐνταῦθα ἀλεκτρυόνων, οἵτε μάχιμοι, καὶ οἱ κόσσυφοι καλούμενοι. *Sunt & ibi gallorum genera duo, pugnaces & qui merula vocantur.* Cætera ibi vide. Columella lib. 9. cap. 2. *Tanagrici plerumque Rhodiis ac Medicis amplitudine pares.* Item: *Deliaci quoniam procera corpora & animos ad prælia pertinaces requirebant, præcipuè Tanagricum genus & Rhodium probabant.* Unde eſt quod proverbio jactabant Veteres ἀλεκτρυόνα ἀθλητὴν Ταναγραῖον, *gallum pugilem Tanagræum.* Hi galli Colœphryges dicti ſunt à monte cognomine prope Tanagram in quo alebantur. Heſychius; Κολοίφρυξ Ταναγραῖος ἀλεκτρυὼν, καὶ ὄρος Βοιωτίας, *Colœphryx, Tanagræus gallus, & mons Bœotiæ.* In Etymologico magno ſcriptum Κολόφρυξ: ſed in Phavorino Κολοιφρυξ; & in Stephano Κολοίφρυγες pro loco Bœotiæ qui aliis Ἀστικοτδυλοῖς. Ita Stephanus ex Ariſtophanis libro de Bœotiæ limitibus. Porro utrumque vocabulum, *Tanagra*, inquam, & *Colœphryx*, ex Phœnicia lingua eſt inflexum. Gallus enim Syris eſt תרנגל *tarnegal.* Græci L finali rejecto ut in Ἀννίβα & Ἀσδρούβα, ex *tarnega* unius literæ trajectione *Tanagram* fecerunt. Ita ut urbs *Tanagra* ſit urbs galli, id eſt, gallorum; quomodo Eſiongaber à Chaldæo Interprete appellatur כרך תרנגלא (*crac tarnegola*) *arx galli.* Et mons vicinus *Colœphryx* dictus propter כלוא אפרוחים *Kelo-ephrochim* clauſtrum pullorum, id eſt, nobile ὀρνιθοβοσκεῖον in eo conſtitutum. Talmudicis כלוא פרוחי *clauſtrum pullorum* eſt muliebre capitis integumentum, ita dictum, ut quidem puto, quia caveæ formam imitabatur. Sunt & quæ קוריא urbes vocantur ab urbis ſimilitudine. Vide Thargum Hieroſolymitanum, Num. 31: 48. Ita Cybele mater Deûm cum turrita corona pingebatur.

De re ruſt. l. 3. cap. 9. Plin. lib. 10. cap. 21.

Suid. in Ἀθλητὴν, & in Ταναγραῖος ἀλεκτρυόνας.

Bœotia ad Auſtrum habuit Drymum urbem de qua Suidas: Δρυμὸς, ἐν τῷ παραπρεσβείας Δημοσθένους πόλις ἐστὶ μεταξὺ Βοιωτίας καὶ τῆς Ἀττικῆς; *Drymus in oratione Demoſthenis de falſa legatione urbs eſt inter Bœotiam & Atticam.* Panacto vicinam fuiſſe docent hæc Demoſthenis: Περὶ Δρυμοῦ καὶ τῆς πρὸς Πανάκτῳ χώρας μεθ' ὅπλων ἐξερχόμεθα, *circa Drymum & Panacti regionem cum armis prodimus.* Græcè Δρυμὸς eſt ſylva. An inde dicta eſt *Drymus*, aut à Phœnicio דרום *darom* quod Meridiem ſonat, quia Auſtrale erat oppidum?

Eubœam Bœotiæ jungebat olim anguſtus Iſthmus circa Chalcidem, quo à reciprocis Euripi fluctibus exciſo & dirupto, Eubœa à Bœotia avulſa eſt, & in inſulam facta, ut ex Ione lib. 1. probat Strabo. Quibus Procopius ita concinit lib. 4. de ædificiis Juſtiniani. *Eubœa in mari objecta eſt Græciæ, videtur autem olim abrupta eſſe. Quandoquidem prius una erat terra, quæ poſt freto eſt divulſa: Maris undoſo fluxu hic circa Chalcidem urbem continentem perrumpente, & quod à terra dejectum eſt in inſulam redigente.* Ab hac terrarum divulſione tam Chalcidi in Eubœa quàm Rhegio in Brutiis nomen factum. Phœnicibus quippe חלק *chalak* dividere eſt; & חלקה *chelka* diviſio. Phœnicum porro atque Arabum qui cum Cadmo venerant nonnullos hæſiſſe Chalcide teſtatur Strabo lib. 11.

Jam ſi libet cætera perſequi, *Harma* Bœotiæ locus erat columnis ſeptus propter vatem Amphiaraum hiatu terræ ibi abſorptum ita execrandus, ut fama ſit neque aves illis columnis inſediſſe, neque feras herbam attigiſſe in intercolumnio illo creſcentem. *Harma* igitur non à curru, ut volunt, ſed ab execratione dictus. Id enim eſt Phœnicium חרמה *Harma.* Sic Σκῶλος *Scolus* ſub Cithærone vicus pro infauſto habitus, eo quod ibi Pentheum à Bacchis diſcerptum fabulantur, unde natum proverbium:

Strab. l. 9. Pauſan. in Bœot.

Strab. ibid.

Εἰς Σκῶλον μήτ' αὐτὸς ἴμεν, μήτ' ἄλλῳ ἕπεσθαι.
Nec tu Scolon eas, nec eò comiteris euntem.

Scolus eſt Phœnicium סקול *Scol*, quomodò Elias & Baal Aruch legerunt in Verſione Hieroſolymitana, Gen. 42: 4. & 38. pro Hebræo אסון quod *exitium* exponunt, vel lethale aliquod infortunium: Galli optimè *quelque encombrier mortel.* Sic in Jonathanis Paraphraſi Levit. 10: 19. *& mihi accidit* סקולי *scol in illis*, id eſt, in duobus filiis meis quos conſumpſit ignis è Dei conſpectu exiens. Eſt expoſtulatio Aaronis apud Moſem. Græcis σκῶλος aliud eſt, nempe ſpina, ſudes præacutus & ſcandalum. Quanquam hoc ultimo ſenſu Helleniſtæ uſurpent, & ex iis Græci Patres.

V. Heſych. & Suid. & LXX. Exod. 10: 7. Deut. 7: 16. Jud. 11: 35. 2. Par. 28: 25. Eſ. 57: 14.

Fuit & in Bœotia Trophonii antrum, quò quiſquis deſcenderat oraculum conſulturus multo terrore attonitus redibat, κάτοχος τῷ δείματι, ut teſtatur Pauſanias ipſe expertus. Unde apud Ariſtophanem in Nubibus Strepſiades:

—— ὡς δέδοικ' ἐγὼ
Εἴσω καταβαίνων ὥσπερ ἐς Τροφωνίου.
—— *quam totus tremens*
Deſcendo, ſicut ad Trophonii ſpecum.

In quem locum Scholiaſtes: *Qui eò deſcendit non ridet amplius* διὰ τὴν τῶν ὄφεων ἔκπληξιν, *propter terrorem ex ſerpentibus.* Unde proverbium de moroſis & tetricis, εἰς Τροφωνίου μεμάντευται, *in Trophonii antro vaticinatus eſt.* Sed hæc vulgata: non item Trophonii nomen, factum à Syro טורפא *tauropho*, quod pro conſternatione paſſim occurrit. Sic Pſal. Syr. 61: 13. בטורפא דלבי *in conſternatione cordis mei.* Radix טרף *teraph* eſt turbari & conſternari. Hinc Jonathan & Onkelos Gen. 41: 8. אתרפא רוחיה *conturbatus eſt ſpiritus ejus.* Jer. 25: 16. יטרפון *Iſttarephun* percelluntur. In ipſo antri aditu eſt Hercyna fons vel amnis, quem amoto lapide Proſerpinam excitaſſe fabulantur. Pauſanias: φανῆναί τε δὴ τὸ ὕδωρ ὅθεν ἀνείλετο ἡ Κόρη τὸν λίθον, καὶ ὀνομασθῆναι τὸν ποταμὸν ἐπὶ τούτῳ λέγουσιν Ἕρκυναν; *aquam erupiſſe ajunt, quo loco Proſerpina lapidem ſubmoverat, & propterea fluvium dictum fuiſſe Hercynam.* Ab Hercyna ſcilicet Cereris filia, de qua antè. At ego Hercynam idem eſſe puto quod חרך־עין *Harac-ain* cataractam fontis, ſeu foramen ex quo fons ebulliit amoto illo lapide tanquam aperta cataracta. Cœlorum cataractas in Diluvio apertas hoc eodem verbo ſignificant Jonathan & Hieroſolymitanus Interpres.

Vide Suid. & Ariſtoph. in Nubib.

Vide & Pſ. Syr. 42: 5. 6. & 75: 5. et 142: 4.

Notandum eſt Cadmi nomen è Bœotia in Ioniam penetraſſe, ubi Priene urbs *Cadme* dicta eſt, quia conditorem habuit Philotam Bœotium. Strabo lib. 14. Λέγεται δ' ὑπό τινων ἡ Πριήνη Κάδμη, ἐπειδὰν Φιλώτας ὁ ἐπικτίσας αὐτὴν Βοιώτιος ὑπῆρχεν. Proinde Prienenſes *Cadmios* vocavit Hellanicus; quod hunc Geographi locum mirè illuſtrat. Heſychius: Καδμεῖοι, οἱ Πριηνεῖς, ὡς Ἑλλάνικος.

CAPUT XVII.

Voces Bœotis propriæ à Phœnicibus deſumptæ.

Ἀχάνη menſura quædam Bœotis, Perſis & Ægyptiis, כנה *Chana* Talmudicis. Obiter de *artaba*. Πίτταχος vaſis genus Hebr. פתכא *pitteca*. Ἀλιμα Phœnicib. לבנה *libna*, herba quædam a Bœotis ſic dicta propter

propter folii candorem, non à ſquamis, ut volunt. Juppiter Ἐλιεὺς Thebis, id eſt, אלוה *eloa* vel עליון *elion*. Idem Καραιὸς fortè כראי *carai*, quaſi κριοπρόσωπος, vel à καρὰ capite ſeu vertice, quæ eſt Phœnicia vox. Mercurius Cadmus & Cadmilus. Malum Punicum σίδα Arab. *ſidra*. Λέσχη commune cœnaculum לשכה *liſcba*. Βάννα mulier, בנות *banoth* Hebr. pro mulieribus. Βαδυμῆν ex Βαδύω colere terram, ut Hebr. עבד *abad*. Ἔραχος manipulus ex פרכא *peracba* primâ abjectâ.

Ἀχάνη Bœotis eſt menſura frumenti, medimnus. Heſychius: Ἀχάνη, μέτρον εἶναι ἐν Βοιωτίᾳ χωροῦν μέδιμνον ἕν. Id Talmudicis eſt כנא *chana*, & ſi præfigas articulum Hebræum erit הכנא *bacchana*. Sic כנא רפירי, *chana fructuum*; כנא כנא בפרוטא, *ſingula chana pro obolo:* באתרא דכיילי בכני, *in loco ubi metiuntur chanis*. Hæc ex Talmude Baal Aruch, & doctiſſimus Buxtorfius Lexici Talmudici pag. 1023. Apud Perſas hoc ipſum vocabulum fuit in uſu. Idem Heſychius: Ἀχάνας, Περσικὰ μέτρα. Illud Ἀχάνας ex Ariſtophane ſumptum, qui ſic habet in Acharnenſibus Act. 1. Scena 3. ἀχάνας ὁδ' ἔφη χρυσίου λέγει, *auri modios ille dicit*, ubi Scholiaſtes: ἀχάνη μέτρον ἐστὶ Περσικὸν, ὥσπερ ἡ ἀρτάβη παρ' Αἰγυπτίοις; Senſus eſt Græcos achanen & Ægyptios artaben à Perſis uſurpaſſe. Artaba enim olim Perſica fuit potiùs quàm Ægyptia: Herodotus in Clio, ἡ δὲ ἀρτάβη μέτρον ἐστὶ Περσικόν. Heſychius & Suidas dicunt eſſe μέτρον Μηδικὸν σιτοῦ, *Medicam frumenti menſuram*. Sed poſtquam Ægyptum Perſæ invaſerunt, eadem menſura cœpit eſſe Ægyptia. Fannius:

> *Eſt etiam terris quas advena Nilus inundat*
> *Artaba, cui ſuperat modii pars tertia poſt tres.*

Hieronymus in Eſ. 5: 10. pro triginta modiis, &c. Septuaginta vertunt ἀρτάβας ἕξ, *artabas ſex, quæ menſura Ægyptia eſt, & facit modios viginti*. Proinde idem Ariſtophanis Scholiaſtes alibi de artaba: Περσικὸν δὲ καὶ Αἰγύπτιον τὸ ὄνομα.

Πένταχος vaſis genus erat apud Bœotos. Heſychius τάλαρον exponit; πένταχος, inquit, τάλαρον, Βοιωτοί. Τάλαρον vulgo pro qualo ſumitur, ſed & Pollux τάλαρον recenſet inter vaſa, quibus reponitur lac lib. 10. cap. 29. Sic פתקא *petteca*, unde πένταχος, ut quidem puto, vas magnum fuit continens quatuor aut quinque heminas. Ita definit author ſecundi Targum, Eſther cap. 1 verſ. 8. Erat in uſu apud Perſas.

Theophr. hiſt. l. 4. c. 12. Theophraſtus ubi de plantis Orchomenii lacus in Bœotia; ὃ γὰρ προσαγορεύουσι λέμνα τοῦτο πλεῖον τὸ καθ' ὕδατός ἐστι. *Nam quod à Bœotis lemna vocatur hoc altius aqua immergitur.* Dalechampius hiſtoriæ plantarum lib. 9. cap. 11. & alii pro λέμνα ſcribunt λέμμα, ut ſquamam ſignificet, quia hæc herba, ut inquiunt, quatuor habet foliola ſquamis piſcium ſimillima. Sed in ſquamis hoc præcipuum qood incumbunt ſibi invicem, ut in lorica laminæ, aut os quoddam circa tempora quod ſcribit Galenus λεπιδοειδεῖς ἔχειν ἐπιβολάς, *applicamenta habere ſquamatim incumbentia*, quale in hac herba nihil apparet. Solùm in apice floſculus eſt quatuor foliolis conſtans ita inter ſe connexis ut harum alteri nulla incumbat. Præterea herba à ſquamis λέμμα non diceretur, ſed λεπὶς aut λεπίδιον: neque enim λέμμα eſt ſquama, ſed cortex aut cuticula. Λέμνα autem à Bœotis dicta eſt hæc herba, ut לבנא *lebna* à Phœnicibus à candore floris. Nam flore candido eam deſcribunt medicorum filii. Et pro *Lebna*, *Sobna* & *Jabne* Græci Interpretes ſcribunt *Lemnam*, *Somnam* & *Jamniam*, ut notavimus in capite de Lemno inſula.

Jovem Thebani vocabant Ἐλιέα. Heſychius; Ἐλιεὺς, Ζεὺς, ἐν Θήβαις; voce deflexa vel ex Hebr. אלוה *eloa* Deus, vel ex Phœnicia עליון *elion*, id eſt, altiſſimus. Philo ex Sanchoniathone: Ἐλιοῦν καλούμενος ὕψιστος. Hunc genuiſſe aiunt cœlum & terram. Erat & aliud Jovis nomen Καραιὸς apud Bœotos. Idem Heſychius; Καραιὸς Ζεὺς παρὰ Βοιωτοῖς. Ita vocari volunt διὰ τὸ ὑψηλὸν εἶναι ἀπὸ τοῦ καρὰ, quia celſus eſt à voce καρὰ, id eſt, caput vel ſummitas. Quid ſi Καραιὸς ſit Phœnicium כראי *carai*, arietinus, id eſt, Hammon qui pingebatur κριοπρόσωπος. Cur ab iiſdem Mercurius Cadmus dicatur & Cadmilus jam explicatum.

Malum Punicum Græcè ῥοιὰ, Bœoticè σίδα vocatur, ut Arabicè סדרה *ſidra*. Athenæus lib. 14. Σίδας δὲ ὅτι τὰς ῥοιὰς καλοῦσι Βοιωτοί, Ἀγαθαρχίδης, &c. γράφει. Sequitur hiſtoria de Epaminonda, agrum Sidam nomine à Punicorum copia ſic appellatum, eo argumento Bœotis aſſerente contra Athenienſium vindicias, quod σίδη Bœotis diceretur, quæ Athenienſibus ῥοιά; Σίδη eſt Arabum *ſidra*. R abjectum, ut in Talmudicis vocibus זוטא *zuta* parvus, pro זוטרא *zutra*; מוסא *muſa* coagulum, pro מוסרא *muſra*; גודא *guda* ſepes, pro גודרא *gudra*; טינא *tina* petra, pro טינרא *tinra*, *Zama* pro זמרא *Zamra* fons in Africa canoras voces faciens. *Plin. l. 31. c. 2.*

Hebræis לשכה *liſcba* eſt conclave & cubiculum. Septuaginta παστοφόριον ſæpe reddunt, & ἐξέδραν, & αὐλὴν, &c. Sic Bœoti λέσχας *leſchas vocabant* communia cœnacula. Etymologus: λέσχαι παρὰ Βοιωτοῖς, τὰ κοινὰ δειπνητήρια.

Βάννα Bœotis eſt mulier. Heſychius: Βάννα, γυνὴ ὑπὸ Βοιωτῶν. Sic Hebraicè בנות *banoth* propriè filias ſonat, ſed & in genere mulieres. Ut Gen. 30: 13. *beatam prædicabunt* בנות *banoth* filiæ, id eſt, mulieres. Itaque Græci hic habent, μακαρίζουσί με αἱ γυναῖκες; & Vulgatus, *beatam me dicent mulieres*. Onkelos item: ישבחונני נשיא *laudabunt me mulieres*. Rurſus Jud. 12: 9. בנות (*banoth*) *filias adduxit filiis ſuis*, id eſt, γυναῖκας *uxores*, ut Græci habent & Hieronymus.

Βαδυμῆν, ἀροτριῶν, Βοιωτοί. Et Κρεαδίμην γεννᾶν, Βοιωτία δὲ ἡ λέξις. Utrumque in Heſychio. Bœotica hæc duo ἀπαρέμφατα ſimul confero, quia ſunt ſimilis formæ, βαδυμῆν vel βαδύμεν potiùs eſt ex βαδύω; ut κρεαδίμην ex κρεαδίω. Porro βαδύω eſt Hebr. עבד *abad*. Utrumque eſt colere terram.

Sed & Ἔραχος, δράγμα, id eſt, manipulum Bœotis in Heſychio audeo referre ad Syrum פרכא *peracha* vel *perucha* ejuſdem ſignificationis. Neque enim ſine exemplo eſt ut in derivationibus prima radicalis omittatur.

CAPUT XVIII.

Phœnices Bacchi cultum cum toto ejus choragio ex Oriente in Græciam invexiſſe.

Cadmus ideò Bacchi pater, quia ejus cultum ex Oriente invexit. Bacchus Cadmo antiquior. In epitaphio Nini Baccharum mentio. Cadmus in Euripide Bacchi cultum ex antiquitate commendat. Tyrii Bacchum ſibi vindicant. Fabula Tyria Græcæ ſimilis de Baccho & Icaro. *Sanguis uvæ* pro vino, phraſis Tyria & Hebræa, Gen. 49: 11. Deut. 32: 14. Bacchus tam advena Tyri quàm in Græcia. Bacchus Nimrod. Inde Bacchum ab Aſſyriis ad ſe veniſſe dicunt. Κίσσα *pica* Baccho cur ſacra, & κισσὸς *hedera*. Bacchus *Ciſſus*. *Staphylus* Bacchi ſucceſſor in Aſſyria. Nimrod ſeu Belus pro lurcone Deo habitus. *Thya* Babylone, Dan. 2: 27. Bacchus *Zagreus* & *Nebrodes*. Bacchus cur πυριγενής. Inſcriptio in Arabiæ monte *Jehova Niſſi*, Exod. 17: 15. Ibi Nyſa Mons Arabiæ. *Jehova Niſſi* redditum Deus Nyſæus & πυριγενής. Bacchus etiam Ἴαω dictus, id eſt, יהוה. *Jobacchus*, *Adoneus*, *Eleleus* nomina veri Dei. *Hyes* & *Attes* iidem. De Deo dictum *es hu* vel *hu es* ipſe eſt ignis, Deut. 4: 24. In *Attes* mutata perſona *Atta es* tu es ignis. Bacchus πυρίσπορος & hoſtes igne feriens. Idem Taurus dictus, id eſt, אביר *abbir*. *Evoe* unde *Evius* & *Evan* ſumptum ex Proverb. 23: 29. *Cui* אוי *evoe*? *Saboe* ex סבא *ſaba* inebriari. *Sabazius* idem qui *Methymnæus*. *Phanace* à fremendo, ut *Bromius*. *Baſſareus* à vindemia ut

Περιτρέχων

Πρὸτρύγης. *Thriambus*, *Lythirambus* & *Dithyrambus* idem ſonant, διμάτωρ ſcilicet, quia fingitur bis genitus. *Iacchus* Syris יַנְקָא vel יַנְקָא *Iacca* eſt puer lactens, N latente in *Daghes*. Id propriè *Iacchus*: unde λίκνον, id eſt, cunæ in ejus myſteriis. Cur è femore Jovis. *Femur* pro pudendo. Alii montem malunt. *Femur montis*, id eſt, latus. *Briſaus* a melle. Bacchus *Licnophorus* cur in ſphæra Lunæ, Mercurii *Silenus*, Veneris *Lyſius*, *&c.* Saturni *Pericionius*, quia כִּיּוּן *Cijun* eſt Saturnus. *Daſores* & *Urotal* Arabica Bacchi nomina. *Liber* Hebr. חור. Ita vocantur principes & nobiles. Heroes unde dicti. Sileni fabula ſumpta ex prophetia de *Silo* horrendum in modum detorta. Id quaſi per nebulam vidit Juſtinus Martyr; in quo ὄνον in οἶνον mutarunt Librarii. *Sirenes* ex שִׁיר *Sir* canere. *Silenus* ex שִׁיל *Sil* & *Silo*. Athenæus emendatus. *Pan* cur dicatur terrores Panicos immittere. *Faunus* itidem פָּן *pan* Hebr. attonitus, a verbo פּוּן *pun* vel *phun*, Pſal. 88: 16. Satyri hircorum ſpecie שָׂעִיר & hircum & dæmonem ſignificat. Hâc formâ Diabolus ſibi placere creditus. Zabios ita credere. Τράγε φάσμα. Cur Satyri ſalaces? Cur ſaltantes & ὀρχησταί. Hebræum nomen שׂעירא *Satra* vel שׂעירא *Saitura*. Satyrica veſtis ἰξάλη & τραγῆ. *Cobali* Bacchi dæmones impoſtores. κοβαλεία aſtus, impoſtura. חבל *Chebel* propriè funis, laqueus, tranſlatè techna, Pſal. 119: 61. Sic & Arab. Et חבאל *chabal* magus, præſtigiator. חבל *Chobl* dæmon. Mulieres in Bacchi copiis. Ita moris eſt in Oriente. *Bacchæ* à luctu, *Thyades* à divagando. *Mimallonides* a loquacitate; vel à ממל *mamal* torculari: ut Λυναί. *Thyrſus* è pinu תרזה *thirza*. Οἴσλα vitis folia aut rami cum fructu appenſo Syr. שׂוּשׂלא *ſatla*. Phallus eſt מפלצת Malum Punicum ex Bacchi ſanguine Σίδα pro Arab. *Sidra*. Orgia Chald. ארזיא *arazaia*. G & Z permutantur. Μάζων epulæ Bacchi, מזון *mazon* obſonium. In Bacchi fabula Voſſius multa obſervat ex hiſtoria Moſis palam deſcripta: tamen Bacchus non eſt Moſes. Neque enim illum coluiſſent pro Deo benefico Phœnices & Ægyptii. Tantùm ad Moſis hiſtoriam alluſêre Mythologi. Ad alias Scripturæ hiſtorias alluſiones ſimiles. Lycurgus & Sçamgar, Jud. 3: 31. ſtimulo boum armatus. Bacchus in lucta ſponte cedit ut Angelus Jacobo. Eurypilo quid acciderit propter arcam Bacchi temerè apertam. Athenienſes in pudendis afflicti ob ſpreta Bacchi ſacra, ſanari non potuêre, donec phallos erexiſſent. Cur plura Phœnicea ſumpſerint ex hiſtoria Moſis.

Jam ſi probare contendam totam Bacchi fabulam ex eodem fonte manaſſe, videbor actum agere poſt Belgarum par eximium, Heinſium dico & Voſſium, viros ſummos, qui eo argumento laborarunt tanto ſucceſſu. Nobis tamen ne ſit nefas illorum veſtigiis ſic inſiſtere, ut non pauca de noſtro addamus.

De veris Bacchi natalibus fuit inter Veteres lis acerrima, tanto ſcilicet cive multis certatim gloriantibus. In his Græci fabulatores non alia de cauſa volunt Cadmum eſſe Semeles & Bacchi patrem, quàm quia is Bacchi cultum ex Oriente allatum in Græciam primus invexit. De cætero Cadmo Bacchum eſſe multò antiquiorem ipſi Græci non obſcurè innuunt. Apud Phœnicem Colophonium Athenæi lib. 12. Baccharum fit mentio in epitaphio Nini, qui Cadmi ævum anteceſſit annis minimum ſexcentis. Et in Bacchis Euripidis ipſe Cadmus id apertè ſignificat, cùm cultum illum Græcis ex antiquitate commendat, & ex patrum traditione tuetur. Verba ſunt:

> Πατρίους παραδοχάς, ἅς θ' ὁμήλικας χρόνῳ
> Κεκτήμεθ', οὐδεὶς αὐτὰ καταβάλλει λόγος.
> *Ævo coæva eſt quam tenemus à patre*
> *Traditio, & illam nulla ratio deſtruit.*

Nec minùs Tyrii quàm Græci Bacchum ſibi vindicant. Achilles Tatius lib. 2. ex emendatione viri magni, qui eleganti ſcriptore à ſe nuper edito me donavit: ἦν γὰρ ἑορτὴ Προτρυγαίου Διονύσου τότε: Καὶ γὰρ Διόνυσον Τύριοι νομίζουσιν, ἐπεὶ καὶ τὸν Κάδμου μῦθον ᾄδουσιν, καὶ τῆς ἑορτῆς διηγοῦνται πατέρα μῦθον, οἶνον οὐκ εἶναί ποτε παρ' ἀνθρώποις, οὔπω παρ' αὐτοῖς: οὐ τὸν μέλανα, οὐ τὸν ἀνθοσμίαν, οὐ τὸν τῆς Βιβλίας ἀμπέλου, οὐ τὸν Μάρωνος τὸν Θρᾴκιον, οὐ Χῖος τὸν ἐκ Λακαίνης, οὐ τὸν Ἰκάρου τὸν νησιώτην, ἀλλὰ τούτους μὲν ἅπαντας ἀποίκους εἶναι Τυρίων ἀνθρώπων; τὴν δὲ πρώτην παρ' αὐτοῖς φῦναι τῶν οἴνων μητέρα. *Quippe tum erat feſtum Bacchi Protrygæi. Bacchum enim Tyrii ſuum eſſe exiſtimant, adeòque Cadmi fabulam canunt, & de feſti origine hæc referunt: olim nuſquam fuiſſe vinum, cum nondum eſſet apud ipſos, non nigrum, non odoratum, non Biblinum, non Maronæum ex Thracia, non Chium ex Lacæna, non inſulare ex Icaria, ſed hæc omnia vini genera à ſe eſſe propagata, & primam ejus matrem apud ſe eſſe natam.* Sequitur fabella illi ſimilis, quam de Icaro memorant Athenienſes Bacchum à paſtore quodam Tyrio lautè acceptum, illi propinaſſe vinum, quo hauſto paſtorem rogaſſe; πόθεν εὗρες ὦ ξένε αἷμα γλυκύ, *unde tam dulcem ſanguinem reperiſti?* cui reſpondiſſe Bacchum τοῦτό ἐστιν αἷμα βότρυος, *hic eſt uvarum ſanguis*, id eſt, דם ענבים phraſi mere Phœnicia quâ utuntur Jacob. Gen. 49: 11. & Moſes, Deut. 32: 14. (ubi Græci αἷμα σταφυλῆς) & ſimul cum reſponſo paſtorem edocuiſſe vitis & vini uſum. Hæc Tyrii hactenus.

Nos tam Tyri quàm in Græcia Bacchum putamus Deum fuiſſe advenam, & ejus cultum arceſſimus à Nimrodo Nini patre, quem eum Baccho eundem eſſe ſuo loco probamus rationibus non contemnendis. *In Phaleg. lib. 1. cap. 2.* Qua in parte habemus Indos aſſentientes, qui Bacchum non è Græcia, ſed *ab Aſſyriis ad ſe veniſſe perhibent*. Ita legitur in Philoſtrato lib. 2. cap. 4. Atque id ipſum Græci videntur tacitè innuere, cùm ex avibus κίσσαν picam, & ex plantis κισσὸν hederam Baccho conſecrant, quia Κίσσιος, id eſt, *Ciſſius*, vel כושי *Chuſæus*, erat Nimrod, & è Ciſſia prope Tigrim, & Ciſſiis Babylonis portis profectus in Orientem. Quid quod in Græcorum fabulis Baccho pro ſucceſſore datur Staphylus filius Aſſyriæ Rex; quod idem eſt ac ſi dicerent in Aſſyriis regnaſſe Bacchum? *Nonn. lib. 18. Et Etymol. in* σαρωνὶ. Taceo quod Belus ſeu Nimrod ab Aſſyriis pro lurcone Deo eſt habitus, ut qui duodecim ſimilæ artabas, & oves quadraginta, & vini ſex amphoras crederetur abſumere in dies. *In adject. ad Dan.* Quo videntur alludere hæc Jeremiæ cap. 51. ℣. 44. *Animadvertam contra Belum Babylone, & ex ore ejus extraham quicquid deglutiit.* Proinde ut Bacchæ Thyades, ſic Babylonii haruſpices à Symmacho vocantur Θυαὶ *Thyæ*, Dan. 2: 27. Hieronymus: *Pro aruſpicibus, quod nos vertimus, in Hebræo* גזרין *habetur, quod ſolus Symmachus* Θυὰς *interpretatus eſt.* Puto igitur Bacchi cultum in Aſſyria natum, inde ad Syros & Phœnices, & per Phœnices ad Græcos dimanaſſe.

Ut jam nulli ſit obſcurum cur Græci tot voces barbaras uſurpaverint in Bacchi ſacris: illas ſcilicet à magiſtris Phœnicibus edidicerant. Ut res palam fiat expende Bacchi nomina. Jam diximus quorſum Bacchus vocetur & Zagreus & Nebrodes. *Sup. in Phaleg. lib. 1. cap. 2.* Διόνυσος vox eſt hybrida, facta ad inſtar Hebræarum יהוה נסי *Jehova niſſi*, id eſt, *Dominus vexillum meum*. *Exod. 17: 15.* Amalekitis ab Iſraële victis, dum Moſes in monte coram Deo proſtratus manus in cœlum attolleret, pro victoriæ monumento erectum eſt altare cum hac inſcriptione, *Jehova Niſſi*. Poſteri Deum Niſſæum vel Nyſæum interpretati, putarunt ibi eſſe Nyſam, & Bacchum pro Jehova Nyſæo Διόνυσον appellarunt, Jovem Jehovæ ſubſtituentes. Quamvis ipſum nomen *Iao* (quomodo Græci, יהוה *Jehovam* efferebant) ad Bacchum referatur in oraculo Clarii Apollinis, quod in Macrobio legere eſt primo Saturnalium:

> Χείματι μέν τ' ἀΐδην, Δία δ' εἴαρος ἀρχομένοιο,
> Ἠέλιον δὲ θέρευς, μετοπώρου δ' ἁβρὸν Ἰάω.
> *Pluto hyemis, veris præfectus Juppiter, & Sol*
> *Menſibus æſtivis, Autumno mollis Iao.*

Sic ex יהוה *Jehova*, ut quidem volunt, factus *Jobacchus*, ex אדני *Adonai*, *Adoneus*, ex אל אלוה *El-eloah*, vel אל אלהי *El-eloe*, *Eleleus*, ſanctiſſimis Dei nominibus per inſignem blaſphemiam tranſlatis in

Vide Gen. 33: 20. & 46: 3. Num. 16: 22. Strab. l. 10. Demoſt. de corona. Suid. in Ἄττης & in Ὕης.

tis in impuriſſimum Idolum. Eódem referendum quod vocatur *Hyes* & *Attes* in barbaro illo Bacchantium epiphoonemate, Εὐοῖ, Σαβοῖ, Ὕης, Ἄττης, Ἄττης, Ὕης. *Hyes* vel *Hues* ſumptum ex הוא אש *Hu es*, ipſe eſt ignis, quod de vero Deo dictum habetur, Deut. 4: 24. Atque id ipſum eſt *Attes*, perſona ſolùm mutata אתה אש *atta es*, tu es ignis. Nempe Bacchus, ut πυριγενὴς ex igne natus, ita credebatur eſſe ignitus, & in hoſtes depugnaturus in ignem transformari. Nonnus lib. 21. ex perſona Deriadis de Baccho:

> Καὶ πυρόεις σέο Βάκχος ἀκούεται, ὅττι τεκούσης
> Ἐκ λαγόνων ἀνέτελλε Διοβλήτοιο Θυώνης.
> *Igneus eſſe tuus fertur Deus, hunc quia mater*
> *Cùm peperit, tela cecidit Jovis icta Thyone.*

Ita etiam lib. 36.

> Ἀλλὰ πάλιν μετάμειψε Θεὸς δέμας, ὑψιφανὴς γὰρ
> Ἠέρα θερμαίνων ἐλελίζετο πυρσὸς ἀλήτης.
> *Mutavit rurſus ſpeciem Deus, aëre toto*
> *Flammiferam glomerant nubem, atque incendia dira.*

Et lib. 48.

> Καὶ πυρὶ μάρνατο Βάκχος ἐς ἠέρα δαλὸν ἀλλων.
> *Atque hoſtes ferit igne facem Deus aëre vibrans.*

Idem Bacchus in Euripide deſcribitur ταυρόμορφος *tauriformis*. De eo enim ſic Pentheus in Bacchis verſ. 918.

> Καὶ ταῦρος ἡμῖν πρόσθεν ἡγεῖσθαι δοκεῖς.
> *Et nos videris taurus antecedere.*

Et paulò pòſt:

> Ἀλλ' ἦ ποτ' ἦσθα θήρ; τεταύρωσαι γὰρ οὖν.
> *Tune fera factus? tauri enim ſpeciem geris.*

Ita apud Lycophronem:

> Ταύρῳ κρυφαίας χέρνιβας κατάρξεται.
> *Arcana Tauro is offeret libamina.*

Plutarch. in Hellen. q. 36

Tauro, id eſt, Baccho, ut interpretatur Scholiaſtes pag. 42. & 43. Et in Elide mulieres hunc hymnum Baccho accinebant: Ἐλθεῖν ἥρω Διόνυσε ἅλιον ἐς ναὸν ἁγνὸν σὺν χαρίτεσσιν ἐς ναὸν, τῷ βοέῳ ποδὶ θύων, ἄξιε ταῦρε, ἄξιε ταῦρε. *Veni heros Bacche in ſacrum fanum maritimum, cum Gratiis in templum bubulo pede ruens, digne taure, digne taure.*

Vid. Gen. 49: 24. Pſ. 132: 2. Eſ. 49: 26. & 60: 16. Job. 34: 20. Pſ. 22: 13. et 50: 13. & 68: 31.

Quia verus in Scriptura Deus ſæpe vocatur אביר *abbir* voce homonyma quæ & potentem ſignificat & taurum. Fruſtra ſe fatigant Plutarchus & Iſacius in Lycophronem ut hujus appellationis alias cauſas comminiſcantur.

Evoe quid ſit non latebit legentes hæc Salomonis, Proverb. 23: 29, 30. *Cui væ? cui* אבוי *Evoe? iis qui vino immorantur.* Nec malè jungitur *Saboe*, cùm סבא ſit inebriari. Ab *Evoe Evius* & *Evan*: a *Saboe* dicuntur *Sabazia*, & *Sabazius*. Itaque *Sabazius* planè idem eſt quod Methymnæus. Sic à fremendi verbo פנך *phanac*,

Plutarch. Sympoſ. l. 3. q. 2. Auſon. Ælian. Var. hiſt. l. 3. c. 41.

ejuſdem Dei cognomen *Phanace* apud ſolos myſtas in uſu, non aliud ſignificavit quàm vulgatum *Bromius*. Et *Baſſareus* rectè explicetur per Æliani προτρύγης, cùm בצר *baſſar* Hebræis ſit idem quod Græcis τρυγᾷν, vindemiare ſcilicet. Tſade SS hic effcrimus, ut LXX. paſſim.

Thriambus, *Lythrambus*, & *Dithyrambus* non ſunt diverſa Bacchi nomina, ut creditum eſt hactenus, ſed unicum variè inflexum. Nempe ut illum Græci Διμήτορα & Romani Bimatrem appellant, ita eundem Syri תרי אבהן *there-abban*, vel

Vide Nonn. Dionyſ. l. 9. verſ. 208.

præpoſito lamed cum daleth לתרי אבהן *lithere-abban* & דתרי אבהן *dithere-abban*, id eſt, διμήτορα nominarunt, quia fingitur bis fuiſſe genitus. Ex *there-abban*, *lithere-abban*, & *dithere abban*, Græci fecère Θρίαμβον, Λυθίραμβον, & Διθύραμβον.

Jacchus, Syr. ינקא *Janko vel* יקא *Jacco*, litera נ latente in Daghes. Tale הדו *Hodda* pro הנדו *Hondu*, id eſt, *Indus* vel *India*; אפו *appo* naſus ejus, pro אנפו *anpho*; אזגדין *izgaddin* vel *azgaddin* legati, pro אזגנדין *azgandin*, nam eſt Perſicum *Aſganda*: כלמד *Chilmad*, Ezech. 27: 23. Syr. כלמדא *Chalmadda* pro כלמנדא *Chalmanda*, Xeoophonti *Charmande*: מדו *maddo* pallium ejus, pro מנדו *mando* Perſ. μανδύας: עזים *izzim* capræ pro ענזים *inzim*, חטה *chitta* triticum pro חנטה *chinta*: חכי *chicci* palatum meum, pro חנכי *chinci*, quod Arabica lingua nos docet. Porro Syrum *Janco* vel *Jacco* propriè eſt puer lactens: quod ipſum ſonat *Jacchus*. Suidas: Ἴακχος, Διόνυσος ἐπὶ τῷ μαστῷ, *Jacchus, Bacchus ad mammam.* Lucretius lib. 3.

> —— *mammoſa Ceres eſt ipſa ab Jaccho.*

Inde Orpheus apud Clemeotem io Protreptico:

> —— παῖς δ' ἦεν Ἴακχος.

puer vel *infans* potiùs erat *Jacchus*. Atque id apertè inouebat *myſtica vannus Jacchi*, de qua Poëta lib. 1. Georg. Vannus enim Græcè eſt λίκνος, quæ vox non ſolum vannum ſignificat, ſed & infantum cunas. Quod reſpexiſſe Bacchi myſtas ex his Heſychii diſcere eſt: Λικνίτης, ἐπίθετος Διονύσου, ἀπὸ τῶν λίκνων ἐν οἷς τὰ παιδία κοιμῶνται, *Licnites, Bacchi epithetum, à cunis in quibus infantes dormiunt.* Multi à Thebano diverſum hunc Bacchum eſſe volunt, quia Thebanus Semeles, hic fuit Cereris filius. Arrianus io Alexandro lib. 2. Ἀθηναῖοι Διόνυσον τὸν Διὸς καὶ Κόρης σέβουσιν, ἄλλον τοῦτον Διόνυσον. Καὶ ὁ Ἴακχος ὁ μυστικὸς τούτῳ τῷ Διονύσῳ, οὐχὶ τῷ Θηβαίῳ, ἐπᾴδεται. *Athenienſes alium Bacchum colunt Jovis & Proſerpinæ filium, cui myſticus Jacchus canitur, non Thebano.* Sed inter Mythologos non eſt quod quiſquam ſperet coocordiam poſſe iniri.

Natus fingitur ex ſemore Jovis, quia Phœnices nominibus ירך & פחד quæ propriè femur ſignificant, etiam verenda intelligunt. Unde tritum illud io Scriptura, egredi è femore patris, Geo. 46: 26. Exod. 1: 5. Sunt quibus in hiſtoria natalium Bacchi Μηρὸς noo eſt femur, ſed mootis nomen in quo putatur eſſe genitus. Quod poteſt ferri, modo commodè ſumatur, non pro monte in India Meri nomine, ſed pro latere montis: nam & hoc Phœnicium eſt partes montis vocare ירכתין *femora*. Hinc Judic. 19: 1. ἐν μηροῖς ὄρους Ἐφραίμ, *in femoribus montis Ephraim*, Hebr. בירכתי & 4. Reg. 19: 23. μηροὺς τοῦ Λιβάνου, *femora Libani*, Hebr. ירכתי לבנון. Ita Bacchus potuit naſci ἐν μηρῷ *in femore*, id eſt, in latere montis, ut propterea oihil ſit opus Meron montem in India ſibi fingere. Tale Ἴδης ἐν κνημοῖσιν in Homero & Nicandro. *In Idæ montis cruribus.* Et πολυκνήμον' Ἐτεωνόν. *Eteonum multis cruribus*, id eſt, ſalebroſum & inæquale.

Strab. l. 15. Mela l. 3. c. 7. Plin. 6. 21. & 16. 34.

Briſæum plerique dictum volùnt à mellis uſu. Nempe quaſi Bliſæum, quia Βλίσαι Heſychio eſt καπνίσαι μελίσσας, καὶ ἐξελέσθαι τὸ σμῆνος (lege σμῆνος) ὑπὲρ τοῦ μέλιτος; Alii à Briſis nymphis quę primæ docuerint μελιττουργίαν. * Ita eſt in Etymologo. Alii denique à voce *Bris*, quam jucundum explicant. Cornutus in Perſium Sat. 1. *Eſt Briſeus Liber pater cognominatus, &c. à mellis uſu, eoque quod ipſe primum invenisse dicitur mel, & ex favis exprimere. Bris enim jucundum dicimus.* Ita Grammanici nugantur, utpote ignari Syri ſermonis quo ברין דובשא *brez* † vel *briz dobſa* eſt lacus mellis. Sic in Chaldæa Paraphraſi 1 Sam. 14: 26. legitur Jonathan reperiſſe ברזודובשא *lacum mellis*. Idem Baccho cùm accidiſſet, inde בריזאי *Brizæus* dictus eſt, vel quod idem eſt *Briſæus* & *Breſſæus* etiam. Heſych. Βρεσαῖος Διόνυσος.

** De Briſo vide Heraclidem in republ. Coorum vel Cororum ut recte corrigit Salmaſ. in Solin p. 144. † Ital. breſca eſt favus.*

Platonici, qui Orphicam Theologiam penitius introſpexeruot, illum obſervant Lunæ ſphęrę prę-

Digitized by Google

Vide Lil. Gerald. Syntag. de Muſis. Et Geofr. Linocer. in Mythol. Muſ. cap. 1.

feciſſe Bacchum Licnitem ſeu Licnophorum, Mercurii ſphæræ Silenum, Veneris Lyſium, Solis Trietericum, Martis Baſſareum, Jovis Sabazium, Saturni Amphietem, octavæ ſphæræ Pericionium, nonæ denique Eribromon. Quæ ſingula ratione aliqua myſtica niti videntur: Lunæ puta cui corpora humida ſubſunt præficitur Bacchus Licnophorus propter cribrum quod manu geſtat: vanno ſcilicet & cribro commune nomen eſt λίκνον. Artium Deo Mercurio comes additur Silenus qui Bacchi fuit pædagogus. Veneri Lyſius propter ſolutum aut diſſolutum etiam vitæ genus. Hæc & alia ſimilia poteſt quivis per ſe indagare. At cur octavæ ſphæræ præſit Bacchus *Pericionius* nemo dixerit abſque peritia linguæ Hebrææ, quâ כיון *kijun* vel *kion* eſſe Saturnum alibi probavimus. Ergo Bacchus *Perikionius* in ea ſphæra merito locatur, quæ ambit Saturni ſphæram.

Sunt & in Bacchi nominibus *Duſares* & *Urotal* ambo in uſu apud Arabes, de quorum utroque in Phaleg egimus ubi de Jerachæis lib. 2. c. 19. Liber, quod penè omiſeram, dicitur Bacchus Hebræa Phraſi, quâ חורים *horim* vocantur principes, id eſt, liberi. Sic Eccleſ. 10: 17. *ô te beatam regionem, cujus Rex eſt filius* חורים *liberorum*, id eſt, præclaris ortus parentibus & ab illis liberaliter inſtitutus. Atque ita nominantur Babylonii Principes, Eſa. 34. ỳ. 12. ubi Chaldæus habet בני הירין *bene horin* filios liberorum ſeu heroum; inde enim heroum nomen: ut non immerito Nimrodum Methodius appellet ἀδελφὸν τῶν ἡρώων.

Locus poſtulat ut de Bacchi comitibus Sileno, Pane, Satyris, Cobalis & Bacchis quædam addamus. Et Sileni quidem fabula unde ſumpſerit originem, nonniſi gravatè refero, nempe ex Prophetia de Silo, qui Chriſtus eſt, horrendum in modum detorta; quod quaſi per nebulam cùm viderit Juſtinus Martyr, hanc ipſam Prophetiam ſcripſit Dæmones ad Bacchum retuliſſe, & in ejus myſteriis ὄνον aſinum recenſuiſſe: Hæc ille duobus locis, ſemel in poſteriore apologia pro Chriſtianis, & rurſus in dialogo cum Tryphone Judæo, ubi mira metamorphoſi ὄνον in οἶνον Librarii mutarunt. Jam ut res expendatur accuratiùs. 1. ut ex שיר *ſir*, id eſt, cantico, Phœnices שירן *Siran*, & Græci fecêre *Sirenes*; ita ex שילה *ſile* vel שיל *ſil* ab illis שילן *Silan*, ab his *Silenus* dictus. 2. Et quia de Silo dicitur: *Illius erit* יקהת *doctrina populorum*, vel congregatio docendi causâ, Silenum ajunt fuiſſe valde doctum, & Bacchi εἰσηγητὴν καὶ διδάσκαλον τῶν καλλίστων ἐπιτηδευμάτων; In Æliano Silenus de altero orbe mira narrat, in Plutarcho de morte, in Virgilio diſſerit de principiis rerum. 3. Additur ſive de Chriſto, ſive de Juda, ut quidam volunt: *ligans ad vitem aſellum ſuum, & ad generoſam vitem pullum aſinæ*. Inde Silenus eſt ὄνῳ ὡς τὰ πολλὰ ὀχούμενος, *aſino plerunque vectus*; & Baccho Deo vitium *comes individuus adhærens*. 4. Tale eſt quod calcandis uvis ideò Silenum addicunt, quia ſequitur; *lavat in vino veſtimentum ſuum, & in ſanguine uvarum operimentum ſuum*, inſtar calcantium in torculari, ut explicatur in Eſaia. 5. Sed nihil tam impium quàm quod Silenum ſemper ebrium eſſe fingunt, &

Diod. l. 4. Ælian. nat. hiſt. lib. 3. cap. 18. Plut. de conſol. ad Apollon. Virg. Ecl. 6. Lucian. in concil. Deorum. Vide Etymol. in Σειληνός. Vide Eſ. 63: 2.

Inflatum heſterno venas ut ſemper Iaccho,

Qui ſtatim additur, *rubent illi oculi ex vino*, ac ſi eodem id ſenſu dicatur quo à Solomone, Prov. 23: 29, 30. *cui rubor oculorum? iis qui vino immorantur*. 6. Sileno denique pro cibo

Eurip. in Cyclop. verſ. 136.

Καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ, καὶ βοὸς γάλα.
Coagulatus caſeus eſt & lac bovis.

Quia prophetia finitur hâc clauſulâ, *& dentes ex lacte albeſcent*. Nihil poterat diabolus fœdius cominiſci, ut ſanctiſſima religionis noſtræ myſteria profanaret, & impiorum hominum cavillis exponeret. Obiter moneo in verſu Euripidis nuper citato Athenæum lib. 14. & Euſtathium in lib. 4. Odyſſ. pro βοὸς γάλα legiſſe διὸς γάλα *lac Jovis*, non *lac bovis*. Lac Jovis, id eſt, eximium, Jove dignum, ut διὸς ἐγκέφαλος *Jovis cerebrum* eſt cibus ſuavis & opiparus. Ita Eraſmus in Adagiis, quem tamen refellit Caſaubonus, priorem lectionem ſolùm admittens.

Polyæn. Strateg. lib. 1. Et Eurip. in Rheſo. Pauſan. in Phoc.

Pan, unus è Bacchi ducibus, ideò terrores Panicos creditur immittere, quia totidem literis פן *pan* Hebraicè is dicitur qui attonitus ſtupet. פן *pan* eſt Benoni verbi פון, à quo futurum אפונה *aphuna* in his Davidis, Pſal. 88: 16. נשאתי אימיך אפונה, *portavi terrores tuos*, ita ut *obſtupeſcam*. Vide Syrum Interpretem & commentaria Kimchii & Aben-Ezræ. Faunus Latinis idem Deus & ex eadem origine, quia פון aliis ſonat *fun*. Dionyſius Halicarnaſſeus de Fauno: τούτῳ γὰρ ἀνατιθέασι τῷ δαίμονι Ῥωμαῖοι τὰ πανικὰ, καὶ ὅσα φάσματα ἄλλοτε ἀλλοίας ἴσχοντα μορφὰς εἰς ὄψιν ἀνθρώπων ἔρχονται δείματα φέροντα. Ovidius in Phædra:

—— Faunique bicornes
Numine contactas attonuère ſuo.

Satyris hircorum ſpecies ideò tribuitur, quia שעיר *ſair* Hebræis, & hircum ſignificat, & Dæmonem hircinâ formâ. Quam fuiſſe Dæmonum formam credidêre צבים *Zabii*, ut author eſt Maimonides, quia diabolus ea ſpecie ſæpe ſe præbet conſpiciendum. Sic in Jamblichi Babylonicis apud Photium τράγου τι φάσμα ἐρᾷ Σινωνίδος, *hirci ſpectrum quoddam deperit Sinonidem*, id eſt, diabolus hirci ſpecie. Et è Recentioribus Bodinus & Delrius multa teſtimonia congerunt, quibus probent dæmonem in hac potiſſimum forma ſibi placere. Neque id Hebræos latuit. Kimchius enim non ſemel ſcribit שעירים *ſairim*, id eſt, hircos vocari dæmones לפי שהם נראים כדמות השעירים למאמינים בם, *quia credentibus in ſe hircorum ſpecie conſpiciendos ſe offerunt*. Quod ipſum legere eſt in Aben-Ezræ commentariis ſuper hæc Levitici cap. 17. ỳ. 7. *Et non ſacrificabunt ampliùs ſacrificia ſua* לשעירים *hircis* (Satyris) *quibuſcum fornicantur*. Unde videtur occaſio nata illos deſcribendi ſalaces, quamvis alia ſpecies fornicationis, idololatria nimirum, ibi intelligatur. Neque pertinet minùs ad Satyrorum characterem quod eos in eremis ſaltare dicit Eſa. cap. 13. ỳ. 21. Ita enim Poëtæ paſſim. Virgilius:

Maimon. More Nebuc. l. 3. cap. 46.

Vide Philoſtr. lib. 6. cap. 13. Et Pauſan. in Attic.

Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibœus.

Eclog. 5.

Et Nonnus lib. 14. Dionyſiac.

Σάτυροι ὀρχηστῆρες, &c.

Nomen Hebræum Buxtorfius conjectat eſſe צותרא *Sutra*. Legitur in Midras ſeu commentario myſtico in Jeremiæ Lament. cap. 1. ỳ. 5. Hebræorum alii fœdum & deformem explicant, alii aridum & macilentum. Pro צותרא *ſutra* in Baal Aruch legitur ציתורא *ſaitura*. In ludis, ut Pollux author eſt, Satyrica veſtis erat νεβρὶς αἰγῆ, ἣν καὶ ἰξάλην ἐκάλουν καὶ τραγῆν, *pellis hinnuli caprina, quam ixalem vocabant & tragen*. Ut poſterior eſt Græca vox, ita prior Syris debetur, quibus capra eſt עזא *izza*.

Lib. 4. cap. 18.

Sunt & *Cobali* dæmones in comitatu Bacchi. Ariſtophanis Scholiaſtes in Plutum: Κόβαλοι δαίμονές εἰσι τινὲς σκληροὶ περὶ τὸν Διόνυσον ἀπατεῶνες, *Cobali ſunt duri quidam dæmones circa Bacchum, impoſtores*. Proinde Bacchus ipſe vocatur κόβαλος à Philochoro in Atthide. Vaſrum & impoſtorem plerique reddunt. Atque hinc κοβαλεία eſt verſutia & aſtus. Origo vocis eſt חבל *chebel*. Hebræi, Syri & Arabes funes & laqueos & pedicas ſic vocant. Unde ſecundaria ſignificatione חבל eſt techna, machinatio, ſaltem apud Arabes. Sic Prov. 42. Abi Ubeid de meretricibus dicitur: *Ne cadas*

cadat פי אלחבאלהן *in technas earum.* Sed & Hebraicè Pſal. 119: 61. *Funes impiorum circumplexi ſunt me*, חבלי funes, id eſt, doli. Et ex eadem radice תחבולות paſſim pro ſolertia ſumitur. Rurſus Arabicum אלחאבל *alchabilo* apud Giggejum eſt *magus*, *præſtigiator*, *quaſi pedicas injiciat.* Et אלחבל *alchoblo* cum puncto ſuper *cha* eſt dæmon. Ut jam non ſit obſcurum Cobalos inde dici vafros & verſutos dæmones qui finguntur adeſſe Baccho.

Cæterum in eodem exercitu tot mulieres Bacchum docent in Oriente geſſiſſe bella. Ita enim moris erat apud Perſas & Aſſyrios ut in bellicis
Curt. lib. 3. cap. 9. expeditionibus uxores viris adeſſent: ſic Darius in Alexandrum dimicaturus uxorem, matremque, & aliarum fœminarum gregem circumducebat. Quin & Indicæ mulieres viris *συστρατεύει*, *omni armorum genere inſtructa.* Ita refertur à Megaſthene apud Strabonem lib. 15. Hæ porrò in Bacchi copiis cur *Bacchæ*, & *Thyades*, & *Mimallonides* dictæ ſint, multis docet nobiliſſimus ſcriptor in Nonnum. Summa eſt *Bacchas* à luctu dici, ut Hebraicè מבכות *mebaccoth*, Ezech. 8: 14. quia Bacchi ſacra multo cum fletu & ululatu celebrari ſolita; & *Thyades à* תעה vel טעה, id eſt, vagari & oberrare, quia vino tactæ vel furore hûc illûc vagabantur. Et *Mimallonides* quaſi ממללן *memallelan*, id eſt, garrulas & loquaculas. Niſi quis à ממל *mamal* ſeu torculari deduci malit, ut *Mimallonides* eædem ſint quæ *Ληναί*.

Rurſus in Bacchi pompa eandem originem referunt *thyrſi*, *thyſtla*, *phallus* & *ſidæ*, & ipſa denique *orgia*. *Thyrſus*, inquit magnus author quem nuper citavimus, *manifeſtè eſt* תרזה *thirza*, *qua vox pinum denotat; quam pampinis ac ferro induebant. Unde Heſychius* Θύρσοι, κλάδοι, λαμπάδες, λύχνοι. *Nam è pinu optima fiebant lampades ac tædæ. Quare & Baccho pinum, hoc eſt*, πεύκην, *in ſacris choriſque & ex ea tædam aſſignarunt. Euripides Bacchabus:*

ὁ Βακχεὺς δ᾽ ἔχων
Πυρσώδη φλόγα πεύκας.

Cætera ibi vide. Θύσθλα Iliad. lib. 6. 8. plerique *vitis folia* aut *ramos* exponunt, nempe cum fructu appenſo; qui à Syris טטלא *totla* dicitur, vel *thothla*, ſi mavis. Unde plur. טטלותא pro racemis & uvis extat in Jonath. Deut. 4: 21. & in Thargum Jeruſalem, Lev. 19: 10. *Phallus* idem eſt quod מפלצת. Hieronymus Priapum reddit 1. Reg. 15: 13. & 2. Paral. 15: 16. Rabbi Joſeph in tractatu Talmudico *avoda zara* dicit eſſe כמין זכרות & David de Pomis צורת אבר מבוער מפלצת *pudendi virilis imaginem.* Phallus & מפלצת
Clem. in Protrept. Agatarch. apud Athe. lib. 14. cur à פלצות *phallaſuth*, id eſt, terrore dicantur malo lector aliunde diſcat. Eſt & in Bacchi ſupellectile quod ex illius ſanguine germinaſſe volunt malum Punicum, cæteris Græcis *ῥοιά*, ſed Bœotis *σίδα* pro סדרה *ſidra* quomodo appellant Arabes. *Orgia* pro myſteriis Chaldæis ſunt ארזיא *arzaia.* Z & G permutantur, ut in Ital. *Rhezo* pro *Rhegio*, & vernaculo *orge* pro Italorum *orzo.* Sic in alphabetho Romano G eſt in loco Græci Z.

Quod me penè fugerat Athenæus libro quarto *μάζωνας maxonas* vocari aſſerit convivia Bacchica. Ἐν ἅπασι τοῖς δείπνοις, inquit, μάλιστα δὲ τοῖς λεγομένοις μάζωσι· τοῦτο γάρ ἐστι καὶ νῦν ἡ Διονυσιακὴ σύνοδος ἔχει τοὔνομα. In quem locum doctiſſimus Caſaubonus apprimè notat מזון *maxon* Hebraicè cibum & obſonium dici.

Voſſius vir mirabilis, & de quo merito dubites utrum majorem à doctrina & ingenio an à modeſtia laudem mereatur, in Bacchi fabula multa obſervat ex hiſtoria Moſis palam deſcripta: puta quod à nonnullis fingitur in Ægypto natus, & ſtatim arcæ incluſus, & aquis impoſitus, & *διμήτωρ*, & formâ præſtans, & in Arabia educatus, & bellis clarus, & fœminas habuiſſe in exercitu: & quod Bacchum Orpheus *Μίσην* pro Moſe appellat, & *θεσμοφόρον legiſferum*, & eidem tribuit *δίπλακα θεσμὸν* quaſi duplices legis tabulas. Addit vocari bicornem, quomodo pingitur Moſes ex loco Exod. 34: 29. perperam accepto; & angues eſſe in Bacchi myſteriis, & canem illi ſocium, ut Moſi *Caleb*, cujus nomen Hebræis canem ſonat. Et in Euripide Bacchas aquam è petra thyrſo percuſſa educere, & terram quâcunque illis eſt iter, lacte, vino & melle fluere; quomodo terra Chanaan, ad quam Iſraëlitas perduxit Moſes, non lactè ſolùm & melle, ſed & vino erat affluens, ut patet ex nobili palmite cum uva ſua abſciſſo, quem in vecte portabant viri duo, Num. 13: 24. Hęc ille acutè admodum; quibus ſi addas ex Nonni *Nonn. lib. 21. et 25. et 35. et 45.*
Dionyſiacis Bacchum Orontem & Hydaſpem fluvios thyrſo tactos & exſiccatos trajeciſſe, & baculum hederaceum à Baccha in terram projectum draconis inſtar reptaſſe, & quercui ſe obvolviſſe, & Indos in tenebris fuiſſe dum Bacchæ luce fruebantur: ex mirabili illo concentu vel cæcis apparebit priſcos fabularum architectos è Scriptoribus Sacris multa eſſe mutuatos; Phœnicas potiſſimum qui primi Bacchum ex Oriente deductum in Græcorum ſcenam produxerunt.

Non tamen inde collegerim cum viro magno Moſem eſſe Phœnicum & Ægyptiorum Bacchum. Neque enim veriſimile eſt virum tam multis nominibus utriſque odioſum pro Deo benefico potuiſſe ab illis coli. Tantùm puto fabulatores ad Moſis hiſtoriam ſic alluſiſſe, quomodo in Sileni fabula ad prophetiam de Silo. Et verò non Moſis ſolius, ſed & aliorum hiſtoriæ latent in Bacchi mythologicis. Dionyſiacorum lib. 20. Lycurgus circa Carmelum fundit Bacchi copias (ut Sçamgar Philiſtæos, Jud. 3: 31.) non aliis armis inſtructus quàm *βουπλῆγι*, id eſt, ſtimulo boum; atque id ex Homero ſumptum, qui Bacchas fugientes deſcribit,

——— ὑπ᾽ ἀνδροφόνοιο Λυκούργου *Iliad. 6.*
Θεινόμεναι βουπλῆγι.

Ab homicida Lycurgo percuſſas boum ſtimulo. Et lib. 48. Bacchus in lucta contra Pallenem ſponte cedit, inſtar Angeli qui luctabatur contra Jacobum.

Καὶ θεὸς αὐτοκύλιστος ἑκούσιος ἥριπε γαίῃ
Οὐτιδανῇ παλάμῃ νικώμενος.

Scribit Pauſanias in Achaicis Græcos Trojæ reperiſſe *λάρνακα* arcam Libero ſacram, quam cùm aperuiſſet Eurypilus, & in ea reconditam Bacchi ſtatuam eſſet intuitus, *αὐτίκα ἦν ἔκφρων μετὰ τὴν θέαν*, *ſtatim à ſpectaculo mentis impos factus eſt.* Sumptum id ex 1. Sam. 6: 19. ubi Betſemitas legitur Deus ideò percuſſiſſe, quòd in arcam ſuam inſpexiſſent.
Ariſtoph. Schol. in Acharn. Act. 2. Sc. 14. Tale eſt quod Bacchum fabulantur Athenienſibus iratum eo quod ſua ſacra ſpreviſſent, nec cum pompa excepiſſent, cùm è Bœotia in Atticam à Pegaſo primùm allata ſunt, illos in pudendis afflixiſſe gravi morbo; à quo nulla fuerit ſalus, donec ab oraculo moniti, Deo ſe morigeros præbuiſſent, & phallos, hoc eſt, imagines illarum partium quas afflixerat, in ejus honorem erexiſſent. Non ovum ovo ſimilius quàm hoc commentum hiſtoriæ de Philiſtæis, quibus cùm propter arcam indignè habitam Deus immiſiſſet hæmorrhoides, conſulti divini reſponderunt, eos non poſſe aliter ſanari, quàm ſi aureas hæmorrhoidum imagines Deo conſecrarent. Hæc exempla docent plus ſatis in Bacchi fabula etiam ad reliquam Scripturam paſſim alludi. Ita tamen ut ex hiſtoria Moſis petantur multò plura, quia cùm primum Phœnices Cadmo duce in Græciam appulerunt, recens erat adhuc memoria rerum à Moſe geſtarum. Cadmus enim

ſub Joſua vixit, & eorum dux fuit qui ut imminenti exitio ſe proriperent, mari ſe commiſerunt alias terras inquiſituri.

CAPUT XIX.

Fabula de Cadmo & Harmonia & ſerpentis dentibus ſatis ex lingua Phœnicia explicantur.

Cadmus Regis Tyri vel Sidonis potiùs μάγειρος, id eſt, שר טבחים ut Potiphar, & Arjoc, & Nebuzardan, qui vocantur ἀρχιμάγειροι, fuit קדמני *Kadmoni*, id eſt, è Cadmonæis, de quibus Gen. 15: 19. Hevæi ſic dicti, quia in Oriente terræ Chanaan, circa Hermonem, unde Cadmi uxor Hermione vel Harmonia. Iidem in ſerpentes mutati, quia Hevæus Syr. חויא eſt ſerpens. Facere milites, id eſt, conſcribere. Serpentis dentes שני נחש ſunt cuſpides vel haſtæ æreæ. Cadmus repertor æris. Cur *quinque* ſolùm. חמש pro ſoni varietate vel *quinque* ſonat vel militem expeditum, ut Exod. 13: 18. Æris uſus olim pro ferro.

Cadmum alii è Tyro, alii è Sidone arceſſunt. Quibus habenda potior fides quia Cadmi ævo Tyrus nondum erat condita. Regis filium Græci faciunt ut ſuo honori conſulant, qui regnavit in Græcia. Sed hoc commentum refellunt Sidonii apud Euhemerum Coum, Cadmum dicentes, cum ſui Regis eſſet μάγειρος *coquus*, cum Harmonia tibicina aufugiſſe. Id videtur veriſimilius; modo is coquus intelligatur qui Hebraicè dicitur שר טבחים quales fuêre Potiphar, & Arjoc, & Nebuzardan. Joſephus & Græci reddunt ἀρχιμάγειρον. At Chaldæi multò meliùs רב קטוליא *magiſtrum ſatellitum*, vel רב ספוקלטוריא *magiſtrum ſpeculatorum*, & Arabs רייס אלסיאפין *ducem τῶν ξιφοφόρων*, & Hieronymus *magiſtrum militum* & *principem exercitûs*, quia טבח vulgò *coquere*, etiam *occidere* eſt, Pſ. 37: 14. & Lam. 2: 21. Familiam quod attinet, ex ipſo nomine colligimus Κάδμον fuiſſe קדמני *Cadmoni*, id eſt, Cadmonæum, ex illis Cadmonæis, de quibus agit Moſes, Gen. 15: 19. Hi porro Cadmonæi cum Hevæis iidem erant. Neque obſcura ratio cur Hevæi *Cadmonim*, id eſt, orientales dicti ſunt, cùm Joſ. 11: 3. & Jud. 3: 3. legamus eos occupaſſe montem *Hermonem*, quæ pars erat terræ Chanaan maximè Orientalis. Unde eſt quod pro Oriente *Hermon*, ut pro Occaſu *Thabor*, Pſal. 89: 13. Cadmonæus igitur idem qui Hermonæus. Atque hinc factum ut Cadmi uxor vocetur *Harmonia* vel *Hermione*, nempe à monte *Hermone* ex quo erant oriundi. Nec jam obſcurum cur in ſerpentes fingantur eſſe mutati. Hevæi enim erant, & חויא Hevæus Syris eſt ſerpens.

Athen. lib. 14.

Libet dum in eo ſumus, alius de Cadmo fabulæ iſtâ non minus intricatæ rationem aperire. Ajunt ex ſerpentis dentibus à Cadmo diſſeminatis ortos fuiſſe milites magno numero, quibus in mutuam perniciem ruentibus, ſolùm quinque ſuperſtites univerſam Bœotiam imperio ſuo ſubjeciſſe. Hâc fabulâ nihil ineptius; nihil magis vero abſimile. Sed bene eſt quod in illa quicquid eſt reconditum Phœnicius ſermo detegit. Rem paucis explicabimus. Primò Cadmus Hebræa phraſi dicitur feciſſe milites quos conſcripſerat. Sic 1. Sam. 14: 48. ויעש חיל, *& fecit copias*, id eſt, conſcripſit. At quorum ex ſerpentis dentibus? Phœniciâ linguâ, quæ partim fuit Syra, partim fuit Hebraica, שני נחש, *dentes ſerpentis* etiam erant *æreæ cuſpides*, quibus primus in Græcia Cadmus armavit milites ſuos. Is enim repertor æris. Hyginus cap. 274. *Cadmus Agenoris filius æs Thebis primus inventum condidit.* Proinde lapis æroſus ex quo fit æs à Cadmo Cadmia dicitur hodiéque. Jam ut conſcripti milites ad numerum quinarium redigerentur fecit ambiguitas vocis חמש, quæ pro ſoni varietate aut *quinque* ſignificat, aut eum qui ad bellum expeditus & accinctus eſt. Vide Exod. 13: 18. Ut rem in pauca conferam; de Cadmo veriſimile eſt ſuâ linguâ Phœnices in hunc modum ſcripſiſſe עשה חיל חמש אשים נושקים בשני נחש. Quæ verba ſic reddita ſunt, *fecit exercitum quinque virorum armatorum ex dentibus ſerpentis*; cùm reddi debuiſſent: *conſcripſit exercitum expeditum virorum armatorum cuſpidibus*, id eſt, haſtis *æreis*. Tales enim Græcorum haſtæ. Homerus de Achille:

Plin. lib. 34. cap. 1. & 10.

> Στῆ δ' ἄρ ἐπὶ μελίης χαλκογλώχινος ἐρεισθείς.
> *Fraxinea incumbens ærata cuſpidis haſta.*

Ære ſcilicet pro ferro utebantur priſci mortales: Tzetzes in Heſiodi opera & dies: χαλκοῖς γὰρ τὸ παλαιὸν καὶ ὅπλοις, καὶ ξίφεσι, καὶ γεωργικοῖς ἐργαλείοις ἐχρῶντο βαφῇ τινὶ ταῦτα στομοῦντες; *æreis olim armis & gladiis & ruſticis inſtrumentis utebantur tincturâ quâdam illa indurantes.* Et Apollonii Scholiaſtes in lib. 1. Argon. Ἀπολλώνιός φησιν ἐν πρώτῳ τῶν ὑπομνημάτων τὸν σίδηρον ὑπὸ τῶν ἀρχαίων χαλκὸν λέγεσθαι; ἀγνοῶν ὅτι μηδέπω εὑρεθέντος σιδήρου χαλκῷ ἐχρῶντο, ὡς καὶ Ἡσίοδός φησι,

> Χαλκῷ δ' εἰργάζοντο, μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.

Refert Apollonius in primo commentariorum ferrum à Veteribus χαλκὸν *æs nuncupari; tanquam Veteres neſciens ære pro ferro eſſe uſos, cùm ferrum eſſet inventum, ut & Heſiodus author eſt,*

> *Dum ferro caruêre, æs ferri præſtitit uſum.*

Et Lucretius lib. 5. verſ. 1286.

> *Et prior æris erat quàm ferri cognitus uſus.*

Et Iſidorus Orig. lib. 8. cap. 11. ubi de magnæ matris ſeu Telluris cymbalis æreis: *Ideò ære, quod terram antiqui colebant ære, priuſquam ferrum eſſet inventum.* Porro Cadmo Græci debent inventionem æris, & primum armorum uſum. Vide Hyginum fab. 274.

CAPUT XX.

Græcos accepiſſe literas à Phœnicibus & Cadmo.

Phœniciæ & Cadmeæ literæ dictæ, quia Græci à Cadmo accepêre & Phœnicibus. Non tamen in Phœnice natæ ſunt, ſed à Syris, Aſſyriis & Hebræis ad Phœnices devenerunt. Refellitur Joſephus, qui literarum uſum apud Græcos Cadmo adeóque Homero vult eſſe recentiorem. Contrà, inſcriptiones Thebis literis Cadmeis ab Amphytrione ſcriptas ſe legiſſe refert Herodotus. Multi ſcriptores ante Homerum. At ex ſententia Tzetzis Græci habuêre literas etiam ante Cadmum. Duo objicit futiliſſima; 1. Oraculum ipſi Cadmo redditum, quod ſcribi neceſſe non fuit. 2. Literas Bellerophonti datas. Fruſtra, cùm Cadmo poſterior ſit Bellerophon. Literas è Phœnice in Græciam veniſſe probat primò figura, ſi Ionicæ cum vetuſtis Phœnicum literis comparantur, quibus utuntur Samaritani. 2. Nomina quæ palam ſunt Hebræa & Phœnicia, quod agnoſcunt Græci ſcriptores. 3. Idem ordo, quod probatur ex collatione Græci alphabethi cum Hebraico; 4. Poteſtas eadem aut leviter mutata, nec niſi certa de cauſa. Epiſema olim pro literis fuiſſe. Tamen antiquiſſimis temporibus ſolùm ſedecim literæ in uſu. Irenæi Interpres notatus. Literæ Græcorum propriæ; quomodo Arabes & Æthiopes & Ruſſi & Cophitæ ſuas habent. Literarum ſitus inverſus cum ipſa inſcriptione. Quæ mutatio facta eſt natura duce. Rationes ex Scaligero. Græcos olim ſiniſtrorſum ſcripſiſſe & βουστροφηδόν. Verſus inde dicti. Solonis leges ſic ſcriptæ, & Olympiæ vetus inſcriptio. Tabula ignotis literis, effoſſa Thebis ex Alcmenæ ſepulchro: Chonuphis de ea conſultus. Proteus Phœnix.

Idem Cadmus aliud in Græcia reliquit ſui monimentum ære perennius, nempe literas, quas à Cadmo ſe accepiſſe Græci penè omnes agnoſcunt. Herodotus; οἱ δὲ Φοίνικες οὗτοι οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπικόμενοι, &c. ἐσήγαγον διδασκάλια ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ δὴ καὶ γράμματα οὐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησι. *Phœnices autem qui cum Cadmo venerant, cùm alias doctrinas in Græciam introduxêre, tum etiam literas quæ apud Græcos anteà non fuerant.* Philoſtratus lib. 2. de vitis Sophiſtarum: *Lib. 5. cap. 58.*

rum: Πάλιν ἐκ Φοινίκης γράμματα, *Rurſus è Phœnice litera.* Et in epiſtolis: Ξένα καὶ τὰ γράμματα· ἐκ Φοινίκης γὰρ ἦλθεν, *peregrina ſunt etiam literæ, nam è Phœnicia venerunt.* Critias apud Athenæum lib. 1.

Φοίνικες δ' εὗρον γράμματ' ἀλεξίλογα.
Subſidium vocis ſcripta reperta Tyro.

Zenodotus de Zenone, in epigrammate apud Laërtium:

Εἰ δὲ πάτρα Φοίνισσα, τίς ὁ φθόνος; ἦν καὶ ὁ Κάδμος
Κεῖνος, ἀφ' οὗ γραπτὰν Ἑλλὰς ἔχει σελίδα.
Si patriâ es Phœnix, quid tum? Fuit hac quoque Cadmo
Patria, qui Græcis prima elementa dedit.

Inde Φοινικήια & Καδμήια γράμματα Phœniciæ & Cadmeæ literæ dictæ, ut ibidem additur; & in Timone Phliaſio apud Sextum Φοινικικὰ σήματα Κάδμου, *Phœnicia ſigna Cadmi.* Et Plinii lib. 5. cap. 12. *Ipſa gens Phœnicum in gloria magna literarum inventionis.* Et Lucani lib. 3.

Phœnices primi, fama ſi credimus, auſi
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.

Lib. de aqua & igne. Et apud Heſychium ἐκφοινίξαι *phœniciſſare eſt avayvώvαι legere.* Hinc mare advexiſſe dicit Plutarchus ex Φοινίκης γράμματα μνημόσυνα λήθης, *ex Phœnice literas adverſus oblivionem remedium.* Et Tacitus l. 11. *Fama eſt Cadmum claſſe Phœnicum vectum rudibus adhuc Græcorum populis artis ejus authorem fuiſſe.* Et Mela de Phœnicibus lib. 1. cap. 12. *Literas & literarum operas, aliaſque etiam artes, maria navibus adire, claſſe confligere, imperitare gentibus, regnum præliumque commenti.* Et Curtius lib. 4. c. 4. *Si famæ libet credere, hæc* (Tyriorum) *gens literas prima aut docuit aut didicit.* Et Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum. Κάδμος δὲ Φοίνιξ ἦν, ὁ τῶν γραμμάτων Ἕλλησιν εὑρετής, ὥς φησιν Εὔφορος (al. Ἔφορος,) *Cadmus autem erat Phœnix, Græcis literarum inventor, ut ait Euphorus* (al. *Ephorus.*) Vide inſuper Plutarchi Sympoſiaca lib. 9. q. 2. & 3. Victorinum lib. 1. cap. de orthographia. Iſidorum Orig. lib. 1. cap. 3. Suidam in Γράμματα & Κάδμος & Φοινικήια γράμματα. Geographum anonymum ſub Conſtantio cap. 18. Nonnum Dionyſiacorum lib. 4. verſ. 260. & lib. 41, ψ. 381. Et Athanaſium contra Gentes.

Literas tamen in ipſa Phœnice natas non crediderim, ſed à Syris vel Aſſyriis ad Phœnices deveniſſe. Diodorus lib. 5. Σύροι μὲν εὑρεταὶ γραμμάτων εἰσί· παρὰ δὲ τούτων Φοίνικες μαθόντες τοῖς Ἕλλησι παραδεδώκασιν, οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ μετὰ Κάδμου πλεύσαντες εἰς τὴν Εὐρώπην. *Syri quidem literas invenerunt: ab iis autem edocti Phœnices Græcis tradiderunt; Hi nimirum qui cum Cadmo in Europam navigaverunt.* Plinius lib. 7. cap. 56. *Literas ſemper arbitror Aſſyrias fuiſſe: ſed alii apud Ægyptios a Mercurio, ut Gellius: alii apud Syros repertas volunt. Utique* (malim *utrique*) *in Græciam intuliſſe è Phœnice Cadmum.* Euſebius lib. 10. Præparat: πρῶτος τοιγαροῦν ὁ τὰ κοινὰ γράμματα, αὐτὰ δὴ τὰ πρῶτα τῆς γραμματικῆς στοιχεῖα, Ἕλλησιν εἰσηγησάμενος Κάδμος, τὸ γένος Φοίνιξ ἦν, ὅθεν καὶ Φοινικήια τὰ γράμματά τινες τῶν παλαιῶν ἐπικλήκασιν. Εἰσὶ δὲ οἳ Σύρους γράμματα ἐπινοῆσαι λέγουσι πρώτους. Σύροι δ' ἂν εἶεν καὶ Ἑβραῖοι. *Primus qui communes literas, id eſt, prima Grammaticæ elementa Græcis tradidit, Cadmus genere Phœnix erat, unde Phœnicias literas appellarunt quidam veterum. Sunt autem qui Syros literas primos reperiſſe aſſerunt. Syri porro ſunt etiam Hebræi.*

Joſephus contra Apionem libro primo contendit literarum uſum apud Græcos Cadmo eſſe multò recentiorem; εἰ γοῦν, inquit, ἀρχαιοτάτην αὐτῶν τὴν χρῆσιν εἶναι θέλοντες, παρὰ Φοινίκων καὶ Κάδμου σεμνύνονται μαθεῖν. οὐ μὴν οὐδ' ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου δύναιτό τις ἂν δεῖξαι σωζομένην ἀναγραφὴν οὔτ' ἐν ἱεροῖς, οὔτ' ἐν δημοσίοις ἀναθήμασιν. *Qui literarum uſum antiquiſſimum eſſe volunt, à Phœnicibus & Cadmo gloriantur ſe didiciſſe. Sed neque illo tempore quiſque demonſtrare poſſit ſervatam inſcriptionem, neque in templis, neque in publicis anathematibus.* Addit poſt multam quæſtionem tandem conſtitiſſe Græcos Trojani belli tempore adhuc ignoraſſe literas, atque id eſſe in confeſſo, nullum apud eos extare ſcriptorem Homero antiquiorem; nec deeſſe qui Homerum ipſum aſſerant poemata ſua non ſcriptis, ſed recitantium memoriæ commiſiſſe. Sed pleraque hæc palam falſa ſunt. Neque enim in Græcia deerant inſcriptiones, non Homero ſolùm, ſed & Trojano bello vetuſtiores. Talis illa Amphitryonis, quam Thebis in Iſmenii Apollinis templo literis Cadmeis in tripode inciſam ſe legiſſe ſcribit Herodotus:

Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν, ἐὼν ἀπὸ Τηλεβοάων.

Facta hæc ætate Laii qui Cadmum habuit proavum. Ibidem legere eſt duas alias inſcriptiones penè ejuſdem ævi. Scriptores Græcos quod attinet, quamvis hodiè nullus extet Homero vetuſtior, tamen olim multi extiterunt. In his celeberrimi ſunt Lycus, Orpheus, Muſæus, Amphion, Sibyllæ quædam; & Orœbantius Trœzenius; & Lyrici carminis primus author Thaletas. Et Meleſander de Lapitharum & Centaurorum pugna; & Thamyris vel Thamyras Thrax, quintus aut ut alii octavus Poëta ante Homerum, qui cum Muſis certaſſe fertur, & ſcripſiſſe κοσμογονίαν verſuum quinque millibus; & Trojani belli ſcriptores Syagrus, & Dares Phrygius; & Teucri ſcriba Siſyphus Cous, ut Idomenei Dictys Cretenſis, & Palamedis diſcipulus Corinnus Ilienſis, qui ſcripſit Iliadem ἔτι τῶν Τρωικῶν συνισταμένων, *Trojano bello adhuc durante.* Quid quod circa belli initia, cùm Pedaſum, olim Moneiam, urbem agri Trojani munitiſſimam, aliquandiu obſediſſet Achilles, & re infecta eſſet diſceſſurus, virgo quædam in urbis mœnibus Achillis amore capta eum confirmaſſe legitur his ferè verbis pomo inſcriptis: Μὴ σπεῦδ' Ἀχιλλεῦ, πρὶν Μονηίαν (al. Μονηνίαν) ἑλεῖν· ὕδωρ γὰρ οὐκ ἔνεστι, διψῶσι κακῶς. *Ne propera Achilles, antequam Moneiam* (al. *Moneniam*) *ceperis: aqua enim deeſt, miſere ſitiunt.* Ita vetus Scholiaſtes & Euſtathius in lib. 6. Iliados; & apud Plinium lib. 13. cap. 13. *Mutianus ter Conſul prodidit nuper ſe legiſſe, cum præſideret Lyciæ, Sarpedonis è Troja ſcriptam in quodam templo epiſtolæ chartam.* Proinde ſcripturam apud Græcos in uſu fuiſſe conſtat diu ante Homeri ævum.

Ælian. Var. l. 11. c. 2. & l. 14. c. 21. Tatian. orat. cont. Græc. Euſeb. l. 10. Præp. Clem. Alex. l. 6. Strom. Euſtath. Præfat. in Iliad. Suid. in Θάλητας & Θάμυρις et Κόριννος. Tzetz. Chil. 7. hiſt. 108.

Contrario errore Tzetzes probare nititur Græcos habuiſſe literas etiam ante Cadmum; duplici argumento; priore, quod oraculum redditum fuit Cadmo:

Φράζεο δή μοι μῦθον Ἀγήνορος ἔκγονε Κάδμε,
Ἠοῦς ἐγρόμενος, &c.

Chil. 5. verſ. 815. et 829. Et Chil. 10. verſ. 443. Et Chil. 12. verſ. 79. Oraculum hoc vide in Schol. Eurip. ad Phœniſſ. verſ. 641. et in Schol. Ariſtoph. Ranæ Act. 5. Scen. 1.

Altero argumento quod Bellerophon antiquior Cadmo ſcriptas tabellas de ſua cæde attulit. *Sed utrumque argumentum futiliſſimum eſt*, inquit illuſtris Scaliger in Euſebium, *Nam utrumque geſtum fictum eſt a Poetis.* Potuit aliud regeri, nempe prius argumentum prorſus eſſe ἀνακόλουθον. Oraculum ipſi Cadmo in Græcia redditum eſt; ergo literæ tum temporis erant in uſu inter Græcos: non ſequitur. Multi populi ante literarum uſum habuêre ſuos vates. In poſteriore argumento Tzetzes ſupponit rem falſiſſimam, nempe Bellerophontem antiquiorem eſſe Cadmo. Quin Bellerophontis avus Siſyphus & Cadmus erant σύγχρονοι. Siſyphus enim Ephyram, ſeu, quod idem eſt, Corinthum condidit triennio ſolùm antequam Cadmus conderet Thebas. Et Rex Argorum Prœtus, qui hoſpiti ſeu Bellerophonti dedit σήματα λυγρὰ funeſtas literas in Lyciam ferendas ad Jobaten, regnare cœpit

Argis annis quadraginta quinque poſt Thebas à Cadmo conditas. Vide Euſebium lib. 2. Chronicorum numeris DCVIII. DCXI. & DCLVI.

Denique res ipſa docet literas è Phœnicia in Græciam eſſe allatas. Primò ſi figuram ſpectes, Græcæ literæ, maximè antiquiores illæ, quarum exempla in Euſebianis profert doctiſſimus Scaliger, vetuſtis Phœnicum literis, quibus hodiè utuntur Samaritani, in pleriſque tam ſunt ſimiles, ut nemini non pateat illas ex his eſſe expreſſas.

Secundò nomina pleraque ſunt palam Phœnicia, aut Hebræa etiam. Quod manifeſtum imprimis in *ἄλφα, βῆτα, δέλτα, εἶ, ἐπίσημον βαῦ, ἦτα, θῆτα, ἰῶτα, κάππα, λάμβδα, μῦ, νῦ, πῖ, ἐπίσημον κόππα, σὰν, ταῦ* expreſſis ex Hebræis totidem, *aleph, beth, daleth, he, vau, heth, teth, jod, caph, lamed, mem, nun, pe, koph, ſin, thau.* Neque id Græcos latuit, qui apud Varronem agnoſcunt illa nomina non eſſe Græca. Cùm enim Crates Philoſophus quæſtionem Grammaticam in Græcia agitaret, cur non diceretur *ἄλφα ἄλφατος*, ut *γράμμα γράμματος*, reſponderunt alii Græci; *Hæc non ſunt vocabula noſtra, ſed barbara*, id eſt, Phœnicia. Et Plutarchus in Sympoſiacis lib. 9. q. 2. Cadmum dicit *τὸ ἄλφα πάντων προτάξαι, διὰ τὸ Φοίνικας οὕτω καλεῖν τὸν βοῦν*, *alpha omnibus præpoſuiſſe, quia Phœnices bovem ſic vocant.*

Tertiò Græci in literis Phœnicum ordinem ſervant, quem eſſe vetuſtiſſimum docent Davidis & Jeremiæ verſus acroſtichi. Res conſtabit pleniùs ex hoc diagrammate, in quo Samaritanum ſeu Phœnicium, Hebraicum & Græcum alphabethum proponuntur, ſingula veteri ordine.

Alphabethum Samaritanum ſeu Phœnicium.	Alphabethum Hebraicum.			Alphabethum Græcum.
ࠀ	א	*aleph*	α	*ἄλφα*
ࠁ	ב	*beth*	β	*βῆτα*
ࠂ	ג	*gimel*	γ	*γάμμα*
ࠃ	ד	*daleth*	δ	*δέλτα*
ࠄ	ה	*he*	ε	*εἶ* vel *ἐψιλόν*
ࠅ	ו	*vau*	ϛ vel *ἐπίσημον βαῦ*	
ࠆ	ז	*zain*	ζ	*ζῆτα*
ࠇ	ח	*heth*	η	*ἦτα*
ࠈ	ט	*teth*	θ	*θῆτα*
ࠉ	י	*jod*	ι	*ἰῶτα*
ࠊ	כ	*caph*	κ	*κάππα*
ࠋ	ל	*lamed*	λ	*λάμβδα*
ࠌ	מ	*mem*	μ	*μῦ*
ࠍ	נ	*nun*	ν	*νῦ*
ࠎ	ס	*ſamech*	ξ	*ξῖ*
ࠏ	ע	*ajin*	ο	*ὀμικρὸν*
ࠐ	פ	*pe*	π	*πῖ*
ࠑ	צ	*ſade*	ϙ	*ἐπίσημον κόππα*
ࠒ	ק	*koph*	ϡ	*ἐπίσημον σάμπι*
ࠓ	ר	*res*	ρ	*ῥῶ*
ࠔ	ש	*ſin*	σ	*σίγμα* vel *σὰν*
ࠕ	ת	*thau*	τ	*ταῦ*
			υ	*ὐψιλὸν*
			φ	*φῖ*
			χ	*χῖ*
			ψ	*ψῖ*
			ω	*ὦ μέγα*

Ex hac collatione liquet Græcos eundem in literis ordinem ſervare quem Phœnices, & Hebræos, niſi quod *ἐπίσημα* duo *κόππα* & *σάμπι* ſunt tranſpoſita; & hoc illius locum occupat. Nam *κόππα* debuit poſtponi, quia reſpondet Hebræo *koph*, & *σάμπι* præponi, quia reſpondet Hebræo *ſade*. Hodiè in vulgaribus Græcorum alphabethis *ἐπίσημον βαῦ*, & duo alia quæ modò diximus, *κόππα* & *σάμπι*, planè omittuntur, quia nullum ampliùs in literis uſum habent, nec niſi numeris inſerviunt: nempe ϛ pro ſenario ponitur, ϙ nonaginta ſignificat, & ϡ noningenta.

Poteſtas literarum non ubique ſervata. *Aleph, he, heth & ajin* meros ſpiritus Græci in vocales mutarunt. *Jod* ex conſonante tranſiit in vocalem ι. Aſpiratæ & tenues videntur officia permutaſſe, cùm Græcum *theta* ſit loco *teth*, & *tau* loco *thau*. Tamen Græci prius aſpirant, Hebræi poſterius. *Xi* tenet locum τ̃ *ſamech*, & *ſigma* τ̃ *ſcin*. Tamen *Xi* ſono propiùs accedit ad *ſcin*, & *ſigma* ad *ſamech*. *Caph* per *cappa* expreſſum, cùm magis accedat ad *chi*. Et *pe* Hebræum olim ſonabat ut *phi*. Denique jam monuimus ex veteri alphabetho tres literas tribu moveri, quia deſierunt eſſe in uſu. Taceo υ, φ, χ, ψ, ω, à Græcis addita poſtmodum, in alphabethi fine, & literarum ſitum inverſum, & quod maluerunt à ſiniſtra ſcribere ad dextram, cum Phœnices à dextra ad ſiniſtram ſcripſerint.

Sed pleraque hæc aut non tanti ſunt aut certa ratione facta. Quatuor ſpirituum uſus mutatus, quia Græcis, quorum lingua eſt mollior, tam multæ aſpirationes fuiſſent ſuperfluæ. Ex iis igitur vocales factæ, quibus carebat ſcriptura Phœnicia. Ut A fieret ex *Aleph*, & E ex *He* ſuadebant ipſa nomina. *Jod* mutatum in I vocalem propter analogiam: ſupererat ut *Ajin* eſſet O; nam U Romanum Græci non habent, & *Υ* ſerò uſurpatum. *Heth* tandem in *ἦτα* mutatum; id eſt, in E longius; ſed apud priſcos Iones fuit *ἐπίσημον* fungens aſpirationis munere, ut hodiéque Latinum H. *Teth*, & *thau*, & *ſamech*, & *ſcin*, potuerunt variè efferri pro diverſis dialectis. Sic Judic. 12: 6. Ephraimitæ dicebant *Sibboleth* pro *Scibboleth*, id eſt, *ſamech* pro *ſcin*. In quem locum ſcribit Kimchius Gallos eandem literam ita efferre ac ſi eſſet *thau Raphatum*. Et Chriſti ævo in illis locis, unde creditur veniſſe Cadmus, in Phœnicia ſcilicet & vicina Galilæa, ſermo erat horridus & inconditus, ut ex Talmude multis probat doctiſſimus Buxtorfius in locum Evangelii *πολυθρύλλητον*, Marc. 14: 70. *Γαλιλαῖος εἶ, καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει.*

Epiſema quod attinet, hæc olim fuiſſe pro literis colligitur ex Romano alphabetho, in quo Epiſemon *βαῦ* tranſiit in F, & Epiſemon *Kappa* in Q. Et prius illud Æoles uſurpaſſe pro conſonante nemo neſcit. Tamen antiquiſſimis temporibus è viginti duabus literis in alphabetho Cadmi, ſedecim tantùm in uſu erant, nempe Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, Ι, Κ, Λ, Μ, Ν, Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, reliqua ſex epiſema. Inde eſt quod plerique Veteres ſedecim ſolùm literas cenſent à Cadmo traditas. Plinius lib. 7. cap. 56. *Utrique in Græciam intuliſſe è Phœnice Cadmum ſedecim numero.* Plutarchus in Quæſtionibus Platon. *ὡς ἐδήλωσαν οἱ παλαιοὶ διὰ τῶν ἑκκαίδεκα φράζοντες ἀποχρώντως καὶ γράφοντες*, *ut Veteres ſignificarunt per ſedecim literas ſufficienter loquentes & ſcribentes.* Irenæus lib. 1. cap. 12. *Ἕλληνες ὁμολογοῦσιν ἀπὸ Κάδμου πρῶτον ἓξ καὶ δέκα παρειληφέναι*, *Græci fatentur à Cadmo* (non *ab æſtimatione ἀπ' εἰκασμοῦ*, ut habet Vetus Interpres) *primùm ſedecim literas ſe accepiſſe.* Marius Victorinus, *Scripſeram autem vobis, quantum repeto & alia plura, inter quæ noſtros antea, ſicuti & Græcos quoque* XVI *literis uſos.* Caſſiodorus in Grammatica ſtatim initio ubi de literis: *Quas primus omnium Cadmus*

ſexdec

ſexdecim tantum legitur inveniſſe eaſque Græcis ſtudioſiſſimis tradidiſſe. Euſebius lib. 2. Chron. oum. MDCXVII. *Athenienſes* XXIV *literis uti cœperunt, quum ante* XVI *tantùm literas haberent.* In quem locum conſule magnum illum Scaligerum qui multa hic habet plena reconditæ eruditionis.

De Pythagoræ litera, & quatuor ſequentibus, quas alphabeto Cadmi vel Palamedis addidit aut Simonides, aut Epicharmus, neque enim id ſatis conſtat, nihil attinet hîc dicere. Notum eodem exemplo Arabes & Æthiopes, quorum idiomata ſunt Hebraicæ dialecti, quaſdam literas habere proprias. Ruſſos item & Cophtitas alphabeto Græco ſic uti, ut quoſdam characteres præter Græcos commenti ſint, *ſine quibus*, inquit Vir Magnus, *claudicaret eorum ſcriptio.*

Quod poſtremo loco notaveram, Phœniciarum ſitum Græci inverterunt. Sic ex ꓭ factum B; ex ꓶ, Γ; ex Ǝ, E; & ſic de cæteris. Quia literarum ſitum cum ipſa ſcriptione mutari neceſſe fuit, poſtquam dextrorſum ſcribi cœptum eſt, cùm Phœnices & Ægyptii, teſte Herodoto, ſcripſerint ſiniſtrorſum, ut hodièque Hebræi, Syri, Arabes, &c. Quæ mutatio facta eſt natura duce. Nam, ut rectè obſervat Julius Scaliger, motus naturalis extrorſum eſt; quies enim intus ad pectus & oculos in fœtu. Igitur primus motus extrorſum explicatur. Quare pugna quoque ſic cietur extento brachio noo retracto. Præterea nobis relioquitur ſub oculis ad contemplandum quid quantumque deſcriptum ſit, quod illis calamo ac manu integitur, ſæpe etiam recenti ſcriptura inducitur. Illud verò argumentum invictum eſt, eos ipſos qui ſiniſtrorſum ſcribunt, literarum ipſarum virgulas ac lineas directas aut transverſas à ſiniſtra inchoatas in dextram deſinentes terminare. Quæ igitur partis ratio, eadem ſit totius: & quemadmodum linearum tractus, ita literarum quoque ordo ſervandus erit.

De cauſis linguæ Lat. l. 1. c. 46

Cæterum mos Hebræorum ſcribendi ſiniſtrorſum Græcis non fuit planè ignotus: quorum vetuſtiſſimi eum ex parte æmulabantur. Poſtquam enim à ſiniſtra dextram verſus ſtylum ducentes lineam abſolverant, inde quia is locus primò ſe offerebat, ſioiſtrorſum Hebræo more in ſcribendo recurrebant, poſtea rurſus dextrorſum, & ita deinceps eodem ordine. Quod aptiſſimo vocabulo appellabant ſcribere βουστροφηδὸν, id eſt, ita ut linearum ductus boum arantium ſulcos imitarentur qui ſecundum ſulcum ducere inde incipiunt nnde prior deſiit. Hanc vocem Heſychius ita explicat: οὕτως ἔλεγον, ὅταν ὁμοίως τοῖς ἀροτριῶσι βουσὶ τὰς ἀντιστροφὰς ποιῇ τις. ἔλεγον δὲ ἐπὶ τοῦ γράφειν τρόπῳ τοιούτῳ. *Ita appellabant quando inſtar arantium boum ſit regreſſus, quod uſurpatum, quia eo modo ſcribebatur.* Inde eſt quod lineæ vocantur *verſus*, ſi Iſidoro credimus Orig. lib. 6. cap. 13. *Verſus*, inquit, *vulgò vocati, quia ſic ſcribebant antiqui, ſicut aratur terra. A ſiniſtra enim ad dexteram primùm ducebant ſtylum: deinde convertebatur ab inferiore, & rurſum ad dexteram verſus; quos & hodiè ruſtici verſus vocant.* Talis erat ſcriptura legum Solonis, quæ Axones & Cyrbes dicebantur, ut author eſt Euphorion, & ex eo Didymus, qui inter varias cauſas cur ὁ κάτωθεν νόμος dicatur à Demoſthene hanc attulit: διὰ τὸ σχῆμα τῆς ἐν τοῖς Ἄξοσι γραφῆς βουστροφηδὸν γεγραμμένης, τὸ ἀπὸ τοῦ εὐωνύμου ἀρχόμενον νόμον, κάτωθεν ὀνομάζει ὁ Δημοσθένης· ὅτι γὰρ βουστροφηδὸν ἦσαν οἱ Ἄξονες καὶ οἱ Κύρβεις γεγραμμένοι δεδήλωκεν Εὐφορίων ἐν τῷ Ἀπολλοδώρῳ. *Propter figuram ſcripturæ in Axonibus, quæ boum verſuram imitabatur, legem cujus ſcriptura incipit à ſiniſtris inferiorem vocat Demoſthenes. Axones enim & Cyrbes eo modo fuiſſe ſcriptos quo convertuntur boves ſignificavit Euphorion in Apollodoro.* Hæc io Harpocratione & Suida leguntur in ὁ κάτωθεν νόμος. Sed & Olympiæ Cypſelidarum extabat inſcriptio γράμμασι τοῖς ἀρχαίοις, *literis antiquis* βουστροφηδὸν ſcriptis, quibus Pauſania teſte in prioribus Eliacis ἀπὸ τοῦ πέρατος τοῦ ἔπους ἐπιστρέφει τὸ ἔπος τὸ δεύτερον, ὥσπερ ἐν διαύλου δρόμῳ, *a ſuperioris verſus fine fit converſio ad initium ſequentis, ea ratione quâ in diaulo curritur.* De his conſule viros undecumque doctos Meurſium Attic. lect. lib. 1. cap. 22. & Voſſium Grammaticæ lib. 1. cap. 34.

In Plutarchi libello de dæmonio Socratis, narratur è ſepulchro Alcmenæ Thebis, circa tempora Ageſilai, effoſſam eſſe tabulam æream literis ignorabilibus ſcriptam, quæ ad Ægyptiarum typum videbantur eſſe efficta: Γράμματα, inquit, πολλὰ θαυμαστῶς παμπάλαια, γνῶναι γὰρ ἐξ αὐτῶν οὐδὲν παρεῖχε, καίπερ ἐκφανέντα τοῦ χαλκοῦ καταπλυθέντος, ἀλλ' ἴδιός τις ὁ τύπος καὶ βαρβαρικὸς τῶν χαρακτήρων ἐμφερέστατος Αἰγυπτίοις. *Literæ multæ erant mirabiles, ut videbantur pervetuſtæ, ex quibus nil quicquam poterat intelligi, etiamſi apparerent, poſtquam æs eſt ablutum; ſed proprius quidam erat & barbaricus characterum typus Ægyptios valde referens.* Prophetarum Ægypoorum doctiſſimus Chonuphis de iis conſultus, poſtquam Ægyptios libros de variis characterum generibus plurimos per triduum evolviſſet, tandem reſpondit τὸν τύπον εἶναι τῆς ἐπὶ Πρωτέως βασιλεύοντι γραμματικῆς. Ἡρακλέα δὲ τὸν Ἀμφιτρύωνος ἐκμαθεῖν, *eſſe ſcripturæ Ægyptiæ typos, qualis erat in uſu ſub Rege Proteo, quam edidicerat Hercules Amphitryonis filius.* Nugæ. Hercules præceptorem habuit Lioum, à quo vel Græcas vel Phœnicias literas edoctus eſt, non Ægyptias. Unde eſt quod Linum noonulli putant primùm è Phœnice literas io Græciam intuliſſe. Suidas; λέγεται δὲ πρῶτος οὗτος ἀπὸ Φοινίκης γράμματα εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν, γενέσθαι δὲ καὶ Ἡρακλέους διδάσκαλος γραμμάτων. Quod ſumptum eſt ex Heraclisco Theocriti Idyl. 24. Sed & Phœniciam eſſe oportuit ſcripturam quæcumque reperta eſt in Alcmenæ tumulo, quia Phœnices habuit authores è ſtirpe Cadmi, qui tum Thebis imperabant. Itaque Chonuphis reſponſum commentitium eſſe oportet, niſi quis ævo Protei putet Ægyptios Phœnicum uſurpaſſe characteres. Saltem id illis commune fuit quod tam Ægyptii quam Phœnices ſcribebant ſiniſtrorſum. Quid quod Proteum nonnulli volunt Phœniciæ eſſe originis. Tzetzes Chil. 2. hiſt. 44.

Πρωτεὺς Φοινίκης Φοίνικος παῖς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος,
Περὶ τὴν Φάρον κατοικῶν τῆς νῦν Ἀλεξανδρείας.
Proteus Neptuni filius & Phœnicis filiæ,
Circa Pharum habitans quæ nunc Alexandria.

Hæc ſi vera ſunt potuerunt ævo Protei Phœnicum characteres apud Ægyptios eſſe in uſu.

CAPUT XXI.

Phœnices Athenis.

Ariſtogiton & Harmodius Gephyræi vel Gephyres qui è Phœnice oriundi. Hi Tanagræ pulſi à Bœotis Athenas diverterunt. Ibi jus civitatis certis conditionibus adepti templa ab aliis diverſa extruxerunt. In bis Achææ Cereris, quæ & Gephyræa dicitur. Gephyræi dicti qui pontem habebant ad Cephiſum per quem Eleuſin ibant myſtæ. In illo ponte deriſores, qui prætereuntes cavillis excipiebant, & ſcommata ſua ponti inſcribebant. Hinc γεφυρίς, γεφυρίζειν, γεφυρισταί, γεφυρισμοί. Meurſius de Gephyræis ne gry quidem in Atticæ populis: ſed in Atticis lectionibus idem hoc abundè ſarcit. Phœnices genus quoddam Athenis. An iidem qui Gephyræi. Phalereorum diſceptatio contra Phœnices de Neptuni ſacerdotio, Bœoti vel Phœnices in Attica inſula Salamine Arab. סלאם *ſalam* ἡσυχία. *Salamis* inde dicta; quam olim obtinebat draco à

co à Rege Cychreo cæſus. A ooonullis Cychreus ipſe pro dracone habitus.

Ariſtogiton & Harmodius qui Hipparcho interfecto Athenas tyrannide liberarunt, genere Gephyræi erant. Gepbyræi autem, teſte Herodoto, ἐόντες Φοίνικες τῶν σὺν Κάδμῳ ἀπικομένων Φοινίκων ἐς γῆν τὴν νῦν Βοιωτίην καλεομένην, *Phœnices erant ex iis qui cum Cadmo in terram quæ nunc Bœotia vocatur devenerunt.* Horum prima ſedes fuit Tanagræ; unde à Bœotis pulſi Athenas diverterunt, ubi jus civitatis certis conditionibus adepti, templa Athenis extruxerunt, τῶν οὐδὲν μετὰ τοῖσι λοιποῖσι Ἀθηναίοισι, ἄλλα τε κεχωρισμένα τῶν ἄλλων ἱρῶν, *quæ cum aliis Atticæ templis nihil habebant commune, ſed ab iis erant diſtincta.* In his fuit Ἀχαιίης Δήμητρος ἱρόν τε καὶ ὄργια, *Achææ Cereris templum & orgia.* Hanc ſcilicet Phœnices ut Cabirorum unam peculiari cultu venerati ſunt. Hæc eſt Gephyræa Ceres de qua Etymologus: Γεφυρεῖς δῆμος Ἀττικός· ὅθεν καὶ Γεφυραία Δημήτηρ, *Gephyres populus* (vel pagus) *Atticus, unde & Gephyræa Ceres*; Gephyres iidem qui Gephyræi. Indidem diſcere eſt, unde ſint dicti Gephyres vel Gepbyræi nempe ἀπὸ τοῦ ἔχειν γέφυραν, δι' ἧς ἐπὶ Ἐλευσῖνα κάτεισιν οἱ μύσται, *quia pontem habent per quem Eleuſinem myſtæ deſcendunt.* Pons erat ad Cephiſum amnem, à quo non procul Athenis Eleuſin euntibus occurrebat templum Cereris & Proſerpinæ, penè in ipſo trajectu, ut videre eſt in Pauſania. Sed & Strabonis lib. 9. ποταμοὶ δ' εἰσίν, ὁ μὲν Κηφισσὸς ἐκ Τρινεμέων τὰς ἀρχὰς ἔχων, ῥέων δὲ διὰ τοῦ πεδίου, ἐφ' οὗ καὶ ἡ γέφυρα, καὶ οἱ γεφυρισμοί. *Fluvii autem Atticæ ſunt, unus quidem Cephiſſus, qui apud Trinemos ortus per planiciem defluit, ubi eſt pons & gephyriſmi.* In illo ponte ſtare ſolebat vel impura meretrix, vel perſonatus nebulo, à quibus nobiliſſimi cives ad Eleuſinia ſacra ituri ſe cavillis excipi, & convitiis proſcindi patiebantur. Heſychius; Γεφυρίς, πόρνη τις ἐπὶ γεφύρας ὡς Ἡρακλέων, ἄλλοι δὲ οὐ γυναῖκα, ἀλλὰ ἄνδρα ἐκεῖ καθιζόμενον τῶν ἐν Ἐλευσῖνι μυστηρίων συγκαλυπτόμενον ἐξ ὀνόματος σκώμματα λέγειν εἰς τοὺς ἐνδόξους πολίτας. Inde γεφυρίζειν in Plutarcho & Polybio cavillari, & γεφυριστὴς ſubſannatorem vel cavillatorem ſonat. Idem Heſychius qui ſupra: Γεφυρισταί, οἱ σκῶπται, ἐπεὶ ἐν Ἐλευσῖνι ἐπὶ τῆς γεφύρας τοῖς μυστηρίοις καθεζόμενοι ἔσκωπτον τοὺς παριόντας, *Gephyriſtæ, deriſores, quia Eleuſine qui ad pontem myſteriis inſidebant, deridebant prætereuntes.* Quin & ſuas cavillationes ſtricta vel ſoluta oratione ipſi ponti inſcribebant. Ammonius de differ. voc. Γεφυριασμὸς δὲ (lege Γεφυρισμὸς) ἀπὸ τοῦ τοὺς Ἀθηναίους ἐπὶ τῶν γεφυρῶν ἐπιγράφειν, ἤτοι ἔμμετρα, ἢ καὶ δίχα μέτρων ἀποσυρμὸς (malim διασυρμὸς) ταῦτα. In Æliano Γεφυρισμοὶ uſurpari videntur pro ipſo feſto Eleuſiniorum, cùm dicit lib. 4. de animal. cap. 43. κηρύττονται γὰρ Διονύσια, καὶ Λήναια, καὶ Χύτροι, καὶ Γεφυρισμοί. Hæc de Gephyræis Atticæ populo non incelebri ideò libentius attuli, quia doctiſſimus Meurſius in accurato libello, in quo populos Atticæ magno labore collegit, de iſto ne gry quidem habet.

Herodot. lib. 5. cap. 55. 57. & 61.

Hæc cùm ſcripſiſſem incidi in ejuſdem Meurſii lectiones Atticas, in quibus ſe Gephyræos in populorum Atticæ catalogo conſulto præteriiſſe aſſerit, quia minimè fuêre inter veteres veroſque ejus regionis populos. Ibidem de Gephyræis multa obſervat inſignia, quæ malo ex ipſo diſcat quiſquis harum rerum curioſus eſt.

Lib. 5. cap. 31.

Idem in eodem opere in fine libri quinti notat apud Dionyſium Halicarnaſſeum inter Dinarchi orationes publicas genuinas, unam inſcriptam celebrari Διαδικασία Φαληρέων πρὸς Φοίνικας ὑπὲρ τῆς ἱερωσύνης τοῦ Ποσειδῶνος, *Phalereorum diſceptatio contra Phœnices de Neptuni ſacerdotio.* Et Silburgium notat perperam hunc locum ſollicitaſſe, quaſi nomen Φοίνικας ibi non conveniat. Imò verò, inquit, rectum quoque eſt illud Φοίνικας. Nam Athenis familia quædam Φοίνικες dicta. Φοίνικες, γένος τι Ἀθήνησιν. Quod ſumptum eſt ex Heſychio.

Sed & Phœnices, qui in Bœotia degebant circa Aſopum, in Salaminem Atticæ inſulam ſe contuliſſe colligimus, ex eo quod Veteres tanto conſenſu ſcribunt, huic Inſulæ nomen eſſe ab Aſopi fluminis filia Salamine eò à Neptuno tranſlata, & ejus concubitu natum Cychreum vel Cenchreum, cùm obiiſſet ſine liberis, ſucceſſorem habuiſſe Telamonem patrem Ajacis: rejectâ interim fabulâ de Salamine, nobis inſula סלאמין *Salamin* eſt inſula τῶν ὀφιοδήκτων: Arabicè enim סלם *ſalama* de ſerpente eſt mordere, סלם *ſalm* morſus ſerpentis, סלים *ſalim* & סלאם *ſalam* ὀφιόδηκτος qui à ſerpente morſus eſt. Ratio nominis ex hiſtoria patet. *Cychreus* vel *Cenchreus* quem diximus, dum in ea inſula regnaret, ἀπέκτεινεν ὄφιν ὑπερφυῆ τὸ μέγεθος, λυμαινόμενον τοὺς ἐγχωρίους, *ſerpentem interfecit portentoſæ magnitudinis, qui ſæviebat in incolas.* Ita Diodorus lib. 4. pag. 190. Et de eodem Apollodorus lib. 3. Κτείνας δὲ ὄφιν οὗτος ἀδικοῦντα τὴν νῆσον, ἧς αὐτὸς ἐβασίλευε, *cum is ſerpentem interfeciſſet illi inſulæ noxium in qua regnabat.* Inde *Salamin* à Lycophrone appellatur νῆσος δράκοντος *draconis inſula*: in quem locum Scholiaſtes pag. 23. Τὴν Σαλαμῖνα πρώην δράκων κατεῖχεν, *Salaminem olim draco obtinebat.* Et paulò poſt: Κυχρεὺς δὲ ὁ Ποσειδῶνος καὶ Σαλαμῖνος υἱός, ὥς φησιν Εὐφορίων, ἀνεῖλε τὸν δράκοντα, καὶ τὴν Σαλαμῖνος βασιλείαν κατέσχε. *Cychreus autem Neptuni & Salaminis filius, ut refert Euphorion, draconem interfecit, & Salaminis regnum obtinuit.* Et pag. 80. ὄφις ποτὲ ἐλυμαίνετο τὴν Σαλαμῖνα καὶ ἀοίκητον αὐτὴν ἐποίει, ὃν ὁ Κυχρεὺς ἀνεῖλεν, ὅθεν καὶ ἀνάξιφος ἐκλήθη. *Salaminem olim affligebat & deſolabat ſerpens, quem interfecit Cychreus, unde & Anaxiphus dictus eſt.* Nullo ſenſu, ſed legendum ἄναξ Ὄφις, *unde & Rex Ophis*, id eſt, ſerpens *dictus eſt.* Quod ipſum agnoſcit Stephanus, quamvis aliò transferat, cùm de Cychreo ſcribit in Κυχρεῖος πάγος: Ὄφις ἐπεκλήθη διὰ τὴν τραχύτητα τῶν τρόπων, *Ophis cognominatus eſt propter aſperitatem morum.* Euſtathius itidem, niſi quod Cychrei cognomen *Ophis* ibi ridiculè refertur ad τραχύτητα τόπου, *aſperitatem loci*; ſed reſcribendum τρόπων *morum*, ut in Stephano. Eòdem pertinet quod legitur in Pauſaniæ Atticis Athenienſibus in Medos navali pugna circa Salaminem decertaturis δράκοντα ἐν ταῖς ναυσὶ φανῆναι, *draconem in navibus appar uiſſe*, & Apollinem ea de re conſultum reſpondiſſe Κυχρέα εἶναι τὸν ἥρωα, hunc draconem *eſſe heroem Cychreum.* Quin juxta Stephanum & Euſtathium, Salaminis vaſtator ſerpens non alius fuit quàm ipſe Cychreus, quem ab Eurylocho inde pulſum, Cereris æditum volunt Eleuſine egiſſe. Et in Heſiodo apud Strabonem ſerpens à Cychreo educatus in inſulanorum perniciem ὑπὸ Εὐνύλλω (lege Εὐρυλόχω) ab Eurylocho pellitur. Rurſus in Etymologo Aſopus è Bœotia Salaminem profectus Regem Ὄφα interfecit & pro eo regnavit.

CAPUT XXII.

An Phœnices Spartam condiderint.

Spartam vocari fabulantur ἀπὸ τῶν σπαρτῶν ἀνδρῶν à viris à Cadmo ſeminatis ex draconis dentibus. Spartæ Heroum Cadmi. Spartiatæ Judæorum fratres & ex Abrahami ſtirpe. Proverb. Φοινικὸν ψεῦδος de commento putidiſſimo propter fabulam de draconis dentibus. Sparta potiùs à Sparto Phoronei filio, vel ab Eurotæ filia Sparta uxore Lacedæmonis. Heroum Cadmo cur & à quibus Spartæ erectum. Cadmi poſterorum longa ſeries. Theras à Cadmi ſtirpe

pe primus Spartam migravit. Cur Rex Lacedæmonum Arius Spartiatas & Judæos fratres eſſe aſſerat. Fabula de Judæo Spartone in exercitu Bacchi qui potuit confundi cum altero Spartone vel Sparto Spartæ conditore. Oebalum Laconum Regem perperam confundi cum Obale vel Ebale, de quo Gen. 10: 28. In Laconico ſinu Phœnices Cythera occupant. Uraniæ ſeu Veneris fanum ibi vetuſtiſſimum, quæ ut in Cypro armata pingebatur. *Cythera* ut *Citharoa* à petris dicta. Eadem *Cranae* & *Porphyraſa*. Purpuræ petris gaudent. Phœnicus portus. *Malea* Phœnic. כרי חלפי *Matleo*, & Lycophroni γαμφηλαὶ ὄνυ quorſum. *Ianarus* vel *Tanar*, ideſt, rupes. Inde via ad inferos.

Euſtathius in primum Odyſſeæ Spartam vocari ſcribit *ἀπὸ τῶν μυθευομένων μετὰ τὸ Κάδμου σπαρτῶν ἀνδρῶν, οἱ κατὰ τὴν παλαιὰν ἱστορίαν ἐκεῖ ἐκπεσόντες Σπάρτην ἀφ' ἑαυτῶν τὴν πόλιν ὠνόμασαν; a viris Spartis*, (id eſt, è draconis dentibus ſatis) *ut fabulantur, qui juxta veterem hiſtoriam eo pulſi Spartam urbem a ſe nominarunt*. Hiſtoriam hanc ex Timagora citat Stephanus Byzantius in voce Σπάρτη. Hinc Epaminondæ ſepulchro clypeus impoſitus eſt cum dracone inſculpto quo ſignificabatur eum eſſe ἐκ γένους τῶν Σπαρτιατῶν. *generis Spartiatarum*. Ita habet Suidas in voce Ἐπαμινώνδας. Eòdem quidam referunt quod Spartæ in quadam ἀγυιᾷ, fuit ἡρῷον Κάδμου τοῦ Ἀγήνορος, *Heroum Cadmi filii Agenoris* Pauſaniâ teſte in Laconicis. Quin quia Strabonis lib. 10. legitur Cadmus præter Phœnices etiam Arabes habuiſſe in comitatu, quorum pars ex Abrahamo eſt oriunda; inde eſſe volunt quod Spartiatæ dicuntur eſſe ex Abrahami genere & Judæorum fratres 1 Macchab. 12: 21.

Suid. voce Φοινικόν.

Sed ipſi Ethnici agnoſcunt quicquid narratur περὶ τῶν μετὰ Κάδμου σπαρτῶν commentum eſſe putidiſſimum. Adcò ut in proverbium ceſſerit Φοινικὸν ψεῦδος ſumptum ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν δράκοντα, καὶ τοὺς σπαρτούς, καὶ Κάδμον ψευδῶς λεγομένων. Et nos ope linguæ Hebrææ perſonatæ fabulæ larvam anteà detraximus, atque id docuimus multò aliter eſſe ſumendum. Itaque arundineo tibicine innituntur qui tam futili commento aliquid ſuperſtruunt. Quamvis utut verum eſſet Thebis ſatos homines coloniam deduxiſſe Lacedæmonem, Spartani non ideò Phœnices aut Arabes, ſed Thebani eſſent origine.

Pauſan. in Lacon. Euſeb. Chron. Gr. p. 25.

Multo verius igitur quod alii volunt Spartam vel à Sparta dictam Eurotę filia & uxore Lacedæmonis, vel à Sparto Phoronei filio, vel *διὰ τὸ τοὺς πρώτους συνοικίσαντας τὴν πόλιν Λέλεγας διεσπαρμένους οὕτω ταυτὸν συνελθεῖν καὶ μίαν οἴκησιν ποιήσασθαι; quia primi urbis incola Leleges, cum prius eſſent diſperſi, in unum convenêre ut ſimul habitarent*. Neque verò draco inſculptus Epaminondæ titulo ſignificabat illum eſſe Spartiatam, ſed Thebanum. Quis enim unquam ſando audiit Thebanum Epaminondam è Sparta genus duxiſſe? Proinde iis omnino aſſentior qui apud Suidam σπαρτῶν legunt pro Σπαρτιατῶν. Tam fruſtra eſt quod aſſerunt de Heroo Cadmo Spartæ conſecrato. Neque enim illud Heroum Cadmo tanquam conditori publico conſenſu civitatis erectum fuit, ſed privato affectu Męſis, Lææ, & Europæ tanquam patriarchæ ſuo. His nimirum pater Hyræus, Hyræo Ægeus, Ægeo Oeolycus, Oeolyco Theras, Theræ Auteſion, Auteſioni Tiſamenes, Tiſameni Therſander, Therſandro Polynices, Polynici Oedipus, Oedipo Laius, Laio Labdacus, Labdaco Polydorus, Polydoro Cadmus: quorum primus omnium Theras Lacedæmonem migravit, Spartæ Regum Euryſthenis & Proclis ſuorum ex ſorore nepotum tutor futurus. Atque iiſdem comitibus coloniam aliquanto poſt in Theram inſulam deduxit.

Quorſum igitur Rex Lacedæmonum Arius in literis ad Oniam hæc habet 1 Macchab. 12: 21. Εὑρέθη ἐν γραφῇ τινι περὶ τε τῶν Σπαρτιατῶν καὶ Ἰουδαίων ὅτι εἰσὶν ἀδελφοί, καὶ ὅτι εἰσὶν ἐκ γένους Ἀβραάμ; vel ut in Joſepho legitur ἐντυχόντες γραφῇ τινι, εὕρομεν ὡς ἐξ ἑνὸς εἶεν γένους Ἰουδαῖοί καὶ Λακεδαιμόνιοι, ἐκ τῆς πρὸς Ἀβραὰμ οἰκειότητος? Quorſum Lacedæmoniis tanquam fratribus ſcribit Jonathan Judæorum ſummus ſacerdos hujus ipſius Arii epiſtolæ teſtimonio fretus 1 Macch. 12. 6, 7. & Joſeph. lib. 13. cap. 9.? Aliud non habeo quod regeram quàm quod apud Stephanum Byzantium Claudius Jolaus Judæos fabuloſè deducit ἀπὸ Ἰουδαίου Σπάρτωνος ἐκ Θήβης μετὰ Διονύσου ἐστρατευκότος, *à Judæo quodam Spartone qui Thebis cum Baccho in militiam profectus eſt*. Commentitius ille Sparton, author ſcilicet generis Judæorum, potuit confundi cum alio Spartone Phoronei filio, Spartæ conditore ut nonnullis viſum, quos tamen refellit Pauſanias in Laconicis. Ex tali aliqua fabula hauſit Arius Lacedæmones Judęis eſſe congeneres. Quod avidè arripuit Jonathan, ut hoc obtentu à Lacedæmonibus auxilium cùm eſſet opus Judæi liberiùs implorarent.

Antiq. l. 12.

Non poſſum non addere quæ de hoc argumento legi apud Scaligerum lib. 3. Canonum Iſagogicorum pag. 332. *Unde illa cognatio Judæis cum Lacedæmoniis? Quid magis mirum, quam Lacedæmonios ab Abraham prognatos eſſe. Quidam vaticinantur Oebalum patrem Tyndarei, avum Caſtorum & Helenæ, eum eſſe qui Ebal nominatur* Gen. 10: 28. *quod multis de cauſis falſiſſimum eſt. Primò, Eber ſuſcepit filios duos, Jektan & Phaleg. Ebal eſt filius Jektan, Abraham eſt ſextus à Phaleg. Quomodo igitur prognati Abrahamo poſſunt deduci ab Ebal, qui fuit frater Phaleg atavi Abraham? Deinde habitatio poſteritatis Ebal fuit in partibus Orientis, in finibus Syriæ, unde profectò nulla unquam colonia deducta fuerunt in agrum Spartanum: quod vel putare ridiculum eſt. Poſtremò Oebalus fuit infra centum annos ante excidium Troiæ. Phaleg autem obiit anno mundi 1993. annis pluſquam* DCLXIV. *ante Oebalum.*

Interim Laconia non videtur Phœnicibus fuiſſe prorſus inacceſſa. Saltem eos conſtat Cythera occupaſſe Laconici ſinûs inſulam, inter Tænarum & Maleam promontoria. A qua Venerem ideò Cythereram dici volunt.

--- ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις,

Heſiod. in Theog.

quia è mari emergens ad Cythera primùm appulit. Fabulæ dedit occaſionem quod Phœnices eò appellentes לעשתרתא Aſtartæ Deę ſuæ Græcis adhuc ignotę templum ibi extruxerunt. Aſtarte enim Gręcis eſt Venus. Cicero lib. 3. de natura Deorum: *Quarta Venus Syria Tyroque concepta, quæ Aſtarte vocatur quam Adonidi nupſiſſe traditum eſt.* Suidas Ἀστάρτη, Ἀφροδίτη. Uraniam appellat Pauſanias in Laconicis, Herodotum ſequutus. *A Scandea*, inquit, *ad ipſa Cytherorum mœnia aſcenditur per ſtadia decem.* Τὸ δὲ ἱερὸν τῆς Οὐρανίας ἁγιώτατον, καὶ ἱερῶν ὁπόσα Ἀφροδίτης παρ' Ἕλλησίν ἐστι ἀρχαιότατον. *Eſt illic Uraniæ fanum ſanctiſſimum, & omnium quæ apud Græcos Veneri dicata ſunt antiquiſſimum.* Idem in Atticis: Πρώτοις δὲ ἀνθρώπων Ἀσσυρίοις, κατέστη σέβεσθαι τὴν Οὐρανίαν: Μετὰ δὲ Ἀσσυρίους Κυπρίων Παφίοις, καὶ Φοινίκων τοῖς Ἀσκάλωνα ἔχουσιν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ: Παρὰ δὲ Φοινίκων Κυθήριοι μαθόντες σέβουσιν. *Primis hominum Aſſyriis Uraniam colere contigit, & poſt Aſſyrios Cypriorum Paphiis, & Phœnicum illis qui Aſcalone in Palæſtina degunt: A Phœnicibus autem edocti Cytherii eandem colunt.* Proinde tam in Cytheris quàm in Cypro Venus erat armata. De Cytheria enim Venere ſic Pauſanias in Laconicis ubi ſuprà: Αὐτὴ δὲ ἡ θεὸς ξόανον ὡπλισμένον, *ipſa autem Dea ſtatua eſt armata.* Et de Cypria Heſychius: Ἔγχειος, Ἀφροδίτη, Κύπριοι, *Encheos, Venus, Cyprii.* Porro *Encheos* haſtatam ſonat.

Cythera dici vult Stephanus ἀπὸ Κυθήρου τοῦ Φοίνικος, *a Cythero Phœnice.* Sed Cytherus ille Phœnix, cùm aliunde non ſit notus, tam Cythera inſulam,

quam Cithæronem Bœotiæ montem, Phœnices appellaſſe puto à קתרי cethare, id eſt, à petris. Chaldæus Interpres de cuniculis Prov. 30: 26. *Faciunt ſibi domicilium* בקתרי *in petris.* Nam ut Bœotiæ Cithæron de quo ſuprà, ita Cythera inſula ſcopulis ſcatet. Mercator in Cytheris: *Oppidum habet ejuſdem nominis ac multos portus, ſed parùm tutos, atque circa ipſam inſulam ſparſi ſunt plures ſcopuli.* Proinde apud Euſtathium in lib. 3. Iliad. Cythera quidam volunt eandem eſſe inſulam cum *Cranae*, quia κραναὸς aſperum ſonat & confragoſum. Et purpuræ quæ petroſis & calculoſis locis maximè gaudent circa hanc inſulam multæ fuêre, unde & *Porphyris* vel *Porphyruſa* dicta eſt. Plinius lib. 14. cap. 15. *Cythera cum oppido, anteà Porphyris appellata.* Ariſtoteles apud Stephanum: Ἐκαλεῖτο δὲ Πορφυροῦσα διὰ τὸ κάλλος τὸ παρὰ τῶν πορφυρῶν, id eſt, Euſtathio interprete, *διὰ τὸ καλλίςας ἔχειν πορφύρας, Porphyruſa vocabatur, quia pulcherrimas habet purpuras.* Quas quod ſcopulis aut calculis plurimum gaudere diximus Plinius teſtatur his verbis lib. 5. cap. 1. *Ebori citroque ſylvæ exquiruntur, omnes ſcopuli Getuli muricibus ac purpuris.* Et lib. 9. cap. 37. *Purpura calculoſæ appellantur à calculo maris mire apto conchyliis.* Et Oppianus lib. 1. Halicuticon verſ. 314.

> Πολλαὶ μὲν ἐν πέτρῃσι, ταὶ δ' ἐν ψαμάθοισι νέμονται.
>
> *Multa quidem in petris, quædam paſcuntur arenis.*

A Phœnicum appulſu portus Phœnicus dicebatur: Xenophon. lib. 4. Hellenicon: ὡρμίσθη τῆς Κυθηρείας εἰς Φοινικοῦντα, *ad Cytheræ portum Phœnicuntem appulit:* Interpres ridiculè *Phœnicuntem adortus eſt.* Cythera caſeo, ficubus, vino & melle abundare ſcribit Heraclides in Politiis, & avaros & laborioſos eſſe incolas.

Laconicum ſinum, in quo Cythera, ab Ortu claudit *Malea* promontorium, ab Occaſu *Tænarus* vel Ταίναρ *Tænar*, ut ſcribit Iſacius in Lycophronem pag. 20. utrumque Phœnicii nominis. *Malea* factum ex מתלעה *mathlaa* vel *mathlea*, quæ vox malam ſignificat ſive maxillam cum molaribus. Nempe hoc ipſum promontorium Lycophron in Caſſandra verſu 94. appellat γαμφηλὰς ὄνου, id eſt, *τὰς σιαγόνας τοῦ ὄνου maxillas aſini, διὰ τὸ ἐοικέναι σιαγόσιν ὄνου, quia maxillis aſini ſimile eſt*, ut ibi habet Scholiaſtes: vel quod puto vero propius ab undarum rauco ſtrepitu, quaſi aſini ruditum imitentur. Statius lib. 1. Achilleidos:

> ——— *undiſonæ quos circuit umbo Maleæ.*

Et lib. 7. Thebaidos.

> ——— *rauca circumtonat ira Malea.*

Et Sidonius carmine undecimo:

> *Atque recurrentem rabiatum ad rauca Maleam.*

Strabo & Ptolemæus Ὀνουγνάθον *Onugnathon*, id eſt, maxillam aſini circa eadem loca deſcribunt, ſed à Malea diverſam. Phœnices etiam credibile eſt plenè dixiſſe מתלעת החמור *Mathleath-hachamor, maxillam aſini*; ſed ultima vox rejecta à Græcis, & ex priore T excidit ad vitandam κακοφωνίαν. Qua ipſa de cauſa Maſorethæ pro plurali מתלעות *mathleoth* legi voluêre *methalleoth*, Job. 29: 17. Prov. 30: 14. & Joël. 1: 6. contra analogiam, quia eſt inverſum ex מלתעות *maltheoth*, Pſal. 58: 7.

Tænarus vel Ταίναρ eſt ipſiſſima vox Phœnicia טינר *tinar*, quæ pro rupe paſſim occurrit in Chaldæa Paraphraſi. Vide Exod. 17: 6. Deut. 8: 15. Job. 29: 6. & 39: 21. &c. Syri trajectis literis ſcribunt טירן *tiran* & טרנא *terno*, Pſal. 78: 15, 20. & 105: 41. & 114: 8. &c. Itaque *Tanar* eſt rupes. Et verò in Tænaro monte lapidicinas deſcribit Strabo lib. 8. Εἰσὶ δὲ, inquit, λατομίαι λίθου πολυτελοῦς, τοῦ μὲν Ταιναρίου ἐν Ταινάρῳ παλαιαί. *Sunt in agro Laconico lapidicinæ pretioſi lapidis, Tænarii* nempe *in Tænaro veteres, &c.* Fuit & circa Tænarum ut in Cytheris purpuræ piſcatio. Valerius Flaccus lib. 5.

> *Accipe Tænarii chlamydem de ſanguine aheni,*

id eſt, chlamydem purpurâ Tænariâ imbutam. Sub hac rupe antrum eſt immane, unde viam ad Inferos Poëtæ patere volunt.

CAPUT XXIII.

Phœnices in Illyrico: Pauca de quibuſdam inſulis ad Illyricum & ad Occaſum Græciæ.

Cadmei Bœotiâ pulſi ad Illyricum ſe conferunt ad *Encheleas*, inter Drilonem & Naronem flu. ubi *Buthoen* condidêre. *Cylices* locus in quo Cadmus & Harmonia converſi in angues. Fabulæ origo. Κύλικες calices, id eſt, גבעים quod potiùs colles reddendum. Heroes & viri magni in locis celſis conditi. Aaron, Joſue, Eleazarus. Ita etiam Cadmus. Fictitium miraculum ad ſepulchrum Cadmi. *Buthoe* vel *Butua* hodie *Budua*, nec à bovis celeritate, nec ab Ægypti *Buto*: בטוחה *Betua*, unde *Butua*, id eſt, ſecura, tuta. Locorum incolæ חקלין *akelin* ruſtici unde corruptè *Encheleï*. *Naron* נהר און *fluvius On* trans quem Onæi regio. Drilon al. Oriundes & Arion, potiùs *Orion* vel אור יון *Or Javan* fluvius Javan, id eſt, Macedoniæ quam attingit. Sclavos eſſe è filiis Chanaan. Illyricus Cadmi filius. Quæ pars Illyriorum Gallicæ ſit originis. *Lychnidus* à Cadmo condita prope lacum, unde dicta. Germani ſint ne Chananæi? Ex Ægypto coloniam in Germaniam penetraſſe veriſimile eſt. *Corcyra* & *Melita* prope Illyricum Epirotica *Corcyra* à quiete cur dicta. (Carcor. קרקר pro quiete, Jud. 8: 10.) Eadem *Scheria* propter negotiationes. Heſychius emendatus. *Cercurus* navis genus. *Phæaces*, id eſt, ſemioenses, quorſum Corcyræi dicti. Inſula *Saſo*, id eſt, excidii, quia vadoſa. *Cephalenia*, id eſt, Διδύμη, quia bifariam diviſa. Spelunca *Macpela*, *Caphelta*, *Dipotoron*. Cephaleniam tenuêre *Taphii* ſeu Teleboæ, Phœniciæ originis, à rapinis nomen adepti. *Ithaca* à ſoli aſperitate dicta, & *Zacynthus* à ſublimi ſitu.

Cadmei ab Argivis Bœotiâ pulſi ad Encheleas Illyrici populos ſe contulerunt, inter Drilonem & Naronem amnes, ubi *Buthoen* vel *Butuam* urbem ædificarunt. In vicinia locus, Κύλικες *Cylices* dictus, in quo Cadmum & Harmoniam fabulantur in angues fuiſſe converſos: quia ibi ſtabant lapidei angues duo à Phœnicibus in eorum honorem erecti. Quo ſymbolo ſignificabant, ut jam antè monuimus, illos fuiſſe Hevæos; quia חויא Syris tam ſerpentem ſignificat quam Hevæum. Eo nomine dictos Hevæos Hebræi putant, quod ſerpentum in morem eſſent Troglodytæ, & in antris plerumque degerent. Loco nomen Κύλικες Calices, id eſt, גבעים quod potiùs *colles* reddendum. Tum enim more receptum erat ut Heroes & viri magni conderentur in locis celſis. Sic Aaron & Joſue, cui Cadmus penè æqualis, in montibus ſepulti ſunt. Et Aaronis filius Eleazarus ſepultus eſt בגבעת פנחס *in colle Phinees*. Ita Cadmo & Harmoniæ cenotaphium *in colle* Phœnices erexiſſe veriſimile eſt. Sed pro *colle* poſteri *calicem* interpretati ſunt, æquivoca voce decepti. Utut enim pro calice plenè ſcribatur גביע cum *jod* ante ultimam, tamen & ſine Jod reperias שלשה גבעים *tres calices*, Exod. 25: 33. Et verò ad Cadmi & Harmoniæ ſepulchrum deſcribuntur à Poëtis:

Herod. l. 5. Nicander in Theriac. Dionyſ. Perieg. Scylax in Periplo. Steph. in Βουθόη. Athen. l. 11. Marc. Heracl. p. 18. Nonnus Dionyſ. l. 13. v. 418. et l. 44. v. 117. & l. 46. v. 365. Num. 20. 28. Deut. 10. 6. Joſ. 24. 30. 33. Jud. 2: 9.

> ——— δύω πέτραι
>
> Αἵτ' ἄμφω συνιᾶσι δονεύμεναι, οὐδέ τις ἀρχὴ
>
> Γίγνεται ἐνναέτῃσι κυλινδομένοιο κακοῖο.
>
> *Quæ coëunt duo ſaxa gravi colliſa fragore,*
>
> *Infenſa Illyriis quoties fortuna minatur.*


Dionyſ. verſ. 395.

Hinc Tzetzes Chiliad. 4. hiſt. 139.

> οἱ τάφοι δὲ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας
>
> Κακοῦ τινος Ἰλλυριοῖς καὶ βλάβης γινομένης
>
> Ἀλλήλους κυλινδούμενοι πάταγον συνεκρότουν.

Urbs proxima Sophocli Βουθόη, Scylaci & Philoni Βουθόη, Plinio *Butua*, Ptolemæo mendoſè *Bulua*,


ITALIÆ PARS
CVM
VICINIS HINC INDE
INSVLIS ET AFRICÆ
PARTE OPPOSITA
MARE THYRRHENUM
MARE ADRIATICUM
MARE AFRICANUM
SINUS ADRIATICUS
SICILIA
ILLYRICI Pars
MACEDONIÆ Pars
THESSALIÆ Pars
EPIRUS
Strophades
Syrtis major
AFRICA PROPRIA
DESERTA LIBYÆ INFERIORIS



Digitized by Google

lua, hodiè *Budua* vel *Badovo.* Quam apud Stephanum alii ſic dictam volunt, ἀπὸ τὸ Κάδμον ἐπὶ ζεύγους βοῶν ὀχούμενον, τάχιστα ἀνύσαι τὴν ἐς Ἰλλυριοὺς ὁδὸν, *quia Cadmus jugo boum* (expeditiſſimâ ſcilicet vecturâ) *vectus viam in Illyricum celeriter confecit.* Alii Cadmum nominaſſe volunt ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας Βούτους, *ab Ægyptia Buto.* Sed verum nomen Phœnicium erat במוחה *Betua*, id eſt, ſecura, tuta; cujus incolæ habitabant לבטח *in tuto*, naturâ loci nimirum, aut vallis & mœnibus, aut propriis viribus freti. Ex *Betua* factum *Butua*, ſçevs tranſeunte ut paſſim in ſonum ſequentis vocalis. Tale *Sabaoth* & *Raphaim* pro *Sebaoth* & *Rephaim*; *Idithun* & *Phethigil* pro *Iedithun* & *Phethigil*: *Sodoma & Solomon* pro *Sedoma* & *Selomon*, &c.

Locorum incolas Phœnices appellarunt חקליין *akelisa*, id eſt, ruſticos: ut in Talmude בני חקילתא ruſtici urbanis opponi ſolent. Inde Græci corrupta voce fecerunt *Enchelios* & *Encheleos*. Regio tota eſt inter Naronem & Drilonem fluvios ab invicem diſtantes unius diei navigatione. *Naron*, id eſt, נהר און (*Naar on*) *fluvius On*, quia trans illum in proximo fuit Onæi urbs & regio, ut videre eſt in Ptolemæo. Hebræa vocalis duplex in נהר *naar* Græcè in longam coaluit. Nicander in Theriacis verſu 607.

—— Δρίλωνι καὶ Νάρονος ὄχθη
Σιδονίου Κάδμοιο θεμείλιον Ἁρμονίης τε.
—— *Drilon & Naronis ora*
Sidonii Cadmi nota Harmoniaque ſepulchro.

Scylax tam lati eſſe oſtii Naronem ſcribit, ut per eum invehantur triremes aliaque navigia ad emporium quod à mari diſtat ſtadiis LXXX. Huic oppoſitus Drilon à Scylace conſtanter vocatur *Arion* quatuor locis, & à Livio *Oriundes.* Livius l. 45.
Ad Scodram, inquit, *unde ventum eſt*, &c. *duo cingunt eam flumina*, &c. *Hi duo amnes confluentes incidunt Oriundi flumini; quod ortum ex monte Scodra, multis & aliis auctum aquis mari Adriatico infertur.* Nemo non videt his verbis deſcribi Drilonem amnem. Nempe præter vulgare Drilonis nomen à Nicandro, Metrodoro, Strabone, Plinio & Ptolemæo uſurpatum, à quo hodiernum *Drino* parum recedit, alterum illi fuit nomen minus in uſu; Oriundes ſcilicet, ut habet Livius; vel Arion ut Scylax. Id Phœnicibus fuit, niſi fallor, אר יון *Or Javan*, fluvius Javan. אר *Or* eſt fluvius ut יאר *jeor*. Ita occurrit Amos 8: 8. ubi de Nilo. Atque eodem ſenſu uſurpaverat Sirachides Eccleſiaſt. 24: 35. ubi interpres perperam pro lumine accepit. Itaque אר יון *Or Javan* eſt fluvius *Javan*, id eſt, Macedoniæ, quæ poſt illum fluvium ſtatim incipit. Res expreſſa in Strabone, qui de Drilone ſic habet lib. 7. Συνάπτει δὲ τοῖς Μακεδονικοῖς ἔθνεσι, *attingit autem gentes Macedonicas.* Igitur ut prior נהר און *Nar on*, id eſt, *fluvius On* dicitur propter vicinos Oneos; ita iſte אר יון *Or Javan* propter vicinam Macedoniam. Ex *Or Javan* factum *Orion* vel *Arion*, quomodo ex Javan Jon vel Jonia, & Jonium pelagus ad ejuſdem amnis oſtia.

Cùm his finibus Phœnices ſe continuiſſe diſertis verbis teſtentur Herodotus, Scylax, Nicander, Dionyſius, Athenæus, Marcianus, Heracleota. Iis aſſentiri non poſſum qui omnes Illyrios ex Phœnice deducunt. Joſephus quidem Ben-Gorjon ubi de Sclavis, à nonnullis aſſeri tradit שהם מבני כנען *eos eſſe è filiis Chanaan.* Et Stephanus author eſt dici Illyricum & Illyrios ἀπὸ Ἰλλυριοῦ τοῦ Κάδμου παιδὸς, *ab Illyrio Cadmonis filio*, id eſt, Cadmi. Neque aliter Euſtathius in Dionyſium: Δεξιτερῇ δὲ κατὰ χεῖρα, ἡ Ἰλλυρὶς ἐστὶ γῆ οὕτω καλουμένη ἀπὸ Ἰλλυριοῦ υἱοῦ Κάδμου, *ad dextram autem manum* (mare Ionium ingredienti) *eſt terra Illyris, ſic appellata ab Illyrio Cadmi filio.* Et Apollodorus lib. 3. καὶ βασιλεύει Κάδμος Ἰλλυριῶν, καὶ παῖς Ἰλλυριὸς αὐτῷ γίνεται, *& Illyriis imperat Cadmus, & Illyrius filius illi naſcitur.* Sed nec Illyrii nomen Phœnicium eſt, neque in Illyriorum lingua aut moribus quicquam eſt quod Phœniciam originem redoleat. Proinde alii aliter ſtatuunt. Sic Appianus in Illyricis Celtam Illyrium & Gallum Polyphemi Cyclopis & Galateæ filios Celtis & Gallis nomen dediſſe aſſerit. Quæ utut fabuloſa docent tamen quoſdam Veterum in ea fuiſſe ſententia, Illyrios cum Gallis communem habuiſſe originem. At mihi quidem hæc ſententia nihilo videtur verior priore illa de Phœnicibus. Tantum ut Phœnices duce Cadmo, ita Galli Brenno duce Illyrici partem inſederunt, Boii puta, Scordiſci & Tauriſci, gentes Gallicæ originis, quas Illyricis accenſent Poſidonius & Strabo.

Phœnices tamen eam Illyrici partem quæ Macedoniæ confinis eſt ad intima uſque penetraſſe ex eo colligere eſt quod *Lychnadum* oppidum in Daſſaretiis à mari valde diſſitum condidiſſe ſcribitur Cadmus. Chreſtodorus de Johanne Illyrici præfecto ſub Imperatore Anaſtaſio Anthol. lib. 3. cap. 1.

Ἔσχε δ' ἀπ' εὐσεβίων προγόνων ἐρικυδέα πάτρην,
Λύχναδον, ἣν Φοῖνιξ Κάδμος ἔδειμε πόλιν.
Ἔνθεν Λύχνος ἔην Ἑλικώνιος, οὕνεκα Κάδμος
Στοιχείων Δαναοῖς πρῶτος ἔδειξε τύπον.
Patria cui fuit à proavis veteri inclita famâ
Lychnadus, a Cadmo urbs ædificata Syro.
Unde faces fulſêre Heliconis & unde Pelaſgis
Cadmus Agenorides prima elementa dedit.

Alluſionem Poëta quæſiit inter λύχνον & Λύχναδον; quaſi *Lychnadus* λύχνου ſeu facis inſtar Græciæ præluxerit. Sed Λύχναδος vox peregrina eſt, quæque aliter atque aliter ſcribitur; à Polybio Λυχνιδίων, à Polyb. apud Strab. lib. 7.
Strabone Λυχνιδοῦς, à Stephano Λυχνιδός, à Livio Strab. ib.
conſtanter ſine aſpiratione *Lcnidus*, ab Herodiano Steph. in
per T Λύχνιτος. Fallor an priſci Phœnices id extulêre לקנות *Locanoth*, vel contractè *Lcnoth*, id Λυχνιδός.
eſt, ad arundines vel arundinoſas paludes: nam Liv. l. 27. & 43. & 44.
hęc ſumuntur promiſcuè. Sic Job. 40: 16. בסתר קנה ובצה *in latibulo arundinis & paludis.* Et Eſ. 35: 7. pro eodem uſurpantur אגם *ſtagnum* & חציר לקנה וגומא *viror* (*lekane*) *arundinis & junci.* Itaque urbs לקנות (*Lcnoth*) *ad arundines* dici potuit quæ ad paludem erat ſita. Quem hujus oppidi fuiſſe ſitum Strabo his verbis diſertè tradit, αἵ τε λίμναι αἱ περὶ Λυχνιδόντα ταριχείας ἰχθύων αὐτάρκεις ἔχουσαι. *Lacus autem qui ſunt circa Lychniduntem ad ſalſamenta piſces abunde ſuppeditant.* Hinc Diodorus lib. 16. pag. 514. Πάντας τοὺς μέχρι τῆς Λυχνίτιδος καλουμένης λίμνης κατοικοῦντας, *omnes qui Lychnitidem nomine paludem accolunt.* Et Polybius lib. 5. περὶ τὴν Λυχνιδίαν λίμνην, *circa Lychnidium lacum.* Et Stephanus Byzantius: Λυχνιδός, πόλις Ἰλλυρίας ἀρσενικῶς λεγομένη, λίμνη θηλυκῶς, *Lychnidus, urbs Illyrici cum eſt maſculini generis, & palus cum fœminini.* Et paulò poſt; τὸ ἐθνικὸν Λυχνίδιος καὶ Λυχνῖτις λίμνη, *Gentile Lychnidius & Lychnia palus.* Legerim Λυχνιδία. *Lychnidum* alii Illyriis, ſolus Ptolemęus Macedonibus adſcribit. In utriuſque confinio ſitam fuiſſe liquet ex Polybio, Livio & Strabone.

Sunt qui ex Illyrico Phœnices in Germaniam penetraſſe aſſerunt ex Hebręorum fide, quos Aben-Ezra in Abdiam tradere ſcribit כי ארץ אלמניא הם הכנענים שברחו מפני בני ישראל, *terra Alemania incolas eſſe Chananæos qui fugerunt à facie filiorum Iſrael.* Sed Rabbinicum illud ſomnium ex eburnea porta nullam habet apud me fidem. Interim credibile eſt non quidem ex terra Chanaan, ſed ex Ægypto proxima priſcam aliquam coloniam ab Ægyptio Hercule eò deductam. Argumento ſint ſacra Iſidis à Suevis uſurpata. Tacitus in libello

bello de moribus Germanorum. *Pars Sueviorum & Iſidi ſacrificat. Unde cauſa & origo peregrino ſacro parum comperi, niſi quod ſignum ipſum in modum liburnæ figuratum docet advectam religionem. Tuiſto* item & *Mannus*. quos pro conditoribus celebrant, videntur eſſe *thoth* & *menas*. *Thoth* Ægyptiis eſt Mercurius, & *Menas* primus Regum. Sed & *fuiſſe apud eos Herculem memorant, primum omnium virorum fortium*. Ita Tacitus ubi ſuprà.

Illyrici parti quam deſcripſimus adjacent Corcyra Nigra, & Melita ſeu Melitene. De hac dicetur, cùm ventum erit ad Africanam Meliten. Illi nomen fecère Corcyræi è Corcyra vicina Epiro, qui cum Cnidiis eò commearunt, ut ex Strabone colligere eſt. Epirotica autem Corcyra unde dicatur non ſatis conſtat, niſi quod Arabibus קרקרה *carcara* terra eſt in qua tutò & pacatè vivitur. Ita habetur apud Giggejum. Et verbum קר *carra* (unde קרקר *carcara*) quieſcere & in tuto eſſe ſignificat, maximè in decima conjugatione; ſic Pſal. 106: (Hebr. 107.) 28. *fluctus maris* אסתקרת *quieverunt*. Proinde Jud. 8: 10. pro eo quod in Hebræo eſt *Zeba & Salmana erant* בקרקר *in Carcor*, Hieronymus habet, *Zebee autem & Salmana requieſcebant*, quaſi *eſſe in Carcor* ſignificet *eſſe in quiete*, vel quod idem eſt *requieſcere*. An inde dicta eſt *Corcyra*, in qua Phæaces per multa ſæcula tutò & pacatè vixiſſe conſtat, tam loci ſitu quàm propria virtute fretos? Hinc illa Nauſicaæ Regis Phæacum filiæ jactatio apud Homerum Odyſſ. ζ.

Οὐκ ἔσθ᾽ οὗτος ἀνὴρ διερὸς βροτὸς, οὐδὲ γένηται.
Ὅς κεν Φαιήκων ἀνδρῶν ἐς γαῖαν ἵκηται,
Δηϊοτῆτα φέρων, μάλα γὰρ φίλοι ἀθανάτοισιν,
Οἰκέομεν δ᾽ ἀπάνευθε πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ
Ἔσχατοι, οὐδέ τις ἄμμι βροτῶν ἐπιμίσγεται ἄλλος.
Non hic, quiſquis is eſt, mortali aut ſemine cretus
Quiſquam alius, terras Phæacum attingere claſſe
Audeat hoſtili: Divûm nos cura tuetur,
Atque immota manet medio procul æquore ſedes
Noſtra, nec eſt qui ſe nobis immiſceat ullus.

Ejuſdem inſulæ aliud nomen Σχερίη, apud Homerum perpetuum, Phœnicibus erat סחרא *Schara*, quaſi emporium dixeris, aut negotiationis inſulam, quo ſenſu, Eſ. 23: 3. *Sidon* vocatur סחר גוים (*ſchar gojim*) *negotiatio gentium*. Nempe Phœnicum inſtar Phæaces negotiandi causâ in longinquas oras libenter ſe conferebant, utpote navigationis peritiſſimi. Quod Homerus non ſemel ſcribit. Sic Odyſſ. ȝ. verſ. 270.

Οὐ γὰρ Φαιήκεσσι μέλει βιὸς, οὐδὲ φαρέτρη,
Ἀλλ᾽ ἱστοὶ καὶ ἐρετμὰ νεῶν, καὶ νῆες ἐΐσαι,
Ἧισιν ἀγαλλόμενοι, πολιὴν περόωσι θάλασσαν.
Non pharetra, aut habilis cura eſt Phæacibus arcus,
Sed mali, & lemo luctantes marmore tonſæ,
Veliſvolæque rates, quibus impavidi æquora ſulcant.

Et Odyſſ. 11. verſ. 107.

Τόσσον Φαίηκας περὶ πάντων ἴδριες ἀνδρῶν
Νῆα θοὴν ἐνὶ πόντῳ ἐλαυνέμεν.
Quantum alios homines Phæacum induſtria vincit,
Cum mariam tentanda via eſt.

Obiter de Corcyra corrigendus eſt Heſychii locus in Σχερίη, qui ſic habet: ἡ Σχερία, ἡ τῶν Φαιάκων χώρα, ἢ νῆσος, καὶ ἡ κουρὰ τὸ πρότερον οὕτως ἐκαλεῖτο, *Scheria Phæacum regio & inſula & tonſio ſic olim appellabatur*. Imo Corcyræ, non tonſionis, *Scheria* fuit priſcum nomen. Itaque pro καὶ ἡ κουρὰ reſcribendum Κέρκυρα. Nam & *Corcura* dicitur, unde *Corcurus* Plauto & aliis navis Corcyræi genus. Scheriam dici fabulatur Ariſtoteles apud Stephanum ἀπὸ τῶν ποταμῶν ἐπισχεθέντων, *à cohibitis fluminibus*: quia Neptunus rogatu Cereris Epiri flumina coërcuit, ne aggeſtâ terrâ ex inſula continens fieret.

Corcyræi olim Φαίακες *Phæaces*, id eſt, eminentes dicti. Ex Arabica lingua ſic reddo, quià פאיק *phaik* dicitur qui vel opibus, vel dignitate, vel virtutibus ſupra alios eminet. Phæacibus id bellè congruit, quos propter opulentiam, induſtriam, & comitatem, & reliqua tam animi quàm fortunę bona Poëtę penè ad Deorum ſortem evehunt. Unde eſt quod Poëta ſummus eos appellat ἀγχιθέους, id eſt, εὐδαίμονας καὶ ἰσοθέους, *beatos & Diis æquales*, ut rectè interpretatur Heſychius poſt veteres Scholiaſtas. Ex quo rerum ſucceſſu factum ut tandem inſoleſcerent, & nimio faſtu turgerent, quod ex Ariſtotele idem Heſychius in verbo Κερκυραῖοι.

Supra Corcyram è Brundiſio in Epirum navigantibus occurrit inſula *Saſo*, id eſt, שצאה (*ſeſaa*) excidii, quia vadoſa eſt, nec facilis appulſus. Lucanus lib. 5. verſ. 650.

Non humilem Saſona vadis.

Silius lib. 7. verſ. 481.

Adriaci fugite infauſtas Saſſonis arenas.

Infra Corcyram Acarnanię objecta eſt *Cephalenia*. Nomen à verbo כפל *cephal*, quod Syris eſt duplicare, ut כפל *caphal* apud Hebręos. Quia bifariam diviſa eſt, & videtur eſſe gemina inſula, partibus Iſthmo tam plano inter ſe cohęrentibus, ὥσθ᾽ ὑποβρυχίζεσθαι πολλάκις ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν, *ut ſæpe ab uno mari ad aliud demergatur*. Ita Strabo. Indidem pręfixo ſervili M dici putatur, Gen. 23: 9. *ſpelunca* מכפלה *Macpela*, quę Onkelo eſt כפלתא *Cephelta*, & Jonathani כפילתא *Cephelitha*, & Gręcis τὸ σπήλαιον τὸ διπλοῦν, *caverna duplex*, & in Bereſith Rabba ſect. 62. דיוטרון *dijotaron*, quaſi duplex antrum.

Cephaleniam inſulam olim tenuêre *Taphii* ſeu *Teleboæ*, à quibus *Taphus* dicta eſt una Echinadum ad Acheloi oſtium. De his ita Veteres in Etymologico & Phavorino, verbo Τάφιοι. Αὐτοὶ δὲ τὸ ἀνέκαθεν Φοίνικες τῶν μετὰ Κάδμου σταλέντων, *ex illis Phœnicibus oriundi ſunt qui cum Cadmo miſſi fuère*. Nec obſcura ratio nominis. Latrociniis infamis fuit gens Taphiorum. Homerus Odyſſ. ο. 426.

Ἀλλά μ᾽ ἀνήρπαξαν Τάφιοι ληΐστορες ἄνδρες.
Sed Taphii me per plagium rapuère latrones.

Et Odyſſ. π. 426.

Οὕνεκα ληϊστῆρσιν ἐπισπόμενος Ταφίοισιν.
Dum fugitiva premis Taphiorum terga latronum.

Apollonius lib. 1. Argonaut. verſ. 749.

Οἱ μὲν ἀμυνόμενοι, ἀτὰρ οἵγ᾽ ἐθέλοντες ἀμέρσαι.
Ληϊσταὶ Τάφιοι.
Illi obſiſtentes, aſt hi ſpoliare volentes
Prædones Taphii.

Ad quę verba Scholiaſtes de Taphiis: Ἄνδρες ληϊστικώτατοι τὸ τρόπον, *viri ſunt latrociniis addictiſſimi*. Et Euſtathius in lib. primum Odyſſ. Λῃσταὶ δὲ οἱ Τάφιοι κατὰ τοὺς παλαιούς. Ἐλέγοντο δὲ οἱ αὐτοὶ καὶ Τηλεβόαι, *juxta Veteres latrones fuère Taphii, qui & Teleboæ dicti*. Nempe ut ibidem additur διότι ληϊζόμενοι τῆλε τοὺς βόας ἀπῆγον, *quia cum latrocinabantur boves procul abigebant*. Mycenis puta in Elidem ut videre eſt Apollodori lib. 2. Eòdem *Taphi* nomen & *Taphiorum* pertinet per aphęreſim ab חטף *hataph*, id eſt, à rapiendo deductum. De Phœnicia illa aphęreſi alibi dictum.

Cephalenię ad Ortum proxima eſt עתקא *Ithaca*, quaſi duram dixeris & aſperam inſulam. Nam עתק *athac* Hebręis durum ſonat. Sic 1. Sam. 2: 3.

ne exeat

ne exeat עתק *durum* (ſup. verbum) *ex ore veſtro*. Et Pſal. 31: 19. *loquuntur contra juſtum* עתק *durum* vel *dura* ut Hieronymus. Et Pſal. 94: 4. *loquentur* עתק *durum*. Et Pſal. 75: 6. בצואר עתק *in collo duro*, id eſt, refractario & renitente. Itaque ſi ad terram transferas, *Athaca* vel *Ithaca* dicetur quæ dura & intractabilis eſt, nec culturę patiens. Qualem Ithacam Veteres deſcribunt ſummo conſenſu. Telemachus Odyſſ. 4. verſ. 605.

> Ἐν δ' Ἰθάκῃ ἄτ' ἂρ δρόμοι εὐρέες, ὄτέ τι λειμὼν
> Αἰγίβοτος, καὶ μᾶλλον ἐπήρατος ἱπποβότοιο.
> *Nec ſpatioſa locis Ithaca eſt, nec paſcua capris*
> *Apta tenet, nec ubi acre genus paſcatur equorum.*

Et Odyſſ. 1. verſ. 242. Minerva latens ſub perſona paſtoris Ithacenſis.

> Ἤτοι μὲν τρηχεῖα, καὶ οὐχ ἱππήλατός ἐστιν.
> *Aſpera terra quidem eſt, & non equitabilis ora.*

Et Plutarchus in libro quod bruta ratione utantur de eadem inſula: μόλις αἰγ' ἐργων τε πολλῶν καὶ διὰ πόνων μεγάλων μικρὰ καὶ γλίσχρα καὶ μηδενὸς ἄξια τοῖς γεωργοῦσιν ἀναδίδωσι; *poſt multam impenſam operam magnoſque labores, parva quadam & tenuia, nec ullo precio digna cultoribus rependit.* Cicero lib. 1. de Oratore; *Ithacam in aſperrimis ſaxulis* (malim *ſcopulis*) *tanquam nidum affixam.* Multo plura poſſem addere, niſi hæc eſſent plus ſatis.

Zacynthus Homero ὑλήεσσα, Virgilio *nemoroſa*, aliis etiam *alta* dicitur. Ovidius in epiſtola Penelopes,

> *Dulichii, Samique, & quos tulit alta Zacynthus.*

Teixeira in Itinerario Indico pag. 106. *Gira eſta iſla del Zante ſeſenta milas, y es quaſi tota cercada entorno de altas montanas (Zacynthi inſula ambitus eſt* LXM. *& tota cingitur celſis montibus.)* Sed præcipuè aſſurgit Elato monte, de quo Plinius lib. 4. cap. 12. *mons Elatus ibi nobilis.* Huic incumbit hodièque Zacynthus arx cum oppido à qua inſula dicta. Zacynthus Phœnicibus erat זחות *Zachuth* ſublimitas. Radix זוח *zuach*, id eſt, attolli. Inde זחות *zacuth* nomen eſt formæ רמות *ramuth*, טבות *tabuth*, זרות *zaruth*, &c. Proinde Zacyntho nomen à ſitu. Et eadem de cauſa Paros etiam Zacynthus dicta eſt.

CAPUT XXIV.

Phœnices in Africa parte qua cis Gades.

Dido Byrſam condidit. Pœni Græcè Phœnices. Libyphœnices. Carthaginenſes Tyrio Herculi decimas exſolvebant. Navis ad eas ferendas magnâ curâ delecta. Tyriorum conſilium de pueris, &c. Carthaginem deportandis. Annibal quomodo à Tyriis exceptus. Ruſtici Carthagine ſe Chananæos eſſe aſſerunt. Chananæi in Tingitana & Tripoli. Cadmus in Africa centum urbes condidiſſe dicitur. Carthago Didone multo antiquior, quæ nil niſi Byrſam condidit. Phœnices quando extra columnas progreſſi ſint. Virgilii anachroniſmus. *Zorus* & *Carchedon* non ſunt conditorum nomina, ut volunt, ſed urbium. *Zorus* Tyrus, *Carchedon* Carthago. Verum nomen *Carthada*. Quomodo Καρχηδὼν & *Carthago* inde deflexa. Carthaginis tres partes 1. *Cothon*, id eſt, portus factitius qualis Adrumeti. קטם *catam* Hebr. incidere. Tunetem uſque Cothon productus. 2. *Byrſa*. Hujus deſcriptio è Veteribus. Templum Æſculapii quàm amplum. Fabula de corio unde? *Byrſa* pro *Boſra*. 3. *Magalia* vel *Magaria* vel *Megara*. Hebr. *magur* habitatio. Carthaginis ambitus, latitudo, muri; Numerus incolarum & ſubditarum urbium. *Caccabem*, id eſt, caput equi, conditores offendiſſe. Vox explicatur. *Origo* in Euſebio pro *virago*. Didonis nomen quid ſignificet. Variæ ſententiæ. Hercules *Diodas* cur à procis invocatus. Carthago ſub judicibus, qui *Suffetes* quorſum dicti. Minora etiam oppida habuiſſe ſuos *Suffetes*. *Utica* Gr. Ἰτύκη Phœnicia urbs maxima & Carthagine vetuſtior q. עתיקא *Atica*, id eſt, vetuſta. *Hipponem Diarrhytum* non condidère Græci equites, ſed Phœnices. *Hippuacram* alii vocant & *Hippagreta*. Appianus notatus. *Zaritus* pro *Diarrhyto*. *Diarrhytus* unde dictus. Stagnum Hipponenſe. Regiæ in utroque Hippone. *Hippo* Phœnicie אבו *Ubbo*, id eſt, ſinus & ſtagnum. *Regius* Auguſtini ſedes. *Tabraca* pro תברקא *Tavarca*, id eſt, φωλεῖς. Saltus in vicinia. *Tingi* ab Antæo conditum. Ejus corpus LX cubitorum. Tingis uxor Antæi. Græcos eò eſſe tranſlatos fabuloſum. Chananæorum ſeu Phœnicum ſoboles Tingitani. Quod probatur ex Procopio & Mela. Phœnices è Tingi tranſlati in Hiſpaniæ urbem *Traductam*, quæ Straboni *Ioza*. Utriuſque vocis origo. G Arabum mollius ſonat. Explicantur fabulæ de Antæo ab Hercule victo & malis aureis Heſperidum. *Tingis* Phœnicie Τιγγίς. תגר, id eſt, emporium. Quantum à Belone diſtet. *Abila* mons altus Phœnicii nominis una è columnis Herculis. *Adrumetum* vel *Adrume*, Phœnicum colonia, Byzacii metropolis, non habet à morte nomen, ut docti volunt, ſed à centeſimæ frugis incremento. U pro O Phœnicibus. Phœnices in *Tripoli*, cujus urbes *Oea*, *Sabrata* & *Leptis*. Iſidorus & Silius emendati. In Synodis è Tripoli unus Epiſcopus: Tripolis urbs eadem quæ Neapolis: Leptis diverſa. *Oea* variè ſcribitur. Phœnicie אוה, & *Sabrata* צברת. Utraque urbs magna. Callimachus notatur. *Leptes* duæ, parva prope Adrumetum, magna in Tripoli. Euſtathius & Mercator notati: & Strabo. Leptem magnam alii ad Sidonios, alii ad Tyrios, omnes ad Phœnices referunt. Severus Leptitanus. Lepti ſermo Punicus in Numidicum tranſiit. Leptis, id eſt, לבת ſtatio. Leptis vectigal talentum in dies. Ibi regio fertilis *Emporia*. אמפורין *emporin* ἐμπόρια. *Abratonum* pro *Abaritana* ex עברא *Abara*, id eſt, vado ad vicinum lacum. Aliæ *Abora* ad aquas. *Bethabara* Joh. 1: 28. *Auzam* vel *Auzatem* condidit Ithobalus Achabi ſocer, 1 Reg. 16. *Uzita* dicta ab oleis. *Capſa* Numidiæ urbs, cujus conditor Hercules Phœnix. Non eſt eadem cum Ptolemæi Capſa. Origo nominis. *Calamintha* Phœnicum urbs in colle. *Canthele*, id eſt, Saturni prædium, ubi ſita. *Chalce*, Phœnicium oppidum, inter Jol & Gades. Ibi æris fodina. *Carcoma* Ptol. id. *Chalcea* Polyb. Carthaginenſium ditio à Philænorum aris uſque ad Gades mille leucarum. *Ampſaga* Numidiæ fl. dictus à latitudine. *Zama* fons vel *Zamar* a cantu. *Rubricatus* & *Siſara* palus à rubrica. *Bagradas*, al. *Bacra* & *Bragadas* a ſtagno prope oſtium. *Catada* vel *Carthada* de nomine urbis Carthadæ ſeu Carthaginis. *Libya* palus ab ardore. *Triton* à paſcuis. *Cinyphus* ab hyſtricibus. *Acabe* fons à ſitu in extrema Africa. *Collis Gratiarum* cur Pœnis *Zuchabari*.

Phœnicum in Africam navigationem Veteres tanquam radio ſolis ſcripſerunt. Nihil extat aut frequentius aut illuſtrius in hiſtoria; in qua nemo eſt tam infans qui Didonem è Tyro neſciat in Libyam navigaſſe, & condidiſſe Byrſam; & Pœnos *Liv. l. 21.*
Græcè dici Phœnices; & in vicinia Carthaginis *Juſtin. l. 18.*
Libyphœnices eſſe mixtum Afris Punicum genus. Inde eſt quod Carthaginenſes originis ſuæ memores Tyrio Herculi decimas quotannis exſolvebant. Quod cùm aliquandiu intermiſiſſent, ab Agatho- *Diod. l. 20.*
cle deinceps variè afflicti, putaverunt ſe dare pœ- *p. 739.*
nas contemptæ religionis, & infeſtum ſcilicet numen ingentibus donis placare conati ſunt. Neque ceſſatum deinceps, quandiu ſtetit Carthago. Saltem non multis annis ante ultimum ejus excidium, Demetrio Regi ex Italia in Phœnicem trajecturo conductam fuiſſe obſervat Polybius ἐν τῷ στόματι τοῦ Τιβέριος ὁρμοῦσαν Καρχηδονίαν ναῦν ἱεραγωγὸν, *Carthaginenſem navem ſacra ferentem, quæ ad oſtium Tiberis appulerat.* Navem ſacra ferentem, id eſt, *Polyb. in excerpt. Legat.*
quâ primitiæ Carthagine Tyrum ad Herculem *114.*
convehebantur. Sequitur enim continuo pòſt: Συμβαίνει δὲ τὰ πλοῖα ταῦτα κατ' ἐκλογὴν λαμβάνεσθαι ἐκ τῆς Καρχηδόνος, ἐφ' οἷς εἰς τὴν Τύρον ἐκπέμπονται οἱ Καρχηδόνιοι τὰς πατρίους ἀπαρχὰς τοῖς θεοῖς. *Solent autem cum cura hanc navem deligi ex omni numero navium quæ ſunt Carthagine ad deferendas Tyrum primitias, quas illuc Carthaginenſes Diis patriis mittunt.* Proinde cùm Tyrus obſeſſa eſt ab Alexandro, Tyrii maximè fiebant τοῖς ἀπογόνοις αὐτῶν Καρχηδονίοις, *nepotibus ſuis Carthaginenſibus.* Et τέκνα μὲν καὶ γυναῖκας καὶ τοὺς γεγηρακότας εἰς Καρχηδόνα διακομίζειν ἐψηφί-

vavte, pueros fœminaſque & ſenes Carthaginem deportare decreverunt. Ita habetur in Diodoro lib. 17. Et cùm Annibal Tyrum adiit, *exceptus eſt*, inquit Livius lib. 34. *à conditoribus Carthaginis ut aliâ patriâ.* Quin & Chananæorum nomen videtur ibi diutiùs & conſtantiùs conſervatum quàm in ipſa Phœnice. Nam uſque ad ævum Auguſtini, id eſt, annis ferè mille nongentis poſt primam Phœnicum in Libyam migrationem, ſi quis è vulgo ruſticorum circa Hipponem aut Carthaginem interrogaretur quis eſſet, aut cujas eſſet, reſpondebat ſe eſſe כנעני *Chanani* Chananæum. Auguſtinus in expoſitione inchoata epiſtolæ ad Romanos: *Interrogati ruſtici noſtri quid ſint, Punicè reſpondentes Chanani, corrupta ſcilicet voce, ſicut in talibus ſolet, quid aliud reſpondent quàm Chananæi?* Neque verò corrupta erat vox, ut putavit Vir tantus, ſed purum putum Punicum, quod *Chanani* reſpondebant pro Chananæo. Quid quod Procopii ætate, qui ſub Juſtiniano ſcripſit circa Annum Chriſti 540. in Africa Tingitana ſtabant adhuc columnæ duæ ab iis Chananæis erectæ qui fugerant à facie Joſuæ, ut teſtabatur inſcriptio. Et Euſebius in Chronico lib. 1. pag. 11. in Africæ Tripolim colonias deduxiſſe ſcribit illos ipſos Chananæos quos Iſraëlitæ fugaverant.

Procop. Vandal. lib. 2.

Itaque illum ipſum Cadmum qui circa tempora Joſuæ Thebarum arcem condidit, poſt aliquot bella in Afros proſperè geſta, urbes in Africa plurimas condidiſſe Græci aſſerunt. Nonnus Dionyſiac. lib. 13.

Verſ. 333.
Καὶ Λίβυες ϛρατόων (lege ϛρατόωντο) παρ' ἑσπέριον κλίμα γαίης,
Ἀγχινεφῆ ναίοντες ἀλήμονος ἄϛεα Κάδμου
Κεῖθι γὰρ ἀντιπόρων ἀνέμων πεφορημένος αὔραις
Εἰς χρόνον ᾤκεε Κάδμος ἔχων Σιθονίδα νύμφην.
Armantur Libes Occidua telluris in ora,
Nubibus erronis Cadmi vicina tenentes
Oppida; Cadmus enim huc adverſis flatibus actus,
Ætatis partem egit habens Sithonida nympham.

Id eſt, uxorem Harmoniam è Samothracia adductam, formæ præſtantis mulierem: cujus amore incenſi Libes & Mauruſii cùm in bella proruiſſent,

Verſ. 346.
Ἁρμονίης πτολέμιζε προασπίζων παρακοίτης,
Ἑσπερίων δ' ἐφόβησεν ὅλον γένος Αἰθιοπήων.
Impiger Harmoniam dum Cadmus ab hoſte tuetur,
Extremis tremor Æthiopum per membra cucurrit.

Atque his tandem pacatis,

Verſ. 349.
Κεῖθι καὶ ὡς ἐνέπουσι παρὰ Τριτωνίδι λίμνῃ
Ἁρμονίῃ παρέλεκτο ῥοδώπιδι Κάδμος ἀλήτης.
Hic quoque Agenorides Cadmus Tritonis ad undam
Dicitur Hermonæ thalamos intraſſe jugales.

Nec multò pòſt,

Verſ. 364.
— Λιβυστίδι Κάδμος ἀρούρῃ
Δωμήσας πολίων ἑκατοντάδα, δῶκε δ' ἑκάστῃ
Δύσβατα λαϊνέοις ὑψούμενα τείχεα πύργοις.
— *Libyſtide condidit ora*
Cadmus centum urbes, firmo quas aggere moles
Saxorum immanes, turritaque mœnia cingunt.

Proinde Bacchum Cadmi nepotem in expeditionibus bellicis multi ex Africa comitantur,

Verſ. 369.
Τικτομένης (lege Αἰθομένης) ναίοντες ἐδέθλια γείτονα Μήνης,
Καὶ Διὸς Ἀσβύστᾳο μεσημβρίζοντας ἐπαύλεις.
Qui lucentis habitant vicina magalia Mena,
Et fano Jovis Asbyſtæ in penetralibus Auſtri.

Item:

Οἵ τε ῥόον Χρεμετᾶο, καὶ οἳ παρὰ Κίνυφος ὕδωρ Verſ. 374.
Ὕπνον ἀζαλέης ψαμαθώδεϊ πῖζον ἀρούρης
Αὐχῆται, Βακαλῆες.
Quique ad aquas Chremeta, quique ad vada Cinyphis errant,
Exuſti calidis Libyæ ſitientis arenis,
Auchetæ, Bacaleſque.

Chremetæ amnis (quem ad Oceanum Atlanticum ſe exoneraſſe probamus infrà ex Hannone, Ariſtotele, Baſilio, adeóque ex ipſo Nonno) mentio hîc prorſus aliena eſt. *Mena* autem, *Asbyſta*, *Cinyps*, *Auchetæ* & *Bacales* ſunt circa Syrtes. *Menam* in lacu Tritonide multis deſcribit Diodorus lib. 3. pag. 130. Sed ea cur à Nonno τικτομένη dicatur nullus video. Nugantur enim interpretes quibus τικτομένη Μήνη eſt *Luna naſcens*. Proinde τικτομένης mutare audeo in αἰθομένης, id eſt, *ardentis* vel *lucentis*. Mena ſic dici potuit propter πυρὸς ἐκφυσήματα μεγάλα, *magnas ignis exhalationes*, de quibus Diodorus, vel ardens etiam propter ſitum in interiore Libya. Asbyſtæ Herodoto & Dionyſio Periegeti ſunt in Mediterraneis ſupra Cyrenem non procul ab Ammonia. Ἀσβυσταὶ vel Ἀσβυσταῖοι dicuntur Heſychio & Phavorino. His ad Occaſum proximi *Auchetæ* & *Bacales*. Herodoto *Auſchiſæ* & *Cabales* vel *Bacales* variante ſcriptura. Porro *Cinyps* vel *Cinyphus* fluvius Africæ notiſſimus, inter utramque Syrtim fuit ferè medius. Afros qui ex his locis Baccho comites ſe addiderunt è Cadmi centum urbibus veniſſe ſcribit Nonnus:

Τόσσος (inquit) λαὸς ἔην ἑκατόμπτολις. Verſ. 378.
Tanta virûm ſeges è centum affluit urbibus.

Proinde, ex Græcorum ſententia, quos Nonnus hîc ſequutus eſt, ea Libyæ loca primùm inſederant Phœnices, jam ab ætate Cadmi. Unde obiter apparet falli ſcriptorum vulgus, qui ad Didûs tempora primam referunt Phœnicum in Africam exſcenſionem. Neque verò ſacerdotis vidua, clam è Tyro ſe ſubducens inſcio Rege, in ſpem novę colonię multos potuit abducere. Itaque Dido Phœnices non tam eò deduxit quàm adiit, neque tam Carthaginem condidit quàm inſtauravit & auxit Byrſâ adjectâ. Quod non latuit Appianum, qui Didonem ait Tyro veniſſe Carthaginem à Phœnicibus jam multò ante conditam, nempe annis quinquaginta, ante Troję ſubverſionem. Nec multò poſt bellum Trojanum iidem, Strabone teſte, extra columnas progreſſi colonias eò deduxêre. Circa quę tempora licet Didonem fingat Poeta ſummus Carthagine regnaſſe; Eam tamen annis minimum trecentis fuiſſe juniorem docent Phœnicum hiſtorię apud Joſephum contra Appionem libro primo. Ut merito aſſerat Servius falſum eſſe & contra hiſtorię fidem confictum quicquid de Didone & Ænea refertur. *Conſtat enim*, inquit, *Æneam ter centum quadraginta annis ante ædificationem Romæ veniſſe ad Italiam, cùm Carthago nonniſi quadraginta annis ante ædificationem Romæ conſtructa ſit*, id eſt, à Didone reparata & aucta.

Lib. 1. pag. 48.

In Æn. lib. 1. & 4.

Poſt Philiſtum Naucratitam Appianus, Euſebius, & Hieronymus Carthaginem à *Zoro* & *Carchedone* conditam ſcribunt. Sed *Zorus* & *Carchedon* ſunt urbium nomina, non conditorum. Nempe *Zorus* eſt idem quod צור *Tſor* Phœnicium Tyri nomen. Ita efferebant Veteres. Liber nominum in Hieronymo cap. de Marco: *Tyrus quippe linguâ Hebræâ Zor dicitur.* Et Καρχηδὼν *Carchedon* eſt Carthago. Verum nomen erat *Carthada*, id eſt, קרתא חדתא *Kartha hadtha*, nova urbs. Solinus: *Eliſſa mulier extruxit & Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit civitatem novam.* Inde eſt quod utraque Carthago tam Libyca quàm Iberica Græcè dicta eſt Καινὴ πόλις. Vide Stephanum & Euſta-

& Euſtathium. Ex Carthada factum Καρχηδὼν χ & θ permutatis; quod Siculorum eſt proprium, qui pro ὄρνιθος dicunt ὄρνιχος, ut rectè notat doctiſſimus Salmaſius in Solinum pag. 322. Et nomen Latinum Carthago ex eadem eſt origine, ſed ab Hiſpanis interpolatum, quibus *gama* eſt dama, & *golphin* delphin, & *coringa* teſtudo. Ita Carthago ex Carthada factum. Tale Gallis *manger* mandere, *ronger* rodere, &c.

Carthaginis tres erant partes; Κώθων, Μέγαρα & Βύρσα. Cothon variè definitur. A Strabone lib. 17. νησίον περιφερὲς Εὐρίπῳ περιεχόμενον ἔχοντι νεωσοίκους ἑκατέρωθεν κύκλῳ, *inſula parva, rotunda, Euripo circumdata, utrimque habente in orbem navalia.* Por-
Appian. in Lib. p. 79. tum fuiſſe muro cinctum, cujus pars una rotunda fuit, altera quadrangula colligere eſt ex Appiano cujus verba ſunt: Ἐπεχείρει τῷ λιμένι τῷ καλουμένῳ Κώθωνι, *portum Cothonem nomine eſt aggreſſus.* Item; ἐνεπίμπρη μέρος τοῦ Κώθωνος τὸ τετράγωνον, *incendit partem Cothonis quadrangulam.* Item; ἐπὶ θάτερα δὲ Κώθωνος ἐς τὸ περιφερὲς αὐτοῦ μέρος ἀνελθὼν, *ad alterum Cothonis latus*, nempe *ad partem ejus rotundam aſcendens.* Et rurſus; ληφθέντος δὲ τοῦ περὶ τὸν Κώθωνα τοίχους, *occupato muro qui Cothonem cingebat.* Diodorus lib. 3 pag. 124. de portu Charmutha in Arabum Thamudenis: ἐμφερέστατός ἐστι τῷ κατὰ τὴν Καρχηδόνα λιμένι, προσαγορευομένῳ δὲ Κώθωνι, *ſimillimus eſt portui Carthaginis Cothoni nomine.* In margine ex libris ſcriptum κώθωνι. Hirtii libro quinto nominatur aliquoties *Cothon*, non Carthaginis, ſed Adrumeti urbis Africæ in hoc eodem littore notiſſime. *Varus*, inquit, *Adrumeto ex Cothone egreſſus.* Et paulò pòſt; *Reliquæ naves*, &c. *Adrumetum in Cothonem ſe univerſæ contulerunt.* Et rurſus; *navibus onerariis quæ erant extra Cothonem incenſis omnibuſque reliquis aliis aut ſubductis, aut in Cothonem compulſis.* Feſtus ſcribit *Cothones appellari portus in mari interiores arte &*
Æn. lib. 1. *manu factos.* Et in illud Poëtæ: *Hic portus alii effodiunt.* Servius; *id eſt, Cothona faciunt. Cothona ſunt portus in mari non naturales, ſed arte & manu facti. Eſt autem & maſculini & neutri generis. Nam & Cothon hujus Cothonis facit, & Cothonum hujus Cothoni.* Vocem Africanam aut Punicam eſſe oportet; cùm neque apud Græcos, neque apud Romanos ſcriptores uſpiam pro portu occurrat, niſi quibus locis agitur de Africanis urbibus. Radix קטם *katam*, vel Phœnicio more *katham* apud Talmudicos eſt incidere, unde קטום *katham* inciſus, & קטום *katthum* vel קטימה *kethima* inciſio. Ita etiam apud Arabes. Atque hinc in Geographo parte quinta Climatis ſecundi גבל אלמקטם *gebal almokattam* vel *almukattim* potiùs, mons conciſus. Ita קטום *Kathum* vel *Katum* portus erat, ut jam dictum, non naturalis, ſed arte humana exciſus. Græcis, qui nullam habent vocem deſinentem in M, pro *Kathum* dictus eſt *Kathon* vel *Kothon*, & levicula hac mutatione factum ut barbara vox Græca civitate donaretur.

Cothonem Carthaginenſem Afros Tunetem uſque produxiſſe docent hęc Geographi Nubienſis de Tunete Clim. 3. part. 2. הו עלי בחירה מחתפרה *Ea ad ſtagnum effoſſum*, id eſt, ad Cothonem *ſita eſt, latum magis quam longum: nam longitudine* VI M. *paſſ. latitudine* VIII M. *paſſ. occupat, habetque oſtium per quod cum mari conjungitur, quod vocatur* פם אלואדי (*Phum alvvadi*) *os fluminis. Stagnum iſtud antea non erat, ſed* חפר *effoſſum fuit per continentem, & Tunetem uſque deductum. Ab oſtio hujus ſtagni ad urbem Carthaginem habentur tria milliaria & ſemis.* Hæc ille. In Polybio lib. 1. & 14. Tunis à Carthagine diſtat ſtadia cxx.

Fuit & *Byrſa* pars Carthaginis Veterum ſcriptis plurimum decantata. Eam ſic deſcribit Strabo: Κατὰ μέσην δὲ τὴν πόλιν ἡ ἀκρόπολις, ἣν ἐκάλουν Βύρσαν, ὀφρὺς ἱκανῶς ὀρθία, κύκλῳ περιοικουμένη. *Circa mediam urbem arx fuit quam Byrſam vocarunt: ſupercilium ſatis erectum circumquaque habitatum.* Ambitus, authore, *Vide Appian Lybica. Et Strabon.*
Servio, fuit ſtadiorum XXII. vel juxta Eutropium *paulò amplius quam duo millia paſſuum.* Sic fuit in medio urbis ut ad Meridiem magis vergeret, & peninſulæ collum in quo ſita erat Carthago. Eam cingebat murus triplex altus triginta cubitos, multis turribus interſtinctus quatuor contignationum, in quarum infima elephanti trecenti, in ſecunda quatuor equorum millia ſtabulantur, in ſupremis militum præſidiariorum habitant XXIV millia. In Byrſæ vertice templum Æſculapii tantæ fuit capacitatis, ut Byrſa capta à Scipione, in eo delituerint per ſeptem dies quinquaginta millia hominum. Fabellam de corio in tenuiſſimas partes diſſecto, unde *Byrſæ* factum ſit nomen, docti pridem exploſerunt, & monuerunt à Græcis Βύρσαν dici pro בצרה *Boſra*, ad vitandam κακοφωνίαν; quia Græcæ linguæ genius non patitur ut S & R continuentur. Tale ἄλσος nemus pro אשלא *asla.* *Boſra* Hebræis eſt munimentum, à verbo בצר munire. Atque id ipſum erat *Byrſa*, Straboni Ἀκρόπολις, & Appiano τὸ ἰσχυρότατον τῆς πόλεως, *locus urbis munitiſſimus.*

Byrſam undiquaque cingebat tertia pars Carthaginis *Magalia* nomine. *Carthago antea ſpeciem habuit duplicis oppidi, quaſi aliud alterum amplecteretur, cujus interior pars Byrſa dicebatur, exterior*
Magalia. Hæc ex Cornelio Nepote Servius; *Servius in Æn. 1. & 4.*
qui idem pro *Magalia* dicendum aſſerit *Magaria, quia magar, non magal, Pœnorum linguâ villam ſignificat.* Ita etiam Iſidorus: *Magalia dicta* *Orig. l. 15. c. 12.*
quaſi magaria. quod magar Punici novam villam dicunt. In Plauti Penulo in Prologo lectio eſt ambigua; nam ubi vulgò legitur,

Cum nutrice una periêre à Magalibus,

optimæ editiones habent *à Megaribus.* Ultimum illud ſequutus Appianus eam Carthaginis partem conſtanter appellat *Megara.* Ἀπεπείρασε, inquit, τῶν καλουμένων Μεγάρων νυκτὸς μιᾶς διχῇ λανθάνων, *quæ vocantur Megara clam una nocte duobus locis aggreſſus eſt.* Et continuò poſt; χωρίον δ' ἐστὶν εὐμέγεθες ἐν τῇ πόλει τὰ Μέγαρα τῷ τείχει παρεζευγμένον, *Megara autem ſunt locus in urbe peramplus mœnibus contiguus.* Item; Ἐς τὰ τείχη διαδραμόντες, καθήλλοντο ἐς τὰ Μέγαρα, &c. καὶ φυγὴ ταχεῖα τῶν Καρχηδονίων ἐς τὴν Βύρσαν ἦν, ὡς τῆς ἄλλης πόλεως ἁλούσης, *cùm mœnia tranſcurriſſent, inde in Megara deſilierunt*, &c. *Et ſubita fuit in Byrſam fuga Carthaginenſium, tanquam reliqua urbe capta.* Ex his apparet quid ſint *Megara* vel *Magaria*, aut corruptè *Magalia*: nempe portu & arce demptis reliquum urbis civium habitationi deſtinatum. Res in Strabone manifeſta, qui pro eo quod alii ſcribunt *Megara* aut *Magalia* fuiſſe vicina mœnibus, ita ut ambitu ſuo Byrſam complecterentur, hoc ſolum habet Byrſam fuiſſe ἐν κύκλῳ περιοικουμένην, *circumquaque habitatam.* Ut jam origo vocis, in qua inveſtiganda video magnos Viros & undequaque doctos fruſtra ſe fatigaſſe, non poſſit eſſe obſcura. Hebræis enim גור *gur* vel גר *gar* eſt habitare & diverſari. מגור *magur* habitatio. Sic Pſal. 55: 16. *Mala ſunt* במגורם (*bemaguram*) *in eorum habitatione*, pro eo quod dictum eſt priùs, *violentia & contentio in urbe*, ut Aben-Ezra rectè obſervat. Et Job. 18: 19. *nullus erit ſuperſtes* במגוריו (*bimeguran*) *in habitationibus eorum.* Pœni variante dialecto pro מגור *magur* מגאר *magar* dixerunt, quæ forma nominum eſt Arabica. Et notandum hîc illam vocem eo quadrare magis, quod in Africa Pœni erant גרים advenæ. Proinde illorum domus propriè *Megara* dictæ, id eſt, habitationes in terra peregrina. Hæc enim eſt Hebræi מגור *magur* genuina ſignificatio, quam-

vis

vis ſumatur latiùs pro quavis habitatione.

Hæc de Carthaginis partibus: Ambitus idem fuit qui Babylonis, id eſt, ſtadiorum CCCLX, latitudo ſolùm XXV, ſaltem in Auſtrali parte, duobus hinc inde Euripis eam in arctum comprimentibus. Murorum altitudinem quadraginta cubitis, latitudinem viginti duobus definit Diodorus lib. 32. Nec multo aliter Eutropius lib. 4. Apud Suidam Carthago legitur fuiſſe *μεγίστη τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην πόλεων καὶ δυναμικωτάτη*, *maxima totius orbis terrarum* & *potentiſſima urbs*. Initio belli Punici Carthago civium habuit ſeptingenta millia, & in Africa trecentas urbes ſub ſua ditione. Plura pete ex Strabone & Appiano: neque enim noſtri eſt otii ab aliis dicta oudè exſcribere.

Ap. Phot. auth. 244.

Carthaginis conditores, cùm prima urbis fundamenta jacerent, aiunt è terra eruiſſe caput equi, quod poſteà in omen verſum. Trogus lib. 18. *Ibi quoque caput equi repertum, bellicoſum fortemque populum futurum ſignificans, urbi auſpicatam ſedem dedit.* Virgilius:

Æneid. 1.

Effodere loco ſignum quod regia Juno
Monſtrarat, caput acris equi; ſic nam fore bello
Egregiam & facilem victu per ſæcula gentem.

Silius Italicus:

Punic. l. 2.

Oſtentant caput effoſſa tellure repertum
Bellatoris equi, atque omen clamore ſalutant.

Græci Carthaginem addunt ex eo dici *Caccaben* priſco nomine, quo caput equi ſignificatur. Stephanus; ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κακκάβη. τοῦτο δὲ κατὰ τὴν οἰκείαν αὐτῶν λέξιν ἵππου κεφαλὴ δηλοῦται. Euſtathius in Dionyſium: ἐκαλεῖτο δὲ Κακκάβη, ὅπερ τῇ ἐγχωρίῳ διαλέκτῳ ἵππου δηλοῖ κεφαλήν. Antonius Auguſtus dialogo ſexto ſcribit ſe habere numiſma Carthaginenſe argenteum, in cujus una parte eſt caput equi eleganter pictum cum quibuſdam literis ad infimum collum, quæ putantur ſignificare *CACCABE*. Tamen & hic Græci videntur peregrinę linguæ vocem ad ſuam accommodaſſe; ſed ita ut facili negotio poſſit reſtitui. Nempe ſi legatur *Carcabe*. Quamvis etiam apud Phœnices potuerint idem eſſe *Caccabe* & *Carcaba*, quomodo idem erant *Acchad* & *Archad*: *Acco* & *Arce*; *Dammeſec* & *Darmeſec*. In Carcabe vox eſt contracta ex כר *car* & רכבה *recaba*. In propriis nominibus receptę ſunt hujuſmodi contractiones. Exemplo ſint *Samuel* & *Abraham*. כר *Car* ut Hebraicè *dacem*, ita Punicè caput videtur ſignificaſſe analogica ratione, & inde tranſiiſſe ad Græcos; quorum antiquiſſimi, ut Homerus & Hippocrates, κὰρ pro capite uſurparunt. Tale eſt quod Phœnicium *alpha* pro capite ſumitur, ut Hebræum אלוף *alluph* pro duce. Heſychius; Ἄλφα, βοῦς, κεφαλή, Φοίνικες. Ita legendum, non ut vulgò βοῦςκεφαλή. Supereſt nomen רכבה *recaba*, quod equum explico, ut Arabicum רכובה *recaba*, quia Hebræis etiam רכב *racab* eſt equitare, & רכב *raccab* eques, & מרכב *mercab* equitatus. Fortaſſe etiam *Caccabe* deflexum eſt ex ſimplici voce קרקף *karkaph* vel קרקפה *karkapha*, quæ pro capite paſſim occurrit in Hebrçorum libris, unde & קרקפן *karkephan* eſt capitoſus. Quomodo ſumptum *Caccabe* non eſſet caput equi, ſed caput quodvis, & equi vocabulum eſſet ſupplendum. Hæc fortaſſe nimis multa, ſed de voce quam ex lingua Punica poſſe explicari docti deſperaverant.

Scaligerum & alios plurimum torſit quod in Euſebii Græco Chronico Carthaginis vetus nomen videtur eſſe *Orige*, nuſquam alibi lectum. Verba ſunt: Καρχηδὼν ἐκτίσθη ὑπὸ Καρχηδόνος τοῦ Τυρίου, ὡς δὲ ἄλλοι, ὑπὸ Διδοῦς τῆς ἐκείνου θυγατρὸς μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἔτεσι ρλγ. ἐκαλεῖτο δὲ πρὸ τούτου Ὀριγώ. *Carthago condita eſt à Carchedone Tyrio, aut, ut alii volunt, ab ejus filia Didone annis* CXXXIII. *poſt Trojana tempora. Vocabatur autem antea Orige.* Sed facilè ſolvetur nodus, ſi poſtrema hæc verba, *vocabatur autem antea Origo*, ad Carthaginem malè referri dixeris, cùm ad Didonem pertineant. Didûs enim priſcum nomen fuit *Eliſſa* אל־אשה, id eſt, *divina virago*, vel *virago* ſimpliciter, ſi Arabicus articulus אל *al* vel *el* fuit apud Pœnos in uſu. Romanum porro nomen *virago*, quod Græcè ſcribendum οὐιράγω, corruptum in Ὀριγώ. Id à Servio præpoſterè acceptum, à quo virago redditur non Eliſſæ nomen, ſed Didûs. *Dido*, inquit, *id eſt, virago, appellata eſt.* Item, *Didonem vocat, ut ſuprà diximus, Pœnorum linguâ viraginem: nam Eliſſa dicta eſt, ſed virago eſt appellata, cum ſe in ignem præcipitavit.* Tam abſurdè quàm ſi pro Cepha Simonem petram eſſe dixeris. Errore huic planè gemino Didonem Euſtathius ἀνδροφόνον viricidam exponit. Διδὼ, ait, ἐκάλεσαν οἱ πλεονεκτηθέντες ἐπὶ τοσαύτῃ γυναικὶ ἐπιχωρίῳ φωνῇ, ὡς ἂν εἴποι τις ἀνδροφόνον, διαβάλλοντες ἐκείνην ὡς δῆθεν αἰτίαν ἔχουσαν τοῦ ἀνδροφονῆσαι, διὰ τὸν ἐκ τοῦ ἀδελφοῦ φόνον. *Vernacula voce Didonem, quaſi viricidam dixeris, appellarant qui ab illa victi ſunt, mulierem ita traducentes, ac ſi ea cauſa fuerit cur vir interficeretur, propter Sichæi cædem à fratre admiſſam.* Nugæ. Neque enim Didonis, ſed Eliſſę nomen eò tractum, quaſi ſcribatur חל־אישא *heliſſa*, quia איש *is* virum ſonat, & הלל *halal* confodere.

Servius Æn.

Euſtath. in Dionyſ.

Plus in iis eſt rationis, qui Didûs nomen volunt ab amore factum, ut Hebræa *David*, *Dodo*, *Dodai*, &c. Et Phœnicium דודא *Dioda*. Euſebius in Chronico lib. 1. pag. 26. Ἡρακλέα τινές φασιν ἐν Φοινίκῃ γνωρίζεσθαι Διώδαν ἐπιλεγόμενον· ὡς καὶ μέχρι νῦν ὑπὸ Καππαδόκων καὶ Ἰλιέων καλεῖσθαι; *Herculem quidam dicunt Diodan cognomine tum in Phœnice clarum fuiſſe, ut hodièque à Cappadocibus & Ilienſibus appellatur.* In Hieronymi verſione legitur *Deſanaus*; ſed è Græco textu cenſeo *Diodan* reſtituendum. Quod Herculi ſuo cognomen puto indidiſſe Phœnices, quia invocabatur à procis, & ex illius numine pendere putabatur fœlix ſucceſſus in amoribus. Unde eſt quod legitur in Nonni hymno ad Herculem Tyrium Dionyſiac. lib. 40.

Εἰ γάμον, ἢ σκιεροῖς ὃν Ἔρως ἔσπειρεν ὀνείροις
Μεμηλὼς τελέειν ἀπατήλιον ἵμερον εὐνῆς.
Seu tibi conjugium, & quos fallit imagine ſomni
Vanos amor, lubet optatas contingere metas.

Tamen iis accedo potiùs qui Didonem Πλανῆτιν, id eſt, vagam exponunt ſeu erraticam: in iis eſt Etymologus, qui Didonem dicit, cùm anteà Eliſſa vocaretur, κληθῆναι ὕστερον τῇ Τυρίων φωνῇ Διδὼ διὰ τὸ πολλὰ πλανηθῆναι, ἀπὸ Φοινίκης ἀπαραίρειν ἐπὶ Καρχηδόνα. Τῇ γὰρ Φοινίκων φωνῇ τὴν πλανῆτιν Διδὼ προσαγορεύεσθαι. *Appellatam eſſe poſtmodum Tyriorum linguâ Didonem, quia multum eſt divagata, cum è Phœnice Carthaginem proficiſceretur; Phœnicum enim ſermone erraticam Didonem appellari.* Rectè. Nam ab Hebræo נדד *nadad*, quod errare eſt & divagari, דד *did* pro vagatione tam analogicè deducatur quàm שג *ſig* inſectatio à נשג *naſag*, & שא *ſi* elatio à נשא *naſa*.

Didone fato functa regium Carthaginis regimen mutatum in populare, aut verò ariſtocraticum. Nam ſumma rerum erat penes paucos judices, quibus jus vitæ & necis ſummum fuit in univerſos cives. Livius lib. 33. *Judicum ordo Carthagine ea tempeſtate dominabatur, eo maximè quod iidem perpetui Judices erant: Res, fama, vitaque omnium in illorum poteſtate erat. Qui unum ejus ordinis, & omnes adverſos habebat. Nec accuſator apud Judices infenſos deerat.* Sic Iſraelitæ à Joſua uſque ad

Saulem

Saulem ſuos Judices habuerunt. Et Tyri poſt tempora Nabuchodonoſoris *δικαςὰς κατεςάθησαν καὶ ἐδίκασαν*, *Judices conſtituti ſunt & judicarunt*. Horum nomina & ſeriem vide apud Joſephum lib. 1, contra Appionem. Sed & Athenis poſt Codrum aliquandiu fuêre *ἄρχοντες διὰ βίου*. Carthagine ut nimiam Judicum potentiam retunderet Annibal, & in ordinem cogeret, legem promulgavit pertulitque Præturæ ſuæ tempore, ut in ſingulos annos Judices legerentur, ne quis biennium continuum Judex eſſet. Hi Judices, aut qui in illis principem locum obtinebant, à Romanis ſcriptoribus *Suffetes* appellantur. Livius lib. 28. *Suffetes eorum, qui ſummus Pœnis eſt Magiſtratus*. Et lib. 30. *Senatus itaque Suffetes, quod velut conſulare imperium apud eos erat, vocaverunt*. Et lib. 34. *Cum Suffetes ad jus dicendum conſediſſent*. Et Seneca de tranquillitate cap. 3. *Non vis enim niſi conſul aut prytanis aut ceryx aut ſufes adminiſtrare rempubl*. Et Calidius apud Feſtum & Paulum: *Senatus cenſuit referentibus Suffetis*. *Suffets* vel *Suffetes*, *id eſt*, שופטים *Sophetim*. Ita vocantur ab Hebræis ſummi Judices, quos Judæorum rempublicam adminiſtraſſe diximus inde à morte Joſuæ uſque ad Reges electos. Unde libro Judicum Hebræis titulus שופטים *Sophetim*. Nemo non ſtatim agnoſcet hoc eſſe veriſimilius quàm quod contendit Vir maximus in notis ad Feſtum *Suffetes* eſſe צופים *Sophim*, id eſt, ἐφόρους, ἐπόπτας, ἐπισκόπους. Neque ſola Carthago ſuos habuit Suffetes. Quippe in Africanis inſcriptionibus, quas mecum benigne communicavit Vir doctiſſimus atque idem humaniſſimus D. Iſaacus Voſſius, video ſingulas Africæ civitates cum Romanis egiſſe per *Suffetem*. Sic pro civitate Themetrenſi cum C. Silio C. F. & Fab. Aviola *egerunt Banno Himilis filius Suffes, Azdrubal, &c.* Et pro Senatu populoque Timiligenſi *Azrubal Suffes Annibalis filius, Agdibil, &c.* Et pro Senatu populoque Siagitano *Celer Imilconis Guliſſæ F. Suffes*. Et pro civitate Apiſa diverſi legati, in quibus *Chimiſdo Suffes*.

Punicarum in Africa urbium, ſi Carthaginem demas, nulli ceſſit Utica Græcis Ἰτύκη. Appianus; Ἰτύκη δὲ, Λιβύης μεγίςη μετὰ Καρχηδόνα πόλις, λιμένας τε ἔχουσα εὐόρμους, καὶ ςρατοπέδων καταγωγὰς δαψιλεῖς ἑξήκοντα ςαδίους ἀπὸ Καρχηδόνος ἀφεςῶσα. *Ityca* (Utica) *autem Libye maxima urbs poſt Carthaginem, portus habens commodos & ſpatioſos, in quos claſſes appellerent, ſexaginta ſtadiis a Carthagine diſtans*, nempe verſus Occaſum: Stephanus eam ſcribit eſſe Τυρίων ἄποικον *Tyriorum coloniam*, Tyrii ſcilicet putantur Uticam condidiſſe, quamprimùm in Africam appulerunt. Juſtinus lib. 18. *Cùm & opibus & multitudine* Tyrii *abundarent, miſſa in Africam juventute Uticam condidêre*. Itaque de antiquitate gloriabatur non parum; quin & eo nomine Carthagini præferebatur. Silius Italicus lib. 3.

Proxima Sidoniis Utica eſt effuſa maniplis
Priſca ſita, veteriſque ante arces condita Byrſa.

Ariſtoteles in libro Mirabilium: Τῆς δὲ Λιβύης ἐν Ἰτύκῃ καλουμένῃ ἣ κεῖται μὲν, ὥς λέγουσιν, ἐν τῷ κόλπῳ τῷ μεταξὺ Ἑρμαίας καὶ τῆς Ἵππου ἄκρας, ἐπέκεινα δὲ Καρχηδόνος ὡς ςαδίους διακοσίους; ἣ καὶ πρότερον κτισθῆναι λέγεται αὐτῆς τῆς Καρχηδόνος ἔτεσι διακοσίοις ὀγδοήκοντα ἑπτὰ, ὡς ἀναγέγραπται ἐν ταῖς Φοινικικαῖς ἱςορίαις. *In Libya Utica, quam vocant, quam in ſinu ſitam eſſe aiunt inter Mercurii & Hippi promontoria, ultra Carthaginem ſtadiis fere ducentis; atque annis* CCLXXXVII *ante Carthaginem eſſe conditam, ut in Phœniciis hiſtoriis ſcriptum habetur*: quę verba Latinus interpres cur omiſerit nullus capio. Velleius Paterculus circa Codri tempora, qui Sauli fuit æqualis, Tyrios paucis annis poſt Gades Uticam condidiſſe refert. Urbi igitur tam vetuſtæ nomen fecit ipſa antiquitas. Utica enim, vel Ityca, Punicè עתיקא *atica*, id eſt, priſca, dicebatur.

Pergentibus ad Occaſum poſt promontorium Apollinis in magno ſinu occurrit *Hippo Diarrhytus*, & in altero ſinu poſt Rubricatum amnem *Hippo Regius*. Solinus Græcos Equites utrumque condidiſſe vult, factâ ex nomine conjecturâ. Quod falſum eſt & ridiculum. Græcos enim colonias in eam Africæ partem deduxiſſe nemo ſcripſit, ſed nec frequentaſſe ante Agathoclem. Nec deduci ſolent Equites in tranſmarinas colonias. Græci denique ſermonis aut ritûs in illis locis veſtigium nullum apparet. Proinde Salluſtio potior fides, qui Hipponem accenſet Phœnicum urbibus. *Poſtea*, inquit, *Phœnices Hipponem, Adrumetum, Leptim, aliaſque urbes in ora maritima condidêre*. Hipponem dixit ἱππῶνα, ut intelligatur, Hippo antiquior, id eſt, Hippo Diarrhytus, de quo in Scylace Geographorum quotquot extant longè vetuſtiſſimo hęc legere eſt: ἀπὸ Ἰτύκης εἰς Ἵππου ἄκραν Ἵππου πόλις, καὶ λίμνη ἐπ' αὐτῇ ἐςὶ, *ab Utica ad Hippi promontorium Hippi urbs cui palus adjacet*. Hippi, id eſt, Hipponis Diarrhyti, quæ nec ab Utica longè diſtat, & vicinam habet paludem Hipponitim nomine. Notandum ab Hippi promontorio cui imminet, ipſam urbem Ἵππου ἄκραν appellari, ut in his Diodori de Agathocle lib. 20. pag. 762. Φυλακὴν ἀπολιπὼν ἐπὶ τῆς πόλεως, ἐςρατοπέδευσεν ἐπὶ τὴν Ἵππου καλουμένην ἄκραν, ὠχυρωμένην φυσικῶς τῇ παρακειμένῃ λίμνῃ. *Præſidio Utica relicto, caſtra admovit urbi quam Hippuacram vocant ex adjacente lacu naturaliter munita*. Et rurſus pag. 763. de Eumacho uno ex Archagathi ducibus; qui Agathoclis fuit filius: Τὴν ἐξονομαζομένην Ἄκραν Ἵππου (εἷλε) τὴν ὁμώνυμον τῇ χειρωθείσῃ κατὰ κράτος ὑπ' Ἀγαθοκλέους, *urbem Hippuacran nomine cepit* (hic Hipponem Regium intelligo) *illi alteri cognominem quam per vim occupaverat Agathocles*. Hinc Stephanus: Ἱππάκρα, πόλις Λιβύης, ὁ πολίτης Ἱππακρίτης, *Hippacra, urbs Libyæ, cujus incola Hippacrita*. Et Polybius lib. 1. Ἐπολιόρκουν τοὺς Ἰτυκαίους καὶ τοὺς Ἱππακρίτας, *obſidebant Uticenſes & Hippacritas*. Item; Ἡ τῶν Ἱππακριτῶν καὶ τῶν Ἰτυκαίων ἀπέςη πόλις, *Hippacritarum & Uticenſium civitates defecerunt*. Eandem *Hippagreta* dici in his Appiani liquet: Ἐς Ἱππάγρετα μετῆλθεν, ἣ μεγάλη τε ἦν, καὶ τείχεσι καὶ ἀκροπόλει καὶ λιμέσι, καὶ νεωρίοις ὑπ' Ἀγαθοκλέους τοῦ Σικελιωτῶν τυράννου κατεσκεύαςο καλῶς. *Ad Hippagreta tranſiit, urbem magnam, mœnibus, arce, portubus, navalibus ab Agathocle Siculorum tyranno egregie inſtructam*. Quamvis Hipponi haudquaquam conveniat quod ſtatim ſequitur: Μέση δ' ἦσα Καρχηδόνος καὶ Ἰτύκης, *cùm inter Carthaginem & Uticam eſſet media*. Neque enim Hippo, ſed Utica medium ſitum obtinet. At Docti pridem obſervarunt Appianum Geographiæ parum fuiſſe peritum. Adjecto epitheto *Hipponem Diarrhytum* Veterum plerique appellant. Sed pro Diarrhyto *Zarytum* vel *Zaritum* ſcripſit media antiquitas, quomodo *zetam* pro diæta, & *zabulum* pro diabolo. Hinc *Hipzaritum* legas in Victore Uticenſi, & in Africæ Notitia *Marianus Hipzaritenus*, & in collatione Carthaginenſi *Hippo Zaritorenſis*, & in Concilio Carthaginenſi ſub Cypriano de baptizandis hæreticis: *Martyr Petrus ab Hippone Zarito*. Sed verum nomen Διάῤῥυτος, id eſt, κατάῤῥυτος irriguus. Verè igitur Plinius: *Hipponem Diarrutum vocant*, Διάῤῥυτον *à Græcis dictum propter aquarum irrigua*. Nempe in vicinia eſt λίμνη Ἱππωνῖτις, palus aut ſtagnum Hipponenſe, de quo præter Diodorum & Geographos ita Plinius Alter ad Caninium lib. 9. Epiſt. 33. *Eſt in Africa Hipponenſis colonia, mari proxima: adjacet navigabile ſtagnum: ex hoc in modum fluminis æſtuarium emergit, quod vice alterna, prout æſtus aut repreſſit aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur*

ſtagno. Omnis hic ætas piſcandi, navigandi, atque etiam natandi ſtudio tenetur. Sequitur hiſtoria inſignis de Delphino loci incolas dorſo geſtare ſolito. Ut ab hoc ſtagno *Hippo Diarrhytus*, ita *Regius* alter dictus eſt, quia ſub Numidiæ Regum ditione. Addunt ibi fuiſſe Regiam, ac proinde à Silio dici,

Sil. lib. 3. — *antiquis dilectus Regibus Hippo.*

Sed & alter Regiam habuit, ſi vera ſunt hæc Strabonis: οἱ δύο Ἵππωνες, ὁ μὲν πλησίον Ἰτύκης, ὁ δ' ἀπωτέρω, πρὸς τῇ Τρητῷ μᾶλλον, ἄμφω βασίλεια, *Hippones duo, unus prope Uticam, alter remotior ad Tritum promontorium magis* vergens, *ambo regia.* Atque hæc quidem ſatis plana ſunt. At Ἵππωνες *Hippones*, id eſt, equilia, quorſum appellentur non item. An Numidæ aut Carthaginenſes, qui equitatu plurimum valebant, mandras equorum ibi habuêre, quibus in bello uterentur, quomodo ארות סוסים *equilia* habuit Salomon בערי רכב *in urbibus curruum*? Veteres nihil tale referunt. Contrà bellicos equos quater mille in ipſis Carthaginis mœnibus ſtabulaſſe ex Appiano ſcimus. Nec ab equis aut equilibus *Hipponem* Græco nomine Phœnices appellaſſent, ſed בית ארות *Beth Uroth*, aut alio ſimili vocabulo. Proinde in Hippone ſuſpicor latere barbarum nomen à Græcis interpolatum. *Hippo* nempe à Phœnicibus *ubo* vel *ubbo* dici potuit, quia in ſinu latet. Sinus enim Syris eſt עבא *ubo*, vel עבא *ubbo* etiam, ut multi ſcribunt. Et *Arabicè* עב *ubbon* tam ſtagnum quàm ſinum ſonat. Giggeius אלעב (*alubbo*) *ſinus, ſtagnum.* Quorum utrumque in Hipponem Diarrhytum mirè quadrat, ſive ſitum reſpicias in Hipponenſi ſinu, ſive ſtagnum urbi proximum. Hanc conjecturam non parum firmat, quod Ptolemæo deſcribitur, alia Ἵππου ἄκρα, *Hippu acra*, in intima Syrti majore, Ἵππου *Hippu*, id eſt, עבא *Ubbo* ſinus, ut interpretor, quia eſt in medio ſinu. Duorum Hipponum hodie Regius ſolus ſupereſt, B. Auguſtini ſedes. Victor Uticenſis lib. 1. *Hippone Regiorum obſeſſa eſt civitas, quam omni laude dignus B. Auguſtinus, librorum multorum confector, pontifex gubernabat.*

Inter duos Hippones media fuit *Tabraca*, Tyriæ & ipſa originis in his Silii, niſi ſit mendum, ut dicam deinceps:

Tabraca tum Tyrium vulgus, Sarranaque Leptis.

Stephanus ex Polybio citat Τάβαθρα *Tabathra*; ſed vocum ordo docet ſcripturam eſſe corruptam. In Plinio ſcribitur *Tabracha*, & in Ptolemæo Θαβράκα *Thabraca.* Et in Concilio Carthaginenſi ſub Cypriano: *Victoricus à Thabraca*, id eſt, תורקא *Thavraca*, quaſi frondoſam dixeris propter ambientes ſylvas. Juvenalis Sat. decimâ:

Quales umbriferos ubi pandit Tabraca ſaltus.

Ad quæ verba vetus Scholiaſtes: *Opacas ſylvas eſſe in Africa Poeta dicit, in regione Tabracena.* Nempe ורק Syris eſt libri folium, & Arabibus etiam arboris, unde תוריק *thauric* φυλλῶσαι, φυλλοφορία. Itaque תורקא *Thavraca* eſt φυλλοῦς: cujus nominis in Theſſalia fuit oppidum, ubi templum Phyllæi Apollinis, & in vicinia mons Phylleus. Vide Strabonem, Stephanum & Apollonium lib. 1. Argonaut. *Thavraca* vel *Thauraca*, & *Thabraca* idem ſunt, ut *Tauriz* & תבריז *Thabriz*, quomodo ſcribunt Arabes: & Joſephi Antiq. lib. 15. cap. 13. Αὐρανῖτις & Ἀβρανῖτις. Et in Chaldæis

Nub. Cl. 4. pag. 6. Paraphraſtis *bracca* vel ſunt אורקסין *avracſin* vel אברקסין *abracſia.*

Ab Hippone & Tabraca ad uſque Gades Phœnicium nihil reperio præter *Tingi* vel *Tingim*, in ipſo freto inſigne oppidum, à quo Tingitana dicta eſt non contemnenda pars Mauritaniæ. In fabulis habetur hoc ab Antæo eſſe conditum. Solinus: *Tingi excipit, Mauritaniæ nunc colonia, cujus primus author Antæus eſt.* Plinius: *Tingi quondam ab Antæo conditum:* & paulò pòſt ubi de vicinis oppidis Zili & Lixo: *Ibi regia Antæi, certamenque cum Hercule & Heſperidum horti.* Inde Plutarchus in Sertorio ubi de Tingi ab illo capta: Ἐνταῦθα τὸν Ἀνταῖον οἱ Λίβυες ἱστοροῦσι κεῖσθαι· καὶ τὸν τάφον αὐτοῦ Σερτώριος διέσκαψε, τοῖς βαρβάροις ἀπιστῶν διὰ μέγεθος· ἐντυχὼν δὲ τῷ σώματι, πηχῶν ἑξήκοντα μῆκος (ὥς φασι) κατεπλάγη. *Antæum ibi jacere tradunt Libyes: ejuſque ſepulchrum eruit Sertorius non habita barbaris fide ob magnitudinem: & cùm incidiſſet in corpus* LX *cubitorum longitudinis, ut fama eſt, obſtupuit.* Credat Judæus apella, non ego. Et paulò poſt: Τιγγένιται δὲ μυθολογοῦσιν, Ἀνταίου τελευτήσαντος, τὴν γυναῖκα Τίγγην Ἡρακλεῖ συνελθεῖν. Σόφακα δ' ἐξ αὐτῶν γενόμενον, βασιλεῦσαι τῆς χώρας, καὶ πόλιν ἐπώνυμον τῆς μητρὸς ἀποδεῖξαι. *Fabulantur Tingitæ Antæo fato functo uxorem ejus Tingem concubuiſſe cum Hercule, ex quibus editum Sophacem regioni imperaſſe, & oppido matris indidiſſe nomen.* Ibidem plura vide de Græcis ex Olbia & Mycenis ab Hercule eò tranſlatis, quorum ope Sophacis filius Diodorus latè in Africa regnaſſe fertur. Quæ ſunt aniles nugæ: neque enim Græcus Hercules, ſed Phœnicius in ea loca ſe contulit. Quod pluribus probabimus in capite de Phœnicibus in Hiſpania. Proinde Tingitani non erant Græcæ originis, ſed Phœniciæ. In quam rem expreſſa ſunt hæc Procopii Vandalicorum lib. 2. quo loco agit de Phœnicibus, qui à Joſua victi & fugati deſerta Phœnice & Palæſtina diffuſi ſunt per univerſam Africam: Ἐδείμαντο δὲ καὶ φρούριον ἐν Νουμιδίᾳ πόλει, οὗ νῦν πόλις Τίγισίς ἐστί τε καὶ ὀνομάζεται· ἔνθα στῆλαι δύο ἐκ λίθων λευκῶν πεποιημέναι ἄγχι κρήνης εἰσὶ τῆς μεγάλης, γράμματα Φοινικικὰ ἐγκεκολαμμένα ἔχουσαι, τῇ Φοινίκων γλώσσῃ λέγοντα ὧδε· Ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ φυγόντες ἀπὸ προσώπου Ἰησοῦ τοῦ λῃστοῦ υἱοῦ Ναυῆ. *Ædificarunt autem caſtellum in civitate Numidica, ubi nunc urbs Tigiſis* (Tingis) *eſt & appellatur. Ibi ex albis lapidibus conſtant columnæ duæ prope magnum fontem erectæ, Phœnicios habentes characteres inſculptos, qui Phœnicum linguâ ſic ſonant: Nos ii ſumus qui fugerunt à facie Joſuæ prædonis filii Nave.* Nec eſt cur cuiquam Procopii fides hac in parte ſuſpecta ſit, cùm id ipſum, nempe Phœnices fuiſſe Tingitanos, conſtet ex teſtimonio Geographi inſignis & in vicinia nati. Is eſt Pomponius Mela, qui lib. 2. cap. 6. Hiſpaniæ littora deſcribens ad fretum Herculeum Tingitanis oppoſita, inter cætera hæc habet: *Carteia, ut quidam putant, aliquando Tarteſſus: & quam tranſvecti ex Africa Phœnices habitant, atque unde nos ſumus Tingi altera; tum Mellaria & Belo.* Locum hunc variè corruptum mira εὐστοχίᾳ ſic reſtituit magnus Salmaſius in Solinum pag. 288. Is ut intelligatur, ſciendum eſt Romanos è Tingi & Zeli vicina colonos in adverſum Hiſpaniæ littus deduxiſſe. Ita aſſerit Strabo lib. 3. Ἦν δὲ καὶ Ζῆλις τῆς Τίγγιος ἀστυγείτων· ἀλλὰ μετῴκισαν ταύτην εἰς τὴν περαίαν Ῥωμαῖοι, καὶ ἐκ τῆς Τίγγιος προσλαβόντες τινάς. *Fuit & Zelis Tingi vicina urbs, ſed eam Romani in oppoſitum littus tranſvexerunt, nonnullis etiam ex Tingi aſſumptis.* Inde eſt quod colonia illa vocatur à Mela inde oriundo *Tingi altera. Quam tranſvecti*, inquit, *ex Africa Phœnices habitant, atque unde nos ſumus Tingi altera.* Id eſt, urbs noſtra, quæ Tingi altera jure merito dici queat, cùm ejus conſtet magna pars ex iis Phœnicibus, qui ex Africa Tingitana adeóque ex urbe Tingi transducti ſunt in oppoſitum Hiſpaniæ littus. Unde & *Julia Traducta* vel *Transducta* appellata eſt. Τρανσδούκτα *Tranſducta* legitur in Ptolemæo & Marciano: & *Julia Traducta* in his Plinii. *Tingi quondam ab Antæo conditum, poſteà à Claudio Cæſare, cùm coloniam faceret, appellatum*

Julia

Digitized by Google

Julia Traducta. Ita tamen ut coloniæ nomen in eam urbem perperam transferat unde colonia orta eſt, id eſt, in Africæ Tingim: cùm vel cæcis appareat *Traductam* appellandam & verò eſſe appellatam non ipſam Tingim, ſed coloniam è Tingitana traductam in Hiſpaniam. Sed & geminato errore Claudio tribuit quod à Julio factum. Neque enim Strabo, qui ſub Auguſto vixit, poteſt meminiſſe rei Claudio imperante geſtæ. Et *Claudia Traducta* non *Julia Traducta* diceretur colonia, quam tranſvexiſſet Claudius. Utrumque hoc Plinii mendum caſtigat rectè omninò Vir ſummus, quem diximus. Quod me penè fugerat, etiam *Traducta* meminit Gregorius Turon. lib. 2. his verbis: *Proſequentibus Alamannis, uſque ad Traductam* (unde ex Hiſpania in Africam trajicitur) *tranſito mari Vandali per totam Africam ac Mauritaniam ſunt diſperſi.*

Jam quæri poteſt non immerito quorſum hanc eandem coloniam pro Julia Traducta *Juliam Jozam* nominet Strabo. Καὶ ὠνόμασαν, inquit, Ἰουλίαν Ἰόζαν τὴν πόλιν, *& urbem appellarunt Juliam Jozam.* Docti τρανσδοῦκταν reſcribunt, à quo Ἰόζαν immenſum diſtat. Ego nihil mutandum cenſeo: quia *Joza* vel גוזה *giuza* Punicè id ipſum erat quod Latinè *Tranſducta*, (literam g hîc effero mollius Arabum more, apud quos g non aliud ſonat quam j conſonum aut g Gallicum ante e & j) Arabicè certè גואזא *giavvaza* & גז *guz*. Syris eſt trajicere & tranſvehere. Hoc verbum paſſim occurrit in Arabum ſcriptis, & in Chaldæa Paraphraſi, quoties agitur de fluvii aut maris trajectione. Rem omnibus notiſſimam exemplis probare ſit ſuperfluum. Hinc igitur *Tranſducta* voce planè ſynonyma גוזה *Joza* eſt appellata, non tamen à Romanis ut vult Strabo, ſed à barbaris. Ut hîc *Joza* pro *Giuza* ſcriptum, ſic Arabum גז *giauz* pro nuce barbari interpretes ferè *jeuz* ſcribunt, quod nemo neſcit.

Ad Tingim redeo, & ad fabulas de Antęo & pomis aureis: Antæus gigas fuit terræ filius, LX cubitorum, quia ab Hercule in lucta ſępe proſtratus, quoties terram attigerat, toties redintegratis viribus reſurgebat. Proinde ſublimem in aëre pręfocavit Hercules. Videtur id ad navale certamen pertinere. Longitudinem illam LX cubitorum ad myoparonem refero quo mare habebat infeſtum. In eo ſæpe victus & ſuis cæſis fugatus, ſemper è terra ſua matre, id eſt, è terra Libyca, ex qua erat oriundus, novas vires recuperabat. Quod cùm animadvertiſſet Hercules, præcidit illi hanc viam, ut in medio mari periret. In vicinia χρύσεα μῆλα aurea mala quæ draco aſſervabat ſunt opes vel ab eodem vel ab alio congeſtę. Hûc facit quod מאלי *malon* vel *melon* Arabicè opes ſonat, ut Græcè μῆλον vel μᾶλον *malum*. Sic mala aurea Phœnicibus fuerint opes ex auro multo.

Tingi hodiè *Tangar* dici reperio apud Caſtaldum. Hinc ſuſpicio non levis Phœnices hoc vocabulum ſcripſiſſe cum R in fine. Sic *Tiagir* vel Τιγγὶς *Tiggir* eſſet emporium, ut תגר *tagger* Syris negotiari, & תגר *taggar* negotiator. Tingi ſcilicet hujus Africæ partis celeberrimum fuit emporium in quod è Bætica Belone mercatores ſæpe commeabant. Unde eſt quod trajectum illum Geographi veteres tam ſtudioſè notarunt. Strabo lib. 3. Βελὼν πόλις καὶ ποταμός. ἐντεῦθεν οἱ διάπλοι μάλιστά εἰσιν εἰς Τίγγιν τῆς Μαυρουσίας, *Belo urbs & fluvius; inde potiſſimum trajicitur ad Tingim Mauritaniæ.* Plinius lib. 5. cap. 1. ubi de Tingi: *Abeſt a Belone oppido Bœtica proximo trajectu* XXX M. *paſſ.* Antoninus; *A Belone trajectus in Tingi-Mauritanam ſtadia* CCXX. Tingis habet ad Ortum *Abilam* עב עלאה montem Phœnicii nominis ſtatim initio freti è regione *Calpes*. Ibi fuêre columnæ Herculis. Quin illi ipſi montes, *Abila* inquam & *Calpe* pro columnis habiti. Quod explicabimus pluribus libro ſequenti, cùm ventum erit ad Punica ex Feſto & Varrone.

His Phœnicum coloniis à Carthagine ad Gades, ſi libet attexere reliquas Cyrenem verſus, ſtatim ſe offeret *Adrumetum*, de quo Solinus: *Adrymeto atque Carthagini author eſt a Tyro populus.* Et Salluſtius in Jugurtha ubi de coloniis Phœnicum in Africa: *Adrumetum, Leptim, aliaſque urbes in ora maritima condidêre.* *Adrumetum* vel *Adrumetus* Straboni eſt Ἀδρύμη *Adryme*, & Stephano Ἀδρύμης *Adrymes*. A multis cum ſpiritu ſcribitur *Hadrumes*, *Hadrumetum* & *Hadrumentum*. Maritima urbs eſt non incelebris in Byzacio, Africę regione fertiliſſima inter Carthaginem & Syrtes, Hieronymus in Locis: *Hadrumetus, civitas in Byzacio regione Africa.* Oroſius lib. 1. cap. 2. *Byzacium ergo ubi Adrumetus civitas*, &c. *habet ab Oriente Syrtes minores & lacum Salinarum.* Iſidorus Orig. lib. 14. cap. 5. *Bizacena regio ex duabus nobiliſſimis urbibus nomen ſortita eſt, ex quibus una Adrumetus vocatur, altera Byzantium.* Æthicus in Africę deſcriptione: *Byzantium eſt ubi ejus metropolis civitas Hadrumetus ſita eſt.* Et his antiquior Plinius lib. 5. cap. 4. ubi de Byzacio: *Hic oppida libera Leptis, Adrumetum, Ruſpina, Thapſus.* De Adrumeti cothone ſeu portu manufacto ſuprà egimus. *Adrumeti* nomen Scaliger, & ex eo Druſius, Caſaubonus aliique viri in his literis primarii, ἐπαυλιν Πλούτωνος, *atrium Plutonis & Acherontis oſtium* explicant, ac ſi *Adrumetum* ſit idem quod Hebræis הצרמות. Sed ex Hebræo הצרמות fierent *Adramota* non *Adrumetum*. Ut taceam nihil eſſe causę cur *Adrumetum* appelletur הצרמורת, id eſt, *atrium* aut *regio mortis*. Neque enim Adrumetina regio importuoſa eſt, aut venenorum ferax, aut vel ſoli vel aquarum vel aëris vitio peſtilens & inſalubris. Quin *frugiferam* vocant veteres inſcriptiones, qualis una eſt apud Smetium in inſcriptionum volumine: COLONIA CONCORDIA ULPIA TRAJANA AUG. FRUGIFERA HADRUMETINA. Neque id immerito, cum Byzacenus ager, cujus Adrumetum eſt metropolis, ſit inter Africæ feraciſſimos. Plinius lib. 17. cap. 5. cum ait eſſe *centena & quinquagena fruge fertilem.* Et lib. 18. cap. 10. ex eo ipſo probat tritico nihil eſſe fertilius, *utpote cùm è medio, ſi ſit aptum ſolum, quale in Byzacio Africa campo, centeni quinquageni modii reddantur.* Addit Auguſti procuratorem ei inde miſiſſe *ex uno grano (vix credibile dictu) quadringenta paucis minus germina*. Miſiſſe Neroni ſimiliter procuratorem CCCCLX *ſtipulas ex uno grano*, extareque de ea re epiſtolas. Quæ fortaſſe non dicuntur citra hyperbolem. Interim quod Iſaaco ſemel accidit in terra Chanaan, ut ſementis מאה שערים *centum menſuras*, id eſt, centuplum redderet Gen. 26: 12. quodque a leò pro ſummæ fertilitatis argumento proponit Chriſtus, ut terra ferat καρπὸν ἑκατονταπλασίονα, Luc. 8: 8. hoc in illo agro conſuetum, quod teſtantur multi ſcriptores. Varro de re ruſtica lib 1. cap. 44. *In Syria ad Garada* (lege *Gadara*) & *in Africa ad Byzacium item* (dicunt) *ex modio naſci centum.* Hannibal apud Silium Italicum lib. 8.

*- - - ſeu ſunt * Byzacia cordi*
Rura magis, centum Cereri fruticantia culmis.

* Male legunt Buxentia.

Plinius ipſe lib. 5. cap. 4. *Libyphœnices vocantur qui Byzacium incolunt. Ita appellatur regio* CCL M. *paſſuum per circuitum, fertilitatis eximia, centeſima fruge agricolis fœnus reddente terra.* Solinus cap. 27. *Africam in agro Byzaceno eſſe glebis ita prepinguibus, ut jacta ſibi ſemina cum incremento centeſima frugis renaſcantur.* Quod ipſum ſequitur Iſidorus Originum lib. 14. cap. 5. Porro cùm Syris מאה *mea* centum, & מאתן *matan* centenos ſonet, Ἀδρύμη vel

Strab l 17.

Ἀδρύμης & Ἀδρύμητον idem videtur eſſe quod חצר מאה vel חצר מאתן *regio centum* ſeu *centenarum*, ſupple שערים menſurarum; Regio centum menſurarum, eſt quæ pro una reddit centum; qua ellipſi de Iſaaco dixit Moſes Gen. 26: 12. *Et ſevit Iſaac in terra illa, & eodem anno conſequutus eſt centum menſuras.* Byzaceni nimirum agri tam portentoſa fœcunditas Phœnices ita perculit, ut eam ſignificari voluerint ipſo nomine urbis metropoleos. Quin ut preſſiùs agamus, non fruſtra per U ſcribitur *Adrume* הצרומאה vel *Adrumetum* חצרומאתן, id eſt, *ager ejus centum* vel *centuplum*, ſupple reddit. Nam illud U Pœnis idem eſt quod Hebræis *vau cholem*. Tale *Azrubal* עזרובעל *auxilium ejus Belus*, pro Hebræo עזרבעל *Ezrobaal*. *Aſdrubal* Græcè ſcribitur, quomodo *Eſdrus* pro עזרא *Ezra*. Tale item *ſalus* io Auguſtino Punice *tres* pro Hebr. שלוש *ſalos*; & io Plauti Pœnulo *alonuth* Deæ, & *bynuth* filiæ, pro Hebr. אליונות *elionoth* & בנות *banoth*.

Eſt & alius Africæ locus fertiliſſimus Tripolis nomine, inter Syrtes circa Cinyphem amnem, quem Phœnices inſederunt. Euſebius Græci Chronici lib. 1. ubi de Chananæis: Οὗτοι ἔφυγον ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ κατῴκησαν Τρίπολιν τῆς Ἀφρικῆς αἳ ἦσαν ἐν τῷ κλήρῳ τοῦ Χάμ. *Illi fugerunt à facie filiorum Iſrael, & Tripolim Africa incoluerunt, ut quæ eſſet in ſorte Cham.* Procopius de ædificiis Juſtiniani lib. 6. *Tripoleos hic promontoria ſunt, habitantque Mauruſii, barbara gens ex Phœnicibus oriunda.* Tripolis unde dicatur ex his Solini diſcere eſt: *Achæi Tripolim linguâ ſuâ ſignant, de trium urbium numero Oea, Sabrata, Leptis magna.* Pro quo in Iſidoro perperam Orig. lib. 13. cap. 5. *Occa, Tabraca, Leptis magna.* Sed & *Tabraca*, niſi fallor, factum ex *Sabrata*, ut Æa ex Oea in his Silii lib. 3.

Tabraca tum Tyrium vulgus, Sarranaque Leptis,
Æaque Trinacrios Afris permiſta colonos.

Omnino enim Poëtæ id fuit in animo ut Tripoleos tres urbes una ſerie nominaret. Quæ quàm conjunctæ fuerint vel ex eo apparet quod omnium nomine unum Epiſcopum ad Synodos delegabant, qui pro abſentibus ageret. Sic in Concilio de hæreticis baptizandis ſub Cypriano habito cap. 139. *Natalis ab Oea dixit; tam ego præſens quam Pompejus Sabratenſis, quam etiam Dioga Leptimagnenſis, qui mihi mandaverunt, corpore quidem abſentes, ſed ſpiritu præſentes, cenſemus quod collega noſtri, &c.* Quin Auguſtini ævo, aucto Epiſcoporum numero, ita ut pro tribus quinque eſſent, tamen idem ordo ſervatus, adeóque canon ſecundus tertii Concilii Carthaginenſis id ſancit, ut *Tripolis propter inopiam Epiſcoporum unus Epiſcopus veniat.* Quod ad τὴν χώρας ἔνδειαν, *regionis inopiam* minùs commodè refert Græcus Interpres, cùm regio ſit uberrima. *Tripolis* igitur dicta eſt ex urbium numero, ut *Tetrapolis, Pentapolis, Hexapolis, Heptapolis, Decapolis, &c.* Sed & urbis nomen eſt Tripolis tam in Africa quàm in Phœnice. Ptolemæus eandem facit cum Neapoli, verſus oſtia Cinyphi amnis: Νεάπολις, inquit, ἡ καὶ Τρίπολις, ubi interpretes, *Neapolis quæ & Leptis magna.* At io Arabe Geographo Tripolis media eſt inter Sabratam & Lebdam, id eſt, Leptim: quarum illa ad Occaſum diſtat XXXV. M. paſſ. hæc ad Ortum duplo magis.

Ex Tripoleos tribus urbibus *Oea* Callimacho Οἴη apud Stephanum in Ἀσβύσται, *Plinio civitas: Oeenſis*, Ptolemæo Ἐῴα *Eoa*, Silio *Æa*, Apulejo *Æaa* io Apologia pro ſeipſo, mendosè *Ocea* in Antonino, & *Occa* in Iſidoro, (unde in Tacito *Ophenſes* & *populus Ophenſis* hiſtor. lib. 4.) Phœnicibus, ut putamus erat, חוה *Havva*, vel *Hovva* unde plurale חוות *oppida, villæ* Num. 32: 41. Et Ægyptium חואצי *Oaſis* vel *Avvaſis* villa aut oppidum in deſerto. Vox eſt Arabicæ originis: nam apud Arabes חוי verbum eſt colligere & circumdare; proinde cùm Arabum plura tentoria coëunt in pagi vel oppidi formam, id appellatur חוא *hovva* vel *hivva*. In vicina *Sabrata* ferè par ratio nominis. Nam צבר *ſabar* eſt colligere & congregare, unde צבור Eccleſia & Synagoga. Scribo per *ſade* cum Nubienſi Geographo, cui *Sabrata* eſt צברה, ſed & alibi סברה per *ſamech.* Clim. 3. part. 2. Eadem Σαβάθρα *Sabathra* Ptolemæo qui in Mediterraneis deſcribit, cum Oea vel Eoa & Leptis ſint maritimæ. In Oeæ ſitu graviter erravit Callimachus, cùm eam ad Tritonem amnem admovit his verbis:

Οἴη Τρίτωνος ἐφ' ὕδασιν Ἀσβυστάων.
Aſbyſta Tritonis aquis perfunditur Oea.

Quod in Africano Poëta minùs ferendum. Tam *Oea* & *Sabrata* quàm *Leptis* ſunt magnę urbes, ſi Iſidoro credimus, qui Tripolitanam provinciam Gręcos deſignare ſcribit de *numero trium magnarum urbium Occa (Oea) Tabraca (Sabrata) Leptis magna.* Tamen Oea & Sabrata nihil ad Leptim. Proinde ut Tacitus author eſt diſcordiâ inter Ophenſes (Oeenſes) & Leptitanos obortâ, *populus Ophenſis multitudine inferior Garamantas exciverat gentem indomitam, &c.* Jam de Lepti ſeorſim.

In Africa duę ſunt Leptes, una prope Adrumetum, altera inter Syrtes non procul ab oſtio Cinyphi amnis. Illa in Ptolemęo Λέπτις μικρὰ *Leptis parva*, hęc in Plinio *Leptis magna* appellatur. *Inter duas Syrtes*, inquit, *oppida Neapolis, Taphra, Abrotonum, Leptis altera, quæ cognominatur magna.* Et Æthicus io enumeratione urbium Oceani Meridiani, id eſt, Africani maris: *Oea, Rabratam vel Sabratam, Leptim magnam.* Et paulò poſt: *Tapſos, Leptim minorem, Hadrumetum.* Idem rurſus in Africę ſitu & Oroſius lib. 1. cap. 2. *Tripolis provincia, quæ eſt & Subventana vel regio Arzugum, ubi Leptis magna civitas.* Hinc apud Cyprianum ubi ſuprà, inter Tripolitanos Epiſcopos cenſetur *Dioga Leptimagnenſis*, id eſt, Dioga Epiſcopus Leptis magnę, ut qui ibidem memoratur *Demetrius a Leptiminus* minoris fuit Epiſcopus. Magno igitur errore ab Euſtathio μικρὰ Λέπτις parva Leptis eſſe dicitur quę media eſt inter Syrtes. Quod tamen ſequutus ęvi noſtri Geographorum prope dixero doctiſſimus quicquid de hac vel illa Lepti ſcribunt Veteres confundit, & quę unius propria ſunt in alteram imperitè transfert. Tripolitanam de qua nunc res eſt, alio nomine Strabo Neapolim vocat. Tamen io eo tractu Mela & Plinius Neapolim & Leptim ſeparatim deſcribunt, ut diverſa oppida. Et in Ptolemęo Neapolis eadem quę Tripolis. Sed putarunt interpretes Leptim magnam intelligi, quia Leptis magnę deſcriptio ab eo planè eſt omiſſa. Quamvis idem lib. 1. cap. 8. ſemel atque iterum meminerit Λέπτεως τῆς μεγάλης. Leptis originem ad Sidonios refert Salluſtius in Jugurtha: *Id oppidum*, inquit, *a Sidoniis conditum eſt.* Et paulò poſt: *Legum cultuſque pleraque Sidonica.* Alii ad Tyrios malunt. Plinius lib. 5. cap. 19. *Tyrus olim partu clara, urbibus genitis Lepti, Utica, &c.* Silius lib. 3.

---- Sarranaque Leptis,

Sarrana, id eſt, Tyria. Sed ſive Leptis à Tyriis aut à Sidoniis orta ſit, eam ſaltem eſſe Phœniciam in conſenſu eſt omnium. Sic à Salluſtio ſuprà didicimus Phœnices Hipponem, Adrumetum, & Leptim in Africę ora maritima condidiſſe. Et in veteri oraculo:

Imparium mundi Pœna reget urbe profectus.

Id eſt, Severus è Lepti Tripolitana oriundus, ut exponit Spartianus in Peſcennio Nigro. Proinde Statius lib. 4. Sylvarum Septimium Severum miratur

Digitized by Google

ratur Lepti genitum, Punici ſermonis aut habitûs nil quicquam habere: Verba ſunt;

Tene in remotis Syrtibus avia
Leptis creavit?

Et aliquantò pòſt:

Non ſermo Pœnus, non habitus tibi,
Externa non meus.

Lepti enim ne magnates quidem qui cum cura inſtituuntur, ſermonis barbariem potuiſſe facilè excutere illuſtri exemplo patet. Sororem Lepti habuit Severus Imperator, de qua ſic Spartianus: *Quum ſoror ſua Leptitana ad eum veniſſet vix Latine loquens, ac de illa multum Imperator erubeſceret.* Tamen in Statio *ſermo Pœnus* dicitur καταχθονικῶς pro Africano vel Numidico. Nam illo ęvo Leptitanos pro Punica linguam Numidicam uſurpaſſe docent hæc Salluſtii ubi ſuprà: *Ejus civitatis lingua modo converſa connubio Numidarum.* *Leptis* nomen Punicum לבת *Lapt* ſtationem ſignificat. Inde io Cypro dicta *Lepethus* πόλις ὕφορμον ἔχουσα καὶ νεώρια, *urbs ſtationem habens & navalia*, ut ex Scylace probatum ſuprà. Ita etiam Africana Leptis ſuam habuit ſtationem unde dicta eſt. Lucaous lib. 9. verſ. 951.

Proxima Leptis erat cujus ſtatione quietâ
Exegere hyemem.

Quàm opulenta fuerit Leptis collige ex his Livii lib. 34. *Ea ſingula in dies talenta vectigal Carthaginienſibus dedit.* Hæ Leptitanis opes cùm aliunde ſuppetebant, tum præcipuè ex ubertate regioois. *Emporia* Veteres appellabant. Livius paulo antè: *Emporia vocant eam regionem. Ora eſt minoris Syrtis & agri uberis: Una civitas ejus Leptis.* Idem lib. 29. de Scipione: *Emporia ut petereut gubernatoribus edixit. Fertiliſſimus ager, eoque abundans omnium copia rerum eſt regio.* Et rurſus de Maſiniſſa: *Ad minorem Syrtim perveniit: ibi inter Punica Emporia gentemque Garamantum omne tempus conſumpſit.* Ubi nota dici Punica propter Pœnos incolas. Polybius in excerptis legationum cap. 118. Θεωρῶν τὸ πλῆθος τῶν πόλεων τῶν περὶ τὴν μικρὰν Σύρτιν, καὶ τὸ κάλλος τῆς χώρας ἣν καλοῦσιν Ἐμπόρια. *Cum animadvertiſſet quam multæ urbes circa minorem Syrtim eſſent conditæ, & quæ illius agri bonitas quam vocant Emporia.* Idem lib. 1. Carthaginenſes dicit ſpes fermè omnes ſuas collocatas habuiſſe in eo commeatu qui advehebatur ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς καλουμένων Ἐμπορείων, *ex loco quem ipſi vocabant Emporia.* Et lib. 3. noluiſſe ut Romani ultra Pulchrum promontorium quod Carthagini præjacet navigarent, ne loca circa Byzacium cognoſcerent, μήτε τοὺς κατὰ τὴν μικρὰν Σύρτιν τόπους, ἃ δὴ καλοῦσιν Ἐμπόρια, διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας, *nec loca circa parvam Syrtim quæ Emporia vocant, propter ſoli ubertatem.* Nempe Græca voce uſurpata, quomodo in Chaldaica Paraphraſi Jonathanis Geneſ. 25: 3. אמפורין *emporin* ſunt ἔμποροι mercatores, & in Tanchuma אנפריות *emporioth* merces. Quid ſi in Græco nomine alluſionem quæſierint ad Hebræum אם פוריה *emporja* quaſi *matrem fœcundam* dixeris? Quo epitheto inſigniri jure merito potuit terra tot frugum parens.

Circa eadem loca inter Leptim & Syrtim minorem Strabo & Plinius deſcribunt Ἀβρότονον *Abrotonum* oppidum de quo Stephanus: πόλις δὲ Λιβυφοινίκων, καλεῖται δὲ καὶ Νεάπολις, ὡς Ἔφορος, *urbs eſt Libyphœnicum, quæ & Neapolis vocatur, ut vult Ephorus*: at in Strabone Neapolis eſt Leptis: rurſus in Mela & Plinio Neapolis, Abrotonum, & Leptis ſunt tres diverſæ orbes. Abrotonum herba eſt notiſſima quæ Arabicè vocatur קיסום *caiſum*. An ex ea nomen traxerit Abrotonum urbs quærant peritiores: ego *Abrotonum* pro *Abaritano* oppido dici ſuſpicor, quod ex *Abara* factum ſit, ut ex *Membreſa*, *Membreſitanum*, ex *Maxula*, *Maxulitanum*, ex *Achola*, *Acholitanum*, ex *Tapſo*, *Tapſitanum*, ex *Mactaro*, *Mactaritanum*, &c. Nempe *Abara* עברא, id eſt, trajectus aut vadum, dici potuit propter vada, ad vicinum lacum, de quo Strabo lib. 17. Εἶτ' ἄλλη λίμνη πολὺ ἐλάττων, καὶ μετὰ ταύτην Ἀβρότονον πόλις, *hinc eſt alius lacus longe minor, poſt quem eſt Abrotonum urbs.* Sic in provincia proconſulari alia fuit *Abara* Carthagini propior, à qua in Africæ Notitia denominatur *Felix Abaritanus*, qui cum aliis Epiſcopis in exilium miſſus eſt anno ſexto Regis Hunerici. Indidem *Abaritana arundo*, de qua Plinius lib. 16. cap. 36. *Aucupatoria arundo a Panhormo laudatiſſima, piſcatoria Abaritana ex Africa.* Unde colligas etiam illam Abaram aquas habuiſſe vicinas. Sed & voce compoſita עבר עדר *Abar-eder* vel *Abaradira*, id eſt, trajectus gregis, dicta eſt Byzacenæ urbs, unde in Notitia *Præfectianus Abaradirenſis.* Et prope Jordanem ביתעברא *Bethabara*, id eſt, domus trajectûs, dicebatur locus, in quo Johannes baptizabat, Joh. 1: 28.

Reliquæ Phœnicum in Africa urbes ſunt incertæ poſitionis. In his vetuſtiſſima fuit *Auza* vel *Auzate*, quam condidit אתבעל *Ethbaal* vel Ithobalus Achabi ſocer de quo 1 Reg. 16: 31. Author Menander, cujus verba ſunt apud Joſephum lib. 1. contra Appionem: Οὗτος πόλιν Βότρυν ἔκτισε τὴν ἐπὶ Φοινίκῃ, καὶ Αὐζατὴν ἐν Λιβύῃ, vel disjunctis vocibus, καὶ Αὖζα τὴν ἐν Λιβύῃ, *Hic* (Ithobalus) *Botryn urbem in Phœnice condidit & Auzaten in Africa, vel Auza quæ eſt in Africa.* Sed utrumvis legeris vel *Auza* vel *Auzaten*, utrobique hærebit calculus. *Auza* in Antonino Mauritaniæ Cæſarienſis eſt oppidum, & *Auzea* Numidicum caſtellum de quo Tacitus lib. 4. Annal. *Nec multò pòſt affertur Numidas apud caſtellum ſemirutum, ab ipſis quondam incenſum, cui nomen Auzea, poſitis mapalibus conſediſſe, fiſos loco, quia vaſtis circum ſaltibus claudebatur.* Et *Uzan* in Ptolemæo eſt urbs Africæ propriæ noo procul ab Utica. Sed mediterranea hęc oppida tot millibus à Phœnice diſſita non videntur quicquam habere commune cum Auza Ithobali. Jam ſi ſcribatur *Auzate*, propiùs accedet *Uzita* quàm deſcribit Ptolemæus ſub Adrumeto & parva Lepti. Sed Uzitæ nomen eſt à זית *zaith*, id eſt, oliva vel oliveto. Hirtius enim prope Uzitam oliveti meminit. *Prius*, inquit, *neceſſe vallem oliveturnque tranſgredi.* Et huic vicinam Leptim Cæſar ibidem legitur triginta centenis millibus ponderis olei multaſſe io annos ſingulos: unde conſtat hæc loca oleo & olivis eſſe feraciſſima.

Sed nec ſatis notus Capſæ ſitus eſt, urbis in interiore Libya pervetuſtæ, quam condidiſſe ſertur Hercules Libycus aut Phœnix. Salluſtius io Jugurtha: *Erat inter ingentes ſolitudines oppidum magnum atque validum, nomine Capſa, cujus conditor Hercules Libys memorabatur.* Florus de Mario lib. 3. cap. 1. *Hic & urbem Herculis conditam Capſam in media Africa ſitam, anguibus arenìſque vallatam, mira quadam fœlicitate ſuperavit.* Oroſius lib. 5. cap. 15. *Marius urbem Capſam ab Hercule Phœnice (ut ferunt) conditam regiis tunc theſauris conſertiſſimam dolo circumvenit & cepit.* Capſam quidem in interiore Africa ſub Adrumeto deſcribit Ptolemæus non procul à palude Tritonis: quio & in Arabe Geographo in eodem ferè ſitu ponitur urbs קפצה *Caphſa venuſta, cincta mœnibus, cum alluente fluvio*, &c. *& fonte in medio Tarmid nomine.* Sed hæc ipſa deſcriptio docet noo agi de Capſa quam diximus, quæ nullum habuit vicioum amnem. Salluſtius *Capſenſes una modò, atque ea intra oppidum jugi aqua cætera pluvia utebantur.* Proinde Marius eam obſeſſurus, ne milites ſiti laborarent, utres plurimos in Thana flumioe tridui iter inde diſſito aquâ juſſit impleri. Idem Salluſtius, *Cùm ad flumen*

men (Thanam) *ventum eſt, maxima vis utrium effecta: ibi caſtris levi munimento poſitis, milites cibum capere, atque uti ſimul cum Occaſu Solis egrederentur paratos eſſe jubet, omnibus abjectis ſarcinis, aqua modo ſeque & jumenta onerare. Dein poſtquam tempus viſum caſtris egreditur: noctemque totam itinere acto conſedit: idem proxima facit: dein tertia multo ante lucis adventum pervenit in locum tumuloſum, à Capſa non amplius duûm millium intervallo.* Præterea Jugurthæ regnum, cujus hæc Capſa pars fuit, erat in Numidia circa flumen Ampſagam, non verſus Tritonem amnem ubi Capſa Ptolemæi. Denique Jugurthæ Capſam à Cæſare fuiſſe deletam author eſt Strabo. At altera illa fortaſſe hodiéque durat. Ratio nominis non obſcura eſt. Hebræis enim קפץ *caphas* eſt συσφίγγειν comprimere & conſtringere. Hinc merito קפצה *Capſa* dicitur, quam undequaque premebant, & in arctum cogebant vaſtiſſimæ ſolitudines. Florus: *Capſam in media Africa ſitam, anguibus arenisque vallatam.* Salluſtius de Capſenſibus: *Muniti adverſum hoſtes non mœnibus modò, & armis atque viris, verum etiam multo magis locorum aſperitate: nam præter oppida propinqua, alia omnia vaſta inculta, egentia aqua, infeſta ſerpentibus.*

Addendæ ex Stephano Phœnicum aliquot urbes aliunde vix notæ: Καλαμένθη, ἥτις καὶ Καλαμίνθη, πόλις Λιβύης. Ἑκαταῖος περιηγήσει. Κρεῖττον ὡς Ἡρόδοτος, διὰ τοῦ ι. πόλις Φοινίκων, *Calamenthe, quæ & Calaminthe, urbs Libyæ. Hecatæus in periegeſi. Melius per ι ſcribitur cum Herodoto. Urbs eſt Phœnicum.* Calaminthe, id eſt, גלמיתא *Galmitha*, urbs fuit in colle ſita. Syris enim גלמתא *galmatha* & גלימתא *gelimatha* ſunt colles. Vox eſt frequens in Chaldæis Paraphraſtis.

Ibidem ex Hecatæo rurſus: Καυθήλη, πόλις Λιβυφοινίκων, *Canthele urbs Libyphœnicum.* Fortaſſe eadem quæ paulò antè Κανθηλία, πόλις περὶ Καρχηδόνα, *Canthelia urbs circa Carthaginem.* Canthele, id eſt, קנת אל *Canath el* Saturni prædium. Nempe ut Phœniciè קנה *cana* emere & poſſidere; ita אל *El* erat Saturnus ut infrà probabitur ex Sanchoniathone & Damaſcio. Omnino igitur *Canthele* eſt *Saturni vicus*, de quo Ponticus in vita Cypriani. *Curubitana*, inquit, *civitas dicitur ubi in exilium fuit. Vicus ubi in domo principis officiorum habitavit, dicitur Saturni inter Veneriam & Salariam.* Curubitana civitas Ptolemæo Κουροβὶς, Plinio & aliis *Curubis*, non procul à Carthagine fuit, maritima urbs inter Aſpidem & Neapolim coloniam. Via Salaria è Carthagine ducebat ad proximas ſalinas; Veneria ad Aphrodiſium, quę Veneri fuit ſacra urbs ad Occaſum Adrumeti. Inter has vias in Curubitana ditione Canthele ſita, quæ Romanis *Saturni vicus.*

Ibidem: Χάλκη, πόλις Λιβύης, μετὰ δ' αὐτὴν πόλις Φοινίκων Χάλκη, *Chalce urbs Libyæ, & poſt ipſum urbs Phœnicum Chalce.* Chalce Hebræis eſt חלקה *Chelca*, vel חלקת *Chelcath.* Hujus nominis fuit Levitarum urbs in Tribu Aſer, Joſ. 19: 25. & 21: 31. quæ eadem vocatur חוקק *Chucoc*, 1. Par. 6: 75. quorum illud à lævigando, hoc à ſculpendo. Inter *Jol* quæ deinceps Julia Cæſarea dicta eſt (hodiè *Algezara* & *Alger*) & columnas Herculeas, multas urbes memorat Scylax, quarum una eſt Χάλκα πόλις ἐν τῷ ποταμῷ, *Chalca urbs in fluvio.* An hæc eſt Chalca Phœnicum? Aut *Chalca* dicta eſt Græco nomine propter vicina χαλκωρυχεῖα. Strabo lib. 17. in Mauritanię deſcriptione: Ἔστι δέ τις αὐτόθι καὶ ἀσφάλτου πηγή, καὶ χαλκωρυχεῖα, *quin alicubi iſtic eſt bituminis fons, & æris fodina.* Et aliquantò poſt: Ἦν δ' ἐν τῇ παραλίᾳ ταύτῃ πόλις, Ἰὼλ ὄνομα, *in eadem ora fuit & urbs, Jol nomine.* Sic in Ptolemęo non procul à Julia Cęſarea verſus Gades habetur maritima urbs Καρκώμη *Carcoma.* Syris porro כרכומא *Carcoma* eſt ęs. Hinc Job. 20: 24. in Chaldęa Paraphraſi קשתא דכרכומא *arcus æreus.* Vide & Job. 28: 2. & 41: 18. & Pſal. 18: 35. &c. Itaque *Chalca* & *Carcoma* idem ſunt. Eſt & in Polyhiſtore Χαλκεῖα πόλις Λιβύης, *Chalcea Libyca urbs.* Sed eum Polybius lib. 12. erroris arguit his verbis: Ἀγνοεῖ δὲ μεγάλως καὶ περὶ τῶν Χαλκείων. Οὔτε γὰρ πόλις ἐστίν, ἀλλὰ χαλκουργεῖα; *de Chalceis autem agens magnam inſcitiam prodit; neque enim urbis nomen eſt, ſed officinarum æris.*

Hæ Phœnicum urbes quantum memini in Africa memorantur à Veteribus. Sed multo plures fuiſſe certum eſt. Eos enim tenuiſſe conſtat univerſam Africam à magna Syrti & Philænorum aris, ubi fines Cyrenaicæ, uſque ad Herculis columnas. Scylax: Ὅσα γεγράφαμεν πολίσματα ἢ ἐμπόρια ἐν τῇ Λιβύῃ ἀπὸ τῆς Σύρτιδος τῆς παρ' Ἑσπερίδας μέχρι Ἡρακλείων στηλῶν ἐν Λιβύῃ πάντα ἐστὶ Καρχηδονίων; *Carthaginenſium ſunt quæcunque in Libya deſcripta ſunt oppida & emporia à Syrti quæ ad Heſperidas uſque ad Herculis columnas.* Et Polybius lib. 3. Καρχηδόνιοι γὰρ ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς τῆς μὲν Λιβύης ἐκυρίευον πάντων τῶν ἐπὶ τὴν ἔσω θάλατταν νευόντων μερῶν ἀπὸ τῶν Φιλαίνου βωμῶν, οἳ κεῖνται κατὰ τὴν μεγάλην Σύρτιν, ἕως ἐφ' Ἡρακλείους στήλας. *Illis temporibus Carthaginenſes imperio ſuo ſubjectas habebant omnes Africæ provincias ad mare interius ſitas à Philænorum aris, quæ magna Syrti objacent, ad columnas uſque Herculis.* Quod ſpatium patere ibidem addit ὑπὲρ τοὺς ἑξακισχιλίους καὶ μυρίους σταδίους ultra XVI M. ſtadiorum, ſeu quod idem eſt mille leucas Gallicanas. Porro in toto illo terrarum intervallo, ferè quotquot ſunt urbes alicujus nominis, Phœnicibus originem debent. Nam Africæ priſci incolæ, cùm eo primùm Phœnices appulerunt, aut vicatim habitabant, aut ſine tectis paſſim ac ſedibus vagi terras habebant potiùs quàm habitabant. Proinde non ſolùm urbium, ſed & fluviorum nomina pleraque Phœnicia ſunt. Libet id probare aliquot exemplis ex Ptolemæo petitis in deſcriptione Africæ propriè dictæ lib. 4. cap. 3.

In ipſis finibus ad Occaſum eſt *Ampſaga*, quem alii Numidicum, Victor Uticenſis lib. 2. *Certenſem* vocat: *Sui*, inquit, *fratris uxorem ligato pondere lapidum in Ampſagam fluvium Certenſem famoſum jactando demerſit.* Nimirum à *Cirtha Juliæ* Numidiæ metropoli & Maſiniſſę Regiâ ſitâ prope ripas Ampſagæ. *Cirta* vel *Cirtha*, ut habet Mela, Punicè קרתא *Cartha*, id eſt, civitas. Vocem à Pœnis acceptam Numidæ detorſerunt. Et *Ampſaga*, Arabicè אפסח *aphſach*, latum & amplum ſonat.

Verſus Ampſagæ fontes erat *Zama* urbs, Ptolemęo *Azama*, olim Jubę Regia, ubi *Zama* fons cognominis, cujus potu canoras fieri voces tradunt Plinius lib. 31. cap. 2. Et Vitruvius lib. 8. cap. 4. Utrique nomen à זמר *zámar*, quod canere ſignificat in conjugat. Piel, R. finali abjecto, ut in *vacca* ex בקר *bacar*, μῦσα ex מוסר *muzar*, ζώνη ex זנר *zanar*, *mappa* ex מפר *mappar*, &c. Hûc facit quod *Zama* urbs hodiéque *Zamor* vocatur, ut Marmolius author eſt.

Poſt Ampſagam unus ſequitur Latini nominis *Rubricatus*, dictus, ut quidem ſuſpicor, à celebri illa rubrica, quam Veteres Africanam & Carthaginenſem appellant. Dioſcorides lib. 5. cap. 1. de fabrili rubrica: Ἀρίστη δὲ ἡ Αἰγυπτία Καρχηδονική. Quod ipſum ita Plinius lib. 35. cap. 6. *Et reliquæ rubricæ generibus fabris utiliſſima Ægyptia & Africana.* Eòdem refer quod de Zygantibus, vel ſi mavis, Gyzantibus horum locorum incolis legitur in Herodoto: μιλτοῦνται δ' ὦν πάντες οὗτοι, *illi autem omnes rubricâ inficiuntur.*

Excipiunt junctę paludes *Siſara* & *Hipponitis*: huic ab Hippone Diarrbyto, illi tam à Rubrica

nomen

nomen quàm Rubricato vicino amni. Pœnis enim ששר *ſaſar* vel *ſiſar* eſt rubrica. Sic Ezechiel 23: 14. *imagines Chaldaorum expreſſa* בששר *rubricâ.* Et Jerem. 22: 14. ומשוה בששר *& pictum rubricâ.* LXX. ἐν μίλτῳ; Vulgata *ſinopide:* Sclomo Jarchi Gallicè אנ שינופלא *en ſinople.* David Kimchi Hiſpanicè מיני *mini*, id eſt, minium, & Arabicè זנגפר *zingiaphur*, vulgò *maſur*, id eſt, cinnabari. Vide Avicennam lib. 2. Chaldęus Interpres סממנין *ſammenin*, tanquam compoſita voce ex סם *ſam*, id eſt, *droga*, *ſpecies* (ita barbarè loquimur, quia Latina vox nulla ſuppetit) & מנין *minium*. An fuit circa hæc loca Μιλτίνη πόλις *Miltine* vel *Miniacea urbs*, de qua Diodorus lib. 20?

Succedit amnis *Bagradas*, cujus ſcriptura eſt valde inconſtans, nam pro *Bagrada* Lucani, Statii, Plinii, Ptolemæi, Procopii, Eutropii, Sidonii, Oroſii & Æthici, legitur in Strabone *Bagadras*, in Pomponio, Silio & Floro *Bragada*, in Polybio *Macar* & *Macra*, vel *Bucara* ut legit Suidas voce Τενάγη: in Nubienſi Geographo נגרדה *Nagiarda*; quæ omnia ſunt ex uno fonte deducta. Verum ſcilicet nomen erat ברכה *Braca*, vel emphaticè ברכתא *Bractha* ſtagnum. Plerumque *breca* ſcribitur cum puncto tſere, ſed & *braca* cum puncto *camets*, Jud. 1: 15. unde plurale ברכות *bracoth* ſtagna, piſcinæ, Pſal. 84: 7. Et Græcum βραγὸς pro palude. Heſychius; βραγὸς, ἕλος. Ex eodem *Braca* natum Polybii *Bacar* & *Bacra*, pro quo ſcriptum perperam in Suida *Bucara* & in vulgatis exemplaribus *Macar* & *Macra:* μ & β permutatis ut paſſim. Et ex emphatico *Bractha*, quale Syris in uſu, nata ſunt *Bragada*, *Bagrada*, *Bagadras.* Et Arabum *Bagiarda* quod librariorum facili lapſu mutatum eſt in *Nagiarda*, quia Arabica B & N nonniſi puncti ſitu differunt, quod in B ſubjicitur, in N ſuperſcribitur.

Jam cur amnem illum ברכא *Braca*, vel ברכתא *Bractha*, id eſt, ſtagni nomine Pœni appellaverint, ratio non eſt obſcura. Nam præterquam quod ſuâ naturâ lentus eſt, & ex Africæ arenis vix eluctatur (Lucanus lib. 4.

- - - quo ſe
Bagrada lentus agit, ſicca ſulcator arena)

ex alveo ſuo exeedens circa oſtia, in paludis aut ſtagni morem, longè latéque diffunditur. Silius lib. 6.

Turbidus arentes lento pede ſulcat arenas
Bragada, non ullo Libycis in finibus amne
Victus limoſas extendere latius undas.
Et STAGNANTE VADO patulos involvere campos.

Id accidere potiſſimùm certa anni tempeſtate, quâ oſtio arenâ obſtructo aquæ reſtagnant in campos adjacentes, nos docent hæc Polybii lib. 1. pag. 76. τοῦ προειρημένου ποταμοῦ κατὰ τὴν εἰς θάλατταν ἐκβολὴν συνθεωρήσας κατά τινας ἀνέμων στάσεις ἀποθινούμενον τὸ στόμα καὶ τεναγῶδη γινομένην τὴν παρ' αὐτῷ τῷ στόματι πάροδον. *Cum obſervaſſet* (Amilcar) *quo tempore certi quidam venti obtinent, amnis de quo ſupra oſtium ſabulo oppleri circa ejus in mare exitum, teniamque paluſtrem effici ad tranſeundum idoneam.* En tibi ex Geographo Nubienſi ſecunda parte Climatis tertii, hujus ſive ſtagni ſive lacûs deſcriptionem, ubi de urbe *Benezert* (hodiè *Biſerta*, olim *Utica*) *Ad latus ejus Orientale eſt* בחירתהא *lacus ipſius ab ea denominatus, XVI M paſſ. in longitudinem & VIII M. paſſ. in latitudinem porrectus, qua oſtio ſuo mare attingit, & quo mari propinquior, eo eſt arctior & tenuior.* Porro cùm Bagrada ſic ſe diffundens multas contrahat ſordes, & in limoſas paludes deſinat, merito pulvereus & cœno gravis à Statio deſcribitur lib. 4. Sylvarum, ubi Vulturnum Campaniæ amnem inducit ſic loquentem:

Nec ſordere ſines, malumque latè
Deterges ſterilis ſoli putorem,
Ne me pulverem gravemque cœno
Tyrrheni ſinus obruat profundi.
Qualis Cinyphius tacente ripa
Pœnos Bagrada ſerpit inter agros.

Ad Bagradæ Ortum exit *Catada* in ſinum Carthaginis, quam Solino authore Dido *Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit civitatem novam.* Itaque de urbis nomine amnis etiam *Carthada* dictus eſt, non *Catada*. *Carthada* quomodo Punicè ſcribatur jam docuimus.

Sequitur ad Syrtim minorem Triton fluvius, in quo triplex palus, *Tritonis*, *Pallas* & *Libya.* Hæc à להבה *lehaba*, id eſt, ab ardore dici videtur, quia verſus fluminis fontes magis in Auſtrum porrigitur. A Tritone, ſi credimus, Tritonia vocatur Pallas paſſim apud Poëtas, & in Homero toties Τριτογένεια. Quamvis Triton fons vel fluvius etiam in Creta fuerit, & in Arcadia, & in Bœotia. Unde Deam Gręci nominis ortum duxiſſe multò veriſimilius eſt quàm ex Tritone Africę. Neque verò Triton, ſed תרעית *Taru* dicebatur à Pœnis, niſi conjectura fallit. Amnis *Taris*, id eſt, τῆς νομῆς ſive paſcui. Ita Pœni appellabant, quia Nomadum paſcuis initium erat à Tritone. Cùm enim reliqua pars Africæ utplurimum ſit arabilis, à Tritone uſque in Ægyptum plerique erant meri Nomades, carne ſolùm & lacticiniis veſci ſoliti, cùm carerent pane & frugibus. Herodotus Muſâ quartâ: μέχρι τῆς Τριτωνίδος λίμνης, ἀπ' Αἰγύπτου Νομάδες εἰσὶ κρεοφάγοι τε καὶ γαλακτοπόται Λίβυες, *ab Ægypto ad lacum Tritonidem Nomades ſunt Libyes, quibus caro pecudum pro cibo eſt, & lac pro potu.* Et paulò pòſt: τὸ δὲ πρὸς ἑσπέρης τῆς Τριτωνίδος λίμνης οὐκ ἔτι Νομάδες εἰσὶ Λίβυες, *at ad lacus Tritonidis Occaſum Nomades non ſunt amplius.* Item: ἡ μὲν γὰρ δὴ πρὸς τὴν ἠῶ τῆς Λιβύης τὴν οἱ Νομάδες νέμουσι, ἐστὶ ταπεινή τε καὶ ψαμμώδης, μέχρι τοῦ Τρίτωνος ποταμοῦ· ἡ δὲ ἀπὸ τούτου τὸ πρὸς ἑσπέρην, ἡ τῶν ἀροτήρων, ὀρεινή τε κάρτα, καὶ δασέα, καὶ θηριώδης. *Quæ Libyæ pars ad auroram reſpicit, quam Nomades obtinent uſque ad Tritonem amnem, depreſſa eſt & arenoſa; quæ verò eſt ad Occaſum ubi aratores degunt, montoſa valde eſt, & nemoroſa, feriſque frequens.*

Unus ſupereſt amnis Κίνυφος *Cinyphus*, Herodoto Κίνυψ *Cinyps*, inter utraſque Syrtes. Videtur is dici *Cinyphus* pro Phœnicio קנפוד *Kinphod*, quomodo *Bogus* pro *Bogud*, à quo, ut Plinius author eſt, *Bogudiana* nominabatur Mauritania Cæſarienſis. Amnis *Kinphod* eſt amnis hericii ſive hyſtricis. Nam ad utrumque animal *Kinphod* generale nomen eſt, ut multis probavimus in libro de Hebræis nominibus animalium. Hebræi *Kipped* ſcribunt, N latente in puncto Daghes, quomodo in חטה & מדן & עזים & עכביש & ſimilibus. Proinde expreſſo N Arabicè ſcribitur קנפד *Kunphud*. Porro cur amnis *Kinphod* vel hyſtricis dicatur, colligere eſt ex Herodoto, qui poſtquam Libyam aratorum ſcripſit ſerpentes alere prægrandes, & leones, & elephantos, & urſos, & aſpides, & aſinos cornutos, & cynocephalos, &c. Addit de Libya Nomadum, quam Cinyphus vel Cinyps mediam ſecat: Κατὰ τοὺς Νομάδας δὲ ἔστι τούτων οὐδὲν, ἀλλὰ τάδε, πύγαργοι, καὶ ζορκάδες, καὶ βουβαλίδες, &c. καὶ ὕστριχες; *verùm enimvero apud Nomades horum animalium nullum eſt, ſed pygargi: & capreæ, & bubali, &c. & hyſtrices.* Hyſtrices, id eſt, קנפדים *Kinphodim*: unde non ſolùm amnis, ſed & regio *Cinyphus* vel *Cinyps* dicta. Herodotus: πλὴν Κίνυπος μούνης. τὸ γὰρ δὴ αὐτὸ οὔνομα ἡ γῆ τῷ ποταμῷ ἔχει, *præter ſolam Cinypem: Terra enim idem habet cum amne nomen.* Plinius: *Cinyps fluvius ac regio.* De cætero hyſtricum Africæ etiam alii meminêre. Plinius lib. 8. cap. 35. *Hyſtrices generat India & Africa ſpinâ contectas.* Ælianus de animalibus lib. 12. cap. 26. Αἱ δὲ ὕστριχες αἱ Λιβυ-

νοι

καὶ κεντοῦντα τοὺς ἀπλομένους πικρῶς, *Hyſtrices Libyca eos à quibus attinguntur acerbè pungunt.* Cętera ibi vide.

Apud Ptolemæum Cinyphus fluit è monte *Zuchabari*: Τὸ Ζυχάβαρι, inquit, ἀφ' οὗ ῥεῖ ὁ Κίνυφος ποταμὸς, *Zuchabari* (mons) *è quo fluit Cinyphus fluvius.* Eundem ſive montem ſive collem Herodotus *tumulum gratiarum* appellat. Verba ſic habent: Διὰ δὲ αὐτῶν Κίνυψ ποταμὸς ῥέων ἐκ λόφου καλεομένου Χαρίτων ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ, *per ipſos Cinyps fluvius ex tumulo qui dicitur gratiarum exit in mare.* Pœnis igitur idem ſuit *Zuchabari* quod Græcis λόφος χαρίτων, *tumulus gratiarum*, id eſt, venuſtus & amœnus collis. Nempe à Syro verbo זוח quod *tumere* ſignificat atque extolli, זוחא *zucha* nomen erat tumulus. Et בריא *bars* propriè *optimum* ſonat. Sed & in genere quicquid eſt eximium. Proinde Græci Interpretes ἐκλεκτὸν *electum* reddunt, Gen. 41: 2. ἀστεῖον *venuſtum*, Jud. 3: 17. Ita Græcè λιπαρὸς *pinguis*, etiam pro formoſo & venuſto ſumitur. Quo ſenſu Atticam [Act. 1. Scen. 4.] vocat Ariſtophanes in Nubibus λιπαρὰν χθόνα Παλλάδος, id eſt, εὐθαλῆ, τὴν πᾶσι κομῶσαν, *florentem, & omni ſtirpium genere virentem*, ut ibi habet Scholiaſtes. Proinde Punicum זוחא בריא *zuchabars* Græci *collem gratiarum* non malè reddiderunt. Atque ut φερώνυμον collem fuiſſe ſcias, eum ſic deſcribit Herodotus: Ὁ λόφος οὗτος ὁ χαρίτων δασὺς ἴδῃσι ἐστὶ ἐούσης τῆς ἄλλης προκαταλεχθείσης Λιβύης ψιλῆς, *Gratiarum ille tumulus nemoribus eſt frequens; cum nuda ſit reliqua Libya de qua actum.* Ineptè Græci Gratiarum collem à *Charite* dictum fabulantur, quæ ſit eadem cum Harmonia. Nonnus lib. 13.

> Ἣν Χαρίτην ὀνόμηνε Λίβης στρατὸς, Ἀβροτέρη γὰρ
> Βιστονίς ἐβλάστησεν ἐπιχθονίη Χάρις ἄλλη:
> Τῆς ἄπο καὶ Λιβύης Χαρίτων λόφος.
>
> *Quam Chariten dixêre Libes, quia Biſtonis illis*
> *Gratia viſa trium eſt decus exæquare ſororum:*
> *Hinc Charitum in Libya mons dicitur.*

At à *Charite Charites* non *Charitum collis* diceretur.

Addo præter Cinyphum fluvium etiam *Acaben* fontem ex eo profluxiſſe in Nomadum campos ſubjectos. Ptolemæus ubi ſuprà: Τὸ Ζυχάβαρι ἀφ' οὗ ῥεῖ ὁ Κίνυφος ποταμὸς καὶ ἡ Ἀκάβη πηγὴ, *Zuchabari ex quo fluit Cinyphus fluvius & Acabe fons:* quæ omnia pertinent ad loci amœnitatem. *Acabe* עקבה, id eſt, extrema. Situs enim eſt fons *Acabe* in Africæ extremis, prope fines Cyrenaicæ. Tabulæ Ptolemæi perperam habent *Chuzambars* & *Cabe* pro *Zuchabars* & *Acabe*.

CAPUT XXV.

De Africæ nomine & fertilitate, & locis in ea feraciſſimis. Pauca de vicinis regionibus.

Africa onde dicatur fruſtra quæſitum hactenus. Aliorum ſententiæ. Ex Syro aut Arabico ſpicæ oomine *peruc* vel *feric*, factum *Africa*, quæ mutatio aoalogica. Africa cur à ſpicis dicta. De Africæ fertilitate Veterum teſtimonia. Libycis ſpicis craſſior culmus. Africæ ſymbolum mulier ſpicigera, &c. Romam ſuſtentabat Africa. Libycus campos prope Romam. Loca Africæ fertiliſſima *Byzacium*, *Emporia*, *Tacape*. *Byzoates* & *Gyzantes* vel *Zygantes* diverſi populi. Hi celebres propter ſimias & ceram, quam ipſi conficiunt. *Bagia* cur Gallicè cereus, & Maoris ſimia. *Gyzantes* unde dicti. Ariſtoteles emeodatus. *Byzacitis* regio duplex, una interior, altera maritima. Hujus ambitus. Libyphœnices in multis Africæ locis. Byzacium circa Adrumetum, Leptim, &c. Mira ibi fertilitas; Cæſarem & Annibalem eò iviſſe frumentatum. Byzacii oomen à *biza* ביזא, id eſt, ubere. Mamma urbs in Byzacio. Agrum circa Cinypem tercenteſimum fœnus reddidiſſe. Cur hæc regio *Subventana* dicatur & *Arzugum*. *Tacape* non frugibus ſolùm, ſed & pomis & oleribus ultra fidem fertilis. *Tacape* Pœnis cur תכהב *Tochab*. B finale in P mutari. Quarum rerum ſit ferax inſola *Catarichias*, cujus plura oomina. *Catarichias* mutandum in κατὰ Ταριχείας. Ibi urbes duæ *Gerra* quæ & *Thoiar*, id eſt, Septa; & *Menix* ab aquarum receſſu aut defectu dicta. *Pharidis* inſulam vocari vel à loto, vel à ruptura terræ: *Girbam* à chamæleontibus. *Cercinam* vicinam inſulam à caſtro. Etiam hæc valde ferax. *Mauri* מאוחרין, id eſt, poſtremi. *Cyre* קירא fons onde Cyrene. *Marmarica* pro *Bar Barca*, id eſt, deſertum Barces. *Barce* non eſt *Ptolemais*. Utriuſque ſitus. Barcæi quàm latè pateant. Barcæi currus.

Jam de Africæ nomine, cujus origo dudum quęſita, nec dum reperta eſt. Niſi quis cum Servio [Serv. in lib. 6. Æn.] & Iſidoro *Africam* dici velit quaſi *Apricam*, quod [Iſid. Orig. lib. 14. cap. 5.] ſit aperta Soli: aut Ἀφρίκη Græco nomine, quod ſit rigoris expers, Græcę linguę ſic aſſerens vocem priſcis Græcis planè ignotam. Aut Cleodemi [Joſeph. Antiq. lib. 1. cap. 16.] ſomniis fidem habeat, à duobus filiis Abrahæ qui [Euſeb. lib. 9. Præpar.] cum Hercule profecti ſunt adverſus Antęum Ἀφράντε καὶ Ἀφὲρ πόλιντε Ἀφρὰν καὶ τὴν χώραν Ἀφρικὰν ὀνομασθῆναι, *Afra & Afer tam urbem Afram quàm regionem Africam cognominatam.* Quale Solini & Cedreni commentum de *Afro* ſive Herculis ſive Saturni filio. Et Arabum de Rege *Ifrico*. Et Suidę de *Africa* Carthaginis priſco nomine. [Suid. in Ἀφρικανὸς.] Sed neque id ſatisfacit, quod alii ab *Ophir* deducunt Africę nomen, alii ab Hebręo אפר *epher*, id eſt, à pulvere, quia eſt arenoſa regio. Leo denique ridiculus, qui divulſam interpretatur à verbo פרק *ſeparare & divellere*, quia illam ab Aſia Nilus & ab Europa Gades dividunt. Neque enim Africa magis ab Europa diviſa eſt quàm Europa ab Africa, aut ab utriſque Aſia.

Itaque aliud ſuccurrit, quod docti, ut quidem ſpero, calculo ſuo comprobabunt. מלל *malal* apud Hebręos inter cętera fricare eſt, ut cùm dicunt מוללין את השבולין *confricant ſpicas*. Inde ſpicę recentes מלילות *meliloth* dictę Deut. 23: 26. quia facilè manibus confricantur. Sic Syriacè [Vide Buxtorf. Lex Talmud. pag. 1213. & 1214.] פרך *perac* fricare eſt, & פרוך *peruc* ſpica: Arabicè itidem פרך *pharaca* fricare, & פריך *pheric* ſpica. Proinde Luc. 6: 1. ubi Apoſtoli leguntur ſpicas manibus confricaſſe, Grӕcum Ψώχοντες Syrus Interpres פרכין reddit, Arabs יפרכון. Sed & Chald. פרוך *peruc* vel פרוכא & Arabicum פריך *pheric* paſſim reperiuntur in Paraphraſtis pro Hebręis כרמל *carmel* & מלילות *meliloth*, quę voces ſynonymę ſunt. [Lev. 23:14. 2. Reg. 4: 42. Deut. 23: 26.] Et pro menſe אביב *Abib*, id eſt, ſpicarum in Arabica Paraphraſi ſemper legas menſem אלפריך *alpheric*. Porro ex פרוך *peruc* vel פריך *pheric*, aut *feric* ſi mavis, à Pœnis אפריכה *Africa* factum eadem ſignificatione. Quę mutatio non caret analogiâ. Sic enim רגע *rega* momentum etiam ארגיעה *argia* ſcribitur, Prov. 12: 19. Et eadem urbs modo vocatur כזיב *Cezib*, Gen. 38: 5. modo אכזיב *Aczib* vel אכזיבה *Acziba*, vulgò *Ecdipa*, Joſ. 15: 44. & 19: 29. Et מניך *menic*, id eſt, torques μανιάκης, Dan. 5: 7. mutatur in המניכה *hamnica*, quod volunt eſſe pro אמניכה *amnica*. Et נזק *nezik*, id eſt, damnum (unde titulus נזקין *nezikin* uni è ſex Talmudis partibus) etiam ſcribitur אנזיקא *anzika*. Sic in Chald. Paraphraſi, Eſth. 7: 4. באנזיקא דמלכא *damno Regis.* Itaque ut ex *Cezib Acziba*, & ex *menic amnica* & ex *nezic anzica*, ita ex *feric Africa* pari ratione deductum. Non ovum ovo ſimilius. Et terra *Africa* ad verbum eſt terra ſpicę vel ſpicarum. Phraſi merè Punica ſic appellatur γῆ εὔσταχυς vel σταχυώδης terra ſpicis fertilis. Qualem eſſe Africam propriè dictam, id eſt, Libyę partem Carthagini vicinam neminem latet, qui non ſit harum literarum planè rudis & imperitus.

Tamen

Tamen in eorum gratiam, qoibus hæc ſunt minus cognita, aliquot loca Veterum congerere quę id probent non erit planè extra rem. Io his ducant agmen Poëtæ, è quo numero Pindarus Iſthmiâ quartâ verſ. 91. Τὰν πυροφόρον Λιβύαν *Triticos feracem Africam* dixit; & è Rnmanis vetuſtiſſimus Ennius Sat. 3.

Lati campi quos gerit Africa terra politos.

Politos, id eſt, benè cultos, ut multis probat Noonius Marcellus in verbo *poliriones*. Horatius Ode primâ:

Illum ſi proprio condidit horreo
Quicquid de Libycis verritur areis.

Et lib. 3. Od. 16.

Fulgentem imperio fertilis Africa.

Et Satyrarum lib. 12. verſ. 309.

Frumenti quantum metit Africa.

Ovidius de Ponto lib. 4. Eleg. 15.

Africa quot ſegetes, quot Tmolia terra racemos,
Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla favos.

Et de medicamine faciei,

Hordea quæ Libyci ratibus miſêre coloni.

Seneca in Thyeſte Act. 2.

Non quicquid Libycis terit
Fervens area meſſibus.

Martialis lib. 6. Epigramm. 86.

Poſſideat Libycas meſſes, Hermumque, Tagamque.

Statius lib. 3. ſylvarum in lachrymis Hetruſci,

- - - quod meſſibus Afris
Verritur.

Petronius, aut quiſquis author eſt Epigrammatii inter fragmenta Petronii:

Et quicquid Libyco ſecatur arvo,
Non unâ poſitum tenere cellâ.

Rutilius Itinerar. lib. 1.

Quin & fœcundas tibi conferat Africa meſſes.

Claudianus in Stilichonem Panegyr. 3.

- - - quod Pœnus arator
Intulerit.

Et de Conſulatu Probini & Olybrii:

- - - & quos arat Africa campos.

Sidonius carm. 5.

Arma Chalybs, frumenta Libes, Campanus Iacchum.

Et paulò infrà Africam in luctu deſcribens:

Procubuit lacerata genas, & cernua frontem,
Jam malè fœcundas in vertice fregit ariſtas.

Et carm. 17.

Non panes Libyca ſolitos flaveſcere Syrti.

Et carm. 22.

Hâc veniet validi quantum metit Africa terris.

Hęc Poëtæ hactenus de Africæ feracitate, quę alii ſcriptores plenis buccis intonant. Nam ut Herodotum, Varronem, Plinium, Solinum, Iſidorum, & alios prętercam, qui Africam in certis locis, non centeſimum modò, ſed & ducenteſimium, adeóque tercenteſimum fœnus reddidiſſe aſſerunt: Polybius lib. 12. Africam in genere ornavit hoc elogio: τὴν μὲν τῆς χώρας ἀρετὴν πᾶς ἄν τις θαυμάσειε, *præſtantiam agri nemo eſt qui non miretur*: Et Salluſtius in Jugurtha: *Ager frugum fertilis, bonus pecori, arbori infœcundus.* Et Columella in præfat. lib. 1: *In Africa & Numidia putres arenæ fœcunditate vel robuſtiſſimum ſolum vincunt.* Et lib. 4. cap. 8. *Myſiam* (ubi Gargara) *Libyamque largis aiunt abundare frumentis.* Et Plinius lib. 17. cap. 4. *Eſt fertilis Thracia frugum rigore, æſtibus Africa & Ægyptus.* Nec ſolùm tritici ubertas in Africa, ſed & virtus maximè placet: Theophraſtus hiſt. plant. lib. 8. cap. 4. Τῶν πυρῶν οἱ μὲν ἐν χιλῶνι πολὺν χρόνον οἱ δὲ ὀλίγον ἔχοντες, ὥσπερ ὁ Λιβυκός, καὶ κάλαμον οἱ μὲν λεπτὸν οἱ δὲ παχύν. καὶ τοῦτο ὁ Λιβυκὸς ἔχει. *Frugum alia diu, alia parum in folliculo degunt, ut Libyca: rurſus alia tenui ſunt, alia craſſiore calmo. Id quoque habent Libyca.* Inde eſt quod lætum agrum exiguot, πολύτροφοι γάρ, σημεῖον δ' ὅτι κάλαμον ἔχουσι παχύν, *egent enim multo alimento, ut argumento eſt calamu quem craſſum habent.* Quod idem obſervat lib. 3. de cauſis plant. cap. 26. Proiode in Notitia imperii ſymbolum eſt Africæ mulier binas utraque manu ſpicas oſtentans, & ſub pedibus duas habens naves frumeoto onuſtas, cum his literis ſupernè inſcriptis PROCOS. AFRICÆ. Eidem coronam ſpiceam tribuit Sidonius in bis quæ nuper citata ſunt:

Jam malè fœcundas in vertice fregit ariſtas.

Unde eſt quod Romam magna ex parte ſuſtentabat Africæ fertilitas: Juvenalis Satyra 8. de Afris, ut ſequentia docent.

- - - parce & meſſoribus illis
Qui ſaturant urbem circo ſcenæque vacantem.

Varro de re ruſtica lib. 2. *Relictis falce & aratro*, &c. *frumentum locamus qui nobis advehat, qui ſaturi fiamus ex Africa & Sardinia.* Tacitus lib. 12. *Olim ex Italia regionibus longinquas in provincias commeatus portabant. Nec nunc infœcunditate laboratur, ſed Africam potius & Ægyptum exercemus, navibuſque & caſibus vita populi Romani permiſſa eſt.* Columella in præfat. *Nunc ad haſtam locamus, ut nobis ex tranſmarinis provinciis advehatur frumentum.* Claudianus in Stilichonem Panegyrico ſecundo ex perſona Romę, quam loquentem inducit,

- - - Africa per te,
Nec priùs auditas Rhodanus jam donat ariſtas,
Ut mihi vel Maſſyla Ceres, vel Gallica proſit
Fertilitas, meſſeſque ferat nunc humidus Auſter,
Nunc Aquilo, ut cunctis diteſcant horrea ventis.

Et in laudem Serenæ:

- - - & Punica meſſis
Caſtrorum devota cibo.

Prudentius contra Symmachum lib. 2. Sect. 8.

Reſpice num Libyci deſiſtat ruris arator
Frumentis onerare rates, & ad oſtia Tybris
Mittere triticeos in paſtum plebis acervos.

Lampridius in Commodo: *Claſſem Africanam inſtituit, quæ ſubſidio eſſet, ſi fortè Alexandria frumenta ceſſarent.* Spartianus in Severo: *Ad Africam tamen legiones miſit, ne per Libyam & Ægyptum Niger Africam occuparet, ac Pop. Rom. penuria rei frumentariæ perurgeret.* Sozomenus lib. 9. cap. 8. Ἡρακλειανὸς ἀνελὼν τὸν Κώνσταντα, φύλακας ἐπέστησεν ἐν τοῖς λιμέσι, καὶ ταῖς ἀκταῖς τῆς Ἀφρικῆς, καὶ τὰ πλοῖα τῶν ἐμπόρων ἐκώλυσεν εἰς Ῥώμην ἀνάγεσθαι. λιμοῦ δὲ ἐντεῦθεν καταλαβόντος τοὺς Ῥωμαίους, πρεσβεύονται περὶ τούτου πρὸς Ἄτταλον. Ὁ δὲ πρὸς τὸ πρακτέον ἀμηχανῶν, ἐπανῆλθεν εἰς Ῥώμην, ὡς μετὰ τῆς συγκλήτου συμβουλεύσασθαι. ἐπικρατήσαντος δὲ τοῦ λιμοῦ, ἐπὶ τοσοῦτον ὡς καστάνοις ἀντὶ σίτου κεχρῆσθαι. ὑπονοηθῆναι δέ τινας καὶ ἀνθρωπείων ἀπογεύσασθαι κρεῶν. *Heraclianus interfecto Conſtante vigiles conſtituit in portubus & littoribus Africæ, & mercatorum naves Romam proficiſci vetuit. Ex quo cùm fames Romanos invaderet, illi hac de re legatos mittunt ad Attalum. Ille verò conſilii inops Romam reverſus eſt, quaſi cum ſenatu de hac re deliberaturus: fame interim in tantum invaleſcente, ut caſtaneis pro frumento uterentur, & nonnullos etiam carnes humanas guſtaſſe ſuſpicio eſſet.*

Quid quod Romæ *Libycus campus in agro Argeo appellatus eſt, quod in eo primum fruges ex Libya allatæ ſunt. Quam ob cauſam etiam Ceres ab Argeis Libyſſa vocata eſt.* Hæc Feſtus de Argęo Romę loco, qui & *Libycus* & *vicus Tuſcus* dictus eſt, ut ex Fabio Pictore ſcimus.

Loca Africæ fertiliſſima fuêre *Byzacium* & *Emporia*, de quibus jam obiter dictum, & inter utrumque *Tacapenſis* ager circa Tritonis oſtium. *Byzacium* Græcè Βυζάντιον & populi Βύζαντες. An hi ſunt Herodoti Γύζαντες vel Ζύγαντες, ut editi libri habent? Ita ſtatuunt Stephanus & Euſtathius, quod mihi minùs probatur. Nam ut de nomine & ſitu taceam, Herodotus Gyzantum & Zygantum regionem non commendat à tritici copia, ſed ſimiarum & mellis. Itaque videntur Zygantes eo loco habitaſſe in quo hodiè *Bugia*, urbs & regnum utroque ferax, præcipuè circa *Gigel* vel Gigery caſtrum. Id eſt Ptolemæi *Igilgili* in ſinu Numidico. De illius loci ſimiis hæc Petrus Danus in hiſtoria Barbariæ lib. 1. cap. 6. *Enavigatâ Bugiâ caput Gigery ſuperavimus ſatis celebre propter ſimiarum copiam quæ inde aliò deportantur.* De cera itidem Joannes Baptiſta Gramaye Africæ illuſtratæ lib. 7. cap. 13. *Gigel burgus eſt hodiè ob commercia Gallorum coria & ceras in littorali plaga comparantium ſic ſatis frequentatus, &c. medio inter Argelam & Bugiam itinere.* Inde eſt quod *bugias* vernacula voce appellamus cereos faſciculos in luminis uſum comparatos. Sed & *bugiam* à Mauris ſimiam vocari obſervat Scaliger de ſubtilitate cap. 213. Atque ea voce utitur Kimchius Judæus doctor, qui in Hiſpania floruit circa An. 1190. Gyzantes populos à גזן *gazan*, id eſt, ab apibus dici alibi monemus. Quippe præterquam quod apes ibi ſunt perplurimæ, etiam ipſi præſtabant apum vicem, ſi Herodoto, Apollonio & Euſtathio credimus. In libro Mirabilium teſtatur his verbis Philoſophus idem in Lydia fieri: Φασὶ δὲ καὶ ἐν Λυδίᾳ ἀπὸ τῶν δένδρων τὸ μέλι γίγνεσθαι πολὺ, καὶ ποιεῖν ἀπ' αὐτοῦ τοὺς ἐνοικοῦντας ἄνευ κηροῦ τροχίσκους, καὶ ἀποτεμνομένους χρῆσθαι. *Ajunt in Lydia ex arboribus mella copioſa gigni, ex quibus paſtillos abſque cera indigenæ conficiunt, unde in uſum ſuum decidant.* Sed cùm alibi nihil ſimile de Lydia legatur, pro ἐν Λυδίᾳ cenſeo ſcribendum ἐν Λιβύῃ in Libya, & ad Gyzantes hæc pertinere.

In Lex. Hebr. voce שממית

Jam Byzacii ſitum Veteres aliter atque aliter definiunt. Apud Plinium *Libyphœnices vocantur qui Byzacium colunt.* Apud Marcianum itidem *Libyphœnices vocantur qui Byzantium colunt.* Et apud Ptolemæum poſt *Medenos ſunt* οἱ κατὰ τὴν Καρχηδονίαν qui Carthaginenſem agrum incolunt, ὑφ' οὓς οἱ Λιβυκοὶ Φοίνικες, *ſub quibus Libyci Phœnices*: τῶν δὲ Λιβοφοινίκων ἀπὸ μεσημβρίας ἐστὶν ἡ Βυζακῖτις (lego Βυζακῖτις) χώρα, *& ab Auſtro Libyphœnicum eſt Byzacitis regio.* Itaque Byzacitis regio eſt in Mediterraneis & à mari plurimum diſtat duobus populis interjectis, Libyphœnicibus ſcilicet & Carthaginenſibus. Tamen apud Stephanum, ex emendatione magni Salmaſii, Πολύβιος Βυζακίδα χώραν εἶναί φησι περὶ τὰς Σύρτεις ἐν δωδεκάτῳ, *Polybius lib. 12. Byzacidem regionem dicit eſſe circa Syrtes.* Ex Stephano reſpondeo duas in Africa fuiſſe regiones hujus nominis: Ἔστι δὲ, inquit, διμερὴς ἡ Βυζακία, Καρχηδόνος ἐνδοτέρω, καὶ δύο ἔθνη Βυζακηνῶν ὡς ἱστοροῦσι, *Carthagine interior bipertita eſt Byzacia, & Byzacenorum duæ ſunt gentes ut hiſtorici referunt.* Nempe una fuit interior, de qua Ptolemæus, altera littorea, de qua Polybius, quod patet ex deſcriptione. At Plinius & Marcianus utram deſignent non ſatis conſtat. *Libyphœnices*, inquiunt, *vocantur qui Byzantium*, vel *qui Byzacium colunt.* Inde colligas agi de mediterranea Byzacitide, cui Ptolemæus Libyphœnicas facit proximos. At in Marciano additur: *quæ regio ducentis quinquaginta millibus patet.* Et in Plinio: *Ita appellatur* CCL. M. *paſſ. per circuitum.* Quod quadrat ad amuſſim cum Polybii deſcriptione. Stephanus: Πολύβιος Βυζακίδα χώραν εἶναί φησι περὶ τὰς Σύρτεις ἐν δωδεκάτῳ, σταδίων μὲν δισχιλίων τὴν περίμετρον, τῷ δὲ σχήματι περιφερῆ; *Polybius lib. 12. Byzacidem regionem eſſe dicit circa Syrtes ſitam ſtadios bis mille in circuitu patentem, figurâ autem circularem.* Hæc Polybii bis mille ſtadia planè idem ſunt, quod CCL M. paſſuum Plinii & Marciani. Omnino igitur Plinii Byzacium & Marciani Byzantium eadem regio cum Polybii Byzacide. Sic apud Iſidorum Originum lib. 14. cap. 5. *Bizanzena regio*, &c. *eſt patens paſſuum ducenta vel ampliùs millia.* Sed præter Mediterraneos Libyphœnices quos deſcribit Ptolemæus, potuerunt etiam alii eſſe Libyphœnices circa Syrtes. Saltem Diodori lib. 20. pag. 762. Libyphœnices tenuiſſe leguntur πολλὰς πόλεις ἐπιθαλαττίους, *multas urbes maritimas.* Et in Stephano Abrotonum verſus Tripolim eſt πόλις Λιβοφοινίκων, *urbs Libyphœnicum.* Neque enim Libyphœnices uni loco erant affixi, & tanquam glebæ addicti. Sed Libyphœnices dicti ſunt quotquot Afri cum Pœnis affinitatem per connubia contraxerunt. Inde Livius lib. 21. *Libyphœnices* definit *mixtum Punicum Afris genus.* Ita etiam Diodorus ubi ſuprà. Λιβοφοίνικες δὲ πόλλας ἔχοντες πόλεις ἐπιθαλαττίους, καὶ κοινωνοῦντες τοῖς Καρχηδονίοις ἐπιγαμίας, οἷς ἀπὸ τῆς συμπεπλεγμένης συγγενείας συνέβη τυχεῖν ταύτης τῆς προσηγορίας. *Libyphœnices autem maritimas urbes multas tenentes, & cum Carthaginenſibus conjugia contrahentes, qui quia cognatione cum illis conjuncti & devincti erant, hanc appellationem ſortiti ſunt.* In hoc genere fuêre Leptitani. De Lepti enim Salluſtius in Jugurtha: *Ejus civitatis lingua* (olim Phœnicia) *modò converſa connubio Numidarum; legum cultuſque pleraque Sidonica.* Sed fruſtra diſputamus, cùm in Byzacio cenſeat Plinius lib. 5. cap. 4. *Leptin*, parvam ſcilicet, *Adrumetum*, *Ruſpinam*, *Thapſum*, quæ maritima ſunt oppida in medio ferè ſpatio inter Carthaginem & Syrtim minorem. Ibi igitur fuit Plinii *Byzacium* & Polybii *Byzacitis*. Sic Oroſius, Æthicus & Iſidorus Adrumetum in Byzacio ponunt. Et in Africæ Notitia ad Byzacenam pertinent *Fortunatianus Leptiminenſis & Vigilius Tapſitanus* Epiſcopi.

Byzacium agrum vel centena vel etiam centena & quinquagena fruge fertilem fuiſſe ſuprà docuimus ex idoneis ſcriptoribus, & ex uno grano Neroni CCCCLX ſtipulas, Auguſto CCCC paucis minùs germina inde miſiſſe procuratores. Unde eſt quod tantum frumenti numerum Cæſar ex iis locis congeſſiſſe legitur. Hirtius de bello Africano: *Ruſpinam cum reliquis copiis convertit, ibique ſarcinis exercitus relictis, ipſe cum expedita manu proficiſcitur circum villas frumentatum, oppidaniſque imperat ut plauſtra jumentaque omnia ſequantur. Itaque magno frumenti invento numero Ruſpinam redit.* Et rurſus: *Eſt in Africa conſuetudo incolarum, ut in agris & in omnibus ferè villis ſub terra ſpecus condendi frumenti gratiâ clam habeant*, &c. *Qua de re Cæſar certior per indicem factus, tertiâ vigiliâ legiones duas cum equitatu mittit à caſtris ſuis* (quæ tum erant prope Leptim) *millia paſſuum decem, atque inde magno numero frumenti onuſtos recepit in caſtra.* Sed & Annibal apud Appianum in Libycis ἐς Ἀδρυμητὸν Λιβύης κατήγετο πόλιν, καὶ σῖτον συνέλεγεν, *ad Libyæ urbem Adrumetum appulit, & frumentum collegit.* Et rurſus: Ἧκεν ἐς πόλιν ἐπὶ θαλάσσης Ἀδρυμητὸν, ἔνθα τι μέρος ἦν αὐτῷ στρατιᾶς σιτοφυλακοῦν, *Adrumetum venit, urbem maritimam, ubi partem habebat copiarum ad frumenti cuſtodiam.*

Byzacii nomen quod attinet, ut Αἴας & Ajax, πρίστις & *priſtix*, Μάξυς & *Maxax*, idem ſunt: ita Βύζας, unde Βύζαντες & Βυζάντιον, & *Byzax*, unde *Byzacium* & *Byzacem.* Quod rectè obſervat Vir mirabilis in Solinum. Et videtur utrumque natum ex Phœnicio ביזא *biza*, quæ vox pro mamma vel ubere eſt frequens in Chaldæa Paraphraſi. Perelegantí

ganti ſcilicet metaphorâ uber ſeu mamma dicebatur regio cujus inexhauſta fœcunditas non ſolùm incolis, ſed & regionibus longe diſſitis alimenta tam abunde ſubminiſtrabat. Quâ figurâ Poëta dixit lib. 1. Æn.

Terra antiqua potens armis atque ubere glebæ.

Et Georg. lib. 2.

- - - *& fertilis ubere campus.*

Homerum imitatus, cui οὖθαρ ἀρούρης, *uber terra*, eſt τὸ γονιμώτατον καὶ κάλλιστον τῆς γῆς καὶ κάρπιμον, *pars regionis fœcundiſſima & pulcherrima & maxime fructuoſa.* Ita habet vetus Scholiaſtes ad lib. 9. Iliad. Porro ut gemina ſunt ubera, ita geminum fuiſſe probavimus in Africa Byzacium. Sed & in Byzacio fuit oppidum *Mamma*, de quo ita Procopius lib. 2. Vandalic. *Salomon rebus prius ad Carthaginem diſpoſitis, in Byzacium movit apud oppidum Mamma.* Oppidum *Mamma*, id eſt, בזא *Biza*, unde *Byzacium*, Romanis Punicum nomen Latinè ſic efferentibus.

Inter Syrtim minorem & Cinypem vel Cinyphum amnem, Emporia Byzacio fertilitate non cedebant. Inde eſt quod agrum circa Cinypem Veteres tam prolixè laudant. Scylax: Ἔξω τῆς Σύρτιδός ἐστι χωρίον καλὸν καὶ πόλις, ᾗ ὄνομα Κίνυψ, *extra Syrtim bonus eſt ager & urbs Cinyps nomine.* Mela: *Ultra eſt Oea oppidum, & Cinyps fluvius per uberrima arva decidens.* Ovidius de Ponto lib. 2. Eleg. 7.

Cinyphiæ ſegetis citiùs numerabis ariſtas.

Claudianus lib. 1. in Eutropium:

Cinyphiiſque ferax Araris ſucceſſit ariſtis.

Herodotus in Melpomene de terra circa Cinypem: Αὕτη δὲ, inquit, ὁμοίη τῇ ἀρίστῃ γαιέων Δήμητρος καρπὸν ἐκφέρειν; *Hæc optima cuique tellùri par eſt Cerealis fructus proventu.* Item: Τῶν δὲ ἐκφορίων τοῦ καρποῦ ταυτὰ μέτρα τῇ Βαβυλωνίῃ γῇ κατίσταται; *ex proventibus fructuum tot menſura colliguntur quot è terra Babylonica:* quam libro primo dixerat ſemper ad ducena reddere, & ad tricena etiam, ἐπεὰν δὲ ἀρίστα αὐτὴ ἑωυτῆς ἐνείκῃ, *cum bonitate ſe ipſam vincit.* Quod ipſum de Cinype hic habet: Ἀγαθὴ δὲ γῆ καὶ τὴν Εὐεσπερῖται νέμονται. Ἐπ' ἑκατοστὰ γὰρ, ἐπεὰν αὐτὴ ἑωυτῆς ἄριστα ἐνείκῃ ἐκφέρει: ἡ δὲ ἐν τῇ Κίνυπι, ἐπὶ τριηκόσια. *Bonum & illud eſt ſolum quod Eueſperitæ colunt* (populi Cyrenaicæ.) *Nam quoties id ſe ipſum ubertate ſuperat, centuplum reddit: at Cinypum ſolum uſque ad trecenta.* Emporia & Tripolis quorſum appellata ſit hæc regio jam indicavi. Eadem in Æthico & Oroſio *Subventana* dicitur *vel regio Arzugum*: quorum prius à ſubventando, poſterius ab ארזק *arzac*; id Arabicè alere & ſuſtentare eſt; & רזק *rizc*, in plur. ארזאק *arzâc*, annonam ſonat. Itaque regio Arzugum, niſi conjectura fallit, eſt annonaria regio.

Inter Byzacium & Emporia eſt Syrtis minor, in quam Triton amnis influit. Ab hujus oſtiis ad Ortum non multùm abeſt *Tacape* & Tacapenſis ager, non frugibus ſolùm, ſed & pomis & oleribus ultra omnem fidem fertilis. Plinius lib. 16. cap. 27. *M. Varro author eſt vitem fuiſſe Smyrnæ apud mare biferam, & malum in agro Conſentino. Hoc autem evenit perpetuò in Tacapenſi Africæ agro, de quo plura aliàs, ea eſt ſoli fertilitas.* Et lib. 18. cap. 22. *Palmæ ibi prægrandi ſubditur olea, huic ficus, fico punica, illi vitis, ſub vite ſeritur frumentum, mox legumen, demum olus, omnia eodem anno.* Et paulò poſt: *Super omnia eſt biferam vitem bis anno vindemiare. Et niſi multiplici partu exinaniatur ubertas, pereunt luxuriâ ſinguli fructus. Nunc verò toto anno metitur aliquid: conſtatque fertilitati non occurrere homines.*

Pro *Tacape* Κάπη *Cape* legitur in Ptolemæi Græco exemplari, & in Procopio *Cape*, & in Arabe Geographo קאבס *Cabes*, ut *Capes* in Recentioribus. Tamen *Tacape* verum nomen etiam in Victore extat; & in Antonino *Tacape colonia* & *Tacapinæ aquæ*; & in Africæ Notitia *Servilius Tacapitanus.* Pœnis *Tacape* erat טחב *Tachab.* *Cheth* per C expreſſum ut in *Tapſaco* & ſimilibus: & B finale in P mutatum, ut in *Ecdippa* ex אכזיב *Aczib*, *Jathrippa* ex יתרב *Jathreb*, *Aleppo* ex חלב *Huleb*, *Jopa* Æn. 1. ex איוב *Job*, *hyſſopo* ex אזוב *ezob*, *ſirupo* ex שרוב *ſerub*; *juleppo* ex גלאב *giuleb.* Adde Græciæ recentioris δουλάπιον, id eſt, nentium rotulam (Gall. *rouet*) ex Arab. דולאב *dulab.* Porrò טחב *Tachab* locum ſignificat humidum & irriguum: ut cùm Talmudici dicunt: אל תשתה צונן ואל תשכב בטחב, *ne bibas frigidam, neque dormias in humido loco.* Ita citant ex *thorath cohanim* Baal Aruch in טחב, & Selomo Jarchi in Levit. 16: 1. Et Job. 37: 11. pro Hebræo רי quod irrigationem ſonat, Chaldæa Paraphraſis editionis Venetæ habet טחבות *tachabuth.* Inde nomen Tacapes percommodè deduci docebunt hæc Plinii ubi ſuprà: *Civitas Africæ in mediis arenis, petentibus Syrtes Leptinque magnam, vocatur Tacape, fœlici ſuper omne miraculum RIGUO ſolo. Ternis fere M. paſſuum in omnem partem fons abundat, largus quidem, ſed certis horarum ſpatiis diſpenſatus inter incolas.*

Jam ſi è continente in Africanas inſulas divertimus, ſtatim occurret apud Scylacem inſula Καταριχίας *Catarichias* longa ſtadiorum CCC, aliquantò minùs lata, diſtans à continente ſtadiis circiter tribus, loti duplici ſpecie, oleo, tritico & hordeo valde ferax. Sic ab illo deſcribitur inſula πολυώνυμος. Eadem enim ab Eratoſthene & Ptolemæo vocatur *Lotophagitis*, à Polybio, Strabone, Dionyſio, Mela, Plinio, Silio, Solino, Plutarcho, Stephano, Euſtathio *Menix* vel *Meninx*, ab Antonino, Sexto, Aurelio Victore, & Arabe Geographo *Girba*, ut hodiéque *Gerbi* & *Zerbi.* (Hinc in Africæ Notitia: *Fauſtinus Girbitanus.*) Ut Theophraſtum taceam, qui & *Pharidem* appellari ſcribit his verbis, ubi de loto hiſt. plant. lib. 4. cap. 4. ἔστι μὲν οὖν ἐν τῇ νήσῳ τῇ Λωτοφαγίτιδι Φαρίδι καλουμένῃ πολὺς, *multa lotus eſt in inſula Lotophagiti, quam Pharidem vocant.*

Porro cur *Lotophagitis* appelletur neminem latet. At quorſum *Catarichias*? Numquid unius ſyllabæ geminatione in Scylace legendum κατὰ Ταριχίας vel Ταριχείας? Omnino videntur Veteres inſulam ita nominaſſe à vicinis Tarichiis, quia in Scylace ſtatim ſequitur: πλοῦς ἀπὸ Ταριχείων εἰς τὴν νῆσον ἡμέρας μιᾶς, *navigatio à Tarichiis in hanc inſulam dies unius.*

At *Meninx* nomen ſumptum ab urbe metropoli. Strabo lib. 17. πλείους δ' εἰσὶν ἐν αὐτῇ πολίχναι, μία δ' ὁμώνυμος τῇ νήσῳ. *Plura in ea ſunt oppida, unum autem inſulæ cognomen.* Plinius lib. 5. cap. 7. *Oppida habet duo, Meningem ab Africæ latere, & altero Thoar.* Ptolemæus; Λωτοφαγίτις (malim Λωτοφαγῖτις) ἐν ᾗ πόλεις δύο, Γέῤῥα, Μῆνιγξ, *Lotophagitis in qua oppida duo Gerra & Meninx.* Eadem Plinii *Thoar* quæ *Gerra* Ptolemæi. Nempe Græcis τὰ περιφράγματα *ſepta* vel οἱ περιπεφραγμένοι τόποι, *obſepta loca.* Vox eſt Demoſthenis, quam ita interpretantur Pauſanias, Ælius Dionyſius, Harpocration, Euſtathius, alii. Neque aliud Punicum *Thoar* vel *Toar* deflexum ex Syro תירא *toiro*, quod pro αὐλή, id eſt, caulâ ſeu ſepto, occurrit in Syra Paraphraſi, Joan. 10: 1, 16. Hinc in Talmudicis tract. Maccoth טירן קטנין *ſepta*, id eſt, oppida, *parva.* Et pro חצר אדר *Septo Adar*, Num. 34: 4. Jonathan habet טירת אדריא; & verſ. 9. טירת עינוותא pro חצר עינן *Septo Enan*, quæ oppidorum ſunt nomina. Hæc plana de *Gerrhis* aut *Thoar.* At *Meninx* quid ſit minus obvium. Neque enim hùc referri poteſt quod Græcè μῆνιγξ eſt cerebri tunica. Et verò Polybii lib. 1. non legitur *Me*-

ninx, ſed *Menix: παρεγένοντο*, inquit, *πρὸς τὴν τῶν Λωτοφάγων νῆσον, ἣ καλεῖται Μῆνιξ, devenerunt ad Lotophagorum inſulam quæ Menix dicitur.* Et in Strabonis exemplaribus MSS. libro ſecundo: *Μῆνιξ τε καὶ Κέρκινα, Menix & Cercina.* Sed & in editis lib. 17. pag. 834. *Κέρκιννα καὶ ἡ Μῆνιξ, Cercinna & Menix.* Et in Dionyſii Perieg. MSS.

Μῆνιξ καὶ Κέρκινα Λιβυστικὸν ὅρμον ἔχουσαι.

Fallor an *Menix* Punicè ſcribebatur מי נקין *meniks*, quaſi dixeris aquas defectûs, id eſt, deficientes, vel מי נכין *me nics*, quaſi dixeris aquas receſſûs, id eſt, recedentes? Verba נקין & נכין, qua ſignificatione diximus, ex Arabiſmo ſunt notiſſima. Porrò Menicis vel Meningis oppidi ſitus hanc conjecturam plurimùm firmat. Deſcribunt enim Plinius & Ptolemæus hoc oppidum à parte Africæ. Africam autem ab inſula nihil disjungit quàm tenue & humile vadum, ſemel hyeme bis æſtate accedere & recedere ſolitum, adeò ut plerunque IↃCIↃ paſſuum à mari deſeratur. Eaque res Garſiam Toletanum Albæ Ducem, famoſi illius ducis parentem, olim ſefellit, qui in inſula pleno vado exſcenſionem fecerat; ſed mox incumbentibus Turcis recedente mari in ſicco deſtitutus, & ad certandum præter voluntatem neceſſitate adactus: cùm receptus non eſſet, magnum damnum accepit, & ipſe in eo certamine vitam amiſit. Ita narrat Thuanus hiſtor. lib. 26.

Pharidis nomen quod attinet, ſive פריש *pharis* aut פריץ *pharits*, aut verò פריד *pharid* ſcribatur in recto caſu, res eódem recidet. פרש enim & פרד *ſeparare*, & פרץ eſt *frangere*. Itaque, ut Rhegium in Bruttiis, ita inſula *Pharis* aut *Pharid* dici potuit à fractura & diviſione, ut quæ maris irruptione avulſa fuerit ab Africa. Tamen aliud occurrit quod videtur vero propius. Plures eſſe loti ſpecies multis contendit, & verò probat Vir magnus in Solinum pag. 1038. & 1039. Et in his loti lotophagicæ deſcriptionem, qualis habetur in Theophraſto, nulli arbori melius reſpondere quam rutilæ Zizypho. Hebraicè porro zizyphus dicitur פריד *parid* vel *pharid*. Hinc in Talmudico tractatu *gittin* חמשה בוני פרידא, *quinque pugilli (parida* vel *pharida) zizyphi*, id eſt, baccarum zizyphi arboris, non herbæ, ut perperam habet Lexicographorum doctiſſimus. Neque enim ulla eſt herba Zizyphus. Itaque inſula *pharid* eſt inſula zizyphi, ſeu quod idem eſt, inſula loti: loti ſpeciem intellige à qua eandem Græci nominarunt *Lotophagiten*.

Unum inſulæ nomen ſupereſt, *Girba* ſcilicet, cujus ratio me planè latet. Niſi cui videatur *Girba* factum ex חרבא *chirba*, quomodo *galbanum* ex הלבנה *chelbena* ſeu *χαλβάνη*, *ango* ex *ἄγχω*, *unguis* ex *ὄνυξ*. *Chirba* Arabibus eſt chamæleon, quod animalculi genus, alibi rarum, in ea inſula eſt frequens. Thuanus ubi ſupra: *Capras habet præter noſtrarum morem grandibus auriculis, &c. lepores item multos, & chamæleontes, qui lacerta magnitudine pares ſunt.*

Cercina vicinæ inſulæ deſcriptionem ex Diodoro, Plinio & Strabone pete. *Cercinnam* duplici N. Mela & Hirtius ſcribunt. Quomodo etiam Strabo lib. 17. & Dionyſius Perieg. verſ. 480. ſed *Κέρκινα Cercina* legitur in MSS. exemplaribus, & Strabonis lib. 2. & Diodori lib. 5. & Plinii lib. 5. cap. 7. & Solini cap. 29. & Ptol. lib. 4. cap. 3. & in Plutarchi Mario. Ita Polybius lib. 3. habet *Κερκινητῶν νῆσον*. Nempe inſulæ nomen ab urbe factum, quam Pœni appellabant כרכין *ceracin*, id eſt, *φρούρια, ὀχυρώματα*. Hinc Plinius: *Cercina cum urbe ejuſdem nominis.* Et Strabo; *ἡ Κέρκιννα εὐμεγέθης, ἔχουσα ὁμώνυμον πόλιν.* Et Diodorus; *ἑξῆς δ' ἐστὶ Κέρκινα, πρὸς τὴν Λιβύην νενευκυῖα, πόλιν ἔχουσα σύμμετρον.* In Strabone *Cercina* & *Menix* ſunt *πάρισοι τοῖς μεγέθεσι, æquales magnitudine.*

Sed in Plinio *Menix* longa eſt XXXV M. paſſ. lata XXV. *Cercina* longa duntaxat XXV M. paſſ. lata dimidium ejus ubi plurimum, ac in extremo non plus V M. paſſ. Itaque Menix Cercinâ multò eſt amplior. At Cercina non minùs ferax. Unde eſt quod apud Polybium ſuorum agrorum populationem à Cn. Servilio Cercinates magno redimunt. Et apud Hirtium Salluſtius prætor ab iiſdem receptus, *magno numero frumenti* Cercinæ *invento, naves onerarias, quarum ibi ſatis magna copia fuit complet, atque in caſtra ad Cæſarem mittit.*

Hæc de Africa hactenus, quæ ad Ortum habet Cyrenaicam & Marmaricam, ad Occaſum Mauritaniam. Unde & מוחרין *Mauri*, quaſi poſtremi vel Occidentales dicti, ab אחור quod & poſterius & *Occidentem* ſonat. Plenè ſcriberetur *Mauharin*. Sed gutturales paſſim elidi nemo eſt qui neſciat.

Cyrenaicæ nomen à Cyrene oppido, & Cyrenæ rurſus *ἀπὸ Κύρης πηγῆς ἐγχωρίας, à Cyre horum locorum fonte.* Ita Stephanus, meliùs quàm Euſtathius *ἀπὸ Κυρήνης πηγῆς ἐγχωρίου.* Quippe etiam Callimachus in hymno in Apollinem, ubi Cyrenarum patriæ ſuæ originem exponit, meminit Cyres fontis ad quem Cyrenæ conditę. Verba ſunt:

Οἱ δ' οὔπω πηγῆς Κύρης ἐδυνάσαντο πελάσσαι.
Hi nondum poterant ad Cyrem accedere fontem,

Dores ſcilicet, donec Apollo ibi locum illis deſignaſſet urbi condendę commodum. Atque ibi Scholiaſtes: *Κυρὴς* [*Κρήνη ἐν Κυρήνῃ Cyres*] *fons in Cyrene* urbe. Alii montem eſſe volunt è quo fons ſcaturiebat. Juſtinns lib. 13. *Cùm veniſſent in Africam, pulſis accolis, montem Cyram & propter amœnitatem loci, & propter fontis ubertatem occupavêre.* Utut ſit à Phœnicio *Kur* (quod in Hiphil ſcaturire eſt, unde fons Hebręis מקור) vel fonti credibile eſt, vel monti etiam propter ſcatebras *Κυρῆς* nomen inditum.

Marmarica barbarorum eſt regio circa Cyrenaicam. In Strabone lib. 17. Ægyptus ad Catabathmum uſque pertinet: *ἡ δ' ἑξῆς ἐστὶ Κυρηναία, καὶ οἱ περιοικοῦντες βάρβαροι Μαρμαρίδαι, deinceps autem eſt Cyrenæa, & qui circumhabitant Barbari Marmaridæ.* Marmarica hodiè *Barca* dicitur, vel *Bar-Barca*, id eſt, deſertum Barces. Frequens permutatio literarum B & M, cujus alibi multa exempla proferimus, facit ut Græcos ex *Bar-Barca* putem *Marmarica* vocem deflexiſſe. Quippe בר *bar* pro agro vel pro deſerto tam inter Pœnos potuit eſſe in uſu quàm inter Syros & Arabes. Et *Barca* vel *Barce* urbis nomen eſt in Cyrenaica vetuſtiſſimę, de qua multa Herodotus lib. 3. & 4. & Silius lib. 3.

—— Barce ſitientibus arida venis,
Nec non Cyrene.

Et Claudianus de bello Gildonico,

Diſſidet occiduis quod Gadibus arida Barce.

Et Sidonius carm. 7.

—— rurſuſque revixit
Quæ captiva dedit quondam ſtipendia Barce.

Plerique eandem eſſe volunt cum Ptolemaide. Strabo lib. 17. *εἶθ' ἡ Βάρκη πρότερον, νῦν δὲ Πτολεμαΐς.* Plinius lib. 5. cap. 5. *Ptolemais antiquo nomine Barce.* Stephanus: *Βάρκη, πόλις Λιβύης, ἥτις καὶ Πτολεμαΐς.* Servius in lib. 4. Æneid. *Barce autem civitas eſt Pentapoleos, quæ hodiè Ptolemais dicitur.* Suidas & Sophoclis Scholiaſtes in Electram: *Βάρκη γὰρ πόλις Λιβύης, ἡ νῦν Πτολεμαῒς καλουμένη.* Tamen in Ptol. lib. 4. cap. 4. *Ptolemais* & *Barce* ſunt diverſę urbes, quarum illa littorea eſt, hęc in Mediterraneis. Sed & apud Scylacem, *ἡ πόλις ἡ Βαρκαίων ἀπὸ θαλάσσης ἀπέχει στάδια ρ', Barcæorum urbs ſtadiis centum à mari diſtat:* cùm in littore Ptolemaidem etiam alii deſcribant. Itaque Ptolemaidem Ptolemęi condidêre,

dêre, non quo loco erat urbs, ſed quo loco erat portus Barces, de quo Scylax: ἐκ δὲ λιμένος τῆς Κυρήνης μέχρι λιμένος τοῦ κατὰ Βάρκην στάδια φ′, *à portu Cyrenes ad portum Barces ſtadia* D. Et rurſus: ἐκ δὲ λιμένος τοῦ κατὰ Βάρκην ἐφ' Ἑσπερίδας στάδια χκ′, *a portu Barces ad Heſperidas ſtadia* DCXX. Utut ſit Barcæorum nomen à Barce factum ſumitur multò latiùs quàm pro ſolis Barces civibus. Extenditur enim ad omnes barbaros circumquaque diffuſos. Proinde *latè furentes* Poëta vocat lib. 4. Æneidos; & ponit in cenſu populorum qui terrori erant Pœnis. Ibi enim Anna, ut Didonem circumjacentium hoſtium metu compellat ad conjugium cum Ænea contrahendum, hac utitur inductione:

Nec venit in mentem quorum conſederis arvis?
Hinc Getula urbes, genus inſuperabile bello;
Et Numida infrens cingunt, & inhoſpita Syrtis,
Hinc deſerta ſiti regio, latéque furentes
Barcæi.

Ad quem locum Servius: *Hi ſecundum Titianum in chorographia Phœnicem* (malim *Phœnices*) *navali quondam certamine ſuperavêre.* Hieronymus in epiſtola 129. ad Dardanum, & in Eſaiam cap. 21. legit *latéque vagantes*, & *Barcæos* corrupto nomine ab Afris *Barcianos* vocari aſſerit, & pro locorum qualitatibus diverſis nominibus appellatos à Mauritania per Ægyptum, Africam, Palæſtinam, Phœnicem, Cœleſyriam, Oſrhoenem, Meſopotamiam, utque Perſidem ad Indiam uſque tendere. Mihi non fit veriſimile unicam gentem tam latè fuiſſe diffuſam. Tantùm ut Marmarica hodiè dicitur deſertum *Barca*, ita Barcęos olim eoſdem fuiſſe puto cum Libybus & Marmaridis qui erant circa Cyrenem. Hûc facit quod Βαρκαῖος Stephanus Λίβυν exponit. Et Heſychius Βαρκαίοις ὄχοις, Λιβυκοῖς· οὗτοι γὰρ ἐσπούδαζον περὶ ἱπποτροφίαν· φασὶ δὲ αὐτοὺς καὶ πρώτους ἅρμα ζεῦξαι, διδαχθέντας ὑπὸ Ποσειδῶνος· τὸ δὲ ἡνιοχεῖν ὑπὸ Ἀθηνᾶς, ὡς Μνασέας ἐν τοῖς περὶ Λιβύης. *Barcæis curribus, id eſt, Libycis. Libyes enim equis alendis ſtudebant, & primi dicuntur junxiſſe currum & agitaſſe, illud à Neptuno, hoc à Minerva edocti, ut refert Mnaſeas in libris de Libya.* Hęc ille haud dubiè ex Electra Sophoclis verſ. 728.

Μέτωπα συμπαίει Βαρκαίοις ὄχοις.
Barcæa rectis frontibus feriunt juga.

Ubi Βαρκαῖοι ὄχοι *Barcæi currus* iidem ſunt, de quibus paulò ante dixerat.

Λίβυες ζυγωτῶν ἁρμάτων ἐπιστάται.
Regunt habenas curruum auriga Libes.

CAPUT XXVI.

Phœnices in Melita & vicinis inſulis.

Melita, Gaulus & Lampas, à Pœnis occupatæ. *Melita* unde nobilis. Phœnicum ibi colonia & ſermo ſemi-Punicus aut Arabicus potiùs. Junonis ibidem & Herculis fanum, & inſcriptiones Punicæ. Inter Phœnices & Græcos Melitæ imperium diu alternaſſe. *Melita* nec à *Melite* nympha dicitur nec ἀπὸ τοῦ μέλιτος, ſed vel à מליטה *melita*, id eſt, σωτηρία, vel à מלט *melet*, id eſt, cæmentum ex calce, quod multis probatur. Melitenſia lintea, id eſt, goſſipina. Catelli Melitenſes. Melite duplex, Illyrica & Africana. Ad utram appulerit Paulus. Pro Illyrica objectiones. Pro Africana rationes. Objectiones refelluntur. Adriaticum mare à Sicilia & Melita in Africam uſque porrigi. *Gaulus* al. *Gaudus*, & *Glauconis*, & *Calypſus* inſula. Situs, forma, nomen. De ea res mira, vel de vicina Galata. Ab hac diverſa *Gaudos* circa Cretam, quæ & *Caudo* & *Claudos* vel *Claude*, Act. 27: 16. Syrus Interpres emendatus. *Lampas*, *Lopaduſa*, &c. Phœnic. cur לפיד *Lappid*. Magnitudo & ſitus. *Coſyra* vel à parvitate, vel à ſterilitate dicta. *Eudipne* fortè *Udenos*, quæ & *Iſtos* & *Kellararſuth* Stephano, quæ vox emendatur & explicatur. *Cyranis* inſula prope *Gyzantes* mellificos. Utraque vox exponitur. Aliæ Phœnicum inſulæ. *Demoneſus* non eſt Καρχηδόνιος ſed Χαλκηδόνιος inſula. Ibi cyanum, & Chryſocolla, & æs quod urinando extrahitur. Ariſtoteles, Stephanus, Ælianus, Tzetzes, Scholiaſtes Ariſtophanis emendati.

E Pelagiis Africæ inſulis tres recenſentur ad Orientem Hermęi promontorii, Melita, Gaulus & Lampas à Phœnicibus occupatæ. Scylax: ἀπὸ Ἑρμαίας ἄκρας, πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα μικρὸν ἀπὸ Ἑρμαίας, εἰσὶ νῆσοι τρεῖς μικραὶ κατὰ τοῦτο ὑπὸ Καρχηδονίων οἰκούμεναι, Μελίτη πόλις καὶ λιμὴν, Γαῦλος πόλις, Λαμπάς. *Ultra Hermæum promontorium paululum verſus Orientem, tres ei adjacent exiguæ Inſulæ à Carthaginenſibus habitatæ, Melita urbs cum portu, Gaulus urbs, Lampas.*

Melita Pauli Apoſtoli naufragio & Rhodiorum equitum militiâ nobilis eſt inſula de qua ſic Diodorus lib. 5. Ἔστι δὲ ἡ νῆσος αὕτη Φοινίκων ἄποικος, οἳ ταῖς ἐμπορίαις διατείνοντες μέχρι τοῦ κατὰ τὴν δύσιν ὠκεανοῦ, καταφυγὴν εἶχον ταύτην εὐλίμενον οὖσαν, καὶ κειμένην πελαγίαν. *Eſt autem illa inſula Phœnicum colonia, qui cùm mercaturæ gratiâ navigarent uſque ad Occidentalem Oceanum, in ea perfugium habebant, quia & portubus commoda eſt, & in alto mari ſita.* Et Stephanus; ἔστι καὶ πόλις ἄποικος Καρχηδονίων, *eſt & urbs Carthaginenſium colonia.* Inde eſt quod hodiéque ruſticorum Melitenſium ſermo fertur eſſe ſemi-Punicus. Johannes Quintinus Heduus in epiſtola ad Sophum ſcripta ex inſula Melita An. 1533. *Noſtra hæc Melita inſula eſt millibus* LX, *mari ſatis periculoſo, ab Sicilia disjuncta Africam verſus. Punicæ quondam ditionis, quæ & ipſa adhuc Afrorum linguâ utitur, & nonnulla etiamnum Punicis literis inſcripta ſtela lapidea extant, quæ figurâ & appoſitis quibuſdam punctulis prope accedunt ad Hebreas. Atque ut ſcias aut nihil, aut minimum differre à vetere quod nunc habet idioma, Hannonis cujuſdam Pœni apud Plautum, Avicennæ, hujuſque ſimilium Punica verba plurima intelligunt Melitenſes, tametſi ſermo is ſit qui literis Latinis exprimi benè non poteſt, multò minùs ore aliquo enunciari niſi ſuæ gentis. Ejuſdem quoque ſunt linguæ verba illa in Evangelio, Eloi, Epphatha, Kumi.* Hæc ille; quæ ſi vera ſunt, optandum eſſet ut eò navigaret Hebraicè doctus, qui inter Punici ſermonis reliquias ea expiſcari conaretur, quæ ad Hebręę linguę illuſtrationem pertinent. Sed vereor ne Melitenſes illi, de quibus Quintinus, non tam Pœnorum quàm Saracenorum & Arabum ſint reliquiæ, qui hanc inſulam non ita pridem tenuerunt. Hûc facit quod ab iis dicit intelligi multa Avicennæ, cujus dialectus à Punica plurimùm diſtat.

Præter Meliten urbem in Inſulæ umbilico ſitam, deſcribit in extremis Ptolemæus ab una parte Junonis, ab altera Herculis fanum, Phœnicium utrumque numen. In priore dentes eburnei fuêre incredibili magnitudine, cum inſcriptione Punica Maſiniſſæ, de qua Valerius Maximus lib. 1. cap. 1. & Cicero Verrinâ quartâ. Qui idem in quinta Melitenſe hoc Junonis fanum cum Samio confert his verbis: *Teque Juno Regina, cujus duo fana, duabus in inſulis poſita ſociorum, Melitæ & Sami, ſanctiſſima & antiquiſſima.* Quin hodiéque fani utriuſque manent reliquiæ non contemnendæ; & numiſmata eruuntur ex una parte Junonis effigiem exprimentia, ex altera remi palmulam, addita hac inſcriptione ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ. Quæ quidem inſcriptio Gręca eſt. Quia antequam Romani inſulam occupaſſent, inter Phœnices & Gręcos ſic alternavit imperium, ut modò hos modò illos penes eſſet ſumma rerum. Phalaris epiſtolâ 46. ad Ægeſtenſes dicit ſe Melitenſes in libertatem vindicaſſe. Et eoſdem ut Græcos compellat epiſtolis 82. & 116. Tamen ęvo Scylacis, qui Phalaride poſterior fuit annis circiter ducentis; Melite, Gaulos & Lampas erant ὑπὸ Καρχηδονίων οἰκούμεναι, *à Carthaginenſibus habitatæ,*

tata. Et in Diodoro Melita eſt Φοινίκων ἄποικος *Phœnicum colonia*. Proinde primo bello Punico Romanus Conſul Atilius in navali expeditione contra Carthaginenſes, *Liparam Melitamque inſulas Siciliæ nobiles pervagatus evertit*. Ita Oroſius lib. 4. cap. 8. Et Punico bello ſecundo T. Sempronius *à Lilybæo in inſulam Melitam, quæ à Carthaginenſibus tenebatur trajecit. Advenienti Amilcar Giſgonis filius, præfectus præſidii, cum paulo minus duobus millibus militum, oppidumque cum inſula traditur*. Exinde Græcos plurimos è vicina Sicilia in Meliten inſulam ſe contuliſſe certum eſt. Quod & Nummi veteres, & Græcæ quædam inſcriptiones palam loquuntur. Ita Græcus haud dubiè fuit *Melitenſis ille Diodorus* de quo Cicero Verrinâ quartâ, *Homo*, inquit, *& domi nobilis, & apud eos quò ſe contulit*, Lilybætanos ſcilicet, *propter virtutem ſplendidus & gratioſus*. Interim ruſticum vulgus fuiſſe Punici generis vel ex Luca colligere eſt, qui Melitenſes illos in quos incidit Paulus non appellaſſet *barbaros*, Act. 28: 2, 4. ſi ſermone fuiſſent aut origine Græci.

Melita unde dicatur nondum indicavit quiſquam, licet res videatur eſſe obvia. Nam fruſtra ſunt Viri docti, qui ad *Melitem* referunt, nympham Phæacen ſeu Corcyræam, ex qua Hyllum Illyrici Regem genuiſſe fertur Hercules. Apollonius lib. 4. Argonaut.

> Ὕλλον, ὃν εὐειδὴς Μελίτη τέκεν Ἡρακλῆϊ
> Δήμῳ Φαιήκων.
>
> *Candida quem Melite Phæacum in gentibus Hyllum*
> *Edidit Alcidi.*

Utut enim huic fabulæ demus aliquid veri ſubeſſe; tamen inde non deducetur nomen Africanæ Melites, ſed alterius ad Illyricum, ubi regnavit Hyllus.

Nihilo verius eſt dici Μελίτην ἀπὸ τοῦ μέλιτος, id eſt, à proventu mellis. Quippe quod Meliten jam olim melle fertilem fuiſſe volunt, gratis dicitur & nullo teſte. Cluverius, qui hanc rem omnium accuratiſſimè proſecutus eſt, nihil habuit quod afferret præter hæc Ciceronis ex Verrina ſecunda (tertiam enim per errorem citat) *Jam non quæro unde* CCCC *amphoras mellis habueris; unde tantum Melitenſium veſtium*. Et paulò pòſt: *Mitto de melle; ſed tantumne Melitenſium?* In quibus quidem verbis agitur de veſtibus Melitenſibus, de Melitenſi melle non item. Quin aliquantò antè dicitur *Verres vim mellis maximam Syracuſis exportaſſe*. Vim maximam, id eſt, quadringentas amphoras, de quibus continuò poſt. Quæ proinde non à Melita, ſed Syracuſis exportatæ. Nempe ex Hybla Megaride, *qui locus eſt non longè à Syracuſis*, ut idem ſcribit Verrinâ quintâ. Res igitur eſt de Hyblæo melle apud Veteres tam decantato, non de Melitenſi, cujus ante Quintinum non puto quenquam meminiſſe.

Sed quiſquis Hebraicè ſcit facilè eruet nomen *Melites* ex Diodoro, qui lib. 5. ſic habet: *Siciliæ verſus Meridiem tres inſulæ medio in pelago objectæ ſunt, quarum unaquæque urbem habet* καὶ λιμένας δυναμένους τοῖς χειμαζομένοις σκάφεσι παρέχεσθαι τὴν ἀσφάλειαν. καὶ πρώτη μέν ἐστιν ἡ προσαγορευομένη Μελίτη, *& portus qui tutos navibus tempeſtate jactatis receptus præbent. Harum prima eſt, quæ vocatur Melita*. Et paulo pòſt: *Eſt autem hæc Phœnicum colonia, qui cùm negotiationes ſuas ad Oceanum uſque extenderent* ΚΑΤΑΦΥΓΗΝ εἶχον ταύτην εὐλίμενον οὖσαν καὶ κειμένην πελαγίαν, *in REFUGIUM habebant hanc inſulam, eo quod & portubus commoda, & in medio mari ſit ſita*. *Adde* eſſe præcisè mediam inter Tyrum & Gades, & irriguam, nec infœcundam. Ovidius lib. 3. Faſt.

> *Fertilis eſt Melite ſterili vicina Coſyræ.*

Proinde Phœnices ſive Tyro Gades proficiſcerentur, ſive Gadibus Tyrum redirent, hîc ſtationem & καταφυγῆς habuere percommodam. Atque idipſum ſignificat *Melita* nomen. Pœnorum, inquam, ſermone מליטה *Melita* eſt refugium vel effugium. Radix מלט *malat* in *Piel* eſt liberare & eripere, & in *Niphal* liberari, eripi, evadere, fugere, denique & effugere: quomodo paſſim reddidit Hieronymus. Sic Jud. 3: 26. *Aod, &c. effugit* נמלט. Et 1. Reg. 18: 40. *Ne unus quidem effugiat* ימלט. Et Job. 1: 16, 19. *Effugi ego ſolus* אמלטה. Et Prov. 19: 5. *qui mendacia loquitur non effugiet* לא ימלט LXX. οὐ διαφεύξεται. Et Eccleſ. 7: 26. *Effugiet illam* ימלט ממנה. Et Eſ. 20: 6. *Quomodo effugere poterimus* איך נמלט. Et Jer. 32: 4. *Non effugiet de manu Chaldæorum* לא ימלט. Et 34: 3. & 38: 18, 23. *non effugies* לא תמלט. Et Ezech. 17: 15. *Numquid effugiet* ונמלט. Symmachus etiam habet διαφεύξεται pro Hebr. נמלט. Job: 22: 30. Itaque nomen inde deductum מליטה *Melita* (formæ נגינה *negina*, & יצירה *jetſira*, & שנינה *ſenina*, quâ nulla eſt vulgatior apud Hebræos) διαφυγὴν *effugium*, aut καταφυγὴν *refugium & perfugium* ſonat. Et inſula *Melites* eſt inſula καταφυγῆς ſeu *refugii*. Quo nomine jure merito Phœnices appellarunt, qui ut Diodorus author eſt καταφυγὴν εἶχον ταύτην, *pro refugio illam habebant*, in longo illo itinere è Tyro ad Gades, aut è Gadibus ad Tyrum uſque; præcipuè commoto mari & ventis ſævientibus. Ita Paulo Apoſtolo poſt naufragium hæc inſula fuit מליטה *melita* & refugii locus. Ulyſſi etiam, ſi cum Melita eadem eſt Ogygia Calypſûs inſula: ut multis contendit Cluverius. Sed & in Ovidii Faſtis lib. 3. poſt Didonem fato functam, ſoror Anna Carthagine pulſa inſulam

> *Hanc petit, hoſpitio Regis confiſa vetuſto.*

Proinde huic etymo planè acquieſcerem, niſi aliud occurreret non minùs veriſimile, quod me tenet ita ſuſpenſum, ut cogar rem relinquere doctorum judicio. Jerem. 43: 9. מלט *melet* eſt cæmentum ex arena & calce. Ita exponit Kimchius. Et Arabicè מלאט *malat* id ipſum ſignificat. Et verbum מלט *malata* eſt incruſtare κονιᾷν. Etiam apud Talmudicos מלטא *melata* pro incruſtatione occurrit, quod à Kimchio notatum. Et doctiſſimus Buxtorfius locum indicat. Quin & Syris circa Samoſatam *maltha* (vel מלטא *malta* potiùs) limi vel bituminis erat ſpecies, cujus naturam deſcribit Plinius lib. 2. cap. 104. Romanis quoque *maltha* compoſitio quædam eſt ex calce & aliis, quibus ferruminantur quæ fracta ſunt & rimam ducunt. Idem Plinius lib. 36. cap. 26. *Maltha è calce fit recenti. Gleba vino reſtinguitur, mox funditur cum adipe ſuillo & ficu duplici linamento: quæ res omnium tenaciſſima & duritiem lapidis antecedens*. Hoc unum malthæ genus eſt. Aliud deſcribit Palladius in capite *de ciſternis & maltha frigidaria*, in quo pici & axungiæ ſimul coctis & refrigeratis calx minutim ſuperadditur. Hujus uſus in ciſternarum lacunis reſarciendis, ut humor in exitum nitens poſſit includi. *Malthationem* rectè dixeris. Nam *malthandi* verbo utitur Plinius ubi ſuprà. Et Juvenalis vetus interpres, ad Satyram quintam: *vitrum*, inquit, *ſolidare, id eſt, malthare*. Quin Italis hodiéque cæmentum quodvis *malta* dicitur. Mirum hæc eos præteriiſſe, quibus id ſolum penſi fuit ut omnes linguas ab Hebræa deducerent. Nos ideò hîc obſervamus, quia Diodorus lib. 5. Melitenſes habuiſſe refert τὰς οἰκίας ἀξιολόγους καὶ κατεσκευασμένας γείσσοις καὶ κονιάμασι περιττότερον, *domos ſplendidas, ſuggrundiiſque & albario opere magnificè exornatas*. Albarium illud opus, ut Græcè κονίαμα. Ita Hebr. מלטא *melata*, cùm dicatur, inſula מליטה

Pallad. lib. 1. cap. 17.

מליטה *melita* ad verbum erit inſula κεκονιαμένη, id eſt, cujus ædificia albario, vel quod idem eſt tectorio calcis opere ſunt inducta & illita. Uno verbo inſulam *calicatam* dixeris, quo vocabulo utitur Feſtus. Sic מליטא Syrum eſt participium à verbo מלט reſpondens Hebręo Paul.

De nomine *Melites*, Μελῖται & *Melitenſia* Veteres appellabant lintea quædam magni pretii, quia ſubtiliſſima & molliſſima. Heſychius; Μελῖται, ὀθόναι τινὰ διάφορα ἐκ Μελίτης τῆς νήσου, *Melitenſia, lintea quædam eximia ex Melita inſula.* Lucretius lib. 4.

Et benè parta patrum fiunt anademata mitræ.
Interdum in pallam & Melitenſia Coaque vertunt.

Hinc Cicero Verrinâ ſecundâ meminit multoties *Melitenſium veſtium*, & Verrinâ quartâ Melitam oppidum Verri ait *textrinum per triennium ad muliebrem veſtem conficiendam fuiſſe.* Et inter Melitenſes artifices commendat imprimis Diodorus τοὺς ὀθόνια ποιοῦντας τῇ τε λεπτότητι καὶ τῇ μαλακότητι διαπρεπῆ, *eos qui lintea inſigni ſubtilitate mollitieque texunt.* Lanea fuiſſe colligunt ex loco Silii lib. 14.

- - - telâque ſuperba
Lanigerâ Melite.

Itaque tam ad Melitenſem quàm ad Mileſiam lanam referri poſſe videbitur quicquid in Hebręorum libris legitur de lana מלת *Melat*, de qua ſuprà lib. 1. cap. 6. Verum enimverò lana Melitenſis, nonniſi ęquivocè lana dicitur. Neque enim ovium eſt lana, ſed arborum; uno verbo ἐριόξυλον, id eſt, goſſipium, quod ibi hodiéque naſcitur præſtantiſſimum. Quintinus ubi ſupra: *Hæc inſula pariter eſt cotonon familiare, unde magni proventus inſulanis.* Et pauló pòſt: *In Sicilia, Calabria, Hiſpania, & aliis pluribus locis ſeritur: verum Melitenſe maximè horum laudatur. Alterius enim nationis craſſius eſt.*

Catellos Melitenſes Μελιταῖα κυνάρια vel κυνίδια commendant plerique Veterum. Ariſtoteles Problematum Sect. 10. cap. 14. nanos quoſdam deſcribit μικροὺς μὲν σφόδρα, συμμέτρους δὲ, ὥσπερ τὰ Μελιταῖα κυνίδια, *parvos quidem admodum, ſed partium proportione congrua, ut catellos Melitenſes.* Eidem ἴκτις ſeu viverra ſtaturâ eſt ἡλίκον Μελιταῖον κυνίδιον, *inſtar catelli Melitenſis.* Ita phattagę, quæ ſpecies eſt crocodili terreſtris in India, Ælianus tribuit μέγεθος κυνιδίου Μελιταίου, *magnitudinem catelli Melitenſis.* Eodem authore cum Theodorum pſaltem amici condiderunt, κυνίδιον Μελιταῖον ἑαυτὸ ἐνέβαλεν εἰς τὴν θήκην τοῦ νεκροῦ καὶ συνετάφη, *Melitenſis catellus ſe ipſum in mortui ſarcophagum injiciens, cum illo ſepultus eſt.* In Theophraſti characteribus ὁ μικροφιλότιμος, id eſt, inepte ambitioſus catellæ monumento inſcribi jubet, ΚΛΑΔΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΟΣ *Soboles Melitenſis.* Timon Athenæi lib. 12. Sybaritas in deliciis habuiſſe tradit κυνάρια Μελιταῖα, ἅπερ αὐτοῖς καὶ ἕπεσθαι εἰς τὰ γυμνάσια, *catellos Melitæos, quique adeò ad balnea euntes ſequerentur.* Horum inſuper meminerunt Ælianus Var. hiſt. lib. 13. cap. 42. Lucianus in Lapithis, Clemens Alexandrinus lib. 3. Pędagogi, Heſychius, Suidas, alii. Sed de natali non conſtat. Strabo ad hanc noſtram referens lib. 6. Πρόκειται δὲ, inquit, τοῦ Παχύνου Μελίτη, ὅθεν τὰ κυνίδια, ἃ καλοῦσι Μελιταῖα, *ante Pachynum jacet Melite, unde catelli Melitæi.* At Callimachus, Plinius, Stephanus, Etymologus ad alteram Meliten referunt, quæ pertinet ad Illyricum. Neque lis facilè poteſt decidi, cùm hodiè catelli ſimiles in neutra reperiantur.

Arist. hist. anim. l. 9. c. 6.

Ælian. hist. animal. l. 16. cap. 6.

Sed altera hîc ſeſe offert majoris momenti quęſtio, ad utram appulerit Paulus. Sunt enim quibus videtur de Illyrica egiſſe Lucas. In his Conſtantinus Porphyrogenneta, à quo ponitur in cenſu inſularum Illyrici littoris νῆσος ἑτέρα μεγάλη τὰ Μέλετα, ἤτοι τὸ Μαλοζεάται. ἣν ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων ὁ ἅγιος Λοῦκας μέμνηται, Μελίτην ταύτην προσαγορεύων. *Alia magna inſula, quæ Meleta ſeu Malozeata vocatur, cujus in Actis Apoſtolorum meminit ſanctus Lucas, Melitam eam nominans.* Cui ſententiæ favere volunt 1. Quòd in Adria jactatur Paulus antequam in Meliten appellat Actor. 27: 27. unde colligunt agi de inſula ſinûs Adriatici. 2. Quòd Barbaros habuit incolas Actor. 28: 2, 4. Cùm Africanam Meliten Græci pridem incolerent. 3. Quòd in inſula Melite nullius oppidi meminit Lucas, cùm Africana urbem habuerit inſulæ cognominem, quæ ſuperſtes hodiéque eſt.

Sed hæ objectiunculæ tanti non ſunt, ut quemquam dimovere debeant à vulgari ſententia, quam firmiſſimę rationes adſtruunt. Primò enim Actor. 27: 13, 14. circa Cretam cùm navigaret Paulus, excitatur ἄνεμος τυφωνικὸς ὁ καλούμενος Εὐροκλύδων, *ventus turbulentus, qui vocatur Euroclydon*, vel ut legit Vulgatus Interpres Εὐρακύλων, *Euroaquilo*: quam lectionem ſi ſequaris, res eſt confecta; neque enim *Euroaquila* potuit è Creta navem in Illyricum impellere. Præſtitiſſet id Euronotus, non ſubcontrarius *Euroaquilo*, ut docet ſitus locorum. Sed quoquo modo legas, ventum illum Euroclydonem in Auſtrum inclinaſſe potius quàm in Septentrionem inde palam eſt quòd illo flante nautæ metuunt ne in Africæ Syrtim incidant Actor. 27: 17. Nihil tale formidaturi ſi ventus navem in Illyricum impuliſſet, quę ora eſt Syrti & Africę obverſa. 2. Actor. 27: 41. περιπεσόντες δὲ εἰς τόπον διθάλασσον ἐπώκειλαν τὴν ναῦν, *cum incidiſſent in locum bimarem illiſerunt navem.* In locum bimarem, id eſt, in Iſthmum. Horatius Od. 7. lib. 1.

Aut Epheſum bimariſve Corinthi
Mœnia.

Ovid. Eleg. 10. lib. 1. Faſt.

Aut poſtquam bimarem curſu ſuperavimus Iſthmum.

Hîc Iſthmus ad inſulæ Ortum æſtivum hodiéque oſtenditur, & vocatur ab incolis *lacala di S. Paolo* S. Pauli adpulſus. 3. Actor. 28: 7. *Circa locum illum erant* χωρία τῷ πρώτῳ τῆς νήσου, ὀνόματι Ποπλίῳ, *prædia primo inſulæ nomine Publio.* Eum intelligo, quem inſulę Romani præfecerant. Nam hujus inſulę pręfectos ita nominari ſolitos & ex hoc loco colligere eſt, & ex veteri epitaphio quod in marmore Græcis literis ſe Melitæ vidiſſe refert Quintinus: Λ. ΚΑ. ΥΙΟΣ. ΚΥΡ. ΙΠΠΕΥΣ ΡΩΜΑΙΩΝ, ΠΡΩΤΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ. *L. Ca. filius. Cyr. eques Romanorum, PRIMUS Melitenſium.* Nempe idem anteà nominis fuerat pręfectis Carthaginenſibus, qui Punica phraſi dicebantur הראשנים *primi.* Sic Dan. 10: 13. Michael eſt unus principum הראשנים *primorum.* Proinde ראש *caput, dux, princeps*, & ראשון *primus*, ſunt conjugata. Atque hoc ipſo loco pro primo Syrus habet ריש & Arabs ריס *caput.* Eòdem facit quod Arabicè ut אול *primus*, ita אאל eſt pręficere, ſed & provinciam regere, quaſi πρωτεύειν dicas. 4. Tres menſes continuos in illa inſula hęſit Paulus cum Centurione & aliis Act. 28: 11. qui numerus hominum fuit CCLXXVI. Act. 27: 37. Quod vix quiſquam crediderit de Illyrica Melite: quia cùm nonniſi quatuor paſſuum millibus à continenti diſtet, & Epidaurum in conſpectu habeat, portum celeberrimum & hoſpitibus commodiſſimum; Centurió Romanus maluiſſet eò trajicere, quàm totam hyemem in miſera inſula degere, in qua tam multos advenas ſine gravibus incommodis diverſari fuiſſet nefas. 5. Jam quod iidem dicuntur Puteolos vecti fuiſſe in Alexandrina nave quę in eadem inſula hyemaverat Act. 28: 11. quis de Illyrica Melita intellexerit,

xerit. Cùm ab Ægypto Puteolos contendentibus Africana Melite penè invitis ſeſe offerat. At quiſquis Alexandriâ Puteolos iturus Illyricam Melitem petit, merito dici queat, ſin minus toto cœlo, ſaltem toto ſalo aberraſſe. 6. Hoc potiſſimum quod Lucas è Melite profectos addit primo Syracuſas, deinde Rhegium appuliſſe Act. 28:12, 13. Quæ via quàm eſt recta, ſi profectio fuit ex Africana Melita, tam flexuoſa fuerit & preposterа, ſi ex Illyrica diſceſſerunt, è qua potiùs per Rhegium Syracuſas iter eſt quàm per Syracuſas Rhegium, quia Rhegium eſt vicinius. 7. Jam ſi authoritate certatur, Conſtantino Porphyrogenneta longè antiquior eſt Arator ſubdiaconus, qui ſic habet lib. 2. hiſtoriæ Apoſtolicę:

Sicamo latere * *remis vicina Melite.*

* Lege tellus.

Nec difficile eſt ſolvere quicquid contra objiciunt. Nam in Adria quidem jactari dicitur navis appulſura Melitam Act. 27:27. non tamen in Adriatico ſinu, quo multò latiùs patet Adria, ſeu quod idem eſt Adriaticum mare. Sinus enim Adriaticus cum Illyrico deſinit. At mare Adriaticum idem eſt cum Ionio: Heſychius: Ἰόνιον, πέλαγος ὁ νῦν Ἀδρίας *Ionium, mare quod nunc Adria.* Juvenalis vetus Scholiaſtes: *Diu navigatura de Tyrrheno mari ad Adriacum.* Adriacum pro Ionio dixit. Ita enim Juvenalis:

Tyrrhenos igitur fluctus, latéque ſonantem
Pertulit Ionium.

Hinc Ptolemæus Siciliam ab Ortu, Epirum & Achaiam à Meridie, & Peloponneſum adeóque Cretam ab Occaſu definit Adriatico pelago. Et in Ovidio non ſemel Adriam ab Ægæo dividit Iſthmus Corinthiacus. Sic lib. 4. Faſtorum:

Adriacumque patens latè bimaremque Corinthum.

Et lib. 1. Triſt. Eleg. 10.

Aut hac me, gelido tremerem cum menſe Decembri,
Scribentem mediis Adria vidit aquis.
Aut poſtquam bimarem curſu ſuperavimus iſthmum,
Alteraque eſt noſtra ſumpta carina fuga.

Proinde Philoſtratus lib. 2. Imaginum in Palæmone, eum iſthmum ſcribit Αἰγαίῳ καὶ Ἀδρίᾳ μέσον κεῖσθαι, *mediam eſſe inter mare Ægæum & Adriaticum.* Et in Apollonio ſuo lib. 4. cap. 8. Neronem idem tradit de hoc iſthmo ſcindendo cogitaſſe, ut Adriaticum Ægæo mari miſceret. Eodem facit quod Alpheus apud Suidam in Ἀλφειός, & rurſus in Ἀρέθουσα, è Peloponneſo in Siciliæ Arethuſam iofluere legitur δυόμενος διὰ τῆς Ἀδριάδος θαλάσσης, *pelagus ſubiens per mare Adriaticum.* Hinc de Alpheo Pauſanias in Arcadicis: Ἔμελλε δὲ ἄρα μηδὲ Ἀδρίας ἐπισχήσειν αὐτὸν τοῦ πρόσω, *neque illius curſum Adria cohibitura erat.* Cętera ibi vide. Quid quod Adriaticum mare ad Africam uſque extenſum eſt, ſi Æthicum ſequimur & Oroſium, apud quos Tripolitana provincia, ubi Arzuges & Leptis magna, habet à Septentrione mare Adriaticum, & à Meridie Creta finitur *mari Lybyco, quod & Adriaticum vocant.* Nec aliter ſenſit Hieronymus in vita Hilarionis, ubi medium Adriam pertranſeunt ab Ægypti Parętonio ad Siciliæ Paebynum appulſuri. Sed ad rem id maxime eſt, quod in Procopii Vandalicis *lib.* 1. inſulæ Gaulus & Melita Ἀδριατικὸν καὶ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος διορίζουσι, *Adriaticum & Tuſcum pelagus diſterminant.* Scitè igitur Sacer Scriptor & ex Geographorum uſu è Creta Melitam delatos, vi ventorum ingruentium jactari dicit in Adria. Porro in eadem inſula barbarorum nomine Pœnos ab illo deſignari docuimus, quorum reliquiæ in agris hæſerant. Oppidi denique non meminit, quia nihil erat neceſſe. Ita Actor. 21:1. Paulus appuliſſe narratur in inſulas Coum & Rhodum abſque mentione urbium, quas tamen utraque habuit inſulę cognomines.

Jam de Gaulo Diodorus ubi ſuprà: Μετὰ δὲ ταύτην τὴν νῆσον ἐστὶν ἑτέρα τὴν μὲν προσηγορίαν ἔχουσα Γαῦλος, πελαγία δὲ καὶ λιμέσιν εὐκαίροις κεκοσμημένη, Φοινίκων ἄποικος. *Poſt hanc inſulam* (Melitam) *alia eſt, Gaulos nomine, in alto ſita, & commodis portubus exornata, Phœnicum colonia.* A Strabone vocatur Γαῦδος, & à Callimacho, qui eo nomine ab Apollodoro carpitur, quod Grammaticum ſe profeſſus τὴν Γαῦδον Καλυψοῦς νῆσον φησί, *Gaudum Calypſûs inſulam facit.* Deſcribitur etiam غودش *Gaudos* in Arabe Geographo inter Coſuram & Melitam, ad milliare centeſimum ab illa verſus Ortum. Quò ferè loco *Glauconis* inſulam habent Ptolemæi Tabulæ. Sed verius eſt *Gaulos*, quod præter Diodorum, etiam in Scylace & in Mela extat, & in Plinio, & in Solino, & in Martiano Capella, & in Stephano, qui Hecatęum citat; Γαῦλος, inquit, νῆσος πρὸς τῇ Καρχηδόνι; Ἑκαταῖος περιηγήσει. Ita enim Procopius lib. 1. Vandalic. Γαύλῳ τε καὶ Μελίτῃ ταῖς νήσοις προσέσχον, *Gaulum & Melitam inſulas appulerunt.* Et Silius lib. 14. *ſtrato Gaulum ſpectabile Ponto.* Unde in veteri inſcriptione: PLEBS GAULITANA. *Gaulos* Phœnicibus גול *Gol* στρογγύλον ſeu rotundam ſonat. Unde & Gaulos dicebatur Phœnicii navigii genus. Docent Phœnicium fuiſſe Heſychius & alii, rotundum Feſtus his verbis: *Gaulus genus navigii penè rotundum.* De Gaulo inſula res mira traditur Solini cap. 29. al. 32. *Ex parte,* inquit, *quà Cercina eſt, accepimus Gaulon inſulam, in qua ſerpens neque naſcitur, neque vivit invecta; propterea jactus ex ea quocunque gentium pulvis arcet angues, ſcorpiones ſuperjactus illico perimit.* At Plinius, quem ſolet ſequi, ferè idem ſcribit non de Gaulo, ſed de vicina Galata: *Mox Gaulos & Galata, cujus terra ſcorpionem dirum animal Africa necat.* Item: *Ex Galata inſula, & circa Clupeam Africa,* (terra) *ſcorpiones necat.*

Pl.l.5.c.7. et l.35.c.19.

Viri magni gravi errore hanc ſive Gaulon, ſive Gaudon confundunt cum Cretica Gaudo, de qua Mela lib. 2. cap. 7. *Juxta* (Cretam) *eſt Aſticla, Naumachos, Zephire, Criſe, Gaudos* (lege *Aſtypalaa, Naulochos, Zephyre, Chryſe, Gaudos.*) Et Plinius lib. 4. cap. 12. *Contra* (Cretæ) *Hierapytnam, Chryſa, Gaudos eodem tractu.* Eadem aliis *Caude:* Suidas; Καυδώ, νῆσος πλησίον Κρήτης, ἔνθα μέγιστοι ὄναγροι γίνονται, *Cando, inſula prope Cretam, in qua maximi naſcuntur onagri.* Et *Claudos.* Ptolemæus: Νῆσοι δὲ παράκεινται τῇ Κρήτῃ, ἧτε Κλαῦδος ἐν ᾗ πόλις, *inſula Creta adjacent, Claudus in qua urbs,* &c. Et *Claude.* Lucas Actor. 27:16. Νησίον δέ τι ὑποδραμόντες καλούμενον Κλαύδην. Vulgata *Caudam* habet; Arabs אקלודא *Iclauda*: Syrus קורא *Kauro*, ſed legendum קודא *Kaudo.*

Poſt Melitam & Gaulon ſequitur *Lampas*, hodiè *Lampidoſa*, Athenæo * Λαπαδοῦσαι, Ptolemęo Λοπαδοῦσα, Plinio item *Lopaduſa*, Arabi Geographo לנבדוסה *Lanbeduſa*, Phœnicibus ut ſuſpicor לפיד *Lapped*, unde Lampidoſa, & Lampas. Hebraicè enim לפיד eſt *Lampas.* Nempe turres aliquot habuit ea inſula. Scylax: αὕτη πύργους ἔχει δύο ἢ τρεῖς. Ex iis turribus veriſimile eſt, ut ex Pharo Alexandriæ, facem pręluxiſſe nautis, atque inde factum inſulę nomen. Longa ſolùm eſt ſex mille paſſus, ut ex Plinio conſtat; ſed obſervat Arabs Geographus eam Africam verſus portum habere tutiſſimum, nulli vento obnoxium, & quantævis magnarum navium claſſis capacem. Idem ab Africa diſtare ſcribit duos curſus, id eſt, millia CC; at Plinius à Cercinna & Cercinniti inſulis Africę proximis tantum L. M. paſſ. inter Meliten & Africam deſcribit Ptolemęus medio ferè ſpatio.

* D. le Grentemesnil recte emendat Λοπαδοῦσαι, quæ Athenæus dicit nomen ἀπὸ τῶν λοπάδων.

Pl.l.3.c.8. et l.5.c.7. Nub. Clim. 4. part. 2.

Non

Digitized by Google

Non debet hîc *Coſyra* omitti, inſula cum oppido media inter Siciliæ Lilybæum & Clupeam Africæ, à Melite diſtans ſtadiis D. Nomen à brevitate ſumptum, ſi Punicè fuit קוצרה *Koſura*, quomodo apud Arabes. Breve hîc idem quod parvum, ut cùm Poëta dicit,

—— brevibus Gyaris & carcere dignum.

Ita brevis *Coſyra*, hoc eſt, parva & anguſta fuit: ſive de urbe acceperis, quam Polybius lib. 3. πολισμάτιον *oppidulum* appellat: ſive etiam de tota inſula, cujus ambitus Strabone teſte non patet ultra ſtadia CL., id eſt, ſex aut ſeptem leucas noſtrates. Hinc Silius lib. 14.

Et bellare Tabas docilis, Coſyraque PARVA.

Tamen cùm *cheth* Hebræum paſſim à Græcis per *cappa* efferri videam, ut alibi multis probo, in id inclino magis ut *Coſyra* nomen deducatur ab Hebræo חוסר *choſer*, id eſt, inopia, quia inſula eſt perquam ſterilis. Ovidius lib. 3. Faſtorum:

Fertilis eſt Melite, ſterili vicina Coſyra.

Seneca de conſolatione ad Helviam cap. 6. *Deſerta loca & aſperrimas inſulas Sciathum & Seriphum, Gyarum & Coſyram pete.* Tamen ideò habitatur, quia aquis eſt irrigua, & portum habet commodum, oliviſque ſcatet & capris, ut teſtatur Arabs Geographus Clim. 4. part. 2.

Sunt & in eodem mari aliæ Phœnicum inſulæ ſitûs ignoti. In his *Eudipne*, de qua Stephanus: Εὐδείπνη, νῆσος Λιβύης, Φοινίκων; Ἑκαταῖος περιηγήσει Λιβύης. Fortè *Eudipne* eſt Udenoe de qua in Ἰσὸς idem Stephanus: Ἰσὸς νῆσος Λιβύης, Οὐδενόη λεγομένη ὑπὸ Λιβύων, ὑπὸ δὲ Φοινίκων Κελλαρασφὰθ ὃ ἑρμηνεύεται Γτοῦις, καὶ γάρ ἐστι παραπλήσιος, *Iſtos inſula Libya, qua Udenoe dicitur à Libybus, & à Phœnicibus Kellararſath, quod* Græcè *exponitur Iſtonis* (à malo navis deducto nomine) *eſt enim navi ſimilis*; navi ſcilicet malo erecto. Itaque pro Κελλαρασφὰθ legendum ſuſpicor Κεβλαραφσαθ, vel potiùs Χεβλαραφσαθ חבלהרפסד, id eſt, *malum navis*. Hebraicè diceretur חבל הרכסדה *Chibbel Haraphſoda*. חבל pro malo extat, Prov. 23:34. Et רפסרות pro σχεδίαις, 2 Par. 2: 15. id eſt, tumultuariæ navis genere, quarum prima inventio debetur Phœnicibus. Sanchoniathon: Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, οἱ ἀπὸ τῶν Διοσκούρων σχεδίας καὶ πλοῖα συνθέντες ἔπλευσαν.

Eſt & in hoc cenſu Cyranis de qua Herodotus Muſâ quartâ poſt Zygantum deſcriptionem: Κατὰ τούτους δὲ λέγουσι Καρχηδόνιοι κέεσθαι νῆσον τῇ οὔνομα εἶναι Κύραυιν, μῆκος μὲν διηκοσίων σταδίων, πλάτος δὲ στεινὸν, διαβατὸν ἐκ τῆς ἠπείρου, ἐλαιέων τε μεστὴν καὶ ἀμπέλων. *Juxta hos autem Carthaginenſes ſitam eſſe inſulam nomine Cyraunim ducentorum ſtadiorum longam, anguſta latitudinis, in quam è continenti facilè tranſiri poteſt, oleis refertam ac vitibus.* Unde pro νῆσον Κύραυιν malim legi Κύραμιν, id eſt, כרמין *Ceramin* vitium. Stephanus *Cyraunin* ſcribit, & *Gyzantas* pro *Zygantibus*. Κυραυνὶς, inquit, νῆσος κατὰ Γύζαντας τοὺς ἐν Λιβύῃ. Quę verior eſt lectio. Quippe etiam Γύζαντας habent Apollonius in Mirabilibus, & Euſtathius in Dionyſium. Et Gyzantum nomen videtur à melliſicio factum. Talmudicis ſaltem גזין *gazin* ſunt *apes*, & רבש הגזין *mel apum* in tractatu *Bechoroth*. Porro in Gyzantum regione μέλι μὲν πολλὸν μέλισσαι κατεργάζονται, πολλῷ δὲ ἔτι πλέον λέγεται δημιουργοὺς ἄνδρας ποιέειν; *magnam quidem mellis vim apes conficiunt, multo plus tamen viri opifices conficere dicuntur.* Ita habetur in Herodoto quem ſequitur Apollonius.

Præterea Proſopon, & Terapſen, & Hydram, & Phœnicuſas inſulas ad Carthaginem apud Stephanum. Quibus Demoneſum addit Mercator ex hoc loco Ariſtotelis in lib. Mirab. Δημόνησος, ἡ Καρχηδονίων νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τοῦ πρώτου ἐργασαμένου τὴν ἐπωνυμίαν ἔλαβεν. ἔχει δὲ ὁ τόπος κυανοῦ τὸ μέταλλον καὶ χρυσοκόλλαν. ταύτης δὲ ἡ καλλίστη πρὸς χρυσίον, συμφέρει τιμῆς; καὶ γὰρ φάρμακον ὀφθαλμῶν ἐστιν. ἔστι δὲ αὐτόθι χαλκὸς κολυμβητὴς, ἐν δυοῖν ὀργυιαῖς τῆς θαλάσσης. *Demoneſus Carthaginenſium inſula à Demoneſo primo cultore nomen traxit: habet autem locus ille cyanum metallum* (vulgo Azurum) *& chryſocollam; hujus autem optima æqualis cum auro eſt pretii, quia ad oculorum remedia adhibetur. Ibidem etiam eſt as in mari natans, uſque ad duas orgyias.* Vel ut rectè interpretatur doctiſſimus. D. de Grentemeſnil, *as quod urinando effoditur è fundo maris ad duas orgyias alti.* Sed hęc ipſa deſcriptio docet agi de Propontidis Demoneſo prope Chalcedonem de qua Stephanus: Δημόνησος περὶ Χαλκηδόνα νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τινός. ἔχει δὲ ὁ τόπος κυανοῦ μέταλλον καὶ χρυσοκόλλαν, καὶ χρυσίον εὑρίσκεται τίμιον, ὀφθαλμῶν τε φαρμακόν ἐστιν. *Demoneſus inſula circa Chalcedonem à Demoneſo quodam. Habet autem locus cyani fodinas & chryſocolla. Sed & pretioſum aurum invenitur, & oculorum remedium eſt.* Hæc Ariſtotelicis ſimillima. Niſi quod Ariſtotelis Demoneſus non habet chryſocollam & aurum precioſum, ſed chryſocollam æqualis cum auro precii. Itaque verba Stephani: χρυσοκόλλα καὶ χρυσίον εὑρίσκεται τίμιον ita omnino legenda, χρυσοκόλλη κατὰ χρυσὸν εὑρίσκεται τιμὴν, *chryſocolla juxta pretium auri invenitur.* Viciſſim in Ariſtotele mendosè ſcribitur Δημόνησος, ἡ Καρχηδονίων νῆσος & ſcribendum Χαλκηδονίων ex Stephano qui Demoneſum circa Chalcedonem deſcribit. Tale in Æliani variis lib. 13. cap. 31. Ξενοκράτης ὁ Καρχηδόνιος pro ὁ Χαλκηδόνιος, ut in Laërtio & Suida, & in ipſo Æliano lib. 14. cap. 9. Et in Tzetzis enarratione in Heſiodi opera & dies: Καρχηδόνιοι καὶ Βυζάντιοι, διὰ πλοιαρίου σκαλμὸν διενεχθέντες, δεινῶς ἐναυμάχησαν ἐν τῷ Βοσπόρῳ (legendum Καλχηδόνιοι.) Neque enim Carthaginenſes, ſed Chalcedonenſes cum vicinis Byzantiis ob navigii ſcalmum in Boſphoro decertarunt. Quod affert Scholiaſtes ut confirmet illud Poëtæ, Πῆμα κακὸς γείτων. Rurſus in Ariſtophanis Scholiaſte in Equitib. Act. 4. ſub finem Καρχηδὼν errore ſimili legitur eſſe πόλις Θρᾴκης περὶ τὸ Βυζάντιον, *urbs Thracia circa Byzantium.* Si quis malit Stephanum ex Ariſtotele corrigere, legat Plinium qui Demoneſum recenſet inter inſulas Propontidi circa finem libri quinti. Et Heſychium cui δύο εἰσὶ πρὸς τῷ Βυζαντίῳ νῆσοι κοινῇ μὲν Δημόννησοι λεγόμεναι, ἰδίᾳ δὲ διαλλάττουσαι, ἡ μὲν γὰρ Χαλκῖτις, ἡ δὲ Πιτυοῦσα. *Dua ſunt prope Byzantium inſula qua communi nomine Demonneſi dicuntur, ſed una proprio Chalcitis, altera Pityuſa.* Inde ibidem Δημοννήσιος χαλκὸς, *Demonneſium as*, à quo & ipſa Chalcedon.

CAPUT XXVII.

Phœnices in Sicilia parte Occidentali à Lilybao ad Pelorum.

Pœni è Carthagine, vel etiam è Tyro Phœnices Siciliæ littora diu tenuerunt. *Lilybæum*, id eſt, ad Libyam, Strabonis cujuſdam perſpicacitas. *Lilybæum* Phœnicum urbs ſplendida & munitiſſima, quando condita & aucta. Puteus *Lilybæus* cur dictus. Sibylla Cumæa cur credatur ſepulta ibidem. Sepulchrum locus communis. *Motye* Phœnicium oppidum opulentum, cujus ſitus qualis Tyri. Ratio nominis. *Chek Lub* ubi Cyclopes. *Ægusa* inſula qualis. Unde dicatur *Caeria*. *Hiera* cur *Maritima*. *Bucinna* ſeu *Phorbantia* cur *Jubeſa*. *Drepanum* condidit Amilcar. Nec à Cereris aut Saturni falce, nec à curvo ſitu dicta eſt, ſed à promontorii acumine. *Eryx* aliis *Elyma*; utrumque nomen ab altitudine. Quid ſint הרכסים, Eſ. 40: 4. Templum Erycinæ Veneris à Phœnicibus impensè cultæ. Eryx oppidum. *Egeſta* vel *Aceſta* ubi Xantus & Simois confluunt, non dictam ab Aceſte Trojano, ſed à Punico הסקפה. Fons Egeſtanus calidarum aquarum, quorſum dictus *Helbeſus*. *Ietas* fl. & urbe יטה *Hyccara* חיק בורא *ſinum piſcoſum*. Malè ab hycca deduci. *Panormus* Phœnicum metropolis, quomodo Punicè. *Eleutherus* fl. cur *Orethus* appelletur

letur. *Solus* vel *Soleis* סלעים quia in rupe. Himera Græca urbe diruta Pœni *Therma* condidère ad calidas aquas heroum ævo jam notas. *Himera* onde dicatur. Uſticæ inſulæ nomen à depreſſione factum. *Cephalœdis* vel *Cephalud*, id eſt, rupes flexa. Aliſa urbs & Aliſa fons exultabundus, id eſt, עליצה. *Matiſtrata* vel *Ameſtratus* ab Aſtarte nomen adepta. Alontium עלון, quia in aſcenſu. *Agathurium* vel *Agathyrnum* ſuper הצורות, id eſt, petras. *Abacænum* à celſo ſito dictum. *Mylæ* ubi boves Solis, ab armentis appellatæ. Boves Solis, quos occidere nefas eſſe boves aratores. *Lipara* & *Liparæ* olim *Meligunis* vel *Melogonis*. Liparas nec a pinguedine nec à Rege Liparo dici, ſed a Phœnicio נברש *Nibras*, quaſi facem dixeris, quia facis inſtar noctu lucebat, L & N permutatis. *Melogonim* dici pro מנגנין *Meaggenia*, quia igne intus incluſo ſonus auditur tanquam tympania aut cymbalis pulſantium ad multa ſtadia. Sirenas multi ſtatuunt prope Pelorum. Illis à cantu Punicum nomen.

Phœnices ante Græcos omnia Siciliæ littora tenuiſſe docet hic locus Thucydidis lib. 6. ὤκουν δὲ καὶ Φοίνικες περὶ πᾶσαν μὲν τὴν Σικελίαν ἄκρας τε ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ ἀπολαβόντες, καὶ τὰ ἐπικείμενα νησίδια, ἐμπορίας ἕνεκεν τῆς πρὸς τοὺς Σικελούς. Ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἕλληνες πολλοὶ κατὰ θάλασσαν ἐπεσέπλεον, ἐκλιπόντες τὰ πλείω, Μοτύην, καὶ Σολόεντα, καὶ Πάνορμον ἐγγὺς τῶν Ἐλύμων ξυνοικήσαντες ἐνέμοντο, ξυμμαχίᾳ τε πίσυνοι τῇ τῶν Ἐλύμων, καὶ ὅτι ἐντεῦθεν ἐλάχιστον πλοῦν Καρχηδὼν Σικελίας ἀπέχει. *Habitabant etiam Phœnices circa omnem Siciliam, occupatis extremis ad mare partibus & adjacentibus inſulis, ut cum Siculis negotiarentur. At poſtquam multi Græcorum in eam trajecerunt, Phœnices pleriſque relictis, Motyem & Soluntem & Panormum, vicinas Elymis urbes, una cum iis incoluerunt: freti cùm Elymæorum ſocietate, tum eo quod exiguo inde à Sicilia trajectu Carthago diſtat.* Apparet hæc è Thucydide dici de Carthaginis Phœnicibus, id eſt, Pœnis. Quò eodem pertinent hæc Pauſaniæ in Eliacis: οἱ δὲ Φοίνικες καὶ Λίβυες στόλῳ ἀφίκοντο κοινῷ, καὶ ἄποικοι Καρχηδονίων εἰσίν, *Phœnices atque Libyes communi claſſe in Siciliam venerunt, & Carthaginenſium coloni ſunt.* Nec alia mens Marciani, qui poſtquam recenſuit urbes à Græcis ibi conditas, hęc addit continuò poſt:

> Τὰ δὲ λοιπὰ βάρβαρ' ἐστὶ τῶν πολισμάτων,
> Καρχηδονίων ἐπιτειχισάντων τοὺς τόπους.
> *Et barbarorum quæ ſuperſunt oppida*
> *Carthago dives cinxit altis mœnibus*

Tamen Tyrii Phœnices non Carthaginis hanc inſulam primi occuparunt, ſi Diodoro credimus, qui longam de Tyriorum in Hiſpaniam commerciis diſſertationem ita claudit lib. 5. pag. 216. οἱ Φοίνικες διὰ τῆς τοιαύτης ἐμπορίας ἐπὶ πολὺν λαβόντες χρόνον αὔξησιν, ἀποικίας πολλὰς ἀπέστειλαν, τὰς μὲν εἰς Σικελίαν καὶ τὰς σύνεγγυς ταύτῃ νήσους, τὰς δὲ εἰς τὴν Λιβύην καὶ Σαρδόνα καὶ τὴν Ἰβηρίαν. *Ex hac negotiatione Phœnices per multum temporis opulentiores facti, multas miſerunt colonias, alias quidem in Siciliam & vicinas inſulas, alias autem in Libyam & Sardiniam & Iberiam.* Utut ſit, Phœnices conſtat antiquiſſimis illis temporibus, quibus Africam occuparunt, Siciliam quoque invaſiſſe, atque in ea diu hęſiſſe. Itaque quamvis Græci his ſuccedentes monimenta barbarorum ſummo ſtudio aboleverint, tamen in priſcis fabulis gentiumque & locorum nominibus multa Phœnicii ſermonis veſtigia ſuperfuerunt, quæ hîc pro virili indagare neque erit inutile, neque ut ſpero injucundum. Lector ſtatim in deſcriptione Siciliæ animadvertet, me Cluverium maximè ſequi, qui de veteri Sicilia omnium doctiſſimè & luculentiſſimè ſcripſit.

Facto igitur initio ab ea Siciliæ parte, quę proxima eſt Africæ, quamque adeò Græcis inſulam invadentibus Pœni ſolam ſibi ſervarunt, primò ſe offert *Lilybe* vel *Lilybeum* promontorium, quod Punicè dictum eſt ללוב (*Lelub*) *ad Libyam*, vel ללובאי (*Lelubæ*) *ad Libes*, quia ad Libyam & Libes erat obverſum, ut jam alibi docuimus. Strabo, Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ Λιλυβαίου τὸ ἐλάχιστον δίαρμα ἐπὶ Λιβύην, *eſt à Lilybæo breviſſimus in Africam trajectus*, Diodorus lib. 13. κατέπλευσε τῆς Σικελίας ἐπὶ τὴν ἄκραν τὴν ἀντικρὺ τῆς Λιβύης καλουμένην Λιλύβαιον, *navigavit in Siciliæ promontorium Libyæ oppoſitum quod Lilybæum appellant*. Eunapius in Porphyrio: Συντείνας δὲ ἐπὶ Λιλύβαιον, τὸ δὲ ἐστι τῶν τριῶν ἀκρωτηρίων τῆς Σικελίας τὸ πρὸς τὴν Λιβύην ἀνατεῖνον καὶ ὁρῶν. *Cum contendiſſet Lilybæum, quod unum eſt è tribus Siciliæ promontoriis Africam verſus porrectum, eamque reſpiciens.* Silius lib. 14.

> *Hic contra Libyamque ſitum, Caurosque furentes,*
> *Cernis devexas Lilybæum nobile Chelas.*

Martianus Capella lib. 6. *Lilybæum Africæ fines videt*. Similes locos ex Mela, Plinio, Solino, Ptolemæo citavi in *Phaleg* lib. 4. cap. 33. Quibus ex Strabone, Valerio, Varrone, Æliano, Plinio & Solino addi queat hiſtoria de Strabone quodam; quem aiunt tam certa oculorum acie uſum eſſe, ut claſſes portu Carthaginenſium egredientes è Lilybæo intueretur, & numerum navium diceret. *Strab. l.6. Val. Max l.1.c.8. Ælian. hiſt l.11. c.13. Pl. l.7. c.21. Solin. c.6.*

Ad Lilybæum promontorium Phœnicia urbs erat *Lilybæum*, cujus quo loco diximus ideò non meminit Thucydides, quia cùm Græci Siciliam invaſerunt, nondum condita, aut ſaltem adhuc obſcura erat. Diodorus lib. 22. eam emerſiſſe ſcribit è ruinis vicinæ Motyes: Αὕτη γὰρ, inquit, ἡ πόλις ὑπὸ Καρχηδονίων ἐκτίσθη μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Καρχηδονίων Μοτύης ὑπὸ Διονυσίου τοῦ Τυράννου, τοὺς γὰρ ἐκ ταύτης ὑπολειφθέντας ἀθροίσαντες, κατῴκισαν εἰς τὸ Λιλύβαιον. *Illa enim urbs a Carthaginenſibus fuit condita poſt Motyen Carthaginenſium a Dionyſio tyranno expugnatam. Congregatos quippe quos ex illa reliquos fecerat excidium, Lilybæi collocarunt.* Cui loco fruſtra opponitur quod idem narrat libro undecimo, ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀρίστωνος, id eſt, annis ante Motyes excidium plus minus quinquaginta, bellum inter Ægeſtanos & Lilybætanos eſſe exortum ſuper agro ad Mazaram fluvium ſito: unde ſequatur Lilybęum multo ante extitiſſe. Nam quæ extat urbs condi dicitur, cùm augetur & reparatur. Extabat igitur Lilybæum etiam ante captam Motyen. Sed tum demum evaſit celebris novis colonis additis. Unde eſt quod Lilybæum deinceps Veteres multum extollunt. Cicero Verrinâ quintâ: *Teſtis ſplendidiſſima civitas Lilybetana.* Aurelius Victor de viris illuſtribus in Attilio: *Ex maximis & munitiſſimis civitatibus, Ennâ, Drepano, Lilybæo hoſtilia præſidia dejecit.* Diodorus lib. 36. de Athenione: ἐτόλμησε πόλιν ἀπόρθητον τὸ Λιλύβαιον πολιορκεῖν, *Lilybæum urbem inexpugnabilem obſidere auſus eſt.* Proinde idem narrat lib. 24. Romanos poſt decennalem Lilybæi obſidionem tandem pace facta receſſiſſe. *V. Suid. in Πύῤῥος.*

Urbi nomen ἀπὸ τοῦ φρέατος, ὃ κατ' ἐκείνους μὲν τοὺς καιροὺς ὠνομάζετο Λιλύβαιον, *a puteo quod illo ævo Lilybæum nominabatur*. Ita nugatur Diodorus lib. 13. Latuit enim Græcum hominum oppidum & promontorium ex eo nomen habere quod ad Libes eſſent obverſa. Interim puto me videre quid illi reſpexerint, qui Diodoro impoſuerunt. Rota putei Arabicè propriè דולאב *dulab* vocatur. Sed & ſcribitur לולאב *Lulab* D & L permutatis, ut paſſim. Sic מרך *ſalire* Syris fit ex Hebr. מלח. Unde eſt quod plurale לואליב *lowalib* ex veteri Gloſſario Giggejus *rotas* exponit. Fortè ex hac voce putavit Pœnus aliquis derivari Lilybęum.

Ut Pachynum Hecubę, & Pelorum navarchi Annibalis, ita Lilybæum Sibyllæ Cumęę ſepulchro Veteres inſigniunt. Solinus Salmaſii cap. 5. *Lilybitano* (promontorio) *Lilybæum oppidum decus eſt, & Sibyllæ ſepulchrum*, nempe *Cumææ*, de qua cap. ſecundo dixerat: *Hujus ſepulchrum in Sicilia adhuc*

adhuc manet. Et Iſidorus lib. 8. cap. 8. *Dicta autem Camana a civitate Cumis, quæ eſt in Campania, cujus ſepulchrum in Sicilia adhuc manet.* Sed hęc Sibylla tam fictitia eſt quàm Hecuba & Peloros, de quibus deinceps. Fabula videtur ex eo nata, quod ad Sibyllæ nomen alludit Hebræum זבול (*zebul*) *habitatio*, quod pro ſepulchro paſſim uſurpatur שהוא דר בו כל אחד, *quia in illo quivis habitat*, ut ait Aben-Ezra ad Pſ. 49: 15. Quò pertinet illud Jobi cap. 30. verſ. 23. *Mors avocat me, & domus conſtituta omni viventi.* Id fortaſſe Pœni imitati altera voce Arabica ſepulchro ad Lilybęum inſcripſerant זבול גמאעה (*zebul gumaa*) *habitatio univerſitatis*, id eſt, communis omnium ſedes. Et ex *Zebul gumaa* factum *Sibylla Cumaa.* Sic paſſim Veteres ſepulchra vel inferos *locos communes* appellant. Plautus in prologo Caſinæ: *Qui nunc abierunt hinc in communem locum.* Artemidorus lib. 1. cap. 80. κοινὸς ὁ τόπος ὅτος καλεῖται ὁ τὰς νεκροὺς δεχόμενος. Cicero 6. Verrinâ: *Dico nihil iſtum ejuſmodi rerum in Provincia reliquiſſe, &c. nihil in ædibus cujuſquam, ne in oppidis quidem, nihil in locis communibus.* Juſtinianus Inſtit. lib. 2. tit. 1. *In communem autem locum purum invito ſocio inferre non licet.*

A Lilybæo promontorio verſus Aquilonem navigantibus ſtatim occurrebat *Motye* Pœnorum colonia. Diodorus lib. 14. pag. 423. οὐ μάκραν δὲ λόφου τούτου Μοτύη πόλις ἦν ἄποικος Καρχηδονίων, ᾗ μάλιστα ἐχρῶντο κατὰ τῆς Σικελίας ὁρμητηρίῳ. *Non procul ab illo colle* (Eryce) *ſita erat urbs Motye colonia Carthaginenſium, quâ potiſſimùm utebantur ut belli ſede, unde in Siciliam erumperent.* Proinde Thucydides nuper de Phœnicibus: Μοτύην καὶ Σολόεντα καὶ Πάνορμον, &c. ἐνέμοντο, &c. ὅτι ἐντεῦθεν ἐλάχιστον πλοῦν Καρχηδὼν Σικελίας ἀπέχει. *Motyam, Solentem & Panormum, &c. incoluerunt, &c. quia minimo inde in Carthaginem trajectu Sicilia diſtat:* Et Pauſanias in Eliacis: Ἔστι δὲ κατὰ τὴν ἄκραν ἐν Σικελίᾳ τὴν τετραμμένην ἐπὶ Λιβύης καὶ Νότου, καλουμένην δὲ Πάχυνον (lege Λιλύβαιον) Μοτύη πόλις· οἰκοῦσι δὲ Λίβυες ἐν αὐτῇ καὶ Φοίνικες. *Ad Pachynum* (imò ad Lilybæum) *Siciliæ promontorium quod in Africam & Auſtrum vergit, eſt Motye urbs, quam tenent Afri & Pœni.* Motye in Diodoro legitur urbs fuiſſe valde inſignis: τῷ δὲ πλήθει καὶ τῷ κάλλει τῶν οἰκιῶν εἰς ὑπερβολὴν πεφιλοτεχνημένη, διὰ τὴν εὐπορίαν τῶν κατοικούντων, *& domorum copiâ & ſpecie magnificè exornata propter incolarum divitias.* Situs propè qualis Tyri, nempe in inſula, quam iſthmus manufactus ſtadiorum ſex ita continenti junxerat, ut ex inſula facta eſſet Cherſoneſus. Idem: αὕτη δὲ ἡ πόλις ἦν ἐπί τινος νήσου κειμένη, τῆς Σικελίας ἀπέχουσα σταδίους ἕξ. Et paulò poſt: εἶχε δὲ καὶ ὁδὸν στενὴν χειροποίητον, φέρουσαν ἐπὶ τὸν Σικελίας αἰγιαλόν. Dictam fabulatur Stephanus ἀπὸ Μοτύης γυναικὸς μηνυσάσης Ἡρακλεῖ τοὺς αὐτοῦ βοῦς, *à muliere Motye, quæ Herculi indicavit boum ſuorum abactores.* Ego dictam interpretor Punica voce מטוה *Metuha*, id eſt, protenſam, propter Cherſoneſi longitudinem. Ad Aquilonem fuit Motyenſium portus, quem multis deſcribit Polyænus lib. 5. in Dionyſio.

Inter Lilybæum & Motyen fuiſſe puto חיק ללוב *Chek lelub* ſinum Lilybitanum, contractè חיקלוב *chek lub*, à quo dici *Cyclopes* poſtmodum docebimus; quia ibi habitaverunt, è regione Æguſæ inſulæ, quam Homerus multis deſcribit lib. 8. Odyſſ.

Æguſa nomen eſt ἀπὸ τῶν αἰγῶν à capris, quibus illam inſulam olim abundaſſe ex Homero colligere eſt. *Depreſſo ac plano eſt ſolo*, inquit Cluverius teſtis αὐτόπτης, *eoque agrorum fertilitate & aquarum copiâ præſtat, culturque maximè eſt idonea, ſinuſque inſuper habet ſeu portus tutiſſimos, numeroſaque claſſis capaces.* Quę Æguſę deſcriptio Homericę tam eſt ſimilis quàm ovum ovo ſimile eſt. Media eſt inter Hieram & Phorbantiam. Hæ tres inſulæ communi nomine Ægades appellantur; & utut Siciliæ vicinę, tamen Libycis inſulis accenſentur, quia ſunt in mari Libyco, & è Drepanitano portu ſolventibus per eas in Africam iter eſt. Ægades maximè inſignivit Lutatius, qui ad illas victo Hannone, navibuſque quinquaginta demerſis, & ſeptuaginta captis cum Pœnorum decem millibus, primo bello Punico finem impoſuit.

Polyb. l. 1. Flor. l. 2. c. 2. Corn. Nep. in vit. Hamilc. & Lutat. Sil. l. 1. & 2. & Diod. l. 24.

Æguſæ Libycum nomen apud Stephanum eſt *Catria:* Αἰγοῦσα, inquit, νῆσος Λιβύης, κατὰ Λίβυας λεγομένη Κατρία, *Æguſa inſula Libyæ, juxta Libyes Catria dicta.* Pro Κατρία Cluverius ſcribendum cenſet Καπραρία: quaſi pro Æguſa Libyes *Caprariam* Romana voce appellaverint. Sed utut Αἰγοῦσα & *Capraria* ſint ſynonymę voces, tamen à Romanis ipſis *Æguſa* dicitur, non *Capraria.* Vide Plinium lib. 3. cap. 8. *Aponianam* vocat Hirtius de bello Africano, unde hodiernum *Favagnana*; Caprariam nemo quod ſciam. Pręterea non eſt credibile Pœnos à Romanis accepiſſe nomina inſularum quas tenuerunt diu ante Romam conditam. *Catria* igitur, ut vult Stephanus, Punicum nomen eſt, ſed à Græcis interpolatum. Nempe ע expreſſo per g, ut in *Gaza*, *Segor*, *Gomorrha*, & ſimilibus, עדר *geder* vel *gadar* eſt grex non ſolùm ovium, ſed & caprarum. Sic Cant. 4: 1. & 6: 5. כעדר העזים *ut grex caprarum.* Et Pſal. 50: 9. in Chald. Paraphraſi מן עדרך ברחי *è grege tuo hircos.* Hinc in plur. emphatico עדריא *gedraja* vel *gadraja* ſunt greges. Itaque *Inſula Gadraja*, unde deflexum *Catria*, eſt *inſula gregum*, caprinorum ſcilicet, id eſt, *Æguſa.* Arabes vocant inſulam אלראהב *Arrahib* Anachoretæ ſive Monachi.

Æguſę ad Africum vicina eſt *Hiera* vel *Hieroneſus*, de qua Polybius, Diodorus, Plinius, Ptolemęus. *Maritimam* hodiè vocant non nuper invento nomine. Ita enim habetur in Itinerario inſulari: *A Lilybeo inſula, quæ appellatur Maritima, ſtadia* CCC. Atque in Arabe Geographo id ipſum eſt מליטמה *Maluma* R. & L permutatis. Cujus nominis ratio non eſt obvia. Nemo enim facilè dixerit quorſum è tot maris inſulis, quæ ſunt omnes ex æquo maritimę, una aliqua vocetur *Maritima*, niſi vocem fatearis ex Punica eſſe detortam, quod veriſſimum. Hebręis enim מתרוממה *Metromema*, Chaldæis מתרמא *mitrama* & מתרימא *mitrima*, Syris מתתרימא *metterimo* elatam ſonat. Vox Punica ſimilis, T & R tranſpoſitis, mutata eſt in *Maritimam.* Elatam Pœni appellaverant propter ſitum. Cluverius: *Cum Hiera ſive Maritima, & Phorbantia ſive Bucinna altis rupibus ſint erecta, ac veluti prægrandes ſcopuli è mari emineant, media inter eas Aponiana ſive Æguſa depreſſo ac plano eſt ſolo*, &c.

Ad Æguſæ Aquilonem è regione Drepani eſt Plinii *Bucinna*, quæ Ptolemęo *Phorbantia.* Utrumque nomen Gręci indiderunt à paſtu boum. Fortè Pœnis יבשה *Jabeſa*, id eſt, arida, dicebatur, ut Arabibus אליאבסה *Aliabiſa* vel *Aljabeſa*, unde Italicum nomen *Levenzo* & *Levenzo.* Nempe לים בהא מא *non eſt in ea aqua.* Ita aſſerit Nubienſis Geographus Cl. 4. part. 2.

Drepanum, aliis Drepana, portus erat Erycinorum, ubi oppidum primus extruxit & communivit Hamilcar Pœnus, eò tranſlatis Erycinis. Diodorus lib. 23. Ἀμίλκας δὲ ὁ Καρχηδόνιος τὸ Δρέπανον τειχίσας, καὶ πόλιν κατασκευάσας, μετῴκισε τοὺς Ἐρυκίνους καὶ τὸν Ἔρυκα κατέσκαψε. Quo facto brevi Drepanum ita crevit, ut inter nobiliſſimas Sicilię urbes cenſeretur. Victor de Attilio: *Ex maximis & munitiſſimis civitatibus Enna, Drepano, Lilybæo hoſtilia præſidia dejecit.* Sexto id anno contigit poſtquam fuerat

rat condita. Nempe propter loci opportunitatem & præſtantiam portûs, Drepanum ſemper magnifecêre Carthaginenſes. Polybius lib. 1. *διὰ γὰρ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου, καὶ τὸ κάλλος τοῦ περὶ Δρέπανον λιμένος, ἀεὶ μεγάλην ἐποιοῦντο τὴν σπουδὴν οἱ Καρχηδόνιοι περὶ τὴν φυλακὴν αὐτοῦ.*

De nominis origine Græci multa comminiſcuntur. Alii dici Δρέπανον, (id eſt, falcem) *a falce Cereris quam ibi cum filiam ſuam Proſerpinam quæreret, amiſerit.* Ita Servius in lib. 3. Æn. Alii *ὅτι ἐκεῖ ἦν τὸ δρέπανον μεθ᾽ οὗ τὸν οὐρανὸν ὁ Κρόνος ἐξέτεμε, quia ibi erat falx quâ cœlum exſecuit Saturnus*, ut Corcyræ falx quâ Saturnum Juppiter. Ita Iſacius in Lycophronem. Aliis denique *dictum Drepanum eſt a curvo ſitu inſtar falcis.* Ita Pomponius Sabinus. Quem cur Recentiores ſequantur tanto conſenſu, non poſſum ſatis mirari. Cùm in portu Drepanitano terra non curvetur ſenſim in falcis modum, ſed planè in acumen deſinat. Proinde Drepano videtur nomen feciſſe Punicum דרבן *darban*, id eſt, aculeus. Extat in Hebræo Scripturæ textu, 1. Sam. 13: 21. Et hujus plurale דרבנות *darbanoth*, Eccleſ. 12: 11. Radix דרב (*daraba*) *acutum eſſe* in uſu eſt apud Arabes. Unde דראב *darab* illis acumen.

Prope Drepanum eſt Eryx mons celſiſſimus & ſolo Ætna minor. Polybius lib. 1. *μέγιστον δὲ παρὰ πολὺ διαφέρει τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ὀρῶν πλὴν τῆς Αἴτνης, omnes Siciliæ montes præter Ætnam longè ſuperat.* Solinus: *Eminet Siciliæ montibus Ætna & Eryce.* Diodorus lib. 4. aſcenſum ad Erycem tradit eſſe triginta ſtadiorum, *τῆς ἀναβάσεως οὔσης σταδίων λ.* Inde Poëta lib. 12. Æn.

Quantus Athos, aut quantus Eryx.

Et Æneid. lib. 5.

At procul excelſo miratus vertice montis
Adventum ſociaſque rates occurrit Aceſtes.

Excelſo vertice montis, nempe Erycis, unde Trojanorum videbat naves Dropanum appellentes. Et Silius lib. 14.

Nec non altus Eryx.

Et Theocritus Idyll. 15.

Αἰπεινόν τ᾽ Ἔρυκα, ſublimemque Erycem.

Et Geographus Arabs (qui חאמד *Hamed* vocat Clim. 4. part. 2. הו גבל עאלי אלדרוה עאלי אלקנה, *mons eſt magnus celſi verticis & ſublimis faſtigii*, bis idem repetens diverſis vocibus ad majorem emphaſim. Inde Pœnis עלים *alim* vel *elim*, quaſi loca celſa dixeris. Quod Græci Ἔλυμα & Ἔλυμοι ſcribunt. Vid. Dionyſium Halicarnaſſ. lib. 1. Sed & Ἔρυξ *Eryx* merè Punicum eſt. Quod Hebraicè ſcripſeris הרוכס *Harucas* vel הרכס *Hareces*; unde plurale הרכסים *Harecaſim* pro locis excelſis extat, Eſ. 40: 4. Prophetæ verba ſic habent: *Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis deprimetur, & quod curvum eſt erit in planum* והרכסים לבקעה *& loca celſa in convallem.* Kimchius in Lexico reddit ההרים הגבוהים *montes excelſos.* Ut Pſ. 31: 21. מרוכסי איש *ab elationibus viri.* Nam paulò antè verſ. 19. David querebatur impios obloqui juſto בגאוה ובוז *cum elatione & contemptu.* Rurſus Exod. 28: 28. & 39: 21. ירכסו Arabs priore loco reddit ירפעון *attollent*, poſteriore רפעוא *ſuſtulerunt.* Rabbi Selomo הרכסים montium ſeriem interpretatur, qui invicem ita cohærent, ut clivi intermedii ardui ſint, nec obliquentur, quo mollior ſit aſcenſus & deſcenſus. Contrà Aben-Ezra מקום מעוות *locum obliquum*, Vulgata *aſpera*, Græci *τραχεῖα*, Junius *ſalebroſa.* Sed his præferenda videtur interpretatio Kimchii; quia הרכסים Eſaias opponit לבקעה *valli.* Quæ oppoſitio nulla eſt, ſi הרכסים ſunt loca obliqua, vel aſpera, vel ſalebroſa. Cùm etiam in valle flexus & ſalebræ ſæpe occurrant. Sic Deut. 24: 4. mentio ſit *vallis aſpera.* Præterea pro elatione ſumitur רכס in iis Scripturæ locis quæ citavimus, quibus ſolis occurrit. Et Chaldæus hic habet בית גדורין *locum elationum*, id eſt, ſublimem & excelſum. Sic Talmudicum גדור in Aruch eſt גבשושית *eminentia*, & Arabicè in Giggeio גדאר eſt *collis*, גדר *via montium.* Denique הרכס & *Eryx* planè idem ſunt. Quod fatebitur quiſquis harum literarum aliquem guſtum habet. Hæc obiter de voce in qua hærent interpretes.

In ſummo vertice Erycis templum fuit Veneris Erycinæ. Polybius lib. 1. *Τούτου δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς κορυφῆς, οὔσης ἐπιπέδου, κεῖται τὸ τῆς Ἀφροδίτης τῆς Ἐρυκίνης ἱερὸν ὅπερ ὁμολογουμένως ἐπιφανέστατόν ἐστι τῷ τε πλούτῳ καὶ τῇ λοιπῇ προστασίᾳ τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ἱερῶν. In hujus vertice, quod planum eſt, templum Erycinæ Veneris ſitum, omnium haud dubiè quæ tota Siciliæ ſunt divitiis & reliquo cultu longè clariſſimum.* Mela: *Montium* (Siciliæ) *Eryx maximè memoratur ob delubrum Veneris ab Ænea conditum.* Virgilius lib. 5. Æn.

Tum vicina aſtris Erycino in vertice ſedes
Fundatur Veneri Idaliæ.

Hanc impensè coluiſſe Pœnos teſtatur Diodorus lib. 4. *Καρχηδόνιοι*, inquit, *μέρους τῆς Σικελίας κυριεύσαντες, οὐ διέλιπον τιμῶντες τὴν θεὸν διαφερόντως, Carthaginenſes parte inſulæ in ditionem redactâ, eximio Deam cultu proſequi non deſtiterunt.* Nempe Venus eſt Phœnicium *Aſtarte*, cujus cultum ab illis Græci edidicerant. Notum enim eſt ex Pauſania nullum in Græcia fuiſſe Veneris templum antiquius templo Cytheræ Veneris, quod in Cytheris Phœnices condiderant. Proinde etiam ædes Erycinæ Veneris videtur eoſdem habuiſſe conditores, quicquid Græci de Ænea & Trojanis garriant, aut verò de Dædalo, quem ferunt ſaxum Erycis anteà confragoſum complanaſſe, muro per præcipitia ducto, ut latior eſſet area. Vide Diodor. lib. 4. & Pompon. Sabinum in lib. 5. Æn.

Sed & in Erycis vertice fuit urbs ejuſdem cum monte nominis, de qua Polybius ubi ſuprà: *Ἡ δὲ πόλις ὑπ᾽ αὐτὴν τὴν κορυφὴν τέτακται πάνυ μακρὰν ἔχουσα καὶ προσάντη πανταχόθεν τὴν ἀνάβασιν, urbs ſub ipſo vertice ſita eſt, valde longum & arduum aſcenſum habens.* Hanc condidiſſe fertur Eryx Veneris & Butæ, aut ut alii Neptuni filius, quem Hercules certamine victum principatu & vitâ exuit. Sed hæc merè fabuloſa ſunt. Agetur in ſequentibus de alia Eryce urbe prope Palicos, quæ & ipſa in monte fuit. Unde confirmatur id quod diximus, Erycen à ſitu dici.

Egeſta vel *Ægeſta*, Romanis ſcriptoribus *Segeſta præpoſitâ ei S literâ* (inquit Feſtus) *ne obſcœno nomine appellaretur*, à ſummo Poëta Aceſta dicitur, tanquam ab Aceſte conditore, quem alii Ægeſtum vocant. Locus eſt lib. 5. Æn.

Urbem appellabunt permiſſo nomine Aceſtam.

Ubi Servius: *Ab Aceſte ſcilicet. Dicta autem Aceſta, deinde Segeſta.* Ita etiam Silius:

—— Trojanaque venit Aceſta.

Piget hîc referre fabulas de Aceſte, quem ediđiſſe dicitur Sylvia Egeſta Hippotæ Trojani filia, Trojâ metu belluæ relictâ delata in Siciliam, ibique ab amne Crimiſo in canem mutato compreſſa. Ab hoc Aceſte ſcilicet Aceſta urbs, & Aceſtani populi. Et qui prope Aceſtam confluunt amnes Trojanis nominibus Scamander vel Xanthus & Simois dicti. Hinc Poëta lib. 5. Æn.

Hectoreos amnes Xanthum & Simoenta videbo.

Et Strabo lib. 13. *Quidam ajunt ad Ægeſtam Siciliæ trajeciſſe Æneam, cum Elymo Trojano, & occupaſſe Erycem Lilybæumque, καὶ ποταμοὺς περὶ Αἴγεσταν προσαγορεῦσαι Σκάμανδρον καὶ Σιμόεντα, amneſque apud Ægeſtam denominaſſe Scamandrum & Simoenta.*

Et

Et Diodori lib. 20. Agathocles Ægeſtæis infenſus *pauperrimum quemque ab urbe eductum* παρὰ τ̃ Σκάμανδρον ποταμὸν ἀπέσφαξε, *ad Scamandrum amnem mactavit.* Sed cùm Scamandri & Simoentis ad Egeſtam nec Scylax, nec Thucydides, nec vetuſtiorum ullus meminerit, recentiora eſſe puto hęc nomina, & à Gręcis tandem indita ut receptis de Aceſte & Ænea fabulis fidem facerent. Nec Aceſta ab Aceſte, ſed à Punico הקשתה *hakkeſta* videtur ſumpſiſſe nomen, id eſt, turris ſeu munitio. Syra flexione pro קשתא *keſta* ſcribitur קושטא *kuſta*: unde in Chaldæo Paraphraſte, Pſ. 61:4. קושטא דעשנא *turris roboris*, Hebraicè מגדל עז.

Calidas aquas circa Egeſtam multi deſcribunt. Strabo lib. 6. *Calidarum aquarum eruptiones multis locis habet inſula; quarum Selinuntia & Himerenſes ſalſæ ſunt*, τὰ ἡ Αἰγεσταῖα πότιμα, *Ægeſtana autem potabiles.* Diodorus lib. 4. ubi de aquis quas Herculi Siciliam peragranti nymphæ aperuerunt: τούτων δὲ ὄντων διττῶν, τὰ μὲν Ἱμεραῖα, τὰ δ' Ἐγεσταῖα προσαγορευόμενα, τὴν ὀνομασίαν ἔχοντα ταύτην ἀπὸ τ̃ τόπων; *bina cum ſint, altera Himerenſes, altera Segeſtana, has appellationes à locis habent.* Plinius lib. 31. cap. 6. *Nec verò omnes quæ ſint calidæ, medicatas eſſe credendum, ſicut in Egeſta Siciliæ.* Sed has aquas è Veteribus unus Solinus nominavit: *Apud Segeſtanos*, inquit, *Helbeſus in medio flumine ſubita exæſtuatione fervet. Helbeſus*, inquam, non *Herbeſſus*, ut contra librorum fidem repoſuiſſe Delrium notat Vir magnus in Solinum. *Helbeſſus* Pœnis erat חל פשור (*Halpaſur*) lavacrum tepidum. Utraque vox ex Syris nota, quibus חלל eſt lavare. Sic in Chaldæa Paraphraſi, Ruth. 3: 3. ותחליליבמיא, *& lavabis te in aquis*, & paſſim. Et פשור *paſur* vel *paſor* tepidum ſonat, Eccleſ. 2: 8. & Apoc. 3: 16. Sic Arabibus פתר per ת eſt tepeſcere, ש & ת de more permutatis.

In Segeſtano ſiou Cluverius ex Ptolemęo fluvium habet Gręci nominis *Bathyn*, ſed ſuſpicatur legendum *Jatin*, quomodo hodiéque vocant à monte & oppido *Jati* unde oritur. *Jati* Silio eſt *Celſus Jetas*, Philiſto & Stephano Ἰεταί. Cives *Jetenſes* Plinio, *Jetini* Tullio & Diodoro, qui ſic habet lib. 23. Ἰετῖνοι ἐκβαλόντες τὴν τ̃ Φοινίκων φρουρὰν τὴν πόλιν Ῥωμαίοις ἔδωκαν, *Jetini ejecto Pœnorum præſidio Romanis urbem tradiderunt.* Sic in Judææ montanis fuit יוטה *Juta*, Vulgato Interpreti *Jota* & *Jeta*, Joſ. 15: 54. & 21: 16. An à נטה, id eſt, inclinando, quod ſit in montis parte declivi.

Inde Panormum pergentibus offert ſe Ὕκκαρα βαρβαρικὸν χωρίον, *Hyccara barbaricum oppidum.* Ita Plutarchus in Nicia. Et Thucydides lib. 6. πόλισμα Σικανικὸν μὲν, Ἐγεσταίοις δὲ πολέμιον, *Sicanicum quidem oppidum, ſed Egeſtæis infenſum.* Itaque non placet quod apud Athen lib. 7. Timæus nominis originem ex Græca lingua arceſſens *Hyccara* dici vult παρὰ τὸ τοὺς πρώτους τ̃ ἀνθρώπων ἐλθόντας ἐπὶ τὸν τόπον ἰχθῦς εὑρεῖν τὰς καλουμένας ὕκκας, *eo quod qui primi mortalium in eum locum venerunt, piſces repererint Hyccas nomine.* Hycca pro Erythrino piſce Cyrenæorum eſt vox, alibi rarò in uſu, pręterquam apud Poëtas. Et ut ab Hycca fiat Hyccara non patitur analogia. Denique barbari oppidi vocabulum è Græco ſermone repetitur minùs commodè. Proinde puto conſultiùs ex Punica lingua petere, quâ חיקכורא *Hek-caura* eſt ſinus piſcis, id eſt, piſcoſus. Qualem eſſe ſinum Hyccaræ ex his Fazelli didici Dec. 1. lib. 7. de Hyccaris. *Ruina prorſus jacentes adhuc extant loco Garbolangi vocitato, ubi turris ſuperſtructa hodiè eſt, thynnorumque captura*, (id eſt, cetaria.) *Perſeverat autem priſci nominis id tantummodo veſtigium, quod locus ille murus Carini* (*muro di Carini* vel *d'Iccarini*) *appellatur.* Hyccara natum eſt ex Punico חיק כורא *Hec-caura*; quomodo ex איכורא *I-caura*, id eſt, inſulâ piſcosâ, Icari Gręcum nomen. Quam veram eſſe Etymologiam docent hæc Athenæi lib. 1. cap. 24. ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Ἴκαρος πρότερον Ἰχθυόεσσα διὰ τὸ ἐν αὐτῇ τ̃ ἰχθύων πλῆθος, *olim autem Icarus Ichthyuſa vocabatur, propter piſcium in ea copiam.* Vir doctiſſimus in Athenæum craſſo errore *Imacharenſes* mutat in Hyccarenſes, cùm illi ſint mediterranei, hi littorei.

Poſt littoris flexum in Ortum duæ apparent urbes magni nominis Panormus & Solûs, quas cum Motya Pœnis illis antiquiſſimis attribuit Thucydides lib. 6.. Μοτύην καὶ Σολόεντα καὶ Πάνορμον, &c. ᾤκησαν, *Motyen & Soluntem & Panormum*, &c. *incolebant.* Harum Panormus, ut Polybius author eſt lib. 1. ἦν βαρυτάτη πόλις τῆς τ̃ Καρχηδονίων ἐπαρχίας, *erat potiſſima urbs ditionis Carthaginenſium.* Et Diodorus lib. 22. eandem habere aſſerit λιμένα κάλλιστον τ̃ κατὰ τὴν Σικελίαν, ἀφ' οὗ καὶ τὴν πόλιν συμβέβηκε τετευχέναι ταύτης τῆς προσηγορίας, *pulcherrimum totius Siciliæ portum, ex quo & appellationem iſtam urbs conſecuta eſt.* Quod ipſum mirari ſubit, unde Græcum habuerit nomen urbs quam nec Græci condidiſſe, nec niſi ſerò admodum obtinuiſſe leguntur. Proinde veriſimile eſt aliud Panormi nomen in uſu fuiſſe apud Pœnos, puta לברתין *Lepten*, id eſt, ὅρμον ſtationem.

Sic Panormo vicinus amnis in Ptolemęo Græca voce Ἐλεύθερος (*Liber*) in Vibio Punica *Orethus* appellatur. Neque enim aſſentior Cluverio qui diverſa facit flumina. Quippe ut Gręcè Ἐλεύθερος, ita Punicè in ſtatu abſoluto חורא *ora*, & in emphatico חורתא *oretha* liberum ſonat. Itaque idem ſunt *Eleutherus* & *Orethus*; quamvis Ptolemęus, cui Sicilia parùm fuit cognita, Eleutherum a Panormo plus juſto removerit. Sed cùm חורתא ſit fœmininum, ſupplendum eſt עין fons, aut ארית *rivus*, aut אבדה alveus, quę Punicè fœminina ſunt.

Altera in hoc tractu Pœnorum urbs Σολόεις vel Σόλus nomen accepiſſe traditur ἀπὸ Σολοῦντος κακοξένου, ὃν ἀνεῖλεν Ἡρακλῆς, *à Soluнте viro in hoſpites inhumano, quem interemit Hercules.* Hęc fabulatores apud Stephanum. At vera nominis origo patet ex ſitu, quem Fazellus ita deſcribit Dec. 1. lib. 8. *Mons Gerbinus à Panormo paſſuum millia* XII *diſtans ſequitur, quem mare adlambit, & mons alius undique præciſus ei contiguus. Ad cujus verticem Soloentum urbs vetuſtiſſima, hodiè prorſus jacens cernitur, &c. Erat autem ambitus paſſuum ſupra mille, & naturali ſitu communita, unicum habens aditum, & aſcenſu perdifficilem.* Urbs in loco tam prærupto & confragoſo condita dicta eſt à Pœnis סלעם (*ſelaim*) *rupes*: unde Gręcis Σολόεις *Solois*: quę mutatio prorſus eſt analogica. *Cametz* expreſſum per O Syrorum more, ut in *Edom* & *Corban.* Et *Sçeva* de more tranſiit in ſonum ſubſequentis, ut in *Sodoma* & *Phogor* & *Solomone.* Terminatio mutata ut in *Niſibis* ex נציבין *Noſibin*, *Sepphoris* ex צפורין *Sipporin* & ſimilibus.

Quantum à Panormo Solûs tantum à Solunte diſtat *Himera* Gręca urbs, ſita ad Occaſum Himerę fluvii, quem Veteres per ſummum errorem putaverunt eundem eſſe & ex eodem fonte oriri cum altero Himera, qui in Meridiem fluit inter Gelam & Agrigentum. Vide Antigonum in mirandis, & Melam, & Solinum, & Vibium, & Vitruvium. Quin licet utriuſque fontes ex Nebrode monte ebulliant, diſtant tamen ab invicem ferè quadraginta millibus.

Himerenſes ſoli Gręcorum ętate Thucydidis ad mare Tyrrhenum habitabant. Urbem à Zanclęis conditam ad Occaſum Himerę amnis, cùm

floruiſſet per annos CXL., Pœni duce Annibale ſolo æquarunt, annis ante Chriſtum minimum quadringentis. Sed in altera parte fluminis, iidem biennio pòſt, ut habet Diodorus lib. 13. καταλέξαντες τῶν πολιτῶν τινὰς, καὶ τῶν ἄλλων Λιβύων τοὺς βουλομένους, ἔκτισαν πρὸς αὐτοῖς τοῖς θέρμοις ὕδασι πόλιν, ὀνομάσαντες Θερμά. *Volonum ex civibus aliiſque Afris delecta habita, novam ad ipſas calidas aquas urbem condiderunt, quam Thermas appellarunt.* Θέρμα, id eſt, חמים *Hammim* vel *Hemim.* Ita enim ſonabat Thermarum Punicum nomen. Unde eſt quod Hieronymus vocem הימם, Gen. 36: 24. (quam vocalibus nondum adſcriptis videtur legiſſe *hemim*) nonnullos aquas calidas interpretari ſcribit *juxta Punica lingua vicinam, quæ Hebrææ contermina eſt.*

Has porrò aquas fabuloſo heroum ævo jam innotuiſſe Græcis patet ex Diodoro, qui libro 4. narrat Herculem, cùm Siciliæ littora peragraret, & è Peloro iret ad Erycem, τὰς νύμφας ἀνεῖναι θερμὰ λουτρὰ πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν τῆς κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν γενομένης αὐτῷ κακοπαθείας. Τούτων δὲ ὄντων διττῶν, τὰ μὲν Ἱμεραῖα, τὰ δὲ Ἐγεσταῖα προσαγορεύεται, τὴν ὀνομασίαν ἔχοντα ταύτην ἀπὸ τῶν τόπων. *Nymphas calida illa balnea excitaſſe, quibus contractam ex itinere laſſitudinem allevaret. Quæ bina cum ſint, illa Himeræa, hæc Egeſtana dici, nomine facto a locis.* Inde Pindarus in Olymp. Ode 12. Ergoteli Himerenſi.

> Θερμὰ νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις, ὁμιλέων παρ' οἰκείαις ἀρούραις.
>
> *Calida nympharum balnea extollis, verſans apud domeſtica arva.*

Ubi Scholiaſtes: Τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ θερμὰ λουτρὰ τῆς Ἱμέρας πόλεως λέγεται Ἀθηνᾶν ἀναδοῦναι εἰς ἀνάπαυσιν Ἡρακλεῖ ἡνίκα ἐκεῖ ἐφάνη· τινὲς δὲ νύμφας, ὡς καὶ Πίνδαρος. *Calida Himeræ urbis in Sicilia balnea Minervam ajunt aperuiſſe Herculi in laborum recreationem, cum illùc perveniſſet. Alii autem nymphas, ut & Pindarus.* Ab his aquis Himeræ nomen. Res manifeſta: cum Syris חמר *hamar* ſit incaleſcere. Sic in Chald. Paraphraſte, Job. 30: 27. מעי חמרו (*meai hamara*) *viſcera mea incaluerunt*, vel ut alii *efferbuerunt.* In Hebræo eſt רתחו quod de aquis ferventibus uſurpatur, Job. 41: 22. & Ezech. 24: 5. Alterius Himeræ nomen Pœni aliter ſcribebant, ut ſuo loco dicetur.

Poſt Thermas Himerenſes proximè occurrit *Paropus* ex lib. 1. Polybii. Cui Plinius Uſticam opponit. *A Solunte*, inquit, LXXV *millia Oſteodes, contraque Paropinos Uſtica.* Arabs à Panormo diſtare ſcribit XL M. paſſ. & ab inſula Hericode totidem, & aquis eſſe irriguam, & portum habere commodum. Nomen hodiéque retinet. Arabes per *koph* ſcribunt אשתקה. Sed Pœni olim ut putamus per *cheth* אשתחה, quæ vox depreſſionem & incurvationem ſonat: quia inſulæ maxima pars plana & depreſſa eſt. Horatius lib. 1. Od. 17.

> *Utcumque dulci Tyndari fiſtulâ*
> *Valles & Uſticæ cubantis*
> *Levia perſonuère ſaxa.*

Nota *valles* & *cubantis*, id eſt, depreſſæ. Acron: *Cubantis, depreſſa, ut Megaroſque ſinus, Tapſumque jacentem.* Ad quem Virgilii locum Servius: *Tapſus inſula non longe à Syracuſis plana & penè fluctibus par.* Itaque *Uſtica* Pœnis idem quod Romanis *Planaria*; cujus nominis inſula habetur inter Iluam & Corſicam (*Pianoſa* hodiè) à ſpecie dicta inquit Plinius & æqualis freto. אשתחה *Uſtica* fit ex conjugat. *Ethpael* verbi שחה quod deprimere eſt. Sic Habac. 3: 6. שחו גבעות עולם *depreſſi ſunt colles ſæculi.* Unde & Hebræis השתחוה adoratio quæ fit inclinato corpore.

Jam ſequitur Κεφαλοιδὶς *Cephalœdis* vel Κεφαλοίδιον *Cephalœdium* oppidum, de quo Diodorus lib. 13: 20. & 23. Strabo, Plinius, Ptolemæus; unde *Cephalœdia ora* Silio, & Cephalœditani Ciceroni in Verrinis, & Priſciano. In Arabe Geographo corruptè ſcribitur גלפודי *Gelaphudi* pro גפלודי *Gephaludi.* Hodiè vocant *Ceſalu* & *Cephalud.* Nomen utut Græcum videatur, tamen eſt merè Punicum. Pœnis enim כיפא לוד *Cephalud* eſt rupes flexa. *Cephalœdis* porrò ſita eſt in vertice rupis, penè in ipſo flexu promontorii quod multum in mare prominet. Conſtat id tam ex Tabulis quam ex deſcriptione Fazelli, dum in eo eſt ut probet Græcum eſſe vocabulum. *Cephalœdos*, inquit, *urbs vetuſta, nomen a* κεφαλὴ, *quod caput eſt Latinis, nacta eſt, vel ob id quod ad verticem prœruptæ rupis, promontorii ſpeciem habentis condita fuit, ubi adhuc arx eſt natura munitiſſima, & urbs ipſa jacens ambitu ferme mille paſſuum.* Dec. 1. lib. 8. cap. 3. *Cephalud* compoſita vox ex duabus, quarum utraque notiſſima eſt. Prior ex Evangelio, in quo *Cephas* ſeu Petrus Simonis Apoſtoli cognomentum eſt: Poſterior ex iis quæ diximus de nomine *Lud*, unde Lydi & Æthiopes. Pro Cephalude Κεφαλοιδὶς Doricum eſt, ut Ἀρέθοισα in Theocrito.

Inde ſequitur Ἄλαισος *Alæſus* vel *Haleſus*, amnis, ubi *Alæſa*, *Aleſa*, vel *Haleſa* urbs. Ita enim variè legitur. Deſcribitur à Diodoro lib. 14. in colle octo ſtadiis à mari diſſito. Tamen ad mare portum habuit, de quo Cicero Verrinâ tertiâ. Condita eſt annis circiter quadringentis ante Chriſtum, vel ut nonnullis viſum ab Archonide Herbitenſium præfecto, vel ut alii à Pœnis. Diodorus lib. 14. Τινὲς δέ φασιν ὑπὸ Καρχηδονίων ἐκτίσθαι τὴν Ἄλαισαν, καθ' ὃν καιρὸν Ἀμίλκας τὴν πρὸς τὸν Διονύσιον εἰρήνην ἐποιήσατο. *Alii autem Aleſam conditam fuiſſe dicunt à Carthaginenſibus, quo tempore Amilcar cum Dionyſio pacem ſancivit.* Cui ſententiæ Alæſini libentiùs acceſſerunt, quia cùm Herbita cum Alæſa magnitudine & opibus haudquaquam eſſet conferenda, pudebat illos tam ſordidæ originis. Itaque οἱ Ἀλαισῖνοι τὴν τῶν Ἐρβιταίων συγγένειαν ἀπηρνήσαντο, αἰσχρὸν ἡγούμενοι καταδεεστέρας πόλεως ἑαυτοὺς νομίζεσθαι. *Herbitenſium cognationem Aleſini abnegaverunt, quod turpe ſibi ducerent urbis inferioris colonos ſe profiteri.* Locum enim fuiſſe Aleſæ inter urbes Siciliæ clariſſimas Cicero non ſemel docet. Sic Epiſt. 32. lib. 13. *In Haleſina civitate tam lauta quàm nobili.* Et Verrinâ tertiâ: *Siciliæ civitates multæ ſunt, Judices, ornatæ atque honeſtæ, ex quibus imprimis numeranda eſt civitas Haleſina. Nullam enim reperietis aut officiis fideliorem aut copiis locupletiorem, aut authoritate graviorem.* An hinc עליסה *Aliſa*, vel quod idem eſt, עליזה *Aliza*, id eſt, *exultabunda* Punicè nominata eſt, quo epitheto in Scriptura inſigniuntur urbes quæ divitiarum nomine gloriantur & inſoleſcunt? Sic Tyrus עליזה *aliza* dicitur Eſ. 23: 7. Et Ninive העיר העליזה (*hair haaliza*) *civitas exultabunda*, Sophon. 2: 15. Et Jeruſalem קריה עליזה (*Kirja aliza*) *urbs exultabunda*, Eſ. 22: 2. & 23: 7. ubi LXX. πόλις πλουσία *urbs opulenta*, metonymiâ cauſæ pro effectu. Huic conjecturæ eſſet locus, ſi Herbita ſemper tenuis, & Aleſa ſemper fuiſſet opulenta: At Herbitenſes à priſca opulentia nuper exciderant. Cicero Verrinâ tertiâ: *Videamus Herbitenſis civitas, honeſta & anteà copioſa, quemadmodum ſpoliata ab iſto ac vexata ſit.* Et hos animos Aleſini non ita pridem ſumpſerant, quia divitiæ illis erant recentes. Diodorus ubi ſuprà: ἐν δὲ τοῖς ὕστερον χρόνοις, *poſtremis autem temporibus, poſtquam acceſſit urbi plurimum incrementi, cum propter maritimas negotiationes tum propter immunitatem a Romanis conceſſam, Herbitenſium cognationem Aleſini abnegarunt.*

Itaque veriſimile eſt עליזה (*Aliza*) *exultabundam* Punico vocabulo dictum eſſe fontem Aleſini agri de quo Solinus: *In Haleſina regione fons, alias* que-

quietus & tranquillus cùm ſiletur: ſi inſonent tibiæ, EXULTABUNDUS ad cantus elevatur; & quaſi miretur dulcedinem vocis ultra margines intumeſcit. Et Priſcianus in verſione Dionyſii Periegetis:

> *Hic & Haleſinus fons eſt, mitiſſimus undis,*
> *Tibia quem extollit, cantu ſaltare putatur*
> *Muſicus, & ripis lætans excurrere plenis.*

Hic, inquam, fons Aleſini agri, ad cantum cum exultatione intumeſcere creditus, verène an ſecus noſtrâ nil refert, cùm à Pœnis appellatus fuiſſet עין עליזה (*ain-Aliſa*) *fons exultabundus*; inde regioni poſtmodum & urbi & amni vicinis inditum nomen.

Circa eundem amnem fuit oppidum binomium. Ad prius nomen pertinent Philiſti Μυτίστρατα, Polybii Μυτίστρατον, Zonaræ Μυττίστρατον, & Plinii *Mutuſtratini*. Ad poſterius Silii *Amaſtra*, Apollodori Ἀμήστρατος, & Ciceronis *Ameſtratini*. Stephanus ridiculè deſcripſit περὶ Καρχηδόνα *circa Carthaginem*, idque tanquam ex Polybio, cùm Polybius & alii omnes Siciliæ adſcribant. Itaque non fuit circa Carthaginem, ſed Carthaginenſium in Sicilia oppidum munitiſſimum, quod Romani per ſeptem menſes fruſtra obſeſſum, nec ſine magnis cladibus, tertia tandem obſidione ceperunt & ſolo æquarunt, civibus quotquot ſupererant ſub corona venditis. Diodorus lib. 23. Nomen non intelligo ſatis. Niſi quod à templo Aſtartes Punicè deæ dictum fuiſſe ſuſpicor מת עשתרתא *mat-Aſtarta*, & עם עשתרתא *Am-Aſtarta*, id eſt, *urbem* vel *populum Aſtartes*. Nempe מתא eſt urbs Talmudicis, ut in vulgari proverbio לכתא דירקא ירקא שקול, *in urbem oleris olus importa*. Itaque *Mataſtaria*, unde Græcis Μυτίστρατα vel Μυτίστρατον, eſt urbs Aſtartes. Et עם אשתרתא *Am-Aſtarta* vel *Ameſtratus* eſt populus Aſtartes. Tale עם כמוש (*am Chemos*) *populo Chamos* pro Moabitis à quibus Chamos colebatur, Num. 21: 29. & Jerem. 48: 46. Et עם אלהים *populus Dei*, vel עם יהוה *populus Domini* pro Judæis. Vide 2 Sam. 14: 13. Jud. 5: 11. &c.

Sequuntur *Calacta* ſeu pulchrum littus, & poſt Calactam Ἀλόντιον *Alontium*, vel Ἀλούντιον *Aluntium*. Prius in Ptolemæo legitur, poſterius in Phalaride, Cicerone, Dionyſio, Diodoro, Plinio. *Alontium* ex עלות *aloth*, *Aluntium* ex עלות *aluth* factum. *Aloth* & *Aluth* idem ſunt, niſi quod prius Hebræum, alterum eſt Phœnicium, tale in Plauto *alonuth* deæ & *bynuth* filiæ. Adde *beruth* puteos, unde Βηρυτὸς apud Stephanum. עלות *Aluth*, id eſt, *celſa*, ſupp. מקומות *loca*. Itaque *Aluntio* nomen à ſitu. Erat enim in loco edito. Cicero Verrinâ quartâ: *Quum Aluntium* (al. Haluntium) *veniſſet prætor laborioſus & diligens, ipſe in oppidum accedere noluit, quod erat difficili aſcenſu.* Fazellus Dec. 1. lib. 9. cap. 4. *In colle edito & mari prominenti nonnihil infra S. Philadelphi oppidum, Aluntium vetuſta jacet urbs.* Rectè vetuſtam appellat, cùm Trojanis temporibus putetur jam ſtetiſſe. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 1. ubi de Æneæ profectione in Italiam: Πάτρων δὲ πεισθεὶς ὑπ' Αἰνείου κοινωνεῖν τῆς ἀποικίας, καὶ σὺν αὐτῷ τινὲς τῶν φίλων, ὑπέμειναν ἐν τῷ στόλῳ, οὓς λέγουσί φασιν ἐν Ἀλοντίῳ κατοικῆσαι τῆς Σικελίας. *Patron verò ab Ænea perſuaſus, ut una iret in coloniam, & quidam ex ejus amicis manſerunt in claſſe. Hos Aluntii Siciliæ habitaſſe nonnulli dicunt.*

Proximum eſt oppidum *Agathyrnum* vel *Agathyrna*, quod circa eadem tempora condidiſſe fertur *Agathyrnus* Æoli filius Regis ventorum. Æolo ſcilicet ſex filii erant, quorum Ἀγάθυρνος βασιλεύσας τῆς νῦν ὀνομαζομένης Ἀγαθυρνίτιδος χώρας ἔκτισε πόλιν τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Ἀγάθυρνον; *Agathyrnus regioni quæ nunc Agathyrnis appellatur cùm imperaret, oppidum ſui nominis Agathyrnum condidit.* Ita Diodorus lib. 4. Græcis enim ſemper ſuppetit fabularum penui inexhauſtum, unde urbium quamlibet vetuſtarum conditores depromant. At mihi Agathyrni nomen deflexum eſſe videtur ex Punico הקתרין *Hakkethorin* vel *Hakkathorin*, quaſi rupes dixeris. In Ptolemæo legitur Ἀγαθύριον, *Agathurium*, id eſt, הקתורי *Hakkathori* quod *petroſum* ſonat. Nempe Agathyrnum probant Fazellus & Cluverius eſſe oppidum S. Marci, de quo ille Dec. 1. lib. 8. cap. 4. *In ſublimi colle agro & mari ad paſſuum tria millia prominenti S. Marci incubat oppidum.* Et mox: *Ad ejus arcem in rupe ſitam*, &c. קתרי pro petris extat Proverb. 30: 26. in Chald. Paraphraſi.

Inde vetuſtum nihil occurrit uſque ad mediterraneum oppidum *Abacenum* vel *Abacena*, cujus meminêre Diodorus lib. 14. 18. & 22. Ptolemæus, Stephanus, Suidas, &c. Hujus rudera ex Fazello & Bonfilio deſcribit Cluverius prope Tripium oppidum *in edito & undiquaque prærupto monte.* Unde & אבכין *Abacin* dictum putamus Pœnorum linguâ, quibus אבך *abac* eſt extollere. Extat Eſ. 9: 17. in conjugatione Hitphael ויתאבכו גאות עשן *& extollent ſe elatione fumi*, id eſt, ſicut attollitur fumus. Aben-Ezra reddit יתרוממו *attollent ſe.* Kimchius יתגאו *efferent ſe*; quod confirmat nomen גאות ſequens. Ab *Abaceno* gentile eſt *Abacenini*. Inde in Heſychio corrupta vox Ἀβακαίνινοι pro Siciliæ vel Siculorum parte. Ἀβακαίνινοι, inquit, Σικελῶν μοῖρά τις οὕτω καλουμένη, *Abacænini, Siculorum pars quædam ita dicta.*

Jam littora proſequentibus, offert ſe Zanclæorum oppidum *Mylæ* (hodiè *Milazzo*) de quo præter Geographos Scylacem, Marcianum, Strabonem, Plinium, Ptolemæum, Stephanum, meminêre etiam Hecatæus, Thucydides, Theophraſtus, Diodorus, Silius, Paterculus, Suetonius, Appianus, Dio, & alii. Conditum id fuit in peninſula cognomine in qua Solis boves paſcebantur. Apollonii Scholiaſtes lib. 4. *Timæus ait* Θρινακρίαν *Thrinacriam dictam fuiſſe Siciliam, quod tria habeat promontoria, &c.* Μύλας δὲ χερρόνησον Σικελίας, ἐν ᾗ αἱ τοῦ ἡλίου βόες ἐνέμοντο, *Mylas autem eſſe peninſulam Siciliæ in qua Solis boves paſcebantur.* Plinius lib. 2. cap. 98. *Circa Meſſanam & Mylas fimo ſimilia exſpuuntur in littus purgamenta, unde fabula Solis boves ibi ſtabulari.* Alii boum Solis paſcua paulo ulterius ponunt circa Dianæ fanum. Appianus Civil. bell. lib. 5. ὁ Καῖσαρ κατέσχε Μυλὰς καὶ Ἀρτεμίσιον, πολίχνιον βραχύτατον, ἐν ᾧ φασὶ τὰς Ἡλίου βοῦς γενέσθαι, καὶ τὸν ὕπνον Ὀδυσσεῖ; *Cæſar Mylas occupavit & fanum Dianæ, oppidum perexiguum, apud quod Solis boves fuiſſe, ſomnumque Ulyſſis tradunt.* Alii ad Melam amnem. Ovidius lib. 4. Faſtorum;

> *Sacrarumque Melam paſcua læta boum.*

Sed res ferè eòdem redit. *Mylæ* enim, *Dianæ fanum*, & *Melas* amnis loca ſunt valde vicina. De cętero Plinio non aſſentior, qui vult maris ejectamenta fimo ſimilia dediſſe fabulæ occaſionem, quamvis etiam in Seneca Nat. quæſt. lib. 3. cap. 26. aliquid tale habeatur. Quia multo veriſimilius eſt hęc confinxiſſe Veteres propter raram in illis locis paſcuorum felicitatem. Theophraſtus hiſt. plant. lib. 8. cap. 3. Λέγεται δὲ καὶ ἐν Σικελίᾳ τῆς Μεσσήνης (malim ἐν Μεσσηνίᾳ τῆς Σικελίας) ἐν ταῖς καλουμέναις Μύλαις ταχεῖάν τινα γίνεσθαι τὴν τελείωσιν τῶν ὀψίμων. ἀγαθὴν δὲ διαφερόντως εἶναι τὴν χώραν, ὥστε τριάκοντα χόας ποιεῖν, ἔχειν δὲ καὶ νομὰς θαυμαστὰς ὕλην. *Fertur etiam in Meſſenenſi Siciliæ agro circa Mylas quæ vocantur, ſerotinos fructus celerrime matureſcere, regionemque eſſe maxime fertilem, ita ut triginta choas* (pro ſingulis) *reddat, paſcua item omnem habere miranda.* Utut ſit, Arabicè מאל (*mal*) *armentum* in plurali habet אמואל *amual per U*, quia radicales ſunt MUL. Inde Punicè מולאי *Mula* vel *Myla* dici potuêre

potuêre loca armentorum, id eſt, loca boum armentis paſcendis deſtinata. Notandum inſuper חרס (*Cheres*) *Solem* & חורש (chores) *aratorem*, vel חריש (*charis*) *arationem*, voces Hebræis vicini ſoni, potuiſſe Pœnis eſſe æquivocas, ita ut eodem vocabulo diceretur *bos Solis*, & *bos arator* vel *bos arationis*, atque inde ſit factum, ut lex quæ vetabat mactare bovem aratorem transferretur ad boves Solis. De hac lege vide Ælian. Var. hiſt. lib. 5. cap. 14. Et Athenæum lib. 9. ex Philochoro: & Varronem de re ruſtica lib. 2. cap. 5.

Vicino littori oppoſitæ Æoliæ ſeptem, in quibus regnabat Æolus Rex ventorum ante Trojana tempora: Harum maximam, hodiè *Lipari*, olim *Liparam* vocabant, & *Meligunin* vel *Melogonin*. Strabo lib. 6. Μεγίστη δὲ ἡ Λιπάρα, &c. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μελιγουνίς. Plinius: *Lipara*, &c. *antea Melogonis vocitata*. Stephanus: Λιπάρα, νῆσος μεγίστη τῶν ἑπτὰ τῶν Αἰόλου, ἡ Μελιγουνὶς ἐκαλεῖτο. Heſychius: Μελιγουνὶς ὄνομα ἡ Λιπάρα ἐκαλεῖτο νῆσος. Pomponius Sabinus in lib. 1. Æn. *Lipara antè dicebatur Longonis* (lege *Melogonis*.) De eadem Euſtathius in Dionyſium: ὠνομάσθη δέ ποτε αὕτη καὶ Μελιγουνίς. Et his omnibus longè antiquior Callimachus hymno in Dianam.

— τοὺς μὲν ἔτετμε
Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ (Λιπάρη νέον, ἀλλὰ τότ᾽ ἔσκεν
Οὔνομά οἱ Μελιγουνίς.)
— *reperit illos*
In Lipare (Lipare nunc dicitur inſula, nomen
Tum Meligunis erat.)

Λιπάρη, vel mutato accentu Λιπαρὴ pinguem ſonat. Tamen à pinguedine dici non potuiſſe *Liparen* res ipſa clamat. Quia hæc inſula ſolum habet ſterile & infœcundum. Hinc Cicero tertiâ in Verrem: *Emis agri Liparenſis miſeri atque jejuni decimas.* Et paulò pòſt de civitate Liparenſi: *Hæc tam parva civitas*, &c. *in inſula inculta tenuique poſita.* Proinde Liparum Regem comminiſci neceſſe fuit, à quo deduceretur Liparæ nomen, cùm aliud nihil ſuccurreret. Hunc Æolo Plinius ſucceſſiſſe vult. *Lipara*, inquit, *dicta à Liparo Rege qui ſucceſſit Æolo.* At Diodoro teſte poſt Æolum unus è ſex illius filiis Ἀστύοχος τῆς Λιπάρας ἔσχε τὴν ἡγεμονίαν, *Aſtyochus Liparæ principatum conſecutus eſt*, atque eundem poſt ſe tranſmiſit ad poſterorum longam ſeriem. Itaque ex aliorum ſententia Liparus Auſonis fuit filius, & regnavit ante Æolum. Ita ſtatuunt Solinus, Stephanus, Iſidorus, Euſtathius, alii. Et de Liparo longam hiſtoriam refert Diodorus lib. 5. quam ſic in pauca contrahit Pomponius Sabinus ubi ſuprà: *Lipara dicta eſt à Liparo Auſonis filio, qui ejectus Italiâ à fratribus huc appulit. Ejus jam ſenis filiam Æolus Hippotæ filius duxit, & in imperio ſucceſſit.* Sed ſi Auſonis Regis barbari filius fuit *Liparus*, unde habuerit Græcum Lipari nomen? Aliud comminiſcitur Callimachi Scholiaſtes, quod non capio ſatis: Λέγεται δ᾽ ὅτι σίδηρα διάφορα θέντες ἐν αὐτῇ ταύταις, ἕωθεν εὑρήκασιν αὐτὰ ἐκ τῆς ἀναδόσεως τοῦ πυρὸς πεπανθέντα· καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη ἡ νῆσος Λιπάρα, διὰ τὸ αὐτὰ διάφορα ὄντα, ἓν γενέσθαι. *Ajunt, cum ferreas maſſas plurimas in ea nauta poſuiſſent, illas mane reperiſſe excoctas ex ignis eruptione. Quocirca inſula Lipara dicta eſt, quia hæ maſſæ cùm diverſæ eſſent in unam coaluerunt.* Hæc ille in Dianæ hymnum, quibus nihil abſurdius fingi potuit, cùm Græcè Lipara nihil minus ſonet quàm quod è diverſis maſſis in unum coaluit. Cæcus igitur eſt quiſquis non videt hæc meliorum inopiâ finxiſſe Græcos. Proinde iis relictis, aſſero *Liparam* vel *Liparas* (Stephanus enim author eſt etiam dici πληθυντικῶς, & in Strabone legitur ἐν Λιπάραις, & in Julio Obſequente *ad inſulam Liparas*; & Flori lib. 2. cap. 2. *apud Liparas.*) *Liparus*, inquam, aſſero nomen eſſe deflexum ex Phœnicio *Nibaras* vel *Nibras* mutatis homogeneis. נבראס *nibras* Arabicè eſt lucerna, lampas, tæda, fax. Syris idem נברשא *nebreſa*, unde emphaticum נברשתא *nebraſtha*, Dan. 5: 5. vel *nibraſtha*, Soph. 1: 12. Rabbini dicunt נברשת *nibreſeth*. Inde Liparis nomen Punicum, quia facis inſtar noctu lucebant. Ariſtoteles in Mirandis: Καὶ τὸ ἐν τῇ Λιπάρᾳ δὲ πῦρ φανερὸν καὶ φλογῶδες, οὐ μὴν ἡμέρας ἀλλὰ νυκτὸς μόνον καίεσθαι λέγεται. *Et in Lipara quidem conſpicuum ignem ajunt atque lucentem, non interdiu, ſed noctu tantum ardere.* Theocrit. Idyll. 2.

— Ἔρως δ᾽ ἄρα καὶ Λιπαραίου
Πολλάκις Ἁφαίστοιο σέλας φλογερώτερον αἴθει.
— *Sed quos amor excitat ignes*
Vulcani flammis Liparenſibus acrius ardent.

Ad quem locum ita alludit Euſtathius in Odyſſ. κ. Λιπάρα, ἐξ ἧς καὶ σέλας λέγεται παρὰ Θεοκρίτῳ Λιπαραῖον, διὰ τὰ ἐκεῖ ἀναφυσώμενα πυρά; *Lipara, ex qua & fulgor Liparenſis a Theocrito dicitur, propter ignes ibi erumpentes.* Silius lib. 14.

Nam Lipare vaſtis ſubter depaſta caminis
Sulfureum vomit exeſo de vertice fumum.

Strabo etiam ibi deſcribit πυρὸς ἀναπνοὰς *ignis expirationes*. Et Paulus Silentiarius, carmine de aquis Pythiis:

Καὶ Λιπάρᾳ τε νήσῳ
Ἀφεγγὴς ἐστὶν ἄσθμα
Ὃ νυκτὶ πῦρ παμφαῖνον
Πέμπει λίθους θειώδεις.
Et in Lipara inſula
Eſt halitus caliginoſus,
Qui noctu reſplendens
Emittit ſaxa ſulphurea.

Ex *Nibras* vel *Niboras* Græci fecêre *Liparas*, ut mollirent vocem barbaram, & ad ſuæ linguæ typum effingerent. Neque in hac mutatione quicquam coactum, quia ut B & P, ita N & L ſunt ejuſdem organi, & ſæpe permutantur. Hinc Hebraicè λέσχη לשכה *liſcha* & נשכה *niſcha* dicitur: & Hebræa נחץ *properare*, נצה *rixari*, נקב *nominare*, נגף *plaga* Arabes ſcribunt per L initiale loco N. Græci etiam N & L ſæpe confundunt, quod nemo neſcit. Et nobis *lympha* eſt νύμφη, *litra* νίτρον, *pulmo* πνεύμων.

Sed ne exempla petantur longiùs, etiam alterum Liparæ nomen *Meligunis* vel *Melogonis* haud dubiè per N in ſecunda ſyllaba Pœni ſcripſêre מנגנין *Menaggenin*. Inſula *Menaggenin* eſt inſula eorum qui pulſant inſtrumenta muſica, puta citharam, barbiton, nablium, cymbalum, tympanum, &c. Jam hęc inſula cur ſic vocetur te doceant hęc Philoſophi in libro Mirabilium: Ἐν μιᾷ τῶν ἑπτὰ νήσων τῶν Αἰόλου καλουμένων ἣ καλεῖται Λιπάρα, τάφον εἶναι μυθολογοῦσι περὶ οὗ καὶ ἄλλα μὲν πολλὰ καὶ τερατώδη λέγουσι, &c. Ἐξακούεσθαι γὰρ τυμπάνων καὶ κυμβάλων ἦχον, γέλωτά τε μετὰ θορύβου καὶ κροτάλων ἐναργῶς. *In una ſeptem Æoli inſularum quam Liparam vocant, ſepulchrum tradunt eſſe circa quod multa fiunt prodigioſa, &c. Sonitum quippe tympanorum cymbalorumque & riſum cum ſtrepitu crepitaculiſque manifeſtè audiri.* Fabulę dedit occaſionem incluſus ignis ex imis terrę cavernis erumpens atque exęſtuans, non ſine mugitu & murmure. Paulus Silentiarius ubi ſuprà.

Πέμπει λίθους θειώδεις,
Πολυψόφους, βροντώδεις.
Mittit lapides ſulphureos,
Qui tonitrus inſtar valde fremunt.

Atque eòdem pertinet quod in inſula Thermeſſa, quę & Theraſia & Hiera, prope Liparam audiri fabulantur Cyclopum ictus cùm ferrum cudunt ſuper incudem. Virgilius lib. 8. Æn.

Inſula Sicanium juxta latus, Æoliamque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua ſaxis:
Quam ſubter ſpecus, & Cyclopum exeſa caminis
Antra Ætnæa tonant, validique incudibus ictus
Auditi

Auditi referunt gemitum, ſtridamque cavernis
Stricturæ Chalybum, & fornacibus ignis anhelat;
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.

Et apud Apollonii Scholiaſten cap. 4. Callias: Τηλικοῦτος βρόμος γίνεται, καθ' ὃν καιρὸν συμβαίνει ἐργάζεσθαι τὸν Ἥφαιστον, ὥστε ἐπὶ πεντακόσια στάδια ἀκούεσθαι τὸν ἦχον; *tantus inde editur fragor, cum Vulcanus operi incumbit, ut ſonus audiatur uſque ad quingenta ſtadia.* Ibid. lib. 4. Θεόφραστος ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασί φησι τὸν βρόμον τοῦ πυρὸς ἀπὸ τῶν τῶν Αἰόλου νήσων ἀκούεσθαι ἕως χιλίων σταδίων. περὶ Ταυρομένιον ἂν ἀκούεσθαι βροντῇ παραπλήσιον ψόφον. *Theophraſtus in hiſtoricis commentariis refert fragorem ignis, qui ex Æoli inſulis editur, ad mille uſque ſtadia audiri. Adeòque circa Tauromenium murmur intelligi tonitrui ſimile.* Ibid. ex Pythea: ἐν τῇ Λιπάρᾳ καὶ Στρογγύλῃ. (τῶν Αἰόλου δὲ νῆσοι αὗται) δοκεῖ ὁ Ἥφαιστος διατρίβειν. διὸ καὶ πυρὸς βρόμον ἀκούεσθαι καὶ ἦχον σφοδρόν. *In Lipara & Strongyle, quæ ſunt ex Æoli inſulis, degere putatur Vulcanus, ideòque etiam ignis fragor illic audiri & ſonitus vehemens.* Ubi nota Liparen ipſam cenſeri pro Vulcani inſula. Quæ Theocriti ſententia eſt Idyll. 2. ut & Callimachi hymnoin Dianam, ubi deſcribit in Lipara Cyclopes ἐπ' ἄκμοσιν Ἡφαίστοιο, *ſuper Vulcani incudibus* Neptuno cudentes ἱππείην ποτίστρην *equeſtre aquarium.* Itaque etiam Callias οὐ τὴν Ἱερὰν φησιν ἀνακεῖσθαι Ἡφαίστῳ, ἀλλὰ τὴν Λιπάραν, *non Hieram, ſed Liparam Vulcano ſacram eſſe tradit.* Ita Apollonii Scholiaſtes lib. 3. Et in ſcholiis ad Callimachum in Lipara deſcribuntur τὰ χαλκεῖα Ἡφαίστου, *ferraria Vulcani officina.* Quò referenda hęc Claudiani de raptu lib. 2.

Turbatur Liparis, ſtupuit fornace relicta
Mulciber.

Et de tertio conſulatu Honorii,

Feſtinat Steropes, nectis thoraca Pyracmon,
Igniſluiſque gemit Lipare fumoſa cavernis.

Prope Pelorum fama eſt habitaſſe Sirenes. Servius in lib. 5. Æn. *Sirenes ſecundum fabulam tres in parte virgines fuerunt, in parte volucres, Acheloi fluminis & Calliopes Muſæ filiæ. Harum una voce, altera tibiis, altera lyrâ canebat. Et primò juxta Pelorum, poſt in Capreis inſulâ habitarunt.* Unde eſt quod Sirenas recenſet Ovidius inter Proſerpinæ Siculæ Deæ comites Metam. lib. 5.

An quia cùm legeres flores Proſerpina vernos,
In comitum numero mixtæ Sirenes eratis?

Et apud Nonnum Dionyſiac. lib. 13: verſ. 313. Catanenſes

Γείτονα Σειρήνων πόλιν ἄστεος.
Vicinam Sirenibus urbem habitabant.

Et Statii Sylv. lib. 2. in epicædio Glaucię;

- - - *tergeminum Siculâ de virgine carmen,*

id eſt, trium Sirenum cantus. Et Juvenalis Sat. 9.

Quæ Siculos cantus effugit remige ſurdo.

Alii Sirenibus alias ſedes aſſignant: quę quæſtio noſtrâ nil refert. Tantum aſſerimus Sirenum nomen eſſe merè Punicum. Pœnis enim שיר *ſir* eſt canticum. Inde libro Solomonis titulus שיר השירים (*ſir haſſirim*) canticum canticorum. Itaque *Siren* שירן eſt canorum monſtrum, quale à Poëtis fingitur. Grammaticos nihil moror, qui deducunt ἀπὸ τοῦ σύρειν, *à trahendo*, unde non dicerentur Σειρῆνες, ſed Συρῆνες.

CAPUT XXVIII.

Phœnicum veſtigia in Sicilia parte Orientali à Peloro ad Pachynum.

P*elori* nomen cùm ſit Græcum & vetuſtiſſimum, quorſum dici putetur à Peloro gubernatore Annibalis illic ſepulto *Scylla* & *Charybdis* unde dicantur. Charybdis non uno in loco. *Zancle* urbs longè vetuſtiſſima, Phœniciè זלגא *Zalga*, quia littus eſt incurvum. משלח quid propriè. Tauromenium in Tauromonte qui Pœnis טור *Tur.* Ad Onobalæ fluvii oſtium fanum Veneris, & gerrhæ, id eſt, pudenda pro faſcino; ut in infantium collo, & curru triumphantium. Arab. quid עבלה *oabala*. *Aſines*, id eſt, צנין *frigidus*, nomen amnis frigidiſſimi. *Tiſſa* urbs, id eſt, תרצה *Tirſa*. Callipolis cur *Bidus* dicta. *Ætna* אתונא *attuna* fornax vel אטונא *atuna* caligo, quorſum. *Enceladus* Ætnæ ſuppoſitus, qui draconum & anguium ſpiris Jovem implicare conatus eſt, diabolus ſerpens עקלתון *acalathon* tortuoſus, Eſ. 27: 1. Idem *Typhon* vel *Typhœus* (quò alludit nomen *Tophseth*) & *Briareus*, id eſt, *Beliar* vel *Belial*. *Inęſſa* vel *Amneſia* urbs in aſcenſu Ætnæ האנישא *Haaniſſaa*, id eſt, *elata*. *Acis* fluvius rapidiſſimus אחיש dictus à feſtinando. *Amenanus* vel *Amena* אמנע fluvius, cujus curſus per intervalla cohibetur. *Catana* à parvitate dicta urbs. *Adranus* fluvius ubi fanum *Adroni* Dei, cui mille canes ſacri fures diſcerpunt. Hujus *Palici* filii. Falluntur qui *Adranum* confundunt cum *Adriano*. Adrani nomen eſt Syrum *Hyblæ* tres. Hybla חבלא regio ſeu plaga, Ita explicat Antoninus *Centaripa* קנטריפ aratorum urbs. Hercules Κυαμόσωρος *Cyamoſorus* ab alvei anguſtia. *Symethus* Siciliæ fluvius maximus, ut inſula *Somatho*, dictus à magnitudine. *Mugil Symethias*. Antiphanes, Pollux, Clemens Alexandrinus emendati. *Imachara* vel *Emichara* mater agricolarum. *Aſſorus* in colle, ut חצור. Joſ. 15: 13. *Enna* in Siciliæ umbilico ſacra Cereri עין נעם *Ennaam* propter fontes amœniſſimos. Inde rapta Proſerpina. M ablatum in fine vocum. Terebinthus Manetis Præceptor cur Perſis *Budas*. *Inna* fons ad quem Silenus à Mida captus. *Pergus* vel *Pareus* ברכה lacus prope Ennam. *Eryces* mons, urbs, fluvius חרכם. *Palicorum* ædes, & lacus *Delli* perjuris quàm graves. Ibi oraculum & aſylus. *Palici*, id eſt פליחין *exſules*, non ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι. Crateres *Delli* dicti, quia perjurii indices, ut aquæ ſanctæ, Num. 5: 17. Et *Asbamæa*, id eſt, aquæ juramenti juxta Tyana Cappadociæ. Fons Palicorum etiam Menais. Ibidem urbs Palicæ quæ & Menæ & Menænum, id eſt, מחנין. Joſephus emendatur. Explicatur locus 2 Sam. 2: 8. *Terias* amnis ad Leontinos agrum inſulæ fertiliſſimum, à negotiando cur dictus. *Pantagias* fluvius, qui Cereri quærenti filiam obſtrepuit, unde dictus. *Hybla Megaris*, unde mel Hyblæum, ad Alabum fluvium à dulcedine dictum. Vibius & Plutarchus emendati. Dædali *Colymbethra*. Hybla Megaris etiam *Galeotis* à vatibus *Galeis* ſeu *Galeotis*, qui Punicè גלין. *Hyblæa* vates. *Thapſus* peninſula pro inſula habita, & Sporadum una. Ratio nominis. Syracuſarum conditor, partes quatuor, portus duo, fontes, flumen, ambitus, opulentia. Syracuſæ unde dicantur. Fullerus notatus. Palus *Syraco* à fœtore dicta, ut Etruriæ *Graviſca*. Inde morbi frequentes. Oraculum de Crotone & Syracuſis. *Anapus* ab uvis dictus. Ibi Cyclopes juxta Theocritum. *Herbeſſus* הר בציר, id eſt, mons exciſus. *Caciram*, id eſt, ככר *plauſtis*. Quid ſit *Daſcon* in magno portu. Prodigioſa commenta de *Alpheo* & *Arethuſa*. Origo fabulæ. Arethuſa in Ortygiæ littore. Cur Europam rapuiſſe dicatur Jupiter ταυρόμορφος. *Arethuſa* etiam *Cypara* dicta. Utrumque nomen Syrum. Arethuſa incredibili magnitudine. Stephanus emendatus. *Thymbris* mare in Theocrito Ζυγγάδιν unde dictum. *Gnata* cur vocetur regio mediterranea; & *Cacyparis* fluvius in magnum ſinum ſe effundens; & *Orinus* Albus fons. *Aſſinarus*, Hebr. הצינר *Haſſinar* fluvius alti & præcipitis alvei. *Niſſo* contractum ex נוא אחין, Jerem. 49: 19. *Ichona* Pœnis יקנים *Iorneam* propter ſtructuræ amœnitatem.

Peloro promontorio nomen eſſe multi volunt a Peloro Pœno homine gubernatore Annibalis ibi interempto & condito. Servius in 3. Æneid. *Pelorum promontorium Siciliæ eſt, dictum a gubernatore Annibalis illic ſepulto, qui fuerat occiſus per Regis ignorantiam, cum ſe ejus dolo propter anguſtias freti crederet eſſe deceptum, veniens de Petilia.* Mela cap. 7. lib. 2. *Cauſa nominis Pelorus gubernator ab Annibale ibidem conditus: quem idem vir profugus ex Africa, ac per ea loca Syriam petens, quia procul intuenti videbantur continua eſſe littora, & non pervium pelagus, proditum ſe arbitratus occiderat.* Iſidorus Orig. lib. 14. cap. 7. *Pelorum promontorium Siciliæ reſpiciens ad Aquilonem ſecundum Salluſtium dictum à gubernatore Hannibalis illic ſepulto.* Quin ſi Valerio credimus lib. 8. cap. 8. ibidem ſtatua erecta eſt in Pelori memoriam: *A Petilia*, inquit, *claſſe Africam repetens* Annibal, *freto appulſus, dum tam parvo ſpatio Italiam Sici-*

liamque inter ſe diviſas non credit, velut inſidioſum curſus rectorem Pelorum interemit: Poſteaque diligentiùs inſpecta veritate tunc abſolvit, cùm ejus innocentiæ nihil ultra ſepulchri honorem dare potuit. Igitur anguſti atque æſtuoſi maris alto è tumulo ſpeculatrix ſtatua tam memoria Pelori quàm Punicæ temeritatis ultra citraque navigantium oculis expoſitum indicium eſt. Proinde etiam Strabo lib. 1. Afros memorat erexiſſe τὸ τ̃ Πελώρε μνῆμα, καὶ τέτε διαφθαρέντ☉ κατὰ τὴν ὁμοίαν αἰτίαν, *Pelori tumulum eandem ob cauſam interfecti*; ob quam ſcilicet Salganeus, quem Perſæ interfecerant ad Euripum Chalcidicum, quod eos in has anguſtias perperam conjeciſſet. Hæc de Peloro Veteres, quibus tamen haud quaquam aſſentior, quia Pelori nomen palam Græcum eſt, & in uſu fuit multò ante ætatem Annibalis. Quod verè obſervat Servius. Extat enim apud Scylacem, & Ariſtotelem in Mirabilibus ſcriptores Annibale longè vetuſtiores. Et inde dictæ Peloriadis etiam Heſiodum meminiſſe videtur poſſe colligi, ex his Diodori lib. 14. Ἡσίοδ☉ δὲ ὁ ποιητὴς φησι, ἀναπεπλαμένε τ̃ πελάγυς, Ὠρίωνα προχῶσαι τὸ κατὰ Πελωριάδα κείμενον ἀκρωτήριον; *Heſiodus Poëta ait, latius illic diffuſo mari, Orionem promontorium illud quod apud Peloriadem ſitum eſt, aggerum molibus produxiſſe.* Præterea quis credat Annibalem, qui tamdiu hæſerat in Brutiis, ex Italia diſcedentem ignoraſſe freti Siculi anguſtias. Denique nec è Petilia in Africam, nec ex Africa in Syriam per fretum Siculum iter eſt. Itaque totam illam de Peloro narrationem rejicimus inter fabulas. Niſi quis hæc putet jactaſſe Pœnos, non de magno Annibale, ſed de alio vetuſtiore. Utut ſit, fabulæ originem lectori jam aperiam. Pelorus articulo addito Græcè vulgò dicitur ὁ Πέλωρ☉ *ho Peloros.* Quod Pœni ſic acceperunt quaſi diceretur חובל הראש *hobel-haros* vel etiam *hobel-horos* Nam apud Syros camets ſonat o. Porrò חובל הראש *hobel-horos* ad verbum eſt *gubernator* ſive *nauclerus ducis.* Utraque vox ex Hebræo ſermone eſt notiſſima. Et ראש *ros* pro duce etiam Pœnos uſurpaſſe docuimus in explicatione vocum *Memblïaros* & *Roſibios.* Itaque fingenda fuit fabula cur hoc promontorium, prout illi interpretabantur, nomen haberet à nauclero ſeu gubernatore ducis. Huic conjecturæ ſpero doctos ſuffragium ſuum additūros.

In freto Siculo prope Pelorum,

> Ἔνθεν μὲν γὰρ Σκυλλ', ἑτέρωθι δὲ δῖα Χάρυβδις
> Δεινὸν ἀνερρύβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.

Odyſſ. μ.

> *Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis*
> *Obtinet, alternos abſorbens gurgite fluctus.*

Scylla Punicè סקול *Scol* eſt exitium. Ita legerunt pro Hebræo אסון Elias & Baal Aruch, Gen. 42: 4. & 38. in Verſione Jeruſalem. Sic Aaron de filiis quos conſumpſerat ignis, Lev. 10: 19. *Et mihi accidit* סקול *ſcol in illis.* Ita habet Jonathanis Chaldaica Paraphraſis. *Scol* eſt exitium & lethale infortunium. Quo ſenſu Græcum σκῦλ☉ uſurpatur ab Helleniſtis. Scylla cur inde appelletur nemini non eſt obvium. Rurſus Charybdis eſt חור־אובדן (*chor-obdan*) *foramen perditionis.* Nempe ut ait Seneca in conſolatione ad Marciam cap. 17. *hiatu magno profundaque ſorbet navigia.* Et Salluſtius apud Servium: *Inlata naufragia ſorbens gurgitibus occultis millia ſexaginta Tauromenitana ad littora trahit.* Charybdin definit Etymologos πᾶν τὸ εἰς χά☉ καὶ ὄλεθρον κατάγον, *quicquid in Chaos & perditionem deducit.* Et præter Charybdin illam notiſſimam de qua diximus, aliam deſcribit circa Gades, ubi ἡ ἀναπινομένη θάλασσα καὶ πάλιν ῥαγδαιοτέρως ἐξαναπίφυσα, *mare abſorptum majore cum impetu redit.* Meminit & Suidas iiſdem ferè verbis. Et Strabo lib. 6. Charybdin vocat Syriæ locum inter Apamæam & Antiochiam in quo Orontes abſorptus poſt XL. ſtadia rurſus emergit.

In eodem freto eſt Meſſana urbs, olim Ζάγκλη *Zancle*, omnium Siciliæ urbium longè vetuſtiſſima, ſi Hieronymo credimus, qui ad A. CCLVI. Chronici Euſebiani de ſuo hoc inſeruit: *Hoc tempore in Sicilia Meſſana, quæ & Mamertina, conditur.* Sic condita fuerit *Zancle* annis ferè ſexcentis ante excidium Trojæ. Sed & apud Diodorum lib. 4. Heſiodus Zancles meminit tanquam urbis antiquiſſimæ, in qua Orion Zanclo Regi portum jactis molibus extruxerit. Sunt qui ab hoc Zanclo dictam volunt, alii à fonte Zancle, alii à Saturni falce ibi abſcondita. Stephanus ex Hecatæo: οἱ μὲν ἀπὸ Ζάγκλε γηγενῦς, ἢ ἀπὸ κρήνης Ζάγκλης, οἱ δὲ διὰ τὸ ἐκεῖ Κρόνον τὸ δρέπανον ἀποκρύψαι. Sed Thucydides multò veriùs lib. 6. ὄνομα δὲ τὸ μὲν πρῶτον Ζάγκλη ἦν ὑπὸ τ̃ Σικελῶν κληθεῖσα, ὅτι δρεπανοειδὲς τὸ χωρίον τὴν ἰδέαν ἐςὶ, τὸ δὲ δρέπανον οἱ Σικελοὶ ζάγκλον καλῦσιν. *Primò autem à Siculis Zancle appellabatur, quia ſpeciem falcis locus habet; falcem enim Siculi Zanclon appellant.* Unde apud Stephanum Nicander de Sicilia lib. 10.

> Καί τοι καὶ Ζάγκλης ἰδαὶη δρεπανηΐδ☉ ἄςυ,
> *Quamvis falcata Zancles combuſſerit urbem.*

Et Ovidius lib. 4. Faſtorum:

> *Quique locus curva nomina falcis habet.*

De falce nihil habet Strabo; tantùm *Zanclion* curvum eſſe dicit. Verba ſunt Ζάγκλη πρότερον καλεμένη διὰ τὴν σκολιότητα τ̃ τόπων. Ζάγκλιον γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ σκολιὸν, *Zancle antea dicta eſt a locorum curvitate. Curvum enim vocabatur Zanclion.* Nempe παρὰ τοῖς ἐκεῖ ab hominibus qui illic habitant, ut rectè addit Euſtathius hunc ipſum locum citans in lib. 12. Odyſſ. Itaque Ζάγκλη propriè curvam ſonat. Quam vocem eſſe Siculam fruſtra contendunt, cùm ſit Punica זלגא *zalga* per metatheſim G & L. Unde Hebraicè מזלג eſt κρεάγρα *uncinus extrahendæ carnis ex olla.* Hinc Exod. 27: 3. pro ומזלגתיו Onkelos habet וצנוריתיה quod Hebræi explicant אונקליות כופין *uncinos recurvatos qui carnibus in olla infiguntur.* Jonathan & Jeroſolymitanus habent משלייתיה, quam vocem Lexicographi malè referunt vel ad radicem שלה vel ad radicem משל. Pertinet enim ad verbum נשל, quod extrahere eſt, quia talibus uncinis caro ex olla extrahitur. Proinde in Arabe Paraphraſte plenè ſcribitur ומנאשלה. At Hebraicè מזלג uncinus à curvitate dicitur, ut Arabicè זלאג *zalag* uncinus quo fores claudunt. Et ze & *tſad* permutatis צולגה vel צולגאן eſt harpago ligneus.

Taoromenium in arduo aſperrimoque monte ſitum eſt, cui nomen erat *Taurus*, id eſt, תור *tur* vel *taur.* Syri & Chaldæi quoslibet montes ita nominant. Sed generale nomen Siculi à Pœnis mutuati huic monti fecêre proprium. De eo monte Diodorus lib. 13. *Himilco vero Magonem nauarchum cum inſtructa claſſe miſit*, προςάξας παραπλεῖν ὑπὲρ τ̃ λόφον τ̃ καλέμενον Ταῦρον, *collem qui Taurus vocatur præternavigare jubens: occupaverant hunc Siculi, magno quidem numero, ſed abſque certo duce. His pridem Naxiorum terram Dionyſius conceſſerat. Sed tunc Himilconis adducti promiſſis, collem hunc inſederant; quem quod natura munitus eſſet, non modò tunc temporis, ſed etiam poſt bellum muro circumdatum incoluerunt:* καὶ τὴν πόλιν, διὰ τὸ μεῖναι τὸν ὑπὲρ τ̃ Ταῦρον ἀθροισθέντας, Ταυρομένιον ὠνόμασαν, *urbemque Tauromenium appellarunt, quia in ea habitabant qui ſuper Taurum collecti fuerant.* At lib. 16. Tauromenium, duce Andromacho Timæi hiſtorici patre, condidiſſe leguntur pauci è Naxo ſuperſtites, quam exciderat Dionyſius. Quod confirmat Plutarchus in vita Timoleontis.

Prope Taurmenium eſt amnis Tauromenius quem

Digitized by Google

quem Appianus appellat *Onobalam*. Παρέπλει, inquit, τὸν ποταμὸν τὸν Ὀνόβαλαν, καὶ τὸ ἱερὸν τὸ Ἀφροδίσιον, καὶ ὡρμίσατο εἰς τὸν Ἀρχηγέτην, ἀξιῶν τὸν θεὸν ὡς χάρματα θησόμενος ἐνταῦθα, καὶ ἀποπειράσων τῶν Ταυρομενίων. *Prætemavigavit* Cæſar *fluvium Onobalam, & Veneris fanum, & ad Archagetam appulit, precatus Deum, tanquam poſitis ſibi caſtris oppugnaturus Tauromenium.* Veneris fanum intelligit, de quo in Vaticana Proverbiorum appendice ex emendatione Cluverii: Γέῤῥα Ναξιακά, Γέῤῥα Σικελοὶ λέγουσι τὰ ἀνδρεῖα καὶ γυναικεῖα αἰδοῖα· ἐν δὲ τῇ Σικελικῇ Νάξῳ τέμενος ἐπιθαλάσσιον Ἀφροδίτης, ἐν ᾧ μεγάλα αἰδοῖα ἀνέκειτο. *Gerra Naxiaca, Siculi gerra vocabant virorum mulierumque pudenda. Erat autem ad Siciliæ Naxum Veneris fanum in littore in quo magna pudenda dedicata.* Naxus hîc idem eſt quod Tauromenium quam condiderunt qui è Naxüs erant reliqui. Unde Plinius: *Colonia Tauromenium quæ antea Naxos.* Et Solinus: *Colonia Tauromenia quam priſci Naxum vocabant.* Itaque in his Nonnii: *Et ſunt gerra faſcini, qui ſic in Naxo inſula Veneris ab incolis appellantur.* Errore manifeſto Naxo inſulæ uni Cycladum id tribuitur quod Naxi Siculæ proprium erat. Nam præter Proverbiorum authorem quem citavimus, Heſychius etiam, & Suidas, & Phavorinus, & author Etymologici Γέῤῥα παρὰ Σικελοῖς, *Gerra apud Siculos* dici ſcribunt τὰ γυναικεῖα καὶ ἀνδρεῖα αἰδοῖα; niſi quod Etymologus ſolum habet τὰ γυναικεῖα. Quod ipſum faſcinorum vocabulo intelligitur apud Nonnium. Ita enim vocabant Veteres, quia de collo puerorum ſuſpendebantur, ne quid obeſſet, & *bona ſcæva cauſſa*, ut ait Varro lib. 6. Quin & è curru triumphantium, Deum ſcilicet Faſcinum, ut eos ab invidia defenderet, illâ ipsâ formâ pependiſſe videtur colligi ex his Plinii lib. 28. cap. 4. *Faſcinus imperatorum quoque non ſolum infantium cuſtos, qui Deus inter ſacra Romana à Veſtalibus colitur, & currus triumphantium ſub his pendens defendit medicus invidiæ.* Et apud Apuleium: *Ad res venereas ſumpta de mari faſcina* putantur eſſe conchylia quædam, quæ partes illas figurâ referunt. Ex iis quę diximus hactenus colligere eſt cur Tauromenius amnis alio nomine vocetur *Onobalas*. Nempe propter αἰδοῖα & *faſcina* quę pendebant è templo Veneris ad illius oſtium extructo. Arabicè enim hodiéque עֶנְבְּלָה *enbola* muliebre pudendum eſt, vel ut preſſius loquar id ipſum quod Samüs νύμφη, aliis κλειτορὶς & μύρτον.

Vide Turneb. Adverſ. l. 9. c. 23. & l. 29. c. 13.

A Tauromenio vel Onobala uno milliari diſtat Ἀσίνης *Aſines*, amnis frigidiſſimus, quique ab inſigni frigiditate ab Arabibus appellatur אלואדי אלבארד *alvvads albarid* fluvius frigidus, ut ab incolis, *fiume freddo.* Neque aliud ſonabat *Aſinis* vel *Aſinis* priſcum nomen apud Plinium & Vibium Sequeſtrem; pro quo Thucydides lib. 4. perperam habet τὸν Ἀκεσίνην ποταμὸν, *Aceſinem fluvium*; Syris enim צין *ſin* eſt frigus. Inde amnis הצין *haſſin* eſt amnis frigoris, id eſt, frigidus.

Circa Aſinis fontes erat oppidum *Tiſſa* vel *Tiſſæ*, de quo Silius & Ptolemæus. *Tiſſa* Philiſto apud Stephanum; unde Ciceroni *Tiſſenſes* & Plinio *Tiſſinenſes*. *Tiſſa* Pœnis תרצה *Tirſa* vel *Thirſa*, quaſi amabilem urbem dixeris. *Tiſſa* idem quod *Tirſa*, quomodo פציד *paſſid* rivus idem quod פרציד *parſid*. Hujus nominis urbs fuit in terra Chanaan notiſſima, Jeroboami Regia & ſucceſſorum uſque ad Samariam conditam. Vide Joſ. 12:24. 1 Reg. 14:17. & 15:21, 33. & 16:6, 9, 15, 17, 23. &c. Hinc de ſponſa Cant. 6:4. *Pulchra es amica mea* כתרצה *ut Tirſa*. Græci & Vulgatus multo aliter.

In Tauromenitano agro caſtellum erat Bidus vel Bidius nomine: Stephanus in voce Βίδος: ἔστι καὶ ἕτερον ἐν τῇ τῆς Ταυρομενιτανῆς χώρας Βίδος φρούριον. Hoc idem eſſe conjectat Cluverius cum Naxiorum Callipoli, de qua Herodotus, Strabo, Stephanus, Marcianus Heracleota. Nimirum ut Gręcè Callipolis, ita Punicè *Bidius* vel *Bidi* dici potuit murorum albedine, ut hodiéque *Albeida* אלביצה in regno Valentiæ. Notiſſima vox ex Arabiſmo.

Ætna vel eſt אתונא *attuna* fornax, caminus, vel אתונא *atuna* caligo, ut Hebræis אשון vel אישון, Prov. 20:20. Primæ originationi favent hæc Poëtarum loca. Lucretius lib. 6.

> *Flamma foras vaſtis Ætnæ fornacibus efflat.*

Virgilius Georg. lib. 1.

> *Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam.*

Et Æn. lib. 3.

> *- - - ingentemque inſuper Ætnam*
> *Impoſitum ruptis flammam expirare caminis.*

Et lib. 8. Æn.

> *- - - Cyclopum exeſa caminis*
> *Antra Ætnæa tonant.*

Et paulò pòſt:

> *- - - ruptis fornacibus ignis anhelat.*

Ovidius lib. 15. fab. 25.

> *- - - Sulphureis ardet fornacibus Ætna.*

Cornelius Severus in poëmate de Ætna:

> *Illis Cyclopas memorant fornacibus uſos.*

Aut ſi ab אתונא *atuna* vel caligine malis Ætnę nomen deducere, eò facient hæc Lucretii lib. 6. in Ætnæ deſcriptione:

> *Funditque ardorem longè, longéque favillam*
> *Differt, & craſſa volvit caligine fumum.*

Et Virgilii lib. 3. Æn.

> *Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem,*
> *Turbine fumantem piceo & candente favilla.*

Et Claudiani lib. 1. de raptu:

> *Nunc vomit indigenas nimbos, piceaque gravatum,*
> *Fœdat nube diem.*

Et Silii lib. 14.

> *- - - Fonte & Phlegetontis ut atro*
> *Flammarum exundat torrens; piceâque procellâ*
> *Semiambuſta rotat liquefactis ſaxa cavernis.*

Interdiu fumare Ætnam, noctu flammigare refert Gellius, poſt Pindarum, cujus verba ſunt in carmine de Ætna:

Gell. l. 17. c. 10.

> - - - ποταμοὶ *
> Δ' ἁμέραισι μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
> Αἴθων'· ἀλλ' ἐν ὄρφναισι πέτρας
> Φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-
> αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.

** Hinc Heſych. in Ἔτνος. Αἴτνη δὲ πῦρ ὡσεὶ ποταμὸς χεόμενον ἐν Σικελίᾳ.*

Fluvii verò interdiu quidem effundunt amnem fumi ardentem. Sed per noctis tenebras ſaxa rutila volutata flamma in profundum fert maris planiciem cum ſtrepitu. Neque aliter Strabo lib. 6. νύκτωρ μὲν οὖν καὶ φέγγη φαίνεται λαμπρὰ ἐκ τῆς κορυφῆς, μεθ' ἡμέραν δὲ καπνῷ καὶ ἀχλύϊ κατέχεται, *noctu quidem clari etiam è vertice fulgores eduntur; interdiu verò fumo & caligine obtinetur.* Atque id ipſum referunt Recentiores. Petrus Bembus in Dialogo de Ætna: *Urbanus monachus refert ſe præſente eructaſſe montem magno ſtrepitu incendia caliginoſa* Et Pazellus αὐτόπτης rerum Sicularum Dec. 1. lib. 2. cap. 4. *Ex eo nebuloſa incendia tanta exhalabant, ut ab inferiori aſpectu impediremur.* Item: vel *ignis ipſe, vel fumoſa caligo afflatur.* Et rurſus. *Quandoque flammâ fumo caliginéque obducta, &c.*

Alii Ætnę incendia ad Cyclopes referunt, de quibus ſuo loco: Alii ad Θεόμαχον *gigantem Enceladum*, quem vel à Minerva, vel ab ipſo Jove tam celſi montis injectu obrutum, ignem ore & naribus eructare fabulantur. Q. Smyrnæus lib. 14.

Vide & Oppian. Cyneg. l. 1. p. 273.

> Εὖτε πάρος μεγάλοιο καθ' Ἐγκελάδοιο δαΐφρων
> Παλλὰς ἀειραμένη Σικελὴν ἐπικάββαλε νῆσον
> Ἣ ἔτι καίεται αἰὲν ὑπ' ἀκαμάτοιο γίγαντος.

Αἰθαλόεν πνείοντος ἔσω χθονός.
Ut quondam armigeræ vi Palladis inſula vaſtis
Trinacris Enceladi membris injecta Gigantis,
Qui ſuperimpoſitis ſpirans per montes hiatus
Æternos vomit ore ignes.

Cornelius Severus in Ætna:
Gurgite Trinacrio morientem Juppiter Ætnâ
Obruit Enceladum, vaſti qui pondere montis
Æſtuat, & patulis exſpirat faucibus ignes.

Virgilius lib. 3. Æn.
Fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus
Urgeri mole hac, ingentemque inſuper Ætnam
Impoſitam, ruptis flammam exſpirare caminis.

Statius lib. 3. Thebaid.
—— aut ubi tentat,
Enceladus mutare latus, procul igneus antris
Mons tonat.

Claudianus lib. 1. de raptu.
In medio ſcopulis ſe porrigit Ætna peruſtis,
Enceladi buſtum, qui ſaucia membra revinctus
Spirat inexhauſtum flagranti pectore ſulphur.

Proinde apud vetuſtiſſimum Poëtam Onomacritum, qui ſub Orphei nomine ſcripſit Argonautica, verſu 1249.
Τριγλώχινά τε νῆσον ἐπέσχομεν Ἐγκελάδοιο.
Obviaque Enceladi nobis triſida inſula facta eſt.

Enceladi triſida inſula eſt Sicilia. Hanc fabulam à Phœnicibus ad Græcos deveniſſe prodit Enceladi nomen. Neque enim à ſtrepitu, ut volunt, dicitur Ἐγκέλαδος. Quin quiſquis harum rerum aliquem habet ſenſum, ſtatim agnoſcet Ἐγκέλαδον idem eſſe quod עקלתון *akalathon*, id eſt, σκολιὸν *tortuoſum*, ſerpentis imò diaboli epithetum in his Eſaiæ verbis cap. 27. verſ. 1. *in die illa animadvertet Dominus gladio ſuo duro, & grandi, & valido, in Leviathan ſerpentem oblongum, in Leviathan, inquam,* נחש עקלתון, (*nahas akalathon*) *ſerpentem tortuoſum, & occidet draconem qui eſt in mari.* Quomodo Græci fecerint Ἐγκέλαδον ex עקלתון *akalathon* nemo non videt. *Thau* Hebræum expreſſum per δ, ut in *κίδαρις* ex כתר *cether*, & *koph* per γκ, ut in ἀγκύλος *curvus* ex עקול *akul*. Nec immerito Pœnos hoc monſtrum *Akalathon*, id eſt, in modum ſerpentis ſinuoſum & tortuoſum appellaſſe, docet Enceladi, ſeu quod idem eſt, Siculi Typhonis deſcriptio, qualis habetur Apollodori lib. 1. ἐξεῖχον, inquit, ἑκατὸν κεφαλαὶ δρακόντων. τὰ δὲ ἀπὸ μηρῶν σπείρας εἶχεν ὑπερμεγέθεις ἐχιδνῶν, ὧν ὁλκοὶ πρὸς αὐτὴν ἐκτεινόμενοι κορυφὴν, συριγμὸν πολὺν ἐξίεσαν. *Eminebant centum capita draconum, partes autem infra femora immenſas habebant viperarum ſpiras, quæ voluminibus ad verticem uſque protenſis multum ſibilum emittebant.* His voluminum ſpiris etiam ipſum Jovem complexus eſſe dicitur. Apollodorus ibidem: Τυφὼν δὲ ταῖς σπείραις περιπλεχθεὶς κατεῖχεν αὐτόν, *Typhon autem hunc* (Jovem) *ſpirarum voluminibus circumplexum detinuit.* Hæc ad literam. Jam ſi allegoriæ ratio habeatur, non dubium eſt quin gigas Enceladus, qui Jovis fulmine percuſſus eſt, quia in deos inſurrexerat, & detruſus in terræ abyſſos ut ſempiternis flammis ardeat, ſit idem ille עקלתון *akalathon* ſeu ſinuoſus ſerpens quem Deus apud Eſaiam gladio ſuo duro & magno & valido percuſſit & interemit. Satanas nempe, quem ſummus judex σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τηρούμενον, *catenis caliginis in tartarum detruſum tradidit ad damnationem ſervatum* 2. Pet. 2: 4.

Pro Encelado Typhon & Typhoeus ſæpe appellatur idem gigas. Pindarus in Pythiis Ode primâ ſub initium:
Ὅς τ' ἐν αἰνᾷ ταρτάρῳ κεῖται θεῶν πολέμιος
Τυφὼς ἑκατοντακάρανος.
Quique in horrido tartaro jacet deorum hoſtis
Typhoeus centiceps.

Et paulò pòſt:
Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει
Στέρνα λαχνάεντα· κίων
Δ' οὐρανία συνέχει
Νιφόεσσ' Αἴτνα.
Et Sicilia ejus premit
Pectora hiſpida: Columna
Vero cœleſtis cohibet
Nivoſa Ætna.

Ovid. Faſt. lib. 4.
Alta jacet vaſti ſuper ora Typhoeos Ætna,
Cujus anhelatis ignibus ardet humus.

Et lib. 5. Metam.
Degravat Ætna caput, ſub qua reſupinus
Ejectat, flammamque fero vomit ore Typhœus.

Silius Italicus lib. 14.
Tum Catane ardenti nimium vicina Typhœo.

Val. Flaccus Argonaut. lib. 2.
—— Siculâ preſſus tellure Typhœus.

Nonnus etiam ad Ætnam ponit Τυφαονίης σέλας εὐνῆς, *Typhaonis ſplendorem cubilis* Dionyſ. lib. 13. verſ. 320. Ita & Apollodorus lib. 1. Γῆ μᾶλλον χολωθεῖσα μίγνυται Ταρτάρῳ καὶ γεννᾷ Τυφῶνα ἐν Σικελίᾳ μεμιγμένην ἔχοντα φύσιν ἀνδρὸς καὶ θηρίου. *Terra atrocius irritata Tartaro commiſcetur, & Typhonem in Sicilia generat duplici natura conſtantem viri & ſerpentis.* Cætera ibi vide: Hyginus cap. 152. *Tartarus ex terra procreavit Typhonem immani magnitudine, ſpecieque portentoſa, cui centum capita draconum ex humeris enata erant. Hic Jovem provocavit, ſi vellet ſecum de regno certare. Jovis,* (id eſt, Juppiter) *fulmine ardenti pectus ejus percuſſit, qui cum flagraret, montem Ætnam qui eſt in Sicilia ſuper eum impoſuit, qui ex eo adhuc ardere dicitur.* Philoſtratus in vita Apollonii lib. 5. cap. 6. Ἐκεῖνοι δὲ Τυφῶ τινὰ ἢ Ἐγκέλαδον δεδέσθαι φασὶν ὑπὸ τῷ ὄρει Αἴτνῃ. *Illi autem ajunt Typhonem quemdam ſeu Enceladum ſub Ætna monte eſſe ligatum.* Typhonis cubilia etiam alibi quæri nemo eſt qui neſciat: nempe ubicumque montium antra ignes continuos tanquam è Tartaro eructant. Quod pridem obſervavit Artemon hiſtoricus apud Pindari Scholiaſten: πᾶν ὄρος ἔχον πυρὸς ἀναδόσεις ἐπὶ Τυφῶνι κεῖσθαι, *montem omnem in quo ſunt ignis eruptiones, Typhoni incumbere,* vel ὑπὸ Τυφῶνι καίεσθαι, *ſub Typhone comburi,* quomodo ex eodem Artemone citat Iſacius in Lycophronem pag. 38. Nempe Græcè τύφειν eſt καίειν *urere.* Et Lev. 6: 21. al. 14. תופיני *thuphine* vel *tuphine* ſunt *coctiones* tam in Hebræo textu quàm in Onkeli Chaldæa Paraphraſi. Et תפתה *Thopheth* vel ut paſſim ſcribitur *Topheth* apud Hebræos eſt אש גיהנום *ignis gehennæ* vel inferorum; quomodo ſumi volunt Job. 17: 6. & Eſ. 30: 33. Tranſlatione ſumpta ex valle *Topheth,* quæ & *Gehinnom,* in qua in honorem idoli Moloch pueros vivos in ignem conjicere moris erat, 2. Reg. 23: 10. Jer. 7: 31, 32. & 19: 5.
Tantum relligio potuit ſuadere malorum.

Quod jam ante Moſis tempora Phœnices uſurpaſſe conſtat ex Lev. 18: 21. & Deut. 18: 10. Et ſuperſtitionem impiam Pœnos uſque ad ævum Annibalis conſtanter retinuiſſe colligere eſt ex his Silii lib. 4.
Mos fuit in populis quos condidit advena Dido, Vide Diod.
Poſcere cæde deos veniam, ac flagrantibus aris lib. 20. p.
Infandum dictu, parvos imponere natos. 739. & 740.

Sequuntur planctus Imilces uxoris Annibalis, cujus filium ſors popoſcerat. Sed de his plura aliàs.

Tertium Enceladi nomen eſt Briareus, quod ex his Callimachi colligas Hymno in Delum verſ. 141.
Ὡς δ' ὁπότ' Αἰτναίου ὄρεος πυρὶ τυφομένοιο
Σείονται μυχὰ πάντα, κατουδαίοιο γίγαντος,
Εἰς ἑτέρην Βριαρῆος ἐπωμίδα κινυμένοιο.

Con

Digitized by Google

Ceu quando horriſonis mons intonat Ætna cavernis,
Eructatque globos flammarum & ſaxa ſub auras,
Cùm mutare latus Briareus connititur ingens.

Ad quem locum Scholiaſtes: Οἱ μὲν Βριάρεω, οἱ δὲ Τυφῶνος, οἱ δὲ Ἐγκελάδου, *alii quidem* latus movente *Briareo*, *alii Typhone*, *alii Encelado*. Nempe promiſcuè ſumuntur Briareus, Typhon & Enceladus. Briareus, id eſt, בליעל *Belial*, diaboli nomen apud Hebræos. Proinde pro Βελιάλ, 2 Cor. 6: 15. Syrus Interpres habet סטנא, & Arabs אלשיטאן *Satanam*. Et Heſychio Βελίας eſt δράκων.

Commune habuit cum monte nomen Ætna oppidum impoſitum, dictum olim *Ineſſum*. Stephanus: Αἴτνη πόλις Σικελίας, &c. ἐκαλεῖτο δὲ πρὶν Ἴνησσον, *Ætna urbs Siciliæ, &c. vocabatur autem antea Ineſſum.* Alii *Neſſam* malunt ex lib. 4. Thucydidis: ξυνεπολέμουν ἐπὶ Νησσαν τὸ Σικελικὸν πόλισμα, *ſimul pugnabant adverſus Neſſam Siculum oppidum*. Sed legendum eſſe ἐπ' Ἴνησσαν, *adverſus Ineſſam* Cluverius probat ex lib. 6. ubi meminit τῶν Ἰνησσαίων. Eidem Diodoro eſt *Enneſia*, qui ſic habet lib. 11. τὴν νῦν οὖσαν Αἴτνην ἐκτήσαντο πρὸ τούτου καλουμένην Ἐννησίαν, *urbem nunc Ætnam prius Enneſiam vocitatam occupârunt*. Et Strabo habet Ἴνησσαν *Inneſam*. Quæ nomina palam deflexa ſunt ex Hebręo הנשא *Hanniſſa* vel הנשאה *Hanniſſaa*, quaſi ſublimem aut elatam dixeris, quod collis eſt epithetum, Eſ. 30: 25. nempe in ſublimi erat ſita, atque in ipſo aſcenſu Ætnę. Strabo lib. 6. Ἴνησσαν καλουμένην τῆς Αἴτνης ὀρεινὴν ᾤκησαν, καὶ προσηγόρευσαν τὸ χωρίον Αἴτνην διέχον τῆς Κατάνης σταδίους ὀγδοήκοντα. *Inneſam, quæ in montanis eſt Ætnæ, habitandam occuparunt, eique loco Ætnæ nomen impoſuerunt, à Catana diſſito ſtadiis* LXXX. Et rurſus: *Propinquum Centuripis eſt oppidum Ætna, paulò antè memoratum, excipiens & deducens eos qui montem Ætnam conſcendunt.* Ἐντεῦθεν γὰρ ἀρχὴ τῆς ἀναβάσεως, *hinc enim mons incipit in altum ſeſe attollere.*

Ex Ætna monte fluvii duo in mare decurrunt, *Acis* ſcilicet & *Amenanus*. Horum ille rapidiſſimus dictus videri poſſit à Syro אחיש *achis*, quod feſtinare vel citum eſſe ſignificat, ut חוש *chus* & החיש *hechis* apud Hebræos. Eòdem redit quod ἀκὶς Gręcis eſt ſagittæ cuſpis, cujus celeritatem curſu videtur imitari. Euſtathius in lib. 16. Iliad. ὁ Ἄκις ὀξύρροος καὶ ἐκεῖνος ποταμὸς τὴν ἐκ τῆς οἰστευτικῆς ἀκίδος κλῆσιν ἔχει, *Acis fluvius celeriter fluens, & ipſe à ſagittaria cuſpide nomen accepit.* Theocriti Scholiaſtes Idyll. 1. Ἄκις ποταμὸς Σικελίας: Ἄκις δὲ παρὰ τὸ ἀκίδι ἐοικέναι τὰ ῥεύματα, *Acis Siciliæ fluvius ſic dictus, quia fluenta ejus ſagittæ cuſpidi ſunt ſimilia.*

Amenanus mirè eſt inconſtans. Quippe cùm Catanam urbem pleno alveo ſoleat interfluere, quandoque vel obturatis vel aliò derivatis fontium venis per aliquot annos planè deficit atque evaneſcit. Hinc Ovidius lib. 15. Metam.

*Nec non Sicanias volvens * Amenanus arenas*
Nunc fluit, interdum ſuppreſſis fontibus aret.

* Male vulgo Amiſenus & l. 4. Faſt. Amiſenaque flumina pro Amenanaque fl.

Et Strabo lib. 5. poſtquam narravit quid ſimile de Fucino Marſorum lacu, de Amenano hęc ſubjungit: καθάπερ περὶ τοῦ Ἀμενανοῦ συμβαίνειν φασὶ, τοῦ διὰ τῆς Κατάνης ῥέοντος: ἐκλείπει γὰρ ἐπὶ πολλὰ ἔτη καὶ πάλιν ῥεῖ, *quod Amenano evenire perhibent per Catanam fluenti; is enim per plures annos deficit & rurſus fluit.* Proinde fallor, aut Amenano nomen fecere Phœnices à verbo מנע *mana*, quod coercere eſt & cohibere, etiam cùm de amne agitur: ut Ezech. 31: 15. אמנע נהרותיה *cohibui flumina ejus*. Ita videtur occulta vi per intervalla cohiberi Amenanus quominus fluat. Meritò igitur à *mana*, quod cohibere eſt, dictus eſt *Amenanus* vel *Amenas*, ut habetur apud Pindarum in Pythiis Ode primâ: Ἀμένα παρ' ὕδωρ, *Amena ad aquam*, id eſt, Amenani. Græci poſteriores ex Amena fecêre Ἀμενηνὸν, & Doricè Ἀμενανὸν, quaſi à debilitate ſic diceretur. Quod tamen hujus amnis naturam non exprimit. Neque enim cùm fluit eſt debilis, ſed cum impetu erumpit, & mediam Catanam tam pleno alveo interfluit, ut nonnunquam inundationibus ſuis cladem non levem urbi inferat. Vide Cluverium lib. 1. cap. 8.

Ad Amenani oſtium *Catana* קטנא parvam ſonat. Nempe *Catana* erat oppidulum, antequam Naxii illud auxiſſent, coloniâ eo deductâ Euarcho duce. Quos proinde Gręci habuêre pro Catanæ conditoribus. Vide Thucyd. lib. 6. & Marcianum Heracleenſem. Ita *Cana* Galilææ Hebraicè ſcribitur קטנה *Catna*, & in Syra Paraphraſi קטנא *Cathna*, Joh. 2: 1. in quem locum conſulendus eſt Ludovicus de Dieu ὁ μακαρίτης.

Etiam ex Ætna fluit Adranus amnis, ad quem erat oppidum & fanum Adrani Dei in Sicilia plurimum culti. Diodorus lib. 14. Διονύσιος δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ πόλιν ἔκτισεν ὑπ' αὐτὸν τὸν τῆς Αἴτνης λόφον, καὶ ἀπό τινος ἐπιφανοῦς ἱεροῦ προσηγόρευσεν αὐτὴν Ἀδρανόν, *Dionyſius in Sicilia oppidum ſub ipſum Ætnæ montem condidit, quod ab illuſtri quodam delubro Adranum nuncupavit.* Plutarchus in Timoleonte: Ἀδρανῖται πόλιν μικρὰν μὲν, ἱερὰν δ' οὖσαν Ἀδρανοῦ θεοῦ τινος, τιμωμένου διαφερόντως ἐν ὅλῃ Σικελίᾳ κατοικοῦντες; *Adranitæ exiguum quidem, ſed Deo cuidam Adrano, quem tota Sicilia maximè veneratur, ſacrum oppidum incolentes.* Ælianus de animalibus lib. 11. cap. 20. Ἐν Σικελίᾳ Ἀδρανός ἐστι πόλις, ὥς λέγει Νυμφόδωρος, καὶ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ Ἀδρανοῦ νεὼς ἐπιχωρίου δαίμονος, πάνυ δὲ ἐναργῆ φησιν εἶναι τοῦτον, καὶ τὰ ἄλλα μὲν ὅσα ὑπὲρ αὐτοῦ λέγει, καὶ ὅπως ἐμφανής ἐστι καὶ ἐς τὸ τῶν δεομένων προχείρως εὐμενής τε ἅμα καὶ ἵλεως εἰσόμεθα. *In Sicilia Adranus eſt civitas, ut dicit Nymphodorus, & in ea Dei indigenæ templum, quod valde magnificum eſſe ait. Sed alia quæ de hoc Deo refert, quamquo ſit clarus & in ſupplices promptè facilis & propitius alibi videbimus.* Addit canes ei Dæmoni ſacros fuiſſe non pauciores quàm mille, qui quaſi ſecretam à numine vim acceperint, cùm indigenas & peregrinos templum de die ingredientes blandè excipiant, noctuque etiam ebrios & titubantes, tanquam viæ duces & comites, ſuam quemque domum deducant, in protervos & petulantes acerbè inſiliunt, veſteſque eorum lacerant, quin & fures & prædones crudeliſſimè diſcerpunt. Idem cap. 3. ejuſdem libri quid refert ſimile de canibus qui erant in æde Vulcani ſuper Ætnam non procul ab Adrano. Heſychius voce Παλικοὶ Palicos Deos aſſerit hujus Adrani eſſe filios: Ἀδράνῳ, inquit, δύο γεννῶνται υἱοὶ Παλικοὶ, οἱ νῦν τῆς Συρακουσίας εἰσὶ κρατῆρες οἱ καλούμενοι Παλικοὶ, *ab Adrano nati ſunt filii duo qui nunc ſunt Syracuſia regionis cratores, quos Palicos appellant.*

Ex his cùm conſtet plus ſatis Adranum Deum jam olim in Sicilia coli cœpiſſe, non ſine gravi errore Docti conjectant hunc Adranum eundem eſſe cum Adriano Imperatore, qui poſt mortem inter Divos relatus fuit circa annum Chriſti CXL. Quin videtur Adranus nomen eſſe Dei Syri vel Phœnicii; quale compoſitum *Adra-melec* idolum Sepharvæorum 2 Reg. 17: 31. Hoc Hebręorum alii muli; alii pavonis effigie fuiſſe cultum aſſerunt. Quam verè haud quaquam ſcio. Utut ſit *Adra-melech* Regem magnificum ſonat; quomodo deſcribitur *Adranus* à Nymphodoro, ut ex Æliano didicimus. Ab hoc *Adrano* dictus amnis *Adranus*, & oppidum *Adranum*, ut de *Adranone* taceam, vico inter Hypſam & Iſburum, cujus meminit Diodorus lib. 23. Hodiè vocant *Adragno*.

Prope Adranum in agro Catanenſi fuit Ὕβλα ἡ μείζων *Hybla major*, de qua Thucydides lib. 6.

Pau-

Non debet hîc *Coſyra* omitti, inſula cum oppido media inter Siciliæ Lilybæum & Clupeam Africæ, à Melite diſtans ſtadiis D. Nomen à brevitate ſumptum, ſi Punicè fuit קוצרה *Koſera*, quomodo apud Arabes. Breve hîc idem quod parvum, ut cùm Poëta dicit,

—— brevibus Gyaris & carcere dignum.

Ita brevis *Coſyra*, hoc eſt, parva & anguſta fuit: ſive de urbe acceperis, quam Polybius lib. 3. πολισμάτιον *oppidulum* appellat: ſive etiam de tota inſula, cujus ambitus Strabone teſte non patet ultra ſtadia CL, id eſt, ſex aut ſeptem leucas noſtrates. Hinc Silius lib. 14.

Et bellare Tabas docilis, Coſyraque PARVA.

Tamen cùm *cheth* Hebræum paſſim à Græcis per *cappa* efferri videam, ut alibi multis probo, in id inclino magis ut *Coſyra* nomen deducatur ab Hebræo חוסר *choſer*, id eſt, inopia, quia inſula eſt perquam ſterilis. Ovidius lib. 3. Faſtorum:

Fertilis eſt Melite, ſterili vicina Coſyra.

Seneca de conſolatione ad Helviam cap. 6. *Deſerta loca & aſperrimas inſulas Sciathum & Seriphum, Gyarum & Coſyram pete.* Tamen ideò habitatur, quia aquis eſt irrigua, & portum habet commodum, oliviſque ſcatet & capris, ut teſtatur Arabs Geographus Clim. 4. part. 2.

Sunt & in eodem mari aliæ Phœnicum inſulæ ſitûs ignoti. In his *Eudipne*, de qua Stephanus: Εὐδείπνη, νῆσος Λιβύης, Φοινίκων· Ἑκαταῖος περιηγήσει Λιβύης. Fortè *Eudipne* eſt Udenoe de qua in Ἰσὸς idem Stephanus: Ἰσὸς νῆσος Λιβύης, Οὐδενόη λεγομένη ὑπὸ Λιβύων, ὑπὸ δὲ Φοινίκων Κελλαραρσάθ ὃ ἑρμηνεύεται Ἰστῶνος, τῇ γάρ ἐστι παραπλήσιος. *Iſtos inſula Libyæ, quæ Udenoe dicitur à Libybus, & à Phœnicibus Kellararſath, quod* Græcè *exponitur Iſtonis* (à malo navis deducto nomine) *eſt enim navi ſimilis*; navi ſcilicet malo erecto. Itaque pro Κελλαραρσάθ legendum ſuſpicor Κεβλαραφσαθ, vel potiùs Χεβλαραφσοδ חבלהרפסר, id eſt, *malum navis.* Hebraicè diceretur חבל הרפסדה *Chebbel Haraphſoda.* חבל pro malo extat, Prov. 23:34. Et רפסדות pro σχεδίαις, 2 Par. 2: 15. id eſt, tumultuariæ navis genere, quarum prima inventio debetur Phœnicibus. Sanchoniathon: Καὶ τοῦτον τὸν χρόνον, οἱ ἀπὸ τῶν Διοσκούρων σχεδίας καὶ πλοῖα συνθέντες ἔπλευσαν.

Eſt & in hoc cenſu Cyranis de qua Herodotus Muſâ quartâ poſt Zygantum deſcriptionem: Κατὰ τούτους δὲ λέγουσι Καρχηδόνιοι κεῖσθαι νῆσον τῇ οὔνομα εἶναι Κύραυιν, μῆκος μὲν διηκοσίων σταδίων, πλάτος δὲ στεινήν, διαβατὸν ἐκ τῆς ἠπείρου, ἐλαιέων μεστὴν καὶ ἀμπέλων. *Juxta hos aiunt Carthagenenſes ſitam eſſe inſulam nomine Cyranim ducentorum ſtadiorum longam, anguſtæ latitudinis, in quam è continenti facilè tranſiri poteſt, oleis refertam ac vitibus.* Unde pro νῆσον Κύραυιν malim legi Κύραμιν, id eſt, כרמין *Ceramin* vitium. Stephanus *Cyraunin* ſcribit, & *Gyzantas* pro *Zygantibus.* Κυραυνίς, inquit, νῆσος κατὰ Γύζαντας τοὺς ἐν Λιβύῃ. Quę verior eſt lectio. Quippe etiam Γύζαντας habent Apollonius in Mirabilibus, & Euſtathius in Dionyſium. Et Gyzantum nomen videtur à mellificio factum. Talmudicis ſaltem גזין *gazin* ſunt *apes*, & דבש הגזין *mel apum* in tractatu *Bechoroth.* Porro in Gyzantum regione μέλι μὲν πολλὸν μέλισσαι κατεργάζονται, πολλῷ δὲ ἔτι πλέον λέγεται δημιοεργοὺς ἄνδρας ποιέειν; *magnam quidem mellis vim apes conficiunt, multo plus tamen viri opifices conficere dicuntur.* Ita habetur in Herodoto quem ſequitur Apollonius.

Præterea Proſopon, & Terapſen, & Hydram, & Phœnicuſas inſulas ad Carthaginem apud Stephanum. Quibus Demoneſum addit Mercator ex hoc loco Ariſtotelis in lib. Mirab. Δημόνησος, ἡ Καρχηδονίων νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τοῦ πρώτου ἐργασαμένου τὴν ἐπωνυμίαν εἴληφεν. ἔχει δὲ ὁ τόπος κυανοῦ τὸ μέταλλον καὶ χρυσοκόλλης. ταύτης δ' ἡ καλλίστη πρὸς χρυσίον εὑρίσκει τιμήν· καὶ γὰρ φάρμακον ὀφθαλμῶν ἐστι. ἔστι δὲ αὐτόθι χαλκὸς κολυμβητής, ἐν δυσὶν ὀργυιαῖς τῆς θαλάσσης. *Demoneſus Carthaginenſium inſula à Demoneſo primo cultore nomen traxit: habet autem locus ille cyanum metallum* (vulgo Azurum) *& chryſocollam; hujus autem optima æqualis cum auro eſt pretii, quia ad oculorum remedia adhibetur. Ibidem etiam eſt æs in mare natans, uſque ad duas orgyias.* Vel ut rectè interpretatur doctiſſimus. D. de Grentemeſnil, *æs quod urinando effoditur è fundo maris ad duas orgyias alti.* Sed hęc ipſa deſcriptio docet agi de Propontidis Demoneſo prope Chalcedonem de qua Stephanus: Δημόνησος περὶ Χαλκηδόνα νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τινός. ἔχει δ' ὁ τόπος κυανοῦ μέταλλον καὶ χρυσοκόλλης, καὶ χρυσίον εὑρίσκεται τίμιον, ὀφθαλμῶν τε φαρμακόν ἐστιν. *Demoneſus inſula circa Chalcedonem à Demoneſo quodam. Habet autem locus cyani fodinas & chryſocolla. Sed & pretioſum aurum invenitur, & oculorum remedium eſt.* Hæc Ariſtotelicis ſimillima. Niſi quod Ariſtotelis Demoneſus non habet chryſocollam & aurum precioſum, ſed chryſocollam æqualis cum auro precii. Itaque verba Stephani: χρυσοκόλλης καὶ χρυσίον εὑρίσκεται τίμιον ita omnino legenda, χρυσοκόλλη κατὰ χρυσὸν εὑρίσκεται τιμήν, *chryſocolla juxta pretium auri invenitur.* Viciſſim in Ariſtotele mendosè ſcribitur Δημόνησος, ἡ Καρχηδονίων νῆσος & ſcribendum Χαλκηδονίων ex Stephano qui Demoneſum circa Chalcedonem deſcribit. Tale in Æliani variis lib. 13. cap. 31. Ξενοκράτης ὁ Καρχηδόνιος pro ὁ Χαλκηδόνιος, ut in Laërtio & Suida, & in ipſo Æliano lib. 14. cap. 9. Et in Tzetzis enarratione in Heſiodi opera & dies: Καρχηδόνιοι καὶ Βυζάντιοι, διὰ πλοιαρίου σκαλμὸν διενεχθέντες, δεινῶς ἐναυμάχησαν ἐν τῷ Βοσπόρῳ (legendum Καλχηδόνιοι.) Neque enim Carthaginenſes, ſed Chalcedonenſes cum vicinis Byzantiis ob navigii ſcalmum in Boſphoro decertarunt. Quod affert Scholiaſtes ut confirmet illud Poëtæ, Πῆμα κακὸς γείτων. Rurſus in Ariſtophanis Scholiaſte in Equitib. Act. 4. ſub finem Καρχηδών errore ſimili legitur eſſe πόλις Θρᾴκης περὶ τὸ Βυζάντιον, *urbs Thraciæ circa Byzantium.* Si quis malit Stephanum ex Ariſtotele corrigere, legat Plinium qui Demoneſum recenſet inter inſulas Propontidi circa finem libri quinti. Et Heſychium cui δύο εἰσὶ πρὸς τῷ Βυζαντίῳ νῆσοι κοινῇ μὲν Δημόνησοι λεγόμεναι, ἰδίᾳ δὲ διαλλάττουσαι, ἡ μὲν γὰρ Χαλκῖτις, ἡ δὲ Πιτυοῦσα. *Duæ ſunt prope Byzantium inſulæ quæ communi nomine Demonneſi dicuntur, ſed una proprio Chalcites, altera Pityuſa.* Inde ibidem Δημονήσιος χαλκὸς, *Demonneſium æs*, à quo & ipſa Chalcedon.

CAPUT XXVII.

Phœnices in Siciliæ parte Occidentali à Lilybæo ad Pelorum.

Pœni è Carthagine, vel etiam è Tyro Phœnices Siciliæ littora diu tenuerunt. *Lilybæum*, id eſt, ad Libyam. Strabonis cujuſdam perſpicacitas. *Lilybæum* Phœnicum urbs ſplendida & munitiſſima, quando condita & aucta. Puteus *Lilybæus* cur dictus. Sibylla Cumæa cur credatur ſepulta ibidem. Sepulchrum locus communis. *Motye* Phœnicium oppidum opulentum, cujus ſitus qualis Tyri. Ratio nominis. *Chek Lub* ubi Cyclopes. *Æguſa* inſula qualis. Unde dicatur *Cotris*. *Hiera* cur *Maritima*. *Bucinna* ſeu *Phorbantia* cur *Jabeſa*. *Drepanum* condidit Amilcar. Nec à Cereris aut Saturni falce, nec à corvo ſitu dicta eſt, ſed à promontorii acumine. *Eryx* aliis *Elyma*; utrumque nomen ab altitudine. Quid ſint הרכסים, Eſ. 40: 4. Templum Erycinæ Veneris à Phœnicibus impensè cultæ. Eryx oppidum. *Egeſta* vel *Aceſta* ubi Xanthus & Simois confluunt, non dictam ab Aceſte Trojano, ſed à Punico הקשטה. Fons Egeſtanus calidarum aquarum, quorſum dictus *Helbeſus*. *Ietæ* fl. & urbs יטר *Hyccara* חוק בורא *ſinus piſcoſus*. Malè ab hycca deduci. *Panormus* Phœnicum metropolis, quomodo Punicè. *Eleutherus* fl. cur *Orethus* appel-

Digitized by Google

letur. *Solus* vel *Soloïs* סלעים quia in rupe. Himera Græca urbe diruta Pœni Therma condidère ad calidas aquas heroum ævo jam notas. *Himera* unde dicatur. Uſticæ inſulæ nomen à depreſſione factum. *Cephalœdis* vel *Cephalud*, id eſt, rupes flexa. Aliſa urbs & Aliſa fons exultabundus, id eſt, עליצה. *Mutiſtrata* vel *Ameſtratus* ab Aſtarte nomen adepta. Alontium עלון, quia in aſcenſu. *Agatharium* vel *Agathyrnum* ſuper הסהרין, id eſt, petras. *Abacænum* a celſo ſitu dictum. *Mylæ* ubi boves Solis, ab armentis appellatæ. Boves Solis, quos occidere nefas eſſe boves aratores. *Lipara* & *Liparæ* olim *Meligunis* vel *Melogonis*. Liparæ nec à pinguedine nec à Rege Liparo dici, ſed à Phœnicio נברש *Nibras*, quaſi facem dixeris, quia facis inſtar noctu lucebat, L & N permutatis. *Melogonim* dici pro מנגנין *Menoggenin*, quia igne intus incluſo ſonus auditur tanquam tympanis aut cymbalis pulſantium ad multa ſtadia. Sirenas multi ſtatuunt prope Pelorum. Illis à cantu Punicum nomen.

Phœnices ante Græcos omnia Siciliæ littora tenuiſſe docet hic locus Thucydidis lib. 6. ᾤκουν δὲ καὶ Φοίνικες περὶ πᾶσαν μὲν τὴν Σικελίαν ἄκρας τε ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ ἀπολαβόντες, καὶ τὰ ἐπικείμενα νησίδια, ἐμπορίας ἕνεκεν τῆς πρὸς τοὺς Σικελούς. Ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἕλληνες πολλοὶ κατὰ θάλασσαν ἐπεσέπλεον, ἐκλιπόντες τὰ πλείω, Μοτύην, καὶ Σολόεντα, καὶ Πάνορμον ἐγγὺς τῶν Ἐλύμων ξυνοικίσαντες ἐνέμοντο, ξυμμαχίᾳ τε πίσυνοι τῇ τῶν Ἐλύμων, καὶ ὅτι ἐντεῦθεν ἐλάχιστον πλοῦν Καρχηδὼν Σικελίας ἀπέχει. *Habitabant etiam Phœnices circa omnem Siciliam, occupatis extremis ad mare partibus & adjacentibus inſulis, ut cum Siculis negotiarentur. At poſtquam multi Græcorum in eam trajecerunt, Phœnices pleriſque relictis, Motyem & Soluntem & Panormum, vicinas Elymis urbes, una cum iis incoluerunt: freti cùm Elymæorum ſocietate, tum eo quod exiguo inde à Sicilia trajectu Carthago diſtat.* Apparet hæc è Thucydide dici de Carthaginis Phœnicibus, id eſt, Pœnis. Quò eòdem pertinent hæc Pauſaniæ in Eliacis: οἱ δὲ Φοίνικες καὶ Λίβυες στόλῳ ἀφίκοντο κοινῷ, καὶ ἄποικοι Καρχηδονίων εἰσίν, *Phœnices atque Libyes communi claſſe in Siciliam venerunt, & Carthaginenſium coloni ſunt.* Nec alia mens Marciani, qui poſtquam recenſuit urbes à Græcis ibi conditas, hęc addit continuò poſt:

> Τὰ δὲ λοιπὰ βάρβαρ' ἐστὶ τῶν πολισμάτων,
> Καρχηδονίων ἐπιτειχισάντων τὰς πόλεις.
> *Et barbarorum quæ ſuperſunt oppida*
> *Carthago dives cinxit altis mœnibus*

Tamen Tyrii Phœnices non Carthaginis hanc inſulam primi occuparunt, ſi Diodoro credimus, qui longam de Tyriorum in Hiſpaniam commerciis diſſertationem ita claudit lib. 5. pag. 216. οἱ Φοίνικες διὰ τῆς τοιαύτης ἐμπορίας ἐπὶ πολὺν λαβόντες χρόνον αὔξησιν, ἀποικίας πολλὰς ἀπέστειλαν, τὰς μὲν εἰς Σικελίαν καὶ τὰς σύνεγγυς ταύτῃ νήσους, τὰς δὲ εἰς τὴν Λιβύην καὶ Σαρδόνα καὶ τὴν Ἰβηρίαν. *Ex hac negotiatione Phœnices per multum temporis opulentiores facti, multas miſerunt colonias, alias quidem in Siciliam & vicinas inſulas, alias autem in Libyem & Sardiniam & Iberiam.* Utut ſit, Phœnices conſtat antiquiſſimis illis temporibus, quibus Africam occuparunt, Siciliam quoque invaſiſſe, atque in ea diu hęſiſſe. Itaque quamvis Græci his ſuccedentes monimenta barbarorum ſummo ſtudio aboleverint, tamen in priſcis fabulis gentiumque & locorum nominibus multa Phœnicii ſermonis veſtigia ſuperfuerunt, quæ hîc pro virili indagare neque erit inutile, neque ut ſpero injucundum. Lector ſtatim in deſcriptione Siciliȩ animadvertet, me Cluverium maximè ſequi, qui de veteri Sicilia omnium doctiſſimè & luculentiſſimè ſcripſit.

Facto igitur initio ab ea Siciliæ parte, quȩ proxima eſt Africæ, quamque adeò Grȩcis inſulam invadentibus Pœni ſolam ſibi ſervarunt, primò ſe offert *Lilybe* vel *Lilybæum* promontorium, quod Punicè dictum eſt ללוב (*Lelub*) *ad Libyam*, vel ללובאי (*Lelubai*) *ad Libes*, quia ad Libyam & Libes erat obverſum, ut jam alibi docuimus. Strabo, Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ Λιλυβαίου ἐλάχιστον δίαρμα ἐπὶ Λιβύην, *eſt à Lilybæo breviſſimus in Africam trajectus*, Diodorus lib. 13. κατέπλευσε τῆς Σικελίας ἐπὶ τὴν ἄκραν τὴν ἀντικρὺ τῆς Λιβύης καλουμένην Λιλύβαιον, *navigavit in Siciliæ promontorium Libyæ oppoſitum quod Lilybæum appellant.* Eunapius in Porphyrio: συντείνας δ' ἐπὶ τὸ Λιλύβαιον, τὸ δέ ἐστι τῶν τριῶν ἀκρωτηρίων τῆς Σικελίας τὸ πρὸς τὴν Λιβύην ἀνατεῖνον καὶ ὁρῶν. *Cum contendiſſet Lilybæum, quod unum eſt è tribus Siciliæ promontoriis Africam verſus porrectum, eamque reſpiciens.* Silius lib. 14.

> *Hic contra Libyamque ſitum, Caurοſque furentes,*
> *Cernis devexas Lilybæum nobile Chelas.*

Martianus Capella lib. 6. *Lilybæum Africæ fines videt.* Similes locos ex Mela, Plinio, Solino, Ptolemæo citavi in *Phaleg* lib. 4. cap. 33. Quibus ex Strabone, Valerio, Varrone, Æliano, Plinio & Solino addi queat hiſtoria de Strabone quodam; quem aiunt tam certa oculorum acie uſum eſſe, ut claſſes portu Carthaginenſium egredientes è Lilybæo intueretur, & numerum navium diceret. *Strab. l. 6. Val. Max l. 1. c. 8. Ælian. hiſt. l. 11. c. 13. Pl. l. 7. c. 21. Solin. c. 6.*

Ad Lilybæum promontorium Phœnicia urbs erat *Lilybæum*, cujus quo loco diximus ideò non meminit Thucydides, quia cùm Græci Siciliam invaſerunt, nondum condita, aut ſaltem adhuc obſcura erat. Diodorus lib. 22. eam emerſiſſe ſcribit è ruinis vicinæ Motyes: Αὕτη γάρ, inquit, ἡ πόλις ὑπὸ Καρχηδονίων ἐκτίσθη μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Καρχηδονίων Μοτύης ὑπὸ Διονυσίου τοῦ τυράννου, τοὺς γὰρ ἐκ ταύτης ὑπολειφθέντας ἀθροίσαντες, κατῴκισαν εἰς τὸ Λιλύβαιον. *Illa enim urbs a Carthaginenſibus fuit condita poſt Motyen Carthaginenſium à Dionyſio tyranno expugnatam. Congregatos quippe quos ex illa reliquos fecerat excidium, Lilybæi collocarunt.* Cui loco fruſtra opponitur quod idem narrat libro undecimo, ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀρίστωνος, id eſt, annis ante Motyes excidium plus minus quinquaginta, bellum inter Ægeſtanos & Lilybætanos eſſe exortum ſuper agro ad Mazaram fluvium ſito: unde ſequatur Lilybȩum multo ante extitiſſe. Nam quæ extat urbs condi dicitur, cum augetur & reparatur. Extabat igitur Lilybæum etiam ante captam Motyen. Sed tum demum evaſit celebris novis colonis additis. Unde eſt quod Lilybæum deinceps Veteres multum extollunt. Cicero Verrinâ quintâ: *Teſtis ſplendidiſſima civitas Lilybætana.* Aurelius Victor de viris illuſtribus in Attilio: *Ex maximis & munitiſſimis civitatibus, Ennâ, Drepano, Lilybæo hoſtilia præſidia dejecit.* Diodorus lib. 36. de Athenione: ἐτόλμησε πόλιν ἀπόρθητον τὸ Λιλύβαιον πολιορκεῖν, *Lilybæum urbem inexpugnabilem obſidere auſus eſt.* Proinde idem narrat lib. 24. Romanos poſt decennalem Lilybæi obſidionem tandem pace facta receſſiſſe. *V. Suid. in Πύῤῥος.*

Urbi nomen ἀπὸ τοῦ φρέατος, ὃ κατ' ἐκείνους μὲν τοὺς καιροὺς ὠνομάζετο Λιλύβαιον, *à puteo quod illo ævo Lilybæum nominabatur.* Ita nugatur Diodorus lib. 13. Latuit enim Græcum hominum oppidum & promontorium ex eo nomen habere quod ad Libes eſſent obverſa. Interim puto me videre quid illi reſpexerint, qui Diodoro impoſuerunt. Rota putei Arabicè propriè דולאב *dulab* vocatur. Sed & ſcribitur לולאב *Lulab* D & L permutatis, ut paſſim. Sic מדך *ſalire* Syris fit ex Hebr. מלח. Unde eſt quod plurale לואליב *lawalib* ex veteri Gloſſario Giggejus *rotas* exponit. Fortè ex hac voce putavit Pœnus aliquis derivari Lilybȩum.

Ut Pachynum Hecubȩ, & Pelorum navarchi Annibalis, ita Lilybæum Sibyllæ Cumęę ſepulchro Veteres inſigniunt. Solinus Salmaſii cap. 5. *Lilybitano* (promontorio) *Lilybæum oppidum decus eſt, & Sibyllæ ſepulchrum*, nempe *Cumææ*, de qua cap. ſecundo dixerat: *Hujus ſepulchrum in Sicilia adhuc*

adhuc manet. Et Iſidorus lib. 8. cap. 8. *Dicta autem Cumana à civitate Cumis, quæ eſt in Campania, cujus ſepulchrum in Sicilia adhuc manet.* Sed hęc Sibylla tam fictitia eſt quàm Hecuba & Pelorus, de quibus deinceps. Fabula videtur ex eo nata, quod ad Sibyllæ nomen alluſit Hebræum זבול (*zebul*) *habitatio*, quod pro ſepulchro paſſim uſurpatur שהוא דר בו כל אחד, *quia in illo quivis habitat*, ut ait Aben-Ezra ad Pſ. 49: 15. Quò pertinet illud Jobi cap. 30. verſ. 23. *Mors avocat me, & domus conſtituta omni viventi.* Id fortaſſe Pœni imitati altera voce Arabica ſepulchro ad Lilybęum inſcripſerant זבול גמאעה (*zebul gumaa*) *habitatio univerſitatis*, id eſt, communis omnium ſedes. Et ex *Zebul gumaa* factum *Sibylla Cumæa.* Sic paſſim Veteres ſepulchra vel inferos *locos communes* appellant. Plautus in prologo Caſinæ: *Qui nunc abierunt hinc in communem locum.* Artemidorus lib. 1. cap. 80. κοινὸς ὁ τόπος ὅτος καλεῖται ὁ τοὺς πάντας δεχόμενος. Cicero 6. Verrinâ: *Dico nihil iſtum ejuſmodi rerum in Provincia reliquiſſe, &c. nihil in ædibus cujuſquam, ne in oppidis quidem, nihil in locis communibus.* Juſtinianus Inſtit. lib. 2. tit. 1. *In communem autem locum purum invito ſocio inferre non licet.*

A Lilybæo promontorio verſus Aquilonem navigantibus ſtatim occurrebat *Motye* Pœnorum colonia. Diodorus lib. 14. pag. 423. οὐ μακρὰν δὲ ἀπὸ τούτου Μοτύη πόλις ἦν ἄποικος Καρχηδονίων, ᾗ μάλιστα ἐχρῶντο κατὰ τῆς Σικελίας ὁρμητηρίῳ. *Non procul ab illo colle* (Eryce) *ſita erat urbs Motye colonia Carthaginenſium, quâ potiſſimùm utebantur ut bello ſede, unde in Siciliam erumperent.* Proinde Thucydides nuper de Phœnicibus: Μοτύην καὶ Σολόεντα καὶ Πάνορμον, &c. ἐνέμοντο, &c. ὅτι ἐντεῦθεν ἐλάχιστον πλοῦν Καρχηδὼν Σικελίας ἀπέχει. *Motyam, Soluntem & Panormum, &c. incoluerunt, &c. quia minimo inde in Carthaginem trajecta Sicilia diſtat:* Et Pauſanias in Eliacis: Ἐστὶ δὲ κατὰ τὴν ἄκραν ἐν Σικελίᾳ τὴν τετραμμένην ἐπὶ Λιβύης καὶ Νότου, καλουμένην δὲ Πάχυνον (lege Λιλυβαῖον) Μοτύη πόλις· οἰκοῦσι δὲ Λίβυες ἐπ' αὐτῇ καὶ Φοίνικες. *Ad Pachynum* (imò ad Lilybæum) *Siciliæ promontorium quod in Africam & Auſtrum vergit, eſt Motye urbs, quam tenent Afri & Pœni.* Motye in Diodoro legitur urbs fuiſſe valde inſignis: τῷ δὲ πλήθει καὶ τῷ κάλλει τῶν οἰκιῶν εἰς ὑπερβολὴν πεφιλοτεχνημένη, διὰ τὴν εὐπορίαν τῶν κατοικούντων, *& domorum copiâ & ſpecie magnificè exornata propter incolarum divitias.* Situs prope qualis Tyri, nempe in inſula, quam iſthmus manufactus ſtadiorum ſex ita continenti junxerat, ut ex inſula facta eſſet Cherſoneſus. Idem: αὕτη δὲ ἡ πόλις ἦν ἐπί τινος νήσου κειμένη, τῆς Σικελίας ἀπέχουσα ςαδίους ἕξ. Et paulò poſt: εἶχε δὲ καὶ ὁδὸν ςενὴν χειροποίητον, φέρουσαν ἐπὶ τὸν Σικελίας αἰγιαλόν. Dictam fabulatur Stephanus ἀπὸ Μοτύης γυναικὸς μηνυσάσης Ἡρακλεῖ τοὺς αὐτοῦ βοῦς, *à muliere Motye, quæ Herculi indicavit boum ſuorum abactores.* Ego dictam interpretor Punica voce מתוחה *Metuha*, id eſt, protenſam, propter Cherſoneſi longitudinem. Ad Aquilonem fuit Motyenſium portus, quem multis deſcribit Polyænus lib. 5. in Dionyſio.

Inter Lilybæum & Motyen fuiſſe puto חיק ללוב *Chek lelub* ſinum Lilybitanum, contractè חיק לוב *chek lub*, à quo dici *Cyclopes* poſtmodum docebimus; quia ibi habitaverunt, è regione Æguſæ inſulæ, quam Homerus multis deſcribit lib. 8. Odyſſ.

Æguſa nomen eſt ἀπὸ τῶν αἰγῶν à capris, quibus illam inſulam olim abundaſſe ex Homero colligere eſt. *Depreſſo ac plano eſt ſolo*, inquit Cluverius teſtis αὐτόπτης, *eoque agrorum fertilitate & aquarum copiâ præſtat, cultuique maximè eſt idonea, ſinuſque inſuper habet ſeu portus tutiſſimos, numeroſæque claſſis capaces.* Quę Æguſę deſcriptio Homericę tam eſt ſimilis quàm ovum ovo ſimile eſt. Media eſt inter Hieram & Phorbantiam. Hæ tres inſulæ communi nomine Ægades appellantur; & utut Siciliæ vicinę, tamen Libycis inſulis accenſentur, quia ſunt in mari Libyco, & è Drepanitano portu ſolventibus per eas in Africam iter eſt. Ægades maximè inſignivit Lutatius, qui ad illas victo Hannone, navibuſque quinquaginta demerſis, & ſeptuaginta captis cum Pœnorum decem millibus, primo bello Punico finem impoſuit. *Polyb. l. 1. Flor. l. 2. c. 6. Corn. Nep. in vit. Hamil. & Lutat. Sil. l. 1. & 2. & Diod. l. 24.*

Æguſæ Libycum nomen apud Stephanum eſt *Catria*: Αἰγοῦσα, inquit, νῆσος Λιβύης, κατὰ Λίβυας λεγομένη Κατρία, *Æguſa inſula Libyæ, juxta Libes Catria dicta.* Pro Κατρία Cluverius ſcribendum cenſet Καπραρία: quaſi pro Æguſa Libyes *Caprariam* Romana voce appellaverint. Sed utut Αἰγοῦσα & *Capraria* ſint ſynonymę voces, tamen à Romanis ipſis *Æguſa* dicitur, non *Capraria.* Vide Plinium lib. 3. cap. 8. *Aponianam* vocat Hirtius de bello Africano, unde hodiernum *Favagnana*; Caprariam nemo quod ſciam. Prętereà non eſt credibile Pœnos à Romanis accepiſſe nomina inſularum quas tenuerunt diu ante Romam conditam. *Catria* igitur, ut vult Stephanus, Punicum nomen eſt, ſed à Græcis interpolatum. Nempe ע expreſſo per g, ut in *Gaza*, *Segor*, *Gomorrha*, & ſimilibus, עדר *geder* vel *gadar* eſt grex non ſolùm ovium, ſed & caprarum. Sic Cant. 4: 1. & 6: 5. כעדר העזים *ut grex caprarum.* Et Pſal. 50: 9. in Chald. Paraphraſi מן עדרך ברחי *è grege tuo hircos.* Hinc in plur. emphatico עדריא *gedraja* vel *gadraja* ſunt greges. Itaque *Inſula Gadraja*, unde deflexum *Catria*, eſt *inſula gregum*, caprinorum ſcilicet, id eſt, *Æguſa.* Arabes vocant inſulam אלראהב *Arrahib* Anachoretæ ſive Monachi.

Æguſę ad Africum vicina eſt *Hiera* vel *Hieroneſus*, de qua Polybius, Diodorus, Plinius, Ptolemęus. *Maritimam* hodiè vocant non nuper invento nomine. Ita enim habetur in Itinerario inſulari: *A Lilybeo inſula, quæ appellatur Maritima, ſtadia* CCC. Atque in Arabe Geographo id ipſum eſt מלימה *Malima* R & L permutatis. Cujus nominis ratio non eſt obvia. Nemo enim facilè dixerit quorſum è tot maris inſulis, quæ ſunt omnes ex æquo maritimę, una aliqua vocetur *Maritima*, niſi vocem fatearis ex Punica eſſe detortam, quod veriſſimum. Hebręis enim מתרוממה *Muromema*, Chaldæis מתרמא *mitrama* & מתרימא *mitrima*, Syris מתתרימא *metterimo* elatam ſonat. Vox Punica ſimilis, T & R tranſpoſitis, mutata eſt in *Maritimam.* Elatam Pœni appellaverant propter ſitum. Cluverius: *Cum Hiera ſive Maritima, & Phorbantia ſive Bucinna altis rupibus ſint erectæ, ac velut prærnagni ſcopuli è mari emineant, media inter eas Aponiana ſive Æguſa depreſſo ac plano eſt ſolo*, &c.

Ad Æguſæ Aquilonem è regione Drepani eſt Plinii *Bucinna*, quæ Ptolemęo *Phorbantia.* Utrumque nomen Gręci indiderunt à paſtu boum. Fortè Pœnis יבשה *Jabeſa*, id eſt, arida, dicebatur, ut Arabibus אליאבסה *Aljabiſa* vel *Aljabeſa*, unde Italicum nomen *Levezo* & *Levenzo.* Nempe לים בהא מא *non eſt in ea aqua.* Ita aſſerit Nubienſis Geographus Cl. 4. part. 2.

Drepanum, aliis Drepana, portus erat Erycinorum, ubi oppidum primus extruxit & communivit Hamilcar Pœnus, eò tranſlatis Erycinis. Diodorus lib. 23. Ἀμίλκας δὲ ὁ Καρχηδόνιος τὸ Δρέπανον τειχίσας, καὶ πόλιν κατασκευάσας, μετῴκισε τοὺς Ἐρυκίνους καὶ τὸν Ἔρυκα κατέσκαψε. Quo facto brevi Drepanum ita crevit, ut inter nobiliſſimas Siciliæ urbes cenſeretur. Victor de Attilio: *Ex maximis & munitiſſimis civitatibus Enna, Drepano, Lilybæo hoſtilia præſidia dejecit.* Sexto id anno contigit poſtquam fuerat

rat condita. Nempe propter loci opportunitatem & præſtantiam portûs, Drepanum ſemper magnifecêre Carthaginenſes. Polybius lib. 1. *διὰ γὰρ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου, καὶ τὸ κάλλος τοῦ περὶ Δρέπανον λιμένος, ἀεὶ μεγάλην ἐποιοῦντο τὴν σπουδὴν οἱ Καρχηδόνιοι περὶ τὴν φυλακὴν αὐτοῦ.*

De nominis origine Græci multa comminiſcuntur. Alii dici Δρέπανον, (id eſt, falcem) *à falce Cereris quam ibi cum filiam ſuam Proſerpinam quæreret, amiſerit.* Ita Servius in lib. 3. Æo. Alii *ὅτι ἐκεῖ ἦν τὸ δρέπανον μεθ' οὗ τὸν οὐρανὸν ὁ Κρόνος ἐξέτεμε, quia ibi erat falx quâ cælum exſecuit Saturnus*, ut Corcyræ falx quâ Saturnum Juppiter. Ita Iſacius in Lycophronem. Aliis denique *dictum Drepanum eſt à curvo ſitu inſtar falcis.* Ita Pomponius Sabinus. Quem cur Recentiores ſequantur tanto conſenſu, non poſſum ſatis mirari. Cùm in portu Drepanitano terra non curvetur ſenſim in falcis modum, ſed planè in acumen deſinat. Proinde Drepano videtur nomen feciſſe Puoicum דרבן *darban*, id eſt, aculeus. Extat in Hebræo Scripturæ textu, 1. Sam. 13: 21. Et hujus plurale דרבנות *darbanoth*, Eccleſ. 12: 11. Radix דרב (*daraba*) *acuminis eſſe* in uſu eſt apud Arabes. Unde דראב *darab* illis acumen.

Prope Drepanum eſt Eryx mons celſiſſimus & ſolo Ætna minor. Polybius lib. 1. *μεγέθει δὲ παρὰ πολὺ διαφέρει τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ὀρῶν πλὴν τῆς Αἴτνης, omnes Siciliæ montes præter Ætnam longè ſuperat.* Solinus: *Eminet Siciliæ montibus Ætna & Eryce.* Diodorus lib. 4. aſcenſum ad Erycem tradit eſſe triginta ſtadiorum, *τὴν ἀνάβασιν οὖσαν σταδίων λ.* Inde Poëta lib. 12. Æn.

Quantus Athos, aut quantus Eryx.

Et Æneid. lib. 5.

At procul excelſo miratus vertice montis
Adventum ſociaſque rates occurrit Aceſtes.

Excelſo vertice montis, nempe Erycis, unde Trojanorum videbat naves Drepanum appellentes. Et Silius lib. 14.

Nec non altus Eryx.

Et Theocritus Idyll. 15.

Αἰπεινάν τ' Ἔρυκα, ſublimemque Erycem.

Et Geographus Arabs (qui האמד *Hamed* vocat Clim. 4. part. 2. הו גבל עטים שאמה אלדרוה עלי אלקנה, *mons eſt magnus celſi verticis & ſublimis faſtigii*, bis idem repetens diverſis vocibus ad majorem emphaſim. Inde Pœnis עלים *alim* vel *elim*, quaſi loca celſa dixeris. Quod Græci Ἔλυμα & Ἔλυμον ſcribunt. Vid. Dionyſium Halicarnaſſ. lib. 1. Sed & Ἔρυξ *Eryx* merè Punicum eſt. Quod Hebraicè ſcripſeris הרוכם *Harucas* vel הרכם *Hareces*; unde plurale הרכסים *Harecaſim* pro locis excelſis extat, Eſ. 40: 4. Prophetæ verba ſic habent: *Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis deprimetur, & quod curvum eſt erit in planum* והרכסים לבקעה *& loca celſa in convallem.* Kimchius in Lexico reddit ההרים הגבוהים *montes excelſos.* Ut Pſ. 31: 21. מרוכסי איש *ab elationibus viri.* Nam paulò antè verſ. 19. David querebatur impios obloqui juſto בגאוה ובוז *cum elatione & contemptu.* Rurſus Exod. 28: 28. & 39: 21. ירכסו Arabs priore loco reddit ירפען *attollent*, poſteriore רפעא *ſuſtulerunt.* Rabbi Selomo הרכסים montium ſeriem interpretatur, qui invicem ita cohærent, ut clivi intermedii ardui ſint, nec obliquentur, quo mollior ſit aſcenſus & deſcenſus. Contrà Aben-Ezra מקום מעות *locum obliquum*, Vulgata *aſpera*, Græci τραχεῖα, Junius *ſalebroſa.* Sed his præferenda videtur interpretatio Kimchii; quia הרכסים Eſaias opponit לבקעה *valli.* Quæ oppoſitio nulla eſt, ſi הרכסים ſunt loca obliqua, vel aſpera, vel ſalebroſa. Cùm etiam in valle flexus & ſalebræ ſæpe occurrant. Sic Deut. 24: 4. mentio fit *vallis aſperæ.* Præterea pro elatione ſumitur רכס in iis Scripturæ locis quæ citavimus; quibus ſolis occurrit. Et Chaldæus hîc habet בית גרורין *locum elationum*, id eſt, ſublimem & excelſum. Sic Talmudicum גרור in Aruch eſt גבשושית *eminentia*, & Arabicè in Giggeio גראר eſt *collis*, גרד *via montium.* Denique הרכס & *Eryx* planè idem ſunt. Quod fatebitur quiſquis harum literarum aliquem guſtum habet. Hæc obiter de voce in qua hærent interpretes.

In ſummo vertice Erycis templum fuit Veneris Erycinæ. Polybius lib. 1. *Τούτου δ' ἐπ' αὐτῆς τῆς κορυφῆς, οὔσης ἐπιπέδου, κεῖται τὸ τῆς Ἀφροδίτης τῆς Ἐρυκίνης ἱερὸν ὅπερ ὁμολογουμένως ἐπιφανέστατόν ἐστι τῷ τε πλούτῳ καὶ τῇ λοιπῇ προστασίᾳ τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ἱερῶν. In hujus vertice, quod planum eſt, templum Erycinæ Veneris ſitum, omnium haud dubiè quæ tota Sicilia ſunt divitiis & reliquo cultu longè clariſſimum.* Mela: *Montium* (Siciliæ) *Eryx maximè memoratur ob delubrum Veneris ab Ænea conditum.* Virgilius lib. 5. Æn.

Tum vicina aſtris Erycino in vertice ſedes
Fundatur Veneri Idaliæ.

Hanc impensè coluiſſe Pœnos teſtatur Diodorus lib. 4. *Καρχηδόνιοι*, inquit, *μέρους τῆς Σικελίας κυριεύσαντες, οὐ διέλιπον τιμῶντες τὴν θεὸν διαφερόντως, Carthaginenſes parte inſulæ in ditionem redacta, eximio Deam cultu proſequi non deſtiterunt.* Nempe Venus eſt Phœnicium *Aſtarte*, cujus cultum ab illis Græci edidicerant. Notum enim eſt ex Pauſania nullum in Græcia fuiſſe Veneris templum antiquius templo Cytheræ Veneris, quod in Cytheris Phœnices condiderant. Proinde etiam ædes Erycinæ Veneris videtur eoſdem habuiſſe conditores, quicquid Græci de Ænea & Trojanis garriant, aut verò de Dædalo, quem ferunt ſaxum Erycis anteà confragoſum complanaſſe, muro per præcipitia ducto, ut latior eſſet area. Vide Diodor. lib. 4. & Pompon. Sabinum in lib. 5. Æn.

Sed & in Erycis vertice fuit urbs ejuſdem cum monte nominis, de qua Polybius ubi ſuprà: *Ἡ δὲ πόλις ὑπ' αὐτὴν τὴν κορυφὴν τέτακται πάνυ μακρὰν ἔχουσα καὶ προσάντη πανταχόθεν τὴν ἀνάβασιν, urbs ſub ipſo vertice ſita eſt, valde longum & arduum aſcenſum habens.* Hanc condidiſſe fertur Eryx Veneris & Butæ, aut ut alii Neptuni filius, quem Hercules certamine victum principatu & vitâ exuit. Sed hæc merè fabuloſa ſunt. Agetur in ſequentibus de alia Eryce urbe prope Palicos, quæ & ipſa in monte fuit. Unde confirmatur id quod diximus, Erycen à ſitu dici.

Egeſta vel *Ægeſta*, Romanis ſcriptoribus *Segeſta præpoſitâ ei S literâ* (inquit Feſtus) *ne obſcæno nomine appellaretur*, à ſummo Poëta Aceſta dicitur, tanquam ab Aceſte conditore, quem alii Ægeſtum vocant. Locus eſt lib. 5. Æn.

Urbem appellabunt permiſſo nomine Aceſtam.

Ubi Servius: *Ab Aceſte ſcilicet. Dicta autem Aceſta, deinde Segeſta.* Ita etiam Silius:

— Trojanaque venit Aceſta.

Piget hîc referre fabulas de Aceſte, quem edidiſſe dicitur Sylvia Egeſta Hippotæ Trojani filia, Trojâ metu belluæ relictâ delata in Siciliam, ibique ab amne Crimiſo in canem mutato compreſſa. Ab hoc Aceſte ſcilicet Aceſta urbs, & Aceſtani populi. Et qui prope Aceſtam confluunt amnes Trojanis nominibus Scamander vel Xanthus & Simois dicti. Hinc Poëta lib. 5. Æn.

Hectoreos amnes Xanthum & Simoenta videbo.

Et Strabo lib. 13. *Quidam ajunt ad Ægeſtam Siciliæ trajeciſſe Æneam, cum Elymo Trojano, & occupaſſe Erycem Lilybæumque, καὶ ποταμοὺς περὶ Αἴγεσταν προσαγορεῦσαι Σκάμανδρον καὶ Σιμόεντα, amneſque apud Ægeſtam denominaſſe Scamandrum & Simoenta.*

Et

Et Diodori lib. 20. Agathocles Ægeſtæis infenſus *pauperrimum quemque ab urbe eductum* παρὰ τὸν Σκάμανδρον ποταμὸν ἀπέσφαξε, *ad Scamandrum amnem mactavit.* Sed cùm Scamandri & Simoentis ad Egeſtam nec Scylax, nec Thucydides, nec vetuſtiorum ullus meminerit, recentiora eſſe puto hęc nomina, & à Gręcis tandem indita ut receptis de Aceſte & Ænea fabulis fidem facerent. Nec Aceſta ab Aceſte, ſed à Punico הקשטה *hakkeſta* videtur ſumpſiſſe nomen, id eſt, turris ſeu munitio. Syra flexione pro קשטא *keſta* ſcribitur קושטא *koſta*: unde in Chaldæo Paraphraſte, Pſ. 61:4. קושטא רעשנא *turris roboris*, Hebraicè מגדל עז.

Calidas aquas circa Egeſtam multi deſcribunt. Strabo lib. 6. *Calidarum aquarum eruptiones multis locis habet inſula; quarum Selinuntia & Himerenſes ſalſæ ſunt,* τὰ δὲ Αἰγεσταῖα πότιμα, *Ægeſtana autem potabiles.* Diodorus lib. 4. ubi de aquis quas Herculi Siciliam peragranti nymphæ aperuerunt: τούτων δὲ ὄντων διττῶν, τὰ μὲν Ἱμεραῖα, τὰ δὲ Ἐγεσταῖα προσαγορευόμενα, τὴν ὀνομασίαν ἔχοντα ταύτην ἀπὸ τῶν τόπων; *bina cùm ſint, altera Himerenſes, altera Segeſtana, has appellationes à locis habent.* Plinius lib. 31. cap. 6. *Nec verè omnes quæ ſint calidæ, medicatas eſſe credendum, ſicut in Egeſta Siciliæ.* Sed has aquas è Veteribus unus Solinus nominavit: *Apud Segeſtanos*, inquit, *Helbeſus in medio flumine ſubita exæſtuatione fervet. Helbeſus*, inquam, non *Herbeſſus*, ut contra librorum fidem repoſuiſſe Delrium notat Vir magnus in Solinum. *Helbeſſus* Pœnis era חל פשור (*Halpaſur*) lavacrum tepidum. Utraque vox ex Syris nota, quibus חליל eſt lavare. Sic in Chaldæa Paraphraſi, Ruth. 3: 3. ותחליליי במיא, *& lavabis te in aquis*, & paſſim. Et פשור *paſur* vel *paſor* tepidum ſonat, Eccleſ. 2: 8. & Apoc. 3: 16. Sic Arabibus פתר per ת eſt tepeſcere, ש & ת de more permutatis.

In Segeſtano ſinu Cluverius ex Ptolemęo fluvium habet Gręci nominis *Bathyn*, ſed ſuſpicatur legendum *Jatin*, quomodo hodiéque vocant à monte & oppido *Jati* unde oritur. *Jati* Silio eſt *Celſus Jetas*, Philiſto & Stephano Ἰεταί. Cives *Jetenſes* Plinio, *Jetini* Tullio & Diodoro, qui ſic habet lib. 23. Ἰετῖνοι ἐκβαλόντες τὴν τῶν Φοινίκων φρουρὰν τὴν πόλιν Ῥωμαίοις ἔδωκαν, *Jetini ejecto Pœnorum præſidio Romanis urbem tradiderunt.* Sic in Judææ montanis fuit יוטה *Juta*, Vulgato Interpreti *Jota* & *Jeta*, Joſ. 15: 54. & 21: 16. An à נטה, id eſt, inclinando, quod ſit in montis parte declivi.

Inde Panormum pergentibus offert ſe Ὕκκαρα βαρβαρικὸν χωρίον, *Hyccara barbaricum oppidum.* Ita Plutarchus in Nicia. Et Thucydides lib. 6. πόλισμα Σικανικὸν μὲν, Ἐγεσταίοις δὲ πολέμιον, *Sicanicum quidem oppidum, ſed Egeſtæis infenſum.* Itaque non placet quod apud Athen. lib. 7. Timæus nominis originem ex Græca lingua arceſſens *Hyccara* dici vult παρὰ τὸ τοὺς πρώτους τῶν ἀνθρώπων ἐλθόντας ἐπὶ τὸν τόπον ἰχθῦς εὑρεῖν τὰς καλουμένας ὕκκας, *eo quod qui primi mortalium in eum locum venerunt, piſces repererunt Hyccas nomine.* Hycca pro Erythrino piſce Cyrenæorum eſt vox, alibi raro in uſu, pręterquam apud Poëtas. Et ut ab Hycca fiat Hyccara non patitur analogia. Denique barbari oppidi vocabulum è Græco ſermone repetitur minùs commodè. Proinde puto conſultiùs ex Punica lingua petere, quâ חיקכורא *Hek-caura* eſt ſinus piſcis, id eſt, piſcoſus. Qualem eſſe ſinum Hyccaræ ex his Fazelli didici Dec. 1. lib. 7. de Hyccaris. *Ruinæ prorſus jacentes adhuc extant loco Garbolangi vocitato, ubi turris ſuperſtructa hodiè eſt, thynnorumque captura*, (id eſt, cetaria.) *Perſeverat autem priſci nominis id tantummodo veſtigium, quod locus ille murus Carinis (muro de Carini* vel *d'Iccarini) appellatur.* Hyccara natum eſt ex Punico חיק כורא *Hec-caura*; quomodo ex איכורא *I-caura*, id eſt, inſulâ piſcoſâ, Icari Gręcum nomen. Quam veram eſſe Etymologiam docent hæc Athenæi lib. 1. cap. 24. ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Ἴκαρος πρότερον Ἰχθυόεσσα διὰ τὸ ἐν αὐτῇ τῶν ἰχθύων πλῆθος, *olim autem Icarus Ichthyoſſa vocabatur, propter piſcium in ea copiam.* Vir doctiſſimus in Athenæum craſſo errore *Imacharenſes* mutat in Hyccarenſes, cùm illi ſint mediterranei, hi littorei.

Poſt littoris flexum in Ortum duæ apparent urbes magni nominis Panormus & Solûs, quas cum Motya Pœnis illis antiquiſſimis attribuit Thucydides lib. 6.. Μοτύην καὶ Σολόεντα καὶ Πάνορμον, &c. ἐνέμοντο, *Motyen & Soluntem & Panormum, &c. incolebant.* Harum Panormus, ut Polybius author eſt lib. 1. ἦν βαρυτάτη πόλις τῆς τῶν Καρχηδονίων ἐπαρχίας, *erat potiſſima urbs ditionis Carthaginenſium.* Et Diodorus lib. 22. eandem habere aſſerit λιμένα κάλλιστον τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν, ἀφ' οὗ καὶ τὴν πόλιν συμβέβηκε τετευχέναι ταύτης τῆς προσηγορίας, *pulcherrimum totius Siciliæ portum, ex quo & appellationem iſtam urbs conſecuta eſt.* Quod ipſum mirari ſubit, unde Græcum habuerit nomen urbs quam nec Græci condidiſſe, nec niſi ſerò admodum obtinuiſſe leguntur. Proinde veriſimile eſt aliud Panormi nomen in uſu fuiſſe apud Pœnos, puta לבתין *Lepten*, id eſt, ὅρμον ſtationem.

Sic Panormo vicinus amnis in Ptolemęo Græca voce Ἐλεύθερος (*Liber*) in Vibio Punica *Orethus* appellatur. Neque enim aſſentior Cluverio qui diverſa facit flumina. Quippe ut Gręcè Ἐλεύθερος, ita Punicè in ſtatu abſoluto חורא *ora*, & in emphatico חורתא *oretha* liberum ſonat. Itaque idem ſunt *Eleutherus* & *Orethus*; quamvis Ptolemęus, cui Sicilia parùm fuit cognita, Eleutherum a Panormo plus juſto removerit. Sed cùm חורתא ſit fœmininum, ſupplendum eſt עין fons, aut ארית *rivus*, aut אבוה alveus, quę Punicè fœminina ſunt.

Altera in hoc tractu Pœnorum urbs Σολόεις vel Σόλους nomen accepiſſe traditur ἀπὸ Σολόεντος κακοξείνου, ὃν ἀνεῖλεν Ἡρακλῆς, *à Solunte viro in hoſpites inhumano, quem interemit Hercules.* Hęc fabulatores apud Stephanum. At vera nominis origo patet ex ſitu, quem Fazellus ita deſcribit Dec. 1. lib. 8. *Mons Gerbinus à Panormo paſſuum millia* XII *diſtans ſequitur, quem mare adlambit, & mons alius undique præciſus ei contiguus. Ad cujus verticem Soluentum urbs vetuſtiſſima, hodiè prorſus jacens cernitur, &c. Erat autem ambitus paſſuum ſupra mille, & naturali ſitu communita, unicum habens aditum, & aſcenſu perdifficilem.* Urbs in loco tam prærupto & confragoſo condita dicta eſt à Pœnis סלעים (*ſelaim*) *rupes*: unde Gręcis Σολόεις *Solus*: quę mutatio prorſus eſt analogica. *Cametz* expreſſum per O Syrorum more, ut in *Edom* & *Corbon*. Et *Sceva* de more tranſiit in ſonum ſubſequentis, ut in *Sodoma* & *Phogor* & *Solemone*. Terminatio mutata ut in *Niſibis* ex נציבין *Neſibin*, *Sepphoris ex* צפורין *Sipporin* & ſimilibus.

Quantum à Panormo Solûs tantum à Solunte diſtat *Himera* Gręca urbs, ſita ad Occaſum Himerę fluvii, quem Veteres per ſummum errorem putaverunt eundem eſſe & ex eodem fonte oriri cum altero Himera, qui in Meridiem fluit inter Gelam & Agrigentum. Vide Antigonum in mirandis, & Melam, & Solinum, & Vibium, & Vitruvium. Quin licet utriuſque fontes ex Nebrode monte ebulliant, diſtant tamen ab invicem ferè quadraginta millibus.

Himerenſes ſoli Gręcorum ętate Thucydidis ad mare Tyrrhenum habitabant. Urbem à Zanclęis conditam ad Occaſum Himerę amnis, cùm

floruiſſet per annos cxl., Pœni duce Annibale ſolo æquarunt, annis ante Chriſtum minimum quadringentis. Sed in altera parte fluminis, iidem biennio pòſt, ut habet Diodorus lib. 13. καταλέξαντες τῶν πολιτῶν τινὰς, καὶ τῶν ἄλλων Λιβύων τοὺς βουλομένους, ἔκτισαν πρὸς αὐτοῖς τοῖς θέρμοις ὕδασι πόλιν, ὀνομάσαντες Θερμά. *Voleaum ex civibus aliiſque Afris delecta habito, novam ad ipſas calidas aquas urbem condiderunt, quam Thermas appellarunt.* Θέρμα, id eſt, חמים *Hammim* vel *Hemim.* Ita enim ſonabat Thermarum Punicum nomen. Unde eſt quod Hieronymus vocem הימים, Gen. 36: 24. (quam vocalibus nondum adſcriptis videtur legiſſe *hemim*) nonnullos aquas calidas interpretari ſcribit *juxta Punica lingua vicinam, qua Hebraa contermina eſt.*

Has porro aquas fabuloſo heroum ævo jam innotuiſſe Græcis patet ex Diodoro, qui libro 4. narrat Herculem, cùm Siciliæ littora peragraret, & è Peloro iret ad Erycem, τὰς νύμφας ἀνεῖναι θερμὰ λουτρὰ πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν τῆς κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν γενομένης αὐτῷ κακοπαθείας. Τούτων δὲ ὄντων διττῶν, τὰ μὲν Ἱμεραῖα, τὰ δὲ Ἐγεσταῖα προσαγορεύεται, τὴν ὀνομασίαν ἔχοντα ταύτην ἀπὸ τῶν τόπων. *Nymphas calida illa balnea excitaſſe, quibus contractam ex itinere laſſitudinem allevaret. Qua bina cùm ſint, illa Himereaſia, hac Egeſtana dici, nomine facto a locis.* Inde Pindarus in Olymp. Ode 12. Ergoteli Himerenſi.

> Θερμὰ νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις, ὁμιλέων παρ' οἰκείαις ἀρούραις.
>
> *Calida nympharum balnea extollis, verſans apud domeſtica arva.*

Ubi Scholiaſtes: Τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ θερμὰ λουτρὰ τῆς Ἱμέρας πόλεως λέγεται Ἀθηνᾶν ἀναδοῦναι εἰς ἀνάπαυσιν Ἡρακλεῖ ἡνίκα ἐκεῖ ἐφάνη: τινὲς δὲ νύμφας, ὡς καὶ Πίνδαρος. *Calida Himera urbis in Sicilia balnea Minervam ajunt aperuiſſe Herculi in laborum recreationem, cùm illùc perveniſſet. Alii autem nymphas, ut & Pindarus.* Ab his aquis Himeræ nomen. Res manifeſta: eum Syris המר *hamar* ſit incaleſcere. Sic in Chald. Paraphraſte, Job. 30: 27. מעי חמרו (*meai hamaru*) *viſcera mea incaluerunt*, vel ut alii *efferbuerunt.* In Hebræo eſt רתחו quod de aquis ferventibus uſurpatur, Job. 41: 22. & Ezech. 24: 5. Alterius Himeræ nomen Pœni aliter ſcribebant, ut ſuo loco dicetur.

Poſt Thermas Himerenſes proximè occurrit *Paropus* ex lib. 1. Polybii. Cui Plinius Uſticam opponit. *A Solunte*, inquit, LXXV *millia Oſteodes, contraque Paropiam Uſtica.* Arabs à Panormo diſtare ſcribit XL. M. paſſ. & ab inſula Hericode totidem, & aquis eſſe irriguam, & portum habere commodum. Nomen hodiéque retinet. Arabes per *koph* ſcribunt אשתקה. Sed Pœni olim ut putamus per *cheth* אשתחה, quæ vox depreſſionem & incurvationem ſonat: quia inſulæ maxima pars plana & depreſſa eſt. Horatius lib. 1. Od. 17.

> *Utcumque dulci Tyndari fiſtula*
> *Valles & Uſtica cubantis*
> *Levia perſonuère ſaxa.*

Nota *valles* & *cubantis*, id eſt, depreſſæ. Acron: *Cubantis, depreſſa, ut Megaroſque ſinus, Tapſumque jacentem.* Ad quem Virgilii locum Servius: *Tapſus inſula non longè a Syracuſis plana & penè fluctibus par.* Itaque *Uſtica* Pœnis idem quod Romanis *Planaria*; cujus nominis inſula habetur inter Iluam & Corſicam (*Pianoſa* hodiè) à ſpecie dicta inquit Plinius & æqualis freto. אשתחה *Uſtica* fit ex conjugat. *Eshpael* verbi שחה quod deprimere eſt. Sic Habac. 3: 6. שחו גבעות עולם *depreſſi ſunt colles ſeculi.* Unde & Hebræis השתחויה adoratio quæ fit inclinato corpore.

Jam ſequitur Κεφαλοιδὶς *Cephalœdis* vel Κεφαλοίδιον *Cephalœdium* oppidum, de quo Diodorus lib. 13: 20. & 23. Strabo, Plinius, Ptolemæus; unde *Cephalœdia ora* Silio, & Cephalœditani Ciceroni in Verrinis, & Priſciano. In Arabe Geographo corruptè ſcribitur גלפודי *Gelaphudi* pro גפלודי *Gephaludi.* Hodiè vocant *Ceſalu* & *Cephalud.* Nomen utut Græcum videatur, tamen eſt merè Punicum. Pœnis enim כיפא לוד *Cephalud* eſt rupes flexa. *Cephalœdis* porrò ſita eſt in vertice rupis, penè in ipſo flexu promontorii quod multum in mare prominet. Conſtat id tam ex Tabulis quam ex deſcriptione Fazelli, dum in eo eſt ut probet Græcum eſſe vocabulum. *Cephalœdos*, inquit, *urbs vetuſta, nomen a* κεφαλὴ, *quod caput eſt Latinis, nacta eſt, vel ob id quod ad verticem prarupta rupis, promontorii ſpeciem habentis condita fuit, ubi adhuc arx eſt natura muniſſima, & urbs ipſa jaceat ambitu fermè mille paſſuum.* (Dec. 1. lib. 8. cap. 3.) *Cephalud* compoſita vox ex duabus, quarum utraque notiſſima eſt. Prior ex Evangelio, in quo *Cephas* ſeu Petrus Simonis Apoſtoli cognomentum eſt: Poſterior ex iis quæ diximus de nomine *Lud*, unde Lydi & Æthiopes. Pro Cephalude Κεφαλοιδὶς Doricum eſt, ut Ἀρέθοισα in Theocrito.

Inde ſequitur Ἄλαισος *Alæſus* vel *Haleſus* amnis, ubi *Alaſa*, *Aleſa*, vel *Haleſa* urbs. Ita enim variè legitur. Deſcribitur à Diodoro lib. 14. in colle octo ſtadiis à mari diſſito. Tamen ad mare portum habuit, de quo Cicero Verrinâ tertiâ. Condita eſt annis circiter quadringentis ante Chriſtum, vel ut nonnullis viſum ab Archonide Herbitenſium præfecto, vel ut alii à Pœnis. Diodorus lib. 14. Τινὲς δέ φασιν ὑπὸ Καρχηδονίων ἐκτίσθαι τὴν Ἄλαισαν, καθ' ὃν καιρὸν Ἀμίλκας τὴν πρὸς τὸν Διονύσιον εἰρήνην ἐποιήσατο. *Alii autem Aleſam conditam fuiſſe dicunt à Carthaginenſibus, quo tempore Amilcar cum Dionyſio pacem ſancivit.* Cui ſententiæ Alæſini libentiùs acceſſerunt, quia cùm Herbita cum Alæſa magnitudine & opibus haudquaquam eſſet conferenda, pudebat illos tam ſordidæ originis. Itaque οἱ Ἀλαισῖνοι τὴν τῶν Ἐρβιταίων συγγένειαν ἀπηρνήσαντο, αἰσχρὸν ἡγούμενοι καταδεεστέρας πόλεως ἑαυτοὺς νομίζεσθαι. *Herbitenſium cognationem Aleſini abnegaverunt, quod turpe ſibi ducerent urbis inferioris colonos ſe profiteri.* Locum enim fuiſſe Aleſæ inter urbes Siciliæ clariſſimas Cicero non ſemel docet. Sic Epiſt. 32. lib. 13. *In Haleſina civitate tam lauta quàm nobili.* Et Verrinâ tertiâ: *Siciliæ civitates multa ſunt, Judices, ornata atque honeſta, ex quibus imprimis numeranda eſt civitas Haleſina. Nullam enim reperietis aut officiis fideliorem aut copiis locupletiorem, aut authoritate graviorem.* An hinc עליסה *Aliſa*, vel quod idem eſt, עליזה *Aliza*, id eſt, *exultabunda* Punicè nominata eſt, quo epitheto in Scriptura inſigniuntur urbes quæ divitiarum nomine gloriantur & inſoleſcunt? Sic Tyrus עליזה *aliza* dicitur Eſ. 23: 7. Et Ninive העיר העליזה (*haar haaliza*) *civitas exultabunda*, Sophon. 2: 15. Et Jeruſalem קריה עליזה (*Kirja aliza*) *urbs exultabunda*, Eſ. 22: 2. & 23: 7. ubi LXX. πόλις πλουσία *urbs opulenta*, metonymiâ cauſæ pro effectu. Huic conjecturæ eſſet locus, ſi Herbita ſemper tenuis, & Aleſa ſemper fuiſſet opulenta. At Herbitenſes à priſca opulentia nuper exciderant. Cicero Verrinâ tertiâ: *Videamus Herbitenſis civitas, honeſta & antea copioſa, quemadmodum ſpoliata ab iſte ac vexata ſit.* Et hos animos Aleſini non ita pridem ſumpſerant, quia divitiæ illis erant recentes. Diodorus ubi ſuprà: ἐν δὲ τοῖς ὕστερον χρόνοις, *poſtremis autem temporibus, poſtquam acceſſit urbi plurimum incrementi, cum propter maritimas negotiationes tum propter immunitatem à Romanis conceſſam, Herbitenſium cognationem Aleſini abnegarunt.*

Itaque veriſimile eſt עליזה (*Aliza*) *exultabundum* Punico vocabulo dictum eſſe fontem Aleſini agri de quo Solinus: *In Haleſina regione fons, alias quie-*

quietus & tranquillus cum ſiletur: ſi inſonant tibiæ, EXULTABUNDUS ad cantus elevatur; & quaſi miretur dulcedinem vocis ultra margines intumeſcit. Et Priſcianus in verſione Dionyſii Periegetis:

Hic & Haleſinus fons eſt, mitiſſimus undis,
Tibia quem extollit, cantu ſaltare putatur
Muſicus, & ripis lætans excurrere plenis.

Hic, inquam, fons Aleſini agri, ad cantum cum exultatione intumeſcere creditus, verène an ſecus noſtrâ nil refert, cùm à Pœnis appellatus fuſſet עין עליזה (*ain-Aliſa*) *fons exultabundus*; inde regioni poſtmodum & urbi & amni vicinis inditum nomen.

Circa eundem amnem fuit oppidum binomium. Ad prius nomen pertinent Philiſti Μυτίϛρατα, Polybii Μυτιϛρατον, Zonaræ Μυτιϛρατον, & Plinii *Matiſtratini*. Ad poſterius Silii *Amaſtra*, Apollodori Ἀμήϛρατος, & Ciceronis *Ameſtratini*. Stephanus ridiculè deſcripſit περὶ Καρχηδόνα *circa Carthaginem*, idque tanquam ex Polybio, cùm Polybius & alii omnes Siciliæ adſcribant. Itaque non fuit circa Carthaginem, ſed Carthaginenſium in Sicilia oppidum munitiſſimum, quod Romani per ſeptem menſes fruſtra obſeſſum, nec ſine magnis cladibus, tertia tandem obſidione ceperunt & ſolo æquarunt, civibus quotquot ſupererant ſub corona venditis. Diodorus lib. 23. Nomen non intelligo ſatis. Niſi quod à templo Aſtartes Punicæ deæ dictum fuiſſe, ſuſpicor מת־עשתרתא *mat-Aſtarta*, & עם־עשתרתא *Am-Aſtarta*, id eſt, *urbem* vel *populum Aſtartes*. Nempe מתא eſt urbs Talmudicis, ut in vulgari proverbio למתא דירקא ירקא שקול, *in urbem oleris olus importa*. Itaque *Mataſtaria*, unde Græcis Μυτίϛρατα vel Μυτίϛρατος, eſt urbs Aſtartes. Et עם־אשתרתא *Am-Aſtarta* vel *Ameſtratus* eſt populus Aſtartes. Tale עם־כמוש (*am Chemos*) *populo Chamos* pro Moabitis à quibus Chamos colebatur, Num. 21: 29. & Jerem. 48: 46. Et עם אלהים *populus Dei*, vel עם יהוה *populus Domini* pro Judæis. Vide 2 Sam. 14: 13. Jud. 5: 11. &c.

Sequuntur *Calacta* ſeu pulcbrum littus, & poſt Calactam Ἀλόντιον *Alontium*, vel Ἀλούντιον *Aluntium*. Prius in Ptolemæo legitur, poſterius in Phalaride, Cicerone, Dionyſio, Diodoro, Plinio. *Alontium* ex עלות *aloth*, *Aluntium* ex עלות *aluth* factum. *Aloth* & *Aluth* idem ſunt, niſi quod prius Hebræum, alterum eſt Phœnicium, tale in Plauto *alonuth* deæ & *bynuth* filiæ. Adde *beruth* puteos, unde Βηρυτὸς apud Stephanum. עלות *Aluth*, id eſt, *celſa*, ſupp. מקומות *loca*. Itaque *Aluntio* nomen à ſitu. Erat enim in loco edito. Cicero Verrinâ quartâ: *Quum Aluntium* (al. Haluntium) *veniſſet prætor laborioſus & diligens, ipſe in oppidum accedere noluit, quod erat difficili aſcenſu.* Fazellus Dec. 1. lib. 9. cap. 4. *In colle edito & mari prominente nonnihil infra S. Philadelphi oppidum, Aluntium vetuſta jacet urbs.* Rectè vetuſtam appellat, cùm Trojanis temporibus putetur jam ſtetiſſe. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 1. ubi de Æneæ profectione in Italiam: Πάτρων δὲ πεισθεὶς ὑπ' Αἰνείου κοινωνεῖν τῆς ἀποικίας, καὶ σὺν αὐτῷ τινὲς τῶν φίλων, ὑπέμειναν ἐν τῷ στόλῳ, οὓς εἶναί φασιν ἐν Ἀλοντίῳ κατοικῆσαι τῆς Σικελίας. *Patron verò ab Ænea perſuaſus, ut una iret in coloniam, & quidam ex ejus amicis manſerunt in claſſe. Hos Aluntii Siciliæ habitaſſe nonnulli dicunt.*

Proximum eſt oppidum *Agathyrnum* vel *Agathyrna*, quod circa eadem tempora condidiſſe fertur *Agathyrnus* Æoli filius Regis ventorum. Æolo ſcilicet ſex filii erant, quorum Ἀγάθυρνος βασιλεύσας τῆς νῦν ὀνομαζομένης Ἀγαθυρνίτιδος χώρας ἔκτισε πόλιν τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Ἀγάθυρνον; *Agathyrnus regioni quæ nunc Agathyrnis appellatur cùm imperaret, oppidum ſui nominis Agathyrnum condidit.* Ita Diodorus lib. 4. Græcis enim ſemper ſuppetit fabularum penui inexhauſtum, unde urbium quamlibet vetuſtarum conditores depromant. At mihi Agathyrni nomen deflexum eſſe videtur ex Punico הקתרין *Hakketharin* vel *Hakkathoria*, quaſi rupes dixeris. In Ptolemæo legitur Ἀγαθύριον, *Agathurium*, id eſt, הקתורי *Hakkathori* quod *petroſum* ſonat. Nempe Agathyrnum probant Fazellus & Cluverius eſſe oppidum S. Marci, de quo ille Dec. 1. lib. 8. cap. 4. *In ſublimi colle agro & mari ad paſſuum tria millia prominente S. Marci incubat oppidum.* Et mox: *Ad ejus arcem in rupe ſitam*, &c. קתרי pro petris extat Proverb. 30: 26. in Chald. Paraphraſi.

Inde vetuſtum nihil occurrit uſque ad mediterraneum oppidum *Abacanum* vel *Abacana*, cujus meminère Diodorus lib. 14. 18. & 22. Ptolemæus, Stephanus, Suidas, &c. Hujus rudera ex Fazello & Bonfilio deſcribit Cluverius prope Tripium oppidum *in edito & undiquaque prærupto monte*. Unde & אבכין *Abacin* dictum putamus Pœnorum linguâ, quibus אבך *abac* eſt extollere. Extat Eſ. 9: 17. in conjugatione Hithpael ויתאבכו גאות עשן *& extollent ſe elatione fumi*, id eſt, ſicut attollitur fumus. Aben-Ezra reddit יתרוממו *attollent ſe*. Kimchius יתגאו *efferent ſe*; quod confirmat nomen גאות ſequens. Ab *Abacano* gentile eſt *Abacaninus*. Inde in Heſychio corrupta vox Ἀβακαίνινοι pro Siciliæ vel Siculorum parte. Ἀβακαίνινοι, inquit, Σικελῶν μοῖρά τις οὕτω καλουμένη, *Abacænini, Siculorum pars quædam ita dicta.*

Jam littora proſequentibus, offert ſe Zanclæorum oppidum *Myla* (hodiè *Milazzo*) de quo præter Geographos Scylacem, Marcianum, Strabonem, Plinium, Ptolemæum, Stephanum, meminere etiam Hecatæus, Thucydides, Theophraſtus, Diodorus, Silius, Paterculus, Suetonius, Appianus, Dio, & alii. Conditum id fuit in peninſula cognomine in qua Solis boves paſcebantur. Apollonii Scholiaſtes lib. 4. *Timæus ait* Θρινακρίαν *Thrinacriam dictam fuiſſe Siciliam, quod tria habeat promontoria, &c.* Μύλας δὲ χερρόνησον Σικελίας, ἐν ᾗ αἱ τοῦ ἡλίου βόες ἐνέμοντο, *Mylas autem eſſe peninſulam Siciliæ in qua Solis boves paſcebantur.* Plinius lib. 2. cap. 98. *Circa Meſſanam & Mylas fimo ſimilia exſpuuntur in littus purgamenta, unde fabula Solis boves ibi ſtabulari.* Alii boum Solis paſcua paulo ulterius ponunt circa Dianæ fanum. Appianus Civil. bell. lib. 5. ὁ Καῖσαρ κατέσχε Μυλὰς καὶ Ἀρτεμίσιον, πολίχνιον βραχυτάτην, ἐν ᾗ φασι τὰς Ἡλίου βοῦς γενέσθαι, καὶ τὸν ὕπνον Ὀδυσσεῖ; *Cæſar Mylas occupavit & fanum Dianæ, oppidum perexiguum, apud quod Solis boves fuiſſe, ſomnumque Ulyſſis tradunt.* Alii ad Melam amnem. Ovidius lib. 4. Faſtorum;

Sacrarumque Melam paſcua læta boum.

Sed res ferè eòdem redit. *Mylæ* enim, *Dianæ fanum*, & *Melas* amnis loca ſunt valde vicina. De cętero Plinio non aſſentior, qui vult maris ejectamenta fimo ſimilia dediſſe fabulæ occaſionem, quamvis etiam in Seneca Nat. quæſt. lib. 3. cap. 26. aliquid tale habeatur. Quia multo veriſimilius eſt hęc confinxiſſe Veteres propter raram in illis locis paſcuorum felicitatem. Theophraſtus hiſt. plant. lib. 8. cap. 3. Λέγεται δὲ καὶ ἐν Σικελίᾳ τῆς Μεσσήνης (malim ἐν Μεσσηνίᾳ τῆς Σικελίας) ἐν ταῖς καλουμέναις Μύλαις ταχεῖάν τινα γίνεσθαι τὴν τελείωσιν τῶν ὀψίμων. ἀγαθὴν δὲ διαφερόντως εἶναι τὴν χώραν, ὥστε τριάκοντα χόας ποιεῖν. ἔχειν δὲ καὶ νομὰς θαυμαστὰς ὅλως. *Fertur etiam in Meſſanenſi Siciliæ agro circa Mylas quæ vocantur, ſerotinos fructus celerrimè matureſcere, regionemque eſſe maximè fertilem, ita ut triginta choas* (pro ſingulis) *reddat, paſcua item omnem habere miranda.* Utut ſit, Arabicè מאל (*mal*) *armentum* in plurali habet אמואל *amual per U*, quia radicales ſunt MUL. Inde Punicè מולאי *Mula* vel *Myla* dici potuère

potuêre loca armentorum, id eſt, loca boum armentis paſcendis deſtinata. Notandum inſuper חרס (*Cheres*) *Solem* & חורש (chores) *aratorem*, vel חריש (*charis*) *arationem*, voces Hebræis vicini ſoni, potuiſſe Pœnis eſſe æquivocas, ita ut eodem vocabulo diceretur *bos Solis*, & *bos arator* vel *bos arationis*, atque inde ſit factum, ut lex quæ vetabat mactare bovem aratorem transferretur ad boves Solis. De hac lege vide Ælian. Var. hiſt. lib. 5. cap. 14. Et Athenæum lib. 9. ex Philochoro: & Varronem de re ruſtica lib. 2. cap. 5.

Vicino littori oppoſitæ Æoliæ ſeptem, in quibus regnabat Æolus Rex ventorum ante Trojana tempora: Harum maximam, hodiè *Lipari*, olim *Liparam* vocabant, & *Meligunin* vel *Melogonin*. Strabo lib. 6. Μεγίστη δὲ ἡ Λιπάρα, &c. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μελιγουνίς. Plinius: *Lipara*, &c. *anteà Melogonis vocitata*. Stephanus: Λιπάρα, νῆσος μεγίστη τῶν ἑπτὰ τοῦ Αἰόλου, ἡ Μελιγουνὶς ἐκαλεῖτο. Heſychius: Μελιγουνὶς οὕτως ἡ Λιπάρα ἐκαλεῖτο νῆσος. Pomponius Sabinus in lib. 1. Æn. *Lipara antè dicebatur Longonis* (lege *Melogonis*.) De eadem Euſtathius in Dionyſium: ὠνομάσθη δέ ποτε αὕτη καὶ Μελιγουνίς. Et his omnibus longè antiquior Callimachus hymno in Dianam,

> ---- τοὺς μὲν ἔτετμε
> Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ (Λιπάρη νέον, ἀλλὰ τότ᾽ ἔσκεν
> Οὔνομά οἱ Μελιγουνίς.)
> ---- *reperit illos*
> *In Lipare (Lipare nunc dicitur inſula, nomen*
> *Tum Meligunis erat.)*

Λιπάρη, vel mutato accentu λιπαρὴ pinguem ſonat. Tamen à pinguedine dici non potuiſſe *Liparen* res ipſa clamat. Quia hæc inſula ſolum habet ſterile & infœcundum. Hinc Cicero tertiâ in Verrem: *Emit agri Liparenſis miſeri atque jejuni decimas*. Et paulò pòſt de civitate Liparenſi: *Hac tam parva civitas, &c. in inſula inculta tenuique poſita*. Proinde Liparum Regem comminiſci neceſſe fuit, à quo deduceretur Liparæ nomen, cùm aliud nihil ſuccurreret. Hunc Æolo Plinius ſucceſſiſſe vult. *Lipara*, inquit, *dicta a Liparo Rege qui ſucceſſit Æolo*. At Diodoro teſte poſt Æolum unus è ſex illius filiis Ἀστύοχος τῆς Λιπάρας ἔσχε τὴν ἡγεμονίαν, *Aſtyochus Lipara principatum conſecutus eſt*, atque eundem poſt ſe tranſmiſit ad poſterorum longam ſeriem. Itaque ex aliorum ſententia Liparus Auſonis fuit filius, & regnavit ante Æolum. Ita ſtatuunt Solinus, Stephanus, Iſidorus, Euſtathius, alii. Et de Liparo longam hiſtoriam refert Diodorus lib. 5. quam ſic in pauca contrahit Pomponius Sabinus ubi ſuprà: *Lipara dicta eſt à Liparo Auſonis filio, qui ejectus Italiâ à fratribus hùc appulit. Ejus jam ſenis filiam Æolus Hippotæ filius duxit, & in imperio ſucceſſit.* Sed ſi Auſonis Regis barbari filius fuit *Liparus*, unde habuerit Græcum Lipari nomen? Aliud comminiſcitur Callimachi Scholiaſtes, quod non capio ſatis: Λέγεται δ᾽ ὅτι σίδηρα διάφορα θέντες ἐν αὐτῇ ναῦται, ἕωθεν εὑρήκασιν αὐτὰ ἐκ τῆς ἀναδόσεως τοῦ πυρὸς πεπανθέντα· καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη ἡ νῆσος Λιπάρα, διὰ τὸ αὐτὰ διάφορα ὄντα, ἓν γενέσθαι. *Ajunt, cum ferreas maſſas plurimas in ea nautæ poſuiſſent, illas mane repeririſſe excoctas ex ignis eruptione. Quocirca inſula Lipara dicta eſt, quia hæ maſſæ cùm diverſæ eſſent in unam coaluerunt.* Hæc ille in Dianæ hymnum, quibus nihil abſurdius fingi potuit, cùm Græcè Lipara nihil minus ſonet quàm quod è diverſis maſſis in unum coaluit. Cæcus igitur eſt quiſquis non videt hæc meliorum inopiâ finxiſſe Græcos. Proinde iis relictis, aſſero *Liparam* vel *Liparus* (Stephanus enim author eſt etiam dici πληθυντικῶς, & in Strabone legitur ἐν Λιπάραις, & in Julio Obſequente *ad inſulam Liparus*; & Flori lib. 2. cap. 2. *apud Liparas*.) *Liparas*, inquam, aſſero nomen eſſe deflexum ex Phœnicio *Nibaras* vel *Nibras* mutatis homogeneis. נבראס *nibras* Arabicè eſt lucerna, lampas, tæda, fax. Syris idem נברשא *nebreſa*; unde emphaticum נברשתא *nebraſtha*, Dan. 5: 5. vel *nibraſtha*, Soph. 1: 12. Rabbini dicunt נברשת *nibreſeth*. Inde Liparis nomen Punicum, qoia facis inſtar noctu lucebant. Ariſtoteles in Mirandis: Καὶ τὸ ἐν τῇ Λιπάρᾳ δὲ πῦρ φανερὸν καὶ φλογῶδες, οὐ μὲν ἡμέρας ἀλλὰ νυκτὸς μόνον καίεσθαι λέγεται. *Et in Lipara quidem conſpicuum ignem ajunt atque lucentem, non interdiu, ſed noctu tantum ardere.* Theocrit. Idyll. 2.

> ---- Ἔρως δ᾽ ἄρα καὶ Λιπαραίω
> Πολλάκις Ἁφαίστοιο σέλας φλογερώτερον αἴθει.
> ---- *Sed quos amor excitat ignes*
> *Vulcani flammis Liparenſibus acrius ardent.*

Ad quem locum ita alludit Euſtathius in Odyſſ. κ. Λιπάρα, ἐξ ἧς καὶ σέλας λέγεται παρὰ Θεοκρίτῳ Λιπαραῖον, διὰ τὸ ἐκεῖ ἀναφυσώμενα πυρά; *Lipara, ex qua & fulgor Liparenſis à Theocrito dicitur, propter ignes ibi erumpentes*. Silius lib. 14.

> *Nam Lipare vaſtis ſubter depaſta caminis*
> *Sulfureum vomit exeſo de vertice fumum.*

Strabo etiam ibi deſcribit πυρὸς ἀναπνοὰς *ignis expirationes*. Et Paulus Silentiarius carmine de aquis Pythiis:

> Καὶ Λιπάρῃ τε νήσῳ
> Ἀτμὶς ἐστὶν ἀχλυώδης
> Ὁ νυκτὶ πῦρ παμφαίνων
> Πέμπει λίθους θειώδεις.
> *Et in Lipara inſula*
> *Eſt halitus caliginoſus,*
> *Qui noctu reſplendens*
> *Emittit ſaxa ſulphurea.*

Ex *Nibras* vel *Nibaras* Græci fecêre *Liparas*, ut mollirent vocem barbaram, & ad ſuæ linguæ typum effingerent. Neque in hac mutatione quicquam coactum, quia ut B & P, ita N & L ſunt ejuſdem organi, & ſæpe permutantur. Hinc Hebraicè λέσχη לשכה *liſcha* & נשכה *niſcha* dicitur: & Hebræa נחץ *properare*, נצה *rixari*, נקב *nominare*, נגף *plaga* Arabes ſcribunt per L initiale loco N. Græci etiam N & L ſæpe confundunt, qnod nemo neſcit. Et nobis *lympha* eſt νύμφη, *lutra* ἐνύδρις, *pulmo* πνεύμων.

Sed ne exempla petantur longiùs, etiam alterum Liparæ nomen *Melygunin* vel *Melegonin* haud dubiè per N in ſecunda ſyllaba Pœni ſcripſêre מנגנין *Menaggenin*. Inſula *Menaggenin* eſt inſula eorum qui pulſant inſtrumenta muſica, puta citharam, barbiton, nablium, cymbalum, tympanum, &c. Jam hęc inſula cur ſic vocetur te doceant hęc Philoſophi in libro Mirabilium: Ἐν μιᾷ τῶν ἑπτὰ νήσων τοῦ Αἰόλου καλουμένων ἣ καλεῖται Λιπάρα, τάφον εἶναι μυθολογοῦσι περὶ οὗ καὶ ἄλλα μὲν πολλὰ καὶ τερατώδη λέγουσι, &c. Ἐξακούεσθαι γὰρ τυμπάνων καὶ κυμβάλων ἦχον, γέλωτά τε μετὰ θορύβου καὶ κροτάλων ἐναργῶς. *In una ſeptem Æoli inſularum quam Liparam vocant, ſepulchrum tradunt eſſe circa quod multa fiunt prodigioſa, &c. Sonitum quippe tympanorum cymbalorumque & riſum cum ſtrepitu crepitaculiſque manifeſtè audiri.* Fabulę dedit occaſionem incluſus ignis ex imis terrę cavernis erumpens atque exęſtuans, non ſine mugitu & murmure. Paulus Silentiarius ubi ſuprà.

> Πέμπει λίθους θειώδεις,
> Πολυψόφους, βροντώδεις.
> *Mittit lapides ſulphureos,*
> *Qui tonitrus inſtar valde fremunt.*

Atque eòdem pertinet quod in inſulâ Thermeſſa, quę & Theraſia & Hiera, prope Liparam audiri fabulantur Cyclopum ictus cùm ferrum cudunt ſuper incudem. Virgilius lib. 8 Æn.

> *Inſula Sicanium juxta latus, Æoliamque*
> *Erigitur Liparen, fumantibus ardua ſaxis:*
> *Quam ſubter ſpecus, & Cyclopum exeſa caminis*
> *Antra Ætnæa tonant, validique incudibus ictus*

Auditi

Auditi referunt gemitum, ſtriduuque caveras
Strictura Chalybum, & fornacibus ignis anhelat;
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.

Et apud Apollonii Scholiaſten cap. 4. Callias: Τηλικοῦτος βρόμος γίνεται, καθ' ὃν καιρὸν συμβαίνει ἐργάζεσθαι τὸν Ἥφαιστον, ὥστε ἐπὶ πεντακόσια στάδια ἀκούεσθαι τὸν ἦχον; *tantus inde editur fragor, cùm Vulcanus operi incumbit, ut ſonus audiatur uſque ad quingenta ſtadia.* Ibid. lib. 4. Θεόφραστος ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασί φησι τὸν βρόμον τοῦ πυρὸς ἀπὸ τῆς τῶν Αἰόλου νήσων ἀκούεσθαι ἕως χίλια στάδια. περὶ Ταυρομένιον ἦν ἀκούεσθαι βροντῇ παραπλήσιον ψόφον. *Theophraſtus in hiſtoricis commentariis refert fragorem ignis, qui ex Æoli inſulis editur, ad mille uſque ſtadia audiri. Adeóque circa Tauromenium murmur intelligi tonitrui ſimile.* Ibid. ex Pythea: ἐν τῇ Λιπάρᾳ καὶ Στρογγύλῃ. (τῶν Αἰόλου δὲ νῆσοι αὗται) δοκεῖ ὁ Ἥφαιστος διατρίβειν. διὸ καὶ πυρὸς βρόμον ἀκούεσθαι καὶ ἦχον σφοδρόν. *In Lipara & Strongyle, quæ ſunt ex Æoli inſulis, degere putatur Vulcanus, ideóque etiam ignis fragor illic audiri & ſonitus vehemens.* Ubi nota Liparen ipſam cenſeri pro Vulcani inſula. Quæ Theocriti ſententia eſt Idyll. 2. ut & Callimachi hymno in Dianam, ubi deſcribit in Lipara Cyclopes ἐπ' ἄκμοσιν Ἡφαίστοιο, *ſuper Vulcani incudibus* Neptuno cudentes ἱππείην ποτίστρην *equeſtre aquarium.* Itaque etiam Callias οὐ τὴν Ἱερὰν φησιν ἀνακεῖσθαι Ἡφαίστῳ, ἀλλὰ τὴν Λιπάραν, *non Hieram, ſed Liparam Vulcano ſacram eſſe tradit.* Ità Apollonii Scholiaſtes lib. 3. Et in ſcholiis ad Callimachum in Lipara deſcribuntur τὰ χαλκεῖα Ἡφαίστου, *ferrariæ Vulcani officinæ.* Quò referenda hęc Claudiani de raptu lib. 2.

Turbatur Liparis, ſtupuit fornace relicta
Mulciber.

Et de tertio conſulatu Honorii,

Feſtinat Steropes, nectit thoraca Pyracmon,
Igniflatiſque gemit Lipare fumoſa caveris.

Prope Pelorum fama eſt habitaſſe Sirenes. Servius in lib. 5. Æn. *Sirenes ſecundum fabulam tres in parte virgines fuerant, in parte volucres, Acheloi fluminis & Calliopes Muſæ filiæ. Harum una voce, altera tibiis, altera lyrâ canebat. Et primò juxta Pelorum, poſt in Capreis inſulâ habitarunt.* Unde eſt quod Sirenas recenſet Ovidius inter Proſerpinæ Siculæ Deæ comites Metam. lib. 5.

An quia cum legeret flores Proſerpina vernos,
In comitum numero mixtæ Sirenes eratis?

Et apud Nonnum Dionyſiac. lib. 13. verſ. 313. Catanenſes

Γείτονα Σειρήνων πόλιν ᾤκεον.
Vicinam Sirenibus urbem habitabant.

Et Statii Sylv. lib. 2. in epicædio Glauciæ;

- - - tergeminum Siculâ de virgine carmen,

id eſt, trium Sirenum cantus. Et Juvenalis Sat. 9.

Quæ Siculos cantus effugit remige ſurdo.

Alii Sirenibus alias ſedes aſſignant: quę quæſtio noſtrâ nil refert. Tantum aſſerimus Sirenum nomen eſſe merè Punicum. Pœnis enim שיר *ſir* eſt canticum. Inde libro Solomonis titulus שיר השירים (*ſir haſſirim*) canticum canticorum. Itaque *Siren* שירן eſt canorum monſtrum, quale à Poëtis fingitur. Grammaticos nihil moror, qui deducunt ἀπὸ τοῦ σύρειν, *à trahendo*, unde non dicerentur Σειρῆνες, ſed Συρῆνες.

CAPUT XXVIII.

Phœnicum veſtigia in Sicilia parte Orientali à Peloro ad Pachynum.

Pelori nomen cùm ſit Græcum & vetuſtiſſimum, quorſum dici putetur à Peloro gubernatore Annibalis illic ſepulto *Scylla* & *Charybdis* unde dicantur. Charybdis non uno in loco. *Zancle* urbs longè vetuſtiſſima, Phœniciè זלגא *Zalga*, quia littus eſt incurvum. מסליא quid propriè. Tauromenium in Tauromonte qui Pœnis טור *Tur*. Ad Onobalæ fluvii oſtium fanum Veneris, & gerbæ, id eſt, pudenda pro faſcino; ut in infantium collo, & curru triumphantium. Arab. quid ענבלה *onbala*. *Aſines*, id eſt, חצין *frigidus*, nomen amnis frigidiſſimi. *Tiſſa* urbs, id eſt, תרצה *Tirſà*. Callipolis cur *Bidis* dicta. *Ætna* אתונא *attuna* fornax vel אתונא *etuna* caligo, quorſum. *Enceladus* Ætnæ ſuppoſitus, qui draconum & anguium ſpiris Jovem implicare conatus eſt, diabolus ſerpens עקלתון *acalathon* tortuoſus, Eſ. 27: 1. Idem *Typhon* vel *Typhœus* (quò alludit nomen *Topheth*) & *Briareus*, id eſt, *Beliar* vel *Belial*. *Inessa* vel *Annesia* urbs in aſcenſu Ætnæ הנשאה *Hanniſſaa*, id eſt, *elata*. *Acis* fluvius rapidiſſimus חיש dictus à feſtinando. *Amenanus* vel *Amena* אמנע fluvius, cujus curſus per intervalla cohibetur. *Catana* à parvitate dicta urbs. *Adranus* fluvius ubi fanum *Adrani* Dei, cui mille canes ſacri fures diſcerpunt. Hujus *Palici* filii. Falluntur qui *Adranum* confundunt cum *Adriano*. Adrani nomen eſt Syrum *Hybla* tres. Hybla חבלא regio ſeu plaga, Ita explicat Antoninus *Centuripa* קנטורי paratorum urbs. Hercules Βεζίρης, *Cyamoſorus* ab alvei anguſtia. *Symæthus* Siciliæ fluvius maximus, ut inſula *Samatha*, dictus à magnitudine. *Mugil Symæthius.* Ariſtophanes, Pollux, Clemens Alexandrinus emendati. *Imachara* vel *Emichara* mater agricolarum. *Aſſorus* in colle, ut חצור. Joſ. 15: 13. *Enna* in Siciliæ umbilico ſacra Cereri עינים *Ennaim* propter fontes amœniſſimos. Inde rapta Proſerpina. [illegible] ablatum in fine vocum. Terebinthus Manetis Præceptor Perſis *Budas*. *Inna* fons ad quem Silenus à Mida captus. *Pergus* vel *Porcus* ברכה lacus prope Ennam. *Eryces* mons, urbs, fluvius חרכס. *Palicorum* ædes, & lacus *Delli* perjuris quàm graves. Ibi oraculum & aſylus. *Palici*, id eſt פליטין *σωστοί*, non ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι. Crateres *Delli* dicti, quia perjurii indices, ut aquæ ſanctæ, Num. 5: 17. Et *Asbamæa*, id eſt, aquæ juramenti juxta Tyana Cappadociæ. Fons Palicorum etiam Menais. Ibidem urbs Palicæ quæ & Menæ & Menænum, id eſt, מחנים. Joſephus emendatur. Explicatur locus 2 Sam. 2: 8. *Terias* amnis ad Leontinos agrum inſulæ fertiliſſimum, à negotiando cur dictus. *Pantagias* fluvius, qui Cereri quærenti filiam obſtrepuit, unde dictus. *Hybla Megaris*, unde mel Hyblæum, ad Alabum fluvium a dulcedine dictum. Vibius & Plutarchus emendati. Dædali *Colymbethra*, Hybla Megaris etiam *Galeotis* à vatibus *Galeis* ſeu *Galeotis*, qui Punicè גלין. *Hyblæa* vates. *Thapſus* peninſula pro inſula habita, & Sporadum una. Ratio nominis. Syracuſarum conditor, partes quatuor, portus duo, fontes, flumen, ambitus, opulentia. Syracuſæ unde dicantur. Fullerus notatus. Palus *Syraco* a fœtore dicta, ut Etruriæ *Graviſca*. Inde morbi frequentes, Oraculum de Crotone & Syracuſis. *Anapus* ab ævis dictus. Ibi Cyclopes juxta Theocritum. *Herbeſſus* הר בצוע, id eſt, mons exciſus. *Caciram*, id eſt, ככר *planities*. Quid ſit *Daſcon* in magno portu. Prodigioſa commenta de *Alpheo* & *Arethuſa*. Origo fabulæ. Arethuſa in Ortygiæ littore. Cur Europam rapuiſſe dicatur Juppiter ταυρόμορφος. *Arethuſa* etiam *Cypara* dicta. Utrumque nomen Syrum. Arethuſa incredibili magnitudine. Stephanus emendatus. *Thymbris* mare in Theocrito Ζυγγαβεί unde dictum. *Gaata* cur vocetur regio mediterranea; & *Cacyparis* fluvius in magnum ſinum ſe effundens; & *Orinus* Albus fons. *Aſſinarus*, Hebr. חצנר *Haſſinor* fluvius alti & præcipitis alvei. Νεῖλος contractum ex נחל איתן, Jerem. 49: 19. *Ichana* Pœnis יקנעם *Iocneam* propter ſtructuræ amœnitatem.

Peloro promontorio nomen eſſe multi volunt a Peloro Pœno homine gubernatore Annibalis ibi interempto & condito. Servius in 3. Æneid. *Pelorum promontorium Siciliæ eſt, dictum a gubernatore Annibalis illic ſepulto, qui fuerat occiſus per Regis ignorantiam, cum ſe ejus dolo propter anguſtias freti crederet eſſe deceptum, veniens de Petilia.* Mela cap. 7. lib. 2. *Cauſa nominis Pelorus gubernator ab Annibale ibidem conditus; quem idem vir profugus ex Africa, ac per ea loca Syriam petens, quia procul intuenti videbantur continua eſſe littora, & non pervium pelagus, proditum ſe arbitratus occiderat.* Iſidorus Orig. lib. 14. cap. 7. *Pelorum promontorium Siciliæ reſpiciens ad Aquilonem ſecundum Salluſtium dictum à gubernatore Hannibalis illic ſepulto.* Quin ſi Valerio credimus lib. 8. cap. 8. ibidem ſtatua erecta eſt in Pelori memoriam: *A Petilia*, inquit, *claſſe Africam repetens* Annibal, *freto appulſus, dum tam parvo ſpatio Italiam Siciliamque*

liamque inter ſe diviſas non credit, velut inſidioſum curſus rectorem Pelorum interemit: Poſteaque diligentius inſpecta veritate tunc abſolvit, cùm ejus innocentia nihil ultra ſepulchri honorem dari potuit. Igitur anguſti atque aſtuoſi maris alto è tumulo ſpeculatrix ſtatua tum memoria Pelori quàm Punica temeritatis ultra citraque navigantium oculis expoſitum indicium eſt. Proinde etiam Strabo lib. 1. Afros memorat erexiſſe τὸ ἢ Πελώρυ μνῆμα, καὶ τούτυ διαφθαρέντ☉ κατὰ τὴν ὁμοίαν αἰτίαν, *Pelori tumulum eundem ob cauſam interfecti*; ob quam ſcilicet Salganeus, quem Perſæ interſecerant ad Euripum Chalcidicum, quod eos in has anguſtias perperam conjeciſſet. Hæc de Peloro Veteres, quibus tamen haud quaquam aſſentior, quia Pelori nomen palam Græcum eſt, & in uſu fuit multò ante ætatem Annibalis. Quod verè obſervat Servius. Extat enim apud Scylacem, & Ariſtotelem in Mirabilibus ſcriptores Annibale longè vetuſtiores. Et inde dictæ Peloriadis etiam Heſiodum meminiſſe videtur poſſe colligi, ex his Diodori lib. 14. Ἡσίοδ☉ δὲ ὁ ποιητής φησι, ἀναπεπταμένυ ἢ πελάγυς, Ὠρίωνα προσχῶσαι τὸ κατὰ Πελωριάδα [illegible]ίμενον ἀκρωτήριον; *Heſiodus Poëta ait, latius illic diffuſo mari, Orionem promontorium illud quod apud Peloriadem ſitum eſt, aggerum molibus produxiſſe.* Præterea quis credat Annibalem, qui tamdiu hæſerat in Brutiis, ex Italia diſcedentem ignoraſſe freti Siculi anguſtias. Denique nec è Petilia in Africam, nec ex Africa in Syriam per fretum Siculum iter eſt. Itaque totam illam de Peloro narrationem rejicimus inter fabulas. Niſi quis hæc putet jactaſſe Pœnos, non de magno Annibale, ſed de alio vetuſtiore. Utut ſit, fabulæ originem lectori jam aperiam. Pelorus articulo addito Græcè vulgò dicitur ὁ Πέλωρ☉ *ho Peloros*. Quod Pœni ſic acceperunt quaſi diceretur חובל הראש *hobel-haros* vel etiam *hobel-horos* Nam apud Syros camets ſonat o. Porrò חובלי הראש *hobel-horos* ad verbum eſt *gubernator* ſive *nauclerus ducis*. Utraque vox ex Hebræo ſermone eſt notiſſima. Et ראש *ros* pro duce etiam Pœnos uſurpaſſe docuimus in explicatione vocum *Memblιaros* & *Roſibus*. Itaque fingenda fuit fabula cur hoc promontorium, prout illi interpretabantur, nomen haberet à nauclero ſeu gubernatore ducis. Huic conjecturæ ſpero doctos ſuffragium ſuum addituros.

In freto Siculo prope Pelorum,

Odyſſ. μ.

> Ἔνθεν μὲν γὰρ Σκύλλ', ἑτέρωθι δὲ δῖα Χάρυβδις
> Δεινὸν ἀνερρύβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.
> *Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis*
> *Obtinet, alternos abſorbens gurgite fluctus.*

Scylla Punicè סקול *Scol* eſt exitium. Ita legerunt pro Hebræo אסון Elias & Baal Aruch, Gen. 42: 4. & 38. in Verſione Jeruſalem. Sic Aaron de filiis quos conſumpſerat ignis, Lev. 10: 19. *Et mihi accidit* סקול *ſcol in illis.* Ita habet Jonathanis Chaldaica Paraphraſis. *Scol* eſt exitium & lethale infortunium. Quo ſenſu Græcum σκῶλ☉ uſurpatur ab Helleniſtis. Scylla cur inde appelletur nemini non eſt obvium. Rurſus Charybdis eſt חור־אובדן (*chur-obdan*) *foramen perditionis*. Nempe ut ait Seneca in conſolatione ad Marciam cap. 17. *hiatu magno profundoque ſorbet navigia*. Et Salluſtius apud Servium: *Inlata naufragia ſorbens gurgitibus occultis millibus ſexaginta Tauromenitana ad littora trahit.* Charybdin definit Etymologus πᾶν τὸ εἰς χάο☉ καὶ ὄλεθρον κατάγον, *quicquid in Chaos & perditionem deducit*. Et præter Charybdin illam notiſſimam de qua diximus, aliam deſcribit circa Gades, ubi ἡ ἀναπινομένη θάλασσα καὶ πάλιν ῥαγδαιοτέρως ἐπαναπέμπουσα, *mare abſorptum majore cum impetu redit*. Meminit & Suidas iiſdem ferè verbis. Et Strabo lib. 6. Charybdin vocat Syriæ locum inter Apamæam & Antiochiam in quo Orontes abſorptus poſt XL. ſtadia rurſus emergit.

In eodem freto eſt Meſſana urbs, olim Ζάγκλη *Zancle*, omnium Siciliæ urbium longè vetuſtiſſima, ſi Hieronymo credimus, qui ad A. CCLVI. Chronici Euſebiani de ſuo hoc inſeruit: *Hoc tempore in Sicilia Meſſana, quæ & Mamertina, conditur.* Sic condita fuerit *Zancle* annis ferè ſexcentis ante excidium Trojæ. Sed & apud Diodorum lib. 4. Heſiodus Zancles meminit tanquam urbis antiquiſſimæ, in qua Orion Zanclo Regi portum jactis molibus extruxerit. Sunt qui ab hoc Zanclo dictam volunt, alii à fonte Zancle, alii à Saturni falce ibi abſcondita. Stephanus ex Hecatæo: οἱ μὲν ἀπὸ Ζάγκλυ γηγενῦς, ἢ ἀπὸ κρήνης Ζάγκλης, οἱ δὲ διὰ τὸ ἐκεῖ Κρόνον τὸ δρέπανον ἀποκρύψαι. Sed Thucydides moltò veriùs lib. 6. ὄνομα δὲ τὸ μὲν πρῶτον Ζάγκλη ἦν ὑπὸ ἢ Σικελῶν κληθεῖσα, ὅτι δρεπανοειδὲς τὸ χωρίον τὴν ἰδέαν ἐστὶ, τὸ δὲ δρέπανον οἱ Σικελοὶ Ζάγκλον καλοῦσιν. *Primò autem à Siculis Zancle appellabatur, quia ſpeciem falcis locus habet; falcem enim Siculi Zanclon appellant.* Unde apud Stephanum Nicander de Sicilia lib. 10.

> Καί τοι καὶ Ζάγκλης ἐδάη δρεπανήϊδ☉ ἄστυ,
> *Quamvis falcata Zanclos combuſſerit urbem.*

Et Ovidius lib. 4. Faſtorum:

> *Quique locus curva nomina falcis habet.*

De falce nihil habet Strabo; tantùm *Zanclion* curvum eſſe dicit. Verba ſunt Ζάγκλη πρότερον καλουμένη διὰ τὴν σκολιότητα ἢ τόπων. Ζάγκλιον γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ σκολιὸν, *Zancle antea dicta eſt a locorum curvitate. Curvum enim vocabatur Zanclion.* Nempe παρὰ τοῖς ἐκεῖ ab hominibus qui illic habitant, ut rectè addit Euſtathius hunc ipſum locum citans in lib. 12. Odyſſ. Itaque Ζάγκλη propriè curvam ſonat. Quam vocem eſſe Siculam fruſtra contendunt, cùm ſit Punica זלגא *zalga* per metatheſim G & L. Unde Hebraicè מזלג eſt κρεάγρα *uncinus extrahenda carnis ex olla*. Hinc Exod. 27: 3. pro ומזלגתיו Onkelos habet וצנוריתיה quod Hebræi explicant אנקליות כופין *uncinos recurvatos qui carnibus in olla infiguntur*. Jonathan & Jeroſolymitanus habent כשליתיה, quam vocem Lexicographi malè referunt vel ad radicem שלה vel ad radicem משל. Pertinet enim ad verbum נשל, quod extrahere eſt, quia talibus uncinis caro ex olla extrahitur. Proinde in Arabe Paraphraſte plenè ſcribitur ומנאשלה. At Hebraice מזלג uncinus à curvitate dicitur, ut Arabicè זלאג *zalag* uncinus quo fores claudunt. Et ze & *tſad* permutatis צולגה vel צולגאן eſt harpago ligneus.

Tauromeniom in arduo aſperrimoque monte ſitum eſt, cui nomen erat *Taurus*, id eſt, תור *tur* vel *taur*. Syri & Chaldæi quoslibet montes ita nominant. Sed generale nomen Siculi à Pœnis mutuati huic monti fecêre proprium. De eo monte Diodorus lib. 13. *Himilco vero Magonem navarchum cum inſtructa claſſe miſit*, προστάξας παραπλεῖν ἐπὶ ἢ λόφον ἢ καλούμενον Ταῦρον, *collem qui Taurus vocatur preternavigare jubens: occupaverunt hunc Siculi, magno quidem numero, ſed abſque certo duce. His pridem Naxiorum terram Dionyſius conceſſerat. Sed tunc Himilconis adducti promiſſis, collem hunc inſederant; quem quod natura munitus eſſet, non modò tunc temporis, ſed etiam poſt bellum muro circumdatum incoluerunt:* καὶ τὴν πόλιν, διὰ τὸ μεῖναι τὺς ἐπὶ ἢ Ταῦρον ἀθροισθέντας, Ταυρομένιον ὠνόμασαν, *urbemque Tauromenium appellarunt, quia in ea habitabant qui ſuper Taurum collecti fuerant.* At lib. 16. Tauromenium, duce Andromacho Timæi hiſtorici patre, condidiſſe leguntur pauci è Naxo ſuperſtites, quam exciderat Dionyſius. Quod confirmat Plutarchus in vita Timoleontis.

Prope Tauromenium eſt amnis Tauromenius quem

Digitized by Google

quem Appianus appellat *Onobalam*. Παρέπλει, inquit, τὸν ποταμὸν τ̀ Ὀνοβάλαν, καὶ τὸ ἱερὸν τὸ Ἀφροδίσιον, καὶ ὡρμίσατο εἰς τ̀ Ἀρχηγέτην, αἰξιῶν τ̀ θεὸν ὡς χάρακα θησόμενος ἐνταῦθα, καὶ ἀποπειράσων τ̀ Ταυρομενιτῶν. *Prætervavigavit* Cæſar *fluvium Onobalam, & Veneris fanum, & ad Archegetam appulit, precatus Deum, tanquam poſitis ibi caſtris oppugnaturus Tauromenium*. Veneris fanum intelligit, de quo in Vaticana Proverbiorum appendice ex emendatione Cluverii: Γέῤῥα Ναξιακά, Γέῤῥα Σικελοὶ λέγουσι τὰ ἀνδρεῖα καὶ γυναικεῖα αἰδοῖα; ἦν δὲ ἐν Σικελικῇ Νάξῳ τέμενος ἐπιθαλάσσιον Ἀφροδίτης, ἐν ᾧ μεγάλα αἰδοῖα ἀνέκειτο. *Gerra Naxiaca, Siculi gerra vocabant virorum mulierumque pudenda. Erat autem ad Siciliæ Naxum Veneris fanum in littore in quo magna pudenda dedicata*. Naxus hîc idem eſt quod Tauromenium quam condiderunt qui è Naxiis erant reliqui. Unde Plinius: *Colonia Tauromenium quæ antea Naxos*. Et Solinus: *Colonia Tauromenia quam priſci Naxum vocabant*. Itaque in his Nonnii: *Et ſunt gerra faſcini, quæ ſic in Naxo inſula Veneris ab incolis appellantur*. Errore manifeſto Naxo inſulæ uni Cycladum id tribuitur quod Naxi Siculæ proprium erat. Nam præter Proverbiorum authorem quem citavimus, Heſychius etiam, & Suidas, & Phavorinus, & author Etymologici Γέῤῥα παρὰ Σικελοῖς, *Gerra apud Siculos* dici ſcribunt τὰ γυναικεῖα καὶ ἀνδρεῖα αἰδοῖα; niſi quod Etymologus ſolum habet τὰ γυναικεῖα. Quod ipſum faſcinorum vocabulo intelligitur apud Nonnium. Ita enim vocabant Veteres, quia de collo puerorum ſuſpendebantur, ne quid obeſſet, & *bona ſcæva cauſſa*, ut ait Varro lib. 6. Quin & è curru triumphantium, Deum ſcilicet Faſcinum, ut eos ab invidia defenderet, illâ ipsâ formâ pependiſſe videtur colligi ex his Plinii lib. 28. cap. 4. *Faſcinus imperatorum quoque non ſolum infantium cuſtos, qui Deus inter ſacra Romana à Veſtalibus colitur, & currus triumphantium ſub his pendens defendit medicus invidiæ*. Et apud Apuleium: *Ad res venereas ſumpta de mari faſcina* putantur eſſe conchylia quædam, quæ partes illas figurâ referunt. Ex iis quę diximus hactenus colligere eſt cur Tauromenius amnis alio nomine vocetur *Onobalas*. Nempe propter αἰδοῖα & *faſcina* quę pendebant è templo Veneris ad illius oſtium extructo. Arabicè enim hodiéque עַנְבלה *onbola* muliebre pudendum eſt, vel ut preſſius loquar id ipſum quod Samiis νύμφη, aliis κλειτορὶς & μύρτον.

Vide Turneb. Adverſ. l. 9. c. 28. & l. 29. c. 13.

A Tauromenio vel Onobala uno milliari diſtat Ἀσίνης *Aſines*, amnis frigidiſſimus, quique ab inſigni frigiditate ab Arabibus appellatur אלואדי אלבארד *alvvadi albarid* fluvius frigidus, ut ab incolis, *fiume freddo*. Neque aliud ſonabat *Aſinis* vel *Aſinii* priſcum nomen apud Plinium & Vibium Sequeſtrem; pro quo Thucydides lib. 4. perperam habet τ̀ Ἀκεσίνην ποταμὸν, *Aceſinem fluvium*; Syris enim צן *ſin* eſt frigus. Inde amnis הצין *haſſin* eſt amnis frigoris, id eſt, frigidus.

Circa Aſinis fontes erat oppidum *Tiſſa* vel *Tiſſe*, de quo Silius & Ptolemæus. *Tiſſa* Philiſto apud Stephanum, unde Ciceroni *Tiſſenſes* & Plinio *Tiſſinenſes*. *Tiſſa* Pœnis תרצה *Tirſa* vel *Thurſa*, quaſi amabilem urbem dixeris. *Tiſſa* idem quod *Tirſa*, quomodo פציד *paſſid* rivus idem quod פרציד *parſid*. Hujus nominis urbs fuit in terra Chanaan notiſſima, Jeroboami Regia & ſucceſſorum uſque ad Samariam conditam. Vide Joſ. 12: 24. 1 Reg. 14: 17. & 15: 21, 33. & 16: 6, 9, 15, 17, 23. &c. Hinc de ſpooſa Cant. 6: 4. *Pulchra es amica mea* כתרצה *ut Tirſa*, Græci & Vulgatus multo aliter.

In Tauromenitano agro caſtellum erat Bidus vel Bidius nomine: Stephanus in voce Βίδος: ἔστι καὶ ἕτερον ἐν τῇ τ̀ Ταυρομενιτῶν χώρᾳ Βίδιος φρούριον. Hoc idem eſſe conjectat Cluverius cum Naxiorum Callipoli, de qua Herodotus, Strabo, Stephanus, Marcianus Heracleota. Nimirum ut Grecè Callipolis, ita Punicè *Bidius* vel *Bida* dici potuit murorum albedine, ut hodiéque *Albeida* אלביצה in regno Valentiæ. Notiſſima vox ex Arabiſmo.

Ætna vel eſt אתונא *attuna* fornax, caminus, vel אתונא *atuna* caligo, ut Hebræis אשון vel אישון, Prov. 20: 20. Primæ originationi favent hæc Poëtarum loca. Lucretius lib. 6.

Flamma foras vaſtis Ætnæ fornacibus efflat.

Virgilius Georg. lib. 1.

Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam.

Et Æn. lib. 3.

- - - ingentemque inſuper Ætnam
Impoſitum ruptis flammam expirare caminis.

Et lib. 8. Æn.

- - - Cyclopum exeſa caminis
Antra Ætnæa tonant.

Et paulò pòſt:

- - - ruptis fornacibus ignis anhelat.

Ovidius lib. 15. fab. 25.

- - - Sulphureis ardet fornacibus Ætna.

Cornelius Severus in poëmate de Ætna:

Illis Cyclopas memorant fornacibus uſos.

Aut ſi ab אתונא *atuna* vel caligine malis Ætnę nomen deducere, eò facient hæc Lucretii lib. 6. in Ætnæ deſcriptione:

Funditque ardorem longè, longéque favillam
Differt, & craſſa volvit caligine fumum.

Et Virgilii lib. 3. Æn.

Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo & candente favilla.

Et Claudiani lib. 1. de raptu:

Nunc vomit indigenas nimbos, piceaque gravatum,
Fœdat nube diem.

Et Silii lib. 14.

- - - Fonte & Phlegetontis ut atro
Flammarum exundat torrens; piceâque procellâ
Semiambuſta rotat liquefactis ſaxa cavernis.

Interdiu fumare Ætnam, noctu flammigare refert Gellius, poſt Pindarum, cujus verba ſunt in carmine de Ætna:

Gell. l. 17. c. 10.

- - - ποταμοὶ *
δ' ἁμέραισι μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
αἴθων'· ἀλλ' ἐν ὄρφναισι πέτρας
φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖαν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.

* *Hinc Heſych. in* Ἔτνος. Αἴτνη δὲ πῦρ ὥσεὶ ποταμὸς χεόμενον ἐν Σικελίᾳ.

Fluvii verò interdiu quidem effundunt amnem fumi ardentem. Sed per noctis tenebras ſaxa rutila voluta flamma in profundum fert maris planiciem cum ſtrepitu. Neque aliter Strabo lib. 6. νύκτωρ μὲν οὖν καὶ φέγγη φαίνεται λαμπρὰ ἐκ τ̀ κορυφῆς μεθ' ἡμέραν δὲ καπνῷ καὶ ἀχλύϊ κατέχεται, *noctu quidem clari etiam à vertice fulgores eduntur; interdiu verò fumo & caligine obtinetur*. Atque id ipſum referunt Recentiores. Petrus Bembus in Dialogo de Ætna: *Urbanus monachus refert ſe præſente eructaſſe montem magno ſtrepitu incendia caliginoſa*. Et Fazellus αὐτόπτης rerum Sicularum Dec. 1. lib. 2. cap. 4. *Ex eo nebuloſa incendia tanta exhalabant, ut ab inferiori aſpectu impediremur*. Item: vel *ignis ipſe, vel fumoſa caligo afflatur*. Et rurſus. *Quandoque flammâ fumo caligineque obducta, &c.*

Alii Ætnę incendia ad Cyclopes referunt, de quibus ſuo loco: Alii ad θεόμαχον *gigantem Enceladum*, quem vel à Minerva, vel ab ipſo Jove tam celſi montis injectu obrutum, ignem ore & naribus eructare fabulantur. Q. Smyrnæus lib. 14.

Vide & Oppian. Cyneg. l. 1. p. 273.

Εὖτε πάροιθε μεγάλοιο καθ' Ἐγκελάδοιο δαΐφρων
Παλλὰς ἀειραμένη Σικελὴν ἐπικάββαλε νῆσον
Ἣ ἔτι καίεται αἰὲν ὑπ' ἀκαμάτοιο γίγαντος

Αἰθαλέον πνείοντος ἔσω χθονός.
Ut quondam armigera vi Palladis inſula vaſtis
Trinacris Enceladi membris injecta Gigantis,
Qui ſuperimpoſitis ſpirans per montis hiatus
Æternos vomit ore ignes.

Cornelius Severus in Ætna:
Gurgite Trinacrio morientem Juppiter Ætnâ
Obruit Enceladum, vaſto qui pondere montis
Æſtuat, & patulis exſpirat faucibus ignes.

Virgilius lib. 3. Æn.
Fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus
Urgeri mole hac, ingentemque inſuper Ætnam
Impoſitam, ruptis flammam exſpirare caminis.

Statius lib. 3. Thebaid.
—— aut ubi tentat,
Enceladus mutare latus, procul igneus antris
Mons ſonat.

Claudianus lib. 1. de raptu.
In medio ſcopulis ſe porrigit Ætna peruſtis,
Enceladi buſtum, qui ſaucia membra revinctus
Spirat inexhauſtum flagranti pectore ſulphur.

Proinde apud vetuſtiſſimum Poëtam Onomacritum, qui ſub Orphei nomine ſcripſit Argonautica, verſu 1249.
Τριγλώχινά τε νῆσον ἐπέχομεν Ἐγκελάδοιο.
Obviaque Enceladi nobis trifida inſula facta eſt.

Enceladi trifida inſula eſt Sicilia. Hanc fabulam à Phœnicibus ad Græcos deveniſſe prodit Enceladi nomen. Neque enim à ſtrepitu, ut volunt, dicitur Ἐγκέλαδος. Quin quiſquis harum rerum aliquem habet ſenſum, ſtatim agnoſcet Ἐγκέλαδον idem eſſe quod עקלתון *akalathon*, id eſt, σκολιὸν *tortuoſum*, ſerpentis imò diaboli epithetum in his Eſaiæ verbis cap. 27. verſ. 1. *in die illa animadvertet Dominus gladio ſuo duro, & grandi, & valido, in Leviathan ſerpentem oblongum, in Leviathan, inquam,* נחש עקלתון, (*nahas akalathon*) *ſerpentem tortuoſum, & occidet draconem qui eſt in mari.* Quomodo Græci fecerint Ἐγκέλαδον ex עקלתון *akalathon* nemo non videt. *Thau* Hebræum expreſſum per δ, ut in *cidaris* ex כתר *cether*, & *koph* per γκ, ut in ἀγκύλος *curvus* ex עקול *akul*. Nec immerito Pœnos hoc monſtrum *Akalathon*, id eſt, in modum ſerpentis ſinuoſum & tortuoſum appellaſſe, docet Enceladi, ſeu quod idem eſt, Siculi Typhonis deſcriptio, qualis habetur Apollodori lib. 1. ἐξεῖχον, inquit, ἑκατὸν κεφαλαὶ δρακόντων. τὰ δὲ ἀπὸ μηρῶν σπείρας εἶχεν ὑπερμεγέθεις ἐχιδνῶν, ὧν ὁλκοὶ πρὸς αὐτὴν ἐκτεινόμενοι κορυφὴν, συριγμὸν πολὺν ἐξίεσαν. *Eminebant centum capita draconum, partes autem infra femora immenſas habebant viperarum ſpiras, quæ voluminibus ad verticem uſque protenſis multum ſibilum emittebant.* His voluminum ſpiris etiam ipſum Jovem complexus eſſe dicitur. Apollodorus ibidem: Τυφῶν δὲ ταῖς σπείραις περιπλεχθεὶς κατεῖχεν αὐτὸν, *Typhon autem hunc* (Jovem) *ſpirarum voluminibus circumplexum detinuit.* Hæc ad literam. Jam ſi allegoriæ ratio habeatur, non dubium eſt quin gigas Enceladus, qui Jovis fulmine percuſſus eſt, quia in deos inſurrexerat, & detruſus in terræ abyſſos ut ſempiternis flammis ardeat, ſit idem ille עקלתון *akalathon* ſeu ſinuoſus ſerpens quem Deus apud Eſaiam gladio ſuo duro & magno & valido percuſſit & interemit. Satanas nempe, quem ſummus judex σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τετηρημένους, *catenis caliginis in tartarum detruſum tradidit ad damnationem ſervatum* 2. Pet. 2: 4.

Pro Enceladо Typhon & Typhoeus ſæpe appellatur idem gigas. Pindarus in Pythiis Ode primâ ſub initium:
Ὅς τ' ἐν αἰνᾷ Ταρτάρῳ κεῖται θεῶν πολέμιος
Τυφὼς ἑκατοντακάρανος.
Quique in horrido tartaro jacet deorum hoſtis
Typhoeus centiceps.

Et paulò pòſt:
Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει
Στέρνα λαχνάεντα, κίων
Δ' οὐρανία συνέχει
Νιφόεσσ' Αἴτνα.
Et Sicilia ejus premit
Pectora hiſpida: Columna
Vero cœleſtis cohibet
Nivoſa Ætna.

Ovid. Faſt. lib. 4.
Alta jacet vaſti ſuper ora Typhoeos Ætna,
Cujus anhelatis ignibus ardet humus.

Et lib. 5. Metam.
Degravat Ætna caput, ſub qua reſupinus
Ejectat, flammamque fero vomit ore Typhœus.

Silius Italicus lib. 14.
Tum Catane ardenti nimium vicina Typhœo.

Val. Flaccus Argonaut. lib. 2.
—— Siculâ preſſus tellure Typhœus.

Nonnus etiam ad Ætnam ponit Τυφαονίης σέλας εὐνῆς, *Typhaonii ſplendorem cubilis* Dionyſ. lib. 13. verſ. 320. Ita & Apollodorus lib. 1. Γῆ μᾶλλον χολωθεῖσα μίγνυται Ταρτάρῳ καὶ γεννᾷ Τυφῶνα ἐν Σικελίᾳ μεμιγμένην ἔχοντα φύσιν ἀνδρὸς καὶ θηρίου. *Terra atrociùs irritata Tartaro commiſcetur, & Typhonem in Sicilia generat duplici natura conſtantem viri & ſerpentis.* Cætera ibi vide: Hyginus cap. 152. *Tartarus ex terra procreavit Typhonem immani magnitudine, ſpecieque portentoſa, cui centum capita draconum ex humeris enata erant. Hic Jovem provocavit, ſi vellet ſecum de regno certare. Jovis,* (id eſt, Juppiter) *fulmine ardenti pectus ejus percuſſit, qui cum flagraret, montem Ætnam qui eſt in Sicilia ſuper eum impoſuit, qui ex eo adhuc ardere dicitur.* Philoſtratus in vita Apollonii lib. 5. cap. 6. Ἐκεῖνοι δὲ Τυφῶ τινα ἢ Ἐγκέλαδον δεδέσθαι φασὶν ὑπὸ τῷ ὄρει Αἴτνῃ. *Illi autem ajunt Typhonem quemdam ſeu Enceladum ſub Ætna monte eſſe ligatum.* Typhonis cubilia etiam alibi quæri nemo eſt qui neſciat: nempe ubicumque montium antra ignes continuos tanquam è Tartaro eructant. Quod pridem obſervavit Artemon hiſtoricus apud Pindari Scholiaſten: πᾶν ὄρος ἔχον πυρὸς ἀναδόσεις ἐπὶ Τυφῶνι κεῖσθαι, *montem omnem in quo ſunt ignis eruptiones, Typhoni incumbere,* vel ὑπὸ Τυφῶνι καίεσθαι, *ſub Typhone comburi*, quomodo ex eodem Artemone citat Iſacius in Lycophronem pag. 38. Nempe Græcè τύφειν eſt καίειν *urere*. Et Lev. 6: 21. al. 14. תופיני *thuphine* vel *tuphine* ſunt *coctiones* tam in Hebræo textu quàm in Onkeli Chaldæa Paraphraſi. Et תפתה *Thopheth* vel ut paſſim ſcribitur *Topheth* apud Hebræos eſt אש גיהנום *ignis gehennæ* vel inferorum; quomodo ſumi volunt Job. 17: 6. & Eſ. 30: 33. Tranſlatione ſumpta ex valle *Topheth*, quæ & *Gehinnom*, in qua in honorem idoli Moloch pueros vivos in ignem conjicere moris erat, 2. Reg. 23: 10. Jer. 7: 31, 32. & 19: 5.
Tantum religio potuit ſuadere malorum.

Quod jam ante Moſis tempora Phœnices uſurpaſſe conſtat ex Lev. 18: 21. & Deut. 18: 10. Et ſuperſtitionem impiam Pœnos uſque ad ævum Annibalis conſtanter retinuiſſe colligere eſt ex his Silii lib. 4.
Mos fuit in populis quos condidit advena Dido, Vide Diod. lib. 20. p. 739. & 740.
Poſcere cæde deos veniam, ac flagrantibus aris
Infandum dictu, parvos imponere natos.

Sequuntur planctus Imilces uxoris Annibalis, cujus filium ſors popoſcerat. Sed de his plura aliàs.

Tertium Enceladi nomen eſt Briareus; quod ex his Callimachi colligas Hymno in Delum verſ. 141.
Ὡς δ' ὁπότ' Αἰτναίου ὄρεος πυρὶ τυφομένοιο
Σείονται μυχὰ πάντα, κατουδαίοιο γίγαντος,
Εἰς ἑτέρην Βριαρῆος ἐπωμίδα κινυμένοιο.

Ceu

Ceu quando horriſonis mons intonat Ætna cavernis,
Eructatque globos flammarum & ſaxa ſub auras,
Cùm mutare latus Briareus conititur ingens.

Ad quem locum Scholiaſtes: Οἱ μὲν Βριάρεω, οἱ δὲ Τυφῶνος, οἱ δὲ Ἐγκελάδου, *alii quidem* latus movente *Briareo, alii Typhone, alii Encelado.* Nempe promiſcuè ſumuntur Briareus, Typhon & Enceladus. Briareus, id eſt, בליעל *Belial*, diaboli nomen apud Hebræos. Proinde pro Βελίαλ, 2 Cor. 6: 15. Syrus Interpres habet סטנא, & Arabs אלשיטאן *Satanam.* Et Heſychio Βελίας eſt δράκων.

Commune habuit cum monte nomen Ætna oppidum impoſitum, dictum olim *Ineſſum.* Stephanus: Αἴτνη πόλις Σικελίας, &c. ἐκαλεῖτο δὲ πρὶν Ἴννησον, *Ætna urbs Siciliæ, &c. vocabatur autem antea Ineſſum.* Alii *Neſſam* malunt ex lib. 4. Thucydidis: ξυνεπολέμουν ἐπὶ Νῆσσαν τὸ Σικελικὸν πόλισμα, *ſimul pugnabant adverſus Neſſam Siculum oppidum.* Sed legendum eſſe ἐπ' Ἴννησσαν, *adverſus Ineſſam* Cluverius probat ex lib. 6. ubi meminit τῶν Ἰννησσαίων. Eidem Diodoro eſt *Enneſia*, qui ſic habet lib. 11. τὴν νῦν οὖσαν Αἴτνην ᾤκησαν πρὸ τοῦ καλουμένην Ἐννησίαν, *urbem nunc Ætnam prius Enneſiam vocitatam occupârunt.* Et Strabo habet Ἴννησαν *Inneſam.* Quæ nomina palam deflexa ſunt ex Hebrǫo הנשא *Hanniſſa* vel הנשאה *Hanniſſaa*, quaſi ſublimem aut elatam dixeris, quod collis eſt epithetum, Eſ. 30: 25. nempe in ſublimi erat ſita, atque in ipſo aſcenſu Ætnę. Strabo lib. 6. Ἴννησαν καλουμένην τῆς Αἴτνης ὀρεινὴν ᾤκησαν, καὶ προσηγόρευσαν τὸ χωρίον Αἴτνην διέχον τῆς Κατάνης σταδίους ὀγδοήκοντα. *Inneſam, quæ in montanis eſt Ætnæ, habitandam occuparunt, eique loco Ætnæ nomen impoſuerunt, à Catana diſſito ſtadiis* LXXX. Et rurſus: *Propinquum Centuripis eſt oppidum Ætna, paulò antè memoratum, excipiens & deducens eos qui montem Ætnam conſcendunt.* Ἐντεῦθεν γὰρ ἀρχὴ τῆς ἀκρωρείας, *hinc enim mons incipit in altum ſeſe attollere.*

Ex Ætna monte fluvii duo in mare decurrunt, *Acis* ſcilicet & *Amenanus.* Horum ille rapidiſſimus dictus videri poſſit à Syro אחיש *achis*, quod feſtinare vel citum eſſe ſignificat, ut חוש *chus* & החיש *hechis* apud Hebræos. Eódem redit quod ἀκὶς Grǫcis eſt ſagittæ cuſpis, cujus celeritatem curſu videtur imitari. Euſtathius in lib. 16. Iliad. ὁ Ἄκις ὀξύῤῥοος καὶ ὁμώνυμ@ ποταμὸς τὴν ἐκ τῆς οἰστευτικῆς ἀκίδ@ κλῆσιν ἔχει, *Acis fluvius celeriter fluens, & ipſe à ſagittaria cuſpide nomen accepit.* Theocriti Scholiaſtes Idyll. 1. Ἄκις ποταμὸς Σικελίας: Ἄκις δὲ παρὰ τὸ ἀκίδι ἐοικέναι τὰ ῥεύματα, *Acis Siciliæ fluvius ſic dictus, quia fluenta ejus ſagittæ cuſpidi ſunt ſimilia.*

Amenanus mirè eſt inconſtans. Quippe cùm Catanam urbem pleno alveo ſoleat interfluere, quandoque vel obturatis vel aliò derivatis fontium venis per aliquot annos planè deficit atque evaneſcit. Hinc Ovidius lib. 15. Metam.

Nec non Sicanias volvens Amenanus arenas*
Nunc fluit, interdum ſuppreſſis fontibus aret.

* *Male* vulgo Amiſenus & *l.4. Faſt.* Amiſenaque flumina *pro* Amenanaque ſt.

Et Strabo lib. 5. poſtquam narravit quid ſimile de Fucino Marſorum lacu, de Amenano hęc ſubjungit: καθάπερ περὶ τοῦ Ἀμενανοῦ συμβαίνειν φασί, τοῦ διὰ τῆς Κατάνης ῥέοντ@· ἐκλείπει γὰρ ἐπὶ πολλὰ ἔτη καὶ πάλιν ῥεῖ, *quod Amenano evenire perhibent per Catanam fluenti; is enim per plures annos deficit & rurſus fluit.* Proinde fallor, aut Amenano nomen fecere Phœnices à verbo מנע *mana*, quod coercere eſt & cohibere, etiam cùm de amne agitur: ut Ezech. 31: 15. אמנע נהרותיה *cohibui flumina ejus.* Ita videtur occulta vi per intervalla cohiberi Amenanus quominus fluat. Meritò igitur à *mana*, quod cohibere eſt, dictus eſt *Amenanus* vel *Amenas*, ut habetur apud Pindarum in Pythiis Ode primâ: Ἀμένα παρ' ὕδωρ, *Amena ad aquam*, id eſt, Amenani. Græci poſteriores ex Amena fecêre Ἀμενηνόν, & Doricè Ἀμμανόν, quaſi à debilitate ſic diceretur. Quod tamen hujus amnis naturam non exprimit. Neque enim cùm fluit eſt debilis, ſed cum impetu erumpit, & mediam Catanam tam pleno alveo interfluit, ut nonnunquam inundationibus ſuis cladem non levem urbi inferat. Vide Cluverium lib. 1. cap. 8.

Ad Amenani oſtium *Catana* קטנא parvam ſonat. Nempe *Catana* erat oppidulum, antequam Naxii illud auxiſſent, coloniâ eo deductâ Euarcho duce. Quos proinde Grǫci habuêre pro Catanæ conditoribus. Vide Thucyd. lib. 6. & Marcianum Heracleenſem. Ita *Cana* Galilææ Hebraicè ſcribitur קטנה *Catna*, & in Syra Paraphraſi קטנא *Cothne*, Job. 2: 1. in quem locum conſulendus eſt Ludovicus de Dieu ὁ μακαρίτης.

Etiam ex Ætna fluit Adranus amnis, ad quem erat oppidum & fanum Adrani Dei in Sicilia plurimum culti. Diodorus lib. 14. Διονύσι@ δὲ ἐν τῇ Σικελίᾳ πόλιν ἔκτισεν ὑπ' αὐτὸν τὸν τῆς Αἴτνης λόφον, καὶ ἀπό τιν@ ἐπιφανοῦς ἱεροῦ προσηγόρευσεν αὐτὴν Ἀδρανόν, *Dionyſius in Sicilia oppidum ſub ipſum Ætnæ montem condidit, quod ab illuſtri quodam delubro Adranum nuncupavit.* Plutarchus in Timoleonte: Ἀδρανίτας πόλιν μικρὰν μὲν, ἱερὰν δὲ οὖσαν Ἀδρανοῦ θεοῦ τιν@, τιμωμένου διαφερόντως ἐν ὅλῃ Σικελίᾳ κατοικοῦντες; *Adranita exiguum quidem, ſed Deo cuidam Adrano, quem tota Sicilia maximè veneratur, ſacrum oppidum incolentes.* Ælianus de animalibus lib. 11. cap. 20. Ἐν Σικελίᾳ Ἀδρανός ἐστι πόλις, ὥς λέγει Νυμφόδωρ@, καὶ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ Ἀδρανοῦ νεὼς ἐπιχωρίου δαίμον@, πάνυ δὲ ἐναργῆ φησιν εἶναι τοῦτον, καὶ τὰ ἄλλα μὲν ὅσα ὑπὲρ αὐτοῦ λέγει, καὶ ὅπως ἐμφανής ἐστι καὶ ἐς τὸ τῶν δεομένων προχείρως εὐμενής τε ἅμα καὶ ἵλεως εἰσόμεθα. *In Sicilia Adranus eſt civitas, ut dicit Nymphodorus, & in ea Dei indigenæ templum, quod valde magnificum eſſe ait. Sed alia quæ de hoc Deo refert, quamque ſit clarus & in ſupplices promptè facilis & propitius alibi videbimus.* Addit canes ei Dæmoni ſacros fuiſſe non pauciores quàm mille, qui quaſi ſecretam à numine vim acceperint, cùm indigenas & peregrinos templum de die ingredientes blandè excipiant, noctuque etiam ebrios & titubantes, tanquam viæ duces & comites, ſuam quemque domum deducant, in protervos & petulantes acerbè inſiliunt, veſteſque eorum lacerant, quin & fures & prædones crudeliſſimè diſcerpunt. Idem cap. 3. ejuſdem libri quid refert ſimile de canibus qui erant in æde Vulcani ſuper Ætnam non procul ab Adrano. Heſychius voce Παλικοί Palicos Deos aſſerit hujus Adrani eſſe filios: Ἀδράνῳ, inquit, δύο γεννῶνται υἱοὶ Παλικοί, οἱ νῦν τῆς Συρακουσίας εἰσὶ κρατῆρες οἱ καλούμενοι Παλικοί, *ab Adrano nati ſunt filii duo qui nunc ſunt Syracuſiæ regionis crateres, quos Palicos appellant.*

Ex his cùm conſtet plus ſatis Adranum Deum jam olim in Sicilia coli cœpiſſe, non ſine gravi errore Docti conjectant hunc Adranum eundem eſſe cum Adriano Imperatore, qui poſt mortem inter Divos relatus fuit circa annum Chriſti CXL. Quin videtur Adranus nomen eſſe Dei Syri vel Phœnicii; quale compoſitum *Adra-melec* idolum Sepharvæorum 2 Reg. 17: 31. Hoc Hebrǫorum alii muli, alii pavonis effigie fuiſſe cultum aſſerunt. Quam verè haud quaquam ſcio. Utut ſit *Adra-melech* Regem magnificum ſonat; quomodo deſcribitur *Adranus* à Nymphodoro, ut ex Æliano didicimus. Ab hoc *Adrano* dictus amnis *Adranus*, & oppidum *Adranum*, ut de *Adranone* taceam, vico inter Hypſam & Isburnum, cujus meminit Diodorus lib. 23. Hodiè vocant *Adragno.*

Prope Adranum in agro Catanenſi fuit Ὕβλα ἡ μείζων *Hybla major*, de qua Thucydides lib. 6.

Pauſanias in Eliacis, Livius lib. 26. Stephanus, &c. Præter quam alia duo ejuſdem nominis oppida ſuis locis recenſebimus, Hyblam nempe Megaridem, & Hyblam Heræam ſeu Junoniam. Pœnis חבלא *hibla*, ut חבל *hebel* Hebraicè, propriè funem ſonat; deinde portionem hæreditatis; item tractum ſeu regionem, quaſi fune menſorio diviſam. Sic Deut. 3: 4. חבל ארגוב (*Hebel Argob*) *funis ſeu tractus Argob*, fuit urbs & regio regni Baſçan, ſuper Jordanem ſita. Et Joſ. 19: 29. חבל אכזיבה (*Hebel Aczaba*) eſt regio circa Ecdipam. Et Sophon. 2: 5. חבל הים (*Hebel hajam*) regio maritima. Id ipſum erat חבלא *Hibla* vel *Hybla* Punicè. Sed vox appellativa tandem propria facta eſt tribus Siciliæ Hyblis, ſive tractibus & oppidis, quorum à nobis facta mentio. Inde Hyblæ nomen deductum, non ab Hyblone Rege, ut vult Stephanus. Hujus enim Hyblonis nemo eſt alius qui meminerit. Et *Hybla* in Antonino plaga explicatur, ut dicetur in Hybla Heræa.

Adranus in Cyamoſorum influit, ad quem Centuripæ aratorum urbs; unde Cicero Verrinâ tertiâ: *Centuripini, qui agri Ætnenſis multò maximam partem poſſident.* Et paulò poſt: *Ipſi aratores Centuripini, qui numerus eſt in Sicilia maximus.* Item: *Arant enim tota Sicilia ferè Centuripini.* Hodiè *Centorbe* dicitur; fortè à Punico קטרוב *Katrob*, quod Hebræi vel jugum explicant cui colla ſubjiciunt boves arantes, vel lorum quo ligatur jugum. Itaque Centuripini iidem erant, qui Βουζύγεις vel Βουζυγαῖοι; quomodo Athenis Βουζυγία familia quædam fuit à *Buzyge* heroe dicta, ὁ πρῶτος βοῦς ὑποζεύξας, *qui primus boves aratro junxit.* Quidam Herculem interpretantur. Suidas; Βουζύγης, ὁ Ἡρακλῆς. Eſt & Βουζύγιον locus Athenis; & Βουζύγαιος mons Phthiotidis. Cyamoſorus, id eſt, גומא צרא *guma ſara*, vel ut Syri efferunt *gumo ſoro*, foſſa anguſta, quia anguſti alvei eſt fluvius. De eo nil quicquam occurrit præter hunc Polybii locum lib. 1. pag. 8. ubi de Hierone Rege: ἀντιστρατοπεδεύσας δὲ περὶ Κεντόριπα, καὶ παραταξάμενος περὶ τὸν Κυαμοσῶρον ποταμὸν, *cùm prope Centuripam in conſpectu hoſtium caſtra poſuiſſet, atque aciem ad Cyamoſorum amnem inſtruxiſſet.*

Ut Adrianus in Cyamoſorum, ita Cyamoſorus in Symæthum influit, amnem Siciliæ totius ampliſſimum, de quo ſic Cluverius lib. 1. cap. 10. *Symæthus igitur deprehenditur iis, qui non modò hoc Pelorum inter Pachynumque littore, ſed totius inſulæ maximus*, &c. Itaque tam à magnitudine ſumptum eſt Symæthi nomen quàm inſulæ Samathûs, de qua Stephanus: Μάγνα, νῆσος Λιβυκή· Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν, ἡ κατὰ τὴν Λιβύων φωνὴν Σαμαθώ, ὅ ἐστι μεγάλη, *Magaa, inſula Lybica; Alexander Lybicorum lib. 3. quæ Afrorum*, (id eſt, Pœnorum) *linguâ Samatho dicitur, id eſt, Magna.* Pro Symætho & Samatho Pœni dicebant עצומת *Aſumath* & עצמת *Aſamath*; vel etiam *Sumeth* & *Samath* per aphæreſin apud illos receptiſſimam, ut ſuo loco dicetur. Radix עצם *aſam* Hebræis numeroſum eſſe ſignificat. Sed verbum diſcretæ quantitatis tranſlatum eſt ad continuam. Quo exemplo apud Arabes עצים *magnum* & עצמה ſignificat *magnitudinem*.

Τοὺς ἐν Συμαίθῳ κεστρέας, *in Symætho mugiles*, qui hodiéque ſunt in pretio, commendat Athenæus lib. 1. Dipnoſophiſton. Itaque in loco ex Cyclope Antiphanis, quem libro ſeptimo idem citat, omnino legendum, ἔστω δ' ὑμῖν κεστρεὺς Συμαίθιος, *ſit nobis mugil Symæthius*, non κεστρεὺς Ὑμήττιος, *mugil Hymettius*, ut habent noſtri codices. Quis enim mugiles procreari dixerit in Atticæ monte Hymetto? Sed neque mendo vacat quod in Polluce legere eſt, κεστρεὺς ἐκ Σκιάθου; & in Clemente Alexandrino lib. 2. Pædag. τοὺς ἐν Σκιάθῳ κεστρεῖς. Utrobique enim *Sciathus* eſt pro *Symætho*. Sed hæc obiter.

Verſus Symæthi fontes à Cluverio deſcribitur urbs *Imachara*; unde Plinio *Imacarenſes*, & Ciceroni *Imacharenſis* ager, quem Verrinâ tertiâ recenſet inter agros frumentarios. Pœni fortè ſcribebant אם־אכרים (*em-ickarim*) *matrem agricolarum*. In Ptolemæo legitur Ἰμιχάρα Ἠμιχάρα.

Symæthus medius eſt inter Cyamoſorum & Chryſam, quem à Meridie excipit. Ad hujus ripam Septentrionalem oppidum Aſſorus, hodiè *Azaro*, in edito colle ſitum eſt. Ut Palæſtinæ עצור *Hatſor* vel *Aſor*, de qua ſic Vulgatus Interpres, Joſ. 11: 13. *Abſque urbibus quæ erant in collibus & in tumulis ſita, cæteras ſuccendit Iſraël: unam tantùm Aſor munitiſſimam flammâ conſumpſit.* Aſſori & Aſſorinorum meminerunt Cicero, Diodorus, Plinius, Ptolemæus, Stephanus.

Non procul ab oppoſita Chryſæ fluminis ripa, in ipſo inſulæ umbilico, erat *Enna* urbs, ſacra Cereri & Proſerpinæ, quam ex eo loco abreptam fertur ſecum apportaſſe Pluto, & ſubitò non longè à Syracuſis penetraſſe ſub terras. Nulla eſt fabula tritior. Vide Ariſtotelem in Mirandis, Diodorum lib. 5. Ciceronem Verrinâ 4. & 5. Ovidium lib. 4. Faſtorum & lib. 5. Metam. Columellam lib. 10. Arnobium. lib. 5. & alios ſine numero. Nobis indicaſſe ſufficiet *Ennam* Punicè dici עינעם *Enaam* vel *Ennam*, id eſt, fontem amœnitatis; idque jure meritiſſimo. Cùm fontibus irriguus fuerit locus, & inſulæ totius cætera amœniſſimus. Diodorus lib. 5. *Raptam fabulantur Proſerpinam* ἐν τοῖς λειμῶσι τοῖς κατὰ τὴν Ἔνναν, *in pratis Ennæ vicinis, qui locus prope urbem eſt, violis aliiſque florum generibus renidens, & ſpectatu dignus.* Et paulò pòſt: ἔστι δὲ ὁ προειρημένος λειμὼν ἄνωθεν μὲν ὁμαλὸς καὶ ΠΑΝΤΕΛΩΣ ΕΝΥΔΡΟΣ, *eſt pratum id in ſummo dorſo planum & PRORSUS IRRIGUUM, & undequaque præruptum. In propinquo etiam lucos & prata habet, & paradiſos, & lacus*, &c. Et Cicero Verrinâ quartâ: *Enna, ubi ea geſta eſſe memorantur, eſt loco præcelſo atque edito, quo in ſummo eſt æquata agri planities, & AQUÆ PERENNES. Tota verò urbs omni aditu circumciſa atque dirupta eſt: quam circa lacus lucique ſunt plurimi, & lectiſſimi flores.* Ovidius de Sicilia lib. 4. Faſt.

—— multas ea poſſidet urbes,
In quibus eſt culto fertilis Enna ſolo.

Et paulò pòſt:

Valle ſub umbroſa locus eſt aſpergine multa
Uvidus ex alto deſilientis aquæ.
Tot fuerant illic quot habet natura colores,
Pictaque diſſimili flore nitebat humus.

Et Claudianus lib. 2. in deſcriptione ejuſdem loci:

Forma loci ſuperat flores: curvata tumore
Parvo planities, & mollibus edita clivis
Creverat in collem, vivo de pumice FONTES
Roſcida mobilibus lambebant gramina rivis,
Sylvaque torrentes ramorum frigore Soles
Temperat, & medico brumam ſibi vendicat æſtu.

Ibidem plura videſis, & apud alios Poëtas, qui certatim deſcribunt horum fontium amœnitatem. Ex עינעם *Ennaam* vel *Ennam* Græci, quibus nulla vox in M deſinit, M finale ademerunt, ut in Abra, Maria, Gehenna, & ſimilibus. Tale in eadem Sicilia urbis nomen Ἴχανα ex יקנעם *Jocneam* vel *Jechanam*, ut dicetur deinceps. Ex in Veterum ſcriptis *Buddas* & *Budas*, quomodo apud Perſas pro *Terebintho* appellatur Præceptor impii Manetis, factum eſt ex Aſſyrio בטמם *Butmum*; ſic enim dicitur terebinthus à Chaldæis & Aſſyriis. Cyrillus Catecheſi 6. ὁ δὲ Τερέβινθος, &c. ἔφυγεν εἰς τὴν Περσίδα μετελθών. ἵνα δὲ μὴ ἐκ τῶν προ-

προσηγορίας καινῆ γνωρίζηται, Βουδᾶν ὠνόμασεν ἑαυτὸν, *Terebinthus autem ſtatuit in Perſidem tranſire; ne verò de nomine illic agnoſceretur, Budan ſe ipſum nominavit.* Epiphanius hæreſi LXVI. ἐκ Τερεβίνθου τινὸς, &c. μετονομασθέντος δὲ Βουδδᾶ κατὰ τὴν τῶν Ἀσσυρίων γλῶτταν, *ex Terebintho quodam qui mutato nomine Aſſyriorum linguâ Buddas dictus eſt.* Suidas in voce Μάνης. Διδάσκαλον δὲ ἔσχε Βουδδᾶν τὸν πρώην καλούμενον Τερέβινθον, *Præceptorem habuit Buddam, qui Terebinthus anteà vocabatur.* Et rurſus: Καὶ ὁ αὐτὸς Βουδδᾶς οὗτος ὁ καὶ Τερέβινθος, *& quidem iſte Buddas qui & Terebinthus.* Sed hæc obiter.

Ad Ennam accedit Ἴννα *Inna*, nomen fontis Macedoniæ inter Pæonas & Mædos medii, ad quem Silenum ebrium à Mida captum ſabulantur. Ita ex Bione Athenæus lib. 2. cap. 6. Ad quem locum magnus Caſaubonus: *Ego alibi legere memini captum Silenum à Mida in hortis quos haberet amœniſſimos in Macedonia.* Itaque etiam in hac fabula, quæ tota Phœnicia eſt, ut jam antè docui, *Inna* videtur eſſe עין נעם *Ennaam* fons amœnitatis.

Ad Auſtrum in proximo fuit *Pergus* vel *Perguſa* lacus, de quo Claudianus ubi ſuprà:

Haud procul inde lacus, Pergum dixêre Sicani.

Et Ovidius lib. 5. Metam.

Haud procul Ennæis lacus eſt à mœnibus altus
Nomine Perguſa.

Pro Pergo vel Perguſa *Percum* habet Julius Firmicus, quod maximè accedit ad Phœnicium ברכה *berca* vel *bereca* pro lacu. Prius Arabicum eſt, poſterius Syrum & Hebræum.

Poſt Symethum eſt Eryces fluvius naſcens ex Eryce monte & urbe, de qua Callias apud Macrob. lib. 5. cap. 18. Ἡ δὲ Ἔρυκη τῶν μὲν Γελώων ὅσον ἐνενήκοντα ςάδια διέςηκεν. Ἐπιεικῶς δὲ χέῤῥος ἐστὶ τοῦτο ὄρος καὶ τὸ παλαιὸν γεγενημένη πόλις, ὑφ᾽ ᾗ καὶ τοὺς Δέλλους καλουμένους εἶναι συμβέβηκεν. *Eryce ab Geleaſium finibus* XC *circiter ſtadia diſtat. Valde autem deſerta atque inculta ſunt cum mons, tum quod in eo quondam fuit Siculorum oppidum, ſub quo & Delli ſiti ſunt.* Mons hodiè vocatur *Catalfano*, *ubi*, inquit Fazellus Dec. 1. lib. 10. *ingentis urbis vetuſta, diruta, ac magna quoque arcis mira ſpectantur ex quadratis lapidibus ruina.* Hæ ſunt ruinæ oppidi Eryces, cui, ſi Stephano credimus, in voce Ἀκράγας, nomen dedit amnis *Eryces*. Sed utrique nomen à monte, qui Punicè dictus eſt הרוכם *Harucas* vel הרכם *Harecas*, & Græcè Ἔρυκος vel Ἔρυξ, ut mons alius prope Drepanum, de quo abundè ſupra.

Sequuntur Leontini campi ubi habitaſſe putantur Læſtrygones. Hi cur Leontini dicantur ſuo loco docebimus.

In ejuſdem oræ Mediterraneis non procul ab urbe Eryce fuit Palicorum ædes, quam aſſerit Diodorus lib. 11. διαφέρειν τῶν ἄλλων ἀρχαιότητι καὶ σεβασμῷ, *antiquitate & veneratione cæteris antecellere* Quippe in vicinia lacus erant anguſti quidem, ſed in immenſum profundi, continua ſcaturigine ſemper ebullientes, quos crateres & *Dellos* locorum incolæ vocabant, & habebant in cultu maximo. Præcipuéque circa exigendum juxta eos jusjurandum præſens & efficax numen oſtendi credebatur. Nam ſi ſubeſſet jurijurando mala conſcientia, continuò pœna ſequebatur. Silius lib. 14.

Et qua præſenti domitant perjura Palici
Pectora ſupplicio.

Quamvis de ſupplicii genere parum conſtet inter ſcriptores. Macrobius falſum juratorem ſcribit in lacu vitam amittere; Polemo ἐμπεσόντα τελευτᾶν, *ſtatim expirare.* Ariſtoteles & Stephanus πίμπρασθαι, id eſt, arcano igne intus aduri. At perjuros alii ſcribunt oculis ſolùm orbari. Diodorus ubi ſuprà. τοῖς ἐπιορκήσασι σύντομος ἡ τοῦ δαιμονίου κόλασις ἀκολουθεῖ. τινὲς γὰρ τῶν ὀμόσαντες πηρωθέντες τὴν ἐκ τοῦ τεμένους ἄφοδον ποιοῦνται; *repentina numinis vindicta pejerantes ſequitur, nonnulli enim oculis capti fano excedunt.* Quod ſequutus Solinus, licet imperitè has aquas è Sicilia in Sardiniam transferat, ut rectè obſervatum à Cl. Salmaſio: *Quiſquis*, inquit, *ſacramento raptum negas, lumina aquis attrectas: ubi perjurium non eſt, cernit clarius: Si perfidiâ abnuis, detegitur facinus cæcitate, & captus oculis admiſſum tenebris fatetur.* Ita etiam Priſcianus ubi de Sardiniæ fontibus, ſed haud dubiè ex Solino:

- - - pandunt damnantque nefando
Perjuros furto, quos tacto flumine cæcant.

Et Iſidorus Orig. lib. 14. cap. 6. *Fontes habet Sardinia calidos, infirmis medelam præbentes, furibus cæcitatem, ſi ſacramento dato oculos aqua ejus tetigerint.* Palicorum venerationem auxit inſuper quod cùm in ſterilitate Siculi heroi cuidam ſacra feciſſent προστάξαντος αὐτοῖς τοῦ ἐκ Παλικῶν χρησμοῦ, *ita jubente Palicorum oraculo*, rediit agrorum fertilitas, ut apud Macrobium author eſt Xenagoras. Proinde illo ipſo teſte, Palicorum fanum multis ditavit donariis ſtulta Veterum ſuperſtitio. Atque illud deſcribit Diodorus, tanquam magnificè extructum, ςοαῖς etiam καὶ ταῖς ἄλλαις καταλύσεσιν, *porticibus & aliis diverſoriis* ſplendide exornatum. Servoſque addit à dominis eo confugientes, in eodem fano habuiſſe aſylum inviolabile.

Palicos vocari dicit Stephanus διὰ τὸ ἀποθανόντας πάλιν εἰς ἀνθρώπους ἱκέσθαι, *quia cùm mortui eſſent rurſus ad homines redierunt.* Quibus Æſchylus ita concinit:

Ἦ καὶ Παλικῶν εὐλόγως μένει φάτις,
Πάλιν γὰρ ἥκουσ᾽ ἐκ σκότους τόδ᾽ εἰς φάος.
Meritoque nomen his Palicorum obtigit,
Cum de tenebris rurſus in lucem everint.

Rem ita refert pluribus Macrobius lib. 5. Saturnal. *In Sicilia Symethus fluvius eſt. Juxta hunc nympha Thalia compreſſu Jovis gravida, metu Junonis optavit ut ſibi terra dehiſceret. Factum eſt. Sed ubi venit tempus maturitatis infantium, quos alveo illa geſtaverat; recluſa terra eſt, & duo infantes de alveo Thaliæ progreſſi emerſerunt, adpellatique ſunt Palici ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι, quoniam priùs in terram merſi, denuo inde reverſi ſunt.* Similia habet Servius in lib. 8. Æn.

Sed hæ ſunt gerræ Siculæ, nugæque nugaciſſimæ, ab Æſchylo & aliis non alia de cauſa confictę, quàm ut è Græca lingua Palicorum nomen peterent, quod eſt planè Punicum. Palici enim פליחין *Palichin* vel *Pelichin* è Pœnis nominati ſunt; ut Athenis Σεμναὶ θεαὶ, deducta voce à veneratione & cultu. Syris enim verbum פלח *pelach* colere eſt & venerari. Itaque פליחין colendos ſonat. Quo ipſo epitheto Æſchylus illos his verbis inſignivit:

Σεμνοὺς Παλικοὺς, Ζεὺς ἐφίεται καλεῖν.
Summus Palicos Juppiter venerabiles
Volait vocare.

Et verò Palicos non Jovis, ſed Adrani eſſe filios jam didicimus ex his Heſychii: Ἀδρανῷ δύο γεννῶνται υἱοὶ Παλικοὶ, *Adrano duo filii nati ſunt Palici nomine.* Quod multo eſt veriſimilius; quia tam Palici quàm Adranus ſunt ἐντόπιοι θεοὶ extra Siciliam nullibi noti. Adrani porrò vocabulum tam videtur eſſe Syrum quàm Adramelechi, ut jam diximus. Nec fruſtra Palicorum crateres, quos & pro fratribus haberi voluerunt, *Delli* appellabantur. Callias ubi de Eryce urbe: ὑφ᾽ ᾗ καὶ τοὺς Δέλλους καλουμένους εἶναι συμβέβηκεν· οὗτοι δὲ κρατῆρες δύο εἰσὶν, οὓς ἀδελφοὺς τῶν Παλικῶν οἱ Σικελιῶται νομίζουσι. *Sub qua & Delli ſiti ſunt. Hi crateres ſunt duo, quos fratres Palicorum eſſe Siculi exiſtimant.* Et Macrobius illum ſequutus: *Nec longè inde lacus breves ſunt, &c. quos incolæ crateres vocant, & nomine Dellos appellant,*

Digitized by Google

lant, fratreſque eos Palicorum æſtimant. Delli ſcilicet Pœnis erant indices. Nam Arabicè דל (*dalla*) *indicare* & דליל (*delil*) *indicium* ſonat. Itaque *Delli* dicti ſunt, quod ex eorum indicio perjuria innoteſcerent, cùm perjuri cæcitas aut ſubita mors detegebat admiſſum ſcelus. Ut taceam quod ex Ariſtotele refert Stephanus: ὅσα γὰρ ὀμνύει τις εἰς πινάκιον γράψας, βάλλει αὐτὸ εἰς τὸ ὕδωρ· Ἐὰν μὲν ἦν εὐορκῇ ἐπιπολάζει, ἐὰν δὲ μὴ εὐορκῇ, τὸ μὲν πινάκιον ἀφανίζεται; *quiſquis aliquid jurat, id tabellæ inſcriptum in aquam immittit: Quod ſi bona fide juret tabella innatat; ſi verò pejeraverit tabella evaneſcit.* Depreſſa nempe pondere ſuo, & in aquis demerſa: ut habet Ariſtoteles τὸ μὲν πινακίδιον βαρὺ γενόμενον ἀφανίζεσθαι. Quo altero documento res arcana palam fiebat. Quæ ſi vera ſunt, diabolus etiam hac in parte præſtitit ſe Dei ſimiam. Eadem enim aut ſimilis fuit virtus in aquis, quas ſub œconomia Legis bibere jubebatur mulier adulterii nomine viro ſuo ſuſpecta Num. 5: 17.

Nec ab hac diverſa vis fuit aquæ Asbamææ juxta Tyana Cappadociæ, ſi Philoſtrato credimus, cujus verba ſunt Apollonii ſui lib. 1. cap. 4. *Eſt autem circa Tyana, aqua Jovis (ut perhibent) ſacra, quam Asbamæam vocant. Fons ejus frigidus ſanè ſcatet: ebullit autem non ſecus atque igne calefactus lebes. Hanc puris & juramenti fidem ſervantibus aſpectu placidam & guſtu dulcem eſſe perhibent, perjuris verò & infidis palam adverſari. Ea pota namque oculos, pedeſque ac manus pejerantis invadit*, ὑδέροις καὶ φθόαις *aqua intercute & tabe totum corpus inquinans. Neque illinc diſcedendi facultas datur, ſed ibidem permanentes coram aqua ipſa ſuam deplorant calamitatem, palam quod pejerarunt profitentes.* Rhinuccinus, quem hic ſequor, pro *Asbamæam* habet *extinguibilem* nullo ſenſu, quaſi σβεστὸν ὕδωρ legerit pro Ἀσβαμαῖον. Neque id mutavit Jacotius. Tamen rectum eſt Ἀσβαμαῖον. Inde enim Suidas: Ἀσβαμαῖον, ὕδωρ οὕτω καλούμενον, *Asbamæa, aqua ſic vocata.* Et Ammianus lib. 23. *Apud Asbamæi quoque Jovis templum in Cappadocia, ubi ampliſſimus ille Philoſophus Apollonius traditur natus, apud oppidum Tyana, ſtagno effluens fons cernitur, qui magnitudine aquarum inflatus, ſeſeque reſorbens, nunquam extra margines intumeſcit.* Asbamæon Hebraicè eſſet מי־שבע *Me-ſeba* vel מי־השבע *Me-haſſeba*, aquæ juramenti: ut באר־שבע *Beerſeba* puteus juramenti. Sed Cappadoces quorum Syriſmus erat impuriſſimus, mutato vocum ordine dicebant *Asbamai*, ut Armeni *Tigranocerta* pro civitate Tigranis, & *Cholobet* pro Choli domo. Cappadoces Syris accenſeo non ratione originis, nam erant ex ſtirpe Gomer, ſed ratione ſermonis, qui à Syro non abhorrebat: unde eſt quod Leucoſyri dicebantur. Vide Stephanum in Σύροι. Sed ad Palicos jam redeo.

Fons Palicorum alio nomine vocatur *Menais Leontinorum, per quem cives ejus loci jurare ſiment.* Nempe à Menis urbe proxima, quæ poſteà Palice dicta eſt propter vicinos Palicos. Stephanus ex Apollodoro: Μέναι πόλις Σικελίας ἐγγὺς Παλικῶν, *Mena Siciliæ urbs prope Palicos.* Ita legendum, non Μένδαι, ut verè monet Cluverius. Qui idem τὰς Μένας faciens ex τὰς μὲν νέας in Diodori loco de Deucetio lib. 11. τὰς μὲν νέας ἥτις ἦν αὐτοῦ πατρὶς, μετῴκισεν εἰς τὸ πεδίον, καὶ πλησίον τοῦ τεμένους τῶν ὀνομαζομένων Παλικῶν ἔκτισε πόλιν ἀξιόλογον, ἣν ἀπὸ τῶν προειρημένων θεῶν ὠνόμασε Παλικὴν rectè interpretatur *Menas, quæ patria ejus erat, in apertum campum tranſtulit, & prope fanum Palicorum urbem præclaram extruxit, quam à dictis diis Palicam nuncupavit.* Meminit & Ptolemæus in Siciliæ deſcriptione, ubi ſcribitur Μέναι. Quin eandem Recentiores hodiéque durare ſcribunt & appellari *Meneo.* Tamen a Menis cives non dicuntur *Menas*, ſed *Menenus* vel *Menanus*, tanquam à *Meneno* vel *Menano.* *Menenios* habet Cicero Verrinâ tertiâ, & *Menannos* Plinius. Et in veteribus nummis utrumque reperire eſt. Unde pro *Menis* colligas *Meneum* etiam & *Menanum* eſſe appellatam. Quale quod *Menanum* vocat Diodorus, cùm de eodem Ducetio ſcribit: Μέναινον μὲν πόλιν ἔκτισε, καὶ τὴν σύνεγγυς χώραν τοῖς κατοικισθεῖσι διεμέρισε, *Menanum quidem urbem condidit, colonuſque eo deductis finitimum agrum diſtribuit.* Μέναι igitur & Μέναινον eadem urbs. Nempe Punicum nomen in abſoluto fuit מחנין *Manain*, in regimine מחני *Mane*; quorum illud in Μέναινον, hoc in Μέναι deflexum. מחנין *Manain* vel ut Hebræi ſcribunt מחנים *Mahanajim* propriè caſtra ſignificat. Sed & oppida ἀτείχιστα Hebr. vocantur מחנים ut Num. 13: 19. *Quales urbes in quibus habitat* הבמחנים אם במבצרים *utrum in Manaim, an in munitis locis?* Ubi LXX inverſo vocum ordine, εἰ ἐν τειχήρεσιν ἢ ἐν ἀτειχίστοις, & Vulgatus Interpres: *murata an abſque muris.* Fuit & Levitica urbs hujus nominis in Tribu Gad de qua Joſ. 21: 38. & in Scriptura paſſim. Veteres interpretes *Manaem*, *Manaim* & *Manain* ſcribunt. Joſephus Μανάλιν Antiq. lib. 7. cap. 1. Βασιλέα δ' ἐποίησεν αὐτῷ γῆν, κατὰ μὲν τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν Μανάλιν κατὰ δὲ τὴν Ἑλλήνων παρεμβολὰς λεγομένην, *Regiam ei elegit* (Abnerus Jeboſtho) *ad locum quem vernaculâ linguâ Manalin, Græcâ* παρεμβολὰς *ſeu caſtra vocant.* Sed reſcribendum Μανάιν vel Μαναίμ ex 2. Sam. 2: 8. ubi dubitant interpretes utrum מחנים propriè pro urbe *Manaim* ſumatur, vel appellativè pro *caſtris.* Prius ſequitur Chaldæus, poſterius Theodotion & Vulgatus Interpres: at Seniores ex utroque perperam conflata verſione habent ἀνεβίβασεν αὐτὸν ἐκ τῆς παρεμβολῆς εἰς Μαναΐμ, *traduxit eum è caſtris in Manaem urbem.* Imò *traduxit eum* vel *in caſtra* vel *in Manaem*; horum alterutri ſtandum: & cur præſtet de urbe ſumi palam eſt ex verſu 12. & ex ſitu locorum, & tota ſerie contextûs: ſed hæc in præſens miſſa facimus.

Leontinorum amnis eſt *Terias* hodiè *fiume di S. Leonardo.* Scylax: εἰς τοὺς Λεοντίνους δὲ κατὰ Τηρίαν ποταμὸν ἀνάπλους κ' σταδίων, vel ut emendat Cluverius μ' σταδίων, *ad Leontinos per Teriam fluvium ſurſum navigatio quadraginta ſtadiorum.* Rectè, nam & Geographus Arabs oppidum Leontinos à mari ſemovet עלי סתה אמיאל, *ad ſex milliaria*, id eſt, ſtadia 42. Diodorus lib. 4. ἐπὶ Λεοντίνους ἀναζεύξας ἐγγὺς τῆς πόλεως κατεστρατοπέδευσε παρὰ τὸν Τηρίαν ποταμὸν, *adverſus Leontinos ducens prope urbem ad Teriam amnem caſtra poſuit.* Plinius: *Flumina Symethus, Terias: Intus Læſtrygonii campi, oppida Leontini, &c.* Amnis Terias, id eſt, טריא *Terija*, quaſi commercii aut negociationis amnem dixeris, id eſt, negotiatorum. Radix טרא Syris propriè *dare* ſignificat, ut שקל *accipere.* Sed mercatorum ferè verbum eſt, ut cùm Talmudici dicunt שקיל וטרי *accepit & dedit*, id eſt, negotiatus eſt. Et Chaldæus Paraphraſtes שקלן וטרן *accipiunt & dans*, id eſt, negotiantur Cant. 3: 8. & Ruth. 4: 7. Inde טרון *taron* (dator) eſt mercator, & טריא (*terya*) datio eſt commercium. Cur inde dicatur *Terias* ex Cluverio didici, qui ex Thucydidis aliquot locis naves ultro citroque commeantium probat in eum Siciliæ amnem plerumque ſe recepiſſe. *Quia is in ſinum ſeſe effundit, quem ab ortu Solis hyberni efficit promontorium, cui nunc apud incolas vocabulum la cruce à forma eſt: egregiamque navibus præbet ſtationem, ad quam hodiéque Leontinorum eſt frumenti emporium.* Sed & Arabs Geographus notat uſque ad Leontinos, quamvis ſex milliaribus à mari diſtent, per illum amnem aſcendere אלמראכב בארסאקתא, *naves cum oneribus ſuis.* Quibus hæc Prudentii conſona lib. 2. contra Symmachum: *Clim. 4. part. 2.*

Numne

Digitized by Google

Numne Leontini ſulcator ſolvere campi
Ceſſet frugiferus Lilybao ex littore cymbas?

Nempe cùm Siciliam, Cereri ſacram inſulam, ante omnia commendet frugum incredibilis feracitas, tamen nullibi fertilior eſt quàm in agro Leontinorum. Polybius lib. 7. ἐπὶ τὰ Λεοντῖνα καλούμενα πεδία καὶ τὴν γεωργήσιμον χώραν, *ad campos quos Leontinos vocant, & regionem quæ culturæ maximè apta eſt.* Cicero Verrinâ tertiâ: *Quod caput eſt rei frumentariæ, campus Leontinus ſic erat deformis atque horridus, ut in uberrima Siciliæ parte Siciliam quæreremus.* Diodorus lib. 4. Διελθὼν ὁ Ἡρακλῆς τὸ Λεοντῖνον πεδίον τὸ μὲν κάλλ☉ τῆς χώρας ἐθαύμασε, *per Leontinum campum iter faciens Hercules, bonitatem agri demiratus eſt.* Idem de Dionyſio lib. 19. *Mercenarii autem, qui decies mille circiter erant, Leontinorum agrum & urbem in ſtipendium dedit* (Dionyſius) *qui* διὰ τὸ κάλλ☉ τῆς χώρας, *propter agri bonitatem conditionem libenter acceperunt, & agro ſorte diviſo in Leontinis habitarunt.* Plinius lib. 18. cap. 10. *Cum centeſimo quidem* grano *& Leontini Siciliæ campi fundunt.* Sidonius Carmine 22.

Quanta Leontino turgeſcit meſſis acervo.

Et Epiſt. 13. lib. 2. *Panis daretur è Leontina ſegete confectus.* Proinde mercatores, qui ut fruges compararent in Siciliam ſe conferebant, libentius appellebant ad Teriam amnem, qui Leontinorum agros ex utraque parte alluit.

Poſt Teriam eſt *Pantagias*, vulgò *Porcare*, amnis quidem valde exiguus. Silius lib. 14.

- - - ac facilem ſuperari gurgite parco
Pantagiam.

Sed rapidiſſimi curſûs, quique magno murmure per multa ſaxa in mare præceps devolvitur. Hunc mira vocum contractione Pantagiam dictum volunt, quaſi παντάχῦ παταγίαν, *ubique obſtreperum.* Servius in lib. 3. Æn. *Hic fluvius Siciliæ cùm plenus flueret, implebat ſonitu penè totam Siciliam; unde & Pantagias dictus, quaſi ubique ſonans. Hic poſtea cum Cereri quærenti filiam obſtreperet, tacere juſſus eſt Numinis voluntate.* Et Vibius in fluminibus: *Pantagias Siciliæ ita dictus, quod ſonitus ejus decurrentis per totam inſulam auditus eſt, uſque eo donec Ceres quærens filiam comprimeret eum.* At ut cętera taceam, *Pantaciam* appellarunt Græci veteres, non *Pantagiam.* Thucydides lib. 6. de Lamo quodam: ὑπὲρ Παντακύε τι ποταμῦ Τρώτιλόν τι ὄνομα χωρίον οἰκίσας, *ſuper flumen Pantaciam oppidum quoddam Trotilum nomine cùm condidiſſet.* In Ptolemęo legitur, Παντάχυ ποταμῦ ἐκβολαί, *Pantache fluvii oſtia*, quaſi à recto Πάνταχας *Pantachas.* Fallor an Pœni פתק *pattak* vocabant à verbo Syro פתק *petak*, id eſt, jaculari, projicere, & cum impetu propellere. Certè petitum inde nomen in Pantaciam maximè quadrat, qui ut Cluverius author eſt, *licet curſu ſit breviſſimus, ut qui ſex circiter ab Leontinis oritur paſſuum millibus, tamen hyberno tempore Leontinorum collium torrentibus, imbribuſque auctus, tanta vi devolvitur, ut magnam ſaxorum copiam ſecum trahat.* Unde Claudianus de raptu lib. 2.

- - - & ſaxa rotantem
Pantagiam.

Ad Alabi oſtium, qui ſequitur poſt Pantagiam, fuit *Hybla Megaris*; & verſus ſontes Hyblæi colles, mellificio tam celebres, ut mel Hyblæum cum Hymettio Atticæ de bonitate certare audeat. Martialis lib. 11. Epigr. 43.

Mella jubes Hyblæa tibi vel Hymettia naſci.

Et lib. 13. Epigr. 105.

Quum dederis Siculos mediis de collibus Hyblæ,
Cecropios dicas tu licet eſſe favos.

Silius lib. 14.

Tum quæ nectareis vocat ad certamen Hymettum
Audax Hybla favis.

Eos colles deſcribit Cluverius florum vario genere, maximè verò thymo lætos, & melle fœcundiſſimos, quod hodiéque æſtimatur totius Siciliæ nobiliſſimum. Proinde Alabum amnem Hyblę proximum dictum eſſe puto ab חלאוה *halava* ſeu dulcedine; voce Arabica quidem, ſed à verbo חלי deducta, quod Syris etiam eſt γλυκαίζειν dulceſcere. Unde & nomen חלי mellis epithetum, Ezech. 3:3. & paſſim. Alabi præter Ptolemæum multi alii meminêre. Sed pro Alabo Silio eſt *Alabis*, Heſychio Ἀλαβὼς, Diodoro & Stephano Ἀλαβὼν, corruptè Vibio *Alachis.* & Plutarcho Ἄβολ☉. Prope Megaridem ſeu Hyblam authore Diodoro lib. 4. Dædalus φιλοτέχνως ἐποίησε τὴν ὀνομαζομένην Κολυμβήθραν ἐξ ἧς μέγας ποταμὸς εἰς τὴν πλησίον θάλατταν ἐξερεύγεται, καλούμεν☉ Ἀλαβὼν, *mirâ ingenii ſolertiâ Colymbethram fecit quam vocant, ex qua magnus fluvius Alabo in proximum mare erumpit.* Hujus piſcinę veſtigia hodiéque extant prope Hyblę rudera.

Notandum eſt à Stephano tria oppida Hyblæ nomine in Sicilia cenſeri. Quorum Maxima fuit in Catanenſi agro: Parva, de qua in pręſens, ad oſtium Alabi: Minima in Siciliæ parte Auſtrali circa flumen Hirminium. Prima Hybla major dicitur, de qua egimus: Secunda *Megaris* & *Galeotis:* Tertia *Heraa.* Pro Galeoti *Geleatin* habet Thucydidęs lib. 6. & Pauſanias in Eliacis *Gereatin.* Sed *Galeotin* pręfero, quia cives à Stephano vocantur Γαλεῶται; ducto, ut videtur, nomine è Siculis vatibus *Galeis* ſeu *Galeotis.* De quibus ita Archippus apud Athenæum:

Γαλεοί γε πάντων μάντεων σοφώτατοι.
Galei Prophetarum omnium doctiſſimi.

Et Heſychius: Γαλεοί, μάντεις, ὗτοι κατὰ τὴν Σικελίαν ᾤκησαν, *Gales, vates, hi in Sicilia habitarunt.* Et Stephanus: Γαλεῶται, μάντεων εἶδ☉ Σικελῶν, *Galeota Siculorum vatum ſpecies.* Cic. de Divinat. lib. 1. *Huic interpretes portentorum, qui Galeota tum in Sicilia nominabantur, reſponderunt, ut ait Philiſtus,* &c. Ælian. lib. 12. cap. 46. ἔφασαν δὲ οἱ Γαλεῶται πρὸς τὸν Διονύσιον ἐρόμενον ὑπὲρ τούτων, ὅτι ταῦτα μοναρχίαν δηλοῖ, *Dionyſio* (Siciliæ tyrannio) *de his interroganti Galeota reſponderunt monarchiam illa ſignificare.* Mythologi apud Stephanum à Galeote deducunt filio Apollinis & Themiſtûs. Nempe ad fabulas confugerunt, cùm neſcirent Phœnicium גלה *gala*, unde *Gales* & *Galeota* dicti, propheticum eſſe vocabulum. Sic Amos 3: 7. *Non faciet Dominus Deus quicquam, niſi* גלה *(gala) revelaverit ſecretum ſuum ſuis Prophetis.* Et 1 Sam. 3: 21. נגלה *revelatus fuit Dominus Samueli in Silo.* Galeus Phœnicibus erat גלוי *galui* ut Num. 24: 4. vel גלי *gali*: cujus plurale modò maſculinę terminationis גליים *gelajim*, modò fœmininę גליות *gelajot.* Inde *Gales* & *Galeota.* Sic ex ארי plur. אריים vel אריות: multa ſunt hujuſmodi. Notandum eſt vates Græcè etiam *Hybletas* dici. Heſychius: Ὑβλήτης, μάντις *Hybletes, vates*, nempe, ut quidem ſuſpicor, Siculorum dialecto, ab ea Hybla facto nomine in qua vates Galeotę. De Mago, quem è Galeotide in Cretam evocavit Minos, vide Suidam in Ἀκέσματα.

Sequitur *Thapſus* oppidum vetus in peninſula ſitum; de quo ſic Thucydides lib. 6. Ἔστι δὲ χερσόνησ☉ μὲν ἐν στενῷ ἰσθμῷ προέχουσα εἰς τὸ πέλαγ☉, τῆς δὲ Συρακουσίων πόλεως ὄυτε ὁδὸν πολλὴν ἀπέχει, *peninſula eſt anguſto iſthmo in mare procurrens, à Syracuſis parum diſſita.* Et Stephanus: Θάψ☉, πόλις Σικελίας, ἔστι καὶ Χερσόνησ☉ ἐν τῷ στενῷ τοῦ ἰσθμοῦ, *Thapſus urbs Siciliæ, eſt & Cherſoneſus in Iſthmi anguſtiis.* Rectè uterque ἐν στενῷ ἰσθμῷ vel ἐν τῷ στενῷ τοῦ ἰσθμοῦ. Reve-

Digitized by Google

ra enim tam anguſta cervice continenti jungitur, ut eminus conſpicientibus videatur eſſe inſula. Nec deſunt qui inſulam appellent. Servius in 3. Æn. *Thapſus inſula non longè à Syracuſis, plana & penè fluctibus par.* Itinerarium inſulare: *Inſula Thapſus diſtat ab oppido Megara, id eſt, caſtello Syracuſanorum ſtadia* XL. Neque alia mens Dioſcoridis cùm *Thapſiam* ſcribit ἐν Θάψῳ τῇ νήσῳ primùm eſſe repertam. Neque enim terrarum uſpiam ulla alia eſt inſula Thapſus. Et fallitur Marcellus, cùm vult unam eſſe Sporadum. Quamvis præeuntem habuerit Nicandri Scholiaſten in Theriaca. verſ. 529. Quin eadem peninſula vocatur hodiéque *l'Iſola delle Manghiſi.* Itaque Thapſi nomen ſumptum putaverim ex Phœnicio תפשיחא *Thapſiha*, quod pro abſciſſione ſumitur in Hebræorum libris. Nempe Siciliæ Thapſus tam anguſto collo cohæret, ut ab ea putetur eſſe divulſa & planè abſciſſa.

Jam ventum ad *Syracuſas*, non Sicularum modò, ſed & Græcarum urbium maximam & pulcherrimam, conditam ab Archia Corinthio annis ante Chriſtum plus ſeptingentis. Hujus partes quatuor, *Inſulam, Acrudinam, Tychen, & Neapolim* multis deſcribit Cicero Verrinâ quartâ. Alii quintam addunt *Epipolas.* Portus duplex: Major unus octoginta ſtadiorum, cujus fauces quingentis paſſibus patent, ad Ortygiam inſulam Arethuſa fonte inſignem. Sed & vicinum agrum potant alii fontes, *Temenitis, Archidemia, Magaa, Cyane, Melichio*; & nobile flumen *Anapus.* Murorum ambitus apud Strabonem erat ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα ςαδίων, *centum & octoginta ſtadiorum*, id eſt, XXIV M paſſuum. Dicit Livius lib. 25. in Syracuſis captis *prædæ tantum fuiſſe, quantum vix capta Carthagine fuiſſet.* Plutarchus etiam in Marcello: λέγεται ἐκ ἐλάττονα τότε ἢ τὸν ὕςερον ἀπὸ Καρχηδόνος διαφορηθέντα πλοῦτον γενέσθαι, *ajunt non minus hic opum captum, quàm in ipſa poſtea Carthagine.*

Fullerus Miſcellaneorum lib. 4. cap. 10. Syracuſarum nomen Punicè ſcribit צורכוסיא *Sor-Coſja*, quaſi *Tyrum latentem* dicas. Fruſtra, cùm Syracuſas non condiderint Phœnices, ſed Græci Dorienſes Archia duce; vide Thucydidem, Strabonem, & alios; ſed præcipuè Marcianum Heracleotam, qui ſimul nominis originem aperit hiſce verbis:

Τὸ δὲ Ζέφυρον τῆς Ἰταλίας οἱ Δωριεῖς
Κατεῖχον. Ἀρχίας δὲ τούτους προσλαβὼν
Ὁ Κορίνθιος μετὰ Δωριέων κατῴκισεν
Ἀπὸ τῆς ὁμόρου λίμνης λαβοῦσαν τοὔνομα
Τὰς νῦν Συρακούσας παρ' αὐτοῖς καλουμένας.
Zephyrum tenebant Dorienſes Italæ
Telluris. Illos Archias Corinthius
Ad ſe vocavit, & per illos condidit
Urbem potentem, quam Syracuſas vocant,
Sumpto è palude proxima vocabulo.

Paludem intellige *Syraco*, de qua Stephanus ubi de Syracuſis: καὶ λίμνη, ἥτις καλεῖται Συρακώ, *palus etiam eſt quæ vocatur Syraco.* Melius quàm *Tyraca*, quomodo ſcripſit Vibius in Catalogo paludum: *Tyraca Syracuſis.* Nam à *Tyraca Tyracuſæ* dictæ eſſent, non *Syracuſæ.* Et *Syraco* vox Phœnicia, ut *Hanno, Giſco, Dido, Samatho.* Radix סרח *ſerach* vel *ſarach* fœtere eſt. Vox apud Syros & Hebræos eſt in multo uſu ex Jerem. 49: 7. *Cheth* expreſſum per *cappa*, quomodo in *Thapſaco*, & *Carrhis*, & *Calacina*, & *Malaca*, & ſimilibus. Nec immeritò ἀπὸ τῆς δυσωδίας, *à fœtore* nomen paludi factum, cujus exhalationes morbos creabant plurimos; ut in eadem Sicilia Selinuntios olim invaſit peſtis διὰ τὰς ἀπὸ τοῦ περικειμένου ποταμοῦ δυσωδίας, *propter adjacentis amnis fœtores*, ut habet Laërtius lib. 8. in Empedocle. Et in Etruria Graviſcis nomen eſt factum à gravitate aëris propter paludem imminentem; unde Poeta lib. 10. Æn. *intempeſtaque Graviſcæ*, id eſt, peſtilentes, ut ex Plinio & Catone interpretatur Servius: & Rutilius in Itinerario:

Inde Graviſcarum faſtigia rara videmus,
Quas premit æſtiva ſæpe paludis odor.

Id ipſum Syracuſani ſuo damno ſæpe experti ſunt, & ferè quotquot hoſtes æſtatis aut autumni menſibus Syracuſas circumſederunt. Hinc illud Diodori lib. 13. de Athenienſibus hanc urbem obſidione prementibus: διὰ τὸ τοὺς περικειμένους τόπους ὑπάρχειν ἑλώδη, λοιμικῆς καταστάσεως εἰς τὸ στρατόπεδον ἐμπεσούσης, quæ Cluverius ita reddidit: *cùm peſtis exercitum ob circumjacentis paludis exhalationem corripuiſſet.* Et lib. 14. de Carthaginienſibus quos ibidem per æſtivos ardores gravis invaſerat lues: ἐδόκει δὲ καὶ ὁ τόπος αἴτιος γεγενῆσθαι πρὸς τὴν ὑπερβολὴν τῆς συμφορᾶς. Καὶ γὰρ Ἀθηναῖοι πρότερον τὴν αὐτὴν ἔχοντες παρεμβολὴν, πολλοὶ διεφθάρησαν ὑπὸ τῆς νόσου ἑλώδους ὄντος τοῦ τόπου καὶ κοίλου. *Locus etiam videtur fuiſſe in cauſa cur calamitas modum ſuperaret. Nam & Athenienſes plurimos iiſdem antea caſtris fœda ſtrage morbus abſumpſerat, propterea quod locus ille paluſtris eſt & concavus.* Ita cùm eidem urbi Marcellus immineret: *Acceſſit* (inquit Livius lib. 25.) *peſtilentia commune malum.* Et paulò poſt: *temporis & loci vitio, & ægri erant & moriebantur.* Item: *Siculi ut primum videre ex gravitate loci vulgari morbos, in ſuas quiſque propinquas urbes dilapſi ſunt. At Carthaginienſes, quibus nuſquam receptus erat, cum ipſis ducibus Hippocrate atque Himilcone, ad internecionem omnes perierunt:* Cauſam ad conditorem referunt. Myſcellus enim & Archias, cùm Delphos ſe contuliſſent oraculum conſulturi de loco condendæ urbis, ab Apolline rogati utrum mallent,

Πλοῦτον ἔχειν κτεάνων, ἢ τερπνοτάτην ὑγίειαν,
Divitiis pollere, locoſve habitare ſalubres,

Salubritatem Myſcellus, & Archias divitias elegit. Proinde Myſcello Croton, & Archiæ Syracuſæ obtigerunt. Quarum urbium illa ſaluberrima, ſed pauper fuit; Hæc ditiſſima, ſed inſalubris. Hanc ſive hiſtoriam ſive fabulam referunt Strabo lib. 6. Et Stephanus in Συρακοῦσαι: Et Ariſtophanis Scholiaſtes in Equit. ad verbum πλουτυγίειαν, quo Comicus tribuit Athenis Syracuſarum opes, & Crotonis ſalubritatem: Et Suidas verbo Ἀρχίας, & rurſus in Μύσκελος.

Circa Syraco paludem exit *Anapus* amnis. Is, ſi credimus ſcholiis in Theocritum, dicitur ὡς ἄνευ πόσεως ὤν, καὶ βληχρὸν ἔχων ὕδωρ, ἢ παρὰ τὸ τοῖς ποσὶ μὴ διαβατὸς εἶναι, *quia ſine potu eſt, & debilem habet aquam, aut quia pedibus trajici non poteſt.* Quæ cùm falſa ſint & ἀσύστατα, videant peritiores annon ab ענב *anab*, id eſt, ab uva deducatur Anapi nomen. Uvis certè fertiles agros fuiſſe Syracuſanos circa Anapum vel ex Theocrito colligere eſt, qui cùm in Homero legiſſet terram Cyclopum ferre vinum ἐριστάφυλον *magnæ uvæ*, putavit agi de ſolo circa Anapum, quia utrobique par fertilitas. Unde eſt quod Idyll. 7. Polyphemo ad Anapum metatur ſedes. Verba ſunt:

Ἆρά γέ πα τῆνον τὸν ποιμένα τὸν ποτ' Ἀνάπῳ
Τὸν κρατερὸν Πολύφαμον, ὃς ὤρεσι λᾶας ἔβαλλε.
Illene quo ad ripas paſtor Polyphemus Anapi,
Saxa giganteis manibus prægrandia torſit?

Ad Anapi fontes erat *Herbeſſus*, oppidum in monte ſitum, cui altiſſimi ſpecus ſuberant, ut & alteri *Herbeſſo* in Sicanis ſupra Agrigentum. Unde eſt quod ab Erebo nomen habuiſſe volunt Fazellus & Cluverius. Sed ut alia taceam, obſtat aſpiratio. Nam *Herbeſſenſes* ſcribit Plinius, non *Erbeſſenſes.* Neque vox mendi ſuſpecta, quia eſt in catalogo populorum Siciliæ, quorum nomen incipit ab H. Itaque *Herbeſſus* potiùs videtur eſſe הר בצוע *Harbetſua* mons exciſus vel excavatus, aut הרבצע

הר־בצע *Har-betſa* mons foveæ, id eſt, ſuffoſſus. Nam ab Hebręo verbo בצע ſcindere vel concidere, בצע *betſa*, eſt fractura terræ, fovea, foſſa, lacuna. A qua ſignificatione parum recedit βόθρος Græca vox inde nata.

Eſt & ad Anapum campeſtris urbs *Cacyrum* vel *Cacirum*, hodiè *Caſſaro*, ut volunt. Κάκυρον ſcribit Ptolemæus, ſed Plinius *Cacirinos* populos tanquam à Caciro. *Cacirum* permutato vocalium ordine factum videtur ex ככר *cicar*, quod nomen planitiem ſonat. Hinc Gen. 13: 10. ככר הירדן *planities Jordanis*. Et verſ. 12. בערי הככר *in urbibus planitiei*.

Anapus in Syracuſarùm magnum portum ſe exonerat, cujus intima pars Δάσκων *Daſcon* vocatur à Thucydide lib. 6. & Diodoro lib. 13. & 14. An quia magnus portus Ortygiam inſulam habet in oſtium ſuum ita projectam, ut ſtagnum aut piſcinam figurâ imitetur, quod Arabicè eſſet דסק *daſacon* aut דיסק *daiſacon*? Vide Giggeium. Sic minor portus ejuſdem urbis Diodori lib. 14. Λάκκιος appellatur à figura τοῦ λάκκου ſive ciſternæ. Et in ſinu Carthagin. *mare ſtagnum dicitur, quoniam objecta protenta lingua ſtrangulatur*. Eutropius lib. 4.

Jam pauca de Arethuſa Ortygiæ inſulæ fonte, quem Nemeâ primâ Pindarus vocat ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ, *reſpiramen venerandum Alphei*, quia creditur eſſe ἀναπνοὴ & quaſi oſtium Alphei amnis in Elide quadringentis paſſuum millibus inde diſſiti. Cui fabulæ ſtatuminandæ Veteres multa confingunt prodigioſa commenta. Alpheum ſcilicet per occultos terræ meatus mare interjectum emetiri, & in Syracuſano littore emergentem Arethuſam fontem facere. Proinde aquas infici, cùm Olympię in Elide boves immolantur: & pateram in Alpheum prolapſam ad Arethuſam eſſe delatam. Nec deſunt quibus videtur Alpheus non ſubter, ſed ſuper mare ſinceris aquis ad Ortygiam uſque ferri. Neque id Poëtæ ſolum & Grammatici, ſed & Geographi aſſerunt Mela, Plinius, Solinus; & ex hiſtoricis Timæus & Pauſanias; & è Philoſophorum grege Seneca Natural. Quęſt. lib. 6. cap. 8. *Quid*, inquit, *cùm vides Alpheum celebratum Poetis, in Achaia mergi: & in Sicilia rurſus, transjecto mari, effundere amœniſſimum fontem Arethuſam?* Tamen idem lib. 3. cap. 26. rei fidem ſublevat, ſed altero haud quaquam probabiliore commento. Verba ſunt: *Quidam fontes certo tempore purgamenta ejectant, ut Arethuſa in Sicilia, quintâ quaque ætate per Olympia. Inde opinio eſt Alpheum ex Achaia eò uſque penetrare.* Itaque Straboni potior fides, qui rem totam rejicit inter fabulas & deliramenta Veterum, variis rationibus, quas apud illum legere nemini non eſt obvium. His igitur omiſſis, nobis ſufficiet hic indicare unde nata ſit hęc fabula. Pœnos ſuſpicamur hunc fontem appellaſſe עין־חלפי *en-halphe* aut חלפיא *halphaja* fontem ſalicum, à ſalicibus ambientibus; vel עין־אלפי *en-alphe* aut אלפיא *alphaja* fontem navium, quia in extrema Ortygia littori erat proximus, nec procul ab oſtio celeberrimi portûs. Strabo de Ortygia lib. 6. κρήνην δ' ἔχει τὴν Ἀρέθουσαν ἐξιεῖσαν ποταμὸν εὐθὺς εἰς τὴν θάλατταν, *fontem habet Arethuſam qui fluvium ſtatim in mare emittit*. Cicero Verrinâ quartâ: *In hac inſula extrema eſt fons aquæ dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine; pleniſſimus piſcium, qui fluctu totus operiretur, niſi munitione ac mole lapidum à mari disjunctus eſſet.* Sed & Geographus Arabs hunc fontem ſcaturire dicit מן נרף עלי חאשיה אלבחר *è tumulo ad littus maris*. Unde eſt quod Veteres ad Arethuſam referebant hæc Homerica lib. 9. Odyſſ. verſ. 140.

> Αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος ῥέει ἀγλαὸν ὕδωρ
> Κρήνη ὑπὸ σπεῖους.

> *In portûs aditu nitidis argenteus undis*
> *Fons fluit ex antro.*

Pro Syris חלפי *hilphe* & אלפי *ilphe*, Phœnicio more ſcribimus *halphe* & *alphe*. Tale Phœnicum *nabla*, unde *nablium*, pro Syro נבלא *nibla*; *Naxa* ſacrificium, unde *Naxus* inſula, pro Syro נכסא *nicſa*. Et pro Talmudico אידן *idan*, quod ſalicis ſpeciem ſonat. Tyrii dixerunt *adan*, ut ex Heſychio conſtat. Tale fons *halphe* ſalicum pro Syro *hilphe*, aut *alphe* navium pro Syro *ilphe*. Et ob hoc ipſum Juppiter Cretæ regulus, cum inſtructo myoparone rapuiſſet Europam, dictus eſt à Phœnicibus tum habuiſſe tauri formam, quia Phœnicium *alpha* tam bovem quàm navem ſonat. Proinde fabula nititur æquivocatione vocis; & cùm hiſtoria de raptu Europę באלפא *in alpha* de nave eſſet intelligenda, maluerunt de tauro ſumi, ut res eſſet θαυματωδέστερος. Gręci itidem, qui tum temporis in fabulas erant maximè proclives, cum ad Ortygiam inſulam appellentes Arethuſam à Barbaris appellari reperiſſent fontem *halphe* & *halphaja* (*ſalicum*) vel *alphe* & *alphaja* (*navium*,) id eſt, ubi nautas adaquari moris erat, nec ſibi facile in animum inducerent è tantilla inſula poſſe oriri tam largas aquas; ex indicio nominis collegerunt illas ab Alpheo derivari. Unde factum, ut qui fons *Halphaja* vel *Alphaja* Punicè appellabatur, Græcè diceretur *Alpheias*, tanquam ab Alpheo Elidis. Ovidius lib. 5. Metam.

> *Tum caput Eleis Alpheias extulit undis.*

Quid quod ipſum Arethuſæ nomen (licet vetuſtiſſimum & commune multis fontibus in Græcia, in cęteris uni in Ithaca, cujus in Homero mentio eſt) tamen eſt Syræ originis. (Odyſſ. 1. v. 408.) Grammaticorum ſomnium eſt quod ex Heracleonte refert Stephanus: Ἀρῶ ἐστι τὸ ποτίζω, ὃ τὸ ἄρδω παράγωγον· ἐκ τούτου ἀρέθω. Nam nec ἀρῶ nec ἀρέθω, unde volunt dici Arethuſam, in rigandi ſignificatione uſquam occurrunt. Et ex ἄρδω fieret Ἄρδουσα non Ἀρέθουσα. Sed Græca flexione dempta, ſtatim conſtabit hanc vocem natam eſſe ex ארית *arith* Syra, quæ pro יאר *rivo*, & אגם *ſtagno* paſſim occurrit in Chald. Paraphraſi. Arethuſam igitur Phœnices videntur etiam ארית *Arith* appellaſſe, vel ſimpliciter, vel addito epitheto ארית כבירה *Arith Cabira*, id eſt, rivum aut ſtagnum magnum. Unde duo fontis nomina *Arethuſa* & *Cypara*, in uſu apud Gręcos. Heſychius: Κύπαρα, ἡ ἐν Σικελίᾳ κρήνη Ἀρέθουσα, *Cypara, Sicula fons Arethuſa*. *Cypara* factum ex *Cabira*, tranſpoſitis vocalibus, ut in *Cacypari*, de quo mox, ex חיק כביר *chec cabir*, & in *Caciro* ex ככר *cicar*. Rivus aut ſtagnum magnum cur dicta fuerit Arethuſa, patet ex deſcriptione. Cicero ubi ſuprà: *In hac inſula extrema eſt fons dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine.* Diodorus lib. 5. ubi de Ortygia inſula: Κατὰ τὴν νῆσον ταύτην ἀνεῖναι (φασὶ) τὰς νύμφας ταύτας, χαριζομένας τῇ Ἀρτέμιδι, μεγίστην πηγὴν τὴν ὀνομαζομένην Ἀρέθουσαν. *Nymphas illas aiunt, in Dianæ gratiam, in eâ inſula maximum excitaſſe fontem, quem Arethuſam vocant.* Thomas Fazellus Siciliæ ſuę Decad. 1. lib. 4. cap. 1. *Incredibili olim erat magnitudine, vel ea ratione quod plerique fontes, qui circumquaque emergunt, &c. ſimul confluentes lacum efficiebant, qui uno ambitûs ſtadio à ſpecu unde nunc exundat, ad fontem aſque, qui ætate mea à Canalibus nomen habet, protendebatur ut ex ſcruporum aquarumque veſtigiis adhuc cernitur.* In Stephano Κύπαρα dici videtur Arethuſa non Sicula, ſed Ithacenſis. Ἀρέθουσα, inquit, κρήνη Σικελίας, ἔστι καὶ Ἰθάκης, &c. Αὕτη Κύπαρα ἐλέγετο, *Arethuſa fons Siciliæ, eſt & Ithacæ fons, &c. Is Cypara dicebatur.* Sed hęc verba, Αὕτη Κύπαρα ἐλέγετο, loco mota ſunt, & legenda ſtatim poſt Σικελίας.

Dum in Arethuſa ſumus, non erit extra rem

quærere quid ſit *Thymbris* in his Theocriti Idyll. 1.

—— χαῖρ' Ἀρέθοισα
Καὶ ποταμοὶ τοὶ χεῖτε καλὸν κατὰ Θύμβριδος ὕδωρ.
—— *ſalve Arethuſa*
Et fluvii pulchram in Thymbrim qui funditis undam.

Sunt qui fluvii nomen eſſe volunt, qui tamen in illo tractu nuſquam comparet. Heſychius: Θύμβρις, ὄνομα ποταμοῦ. Alius mare placet ſic dici quâdam linguâ quam non nominant. Græcus Scholiaſtes: ποταμὸν Σικελίας εἶναί φασι καὶ τοῦτον. Ἄλλως. Θύμβρις κατά τινα γλῶσσαν ἡ θάλασσα, *etiam hunc Siciliæ amnem eſſe ajunt. Aliter: Thymbris juxta quandam linguam eſt mare.* In qua ſententia fuiſſe videtur Aſclepiades Myrleanus Grammaticus magni nominis, quem Suidas author eſt Romæ ſub Pompejo docuiſſe. Sequitur enim: Ἀσκληπιάδης δὲ ὁ Μυρλεανὸς διὰ τοῦ Δ γράφει Δύμβριν, ἡ κατὰ γλῶσσαν θάλασσα, *Aſclepiades Myrleanus per D ſcribit Dymbris, quæ* occultiore *lingua eſt mare.* Atque ea interpretatio cum Poëtæ verbis mirè congruit, cùm Arethuſa & fluvii omnes tandem in mare ferantur, ut obſervat Divinus Scriptor, Eccleſ. 1: 7. Itaque *Thymbrin* vel *Thumbrin* Græcos deflexiſſe putaverim ex Phœniciis תהום בחר *tehum bahar* vel תהום בחרין *thehum baharin*, quaſi *maris* aut marium abyſſum dixeris. Cui opponuntur תהומות הארץ *abyſſi terræ* ex Pſal. 71: 20. *Bahar* pro mari in uſu eſt Arabum, à quibus Pœnos obſervo multa verba mutuari. Sic ζιγγίβερι *zangiber* dici putant ex *bahar* & *Zingi*,

Dioſcor. lib. 1. Gal. lib. 6. ſimpl. Ptol. lib. 4. cap. 7.

quia Dioſcoride & Galeno teſtibus ex Barbaria Troglodytica defertur, ubi eſt Zingis. Hinc Teixeira de Regibus Perſ. lib. 1. cap. 6. *Zanguebar, que es mar de los Negros de Zanguy.* Tamen Arabes non ſcribunt זנגיבחר *zangibahar*, ſed זנגבל *zangibel.*

Poſt Anapum deſcribit Cluverius ex Plutarchi Dione τῆς Συρακουσίας τὴν καλουμένην Γυάτα, πολλὴν καὶ ἀγαθὴν χώραν, ἀνήκουσαν ἀπὸ θαλάττης εἰς τὴν μεσόγειον, *Syracuſani agri regionem amplam & fertilem Gyata* (vel *Guata*) *nomine à mari in mediterranea porrectam.* Punicè גותא *gavata* medium ſonat. Itaque nonniſi τὰ μεσόγεια Pœni videntur hac voce deſignaſſe.

Sequitur è Thucydidis lib. 7. amnis Κακύπαρις *Cacyparis*, ita dictus, ut quidem puto, à ſinu magno in quem ſe effundit, prope Ptolemæi Μακρὸν ἄκρον *longum promontorium.* Punicè enim *Cacyparis* videtur eſſe חיק כביר *chec cabir* ſinus magnus.

A Cacypari proximè diſtat Ptolemæi Ὄρινος *Orinus*, qui Thucydidi eſt Ἐρινεὸς *Erineus.* Orinus vel חור־עין *Ur-Ain* eſt *Albus fons.* Tamen urbem ſeu ſtationem, quam hodiè appellant *Fontane bianche*, Cluverius ad Cacyparin deſcribit, non ad Erineum, quaſi ſit Plinii Nauſtathmus.

Jam qui ſequitur Diodoro lib. 13. & Plutarcho in Nicia *Aſinarus*, Thucydidi lib. 7. *Aſſinarus*, Punicè erat הצנור *haſſinor.* Propriè צנור *ſinnor* eſt tubus per quem aqua in declive fertur, puta ex monte vel ex tecto. Sic Pſal. 42: 8. *Abyſſus abyſſum invocat ad vocem* צנוריך (*ſinnoreca*) *tuborum* vel *emiſſariorum tuorum.* LXX. τῶν καταῤῥακτῶν σου. Vulgata itidem *cataractarum tuarum.* Chaldæus זלחי מרזביך *defluxionum canalium tuorum.* Kimchius in hunc locum: *Effuſæ ſunt ſuper nos afflictiones, ut aqua tectis defluunt ex* הצנור (*haſſinor*) *tubo, & murmure ſuo obſtrepunt.* Aben-Ezra: *Meminit* הצנורים (*haſſinurim*) *tuborum, quia deſcendunt aquæ ex celſis montibus. Aſſinarus* igitur fluvius ita dictus eſt, quia profundo & confragoſo alveo tanquam tubo incluſus, devolvitur in præceps. Ita deſcribit Thucydides: οἱ Ἀθηναῖοι ἠπείγοντο πρὸς τὸν Ἀσσίναρον ποταμόν, &c. ὡς δὲ γίγνονται ἐπ' αὐτῷ, ἐσπίπτουσιν οὐδενὶ κόσμῳ ἔτι, ἀλλὰ πᾶς τέ τις διαβῆναι πρῶτος βουλόμενος. Οἱ δὲ Συρακούσιοι, ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα τε τοῦ ποταμοῦ παραστάντες (ἦν δὲ κρημνώδης) ἔβαλλον ἄνωθεν τοὺς Ἀθηναίους, ἐν σφίσιν αὐτοῖς ταρασσομένους. *Athenienſes ad Aſſinarum amnem feſtinabant, &c. Ut verò eò pervenêre, nullo jam ordine in eum ruunt, pro ſe quiſque primus omnium tranſire properantes. At ex utraque parte ſuperſtantes Syracuſani (erat autem amnis præceps) deſuper miſſilibus Athenienſes conficiebant, in cavo fluminis alveo inter ſe perturbatos.* Hæc deſcribere non piguit, quia non parum conferunt ad explicationem vocis צנור, quæ bis ſolùm occurrit in Scriptura, nempe quo loco diximus, & 2. Sam. 5: 8. ubi Hieronymus exponit *domatum fiſtulas*, rectè omnino: cùm Chaldæus & Græci & plerique Hebræorum planè in diverſa abeant.

Ad Aſſinari fontes eſt Νέητον oppidum ut Ptolemæus, vel *Netum* ut ſcribit Silius. Cives Νεαιτῖνοι Diodoro lib. 23. *Netini* Plinio & Ciceroni. Hodiè *Noto* appellant, atque ex eo *Val de Noto* tertiam inſulæ partem verſus Pachynum. Νέητον haud dubiè contractum eſt ex נוה איתן *neve etan.* Quo ipſo ordine extant in Hebræo Textu hæ voces, Jer. 49: 19. & 50: 44. ubi rectè noſtra Verſio vernacula *l'habitacle du pais rude.* Omninò enim נוה איתן *neve etan* habitatio eſt aſpera & confragoſa, vel ipſo Moſe interprete, qui de Cenæo ſic habet, Num. 24: 21. איתן מושבך, ושים בסלע קנך *Etan habitatio tua, & pone in petra nidum tuum.* Hoc porrò nomen ad Νέητον quàm rectè quadret diſce ex ipſa oppidi deſcriptione apud Fazellum Dec. 1. lib. 4. cap. 2. *Magno fluvii Aſinari fonti moles quædam edita ſaxoſa & aſpera, licet plana, veluti & tota adjacens regio, incubat inſtar peninſulæ, cujus iſthmus Aquilonem reſpicit, ſatis undique foſſis natura præcincta ac munita, aſperrimiſque rupibus mille quingentorum paſſuum ambitu circumſepta. In ea ſita eſt urbs vetuſta & ingens, &c. Neetum Ptolemæo, ſed hodie Notum vulgò dicta. Habet duas duntaxat portas: ad Iſthmum unam, cui & arx inhæret, alteram qua flumen & mare petitur. Eſt ea parte acceſſu difficilis; quippe cujus aſcenſus paſſuum eſt mille, obliquus, peracclivis & arduus, maximaque ex parte excavatis rupibus manufactus; quem vel pauciſſimi viri manu tueri poſſunt.*

Inter Neetum & Pachynum non procul à littore manent rudera vetuſtæ urbis, quæ à locorum accolis *Macharis* appellatur, & *Cumella.* De ea ſic Fazellus Dec. 1. lib. 4. cap. 2. *Erat ejus ambitus, prout clarè ex veſtigiis conſtat, paſſuum mille & quingentorum, &c. viſuntur tota urbe plurima ædificiorum tum privatorum, tum etiam publicorum veſtigia ſemidiruta paſſim obvia, viæque ut lata ita & proportione longa. Templum eſt in ea orbiculare & teſtudinatum, priſco artificio ex quadratis lapidibus elaboratum, &c. Fanum item alterum eſt ejuſdem formæ, ſed vetuſtate collapſum. Balnea quoque antiqua architectura ſunt in ea, quæ ab imperitis templum fuiſſe cenſentur. In medio etiam urbis ſpecus longiſſima, & pro tractus ratione lata, viis & frequentibus utrimque ſepulchris diſtincta, non ſine voluptate inſpiciuntur, quod ſubterraneæ quaſi civitatis ſpeciem præ ſe ferant. Extra mœnia verò ad paſſus mille Occidentem verſus ſpecus ſunt aliæ ingentes, & eodem penè modo in rupe excavatæ, quæ ab accolis hodiè Grutta Macharis appellantur, tumulorum frequentia inſignes.* Ex Cluverii ſententia hæc eſt *Ina* Ptolemæi & *Ichana* Stephani; unde Plinio *Ichanenſes.* De ratione nominis Stephanus ita nugatur: Ἴχανα πολίχνιον τῆς Σικελίας, διὰ τὸ τῇ αὐτοῦ ἁλώσει πολλὰ προσλιπαρῆσαι τοὺς Συρακουσίους. Ἰχανᾶν γὰρ τὸ ἐπιθυμεῖν, *Ichana Siciliæ oppidum, inde dictum quod in ejus expugnatione multam operam impenderint Syracuſani.* ἰχανᾶν *ſcilicet concupiſcere eſt.* Vides, Lector, criticum jecur. Quin Ichanam ajo idem eſſe

Digitized by Google

eſſe nomen quod in Vulgata *Jachanam*, Joſ. 12: 22. & *Jeconam*, Joſ. 19: 11. & *Jecnam*, Joſ. 21: 34. Quibus locis Hebręus Textus conſtanter habet יקנעם *Jokneam*. Fuit id Phœnices oppidum ad Carmeli radices, ut volunt, & Belum amnem ab amœnitate ſic dictum. Voce conflata ex קן & נעם, altero N in compoſitione abſorpto. Jod initiale pertinet ad formam nominis. קן נעם eſt nidus amœnus. Nidus pro habitatione ſumitur, ut Num. 24: 21. Pari ratione *Ichanam* vel *Jocneam* in Sicilia Pœnos rectè nominaſſe propter ſtructuræ amœnitatem patuit ex deſcriptione.

CAPUT XXIX.

Phœnicum veſtigia in Sicilia parte Meridionali à Pachyno ad Lilybæum.

Pachynus בחון *bachun* à turri ſpeculatoria, ut Pelorus hodiè *Capo di Faro*. Pauſanias notatus. *Ediſſa* הדסה portus, id eſt, myrtetum. Ὀδύσσεια ἄκρα. *Cacra*. Cur *Hecubam* ibi ſepultam eſſe fabulentur. *Motychanus* fl. *Motuca* vel *Motye*, id eſt, מטוה. *Caſmenos* tenuère *Gamori*, pulſi è Syracuſis. Qui propriè *Gamori*. An חשמנים *chaſmanim* & inde *Caſmena*? *Hirminio* & *Bucra* nomen ab aggeribus. Agger in Sabæis XX. orgyiarum. *Hybla Heræa*, id eſt, montana. *Hybla* in Antonino redditur *plaga*, ut Hebr. חבל *hebel*, פלך *plac* in Chald. Paraphraſi. Ex *Camarina* eruitur חמר lutum ex quo lateres: *Hipparis* fl. עבר, quia Camarinam permeat, ut Jordanes lacum Tiberiadis. *Hyperia* in qua Cyclopes. *Oanus* fl. à carectis. In *Achate* fl. *achates* lapis. עקוד *akod* Hebr. de agno, cujus crura ambiunt faſciæ quædam, eæque albæ potiùs. Idem in Achate ἀκαδία. *Ecbetla* אחרבתלה, urbs egregiè munita. *Vagedruſa* fl. שדר, id eſt, uber. *Gela* urbs nec à *gelu*, nec à *Gelone*, nec à riſu dicitur, ſed à *Gela* fl. qui Pœnis בלע *bela* propter vortices. Æoles B mutaſſe in G. *Himera* duo non oriuntur ex uno fonte ut creditum. Himera alius à tepore dicitur alius ab amaritudine. Solinus notatus. Amarum pro ſalſo ſæpa ſumi. *Mara* mons מרום. *Agrigentum*, olim *Acragas*, habuit octingenta, imò ducenta incolarum millia. Laertius emendatus. Nomen illi ab amne Acraganta, amni ab arce vetuſtiſſima quæ מכרכא dicebatur. *Hypſa* fl. à deliciis. Quàm beata regio circa Agrigentum. Ibi Lothophagi nonnullis. *Torus* collis, id eſt, תור. *Herbeſſus* Polyæno *Veſſa*. Ratio utriuſque nominis. Ortalius & Cluverius notati. *Camicum*, caſtrum nobile fato Minois, à Dædalo in rupe conſtructum, flexuoſo aditu, unde nomen. *Halycus* fl. Heraclides emendatus. *Minoa* etiam מכורה *Macora*, id eſt, exciſa dicta, propter horrea & ſtationem in rupe exciſam. Gaza quorſum *Minoa*. *Isburus* fl. אישבורא. *Calta bellota*. *Adrano*. Alius *Hypſa* pueri imagine cultus. *Inycus* Cocali Regia. ינקות *Jenikoth*, id eſt, vitium propagines eximiæ. *Crimiſus* fl. ab apio dictus, ut Selinus proximus. M & P permutari. Timoleontis omen ex apio ad Crimiſum. Ibidem vites uberrimæ, quò fortaſſe pertinet Crimiſi vocabulum. *Entella* vel *Atalla* à ſitu in monta. Urbes in Judæa cognomines. *Ietas* יטה. *Electium* חלקה. *Macara* מצר terminus Punicæ ditionis. *Heræi* montes הרים. Horum ubertas & amœnitas. Nympharum lucus, Daphnis. *Herbita* הר בטח. *Enguium* ubi Deæ matres cultæ, עין à fonte in media urbe.

Ad Pachynum jam devenimus, de quo Fazellus Dec. 1. lib. 5. cap. 1. *Turrim habet ſpeculam in mare prominentem.* Turris ſpecula vel ſpeculatoria Hebraicè dicitur ברון *bachon* & בחון *bachun*. Hinc בחוניו *bachunau*, Eſ. 23: 13. Chaldęus reddit חזותהא *ſpeculas ejus*. Et Jerem. 6: 27. בחון נתתיך, id eſt, *in exploratoria ſpecula conſtitui te*, ut rectè Junius & Tremellius. Itaque promontorium בחון *Bachun* ſive turris ſpeculatoriæ, B & P permutatis, Græcè dictus eſt Πάχυνος ἄκρα. Simili exemplo Pelorus hodiè vocatur *Capo de Faro*, à turri ſeu pharo, quæ ad dirigendos navium curſus in eo excitata eſt. Strabo lib. 3. οἱ Ῥηγῖνοι τὴν ϛηλίδα ἔθησαν, τὴν ἐπὶ τῷ πορθμῷ κειμένην, πυργίον τι, καὶ ὁ τοῦ Πελώρου λεγόμενος πύργος ἀντίκειται ταύτῃ τῇ ϛηλίδι, *Rhegini columnæ loco ad fretum poſuère turriculam quandam, cui oppoſita eſt quæ dicitur Pelori turris.* Sed & ἀπό τινος σκοπῆς, ut habet Strabo, vel ut Solinus, *è Lilybætana ſpecula* numerum navium denotavit ille ὀξυδερκὴς de quo diximus. Itaque Pelorus etiam & Lilybæum ſuas habuere ſpeculas. Sed potuit eſſe vetuſtior בחון *bachun* ſive ſpeculatoria turris à qua Pachyno nomen. Fruſtra objeceris Veteres illius non meminiſſe, nec quemquam alium præter Fazellum. Veteres enim ideò non meminere, quia nulla ſe obtulit occaſio diſſerendi de re tantula. Lilybetanæ ſpeculæ meminerunt ſolùm propter τὸν ὀξυδερκῆ; & Peloradis unà cum oppoſita ſpecula in Rhegino promontorio, ut docerent columnas Herculis in Gaditano freto ſimiles fuiſſe ſpeculas.

In ipſo Pachyno Motyen Phœnicum urbem Pauſanias ita deſcribit in Eliacis: Ἔϛι δὲ κατὰ τὴν ἄκραν ἐν Σικελίᾳ τὴν τετραμμένην ἐπὶ Λιβύης καὶ Νότου, καλουμένην δὲ Πάχυνον, Μοτύη πόλις. Οἰκοῦσι δὲ Λίβυες ἐπ᾽ αὐτῇ καὶ Φοίνικες. *Eſt autem ad Siciliæ promontorium Libyæ & Auſtro obverſum Pachynum nomine Motya urbs, quam Afri & Phœnices habitant.* Sed jam monuimus eo loco ſive authoris ſive ſcribarum imperitiâ Pachynum haberi pro Lilybæo, quod & Libyę proximum eſt, & vicinam habuit Motyen. At pro Motye ad Pachynum fuit Pachyni portus, de quo Cicero Verrina quintà. Hodiè *Marzameno*.

E Pachyno navigantibus Lilybæum verſus, ſtatim occurrebat *Ediſſa* portus, de quo Cicero ubi ſuprà: *Ecce autem repente nuntiatur piratarum naves eſſe in portu Ediſſæ: nam ita is locus nominatur: noſtra autem claſſis erat in portu Pachyni.* *Ediſſa* Phœnicibus erat הדס *Hadas* vel הדסה *Hadaſſa*, id eſt, myrtus vel myrtetum. Sic *Edeſſa* Syriæ הדס *Hadas* vocatur in Chaldæis Paraphraſibus Jonathanis & Jeruſalem, Gen. 10: 10. Et quæ Perſis erat Eſther Aſſueri uxor, Hebræis erat *Hadaſſa*. Ita habetur Eſther 2: 7. *Et nutriebat* את הדסה *Hadaſſam, quæ eſt Eſther, filiam patrui ſui.* Ubi Vulgatus Interpres: *Qui fuit nutritius filiæ fratris ſui Ediſſæ, quæ altero nomine vocabatur Eſther*; pro Hadaſſa Ediſſam habens; quod fuit ipſiſſimum nomen portûs de quo Tullius. Ibidem Chaldæus Interpres: *vocabant illam Hadaſſam, propterea quod erat juſta, & propter juſtos* דמתלו לאסא, *qui myrto comparantur*, nempe Eſ. 41: 19. & 55: 13. At *Edeſſa* & *Ediſſa* urbes tam dicuntur à myrtis, quibus illarum ager erat conſitus, quàm *Myrtos* & *Myrtoſion*, & *Myrtion*, & *Myrſinus*, & *Myrrhinus*, & ſimilia apud Græcos: quod cùm illi neſcirent, Ediſſam mutaverunt in Ὀδύσσειαν, quaſi ab Ulyſſe diceretur. Itaque hîc Ptolemęus habet Ὀδύσσειαν ἄκραν, *Odyſſeum* vel *Ulyſſeum promontorium*. Sed & Iſacius in Lycophronem idem deſcribit πλησίον Παχύνου, *prope Pachynum*, tanquam Ulyſſes à ſe appellaverit Κάκραν καλουμένην πρὶν, *cùm priùs Cacra diceretur*, id eſt, חקרא *chacra* arx, munitio. Hinc חקרא דציון (*chacra deſion*) *arx Sionis* in Chaldæo Paraphraſte, 2 Sam. 2: 7. & paſſim. Itaque *Cacra* vel *Chacra* dicebatur à Pœnis ab Ediſſæ caſtro proximo. Pag. 162. et 177.

Neve putetur de nihilo Ulyſſes hûc appuliſſe, en tibi cauſam ſuſcepti hujus itineris apud eundem Iſacium: ἔνθα κενοτάφιον Ὀδυσσεὺς ἱδρύσατο τῇ Ἑκάβῃ δειματούμενος ὑπ᾽ αὐτῆς ἐν ταῖς νυξὶ, διὰ τὸ πρῶτον κατάρξαι αὐτὸν τοῦ καταλεύσματος τοῦ ὑφ᾽ Ἑλλήνων εἰς αὐτὴν γεγονότος. *Ibi cenotaphium Hecubæ excitavit Ulyſſes, per noctes ab ipſa territatus, quia tum cùm lapidibus à Græcis eſt obruta, primum lapidem in eam conjecerat.* Hæc eadem refert pluribus, aut ſaltem futura vaticinatur Caſſandra Lycophronis ſalebroſis verſibus, quorum initium eſt:

Ψευδήριον δὲ νησιωτιαὸς σέσυξ
Πάχυνος ἕξει σημεῖον τῶν ὀνειράτων.
Miſſis habebit ſomniis Pachynius
Mucro inſularis ſplendidum cenotaphium.

Cætera ibi vide. Nobis obſervaſſe ſufficit fabulam inde eſſe ortam, ut quidem conjectamus, quod

Digitized by Google

ſepulchrum à Pœnis dicebatur בית עקב (*beth-hakeb*) *extrema* vel *ſuprema domus*, ut hodiéque magiſtris Hebræorum עלם (*beth-olam*) *domus æterna* ex Eccleſ. 12: 5. Græci igitur cùm circa Ediſſam nobile aliquod Mauſoleum reperiſſent dici *beth-hakeb*: ut ex *Ediſſa* Ὀδυσσεία, ita ex *Haceb* fecerunt Ἑκάβην *Hecubam*, cui tam putri fundamento ſuperſtructa eſt tota fabula.

Sequitur apud Ptolemæum *Motychanus* amnis à *Motuca* urbe profluens, hodiè *Modica* dicta. Unde Plinio *Mutyenſes* vel *Motienſes*; & Ciceroni Verrinà tertià *Mutucenſis* vel *Mutienſis ager*. Nam variant exemplaria. Nempe Punicum מתוחה *Metucha* vel מתיחא *Meticha* per cheth ſcribitur, quod modò planè omittitur, modò per χ effertur, aut etiam per κ. Itaque *Motuca*, *Motycha*, unde *Motychanus*, & *Motye* vel *Motue*, idem nomen, quod jam explicavimus, ubi de altera Motye prope Lilybæum.

Circa hæc loca *Caſmena*, vel *Caſmena*, urbs colonia fuit Syracuſanorum, ut Thucydides author eſt lib. 6. Hanc tenuêre aliquandiu Syracuſanorum Gamori per ſeditionem ex urbe pulſi. Heſychio Γάμοροι ſunt *οἱ περὶ τὴν γῆν πονούμενοι, ἢ μοῖραν εἰληχότες τῆς γῆς, ἢ οἱ ἀπὸ τῶν ἰσχυῶν τιμημάτων τὰ κοινὰ διέποντες; qui terræ cultui navant operam, aut qui agri portionem acceperunt, aut qui agrarios reipublicæ cenſus adminiſtrant.* Utut ſit, Doricum nomen eſt factum ab agri diviſione. Unde *Gamoros* Syracuſis eoſdem fuiſſe putant quos Athenis κληρούχους, & *agrarios* Romanis vel *agripetas*, qui ſorte diviſum agrum obtinebant. Sed & Athenis τῶν γεωμόρων τῶν ὀφειλόντων ὅπλα κεκτῆσθαι καὶ πολεμεῖν ὑπὲρ τῆς πόλεως, meminit Diodorus lib. 1. pag. 19. quod me monuit nobiliſſ. D. de Grentemeſnil. De iiſdem vide Pollucem lib. 8. cap. 9. §. 31. At κληροῦχοι, etiam activè dicebantur magiſtratus qui præerant herciſcundis finibus, & quorum erat componere lites ea de re motas. Quo ſenſu Deum appellat Philo τὸν κληροῦχον τῆς ἀποικίας, *Judæorum coloniæ cleruchum* lib. 1. de vita Moſis. Quæ potuit eſſe Syracuſis Gamororum dignitas. Videbatur enim id nominis pertinere ad ὑπεροχὴν, quia *Gamoros* plebi & ſervis ita opponit Herodotus lib. 7. *τοὺς Γαμόρους καλεομένους τῶν Συρηκουσίων ἐκπεσόντας ὑπό τε τοῦ δήμου, καὶ τῶν σφετέρων δούλων, καλεομένων δὲ Κυλλυρίων, ὁ Γέλων καταγαγὼν τούτους ἐκ Κασμένης πόλιος ἐς τὰς Συρηκούσας, ἔσχε καὶ ταύτας. Gelon quoſdam Syracuſanos quos Gamoros appellabant à plebe ſuiſque ſervis Cyllyriis nomine ejectos ex Caſmena urbe Syracuſas reducens, etiam ipſis Syracuſis potitus eſt.* Itaque Græci videri queant Caſmenarum oppidi nomen, ſi tum recens fuit appellatio, mutuati à vicinis Pœnis, qui urbem חשמנים *Chaſmanim*, id eſt, nobilium, appellaverint, quod viri primarii Syracuſis à plebe pulſi in eam conceſſiſſent. Vox חשמנים *Chaſmanim* eo ſenſu extat, Pſ. 68: 32. Sed hæc cunctanter affero, quia non conſtat tum primum nominatas fuiſſe Caſmenas; nec videtur ſatis commodè Græcæ urbis nomen ex Punico arceſſi. Itaque quiſquis aliud afferet veriſimilius, me non habebit repugnantem.

Motychano flumini ſuccedit *Herminium*, de quo Plinius. Fortè legendum *Hyrminium*, ut ſit flumen ערמין *hurmin* vel ערמן *hurman* aggerum, vel cujus aquæ oppoſitis aggeribus coercentur. Eódem refero quod Ptolemæus Hormanum amnem deſcribit in Arabia Fœlici. Radix ערם *haram* eſt aggerere, coacervare. Inde Exod. 15: 8. de mari Rubro נערמו מים *coacervatæ ſunt aquæ*, tanquam objectis terræ molibus. Etiam Arabs habet תערמוא. Et Jonathan: *factæ ſunt aquæ* ערמן ערמן (*hurmaa hurman*) *acervi acervi*. ערם *harem* eſt agger quo cohibentur aquæ. Cujuſmodi aggerem ſtructuræ mirabilis ad Sabæorum urbem Mariabam deſcribit Nubienſis Geographus, quo amnis proximi præcluſa aqua tollebatur ad XX orgyias.

Etiam ab aggere nomen habet vicinum promontorium Βούκρα *Bucra* in Ptolemæo. Syris enim בוקרא *bucra* eſt agger. Ita uſurpant Talmudici in tractatu *bava meſſia*.

Inter Herminium & Bucram ſitus eſt Καύκανα λιμὴν, *Caucana portus*, cujus præter Ptolemæum etiam Procopius meminit lib. 1. Vandalic. *Caucana*, vel ut Veteres efferebant *Caſcana*, videtur eſſe חוף קנה *chof-cane*, portus arundinis, id eſt, arundinoſus.

In Mediterraneis *Hybla Heræa*, de qua Stephanus in Antonino, variè ſcribitur *Plagereo ſive cymba*, *Plagareo ſive cymba*, *Plagero ſive cuba*. Sed in exemplari Regio multò rectiùs *Plaga Hereo ſive Hible*. Lege *Plaga Heræa ſive Hybla*. Unde palam conſtabit verum id eſſe quod diximus, *Hyblam* Pœnis, ut Hebræis חבל, id ipſum fuiſſe quod nobis *plagam*. Proinde Hebræum חבל paſſim Chaldæi Interpretes פלך *plac* interpretantur. *Plac*, id eſt, πλὰξ vel *plaga*. Sic Deut. 3: 4. pro חבל ארגוב *Hebel Argob*, Onkelos & Jonathan habent פלך טרכונא vel פלך תרגונא *plac Tarcona* vel *Targona*, id eſt, plagam Trachonitidem.

Heræa porrò dicitur, vel ut in Stephano eſt *Hera* (ἡ δὲ ἐλάττων Ἥραια καλεῖται) non à Junone, ſed ut *Herbeſſus* & *Herbita* à monte cui incumbebat. Cluverius: *Hybla Heræa id eſſe deprehenditur oppidum quod vulgò nunc vocatur in edito colle Raguſa.* Itaque *Heræa* vel *Hera* dicta eſt διακριτικῶς, quia tam Hyblæ majoris quàm Hyblæ Megaridis ſitus fuit in plano.

Jam *Camarinam* nos conferimus, urbem non infimi nominis, ſitam inter amnem *Oanum* & paludem *Camarinam*. Falluntur qui paludem volunt ab urbe vicina dictam. Neque enim ab urbe palus, ſed urbs à vicina palude nomen traxit. Φησὶ γὰρ Δοῦρις, ὅτι αἱ πλεῖσαι τῶν Σικελικῶν πόλεων ἐκ τῶν ποταμῶν ὀνομάζονται Συρακοῦσαι, Γέλας, Ἱμέραν, Σελινοῦντα, καὶ Φοινικοῦντα, καὶ Ἔρυκα, Καμικὸν, Ἁλύκοντε, καὶ Θέρμος, καὶ Καμαρίνας. *Ait quippe Duris pleraſque Sicularum urbium ab amnibus nomina accepiſſe, Syracuſas ſcilicet, Gelan, Himeram, Selinuntem, Phœnicuntem, Erycem, Camicum, Halycum, Thermum & Camarinam.* Ita Stephanus in Ἀκράγαντες. Camarina porrò palus unde dicatur colligere eſt ex his Pindari Olymp. 5. de Hippari amne qui in Camarinam influit:

Lege vel πλεῖσαι, &c. [illegible]

> Κολλᾷ τε σταδίων θαλάμων ταχέως
> Ὑψίγυιον ἄλσος.
> *Agglutinaque ſtabilium cubiculorum celeriter*
> *Altam ſylvam.*

Quæ Scholiaſtes ita explicat ex mente Ariſtarchi Grammatici celeberrimi: *θαλάμων κατασκευαστὴν ἵππαριν τῇ Καμαρίνῃ παρέχειν. Φασὶ γὰρ ὅτι διὰ μέσης ῥέων τῆς Καμαρίνης τῇ πλημμυρίᾳ ἀναπλάσσει γῆν ἀφ' ἧς πλινθεύοντες οἱ Καμαριναῖοι οἰκοδομοῦσι τὰς οἰκίας. Cubiculorum ſtructorem Hipparin Camarinæ præbuit: ajunt enim illum per mediam Camarinam defluentem, accedente maris æſtu formare terram ex qua lateres conficiant Camarinenſes ad domorum ſtructuram.* Itaque *Camarina* nomen eſt à verbo חמר *chamar* lutoſum eſſe; unde & חומר *chomer* eſt lutum ex quo fiunt lateres. Sic Exod. 1: 14. ſerviiſſe dicuntur Iſraëlitæ ſervitute dura בחומר ובלבנים, *luto & lateribus*, id eſt, lateribus ex luto conficiendis, per figuram ἓν διὰ δυοῖν, vel ut habet Philo lib. 1. de vita Moſis πηλὸν εἰς πλίνθον σχηματίζοντες, *lutum in lateres formantes*. Cur Camarinæos Iſacius in Lycophronem pag. 130. eoſdem eſſe velit cum Lotophagis non capio.

Indidem colligere eſt quorſum appelletur Hipparis (vel juxta Ptolemæum Hiporus) amnis de quo diximus; nimirum quia διὰ μέσης ῥεῖ τῆς Καμαρίνης,

ῥέων, *mediam Camarinam perfluit*. Hipparis enim Punicè עבר *Hibbar*, & Hiporus, id eſt, עִבּוּר *Hibor*, fiunt ab Hebræo עבר *habar* quod *tranſire* eſt vel *pertranſire*. LXX Interpretes ſæpe reddunt *διοδεύειν*. Et Act. 27: 1. pro Græco *διοδεύσαντες* Syrus habet עברן & Arabs עבראא. Meritò igitur *Hibbar* vel *Hibor* nominatur amnis עבר, id eſt, *διοδεύων* pertranſiens paludem Camarinam. Quomodo lacum Tiberiadis Jordanus *διοδεύει*, ut habet Pauſanias in Eliacis: Ἐν δὲ τῇ γῇ Ἑβραίων, inquit, *ποταμὸν τινα καὶ αὐτὸς οἶδα Ἰορδάνην λίμνην Τιβερίδα ὀνομαζομένην διοδεύοντα*, *in Hebræorum terra amnem ipſe novi Jordanum, qui lacum pertranſit Tiberiadem nomine*.

Vide Gen. 12. 6. Pſ. 88. 40. Jer. 2. 6. & 9: 11. &c.

De Corcyræ Phæacibus ita Homerus lib. 6. Odyſſ.

> Οἳ πρὶν μέν ποτ᾽ ἔναιον ἐν εὐρυχόρῳ Ὑπερείῃ
> Ἀγχοῦ Κυκλώπων ἀνδρῶν ὑπερηνορεόντων.
> *His fuerat ſedes latis Hyperia plateis,*
> *Quam prope gens hominum degunt infanda Cyclopes.*

Hanc *Hyperiam* nonnulli Camarinam eſſe volunt. Didymus: Ὑπέρεια, οἱ μὲν ἐν Σικελίᾳ Καμαρίναν. Euſtathius: τὴν δὲ Ὑπέρειαν πόλιν Σικελίας τινὲς φασὶ τὴν ὕστερον Καμαρίναν. Quibus accedo libentius, cùm quia ad *Hipparin* alludit *Hyperia*, tum quia quicquid alii afferunt apertè falſum eſt.

Camarinam ut ab Occaſu Hipparis, ita Oanus ab Ortu alluit, de quo Pindarus ubi ſuprà:

> Ποταμόν τε Ὤανον ἐγχωρίαν τε λίμναν.
> *Flumenque Oanum patriamque paludem.*

Et Scholiaſtes: Ποταμὸς ἐν Καμαρίνῃ Ὤανος, *fluvius ad Camarinam Oanus*. Oanum Punicè à carectis puto appellari אחונא *Ahuana*. Talmudicis *ahuana* creſcente voce idipſum eſt quod Hebræis אחו *ahu*, nempe carectum, ulva, juncus, βούτομος. Sed de hac voce plura aliàs.

Poſt Camarinæ fluvios Oanum & Hipparin, *Achaten* deſcribit Cluverius, celebrem amnem *Achate* lapide ibi primùm reperto. Theophraſtus libro de gemmis: Καλὸς δὲ λίθος καὶ ὁ Ἀχάτης, ὁ ἀπὸ τοῦ Ἀχάτου ποταμοῦ τοῦ ἐν Σικελίᾳ, *pulcher eſt lapis Achates qui ex Achate Siciliæ amne defertur*. Plinius 37. cap. 10. *Achates, &c. reperta primùm in Sicilia juxta flumen ejuſdem nominis*. Solinus cap. 5. *Achatem lapidem Sicilia primùm dedit, in Achata fluminis ripa repertum*. Vibius: *Achates Siciliæ, ubi pars nomine lapillos generat, unde gemmæ fiunt*. Vocula *ubi* ſuperflua & delenda. Iſidorus Origin. lib. 6. cap. 11. *Achates reperta primùm in Sicilia juxta flumen ejuſdem nominis*.

Fallor aut primò lapis, deinde fluvius Punicè עקד *Acad* dictus eſt, propter maculas quibus *reſperſus eſt Achates*. Sic עקוד *akod* vel *akud* Hebraicè pro vario & maculoſo ſumitur. Sæpe repetitur ea vox Gen. 30: & 31. ubi de maculoſis gregibus Labanis & Jacobi. Sic Gen. 30: 35. *Et removit in die illa hircos* העקודים *maculoſos*, LXX τοὺς ῥαντοὺς *ſparſos* nempe variis coloribus: alibi *διαλεύκους ſubalbidos*. Symmachus *λευκόποδας albis pedibus*. Onkelos רגוליא, & Jonathan eodem ſenſu דסימנא ברגליהון *qui σημεῖον notam habent in pedibus ſuis*. Et Arabs אלמחגלה à nomine חגל quod & compedes & periſcelides ſonat, & in Avicenna Arab. pag. 80. *ἀσκωλιασμὸν* (*aller à clochepied*) quia ὁ *ἀσκωλιάζων* ita uno pede ſubſultat, quaſi alterum haberet vinctum. Sed & חגל eſt faſcia ſeu circulus naturalis in pecudis vel jumenti cruribus, ad compedis aut periſcelidis formam. Inde igitur אלמחגלה quaſi *faſciatos*, aut *compeditos* dixeris, nempe lineis diverſi coloris circa crura. Atque id apprimè reſpondet Hebræo verbo עקד quod propriè eſt *vincire pedes pecudis*. Unde 2 Reg. 10: 12. בית עקד הרועים, *domus ligationis paſtorum*, ut interpretatur Kimchius, ex ſententia veterum Hebræorum, *eſt domus in qua paſtores tondebant greges; tempore tonſionis* קשרין אותם ברגליהם *ligantes ipſos pedibus ſuis*. Et hoc eodem verbo utitur Moſes Gen. 22: 9. ut Iſaacum ſignificet manibus pedibuſque fuiſſe conſtrictum more victimæ. Omnino igitur, ut Syrè רגוליא & Arabicè מחגלה, ita Hebraicè עקודים, quaſi compediti & *περισκελιδωθέντες*, ii dicuntur in gregibus quorum crura ambiunt & quaſi devinciunt intercurſantes lineæ. Atque ita ſumunt Hebræi omnes. Unum addo, in Arabia & Syria, ubi oves nigræ ſunt frequentius, has lineas albas deſcribi. Hinc Giggeius ex Arabum Lexicographis אלתחגל *albedo, pedica, vincula pedum*. Item אלתחגיל, *alba ſigna omnium pedum equi*. Item אלתגלא *oves talo albo*. Proinde עקודים Septuaginta Interpretes *διαλεύκους* plerumque exponunt, & Symmachus *λευκόποδας*, quod jam antè monuimus.

His ita obſervatis de propria ſignificatione Hebrææ vocis עקוד non parùm confirmatur ſuſpicio noſtra de Phœnicio nomine *Achatis*. Achates enim alio nomine dicitur *περίλευκος*, propter albos circulos quibus diſtinguitur, inſtar illarum ovium quas deſcripſimus. Epiphanius in libro de duodecim gemmis cap. 8. Λίθος Ἀχάτης. οὗτος ὑπελήφθη εἶναι ὁ περίλευκος καλούμενος, *lapis Achates; hic putatur ille eſſe qui appellatur perileucos*. Iſidorus ubi ſuprà: *Achates reperta primùm in Sicilia, &c. Eſt autem nigra habens in medio circulos nigros & albos*. Non ignoro hanc deſcriptionem nimis eſſe anguſtam, nec poſſe pertinere ad omnes ſpecies Achatis, cùm nulla ſit gemmatum quæ maculis ſuis plures colores aut plures formas exprimat. Ut jure merito ſcripſerit vel Orpheus, vel quiſquis Orphei nomen mutuatur in libro περὶ λίθων.

> Καὶ πολυειδέα πῖνε μετ᾽ ἀκρήτου βρομίοιο
> Μορφὴν παντοίην ἐπιειμένον ἐσθλὸν Ἀχάτην.
> *Nobilis in vino bibitur qui mille colores,*
> *Atque omnes rerum formas imitatur Achates.*

Sed & Hebræum עקוד, quamvis propriè ſignificet id quod diximus, tamen potuit in genere pro maculoſo uſurpari. Quomodo Arabum מחגל latiùs ſumi ex eo apparet, quod חגאל appellant aulæa & *περιστρώματα* propter varios colores, perdices item חגלי, quia pictæ ſunt. Martialis Epigr. 57. lib. 3.

> *Et picta perdix, Numidicaque guttata.*

Itaque non ſolùm Achatis illa ſpecies quam deſcripſimus ex Epiphanio & Iſidoro, ſed & quivis Achates, modò varius & maculoſus, quod Achati ferè eſt proprium, potuit עקד *acad* appellari.

Circa fontes Achatis à Cluverio deſcribitur *Echetla* urbs olim munitiſſima, quæ primi belli Punici tempore ſita erat in confinio Syracuſanorum & Carthaginenſium. Hodiè vocatur *Ochula* vel *Aquila*. De ea præter Stephanum vide Polybium lib. 1. & Diod. lib. 20. *Echetla* literis trajectis factum videtur ex אתחילא *Etchela*, quaſi munitam dixeris. Diodorus de Agrigentinorum duce Xenodoco: Τὴν δ᾽ Ἐχέτλαν χωρίον ὀχυρὸν ἐκπολιορκήσας, τοῖς μὲν πολίταις τὴν δημοκρατίαν ἀποκατέστησε, τοὺς δὲ Συρακουσίους κατεπλήξατο. *Expugnataque Echetla, quod oppidum erat probe munitum, popularem civibus reipublica adminiſtrationem reſtituit, Syracuſanos autem terruit*.

Poſt Achatem à Cluverio deſcribitur *Vagedruſa* fluvius ex his Silii lib. 14.

> *Et perlucentem ſplendenti gurgite Achatem:*
> *Qua fontes Vagedruſa tuos, &c.*

Vagedruſa, ut *Percuſa* & *Syracuſa*, Græcam habet flexionem, ſed Phœniciam originem. Nempe ut à ברכה *berca Percuſa*, & à סרחה *ſeracha Syracuſa*, ſic

ſic à וותרא *Vavthra* factum *Vagedruſa*. V conſonum ut paſſim in g mutatum, & th in d ut in cidari ex כתר *cethar*. וותר *vavther* וותרא *vavthra* & וותרן *vavthran*, id eſt, uber, abundans, affluens; à verbo יתר *jethar*, quod in Pael habet וותר *vavther jod* & *vav* permutatis, ut in ולד & aliis. Itaque Vagedruſa idem eſt quod πλημμυρὸς.

Thucyd. lib. 6.

Inde ſequitur *Gela*, celebris & ipſa urbs ad amnem cognominem. Eam Rhodii Antiphemo & Cretenſes Entimo duce communi opera condiderunt annis XLV poſt Syracuſas. De origine nominis Grammatici multa nugantur Hebraiſmi ignoratione, ut ſtatim apparebit. Stephanus & Suidas qui de *gelu* ut Romana voce aliquid inaudiverant, Siculum amnem ad Auſtrum obverſum *Gelan* appellari volunt: ὅτι πολλὴν παχνὴν γεννᾷ· ταύτην γὰρ τῇ Ὀπικῶν φωνῇ καὶ Σικελῶν γέλαν λέγεσθαι, *quia multam glaciem gignit, hanc enim Opicorum Siculorumque linguâ Gelam dici.* Aliis Gela dicitur ἀπὸ Γέλωνος τοῦ Αἴτνης καὶ Ὑμάρου, *à fabuloſo Gelone Ætna & Hymari filio.* In ea ſententia fuêre Proxenus, qui περὶ νόμων Σικελικῶν *de Siciliæ itineribus* ſcripſit (non περὶ πόλεων de urbibus, ut legi voluit Vir doctus.) Et Hellanicus, credo, Lesbius, quem Suidas ſcripſiſſe refert περιόδου γῆς καὶ ἱστορίας. Alii denique *Gelan* dici putant ἀπὸ τοῦ γελᾶν à ridendo, errore perridiculo. Tradit enim Ariſtænetus, qui de Phaſelide ſcripſit, Lacium & Antiphemum fratres, cùm Delphos profecti eſſent ad conſulendum oraculum, Pythiam nihil ad ea dicentem de quibus conſulta fuerat, ſolùm juſſiſſe Lacium ut ad Ortum navigaret, τοῦ δὲ Ἀντιφήμου γελάσαντος, τὴν Πυθίαν εἰπεῖν πάλιν, ἀφ' ἡλίου δυσμῶν καὶ ἣν ἂν (lege καὶ Γέλαν) πόλιν οἰκήσῃ; *Antiphemo autem in riſum effuſo, regeſſiſſe Pythiam; etiam ab Occaſu Solis tu Gelam urbem condes.* Hæc hactenus apud Stephanum. Rem paulò aliter refert Etymologus, quem conſule ſi tanti eſt. Nos enim jam tædet nugarum. Itaque ut ſeriò agamus, Gelam urbem Græcos hùc appellentes nuncupaſſe dicimus de nomine fluminis ad cujus oſtium erat condita. Ita referunt præter Durim, quem ſuprà teſtem adduximus, multi bonæ notæ ſcriptores. Thucydides lib. 6. τῇ μὲν πόλει ἀπὸ τοῦ Γέλα ποταμοῦ τοὔνομα ἐγένετο, *urbi quidem nomen factum eſt ab amne Gela.* Virgilius ubi ſuprà:

Immaniſque Gela fluvii cognomine dicta.

Silius lib. 14.

Venit ab amne trahens nomen Gela.

Claudianus de raptu lib. 2.

—— Nomenque Gelan qui præſuit urbi.

Vibius in Catalogo fluminum: *Gela Siciliæ, à quo oppidum.* Servius: *Gela civitas à fluvio nominata.* Stephanus, Suidas, Etymologus: Γέλα πόλις Σικελίας· καλεῖται δὲ ἀπὸ ποταμοῦ Γέλα. Gela porrò vorticoſus eſt amnis. Ovidius lib. 4. Faſtorum:

Præterit & Cyanen, & fontes lenis Anapi,
Et te vorticibus non adeunde Gela.

Inde *Gela* Punicè dictus eſt amnis בלע *Bela*, id eſt, vorticis, ſeu vorticoſus. Nam & Arabicè בלע, *bela* eſt aquæ vortex quo naves abſorbentur, à verbo notiſſimo בלע, quod non modò apud Arabes, ſed & apud Syros & Hebræos *abſorbere* eſt. Unde regius Pſaltes Pſal. 69: 16. *Ne me demergat aquarum alveus, nec* תבלעני *abſorbeat me profundum.* Gelæ autem urbis conditores Cretenſes & Rhodii, quorum dialectus erat Dorica aut Æolica, B & G ſuo more permutatis, pro *Bela Gelam* dixerunt. Tale pro βάλανος γάλανος unde *glans*, γλέφαρον pro βλέφαρον, πρεσγὺς pro πρεσβὺς, φλίγω pro θλίβω unde *affligo*, γλήχων pro βλήχων *pulegium.* Itaque *Gelas* idem quod Græcè βαράθρης vel βαρυδίνης. Vide Suidam. Alius Gelam deducet ab Hebræo verbo גלל (*galal*) *volvere, volutare*, unde גל (*gal*) *fluctus*, tanquam à volutatione. Alius item per aphæreſim ab עקל *akkel* torquere, unde Talmudicis עיקול *ikkul* vortex aquarum. Sed verum eſt id quod diximus.

Polyb. in excerpt. Legat. c. 1. Liv. l. 24. Strab. lib. 6.

Gelæ ſuccedit amnis Himera, unus è Siciliæ maximis, à quo Siciliam dividi ferè mediam tradunt Polybius, Livius, Strabo. Ejuſdem nominis alter eſt fluvius ad Himeram urbem & Thermas Himerenſes, influens in mare Thuſcum de quo nos ſuprà. Hi cùm diverſos fontes habeant, & ab invicem valde diſſitos, quadraginta ſcilicet millibus, tamen quia ſunt ejuſdem nominis, & ex eodem monte oriuntur, à Veteribus crediti ſunt nonniſi unum habere fontem. Silius lib. 14.

—— qua mergitur Himera ponto
Æolio, nam dividuas ſe ſcindit in oras,
Nec minus occaſus petit incita quàm petit ortus,
Nebrodes gemini nutrit divortia fontis.

Mela lib. 2. cap. 7. *De amnibus Himera referendus, quia in media admodum inſula ortus, in diverſa decurrit, ſcindenſque eam utrinque alio ore in Libycum alio in Tuſcum mare devenit.* Vibius: *Himera oppido Tauromenitanorum* (lege cum Cluverio *Thermitanorum*) *dedit nomen Himera. Hoc flumen in duas ſcindi partes ait Steſichorus, una in Tyrrhenum mare, altera in Libycum decurrere.* Proinde cùm Himera Tuſcus, & Himera Libycus (ſic enim liceat diſtinguere) diverſi ſint ſaporis, ille dulcis, hic ſalſi vel ſubamari, id inter miracula referunt, quod unus idemque fluvius pro diverſitate regionum aliter atque aliter ſapiat. Antigonus in Mirandis: περὶ δὲ ποταμῶν καὶ κρηνῶν, Λύκον μὲν φησι λέγειν τὸν Ἱμέραν ἐκ μιᾶς πηγῆς σχιζόμενον, τὸ μὲν ἁλυκὸν τὸ ῥεῖθρον ἔχειν, τὸ δὲ πότιμον. *De fluminibus & fontibus Lycum ait perhibere, Himeram ex uno fonte in duos ſcindi alveos, alterumque fluvium eſſe ſalſum, alterum potabilem.* Vitruvius lib. 8. cap. 3. *Uti in Sicilia flumen eſt Himera quod à fonte cùm eſt progreſſum, dividitur in duas partes. Quæ pars profluit contra Ætnam, quod per terræ dulcem ſuccum percurrit, eſt infinita dulcedine: altera pars quæ per eam terram currit unde ſal foditur, ſalſum habet ſaporem.* Quæ pars profluit contra Ætnam, id eſt, Himera Tuſcus, qui revera eſt dulciſſimus, cùm alter nullo modo ſit potabilis, & hodiéque *Salſi* dicatur ab inſigni ſalſugine. Itaque inverſo rerum ordine Solinus Tuſco tribuens quod Libyci erat proprium: *Himeram*, inquit, *cæleſtes mutant plagæ: amarus denique eſt dum in Aquilonem fluit, dulcis ubi ad Meridiem flectitur.*

Jam de nomine dicendum. Tuſco à calore ut diximus; at Libyco nomen eſt ab amaritudine aquarum. Hebræis quippe verbum המר *hemar* eſt πικραίνειν amarum reddere, amaritudine afficere, uno verbo *amaricare*, quo verbo utuntur Theologi poſt Vulgatum Interpretem, Apoc. 10: 9. Sic Ruth. 1: 20. המר שדי לי (*hemar Saddai li*) *amaritudine me affecit omnipotens.* Job. 27: 2. המר נפשי (*hemar naphſi*) *amaritudine affecit animam meam.* Et intranſitivè Zach. 12: 10. המר עליו (*hamer alau*) *amaritudine affici de eo.* Hinc ſumptum Himeræ nomen de quo Solinus: *Amarus denique eſt.* Alii quidem ſalſum eſſe ſcribunt, non amarum ut Solinus. Sed πικρὸν & ἁλμυρὸν *amarum* & *ſalſum* ſcriptores promiſcuè paſſim uſurpant. Hinc mare, quod ſalſum eſt, quandoque amarum eſſe dicitur. Sic Odyſſ. lib. 5. Ulyſſes è mari emergens ἐξέπτυσεν ἅλμην πικρὴν, *expuit amaram ſalſuginem.* Et in Virgilio *Doris amara* eſt mare, cùm dicit Eclogâ ultimâ,

Doris amara ſuam non intermiſceat undam.

Quin ſi credimus Iſidoro Orig. lib. 13. cap. 14. *propriè mare eſt appellatum, eo quod aquæ ejus amaræ ſint.* Græcè viciſſim ἁλμυρὸν *ſalſum* pro amaro uſurpat Cynulcus lib. 3. Athenæi δὺο λέγων ἁλμυρὸν

ρὸς λόγυς γλυκέσιν ἀποκλύσαϑαι νάμασιν, *dicens ſalſos ſermones*, (id eſt, amaros) *dulcibus fluentis eſſe diluendos*. Quale illud in Phædro Platonis ἐπιϑυμῶ ποτίμῳ λόγῳ οἷον ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύσασϑαι, *cupio ſermonem ut ſalſum potabili oratione diluere*. Heſychio item: ἁλμυρὰ δάκρυα ſunt χαλεπὰ, πικρά, *ſalſæ lachrymæ* ſunt *graves & amaræ lachrymæ*: Eódem facit quod in Euſtathio in lib. 4. Odyſſ. παλαιός τις Α'λμίων ἐπικαλέμϑυ@, παρὰ τὴν πικρὰν ἅλμην ἔτως ἐσκώπτετο. καϑότι καὶ χολὴ ὁ αὐτὸς ἐπεκαλεῖτο; *Veterum aliquis Halmion cognominatus, ab amara ſalſugine ita ſugillabatur; unde eſt quod illi ipſi fellis cognomen eſt inditum*. Sed & in Jacobo τὸ πικρὸν *amarum* idem eſt quod τὸ ἁλυκὸν *ſalſum*, cùm dicit cap. 3. verſ. 11. & 12. *Nunquid fons de eodem foramine emanat τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν dulce & amarum? Nunquid poteſt, fratres mei, ficus oleas edere, aut vitis ficus? Ita nullus fons poteſt ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι. ὕδωρ ſalſam & dulcem aquam edere*. Vides, Lector, ἁλυκὸν id ipſum eſſe quod anteà τὸ πικρὸν. Et verò vicini ſunt ſapores; Plato apud Suidam in Φαιὸν χρῶμα: Ε'γγὺς μϑ̀ ꙋ̃ πικρῶ τὸ ἁλμυρὸν, *amaro ſapori vicinum eſt ſalſum*. Ut jam nihil ſit mirum eundem amnem à Solino amarum dici quem alii ſalſum appellant: cumque adeò Pœnos המר *Himeram* nuncupaſſe, ab amarore facto nomine. Interim prioris Himeræ nomen cùm חמר ſcribatur per *heth*, hujus per *he* ſimplex, quæ aſpiratio minus eſt denſa, conſtat Punicas appellationes non fuiſſe æquivocas, ut apud Græcos. Sed hæc ſonorum diſcrimina Græci & Romani neſciunt. Niſi quod per χ paſſim exprimunt ſonum ꙋ̃ *heth*, quia aliter non poſſunt.

Ultra Himeram ſeu ſalſum amnem longa eſt montium ſeries, hodiè *Madonia* dicta, olim *Maro*. Plinius ubi de Ætna lib. 3. cap. 8. *Favilla Tauromenium & Catanam uſque pervenit fervens: fragor verò ad Maronem & Gemelles colles*. Martyrologium Maurolyci: *Unum quoque ex meo cœnobio S. Mariæ à partu, quod ſub Marone monte Gemelliſque collibus poſitum eſt*. Maro Mons, Græcè Μάρων dicebatur & Punicè מרום *Marom*, id eſt, excelſus locus. Hinc Eſ. 26: 5. יושבי מרום *habitantes Marom*, id eſt, excelſi loci. Et מרום הרים *altitudo montium*, Eſ. 37: verſ. 24.

Poſt Himeræ oſtia ſtatim ſe offert Agrigentum, urbs olim celeberrima, quæque ſecundum Syracuſas Siciliæ fuit ampliſſima. In qua ſi Laërtio credimus lib. 8. in vita Empedoclis, μυριάδες κατῴκυν ὀγδοήκοντα, *habitabant hominum octingenta millia*; Octingenta, inquam, non octoginta, ut perperam habet Cluverius. Sed cùm res planè ſuperet fidem, adeóque ſit falſiſſima, aio mendum eſſe in numeris, qui cùm per literas numerales compendiosè ſcriberentur, facilè potuerunt κ & π permutari; qua ratione factum, ut pro viginti myriadibus octoginta ſcriberentur. Neque enim habuiſſe Agrigentum ſupra viginti myriades, id eſt, ducenta incolarum millia his verbis docet Diodor. lib. 13. pag. 376. Α'κραγαντῖνοι μϑ̀ ἦσαν πλείυς ꙋ̃ διςμυρίων (lege δεκακισμυρίων) σὺν δὲ τοῖς κατοικῦσι ξένοις, ὐκ ἐλάττυς ꙋ̃ εἴκοσι μυριάδων. *Agrigentini quidem erant plures hominum decem myriadibus, & cum inquilinis advenis non minus XX myriadibus*. Agrigentum annis poſt Gelam conditam centum & octo, id eſt, DC A. circiter ante Chriſtum, Gelenſes condiderunt ἀπὸ τῦ Α'κράγαντ@ ποταμῦ ὀνομάσαντες, *ab Acragante fluvio denominantes*. Thucydidis verba ſunt lib. 6. Neque aliter Stephanus: Α'κράγας, πόλις Σικελίας, ἀπὸ ποταμῦ παραῤῥέοντ@, *Acragas, urbs Siciliæ, à præfluente flumine dicta*. Et apud Pindari Scholiaſten Olymp. 2. Α'ρίςαρχ@ τὴν πόλιν οἴκημα ποταμῦ προσηγορεῦσϑαί φησι, διά τὸ ὁμώνυμον εἶναι τῷ ποταμῷ Α'κράγαντι. Τὴν γὰρ ὀνομασίαν ἡ πόλις ἀπὸ ꙋ̃ ποταμῦ ἔσχεν, *Ariſtarchus ait urbem à Pindaro dici habitationem fluvii, quod ejuſdem ſit cum fluvio Acragante nominis, urbs enim denominationem à fluvio accepit*. Duris etiam apud Stephanum ponit Acragantem in cenſu urbium quæ ἐκ ꙋ̃ ποταμῶν ὀνομάζονται, *à fluviis denominantur*. Igitur ut Gelam ſuprà, ſic Acragantem vel Agrigentum urbem cùm conſtet ab amne dici, id ſupereſt diſquirendum unde dicatur amnis *Acragas*. Quod ut intelligatur, notandum eſt Agrigenti duas fuiſſe partes; quarum una Græcis Α'κρα ſive arx appellata, ſic deſcribitur lib. 8. Polybii: ἡδ' ἄκρα ꙋ̃ πόλεως ὑπέρκειται κατ' αὐτὰς ϑερινὰς ἀνατολὰς, κατὰ μϑ̀ τὴν ἔξωϑεν ἐπιφάνειαν ἀπροσίτῳ φάραγγι περιεχομένη, κατὰ δὲ τὴν ἐντὸς μίαν ἔχυσα πρόσοδον ἐκ ꙋ̃ πόλεως. *Ad ortum ſolis æſtivum Acra urbi imminet, quæ ab exteriore parte voragine circumdatur, intra verò muros venientes ab urbe uno aditu admittit*. Hanc Acran ipſa Agrigento volunt eſſe multò vetuſtiorem: quin Cluverius aſſerit hanc eſſe Cocali Regiam, quam ἐν τῷ Καμικῷ condiderat Dædalus ante Trojana tempora, ut refert Diodorus lib. 4. Cui tamen ſententiæ cur non accedam dicam deinceps. Interim vetuſta hæc Α'κρα quæcunque tandem fuerit, Punicè כרך *Crac* dicebatur, & articulo præfixo הכרך *Haccrac*, id eſt, ἡ Α'κρα, & proximus fluvius נהר הכרך *nahar haccrac*, fluvius Acræ ſeu arcis. Unde deflexum *Acragas*. *Crac* & *Cracca* pro arce vel urbe munita paſſim occurrit in Paraphraſtis. Sic Gen. 25: 16. in Onkelo ובכרכיהון *& in arcibus eorum*, Hebr. ובטירותם. Radix כרך eſt munire, Jerem. 51: 13. & paſſim.

Agrigentum ut ab Ortu & Auſtro *Acragas*, ſic ab Occaſu & Africo alluebat *Hypſa* fluvius. Polybius lib. 8. ῥεῖ γὰρ αὐτῆς παρὰ μϑ̀ τὴν νότιον πλευρὰν ὁ συνώνυμ@ τῇ πόλει, παρὰ δὲ τὴν ἐπὶ τὰς δύσεις καὶ ꙋ̃ Λίβα τετραμμένην ὁ προσαγορευόμεν@ Υ'ψας. *Ut Auſtrinum latus amnis urbi cognominis, ſic Occidentali Soli & Africo oppoſitum flumen alluit Hypſa nomine*. *Hypſa* Punicè הפצא *Hiphſa*, ut Hebr. חפץ delicias ſonat. Itaque amnis *Hypſa* eſt amnis deliciarum. Agrigentino ſcilicet agro, quem interfluebat Hypſa, tum nihil erat beatius: Καὶ γὰρ ἀμπελῶνες τοῖς μεγέϑεσι καὶ τῷ κάλλει διαφέροντες καὶ τὸ πλεῖςον ꙋ̃ χώρας ἐλαίαις κατάφυτον, *vineta enim illis erant amplitudine & amœnitate eximia, & agri maxima pars oleis erat conſita*. Hæc & alia Diodorus lib. 13. Proinde fuêre qui crederent ibi degiſſe Homeri Lotophagos: Euſtathius in lib. 8. Odyſſ. Α'λλά καὶ Λωτοφάγυς παρὰ τῷ ποιητῇ φασιν εἶναι τὺς νῦν Α'κραγαντίνυς, *ſed & Poëta Lotophagos eos eſſe aiunt qui nunc dicuntur Agrigentini*.

Romanos Agrigentum obſidentibus Carthaginenſes Hannone duce Heracleâ profecti ἀντεςρατοπέδευσαν τοῖς Ρ'ωμαίοις, καταλαβόμϑυοι ꙋ̃ λόφον ꙋ̃ καλύμϑυον Τόρον, ὡς δέκα ςαδίυς ἀπέχοντες ꙋ̃ ὑπεναντίων; *occupato colle quem Torum vocant, ibi caſtra locarunt Romanis imminentia, decem circiter ſtadiis ab iis diſſiti*. Ita Polybius lib. 1. Unde Tori ſitum colligere eſt. Torus, id eſt, טור *tur* mons. De eo nihil apud Cluverium.

Supra Agrigentum in Mediterraneis Sicanorum urbs fuit Herbeſus, de qua Polybius lib. 1. & Diodorus lib. 20. & 23. hodiè *Le Grotte* ſeu *Cryptæ* dicta propter cryptas ſubterraneas. Itaque Herbeſſus Pœnis erat הר בצע *Har-beſſa*, mons foveæ ſeu cryptæ, ut jam anteà monuimus, ubi de altera Herbeſſo ad fontes Anapi fluminis. Proinde neglecta compoſitione hæc Sicanorum Herbeſſus etiam בצע *Beſſa* vel *Veſſa* dicta eſt. Quippe in his Polyæni verbis, quæ Cluverii diligentiam fugiſſe rectè obſervat nobiliſſimus D. de Grentemeſnil, Φάλαρις πρὸς Τεῦτον ἄρχοντα Οὐέσσης, ἥπερ εὐδαιμονεςάτη καὶ μεγίςη Σικανῶν πόλις, ἔπεμψε, *Phalaris miſit ad Teutum Veſſæ principem, quæ Sicanorum erat urbs florentiſ-*

florentiſſima & maxima; omnino *Veſſa* eſt *Herbeſſus* Sicanorum urbs inclyta, non procul ab Agrigento, in qua regnabat Phalaris. Alioqui enim *Veſſa* nulla mentio apud Veteres. Nec Ortelii conjectura, qui pro Veſſa Ineſſam legit, ullo modo eſt probabilis. Quia ſita erat Ineſſa circa Ætnam in tractu planè diverſo; neque unquam fuit magna urbs, ſed πόλισμα oppidulum. Ita teſtantur Thucydides lib. 4. & 6. & Strabo lib. 6.

Jam littora relegentibus, poſt Acragantem & Hypſam, occurret *Camicus* amnis, cum caſtro & oppido ejuſdem nominis. Cluverii ſomnium eſt, quod illius pace dixero, duas fuiſſe Camicos, unam Agrigenti partem, alterum quo loco dictum. Neque enim quicquam obſtat quominus ad hanc pertineat quicquid de Camico legitur apud Veteres. Dædalum quidem Diodorus Camicum condidiſſe ſcribit κατὰ τὴν νῦν Ἀκραγαντίνην ἐν τῷ Καμικῷ λεγομένην, *ad eam Agrigentinam quæ nunc in Camico dicitur*. Sed non debet id ita accipi ac ſi Camicus fuerit pars Agrigenti urbis. Tantùm vult regionem illam in qua Camicus condita eſt, ſuo tempore fuiſſe dictam *Agrigentinam in Camico*, id eſt, Agrigentini agri partem quæ ad Camicum amnem ſita eſt. Camicum enim tenebant Agrigentini. Herodotus lib. 7. πόλιν Κάμικον, τὴν κατ' ἐμὲ Ἀκραγαντῖνοι ἐνέμοντο, *urbem Camicum quam mea ætate Agrigentini incolebant*. Diodorus lib. 27. ὅτι Κάμικος ἦλθε φρούριον Ἀκραγαντίνων, *Camicum venit caſtrum Agrigentinorum*. Hoc oppidum fato Minois, ſi fabulis credimus, à Sicanorum Rege Cocalo ibi per fraudem interempto apud Veteres celeberrimum. Diodorus lib. 4. ita deſcribit: Κατὰ δὲ τὴν νῦν Ἀκραγαντίνην ἐν τῷ Καμικῷ καλουμένην πόλιν ἐπὶ πέτρας οὔσας πασῶν ὀχυρωτάτην κατεσκεύασε, καὶ παντελῶς ἐκ βίας ἀνάλωτον. στενὴν γὰρ καὶ σκολιὰν τὴν ἀνάβασιν αὐτῆς φιλοτεχνήσας, ἐποίησε δύνασθαι διὰ γ ἢ δ ἀνθρώπων φυλάττεσθαι. *In Agrigentina quam nunc vocant ad Camicum regione urbem in rupe conſtruxit Dædalus omnium munitiſſimam, & nulla vi expugnabilem. Tam arctum enim & flexuoſum ejus fecit aditum, ut a trium aut quatuor hominum præſidio defendi poſſet.* A flexuoſo illo aditu videntur *Camicum* Phœnices ſuâ linguâ vocaſſe עקנקם *Acancum* aut *Camcum* per aphæreſin illis familiarem, quod alibi paſſim docemus. Syris ſcilicet עקים *Akim* & Talmudicis עקום *akum* eſt σκολιὸς *obliquus*, *tortuoſus*. Hinc Hebræorum Mathematicis קוים עקומים *linea obliqua* vel *tortuoſa*. עקימות & עקמימות vel עקמומית *obliquitas*, *tortuoſitas*. Et duplicatis radicalibus ſignificatio ſæpe intenditur. Ut in חלקלקות & עקלקל & אספסוף & אדמדם & שחרחר & ירקרק & ſimilibus. Itaque עקמקם *Acamcum*, & per aphæreſin *Camcum* valde flexuoſum ſonat. Hanc arcem per quinquennium Cretenſes fruſtra obſediſſe narrat Herodotus lib. 7. A Camico caſtro dictus eſt amnis; non contra, ut volunt Duris & Vibius. Neque enim in amne apparet ulla inſignis obliquitas.

Herod. l. 7. Ariſt. Polit. lib. 2. cap. 10. Strab. l. 6. Diod. l. 4. Pind. Schol. Pyth. 6. Sil. l. 14.

Jam ad Halyci, id eſt, falſi amnis oſtia (quippe etiam iſte ſalſus eſt) ſequitur *Minoa* urbs, cujus primum nomen *Macara*. Heraclides de Politiis: Μινώαν τὴν ἐν Σικελίᾳ, Μακάραν ἐκάλουν πρότερον, *Minoam Siciliæ urbem Macaram antea vocabant*. A Minoe Cretenſi deinceps, ſi credimus, Minoa dicta eſt. Idem: Ἔπειτα Μίνως ἀκούων Δαίδαλον ἐνταῦθα μετὰ στόλου παραγεγονέναι, καὶ ἀναβὰς ἐπὶ τὸν Λύκον (lege Ἁλυκὸν) ποταμὸν τῆς πόλεως ταύτης ἐκυρίευσε, καὶ νικήσας τοὺς βαρβάρους, ἀφ' ἑαυτοῦ προσωνόμασεν αὐτὴν, νόμους Κρητικοὺς θεὶς αὐτῇ. *Poſtea Minos cùm Dædalum audiviſſet illùc cum claſſe appuliſſe, aſcendens fluvium Lycum* (lege Halycum) *ea urbe potitus eſt, ſuperatiſque barbaris eam à ſe denominavit, Cretenſibus legibus ipſi impoſitis*. Ita etiam Diodorus lib. 16. Αὕτη δὲ τὸ μὲν παλαιὸν ὑπὸ Μίνω ἐκτίσθη, τοῦ βασιλέως Κρητῶν. *Hæc quondam à Minoe Rege Cretenſium condita fuit.* Tamen idem lib. 4. non à Minoe Rege, ſed poſt obitum Minois ab illis Cretenſibus conditam tradit quos in Siciliam duxerat Minos. Tertium fuit ejuſdem oppidi nomen Heraclea. Suidas: Ἡράκλεια, πόλις περὶ Σικελίαν, ἡ λεγομένη Μινώα, *Heraclea Siciliæ urbs quæ Minoa dicitur*. Polybius lib. 1. *Carthaginenſes cum CCCL. navibus armatis in altum provecti, Lilybæum appulerunt*, ἐντεῦθεν δὲ πρὸς Ἡράκλειαν τὴν Μινώαν καθωρμίσθησαν, *inde ad Heracleam Minoam claſſem in portu conſtituerunt*. Heracleæ nomen inditum à Lacedæmoniis, à quibus vel Dorieo, ut Diodorus, vel Euryleonte duce, ut ſtatuit Herodotus, urbs inſtaurata, & ſubitis incrementis amplificata eſt. *Diod. l. 4. Herod. l. 5.* Donec οἱ Καρχηδόνιοι φθονήσαντες ἅμα καὶ φοβηθέντες μήποτε πλεῖον ἰσχύσασα τῆς Καρχηδόνος, ἀφέληται τοὺς Φοίνικας τὴν ἡγεμονίαν, στρατεύσαντες ἐπ' αὐτὴν μεγάλαις δυνάμεσι, καὶ κατὰ κράτος ἑλόντες κατέσκαψαν. *Carthaginenſes, invidentes ſimul & veriti ne quando ſupra Carthaginis potentiam evaleſcens, principatum Pœnis adimeret, magnis eam aggreſſi copiis, vi captam funditus diruerunt.* Ita Diodorus lib. 4. Qua occaſione deinceps reſtaurata ſit aliorum eſto diſquirere. Vetuſtiſſimum illud nomen *Macara* vel מכרה *Mecara* effoſſam aut exciſam ſonat. Ratio eſt in promptu. *Pro mœnibus*, inquit Fazellus Decad. 1. lib. 6. cap. 2. *complura in viva ipſa rupe exciſa adhuc granaria mari imminent. Sed & ad ipſum littus in ſubaquaneis ſcopulis ſtationem Heracleenſes ferro exciderunt, quo tutò ad frumenta devehenda navigia littori adhærere poſſent.* *Macara* in Heraclide pro *Mecara* legitur ἀρχαϊκῶς. Tale *ſabaoth* pro *ſebaoth*, *Raphaim* pro *Rephaim*, *Sarug* pro *Serug*, &c. De Minoe & Cretenſibus quidquid afferunt valde incertum eſt, ut ſuo loco docebo. Itaque Minoæ nomen potuit aliunde deflecti: puta à *Manoa* conditore, cujus nominis fuit pater Samſonis. Minæos etiam in Arabia, id eſt, מענים *Meunim*, docuimus à Minoe deduci; & Gazam Palæſtinæ urbem, quæ & ipſa Minoæ cognomen habuit. Stephanus in voce *Gaza*: ἐκλήθη δὲ καὶ Μινῴα, ὅτι Μίνως σὺν τοῖς ἀδελφοῖς Αἰακῷ καὶ Ῥαδαμάνθυι ἰὼν, ἐξ ἑαυτοῦ ταύτην ἐκάλεσεν. *Etiam Minoa dicta eſt, quia Minos eo ſe conferens cum fratribus Æaco & Rhadamantho, eam à ſe nominavit.* Quin *Minoa* dicta eſt pro *Madmenaa* vel *Menoide*. Nempe è duabus Gaza altera erat Madmenæ propior, quæ & Menois dicta eſt. Hieronymus in Locis: *Medemana in Tribu Juda, cujus meminit Eſaias. Et nunc eſt Menois oppidum juxta civitatem Gazam.*

Poſt Halycum *Iſburo* amni nomen feciſſe videtur altitudo alvei. Talmudici in tractatu Peſach שופכין במקום האשבורן, *fundunt in loco Esboren*. In Jalkut Levit. fol. 149. 1. legitur אישבורא *Isbura*, & explicatur *locus profundus in quo congregantur aquæ*. Ita habet Buxtorfius. Quomodo etiam Aruch יש מקום עמוק שקוו בו המים. De Iſburo amne vide Ptolemæum. Iſburus Cluverio hodiè *Fiume di Calta bellota*, id eſt, *arcis quercuum*. Scribit enim Geographus Arabs קלעה אלבלוט.

Poſt Iſburum in Mediterraneis eſt *Adrano* vicus, de quo Diodorus lib. 23. hodiè *Adragno*, an ab Adrano Siculo Deo de quo ſupra?

Non procul ab Adranone Hypſa fluvius ab Agrigentino Hypſa diverſus cum Crimiſo confluit. Hujus præter Plinium meminère Selinuntiorum nummi veteres, quibus inſculptum eſt Hypſæ numen formoſi pueri imagine, cum hac inſcriptione ΤΨΑΣ. Unde confirmatur id quod diximus Hypſæ nomen eſſe à deliciis. Nam & Ἀκραγαντῖνοι τὸν ἐπώνυμον τῆς πόλεως ποταμὸν παιδὶ ὡραίῳ εἰκάσαντες θύουσι, *Agrigentini cognominem urbi fluvium ſpecioſi pueri formâ effingentes illi ſacrificant*, ut agri

ſui

Digitized by Google

ſui delicias puerilis ætatis forma & vigor aliquo modo exprimeret. Vide Ælianum hiſt. lib. 2. cap. 33.

Ad Hypſæ oſtium erat *Inycus*, ubi ante Trojana tempora fertur Cocalus Rex Sicanorum regni ſedem habuiſſe, quam alii ad Camicum ſtatuunt. Stephanus; Κάμικος πόλις Σικελίας ἐν ᾗ Κώκαλος ἦρχεν ὁ Δαιδάλου, Χάραξ δὲ Ἴνυκον ταύτην φησίν, *Camicus urbs Siciliæ in qua regnavit*, id eſt, Regiam habuit *Cocalus Dædali* (ſupp. æqualis. Neque enim Dædali filius fuit Cocalus) *Charax autem illam* (ſupp. regiam Cacali ſedem) *Inycum eſſe dicit*. A viri præſtantia multùm commendatur *Inycum*, vel ut alii Ἴνυκτον. Stephanus: Ἴνυκτον πόλις Σικελίας, &c. ἀφ' οὗ Ἰνυκτῖνος οἶνος, *Inyctum urbs Siciliæ*, &c. *a qua vinum Inyctinum*. Heſychius: Ἰνυκῖνος οἶνος, ἀπὸ Ἰνύκου τῆς Σικελίας. Ἔστι δὲ πολίχνιον εὔοινον, *Inycinum vinum ab Inyco Siciliæ. Eſt enim oppidum, cujus ager eſt boni vini ferax*. (Malè legitur Ἰνυκῖνοι & Ἰνυκῶ.) Proinde Inyco nomen, niſi me fallit conjectura, à pręſtantia ינקורת *jenikoth*, vel quod idem eſt ינקות *jonekoth* propaginum. Hac voce utitur Pſaltes Pſal. 80: 12. agens de vite allegorica, id eſt, Republicâ Judæorum, *quæ miſit palmites ſuos ad mare, & ad flumen* ינקתיה *propagines ſuas*. Propago Pœnis dicebatur ינקא *jenika* & ינקתא *jenikta*. Inde oppidi nomen *Inycum* vel *Inyctum*. Plato in Hippia Majore Inycinorum & Inyci meminit aliquoties, tanquam χωρίου πάνυ σμικροῦ.

In Hypſam influit *Crimiſus*, cujus nomen variè ſcribitur. Hyginus habet *Crimiſum*, Vibius *Crimiſon*, Æmilius Probus *Crimiſſum*. In Virgilio legit Servius:

Troïa Crimiſo conceptum flumine mater.

Tamen is præfert Crimiſum: *Heſione*, inquit, *ad Siciliam delata à Crimiſo fluvio, quem Crimiſum Virgilius Poeticâ licentiâ vocat, compreſſa, edidit Egeſtum*. Et Κριμισσὸν per μ habent Lycophron & Ælianus. Plutarchus in Timoleonte Κριμησόν, Diodorus lib. 18. Κρημισσόν. Fortaſſe Pœnis dictus eſt כרמס *carmes* pro כרפס *carpes* vel *carphes* permutatis literis בומף *bumaph*, quod in his linguis eſt frequens. Hinc *liberare* Hebræis פלט *pillet* & מלט *millet*; conculcare רפס *raphas* & רמס *ramas*; *diſſolvi & deficere* פוג *pug* & מוג *mug*, & Arabicè tenebræ dicuntur טרפסא *turphaſa* & טרמסא *termaſa*. Et σαμψήρα Suidæ ſpathę barbaricę genus Chald. ספסרא *ſaphſera* dicitur & Perſ. in Tavaſio שמשר *ſamſer*. Ita Pœnos conjectamus apium appellaſſe כרמס *carmes* pro Syro כרפס *carpes* & Arabico כרפס *carphes*; atque inde *Crimiſo* nomen factum ab apii copia: huc facit quod in oſtio Crimiſi urbs Selinus, cum vicino ad Occidentem amniculo Selinunte, etiam ἀπὸ τοῦ σελίνου ab apio nomen habet. Fazellus Dec. 1. lib. 6. cap. 4. *urbi fluvioque etiam illam ad Occidentem præterlabenti, Selinuntis veteris nomen indiderunt ab apio, quo circumpoſitus ager ætate etiam mea plurimùm abundat*. Et ex Plutarcho notiſſima eſt hiſtoria de Timoleonte, cui cùm copias raptim duceret πρὸς τὸν Κριμησὸν ποταμὸν, *ad Crimiſum fluvium*, occurrerunt ἡμίονοι σέλινον κομίζοντες, *muli apium ferentes*, atque id in omen verſum, quia buſtis mos erat apium ſuperinjici. Sed Timoleon ut milites ſuperſtitione ſolveret, coronam dixit ante victoriam ultro offerri. Corinthios enim in Iſthmiis victores apio coronari. Et eos ita affatus, ex apio coronam primus capiti impoſuit; quod illius imitatione ſtatim à reliquis præſtitum. Idem narratur à Diodoro lib. 16. Plut. in Timol.

Potuit & *Crimiſus* Punicè dici כרם עסים *ceremaſis*, vel ἀρχαϊκῶς *cremeſis*. כרם *cerem* eſt vitis, & עסים *aſis*, vel *eſis*, ita enim Veteres, muſtum vel uvæ ſuccus quem torcular exprimit. Hinc כרם עסים *vitis ſucci* Hebræa phraſi, eſt vitis quę uvas habet multo ſucco uberes; ut Eſ. 27: 2. כרם חמר *vitis vini*, vitis eſt multo vino fertilis. Cui opponitur, Oſ. 10: 1. גפן בוקק *vitis vacua* vel evacuans. Ita igitur Crimiſus dictus fuerit ab ubertate vinetorum. Nempe pręter Inycum, quam Hypſæ mixtus alluebat, ibi vicina erat Entella, de qua Silius lib. 4.

- - - largoque virens Entella Lyæo.

De cætero in Entella etiam ſcriptura parùm eſt conſtans. Tzetzes in Lycophronem Ἔνταλλαν ſcribit & Ἄνταλλαν & Ἄνταλαν; & nomen habuiſſe vult ab Ægeſti uxore, quam modo Σιτύλλαν appellat, modo Αἴτυλλαν. Vibius ita habet in Catalogo fluminum: *Crimiſos Siciliæ, civitati Atilae*, quod Cluverius ſic reſtituit: *Crimiſos Siciliæ, civitati Atellæ*. Punicum erat תל *thel* vel תלה *thilla* tumulus: & Hebræorum articulo præfixo התל *haithel* התלה *haithilla*. Ita dicebatur à ſitu. Fazellus Dec. 1. lib. 10. *Duorum hinc paſſuum millium ſpatio diſtat Entella, urbs vetuſtiſſima, in monte ejuſdem nominis quam præciſa undique & inacceſſa rupes, & unicus tantum aditus, parvi præſidii indigus, naturâ munitiſſimum reddunt*. In Scriptura quædam urbes à ſimili ſitu nomen habent, ut *Telmelach*, Eſdr. 2: 59. *Thelaſſar* 2 Reg. 19: 12. *Thelabib*, Ezech. 3: 15. Et Jerem. 30: 18. prædicit Sacer Vates fore ut Jeruſalem inſtauretur על תלה (*al thilla*) *ſuper tumulum ſuum*, id eſt, ſuper eoſdem montes, de quibus, Pſ. 87: 1. *Fundamenta ejus in montibus ſanctis*. Joſuæ denique cap. 11. verſ. 13. *urbes ſtantes* על תלם (*al thillam*) *ſuper tumulum ſuum*, ſunt urbes quæ conditę ſunt in eminentiore ſolo, atque eo ipſo munitiores.

Eſt etiam ad Crimiſum Silii *celſus Jetas*, aliis *Jeta*, hodiè *Jato*. Pœnis יטה à quo defluit Ptolemęi *Bathys*. Sed de ea urbe jam actum.

Trans Hypſam & Selinuntem ab apii ubertate dictum. Cluverius *Elcethium* deſcribit ex Ptolemæo; unde Plinii *Elcethienſes*, corruptè *Ecetienſes*. Elcethium eſt חלקת *Elcāth*, ut Joſ. 21: 31. *Elcath* eſt agri portio.

Jam ad Lilybęum uſque, unde Siciliæ περιήγησιν exorſi ſumus, nihil Phœnicium ſupereſt pręter amnem *Mazaram* vel *Mazarum*, de quo Ptolemęus: Μαζάρα ποταμοῦ ἐκβολαί, *Mazara fluvii oſtium*. Et Diodorus lib. 11. *In Sicilia inter Ægeſtanos & Lilybætanos bellum exortum eſt* περὶ χώρας τῆς πρὸς τῷ Μαζάρῳ ποταμῷ, *de agro ad Mazarum fluvium*. Et lib. 13. de Annibale: *Caſtra à Lilybæo movet verſus Selinuntem iter faciens*, ὡς δ' ἐπὶ τὸν Μαζάρων ποταμὸν παρεγενήθη, *ut autem ad Mazaram fluvium pervenit, emporium illic ſitum primo impetu cepit*. Emporium nempe *Mazarum* vel *Mazaram* Stephano Φρούριον Σελινουντίων, *Caſtellum Selinuntiorum*, ad oſtium amnis cognominis in Orientali ripa conditum. A quo hodiéque Siciliæ tertia pars vulgò *val di Mazara*, id eſt, vallis Mazarenſis appellatur. Punicum amnis nomen מצר *mazar* pro limite paſſim occurrit in Hebręorum libris. Ideo Jeremię Lamentationum cap. 1. verſ. 3. Hebręa verba בין המצרים Chaldęus Interpres reddidit בין תחומיא *inter terminos*. Neque fortaſſe id malè. Mazaro igitur inde fuit nomen, quod ad illum fuit terminus Punicæ ditionis: poſtquàm nimirum Gręcorum plurimis in hanc inſulam navigantibus, Pœnis nihil relictum eſt pręter Motyam & Soluntem & Panormum, ut in Thucydide habetur. Gręcorum igitur ultima urbs Mazara fuit ad Orientalem ripam Mazarę amnis, ubi ſuperſtes hodiéque eſt. Nam Occidentalem Pœni tenebant, quorum erat oppidulum ab Occaſu proximum nomine Lilybęum.

* In media Sicilia deſcribuntur Ἡραῖα ὄρη *Heræi montes*. Hi longo dorſo protenduntur ab umbili- P. Ælian. hiſt.

l. 10. c. 18. & anim. l. 11. c. 10.

co Siciliæ uſque ad montem Chalcidicum, qui & Pelorus dicitur à Peloro proximo. Horum montium incredibilis eſt amœnitas, & ubertas tam eximia, ut Carthaginenſium copiis ſame laborantibus diu ſuffecerint, nec potuerint exhauriri. Ibidem Nympharum fuit lucus lauris conſitus, in quo Nympha ex Mercurio Daphnin peperit. Plura vide Diodori lib. 4. in fine. Dicitur & mons *Hereus*. Vibius in Catalogo fluminum: *Chryſas Syracuſis ex monte Heræo*. Non à Junone, ut volunt, ſed ab Hebræa voce הר *har* quæ montem ſonat, unde per *ſegol* הרה נסו (*hera naſu*) *in montem fugerunt*, Gen. 14: 10. Indidem *Herbeſſus* & *Hybla Hera* vel *Heræa*, ut docuimus.

Cicero lib. 2. 3. & 5. in Verrem. Diod. lib. 13. & 14.

Sed & in hoc ipſo monte *Herbita*, oppidum ex Cicerone, Diodoro, Plinio, Ptolemæo, & Stephano notiſſimum, eſt הר בטח *har-betah* vel הר בתחה *har-bitha* ὄρος ἀσφαλείας, id eſt, ἀσφαλὴς, mons tutus & ſecurus. Situm ita deſcribit Arctius in Sicilia ſua. *Nicoſia* vetus *nomen incertum eſſet, niſi conjectura, quam Herbitam antiquitus appellabant,* * *honeſtam & copioſam civitatem eſſe doceret. Alii à proximo loco, Caſalinis nomine, illuc eam translatam eſſe ajunt. A qua haud procul Sperlinga arx in rupe ex una parte in excelſa altitudine exciſa. Oppidum ibi antiquitus fuiſſe, quod ruina atque antiquitatis adhuc viſuntur veſtigia, vicini populi teſtantur.* Proinde Dionyſius, Ætna & Leontinis & Enna occupatis, Herbitam fruſtra attentavit, & cùm res non ſuccederet, pacem cum Herbitenſibus inire coactus eſt. Diod. lib. 14.

* Alludit ad Cicer. verba Verrina quarta; Herbitenſis Civitas, honeſta antea & copioſa.

In iiſdem montibus erat Ἔγγυον vel Ἔγγυιον Diodoro, Plutarcho, Ptolemæo, Silio, Stephano memoratum. Cujus Cives *Enguini* Ciceroni & Plinio, tanquam ab Enguio dicti. Ibi magna veneratione colebantur Deæ matres, quarum præter Diodorum lib. 4. etiam Plutarchus meminit in Marcello. At Cicero Verrinâ quartâ non matrum, ſed *matris magnæ* fanum deſcribit apud Enguinos. Quam idem Verrinâ quintâ *matrem Idæam* appellat, tanquam ab Ida Cretæ monte. Nempe conditores dicitur habuiſſe Cretenſes illos, qui cum Minoe Rege in Siciliam trajecerant. Diodorus ubi ſuprà. Sed eſt cur Pœnos potiùs putem: Punicum ſcilicet Enguii nomen; quod hæc ejuſdem Diodori planum faciunt: ἔκτισαν πόλιν ἐν αὐτῇ ἐν τῇ πόλει ῥεούσης πηγῆς ὠνόμασαν Ἔγγυον, *urbem ædificarunt cui à fluente in ea fonte Enguium nomen indiderunt.* Enguium, id eſt, עין גו (*En go*) *fons medii* ſupp. oppidi, vel עין גואי *Ain gauvai* fons medius, quia medium oppidum perfluebat. Jam ſupereſt ut pauca addamus de iis qui jam olim ante Phœnices & Græcos in hac inſula traduntur habitaſſe.

CAPUT XXX.

De Siciliæ priſcis incolis.

Fabulæ Veterum de Siciliæ priſcis incolis apud Thucydidem & alios. Cyclopes, Læſtrygones, Sicani, Siculi, Phocenſes, Elymi gens eadem. In Sicilia tres linguæ & tres gentes, id eſt, præter Punicam & Græcam una ſolum. *Cyclopes* indigenæ. Horum in Sicilia ſedes circa Lilybæum & Drepanum. Æneæ peregrinatio eadem quæ Ulyſſis. *Ægaſa* inſula prope Cyclopes in Homero. Cyclopum ſedes in חיק לוב *chek lub*, id eſt, in ſinu Libyco, vel Lilybitano. *Læſtrygones* iidem qui *Leontini*. *Læſtrygon* ליש טרקן *Lais tircan*, id eſt, leo mordax. Læſtrygonum cum Cyclopibus & Sicanis cognatio. *Sicani* indigenæ. *Sicanus* fl. in Hiſpania nullus. Sicanorum origo tota commentitia. *Sicalorum* item quos volunt ex Italia transvectos. In hac narratione multa ἀσύςατα. *Sicani* שכנים, id eſt, vicini ii dicti qui Phœnicibus erant in Sicilia propiores. Sicanos Lilybæum verſus cum Pœnis habitaſſe. *Sicilia* inſula שכלל *ſiclal*, id eſt, perfectionis, quia inſularum optima. *Eſcol* & *ſegul* botrus: Inde inſula סגוליא *ſegulaja*, id eſt, botrorum. Carthaginenſes olim vina & uvas è Sicilia comparaſſe. Sicilia vitibus fœcunda deſcribitur ab Homero & aliis. Vina *Mamertina*, *Potalina*, *Tauromintana*, *Catanenſia*, *Murgaentina*, *Syracuſana*, *Agrigentina*, *Tricalina*, *Iucina*, &c. Naxus *Sicilia* dicta, nempe à vinearum ubertate. Multa de Naxo Baccho ſacra. *Elymi* non ſunt Trojani, ſed pars Sicanorum, quæ cum Pœnis iniit fœdus. Elymi, id eſt, עלים, quia in excelſis locis degebant. Horum tres urbes Eryx, Egeſta & Entella in montibus adeòque Sicanorum oppida penè omnia. M & N ſervile tanquam radicale quandoque exprimi. *Elymi* etiam פוקנים *Phaucnim* à ſitu dicti, quod Græci *Phocenſes* interpretati ſunt.

De Siciliæ priſcis incolis mira fabulantur Veteres, quorum pleraque Thucydides lib. 6. in pauca confert his ferè verbis: *Habitata antiquitus Sicilia in hunc modum fuit, & hos populos in univerſum habuit. Antiquiſſimi feruntur partem quandam regionis tenuiſſe Cyclopes atque Læſtrygones, quorum ego neque genus, neque unde venerint, neque quò abierint, compertum habeo. Sufficiat quod à Poëtis memoratum eſt, quodque apud ſe quiſque de illis ſentit. Poſt hos Sicani primi demonſtrantur incoluiſſe, quin, ut ipſi prædicant, præceſſerunt, quia ſunt indigenæ. Sed ut veritas comperitur, cum Iberi eſſent, à Sicano Iberiæ flumine Ligures eos ejecerunt. Et ab eis tunc dicta Sicania Inſula, quæ prius Trinacria appellabatur. Incolunt verò etiam nunc loca Siciliæ ad Occaſum vergentia. Cæterum, capto Ilio, quidam Trojanorum, qui Achæos fugiebant, navibus in Siciliam appulerunt: & collatis juxta Sicanos ſedibus, in univerſum Elymi appellati ſunt; urbeſque eorum fuêre Eryx & Egeſta. His alii coloni acceſſerunt Phocenſium nonnulli, eorum ſcilicet qui à Troja tunc in Libyam primum tempeſtate delati, mox è Libya in Siciliam tranſmiſerunt. Siculi autem ex Italia (hic enim habitavêre) fugientes Opicos in eandem inſulam trajecerunt, ut & credibile eſt & fama fertur, ratibus: obſervato cùm ventus poſuiſſet freto; fortè etiam aliter tranſvecti. Sunt autem etiamnum in Italia Siculi: ipſaque regio ab Italo quodam hoc habente nomen, ſic eſt cognominata. Hi magno cum exercitu in Siciliam tranſgreſſi, victis prælio Sicanis, & in partes quæ Meridiem Occaſumque ſpectant compulſis, effecerunt ut pro Sicania vocaretur inſula Sicilia: optimaque ejus quæque loca tenuerunt, ex quo eò tranſierunt, annis prope trecentis ante Græcorum in Siciliam adventum. Et nunc etiam mediterranea ejus atque ad ſeptentriones vergentia obtinent. Phœnices præterea circa omnem habitarunt Siciliam, occupatis extremis ad mare partibus parviſque inſulis eidem objacentibus, negotiandi cum Siculis gratiâ. At poſtquam permulti Græcorum illuc navibus trajecerunt, relictis pleriſque Motyam & Soluntem ac Panormum finitima Elymis oppida, ſedibus ibi poſitis, una incoluerunt; freti cùm Elymorum ſocietate, tum quia exiguo inde ad Carthaginem trajectu Sicilia diſtat. Tot igitur numero barbari, atque in hunc modum habitavêre Siciliam.* Hæc Thucydides hactenus, quibus ferè conſona reperias in Scylace, Diodoro, Strabone, Dionyſio, Halicarnaſſeo, Silio, Pauſania, Servio, Conſtantino Porphyrogenneta atque aliis.

Mihi tamen eſt perſuaſiſſimum præter Phœnices & Græcos non habuiſſe Siciliam alios incolas quàm indigenas, adeóque Cyclopes, Læſtrygones, Sicanos, Elymos, Phocenſes, Siculos, non tam eſſe diverſas gentes, quàm diverſas in eadem gente factiones, aut diverſa nomina, quæ ex Italia proxima, ut veriſimile eſt, in hanc inſulam migraverit paucis ſeculis poſt terrarum diviſionem. Hûc facit quod Apulejus Metam. lib. 11. Siculos appellat *trilingues*; quia præter Græcum & Punicum nonniſi Siculus ſermo in Sicilia fuit in uſu. In quem conveniſſe tot gentes tam diverſæ originis nemo facilè crediderit. Eódem pertinet Platonis inſignis locus in epiſtola ad Dionis propinquos, in quo tres

ſolùm

ſolùm populi in Sicilia recenſentur, Græci nimirum, Phœnices atque Opici, id eſt, Siculi vel indigenæ vel ex Italia advenæ ubi Opici populi. Verba ſic habent: Ἥκει δὲ, ἐάνπερ τῶν εἰκότων γίγνηταί τι καὶ ἀπευκτῶν, σχεδὸν εἰς ἐρημίαν τῆς Ἑλληνικῆς φωνῆς Σικελία πᾶσα Φοινίκων ἢ Ὀπικῶν μεταβαλοῦσα εἰς τινα δυναστείαν καὶ κράτος. *Si, quod abſit, id fiat quod eventurum veriſimile eſt, univerſa Sicilia in Græca lingua oblivionem lapſura videtur, ad Phœnicum vel Opicorum devoluta poteſtatem & dominationem.* Præterea quibus ſæculis barbaræ gentes tam multę in Siciliam dicuntur confluxiſſe, apud pleraſque nondum ullus erat uſus rei nauticę. Addo de ſingulis multa jactari palam falſa & ἀσύστατα. Nec opus fuiſſe in unam inſulam ex terris tam diſſitis tot accerſi populos; cùm ex Punica lingua pateat quomodo in unos Siculos quadrent hæ appellationes quotquot ſunt. Jam pauca de ſingulis, ut Lector ſciat nihil hîc à me temerè affirmari.

Cyclopes in Sicilia præter Poëtas Homerum, Heſiodum, Euripidem, Theocritum, Lycophronem, Virgilium, Ovidium, Silium, Nonnum, &c. etiam Hiſtorici & Geographi deſcribunt, Thucydides puta & Strabo Gręci, & è Romanis ſcriptoribus Trogus, Mela, Plinius, Solinus, alii. Adeóque in hac fabula veri aliquid ſubeſſe probant gigantum oſſa patrum noſtrorum memoriâ in variis Siciliæ locis eruta, de quibus vide Fazellum Dec. 1. lib. 1. cap. 6. Hos porrò eſſe indigenas patet ex conſenſu ſcriptorum, quorum ne unus quidem Cyclopes aliunde migraſſe tradit. Quin fatetur Thucydides ſeſe illorum οὔτε τὸ γένος ἔχειν εἰπεῖν, οὔτε ὁπόθεν ἐσῆλθον, ἢ ὅποι ἀπεχώρησαν, *neque genus effari poſſe, neque unde venerint, aut quò locorum conceſſerint.* Et Homerus negat Cyclopibus ullum eſſe navium uſum l. 9. Odyſſ. quarum ope ſedes mutaverint.

> Οὐ γὰρ Κυκλώπεσσι νέες πάρα μιλτοπάρῃοι,
> Οὐδ᾽ ἄνδρες νηῶν ἔνι τέκτονες.
> *Naves quippe feras non ſunt Cyclopibus ullæ,*
> *Nec faber ullus adeſt qui conſtruat.*

Quem Siciliæ locum Cyclopes tenuerint primus ex Homero docuit Cluverius duplici ratione; quarum prior ducitur ex accurata peregrinationum Æneæ & Ulyſſis collatione, ex qua Æneam conſtat Veteres (in his Dionyſium Halycarnaſſ. Tibullum, Virgilium & Ovidium) per eadem loca circumduxiſſe per quæ Homerus Ulyſſem ſuum. Unde eſt quod Virgilium ſcribit Macrobius narrationem ſuam *Homericis filis texuiſſe.* Sic Ulyſſes à Troja ſolvens ad Ciconum in Thracia littus appulit,

Odyſſ. l. 9.

> Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν.

Quo ferè loco Æneas Ænon condidiſſe fertur. Mela: *Eximia eſt Ænos, ab Ænea profugo condita, circa Hebrum Cicones.* Plinius; *Oppidum Ænos, Ciconum quondam regio.* Ulyſſem inde abripit Boreas ad Lotophagos Africæ populos prope Syrtes. Ita Æneam *ſtridens Aquilone procella in brevia & ſyrtes urget.* Et in Libyam appulſo pro loto fuit amor Didûs, quo ut loti eſu delinitus atque inescatus parum abfuit quin Italiæ oblivisceretur. Porrò ut è Lotophagis Ulyſſes ad Cyclopum terram, ita è Libya Æneas ad littora fraterna Erycis portuſque Sicanos delatus eſt circa Drepanum & Lilybæum. Inde in Æolias inſulas & Italiam uterque navigat. Nec deſunt qui Ulyſſem ſcribant eò cum Ænea delatum, aut illi ſaltem occurriſſe. Vide Lycophronem & Dionyſium Halic. lib. 1. & Victorem de orig. gentis Rom. Itaque ex Homeri mente Cyclopes veriſimile eſt non procul à Drepano & Lilybæo habitaſſe.

Altera ratio ſumitur ex deſcriptione terrę Cyclopum quæ quadrat ad amuſſim Lilybætano & Drepanitano littori. Ibi enim Poëta de Cyclopibus:

> Ἀλλ᾽ οἵγ᾽ ὑψηλῶν ὀρέων ναίουσι κάρηνα
> Ἐν σπέσσι γλαφυροῖσι.
> *Sed celſis effoſſa tenent in montibus antra.*

Quę nempe hodiéque extant ſub Eryce & viciniis montibus prope Drepanum. Et è regione inſula deſcribitur, qualis circa Siciliam nulla planè eſt, pręter Æguſam, aut inſularum Ægadum unam quæ huic littori objacent, & à caprarum copia nomen habent. Verba ſunt:

> Νῆσος ἔπειτα λάχεια παρὲκ λιμένος τετάνυσται
> Γαίης Κυκλώπων, οὔτε σχεδὸν οὔτ᾽ ἀποτηλοῦ
> Ὑλήεσσ᾽· ἐν δ᾽ αἶγες ἀπειρέσιαι γεγάασιν.
> *Cyclopum brevis in terris videt inſula portum*
> *Oppoſitum, quæ nec vicina, nec inde remota eſt.*
> *Sylvis denſa, greges caprarum ubi mille vagantur.*

Et paulò pòſt:

> Ἀνδρῶν χηρεύει, βόσκει δέ τε μηκάδας αἶγας.
> *Incola nemo, capræ ſolis paſcuntur in agris.*

Sequitur in eadem inſula prata eſſe mollia & irrigua, ſolum fertile, portum commodum, fontes limpidos; quę omnia in Æguſa inſula ſe obſervaſſe refert Cluverius teſtis αὐτόπτης.

His obſervatis, non difficile eſt Cyclopum nominis originem è Punica lingua eruere. Gręci Cyclopes dici fabulantur, eo quod unum oculum rotundum in fronte haberent,

> *Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis inſtar.*

Heſiodus in Theogonia:

> Κύκλωπες δ᾽ ὄνομ᾽ ἦσαν ἐπώνυμον, οὕνεκ᾽ ἄρα σφέων
> Κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἕεις ἐνέκειτο μετώποις.
> *Orbiculare ingens, mediis in frontibus, ollis*
> *Lumen erat; Cyclopum ideò ſunt nomen adepti.*

Quin Cyclopes dictos interpretor à Phœnicio חיק לוב *chek-lab*, contracto ex חיק ללוב *chek lelub*, id eſt, *ſinus Lilybætanus*, vel *ſinus ab Libyam.* Nam ut promontorium proximum Punicè ללוב *Lelub* ſeu *Lilybæum* dictum eſt, quia *Libya* eſt oppoſitum, ita ſinus ille חיק ללוב *chek lelub* vel חוק לוב *chek-lub* nominabatur; aut etiam חיק לובים *chek labim* ſinus Libum, quia Φοίνικες καὶ Λίβυες, *Phœnices & Libyes eò* delati στόλῳ ἀφίκοντο ἐς τὴν νῆσον κοινῷ, *communi claſſe in inſulam venerunt,* ut ſcribit Pauſanias in Eliacis. Proinde veteres etiam locorum incolæ Punicè dicti ſunt אנשי חיק לוב homines *chek Lub*, id eſt, ſinûs Lilybętani, vel אנשי חיק לובים homines *chek-Labim* ſeu ſinûs Libum. Quod Græci κακῶς ἐκλαβόντες ſuo more Κύκλωπας interpretati ſunt, quaſi ſic appellarentur, quod unum haberent oculum, eumque orbicularem. Palęphatus quidem, ut videretur aliis plus ſapere, hoc ipſum nomen retulit ad ſitum locorum, ſed perabſurdè. *Cyclopes*, inquit, *dicti ſunt quod rotundam quandam inſulam incolerent*, cùm Cyclopum ſedem Siciliam τρινάκριαν eſſe & triquetram nemo neſciat. Sed fuit hoc τὸ πρῶτον ψεῦδος, quod ut alii Punicam vocem è Gręcia peti voluit.

In altera parte inſulę circa Teriam amnem & Leontinos campos habitaſſe dicuntur Lęſtrygones, immane genus hominum, ferino more humana carne veſci ſolitum. Plinius lib. 3. cap. 8. *Flumina Symathus, Terias. Intus Laſtrygonii campi, oppidum Leontini.* Silius lib. 14.

> *Prima Leontinos vaſtarant prælia campos,*
> *Regnatam duro quondam Læſtrygone terram.*

Didymus in Odyſſ. lib. 10. Φασὶ δὲ τοὺς Λαιστρυγόνας κατῳκηκέναι τὴν τῶν Λεοντίνων περὶ Σικελίαν χώραν. *Aiunt autem Læſtrygones Leontinorum in Sicilia quondam tenuiſſe agros.* Quod ipſum ſequitur Euſtathius. Suidas in verbo Κενταυρικῶς. Τοὺς Λαιστρυγόνας τοὺς τὸ Λεοντῖνον πεδίον οἰκήσαντας, *Læſtrygones qui ha-*

habitant in agro Leontino. Iſacius in Lycophronem: Λαιστρυγόνες δὲ εἰσὶν οἱ νῦν ἐν Σικελίᾳ Λεοντῖνοι, *Laſtrygones verò ſunt qui nunc in Sicilia Leontini dicuntur.* Item: Λαιστρυγόνες, οἱ νῦν Λεοντῖνοι. Εἰσὶ δὲ ἐν Σικελίᾳ, ὡς ληροῦσιν, ὑπάρχοντες ἀνθρωποφάγοι, *Laſtrygones, qui nunc Leontini. Sunt autem in Sicilia, ut nugantur, qui veſcuntur humana carne.* Nempe ut Græcè Λεοντῖνοι, ita Punicè Læſtrygones dicti ſunt à leoninis moribus. Quippe Λαιστρυγὼν *Laſtrygon* Phœnicibus erat ליש טרקן (*Lais tercan*) *leo mordax.* Itaque id veriſſimum eſt *Leontinos* eoſdem eſſe quos *Laſtrygones.* Et Læſtrygonii campi Græcè rectè appellantur τὰ Λεοντίνων πεδία, *Leontini* ſeu Leonini campi, apud Polybium & alios, ubi Ptolemæi *Leontinum*, vel ut alii *Leontium* urbs, Siculis hodie *Lentini*, quam alluit Liſſus fluvius in Teriam influens, ut teſtatur Polybius lib. 7. *Liſſus*, id eſt, ליש *Lais* vel *Laiſch*; qua voce Pœnos leonem ſignificaſſe jam docuimus. Sed & Terias hodiè vocatur ab accolis *fiume di Santo Leonardo*, Sancti Leonardi fluvius, quia Leonardi nomen ad leonem alludit. Et in eadem ora erui nummos veteres cum leonis expreſſa imagine ſcribit doctiſſimus Cluverius.

Læſtrygones eandem eſſe gentem cum Cyclopibus docet ſimilitudo morum, & quod utrique eadem ætate in Sicilia vixerunt tanquam indigenæ. Ideo de utraque gente Thucydides: Παλαιότατοι μὲν λέγονται ἐν μέρει τινὶ τῆς χώρας Κύκλωπες καὶ Λαιστρυγόνες οἰκῆσαι. ὧν ἐγὼ οὔτε γένος ἔχω εἰπεῖν, οὔτε ὁπόθεν εἰσῆλθον, ἢ ὅποι ἀπεχώρησαν. *Antiquiſſimi dicuntur in parte quadam Siciliæ Cyclopes & Laſtrygones habitaſſe, quorum ego neque genus, neque unde venerint, aut quò abierint compertum habeo.* Ab his deſcendiſſe Sicanos aut Sicanorum patrem Sicanum apertè docet vetuſtiſſimus ſcriptor Demetrius Calatianus. Theocriti Scholiaſtes in Idyllium primum. Δημήτριος ὁ Καλατιανός φησι ἐκ Βριάρεω, ἑνὸς τῶν Κυκλώπων παῖδας γενέσθαι Σικανὸν καὶ Αἴτνην, *Demetrius Calatianus tradit Briarei Cyclopum unius filios fuiſſe Sicanum & Ætnam.* Proinde apud Diodorum lib. 5. τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν τὸ παλαιὸν Σικανούς, αὐτόχθονας εἶναι φασὶν οἱ νομιμώτατοι τῶν συγγραφέων, *veteres Siciliæ incolas Sicanos indigenas eſſe tradunt ſcriptores accuratiſſimi.* Et in his, eodem authore, Timæus, ſcriptor Siculus qui ſub Agathocle vixit, non ſimpliciter aſſerit, ſed & ἀκριβῶς ἀποφαίνεται τούτους αὐτόχθονας εἶναι, *accuratè demonſtrat illos eſſe Aborigines:* & Philiſtum cum Thucydide eos ab Hiſpaniæ amne Sicano deducentem ignorantiæ arguit. Adeóque Diodorus etiam ipſe gente Siculus, & totius terrarum orbis, ſed maximè patriæ ſuæ antiquitatum curioſus indagator, rem putavit ita confectam, ut jam nihil opus eſſe dicat in hoc probando immorari. Thucydides denique, qui fabulam de Sicanorum ex Hiſpania migratione primus omnium obtruſit Græcis, fatetur Sicanos ipſos in contraria fuiſſe ſententia, & voluiſſe pro indigenis haberi.

Neque verò ulla unquam fuerunt in Hiſpania veſtigia Sicani illius amnis à quo Sicanos nomen habere volunt. Itaque poſteriores pro Sicano Sicorim habent. Servius in lib. 8. Æn. *Sicani ſecundum nonnullos, populi ſunt Hiſpaniæ, a fluvio Sicori dicti.* Quo pertinere videntur hæc Silii de Sicanis:

Pyrene miſit populos, qui nomen ab amne
Aſcitum patrio terra impoſuêre vacanti.

Sicoris enim (hodiè *Segre*) Cataloniæ fluvius eſt à Pyrenæo monte defluens. Sed à Sicori Sicorios, non Sicanos, ſe nominaſſent. Ejuſdem farinæ eſt *Sicana* urbs in Hiſpania uni Hecatæo nota, ut uni Stephano Δωρὰ, γῆ Ἰβηρίας, ἧς ὁ Σικανὸς ποταμός, *Dora, Iberiæ terræ regio, in qua Sicanus fluvius.* Et *Sicanus* coloniæ dux apud Solinum, Martianum & Iſidorum.

Nihilo verius eſt quod in Thucydide ſequitur, Sicanos illos ex Hiſpania ejectos fuiſſe à Liguribus. Quamvis idem legatur in Dionyſio Halycarnaſſeo. Neque enim ſedes Ligurum in Hiſpania fuit trans Pyrenæos, ſed in Gallia circa Rhodanum & Alpes.

Jam ſi quæratur quo itinere, terreſtrine an maritimo, hæc Hiſpaniarum colonia in Siciliam ſe contulerit, res erit plena ambagum. Nam ſi terreſtri dixeris, neceſſe erit gentem obſcuram per Pyrenæos & Alpes Galliamque & Italiam quanta quanta eſt, in Siciliam deducere, poſt debellatos Ligures, Tyrrhenos, Umbros, Auſonas, Opicos, & Oenotros, populoſque alios pugnaciſſimos in illo ſpatio interjectos. Nec dici poteſt Sicanos navibus ex Italia in Siciliam trajeciſſe, quia navium uſus inter Hiſpanos multò fuit recentior.

Nec mihi magis probatur quod huic fabulæ pro corollario additur, Sicanos illos, cùm olim totam inſulam tenuiſſent, tandem à Siculis eò ex Italia transvectis prælio victos, coactos fuiſſe ad Occaſum & Meridiem ſecedere, id eſt, Lilybæum verſus. Quin re perpenſa accuratiùs, nego ex Veterum ſcriptis certi quicquam poſſe elici de Siculorum ex Italia in Siciliam migratione. Id quidem præter Thucydidem etiam alii referunt ſcriptores graviſſimi. In his Diodorus Siculus & Dionyſius Halycarnaſſeus ex Hellanico Lesbio, Philiſto item & Antiocho Syracuſanis. Sed hujus migrationis hiſtorias quomodo illi referunt, inter ſe conferenti, ſtatim conſtabit rem ita eſſe dubiam & intricatam, ut nuſquam liceat pedem tutò figere.

In Thucydide Opici, in Antiocho Oenotri & Opici Siculos ex Italia exigunt. At in Hellanico pro Siculis Elymos & Auſonas Rege Siculo in Siciliam migrare cogunt Oenotri & Japyges. Rurſus ex Philiſti ſententia ἔθνος τὸ διακομισθὲν ἐκ τῆς Ἰταλίας οὔτε Σικελῶν οὔτ' Αὐσόνων, οὔτ' Ἐλύμων, ἀλλὰ Λιγύων, ἄγοντος αὐτοὺς Σικελοῦ; *gens ex Italia tranſvecta neque Siculorum erat, neque Auſonum, neque Elymorum, ſed Ligurum ductore Siculo.* Quod ſecutus Silius lib. 14. ita habet:

Mox Ligurum pubes Siculo ductore novavit
Poſſeſſis bello mutata vocabula regnis.

Idem *Siculus* Solino & Martiano *Neptuni filius* fuit; Iſidoro *Itali frater*; Servio *dux Sicanorum*, Antiocho *Romanus exul*, quem Itali ſucceſſor Morges hoſpitio ſuſcepit. Proinde ſcribit Dionyſius Siculos Latii gentem indigenam primos omnium Romam tenuiſſe, & iis pulſis ſucceſſiſſe Aborigines. Quod plane eſt ἀνιστόρητον. Nemo enim eſt qui Romam neſciat eandem gentem quæ condidit, ſemper obtinuiſſe; & de Siculis nil quicquam extare in hiſtoria Romæ naſcentis.

Jam ſi de tempore roges, hanc migrationem refert Hellanicus ad ætatem tertiam, & Philiſtus, quod ferè idem eſt, ad annum octogeſimum ante Trojanum bellum. Thucydides ad annum ferè trecenteſimum ante Græcorum in Siciliam adventum: quæ æra Trojano bello recentior eſt annis circiter centum & quinquaginta. Antiochus denique & Dionyſius Siculos Româ deducunt, quæ condita eſt annis minimum quadringentis poſt Trojana tempora.

Poſt migrationem Siculos in Italia uſque ad ſua tempora ſuperfuiſſe tradit Thucydides: εἰσὶ δὲ, inquit, καὶ νῦν ἔτι ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Σικελοί, *ſunt autem etiam nunc in Italia Siculi.* Quod cùm reliqui falſum eſſe ſciant, nec ullum Siculi nominis veſtigium totâ Italiâ reperiri; in Siciliam migraſſe fingunt omnes Siculos nullo excepto. Diodorus: ἀπὸ τῶν Σικελῶν, τῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας πανδημεὶ περαιωθέντων ὠνόμασαι Σικελία, *à Siculis, quorum univerſa gens ex Italia trajecit, nominata eſt Sicilia.* Dionyſius: τὸ μὲν οὖν Σικελικὸν γένος οὕτως ἐξέλιπεν Ἰταλίαν, *Siculum igitur genus ita reliquit Italiam.*

Siculi apud Thucydidem Sicanos prælio victos in remotiores inſulę partes compulerunt. At Diodorus, qui in patriis annalibus de hac pugna nihil repererat, Sicanos Ætnæi incendii latiùs graſſantis metu pridem verſus Occaſum receſſiſſe fabulatur, & ante multas ætates deſertas ab illis ſedes Siculos occupaſſe. Vides, Lector, eſſe veriſſimum quod probandum ſuſceperam nihil hîc eſſe quod fidem faciat, cùm in rei narratione ſcriptores tam parum ſibi conſtent.

Proinde Sicanos à Siculis, ut quidem puto, neque gens neque ſermo diſtinxit, ſed ſitus, & variæ ut evenit in eadem gente factiones. Et Punica voce שכנים *Sicani* dicti, qui Siculorum Pœnis erant proximi, quaſi vicinos dixeris. Hebræis enim & Syris שכן *ſaken*, cujus plur. שכנים *ſekenim*, vicinum ſonat. Inde שכנים *Sekenim* vel Sicani paſſim appellantur populi Judæis vicini. Sic Pſal. 44: 14. *Poſuiſti nos in opprobrium* לשכנינו (*liſckenenu*) *vicinis noſtris & in ſannam & ludiſicationem iis qui nos circumſtant.* Et Pſal. 79: 12. *redde ſeptuplum* לשכנינו *vicinis noſtris*, ubi Chald. Verſio Venetæ editionis habet לשיכננא *leſecanana* vel *leſicanana*, quæ eſt ipſiſſima vox Sicanorum. Et Deut. 1: 7. *Venite ad montem Amorrhæorum & ad omnia* שכניו *vicina ejus.* LXX. καὶ πρὸς πάντας τοὺς περιοίκους. Alibi reddunt γείτονες.

Nempe totius Siciliæ littora ſic peragraverant Phœnices, ut tamen præcipua adeóque poſt Gręcorum adventum ſola illis ſedes fuerit circa Lilybęum promontorium: in quo eodem cum illis angulo Sicani habitabant, in partibus quæ ad Occaſum & Meridiem ſunt obverſæ. Inde eſt quod Sicanos Thucydides migraſſe ſcribit πρὸς τὰ μεσημβρινὰ καὶ ἑσπέρια, & Elymos deſcribit ὁμόρους τοῖς Σικανοῖς οἰκήσαντας, *in iiſdem finibus cum Sicanis habitantes.* Phœnices autem ἐγγὺς τῶν Ἐλύμων συνοικίσαντας, *communibus prope Elymos ſedibus incolentes.* Sic de Elymis Dionyſius: ᾤκησαν περὶ ποταμὸν λεγόμενον Κριμισὸν ἐν γῇ Σικανῶν, *habitabant circa Crimiſum flumen in terra Sicanorum.* Et Caſſandra in Lycophrone ἐνοικήσουσι Σικανῶν χθόνα, *Sicanorum terram incolent.* Et Diodorus Siculos cum Sicanis conferens: Ταύτης δὲ τῆς χώρας τὰ μὲν πρὸς ἕω κεκλιμένα μέρη κατῴκουν Σικελοί, τὰ δὲ πρὸς δυσμὰς Σικανοί; *hujus regionis partes ad ortum Solis ſpectantes Siculi, ad occaſum Sicani incolebant.* Hùc refer quod in littorali Pœnorum tænia quam diximus, *Hyccara* vocatur à Thucydide πόλισμα Σικανικὸν *Sicanicum oppidum*, Et illud Poëtæ Æn. lib. 5.

- - - Nec littera longè
Fida reor fraterna Erycis, portuſque Sicanos.

Ubi per numeri enallagen, Sicani portus idem ſunt quod Erycinorum portus Drepanus.

Jam de Siculorum & Siciliæ nomine Phœnices conſulenti, mihi duo ſe obtulerunt. Unum Siciliam ab illis appellatam eſſe inſulam שכלול *Siclul*, id eſt, perfectionis. Quia inter omnes inſulas, quę notę erant tum temporis, facilè primas obtinet. Strabo lib. 2. αὕτη δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν καθ' ἡμᾶς ἐστὶ μεγίστη καὶ ἀρίστη, *hæc omnium in mari noſtro inſularum maxima eſt atque optima.* Diodorus in excerptis lib. 37. *Rhegium magna vi oppugnabant ſperantes, ſi eam obtinerent, ſe facilè copias in Siciliam trajecturos* καὶ κρατήσειν τῆς εὐδαιμονεστάτης τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον νήσων, *& omnium inſularum, quæ ſub Sole ſunt, beatiſſimam occupaturos.* Et de eadem initio lib. 5. κρατίστη τῶν νήσων ἐστὶ, *inſularum eſt præſtantiſſima.* Solinus cap. 5. *Quicquid Sicilia gignit, ſive Solis ſive hominis ingenio, proximum eſt his quæ optima judicantur.* Nec deſunt apud Strabonem qui Siciliam in genere aſſerant οὐδὲν χείρω τῆς Ἰταλίας, *Italiæ nulla in parte cedere*, σίτῳ δὲ καὶ μέλιτι καὶ κρόκῳ, καὶ ἄλλοις τισὶ κἂν ὑπερέχειν, *frumento autem & melle & croco & aliis nonnullis etiam eſſe præſtantiorem.* Itaque tam eximiam inſulam, & tot dotibus conſpicuam vero abſimile non eſt Phœnices appellaſſe inſulam *Siclul* perfectionis, id eſt, conſummatiſſimam inſulam, & numeris omnibus abſolutiſſimam: adeóque à verbo *Siclul* Siciliæ & Siculorum nomen eſſe detortum altero L rejecto.

Tamen aliud ſuccurrit, quod non veriſimilius modo, ſed & planè verum eſſe autumo. Nemo eſt qui neſciat in Scriptura *Neel-eſcol*, id eſt, torrentem aut vallem botri dici locum in quo exploratores à Moſe miſſi in terram Chanaan, decerpſerunt inſignem illam botrum. In quam rem expreſſa ſunt verba Vulgati Interpretis Num. 13: 25. *De malis quoque & de ficis loci illius tulerant, qui appellatus eſt Neel-eſcol, id eſt, torrens botri, eo quod botrum inde portaſſent filii Iſraël.* Nempe Hebræis אשכול *eſcol* eſt botrus, ut Syris סגול *ſegol* & סגול *ſegul*, mutatis homogeneis. Unde eſt quod Grammatici *ſegol* vocant à forma botri vocale punctum è tribus punctis in triangulum ſic ∴ digeſtis. Et in Hieroſolymitana Paraphraſi pro torrente botri legitur torrens סגולה *ſegula*: & plurale סגוליא *ſegulaja* pro botris, Gen. 40: 10. Ea ipſa voce puto Phœnices Siciliam appellaſſe, quaſi botrorum inſulam. Sive per *caph* ſcripſerint cum Hebręis, aut cum Syris per *gimel*, quod per *cappa* ſit expreſſum, ut in voce κάμηλος *ex gamal*. Ratio nominis eſt maniſeſta. Priſca illa ætate cùm Africa nondum ullis vitibus eſſet conſita, vina & uvas Carthaginenſes nonniſi è Sicilia habebant. Unde factum ut in Siciliæ parte quæ Africæ eſt oppoſita, hujuſmodi fructuum commercio Agrigentini in tantas opes excreverint. Ita habetur in Diodoro diſertiſſimis verbis lib. 13. pag. 374. & 375. Κατ' ἐκείνους δὲ τοὺς καιροὺς, τήν τε χώραν καὶ τὴν πόλιν τῶν Ἀκραγαντίνων συνέβαινεν εὐδαιμονίας ὑπάρχειν πλήρη. περὶ ἧς οὐκ ἀνάρμοστόν μοι φαίνεται διελθεῖν. Καὶ γὰρ ἀμπελῶνες τοῖς μεγέθεσι καὶ τῷ κάλλει διαφέροντες καὶ τὸ πλεῖστον τῆς χώρας ἐλαίαις κατάφυτον, ἐξ ἧς παμπληθῆ κομιζόμενοι καρπὸν ἐπώλουν εἰς Καρχηδόνα. Οὔπω γὰρ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους τῆς Λιβύης πεφυτευμένης, οἱ τὴν Ἀκραγαντίνην νεμόμενοι τὸν ἐκ τῆς Λιβύης ἀντιφορτιζόμενοι πλοῦτον, οὐσίας ἀπίστους τοῖς μεγέθεσι ἐκέκτηντο. *Circa illa tempora Agrigentinorum agrum & urbem contigit divitiis maximè affluere. De quibus diſſerere mihi non videtur eſſe extra rem. Vineta ſcilicet iis erant amplitudine & pulchritudine eximia. Quin & regionis magna pars oleis erat conſita. Unde uberrimam fructuum copiam Carthaginem portabant diſtrahendam. Quippe cum illa ætate Africa nondum arboribus eſſet conſita, Agrigentini agricultores incredibiles è Libya opes hoc commercio lucrabantur.* Unde eſt quod Homerus, qui Cyclopum terram, id eſt, Siciliam, vix aliter noverat quàm ex Phœnicum relatione, eam ſemel atque iterum deſcribit eximiis vitibus fœcundam. Primus locus ſic habet Odyſſ. lib. 9. verſ. 111.

Ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται
Πυροὶ καὶ κριθαὶ, ἠδ' ἄμπελοι αἵτε φέρουσιν
Οἶνον ἐριστάφυλον.
Hæc ſine ſeminio tellus inarata ferebat
Hordea, frumenta & vites, quæ grandibus uvis
Dulcia vina ferunt.

Et alter ejuſdem libri verſ. 357.

Καὶ γὰρ Κυκλώπεσσι φέρει ζείδωρος ἄρουρα
Οἶνον ἐριστάφυλον.
Quippe ferax tellus vinum fert grandibus uvis
Cyclopum generi.

Hinc Cyclops Polyphemus ad Galateam, apud Theocritum Idyll. 11.

- - - ἔστ' ἄμπελος ἁ γλυκύκαρπος.
- - - hic vitis dulcibus uvis.

Quod ita imitatur Ovidius lib. 13. fab. 8. ſub perſona Polyphemi:

Num. 13: 24. 25. et 32: 9. Deut. 1: 25.

Sunt

Sunt atro ſimiles longis in vitibus uvæ.
Sunt & purpureæ: tibi & has ſervamus & illas.

Et in eadem Siciliæ parte Aceſtes Æneæ & ſociis largitur vini cados. Virgilius lib. 1. Æn.

Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes
Littore Trinacrio, dederatque abeuntibus heros.

Hinc de Sicilia Silius lib. 14.

Multa ſolo virtus, jam reddere fœnus aratris,
Jam montes umbrare oleâ, dare nomina Baccho.

Et Galenus de antidotis lib. 1. cap. 3. Vina Aminæa Neapoli tenuia ſcribit, οὐχ ὥσπερ οἱ κατὰ τὴν Σικελίαν τε καὶ Βιθυνίαν Ἀμιναῖοι, *non ut Aminea in Sicilia & Bithynia.* Ubi nimirum, ut ſequitur, ὀλίγος μὲν ὁ ὑδατώδης καὶ λεπτὸς οἶνος γίνεται, *parum aquoſi ac tenuis vini gignitur.*

Imprimis in precio fuêre vina Mamertina Meſſanæ. Strabo lib. 6. εὔοινεῖ τε σφόδρα τῆς χώρας οὔσης, ὃν Μεσσήνιοι καλοῦσι τὸν οἶνον, ἀλλὰ Μαμερτῖνον, τοῖς ἀρίστοις ἐνάμιλλον ὄντα τῶν Ἰταλικῶν. *Et cùm admodum ferax ſit vini ager, vinum inde non Meſſanium, ſed Mamertinum vocant, quod cum Italicorum optimo quoque certet.* Dioſcorides lib. 5. πρὸς δὲ τὴν ἐν ὑγιείᾳ χρῆσιν ἐνθετοι οἱ ἀθάλασσοι, αὐστηροὶ καὶ λευκοί. διαφέρουσι δὲ τούτων οἱ Ἰταλικοί, &c. καὶ Σικελιωτικὸς ὁ Μαμερτῖνος καλούμενος. *Quæ vina marinæ aquæ nihil habent admixtum, auſtera & alba, ſanorum uſui ſunt aptiſſima. In his autem præſtant Italica, &c. & Siculum, quod Mamertinum appellatur.* Athenæus lib. 1. ὁ δὲ Μαμερτῖνος ἔξω μὲν τῆς Ἰταλίας γίνεται· καὶ γνώριμος ἐν Σικελίᾳ καλεῖται Ποταλῖνος, ἡδὺς δ' ἐστι, κοῦφος, εὔτονος· *Mamertinum extra Italiam provenit, nempe in Sicilia; Potalinumque appellatur. Eſt autem jucundum, leve, validum.* Plinius lib. 14. cap. 6. *Quartum curriculum publicis epulis obtinuêre à Divo Julio, &c. Mamertina circa Meſſanam in Sicilia genita. Ex iis Potulana ab authore dicta.* Martialis lib. 13. Epigram. 117.

Amphora Neſtoreâ tibi Mamertina ſenectâ
Si detur, quodvis nomen habere poteſt.

Id eſt, Opimiana dici poteſt, vel Falerna, aut Cæcuba, &c. & cum præſtantiſſimo quoque vino de bonitate contendere.

Erat in eadem Sicilia, teſte Plinio ubi ſuprà, & *Taurominitanis bonos lagenis pro Mamertino plerumque ſubditis.* Inde Eugenia vitis in Italia propagata. Idem cap. 2. lib. 14. *Eugeniam Tauromitanis colles cum generoſitatis cognomine miſere Albano tantùm agro, quoniam tranſlata ſtatim mutatur.*

Sed & quoties Ætna exardeſcit, Strabo author eſt Catanenſem agrum multo cinere oppleri, qui cum εὐάμπελον παρέχεται καὶ χρηστόκαρπον, τῆς ἄλλης οὐχ ὁμοίως οὔσης εὐοίνου, *reddit vinetis lætum & optimis fructibus cùm alibi vicinis agris vinum non ita præſtet.*

Varro de re ruſt. cap. 25. Plin. lib. 14. cap. 4. Id. ibid. cap. 2.

Si quis locus ſit craſſior aut nebuloſus, ibi Cato, Varro, Plinius jubent *Aminaum majus aut Murgentinum ſeri.* Quorum hoc tranſlatum fuerat è Siciliæ Murgentio prope Symæthum. Idem Plinius: *Surrentinis efficaciſſima teſtis Veſuvio tenus. Ibi enim Murgentina è Sicilia potiſſima, quam Pompejanam aliqui vocant.*

De vitibus prope Anapum & Syracuſas, & de Agrigentinis jam actum. Sequuntur *Triocala* vel *Tricala* caſtellum ad amnem Iſburum ita vocatum διὰ τὸ τρία καλὰ ἔχειν, *quod tria bona habeat.* In quibus cenſet Diodorus lib. 36. παρακειμένην χώραν ἀμπελόφυτόν τε καὶ ἐλαιόφυτον, καὶ γεωργεῖσθαι δυναμένην θαυμασίως, *regionem adjacentem vinearum ac olearum plantationi & frugum culturæ mirè idoneam.*

Non procul inde Inyx vel Inyctum oppidum, ad Hypſæ & Crimiſi oſtia, ob vini præſtantiam plurimum commendatur. Stephanus: Ἴνυκον πόλις Σικελίας, Ἡρόδοτος δὲ Ἴνυκτος αὐτήν φασιν, ἀπὸ τοῦ Ἴνυξ, ἀφ' οὗ Ἰνυκτῖνος οἶνος· *Inyctum urbs Siciliæ. Herodotus autem Inyctos eam dicit tanquam ab Inyx; unde vinum Inyctinum.* Heſychius: Ἰνύκινος (lege Ἰνύκινος) οἶνος ἀπὸ Ἰνυκοῦ τῆς Σικελίας· ἔστι δὲ πολίχνιον εὔοινον, *Inycinum vinum ab Inyco Siciliæ; eſt autem oppidum optimo vino ferax.*

Etiam ad Crimiſum erat Entella, de qua Silius:

—— largoque virens Entella Lyæo.

Inde Crimiſo amni nomen factum ſuo loco probavimus.

His adde Halyntium mulſum de quo Plinius lib. 14. cap. 14. *Pſythium & Melampſythium paſſi genera ſunt ſuum ſaporem non vini referentia. Coſibilites verò mulſi in Galatia naſcens & Halynthum in Sicilia.* Ab Halyntio & Aluntio vetuſtiſſimo Siciliæ oppido, in quo habitaſſe quoſdam è comitatu Æneæ fabulatur Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 1.

Heræos etiam montes in media Sicilia haberi dicit Diodorus lib. 4. ἀμπέλους τε πολλὰς φυομένας, καὶ μήλων ἀμύθητόν τι πλῆθος, *cum vites multas conſitas tum malorum inenarrabilem ubertatem.* Et de Ætna Geographus anonymus ſub Conſtantio; *Qui mons in gyrum vineta multa habens, generat vina præcipua.* Verum enim vero ex iis quæ allata ſunt conſtat pluſ ſatis non defuiſſe cauſas cur inſula סגוליא *ſegulaja* vel סכוליא *ſcoulaja*, id eſt, uvarum, Sicilia diceretur à Pœnis.

Tamen unum addam argumentum quo vel maximè id confirmatur. Naxon inſulam Baccho fuiſſe ſacram omnes norunt propter vini fertilitatem & præſtantiam: Hinc Heſychius: Νάξος, ἱερὰ Διονύσου. Et Statius lib. 2. Achill.

Lemnos, & a tergo decreſcit Bacchica Naxos.

Et Virgilius lib. 3. Æneidos.

Bacchatamque jugis Naxon.

Id eſt, interprete Servio, *aut vitibus conſitam, aut celebratam Bacchis, aut ubi Bacchus ex Indis egit triumphum.* Et Nonnus de Baccho Dionyſiac. lib. 47.

Ἀβρὸς ἐς ἀμπελόεσσαν ἐκώμασεν ἄντυγα Νάξου.
Naxi vitiferam molli pede venit ad oram.

Et apud Etymologum verbo Βίβλινος οἶνος, Simus Biblinum (vel Bimblinum) vinum, de quo tam multa Veteres, dici aſſerit à Naxi amne Bibline vel Bimbline. Et Athenæi lib. 1. Ἀρχίλοχος τὸν Νάξιον οἶνον τῷ νέκταρι παραβάλλει, *Archilochus cum nectare Naxium vinum confert.* Et lib. 2. Eupolis:

Οἶνόν τε πίνειν Νάξιον ἀπ' ἀμπέλων.
Vinumque bibere Naxiis è vitibus.

Et Diodorus lib. 5. pag. 225. Εἶναι δὲ καὶ περὶ τὴν τοῦ οἴνου ἰδιότητα διάφορόν τι παρ' αὐτοῖς, καὶ μηνύειν τὴν τοῦ θεοῦ πρὸς τὴν νῆσον οἰκειότητα. *Ajunt etiam apud ipſos* (Naxios) *ſingularem quandam eſſe vini præſtantiam, ex qua conſtet quam benè ſit affectus* (Bacchus) *Deus erga inſulam.* Et Solinus: *Naxos Dionyſia prius quam Naxos dicta, vel quod hoſpita Libero patri, vel quod fertilitate vitium vincat cæteras.* Quæ ſic detorſit Iſidorus Originum lib. 14. cap. 6. *Naxos inſula a Dionyſio dicta, quaſi Dionaxos, quod fertilitate vitium vincat cæteras.* Taceo fabulas de Bacchi & Ariadnes amoribus à Theſeo Naxi relictæ Nonni lib. 45. Et de navi Tyrrhenica quam eo animo conſcendit Bacchus ut in Naxum deferretur, Hyg. fab. 134. & Ovid. Metam. lib. 3. Et de Naxo Baccho data à Pholo Centauro apud Theocriti Scholiaſtem in Idyll. 7. Item de Naxiarum partu octimeſtri illis conceſſo in Bacchi gratiam, qui & ipſe ſit editus octavo menſe. De fonte denique quem ibi ajunt fluere vino prædulci, de quo vide Stephanum & Suidam & alios, Propertium imprimis qui ſic habet lib. 4. in Elegia ad Bacchum.

Et tibi

En tibi per mediam benè olentia flumina Naxum,
Unde tuum potant Naxia turba merum.

Taceo item quod apud Suidam in Λύσιοι τελεταὶ aſſerit Ariſtophanes Grammaticus, Διονύσου Λυσίου ἱερὸν Bacchi Lyſii templum in Bœotia fuiſſe conditum, διὰ τὸ λυτρώσασθαι Θηβαίους παρὰ Ναξίων ἄμπελον, *eo quod Thebani vitem à Naxiis redemiſſent.* Siciliæ porro nomen etiam Naxo commune fuiſſe diſcimus ex his Plinii lib. 4. cap. 12. *Naxus à Delo XVIII M. cum oppido quam Strongylen, dein Diam, mox Dionyſiada à vinearum fertilitate, alii SICILIAM minorem aut Callipolin appellarunt,* Nempe Phœnices utrique inſulæ סכוליא vel Siciliȩ nomen commune eſſe voluerunt, quia uvarum utrobique ſimilis fuit fertilitas.

Jam ad Elymos venio Pœnorum ſocios, de quibus Thucydides: Μοτύην καὶ Σολόεντα καὶ Πάνορμον ἐγγὺς τῶν Ἐλύμων ξυνοικίσαντες ἐνέμοντο, ξυμμαχίᾳ τε πίσυνοι τῶν Ἐλύμων, *Motyen & Soluntem & Panormum communi cum Elymis ſede incolebant, eorum commilitio freti.* Hinc in Pauſaniæ Phocicis, qui Pachynum pro Lilybæn jam ſemel uſurpavit, Antiochus Syracuſanus inter cætera de Cnidiis refert ὡς ἐπὶ Παχύνῳ τῇ ἄκρᾳ τῇ ἐν Σικελίᾳ κτίσαντες πόλιν, αὐτοὶ μὲν ἐξωσθῆναι ὑπὸ Ἐλύμων καὶ Φοινίκων πολέμῳ πιεσθέντες, *quomodo ab urbe quam ad Pachynum* (imò Lilybæum) *Siciliæ promontorium condiderant, bello pulſi ſint ab Elymis & Phœnicibus.* Hos Elymos plerique volunt Trojanæ fuiſſe originis, & patrem habuiſſe Elymum Ægeſti vel Aceſtȩ ſocium de quo Poëta paſſim. Thucydides: Ἰλίου δὲ ἁλισκομένου τῶν Τρώων τινὲς, διαφυγόντες Ἀχαιοὺς, πλοίοις ἀφικνοῦνται πρὸς τὴν Σικελίαν, καὶ ὅμοροι τοῖς Σικανοῖς οἰκήσαντες, ξύμπαντες μὲν Ἔλυμοι ἐκλήθησαν; *Ilio capto quidam Trojanorum Achæos fugientes, navibus in Siciliam delati ſunt, & locatis juxta Sicanos ſedibus, in univerſum Elymi appellati ſunt.* Dionyſius Halycarn. de Ænea & ſociis: Κατάγεται τῆς νήσου περὶ τὰ καλούμενα Δρέπανα, ἔνθα περιτυγχάνει τοῖς σὺν Ἐλύμῳ καὶ Αἰγέστῳ προεξελθοῦσιν ἐκ τῆς Τροίας, οἳ ᾤκησαν περὶ ποταμὸν λεγόμενον Κριμισσόν. *Cùm ad eam inſulæ partem appuliſſent quam Drepana vocant, in eos inciderunt qui cum Elymo & Egeſto priores Troiâ profecti erant, & circa fluvium Crimiſum habitabant.* Addit aliquantò pòſt ab Elymo dictos Elymos potiùs quàm Ægeſtos ab Ægeſto, quia propter regium genus, Elymi major erat dignatio. Silius lib. 14.

Miſcuerunt Phrygiam prolem Troianus Aceſtes,
Troianuſque Elymus.

De Elymo Troiano, quem Anchiſȩ nonnulli volunt nothum fuiſſe filium, plura vide apud Strabonem, Servium, Iſacium & alios. Tamen Elymos in Sicilia Scylax diſtinguit à Troianis. Et apud Dionyſium Halycarnaſſ. eoſdem Elymos Hellanicus ex Italia deducit tertia ȩtate ante Troianum bellum. Et Stephanus in Αἰανὴ Elymi cujuſdam Regis Tyrrhenorum meminit, cujus filius Ænam urbem in Macedonia condidit. Summo denique Poëtȩ Elymus, licet Trojani Aceſtȩ comes & ſocius, Siculus tamen non Troianus eſt.

Tum duo Trinacrii juvenes, Elymus, Panopeſque,
Aſſueti ſylvis, comites ſenioris Aceſta.

Itaque Elymos putamus Sicanorum fuiſſe partem quæ cum Pœnis iniit fœdus. Et Elymorum nomen ſumptum ex Phœnicio עלים *alim* vel *elim* ἀρχαϊκῶς, quo vel excelſa loca, vel ii homines ſignificentur qui in excelſis locis degunt. Ea enim eſt verbi vis. Et Elymi nullas urbes alibi habuerunt quàm in montibus. Duas recenſet Thucydides, Erycem & Ægeſtam: ξύμπαντες μὲν, inquit, Ἔλυμοι ἐκλήθησαν, πόλεις δὲ αὐτῶν Ἔρυξ καὶ Ἔγεστα. Cui ſuffragium addit Dionyſius Halycarnaſſ. niſi quod Erycem urbem Phœnicio nomine vocat Ἔλυμα, id eſt, עלים *elim*, Æneam incidiſſe dicens in Elymi & Ægeſti ſocios, & iis condidiſſe πόλεις Αἴγεσταν καὶ Ἔλυμα, *urbes Ægeſtam & Elyma*, id eſt, Erycem. Quale eſt quod ſtatim pro monte Eryce, ubi fanum Erycinȩ Veneris, montem habet Elymum. *Æneæ*, inquit, *Troianorum in Siciliam adventus documenta multa alia ſunt, ſed hæc luculentiſſima,* τῆς Αἰνειάδος Ἀφροδίτης ὁ βωμὸς ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ Ἐλύμου ἱδρυμένος. *Æneæ Veneris ara in Elymi vertice fundata.* Tertia Elymorum urbs Entella fuit, quam alii ab Elymo, alii ab Ægeſto conditam volunt. Servius in lib. 5. Æn. *Elymus princeps Troianorum, qui dicitur in Sicilia condidiſſe civitates Aſcam* (lege Erycem) *Entellam, Egeſtam.* Iſacius in Lycophronem de Ægeſto: Ἔκτισε τρεῖς πόλεις ἐν Σικελίᾳ, τὴν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ Αἰγέστην, καὶ Ἔρυκα καὶ Ἔντελλαν, *tres in Sicilia condidit urbes, unam Ægeſtam de ſuo nomine dictam, & Erycem, & Entellam.* Quod ſubinnuit Lycophron illum appellans,

Τριῶν συνοικιστῆρα καὶ κτίστην τόπων.
Trium colonum conditoremque urbium.

Eódem facit quod in Dionyſin Élymus & Ægeſtus leguntur habitaſſe περὶ ποταμὸν λεγόμενον Κριμισσὸν, *circa fluvium Crimiſum nomine.* Ibi enim erat Entella. Et quod Trojano Aceſtæ, qui idem cum Ægeſto, chara fuit Entella. Silius lib. 14.

Entella Hectoreo dilectum nomen Aceſta.

Itaque tria hæc fuerunt Elymorum oppida, Eryx vel Elyma, Ægeſta quæ Romanis Segeſta, & Entella. Porrò Erycem & Entellam in editis fuiſſe locis, adeóque inde habuiſſe nomen, abundè jam probavimus. De Segeſta autem ita Fazellus Decad. 1. lib. 7. cap. 3. *Segeſta urbs vetuſta, in colle undique prærupto jacens.* Nempe veteribus Sicanis in more fuit, ut oppida ſua in montibus aut collibus ferè conderent. Diodorus lib. 5. οἱ δ᾽ οὖν Σικανοὶ τὸ παλαιὸν κωμηδὸν ᾤκουν, ἐπὶ τῶν ὀχυρωτάτων λόφων τὰς πόλεις κατασκευάζοντες διὰ τοὺς λῃστάς, *Sicani olim vicatim habitabant, urbes in collibus, ut quiſque naturâ munitiſſimus erat, ſibi propter latrones extruentes.* Inde igitur עלים *Elim* à Pœnis appellati ſunt, qui propter commercia libentiùs incolebant ad devexa littorum. Quamvis in עלים *Elim* M ſit ſervile & pluralis numeri litera characteriſtica; tamen in *Elyma* & *Elymis* tanquam radicale eſt expreſſum, quomodo N ſervile vocum פלשתין & הגרין in *Palaſtina*, *Philiſtinis* & *Agarenis*.

Jam non capio quid illud ſit quod à Thucydide additur, una cum Elymis habitaſſe Phocenſes è Troia primum in Libyam, mox in Siciliam delatos. Προσξυνῴκησαν αὐτοῖς καὶ Φωκέων τινὲς, τῶν ἀπὸ Τροίας τότε χειμῶνι ἐς Λιβύην πρῶτον, ἔπειτα ἐς Σικελίαν ἀπ᾽ αὐτῆς κατενεχθέντες. Æneam quidem poſt Elymum & Ægeſtum hûc appuliſſe fama eſt, & partem ſuorum in Sicilia reliquiſſe, qui cum Elymis urbes conderent. Vide Dionyſium lib. 1. & Strabonem lib. 13. & Virgilium lib. 5. Æneid. Sed in tam recenti Troiæ clade una cum Troianis Elymis habitaſſe Græcos Phocenſes, ne ſando quidem auditum eſt. Fallor igitur, aut fabula ex eo nata eſt, quod ut Arabicè, ita Punicè פוק *phauc* ſurſum ſonabat & פוקני *phaucam* celſum, ſublimem. Quomodo cùm Elymos Pœni appellarent, ab altitudine montium in quos ſe receperant, vocis alluſione decepti Grȩci, Phocenſes deſignari putaverunt. Atque eos collegerunt habitare una cum Elymis, ex eo quod eandem gentem Pœni à ſitu modò עלים *Elim* appellabant, mòdo פוקנים *Phocanim*. Hȩc de Siciliȩ priſcis incolis vel vera eſſe puto, vel certè vero proxima.

CAPUT XXXI.

Phœnices in Sardinia.

S*ardiniam* à *Sarda* dici volunt Herculis Maceridis filio. *Maceridem* Afri Herculem cur appellent. Sic *Corſicam* à *Corſa* Herculis itidem filio deduci, aut à *Corſa* bubulci ſerva in Liguria. De hac inepta fabula. Sardinia à figuris dicta olim *Ichnuſa* & *Sandaliotis* & *Sandalope*; & Pœnis סרעד *Sarado* ex Hebr. צעד *ſaad*, id eſt, veſtigium, R inſerto de more linguæ. *Ariſtæi* in Sardiniam fabuloſa migratio quorſum conficta. *Norax* Hiſpanus *Noram* condidiſſe dicitur, cùm *Nora* ſit Punicum נערה. Ptolemæus notatus. *Iolaenſes & Ilienſes* falſo deſcribi tanquam diverſos populos, quorum illi ab Iolao hi ab Ilio duxerint originem. Utroſque ex Africa veniſſe, & עילי dictos quia montes incolebant: Iidem *Balari* & *Corſi*, quia feri & ſylveſtres. Sardiniæ pars ad Aquilonem montoſa & inacceſſa quam hi tenebant, altera cultior quam Pœni: quorum in Sardinia colonia vetuſtiſſima. Urbes *Charmis*, *Salchi* & *Caralis*. *Charmis* fortè eadem quæ *Caralis*. *Sulchi* ab exuſtione, *Calaris* à refrigeratione dicta. Pauca de *Olbia* & *Ogrylle* vel *Gorylle*. Sardi in univerſum Carthaginis coloni. Lingua ibidem Punica. Pœnorum clades. Omnes fructus extirpati. Sardinia an inſularum maxima.

Sardinia Græcè Σαρδώ vel Σαρδὼν, nomen habere putatur à Sardo Libyci Herculis filio cum magna multitudine è Libya hûc appulſi. Hæc ferè apud Silium, & Solinum, & Capellam, & Iſidorum. Sed aliquantò uberiùs Pauſanias in Phocicis: Πρῶτοι δὲ διαβῆναι λέγονται ναυσὶν ἐς τὴν νῆσον Λίβυες. ἡγεμὼν δὲ τοῖς Λίβυσιν ἦν Σάρδος, ὁ Μακήριδος, Ἡρακλέους δὲ ἐπονομασθέντος ὑπὸ Αἰγυπτίων τε καὶ Λιβύων. Μακήριδι μὲν δὴ αὐτῷ τὰ ἐπιφανέστατα ὁδὸς ἐγένετο ἡ ἐς Δελφούς. Σάρδῳ δὲ ἡγεμονία τε ὑπῆρξε τῶν Λιβύων, ἡ ἐς τὴν Ἰχνοῦσαν καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ Σάρδου τότε μετέβαλεν ἡ νῆσος. *Primi Sardiniam navibus transmigraſſe dicuntur Afri, duce Sardo filio Maceridis, cui apud Ægyptios & Afros Herculis cognomen fuit. Et de Maceride quidem nihil refertur illuſtrius quam ejus iter Delphos. Sardus verò coloniam Afrorum in Ichnuſam deducendam ſuſcepit. Unde mutato priore vocabulo de ejus nomine inſula dicta eſt.* De iſto *Maceride* alibi nihil quicquam legi. Potuit id eſſe Herculis cognomen apud Pœnos, quorum ſermone מחריד *Macharid* eſt ὁ ἐκφοβῶν *qui exterret* ſeu *terribilis*. Sic Levit. 26: 6. *Et dabo pacem in terra, & dormietis, & non erit* מחריד (*macharid*) *qui exterreat.* Idem habes Deut. 28: 26. Job. 11: 19. Eſ. 17: 2. Jerem. 7: 33. & 30: 10. & 46: 27. Ezech. 34: 28. & 39: 26. Mich. 4: 4. Nahum. 2: 12. Sophon. 3: 13. Voce igitur Hebræis tam uſitata Pœnos ſuſpicor Herculem ſuum *Macharid* cognominaſſe, atque inde Græcos Μακήριδα *Maceridem*. Utut ſit, quicquid de Sardo dicitur mihi tam eſt ſuſpectum quàm quod à *Cyrno* Herculis itidem filio Corſicæ Græcum nomen Κύρνον deducunt Servius & Iſidorus. Nihil tam eſt obvium quàm conditores ſibi fingere, unde ignota terrarum nomina deducantur. Interim cùm jam olim notæ fuerint Corſica & Sardinia, adeóque Sardonii riſus meminerit Homerus Odyſſ. Υ. verſ. 302. De Cyrno & Sardo Herculis filiis ſilent Poetæ, Hiſtorici & Geographi vetuſtiores. Tamen hęc tolerabilia ſunt præ eo quod Stephanus & Euſtathius Corſidem ſeu Corſicam dici volunt ἀπὸ Κόρσης θήλης βουκόλου *a Corſa bubulci ſerva*. Liguribus ſcilicet ita de nomine ducis inſulam appellantibus. *Nam quadam Corſa nomine Ligus mulier, quum taurum ex grege, quem prope littora regebat, tranſnatare ſolitum, atque per intervalla corpore aucto remeare videret, cupiens ſcire incognita ſibi pabula, taurum à cæteris digredientem uſque ad inſulam navigio proſequuta eſt. Cujus regreſſu inſulæ fertilitatem cognoſcentes Ligures, ratibus ibi profecti ſunt; eamque nomine mulieris authoris & ducis appellaverunt.* Iſidori Origin. lib. 14. cap. 6. legitur hæc fabella, quâ bos nullo duce fingitur è Liguria ſolitus natare in inſulam quingentis circiter ſtadiis à continenti diſſitam, indeque ad armentum regredi, & in tam ſterili ſolo pinguior evaſiſſe quam in Liguriæ paſcuis: quæ quam ſint ridicula nemo non videt. Mihi igitur ne ſit fraudi quod conor his rejectis aliunde certiora elicere.

Sardinia olim à figura dicta eſt Ἰχνοῦσα & Σανδαλιῶτις vel Σανδαλιώτη. Ariſtoteles in Mirabilibus: Αὕτη δὲ ἡ νῆσος, ὡς ἔοικεν, ἐκαλεῖτο μὲν πρότερον Ἰχνοῦσα διὰ τὸ ἐσχηματίσθαι τῇ περιμέτρῳ ὁμοιότατα ἀνθρώπου ἴχνει. *Illa autem inſula, ut videtur, Ichnuſa primùm appellata eſt, quia humanum veſtigium ambitu ſuo maximè refert.* Plinius; *Sardiniam Timæus Sandaliotin appellavit ab effigie ſoleæ, Myrſilus Ichnuſam à ſimilitudine veſtigii.* Solinus; *Sardiniam apud Timæum Sandaliotem legimus, Ichnuſam apud Priſcum.* Martianus; *Sandaliotes eſt appellata & Ichnuſa, quod utrumque veſtigii formam ſignat.* Stephanus; ἐκαλεῖτο δὲ Ἰχνοῦσα, διότι ἐοικυῖά ἐστιν ἀνθρώπου ἴχνει. Pauſanias in Phocicis: Ἑλλήνων δὲ οἱ κατ᾽ ἐμπορίαν ἐσπλέοντες Ἰχνοῦσαν ἐκάλεσαν, ὅτι τὸ σχῆμα τῇ νήσῳ κατ᾽ ἴχνος μάλιστά ἐστιν ἀνθρώπου. Heſychius; Σανδαλιώτη, ἡ Σαρδὼ πάλαι. Claudianus de bello Gildonico:

Humana ſpeciem plantæ ſinuoſa figurat.

Silius lib. 14.

—— terras
Enormes cohibet nuda ſub imagine plantæ;
Inde Ichnuſa prius Graiis memorata colonis.

Eſt cur Σαρδῶ vel Σαρδόνος, id eſt, Sardiniæ Punicum nomen eódem pertinuiſſe putem. Hebræis צעד *ſaad* eſt greſſus & veſtigium. Sic Prov. 5: 5. צעדיה Græci reddunt τὰ ἴχνη αὐτῆς. Et Lament. 4: 18. צעדינו Vulgatus *veſtigia noſtra*. Inde Σαρδὼ vel Σαρδὼν dicta videtur hæc inſula, ſive Græci R inſeruerint, aut etiam ipſi Pœni, qua epentheſi nil frequentius. Hinc ramus Hebraicè dicitur סעפה *ſeapha* & סרעפה *ſarapha*: Damaſcus דמשק *Dammeſek* & דרמשק *Darmeſek*: rana Arab. צפרע *dhaphda*, Hebr. צפרדע *tſephardea*: ſceptrum Hebr. שבט *ſebet* Syr. שרביט *ſarbit*: thronus Hebr. כסא *ciſſe*, Syr. כורסי *curſe*: cubitus Hebr. גמד *gomed*, Syr. גרמיד *garmid*: rivus Syr. פציד *paſſid* & פרציד *parſid*: puer דדק *dardak* & parvus רעדק *dadak*: oblectare פנק *pannek* & פרנק *parnek*: volvere עגל *aggel*, & ערגל *argel*: ſtrangulare צנק *ſannek* & שרנק *ſarnek*. Sic Arabicè roſtrum פטסה *phatiſa* & פרטיסה *phartiſa*: porcellus חנוץ *chanuts* & חרנוץ *charnuts*: Naſus חטם *chatam* & חרטום *chirtum*: Stragulum Catiphenſe קטיפה *katipha* & קרטפה *kartapha*: ταβάλα, id eſt, tympani Parthici genus, de quo Heſychius & Plutarchus in Craſſo, טבלה *tabla* & דרבלה *darbala*: contrahere קפע *kaphaa* & קרפע *karphaa*: talus ערקוב *arkub* ut Hebr. עקב *akeb*: locuſta גרדם *gardam* ut Hebr. גזם *gazam*: vulpes תרעל *tharal* ut Syr. תעל *thaal*: fovea קרמאץ *Karmats*, ut Syr. קומץ *Kumats*: חרשב *charſab* procerus, ut Chald. חשבן *chasban*: שרגב *ſargab* celſus ab Hebr. שגב *ſegab*: זרנוק *zarnuk* rivus, fluxus, à Talmud. זנוק *zinnuk*: ברגד *burgad* veſtis ab Hebr. בגד *beged*: חרמים *charmis* iniquus ab Hebr. חמס *chamas*: ערצם *irſam* fortis ab Hebr. עצום *atſum*: ערקל *arkala* pervertere, ut Hebr. עקל *akkel*: קרצב *kartſaba* amputare ut קצב *katſab*: פרשט *pharſata* extendere & קרמט *karmata* contrahere, ut Syr. פשט *peſat* & קמט *kemat*: קרמש *karmaſa* colligere, ut Hebr. קמץ *kamats*. Multò plura poſſem addere; ſed Lectori eſſem tædioſus: & hujuſmodi exempla quivis facilè obſervabit inter legendum. Itaque Pœnos etiam צעד *ſaad* & צרעד *ſarad* pro veſtigio dixiſſe conjectamus, atque inde Σαρδὼ eſſe appellatam.

Poſt Sardum Ariſtæus Apollinis & Cyrenes filius,

lius, Penei Theſſaliæ fluminis nepos, Cadmi gener, Bœotiæ adeóque toti Græciæ infenſus propter Actæonis filii caſum, ſecundus hùc migraſſe fertur cum Græcorum manu. Fabulam Pauſanias ita adornat. Nec multo aliter Silius lib. 12.

Fama eſt cum laceris Actæon flebile membris
Supplicium lueret ſpectata in fonte Dianæ,
Attonitum novitate mali fugiſſe parentem
Per freta Ariſtæum, & Sardoos iſſe receſſus,
Cyrenen monſtraſſe ferunt nova littora matrem.

Et Salluſtius apud Servium: *Hic poſt laniatum à canibus Actæonem Thebas relìquit & Ceam inſulam tenuit primò hominibus adhuc vacuam, poſt eâ relictâ cum Dædalo ad Sardiniam tranſitum fecit.* Solinus poſt Sardum & Noracem, de quo ſtatim, *mox Ariſtæum*, ait, *regnando his proximum, in urbe Carali quam condiderat ipſe conjuncto populo utriuſque ſanguinis, ſejuges uſque ad ſe gentes ad unum morem conjugaſſe, imperium ex inſolentia nihil aſpernatus.* At Caralis Phœnicia urbs fuit, ut mox dicetur. Et Pauſanias negat Græcos, qui cum Ariſtæo venerant, ullam urbem condidiſſe: πόλιν δ' ἂν οἰκίζουσιν οὐδεμίαν οὐδ' οὗτοι, ὅτι ἀριθμῷ τε καὶ ἰσχύϊ ἐλάσσονες, ἐμοὶ δοκεῖν ἢ κατὰ πόλεως ἦσαν οἰκισμὸν, *verum neque hæc manus urbem ullam condidit, quia numero & viribus mihi videtur fuiſſe minor, quam quantum ſatis eſſet ad novam urbem conſtituendam.* Ariſtoteles in Mirabilibus primum omnium Ariſtæum in his locis imperaſſe tradit ὑπὸ μεγάλων ὀρνέων ἔμπροσθεν καὶ πολλῶν κατεχομένην, *cum antea illa teneret magnarum avium ingens numerus.* In qua fabula mihi videor Phœnicium quid agnoſcere, quia Hebraicè איים tam inſulas ſignificat quàm ferales aves in inſulis degentes. De cætero totam hanc Ariſtæi in Sardiniam migrationem merè fictitiam eſſe colligimus ex Pindaro his omnibus vetuſtiore; qui Ariſtæum de Cea inſula Attica in Arcadiam migraſſe canit, ibique vitam coluiſſe, & apud Arcades pro Jove cultum. Ita habetur apud Servium in lib. 4. Georg. Trogus etiam lib. 13. *Ariſtæum in Arcadia latè regnaſſe* ſcribit. Et Apollonius lib. 2. Argonauticôn de eodem Ariſtęo hæc habet:

- - - ἐν δὲ Κέῳ κατενάσσατο λαὸν ἀγείρας
Παῤῥάσιον,
- - - *in Ceam juſſit migrare colonos*
Parrhaſios.

Id eſt, Arcades. Et apud Nonnum Dionyſiacorum lib. 13. Arcadum copiis in exercitu Bacchi præeſt Ariſtæus; & eorum cenſum Poeta ita claudit,

Τόσσον Ἀρισταῖος στρατὸν ὥπλισεν Ἀρκάδι λόγχῃ.
Agmen Ariſtæus tantum Arcade munit haſta.

Id eſt, tam multos Arcades inſtruxit armis. Sed mellis inventor Ariſtęus in Sardiniam ideò migraſſe fingitur, quia in inſula Corſica, quæ Sardiniæ videtur eſſe appendix, maxima eſt mellis ubertas.

* Tertia in Sardiniam migratio apud Pauſaniam Hiſpanorum eſt: Μετὰ δὲ Ἀρισταῖον, inquit, Ἴβηρες ἐς τὴν Σαρδὼ διαβαίνουσιν ὑπὸ ἡγεμόνι τοῦ στόλου Νώρακι, καὶ ᾠκίσθη Νῶρα ὑπὸ αὐτῶν. Ταύτην πρώτην γενέσθαι πόλιν μνημονεύουσιν ἐν τῇ νήσῳ. παῖδα δὲ Ἐρυθείας τε τῆς Γηρυόνου καὶ Ἑρμοῦ λέγουσιν εἶναι τὸν Νώρακα. *Poſt Ariſtæum Hiſpani tranſmiſerunt in Sardiniam duce Norace, a quibus Nora condita eſt. Hanc primam in inſula urbem fuiſſe narrant. Et Noracem Mercurii fuiſſe filium ex Erythea Geryonis filia.* At in Solino Ariſtæum præceſſit Norax. Verba ſunt: *Nihil attinet dicere, ut Sardus Hercule, & Norax Mercurio procreati, quum alter ab Libya, alter ab uſque Tarteſſo Hiſpaniæ, in hoſce fines permeaſſent, a Sardo terra, à Norace oppido nomen datum. Mox Ariſtæum*, &c. Sic in proximam Corſicam à Claudio relegatus Seneca Hiſpanicum in ea genus ſe agnoviſſe his verbis teſtatum facit: *Tranſierunt & Hiſpani, quod ex ſimilitudine ritûs adparet. Eadem enim tegumenta capitum, idemque genus calceamenti quod Cantabris eſt, & verba quædam. Nam totus ſermo converſatione Græcorum Ligurumque à patrio deſcivit.* Conſol. ad Helv. c. 8. Sed factum id puto Pœnorum operâ, qui Hiſpaniam diu tenuerunt. Alioqui enim Hiſpanis heroico illo ævo nullus fuit navigationis uſus. *Nora* ſaltem nomen Punicum eſt, nempe נערה *Naara*, unde emphaticum נערתה *Naaratha*. Cujus nominis cenſetur oppidum in Tribu Ephraim, Joſ. 16: 7. נערה *Naara* Pœnis ſonabat *Nora*, ut מעכה *Maacha* Μωχά, quomodo LXX efferunt 1 Par. 2: 48. & paſſim. Unde *Mochus* nomen Punicum. Et נעמה *Naama* iiſdem erat *Noma*; unde eſt quod Νωμὰν *Noman* reddunt LXX Seniores Joſ. 15: 41. Sic נערן *Naaran* nomen alterius oppidi eadem Tribu Ephraim 1 Paral. 7: 28. Hieronymus ſcribit *Noran* & LXX. Interpretes medio quodam ſono Νααρὰν. Sed inter N & R eſt *Ajin*, quod in O mutatum eſt in alphabeto Cadmi. Omnino igitur Νῶρα eſt נערה. In Itinerario Antonini & in altero anonymi *Nura* ſcribitur; ſed Νῶρα *Nora* pręter Solinum & Pauſaniam etiam Stephanus & Ptolemæus habent, & *Norenſes* Plinius. Quin hodiéque locus vocatur *Nori*. N pertinet ad formam nominis: & ערה eſt graminetum, unde plur. ערות Eſ. 19: 7. Et M ſervili pręfixo idem eſt מערה, Jud. 20: 34. Nempe in paſcuo ſita fuit *Nora*, non procul à ripa *Sapri* amnis, hodiè *Servi*, ut conſtat ex Itinerariis. Itaque perperam à Ptolemæo *Nora* ponitur in Auſtrali Sardinię littore inter Caralin & Sulcos; quod Cluverius verè obſervat.

Rurſus apud Pauſaniam: *Quarta advenarum manus Iolao duce in Sardiniam venit è Theſpienſibus & Atticâ terra. Hi Olbiam condiderunt. Privatim verò Athenienſes Ogryllem: vel ſervate alicujus de Atticis tribubus nomine, vel quod coloniæ pars fuit Gryllus. Atque hac etiam meâ ætate in Sardinia loca manent, quæ Iolaia vocantur, ab eorumque incolis honores Iolao habentur.* Hęc ante Troiana tempora. At *poſt Ilium everſum*, ut addit idem, *è Troianis cum alii profugerunt, tum ii qui cum Ænea incolumes evaſerunt. Horum pars acti tempeſtatibus in Sardiniam, Græcis qui antè ibi conſederant permiſti ſunt.* Et paulò pòſt: *Multis poſt annis Afri iterum majori claſſe in Sardiniam appulſi, Græcoſque bello adorti, omnes ad internecionem exciderunt, aut certè quàm pauciſſimos reliquos fecêre. At Trojani* ἐς τῆς νήσου τὰ ὑψηλὰ ἀναφεύγουσι· καταλαβόντες δὲ ὄρη δύσβατα ὑπὸ σκολόπων τε καὶ κρημνῶν, Ἰλιεῖς μὲν ὄνομα καὶ ἐς ἐμὲ ἔχουσι. Λίβυσι μέντοι τάς τε μορφὰς καὶ τῶν ὅπλων τὴν σκευὴν καὶ ἐς τὴν πᾶσαν δίαιταν ἐοίκασιν. *In loca inſulæ celſiora confugerant, ibique montibus, propter vallorum muniones & præcipitia inacceſſis, occupatis, Ilienſium nomen adhuc retinent: facie illi quidem & armaturâ totâque victûs ratione Afris perſimiles.* Hęc ille de Iolao & Troianis. Ita de utriſque Solinus: *Sed ut hæc & Iolaum, qui ad id locorum agros ibi inſedit, præterea & Ilienſes & Locrenſes tranſeam.* Et Silius:

Afluxêre etiam & ſedes poſuêre coactas
Diſperſi pelago poſt eruta Pergama, Teucri;
Nec parvum decus advecto cum claſſe paterna
Agmine Theſpiadum terris Iolae dediſti.

Reliqui omnes quantum memini, vel Iolaum, vel Ilienſes prętereunt. Sic Mela & Plinius *Ilienſes* memorant tanquam populos in Sardinia *antiquiſſimos* & *celeberrimos*. Livius item lib. 40. *Bellumque ab Ilienſibus concitatum in Sardinia.* Et rurſus: *Inde in Sardiniam exercitus ductus, & cum Ilienſibus, gente ne nunc quidem omni parte pacata, ſecunda prælia facta.* Et lib. 41. *Exercitum in agrum Sardorum Ilienſium induxit.* At iidem de Iolao & Io-

Iolaenſibus ne gry quidem. Viciſſim in Diodoro de Ilienſibus nihil quicquam eſt, cùm is de Iolaenſibus multò plura habeat quàm quiſquam alius. Summa eſt incoli Sardiniam *ὑπὸ βαρβάρων τῶν ὀνομαζομένων Ἰολαείων, a barbaris, qui Iolaei nominantur* ab illis oriundis qui cum Iolao Herculis ex fratre nepote & Theſpiadis eò ſe contulerunt. Ab his agros ſorte diviſos, & præclara oppida condita, gymnaſia item & Deûm templa, quæ hodiéque perdurant. Et Iolaea dici amœniſſima inſulæ loca. Eoſdem addit carne pecudum & lacticiniis in montibus victitantes, nulla vi nec à Pœnis nec à Romanis potuiſſe ſubjici, oraculo libertatem illis æternam & inconcuſſam promittente. Strabo item Sardiniam continuò vaſtari dicit *ὑπὸ ὀρείων, οἳ καλοῦνται Διαγησβεῖς, Ἰολαεῖς πρότερον ὀνομαζόμενοι, à montanis populis qui Diagebrenſes vocantur, cùm prius dicerentur Iolaenſes, ferri enim Iolaum eò adduxiſſe quoſdam filiorum Herculis.* Sed de Ilienſibus altum ſilet. Quin palam eſt Iolaenſibus à Strabone & Diodoro ea tribui, quæ Ilienſibus à Pauſania. Itaque Ilienſes & Iolaenſes idem populus, uique non è Troja, nec è Græcia, ſed ex Africa advenæ. Quod Pauſanias innuit ſatis, dum eos facie & armatura & tota victus ratione Afris ſcribit eſſe ſimiles. Nomen vel Ilienſium vel Iolaenſium factum ex Pœno עילאי *Ilae*, quaſi altos dixeris, id eſt, montanos. Quia Pœnis inſulam invadentibus in celſa loca ſe contulerant, quod & Pauſanias & Strabo & Diodorus diſertis verbis aſſerunt.

Præter Ilienſes vel Iolaenſes inter vetuſtiſſimos Sardiniæ populos memorantur Balari & Corſi. Plinius: *Celeberrimi in ea populorum Balari & Corſi.* Livius lib. 41. *Ilienſes adjunctis Balarorum auxiliis pacatam provinciam invaſerant.* Item *Balarorum magna auxilia Ilienſibus venerant.* Etiam Balaros recenſet Strabo inter τῶν ὀρείων ἔθνη, *montanorum hominum gentes.* Et Pauſanias tam Corſos quàm Balaros cum Ilienſibus in montes ſe contuliſſe ſcribit; & illos quidem arceſſit è vicina Corſica, hos ex Africa & Hiſpania. *Orta*, inquit, *ſuper præda diſſenſione, Afri & Hiſpani ira accenſi, cum à Carthaginenſibus defeciſſent, & ipſi montium jugis occupatis ſeorſum conſederunt.* Βαλαροὶ τὸ ὄνομά ἐστιν αὐτοῖς κατὰ γλῶσσαν τὴν Κυρνίων. Βαλαροὺς γὰρ τοὺς φυγάδας καλοῦσιν οἱ Κύρνιοι; *Iis Corſorum linguâ Balari appellantur. Exules enim Balaros Corſi vocant.* At hi non erant exules nec Corſicâ linguâ debuerunt, ſed Sardiniâ denominari. Mihi *Ilienſes, Corſi, Balari*, gens eadem, quia idem ſitus & eadem victûs ratio. Nempe *ut Ilienſes* à montibus, ita חורשאי *Corſi* à ſylvis, quod in Corſica explicabitur, & *Balari* à feritate dicti. Nam ut *Calaris* vel *Caralis* Græcè appellatur quæ Punicè קררים *kararim*, ut mox dicetur: ita Balari videntur iidem eſſe qui בררים *Barari.* Arabicè ſcilicet בראר*י barari* ſolitudinem, & ברי *barri* ferum & ſylveſtrem ſonat. Et Chaldaicè חיות בר (*chevath-bar*) *beſtia ſolitudinis* eſt fera.

Nempe Sardinia bipertita eſt. Pars quæ ad Auſtrum plana & fertilis, pars quæ Aquilonem reſpicit, montoſa eſt & confragoſis rupium anfractibus inæqualis & prope invia. Claudianus de bello Gildonico:

— qua pars vicinior Afris
Plana ſolo, ratibus clemens; qua reſpicit Arcton,
Immitis, ſcopuloſa, procax, ſubitiſque ſonora
Flatibus.

Silius:

Qua videt Italiam, ſaxoſa torrida dorſo
Exercet ſcopulis late freta, pallidaque intus
Arva coquit, nimium cancro fumantibus Auſtris,
Cætera propenſa Cereris nutrita favore.

Pauſanias in Phocicis: τῆς δὲ νήσου τὰ πρὸς τὴν ἄρκτον καὶ ἤπειρον τὴν κατὰ Ἰταλίαν, ἔστιν ὄρη δύσβατα τὰ πέρατα συνάπτοντα ἀλλήλοις; *Inſulæ partis ad Septentrionem & Italiæ continentem obverſæ ſunt inacceſſi montes, extremis oris invicem contigui.* In hos montes barbari ſeceſſerunt, tum cùm Africæ partem oppoſitam occuparunt Carthaginenſes. Pauſanias: Καρχηδόνιοι δὲ ὅτε ναυτικῷ μάλιστα ἴσχυσαν, κατεστρέψαντο μὲν καὶ ἅπαντας τοὺς ἐν τῇ Σαρδοῖ, πλὴν τῶν Ἰλιέων τε καὶ Κόρσων. Τούτοις δὲ μὴ ἐς δουλείαν ὑπαχθῆναι τὸ ἐχυρὸν ἤρκεσε τῶν ὀρῶν. *Carthaginenſes autem cùm eſſent rebus maritimis præpollentes, omnes è Sardinia præter Ilienſes & Corſos ejecerunt. Nam illos quominus potuerint in ſervitutem redigere obſtiterunt prærupti ac muniti montes.* Diodorus: Καρχηδόνιοί τε γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἰσχύσαντες, καὶ τὴν νῆσον κρατήσαντες, οὐκ ἠδυνήθησαν τοὺς προκατασχόντας τὴν κτῆσιν καταδουλώσασθαι: ἀλλ' οἱ μὲν Ἰολάειοι καταφυγόντες εἰς τὴν ὀρεινὴν, &c. *Carthaginenſes enim quamvis in ſummo potentiæ ſuæ vigore hanc inſulam occupaverint, priſcos tamen ejus poſſeſſores ad ſervitutem redigere nequiverunt. Namque Iolaei ad montana confugientes*, &c.

Quando Carthaginenſes Sardiniam occupaverint non conſtat ſatis. Niſi quod pervetuſtam fuiſſe hanc coloniam multa probant. 1. Nomen ipſum Sardiniæ, quod & Punicum eſſe & Homeri ævo jam obtinuiſſe ſuprà probatum eſt. 2. Quod Ezech. 27: 6. Tyrii tranſtra navium fabricant è buxo allato ex inſulis Citthim, id eſt, ex Corſica Inſula, Sardiniæ vicina; ut docuimus libri tertii capite quinto. 3. Præterea eo ipſo tempore Phœnices in Sardiniam miſiſſe colonias, quo in Africam, Siciliam & Hiſpaniam, videtur poſſe colligi ex his Diod. lib. 5. *Phœnices*, inquit, *ex hac negotiatione* (cum Hiſpanis ſcilicet) *opulentiores facti, colonias non paucas miſerant*, τὰς μὲν εἰς Σικελίαν, καὶ τὰς σύνεγγυς ταύτῃ νήσους, τὰς δὲ εἰς Λιβύην, καὶ Σαρδόνα καὶ τὴν Ἰβηρίαν, *alias quidem in Siciliam & vicinas ei inſulas, alias autem in Libyam & Sardiniam & Iberiam.*

Phœnicum urbes in Sardinia memorantur *Caralis, Sulchi, & Charmis*, quarum hæc nota quod ſciam ſoli Stephano, cujus verba ſunt: Χάρμις, πόλις ἐν Σαρδοῖ, κτίσμα Καρχηδονίων. At Caralis & Sulchi notiſſimæ. Strabo de Sardinia lib. 5. πόλεις δ' εἰσὶ μὲν πλείους, ἀξιόλογοι δὲ Κάραλις καὶ Σουλχοί. Pomponius lib. 2. cap. 7. *Sardiniæ urbium antiquiſſimæ Caralis & Sulchi.* Pauſanias in Phocicis: ᾤκισαν δὲ ἐν τῇ νήσῳ καὶ αὐτοὶ πόλιν οἱ Καρχηδόνιοι Κάραλίν τε καὶ Σύλλους, *urbes autem & ipſi Carthaginenſes in inſula condiderunt, Caralim & Sulchos.* Legendum enim πόλεις & Κάραλίν τε καὶ Σύλχους. Caralin Florus lib. 2. cap. 6. appellat *urbem urbium*, quia jam tum ut hodiéque metropolis erat inſulæ. Eandem Claudianus ita deſcribit in de bello Gildonico:

Urbs Libyam contra Tyrio fundata potenti
Tenditur in longum Calaris, tenuemque per undam
Obvia demittit fracturum flamina collem.
Efficitur portus medium mare, tutaque ventis
Omnibus ingenti manſueſcunt ſtagna receſſu.

Idem de Sulchis paulò antè:

Pars adit antiqua ductos Carthagine Sulchos.

Et Stephanus: Σύλχοι πόλις ἐν Σαρδοῖ, Καρχηδονίων κτίσμα. Inde *Sulcitani* Plinio & Hirtio, Σολκιτανοί Ptolemæo.

Charmis dicta videtur à conditore כרמי *Charmi.* Id enim Phœnicium nomen eſt. Sic *Charmi* filius Ruben, Num. 26: 6. & 1. Paral. 5: 3. Et *Charmi* alius è Tribu Juda, Joſ. 7: 1. Et ancillam habuit Cleopatra כרמיונא Καρμιονὰ *Charmionem* nomine, quod Tzetzes Chiliade 6. hiſt. 44. non malè interpretatur περιστερὰν οἰνάδα, tanquam compoſita voce ex כרם *vite* & יונא *columba.* Quamvis aliter hoc nomen ſcribant Plutarchus in Antonio, & Galenus de

de theriaca, & Zenobius Proverb. 424. Sed vereor ne Stephani *Charmis* ſit Pauſaniæ Καρaλις, quia in Stephano ſequitur: Παυσανίας δέ φησι περὶ αὐτῦ. Pauſanias autem de Charmi nihil habet.

Ptolem. in deſcript. Sardin. μεσημβρινώτατοι Σολκιτανοὶ, maximè Auſtrales ſunt Sulcitani.

Sulchis nomen fecit Syrum צולקא vel שולקא (*Sulka*) *excuſſio*. Quia cùm urbs ſit in inſulę parte maximè Auſtrali, Noto planè eſt expoſita à quo Sardinia valde infeſtatur. Pauſanias ubi ſuprà: ὁ δὲ ἀὴρ ὁ ἐνθαῦτα θολερός τε ὡς ἐπίπαν ἐςὶ καὶ νοσώδης, αἴτιοι δὲ οἵτε ἅλες οἱ πηγνύμενοι, καὶ ὁ νότ☉ βαρὺς καὶ βίαιος ἐγκείμεν☉; *aer autem ibi plerumque eſt turbulentus & morbidus: in cauſa eſt quo ibi figitur ſal, & Auſter prægravis & violenter incumbens.* Et Claudianus:

--- Hinc peſtifer aer
Sævit, & excluſis regnant Aquilonibus Auſtri.

Et Silius lib. 14.

--- pallidaque intus
Arva coquit nimium cancro fumantibus Auſtris.

Contrà Calaris vel Caralis, Phœnicibus קררין *Cararin* vel קרירא *Karira*, à refrigeratione dicta propter collem illi vicinum quo ab Auſtro defenditur. Quod ſibi volunt hæc Claudiani nuper citata:

Obvia demittit fracturum flamina collem.

Carthaginenſes plura oppida his tribus in Sardinia condidiſſe nuſquam legitur. Tamen in Auſtrali parte, quam per tot ſecula tenuerunt, urbes vetuſtas vix putaverim alios habuiſſe conditores. Nam barbari qui præceſſerant, non fuêre tam induſtrii ut de urbibus condendis cogitarent. Et *Nora*, quam Hiſpanis adſtruunt, ipſo nomine ſe prodit eſſe Punicam. In Septentrionali Jolaos Pauſanias condidiſſe ſcribit Olbiam & Ogryllem. Sed in Solymis etiam, qui Phœnicum erant coloni, erat *Olbia* urbs, aliis *Olba*, id eſt, חלבה *Elba*, cujus nominis fuit oppidum in Tribu Aſur, Jud. 1: 31. Et *Ogrylle* in Sardinia, cùm alibi nulla legatur, Ὀγρύλλην *Ogryllen* Cluverius mutavit in Γορύλλην *Goryllen*, rectè omninò. Ut *Gorylle* ſit eadem quæ Ptolemęi *Gurulis*. Duplex hæc fuit, vetus & nova, utraque in parte inſulæ Aquilonari. Pauſanias aut à Gryllo dici conjectat, aut ab aliqua Tribu Atticæ. Nos potiùs ab Hebræo גורל *goral*, id eſt, ſors vel agri portio quæ alicui ſorte obtigit. Ita גורלות *goraloth* paſſim appellantur duodecim portiones in quas diviſa eſt terra Chanaan juxta numerum Tribuum Iſraëlis. Hinc ſtatim initio Judicum Juda Simeoni dicit, *Aſcende mecum* בגורלי *(in gorali)*, id eſt, *in ſortem meam*. Primo Punico bello L. Cornelius conſul Olbiam oppidum cepit, pro quo fortiſſimè pugnans Hanno dux Carthaginienſium occiderat. Val. Max. lib. 5. cap. 1.

Quamvis Sardiniam univerſam Pœni non tenuerint, tamen vel à majori vel à nobiliori parte Sardi univerſi Pœnorum dicuntur eſſe coloni: ſic apud Zenobium Proverb. 483. οἱ τὴν Σαρδὼ κατοικοῦντες, Καρχηδονίων ὄντες ἄποικοι, *qui Sardiniam incolunt, cùm coloni ſint Carthaginenſium*. Et Iſacius in Lycophronem fol. 126. b. ἡ δὲ Σαρδὼ, νῆσ☉ περὶ τὰς Ἡρακλείας ςήλας. Ταύτης ἄποικοι καὶ οἱ Καρχηδόνιοι, *Sardinia autem inſula eſt circa Herculeas columnas; cujus Carthaginenſes coloni ſunt.* Et Sardos Athenagoras ἱερατικῶν lib. 5. fol. 193. dicit cum Carthaginenſibus ferè communem habere linguam.

Graviſſimis tamen cladibus Pœnos in hac inſula conſtat eſſe ſæpe mulctatos. Sic circa tempora Cyri Regis, cùm in Sicilia diu fœliciter dimicaſſent, tranſlato in Sardiniam bello, amiſſa majore exercitus parte, gravi prælio victi ſunt. Propter quod ducem ſuum Machæum, (id eſt, מכבה) cujus auſpiciis & Siciliæ partem domuerant, & adverſus Afros magnas res geſſerant, cum parte exercitus quæ ſuperfuerat, exulare juſſerunt. Vide Trogum lib. 18. & Oroſ. lib. 4. cap. 6. Rurſus A. primo Olympiadis XCVII. graſſante peſte tanta Carthaginenſium ſtrages facta eſt, ut vicinis eſſent deſpectui, & tam Sardi quàm Afri occaſione utentes ab eorum imperio deficerent. Sed utrique non multò poſt jugum ſubire coacti, pœnas dederunt tam improviſæ rebellionis.

Parum eſt veriſimile quod habetur in libro Mirabilium, Carthaginenſes, dum eam inſulam tenebant, omnes fructus extirpaſſe, & capitis pœnâ caviſſe ne denuò ſererentur. Sic enim colonis ſuis non minùs quàm priſcis incolis perpetuam famem indixiſſent. Sed Sardiniam tum temporis Græcis parum fuiſſe notam vel ex eo conſtat, quod Scylax in capite de magnitudine inſularum, Siciliâ majorem facit; Ita etiam apud Herodotum Bias & Hiſtiæus. Contra quam Strabo lib. 2. μεγίσται δὲ Σαρδὼ καὶ Κύρν☉ μετά γε τὴν Σικελίαν: Et Diodorus lib. 5. Σαρδὼ τῷ μὲν μεγέθει παραπλήσι☉ τῇ Σικελίᾳ. Et Marcianus Heracl. Σαρδὼ, μεγίση λεγομένη μετὰ τὴν Σικελίαν νῆσον.

CAPUT XXXII.

An Phœnices Corſicam tenuerint.

Alalia vel *Aleria*, Phocenſium urbs in Corſica, etiam Punicè dicta *Caralis*? Ibid. *Aradis*, niſi ſit mendum. Tranſtra navium Tyriis ex Corſicæ buxo, Ezech. 27. *Cyrnus Phœniſſa*. Omnes inſulæ Sardoi maris penes Phœnices; Phocenſes è Corſica Pœni ejecerunt, Pœnos Scipio. *Corſica* Κύρν☉ quaſi Κεραις dicta ob frequentia promontoria. In Lycophrone Κερνᾶτις. *Corſis* חרש quia ſylvoſa. *Corſi* maximè feri. De Corſicæ animalibus: Timæus, Claudianus & Procopius notati.

Dubitatur an Phœnices Corſicam occupaverint. Neque enim id Veteres ſatis expreſſè docent. Tamen cùm Sardiniam tenuerint per tot ſæcula, tam vicinæ inſulæ & tam facilis appulſus eos pepercisse vix crediderim. Et Phocenſium in Corſica oppidum Ἀλαλία *Alalia*, vel Ἀλερία *Aleria*, de quo Herodotus, Mela, Plinius, Ptolemæus, etiam *Calaris* dicitur, quomodo Sardiniæ urbs metropolis quam Pœni condiderant. Hinc Diodorus lib. 5. de Corſica: Ὑπάρχουσι δὲ ἐν αὐτῇ καὶ πόλεις ἀξιόλογοι δύο καὶ τούτων ἡ μὲν Κάλαρις, ἡ δὲ Νικαία προσαγορεύεται. Τούτων δὲ τὴν μὲν Κάλαριν Φωκεῖς ἔκτισαν, καὶ χρόνον τινὰ κατοικήσαντες, ὑπὸ Τυῤῥηνῶν ἐξεβλήθησαν ἐκ τῆς νήσου. *Duæ in ea ſunt urbes inſignes, quarum una Calaris, altera Nicæa dicitur. Et Calarin quidem Phocenſes condidêre, cùmque ad tempus inſulam tenuiſſent, à Tyrrhenis inde ejecti ſunt.* Quiſquis hæc Diodori conferet cum iis quæ de *Alalia* habet Herodotus lib. 1. fatebitur Alaliam & Caralim idem eſſe oppidum. Nec eſt quod quis putet hanc vocem in Diodoro eſſe corruptam; nam Florus etiam & Jornandes *Caralam* vocant, voce ex *Caralis* deflexa. Itaque urbs fuit binomia. Prius nomen à Phocenſibus impoſitum eſt *Alalia*, quod Romani ſcriptores mutarunt in *Aleriam*, & Zonaras in Οὐαλερίαν *Valeriam*. Poſterius *Caralis*; quod illi Pœni indidêre, ut vicinæ inſulæ Sardinia & Corſica metropoles haberent cognomines. Sed & ab Aradiis dici potuit *Aradis*, urbs inſulæ munitiſſima, quam ſolam expugnatione cepit Menas Sexti Pompeii libertus, cùm cęteræ ſe dediſſent. Dion. lib. 48. Κατέσχε τὰ μὲν ἄλλα ὁμολογίᾳ, τὴν δὲ Ἄραδιν πολιορκίᾳ. Niſi *Aradis* ſit *Caralis* vel *Aleria*. Quod potiùs ſuſpicor, quia de *Aradi* in Corſica nulla eſt alibi mentio.

Eòdem facit nonnihil quod Tyrios tranſtra navium ex Corſicę buxo fabricaſſe probavi ex Ezech. 27: 6. Et quod *Phœniſſa* nominatur eadem inſula in Callimachi hymno in Delum.

Ἡ δ' ἔπειθεν Φοίνισσα μετ' ἴχνια Κύρνος ὀπηδεῖ.
Pone ſequens Phœniſſa premit veſtigia Cyrnus.

Ubi Scholiaſtes perridiculè: Κύρνος ἡ νῦν Τύρος καλουμένη, quaſi Cyrnus ſive Corſica ſit eadem cum Tyro. Addo ex Polybii lib. 11. locum inſignem, quo circa initia primi belli Punici Romanos ſeribit valde fuiſſe anxios, eo quod Pœnos viderent non Africæ regiones duntaxat & pleraque Hiſpaniæ ſui juris feciſſe, ſed & τῶν νήσων ἁπασῶν ἐγκρατεῖς ὑπάρχοντας τῶν κατὰ τὸ Σαρδόνιον καὶ Τυρρηνικὸν πέλαγος, *inſulis Sardoi & Etruſci maris omnibus potitos*; è quo numero Corſicam nemo prudens excluſerit.

Diod. l.5. Proinde cùm apud Diodorum Phocenſes è Corſica ſolùm ὑπὸ Τυρρηνῶν *a Tyrrhenis* ejecti fuiſſe legantur; in Herodoto ſτρατεύονται ἐπ' αὐτοὺς κοινῷ λόγῳ χρησάμενοι Τυρρηνοὶ καὶ Καρχηδόνιοι, *communi Marte illos impetunt Tyrrheni & Carthaginenſes.* Et Scipionem Pœnis Corſicam ademiſſe Florus docet his verbis lib. 2. cap. 2. *In Sardiniam annexamque Corſicam tranſiit, ubi & ſic Carala urbis excidio incolas terruit, adeòque omnes terrâ & mari Pœnos expugnavit, ut jam victoriæ nihil niſi Africa ipſa reſtaret.* Quibus ſimilia habent Livii epitome lib. 17. Jornandes in libro de regnorum ſucceſſione; Eutropius lib. 2. Zonaras Tom. 2. Et inſcriptio vetus quam profert magnus Salmaſius in Solinum pag. 29.

Ideò Corſicæ utrumque nomen palam eſt Phœnicium. Primum Κύρνος *Cyrnus*, à קרן *cornutum* ſonat. Nempe ut olim Cyprus Κεράστις *Ceraſtis* * quaſi *cornuta* dicta eſt, ἀπὸ τοῦ πολλὰ ἄκρα ἔχειν, *à frequentibus promontoriis*, ut in Stephano habetur: ita Corſicam Phœnices appellarunt inſulam קרנות *keranoth* cornuum ſeu angulorum, quia multis promontoriis eſt anguloſa. Quod paſſim apud Veteres legere eſt totidem verbis. Æthicus in cap. de inſulis noſtri maris: *Inſula Corſica multis promontoriis anguloſa eſt.* Oroſius lib. 1. cap. 2. *Corſica inſula multis promontoriis anguloſa eſt.* Iſidorus Origin. lib. 14. cap. 6. *Eſt autem multis promontoriis anguloſa.* Geographus Arabs Clim. 4. part. 2. גזירה קרסקה להא ארכאן והי אגואן *inſula Corſica multos habet angulos, id eſt, ſinus.* Quò eódem pertinent hæc Poëtæ veteris:

* Vide Non. Dionyſiac. l. 5. verſ. 624. & lib. 13. verſ. 441. & lib. 29. verſ. 372.

Barbara præruptis incluſa eſt Corſica ſaxis.

Et Senecæ ad Helviam cap. 6. *Quid tam nudum inveniri poteſt, quid tam abruptum quàm hoc ſaxum?* Ex קרנות *keranoth* vel קרנתא *karnatha*, quorum illud Hebræum hoc Syrum eſt cornuum & angulorum nomen, hæc inſula primo dicta eſt Κέρνος & Κερνεᾶτις, & tandem Κύρνος. Lycophron in Caſſandra:

Οἱ δ' αὖ Πελασγῶν ἀμφὶ Μέμβλητος ῥοάς,
Νῆσόν τε Κερνεᾶτιν, ἐκπεπλωκότες
Ὑπὲρ πόρον Τυρσηνόν.
Alii è Pelaſga gente Membletis vada
Et Cerneam inſulam ad Tuſcum mare
Adnavigantes.

Pag. 168. Ad quæ verba Iſacius: τὴν Κύρνον νῆσον, παράγωγον ἀντὶ τοῦ πρωτοτύπου Κερνεᾶτιν εἶπεν, *Cyrnum inſulam Cerneatem dixit, derivativam pro primitivo.*

Poſterius inſulæ nomen *Corſica* ſeu *Corſis* Punicè ſcribitur חורשי *Chorſi*; quaſi ſylvoſum locum dixeris, quia ex omnibus inſulis non alia eſt ſylvoſior. Dionyſius Periegetes verſ. 458.

—— ἀπειρίτος εἰν ἁλὶ Κύρνος,
Ἥν ῥά τε Κυρσίδα φᾶτις ἐπιχθόνιοι καλέουσι,
Ὕλη δ' ἀμφιλαφὴς οὔτις τόσον ὅσσον ἐκείνη.
—— *mari latiſſima Cyrnus,*
Indigenæ patrio quam Corſida nomine dicunt,
Inſula quâ ſylvis non eſt fœcundior ulla.

Theophraſtus hiſtor. lib. 5. cap. 9. ubi de Corſicæ inſulæ arboribus: πλεῦσαι γάρ ποτε τοὺς Ῥωμαίους βουλομένους κατασκευάσασθαι πλοῖον (lege πόλιν) ἐν τῇ νήσῳ πέντε καὶ εἴκοσι ναυσί, καὶ τηλικοῦτον εἶναι τὸ μέγεθος τῶν δένδρων, ὥστε τοὺς πλεύσαντας εἰς κόλπους τινὰς καὶ λιμένας * διασχισθῆναι τοῖς ἱστοῖς ἐπὶ τὸ πνιγόν. καὶ ὅλως πᾶσαν τὴν νῆσον δασεῖαν καὶ ὥσπερ ἠγριωμένην τῇ ὕλῃ· διὸ καὶ ἀποστῆναι τὴν πόλιν οἰκίζειν. Quæ in nonnullis corrupta Gaza ita reddidit: *Romanos enim aliquando condendi cauſa oppidi in eam inſulam navibus quinque & viginti profectos, tam vaſtis arboribus locus dicitur excepiſſe, ut navigantes per ſinus quoſdam & portus, nexus denſaque malos præſcinderent. Et omnino inſula tota confertiſſima, & quaſi efferata immani arborum turbâ ſpectaretur: quamobrem Romanos à condendo oppido deſtitiſſe ajunt.*

V. Plin. lib. 13. cap. 26. & lib. 35. c. 1.

Diodor. lib. 5. ἡ δὲ ὅλη νῆσος εὐμεγέθης οὖσα, πολλὴν τῆς χώρας ὀρεινὴν ἔχει, πεφυτευμένην δρυμοῖς συνεχέσι; *tota inſula cum ampla ſit, maxima ex parte eſt montoſa, & continuis ſylvis opaca.* Polybius lib. 12. *Paſtores peſcentia pecora ſequi nequeunt* διὰ τὸ σύνδενδρον καὶ κρημνώδη καὶ τραχεῖαν εἶναι τὴν νῆσον, *quia eſt inſula denſis arboribus conſita, quæque multa habet prærupta loca & aſpera.* Proinde Victor Uticenſis author eſt Vandalorum Regem Hunnericum ex Africa in Corſicam multos relegaſſe, ut ligna profutura navibus dominicis inciderent. Ita habetur lib. 3. de perſecut. Vandal. Ergo Corſi ſunt חורשא *Chorſas* ſylveſtres & feri homines, ut *Balari*, de quibus ſuprà. Nempe Corſicæ montium incolas Strabo dicit ἀγριωτέρους εἶναι τῶν θηρίων, *beſtiis eſſe inhumaniores*; & ſervos inde *Romæ*, inquit, *videre licet* καὶ θαυμάζειν ὅσον ἐμφαίνεται τὸ θηριῶδες καὶ τὸ βοσκηματῶδες ἐν αὐτοῖς, *& admirari quantum feritatis & belluinæ indoles in iis appareat.* Ab his Corſis alii Corſi deducti in montana Sardiniæ, de quibus Pauſanias & Ptolemæus, niſi malis utriſque nomen a ſylvis & feritate obtigiſſe. In Claudiano Stilichon. Panegyr. malè fingitur,

Strab. l. 5.

Cyrnæis Siculiſque jugis venata virago
Nebrophone cervos.

Cùm Polybio teſte lib. 12. nullum ſit in Corſica ferum animal πλὴν ἀλωπέκων καὶ κονίκλων καὶ προβάτων ἀγρίων, *præter vulpes, cuniculos & oves feras.* Sed Claudianus habuit quem ſequeretur, Timæum ſcilicet, qui καθάπερ καὶ περὶ τῶν κατὰ Λιβύην ἀπεσχεδίακεν, οὕτω καὶ περὶ τῆς κατὰ τὴν νῆσον τὴν προσαγορευομένην Κύρνον. καὶ γὰρ ὑπὲρ ἐκείνης μνημονεύων ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ φησὶν αἶγας ἀγρίας καὶ πρόβατα καὶ βοῦς ἀγρίους ὑπάρχειν ἐν αὐτῇ πολλούς, ἔτι δ' ἐλάφους, καὶ λαγὼς, καὶ λύκους, &c. καὶ τοὺς ἀνθρώπους περὶ ταῦτα διατρίβειν κυνηγετοῦντας. *Ut in rebus Africæ futilitatem ſuam prodidit, ſic in iis quæ ad Corſicam ſpectant pari levitate eſt uſus. Secundo enim libro hiſtoriarum ſuarum mentionem ejus faciens, ait capras feras, oveſque, item boves feros in ea multos reperiri, adhuc cervos, lepores, lupos, &c. & eorum venationibus inſulanos exerceri.* Hæc ex Timæo Polybius ubi ſuprà. Quibus hæc Procopii longè παραδοξότερα, ex interpretatione Chriſtophori Perſonæ vel Porſenæ Gothicorum lib. 3. *Corſicam Veteres Cyrnum dixêre. In ea ſimiæ ad humanam ferè naſcuntur effigiem, equorumque armenta paſſim vagantium, ſed paulò ſupra oves hi magnitudine ſunt.*

CAPUT XXXIII.

An Phœnices in Italiam colonias deduxerint? Homerum ab iis multa didiciſſe.

Nola à Tyriis condita juxta Solinum. Anna Perenna Romæ culta & ad fontem Numicii credita eſſe ſoror Didus. Bacchus Tyrrhenis legitur imperaſſe, & in ejus copiis cenſetur Faunus. Nonnus emendatus. Fulleri ſententia Tyrrhenos eſſe Tyriæ originis. Probatur Italos cum Phœnicibus nihil habuiſſe commune. Nolam non condidêre Tyrii, ſed vel Thurii vel Thuſci, ut in vicinia Capuam. Fabula de Annæ Tyriæ in Latium migratione refellitur. Variæ de hac Anna Veterum ſententiæ. Bacchus non imperavit Tyrrhenis, ſed incidit in piratas Tyrrhenos.

Faunus

Faunus idem qui Pan Arcadum Deus, perpetuus Bacchi comes. Pinus utrique ſacra; ab utroque φίλοινοι. Pan, Inuus & Faunus. Fauni cultum in Latium intulit Euander Arcas. Tuſci gens indigena. Tuſcum ſermonem à Phœnicio multum differre. Utriuſque linguæ multæ voces inter ſe collatæ. Sacra diverſa. Illis dextra cœli pars quæ his ſiniſtra. Artes in Etruriam unde invectæ. Tyrrhenos à Tyro non dici. Tyrrheni olim Τυρσηνοὶ, propter τύρσεις quas extruxerunt. *Turſis* delphini ſpecies eò alludit; hinc fabula de *Tyrſenis* in delphinos. Ulyſſes δελφινοφόρος. Tyrrheni Tyro antiquiores. Hos Romani *Tuſcos* & *Etruſcos*, ipſi ſe *Rhaſenas* appellabant. Tyrrheni in Lemno & Imbro, &c. iidem cum Pelaſgis. Hi cùm Tyrrheniam occupaſſent, etiam Etruſci his admixti Tyrrheni dicti. Phœnices quidam naufragum Ulyſſem circa Charybdim repertum in Cretam deduxerunt. Ex horum fide fabulas de Italia narrat Ulyſſes, Circeium Latii promontorium cur dicatur eſſe inſula. Cur Circe venefica, & Latium ſcatere dicatur herbis veneficis. לחשין *latin* Hebr. incantationes. *Aurunci* populi Italiæ vetuſtiſſimi, iidem qui *Auſones*. R & S permutari. In Auruncis Læſtrygones. *Lamus* & *Lamia* ἀνδρωποφάγοι. Lamiæ fabula & nomen Libycum, ira & Lami Regis Læſtrygonum. Origo vocis. Cur Læſtrygonum, qui & Aurunci, regio compaſcua eſſe fingatur. Cur ibidem breviſſimæ noctes. Cur contra Cimmerii circa Baias verſari legantur in perpetuis tenebris. Cur Circes inſula navigationum Ulyſſis terminus ad Occaſum dicatur eſſe ad Ortum. Ibi tumulus Elpenoris. *Ænaria* ab Ænea non dicitur, nec Pithecuſa à doliis, ſed utrumque à ſimiis qui propter ſimitatem *enares* dicti. Hinc *Arima* Homero dicta, quia חרים *harim* Syris eſt ſimus, ut Hebr. חרום *harum*. Κολοβόριν idem. Supercilia ſtibio illita. Mons Epopeus in Arimis ſub quo Typhœus unde dictus. Teleboæ in Capreis à Phœnicibus oriundi. Ibid. *Sirenes* ex eadem gente, unde Surrentum & Sirenuſæ. Temeſen in Brutiis de qua Homerus Phœceuſes invaſerunt circa Troiana tempora. Hujus nomen Phœniciam. Phœnices metallorum conflatores. Æolus cur Rex ventorum. *Italia* unde dicatur. Veterum ſententiæ. Priſca Italia in Brutiis. Stephanus emendatus. Pix Brutia nobiliſſima. Stephanus, Heſychius, Etymologicus emendati. Brutiorum origo, & unde dicti. *Bre*, *bruttare*. Brutiæ picis ſylva ferax *Sila* vel *Syla*. *Naryciа* pix, non *Neritia* nec *Narſſia*. Phœnicié איטריא *Itaria*, id eſt, picearia regio; hinc Italia dicta. L & R ſæpe permutari. *Itar*, *Itra* & *Itran* idem. *Alquitran*, *cedrium*, *cedria*, *goudran*. Pix etiam קלח calah, unde *Calabria*, quæ Gr. *Peucetia* ἀπὸ τῆς πεύκης à piceis. Tarentinæ nuces.

Poſt Siciliam occupatam Sardiniamque & Corſicam, cum parte Illyrici, tam obvia Phœnicibus erat Italia ut vix credatur fuiſſe intacta. Hi igitur ſi Solino fides, Nolam in Campanis condiderunt. *Conſtituta*, inquit, *ab Aſcanio Longa Alba, Fidenæ, Antium. Nola a Tyriis.* Sic Annam quandam Perennam, quæ Romæ pro Dea colebatur, & ad fontem Numicii amnis, ubi Lavinium oppidum, Tyriam fuiſſe volunt Didûs ſororem, & extincta Didone à Numidis ex Africa ejectam, poſt varios errores in Latium appuliſſe, exceptamque comiter ab Ænea ibi ſubſtitiſſe cum ſuis: donec Laviniæ uxoris inſidiis ſe appeti ſentiens, & propediem opprimendam, eò deſperationis adacta eſt ut in Numicium amnem ſe præcipitem conjecerit, ubi Deorum ſcilicet miſeratione mutata ſit in nympham loci præſidem. Proinde illam Æneas uxori Laviniæ ita commendat lib. 3. Faſtorum:

Ovid. l. 3. Faſt. & Sil. l. 8.

Orta Tyro eſt, regnum Libyca poſſedit in ora.

Et apud Silium lib. 8. ipſa fingitur Annibalem ſic compellare:

- - - Ego Oenotriis æternum numen in oris
Concelebror, veſtri generata è ſanguine Beli.

Sunt qui eodem referant quod Cadmi Tyrii nepos Bacchus Etruſcis fertur imperaſſe, ut habet Ariſtides oratione in Bacchum: Ἰνδοὺς δὲ καὶ Τυῤῥηνοὺς λέγουσιν ὡς καταστρέψαιτο, *Indos autem & Tyrrhenos eum ſubjugaſſe aiunt*. Et Lucianus de Saltatione: ὁ Διόνυσος Τυῤῥηνοὺς καὶ Ἰνδοὺς, καὶ Λυδοὺς ἐχειρώσατο, *Bacchus Tyrrhenos, Indos & Lydos ſub jugum miſit.* Et quod in ejuſdem Bacchi copiis cenſetur Faunus, Rex priſcus Aboriginum. Nonnus Dionyſiacorum lib. 13.

Τοῖς δ' ἐπὶ Φαῦνος ἵκανε, πυριφλεγέτου ἰάονας
Ἰταλίης τριλόφοιο πελώριδα χῶρον ἐρίπνης.
Adſuit & Faunus ſignitos igne relinquens
Italiæ campos, triſidoque cacumine rupem.

Id eſt, Phlegræos campos in Campania, & vicinum Veſuvium, qui tamen eſt biceps non triceps. Itaque legerim lubens διλόφοιο pro τριλόφοιο.

Proinde hoc ipſo ævo Vir Doctiſſimus Etruſcæ gentis natales è Tyro arceſſere auſus eſt, Tyrrhenos pro צורין *Tſurin*, id eſt, Tyriis, Græcè dici ſiſerens, quomodo *Palaſtini* dicuntur pro פלשתין *Peliſtin* ſeu *Philiſtæi* & Agareni pro הגרין *Hagarin* ſeu *Agaræi*. *Atque hanc deductionem*, inquit, *non alienam judicabunt ii qui ſummum veteris Tyri ſplendorem apud hiſtoricos tam ſacros tum profanos obſervarunt, memineruntque Phœnicas ſeu Tyrios non modo in Græciam & in univerſam Hiſpaniam perveniſſe, sed etiam interjectum Italiam luſtraſſe, adeòque incoluiſſe.* Et rurſus: *Ab his originem traxit gens Tyrrhena vel Etruſca. Eadem namque eſt cujus maxima potentia ipſo rerum Troianarum ſæculo ab hiſtoricis celebrata, religionum cognitio, literarum artiumque peritia, reſpublica florentiſſima, magnificus & verè regius rerum omnium apparatus, nonniſi à Tyriis initio proficiſci potuit.*

Fuller. Miſcell. l. 2. c. 11.

Tamen ut dicam quod res eſt, non his facilè aſſentior. Quia ſi qui populi in Italia fuiſſent Phœnicii generis, ſexcenties id obſervaſſent Punici belli ſcriptores Polybius, Livius, Silius Italicus, Appianus, alii. Neque id latuiſſet Annibalem, qui eo ipſo argumento Italos, tanquam populares ſuos, ad defectionem ſollicitaſſet. Atque illi etiam qui Pœnorum jugum ſubire coacti ſunt, hoc Annibali ſubinde oggeſſiſſent, mitiorem dominum experturi; Itaque vel in Italia nullæ fuêre Phœnicium coloniæ, vel eæ fuerunt obſcuræ admodum, & tam vetuſtæ ut longinquitas temporis rei oblivionem induxerit. Neque hilum me movet eorum authoritas qui in diverſa ſunt ſententia, quia nil quicquam aſſerunt quod non poſſit facilè dilui.

Nam ut à Nola ordiar, quam ex Solino probant à Tyriis eſſe conſtitutam, cùm Tyrios in Campania pedem fixiſſe non legatur uſpiam, locus ille merito doctis de mendo ſuſpectus eſt. Et Solinus pro Tyriis vel *Thurios* ſcripſerat, quæ magni Viri conjectura eſt; vel quod ſuſpicor potius *Tuſcos*, quos ibi diu hæſiſſe conſtat. Polybius lib. 2. agens de regione circumpadana: Ταύτας, inquit, τὰ πεδία τὸ παλαιὸν ἐνέμοντο Τυῤῥηνοὶ, καθ' οὓς χρόνους καὶ τὰ Φλέγραιά ποτε καλούμενα τὰ περὶ Καπύην καὶ Νῶλην πεδία. *Illos quidem agros Tuſci olim occupabant, quo ipſo tempore Phlegræos etiam quondam dictos circa Capuam & Nolam* (ſuppl. *tenuerunt.*) Quin in Velleio expreſſè habetur Tuſcos condidiſſe Nolam: *Quidam*, (inquit,) *hujus temporis tractu aiunt à Tuſcis Capuam Nolamque conditam ante annos ferè* ccccxxx, *quibus equidem aſſenſerim.* Et pauló poſt inter authores hujus ſententiæ citatur ſcriptor graviſſimus M. Cato, qui ante Punicum bellum tertium Italicarum urbium origines ſecuratiſſimè ſcripſerat. Quod ideò veriſimile, quia proximam Nolę Capuam eoſdem Tuſcos condidiſſe tradunt plures alii. Strabo lib. 5. Δώδεκα δὲ (Τυῤῥηνοὺς) πόλεις ἐγκατοικίσαντας τὴν οἷον κεφαλὴν ὀνομάσαι Καπύην, *Tuſcos, cùm inibi duodecim urbes condidiſſent, quæ earum quaſi caput eſſet appellaſſe Capuam.* Mela lib. 2. cap. 4. *Capua à Tuſcis condita.* Servius in lib. 10. Æneid. *Conſtat tamen eam à Tuſcis conditam, de viſo falconis augurio, qui Tuſcâ linguâ capys dicitur.*

Val. Max. l. 6. c. 5. de Charonda Tyrio pro Thurio.

Vell. l. 1.

Quod ex Ovidio & Silio addunt Tyrię Didûs ſororem Annam ad Æneam in Latium ſe contuliſſe

liſſe, fabuloſum eſſe liquidò conſtat. Nam ut cætera taceam, Æneas Didonis tempora tribus præceſſit ſæculis. Nec Ovidius ſibi conſtat ſatis, cùm quam Tyriam eſſe vult introducit ita loquentem:

Amne perenne latens Anna Perenna vocor.

Neque enim, ſi Tyria fuit, Latinum habuit nomen ab amne deductum. Proinde aliis Anna eſt Luna, tanquam ab anno dicta, ut quæ menſes & annos ſuo motu impleat. Rurſus aliis hæc Anna eſt Themis, aliis Io, aliis una Atlantidum, quam Jovi ubera præbuiſſe volunt. Ovidius ubi ſuprà:

Sunt quibus hæc Luna eſt, quia menſibus impleat annum.
Pars Themin, Inachiam pars putat eſſe bovem.
Invenies qui te nympham Atlantida dicant,
Teque Jovi priſcos Anna dediſſe cibos.

Sed & eodem teſte,

Orta ſuburbanis quædam fuit Anna Bovillis,
Pauper, ſed multæ ſedulitatis anus.

Hanc ruſtica liba quædam in Aventinum montem ad populum detuliſſe ferunt, cùm à ſenatu facta ſeceſſione ibi commeatu deſtitueretur. Et in accepti beneficii memoriam plebem ſtatuiſſe ut Annæ Perennæ nomine in perpetuum coleretur. Tot Veterum ſententiis quas Poeta recenſuit, unam addo ex Macrobio, quæ mihi maximè probatur. Quod ſcilicet menſe Martio, quem olim anni primum fuiſſe nemo neſcit: *publicè & privatim ad Annam Perennam ſacrificatum itur, ut annare perennareque commodè liceat.* Quicquid ſequaris, ex re tam incerta conſtabit nihil certum poſſe elici.

Saturnal. lib. 1. cap. 12.

Quod ſequitur ex Ariſtide Tyrrhenis Bacchum imperaſſe, ne Poëtæ quidem ſcripſerunt. Tantùm poſt Homerum hymno in Bacchum & Aglaoſthenem in Naxicis fabulantur Hyginus, Ovidius, Lucianus, Oppianus, Nonnus, alii, Tyrrhenos nautas eùm Bacchum captivum abducerent alicubi circa Naxum in delphinas fuiſſe verſos. Unde eſt quod à Poëtis delphin Tyrrhenus appellatur. Seneca in Agamemnone verſ. 447.

Hyg. fab. 134. & Aſtronom. lib. 2. in delphino. Ovid. Metam. lib 3. fab. 8. Lucian. in dial. Nept. & delph. Oppian. Halieut. lib. 1. verſ. 649. Nonn. lib. 44 Dionyſ. verſ. 240. & lib. 47. verſ. 630.

Tyrrhenus omni piſcis exultat freto.

Statius lib. 1. Achilleidos verſ. 35.

Armigeri Tritones eunt, ſcopuloſaque cete.
Tyrrhenique greges.

Quæ fabula quò pertineat dicetur in ſequentibus.

Neque alia de cauſa Faunus fingitur ſub Baccho militaſſe, quàm quia Faunus idem qui Pan, perpetuus Bacchi commilito. Proinde bicornis uterque fingitur & capripes. Atque ut de Pane Lucretius ita habet lib. 4. verſ. 587.

—— cum Pan
Pinea ſemiferi capitis velamina quaſſans.

Et Silius lib. 13.

Cingit acuta comas, & opacat tempora pinus.

Ita Ovidius de Fauno in epiſtola Oenones:

Cornigerumque caput pinu præcinctus acutâ.

Rurſus τὰ Πανικὰ καὶ ὅσα φάσματα, *Panicos terrores & qualibet ſpectra*, ut Pani Græcos ita Fauno Romanos adſcribere teſtatur Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 5. Sed nihil opus eſt argumentis, cùm in eam rem expreſſa ſint teſtimonia Veterum. Sextus Aurelius Victor de origine gentis Romanæ: *Hunc Faunum plerique eundem Sylvanum a ſylvis & Inuum Deum, quidam etiam Pana eſſe dixerunt.* Servius in lib. 6. Æn. *Inuus Latinè appellatur, Græcè Pan.* Et paulò pòſt: *Idem Faunus.* Rutilius lib. 1. Itiner.

Hoc Inui caſtrum fama fuiſſe putat.
Seu Pan Tyrrhenis mutavit Mænala ſylvis,
Sive ſinus patrios incola Faunus init.

Et verò ex Arcadia, ubi Pan colebatur, Fauni cultum in Latium primus intulit Euander Arcas. Servius in lib. 1. Georg. *Cincius & Caſſius ajunt ab Euandro Faunum Deum appellatum.* Ovidius lib. 5. Faſtorum:

Exul ab Arcadia Latios Euander in agros
Venerat, impoſitos attuleratque Deos.
Sacraque multa quidem, ſed Fauni prima bicornis
Has docuit gentes, alipedisque Dei.

Faunum igitur in Latio regnaſſe meræ nugæ ſunt ab iis confictæ quos latebat Faunum eſſe Panem Arcadem. Panem autem unum fuiſſe è Bacchi ducibus ex Polyæno, Luciano, Plutarcho, Nonno & aliis ſcimus.

Polyæn. Strat. lib. 1. Lucian. in Baccho. Plut. de fl. in Nilo. Nonn. Dionyſ. lib. 14. &c.

Tuſcos quod attinet, Vir doctus qui eos deduxit à Tyriis, tam graviter lapſus eſt quàm plerique Veterum qui è Lydia deducebant. Nos cum Dionyſio Halicarnaſſeo, acerrimi judicii viro, iis aſſentimur qui putant gentem eſſe indigenam: ἐπειδὴ ἀρχαῖόν τι πάνυ, καὶ οὐδενὶ ἄλλῳ γένει οὔτε ὁμόγλωσσον οὔτε ὁμοδίαιτον εὑρίσκεται, *quando quidem & pervetuſta eſt, nec cum ulla alia gente eam linguâ aut moribus convenire compertum eſt.* Tuſcum ſaltem ſermonem à Phœnicio vel Punico fuiſſe diſſimillimum conſtabit ex hoc ſpecimine.

Deus Pœnis erat *Alon* & Dii *Alonim*, ut ſuo loco probamus ex Plauto & Siſenna: Tuſcis autem Deus *Æſar* & Dii Αἴσοι *Æſi*. Suetonius in Auguſto cap. 97. *Æſar Etruſcâ linguâ Deus vocatur.* Heſychius: Αἴσοι, θεοὶ ὑπὸ Τυῤῥηνῶν.

Juno Punicè *Aſtarte*, Tuſcè *Cypra* vocabatur. Prius illud in Auguſtino habetur lib. 7. locutionum cap. 16. *Juno autem ſine dubitatione ab illis* (Pœnis) *Aſtarte vocatur.* Poſterius in Strabone lib. 5. Τὸ Κύπρας ἱερὸν Τυῤῥηνῶν ἵδρυμα, καὶ κτίσμα. Τὴν δ᾽ Ἥραν ἐκεῖνοι Κύπραν καλοῦσιν, *Cypra fanum ab Etruſcis conditum & dedicatum, qui Junonem Cypram appellant.*

Fortuna גד *Gad* Phœnicibus, Gen. 30: 11. ubi LXX ἐν τύχῃ pro Hebr. בגד, Onkelos אתא גד *venit Fortuna*, Hieroſolymitanus אתא גדא טבא *venit Fortuna bona.* Jonathan אתא מזלא טבא *venit ſydus bonum.* Et Vulgatus *Fæliciter.* At Fortuna Tuſcis *Nyrtia.* Juvenalis Sat. 10. *Si Nyrtia Tuſco faviſſet.* Et ibi Scholiaſtes: *Fortunam vult intelligi Poëta, &c.* Ita etiam Martianus Capella in libro de nuptiis Philologiæ. Etruſcam hanc fuiſſe Deam Volſineoſium & Sutrinorum ex Livio ſcimus lib. 7. & ex Tertulliano Apologetici cap. 24.

Pluto Phœnicibus *Muth* & *Axiokerſos*, ut docemus ſuis locis, Etruſcis erat *Mantus.* Servius in lib. 10. Æneidos: *Mantuam autem ideò nominatam, quod Etruſcâ linguâ Mantum Ditem patrem appellant, cui etiam cum cæteris urbibus & hanc conſecravit.*

Cœlum Phœniciè *ſamen*, unde Sanchoniathoni Sol dicitur *Balſamen*, quaſi cœli Dominus. At idem Etruſcè *falande.* Feſtus: *Fala dicta ab altitudine; à falando, quod apud Etruſcos ſignificat cœlum.*

Boream Phœnices vocaſſe *carban* dictum eſt capite de Cypro. At Boreæ Tuſcum nomen eſt *Andas:* Heſychius: Ἄνδας, Βορέας ὑπὸ Τυῤῥηνῶν.

Regem Phœnices *malchum* appellabant, ut habet Eunapius in Porphyrio, Etruſci *Lucumonem.* Servius in lib. 2. Æn. *Lucumones qui Reges ſunt linguâ Tuſcorum.* Et lib. 8. *Tuſcia duodecim lucumones habuit, id eſt, reges.* Alii præfectos & δυνάστας & ἡγεμόνας explicant, id eſt, Punicè *ſuffetes.* Sed & Δροῦνα *Druna* Tuſcis ἡ ἀρχὴ *principatus*, Heſychius.

Equus Punicè *recabe* dictus. Unde κακκαβὴ *caccabe* pro *carcabe* caput equi. Ita interpretantur Stephanus in Καρχηδών, & Euſtathius in Dionyſium. At idem Tuſcis *damnus.* Heſychius: Δάμνος, ἵππος, Τυῤῥηνοί.

Capra Phœnicibus erat *aza.* Ita ſcribit Stephanus

nus in Ἄζωτος. Tuſcis autem *capra* nomen cum Romanis fuit commune. Heſychius: Κάπρα, αἴξ, Τυῤῥηνοί.

Puer Tuſcis erat *agalletor* (Heſychius: Ἀγαλήτορα, παῖδα Τυῤῥηνοί) Phœnicibus *babion*. Damaſcius apud Photium: Βάβια δὲ οἱ Σύροι, καὶ μάλιστα οἱ ἐν Δαμασκῷ τὰ νεογνὰ καλοῦσι παιδία· ἤδη δὲ καὶ τὰ μειράκια ἀπὸ τῆς παρ' αὐτοῖς νομιζομένης Βαβίας θεοῦ; *Syro & maximè qui Damaſci habitant*, (id eſt, Syrophœnices) *pueros recens natos babia vocant, ſed & adoleſcentes, à Dea Babia quæ apud illos putatur eſſe*. Sic Arabicè באבוס *babus* eſt infans, & Angl. *babe* vel *babie*, & Ital. *bambino* & *bambolo*.

Sed ne ſim prolixior, en Tuſca vocabula plurima in faſcem congeſta prout occurrunt: Αἶσα, *Dea*, Rhea Heſychius: Αὔκηλος *aucelos*, aurora, idem. *Verſe*, ignis. *Arſe verſe*, averte ignem, Feſtus. *Itis*, Idus; Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 15. *Hiſter* vel *hiſtrio*, ludio; Livius lib. 7. Valer. Max. lib. 2. cap. 4. *Subulo* tibicen Varro de ling. Lat. lib. 6. Ἰταλὸς *Italus* taurus, Apollodorus lib. 2. & Iſacius ad Lycophronem, & Tzetza in Chiliadibus. Ἄριμοι *arimi* ſimiæ, Strabo lib. 13. Ἄνταρ *antar*, aquila, Heſychius. Ἄρακος *aracos*, accipiter, id. Γνίς *gnis*, grus, id. *Capys* falco, Servius in lib. 10. Æn. *Manteſa*, additamentum, Feſtus. Τύρσεις *tyrſes*, ædificia muris clauſa, Dionyſius Halicarn. lib. 1. Ποπλώνιον *poplonium*, ferrum aut æs ex Æthalia, id eſt, Ilua, Etruſcâ inſulâ, Ariſtot. Mirab. Γάπος *gapus*, vehiculum, Heſychius. Βυῤῥὸς *byrrhus*, cantharus, poculi genus, *bure* ſermone vernaculo, idem. Ἄταισον, *ataſum*, vitis arbuſtiva, idem. Νάνος *Nanus*, id eſt, πλανήτης, Ulyſſis nomen apud Tyrrhenos, Iſacius in Lycophronem pag. 185. Quæ vocabula planè à Phœniciæ vel quod idem eſt Hebrææ linguæ genio abhorrere ſtatim animadvertit quiſquis ad hæc ſacra non eſt ἀμύητος. Niſi quis falconem *Capyn* appellatum eſſe putet à curvitate unguium, quia כף *caph* Hebrçis eſt curvitas: Simiam item *arimum* ἀπὸ τῆς σιμότητος, quia ſimus Syris eſt חרים *harim*. Quibus addi queat ex Macrobio & Servio *Camillus* pro Mercurio Tuſcis, id eſt, Phœnicum חדמאל *Chadmel*. Sed una aut altera hirundo non facit ver.

De cætero, licet utraque gens jam olim potens atque opulenta fuerit & religionibus addictiſſima, bellique & pacis artibus clara; non tamen inde ſequitur duos populos cætera tam diverſos communem habuiſſe originem. Quin contrarium evincunt religionum diverſi ritus. Neque enim eadem utrobique ſacra, aut Dii communes. Et Tuſcorum inventum fuit haruſpicina, & diſciplina auguralis: Atque iiſdem cœli ſiniſtra pars erat Meridies, quæ Phœnicibus dextra. Artes denique è Græcia non è Phœnice in Etruriam invectę: Strabo lib. 5. de Demarato Corinthio, & filio Lucumone in Etruria genito, qui Romæ regnum conſecutus mutato nomine dictus eſt Tarquinius Priſcus: Ἐκόσμησαν δ' ἄν τὴν Τυῤῥηνίαν καὶ αὐτὸς καὶ ὁ πατὴρ πρότερον, ὁ μὲν εὐπορίᾳ δημιουργῶν τῶν συνακολουθησάντων οἴκοθεν, ὁ δὲ ταῖς ἐκ τῆς Ῥώμης ἀφορμαῖς. *Exornarant autem Etruriam, cùm ipſe tum anteà pater, hic quod opificibus ſimul domo ſecum profectis abundaret, ille quod Roma ad eam rem facultates ſuppeditaret*. Similia in Floro legas lib. 1. cap. 5.

Imprimis id abſurdum eſt quòd contendit Vir doctus Tyrrhenos à Tyro dici. Nam analogia repugnat. Et ſcriptores quotquot memini Polybio vetuſtiores, Homerus, Heſiodus, Euripides, Pindarus, Thucydides, Herodotus, Apollonius, Lycophron, pro Tyrrhenis & Tyrrhenia τυρσηνοὺς *Tyrſenos* ſcribunt & τυρσηνίαν *Tyrſeniam*. Nempe, ſi Dionyſio credimus, ἀπὸ τῶν ἐρυμάτων ἃ πρῶτοι τῶν τῇδε οἰκούντων κατεσκευάσαντο, *à munitionibus quas accolarum* *primi extruxerunt*. Hæ enim munitiones eodem authore τύρσεις *tyrſes*, id eſt, turres dicuntur tam Tuſco ſermone quàm Græco. Quin, ſi credimus Iſacio in Lycophronem, τύρσις eſt τὸ τεῖχος murus quilibet, & Τυρσηνοὶ πρῶτον ἐφεῦρον τὴν τειχοποιΐαν, *artem extruendi muros Tyrſeni primi invenerunt*.

Cui Scripturæ maximè favet fabula vetus quam diximus de Tyrſenis ſeu Tyrrhenis in delphines mutatis. Nam ea tota nititur alluſione nominis *Tyrſenorum* ad *turſionem* vel *tyrſionem* ut multi ſcribunt. *Turſionem* Græci Φώκαιναν, nos *marſouin* appellamus, quaſi *maris ſuem* dixeris; ut *delphin* ex δέλφαξ porcellus ſunt conjugatę voces. Animal eſt delphino congener & ſimillimum, adeóque delphini ſpeciem eſſe plerique volunt. Plinius lib. 9. cap. 9. *Delphinorum ſimilitudinem habent qui vocantur turſiones*. Ariſtoteles de hiſtoria animal. l. 6. cap. 12. Ὁμοίως δὲ τῷ δελφῖνι καὶ ἡ φώκαινα, καὶ γάρ ἐστιν ὅμοιον δελφῖνι μικρῷ, *ſimiliter & delphino phocæna*, (turſio) *nam delphino ſimile eſt animal*. Et paulò pòſt: Πολλοὶ δελφίνων τι γένος εἶναί φασι φώκαιναν. *multi phocænam* (turſionem) *delphini genus eſſe aſſerunt*. Itaque Tyrrhenos ſive *Tyrſenos* veriſimile eſt propter nominis vicinitatem, *turſionem* proręe appinxiſſe pro navis παρασήμῳ, atque id dediſſe occaſionem fabulę de Tyrſenis in delphinos ſeu turſiones. Aut primi habuerunt naves δελφινοφόρους, de quibus Thucydides lib. 7. & Ariſtophanes in Equitibus, & Pollux, & Heſychius. Aut denique fuêre δελφινόσημοι, quomodo Ulyſſes in Lycophrone quem Caſſandra δελφινόσημον appellat propter delphinem clypeo adpictum. Eum enim Euphorion & Steſichorus tradunt habuiſſe in clypeo δελφῖνος τύπον *delphini imaginem*.

Ex eadem fabula (ſi ſaltem id in ea verum eſt Bacchum puerum in piratas Tyrrhenos incidiſſe) novum emergit argumentum, quo probetur Tyrrhenos à Tyro dici non poſſe. Sic enim Tyrrhenorum nomen ipſa Tyro eſſet antiquius. Quia Bacchus Cadmi nepos ex ephebis exceſſerat minimum centum annis antequam Tyrus eſſet condita.

Quid quod ſive Tyrſenorum ſive Tyrrhenorum vocabulum nonniſi apud Græcos fuit receptum? Romani quippe *Tuſcos* & *Etruſcos*, quod omnes norunt, ipſi ſe *Rhaſenas* appellabant à quodam duce *Rhaſena*. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 1. Αὐτοὶ μέντοι σφᾶς αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἡγεμόνων τινὸς Ῥασένα τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ τρόπον ὀνομάζουσι. Nec eſt quod quis Tyrrhenos Græcè vocatos ſibi fingat pro Tyriis aut Tyrenis, cùm hujus appellationis planè alia conſtet ratio, quam hic obiter aperire non erit prorſus extra rem.

Tyrrhenos in Lemno & Imbro maris Ægęi inſulis prope Thraciam memorant multi Veteres. Apollonius de Euphemi filiis lib. 4. Argonaut.

Οἳ περὶ μέν ποτε δὴ Σιντηΐδα Λῆμνον ἔναιον,
Λῆμνον τ' ἐξελαθέντες ὑπ' ἀνδράσι Τυρσηνοῖσι.
Quæ gens Sintiadis fuerat priùs incola Lemni,
Hanc mutare locos pubes Tyrrhena coëgit.

Et ibidem Scholiaſtes: Λήμνιοι ἐκβληθέντες ὑπὸ Τυρρηνῶν ἐκ τῆς Λήμνου, *Lemnii à Tyrrhenis è Lemno ejecti*. Et Plutarchus de virtutibus mulierum: Τυῤῥηνῶν τοίνυν τῶν Λῆμνον καὶ Ἴμβρον κατασχόντων, *Tyrrhenorum Lemnum & Imbrum tenentium*. Et quęſt. Gręc. 21. Τυῤῥηνούς φασι, &c. ὁπηνίκα Λῆμνον καὶ Ἴμβρον κατῴκουν, *Tyrrhenos aiunt cùm Lemnum & Imbrum incolebant*. Polyęnus lib. 7. Stratag. Τυῤῥηνῶν οἱ Λῆμνον καὶ Ἴμβρον κατασχόντες, *Tyrrhenorum illi qui Lemnum & Imbrum tenuerunt*. Et apud Porphyrium in vita Pythagorę Mneſarchum Pythagorę patrem dicit Ariſtoxenus Tyrrhenum fuiſſe genere, τῶν Λῆμνον καὶ Ἴμβρον καὶ Σκῦρον κατοικησάντων Τυῤῥηνῶν, *ex iis Tyrrhenis qui in Lemno, Imbro & Scyro habitarunt*. Potuit etiam addi Lesbos ex his Hellanici apud Stepha-

num: Μετάον, πόλις Λέσβου, ἣν Μέτας Τυῤῥηνὸς ᾤκησεν, *Metaum Leſbi urbs in qua habitavit Metas Tyrrhenus.* Et Cyzicus ex Conone apud Photium hiſtor. 41. Et Æane Macedoniæ urbs, quam condidiſſe fertur Æanus Elymi Tyrrhenorum Regis filius. Ita habetur apud Suidam.

Vide & Val. Max. lib. 4. c. 6. in fine.

Hi porro Tyrrheni Tuſci non erant; ſed Pelaſgici generis. Ita teſtatur Thucydides lib. 4. ubi regionem deſcribens Atho vicinam: τὸ δὲ πλεῖστον, inquit, Πελασγικὸν, τοῦ καὶ Λῆμνόν ποτε καὶ Ἀθήνας Τυῤῥηνῶν οἰκησάντων; *pleriqne incolarum ſunt Pelaſgici generis ex iis Tyrrhenis qui Lemnum olim & Athenas incoluerunt.* Inde in Inacho Sophoclis chorus: Καὶ Τυῤῥηνοῖσι Πελασγοῖς, *& Tyrrhenis Pelaſgis*, id eſt, Tyrrhenis illis quibus genus eſt Pelaſgicum. Itaque οἱ αὐτοὶ Τυῤῥηνοὶ καὶ Πελασγοὶ, *iidem erant Tyrrheni & Pelaſgi*, ut ex utroque loco colligit Dionyſius ubi ſuprà.

Ab his Pelaſgis dicta eſt *Tyrrhenia* pars Italiæ quam occuparunt. Hellanicus Leſbius apud Dionyſium Halicarnaſſ. ubi de Nana Rege Pelaſgico: Ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος οἱ Πελασγοὶ ὑφ᾽ Ἑλλήνων ἀνέστησαν, καὶ ἐπὶ Σπινῆτι ποταμῷ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ τὰς νῆας καταλιπόντες, Κρότωνα πόλιν ἐν μεσογείῳ εἷλον. καὶ ἐντεῦθεν ὁρμώμενοι, τὴν νῦν καλουμένην Τυῤῥηνίαν ἔκτισαν. *Eo regnante Pelaſgi ab Hellenibus ejecti relictis in Spinete amne ad Ionium ſinum navibus, Crotonem occuparunt urbem in Mediterraneis, quâ ut belli ſede uſi, Tyrrheniam quam nunc vocant regionem conſtituerunt.* Inde factum ut Etruſci his Pelaſgis admixti etiam ipſi Tyrrheni dicerentur. Pelaſgos enim & Tuſcos, qui deinceps Tyrrheni dicti, promiſcuè habitaſſe his verbis docet Dionyſius Periegetes:

> Τυῤῥηνοὶ μὲν πρῶτ᾽ ἐπὶ δὲ σφίσι φῦλα Πελασγῶν
> Οἵ ποτε Κυλλήνηθεν ἐφ᾽ ἑσπερίην ἅλα βάντες,
> Αὐτόθι νήσαντο σὺν ἀνδράσι Τυῤῥηνοῖσι.

Id eſt, Priſciano interprete, aut ut alii Rhemnio Fannio.

> *Tyrrheni primùm fortes, juxtaque Pelaſgi,*
> *Cyllenes quondam propriâ qui ſede relicta*
> *Tyrrhenis ſocias petierunt navibus arces.*

Quibus conſona hæc Marciani Heracleotæ:

> Μετὰ τὴν Λιγυστικὴν Πελασγοὶ δ᾽ εἰσὶν, οἱ
> Πρότερον κατοικήσαντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος
> Κοινὴν δὲ Τυῤῥηνοῖσι χώραν νεμόμενοι.
> *Regione deinceps quæ Liguſticam excipit,*
> *Habitant Pelaſgi, qui relicta Græcia*
> *Commune Tuſcis gentibus ſolum obtinent.*

Itaque jam vel cæcis patet Tyrrhenorum appellationem non è Phœnice, ſed è Græcia eſſe arceſſendam, adeòque quidquid affertur de Tyriorum in Italia coloniis nullum habere momentum.

Interim Italiæ littora Phœnicibus fuiſſe notiſſima vel ex Homero diſcere eſt, qui Italicas fabulas quaſcunque habet non videtur aliunde didiciſſe quam ex relatione Phœnicum, quorum nonnulli naufragum Ulyſſem circa Charybdim nave ſua exceptum in Cretam deduxiſſe leguntur. Priſcus apud Suidam in Χάρυβδις: Παραπλέοντες δὲ τὴν Σικελίαν πρὸς τῇ Μεσσήνῃ κατὰ τὸν πορθμὸν τῆς Ἰταλίας, ἐν ᾧπερ ἡ Χάρυβδις, &c. Ἐκεῖσε Ὀδυσσεὺς πάντας τοὺς ἑταίρους μετὰ τοῦ πλοίου ἀποβαλὼν, αὐτὸς μόνος περικαθίσας συνίδι ἐν τοῖς ῥεύμασι τῆς θαλάσσης ἐφέρετο. Τοῦτον ἑωρακότες Φοίνικές τινες ἐν τοῖς ὕδασι πλέοντα, ἀναλαβόντες ἤγαγον ἐν Κρήτῃ πρὸς Ἰδομενέα γυμνόν. *Cum autem juxta Siciliæ Meſſanam in Italiæ freto navigarent, ubi Charybdis eſt*, &c. *Illic Ulyſſes amiſſis ſociis omnibus una cum ipſis navibus, aſſeri ſolus inſidens maris fluctibus ferebatur. Hunc Phœnices quidam in aquis navigantem conſpicati ſuſceptum in Cretam nudum ad Idomeneum deduxerunt.* Dictys Cretenſis lib. 6. de eodem Ulyſſe: *Inter Scyllam & Charybdin mare ſæviſſimum, & illata ſorbere ſolitum, plurimas naviam cum ſociis amiſerit. Ita ſe cum reſiduis in manus Phœnicum per maria prædantium incurriſſe, atque ab his per miſericordiam reſervatum.* Ulyſſes igitur ad ſuos redux, non pauca ex Phœnicum fide de Italia narravit, quæ inter Græcos jactata deinceps ſuo carmini inſeruit Homerus. Proinde Phœniciam originem redolent fabulæ illæ quotquot ſunt, quod docere operæ pretium eſt.

Terminus navigationum Ulyſſis verſus Occaſum, Circejum fuit Latii promontorium, & Circæa vel Circeji urbs, ubi conſtat regnaſſe Circen, cùm ex ipſo nomine, tum ex conſenſu ſcriptorum. Homerus quidem in inſula Circen habitaſſe aſſerit: ſed vere obſervat Procopius in Gothicis lib. 1. *Circejum haud modico tractu in mare porrectum, inſulæ ſpeciem ferre, adeóque videri inſulam tam prænavigantibus quam terreſtri itinere prætereuntibus.* Quin lib. 5. Strabonis deſcribitur Κιρκαῖον ὄρος νησιάζον θαλάττῃ τε καὶ ἕλεσι, *Circæus mons inſulæ in modum mari paludibuſque cinctus.* Nec multò aliter apud Servium ad lib. 3. Æn. *Qui nunc Circejus mons à Circe dicitur, aliquando ut Varro dicit inſula fuit, nondum ſiccatis paludibus quæ eum dividebant a continente.* Sed & multò ante Theophraſtus hiſt. plant. lib. 5. cap. 8. poſtquam in Latino agro Circæum promontorium deſcripſit robore, myrto ac lauro conſitum, addit λέγειν τοὺς ἐγχωρίους, ὡς ἐνταῦθα ἡ Κίρκη κατῴκει. Καὶ πρότερον μὲν ἦν νῆσον εἶναι τὸ Κιρκαῖον. νῦν δὲ ὑπὸ ποταμῶν τινῶν προσκεχῶσθαι, καὶ εἶναι ἠϊόνα. τῆς δὲ νήσου τὸ μέγεθος περὶ ὀγδοήκοντα σταδίους. *Dicere locorum incolas ibi habitaſſe Circen: ac prius quidem fuiſſe inſulam: nunc autem a fluminibus quibuſdam aggeſtam eſſe terram & continentem factam. Inſulæ verò magnitudinem eſſe circiter* LXXX *ſtadiorum*, id eſt, X M paſſ. qui verus eſt Circeji promontorii ambitus. Denique quod omnem dubitationem eximit, Homero non multo recentior Heſiodus, ut per fabularum involucra Circen in Latio regnaſſe doceat, in fine τῆς θεογονίας, eam ex Ulyſſe generaſſe fingit,

> Λατῖνον ἀμύμονά τε κρατερόν τε.
> *Inſignem bello & pietate Latinum.*

Hinc jam ſaxo conſtet ratio cur ſparſa ſit hæc fama in Græciam, Circen fuiſſe veneficam, adeoque vicinas terras, Latium puta & Tyrrheniam ſcatere herbis veneficis: nam id Veteres conſtanter docent. Æſchylus in Elegiis:

> Τυῤῥηνὸν γενεὰν φαρμακοποιὸν ἔθνος.
> *Gens Tyrrhena ſuis clara veneficiis.*

Theophraſtus hiſt. plant. lib. 9. cap. 15. Φαρμακώδεις δὲ δοκοῦσιν εἶναι τόποι μάλιστα μὲν ἔξω τῆς Ἑλλάδος οἱ περὶ Τυῤῥηνίαν καὶ τὴν Λατίνην. *Tractus extra Græciam herbis ad veneficia maximè fertiles ajunt eſſe Tyrrheniam & Latium.* Ariſtoteles in Mirabil. Λέγεται δὲ περὶ τὴν Ἰταλίαν ἐν τῷ Κιρκαίῳ ὄρει φαρμακόν τι φύεσθαι θανάσιμον, &c. *in Italia monte Circæo lethale quoddam venenum eſſe traditur*, &c. Apollonii Scholiaſtes ad lib. 3. Argon. Περὶ τὴν Ἰταλίαν ᾤκησεν ἡ Κίρκη, ὅθεν ὄρος Κιρκαῖον ἀπ᾽ αὐτῆς πολυφάρμακον, *in Italia habitavit Circe, unde mons Circæus ab ea dictus herbis ad veneficia fertilis.* Strabo lib. 5. Φασὶ δὲ καὶ πολύῤῥιζον εἶναι τὸ Κιρκαῖον ὄρος, *montem Circæum ajunt radicibus abundare.* Iis nempe radicibus quorum in veneficiis uſus eſt. Id enim tradidiſſe Veteres ſuſpicatur τὰ μῦθα περὶ τῆς Κίρκης συνοικοῦντας, *ut fabula de Circe accommodarent.*

At mihi tam Circes fabula, quæ ſuis incantamentis fertur immutaſſe rerum ſpecies, quàm quod φαρμακῶδες volunt fuiſſe Latinum ſolum, confictum videtur à Phœnicibus, qui *Latium* & *Latinos* dici putaverint ἀπὸ τῶν φαρμακειῶν ab incantationibus. Quia Phœnicio ſermone לט *lat*, cujus plurale לטים *latim* vel לטין *latin*, eſt incantatio. Hac voce Moſes utitur aliquoties Exodi capitibus ſeptimo & octavo, ubi leguntur Magi Ægyptii בלטיהם

Exod. 7. 11, 22. & 8. 7, 18.

ταῖς

ταῖς φαρμακείαις αὐτῶν *incantationibus ſuis* miracula Moſis eſſe æmulati, quibus virgam mutavit in colubrum, & aquas in ſanguinem, & pulverem in pediculos, & procreavit ranas. Semel pro בלטיהם inſerto *he* ſcribitur בלהטיהם. Simile Græcorum commentum de Circe ſepulta in una è Pharmacuſis Atticæ inſulis non procul à Salamine. Strab. lib. 9. Ἐνταῦθα δὲ καὶ αἱ Φαρμακοῦσσαι, δύο νησία, ὧν ἐν τῇ μείζονι Κίρκης τάφος δείκνυται. Nempe aliud non ſuccurrebat, cur Pharmacuſæ dicerentur.

Ad Circæum & Anxurem ſeu Tarracinam terminos fuiſſe Latii veteris multis probat Cluverius, & ſucceſſiſſe Auruncos à Circeio vel Tarracina ad Campaniȩ Sineſſam. De his ita Servius ad lib. 7. Æn. *Aurunci Italiæ populi antiquiſſimi fuerunt.* Et Favorinus Philoſophus apud Gellium & Macrobium: *Neque Auruncorum, &c. qui primi incoluiſſe Italiam dicuntur, ſed ætatis ſuæ verbis loquuti ſunt:* Auſonas Græci appellant. Servius ubi ſuprà: *Aurunci Græcis Auſones nominantur.* Dio Cocceianus apud Iſacium in Lycophronem: Αὐσονία δὲ κυρίως, ἡ τῶν Αὐρούγκων γῆ μόνη λέγεται, μέσω Καμπανῶν καὶ Οὐόλσκων παρὰ θάλασσαν κειμένη; *Auſonia propriè Auruncorum appellatur terra, inter Campanos atque Volſcos apud mare ſita.* Joannes Tzetza in Chiliadib.

Gel l. 1. c. 10. Macrob. Saturnal. l. 1. c. 5.

> Τοὺς δὲ Αὐρούγκους μόνους μοι Αὔσονας λέγειν νόει.
> *Auruncos autem ſolos mihi Auſones dicere cogita.*

Nempe ut in Feſto habetur *R pro S* (imò S pro R) *literam ſæpe antiqui poſuerunt, ut majoſibus, melioſibus, laſibus, feſiis, pro majoribus, melioribus, laribus, feriis*: & eodem authore *aurum* Sabini *auſum* dicebant. Sic variante dialecto idem erat *Auſon* & *Auron*, ex quo *Aurones* vel *Aurunes* ſyllabica adjectione quali in *Etruſcorum* nomine ex Etruria: Et *Hernicorum* à ſaxis, quæ Marſi *herna* dicunt: Et *Opicorum* ab ope, id eſt, terra: Opici enim ſunt αὐτόχθονες.

In Auruncis fuêre Caieta & Formiæ, ubi Homerus lib. 10. Odyſſ. deſcribit Lami Regiam & Antiphatæ, & Læſtrygones populos anthropophagos, quos alii referunt ad Siciliȩ Leontinos. Hinc Cicero ad Atticum lib. 2. Epiſt. 13. *Si verò in hanc* τηλέπυλον *veneris* Λαιστρυγονίην *(Formias dico.)* Et Plinius lib. 3. cap. 5. *Oppidum Formia, Hormia antè dictum, ut exiſtimavêre, antiqua Læſtrygonum ſedes.* Et Solinus. cap. 8. *Formiæ etiam Læſtrygonibus habitatæ.* Et Marcianus lib. 6. *Formia etiam Læſtrygonum habitatione famoſa.* Et Silius lib. 8.

> *Littora Caieta Læſtrygonioſque receſſus.*

Item

> *- - - regnata Lamo Caieta, domuſque*
> *Antiphata.*

Et Horatius lib. 3. Ode 17. ad Ælium Lamiam.

> *Authore ab illo ducis originem;*
> *Qui Formiarum mœnia dicitur*
> *Princeps & innantem Maricæ*
> *Littoribus tenuiſſe Lirim.*

Ideſt, à Lamo Rege Læſtrygonum apud Homerum.

Ut Lamus Rex ἀνθρωποφάγος, ita Lamia fingitur eſſe monſtrum humanæ carnis avidum. Sic affirmat Apollonius apud Philoſtratum lib. 4. Lamias σαρκῶν καὶ μάλιστα ἀνθρωπείων ἐρᾶν, *carnes appetere, eaſque humanas imprimis.* Hinc Horatius in Arte:

> *Neu pranſæ Lamiæ vivum puerum extrahat alvo.*

Itaque Lamus & Lamia ſunt voces ejuſdem originis. Lamiæ porrò nomen eſſe Punicum ſuadet quod Libyca eſt tota fabula. Lamia enim mulier Africana fuiſſe fertur. (Ita tradunt Heſychius & Δῶρις *Doris* vel Δῦρις *Duris* potiùs apud Suidam) Βήλου καὶ Λιβύης θυγάτηρ, *Beli & Libyæ filia*; ut legere eſt in Schol. Ariſtophanis in Pace. Sed & his longè antiquior Euripides de Lamia ſic habet:

> Τίς τοὔνομα τὸ ἐπονείδιστον βροτοῖς
> Οὐκ οἶδε Λαμίας τῆς Λιβυστικῆς γένος.
> *Quis Africanæ neſciat Lamiæ genus,*
> *Infame nomen & tetrum mortalibus?*

Et Diodori lib. 20. Ophellas Rex Cyrenarum ad Agathoclem ſe conferens, qui Carthaginenſibus bellum in Africa moverat, reperiſſe legitur circa Automolas in profunda valle ἄντρον εὐμεγέθες κιττῷ καὶ σμίλακι συνηρεφές, ἐν ᾧ μυθεύουσι γεγενῆσθαι βασίλισσαν Λαμίαν, *vaſtum antrum hedera & taxo conſitum, in quo reginam Lamiam natam eſſe fabulantur.* Unde colligas etiam barbaris in intima Africa Lamiæ nomen non fuiſſe ignotum. Factum id, ut quidem ſuſpicor, à Punico verbo להם *laham* vel *lahama*, quod vorare ſignificat hodièque apud Arabes. Hinc להם *loham* & לאהם *lahim* helluo. Quidam לאחם per ח ſcribunt, quaſi carnis avidum ſonet, quia לחם *lahm* illis eſt caro. Sed & per ע cum ט in fine לעטום *lamudh*. Et Chaldȩis cum *ſamech* προσθετικοῦ סלעם *ſalam* eſt deglutire. Sic Pſal. 124: 3. *nos vivos* סלענו *(ſalanu) deglutiviſſent.* Hȩc de Lamo & Lamia.

Homerici Lȩſtrygones, id eſt, Aurunci ut notavimus, terram habuerunt expertem omnis culturȩ:

> Ἔνθα μὲν οὔτε βοῶν οὔτ' ἀνδρῶν φαίνετο ἔργα.
> *Non illic videas hominumve boumve labores.*

Solùm ager erat compaſcuus:

> - - - ὅθι ποιμένα ποιμὴν
> Ἠπύει εἰσελάων, ὁ δέ τ' ἐξελάων ὑπακούει.
> Ἔνθα κ' ἄϋπνος ἀνὴρ δοιοὺς ἐξήρατο μισθούς,
> Τὸν μὲν βουκολέων, τὸν δ' ἄργυφα μῆλα νομεύων·
> Ἐγγὺς γὰρ νυκτός τε καὶ ἤματός εἰσι κέλευθοι.
> *- - - paſtorem ubi paſtor*
> *Evocat ingrediens, atque egreſſurus obaudit.*
> *Paſtor & inſomnis gemina mercede locatur,*
> *Paſcendis datur una ovibus, datur altera bobus,*
> *Noctis namque via lucis via juncta cohæret.*

His verſibus ſubobſcuris ſignificari plerique volunt noctes ibi eſſe breviſſimas, quia noctis ingruentis tenebras dies ſtatim excipit, ita ut nunquam ſit concubia nox, & tanquam in luce perpetua quâvis horâ liceat armenta & greges è ſtabulis educere; adeóque paſtoribus & agris redeuntibus bubulcos ſic ſuccedere, ut quiſquis eſt pervigil utrique muneri par eſſe queat, atque ita duplicem laboris ſui mercedem recipere. Inde Lȩſtrygones collegit Crates habitare ſub cauda draconis, ubi æſtivæ noctes aut nullȩ ſunt aut breviſſimæ, atque ut in Arato habetur.

> Μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσι.
> *Ortus & occaſus Solis miſcentur in unum.*

Quæ quidem conveniunt cum rationibus Aſtronomicis, ſed Geographicis planè adverſantur. Ulyſſes enim ex Æoliis inſulis diſcedens ſeptima diè appulit ad Læſtrygonum littus, atque inde ſtatim ad Circes inſulam, id eſt, ad Circeium promontorium Latii noviſſimum. At ex Æoliis inſulis in terras caudæ draconis ſubjectas, puta in ultimam Thulem, atque ex iis rurſus in Latium ne ſeptem quidem menſibus navigaſſet. Itaque hoc quicquid eſt merè fabuloſum eſſe oportet.

Odyſſ l. 10. v. 80. 81.

Neque puto Phœniciam hanc terrȩ Auruncorum deſcriptionem ullo alio fundamento niti quàm frigidis vocum alluſionibus. Auruncos pro Auſonibus dici docuimus, tanquam ab *Aurone* deducta voce, qui idem fuerit Auſon. Alludunt Hebrææ voces אורות *averot* & אורות *uroth*, quarum illa caulas gregum, hæc armentorum præſepia ſonat 2 Par. 32: 28. Inde factum ut crederent totam illam terram ovium gregibus & boum armentis ſcatere.

tere. Alludit etiam Hebræum lucis nomen אור *or*, quod ut Auron & Aurunci Hebraice ſcribitur per A, U & R. Itaque ſibi finxit gens in fabulas proclivis Auronas aut Auruncos inde eſſe nominatos, & in perpetua luce verſari, aut breviſſima ſaltem ibi eſſe noctis tempora.

Simile commentum de Cimmeriis, de quibus ita Odyſſ. lib. 11.

Ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε,
Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν.
Hic ad Cimmeria muros acceſſimus urbis,
Quæ gens perpetua eſt caligine merſa, nec unquam
Sol illam puro radiorum lumine luſtrat.

Nec eſt quod quis agi putet de Cimmeriis Scythis circa Boſphorum, aut de populis qui habitant in extremo Septentrione, ubi longiſſimæ noctes, quæ Odyſſ. l. 11. verſ. 6. Cratetis fuit ſententia. Ulyſſes enim ex Circes inſula mane diſcedens vento ſecundo, ſub veſperam appulit ad Cimmeriorum oram. Itaque nihil vero propius quàm quod plerique aſſerunt, hos Cimmerios in Campania fuiſſe circa Bajas & Cumas prope lacum Avernum. Ita Lycophron, Silius, Feſtus, Euſtathius, & ex Geographis Ephorus, Strabo, Plinius, Marcianus, alii, quorum loca proferre longum eſſet & ſuperfluum. De cætero quod Ephorus refert apud Strabonem, eos in ſubterraneis domibus degere quas *argillas* vocant, ac per cuniculos quoſdam inter ſe commeare, nec unquam egredi è terræ cryptis, more accepto à majoribus, merè eſſe fabuloſum deprehendit Coccejus acto ab Averno lacu Cumas uſque cuniculo. Sed ut Aruncos à luce, ita Cimmerios à tenebris nomen habere Phœnices fabulati ſunt. Quia כמר *camar* vel *cimmer* eſt nigreſcere. Unde כמריר *cimrir* eſt tenebrarum atror. Sic Jobi cap. 3. ℣. 5. ubi vir ſanctus tot malis incumbentibus natali ſuo maledicit: *Polluant*, inquit, *illum tenebræ & umbra mortis; Terreant eum* כמרירי יום (*cimriro jom*) *atrores diei*, id eſt, tenebræ denſiſſimæ. R geminatur ut in סגריר, Prov. 27: 15.

Ejuſdem farinæ eſt quod ſequitur. Italiam Græci veteres a ſitu Heſperiam appellavêre, vel quod idem eſt à ſtella Heſpero quam intuentur eò profecturi. Et Italiæ littorum in quæ Homerus deduxit ſuum Ulyſſem. Ææa Circes inſula, id eſt, Circejum promontorium maximè ad Occaſum vergit. Illam tamen ad Auroram & Solis Ortus Poëta his verbis deſcribit ſtatim initio lib. 12.

Νῆσον ἐς Αἰαίην, ὅθι τ' Ἠοῦς ἠριγενείης
Οἰκία καὶ χοροί εἰσι καὶ ἀντολαὶ ἠελίοιο.
Inſulam in Ææan, Aurora ubi lucida tecta,
Illuſtreſque chori, & primo Sol naſcitur ortu.

Odyſſ. l. 11. verſ. 75. & lib. 12. verſ. 14. Quorſum? unus è ſociis Ulyſſis Elpenor nomine in hac inſula ſepultus fuerat πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης, *in littore cani maris*, ὅθ' ἀκροτάτη προὔχ' ἀκτή, *ubi ſumma acta prominebat*, id eſt, in extremo promontorio. Proinde Elpenoris tumulus nautis fuit notiſſimus, & eum celebrant multi Veteres. Theophraſtus ubi de Circejo hiſt. plant. lib. 5. cap. 9. Λέγουσι δὲ τοὺς ἐγχωρίους, ὡς ἐνταῦθα ἡ Κίρκη κατῴκει, καὶ δεικνύναι τὸν τοῦ Ἐλπήνορος τάφον, *incolas tradere (ajunt) Circen ibi habitaſſe, & oſtendi tumulum Elpenoris.* Scylax: μέχρι τοῦ Κιρκαίου, καὶ τὸ τοῦ Ἐλπήνορος μνῆμά ἐστι Λατίνων, *uſque ad Circæum, Latinorum etiam eſt Elpenoris tumulus.* Plinius lib. 15. cap. 28. de myrto; *Primum Circejis in Elpenoris tumulo viſa traditur.* Ita Theophraſtus ubi ſuprà myrtos ibi provenire aſſerit, καθάπερ αἱ στεφανώτιδες, *modo coronariæ operis.* Et locum ipſum addit εἶναι εἰς ἀνδρὸς θέσιν, *hominis figuram exprimere.* Itaque cùm in Circejo conſtet locum fuiſſe conſpicuum & in mare prominentem nominatum ab Elpenore; credibile eſt Phœnices nugivendos, eodem morbo correptos quo Græcorum grammaticuli qui ad ſuam linguam omnia referunt, voluiſſe hunc locum ita dici non à Græco Elpenore, ſed eo quod citiùs ibi ſcilicet הלבין אור (*hilbin or*) albeſcit lux matutina. Matutina lux albeſcere dicitur cùm primùm oritur. Unde eſt quod *albam* vocant ſermone vernaculo. אור *or* in genere lucem ſignificat. Nos hic pro matutina, id eſt, pro aurora ſumimus. Ut Nehem. 8: 3. מן האור עד מחצית היום, *à luce uſque ad meridiem.* A luce, id eſt, ab aurora. LXX reddunt, ἀπὸ τῆς ὥρας τοῦ διαφωτίσαι τὸν ἥλιον, *ab hora illuminationis Solis:* Vulg. *de mane.* R. Selomo, *à luce quæ eſt in principio diei.*

Campaniæ littori inſulæ objectæ ſunt Ænaria, Capreæ & Sirenuſæ. *Ænaria*, inquit Plinius, Plin. 3. 9. *a ſtatione navium Æneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecuſa, non a ſimiarum multitudine, ut aliqui exiſtimavêre, ſed a figlinis doliariorum.* Quæ omnia ſunt perabſurda. Neque enim Homerus Virg. Æn. l. 8. *Inarimen* dixit (licet id ſequantur Virgilius, Ovidius, Lucanus, Statius, Silius, alii,) ſed diſtinctis vocibus ἐν Ἀρίμοις, *in Arimis.* Et ab Ænea non dicerentur *Ænaria*, ſed *Æneaaria* aut *Ænea* potiùs, & à doliis *Pithuſa.* At a ſimus eſt Pithecuſa, ut in Africa Pithecuſæ de quibus Diodorus lib. 2. Ἐνέβαλεν εἰς χώραν ἔχουσαν πλῆθος πιθήκων, καὶ πόλεις τρεῖς τὰς ἀπὸ τούτων τῶν ζώων ὀνομαζομένας, οἷς τῷ Ἑλληνικῷ τρόπῳ τῆς διαλέκτου μεθερμηνευομένας Πιθηκούσας. *Regionem invaſit ſimiis ſcatentem, & tres urbes ab illis animalibus denominatas, quas Græca lingua more Pithecuſas interpretaris.* Sic Pithecuſam inſulam dici volunt à Cercopibus in ſimias à Jove mutatis, & deinceps eò tranſlatis. Ita Lycophron in Caſſandra. Ovidius fab. 3. lib. 14. Et Phavorinus in Κέρκωψι, & in Νήσους γιγάντων, ubi uſurpat ipſa verba Scholiaſtis in Lycophronem. Quin & *Ænaria* vel *Enaria* potiùs nomen eòdem refert Servius in lib. 8. Æneidos à magno Salmaſio ſic emendatus: *Inarime nunc Enaria dicitur, &c. quia in eam ad contumeliam ſimiæ miſſæ ſunt, quas Grajorum lingua ἀῤῥῖνας, id eſt, enares dicunt, ob quam cauſam Pithecuſam etiam vocitant.* Nempe ut ſimius dicitur quia ſimus eſt, ita enaris quia ſine naribus. Enaris, ut elumbis, elinguis, &c. Itaque ab enaribus, id eſt, ſimiis Ἠναρία Enaria ſcribendum, quomodo legere eſt in Plutarchi Mario. Neque aliò pertinet tertium hujus inſulæ nomen Ἄριμα apud Homerum. Si verè Ἄριμος eſt ἄριμος ſimia, ut habetur in Heſychio. Quod ſumptum ex his Strabonis lib. 13. Τοὺς πιθήκους φασὶ παρὰ τοῖς Τυῤῥηνοῖς ἀρίμους καλεῖσθαι, *ſimias ab Etruſcis ajunt arimos appellari.* Utut ſit, veriſſimum eſt quod jam obiter monuimus vocabulum eſſe Phœnicum. Nam Hebraicè חרום *harum* eſt ſimus, Levit. 21: 18. Onkelos habet חרם *harem* vel חרים *harim*, nam variant editiones. Et Græca Verſio κολοβόῤῥιν, id eſt, naſo mutilatus ut quidam volunt. Sed in Suida κολοβόῤῥις eſt ὁ μικρόῤῥιν, *qui parvo eſt naſo*, & κολοβὸς, ὁ σιμὸς *ſimus.* Ibidem Jonathan in Chald. Paraphraſi, דלקי בחוטמיה, *qui percuſſus eſt naribus ſuis*, id eſt, qui habet nares quaſi ex percuſſione depreſſas. Et Peſichtha: *qui naſum habet depreſſum, clauſum, contractum, &c.* Et gloſſa Solomonis שחוטמו שקוע בין שתי העינים שכוחל שתי עיניו כאחת, *cujus naſus inter oculos ita depreſſus eſt, ut duorum oculorum ſtibium videatur eſſe unum.* Ita etiam Kimchius in Lexico tanquam ex veterum doctorum ſententia. Per ſtibium oculorum ſupercilia intellige quæ ſolebant ſtibio illini. Vide 2. Reg. 9: 30. Jerem. 4: 30. Ezech. 23: 40. Quid quod Arabicè חרם *harm* eſt ſimitas & חרם *harima* verbum in prima conjug. ſimum eſſe ſignificat, in ſecunda & quinta ſimum reddere naſo contuſo vel decurtato. Hæc ideò notanda duxi,

Ovid. Metam. l. 14. Lucan l. 5. Stat. lib. 2. carm. 2. Sil. lib. 8. & 12. Homer. Iliad. B. verſ. 783.

duxi, quia interpretum plerique alii in diverſa abeunt.

Homer. Iliad. 2. Vergil. lib. 9. Æn. Lucan. l. 5. Stat. Sylv. l. 2. Sil. lib. 8.

Apud Homerum & alios Typhœus, & apud Silium Japetus in Arimis vel Inarime ſub monte jacere fingitur, & flammas ore eructare, propter ignes è monte Epopo vel Epopeo ſubinde erumpentes. Pindari Scholiaſtes: Συμβαίνουσι γὰρ αὐτόθι, &c. πυρὰς καταφλέξεις, καὶ μυθολογεῖται ὑποκεῖσθαι τὸν Τυφῶνα; *ubi accidunt ignis deflagrationes, & Typhon ſubjectus eſſe fingitur*. Strabo ſcribit Eretrienſes terræ motibus, ignisque & aquarum eruptione inde fuiſſe exturbatos, & id ipſum aliis accidiſſe, quos eò miſerat Hiero tyrannus Syracuſarum. Et apud Strabonem Timæus paulò ante ſuam ætatem τὸν Ἐπωπέα λόφον ἐν μέσῃ τῇ νήσῳ τινα γέντα ὑπὸ σεισμῶν ἀναβαλεῖν πῦρ, καὶ τὸ μεταξὺ αὐτοῦ καὶ τῆς θαλάσσης ἐξῶσαι πάλιν ἐπὶ τὸ πέλαγος. *Media in inſula Epopeum collem motu terræ concuſſum ignes evomuiſſe, & quicquid erat medium inter ipſum & mare rurſus ad mare perpuliſſe.* Quod de ipſo colle perperam accipit Plinius, qui ſic habet: *Montem Epopon* (ferunt) *cùm repente flamma ex eo emicuiſſet, campeſtri æquatum planitie.* Docti videant utrum huic monti Græcum ſit nomen ἀπὸ τοῦ ἐπόψεως, quia ſpeculæ ſunt in montibus, aut Phœnicium ab הבהוב *hibbub* vel *abub*, id eſt, ſflatione & exuſtione, propter flammarum eructationes quibus flagrat atque exardeſcit.

Capreas Tiberii ſeceſſu nobiles ne an infames, tenuere Teleboæ. Virgilius lib. 7. Æn.

- - - Teleboum Capreas cùm regna teneret.

Statius lib. 3. Sylvarum, carm. 5.

Teleboumque domos trepidis ubi dulcia nautis
Lumina noctivaga tollit Pharus æmula Lunæ.

Pharum intelligit de qua Suetonius in Tiberio cap. 74. *Turris Phari terræ motu Capreis concidit.* Porro Græci quidem erant hi Teleboæ. Tacitus lib. 4. Annalium: *Græcos ea tenuiſſe, Capreaſque Telebois habitatas fama tradit.* Sed priſca origo erat Phœnicia. Author Etymologici in Τάφιοι λῃστῆρες. Τοὺς Ταφίους πρότερον Τηλεβόας φασὶ καλεῖσθαι, &c. καὶ αὐτοὶ δὲ τὸ ἀνέκαθεν Φοίνικες τῶν μετὰ Κάδμου σταλέντων, *Taphios olim aiunt Teleboas fuiſſe dictos, &c. Hi autem oriundi ab iis Phœnicibus qui cum Cadmo miſſi fuerant.*

Veriſimile eſt Sirenes, id eſt, nobiles meretrices quas in canora monſtra mutavit Veterum credulitas, ejuſdem fuiſſe originis. Quippe id prodit ipſum nomen ab Hebræo שיר *ſir*, id eſt, cantico factum, ut jam anteà monuimus. Præterea Sirenas aiunt eſſe Acheloi filias, id eſt, natas ad Acheloum, unde Teleboæ. Taphus enim inſula, unde in Capreas Teleboæ migraverunt, eſt ad oſtium Acheloi. Denique certum eſt Sirenes habitaſſe circa Capreas. Nam in proximo ſunt Sirenuſæ inſulæ, & Surrentum urbs, & Surrentinum promontorium, ubi Sirenum templum fuit & priſca ſedes. Strabo lib. 1. *A locis Surrento vicinis cubito ſimilis quidam terræ flexus excurrit verſus fretum quod eſt juxta Capreas. Ab uno hujus jugi latere eſt* τὸ Σειρήνων ἱερὸν, *Sirenum templum. Ab altero, quod Poſidoniatem ſinum proſpectat, tres exiguæ ſunt inſulæ deſertæ atque ſaxoſæ, quas Sirenuſas vocant.* Sed & Ariſtoteles in libro Mirabilium eundem Sirenuſis ſitum aſſignat. Atque hi ſunt Sirenum ſcopuli de quibus Virgilius, Ovidius, Mela, Hyginus, alii. Quin & Surrentum vel Σύρρεντον ut Græci efferunt dici putatur à Sirenibus. Statius Sylv. lib. 2. carm. 2.

Apollon. l. 4. Ovid. l. 14 Hygin. fab. 125. Apollod. l. 1. Serv. in l. 1. Æn.

Virg. l. 5. Æn. Ovid. l. 14. Metam. Mela. l. 2. c. 4. Hyg. c. 14.

Eſt inter notos Sirenum nomine muros
Saxaque Tyrrhenæ templis onerata Minervæ,

Id eſt, inter Surrentum urbem & promontorium Surrentinum, quod & Minervæ dicitur. Plinius lib. 3. cap. 5. *Surrentum cum promontorio Minervæ, Sirenum quondam ſede.* Nec procul à Surrento ad Occaſum eſt Neapolis Parthenopes Sirenum unius monumento celeberrima. Vide Lycophronem, Dionyſium Periegetem, Strabonem, Melam, Plinium, Silium, Stephanum, Euſtathium, & alios Scholiaſtes. Quin quod in ipſis Capreis Sirenes degiſſe fama eſt. Servius in lib. 5. Æn. *Sirenes, &c. primò juxta Pelorum, poſt in Capreis inſula habitarunt.*

Libro primo Odyſſeæ Minerva latens ſub perſona Mentæ ducis Taphiorum Telemachum in Ithaca convenit, tanquam itura è Tapho ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκὸν, *Temeſen ut æs comparet.* Inde colligit Euſtathius agi potiùs de Italica Temeſe in Brutiis quam de Cypria. Quia è Tapho in Italiæ Temeſen iter eſt per Ithacam, in Cypriam non item. In qua eadem ſunt ſententia Strabo & Stephanus περὶ πόλεων. Et verò Troiano ſæculo Italica Temeſe potuit eſſe nota Taphiis, cum Taphiis vicini Phocenſes è Troiano bello reduces ſtatim illam invaſerint. Licophron:

Τῶν Ναυβολείων δ' εἰς Τέμεσαν ἐκγόνων
Ναῦται καταβλώξουσιν, ἔνθα Λαμπέτης
Ἱππωνίου πρηὼν εἰς Τηθὺν κέρας
Σκληρὸν νένευκεν.
Nautæ vetuſti poſterorum Nauboli
Venient Temeſſan, hic ubi mari imminet
Jugo petroſus Lampetes Hipponis
Sublime cornu.

Phocenſes intelligit qui ducibus ſuis Schedin & Epitropho Iphiti Naubolidæ filiis in bello Troiano peremptis, in Italicam Temeſſan ſe contulerunt. Hanc enim intelligi docet Hipponii & Lampetis ſeu Lametis vicinia. Interim eſt quod mirere tam Italicam quàm Cypriam Temeſen aut Tamaſſum, de qua ſuo loco, ab ærariis officinis commendari apud Veteres; & quo fato factum ſit ut in regionibus tam diſſitis duo ſint loci cognomines atque eodem metallo fœcundi. Hinc ſuſpicio non levis utramque nomen debere Phœnicibus; quorum ſermone תמס *themes* ſeu *temes* eſt fuſio, liquefactio; & אתמסא *ithmeſa* verbum uſurpatur de fuſione metallorum. Sic כאתמסאה כספא, *ſicut liquefit argentum*, Ezech. 22: 22. Hùc facit quod ſtatim initio Phœnices in metallorum conflaturam multum operæ impenderunt. Hyginus fab. 274. *Cadmus Agenoris filius æs Thebis primus inventum condidit.* Plinius lib. 7. cap. 56. *Auri metalla & conflaturam (invenit) Cadmus Phœnix ad Pangeum montem.*

Iliad. β. 364. & ι. 306.

De Sylla & Charybdi jam actum, & de inſulis Æoliis. Tantùm hic obiter addimus cur illarum Rex Æolus,

Luctantes ventos tempeſtateſque ſonoras
Imperio premat, ac vinclis & carcere frænet.

Homerus inter Græcos hujus fabulæ primus author ita didicerat à Phœnicibus, quibus עול *aol* (ut Græcè ἄελλα) erat procella, turbo, tempeſtas. Chaldæi Paraphraſtę plenè ſcribunt עלעול *alol* & עילעול *ilul*. Sed in hujuſmodi geminatis primum L. ſæpe excidit. Tale Chald. בבל *Babel* pro בלבל *Balbel*, שושלתא *ſoſiltha* catena pro שולשילתא *ſolſiltha*, & ששורא *ſiſura* pro שרשורא *ſarſura* vel *ſarſura*, גגולתא *gogoltha* calvarium pro גלגולתא *golgoltha*, קיקלא *kikla* fimus pro קלקלא *kilkla*, & Syrum צצלא *tſetſolo* cymbalum pro צלצלא *tſoltſolo*. Eodem inquam exemplo עול *aol* dictum pro pleno עלעול *alol*: & Rex Æolus creditus eſt à Phœnicibus eſſe Rex עולין *aolin* tempeſtatum.

Addam pro corollario rem diu fruſtra quæſitam, Italia unde appelletur. Niſi Græcorum nugas amplecti libeat, quorum alii dictam volunt ab *italo*, id eſt, tauro Herculis qui inde tranaverit in Siciliam: alii ab italorum ſeu boum frequentia; quaſi vel Tyrrhenicâ vel Græcâ linguâ veteri boves *ita-*

λοὶ dicti ſint. Alii à Rege, ſive is fuerit Siculus ut Thucydides, aut Oenotrus ut Antiochus Syracuſanus, aut Ulyſſis ex Telegono nepos ut Hyginus author eſt. Quæ inconſtantia palam facit Græcis hic hæſiſſe calculum, nec illos reperiſſe quicquam ubi pedem tutò figerent. Ne dicam pleraque hæc futilia eſſe, & ἀσύστατα, quod docere ſit facillimum ſi tanti eſſet. His igitur rejectis aſſero nomen Italiæ tam eſſe Phœnicium quàm Africæ, Hiſpaniæ, Siciliæ, Sardiniæ, Corſicæ, &c. quæ ſingula ſuis locis explicavimus.

Porrò res aperta fiet, ſi prius conſtet priſcam Italiam nihil fuiſſe quàm Brutiorum agrum cum parte Lucaniæ. Id eſt, Italiæ partem extimam ad fretum Siculum, inter ſinum Scylleticum & Lameticum vel Lametinum, hodiè *golfo di Squilacci è di S. Eufemia*, ubi regio coarctatur inter anguſtiſſimos fines, nec patet plus XX M. Ita aſſerit Philoſophus Polit. lib. 7. cap. 10. profeſſus ſe hac in parte ſequi τοὺς λογίους τῶν ἐκεῖ κατοικούντων, *eorum qui illic habitant peritiſſimos*. Is inquam ibi aſſerit τὴν ἀκτὴν ταύτην τῆς Εὐρώπης Ἰταλίαν τοὔνομα λαβεῖν ὅση τετύχηκεν ἐντὸς οὖσα τοῦ κόλπου τοῦ Σκυλλητικοῦ καὶ τοῦ Λαμητικοῦ. Ἀπέχει γὰρ ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων ὁδὸν ἡμισείας ἡμέρας. *Eam Europæ oram quæ ſinu Scylletico & Lametico continetur Italiæ nomen eſſe conſequutam, & ab invicem hæc loca ſolùm diſtare iter dimidia diei.* Et apud Dionyſium Halicarnaſſ. id ipſum docet Ariſtotele vetuſtior Antiochus Syracuſanus τὴν γῆν ὅση ἐντὸς ἦν τῶν κόλπων τοῦ τε Ναπητίνου (lege Λαμητίνου) καὶ τοῦ Σκυλλητικοῦ, &c. πρώτην κληθῆναι Ἰταλίαν, *terram quæ inter ſinum Lametinum & Scylleticum patet primam Italiam eſſe dictam.* Et Strabo lib. 6. poſtquam Brutiorum regionem definivit, addit ab Antiocho ταύτην Ἰταλίαν κληθῆναι, *hanc Italiam appellari.* Nec multò poſt: Ὅριον δ' αὐτῆς ἀποφαίνει πρὸς μὲν τῷ Τυῤῥηνικῷ πελάγει, τὸ αὐτὸ ὅπερ καὶ τῆς Βρεττίας ἔφαμεν τὸν Λᾶον ποταμόν. *Terminum autem ei* (Italiæ) *conſtituit* (Antiochus) *ad mare quidem Tyrrhenum quem & nos Brutiis aſſignavimus Laum flumen.* Sequitur ad Siculum fretum Italiam habuiſſe pro termino Metapontium; Tarentinam regionem, quæ Metapontinæ vicina eſt, ab Italia fuiſſe excluſam, & Japygiæ adſcriptam: & apud vetuſtiores pro Oenotris atque Italis eos cenſeri ſolos qui intra Iſthmum ſiti ad Siculum fretum vergunt. Quod ipſum voluit Stephanus, in quo legendum Ἀντίοχος δὲ τὴν Βρεττίαν φησὶ κληθῆναι Ἰταλίαν, *Antiochus Brutiam terram dicit Italiæ nomen habuiſſe.* Neque enim dixit Antiochus quod ferunt noſtri codices τὴν Ἰταλίαν κληθῆναι Βρεττίαν, *Italiam Brutiæ nomine eſſe appellatam.* Itaque hoc ratum & fixum eſto ex deſcriptione Veterum priſcæ Italiæ fines fuiſſe valde anguſtos neque hoc nomen agro Brutiorum patuiſſe multò latiùs. Nec ſatis ſcimus qua ratione ex eo angulo ſit propagatum uſque ad Alpes. Niſi quod non diſplicet conjectura Strabonis ſtatim initio libri quinti, εὐτυχήσαντας τοὺς πρώτους ὀνομασθέντας Ἰταλούς, μεταδοῦναι καὶ τοῖς πλησιοχώροις, *eos qui primi Itali ſunt appellati; cùm res proſperè geſſiſſent, nomen cum finitimis communicaſſe.*

Steph. in voce Βρέττος.

Jam ut ſcias quàm quadret Italiæ nomen in Brutiorum agrum, hoc quoque eſt obſervandum picem Brutiam à Veteribus plurimum commendari. Quò pertinent hæc Dioſcoridis lib. 1. cap. de pice arida: Ἐστι δὲ καλὴ ἡ καθαρὰ καὶ λιπαρὰ, εὐώδης τε καὶ ὑπόπυῤῥος καὶ ῥητινώδης. Τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ Λυκιακὴ καὶ Βρεττία δύο φύσεις ἐχομένη, πίσσης ἅμα καὶ ῥητίνης. *Probatur quæ pura pinguiſque eſt, odorata, ſubrutila, & reſinoſa. Tales Lycia & Brutia, picis reſinæque ſimul naturam habentes.* Et Plinii lib. 24. cap. 7. ubi de picis generibus: *Spiſſarum utiliſſima medicina eſt Brutia, quoniam pinguiſſima & reſinoſiſſima, utraſque præbet utilitates, ob id magis rutila quam cætera.* Et lib. 16. cap. 11. *Pix liquida in Europa coquitur navalibus muniendis.* Et paulò poſt; *Aceto ſpiſſatur, & coagulata Brutiæ cognomen accipit.* Et lib. 15. cap. 7. *E pice fit (oleum) quod picinum appellant, &c. probatum maximè è Brutia.* Et lib. 14. cap. 22. *Pix in Italia ad vaſa vinibus condienda maximè probatur Brutia.* Cui ſimile id Columellæ lib. 12. cap. 18. *Nec dubium quin ſi quinta pars picis Brutiæ in univerſam coſturam adjiciatur, utiliſſimum ſit omni vindemia.* Et cap. 23. quo medicamen picis liquidæ muſto condiendo præſcribitur: *Addito picis Brutiæ, ſi minus alterius quam puriſſimæ quinque libras.* Eódem referenda hæc Stephani in Βρέττος: Καὶ ἡ χώρα Βρεττία, καὶ ἡ γλῶσσα. Ἀριστοφάνης:

Μέλαινα δεινὴ γλῶσσα Βρεττία παρῆν.

Locus enim eſt corruptus, & utrobique pro γλῶσσα nullus dubito quin ſit legendum πίσσα, ut hæc ſit mens verborum: *Brettia* ſeu Brutia *& de regione & de pice dicitur. Ariſtophanes:*

Pix nigra odore Brutia adfuit gravi.

Sed & πίσσα ſupplendum in his Heſychii, Βρετία, μέλαινα ἢ βάρβαρος ἀπὸ τοῦ Βρεττίων ἔθνους, & verba ſic reſtituenda: Βρεττία, μέλαινα πίσσα ἢ βάρβαρος, ἀπὸ τοῦ τῶν Βρεττίων ἔθνους, *Brutia, pix nigra aut barbara, à Brutiorum gente dicta.* Reſpexit enim Poëtæ locum qui habetur apud Stephanum. Et utramque emendationem confirmant hæc Phavorini; Βρεττία, μέλαινα πίσσα: & Magni Etymologici, Βρεττία, μέλαινα πίσσα καὶ βάρβαρος, ἀπὸ τοῦ Βρεττίων ἔθνους; quæ ſumpta ſunt ex Heſychio, & reſcribenda ut diximus. De cætero Lector monendus eſt verſum quem citat Stephanus non eſſe Ariſtophanis comici. Quia Brutiorum nomen illius ævo nondum extabat. Neque enim ſcripſit Ariſtophanes olympiade CXIV ut habetur in Suida, ſed ab olympiade LXXXVIII uſque ad XCVI. At olympiade demum CVI latronum & ſervorum in Lucania colluvies urbibus aliquot occupatis Brutiorum nomen accepit, quod Strabo ἀποστάτας *defectores*, & Diodorus lib. 16. δραπέτας *fugitivos* interpretatur: non ſine alluſione ad Hebræum ברחת *birbath*, id eſt, *fuga*, quamvis ſit Sabina vox. Proinde pro Ariſtophane in Stephano legendum ſuſpicor Ἀριστοφῶν, qui novæ comœdiæ Poëta multò recentior fuit: ſæpe citatur in Athenæo. Sed hæc obiter. Brutiam ſeu Βρεττίαν picem hodiè *brê* vocamus lingua vulgari, & Hiſpani *brea*, unde *brear navios* picare naves. Et *brutare* Italis eſt inquinare (tanquam pice Brutia.) Quia ὁ ἁπτόμενος πίσσης μολυνθήσεται ἐν αὐτῇ, *qui tetigerit picem inquinabitur ab ea* Eccleſ. 13. 1. Tamen Brutia pix *per accidens* ut loquuntur nitorem cuti conciliabat, quia Veteres eâ utebantur ad tollendos pilos. Juvenalis Sat. 9. ex emendatione Cl. Salmaſii.

---- nullus tota nitor in cute, qualem
Brutia præſtabat, calidi tibi faſcia viſci.


Sylva Brutiæ picis ferax à Strabone ſic deſcribitur: ὁ δρυμὸς ὁ φέρων τὴν ἀρίστην πίτταν, ἣν Βρεττίαν καλοῦσιν, εὔδενδρος καὶ εὔυδρος, μῆκος ἑπτακοσίων σταδίων, *ſylva picem optimam ferens, quam Brutiam vocant, arboribus pulchrè conſita eſt, & aquis irrigua, longitudine DCC ſtadiorum.* Pro Βρεττίαν καλοῦσι, quomodo reſtituit ex libris doctiſſimus Caſaubonus, legitur in vulgatis exemplaribus Βρεττιάνιον Σίλαν καλοῦσι, perperam inſerto ſylvæ nomine, quæ hodiéque *Sila* vocatur, olim *Syla*. Vibius Sequeſter cap. de nemoribus: *Syla Brutiorum.* Salluſtius: *de fugitivis in ſylva Syla fuerunt.* Virgilius lib. 12. Æn.

Ac velut ingenti Syla, ſummove Taburno.

Ubi Servius: *Syla mons & ſylva eſt Lucaniæ.* Et ad ejuſdem Poëtę locum lib. 3. Georg.

Paſcitur in magna ſylva formoſa juvenca.

Alii


ORIENS
OCCIDENS
SEPTENTRIO
MERIDIES
MARE IBERICUM
BÆTICA PARTIS Ulterior Descriptio
HISPANIA
BASTITANI
Spartarius Campus
Orospeda al. mons Argentarius
Lacus in Bætis fontibus
Obulcum Seu Becula Ubi argenti fodinæ
Illiberis
Illipula Magna
Illipula
Baria
Charidemum prom. hodie C. de Gates
Abdera
Sexi Vel Hexi
Selambina hodie Salabro
Maenaca Ptol. Menoba
Salduba
Malacha
Suel
Calpe m.
Abila
Castulo
Bætis fl.
Singilis fluvius
Illiturgis
Corduba
Pelagus in Betis prope Cordubā
Astygis
Regio argenti ferax
Ilipa hodie Pena flor
Hispalis
Italica
Nebrissa
Asta
Ebura Cerealis
Iulia Traducta
Onoba
Belo
Libystina
Lacus Avernus Seu Libystinus
Aestuaria
Tartessus Ins:
Tartessus
Gades
Onoba Lituria
Bæturia

Alii Syla legunt ut ſit mons Lucaniæ. Nempe Lucania latè ſumpta etiam Brutios complectitur, ut ex Scylace & aliis conſtat.

Sed maximè ad rem pertinent hæc Poëtæ,

Georg. l.3. *Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum,*
Naryciæque picis lucos.

Cic.ad Attic. l.3. ep.2. Ovid. Metam. l.15 fab.50. Virgil. l.3. Æn. Strabo l.6. Diod. l.14. Steph. Plin. l.4 c.7.

Naryciæ enim, id eſt, Brutię, quia Brutiorum erat urbs Narycia vel Narycium. Meminêre Cicero & Ovidius, & Virgilius ipſe alibi:

Hic & Narycii poſuerunt mœnia Locri.

Locri nempe Epizephyrii, Opuntiorum ſoboles, quorum urbs erat Naryx vel Narycus patria Aiacis Oïlei. Vide Servium & magnum Salmaſium in Plinianis pag. 66. Itaque nugantur qui legunt *Neritiaque picis*, tanquam ab Ithacę Nerito, vel repugnante metro *Nareſia* à Liburnię aut Dalmatiæ Nareſiis. Plinius Narycię legit lib. 14. cap. 22. *Aſia*, inquit, *picem Idæam maximè probat, Græcia Pieriam, Virgilius Naryciam.* Ita etiam Auſonius epiſt. 4. Theoni:

- - - *Naryciamque picem, ſciſſamque papyrum.*

Quod multis probavi hactenus eximiæ picis in Brutiis uberrimam fuiſſe copiam, Phœnices in vicina Sicilia non latuit, quibus in picandis navibus pix erat maximi uſûs. Illos igitur veriſimile eſt eò paſſim ſe contuliſſe picem Brutiam comparaturos; atque inde loco nomen indidiſſe עיטריא *Itaria*, quaſi piceariam regionem dixeris: quod Græci molliore ſono Ἰταλίαν extulerint. Notum enim eſt R & L eſſe maximè permutabiles. Sic in Hiſpania *Tavila* Arabicè eſt טבירה *Tabira*: in Corſica idem ſunt *Alalia* & *Aleria*: In Sardinia *Caralis* & *Calaris*: in Bœotia *Aliartus* & *Ariarthus*: in Thracia *Salmydeſſus* & *Sarmideſſus*: In Scythia *Aldeſcus* & *Ardeſcus*: in Caria vel in Lycia *Termera*, *Telmera*, & *Termyle*: In Pamphylia *Telmeſſus* & *Termeſſus*: Circa Lydiam ad Cayſtrum *Cilbiani* & *Cirbiani* vel *Cirbiai*: In Cappadocia *Thubal* & *Tibareni*: In Ægypto *Athribis* & *Athlibis*: In Judæa montes *Bether* & *Bethel* (in Vulgata promiſcuè Cant. 2: 17.) *Scandalium* item vel *Sandalium* pro Arabum אסכנדריה *Iſcandaria*: In Aſſyria *Chilmad* & *Charmande*. Item *Tigris Tigridis* pro *Diglath* vel *Diglitho*: Circa mare Caſpium *Derbices* & *Delbicca*: in Arabia Dioni *Athlula* urbs quæ Straboni *Athrulla*. Item *Uzal* vel *Auzal* & *Auzara*: In ſinu Perſico *Tyrus* & *Tylus* inſula: In India *Zeilan* vel *Ceilan* quæ & Perſis סרנדיב *Serandib*, id eſt, inſula *Seran*.

Itaria עיטריא factum ab עיטר *itar*, cujus emphaticum עיטרא *itra* pro pice occurrit in tractatu Talmudico *Gitta* fol. 69. 1. in gloſſa. Vide Lexicon Talmud. Buxtorfii in כופרא. Alibi ferè ſcribitur עטרן *Itran* cum N paragogico. Ut cùm dicunt: *Non ſolent quicquam ferre Iſmaëlitæ* אלא עורות ריח רע ועטרן *niſi pelles mali odoris & picem.* Item: *Die Sabbathi ob reverentiam diei* אין מדליקין בעטרן *non accendunt lucernas * pice* ſeu reſinâ. Itaque ut agnus dicitur אימר *imar*, אמרא *imra*, & אמרן *imran*; ſemen ביזר *bizar*, בזרא *bizra*, & בזרן *bizran*: ſtudium גירס *giras*, גרסא *girſa*, & גרסן *girſan*. Ita pix Talmudicis עיטר *itar*, עיטרא *itra*, & עיטרן *itran*. Arabes ע & ק de more permutatis pro עיטרן *itran* ſcribunt קטראן *kitran*, & Hiſpani *Alquitran*, & nos vernaculè *goudran*. Hoc videtur eſſe *cedrium* de quo Plinius lib. 16. cap. 11. *Pix liquida in Europa è tæda coquitur navalibus muniendis multoſque alios ad uſus. Lignum ejus conciſum, furnis undique igni extra circumdato fervet: primus ſudor aquæ modo fluit canali: Hoc in Syria cedrium vocatur.* At in Dioſcoride, aliud eſt *cedria*, nempe liquor è cedro expreſſus. Κέδρ☉, inquit, δένδρον ἐστὶ μέγα, ἐξ οὗ ἡ λεγομένη κεδρία συνάγεται, *cedrus arbor eſt magna, ex qua elicitur quæ cedria dicitur.* Avicenna tamen rei & vocum vicinitate deceptus, pro eodem accepit *Alkitran* Arabum & *cedriam* Dioſcoridis, ut apud illum videre eſt lib. 2. canonis capitibus שרוי & קטראן. Sed hæc pleniùs diſquirere non eſt noſtri otii.

* Virg. Urit odoratam nocturna in lumina cedrum.

Hebræis doctoribus pix alio nomine קלב *calab* aut קלבא dicitur. In *Bava Kama* R. Selomo reſinam exponit שבחבית היין, *quæ eſt in vini dolio.* Pice nimirum condiebantur, ut ex Plinio ſuprà docuimus. Alii doctores explicant זפת של עץ, *picem arboris*, ut à foſſili diſtinguatur, quæ propriè *piſſaſphaltus*. An hinc vicinæ Brutiis *Calabria* nomen, quę & ipſa pinu & piceâ aliiſque arboribus piciferis eſt valde ferax. Unde eſt quod è quatuor generibus pineæ nucis, unum à Calabriæ metropoli Tarento nomen habere ſcribit Plinius lib. 15. cap. 10. *Harum*, inquit, *genus alterum Tarentinum, digitis fragili putamine, avium que expoſitum furto in arbore.* Eodem facit quod Calabria Græcè Πευκετία *Peucetia* dicitur, tanquam ἀπὸ τῶν πευκῶν, *à piceis arboribus* Nam de *Peucetio* heroe fabulas nihil moror.

CAPUT XXXIV.

Phœnices in Bætica Hiſpania.

Phœnices in Hiſpania ἐν παρόδῳ. Hiſpaniæ tres partes. Bætica (olim Tarteſſis vel Tarſis) à Bæti fluvio & Turditania ab incolis Turditanis ſeu Turdulis: Regio quàm ſit beata. Turditanorum φάτναι ἀργυραῖ ſunt præſepia non laquearia. Bæticæ amnes & æſtuaria. Ibi campi Elyſii. Elyſius, Hebr. עלז lætus. In Bætica quot urbes. Pœni & Phœnices quando primùm in Bæticam appulerint. Turduli unde dicantur. Turduli docti jam olim. Nabuchodonozor an Hiſpaniam ſubjecerit. Bætis olim Tarteſſus. Fontes in monte Ortoſpeda vel Oroſpeda. Oroſpeda, id eſt, mons Argenteus quorſum dictus. Bætis circa Caſtulonem cum fragore fluit propter littora confragoſa. Inde dicta Caſtulo, non à Phocenſi Caſtalio. Ibid. argenti fodinæ. Bæcula. Corduba unde dicta. קוטב *Koteb* trapetum. Trapeta & olivæ circa Cordubam. Corduba cum Venafro confertur. Calduba, Salduba, Sonoba, Onoba, Mænoba, Oſſonoba unde dictæ. Corduba urbs vetus & celebris. Hiſpalis ætas, conditor, ſitus, puteus mirus, dies maxima quot horarum: quàm ſpectaculis inaſſueta: nomen. *Sephela* campeſtris regio. Quid ſit *il* vel *ili* in Ilipa, Hipula, Iliberi, Iliturgi, Ilurone & Ilerda. Tarteſſus inſula & urbs inter duo Bætis oſtia. Lacus ad Bætim. Æſtuaria Bætis. Clima Bahairæ. Lacus Libyſtinus & urbs Ligyſtina vel Libyſtina unde dicti. Avernus lacus. Tarteſſus & Tartarus. Lethe. Pelagus prope Cordubam. Bætis etiam *Perca* dictus. Utrumque nomen à ſtagno. Livius emendatus. Tarteſſus Hebr. Tarſis, urbs magna. Triplex Tarteſſus. Tarteſſum propriè dictam Phœnices non condidêre. Tarteſſus non eſt Gaddir. Gaddir ſeu Gades inſula unde appellata. Gades extra orbem. Gadium ſitus. Urbs quàm vetuſta. Archaleus ejus conditor. Quam populoſa & opulenta. Gaditanæ puellæ. Dii Gaditani. Mors ibi culta, id eſt, Pluto. Templum Herculis Phœnicii aut Ægyptii Gadibus. Ligna in eo ἀσαπῆ, fatales columnæ, ſculpturæ, donaria, oſſa Herculis. Theronis naves exuſtæ. Ritus colendi Herculis. Fons mirus. Arbores Geryonis, Erythiæ Tyrii aborigines. Erythiæ ſitus: urbs ibid. Fabula de bobus in Erythia. Geryon ubi regnaverit. Larini boves. Oves in Erythia. De Erythiæ variis nominibus. Plinius emendatus. Onaba cur Liſturia. Nebriſſa non dicta eſt à nebride. Aſta & Meneſthæi portus unde dicti. Junonis promontorium. Julia Traducta cur Joza. Ebura cur Cerealis. Calpe mons concavus in urcei modum. Κάλπη כלפא Strabo emendatus. Carteia olim Heraclea. Hercules Phœnicibus Melcarthus, & Melicertes, & Malic. Carteia pro Melcarteia. Carteia cum Tarteſſo perperam confunditur. Carpeſſus à conchis dicta. Suel à vulpibus. Malacha à ſalſamentis. Hexi à flexu terræ. Sex, Sexi, Saxatina, colias Saxitanus de quo Talmudici. Selambinæ nomen Hebræum Græcæ Verſionis locus explicatus. Abdara, Audera, Auzara. Charidemi promontorium, ubi lapis Achates, quomodo Phœnicię. Baria unde dicta. Baſtitani, Baſtuli, Blaſturi, Blaſtophœnices.

Quamvis à Phœnice Hiſpania plurimum diſtet, intermedio toto mari mediterraneo, in illam tamen

tamen Phœnices ἐκ πολλοῦ, ut ait Appianus, ſe contuliſſe conſtat, duce Hercule Phœnicio, qui Græco multò eſt antiquior. Inde vetuſtiſſimum Herculis templum Gadibus, & celebres illæ columnæ de quibus plura deinceps. Nempe curioſa gens & induſtria ſemper ad ulteriora tendere non deſtitit, donec aperto Oceano credidit ſe perveniſſe ad mundi metas, atque ultimos terræ terminos.

Hiſpaniam Veteres in tres partes diviſerunt, Bæticam, Luſitaniam & Tarraconenſem: quarum Bætica circa fretum Herculeum à Charidemi promontorio patet uſque ad oſtium Anæ fluminis: inde Luſitania uſque ad Durium: cætera ſunt Tarraconenſis.

Bætica *Tarteſſis* olim vel תרשיש *Tarſis* appellabatur à Tarſis filio Javan, de quo in Phaleg egimus lib. 3. cap. 7. Bæticam nominarunt Phœnices ab amne Bæti qui mediam ſecat. Eadem alio nomine Turdetania dicitur à Turdetanis incolis, vel quod idem eſt Turdulis. De ſoli fœlicitate Veteres mira prædicant. Strabo nulli terrarum cedere aſſerit ἀρετῆς χάριν, καὶ τῶν ἐκ γῆς καὶ θαλάττης ἀγαθῶν, *ratione virtutis & terra mariſque bonorum.* Nec multò aliter Plinius lib. 3. cap. 2. *Bætica, &c. cunctas provinciarum divite cultu & quodam fertili ac peculiari nitore precedit.* Nempe authore Geographo, inde vini & frumenti plurimum exportatur, oleumque non multùm modò, ſed & optimum: cera item, & mel, & pix, & crocus, & minium Sinopicâ terrâ non deterius. Addit ibidem confici naves ex indigena materia, & haberi ſales foſſiles, & ſalſamenta copioſa. Sed & lanas eximias, & Saltiatarum tenuia texta commendat. Pecoris item & venationum ubertatem, in quibus præter cuniculos ipſa fœcunditate noxios, nullum eſt animal pernicioſum. Subjungit maris opes certare cum terreſtribus, oſtreorumque & piſcium copiâ & mole inſignium longum inſtituit cenſum, quibus utrumque mare in illo tractu affluit. Et thynnos miratur imprimis porcorum inſtar querna glande pingueſcere, quæ toto littore paſſim naſcitur. Quid quod metalla quæ alibi gigni moris eſt in locis infrugiferis in tam beato ſolo ſcribit tam affatim ſuppetiviſſe, ut non ſolum æs & ferrum, ſed & argentum & aurum nullibi tanta cum copia tum bonitate reperiatur. Unde eſt quod Poſidonius ſuo more grandiloquus ibi aſſerit τὸ πᾶν ὄρος καὶ πάντα βουνὸν ὕλην εἶναι νομίσματος, *omnem montem & omnem collem nummorum eſſe materiam.* Item θησαυροὺς εἶναι φύσεως ἀενάους, ἢ ταμιεῖον ἡγεμονίας ἀνεκλείπτου, *natura theſauros eſſe perennes, & perpetui principatus ærarium*, nec oram illam ſolùm eſſe πλουσίαν, ſed & ὑπόπλουτον, & ſub ea non degere τὸν Ἅδην, ſed ipſum Plutum. Proinde Carthaginenſes duce Barca eò appellentes Turditanos deprehenderunt φάτναις ἀργυραῖς καὶ πίθοις χρωμένους, *præſepibus & doliis argenteis uti.* Quod magno Caſaubono tam inſolens viſum eſt & ſupra omnem fidem, ut per φάτνας præſepia ſignificari non putet, ſed φατνώματα laquearia, ut alicubi in Diodoro. Pręſepia tamen præfero, quia non dicimur uti laquearibus, cùm laquear non ſit ex eo genere rerum quæ quotidiano uſu teruntur. Et laquearia cum doliis minus rectè jungerentur; neque enim quicquam eſt ſimile. At præſepibus & doliis hoc ſaltem commune eſt, quod utraque locum habent in viliſſima ſupellectili.

Nec Bæticæ opes parum auctæ ſunt facili mercium exportatione. Nam præter Bętim & Anam magna flumina, quę ſingula tum temporis duobus latiſſimis alveis in Oceanum exibant, à Sacro promontorio uſque ad Columnas non pauca ſunt ęſtuaria in multa ſtadia porrecta, per quę vel ab Oceano ad mediterraneas urbes, vel ex iis rurſus ad Oceanum, prout mare accedit aut recedit, tam commodè navigatur quàm per fluviorum alveos. Εἰσχύσεις appellant Ptolemęus & Philoſtratus lib. 5. Strabo ἀναχύσεις & ἀναβάσεις, quod *æſtuaria* reddit Plinius.

Itaque Homerum à Phœnicibus tum locorum dominis de regionis ubertate atque opulentiâ edoctum ibi locaſſe campos Elyſios Strabo pluribus probat. Et verò fabulam hanc eſſe Phœniciam patet ex ipſo *Elyſii* nomine quod ex Phœnicum lingua deſumptum. Hebraicè enim עלז *alaz*, עלץ *alats*, & עלס *alas* eſt lætari & exultare, & עליז *aliz* lætus, עליזות *alizuth* exultatio. Inde *Elyſius* ἀρχαικῶς A & E permutatis, ut in *Enakim*, *Evila*, *Edeſſa*, *Emeſa*, *Emmaus*, pro *Anakim*, *Avila*, *Adeſſa*, *Amaſa*, *Ammaus.* Itaque campus Elyſius eſt lætitiæ locus & voluptatis. Quod divinaſſe dixeris vatem eximium, qui Elyſios campos *læta arva* & *locos lætos* interpretatur lib. 6. Æn.

---- Exinde per amplum
Mittimur Elyſium, & pauci læta arva tenemus.

Item:

Devenere locos lætos, & amœna vireta,
Fortunatorum nemorum ſedeſque beatas.

Inde factum ut Bætica olim tam eſſet populoſa ut in ea numeret Geographus ducentas urbes, Plinius ſolum CLXXV, quia minora aliquot oppida excluſit ex hoc numero. Has urbes pleraſque Pœni aut condiderant aut ſaltem occupaverant. Turditani enim Φοίνιξιν, inquit Strabo, οὕτως ἐγένοντο ὑποχείριοι, ὥστε τὰς πλείους τῶν ἐν τῇ Τουρδιτανίᾳ πόλεων καὶ τῶν πλησίον τόπων ὑπ᾽ ἐκείνων νῦν οἰκεῖσθαι; *Phœnicibus*, (id eſt, Pœnis) *ita erant ſubjecti ut pleraque Turditaniæ & vicinorum locorum urbes ab iis nunc habitentur.* Scylax: Ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἐμπόρια πολλὰ Καρχηδονίων. *ultra Herculis columnas quæ ſunt in Europa, multa ſunt emporia.* Avienus:

Ultra has columnas propter Europæ latus
Vicos & urbes incolæ Carthaginis
Tenuêre quondam.

Idem de mediterraneo Bæticæ littore probabitur deinceps. Proinde de Bætica Plinius: *Oram eam univerſam originis Pœnorum exiſtimavit M. Agrippa.* Cui tamen ſententiæ haudquaquam acceſſerim; quia Pœnos non multo ante Amilcarem patrem Annibalis Bæticam occupaſſe colligo ex his Trogi lib. 44. *Poſt regna deinde Hiſpaniæ primi Carthaginenſes imperium provinciæ occupavêre. Nam cum Gaditani a Tyro, unde & Carthaginenſium origo eſt, ſacra Herculis per quietem juſſi in Hiſpaniam tranſtuliſſent, urbemque ibi condidiſſent, invidentibus incrementis novæ urbis finitimis Hiſpaniæ populis, ac propterea Gaditanos bello laceſſentibus, auxilium conſanguineis Carthaginenſes miſerunt. Ibi fœlici expeditione, & Gaditanos ab injuria vindicaverunt, & majorem partem provinciæ imperio ſuo adjecerunt. Poſtea quoque hortantibus primæ expeditionis auſpiciis, Amilcarem imperatorem cum magna manu ad occupandam provinciam miſerunt.* Hiſpaniam igitur Pœni nonniſi recenti memoria invaſerant. At longè vetuſtior fuit Phœnicum migratio è Tyro in Hiſpaniam: qui Hercule duce, ut ajunt, non ſolum Tarteſſum & Erythiam & Gades inſulas, ſed & in continente occuparunt loca freto vicina, & prope Calpen Carteiam ædificarunt, ut ſuo loco docebo. Hos propriè dici Turdulos ex Strabone colligo; qui Tarteſſidem inſulam inter duo Bætis oſtia à Turdulis habitari dicit. *Turduli* Phœnicię טלטולים *Tultulim* à migratione dicti ſunt. Syris enim טלטול *tultul* eſt migratio vel populi deportatio in oras longè diſſitas. Merito igitur hoc nomen tributum Phœnicibus, quos in ultima terrarum deportaverat Hercules. Pro *Tultulis* primò *Turtuli*, deinde

Turduli

Turduli dicti ſunt & *Turditani*. Hinc eſt quod Turditaniam Artemidorus apud Stephanum τυρτυτανίας *Turtytaniam* vocat, καὶ Τύρτυς (lego Τυρτύλυς) τοὺς οἰκήτορας καὶ Τυρτυτανούς, *& Turtulos incolas vel Turtutanos* pro Turdulis & Turditanis. Phœnices igitur è Tyro advecti ſunt Turdulorum vetuſtiſſimi. Et ab illis hoc nomen paulatim ad vicinos eſt propagatum: qui ob id ipſum ſupra cæteros in Hiſpania barbaros doctrinâ & cultu eminebant, quia Phœnices habuerant magiſtros. Illorum interim ſapientiam ita commendat Geographus, ut & futilitatem prodat, atque inanem jactantiam. Σοφώτατοι, inquit, ἐξετάζονται τῶν Ἰβήρων οὗτοι, καὶ Γραμματικῇ χρῶνται, καὶ τῆς παλαιᾶς μνήμης ἔχουσι τὰ συγγράμματα καὶ ποιήματα, καὶ νόμους ἐμμέτρους ἑξακισχιλίων ἐτῶν, ὥς φασι. *Hiſpanorum omnium doctiſſimos eſſe conſtat, & uti Grammaticâ, & veteris memoriæ ſcripta habere, & poemata, & leges metris contentas ab annorum, ut aiunt, ſex millibus*. Scilicet! At qua ætate ſcripſit Strabo, nonniſi pauci anni ſupra quater mille fluxerant à mundi creatione, & à Diluvio nondum bis mille quadringenti. Itaque hic annorum numerus merè eſt commentitius. Si chiliadum loco numeres totidem annorum centurias, in Nabuchodroſori tempus incides, qui Hiſpaniam ſub jugum miſiſſe fertur. Strabo lib. 15. ex Megaſthene: Ναβοκοδρόσορον δὲ τὸν παρὰ Χαλδαίοις εὐδοκιμήσαντα Ἡρακλέους μᾶλλον, καὶ ἕως Στηλῶν ἐλάσαι; *Nabuchodroſorum autem, quem Chaldæi Herculi præferunt, uſque ad columnas perveniſſe*. Abydenus apud Euſebium Chronici pag. 41. & lib. 9. Præparat. pag. 267. Μεγασθένης δέ φησιν ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἰνδικῶν Ναβουκοδρόσορον Ἡρακλέους ἀλκιμώτερον γεγονότα, ἐπί τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίην στρατεῦσαι, ταύτας δὲ χειρωσάμενον, ἀπόδασμον αὐτέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ πόντου κατοικίσαι. *Megaſthenes Indicorum libro quarto author eſt Nabucodroſorum Hercule fortiorem fuiſſe, belloque uſque in Africam & Hiſpaniam illato, & utriſque domitis, quos inde deportaverat collocaſſe ad dextram Ponti oram*. Turdulos igitur leges ante ſexcentos annos à Nabucodroſoro ſancitas jactitaſſe quis putaverit? Sed hanc ipſam Nabucodroſori in Hiſpaniam expeditionem cur inter fabulas rejiciam alibi dixi.

Bætis amnis à quo Bætica, etiam *Tarteſſus* dicitur ab Ariſtotele, Steſichoro, Strabone, Pauſania, Stephano & Avieno. Hodiè appellant *Guadalquivir*, Arabicè אלואדי אלכביר flumen magnum. Apud Ptolemæum oritur in regione Tarraconenſi ex monte cui nomen Ὀρτόσπεδα. Sed legendum Ὀρόσπεδα, ut paſſim apud Strabonem. Sic pag. 161. Καλεῖται δὲ Ὀρόσπεδα. Et pag. 162. Ὁ δὲ Βαῖτις ἐκ τῆς Ὀροσπέδας τὰς ἀρχὰς ἔχων. Et rurſus: Ὅσοι ἄλλοι τὴν Ὀροσπέδαν οἰκοῦσι. Et pag. 163. Οἱ τὸ ὄρος οἰκοῦντες τὴν Ὀροσπέδαν. Porro ὄρος-Πέδα mons-Peda idem eſt quod ὄρος Ἀργυροῦς *mons Argenteus*. Arabicè enim פין *phed* vel פצה *phidda* eſt argentum. Ita interpretatur ipſe Strabo cum dicit pag. 148. Οὐ πολὺ δ' ἀπωτέρω τῆς Κασταῶνος (lege Κασταλῶνος) ἐστὶ καὶ τὸ ὄρος ἐξ οὗ ῥεῖν φασὶ τὸν Βαῖτιν, ὃ καλοῦσιν Ἀργυροῦν, *non procul à Caſtalone mons eſt ex quo Bætis oriri fertur, quem Argenteum appellant*. Et Stephanus: Ταρτησσός, πόλις Ἰβηρίας ἀπὸ ποταμοῦ τοῦ ἀπὸ τοῦ Ἀργυροῦ ὄρους ῥέοντος, *Tarteſſus, Hiſpaniæ urbs* dicta *à fluvio* Tarteſſo *qui fluit ex monte Argenteo*. Et Avienus ubi de Tarteſſi amnis origine:

At mons paludem incumbit Argentarius.

Ex his omnibus longe antiquior Steſichorus apud Strabonem:

Ταρτησσοῦ παρὰ πηγὰς ἀπείρονας ἀργυρορίζους.
Tarteſſi ad fontes quorum eſt argentea radix.

Argenteum vocari ſcribit Strabo διὰ τὰ ἀργυρεῖα τὰ ἐν αὐτῷ, *propter argenti fodinas quæ in eo ſunt*: Avienus, quia latera montis ſtanno obducta ſunt, quod argenti ſpeciem habet. Verba ſunt:

At mons paludem incumbit Argentarius,
Sic à vetuſtis dictus à ſpecie ſui,
Stanno iſte namque latera plurimo nitet.

Cui ſententiæ favent hæc de Tarteſſo amne apud Stephanum: ὅς τις ποταμὸς καὶ κασσίτερον ἐν Ταρτησσῷ καταφέρει, *qui fluvius ſtannum etiam defert in Tarteſſum urbem*.

Ad Bætin aliquot urbes fuêre magni nominis: prima verſus fontes *Caſtulo*, Appiano Καστόλων, Straboni corruptè Κλαστῶν & Καστάων & Καίτυλος, Artemidoro, Polybio & Stephano Καστάλων, Oretanorum urbs maxima, Bæticæ finis verſus Orientem; ubi Bætis ne ſcaphis quidem eſt pervius, propter confragoſas crepidines, quibus utrimque obſidetur. Res expreſſa in Strabone, qui poſtquam Bætin ſtadiis ferè quingentis Hiſpalin uſque ὁλκάσιν ἀξιολόγοις onerariis grandioribus navigari docuit, & minoribus uſque ad Ilipam, & Cordubam uſque ſcaphis: Τὸ δ' ἄνω, inquit, τὸ ἐπὶ Κλαστῶν (lege Κασταλῶνα) οὐκ ἔστι πλώϊμον; παράλληλοι δέ τινες ῥάχεις ὀρῶν παρατείνουσι τῷ ποταμῷ. *Superiora autem ad Caſtulonem navigari non poſſunt: ſed dorſa quædam montium parallela*, (id eſt, ſibi mutuo occurſantia) *in fluvium eminent*. Ῥάχεις vel ῥαχίας ſunt rupes ad quas fluctus cum fragore alliduntur: unde proverbium in loquaces & obſtreperos, ῥαχίας λαλίστερος ripæ aut littoris crepidine loquacior. Cùm ad hujuſmodi ῥάχεις ſita fuerit Caſtulo, ut Geographus author eſt, ab aquarum fragore videtur eſſe appellata, quia קסטלה *caſtala* ab Arabibus eſt fluvii fragor. Hoc ſaltem vero ſimilius quàm quod Græci fabulantur, non alia ratione freti quàm vocis ſono, Caſtalium Caſtaliæ nymphæ filium, à qua prope Cyrrham & Parnaſſum fons Caſtalius dictus eſt, Caſtulonem in Hiſpania condidiſſe. Unde Silius lib. 3. de Imilce uxore Annibalis quæ Caſtulone nata erat ut ex Livio diſcere eſt:

- - - Cyrrhæi ſanguis Imilce
Caſtalii, cui materno de nomine dicta
Caſtulo.

Et in cenſu copiarum Annibalis eodem libro:

Fulget præcipuis Parnaſſia Caſtulo ſignis.

Ad Caſtulonem meminit Strabo fodinæ plumbi, cui argentum erat admixtum. Sed & argenti fodinas in eodem agro memorat his verbis Polybius lib. 10. Ἐν τοῖς περὶ Κασταλῶνα τόποις, περὶ Βαικύλαν πόλιν, οὐ μακρὰν τῶν ἀργυρείων μετάλλων, *in locis circa Caſtulonem, prope Baculam urbem, non procul ab argenti fodinis*. Hæc Bæcula eſt Obulcum Ptolemæi, cui vicina fuit Caſtulo ad Bætim, non ad Anam, ubi deſcribunt πινακογράφοι. Sed in Caſtulonis ſitu fefellit illos numerus latitudinis qui in Ptolemæo corruptus eſt, ut Caſaubonus rectè obſervat. De Caſtulone plura qui volet Livium legat lib. 24. & 28.

Corduba Lucani patria, & utriuſque Senecæ, Arabicè dicitur קוטבה *Coteba*, vel *Cortéba* inſerto R pro *Coteba*, quod in capite de Sardinia tralatitium eſſe docuimus. Hæc fuit ſuſpicio noſtra, quia קוטבא *coteba* Syris trapetum eſt, ſeu mola olearia. Baal Aruch משימין עץ גדול וכבד על הזיתים שבבית הבד הנקרא קוטב וכראשו תלוי אבן גדול *ponunt in torcuları ſuper olivas lignum magnum & grave quod coteb vocant cum grandi lapide ipſius capiti appenſo*. Corduba hinc urbs קוטבא *coteba* vel inſerto R קרטבא *Corteba*, id eſt, trapeti dici potuit, quia Cordubæ & in vicinis locis magna vis fuit trapetorum. Statius in Lucani genethliaco;

Quæ Tritonide fertiles Athenas
Unctis Bætica provocas trapetis.

Bætica, id eſt, ea pars Bæticæ potiſſimum quæ eſt circa Cordubam; agitur enim de Lucani patria, qui Cordubenſis erat. Nec aliò referenda hæc Martialis lib. 7. Epigr. 27.

Nec Tarteſſiacis Pallas tua, Fuſce, trapetis
Cedat.

Idem enim de Corduba nominatim lib. 12. Epigr. 64.

Unctò Corduba lætior Venafro.

Cordubam cum Venafro conferens, Campaniæ oppido cujus ager eſt olei feraciſſimus. Strabo lib. 5. Ἐυέλαιός ἐςι καὶ πᾶσα ἡ περὶ τὸ Οὐέναφρον, *etiam olei ferax eſt totus Venafranus tractus.* Plinius lib. 15. cap. 2. de oleo: *Principatum in hoc quoque bono obtinuit Italia toto orbe, maximè agro Venafrano.* Juvenalis Sat. 5.

Ipſe Venafrano piſcem perfundit.

Et Martialis ipſe lib. 13. Epigr. 101. cui titulus, *Oleum Venafranum.*

Hoc tibi Campani ſudavit bacca Venafri;
Unguentum quoties ſumis & iſtud olet.

Sed vereor ne *Corduba* ſit nomen ejuſdem formæ cujus in eadem Bætica *Calduba*, *Salduba*, *Sonoba*, *Onoba*, *Manoba*, & in Luſitania non procul ab Anæ oſtio maritima urbs *Oſſonoba*: quæ compoſita videntur ex nomine בעל *Baal* ſuppreſſo finali L ut in Ἀννίβα & Ἀσδρούβα. Sic *Calduba* eſt קלטובעל *Caltobaal* refugium ejus Baal, id eſt, Juppiter, Salduba שלטובעל *Saltobaal* dominium ejus Baali, vel clypeus ejus Baal, *Sonoba* שענובעל *Saanobaal* fulcrum ejus Baal, *Manoba* כניובעל *Menobaal* præfectus ejus Baal, *Onoba* אונובעל *Onobaal* robur ejus Baal, *Oſſonoba* עשנובעל *Uſanobaal*, vel חסנובעל *haſanobaal* idem. Sic *Corduba* eſſet חרדובעל *Chardobaal* tremor ejus Baal, vel קדרובעל *Kodrobaal* virtus ejus Baal. Nam Arabicè קדרה *Kodra* eſt potentia & virtus. Strabo Cordubam recenſet inter maxima emporia: & ævo Annibalis jam erat celebris. Silius:

Nec decus aurifera ceſſavit Corduba terra.

Sed inclaruit maximè ſub imperio Regum Arabum quorum Regia erat Cordubæ.

Infra Cordubam notiſſima eſt *Hiſpal*, quæ & *Hiſpalis* & *Spalis*, unde *Sabinus Spalenſis* in concilio Eliberitano, Ἴσπολις Philoſtrato, Arabibus אשבילה *Isbilia*, hodiè *Sevilla*. Ex Silio colligere eſt floruiſſe jam olim: ibi enim in copiis Annibalis

Fulget præcipuis Parnaſſia Caſtulo ſignis,
Et celebre Oceano atque alternis æſtibus Hiſpal.

Cæſar igitur Hiſpalim non tam condidit quàm inſtauravit. Sic accipe hæc Iſidori Hiſpalenſis lib. 15. cap. 1. *Hiſpalim Cæſar Julius condidit, quam ex ſuo nomine & Romæ urbis vocabulo Juliam Romulam nuncupavit.* De eadem ita Plinius: *A læva per Bætim deſcendentibus Hiſpalis colonia, cognomine Romulenſis.* Et Strabo: Ἡ μὲν Ἴσπαλις ἐπιφανὴς, καὶ αὕτη ἄποικος Ῥωμαίων· νυνὶ δὲ τὸ μὲν ἐμπόριον συμμένει, *clara quidem eſt Hiſpalis Romanorum & ipſa colonia, in qua nunc etiam emporium manet.* Item: Μέχρι μὲν οὖν Ἰσπάλιος ὁλκάσιν ἀξιολόγοις ὁ ἀνάπλους ἐςὶν, ἐπὶ ςαδίους οὐ πολὺ λείποντας τῶν πεντακοσίων; *Hiſpalim uſque ſurſum navigatur grandibus onerariis ad ſtadia ferè quingenta.* Hiſpali puteum memorat Plinius, qui creſcente æſtu minuitur & augeſcit decedente. Apud Ptolemæum lib. 8. Ἡ μὲν Ἴσπαλις ἔχει τὴν μεγίςην ἡμέραν ὡρῶν ιδ γʹ, *Hiſpalis maximam diem habet horarum 14. cum triente.* Hiſpalenſes Neronis ævo adhuc tam rudes erant, & Romanorum ſpectaculis inaſſueti, ut cùm apud ipſos hiſtrio in tragico habitu altè gradiens cœpiſſet vocem intendere, omnes præ metu fugerint, tanquam conſpecto ſpectro. Ita ex Damide narrat Philoſtratus lib. 5. cap. 3. Si Iſidoro Hiſpalenſi credimus, *Hiſpalis à ſitu cognominata eſt, eo quod in ſolo paluſtri ſuffixis in profundo palis locata ſit, ne lubrico atque inſtabili fundamento caderet.* Sed Hiſpalenſis alius longè doctior, Arias inquam Montanus, hoc etymon merito rejicit, *Hiſpalim* vel *Spalim* docens nomen eſſe Phœnicium ex שפלה *ſpela* vel *ſephela* deflexum quod planitiem ſignificat, quia in campeſtri regione eſt Hiſpalis. Hinc LXX Interpretes in Abdia verſ. 19. οἱ ἐν τῇ Σεφηλᾷ, *qui ſunt in Sephela*, id eſt, in campeſtri regione. Cyrillus: οἱ δὲ ἐν τῇ Σεφηλᾷ, τουτέςιν, οἱ ἐν τῇ πεδινῇ. Hieronymus: *In Sephela, id eſt, in campeſtribus.* Euſebius in Locis: *Sephela ſicut ſcribit Eſaias* (lege Abdias) *pro quo Aquila campeſtrem, Symmachus vallem interpretatur. Uſque hodiè omnis regio juxta Eleutheropolim campeſtris & plana, quæ vergit ad Aquilonem & Occidentem Sephela dicitur.*

Inter Cordubam & Hiſpalim, à mari ſtadiis DCC. aſcendentibus ſiniſtra fuit *Ilipa*, in montoſa regione quæ multo argento ferax fuit. Vide Strabonem & Plinium. *Ilipa*, id eſt, עלית Strab. lib. 3. p. 141. 142. 174. 175.
פאה *Ilith-peah* celſa plaga. In Ptolemæo Plin. lib. 3.
corruptè vocatur Λαῖπα μεγάλη *Læpa Magna*. In Plinio Ilipæ cognomen eſt *Italica*. Tamen Strabo cap. 1.
Ilipam & Ptolemæus *Læpam* faciunt ab *Italica* diverſas. Italicam maximè inſignuit Silius Italicus inde oriundus. Ilipa hodiè *Penaflor* dicitur, quia in rupe ſita. In Hiſpaniæ antiquitatibus rem pluribus explicat Ambroſius Moralis. Idem in notis in Eulogii Memoriale lib. 2. cap. 11. conjectat *Ili priſca Hiſpanorum linguâ oppidum ſignificaviſſe. Inde tot urbium, ſed in Bætica præſertim, nomina id in principio retinere, ut Iliturgim, Iliberim, Ilipam, Ilipulam.* Sed obſervare debuerat Vir qui in hoc negotio diu ſudavit, omnia illa loca fuiſſe in celſo ſitu. De *Ilipa* jam dictum. *Ilipula* non ſolùm urbis, ſed & montis nomen eſt in Ptolemæo. De *Iliberi* ipſe Ambroſius ubi ſuprà: *fuit urbs hæc non longè ab inclita urbe Granata, in colle qui nunc Elvira mons appellatur.* Supereſt *Iliturgis* de qua Livius lib. 8. *Conſpexerunt editiſſimam partem urbis, quæ rupe prealta tegebatur, neque opere ullo munitam, & ab defenſoribus vacuam, levium corporum homines, & multa exercitatione pernicium clavos ſecum ferreos portantes, qua per inæqualiter eminentia rupis poterant ſcandunt, ſicubi nimis arduum & læve ſaxum occurrebat, clavos per modica intervalla figentes, cum velut gradus feciſſent.* Sic Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs *Iluro* ab Antonino deſcribitur in Pyrenæis montibus. Et de *Ilerda* Lucanus lib. 4.

Colle tumet modico, lenique excrevit in altum
Pingue ſolum tumulo, ſuper hunc fundata vetuſtâ
Surgit Ilerda manu.

Omninò igitur illud *Ili* eſt Syrum עלי *ilai* vel עלי *illai* quod celſum ſonat.

Aliquot millibus infra Hiſpalim cadebat Bætis in magnum lacum Libyſtinum nomine, è quo ſubinde geminus exoriens duobus oſtiis aquas in Oceanum exonerabat, intermedia Tarteſſo vel Tarteſſide magnâ inſulâ, ubi Tarteſſus urbs fuit. Mela lib. 3. cap. 1. *Poſt ubi non longè à mari* (Bætis) *grandem lacum facit, quaſi ex uno fonte geminus exoritur, quantuſque ſimplici alveo venerat, tantus ſingulis effluit.* Avienus in oris maritimis:

—— inſulam
Tarteſſus amnis ex Libyſtino lacu
Per operta lapſus undique ablapſa ligat.

Strabo lib. 3. pag. 140. Εἶτ' εὐθὺς αἱ ἐκβολαὶ τοῦ Βαίτιος διχῆ σχιζόμεναι. ἡ δὲ ἀπολαμβανομένη νῆσος ἀπὸ τῶν ςομάτων ἑκατὸν, ὡς δὲ ἔνιοι καὶ πλειόνων ςαδίων ἀφορίζει παραλίαν. *Tum bipartita Bætis oſtia: inſula autem in oſtiorum medio comprehenſa oram maritimam continet centum, vel ut alii plurium etiam ſtadiorum.* Et pag. 148. Δυεῖν δὲ οὐσῶν ἐκβολῶν τοῦ ποταμοῦ, πόλιν ἐν τῇ μεταξὺ χώρᾳ κατοικεῖσθαι πρότερόν φασιν, ἣν καλεῖσθαι Ταρτησσὸν ὁμώνυμον τῷ ποταμῷ. καὶ τὴν χώραν

ρου Ταρτησσίδα καλεῖσθαι φασὶν, ἣν νῦν Τυρδῦλοι νέμονται. *Cum Bætis amnis duobus oſtiis in mare exeat, aiunt olim in medio urbem fuiſſe habitatam Tarteſſum fluvio cognominem, regionemque appellatam fuiſſe Tarteſſidem quam nunc Turduli incolunt.* Pauſanias in Eliacis ſecundis: Ταρτήσσιον εἶναι ποταμὸν ἐν χώρᾳ τῇ Ἰβήρων λέγουσι, στόμασιν ἐς θάλασσαν κατερχόμενον δυσὶ, καὶ ὁμώνυμον αὐτῷ πόλιν ἐν μέσῳ τοῦ ποταμοῦ τῶν ἐκβολῶν κειμένην. *Tarteſſum fluvium eſſe aiunt in Hiſpanorum regione, oſtiis duobus in mare deſcendentem, & amni cognominem urbem inter utrumque alveum ſitam.* Ptolemæus etiam habet Βαίτιος τὸ ἀνατολικὸν στόμα, *Bætis orientale oſtium*; unde colligas aliud fuiſſe δυτικὸν *occidentale*. Sed ejus deſcriptio vel per authoris vel per ſcribarum incuriam eſt prætermiſſa.

Lacus ad Bętim quem diximus etiam aliunde notus. Plinius: *Inter æſtuaria Bætis oppidum Nebriſſa.* Æſtuaria Bætis appellat lacum ad Bætim, quem mare augebat affluxu ſuo & refluxu minuebat. Seneca in Medea:

Nomenque terris qui dedit Bætis ſuis
Heſperia pulſans maria languente vado.

Et ibi Martinus Delrio: *Languente vado propter ampla ſpatia terrarum quæ tunc occupat, lacui fermè ſimilior.* Sed & in Arabe Geographo Bæticę pars quæ eſt ad Bætis oſtia vocatur אקלים אלבחירה *Iclima Bahaira*, id eſt, provincia lacus vel ſtagni. *Libyſtinum* vocat Avienus deflexa voce ex Phœnicio לביצין *Lebitſin*, quaſi *Ad paludes* dixeris: cujus nominis locum in Ægypto memorat Strabo, & alterum prope Romam Feſtus in *Caprilia*. Ad Libyſtinum lacum cognominis urbs fuit, quam, pro לביצין (*Lebitſin*) *Ad paludes*, Λιγυστίνην *Liguſtinam* Græci appellarunt, tanquam à Liguribus in Bætica ſcilicet. Stephanus ex MS. Palatino à magno Salmaſio emendatus: Λιγυστίνη, πόλις Λιγύων, τῆς δυτικῆς Ἰβηρίας ἐγγὺς καὶ τῆς Ταρτησσοῦ πλησίον, *Liguſtina, Ligurum urbs in Occidentali Iberia prope Tarteſſum.* Sic in Avieno pro *Libyſtino lacu*, quidam legunt *Liguſtino*, alii etiam *Libyſtico*: ſed vera lectio eſt quam diximus. Etiam Ἄορνος Avernus dictus eſt idem lacus. Scholiaſtes Ariſtophanis in Ranas: Ἡ δὲ Τάρτησσος Ἰβηρικὴ πόλις περὶ τὴν Ἄορνον λίμνην, *Tarteſſus eſt Hiſpanica urbs circa lacum Avernum.* Avernus Gręcè Ἄορνος; Punicè fortaſſe ביצה אחרונה (*bitſa Aharona*) *lacus extremus* vel etiam *Occidentalis*. Sic Deut. 11: 24. הים האחרון *mare extremum*, id eſt, τῆς δυσμῶν *Occidentale*, ut habent LXX & Vulgatus Interpres. Bæticum lacum à ſitu Phœnices ſic vocaverunt. Itaque ut Elyſii campi ex ſententia Strabonis, ita etiam Avernus lacus fuit in Bętica. Sed & ad Tarteſſum Tartari nomen alludere credidit Strabo: Εἰκάζοι ἄν τις, inquit, ἀκούων τὰ περὶ Ταρτησσοῦ, τὸν Τάρταρον ἐκεῖθεν παρονομάσαι τὸν ἔσχατον τῶν ὑποχθονίων τόπων; *audiens aliquis de Tarteſſo, exiſtimare poſſit Tartarum inde* ab Homero *nominatum extremum eorum qui infra terram ſunt locum.* Bæticam addunt interlui è regione Gadium amne quem *Guadaleten* appellant quaſi fluvium *Lethem*. Tamen priſcorum ὁ τῆς Λήθης ποταμὸς, *Oblivionis fluvius*, qui & Limęa vel Limius, in Bętica non fuit, ſed in Tarraconenſi inter Durium & Minium. Vide Melam, Strabonem, Plinium, & Ptolemæum. Hic ille amnis eſt de quo Livius lib. 55. in epitome. *D. Junius Luſitaniam urbium expugnationibus uſque ad Oceanum perdomuit; & cum fluvium Oblivionem* (lege *Oblivionis*) *tranſire nollent, raptum ſignifero ſignum ipſe tranſtulit, & ſic ut tranſgrederentur milites perſuaſit.* Et Florus lib. 2. cap. 17. *Omnes Callaciæ populos, formidatumque militibus flumen Oblivionis, &c.* Et Silius lib. 1.

Quique ſuper Gravios lucentes volvit arenas
Inferna populis referens oblivia Lethes.

Sed ad Bætim jam redeundum, qui non ſolùm circa oſtia, ſed & prope Cordubam latiùs diffunditur in ſtagni modum, in loco qui pelagus vocabatur ex argumento. Eulogius in Apologetico martyrum Cordubenſium: *Sumebant* (Saraceni Cordubenſes) *lapillos* Bætis *fluminis, qui cruore martyrum erant aſperſi, & lymphis abluentes projiciebant in pelago.* Et Ambroſius Moralis in ſcholiis ad hunc locum: *Ea Bætis pars quæ à Solis porta aut paulò ſuperius ad pontem, aut paulò inferius, hoc eſt, ad arcem, veteris urbis eo tractu urbis mœnia alluit peculiari nomine nunc vocatur pelagus, &c. Quia nimirum toto eo tractu flumen ipſius latiùs ſtagnat, & in pelagi formam protenditur.* Denique in ipſo monte Argenteo lacus eſt ex quo Bætis oritur. Geographus Arabs: *Fluvius qui Cordubam alluit in eo monte oritur* מן מנתמע מיאה באלגדיר טאהר פי נפס אלגבל, *ex aquarum colluvie quæ in ipſo monte lacus habet ſpeciem.* Hinc Avienus ſuprà:

At mons paludem incumbit Argentarius.

Tribus igitur in locis ſtagnat Bætis, primò ſtatim in ipſo fonte, ſecundò prope Cordubam, tertiò verſus oſtia, ubi æſtuaria & lacus Avernus ſeu Libyſtinus. Atque ob id ipſum Punicè ביצי *Bitſi*, id eſt, paludoſus dictus eſt. *Tſade* Hebræum in T mutarunt Gręci & Romani ſcriptores, ut in *Tyro* & *Tani* ex צור *Tſor* & צען *Tſoan*. Neque aliò pertinet quod idem amnis ab accolis Πέρκης, id eſt, *Perca* nominabatur. Stephanus: Βαῖτις, ποταμὸς κατὰ Ἰβηρίαν, ὃς Πέρκης λέγεται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. Nempe *Perca* factum ex ברכה *berca*, id eſt, à ſtagno; ut in Sicilia *Percuſa* vel *Perguſa* dicebatur lacus Ennæ vicinus ubi Proſerpina rapta eſt. *Percam* vel *Percem* in *Certem* aut *Certim* mutarunt ſcribæ imperiti in his Livii lib. 28. *Martius ſuperato Bæto amni, quem incolæ Certim appellant.*

Inter duo Bætis oſtia *Tarteſſis* inſula quam diximus & *Tarteſſus* urbs Hebraicè vocatur תרשיש *Tarſis*. Inde *Tarteſſis* & *Tarteſſus*, vel S & T permutatis Syrorum more, ut in אתור *Atur* pro אשור *Aſſur*, vel primâ geminatâ, ut cùm petra pro טרשא *tarſa* טרטישא *tartiſa* dicitur. In Avieno fuiſſe legitur *Multa & opulens civitas ævo vetuſto.* Et apud Heſychium in Γαλῇ: Ἡ Ταρτησσὸς ἔξω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν ἧς Ἀργανθώνιος ἐβασίλευσεν, ἔστι δὲ ἡ πόλις αὕτη πρὸς τῷ Ὠκεανῷ μεγάλη λίαν; *Tarteſſus extra columnas Herculeas in qua regnavit Arganthonius: urbs autem eſt ad Oceanum magna valde.* Eam condidiſſe Phœnices probat Euſtathius ex Arriano: Ἀῤῥιανὸς δὲ, inquit, καὶ τὴν Ταρτησσὸν Φοινίκων κτίσμα φησίν. Sed fruſtra: nam Arriani locum legenti lib. 2. ἀναβάσ. ſtatim patebit eum Tarteſſi nomine pro Gadibus cum Plinio abuti. Agit enim de ea Tarteſſo in qua colebatur Hercules. Verba ſunt: Τόν γε ἐν Ταρτησσῷ πρὸς Ἰβήρων τιμώμενον Ἡρακλέα (ἵνα καὶ στῆλαί τινες Ἡρακλέους ὠνομασμέναι εἰσὶ) δοκῶ ἐγὼ τὸν Τύριον εἶναι Ἡρακλέα. ὅτι Φοινίκων κτίσμα ἡ Ταρτησσός. *Herculem illum qui Tarteſſi colitur ab Iberis (ubi etiam columnæ quædam ſunt Herculeæ dictæ) puto ego Tyrium eſſe Herculem, quia Tarteſſus à Phœnicibus condita eſt.* Tarteſſus, id eſt, Gades: nam in Gadibus fuit templum Herculis non in Tarteſſo propriè dicta. Sic Plinius ubi de Gadibus: *Noſtri Tarteſſum appellant, Pœni Gadir.* Sed & alia eſt Tarteſſus quam condidère Phœnices nempe Carteia prope Calpen & columnas initio freti, quæ & ipſa Tarteſſus dicitur à Strabone, Mela, Plinio & Appiano. Uno verbo triplex eſt Tarteſſus apud Veteres; una propriè dicta in inſula ad Bœtis oſtia, qui & ipſe Tarteſſus de nomine urbis dictus eſt; duæ ſic dictæ καταχρηστικῶς, Carteia nimirum & Gades. Has condidere Phœnices: at primam illam jam conditam invenerunt. Unde in Mirabilibus Philoſophus: Τοὺς πρώτους τῶν

Φοίνικων ἐπὶ Ταρτησσὸν πλεύσαντας, primos Phœnices cùm Tarteſſum navigaſſent. Nota *primos Phœnices*, ut extitiſſe jam ſcias, quo tempore primi Phœnices eò ſe contulerunt. Illam nempe condiderat ſtatim à diſperſione gentium *Tarſis* filius Javan de quo Geneſ. 10: 4. ut probavimus in noſtro Phaleg lib. 3. cap. 7.

Itaque ut Ezech. 27: 12. Tarſis deſcribitur omnibus metallis dives, argento maximè, ferro, ſtanno & plumbo quæ comparabant Tyrii mercatores; ſic in Stephano Ταρτησσὸς eſt πόλις Ἰβηρίας, ἀπὸ ποταμοῦ τοῦ ἀπὸ τοῦ Ἀργυροῦ ὄρους ῥέοντος, ὃς τις μόλυβδος καὶ κασσίτερον ἐν Ταρτησσῷ καταφέρει, *Tarteſſus* eſt *Iberiæ urbs à fluvio dicta qui fluit ex Argenteo monte, & ſtannum etiam Tarteſſum defert.* Et de eodem amne Avienus:

—— fluctibus ſtanni gravis
Rameata volvit, invehitque mœnibus
Dives metallum.

Et in Marciano Heracleota:

Ἡ λεγομένη Ταρτησσὸς ἐπιφανὴς πόλις,
Χρυσὸν τε καὶ χαλκὸν φέρουσα πλείονα.
Tarteſſus urbs eſt nominis celeberrimi,
Unde auri & æris fertur ingens copia.

Et quod maximè ad rem eſt in Philoſopho primi Phœnices magna argenti vi inde allata ad immenſas opes brevi evecti ſunt: Τοὺς πρώτους τῶν Φοινίκων, inquit, ἐπὶ Ταρτησσὸν πλεύσαντας, λέγεται τοσοῦτον ἄργυρον ἀντιφορτίσασθαι, ἔλαιον καὶ ἄλλον ναυτικὸν ῥῶπον εἰσαγαγόντας, ὥς τε μηκέτι ἔχειν δύνασθαι μήτε ὑποδέξασθαι τὸν ἄργυρον. *Primos Phœnices ajunt, cum Tarteſſum navigaſſent, tantam argenti vim oleo aliiſque nauticis ſordibus permutaviſſe, ut nec capere naves nec ferre poſſent.* Addit inde diſcedentes ex argento conflaſſe anchoras & reliquam ſupellectilem. Quibus ſimilia habet ex Poſidonio Diodorus pag. 216. Sic Colæum Samium, qui primus Græcorum Tarteſſum navigavit annis circiter ſexcentis ante Chriſtum, quæſtum ex mercibus maximum feciſſe narrat Herodotus lib. 4. Succeſſère Phocæi, qui eodem authore amicitiam contraxerunt cum Tarteſſi Rege Arganthonio, id eſt, ארך עתנא *Arc-antho* Πολυχρονίῳ ſeu longi temporis. Hunc enim annos alii CXX, alii CXXX, alii CL, alii CCC vixiſſe ferunt, & LXXX regnaſſe.

In terreſtribus muſtelas, in aquatilibus murænas Tarteſſias Veteres deprædicant. De muſtelis vide Heſychium in Γαλῆ Ταρτησία, & Scholiaſtem Ariſtophanis in Ranis, ubi Ταρτησίαν γαλῆν *Tarteſſiam muſtelam* dici leges ἀντὶ τοῦ μεγάλην *pro magna.* Hinc Herodotus: εἰσὶ δὲ γαλαῖ ἐν τῷ σιλφίῳ γινόμεναι τῇσι Ταρτησσίῃσι ὁμοιόταται, *muſtelæ quæ in ſilphio naſcuntur Tarteſſiis ſunt ſimillimæ.* At murænam Tarteſſiam commendant Julius Pollux inter τὰ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐδέσματα ὀνόμιμα, & Varro apud Gellium inter genera edulium omnibus aliis præſtantia quæ profunda ingluvies inveſtigavit. Meminit etiam Ariſtophanes ubi ſuprà. Et Strabo poſtquam egit de conchyliis quæ in freto ſunt circa Carteiam: ἐν δὲ τοῖς ἐξωτέροις τόποις, inquit, καὶ μείζονας ὀγδοήκοντα μνῶν τὰς σμυραίνας καὶ τὸν γόγγρον, ταλαντιαίους δὲ τοὺς πολύποδας, διπήχεις δὲ τὰς τευθίδας, καὶ τὰ παραπλήσια: πολὺς δὲ καὶ ὁ θύννος συνελαύνεται δεῦρο ὑπὸ τῆς ἀλλῆς τῆς ἔξωθεν παραλίας πίων καὶ παχύς. *In externis locis*, (id eſt, fretum circa Tarteſſum) *murænas & congros reperiri ajunt qui appendant* LXXX *minas: polypos qui talentum; bicubitales teuthides* (ſpeciem lolliginis) *aliosque piſces id genus. Huc etiam plurimi thynni compelluntur à tepore externi littoris, pingues & craſſi.* Nam ut Philoſophus rectè obſervat hiſt. animal. lib. 8. cap. 19. & ex eo Athenæus lib. 7. χαίρουσι δὲ οἱ θύννοι μάλιστα τῶν ἰχθύων τῇ ἀλέᾳ, καὶ πρὸς τὴν ἄμμον τὴν πρὸς τῇ γῇ προσχωροῦσι τῆς ἀλέας ἕνεκα, ὅτι θερμαίνονται. *Omnium piſcium thynni maximè tepore gaudent, & teporis gratia littoream arenam adeunt ut incaleſcant.*

Ut Tarteſſi nomen Gadibus tribui docuimus, ita contrario errore Tarteſſus à nonnullis *Gaddir* dicitur. Author Salluſtius in fragmentis ex hiſtoriarum libro ſecundo: *Tarteſſum Hiſpaniæ civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gaddir habent.* Et Avienus in oris maritimis:

Hic Gaddir urbs eſt dicta Tarteſſus prius.

Et rurſus:

—— Gaddir hic eſt oppidum:
Nam Punicorum lingua conſeptum locum
Gaddir vocabat: ipſa Tarteſſus prius
Cognominata eſt: multa & opulens civitas
Ævo vetuſto, nunc egena, nunc brevis,
Nunc deſtituta, nunc ruinarum agger eſt.

Agi conſtat de vera Tarteſſo, quia eandem deſcribit paulò pòſt in inſula quam,

Tarteſius amnis ex Lybyſtino lacu
Per operta lapſus undique ablapſa ligat.

Tamen ex Plinio & Solino ſcimus Pœnis *Gaddir* id ipſum fuiſſe quod Grecis Γάδειρα, Romanis *Gades*, Arabibus קאדס *Kades*, Hiſpanis *Cadis* aut *Calis*, inſulam nimirum Oceano circumfuſam, in via à freto Herculeo ad oſtium Betis fluminis. Rationem nominis jam explicavit Avienus qui idem in Dionyſium:

Pœnus namque locum Gadir vocat undique ſeptum.

Neque aliter Plinius: *Pœni Gadir, ita Punicâ lingua ſeptum ſignificante:* & Solinus: *Pœni linguâ ſuâ Gadir, id eſt, ſepem nominarunt.* Et Iſidorus: *quam Tyrii à Rubro mari profecti occupantes, in lingua ſua Gades* (lege *Gadir*,) *id eſt, ſeptam nominaverunt.* Et Heſychius: Γάδειρα, τὰ περιφράγματα, Φοίνικες. Hebreis, Syris & Arabibus hac voce nihil notius. Itaque ineptiunt Greculi qui γῆς δειρὴν explicant, aut λιθόστρωτον, aut ἐκ μικροῦ οἰκοδομημένον. In una Tribu Judę multa erant oppida ejuſdem aut vicini nominis, גדר *Gader*, Joſ. 12: 13. גדרה *Gedera* גדרותים *Gederothaim* גדור *Gedor*, Joſ. 15: 36, 58. גדרות *Gaderoth* 2. Par. 28: 18. quę omnia conſtat à ſepimento dicta. Gades Græcè Κοτινοῦσσα *Cotinuſa* dicta eſt, ὡς πολλοὺς ἔχουσα κοτίνους, *ut quæ agreſtes oleas multas habeat.*

Gades inſula Livio lib. 28. eſt *extra orbem terrarum.* Straboni: ἐσχάτη ἱδρυμένη τῆς γῆς, Solino *extremus noti orbis terminus.* A Calpe diſtare ſcribit Strabo ſtadia DCCL aut DCCC, ab oſtio freti Plinius LXXV M paſſ. A continente anguſto ſpatio & veluti flumine abſciſſam author eſt Mela. Hoc ſpatium Polybius, Plinius & Solinus pedibus DCC, Strabo ſtadio, Iſidorus definit CXX paſſibus: nempe qua parte eſt proxima; nam alicubi VII millibus à continente abeſſe ſcribit Plinius. Longitudo in Polybio eſt XII millium, in Strabone centum ſtadiorum: latitudo in illo III M. in hoc, ubi minima, unius ſtadii. Merito igitur à Stephano deſcribitur στενὴ καὶ παραμήκης, *anguſta & prælonga. Quâ terris propior eſt*, inquit Mela, *penè rectam ripam agit: quâ Oceanum ſpectat duobus promontoriis evecta in altum, medium littus abducit, & fert in altero cornu ejuſdem nominis urbem opulentam, in altero templum Ægyptii Herculis.*

Qua occaſione Tyrii colonos eò deduxerint, & quoties rem tentaverint antequam ſuccederet, pluribus narrat Strabo. De tempore non ſatis conſtat, niſi quod hanc Phœnicum coloniam unam eſſe ex vetuſtiſſimis pro comperto habetur. Unde eſt quod τὰ ἀρχαῖα Γάδειρα, *vetuſtas Gades* in Philoſtrato & aliis legas. Pomponius rem arceſſit *ab Italica tempeſtate.* In Vellejo Paterculo circa Codri Regis tempora uno ſæculo juniore *Tyria claſſis plurimum pollens mari in ultimo Hiſpaniæ tractu, in ex-*

tremo

tremo noſtri orbis termino inſulam circumfuſam Oceano perexiguo à continenti diviſam freto Gades condidit. Sequitur eoſdem paucis poſt annis Uticam condidiſſe; Uticam autem Carthagine Philoſophus in libro Mirabilium antiquiorem eſſe teſtatur annis CCLXXXVII: apud Etymologum voce Γάδειρα, ἐν ταῖς Φοινίκης (lege Φοινικικαῖς) ἱστορίαις in Phœniciis hiſtoriis refert Claudius Julius (aliis Julus & Jolaus) ὅτι Ἀρχαλεὺς υἱὸς Φοίνικος, κτίσας πόλιν, ὀνόμασε τῇ Φοινίκων γραφῇ, *Archaleum Phœnicis filium Gades urbem à ſe conditam Phœnicio vocabulo appellaſſe*. Id ſi verum eſſe conceſſeris, condita fuerit Gaditana urbs non multo poſt tempora Joſuæ.

Urbs in extrema fuit inſula verſus Occaſum, qua parte à continente plurimum diſtat: ævo Auguſti tam inſignis, authore Feſto, ut Juba Rex Maurorum

Illuſtriorem ſemet urbis iſtius
Duumviratu crederet.

Quàm fuerit opulenta quingenti docent equites in ea cenſi, quot alibi nuſpiam, ſi Patavium excipias. Nempe Gades teſtatur Strabo πλήθει γε οὐδεμιᾶς ἂν ἀπολείπεσθαι τῶν ἔξω Ῥώμης πόλεων, *multitudine civium nulli urbium extra Romam ceſſiſſe*. Quod valde mirum in exigua inſula in ultimo orbe nec ulla re fertili. Maximè cùm incolas idem aſſerat in oppoſita continente non multum agri poſſediſſe. Sed eos locupletaverant maritima commercia, & amicitia Romanorum, quibus erant maxime addicti. Nec vetus urbs parum aucta eſt novæ acceſſione, à Cornelio Balbo Gaditano triumphali viro conditę. Auguſtam Juliam Gaditanam vocat Plinius. Ex utraque facta Didyme viginti circiter ſtadiorum in ambitu.

Hæ opes invexêre luxum & laſciviam; itaque toto orbe Romano Gaditanæ puellæ in conviviis ideò admittebantur ut laſcivis ad lyram aut cymbalum cantibus & indecoris motibus Venerem concitarent. Juvenalis Sat. undecimâ:

Forſitan expectes ut Gaditana canoro
Incipiat prurire choro, &c.

Et ibi vetus Scholiaſtes: *Nunc, inquit, expectas apud me pantomimas aut Lyriſtrias de Gadibus, quod laſciviant*. Statius in Saturnalibus:

Illic cymbala, tinnulaque Gades.

Martialis lib. 5. epigr. 79. ad Turanium:

Nec de Gadibus improbis puellæ, &c.

Et lib. 7. epigr. 71. de Theleſina:

Edere laſcivos ad Bætica cruſmata geſtus,
Et Gaditanis ludere docta modis.

Et lib. 11. epigr. 17. ad lectores:

Nam mea Lampſacio laſcivit pagina verſu,
Et Tarteſſiacâ concrepat æra manu.

Vide & lib. 14. epigr. 203. de puella Gaditana. Inde *Jocoſæ Gades* epigr. 62. libri primi. Et epigr. 42. Cæcilius, qui ſcurriles jocos uſurpans videri volebat urbanus, dicitur id eſſe,

Quod de Gadibus improbus magiſter.

Qui nempe ſaltatriculas & lyriſtrias Gaditanas circumducebat ad quæſtum.

De cætero Gaditani erant περιττοὶ τὰ θεῖα in Deorum cultu ſuperſtitioſi, ut habetur in Philoſtrato; & quædam habuêre numina vix uſpiam alibi culta. Sic Æliano teſte apud Euſtathium: ἐν Γαδείροις βωμὸς ἐνιαυτῷ ἵδρυται, καὶ μηνὶ ἄλλος εἰς τιμὴν χρόνου βραχυτέρου τε καὶ μικροτέρου (legendum μακροτέρου,) *Gadibus una fuit ara anno ſacra, & altera menſi, ut temporis tam brevioris quàm longioris honorem*. Ibidem aras habuêre πενία paupertas, τέχνη ars, γῆρας ſenectus. Et mors alibi neglecta, quia nomen implacabile, in ea inſula culta, ut quæ ſit ἡ κοινὴ ἀνάπαυλα καὶ ὁ τελευταῖος ὅρμος, *communis quies & ultimus portus*. Hinc Philoſtrstus: τὸν θάνατον μόνοι ἀνθρώπων παιωνίζονται, *ſoli hominum feſtis cantibus mortem celebrant*. At mortis nomine potuit Pluto intelligi, quem מות *Muth*, id eſt, *mortem* Phœnices appellaſſe ex Sanchoniathone ſcimus. Fuit & urbi contiguum Saturni delubrum de quo Strabo.

Sed in præcipuo cultu fuit Hercules; Dionyſius in Gadium deſcriptione.

Εἶθά τε Φοινίκων ἀνδρῶν γένος ἐνναίουσι,
Ἀζόμενοι μεγάλοιο Διὸς γόνον Αἰγιόχοιο.
Phœnicum hic habitant homines de ſanguine creti,
Immortale Jovis nati qui numen adorant,

id eſt, Herculem: itaque pro Αἰγιόχοιο multi Ἡρακλῆα legunt. Hujus templum ab urbe fuit maximè diſſitum, in altera parte inſulæ verſus Ortum, quâ continenti eſt proxima. Hercules ille non Græcus fuit, ut multi volunt, ſed Phœnicius. Appianus in Ibericis: Τότε Ἡρακλέους ἱερὸν τὸ ἐν στήλαις Φοίνικές μοι δοκοῦσιν ἱδρύσασθαι, καὶ θρησκεύεται νῦν ἔτι * Φοινικῶς, ὅτι θεὸς αὐτοῖς οὐχ ὁ Θηβαῖός ἐστιν, ἀλλ' ὁ Τυρίων. *Herculis templum quod eſt prope columnas Phœnices mihi videntur extruxiſſe: quia nunc etiam Phœnicio ritu colitur: nec Thebanus ipſis eſt Deus, ſed Tyriorum.* Arrianus in Alexandro lib. 2. Tarteſſi nomen ut diximus pro Gadibus uſurpans: *Herculem illum qui Tarteſſi colitur ab Iberis (ubi etiam columnæ quædam ſunt Herculeæ dictæ) puto ego Tyrium eſſe Herculem, quia Tarteſſus condita eſt a Phœnicibus*, καὶ τῷ Φοινίκων νόμῳ ὅ τε νεὼς πεποίηται τῷ Ἡρακλεῖ τῷ ἐκεῖ, καὶ θυσίαι θύονται, *& Phœnicio ritu templum ibi Herculi ſtructum eſt & ſacra fiunt*. Sic Diodorus lib. 5. pag. 208. Phœnices hoc idem delubrum condidiſſe aſſerit, & in eo inſtituiſſe θυσίας μεγαλοπρεπεῖς τοῖς τῶν Φοινίκων ἔθεσι διοικουμένας. Mela vult eſſe templum Ægyptii Herculis, ſed à Tyriis conditum. *Templum*, inquit, *Ægyptii Herculis cultoribus, religione, vetuſtate, opibus illuſtre Tyrii condidêre*. Proinde veriſimile eſt Ægyptium illi Herculem eundem eſſe cum Phœnicio. Nec alia mens Philoſtrati, qui ut litem dirimat, in eo templo fingit τιμᾶσθαι μὲν ἄμφω τὼ Ἡρακλέε utrumque Herculem coli, Thebanum, inquam, & Ægyptium, illum propter boves Geryonis indeabactos, hunc ſapientiæ nomine, & quia totum orbem dimenſus eſt uſque ad ultimos terrarum fines: ita tamen ut Ægyptio gemina, Thebano una duntaxat ara conſecrata ſit.

* Lege Φοινικικῶς.

Templum hoc hominibus ſtulto errore faſcinatis non pauca commendabant ſeu vera ſeu fabuloſa. 1. Ipſe ſitus in orbe extremo, vel extra orbem terrarum, ut in Livio habetur. 2. Summa antiquitas. Mela: *Annorum queis manet numerus ab Iliaca tempeſtate principia ſunt*. 3. Poſt tot ſæcula materies ligni incorrupta. Silius lib. 3.

Vulgatum nec caſſa fides ab origine fani
Impoſitas durare trabes, ſolaſque per ævum
Condentum noviſſe manus, hic credere gaudent
Conſediſſe Deum, ſeniumque repellere templis.

4. Fatales columnæ ignotis literis inſcriptę, quibus conſtabat ſcilicet mundi compages, atque elementorum inter ſe nexus & concordia. Itaque de harum inſcriptione conſultus Apollonius: Γῆς, inquit, καὶ Ὠκεανοῦ ξύνδεσμοι αἱ στῆλαι εἰσίν. Ἐγράψατο δὲ αὐτὰς ἐκεῖνος ἐν Μοιρῶν οἴκῳ, ὡς μήτε νεῖκος τοῖς στοιχείοις ἐγγένοιτο, μήτε ἀτιμάσειαν τὴν φιλότητα ἣν ἀλλήλων ἴσχουσιν. *Terra & Oceani vinculum ſunt hæ columnæ, quas in domo Parcarum inſcripſit Hercules, ne qua elementis contentio accidat, nec amicitiam disjungat quâ invicem tenentur.* Has columnas ex auro & argento conflatas deſcribit Philoſtratus, at Strabo ſolùm æreas, & quicquam in iis ſcriptum fuiſſe negat pręter nummos in templi fabricam inſumptos. Idem Poſidonium refellit qui has putavit eſſe Herculis columnas πολυθρυλλήτους. 5. Eidem fano pretium addebant variæ ſculpturæ & donaria, pu-

ta hydræ, Diomedis equi, duodecim Herculis labores in lapide inciſi, aureus Teucri balteus & Pygmalionis oliva aurea cum baccis ſmaragdinis. De his conſulendi Photius & Philoſtratus. 6. Præterea creditus ipſe Hercules in eo templo eſſe conditus. Mela: *Cur ſanctum ſit oſſa ejus ibi ſita efficiunt.* Et præſentia numinis ſe ab omni periculo ſartos tectos Gaditani putabant. Ex Macrobio nota eſt hiſtoria, aut fabella verius, de Therone Rege Hiſpaniæ citerioris, qui cùm inſtructa claſſe veniſſet ad expugnandum Herculis templum, Gaditanis propugnantibus, ſubito in fugam verſæ ſunt regiæ naves, ſimulque improviſo igne correptæ conflagraverunt. Cætera ibi vide. 7. Etiam in ipſo cultu multi ritus alibi parum in uſu: Silius ubi ſuprà:

Philoſtr. lib. 5 cap. 1. Phot. auth. 241. Saturnal. lib. 1. cap. 25.

Fœmineos prohibent greſſus, ac limine curant
Setigeros arcere ſues, nec diſcolor ulli
Ante aras cultus velantur corpora lino
Ex Peluſiaco præfulget ſtamine vertex.
Diſcinctis mos thura dare, atque è lege parentum
Sacrificam lato veſtem diſtinguere clavo:
Pes nudus, tonſaque coma, caſtumque cubile,
Irreſtincta focis ſervant altaria flammæ,
Sed nulla effigies, ſimulacrave nota Deorum.

Quod ultimum merè Judaicum etiam in Philoſtrato legere eſt: Ἐν ᾧ τῷ ἱερῷ τιμᾶσθαι μὲν ἄμφω τῷ Ἡρακλεῖ φασὶν, ἀγάλματα δὲ αὐτοῖν οὐκ εἶναι, *in templo coli ajunt utrumque Herculem, ſtatuas autem ipſis non eſſe.* Item: Βωμοὺς δὲ τοὺς μὲν Αἰγυπτίῳ δύο, χαλκοῦς καὶ ἀσήμους, *Ægyptio quidem aras eſſe duas, æreas & ſine ſimulacbro.* Cur ab Herculis ſacris fœminas etiam Romani excluſerint docent Plutarchus in quæſt. Rom. quæſt. 60. & Macrob. lib. 1. Saturnal. 8. Nondum actum de mirabili fonte Gadibus in templo Herculis, quem ajunt ταῖς παλιῤῥοίαις τῆς θαλάττης ἀντιπαθεῖν, κατὰ μὲν τὰς πλήμας ἐκλείπουσαν, κατὰ δὲ τὰς ἀμπώτεις πληρουμένην; *ad æſtus maris contraria modo affici, cum ſub affluxum deficiat, & in refluxu impleatur.* Ita Polybius apud Strabonem. Sed Plinius paulò aliter lib. 2. cap. 97. *Gadibus qui eſt delubro Herculis proximus fons incluſus ad puteï modum, alias ſimul cum Oceano augetur minuiturque, alias verò utrumque contrariis motibus. Eodem in loco alter Oceani motibus conſentit.* 9. Prætereo Philoſtrati nugas de arboribus Geryonis, unde manabat ſanguis. Quibus non puto verius quod in Iſidoro habetur, ibidem naſci arborem palmæ ſimilem, cujus gummi infectum vitrum ceraunium gemmam reddit.

Inter Gades & Hiſpaniam altera fuit inſula quam ſic deſcribit Plinius: *Ab eo latere quo Hiſpaniam ſpectat* (Gadis inſula) *paſſibus ferè centum, altera inſula eſt longa* III M. *paſſ.* M. *lata, in qua prius oppidum Gadium fuit. Vocatur ab Ephoro & Philiſtide Erythia, a Timæo & Sileno Aphrodiſias, ab indigenis Junonis. *Erythia dicta eſt, quoniam Tyrii ab origine eorum orti ab Erythræo mari ferebantur.* Acutè ut ſolet corrigit Cl. Salmaſius; *Tyrii aborigines earum*, id eſt, conditores Gadium & Erythiæ. Aborigines enim Halicarnaſſeus exponit γενάρχας ἢ πρωτογόνους. Phœnicia igitur fuit inſula non Punica, quæ conditores habuit è Tyro, non è Carthagine, ut perperam Avienus:

---- hinc Erythia eſt inſula
Diffuſa glebam & juris olim Punici;
Habuêre primò quippe eam Carthaginis
Priſci coloni.

De eadem Stephanus in Ἀφροδισιάς quod nomen eſt ad multa loca ambiguum: Τρίτη, νῆσος ἡ πρότερον Ἐρύθεια, μεταξὺ Ἰβηρίας καὶ Γαδείρων, *tertia* Aphrodiſias, *inſula quæ priùs Erythia inter Hiſpaniam & Gades.* Et Strabo: Ἐρύθειαν δὲ τὰ Γάδειρα ἔοικε λέγειν ὁ Φερεκύδης, &c. Ἄλλοι δὲ τὴν παραβεβλημένην ταύτῃ τῇ πόλει νῆσον, πορθμῷ σταδιαίῳ διειργομένην, *videtur Gadibus Erythiæ nomen tribuiſſe Pherecydes: alii autem* hoc nomine intelligunt *inſulam urbi adſitam, unius ſtadii freto diviſam.* Ex his facilè colligitur quis Erythiæ fuerit ſitus, quæ hodiè nuſquam comparet. Fuit nempe media inter Gades & continentem, urbi quæ ad Occaſum erat inſulæ ita vicina ut fretum interjectum unius ſolum eſſet ſtadii ut refert Strabo, vel centum paſſuum ut Plinius: qui priùs oppidum Gadium aſſerit ibi fuiſſe. Quin & quoſdam obſervat Strabo loci amœnitate captos condidiſſe ἄστυ ἀντίπολιν τῇ Διδύμῃ, tanquam antipolim, id eſt, oppidum urbi Didyme ſive Gadium, ſed à paucis habitatum, ſi cum illa conferatur.

Hæc eſt illa Erythia apud Poëtas tam celebris, in qua regnaſſe volunt tricorporem illum Geryonem cujus boves Hercules abegerit. Fabulæ princeps in Theogonia Heſiodus, Poëta omnium qui extant uno Homero excepto longè vetuſtiſſimus. Τρικέφαλον, inquit, Γηρυονῆα tricipitem Geryonem exarmavit Hercules:

---- περιῤῥύτῳ εἰν Ἐρυθείῃ
Ἤματι τῷ, ὅτε βοῦς ἤλασεν εὐρυμετώπους
Τίρυνθ' εἰς ἱερὴν, διαβὰς πόρον Ὠκεανοῖο.

---- in circumfuſa Erythia
Oceano quo ferre gradum Deus impiger auſus
Inde ſacram Tirintha boves adduxit opimos.

Et in Poëtarum gratiam Erythiæ boves fingit Marcianus Ægyptiis & Epiroticis non cedere. Verba ſic habent ex magni Salmaſii emendatione:

Εἶτ' ἐχομένη ἐστὶ νῆσος ἡ καλουμένη
Ἐρύθεια, μεγέθει μὲν βραχεῖα παντελῶς,
Βοῶν ἀγέλας ἔχουσα καὶ βοσκημάτων,
Προσεμφερεῖς ταύροις τε τοῖς Αἰγυπτίοις,
Καὶ τοῖς κατὰ τὴν Ἤπειρον ἔτι Θεσπρωτίοις.

Vicina ſequitur dicta nomine inſula
Erythia priſco, quæ quidem haud multum patet,
Sed latiora paſcua & boves habet
Theſprotiorum bubus Epiroticis
Ægyptiiſque mole & arvinà pares.

Tamen in Iberia non regnavit Geryon nec circa Gades, ſed Ambraciæ in Epiro. Ita pronunciat Arrianus poſt Hecatæum hiſtoricum antiquiſſimum lib. 2. ἀναβασ. *Geryonem*, ait, *adverſus quem Hercules Argivus ab Euryſtheo miſſus eſt, ut boves Geryonis abigeret, & Mycenas duceret,* οὐδὲν τι προσήκειν τῇ γῇ τῇ Ἰβήρων Ἑκαταῖος ὁ λογοποιὸς λέγει, *nihil ad Iberorum regionem pertinere dicit Hecatæus hiſtoricus, neque ad inſulam Erythiam in Oceano ſitam miſſum fuiſſe: ſed continentis quæ circa Ambraciam & Amphilocum eſt Regem fuiſſe Geryonem, & ex illa continente Herculem boves abegiſſe.* Quod ipſum habet Euſtathius in Dionyſium Periegetem. Atque eòdem pertinet quod in Epiro boves prægrandes Λαρινοὶ *Larini* credebantur ex illorum eſſe genere quos abegerat Hercules, & nomen habere à bubulco Larino Herculis abigeo. Hæc partim ex Athenæi lib. 9. partim ex Ariſtophanis Scholiaſte in Aves, partim ex Suida qui veterem ſcriptorem citat Lycum Rheginum Poëtæ Lycophronis parentem. Et ex Herodoto colligere eſt Græcorum neminem navigaſſe Tarteſſum ante Colæum Samium, qui vi ventorum ingruentium invitus eò abreptus eſt, illo ipſo anno quo Cyrenas condidit Battus, id eſt, annis circiter DC poſt Herculis apotheoſim. Præterea in Erythia gramen erat ſiccius quàm ut bobus ſaginandis par eſſet. Itaque nullos boves in ea memorat Strabo, ſed oves ſolùm quæ mirum in modum pingueſcebant. Τῶν νεμομένων, inquit, αὐτόθι προβάτων τὸ γάλα ὀρὸν οὐ ποιεῖ. τυροποιοῦσι τε πολλῷ ὕδατι μίξαντες διὰ τὴν πιότητα: ἐν τριάκοντά τε

ἡμέραις

ἡμέραις πνίγεται τὸ ζῶον, εἰ μή τις ἀποσχάζει τι τοῦ αἵματος: ξηρὰ δὲ ἐστὶν ἣν νέμονται βοτάνην, ἀλλὰ πιαίνει σφόδρα. *Ibi paſcentium ovium lac ſero caret, nec niſi aquâ multâ infuſâ in caſeum cogum propter pinguedinem; & trigeſimo die pecus ſuffocatur, niſi aliquid mittatur ſanguinis: nam quo paſcuntur gramine, licet ſicco, valde pingueſcunt.* Hæc Strabo de ovibus in Erythia, dicturus etiam de bobus illis præpinguibus ſi qui fuiſſent, maximè cùm ad Poëtarum illuſtrationem hoc pertineat, in qua ubique multus eſt. Proinde Mela in Bætica natus non putavit prope Gades eſſe Geryonis Erythiam, ſed contra Luſitaniam. In qua eadem ſententia etiam alios fuiſſe ex Plinio & Solino conſtat. At mihi perſuaſiſſimum Hiſpaniam & Gades Græco Herculi ne famâ quidem fuiſſe notas: & Poëtas quibus

Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas,

ideò ſuum Herculem in Oceanum deduxiſſe, ne Phœnicio Herculi videretur inferior, quem ex longinquis itineribus non vulgarem ſibi gloriam comparaſſe noverant.

Ab ovium frequentia Phœnices videntur Erythiam appellaſſe inſulam עשתרות *Aſtaroth*, id eſt, ovium; deinde etiam עשתורת *Aſtoreth* vel עשתרתא *Aſtarta* propter alluſionem, tanquam ab Aſtarte Deâ. Quod ab aliis redditum Ἀφροδισιάς *Aphrodiſias* ſeu *Veneria*, ab aliis Ἥρας νῆσος, *Junonis inſula*: quia Aſtarte modò pro Venere modò pro Junone ſumitur, ut ſuo loco docemus. Et Græcorum antiquiſſimi, cùm quid eſſent *Aſtaroth* vel *Aſtoreth* planè neſcirent, videntur divulſis vocibus inde feciſſe ἄστυ Ἐρύθης, quaſi ſic diceretur oppidum in inſula Ἐρύθη. Nam Ἐρύθειν pro Ἐρύθεια occurrere docet Stephanus, quod dici putat κατὰ συναλοιφήν. Quin ut Καλλιόπη & Πηνελόπη prius dictum quàm Καλλιόπεια & Πηνελόπεια, ita Ἐρύθη priuſquam Ἐρύθεια. Hæc fortaſſe verboſe nimis de tribus inſulis, Tarteſſo, Gadibus & Erythia, quarum nomina Veteres tam promiſcuè uſurpant ut illas inter ſe diſtinguere non ſit cujusvis. Maximè cùm hodiè de tribus nonniſi una ſuperſit. Erythiam enim abſorpſit mare. Et è duobus Bętis oſtiis uno obſtructo Tarteſſus continenti juncta eſt.

Jam ſi ex inſulis redeamus ad Bætis æſtuaria tria ſe offerrent oppida de quibus ita Plinius: *Inter æſtuaria Bætis oppidum Nebriſſa cognomine Veneria, & Colobona, colonia Aſta quæ Regia dicitur.* Sed *Colobona* vox eſt nihili; & niſi fallor Plinius ita ſcripſerat: *Nebriſſa cognomine Veneria col. Onoba colonia, &c.* Veneria col. id eſt, Veneria colonia. Ita ſcribitur per compendium. Ex *Col.* & *Onoba* factum eſt monſtrum vocis *Colobona*. Ita Plinio conveniet cum Strabone & Ptolemæo, quorum ille ſic habet ubi de Bæticæ æſtuariis: Πόλεις ἔκτισαι ἐπ' αὐτῶν καὶ ἄλλας κατοικίας, καθάπερ ἐπὶ τῶν ποταμῶν. Τούτων δ' ἐστὶν ἥ τε Ἄστα, καὶ Νέβρισσα, καὶ Ὄνοβα. *Urbes ad illa condiderunt & alia domicilia, tanquam ad fluvios: in quo numero ſunt Aſta, & Nebriſſa, & Onoba.* Sic in Ptolemæo *Aſta & Nebriſſa* ſunt circa Bætis oſtium Orientale: at *Onoba Liſturia* vicina fuiſſe videtur æſtuariis oſtii Occidentalis ab illo prętermiſſi, quod ab Orientali diſtabat plus centum ſtadiis, ut ex Strabone ſcimus. Atque inde *Liſturia* cognomen. Nam לאסטוריא *Laſturia* Pœnis, id eſt, ad æſtuaria. L præfixum reſpondet noſtro *ad*: & אסטוריא *Iſturia* deflexum ex Romano *æſtuaria*.

Nebriſſam hodiè à Bæti diſtare ſcribit octo millibus Antonius Nebriſſenſis, quia alterum Bętis oſtium eſt oblimatum. Hujus, ſi credimus, conditor fuit Bacchus, quia ad Nebriſſam alludit Νεβρίς, id eſt, pellis hinnuli, Bacchi geſtamen & bacchantium. Silius lib. 3.

Ac Nebriſſa Dionyſæis conſcia ſacris,
Quam Satyri coluère leves, redimitaque ſacra Nebride.

Quin *Nebriſſa* eſt נאה פריצה *Nae-priſa*, habitatio eruptionis, ſupple fluvii aut aquarum. Hęc enim eſt verbi Hebręi vis. Sic Job. 28:4. פרץ נחל *erupit torrens.* 2 Sam. 5: 20. כפרץ מים *ut eruptio aquarum.* Et Arabicè פראין אלנהר eſt oſtium fluvii. Nebriſſa ab incolis hodiè *Lebrixa* dicitur, id eſt, לפריצה *Lepriſa. Ad aquarum eruptionem.*

Aſta Pœnis ut putamus fuit אשדה *Aſda* vel *Eſda*, id eſt, ἔκχυσις vel ἀνάχυσις effuſio. Sic Joh. 5: 2. *Beth-eſda* בית אשדה eſt domus effuſionis, ut docti pridem obſervarunt. Cur inde dicta ſit Aſta, præter loca quę jam allata ſunt docebunt hęc Ptolemæi: Ἡ κατὰ Ἄσταν ἀνάχυσις, *quæ ad Aſtam eſt effuſio*: Et Strabonis: Ἡ κατὰ Ἄσταν ἀνάχυσις καὶ ἀνάβρασις, *quæ ad Aſtam eſt effuſio & æſtuarium.* Et rurſus: Ἐπὶ δὲ ταῖς ἀναχύσεσιν ἡ Ἄστα, εἰς ἣν οἱ Τουρδιτανοὶ συνίασι, *ad effuſiones eſt Aſta ad quam Turdutani conveniunt.* Nempe ad Gades trajecturi quarum navale in oppoſita continente à Balbo conditum nonniſi centum ſtadiis ab Aſta urbe diſtabat.

Fuit & æſtuariis ad Aſtam vicinus Meneſthei portus. Ptolemęus: Ἡ κατὰ Ἄσταν ἀνάχυσις, Μενεσθέως λιμήν, *ad Aſtam æſtuarium, Meneſthei portus.* Et Strabo nuper citatus: Ἑξῆς δ' ἐστὶν ὁ Μενεσθέως καλούμενος λιμήν, καὶ ἡ κατὰ Ἄσταν ἀνάχυσις, *deinde eſt Meneſthei portus, & quod ad Aſtam eſt æſtuarium.* Meneſthei ſcilicet portus Punicè dicebatur מין אשדא *Min-Aſda* vel *Eſda* per aphæreſim pro למין אשדא *Lemin-Aſda*, portus Aſtæ. Nam Græca vox λιμήν pro portu eſt in Hebręorum uſu. Et Talmudici למין *lemin* ſcribunt. Sed Arabes מין *min* vel מינא *mina*, vocabulo decurtato: ita etiam Pœni olim ut conjectamus. Tale eſt quod *liburnis* Syris eſt בורני *burni*. Hæc Gręci cùm ignorarint, in *Min-Eſda* latere voluerunt nomen Meneſthei ſui, quem in bello Troiano ducem fuiſſe Athenienſium Poëta ſcribit. Proinde Meneſtheum Athenas ex Ilio reverſum fingunt pulſum à Theſidis in Hiſpaniam ſe contuliſſe. Adeóque non ſolum Meneſthei portum, ſed & oraculum circa hæc loca memorat Strabo. Ἐνταῦθα δ' ἐστι, inquit, καὶ τὸ μαντεῖον τοῦ Μενεσθέως ἐστί. Et Gaditanos Philoſtratus Μενεσθεῖ τῷ Ἀθηναίῳ θύειν Meneſtheo Athenienſi ſacrificare ſcribit lib. 5. cap. 1.

Meneſthei portum excipit Junonis promontorium. Ita appellant Plinius & Pomponius. Ratio nominis petenda ex his Ptolemęi: Τὸ ἀκρωτήριον ἀφ' οὗ ὁ πορθμὸς, ἐν ᾧ ναὸς Ἥρας, *promontorium a quo fretum, in quo Junonis templum.* Junonis, id eſt, עשתרתא Aſtartes, ut jam diximus. Hoc promontorium eſt totius Bæticæ caput & Gaditani freti finis, unde primùm è faucibus anguſtis panditur Oceanus.

In medio freto *Tranſductam*, vel *Juliam Traductam*, Pomponii Melæ patriam, quam eodem teſte habitabant tranſvecti ex Africa Phœnices, Strabo vocat Ἰουλίαν Ἰόζαν *Juliam Jozam*, quia *Joza* Pœnis id ipſum fuit quod Romanis *Traducta*. Syris enim גוז *gauz* eſt trajicere. *Joza* pro גוזא *Goza* ſcribitur, quomodo paſſim *jeuz* nux pro גז *gauz* in Arabum interpretibus. Plura vide ubi de Tingi.

Intus non procul à littore eſt Ptolemæi Ἔβορα *Ebora*, quę Plinio *Ebura Cerealis*, à Cereali fructu ſic dicta. Quo eódem pertinet *Ebura* Punicum nomen. Hebręis enim & Syris עבור *Ibur* vel עיבורא *Ibura* eſt annona & frugum proventus. In Chaldęa Paraphraſi ſępe reſpondet Hebręo דגן *dagan* quod frumentum ſonat. Plures in Hiſpania fuêre urbes hujus nominis.

Initio freti ſunt columnę Herculis, id eſt, ut plerique volunt, oppoſiti montes *Calpe* & *Abila*, quorum uterque quidem, ſed Calpe magis & penè totus

totus in mare prominet. Is à Strabone definitur ὄρος τῇ περιοχῇ μὲν οὐ μέγα, τῷ δ' ὕψει μέγα καὶ ὄρθιον, ὥστε πόῤῥωθεν νησοειδὲς φαίνεσθαι; *mons ambitu quidem non magnus, ſed in altitudinem magnam erectus, ut eminus videntibus inſulæ ſpeciem objiciat.* Κάλπη Græcis eſt urna, urceus, ut *calpar* in Feſto vaſis genus. Heſychius, Κάλπη, ςάμνος, ὑδρία. Inde *Calpe* mons dictus. Avienus in oris maritimis ex magni Viri emendatione,

Calpeque rurſum in Græcia ſpecies cavi
Tereiſque viſa nuncupatur urcei,

quia concavus eſt in urcei modum. Juvenalis Scholiaſtes Sat. 14. *Calpe urnæ ſimilis mons, unde Calpe in extrema Spania.* Mela: *Is mirum in modum concavus, ab ea parte quâ ſpectat occaſum medium ferè latus aperit, atque inde egreſſus totus admodum pervius, prope quantum patet ſinus, & ſpecus ultra eſt.* Rurſus κάλπη deductum ex Phœnicio גלפא *galpha*, ejuſdem ſignificationis. Nam Arabicè גלף *galph* eſt vas fictile, vel effracti vaſis ima pars: & גולפא *gulpha* Talmudicis urceus, ut in tractatu *Nedar* שקל גולפא על כתפיה, *talit urceum ſuper humeros ſuos.* Itaque *Calpes* nomen tam Phœnicium fuit quàm Græcum.

Ad montem Calpen *Calpe* urbs deſcribitur in his Strabonis: Πρὸς αὐτὸ Κάλπη πόλις ἐν τετταράκοντα ςαδίοις, ἀξιόλογος καὶ παλαιὰ, ναύςαθμον πότε γενομένη τῶν Ἰβήρων, ἔνιοι δὲ καὶ Ἡρακλέους κτίσμα λέγουσιν αὐτὴν, ὧν ἐςὶ καὶ Τιμοσθένης, ὅς φησι καὶ Ἡράκλειαν ὀνομάζεσθαι τὸ παλαιὸν, δείκνυσθαί τε μέγαν περίβολον καὶ νεωσοίκους. *Ad Calpem montem in quadrageſimo ſtadio eximia urbs eſt & vetuſta, Hiſpanorum navibus olim ſtatio. Hanc ab Hercule conditam eſſe nonnulli aſſerunt, inter quos eſt Timoſthenes, qui eam antiquitus Heracleam appellatam fuiſſe refert, oſtendique adhuc magnum murorum ambitum & navalia.* Sed cùm de urbe Calpe in illis locis nulla ſit alibi mentio, magnus Caſaubonus rectè conjicit pro Κάλπη πόλις reſcribendum Καρτηία πόλις, quam ad Calpen montem deſcribunt Mela, Plinius, Ptolemæus & Geographorum alii. Huc facit quod cum Carteiam toties infrà nominet Strabo, nihil tamen de ejus ſitu alibi dixiſſe reperitur. Nec fruſtra Heraclea Carteiæ fuiſſe vetus nomen, tanquam ab Hercule conditore. Herculem enim ſuum Phœnices Μελκαρθον *Melcarthum* appellabant. Philo Byblius ex Sanchoniathone apud Euſebium lib. 1. Præpar. Τῷ δὲ Δημαροῦντι γίνεται Μέλκαρθος ὁ καὶ Ἡρακλῆς, *ex Demarunte autem natus eſt Melcarthus qui & Hercules.* Μέλκαρθος, id eſt, מלך קרתא *Melec Kartha* Rex urbis, id eſt, Tyri. Idem Græcis *Melicertes* ſive *Palæmon* maris Deus, quem Cadmi nepotem eſſe fingunt. Hinc Heſychius: Παλαίμων, ὁ Ἡρακλῆς. Et Amathuſiis in Cypro מלך *molec*. Heſychius rurſus Μάλικα, τὸν Ἡρακλέα, Ἀμαθούσιοι. Omninò igitur ex *Melcartho* vel מלך קרתא *Melec cartha*, urbs quam ad Calpen condidit Hercules Phœnicius primò *Melcarthea* vocata eſt, hoc eſt מלך־קרתיא *Melec-karthija*, quaſi Ἡρακλείαν dixeris; deinde per aphæreſim *Carthea* vel *Carteia*. Apud Hebræos frequens eſt hæc aphæreſis in nominibus locorum compoſitis. Tale *Sittim* pro *Abel-ſittim*, *Ataroth* pro *Archiataroth*, *Hermon* pro *Baalhermon*, *Seba* pro *Beerſeba*, *Salem* pro *Jeruſalem*, *Nimrim* pro *Bethnimrim*, *Aſan* pro *Boraſan*. Vide in Phaleg lib. 2. cap. 24.

Cartejam ad Herculis columnas cum Tarteſſo ad Bætim potuiſſe confundi vix cuiquam eſt credibile, quod tamen multi faciunt. Strabo: Ἔνιοι δὲ Ταρτησσὸν τὴν νῦν Καρτηΐαν προσαγορεύουσι. Mela: *Carteja ut quidam putant aliquando Tarteſſos.* Plinius: *Carteja, Tarteſſos à Græcis dicta.* Pauſanias in Eliacis poſterioribus: Εἰσὶ δὲ οἱ Καρπίαν (lege Καρτηΐαν) Ἰβήρων πόλιν καλεῖσθαι νομίζουσι τὰ ἀρχαιότερα Ταρτησσὸν, *ſunt etiam qui Cartejam Iberiæ urbem Tarteſſum olim vocatam exiſtiment.* Silius lib. 3.

Arganthoniacos armat Carteja nepotes.

Ac ſi Tarteſſi Rex Arganthonius Cartejæ regnaverit. Appianus in Ibericis: Ταρτησσός μοι δοκεῖ τότε εἶναι πόλις ἐπὶ θαλάσσῃ ἣ νῦν Καρπησσὸς ὀνομάζεται, *Tarteſſus mihi videtur tum fuiſſe maritima urbs quæ nunc Carpeſſus appellatur.* Item: Διέδρασαν ἐς Καρπησσὸν, ἐπὶ θαλάσσῃ πόλιν ἣν ἐγὼ νομίζω πρὸς Ἑλλήνων πάλαι Ταρτησσὸν ὀνομάζεσθαι, καὶ Ἀργανθώνιον αὐτῆς βασιλεῦσαι. *Carpeſſum profugerunt, urbem ad mare ſitam, quam ego arbitror quondam à Græcis Tarteſſum nominatam, & in ea regnaſſe Regem Arganthonium.* Carpeſſum, id eſt, Cartejam: nam binomia fuit urbs; unum nomen Carteja, alterum fuit Carpeſſus: quod ipſum putaverim errori anſam dediſſe, quia ad Tarteſſum alludit Carpeſſi nomen. In ſcriptura tamen nihil ſimile. *Tarteſſus* enim Phœnicie ſcribebatur הרשיש *Tarſis* vel תרתיש *Tartis*. Et *Carpeſsus* קרפסה *Carpheſa* vel קורפסה *Carpheſa*, id eſt, concha. Ita exponit Aruch ex libro *Jelammedenu*. Nempe à conchis dicta Carpeſſus, quæ Carteja Veteribus, quia conchas habuit portentoſæ magnitudinis. Strabo: Ἐν δὲ Καρτηΐᾳ κήρυκες δεκακοτύλους καὶ πορφύρας φασὶν, *apud Cartejam buccina & purpura inveniri dicuntur decem cotylas continentes.* In cotyla ſunt ſex cyathi.

Poſt Cartejam & Calpen eſt Σύελ *Suel*. Meminère Mela, Plinius, Ptolemæus, Antoninus, ubi corruptè *Sivel*. A vulpibus dici puto, quia Hebræis שועל *ſual* eſt vulpes, & ex Bætica tam vulpium quàm muſtelarum pelles peti ſcribunt Recentiores. Sic à vulpibus nomen habent in Mæotide *Alopecia*: in Helleſponto *Alopeconneſos*. Contra Smyrnam *Alopece*: in Bœotia mons *Alopecos*: in Agro Attico *Alopeca* vicus tribus Antiochidis ex quo Socrates oriundus: in Judæa *Saalim* vel *Sualim* ut legi mavult Hieronymus, 1. Sam. 9: 4. Et חצרשועל *Hatſerſual* atrium vulpis, Joſ. 19: 3. In Phrygia denique Ἐξαάνιον *Exaanum* de quo Stephanus in Ἀζανοί. Inter Calpen & Malacham ubi *Suel* ſylvam deſcribit Strabo auro & aliis metallis valde fœcundam.

Sequuntur apud Strabonem *Malaca* & *Menaca* Phocæorum urbs quæ Μαίνοβα corruptè in Ptolemæo. Has urbes nonnulli confundunt & promiſcuè uſurpant. In quibus Avienus:

Malacha flumen urbe cum cognomine,
Menace priori quæ vocata eſt ſæculo.

Sed hos erroris arguit Strabo, quia Mænaca longius à Calpe diſtat, & ejus rudera Græcæ urbis veſtigia retinent, ἡ δὲ Μαλάκα καὶ πλησίον μᾶλλον, Φοινικική τε τῷ σχήματι, *Malaca autem & propior eſt, & ad Punica formam.* Idem à Calpe Malacam tantum diſtare aſſerit quantum Gades, id eſt, ſtadiis DCCL aut ad ſummum DCCC. Ut à Strabone Μαλάκα, ita Μαλάκη ſcribitur ab Artemidoro, Marciano & Stephano; ſed à Plinio & Avieno *Malacha* cum ſpiritu rectiùs. A Pœnis enim מלאחה *Malacha* propter ſalſamenta dicta eſt, quia מלח *malach* eſt ταριχεύειν ſale condire. Strabo: ταριχείας δὲ ἔχει μεγάλας *ſalſamenta* ſeu cetaria *habet plurima.*

Altera excipit urbs ταριχευτικὴ olim *Hexi* dicta. Mela: *Extra Abdera, Suel, Hexi*, inde *Hexitani.* Strabo: Ἐφεξῆς δ' ἐςὶν ἡ τῶν Ἐξιτανῶν πόλις, ἐξ ἧς καὶ τὰ ταρίχη ἐπωνύμως λέγεται, *ſequitur Hexitanorum urbs, à qua etiam ſalſamenta cognominantur.* Hodiè *Motrel* appellant, ut Florianus author eſt. Nomen à flexu littoris qui eo loco inſignis eſt. Arabicè enim עכס *acs* vel *hacs* flexum ſonat. Aſpiratione mutata in ſibilum poſteriores pro Hexis *Sex* & *Sexos* dixere. Illud in Ptolemæo legitur, hoc in Plinio. Unde Atheneus habet Σεξιτανῶν πόλιν, idque tanquam ex Strabone. Et Galenus in ſalſamentis

Digitized by Google



HISPANIA ET Africæ pars Occidentalis
MAURI מוחרים
AFRICÆ PARS
Astures
Lethes ſeu Oblivionis fl.
Olisippo
Oſsonoba
Gades
Abila
Carthago nova
Charidemum prom.
Iol Cæsarea
Carcoma Ptol. al. Chalce
Coes prom.
Zelis
Emporicus ſinus Phn.
Lacus ingens Cariconiches
Soloentia prom.
Lixus
Ora deserta
Carne
Chremetes fl.
hodie Senaga
Hesperi prom. hodie Cabo Rosso
Deorum currus Mons hodie Sierra Liona

mentis τὰ Σαξάτινα καλούμενα, *quæ Saxatina nominantur.* Et *colias*, lacerti marini ſpecies ſcombro ſimilis, ibi frequens, ab aliis *Saxitanus*, ab aliis *Saxetanus* dicitur aut *Saxitanus*. Athenæus ubi de colia: Κρείσσων δ' ὁ Ἀμυκλανὸς καὶ Σπανὸς ὁ Σαξιτανὸς λεγόμενος, λεπτότερος γάρ καὶ γλυκύτερος, *præſtantior Amyclanus & Hiſpanus quem Sexitanum vocant, tenuior enim eſt & dulcior.* Plinius lib. 32. cap. 11. *Colias ſive Parianus ſive Saxitanus a patria Bætica, lacertorum minima.* Martialis lib. 7. Epigr. 77.

Dum Saxetani ponatur cauda lacerti.

Hujus piſcis multa mentio in libris Talmudicis ubi vocatur קוליים האיספנין *colias Hiſpanorum.* Rambam & Bartenora notant piſcem eſſe דק הקליפה *tenues ſquamas habentem*, quod veriſſimum. Nam hoc ipſo colias à ſcombro differt quod ſquamis integitur parvis & tenuibus, ut Rondeletius & alii obſervant. Sed quod iidem addunt Arabicè vocari שבוט *ſabot*, verumne ſit non ſatis ſcio.

In Ptolemæo ſequitur Σηλάμβινα, id eſt, שעלבין *Saalabbin*, cujus nominis oppidum fuit in Tribu Dan, de quo Joſ. 19: 42. Idem mutatis vocalibus *Saalbim* ſcribitur, Jud. 1: 35. ubi pro Hebręis בהר חרם באילון ובשעלבים, *in monte Cheres, in Ajalon, & in Saalbim*, LXX habent ἐν τῷ ὄρει τῷ ὀστρακώδει, ἐν ᾧ οἱ ἄρκοι, καὶ ἐν ᾧ αἱ ἀλώπεκες ἐν τῷ μυρσινῶνι καὶ ἐν Θαλαβίν, *in monte teſtaceo in quo urſi, & in quo vulpes, in myrteto, & in Thelabin.* Quæ verba conflata ſunt ex duplici verſione: quarum una בהר חרם reddidit *in monte teſtaceo*, quia חרש teſtam ſignificat, altera *in myrteto*, quia alius Interpres הדס, id eſt, myrtum legit pro חרם. Et באילן lectum באילון *in arietibus* aut *in agnis*, & redditum, ἐν ᾧ οἱ ἄρνοι, quod mutatum in ἄρκοι propter vocis inſolentiam. Denique בשעלבים uterque Interpres legit בתעלבים, hinc unus ἐν Θαλαβίν alter ἐν ᾧ αἱ ἀλώπεκες, ex Arabica lingua quâ vulpes dicitur תעלב *thalab*. Hęc obiter de loco Gręcę Verſionis, in quo Doctis hæret calculus.

Poſt Selambinam in Ptolemęo eſt Ἄβδαρα *Abdara*, hodiè cum articulo Arabico *Aladra* pro *Alabdra*, Stephano Ἄβδηρα *Abdera*, & Straboni Αὔδηρα, Φοινίκων κτίσμα καὶ αὐτή, *Audera, etiam ipſa Phœnicum opus.* Proximè accedit *Auzara*, nomen Arabicæ urbis ad Euphratem infra Thapſacum; notum enim Z & D in illis linguis ſolere permutari. *Auzar* אוזאר Arabicè propugnacula & munimenta ſignificat, & אזר *anzara* verbum munire, propugnare.

Inde Χαριδήμου ἀκρωτήριον *Charidemi promontorium*, hodiè *Cabo de Gates*, corruptè pro *de Agates*, ab Achate lapide qui in hoc promontorio effoditur, ut Florianus author eſt in Chronico Hiſpaniæ. Ita *Charidemi* nomen deflexum eſſe putaverim ex Punico כר־אדם *Char-odem*, quod *caput ſardii* ſonat. כר *car* vel *char* Pœnis eſſe caput alibi probavimus. Et אדם *odem* rubri lapidis fuiſſe genus in Aaronis rationali ex ipſo nomine conſtat. Veteres *ſardium* explicant, ad cujus naturam una ſpecies Achatis ita accedit, ut inde vocetur *ſardachates.* Pl.l 37 c.10. Vide Plinium & Orpheum περὶ λίθων, ubi inter genera Achatum quædam referunt

Σάρδιά θ' αἱματόεντα καὶ αἰγλήεντα μάραγδον.
Sardia ſanguinea & viridi fulgore ſmaragdum.

Eſt & alius Achates ibidem μιλτοπάρηος miniacei coloris, qui potuit à Pœnis אדם *odem* dici.

Supereſt Βαρεία *Baria* maritima urbs in extrema Bætica, ad Tarraconenſis fines, ut ex Plinio & Ptolemæo conſtat; unde & בריא *Baria* dicta, id eſt, terminus & finis. Sic. Prov. 30: 5. Hebręum אפסי ארץ *fines terræ* Chaldęus reddidit בריתא דארעא. *Baria* hodiè *Veria* & *Vera* dicitur.

Notandum eſt totum hoc littus quod modò deſcripſimus tenuiſſe Baſtitanos ſive Baſtulos. Strabo lib. 3. pag. 139. Ἐνταῦθα δέ ἐστιν ὄρος ἐπὶ τῶν Ἰβήρων τῶν καλουμένων Βαστητανῶν, οὓς καὶ Βαστούλους καλοῦσιν, ἡ Κάλπη, *ibi mons eſt eorum Hiſpanorum qui Baſtitani vocantur & Baſtuli, Calpe nomine.* Et pag. 141. Βαστητανῶν οἱ μεταξὺ τῆς Κάλπης καὶ τῶν Γαδείρων στενὴν νεμόμενοι παραλίαν, *Baſtitanorum qui inter Calpen & Gades anguſtum accolunt littus.* Et pag. 159. Φασὶ δὲ ἀπὸ μὲν Κάλπης τῆς κατὰ στήλας ἕως ἐπὶ Καρχηδόνα νέαν, δισχιλίους καὶ διακοσίους σταδίους. οἰκεῖσθαι δὲ τὴν ᾐόνα ταύτην ὑπὸ Βαστητανῶν, οὓς καὶ Βαστούλους καλοῦσιν. *A Calpe, qui mons eſt ad columnas ad Carthaginem Novam, numerari ajunt ſtadia bis mille ducenta: habitari autem hoc littus à Baſtitanis qui & Baſtuli dicuntur.* Ptolemęus: Βαστούλων τῶν καλουμένων Ποινῶν Μενραλία, Τρανσδοῦκτα, Βαρβήσολα, Καρτηΐα, Κάλπη, *Baſtulorum qui Pœni dicuntur Menralia* (al. Mellaria) *Transducta, Barbeſula, Carteia, Calpe.* Item: Κατέχουσι δὲ τὴν μὲν ἀπὸ Μενραλίας μέχρι Βαρείας πόλεως παραλίαν οἱ εἰρημένοι Βαστοῦλοι, *littus à Menralia uſque ad Bariam urbem obtinent Baſtuli qui dicti ſunt.* Ex *Baſtitanis* aut *Baſtis* facti *Baſtuli* & corruptiùs *Blaſturi* apud Marcianum lib. 2. Peripli ubi meminit circa Carteiam Βλαστυρῶν τῶν καλουμένων Ποινῶν, *Blaſturorum qui Pœni vocantur.* Nempe reſpectu originis: nam ad eos maximè pertinent hæc Plinii, ut docet ſermonis ſeries: *Oram eam univerſam originis Pœnorum exiſtimavit M. Agrippa.* Et Avieni ſimilis locus:

- - - porro in iſto littore
Stetêre crebra civitates anteà,
Phœnixque multus habuit hos pridem locos.

Neque obſcura eſt ratio nominis. Littus Arabicè שאטי *ſati* dicitur, & שט *ſat*, plur. שטוט *ſetut* & שטאן *ſattan.* Hinc *Baſtitania* regio, & *Baſti* vel *Baſtitani* populi qui בשט *beſat*, aut בשאטי *beſati*, aut בששוט *biſtut*, aut בשטאן *beſattan* in littoribus. Potuit & pręfixo L eadem regio לשט *leſat* aut לשאטי *leſati* dici, id eſt, ad littus; & ex utroque mixtis, fieri Blaſtorum aut Blaſtophœnicum nomen in Appiano. Ἐπολιόρκει, inquit, Ῥωμαίων ὑπηκόους τοὺς λεγομένους Βλαστοφοίνικας, οἷς φασὶν Ἀννίβαν τὸν Καρχηδόνιον ἐποικίσαι τινὰς ἐκ Λιβύης, καὶ παρὰ τοῦτο κληθῆναι Βλαστοφοίνικας. *Romanorum ſubditos Blaſtophœnicas appellatos obſedit, ad quos Annibalem Carthaginenſem quoſdam ex Africa colonos traduxiſſe ferunt, atque inde vocatos eſſe Blaſtophœnices.* Atque eòdem pertinet quod in Marciano Blaſturi leguntur pro Baſtulis.

CAPUT XXXV.

Phœnices in reliqua Hiſpania & Balearibus & Pityuſis inſulis.

Carthago quæ & Cænepolis Punica urbs in Hiſpania. Ejus laudes. Cur dicta Cænepolis. Carthada Punicè nova urbs. Eadem Spartaria à ſparto de quo multa. Cur ſpartum Salaminium dicatur in Oppiano. Interpretes notati. Teucer Salaminius Carthaginem condidiſſe creditur. Fabulæ origo. Græcæ fabulæ de populorum & urbium in Hiſpania origine. Carthaginis vetus conditor. Appiani nœniæ de Sagunto & Carthagine. Deſcriptio Carthaginis ex Polybio, Livio & Silio. Dii Punici ubi culti. Mercurius Teutates. Aletes unde dictus. Argenti fodinæ. Spolia ex Carthagine quàm multa. Setabis unde dicta. Telæ & ſudaria Setaba. Saguntum. Maſſilienſium urbes in Hiſpania. Pœni circa Iberum. Cæſarauguſta olim Salduba. Carthago vetus. Dertoſa. Tarraco תרכון, id eſt, regia. Arx Tarracone. Tarraconis laudes, conditor, vina; ara & templum Auguſto ſacrum. Auguſti jocus. Barcino. Iberia quæ pars Hiſpaniæ. Iberi unde dicti. Sol in Ibero mergitur. Fabulæ de Pyrene ab Hercule vitiatâ & de Pyrenæi ſaltus incendio. Auri puriſſimi fodinæ in Tarbellis. Pyrenes cacumen ſylvis opacum, inde Punicè *Purani* dictum. Minius fluvius an à minio pigmento. Minium Punicè *menin* vel *ſammanin*, unde Græcè ἄμμιον. S initiale ſæpe excidit. Durius à Dorienſibus non Græcis, ſed Phœnicibus. Tagus à דג *dag* ſeu piſce dictus, quia piſcoſiſſimus. Anas an

an צאן *Aas*, id eſt, oves? Oves in Bætica rutili velleris, ſed prope Bætim. Aoas vel חמוס *Hamos* quid ſit Arabicè. Diabolus cur *Haaas* dictus. Bæturia metallifera, ſed ſterilis unde nomen. Luſitania non dicitur à *Luſo* Bacchi comite, ſed à Phœnicio לוז *luz*. Amygdalus cur שקד *ſoked* Hebræis. Probatur id ipſum eſſe *luz*. Κάρυον pro amygdalo. Loca Phœnices dicta ab amygdalis. Ita etiam Luſitania & quorſum. Cur Luſus fingatur eſſe Bacchi comes. Vino cum amygdalis optimè convenire. Spania pro Hiſpania. Spaniam non dici à Pane, ſed à cuniculis, multis probatur. Cuniculi quantâ copiâ in Hiſpania & quàm noxii. Cuniculus vox Hiſpanorum, λεβηρὶς Maſſilienſium; unde *laurix*. Gymneſiæ vel Baleares ſeptem eſſe cur creditæ. Baleares nec Rhodiæ nec Bœoticæ originis. Balearium mores barbari. Quam fuerint periti funditores. Edocti nempe à Phœnicibus. Hæc ars in Phœnice pridem in uſu. Κάλων pro habena fundæ vox Phœnicia. Funda δίκωλος & μονόκωλος. Suidas emendatus. Baleares nec à Baleo, nec ἀπὸ τοῦ βάλλειν dicti, ſed à Punico בעל ירה. Quorſum iidem Gymnetes, & γυμνῆται. Bochri, Jamno, Saniſera, Mago, Balearium oppida. Portus χειροποίητοι. Animalia. Cur Limneſiæ pro Gymneſiis. Pityuſæ. Ebuſus Arabicè *Jabeſa*, id eſt, arida, fœcunda tamen inſula vitibus, oleis, & ficubus præſtantiſſimis quæ exſiccatæ inde exportabantur. Inde dicta Ebuſos, id eſt, inſula יבושת *Jebuſeth* ſiccarum ſup. ficuum. Similes locutiones. Ruſpinæ ficus & nomen. Ebuſus cur Ereſus & Pityuſa. Reſinæ pineæ ex Ebuſo. ארז *erez* pro pinu. Ebuſi & Ophiuſæ ſeu Colubrariæ ſitus. Una fugat ſerpentes, altera parit. Ebuſi montes è continente videri. Geographi Arabis locus perperam acceptus.

Quæ ſequitur *Tarraconenſis* licet Bæticâ longè amplior, multò pauciora habuit Phœnicum monimenta. Tamen in vicinia Bæticæ ſtatim ſe offert Carthago ſeu Καινὴ πόλις *Canepolis* (nova urbs) in cujus laudes Veteres maximè profuſi ſunt. Polybius lib. 3. de Hannibale: Παραχειμάζων εἰς Καινὴν πόλιν, ἥ τις ὡσανεὶ πρόσχημα καὶ βασίλειον ἦν ἐν τοῖς Καρχηδονίων κατὰ τὴν Ἰβηρίαν τόποις. *Ad hyberna Canepolim ſe recipiens, quæ erat quaſi gentis caput & regia in ea Hiſpaniæ parte quæ Carthaginenſibus parebat.* Et lib. 10. Λιμένας ἔχει στόλῳ καὶ ναυτικαῖς δυνάμεσι, μόνη σχεδὸν τῶν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἅμα δὲ καὶ διότι πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς Λιβύης πλοῦν, καὶ πελάγιον διάρμα λίαν εὐφυῶς κεῖται τοῖς Καρχηδονίοις. *Urbium Hiſpaniæ una ferè eſt quæ portus claſſi & copiis nauticis commodos habet; adhæc Carthaginenſibus eſt admodum opportuna ſive navigare ex Africa ſive mare trajicere volentibus.* Scipio in oratione ad milites apud Livium lib. 26. *In una urbe univerſam ceperitis Hiſpaniam. Hic ſunt obſides omnium nobilium, Regum populorumque, &c. Hic pecunia omnis hoſtium, &c. Hic tormenta, arma, armamenta, & omnis apparatus belli eſt, &c. Potiemur præterea cum pulcherrima opulentiſſimaque urbe, tum opportuniſſima portu egregio, unde terra marique quæ belli uſus poſcunt ſuppeditentur, &c. Hæc illis arx, hoc horreum, ærarium, armamentarium, hoc omnium rerum receptaculum eſt: hûc rectus ex Africa curſus eſt: hæc una inter Pyrenæum & Gades ſtatio: hinc omnis Hiſpaniæ imminet Africa.* Strabo lib. 3. Κρατίστη πολὺ τῶν ταύτῃ πόλεων. Καὶ γὰρ ἐρυμνοτάτῃ, καὶ τείχει κατεσκευασμένῃ καλῶς, καὶ λιμέσι καὶ λίμνῃ κεκόσμηται καὶ τοῖς τῶν ἀργυρείων μετάλλοις. Κἀνταῦθα δὲ καὶ ἐν τοῖς πλησίον τόποις πολλὴ ἡ ταριχεία. *Longè præſtantiſſima eſt omnium ejus regionis urbium. Quippe & munitiſſima eſt, & muro præclarè extructo, portubuſque & lacu ornata eſt, & argenti fodinis, & cùm ibi tum in vicinis locis multum eſt ſalſamentorum.* Et Silius lib. 15.

— terris memorabile Iberis
Hæc caput eſt, non ulla opibus certaverit auri,
Non portu celſove ſitu, non dotibus arvi
Uberis, aut agili fabricanda ad tela vigore.

Ut Africana Carthago, ita hæc etiam dicta eſt, Καινὴ πόλις, *Nova urbs.* Polybius lib. 2. Τήν τε παρὰ μέν τισι Καρχηδόνα, παρὰ δέ τισι Καινὴν πόλιν προσαγορευομένην, *quamque alii Carthaginem alii Novam urbem nuncupant.* Stephanus: Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Καρχηδὼν πόλις Ἰβηρίας: Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ αὐτὴ Καινὴ πόλις, *eſt & alia Carthago Hiſpaniæ urbs, quæ & ipſa Nova urbs appellata eſt.* Neque id novo nomine, ſed ὑπεξηγητικῶς. Nam, ut ex Solino alibi docuimus, Carthaginis Punicum nomen erat *Carthada* ſeu קרת־הדתא *Karth-hadtha*, id eſt, nova urbs. Unde Καρχαδὼν Siculis, quibus ὄρνιθες erant ὄρνιχες, & *Carthago* Hiſpanis, quibus *dama* eſt *gama*, *delphin golphin*, *teſtudo tortuga.* Σπαρταγένη Appianus & *Spartariam* Antoninus appellant ἐπιθετικῶς propter τὸ καλούμενον Σπαρτάριον πεδίον, *campum Spartarium nomine* urbi proximum è quo ſpartum legebatur. Fuit id junci ſpecies in arido ſolo naſcens, cujus uſus olim multiplex. Plinius lib. 21. cap. 2. *Sparti quidem uſus multa poſt* (Homerum) *ſæcula cœptus eſt, nec ante Pœnorum arma, quæ primum Hiſpaniæ intulerunt. Herba & hæc ſponte naſcens, & quæ non queat ſeri, juncuſque proprie aridi ſoli.* Inde Spartarium Strabo Σχοινοῦντα, id eſt, juncarium interpretatur. Iſidorus fruticem eſſe dicit virgoſum ſine foliis, carici ſimilem è quo funes conficiuntur. Candidum fuiſſe docet Græcum nomen λευκαία in Gloſſis, vel λευκέα in Artemidoro & Heſychio, ut obſervavit Vir maximus ad Spartianum. De uſu ſic Plinius: *Hinc ſtrata ruſtica eorum, hinc ignes faceſque, hinc calceamina & paſtorum veſtis: animalibus noxium præterquam cacuminum teneritate.* Item: *Complectatur animo qui volet miraculum æſtimare, quanto ſit in uſu omnibus terris navium armamentis, machinis ædificationum, aliiſque deſideriis vitæ.* De loco idem hæc habet: *In Africa exiguum & inutile gignitur. Carthaginienſis Hiſpaniæ citerioris portio, nec hæc tota, quatenus parit, montes quoque ſparto operit.* Et rurſus: *Ad hos omnes uſus quæ ſufficiunt, minus* XXX M *paſſ. in latitudinem a littore Carthaginis novæ, minuſque in longitudinem* C *reperientur*, ut ex Apulejo probat Vir magnus quem diximus. Strabo inter Setabim & Caſtulonem Spartarium campum deſcribit, & in eo montem Oroſpedam.

Naſſam piſcatoriam alibi σπάρτοισιν Ἰβήρων, *Spartis Iberis*, alibi σπάρτῳ Σαλαμινίδι, *ſparto Salaminia* plecti dicit Oppianus: atque ibi hærent interpretes, niſi quod Brodæus & eum ſequutus Ritterſhuſius, viri in his literis primarii, legendum conjiciunt Σαλμυκίδι ab Hiſpaniæ urbe Salmyca prope Columnas. Quod ideò haud quaquam probo quia à Columnis longè abeſt Spartarius campus ſupra fontes fluminis Bætis: & Salmyca urbs obſcura eſt, nec aliunde nota quàm ex uno Stephani loco: à Salmyca denique Salmycenum dici notat Stephanus non Salmycidem. Sed nec opus mutare quicquam, cùm Carthaginenſe ſpartum rectè dicatur Salaminium, à Teucro Salaminio, qui Carthaginis conditor eſſe narratur. Silius lib. 3. *Halieut. lib. 3. verſ. 341. Cyneget. lib. 4. verſ. 110.*

Dat Carthago viros Teucro fundata vetuſto.

Et lib. 15.

Urbi colitur Teucro quondam fundata vetuſto,
Nomen Carthago, Tyrius tenet incola muros.

Proinde Trogus lib. 44. Teucrum ſcribit, *cum ab Euryſace Ajacis filio patria Salaminis acceſſu prohiberetur, Hiſpaniæ littoribus appulſum, loca ubi nunc eſt Carthago nova occupaſſe.* Si divinare liceat, fuit hæc fabellæ origo. Carthago Spartaria magnum erat emporium, quod cùm alii teſtantur, tum Strabo diſertiſſimè: Καὶ ἔστι τοῦτο μέγιστον ἐμπορεῖον τῶν μὲν ἐκ θαλάττης τοῖς ἐν τῇ μεσογαίᾳ, τῶν δ᾽ ἐκεῖθεν τοῖς ἔξω πᾶσι: *& magnum hoc eſt emporium, ubi & mediterranei maritimas & maritimi mediterraneas comparant merces.* Inde appellatam à Pœnis ſuſpicamur Carthaginem תגרא *Tagra*, id eſt, commercii, ut à mediterranea Carthagine diſtingueretur de qua deinceps. Quod Græci ſic acceperint, quaſi à Teucro conditore ſortita eſſet id nominis. Nam hujuſmodi fundamentis nituntur pleræque Græcorum fabulæ de

bulæ de populorum origine. Tale eſt quod ab Aſtyre Memnonis armigero dicti finguntur Aſtures, & his vicini Gravii vel Gruii à Graiis, & Tude vel Tyde oppidum ibidem à Diomede Tydei filio, Ulyſſea item & Ulyſſipon ab Ulyſſe, & à Lyſo vel Luſo Bacchi Lyſii ſocio Luſitania, & à Nebride Nebriſſa, & à Meneſtheo Men-Aſta ſeu portus Aſtæ, & à Caſtalio Phocenſi Caſtulo, & ab Arcade Pane Spania quæ & Hiſpania.

Interim nihil eſt certius quàm Hiſpanicę Carthaginis originem Pœnis deberi non Gręcis. Itaque πόλιν Φοινισσαν, *Punicam urbem* appellat Polyęnus lib. 8. Stratagematum. Et Solinus expreſsè: *Carthaginem apud Iberos, quæ mox colonia facta eſt, Pœni condiderunt.* Et Strabo: Ἡ Καρχηδὼν ἡ νέα, κτίσμα Ἀσδρούβα, τοῦ διαδεξαμένου Βάρκαν τὸν Ἀννίβα πατέρα, *Carthago nova ab Aſdrubale condita eſt, eo qui Barca Hannibalis patri ſucceſſit.* Itaque de eodem Aſdrubale Polybius illorum temporum ſcriptor accuratiſſimus, quique loca ipſe luſtravit. Τήν τε παρὰ μέν τισι Καρχηδόνα, παρὰ δέ τισι Καινὴν πόλιν προσαγορευομένην κατασκευάσας, οὐ μικρὰ μεγάλα δὲ συνεβάλλετο Καρχηδονίοις εἰς πραγμάτων λόγον. *Cumque urbem condidiſſet, quam alii Carthaginem alii Novam urbem nuncupant, Carthaginenſibus ad res gerendas non leve momentum attulit.* Fateor ab Appiano rem referri multò aliter. Neque enim is Carthaginem ab Aſdrubale, ſed ab Annibale demum conditam fuiſſe ſtatuit poſt Saguntum exciſam. Quin Carthago, ſi credimus, eadem cum Sagunto fuit. Verba ſic habent, ubi de Sagunto ab Annibale exciſa: Τὴν δὲ πόλιν ὁρῶν ἐπὶ θαλάσσῃ τε, καὶ Καρχηδόνος οὐ μακρὰν, καὶ χώρας ἄρχουσαν ἀγαθῆς, ᾤκισεν αὖθις, καὶ Καρχηδονίων ἄποικον ἀπέφηνεν. Ἣν νῦν οἶμαι Καρχηδόνα καλεῖσθαι τὴν Σπαρταγενῆ. *Saguntum urbem* Annibal *cùm videret & mari vicinam eſſe, & in loco fertili ſitam, nec procul ab* Africana *Carthagine, novis repletam colonis Carthaginis coloniam eſſe voluit; quam nunc arbitror Carthaginem vocari Spartariam.* Proinde idem alibi Ἐν τῇ πρότερον μὲν Ζακάνθῃ, τότε δὲ ἤδη Καρχηδόνι, *in urbe quæ prius Saguntum, tunc Carthago erat.* Sed nihil dici potuit magis ἀγεωγράφητον, nihil magis ἀνιστόρητον. Neque enim maritima urbs, ſed mediterranea fuit Saguntum, à Carthagine non parum diſſita, quatuor in Ptolemæo fluminibus intermediis. Neque ab Annibale, ſed à Romanis octavo poſt excidium anno inſtaurata eſt & cultoribus antiquis reſtituta, dum circa Tarentum & Brutios bellum gerebat Annibal. *Livius l. 24. & 25.*

Carthaginis deſcriptionem accuratiſſimam habet Polybius lib. 10. quam ſic in pauca contrahit Livius lib. 26: *Sinus eſt maris media fermè Hiſpaniæ orâ, maximè Africo vento oppoſitus, & D paſſus introrſus retractus, paulalo plus paſſuum in latitudinem patens. Hujus in oſtio ſinus parva inſula objecta ab alto, portum ab omnibus ventis præterquam ab Africo tutum facit. Ab intimo ſinu peninſula excurrit, tumulus is ipſe in quo condita urbs eſt, ab ortu Solis & à meridie cincta mari. Ab occaſu ſtagnum claudit, paulum etiam ad Septentrionem fuſum, incertæ altitudinis, utcunque exæſtuat aut deficit mare, continenti urbem jugum ducentos ferè & quinquaginta paſſus patens conjungit.* Hæc Polybianis ſimillima, niſi quod ſinus qui pro portu eſt in Polybio multò eſt amplior. Patet enim in longitudinem ὡς εἴκοσι σταδίων, *viginti ferè ſtadia*, & in latitudinem ab ipſo oſtio ὡς δέκα *ſtadia circiter decem.* Viginti porro ſtadia ſunt bis mille quingenti paſſus. Qui idem fuit murorum ambitus, non ut alii volunt quinque millium. Quod ſe non ex auditu pronunciare dicit Polybius, ſed poſtquam loca ipſa luſtravit & attentè conſideravit. Οὐ γὰρ, inquit, ἐξ ἀκοῆς ἡμεῖς, ἀλλ' αὐτόπται γεγονότες, μετ' ἐπιστάσεως ἀποφαινόμεθα. Utrumque ſequutus Silius pleraque hęc carmine ita expreſſit lib. 15.

Carthago impenſo naturæ adjuta favore
Excelſos tollit pelago circumflua muros.
Arctatas ponti fauces modica inſula claudit,
Qua Titan ortu terras aſpergit Eoo.
At quà proſpectat Phœbi juga ſera cadentis,
Pigram in planitiem ſtagnantes egerit undas:
Quas auget veniens reſluuſque reciprocat æſtus,
Sed gelidas à fronte ſedet ſublimis ad Arctos
Urbs impoſita jugo, pronumque excurrit in æquor,
Et tuta æterno defendit mœnia fluctu.

Fallor an ob id ipſum Carthago dicta eſt, quia ſitu ſimillima Libycæ Carthagini, quæ & ipſa in ſinu ſtagnum habuit vicinum, & mare circumfluum, & inſulam ſinui objectam.

In vicinis collibus ab Ortu mari vicina fuit ædes Æſculapii: ab Occaſu Regia Aſdrubalis magnificum opus, qui ad monarchicum imperium viam affectabat. Septentrionale latus, trium colliculorum objectu claudebatur, quorum qui vergit ad Orientem Vulcani, proximus Aletæ, tertius Saturni dictus. Nec procul fuit tumulus quem Mercurium Teutatem appellabant, è quo, ut Livius author eſt, Scipio Carthaginem oppugnans, advertit multis partibus nudata defenſoribus mœnia eſſe. Horum numinum quædam fuêre Punica, ut *Saturnus* & *Æſculapius* etiam in Africana Carthagine plurimum culti. Saturnus אל *el*, id eſt, Deus appellabatur κατ' ἐξοχὴν, & Æſculapius השמוני *Eſmuni* quia Cabirorum octavus, ut ex Philone & Damaſcio conſtat. Et Vulcanus iiſdem *Chryſaor*, imò חורש־אור *Choreſur*, id eſt, πυρετεχνίτης. At *Mercurii Teutatis* cultum tam Hiſpani quàm Galli videntur ab Ægyptiis accepiſſe, quibus *Thoth* vel *Theuth* erat Mercurius. Philo Byblius Τάαυτον ſcribit. Qui ſolus ſupereſt Ἀλήτης *Aletes* topicus fuit Deus propter inventa argenti metalla Diis immortalibus pares honores conſequutus. Polybius; δοκεῖ δὲ οὗτος εὐεργέτης γενόμενος τῶν ἀργυρείων μετάλλων, ἰσοθέων τετευχέναι τιμῶν. *Aletes* igitur Pœnis חלד *Haled*, id eſt, καταδύτης dictus, quia in καταδύσεσιν ſeu ſpecubus ſubterraneis reconditas argenti venas rimabatur & ſcrutabatur. Quod propriè חלד *halud* Syris, ut multis probat Fullerus in Miſcellaneis lib. 3. cap. 14. Proinde חלד *heled* paſſim ab Aquila redditur κατάδυσις: & חולד *holed* Hebraicè eſt ἰκτὶς, muſtelæ genus maxime καταδυτικὸν & φωλευτικόν. *Aq. Pſ. 17: 14. & 39 6. & 49 12.* Et verba Pauli 2 Tim. 3: 6. οἱ ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας Syrus Interpres reddidit דמחלדין בית בתא. Metalla argenti prope Carthaginem Polybius apud Strabonem μέγιστα μὲν εἶναι φησι, διέχειν δὲ τῆς πόλεως ὅσον εἴκοσι (al. ὀκτὼ) σταδίους, περιειληφότα κύκλον τετρακοσίων σταδίων, ὅπου τέτταρας μυριάδας ἀνθρώπων μένειν τῶν ἐργαζομένων, ἀναφέροντας τότε τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων καθ' ἑκάστην ἡμέραν δισμυρίας καὶ πεντακισχιλίας δραχμάς: *Maxima quidem eſſe dicit, ab urbe ad viginti* (al. ad octo) *ſtadia diſſita, circulo* CCCC *ſtadiorum contenta, ibi quadraginta hominum millia in labore verſari, qui populo Romano tum temporis in dies reddiderint viginti quinque drachmarum millia.* Videntur hæ fodinæ pertinuiſſe ad montem Oroſpedam, vel Argentarium ſi mavis, cujus portionem Carthagini imminere ex Ptolemæo ſcimus.

Urbe à Scipione capta reperta ſunt poſt multas cædes liberorum capitum virilis ſexus decem millia, opificum duo millia. Captæ item catapultę maximæ fermè CXX, minores CCLXXXI, baliſtę majores XXXIII, minores LII. Scorpionum & armorum ingens numerus, ſigna militaria LXXIV, pateræ aureæ CCLXXVI librales fermè omnes pondo; argenti facti ſignatique decem & octo mil-

lia & CCC pondo, vaſorum argenteorum magnus numerus, tritici XL millia modiorum, hordei CCLXX: naves onerariæ CXIII in portu expugnatę captęque. Hęc enumerare viſum eſt, ut è magnitudine ſpoliorum ęſtimetur urbis opulentia.

Inter Carthaginem & Saguntum fuit *Setabis* in celſo ſitu. Silius lib. 16.

—— excelſo nutritum colle crearat
Setabis.

In Strabone ſcribitur Σαίταβις, in Ptolemęo Σαιτάβις, cum amne cognomine, & vicina Sętabicula. Nomen factum eſſe ſuſpicor ex שתי בוץ *ſets buts*, id eſt, ſtamine vel telâ byſſi quę ibi texebatur. Silius lib. 3.

Setabis & telas Arabum ſprevitſſe ſuperbas,
Et Peluſiaco filum componere Nilo.

Catullus in Aſinium:

Nam ſudaria Setaba ex Iberis
Miſerunt mihi muneri Fabullus
Et Verannius.

Setabis hodiè *Xativa* & שאטבה *Xatiba* in Nubienſi qui tam venuſtam & munitam eſſe aſſerit ut res ceſſerit in proverbium. Addit idem אלכאיד chartam concinnari, cui ſimilis non reperiatur uſpiam.

Poſt Setabim eſt Saguntum, Polybio & Appiano Ζάκανθα, paſſus mille fermè à mari, in προπόδι τῆς ὀρεινῆς, Zacynthiorum opus ut volunt. Inde uſque ad Pyrenęum à Maſſilienſibus conditę aliquot urbes, puta Ἀρτεμίσιον ſeu *Dianium*, in qua Diana Epheſia maximè colebatur, & *Emporia* & *Rhode* linificio celebres. In medio ſpatio eſt Iberus amnis ingens circa quem habitaſſe Pœnos non leves ſunt conjecturæ. Prima eſt quod Hedetanorum vel Sedetanorum urbs ad Iberum *Cæſaraugusta*, olim ut Plinius author eſt appellabatur *Salduba*, id eſt, שלטבעל, ut jam antè docuimus. Secundò infra Cæſarauguſtam à Ptolemæo deſcribitur Ilercaonum urbs Καρχηδὼν παλαιά, *Carthago vetus*, ad quam hæc Plinii pertinent poſt Iberi deſcriptionem: *Colonia Tarraco Scipionum opus, ſicut Carthago Pœnorum.* Tertiò *Dertoſa*, Straboni Δέρτωσσα, hodiè *Tortoſa* dicta videtur à vicinis petris, quia טרטישא *tartiſa* Syris eſt petra. Quartò *Tarraco* Straboni Ταῤῥάκων *Taracon* maritima urbs inter Iberum & Rubricatum, à qua Hiſpania Tarraconenſis, Syrum habet nomen טרכן *Tarcon*, quaſi regiam aut palatium dixeris. Hinc Thargum ſec. Eſther. 1: 3. טרכונא דמלכא (*tarcona demalca*) *palatium Regis*; & R. Selomo, 2. Reg. 15: 25. כל טרכונין בלשון ארמי פלטין החשובין למלכות *omnes tarconin linguâ Syrâ ſunt ædes regiæ.* Tarraconi igitur nomen ab arce regia, de qua Martialis lib. 10. Epigr. 104.

Hiſpanæ pete Tarraconis arces.

Et Auſonius in Emerita:

Corduba non, non arce potens tibi Tarraco certant.

Et Prudentius in hymno Fructuoſi Epiſcopi, & diaconorum Augurii ac Eulogii qui martyrium paſſi ſunt Tarracone:

Fœlix Tarraco, Fructuoſe, veſtris
Attollit caput ignibus coruſcum,
Levitis geminis procul relucens.
Hiſpanos Deus aſpicit benignus,
Arcem quandoquidem potens Iberam
Trino martyre Trinitas coronat.

Geographus Arabs Cl. 4. part. 1. להא סור רחאם *ipſi ſunt muri rocham*, id eſt, marmorei. Benjamin in Itinerario היא היתה מבנין ענקים ויונים ולא נמצא כבנין ההוא בכל ארצות ספרד *Tarraco eſt ex Anacaorum & Græcorum ædificiis, nec ulla urbs ſimilis ſtructura reperitur in omnibus Hiſpaniæ terris.* Mela Tarraconem aſſerit eſſe *in his oris maritimarum opulentiſſimam.* Eadem à Strabone deſcribitur ἀλίμενος μὲν, ἐν κόλπῳ δὲ ἱδρυμένη καὶ κατεσκευασμένη τοῖς ἄλλοις ἱκανῶς, καὶ οὐχ ἧττον εὐανδροῦσα νυνὶ τῆς Καρχηδόνος, *portu quidem carens, ſed in ſinu condita, & rebus aliis ſatis inſtructa, neque nunc paucioribus quàm Carthago viris frequens.* Tarraconem Scipiones condidiſſe ſcribit Solinus: Plinius itidem, *Tarraco Scipionum opus*, quia non parum auxerunt. Alioqui enim de Tarracone jam ſcripſerat Eratoſthenes, antequam Scipiones pedem in Hiſpania fixiſſent. Ideò populoſam eſſe vult Strabo, quia πρὸς τὰς τῶν ἡγεμόνων ἐπιδημίας εὐφυῶς ἔχει, *ad præfectorum in Hiſpania peregrinationes commodè ſita eſt.* Accedit ſoli ubertas & vini præſtantia. Plinius lib. 14. cap. 6. *Hiſpaniarum Laletana* (vina) *copiâ nobilitantur, elegantiâ verò Tarraconenſia.* Silius lib. 3.

—— dat Tarraco pubem
Vitifera & Latio tantum ceſſura Lyæo.

Et Martialis lib. 13. Epigr. 118. ad hunc ipſum verſum alludens:

Tarraco, Campano tantum ceſſura Lyæo,
Hæc genuit Tuſcis æmula vina cadis.

Auguſto adhuc vivo Tarraconenſes aram erexiſſe docet ipſius jocus apud Quintilianum lib. 6. *Auguſtus nunciantibus Tarraconenſibus palmam in ara ejus enatam; apparet, inquit, quàm ſæpe accendatis.* Ita illos ſalsè deridet, tanquam in cultu Cæſaris non ſatis diligentes. Eoſdem tamen inter primos Auguſto templum poſuiſſe docet his verbis Tacitus Annali primo: *Templum ut in colonia Tarraconenſi ſtrueretur Auguſto petentibus Hiſpanis permiſſum, datumque in omnes provincias exemplum.* Templum hoc vetuſtate collapſum ab Adriano eſt reſtitutum. Spartianus in Adriano: *Tarracone hyemavit ubi ſumptu ſuo ædem Auguſti reſtituit, omnibus Hiſpanis Tarraconem in conventum vocatis.* Idem in Severo teſtatur inter omnia futuri imperii hoc illi fuiſſe, quod *ad Hiſpaniam miſſus ſomniavit primò ſibi dici ut templum Tarraconenſe Auguſti, quod jam labebatur, reſtitueret.* A. Chr. CCLXIII Germanis Hiſpanias obtinentibus Tarracon expugnata eſt. Ita Euſebius lib. 2. Chron. Germanis, id eſt, Francis ut diſcere eſt ex Aur. Victore in Gallieno. Hanc Tarraconis cladem deflet Tarraconenſis ſcriptor non infimæ notæ Paulus Oroſius lib. 7. cap. 22.

Ultra Tarraconem Amilcar Barca pater Annibalis *Barcinonem* condidiſſe dicitur, conjectura facta ex nomine, quod nec probo nec rejicio. Tantum obſervo Barcinonem Punicam dici in his Auſonii Epiſt. 10. Paulino:

—— me Punica lædit
Barcino, me bimaris juga ninguida Pyrenæi.

Iberum quod attinet & *Iberos* & *Iberiam*, ex Polybio didici vetuſtiores Iberiæ nomine non totam Hiſpaniam ſignificaſſe, ſed eam ſolùm Hiſpaniæ partem quæ ad mare internum obverſa eſt, à Pyrenæis montibus uſque ad Calpen & Columnas. Τὸ δὲ λοιπὸν μέρος τῆς Εὐρώπης, inquit, ἀπὸ τῶν προειρημένων ὀρῶν τὸ συνάπτον πρός τε τὰς δύσεις καὶ πρὸς Ἡρακλείους στήλας περιέχεται μὲν ὑπό τε τῆς καθ' ἡμᾶς καὶ τῆς ἔξω θαλάσσης: Καλεῖται δὲ τὸ μὲν παρὰ τὴν καθ' ἡμᾶς παρῆκον, ἕως Ἡρακλείων στηλῶν, Ἰβηρία. Τὸ δὲ παρὰ τὴν ἔξω καὶ μεγάλην προσαγορευομένην κοινὴν μὲν ὀνομασίαν οὐκ ἔχει διὰ τὸ προσφάτως κατωπτεῦσθαι. Polyb. l. 3. *Reliqua pars Europæ quæ a montibus quos diximus* (Pyrenæis) *ad occaſum & columnas Herculeas pertinet, partim a noſtro, partim ab externo mari ambitur. Quæ porrigitur ſecundum mare noſtrum portio, ad columnas uſque Herculis, Iberia nominatur: quæ ſecundum mare externum, quod & magnum indigitant, communem appellationem nondum invenit, quia non diu eſt cum fuit explorata.* Porro cùm in Hiſpaniæ parte quæ Oceano objecta eſt, quinque ſint majora flumina Bætis, Anas, Tagus, Durius & Minius, iſta nullum habet majorem amnem præter Iberum, qui ob id ipſum cum

cum terra & incolis commune nomen eſt adeptus, quomodo in Ægypto Nilus, quem Homerus Ægyptum vocat. Iberi autem à ſitu dicti quem in extremo mari obtinent, quia Syris עברין *ebrin* vel *ibrin* fines ſonant. Unde in Pſalterio Syro toties עבריה דארעא ſunt fines terræ. Itaque in his Claudiani de Stilichone,

Pſ. 2:8. & 22:28. & 59:14. &c.

> - - - *in extremos aciem mittebat Iberos*,

ab imprudente Poëta Iberorum nominis ratio tam eſt expreſſa quàm Plemmyriæ & Hyadum à Virgilio cùm *Plemmyrium undoſum* dixit & *pluvias Hyadas*. Nec eſt quod quis Iberos extremos dici putet eorum reſpectu duntaxat qui ad Oceanum degunt. Quamvis enim hi ſint magis extremi, Veteres tamen certum eſt omnes in genere Hiſpanos pro extremis habuiſſe. Unde eſt quod Solem occumbentem non in Oceano ſolùm, ſed & in Ibero flumine mergi Poëtæ volunt, ac ſi ibi ſit terræ terminus. Ovidius Metam. lib. 7. fab. 4.

Lib. 3. Æn.

> *Ter juga Phœbus equis in Ibero flumine merſis*
> *Demſerat.*

Notandum interim Iberorum nomen ab Avieno planè aliter quàm à Polybio ſumi. Iberi enim Polybii ſunt ad mare internum, ut diximus. At in Avieno Iberi prope Oceanum degunt ad alterius Iberi Occaſum, qui Bæticæ fluviolus eſt medius inter Bętim & Anam (hodie *Rio Tinto* vel *de Azeche* ut volunt.) De eo Ibero ſic Avienus in oris maritimis:

> *Hiberus inde manat amnis & locos*
> *Fœcundat undâ: plurimi ex ipſo ferunt*
> *Dictos Hiberos, non ab illo flumine*
> *Quod inquietos Vaſconas perlabitur.*
> *Nam quicquid amni gentis hujus adjacet*
> *Occiduum ad axem Hiberiam cognominant.*
> *Pars porro Eoa continet Tarteſios*
> *Et Celbicenos.*

Itaque Feſti Iberi verè Iberi, id eſt, extremi ſunt etiam reliquæ Hiſpaniæ reſpectu.

De Pyrenæis duplex fabula jactatur apud Græcos: una de *Pyrenes* nomine dictos, Bebrycis Regis filiæ, quæ ab Hercule illâc iter faciente vitiata, cùm metu patris aufugiſſet in ſylvas, à feris diſcerpta eſſe creditur. Hanc fabulam multis refert Silius lib. 3. Sed merito rejicit Plinius, cujus verba ſunt lib. 3. cap. 1. *Quæ de Hercule ac Pyrene vel Saturno traduntur, fabuloſa imprimis arbitror*. Alii ex Pyrenæo ſaltu incenſo referunt argenti fluxiſſe rivos, unde maximas opes contraxerint Phœnices, cùm illud vili pretio ab incolis comparaſſent. Hujus conflagrationis meminêre Ariſtoteles in Mirabilibus; & Poſidonius apud Strabonem; & Diodorus lib. 5. qui addit τὰ μὲν ὄρη διὰ τὸ συμβεβηκὸς κληθῆναι Πυρηναῖα, *montes propter hunc caſum Pyrenæos eſſe dictos*, tanquam ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἐν πολλαῖς ἡμέραις συνεχῶς ἐπιφλέγοντος, *ab igne qui per multos dies continue exarſerit*. Quod utut ineptè confictum tamen ſuadet jam olim à Phœnicibus hæc loca fuiſſe adita. Ut & de Hercule prior fabula, quæ, ſi quid habet veri, non poteſt aliò referri quàm ad Phœnicium Herculem. Et verò certum eſt non argenti modò, ſed & auri puriſſimi fodinas olim fuiſſe in Tarbellis prope Pyrenem, quarum famâ Phœnices, lucri gens avidiſſima, eò potuêre pellici. Strabo lib. 4. Ἔχουσι δὲ Ταρβέλλοι τὸν κόλπον, παρ' οἷς εἰσι τὰ χρύσεια σπουδαιότατα πάντων, *Tarbelli hunc ſinum tenent, apud quos ſunt auri metalla omnium optima*. Addit in foſſis non altè actis ibi inveniri auri laminas χειροπληθεῖς manum implentes, ramenta item & glebas quæ non multa egeant repurgatione. Unde eſt quod libro tertio, poſtquam Hiſpaniæ metalla pluribus commendavit ut omnium puriſſima, à Gallis aſſeri fatetur τὰ παρ' ἑαυτοῖς εἶναι κρείττω μέταλλα, τά τε ἐν τῷ Κεμμένῳ ὄρει, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῇ κειμένῃ τῇ Πυρήνῃ, *ſua metalla eſſe præſtantiora tam in Cemmeno monte quam ſub ipſam Pyrenem*. Nomen quod attinet *Pyrenes* aut *Pyrenæorum* montium, videtur id poſſe deduci non abſurdè ex Phœnicio פארני *purani* pro ramoſo & opaco. Nempe Hebræis פארה *pura* vel *pora* eſt ramus. Sic Eſ. 10: 33, 34. *Deus decerpet* פארה (*pura*) *ramum, violenter, &c. & ſuccidet perplexa ſylvæ*. Et Ezech. 31: 5. de cedro, *producti ſunt* פארותו *rami ejus*. Porrò ut ex רוחא *rucha* ſpiritus רוחני *ruchani* eſt ſpiritualis, ita ex פארא *pura* ramus פארני *purani* ramoſum ſonat, vel quod idem eſt opacum. Qualem fuiſſe Pyrenæum, ſaltem à parte Hiſpanię, Veteres diſertè docent. Strabo lib. 3. Αὐτῆς δὲ τῆς Πυρήνης τὸ μὲν Ἰβηρικὸν πλευρὸν εὔδενδρόν ἐστι παντοδαπῆς ὕλης καὶ τῆς εὐθαλοῦς; *ipſius Pyrenes Hiſpanicum latus ſylvam habet arborum omnis generis, quæque perpetuo viret*. Diodorus lib. 5. pag. 216. Πολλῶν δὲ ὄντων ἐν αὐτῇ δρυμῶν, καὶ πυκνῶν τοῖς δένδρεσι, *cùm ibi ſaltus multi ſint, atque arboribus frequentes*. Silius lib. 3. verſu 415.

> *Ac Pyrenæi frondoſa cacumina montis.*

Et verſu 430. de Pyrene per Pyrenæos montes oberrante, poſtquam ab Hercule compreſſa eſt:

> *Et promiſſa viri ſylvis narrabat opacis.*

Et verſu 442. de Annibale:

> *Jamque per & colles & denſos abiete lucos*
> *Bebrycia Pœnus fines tranſcenderat aula.*

Inde *Pyrenæi ſaltus* in Æmilio Probo, Oroſio & Æthico, qui hodieque nomen retinent.

Quę ſuperſunt Hiſpanię ad Occaſum & Aquilonem minùs acceſſa fuêre Phœnicibus. Tamen majores amnes, Minius, Durius, Tagus & Anas, Phœniciarum appellationum veſtigia non pauca ſervant. Minium amnem à minio rubricę genere dici vult Trogus: *Regio* (inquit, Gallecia) *cum æris & plumbi uberrima, tum minii, quod etiam vicino flumini nomen dedit*. Ita etiam Iſidorus: *Minius fluvius Galliciæ nomen à colore pigmento ſumpſit, qui in eo plurimus invenitur*. Contrà rubricę nomen ab amne, ſi his Vitruvii credimus lib. 7. cap. 9. *Minium & Indicum nominibus ipſis indicant, quibus in locis procreentur*. Facile eſt hanc litem ex Phœnicia lingua decidere, quâ minium מנין *manin* dicitur, vel voce compoſita סמבנין *ſammanin*, id eſt, pigmentum minii. Extat סמבנין in Chaldęa Paraphraſi, Jer. 22: 14. & Ezech. 23: 14. pro Hebręa voce ששר, quam Græci μίλτον reddunt, Vulgatus *ſinopidem*, Junius *Indicum*, Arias *minium*. A minio igitur à Phœnicibus ibi reperto, vel ſimplici voce מנין *manin* dictus eſt amnis, vel compoſitâ שמנין *Sammanin*, unde rejecto ſibilo Dioſcoridis ἀμμίνιον. Ὑδράργυρος, inquit, σκευάζεται ἀπὸ τοῦ ἀμμινίου λεγομένου, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τούτου κινναβάρεως λεγομένου, *Argentum vivum fit ex ammenio* (minio) *quod perperam dicitur cinnabaris*. Et paulò antè: Κινναβάριν οἴονταί τινες ταυτὸν ὑπάρχειν τῷ καλουμένῳ ἀμμινίῳ (ſic lege non ἀμμίῳ) πλανώμενοι. Τὸ μὲν γὰρ ἄμμιον (imò ἀμμίνιον) σκευάζεται ἐν Ἰσπανίᾳ, ἐκ λίθου τινὸς μεμιγμένου τῇ ἀργυρίτιδι ψάμμῳ. *Hallucinantur qui cum amenio putant eandem eſſe cinnabarim: Amenium enim in Hiſpania fit ex lapide quodam argentaria arena mixto*. Itaque ut idem ſunt *manin* & *ſammanin*, ita *minium* & *amenium*. Et quomodo pigmenti, ita etiam amnis nomen variaſſe credibile eſt. Nec mirabitur S excidere ex initio vocis, qui ſciet eoſdem eſſe populos in Dionyſio *Satricanos* & *Atricanos*, in Strabone *Sordiæos* & *Ardiæos*, in Ptolemæo *Selgovas* & *Elgovas*; ut Stephano *Sition* & *Ition*, Antonino *Segelocum* & *Egelocum*, *Saccaſena* item & *Accaſena*, aliis *Segeſta* & *Egeſta* eadem urbs: & amnis idem Tzetzę *Sargentia* & *Argentia*; & Ovidii *Sagaris* Ptolemęo eſt *Agarus*, & Ptolemęi *Siſar* Plinio *Uſar*: rurſus in Ptolemęo mons idem *Saſargala* &

Uſargala; ex quo ſcaturit amnis Bagradas. Ita Phœnicum *Sammania* mutari potuit in Ἀμμήνιον, unde *minium* per alteram aphæreſim.

Si fides Iſidoro, *Durius à Græcis quaſi Doricus cognominatus.* Nempe fama eſt *Dorienſes antiquiorem ſequutos Herculem, Oceani locos inhabitaſſe confines.* Ita Ammianus lib. 15. ex Timagene quem quæ diu ſunt ignorata collegiſſe aſſerit ex multiplicibus libris. Res tamen eſt commentitia; vel ſi qui Dorienſes antiquiorem Herculem, id eſt, Phœnicium ad Oceanum uſque ſequuti ſunt, hi non ſunt Græci Dorienſes, qui tum temporis nondum erant, ſed è Phœnice Dorienſes, ita dicti ab urbe Dora prope Carmelum, ut deinceps docebo pluribus.

Sequitur *Tagus* Phœnicie dictus amnis דג *Dag*, id eſt, piſcis, vel דגי *Dagi*, id eſt, piſcoſus. Ea laus à Trogo tribuitur in genere Hiſpaniæ amnibus, qui ſunt, ut ait, *lenes, & vitiis campiſque irrigui, æſtuariiſque Oceani affatim piſcoſi.* At alii ſolum Tagum à piſcium ubertate commendant. Strabo: Πολύϊχθυς δ' ὁ ποταμὸς (Τάγος) καὶ ὀστρέων πλήρης, *fluvius (Tagus) piſcium & oſtreorum copiâ abundat.* Martialis lib. 10. Epigr. 78.

Piſcoſi calamo Tagi notata.

Et in elogio Luſitaniæ quod ex Polybio excerpſit Athenæus initio libri octavi, imprimis extolluntur piſces, non tamen fluviatiles, ſed marini: Τὸ δὲ θαλάττιον ὄψον, inquit, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος, καὶ κατὰ τὴν χρηστότητα, καὶ κατὰ τὸ κάλλος, μεγάλην ἔχει διαφορὰν, πρὸς γινόμενον ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ. *Marini piſces copiâ, bonitate & pulchritudine, iis longè præcellunt, quos mare noſtrum ſuppeditat.*

Jam quæ ad Tagum eſt, Luſitaniæ hodiè metropolis, *Oliſippo*, fruſtra ab Ulyſſe deducitur, cùm ſit Phœnicium עלין עבא *alis ubbo*, id eſt, amœnus ſinus. In ſinu ſitam eſſe Mela obſervat: *Sinus*, inquit, *interſunt, & eſt in proximo Salacia, in altero Ulyſſippo & Tagi oſtium.* Et ſinum illum eſſe amœniſſimum ſcribunt Recentiores. Vide Mercatorem & alios.

Anas inter Tagum & Bætim medius Luſitaniam à Bætica dividit. *Ana* ענא Syris eſt ovis. Inde dici potuiſſe videbitur Anas fluvius, propter ovium frequentia paſcua in utroque littore. Maximè cùm Bæticæ oves, quam Anas ab Aquilone & Occaſu alluit, ſint vellere notabiles. Plinius lib. 8. cap. 48. *Hiſpania nigri velleris* (lanas) *præcipuas habet; Polentia juxta; Alpes cani: Aſia rutili quas Erythræas vocant, item Bætica.* Hinc Martialis de Erotio puella lib. 5. Epigr. 38.

Quæ crine vincis Bætici gregis vellus.

Et lib. 14. Epigr. 133. de lacernis Bæticis:

Non eſt lana mihi mendax, nec mutor aheno:
Sic placeant Tyriæ, me mea tinxit ovis.

Cauſa cur nativo colore tam eximio lanæ in Bætica fulgeant partim in gramine, partim in aquis, partim in conſtitutione aëris. Juvenalis Sat. 12.

—— generoſi graminis ipſum
Infecit natura pecus, ſed & egregius fons
Viribus occultis & Bæticus adjuvat aër.

Tamen eſt cur à Bæticis ovibus Anam amnem dici non putem. Oves illæ rutili velleris ad Anam non paſcebantur, ſed circa Bætim & Cordubam. Martialis lib. 8. Epigr. 28. de Partheniana toga:

An Tarteſſiacas ſtabuli nutritor Iberi
Bætis in Heſperia te quoque lavit aqua?

Et lib. 9. Epigr. 62. de platano Cordubenſi:

In Tarteſſiacis domus eſt notiſſima terris
Quâ dives placidum Corduba Bætin amat:
Vellera nativo pallent ubi flava metallo,
Et linit Heſperium bractea viva pecus.

Et lib. 12. Epigr. 63. ad Cordubam:

Albi quæ ſuperas oves Galæſi,
Nullo murice nec cruore mendax,
Sed tinctis gregibus colore vivo.

Sed *Anas*, ut quidem reor, Punicè חנאס *Hanas* dictus eſt. Significatio vocis ex Arabica lingua petenda, quâ חנס *banaſa* verbum eſt ſe ſubducere, ſe proripere & occultare: ita tamen ut denuo te præſentem exhibeas. Arabes de diabolo uſurpant, qui cùm quis orat חנס *banaſa*, id eſt, ita ſe ſubducit ut finita oratione ſtatim regrediatur. Proinde ab iiſdem dæmon ipſe חנאס *hanas* vocatur. Et eòdem pertinet quod חנוס אלנגום *hunnuſi-lnagiumi* ſunt ſyderum occaſus, qui non aliter occidunt quàm in ſpem ortus ſequuturi. Itaque etiam חנאס *Hanas* appellari potuit amnis qui in terram ita ſe condit ut ex ea rurſus emergat. Plinius lib. 3. cap. 1. *Ortus hic Lamitano agro citerioris Hiſpaniæ, & modò ſe in ſtagna fundens, modò in anguſtias reſorbens, aut in totum cuniculis condens, & ſæpius naſci gaudens, in Atlanticum Oceanum effunditur.* Quo in Irenico ſuo nuper ita alluſit elegantiſſimi ingenii Vir Ægidius Menagius:

Et ſua plus ſolito flumina condit Anas.

Quibus condatur locis & renaſcatur notant Geographi recentiores.

Circa Anam fuit *Baturia.* Plinius lib. 3. cap. 1. *Quæ autem regio a Bæti ad fluvium Anam tendit extra prædicta, Bæturia appellatur.* Metallis fœcundam deſcribit Strabo, ſed cætera valde ſterilem: Τὰ μὲν ἐν τοῖς μεταλλείαις ἔχοντα χωρία, ἀνάγκη τραχέα τε εἶναι καὶ παράλυπρα, &c. Τοιαύτη δὲ καὶ ἡ Βαιτουρία ξηρὰ ἔχουσα πεδία τὰ παρήκοντα τῷ Ἄνᾳ. *Loca, in quibus metalla ſint, neceſſe eſt aſpera eſſe & ſterilia. Talis ergo eſt etiam Bæturia, ſiccos habens campos juxta Anam porrectos.* Itaque Bæturiæ nomen feciſſe videtur בצורת *betſoreth*, id eſt, ſiccitas, *tſade* expreſſo per t, ut in *Tyro, Tani & Bæti.*

Nec minus Phœnicium *Luſitania* vocabulum quàm Bæticæ aut Tarraconenſis. *Luſum enim Liberi patris* filium aut comitem, *ac Lyſam cum eo* Plin. l. 3. cap. 3. *bacchantem nomen dediſſe Luſitaniæ*, ut poſt Varronem aſſerit Plinius, meræ nugæ ſunt. Quin לוז *luz* Hebræis & Syris, & לוז *lauz* Arabibus eſt amygdalus vel amygdala. Hebræis quidem pro amygdalo notior eſt vox שקד *ſaked* à præcoci maturitate facta. Quia ut à Plinio rectè obſervatum, Plin. l. 16. cap. 25. *flores prima omnium amygdala menſe Januario. Martio verò pomum maturat.* Unde eſt quod amygdalus ab ipſo Deo proponitur pro maturationis ſymbolo, Jerem. 1: 11, 12. Et eidem Theophraſtus De cauſ. plant. l. 1. cap. 15. tribuit τὸ πρωϊκαρπον. Et quæ ab inſula Thaſo *Thaſia* dicuntur amygdala θάσια dici putavit Etymologus ἀπὸ τοῦ θᾶσσον τὸν καρπὸν προϊέναι, πρώϊμα γὰρ ὑπὲρ τὰ λοιπὰ δένδρα, *eo quod citiùs fructum emittunt, cùm præ cæteris præcocia ſint.* Sed & in Hebræo Textu Moſis, Gen. 30: 37. לוז *luz* omninò eſt amygdalus. Non capio cur corylum reddiderint Recentiores. Cùm in Avicenna ſexcenties occurrat pro amygdalo: in Serapione itidem & Pandectario Arabe, & barbaris gloſſariis, ubi *lauz* & *leuz* ubique redditur amygdalus. Sed & in Paraphraſte Arabe & Chaldæis Jonathane, & Hieroſolymitano Interprete לוז *lauz* vel *luz* reſpondet Hebræo שקד *ſaked.* V. Gen. 43: 10. & Num. 17. 8. Et ille ipſe Talmudis locus, ex quo לוז *luz* corylum eſſe colligit Lexicographorum doctiſſimus, planè contrarium evincit. Neque enim corylo, ſed amygdalo convenit quod *luz* ibi legitur gallinæ reſpondere, quia gallina excludit ova diebus 21. & *luz* diebus totidem poſt florem fructus ſuos maturat. Itaque in loco Geneſeos Hieronymus habet *virgas amygdalinas.* Et in libro Quæſtionum; *Comprobatur*, inquit idem, *Bethel Luzam, id eſt, amygdalon antè vocitatam.* Neque aliter Philo quiſquis eſt in nominibus de Jeſu Nave, *Luza, amygdalon.* Nullis cedet rationibus is cui hæc non perſuadebunt לוז *luz* eſſe amygdalum. Hebræos commentatores fruſtra objeceris,

objeceris, qui de corylo intelligunt. Nam fatentur ipſi à Veterum interpretatione ſe diſcedere. Aben-Ezra in hunc locum: *Gaon docet luz eſſe amygdalam, quia ſic vocatur linguâ Arabicâ: nam hæ duæ linguæ & Syra ſunt ex una familia*: Et Kimchius: *Magiſter noſter fauſtæ memoriæ Saadias interpretatur amygdala, quia ſic vocantur linguâ Iſmaëliticâ. Et Hieroſolymitanus Interpres* שקדים (*ſakedim*) *amygdala* לוזין (*luzin*) *exponit*. Ferè eadem in Pomario & Aquinate reperies. At in Græca Seniorum Verſione, inquiunt, pro virga *luz* ῥάβδον καρυΐνην legas. Fateor: ſed κάρυον non magis avellanam ſonat quàm amygdala: id generale nomen eſt ad πάντα τὰ ἀκρόδρυα, id eſt, ad fructus omnes duri & lignoſi corticis. Quin κάρυα vel κάρυον ſæpe ſumitur pro amygdalo. In Athenæo ſaltem ita Heracleon Epheſius: Κάρυα ἐκάλουν καὶ τὰς ἀμυγδάλας, *etiam amygdalas* κάρυα *vocabant* ſupp. Veteres. Unde Heſychius: Καρύαι, τὰς ἀμυγδάλας. Et Græcos Interpretes ita hìc uſurpaſſe docet vetus Scholiaſtes, qui ad vocem καρυΐνην habet ἀμυγδαλίνην. Atque id eſſe veriſſimum ex eo conſtat quod & שקדים (*ſakedim*) *amygdala* iidem κάρυα exponunt, Gen. 43: 11. & Num. 17: 8. & משקדים (quaſi *amygdalatos* dixeris) ἐκτετυπωμένους καρυΐσκοις non ſemel in Exodo: cùm non ignoraverint שקד *ſaked* eſſe ἀμύγδαλον, quomodo ipſi reddunt, Eccleſiaſt. 12: 5.

Jam paucis dicam cùr putem לוז *luz*, id eſt, amygdalum, nomen feciſſe Luſitaniæ. Primò id certum Phœnices à proventu fructuum ſæpe loca nominaſſe. Sic Jericho urbs palmarum à palmis, Tapphua à malis, Rimmon à malis Punicis, Batnæ à piſtaciis dictæ. Sed & ab amygdalis dicta *Luza* quæ & Bethel in Tribu Benjamin, Gen. 28: 19. & altera *Luza* in Hetthæis in Tribu Ephraim, Jud. 1: 26. Quidni etiam Luſitania, in qua præſtantiſſima amygdala tantâ copiâ proveniunt, ut hac in parte cedat nulli terrarum? Mercator in deſcriptione Portugalliæ, quæ eſt Veterum Luſitania: *Abundat vino, oleo, malis aureis, citreis, amygdalis*. Ludovicus Roberti in libro cui titulus, *Mappa commercii*, Anglicè Londini edito anno 1638. tom. 2. pag. 22. è Luſitania ſcribit tantam ab hinc aliquot annis olivarum, racemorum, ficuum, & amygdalorum Anglos exportaſſe copiam ut horum inſitores & inſtitores derepente maximas opes comparaſſe ſit obſervatum. Sed nil quicquam opus teſtibus: cùm amygdala Luſitanica celebret & commendet publicum totius Europæ præconium. Et in Luſitania hodiéque multa loca ſint quibus nomen ab amygdalis, ut ad Ortum Bracaræ *Calmende* pro *Caſalmende* domus amygdalarum; & ad Coam fluviolum qui in Durium influit, *Caſtelmendo* pro *Caſtro almendro* Caſtrum amygdalæ, & penè in ipſo confluxu *Almeadra*, id eſt, amygdalum: alia item *Almendra* non procul ab Anæ oſtiis, quæ quidem eſt in Bætica, ſed confinis Luſitaniæ. Qui locorum periti ſunt, plura obſervabunt hujuſmodi.

Interim *Luſum* illum à quo Luſitania dicta, è comitatu Bacchi fuiſſe fabulam eſſe putaverim confictam à Phœnicibus, quâ ſignificaverint vino cum amygdalis optimè convenire. Eupolis apud Athenæum lib. 2.

Δίδου μασᾶσθαι Ναξίας ἀμυγδάλας,
Οἶνόν τε πίνειν Ναξίων ἀπ' ἀμπέλων.
Mandenda præbe Naxiorum amygdala,
Dein vina fundes Naxiis è vitibus.

Quia amaræ amygdalæ adverſus ebrietatem ſunt potens antidotum. Ita tradunt magno conſenſu Medicorum filii. Dioſcorides lib. 1. cap. *de amygdalis*: Ἔστι δὲ καὶ ἀμέθυστα προλαμβανόμενα ὅσον ε ἢ ζ, *arcent ebrietatem quinque vel ſeptem præſumpta*. Plinius libro 23. cap. 8. *Aiunt quinis fere præſumptis ebrietatem non ſentire potores*. Avicenna lib. 2. Canonis cap. לוז *luz*: אל־כר באלשראב ניך ללשרי pro ללשרי *liſſari* lego ללסכר *liſſacri*: *Amara amygdala in vino bona ſunt ad ebrietatem*, ſupp. arcendam. Hùc facit hiſtoria de Druſi Medico in Plutarchi Sympoſiacis lib. 1. quæſt. 6. qui τῶν πικρῶν ἀμυγδάλων πέντε ἢ ἓξ ἑκάστοτε προλαμβάνων, ἕνεκα τοῦ μὴ μεθύσκεσθαι, *amara amygdala quinque vel ſex præſumens, quotieſcunque* bibendum erat, *ne in ebrietatem incideret*, compotores quoslibet longo intervallo ſuperabat: at idem ab hoc φυλακτηρίῳ prohibitus vino ſuccubuit ſtatim. Eam ipſam hiſtoriam legere eſt in Athenæo: qui & hoc habet peculiare, quod ἱκανώτατα πρὸς πότον aſſerit eſſe τὰ ἀμύγδαλα προεσθιόμενα, hoc eſt, amygdalorum eſu potores non ſolùm ab ebrietate defendi, ſed & ad bibendum potenter incitari. Quid quod arbor ipſa cum vite creditur facillimè conciliari: unde eſt quod amygdalum, ut Theophraſtus author eſt, φυτεύουσί τινες ἐν ταῖς ἀμπέλοις ὡς ἀσινέστατον, τροφῆς τε ἐλαφρᾶς δεομένην, καὶ ἅμα διὰ τὸ πρώϊκαρπον καὶ μὴ πολύσκιον ἥκιστα ἐνοχλοῦσαν. *In vitibus quidam conſerant, ut maximè innoxiam, & levi cibo contentam, & quod maturè fructus edat, nec umbram latè ſpargat, minimè gravem*. Phœnices, qui ad fabulas tam fuêre proclives quàm Græci aut Romani, has cauſas habuiſſe reor cur Bacchi comitibus לוז *luz* ſeu Luſum accenſerent. Ut Græci eundem Syces, & Staphyles, & Ciſſi, & Botri, & Ampeli amore exarſiſſe fingunt, qui poſtmodum mutati fuerint in poma aut arbores ſui nominis.

Ut à Luſo Luſitania, ſic à Pane, qui & ipſe fuit è Bacchi ſociis, *Spania* dici fingitur. Plinius ex Varrone lib. 3. cap. 1. *Luſum enim Liberi patris, ac Lyſam cum eo bacchantem, nomen dediſſe Luſitaniæ, & Pana præfectum ejus univerſæ*. Soſthenes de Baccho Ibericorum lib. 13. Νικήσας δὲ καὶ Ἰβηρίαν, Πᾶνα κατέλιπεν ἐπιμελητὴν τῶν τόπων, ὃς *Vide Plutarch. de fl. in Nilo.* τὴν χώραν ἀπ' αὐτοῦ Πανίαν μετωνόμασεν, ἣν οἱ μεταγενέστεροι παραγώγως Σπανίαν προσηγόρευσαν. *Devicta Iberia Panem locorum præſidem reliquit, qui regionem à ſe ipſo Paniam nominavit: unde per derivationem poſteri Spaniam nominarunt*. Nec temerè eſt quod pro Hiſpania Spaniam ſcribit. Ita enim Paulus Rom. 15: 24, 28. εἰς τὴν Σπανίαν. Et Theophylus ad Autolycum lib. 2. Τὰς καλουμένας Γαλλίας καὶ Σπανίας. Et Euſebius in Chronico pag. 13. Σπανογαλλία, Ἰβηρία, Σπανία ἡ μεγάλη. Et Epiphanius Hæreſi LXVI. § LXXXIII. ἕως διανατοχῆς τῆς Σπανίας. Et in Ancorato cap. CXV. Λυσιτανοί, Οὐακκαῖοι, &c. Σπανοί. Et Pæanius de Adriano: Ἰταλικὸς μὲν γένος, τεχθεὶς δὲ ἐν Σπανίαις. Et Geographus anonymus ſub Conſtantio: *Deinde ad Gallias Spania*. Et in ſubſcriptionibus Concilii Conſtantinop. CL. Epiſcoporum: *Provincia Spania Agrius Laminitanenſis*. Et vetus Juvenalis Scholiaſtes Sat. 14. *Calpe in extrema Spania*. Et de Tago & Pactolo ibidem: *Fluvii: alter Spaniæ, alter Aſiæ*. Et Gloſſæ: Σπανία, *Hiſpania*. Sic in MSS. exemplaribus Curtii, Juſtini & Capellæ, Spaniam pro Hiſpania crebrò occurrere author eſt doctiſſimus Voſſius. Et in *De Idol. l. 1. c. 33.* Marco Antonino Julii Capitolini Palatinum MSS. habet *Municipio ex Spania*. MSS. item Apuleii herbarium: *A littore Carthaginis nova uſque in Spaniam*. Utrumque didici ex CL. Salmaſio: & ex Caſaubono legi in antiquis Athenæi membranis initio libri octavi: Τῆς Ἰβηρίας ἣν νῦν Ῥωμαῖοι Σπανίαν ὀνομάζουσι. Et Chryſoſtomi MSS. homiliâ quintâ in Acta: κἂν εἰς Σπανίαν ἔλθῃ. Sic in Eulogii Memoriali non ſemel fuit ſcriptum *Eccleſia Spania* pro quo perperam *Hiſpania* reſcripſit Ambroſius Moralis. Hinc pullus color Nonio *Spanus*. Et in Galeno ſimplic. lib. 6. τὸ ἀπὸ τῆς Ἰβηρίας κομιζόμενον ἔλαιον, ὅπερ Σπανὸν ὀνομάζουσιν: Et *Spanicum argentum* pro Hiſpanico apud Anaſtaſium in vitis Pontificum. Sed

&

& *Eſpania* nomen, quod vernaculæ linguæ uſurpant, ex Spania palam deductum, non autem ex Hiſpania.

Abſit tamen ut putemus Spaniæ nomen dediſſe Panem Arcadem. Quin quod alibi diximus eſt veriſſimum, è Phœnicia cuniculi appellatione שפן *ſaphan* שפניה *Sphanijam* vel *Spanijam* nominaſſe Phœnices, id eſt, *cunicularium* vel *cuniculoſam*. Quomodo & Catullus in epigrammate ad contubernales:

> *Tu præter omnes une de capillatis*
> *Cuniculoſæ Celtiberiæ fili.*

Nempe in leporino genere cuniculus olim Hiſpaniæ fuit prope dixero peculiaris. Varro de re ruſtica lib. 3. cap. 12. ubi de leporibus: *Tertii generis eſt quod in Hiſpania naſcitur, ſimile noſtro lepori ex quadam parte, ſed humile, quem cuniculum appellant.* Et rurſus: *In Hiſpania annis fuiſti ita multis ut inde te cuniculos perſecutos credam.* Galenus de alimentis lib. 3. Οὐκοῦν ἔτι δεήσομαι λόγων μακρῶν, εἰς τὸ τὰ καθ' ἕκαστον ἔθνος ἐπιχώρια τῶν ζώων ἅπαντα διεξελθεῖν: Καθάπερ ἐν Ἰβηρίᾳ τὸ τοῖς λαγωοῖς ὅμοιον ζωΐδιον ὃ καλοῦσι κόνικλον. *Non opus erit pluribus animalia omnia exequi quæ apud ſingulas gentes propria ſunt & indigena, quale eſt in Hiſpania leporibus ſimile animalculum, quod cuniculum appellant.* Ælianus de animalibus lib. 13. cap. 15. Πέφυκε δὲ καὶ λαγωὸς ἕτερος μικρὸς τὴν φύσιν, οὐδὲ αὔξεταί ποτε. κόνικλος ὄνομα αὐτῷ. Οὐκ εἰμὶ δὲ ποιητὴς ὀνομάτων. ὅθεν καὶ ἐν τῇ συγγραφῇ φυλάττω τὴν ἐπωνυμίαν τὴν ἐξ ἀρχῆς, ἣν παρὰ Ἰβήρων Ἑσπέριοι (malim Ἴβηρες οἱ Ἑσπέριοι) ἔθεντο, παρ' οἷς καὶ γίνεταί τε καὶ ἔστι πάμπολυ. *Aliud etiam leporis genus, naturâ parvum, quodque nunquam augetur. Cuniculus ei nomen eſt. Non is ſum qui cudam nomina. Itaque in ſcriptura illam ſervo denominationem quam habuit ab initio, ab Iberis Heſperiis impoſitam, apud quos & naſcitur, & maxime abundat.* Plinius lib. 8. cap. 58. *In Ebuſo cuniculi non ſunt, ſcatent in Hiſpania Balearibuſque*; & lib. 3. cap. 5. *Nec cuniculos Ebuſus gignit, populantes Balearium meſſes.* Rurſus lib. 8. cap. 29. *M. Varro author eſt à cuniculis ſuffoſſum in Hiſpania oppidum.* Et cap. 55. *Leporum generis ſunt & quos Hiſpania cuniculos appellat, fœcunditatis innumeræ, famemque Balearibus inſulis, populatis meſſibus afferentes.* Et paulò poſt: *Certum eſt Balearicos adverſus proventum eorum auxilium militare à D. Auguſto petiiſſe.* Strabo lib. 3. pag. 144. Τῶν δ' ὀλεθρίων σπάνις, πλὴν τῶν γεωρύχων λαγιδέων, οὓς ἔνιοι λεβηρίδας προσαγορεύουσι. Λυμαίνονται γὰρ φυτὰ, καὶ σπέρματα ῥιζοφαγοῦντες. Καὶ τοῦτο συμβαίνει καθ' ὅλην τὴν Ἰβηρίαν σχεδόν. Διατείνει δὲ καὶ μέχρι Μασσαλίας. Ὀχλεῖ δὲ καὶ τὰς νήσους. Οἱ δὲ τὰς Γυμνησίας οἰκοῦντες, λέγονται πρεσβεύσασθαί ποτε πρὸς Ῥωμαίους κατὰ χώρας αἴτησιν: Ἐκβάλλεσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν ζώων τούτων, ἀντέχειν μὴ δυνάμενοι διὰ τὸ πλῆθος. *Perniciosorum* in Hiſpania *animalium eſt* magna *raritas, præter lepuſculos illos terram defodientes, quos quidam leberidas appellant. Is porro ſeminibus ſtirpibuſque plurimum nocent, illas vorantes radicitus. Idque uſu venit ferè per totam Hiſpaniam & ad Maſſyliam uſque. Quin & inſulas infeſtant. Adeòque Balearium incolæ dicuntur à Romanis terram habitandam petiiſſe, queſti à ſua ſe ejici per iſta animalia, cùm tanta multitudini non poſſent obſiſtere.* Et pag. 168. poſtquam negavit in Balearibus ullum animal eſſe obnoxium: Οὐδὲ γὰρ τοὺς λαγιδεῖς ἐπιχωρίους εἶναί φασιν, ἀλλὰ κομισθέντων ἐκ τῆς περαίας, ὑπό τινος ἄρρενος καὶ θηλείας γενέσθαι τὴν ἐπιγονήν, ἣ τοσαύτη κατ' ἀρχὰς ὑπῆρχεν, ὥστε καὶ οἴκους ἀνατρέπειν ἐκ τῆς ὑπονομῆς καὶ δένδρα. Καὶ ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους, ὥσπερ εἶπον, ἀναγκασθῆναι καταφυγεῖν τοὺς ἀνθρώπους. *Nam lepuſculos ajunt non eſſe indigenas, ſed maſculo & fœmina ex continente à quodam importatis, ibi fuiſſe procreatos, idque ab initio tantâ copiâ ut actis cuniculis domos etiam atque arbores ſubverterint; & incolæ ut jam dixi ad Romanos confugere coacti ſint.* Lectori ne ſit moleſtum quod tot loca Veterum αὐτολεξεὶ profero. Ita neceſſe habui, ut id eſſet maniſeſtius quod probandum ſuſceperam, juſtas nimirum Phœnicibus fuiſſe cauſas cur Hiſpaniam a cuniculis denominarent. Res porro jam nulli non patet. Neque enim hoc animalculum in tam vaſta regione uni alicui parti tanquam glebæ fuit addictum, ſed diffuſum per univerſam, ad Maſſyliam uſque & vicinas inſulas: idque agmine tam numeroſo ut non ſolùm arbores & domos, ſed & oppida integra ſubverterit. Nec aliter potuerit occurri graſſanti malo quàm Romanis legionibus in auxilium accitis. Quod videretur eſſe ſupra omnem fidem, niſi Plinius rem ut certam proderet, nec multò antè geſtam. Hoc precipuum quod alibi vix fuit notum animal. Græci ſaltem & Romani non aliunde noverant quàm ex Hiſpania & vicinis locis. Unde eſt quod utrique coguntur nomen ab Hiſpanis mutuari, cùm Græcum aut Latinum nullum ſuppetat. Nam in Strabone vox λαγιδεῖς, quam uſurpat pro cuniculis, nil quicquam ſignificat quàm fœtus leporum ſeu lepuſculos. Et λεβηρὶς vox fuit Maſſilienſium propria. Erotianus in Lexico Hippocratis: Ῥωμαῖοι μὲν κόνικλον καλοῦσι, Μασσαλιῶται δὲ λεβηρίδα. Alioqui λεβηρὶς, ut σύφαρ & τὸ γῆρας, ſerpentis exuvias ſonat. Plinius *laurices* vocari dicit cuniculorum fœtus ventre exectos, vel uberibus ablatos, non repurgatis interaneis, quod in cibis tum gratiſſimum. *Plin. l. 8. cap. 55.* Nempe ut *piſtrix* factum ex πρίστις, ita *laurix* ex λεβηρὶς, ut in Solinianis Vir maximus rectè obſervat.

Jam pauca de Gymneſiis & Pityuſis quæ inſulæ ſunt Hiſpanicæ à Pœnis jam olim frequentatæ. Gymneſiæ ſeu Baleares duæ ſunt, quarum quæ major eſt Majorica, quæ minor Minorica dicitur. Illam Timæus apud Strabonem lib. 14. & Diodorus lib. 5. maximam eſſe ſcribunt poſt ſeptem magnas. Quod nonnulli perfunctoriè legentes ſibi finxerunt ſeptem eſſe Gymneſias. Hinc Euſtathius in Dionyſium Ἑπτὰ δὲ οἴονται τινὲς εἶναι τὰς Γυμνησίας νήσους, ὁ γεωγράφος δύο αὐτὰς ἱστορεῖ. Balearium originem Græci conantur ſibi aſſerere; aliis è Bœotia cum Lycophrone, aliis illos è Rhodo deducentibus. Sunt enim qui à Rhodiis κατὰ τὴν ἐκ Τροίας ἔφοδον τὰς Γυμνησίας νήσους κτισθῆναι λέγουσιν, *poſt reditum è Troja Gymneſias inſulas deductis colonis excultas fuiſſe dicunt.* Ita Strabo lib. 14. Quod in his ſequitur Silius lib. 3.

> *Jam cui Tlepolemus ſator & cui Lindus origo,*
> *Fervida bella ferens Balearis & alite plumbo.*

Nam in bello Trojano Rhodiorum dux fuit Tlepolemus. Nempe tam Bœotos quam Rhodios ad has inſulas appuliſſe credibile eſt. Baleares tamen à neutris deſcendiſſe palam arguunt lingua & mores planè diſſoni. Gens enim fuit aliena prorſus ab omni cultu. Domus illis antra fuère, veſtes ut quidem ajunt æſtate nullæ, hyeme ex pellibus. Pro unguentis queis ſe ungerent, oleum lentiſcinum, cum adipe ſuillo. Ignotum argenti pondus & auri. Vini ultra modum avidi, quo tamen carebat regio, & ita mulieroſi ut in nuptiarum ſolemnibus cognati & amici omnes cum ſponſa concumberent, priuſquam ea viro permitteretur. Itaque in bello pro ſtipendio nihil exigebant quàm vinum & mulieres. Et pro mulieris captivæ λύτρῳ dabantur viri quatuor. Cadavera fuſtibus minutatim concerpta & in vaſis recondita lapidibus obruebant. *Vide Lycophron. verſ. 636. & Schol.* Unicum in bello telum fundæ tres è melancræna ſeu melancrani junci genere, quarum diverſus uſus. *Diod. l. 5. Strab. l. 3.* Aliæ enim propius, aliæ eminus feriebant. *Liv. l. 28.* Una circa caput aut circa collum, altera circa ventrem *Flor. lib. 3.* & lumbos, tertia in manu fuit. *cap. 8.* Tam certi ictus & deſtinati ut raró aut nunquam à ſcopo aberrarent,

rent, & tam validi ut à baliſta viderentur aut catapultâ miſſi, frangerentque ſcuta & galeas, atque omne genus armorum. Nec quiſquam alterius gentis unus tantum eâ arte quantum inter alios omnes Baleares excellunt. Nempe id unum omnium erat ab infantia ſtudium. Et cibum puer à matre non accipiebat, niſi quem ipſa monſtrante percuſſerat. Hinc Virgilius lib. 1. Georg.

Stuppea torquentem Balearis verbera fundæ.

Et Ovidius lib. 1. Metam.

Non ſecus exarſit quam cum Balearica plumbum
Funda jacit.

Dicuntur Phœnices habuiſſe doctores hujus artis. Strabo: Σφενδονῆται ἄριστοι λέγονται· καὶ τοῦτ᾽ ἤσκησαν, ὥς φασι, διαφερόντως ἐξ ὅτου Φοίνικες κατέσχον τὰς νήσους. *Funditores optimi audiunt, & in eo ſe maximè exercuêre, ut aiunt, ex quo Phœnices eas inſulas occuparunt.* Quod vero non eſt abſimile. Nam ex Scriptura planum eſt hanc artem inter Phœnices & Hebræos pridem fuiſſe in uſu. Sic Jud. 20: 16. leguntur DCC Benjamitæ fundis collimaſſe tam ἐπιτυχῶς, ut ne à pilo quidem aberrarent. Quod ita eſt hyperbolicum, ut ſummam tamen artis illius peritiam in his fuiſſe oſtendat. Iiſdem armis inſtructus David proſtravit gigantem Philiſtæum: & creatus in Regem, inter cuſtodes corporis habuit פלתים *Pelethæos*, id eſt, קלעיא *funditores*, ſi Chaldæo Interpreti credimus. Atque ut à Phœnicibus hanc artem ad Græcos tranſiiſſe ſcias, ut Hebraicè קלע *kala* eſt fundâ jacere, קלע *kela* funda, קלע *kala* & קולע *kolea* funditor; ita Græcè κῶλον eſt fundæ ima pars, quâ tortâ & extenſâ lapis tanto impetu excutitur. Hebræi eleganti metaphora כף הקלע *volam fundæ* appellant 1 Sam. 25: 29. Romani *habenam*. Ita Silius lib. 5.

- - - tortâ Balearis ſævus habenâ.

Et Statius Thebaid. lib. 10.

- - - gravidas fundæ Balearis habenas.

Κῶλον, inquam, id Græcè dici videas in his Antipatri Sidonii Anthol. lib. 3. cap. 16.

Ῥοιῇ χρημετίζων εὔστροφα κῶλα τιταίνων.
Diſtendens tortas fundæ Balearis habenas.

Inde δίκωλοι σφενδόναι ſunt fundæ duplici habena. Lycophron de Balearibus:

Τρισὶ λαῖς δικώλοις σφενδόναις ὡπλισμένοι.
Fundis habena duplici armati tribus.

Et apud Strabonem σφενδόνη μακρόκωλος & βραχύκωλος funda eſt longâ habenâ aut brevi; τὴν μὲν μακρόκωλον, inquit, πρὸς τὰς μακροβολίας, τὴν δὲ βραχύκωλον πρὸς τὰς ἐν βραχεῖ βολάς. *Fundam Baleares habent macrocolon ſeu longâ habenâ qua eminus feriant, & brachycolon ſeu brevi habena alteram ad ferienda propiora.* Hæc pridem docuiſſet Suidas, ſi per corruptores licuiſſet, qui ejus verba ſic depravarunt: Κῶλα, τὰ τῆς σφενδόνης ἑκάτερα μέρη, *Cola, fundæ utraque partes.* Sed is haud dubiè ſcripſerat, κατώτερα μέρη, *imæ partes.*

Jam ab hac arte *Baleares* vel Βαλιαρεῖς cur dicti ſint non ſatis liquet. Conſtat quidem inde appellatos. Nam palam nugatur Iſacius in Lycophronem, cùm Balearidas inſulas dici vult quaſi Βαλερίας ἤτοι ὑγιεινάς, *Valerias aut ſanas.* Et jam pridem exploſa eſt Livii fabula de Baleo Herculis comite ibi relicto, tunc cùm Hercules ad Geryonem navigaret. Proinde ipſe Livius: *Baleares a telo miſſo appellat.* Et Polybius lib. 3. Βαλιαρεῖς, οὓς κυρίως μὲν καλοῦσι σφενδονήτας. ἀπὸ δὲ τῆς χρείας ταύτης, συνωνύμως καὶ τὸ ἔθνος αὐτῶν προσαγορεύομεν καὶ τὴν νῆσον. *Baleares, quos proprio nomine funditores appellant: nam ab hac arte tam ipſa gens quam inſula* Balearium *nomen adepta eſt.* Et Strabo lib. 14. Φασὶ δὲ τοὺς Γυμνητὰς ὑπὸ Φοινίκων Βαλεαρίδας λέγεσθαι, διότι τὰς γυμνασίας βαλεαρίδας λεχθῆναι. *Aiunt autem Gymnetas à Phœnicibus Balearides dici, quia exercitationes Balearides vocant.* Et Diodor. lib. 5. Ὑπὸ δὲ τῶν ἐγχωρίων καὶ τῶν Ῥωμαίων προσαγορεύονται Βαλλιαρεῖς, ἀπὸ τοῦ βάλλειν ταῖς σφενδόναις λίθους μεγάλους κάλλιστα τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων. *Ab incolis & Romanis Balleares nominantur, quia in magnis lapidibus fundâ jaciendis mortales omnes longè ſuperant.* Et Stephanus: Ἐκλήθησαν δὲ καὶ Βαλιαρίδες, ἀφ᾽ ἧς Βαλιαρεῖς τὸ ἐθνικόν, ὅ ἐστι σφενδονῖται; *Balearides etiam hæ inſulæ dictæ ſunt, unde Baleares gentilitium, id eſt, funditores.* Et Euſtathius: Βαλιαρεῖς λέγονται, ὅ ἐστι σφενδονῖται, κατὰ τὴν ἐγχώριον γλῶσσαν; *Baleares dicuntur, quod illorum ſermone vernaculo funditores ſignificat.* Et Iſidorus Orig. lib. 14. cap. 6. *In iis primum inſulis inventa eſt funda, quâ lapides emittuntur, unde & Baleares dictæ:* Βάλλειν *enim Græcè emittere dicitur. Unde & balliſta, quaſi miſſa & fundibulum.* Vides Lector Veteres in id convenire magno conſenſu ut Baleares ab uſu fundæ velint eſſe nominatos. Quod tamen aliter atque aliter ediſſerunt. Nam alii ex Græca lingua Balearium nomen tanquam fidiculis extorquent, ut Iſidorus poſt Diodorum; qui Βαλλιαρεῖς ideò ſcribit per duplex L, ut deducat ἀπὸ τοῦ βάλλειν. Alii rem nude efferunt, nulla explicatione addita, ut Stephanus, & Livius, & Polybius. Alii denique ut Euſtathius & Strabo vocem eſſe volunt vernaculæ linguæ vel Phœniciæ, quod veriſſimum. Omnino enim *Balearis* Βαλιαρεὺς eſt בעל־ירא *Baal-jaro* magiſter jaculandi ſeu projiciendi lapides. Nam ירה *jara* jacere tam de lapidibus dicitur, quàm de jaculis aut ſagittis. Sic 2 Paral. 26: 15. לירוא בחצים ובאבנים, *ut mitterent ſagittas & lapides?* & Job. 38: 6. מי ירה אבן, *quis miſit lapidem:* Et בעל־ירה *Baal-jare* vel *jaro* dicitur eleganter, quomodo Gen. 49: 23. בעלי חצים (*Baale chitſim*) magiſtri ſagittarum, vel ut Græci Interpretes κύριοι τοξευμάτων, *domini ſagittationum.* Eòdem pertinet quod Baleares Græcè *Gymnetes* dicti ſunt, & inſulæ *Gymneſiæ*; ſive ad exercitationem cum Strabone referas, aut ad eorum nuditatem qui in bellum prodeunt ſolis inſtructi fundis, quò referenda hæc Heſychii: Γυμνῆτες, οἱ μὴ ἔχοντες ὅπλα, οἱ δὲ τοὺς σφενδονιστάς, οἱ δὲ τοὺς γυμνοὺς μαχομένους, *Gymnetes, qui ſunt inermes; alii funditores exponunt; alii eos qui nudi pugnant*, id eſt, levis armaturæ milites. Sunt qui *Gymnetas* dici volunt, quia æſtatem nudi exigunt. Ita Livius & Diodorus. Tamen à Lycophrone non deſcribuntur omnino nudi, ſed σισυρνοδῦται *ſiſyrnâ induti*, id eſt, tunicâ villoſâ ex velleribus ἄχλαινοι *ſine lana*, & ἀνήλιποι *diſcalceati.* Verba ſunt:

Σισυρνοδῦται καρκίνοι πεπλωκότες,
Ἄχλαινοι ἀμπρεύσουσιν ἀνήλιποι βίον.
Tecti ſiſurnis abſque lana & calceis,
Vitam inquietam in navibus cancri trahent.

Itaque vereor ne Veteres ob id ipſum æſtatem exigere nudos finxerint, quia non ſatis conſtabat, quorſum Gymnetes dicerentur. Ejuſdem farinæ eſt fabula de Bœotis naufragio facto ad Gymneſias nudis enatantibus.

Balearis major apud Plinium lib. 3. cap. 5. *Oppida habet civium Romanorum Palmam & Pollentiam, Latina Cinium & Cunici: & fœderatorum Bocchri fuit*; alii *Bocchorum fuit.* Quod quàm ſit ſecus acceptum à Solino vide apud Salmaſium. *Bochri* ſeu *Bocchorum*, id eſt, בחורים *Bachurim*, ut 2 Sam. 17: 18. pro quo in Joſepho Βοκχύρης Antiq. lib. 7. cap. 9. Sic in Marmarica fuit Βοκχυρίς, in Luſitania *Boccori.* Nomen à fructu præcoci.

De minore vel Minorica idem Plinius: *Civitates habet Jamnonem, Samſeram, Magonem.* Et Mela: *Caſtella ſunt in minoribus Jamno & Mago.* Et Ptolemæus: Ἐν δὲ τῇ ἐλάττονι πόλεις αἵδε, Ἴαμνα, Μάγων. Et Severus ejuſdem inſulæ Epiſcopus in literis circularibus quas refert Baronius ad A. Ch. 418.

In hac itaque inſula, quæ omnium terrarum parvitate, ariditate, aſperitate poſtrema eſt, duo parva oppida, quibus a Pœnis indita nomina, è regione fundata ſunt. Jammona ad Occaſum, Magona ad Orientem ſpectat. Jammona igitur à ſitu dicta, quia Phœnicibus ימא *Jamma* eſt Occaſus. *Jammona* aliis *Jamna* & *Jamno:* ſed in Severo qui diu fuit hujus inſulæ Epiſcopus, *Jammona* legitur aliquoties: & *Jammonenſis civitas*, & *Jammonenſis populus*. *Mago* vel eſt Hebræum מען *Magon*, quaſi habitationem dixeris, vel ab eo Magone nomen habet, de quo Livius lib. 28. *In minorem inde Balearium inſulam trajecerunt* (Mago & Pœnorum claſſis) *fertilem agro, viris armiſque haud æquè validam: itaque egreſſi navibus ſupra portum loco munito caſtra locant; ac ſine certamine urbe agroque potiti, duobus millibus auxiliorum inde conſcriptis, miſſiſque Carthaginem ad hybernandum, naves ſubduxerunt.* Saniſeræ meminit ſolus Plinius, quæ videtur ſita fuiſſe in inſulæ meditullio, ut *Jammona* & *Magona* in extremis. Inde *Saniſera* nomen. Nam שני צרח *Saniſerach* eſt ſecundum caſtellum. Quia ſive ab Ortu aut ab Occaſu inciperet numeratio, ſemper occurrebat ſecundo loco. צרח *ſerach* pro caſtello eſt Arabicum. Hebræi & Syri dicunt צריח *ſeriach*. Vide Jud. 9: 46.

Strab. l. 3. Diod. l. 5. Plin. l. 10. cap. 43. & 49. & lib. 11. cap. 37. Baleares licet εὐλίμενοι, inquit Strabo, tamen χοιραδώδεις εἰσὶ κατὰ τὰ στόματα, *portuum aditus habent ſcopulis ſub aqua latentibus obſitos.* Hos ſcopulos vocat Lycophron Χοιράδας Γυμνησίας. Solum eſt beatum & καρποφόρον. In jumentis muli ſtaturâ & ruditu inſignes. De cuniculis jam diximus. Buteo accipitrum genus in honore menſarum eſt. Paluſtres aves plurimæ, ut phalaerocorax, porphyrio, vipio ſeu minor grus, quæ & Balearica, cirros in capite habens. Inde factum ut pro Gymneſiis Λιμνήσιαι ſeu lacuſtres dicerentur. Quomodo in Dionyſio nonnulli ſcribunt: Νῆσοι δ' ἑξείης Λιμνήσιαι, pro Γυμνήσιαι. De Balearium rubrica vide Plinium & Vitruvium.

Pityuſæ (vel Πιτυώδεις *Pityodes*, ut vocat Alcman apud Stephanum) duæ leguntur in Strabone, Plinio & Ptolemæo. Una major quæ Dionyſio Βῦσ☉:

Νῆσοι δὲ ἑξείης Γυμνήσιαι, ἄγχι δὲ Βῦσ☉.

Ordine ſuccedunt Balearides, & prope Buſus.

Sed legendum, ἄγχι δ' Ἔβυσ☉, *& prope Ebuſus.* Ut in Dionyſio, Feſto, Mela, Plinio, Solino, Iſidoro; ſed & in Silio;

Jamque Ebuſus Phœniſſa movet, movet Artabrus arma.

Ebuſus hodiè *Ibiſſa*, & Arabi Geographo יאבסה *Jabiſa*, quaſi arentem dixeris. Rigua tamen eſt inſula, nec infœcundi ſoli. Mela: *Frumentis tantum non fœcunda, ad alia largior.* Diodorus: Κατὰ δὲ τὴν ἀρετὴν ὑπάρχει μετρία, τὴν μὲν ἀμπελόφυτον χώραν ὀλίγην, τὰς δ' ἐλαίας ἐμπεφυτευμένας ἐν τοῖς κοτίνοις. *Fœcunda quantum ſit ſatis, vitiferam regionem parvam habet, & oleas in oleaſtris inſitas.* Ficus laudat Plinius ex Ebuſo inſula *præſtantiſſimas ampliſſimaſque*, quæ percoctæ & ſiccatæ Romam ferendæ condebantur, non orcis ut in Aſia, nec cadis ut in Africa, ſed capſis, ut incorruptæ ſervarentur. *Succus*, inquit, *mature ſcentibus lactis, percoctis mellis. Seneſcunt in arbore, anuſque diſtillant gummi modo lachrymam, ſiccanturque. Honor laudatas ſervat in capſis, Ebuſi inſula præſtantiſſimas ampliſſimaſque, mox in Marrucinis. At ubi copia abundat, implentur orca in Aſia, cadi autem in Ruſpina Africæ urbe.* Ficus ita exſiccatæ Caricæ & Cauneæ vel Caunæ appellabantur, quod propriè ficus ſonat è Cauno Cariæ urbe advectas, ſed & καταχρηστικῶς ficus ſiccas quaslibet undecunque ſint. Itaque in Statii Saturnalibus pro eo quod legebatur nullo ſenſu:

Plin. l. 15. cap. 19.

Et quas præcoquit Ebuſia cannas,

mirâ εὐστοχίᾳ reſcribit Vir maximus in Solinianis ſuis,

Et quas percoquit Eboſea cannas.

Eboſea factum ex Ἔβυσ☉ vel Ἔβοσ☉, ut *Cea* ex Κίος & *Coa* ex Κῶς, & *Rhodia* Plinio ex Ῥόδ☉. Ex his diſcet Lector perſpicax unde dicta ſit *Ebuſus*. Nempe Ἔβυσ☉ eſt inſula יבושה *Jebuſe* vel ἀρχαϊκῶς *Ibuſe*, id eſt, exſiccatæ ſupple תאנה ficus. Nam in hujuſmodi locutionibus ſubſtantiva ferè ſupplentur. Sic quia צמק *tſamak* Hebræis & דבל *dabala* Arabibus eſt areſcere, & exſiccare, paſſim in Scriptura צמוקים *tſimmukim* ſunt σαφίδες uvæ paſſæ, & דבלים *debelim* ἰσχάδες ſiccatæ ficus, & דבלה *debela*, maſſa caricarum: idem παλάθη Græcis inverſa voce. Sed & צמוקין *tſimmukin* ſunt ſiccæ ficus in Thargum Nahumi cap. 3. ṽ. 12. Porro id ipſum יבושים *Jebuſim* ſiccatæ vel יבשים *Jabeſim* ſiccæ. Hinc Num. 6: 3. in Jonathane צמיקין dicuntur uvæ quæ in Hebræo Textu יבשים & in Onkelo יבישין. Itaque à ficubus dicta eſt *Ebuſus*, ut in Africa *Ruſpina* quæ niſi fallor Punicè ראש תנה *Ros-tina* dicebatur, id eſt, caput ſeu promontorium ficus. Nam & quo loco ſita eſt, terra in mare multum prominet: & de Ruſpinæ ficubus jam modò dixit Plinius: *At ubi copia abundat, implentur orca in Aſia, cadi autem in Ruſpina.* Ῥούσπινα *Ruſpina* pro *Ros-tina* dictum, quomodo pro Tigri Πίγρης *Pigres*, & Παλμύρα pro תדמור *Tadmor*, & pro Carteia Καρπία in Pauſania.

V. 1. Sam. 25: 18. & 30: 12. 2. Sam 16: 2. Reg. 20. 7. 1. Par. 12. 40.

Ebuſus *Phœniſſa* dicitur à Silio, quia urbem habuit à Phœnicibus conditam. Quidam urbem inſulæ faciunt cognominem. Mela: *Ebuſus eodem nomine urbem habet.* Alii *Ereſum* vocant. Diodorus: Πόλιν ἔχει τὴν ὀνομαζομένην Ἔρεσον, ἄποικον Καρχηδονίων. Ἔχει δὲ καὶ λιμένας ἀξιολόγους, καὶ τειχῶν κατασκευὰς εὐμεγέθεις, καὶ οἰκιῶν πλῆθ☉ εὖ κατεσκευασμένων. Κατοικοῦσι δ' αὐτὴν βάρβαροι παντοδαποὶ, πλεῖστοι δὲ Φοίνικες. Ὁ δὲ ἀποικισμὸς αὐτῆς γέγονεν ὕστερον ἔτεσιν ἑκατὸν ἑξήκοντα τῆς κατὰ τὴν Καρχηδόνα κτίσεως. *Urbem habet Ereſum Carthaginenſium coloniam, portu commodo inſtructam, & mœnibus benè magnis, domibuſque quampluribus elegantis ſtructura. Barbarorum in ea habitat colluvies, ſed maxima pars Phœnicum: quorum colonia eò deducta eſt annis* CLX *poſt conditam Carthaginem.* Id in Romuli aut Numæ tempus incidit. Pro Ἔρεσον plerique Ἔβυσον reſcribi volunt. Sed rectum eſt Ἔρεσος, id eſt, ארז *Erez*. Atque id puto fuiſſe tam inſulæ quàm urbis aliud nomen Phœnicium quod Græco *Pityuſa* nomini reſponderit. Nam è duabus Pityuſis quæ major eſt, id eſt, Ebuſus, *Pityuſa* κατ' ἐξοχὴν vocatur à Livio, Diodoro, Plutarcho & Dioſcoride. Neque factum eſt nomen *à frutice pineo*, id eſt, chamæpety, ut in Plinio, ſed *à ſylva pinea* ut in Marciano, vel ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἐν αὐτῇ φυομένων πιτύων, *à copia pinorum quæ in ea naſcuntur*, ut in Diodoro habetur. Res clara ex Dioſcoride, qui de reſinis pineis ita habet in capite de reſinis lib. 1. Κομίζονται δὲ διάφοροι ἐκ Πιτυούσης τῆς νήσου ἥτις κεῖται κατὰ τὴν Ἱσπανίαν, *præſtantiſſima autem afferuntur ex inſula Pityuſa quæ Hiſpania objacet.* Porro id ipſum ſonabat ארז *Erez* apud Phœnices. Propriè quidem ארז *erez* eſt cedrus. Sed & *erez* generale nomen eſt ad omnes arbores reſiniferas. Proinde cùm Hebræorum alii ſeptem, alii decem, alii viginti quatuor numerent ſpecies *erez*, in eo cenſu ſemper eſt pinus. Et Arabes ארז *erez* vel *arz* pro cedro frequentius, ſed & pro pinu uſurpant, ut ex Giggejo conſtat. Et in Gemara Talmudis tractatu *Avoda Zara* ſeu de Idololatria, אסטרובילין *ſtrobylos* ſeu pineas nuces Rab Saphra definit פירי דארזא *fructus erez*. Pityuſa igitur ſive pinea inſula pari ratione dicta eſt inſula *Erez*, quod eo loco pinum ſonat; & urbs cognominis Ἔρεσ☉ à Diodoro rectè appellatur.

Ebuſi

Digitized by Google

Ebuſi Inſulę ambitus eſt CCCC ſtadiorum. A Balearibus ſtadiis DCC, à Columnis trium dierum, à continente proximo diei unius itinere diſtat, id eſt, paſſuum centum millibus, ut exponit Livius lib. 28. Ab altera Ophiuſa XLII M paſſ. Hanc Græci Ὀφιοῦσαν, Romani Colubrariam appellant, quia ita ſcatet anguibus ut inde ſit inhabitabilis, & infeſta omnibus, niſi Ebuſi terram inſerentibus; quæ ſerpentes tam fugat quàm Colubrariæ parit. Balearium terræ Vitruvius eaſdem tribuit vires lib. 8. cap. 4. quia putavit Ebuſum ad Baleares pertinere. Plinius & Solinus Sucronem verſus Colubrariam deſcribunt. Sucro eſt Hiſpaniæ amnis quem hodiè שקר *Xucar* vocant. Huic à Meridie *Colera* ſeu *Cullera* caſtri magnum montem rotundum קאשן *kaun* nomine imminere ſcribit Nubienſis, è cujus vertice apparent גבאל יאבסה *montes Jabeſa*, id eſt, Ebuſi inſulæ quam deſcribit Diodorus, διειλημμένην πεδίοις ἀξιολόγοις καὶ γεωλόφοις campis egregiis & collibus diſtinctam. Pro Ebuſi montibus doctiſſimus interpres non ſatis rectè reddidit *aliquot montes aridos*.

CAPUT XXXVI.

Phœnices in Oceano Occidentali.

Silenus Midæ dixit Europam, Aſiam & Libyam ab Oceano circumflui. Idem alii multi. Plinius rem aſſerit experimentis eſſe cognitam. Eccleſ. 1: 7. Chald. *Oceanus circumdat orbem ut annulus.* Terra ut omicron, & tanquam torno in orbem circinata juxta Veteres. Oceanus Arab. *mare ambiens*, Græcis Amphitrite, Oceanus à Græcis ſerò navigatus. Tamen Homero utcunque notus, qui & Amphitriten vocat, & Solem fingit ex Orientali Oceano oriri & in Occidentali occumbere, & à Septentrionalis Oceani lavacris urſam excludi, & ad Auſtralem volare grues ut cum Pygmæis bella gerant. Et in clypeo Achillis terram deſcribit Oceano circumfuſam. De terræ & maris ſitu edoctus à Phœnicibus qui circa Solomonis tempora cœperunt utriuſque Oceani remotiora frequentare. Oceanus olim *Ogen* dictus. עוג *Og* Hebr. ambire verbum Coſmographicum. Quas Oceani partes Phœnices exploraverint. Himilco & Hanno profecti è Gadibus, ille ut Aquilonis, hic ut Auſtri littora exploraret. Gaditani navigii fragmenta in Orientali Oceano. Phœnices à Necone miſſi totam Africam circumnavigaverunt. In Occaſum converſi Solem habuêre ad dextram. Herodoto res paradoxa, quomodo Taprobanenſibus Romam advectis Solem à læva oriri. Phœnicum Indicæ navigationes & in magnam inſulam ultra Gades.

Nihil vulgatius apud Veteres quàm ab Oceano terram ambiri. Theopompus apud Ælianum Var. lib. 3. cap. 18. Ὁ Σιληνὸς ἔλεγε πρὸς τὸν Μίδαν τὴν μὲν Εὐρώπην καὶ τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν Λιβύην νήσους εἶναι ἃς περιρρεῖν κύκλῳ τὸν Ὠκεανόν, *Silenus Midæ dixit Europam & Aſiam & Libyam eſſe inſulas quas circumfluit Oceanus.* Orpheus ἐν τῷ περὶ Διὸς καὶ Ἥρας:

> Τὸν κύκλον ἀκαμάτοιο καλλιρρόου Ὠκεανοῖο,
> Ὃς γαῖαν δίνῃσι πέριξ ἔχει ἀμφιελίξας.
> *Circulus Oceani pulcherrimi & indefeſſi,*
> *Terram perpetuo qui circumvolvitur æſtu.*

Nicolaus Damaſcenus cap. 3. libri de mundo, quem Ariſtoteli falſo tribuunt: ἡ σύμπασα (οἰκουμένη) μία νῆσός ἐστιν ὑπὸ τῆς Ἀτλαντικῆς καλουμένης θαλάσσης περιρρεομένη. Quod Apuleio interprete ſignificat *terrenam immenſitatem Atlantici maris ambitu coerceri, inſulamque hanc unam eſſe.* Plutarchus de fortuna Romanorum: ὁ περιρρέων τὴν οἰκουμένην Ὠκεανός. Poſidonius apud Strabonem lib. 2. ἡ οἰκουμένη κύκλῳ περιρρεῖται τῷ Ὠκεανῷ. Cicero in ſomnio Scipionis: *Omnis autem terra quæ colitur a vobis*, &c. *circumfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis.* Mela lib. 3. cap. 4. *Præter Phyſicos Homerumque qui univerſum orbem mari circumfuſum eſſe dixerant, Cornelius Nepos ut recentior authoritate ſic certior tradit.* Sequitur hiſtoria de Indis vi tempeſtatum in Germaniam abreptis & à Rege Suevorum Q. Metello oblatis. Chaldęus Interpres Eccleſ. 1: 7. אוקיינוס דמסחר לעלמא כגושפנקא, *Oceanus qui circumdat orbem ut annulus.* Hinc è Veterum ſcriptis Tzetzes Chiliad. 8. hiſt. 219.

> Ὁ τῷ μικρῷ μὲν ἔοικεν ἡ θέσις οἰκουμένης.

Et apud Herodotum lib. 4. illius ævi Geographi Ὠκεανόν τε ῥέοντα γράφουσι πέριξ, τήν τε γῆν ἐοῦσαν κυκλοτερέα ὡς ἀπὸ τόρνου, *& Oceanum circumfluentem deſcribunt, & terram tanquam torno in orbem circinatam.* Quod ſequuti Arabes Oceanum appellarunt אלבחר אלמחיט *mare ambiens.* Ut Vetuſtiſſimi Græcorum Ἀμφιτρίτην, παρὰ τὸ ἀμφιτρίβειν, *quod circumquaque terram fluctibus ſuis atterat.* Herod. l. 4. c. 152.

Quamvis enim Oceanum nemo Græcorum attigerit ante Colæum Samium, qui in ipſo ingreſſu ſubſtitit, nec navigavit ultra Tarteſſum. Tamen ex veteri fama Gręcis compertum id fuit terram Oceano circumfundi. Homerum certè qui annis ferè quadringentis Colæo fuit vetuſtior, id non latuiſſe docet ipſa vox Amphitrites quam in Odyſſea ſæpe uſurpat: & quod matutinum Solem oriri facit: Odyſſ. γ. 91. & 422. μ. 60. et 97.

> Ἐξ ἀκαλαρρείταο βαθυρρόου Ὠκεανοῖο. Il. η. v. 422.
> *Qui lente fluit Oceani de gurgite vaſto.*

Et veſpertinum in eodem occumbere:

> Ἐν δ' ἔπεσ' Ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο. Il. θ. v. 485.
> *Incidit Oceano rapidi fax fulgida Solis.*

Quod idem eſt ac ſi terram diceret ad primum ortum & extremum occaſum ab Oceano allui Sic ad Septentrionalem Oceanum pertinet quod de urſa ſcribit:

> Οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο. Iliad. σ. 489.
> *Dulcibus Oceani ſola eſt excluſa lavacris.*

Et ad Auſtralem, quod grues è Thracia volare refert:

> - - - ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων Iliad. γ. 5.
> Ἀνδράσι Πυγμαίοισι φόνον καὶ κῆρα φέρουσαι.
> - - - *Oceani prope littora cadem*
> *Pygmæis brevibus funeſtaque fata ferentes.*

Proinde in clypeo Achillis in quo totum orbem finxit Vulcanus:

> Ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ', ἐν δ' οὐρανόν, ἐν δὲ θάλασσαν. Iliad. σ. 483.
> *Terram in eo, celſoſque polos, atque æquora finxit.*

Depictus fuit Oceanus:

> Ἄντυγα πὰρ πυμάτην σάκεος πύκα ποιητοῖο.
> *Nobilis extremam clypei diffuſus ad oram.*

Nempe jam ante Homerum magnam partem habitati orbis circumiverant Phœnices, à quibus ille nonnulla de Oceano edidicerat & extremis terræ incolis. Strabo de Phœnicibus: τὰ ἔξω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν ἐπῆλθον, καὶ πόλεις ἔκτισαν ἐκεῖ, καὶ περὶ τὰ μέσα τῆς Λιβύης παραλίας, μικρὸν τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον. *Extra columnas Herculis progreſſi ſunt, & ibi urbes condidêre, & in media Libya ora maritima paulo poſt Trojana tempora.* Lib. 1. p. 48. Sub Davidis ſcilicet & Solomonis regno, quo ævo natum eſſe Homerum plerique volunt, Phœnices non in Occaſum modo, ſed & in Ortum per mare Rubrum cœperunt latiùs ſe diffundere, & longinquis navigationibus utriuſque Oceani remotiora frequentare. Et mare illud vaſtiſſimum quo terram circumquaque cingi deprehenderunt mare עוג *og* ſuâ linguâ vocaverunt, id eſt, *mare ambitûs.* Quomodo Arabicè vocari diximus *mare ambiens.* Unde Gręcis nata vox Ὠγήν, quod Oceani fuit priſcum nomen. Heſychius: Ὠγὴν Ὠκεανός. Sic in Alexandra Lycophronis:

> Γραῖαν ξύνευνον Ὠγένου Τιτηνίδα.
> *Titanæ natam conjugem annoſam Ogeni.*

Et Pherecydes Syrius apud Clementem Alexandrinum lib. 6. Stromat. Ζὰς ποιεῖ φᾶρος μέγα τε καὶ καλὸν, καὶ ἐν αὐτῷ ποικίλλει γῆν καὶ Ὠγηνὸν καὶ τὰ Ὠγηνοῦ δώματα,

μητα, *Zas*, (id eſt, Juppiter) *facit magnum pulchrumque pallium, & variè in eo deſcribit terram & Ogenum, & domos Ogeni*, id eſt, Oceani. Nempe Ὠγήνος idem qui Ὠγήν. Hanc doctiſſimi Voſſii obſervationem ideò maximè probo, quia חוג *og* in Scriptura video verbum eſſe Coſmographicum. Sic Eſa. 40: 22. *qui ſedet ſuper* חוג *circulo terræ*. Prov. 8: 27. *Cùm conſtitueret* חוג *circulum ſuper faciem abyſſi*. Job. 22: 14. וחוג *& circulum cœli perambulabit*. Ita etiam verbum חג Job. 26: 10. חק חג *ſtatutum circumſcripſit ſuper faciem aquarum*; id eſt, decreto circinavit ſuperficiem aquarum, vel mare circumduxit terræ, ut in Junio rectè habetur.

Interim Phœnices orbem circumnavigaſſe non conſtat. Tantùm Oceani littora pleraque per partes exploraverunt. Ad extera Europæ noſcenda miſſus Himilco penetravit in Britanniam & Caſſiterides inſulas. Et eodem tempore Hanno à Gadibus in Auſtrum longiſſimè provectus eſt. Plinio tamen non conceſſerim illum ad Arabiæ finem eſſe circumvectum, cùm contrarium apertè clamet hiſtoria navigationis quam ipſemet ſcripto prodidit. Nec videtur multo verius quod ex Heraclide Pontico refert Strabo lib. 2. Eudoxum è mari Rubro in Indiam navigantem, à ventis ingruentibus ſupra Æthiopiam delatum in piſcatoriæ navis fragmenta incidiſſe, quam ex proræ inſignibus Gaditanam eſſe comperit. Neque enim eſt veriſimile in mari tam aſpero & concitato potuiſſe naviculam tantum iter emetiri. At in Herodoti Melpomene Phœnices à Necone miſſi, cùm è mari Rubro ſolviſſent, Africâ circumnavigatâ per Gades in Ægyptum regreſſi ſunt anno tertio, *referentes*, inquit Herodotus, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ, ἄλλῳ δὲ δή τεῳ, ὡς περιπλώοντες τὴν Λιβύην τὸν ἥλιον ἔσχον ἐς τὰ δεξιά, *quæ minime quidem apud me, ſed fortè apud aliquem alium fidem habebunt, ſe Africam circumeuntes Solem ad dextram habuiſſe*. Neceſſe nimirum id fuit ut Sol ipſis eſſet ad dextram poſt ſuperatum Capricorni Tropicum quem Africæ pars Auſtralis excedit multis gradibus. Herodoto tamen res videtur paradoxa; quomodo Legatis Taprobanenſibus ſub Claudio Romam advectis maximè mirum erat *umbras ſuas in noſtrum cœlum cadere non in ſuum: Solemque à lævo oriri & in dextram occidere potiùs quàm è diverſo*. Plinius lib. 6. cap. 22. Phœnices etiam in Indiam ab Hiramo & Solomone miſſos ſuo loco probabimus. Ut taceam navigationes in magnam inſulam trans Gades quam Ariſtoteles in Mirabilibus, & Diodorus lib. 5. ita deſcribunt ut multi ſuſpicentur agi de parte Americæ jam illo ſeculo aperta. Sed de his plura deinceps.

Feſt. Avien. oris maritimæ pag. 290. Plin. lib. 2. cap. 67. Mela l. 3. cap. 10.

CAPUT XXXVII.

Phœnices in Africa parte Occidentali ad Oceanum.

De ætate quâ vixit Peripli author Hanno. Agathocli æqualem facit Voſſius pater, multo vetuſtiorem Voſſius filius, quod veriſſimum. Is triginta hominum millibus extra Gades in varia loca diſperſis, Africæ periplum Punicè ſcripſit, cujus extat Græca verſio. Prima urbs ab illo condita Θυμιατήριον, id eſt, thuribulum, quorſum? An verum nomen *Dumathiria*, quaſi *campeſtrem* dixeris. *Dumathir* Arab. terra plana. Nempe Thumiaterio ſuberat magnus campus; ibid. *Adonis* ארוני & *Lixus* amnes. Lixus ליש *Lix* à Leonibus. Inde ventum ad *Soloenta*, cujus Hebræum nomen סלעים, id eſt, rupes. Deinceps quinque urbes ab eodem conditæ. 1. *Karicon tichos*, id eſt, קיר חרש *Kir chares* ut Eſ. 16: 11. 2. Gytta à pecu, ut Gitta Philiſtæorum, Hebr גת. 3. *Acra* אקרא arx, munitio. Sic in Chald. *Acra de Sion* arx Sionis. 4. *Melita*, calicata urbs Jer. 43: 9. *melet* cæmenti ſpecies, Arab. *milat*, & *malata* incruſtare. *Arambys* à ſitu Phœnices vocaſſe הר ענבין *ar anbin* montem uvarum. Vinum & vites ibi plurimæ craſſiſſimi candicis; racemi cubitales. *Lixus* alter oriens ea terra θηρώδει, θὴρ pro leone ſæpe. Inter cæteras merces leonum pelles. *Cerne* ea adverſo Carthaginis. Hanno emendatus ex Cornelio Nepote. Cernes ſinus & ambitus. Gravi errore *Cerne* ponitur ad Orium, & cum Menuthiade confunditur. Cerne חרנה *Chernae* pro *acharnae* poſtrema habitatio. Ita ex hac voce ſæpe excidit. Ultra Cernem non crediderunt quicquam eſſe navigabile. Tamen Hanno ulterius navigavit ad Chreten uſque fluvium; lege Chremetem de quo Ariſtoteles, Baſilius, Heſychius, Nonnus. A vitibus dictus Chremetes. Ulterius *Bambotus*, crocodilis & hippopotamis refertus. Malim *Bamotus*. Amnis *Bamot* ſeu *Behemot*, id eſt, belluarum, aut etiam hippopotami. An is Gambræ fl. in quo ſolo hippopotamus. Quæ ſequuntur fabuloſa. Auguſti ævo Phœnices adhuc erant in Emporico ſinu, quem *Sagati* vocat Plinius pro *Saguri*, id eſt, mercatoris. Cotes promontorium in extremo freto, Græcis Ampeluſia. Numquid *Coſef* Phœnicibus, id eſt, τῶ τρυγῶντος? Cotes etiam urbs & ſinus. Ibi *hermata*, id eſt, ſaxa ſub mari latentia, ab Hercule conjecta, ut volunt, vel ab arcenda cete, vel ad ſiſtendum Oceani irruentis impetum. Vocem eſſe Phœniciam, non Græcæ originis, ut volunt.

Ultra columnas Herculeas in Occidentali Africa urbes aliquot ad Oceanum condidiſſe Phœnices ſcimus ex Periplo Hannonis. Quem vir ſummus Gerardus Voſſius putat illum ipſum eſſe Hannonem quem Carthaginenſes adverſus Agathoclem miſerunt, ut Trogus narrat lib. 22. Quia Carthaginenſium ducem vocat Plinius, & dicit vixiſſe florentiſſimis Carthaginenſium rebus. At claruêre illæ, inquit, quàm maximè Agathoclis ac Hannonis ejus, qui adverſus Agathoclem mittebatur, temporibus. Sed Iſaacus Voſſius magni patris magnus filius, meritò contendit hunc Hannonem multo eſſe antiquiorem. Quia Scylax, qui floruit ſub Dario Notho, urbium meminit ab iſto Hannone conditarum. Vide annon ſit is Hanno qui pro Deo haberi voluit apud Ælianum Variarum lib. 14. cap. 30. Tantos illi animos facere potuit navigatio feliciter ſuſcepta in loca remota & nondum cognita.

De hiſt. Gr. lib. 4.

In Scylac. præfat.

Utut ſe res habeat, is Carthaginenſis Senatûs decreto juſſus navigare extra Columnas, καὶ πόλεις κτίζειν Λιβυφοινίκων, *& Libyphœnicum urbes condere*, inſtructa claſſe navium ſexaginta triginta hominum millia eò deducta in varia loca diſperſit, ut urbes à ſe conditas habitarent; & in patriam redux Africæ Periplum Punicè ſcripſit, cujus Græcam verſionem Baſileæ edidit Sigiſmundus Gelenius A. 1533. Libet hic obiter obſervare quantum lucis huic opuſculo ex Punica lingua poſſit afferri.

Dicit Hanno ſe delatum extra columnas Herculis poſt bidui navigationem primam urbem condidiſſe, & vocaſſe Θυμιατήριον. In Scylace Θυμιατηρίας, & in Stephano Θυμιατηρία ſcribitur. Notum Græcè Θυμιατήριον eſſe acerram vel thuribulum; quo nomine cur Phœnices urbem appellaverint nemo facile dixerit. Sed quod à Græcis paſſim fieri jam alibi notavimus, Hannonis Græcus interpres barbaram vocem ita mollivit, ne læderet aures Atticas. Nempe verum urbis nomen erat דמאתריה *Dumathiria*, quaſi πεδιάδα dixeris, id eſt, campeſtrem urbem. Arabicè ſaltem in Giggeio דמאתיר *dumathir* & דמתר *dumthor* eſt *terra plana*; unde petitum urbis nomen docent ipſa verba Hannonis: Ἐκτίσαμεν πρώτην πόλιν, ἥν τινα ὠνομάσαμεν Θυμιατήριον, πεδίον δ' αὐτῇ μέγα ὑπῆν, *primam urbem condidimus, quam vocavimus Thymiaterium; illi quippe ſuberat magnus campus*. Δὲ pro γὰρ hoc loco ſumimus, ut paſſim apud Homerum; quia nulla apparet cauſa cur Hanno addiderit Thymiaterio magnum ſubeſſe campum, niſi ut ſciremus quorſum oppidum ita nominaverit.

Inter fretum Herculis & Thymiaterium oppidum, in Periplo Scylacis, cenſetur ארוני Adonis

fluvius

fluvius ποταμὸς Ἀ'δώνιδ@ (ita emendat doctiſſimus Salmaſius corruptam vocem Ἄνιδ@.) Et poſt Adonim alius fluvius magnus Lixus nomine,& Phœnicum urbs Lixus Eratoſtheni *Lixus*, quæ Ptolemęo Λίξα, Plinio *Liſſa*, & Λίγξ Stephano; ex Artemidoro, ni fallor, qui Eratoſthenem reprebendit quod Lizum pro Linge dixerit apud Strabonem lib. 17. Fluvius item à Stephano *Linx* & à Ptolemæo *Lix* appellatur. Nomen Phœnicium erat ליש *Laix* vel *Lax*. ש per x effero ut Hiſpani ſolent. ליש Hebræis eſt leo: quod genus in Mauritania frequens. Vide Philoſtratum initio lib. 5. & Strabonem lib. 17. ubi Linga perperam cum Tinge vel Tingi confundit, unde Mauritania Tingitana.

Inde ventum ad Σολόεντα Libycum promontorium λάσιον δένδρεσι, *arboribus opacum*, in quo Neptuni templum ędificarunt. Hinc in Heſychio: Σολοεντίς, ἄκρα τῆς Λιβύης. Et in Ptolemæo: Σολοεντία ἄκρα, & Σολοέντιοι populi, quamvis utrumque ad Meridiem removeat juſto longius. Apud Plinium Agrippa corruptè Surrentiam appellat. Verum nomen erat Σολόεις Hebr. סלעים rupes. Vide ſuprà cap. 27.

Promontorium illud poſt iter ſemidiei excipit lacus ingens, unde dici navigatio ad quandam oram, in qua quinque urbes ſe condidiſſe refert Hanno, nempe Καρικὸν τεῖχ@ καὶ Γύττην, καὶ Ἄκραν, καὶ Μέλιτταν, καὶ Ἄραμβυν. Fallor an Καρικὸν τεῖχ@, *murus Caricus* Pœnis erat קיר חרס *Kir chares*, murus Solis; cujus nominis urbem in Moabitis memorat Eſaias c. 16. verſ. 11. Quidni enim *Cares* ex חרס fecerit Græcus interpres, quomodo alii *Carrhas* ex חרן *Charan* & *Malacam* ex מלחא *Malacha*, & *Tapſacum* ex תפסח *Tipſach*, Hebręâ aſpiratione mutatâ in conſonam K? Aut ut ex hoc ipſo חרס factum eſt Perſicum כורש *cores* vel *Cyrus* pro Sole. Plutarchus in Artaxerxe ubi de Cyri nomine: ἀπὸ τοῦ ἡλίου γενέσθαι φασί: Κῦρον γὰρ καλεῖν Πέρσας τὸν ἥλιον.

Gytta nomen habet à pecu, ut Cretæ urbs Πολύῤῥην quam ſic appellari ſcribit Stephanus, ἀπὸ τοῦ πολλὰ ῥῆνα, τουτέστι πρόβατα ἔχειν. Nempe Syris גת *geth* eſt pecus, cujus plurale גתין *gethin*. Sed Veteres ſine aſpiratione ſcripſerunt. Inde Gath Philiſtæorum à Polybio, Joſepho & Stephano *Gitta* dicitur, & à Plinio *Getta*. Ejus nominis fuit etiam Samariæ vicus è quo Simon apud Juſtinum, Epiphanium & Zonaram.

Polyb. l. 16. Joſeph. l. 5. c. 2. et l. 6. c. 1. 2. etc. Pl. l. 5. c. 9. Juſtin. Apol. 2. Epiph. har. 21. Zonar. tom. 2.

Acra eſt הקרא *Hakra*, id eſt, arx, munitio; quam vocem, Gręcis fruſtra repugnantibus, Syri ſibi vindicant. Hinc in Jonathane קרין הקרא *urbes Hakra*, id eſt, munitionis, ſive munitæ Deut. 3: 5. & in Chaldæa Paraphraſi lib. 2. Samuelis cap. 2. verſ. 7. הקרא דציון *Hakra de Sion* arx Sionis. Et cap. 7. verſ. 6. *habitavit David* בהקרא *in hacra*, id eſt, in arce. Græci *Acran* dixerunt neglecta aſpiratione. Sic 1 Macchab. 1: 35. *Et ædificaverunt civitatem David muro magno & firmo, & turribus firmis, & facta eſt illis εἰς Ἄκραν in Acran.* Tamen à civitate David Joſephus Acran ita diſtinguit, ut in illa τὴν ἄνω πόλιν, in hac τὴν κάτω πόλιν ſitam fuiſſe aſſerat.

Vide Feſtum in Calicata.

Melitta vel מליטא *Melita* propriè ſignificat calicatam urbem, ſi verbo datur venia, id eſt, in qua condenda multum calcis ſit adhibitum vel in ſtructuras, vel etiam in tectoria. Radix מלט *melet* reperitur Jerem. 43: 9. pro cæmento ex arena & calce. Sed de hac voce plura ſuprà cap. 26.

Arambyn, quæ ſola ſupereſt, à ſitu puto vocaſſe Phœnices הר־ענבין *har-anbin*, montem uvarum, vel הר־ענבי *har-anbi*, montem racemiferum: *Vites enim uberiores ſunt in montibus*, ut ſcribit Servius in illud magni Poëtæ:

> *Bacchus amat colles.*

Et vites fuiſſe in illis locis conſtat ex Periplo Scylacis, qui de vicinis Æthiopibus ita habet: οἶνον δὲ ποιοῦσι πολὺν ἀπὸ ἀμπέλων, *vinum autem ex vitibus multum faciunt*. Quibus conſona hæc Plinii lib. 5. cap. 1. *Ibi fama exſtere certa veſtigia habitati quondam ſoli, vinearum palmetorumque reliquias.* Sed Strabone nihil expreſſius, qui in Mauritania refert ex aliorum fide, ὅτι ἄμπελ@ φύεται δυσὶν ἀνδράσι τὸ πάχ@ δυσπερίληπτ@, βότρυν πηχυαῖον πως ἀποδιδοῦσα; *naſci vitem tam craſſi caudicis, ut eam duo homines vix amplectantur, racemos cubitales nonnunquam producentem.*

Lib. 17.

Poſt Arambyn ſequitur alius à priore Lixus, quem itidem palam eſt nomen habere à leonibus. Eum enim oriri ſcribit Hanno ex Æthiopum terra θηριώδει, id eſt, feris frequenti, vel leonibus etiam; nam Θὴρ pro leone paſſim occurrit. Heſychius: Θὴρ, Θηρίον, ὁ λέων ἀπὸ τοῦ θύειν ὀρέγειν. Item: Θηρός, λέοντ@, item Θηρὶ λέοντι. Nempe Iliad. ο. verſ. 586. Et in inſula Cerne, quæ à Lixo non multum abeſt, inter cæteras merces etiam δέρματα λεόντων, *leonum pelles* à vicinis Æthiopibus comparaſſe Phœnices Scylax in Periplo ſcribit.

Quod à Lixo diximus parum abeſſe *Cernen* arguunt hæc Hannonis: *Interpretibus ab ipſis*, id eſt, à Lixitis, *acceptis deſertam oram ad Meridiem biduo præternavigavimus, inde rurſus ad Solem orientem iter diei, ubi in intimo receſſu cujuſdam ſinûs parvam inſulam invenimus*, κύκλον ἔχουσαν ςαδίων πέντε, ἣν κατῳκίσαμεν Κέρνην ὀνομάσαντες, *ambitu ſtadiorum quinque, in quam coloniam deduximus, impoſito Cernes nomine.* Addit hanc inſulam κατ' εὐθὺ κεῖσθαι Καρχηδόν@, *ex adverſo Carthaginis ſitam eſſe*, quia tantum abeſt à freto Herculis quantum Carthago. Pro ςαδίων πέντε in ambitu Cornelius Nepos legerat ςαδίων δέκα πέντε, vel per literas numerales ιέ pro έ; Is enim Hannonem exſcribens, ut apparebit legenti locum, apud Plinium lib. 6. cap. 31. Cernes circuitum definit duobus millibus, id eſt, quindecim ſtadiis. Idem à continente abeſſe ſcribit mille paſſus; & Polybius octo ſtadia, in extrema Mauritania contra montem Atlantem. Quo ferè loco deſcribit Ptolemæus. Nec ab his multum diverſi Scylax & Dionyſius Periegetes. Quę plus ſatis ſufficiunt iis refellendis, qui Cernen ponunt ad Orientem Africæ. Imprimis id abſurdum quod νησίδιον, cujus ambitus vel quinque ſtadiorum eſt, vel ad ſummum quindecim, volunt eſſe Menuthiadem, id eſt, Madagaſcar vel S. Laurentii inſulam, quæ locum habet inter maximas. Cæterum ratio nominis non eſt obſcura. Cerne Phœnicibus erat חרנארה *Chernaa* poſtremum habitationis, id eſt, ultima habitatio. Plenè ſcriberetur אחרנארה *achernaa* ab Arabico אחר *acher* vel *ather*, quod reſpondet Hebræo אחרון *acharon*. Sed prima radicalis ſępe excidit. Unde eſt quod *ultimum* Syrè חרתא *charto* dicitur pro אחרתא *acharto*, & ex eadem radice *alius* חרנא & חורנא pro אחרנא. Nempe Phœnices ultra Cernem nullam deduxêre coloniam, ut vel ex Hannone conſtat. Quin & nonnulli ultra Cernem non crediderunt mare poſſe navigari. Scylax: τῆς Κέρνης δὲ νήσου τὰ ἐπέκεινα οὐκ ἔτι ἐςὶ πλωτὰ διὰ βραχύτητα θαλάττης, καὶ πηλὸν, καὶ φῦκ@. *Quæ verò ſunt ultra Cernen non ſunt amplius navigabilia propter brevitatem maris, & cœnum, & algam.* Inde eſt quod πυμάτην ultimam appellant. Dionyſius Periegetes:

> - - - πυμάτης παρὰ τέρματα Κέρνης.

Rufus Feſtus:

> - - - *Æthiopum populos alit ultima Cerne.*

Eódem faciunt hæc Priſciani:

> - - - *Libyes ubi finit littore Cerne*
> *Oceanum.*

Ac ſi ad illam inſulam finis eſſet naturæ rerum, & nautarum meta ultima.

Nempe hic ſolebat eſſe terminus navigationis

Phœnicum Meridiem verſus, quamvis Hanno doceat ſe ulterius longè progreſſum. Ejus verba ſic habent: *Inde in lacum pervenimus*, διά τινος ποταμοῦ μεγάλου διαπλεύσαντες, Χρέτης (legendum puto; ὄνομα Χρεμέτης,) *pernavigato magno quodam flumine Chremete nomine.* Muto Χρέτης in Χρεμέτης, quia *Chretis* vel *Chretes* amnis planè eſt ignotus. At de Chremete Africæ fluvio ad Oceanum hæc Ariſtoteles Meteorologicon lib. 1. cap. 13. de maximis Libyæ fluviis agens: οἱ δὲ μέγιστοι τῶν ὀνομαζομένων ὅ τε Χρεμέτης καλούμενος, ὃς εἰς τὴν ἔξω ῥεῖ θάλατταν, καὶ τοῦ Νείλου τὸ ῥεῦμα τὸ πρῶτον, *celeberrimi autem maximi ſunt, & is quem vocant Chremetem, qui in mare exterius*, id eſt, in Oceanum, *influit, & primus Nili fluxus*, &c. Et eum ſequutus Baſilius in Hexaemeron Homilia 3. ὁ καλούμενος Χρεμέτης, καὶ πρός γε ἔτι ὁ Νεῖλος. Et Heſychius; Χρεμέτις, ὄνομα ποταμοῦ. Et Suidas; Χρεμέτης, ὄνομα ποταμοῦ. Et Nonnus Dionyſiac. lib. 13. verſ. 374.

Οἵ τε ῥόον Χρεμέταο, καὶ οἳ παρὰ Κίνυφος ὕδωρ.
Ad ripam Chremetis qui ſunt & Cinyphis undam.

Et lib. 31. verſ. 103.

Αὐτὴ δὲ Χρεμέταο μετήιεν ἕσπερον ὕδωρ,
Ἥρη μητιόωσα, γέρων βαρὺς, ὁππόθι κάμνει
Οὐρανίῃ στροφάλιγγι Λίβυς κυρτούμενος Ἄτλας.
Heſperias Chremetis trajecit fluminis undas
Magni ſancta Jovis conjux, ubi cælifer Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Fluvius Chremetis Punicè dicebatur נהר כרמאת *naar cheremat*, id eſt, fluvius vinearum; nam Arabibus כרמאת *chermath* idem quod Hebræis כרמים *cheramim*. Confirmatur id ex Scylace, qui eos ipſos Æthiopes qui prope Cernen degunt, nempe ad amnem quem diximus, vinum aſſerit è vineis plurimum conficere. Verba ſunt οἶνον δὲ ποιοῦσι πολὺν ἀπὸ ἀμπέλων.

E Chremete navigarunt εἰς ἕτερον ποταμὸν μέγαν καὶ πλατὺν, γέμοντα κροκοδείλων καὶ ἵππων ποταμίων, *ad alium amnem magnum & latum, crocodilis & hippopotamis refertum.* Hujus amnis nomen ab Hannone omiſſum ex Polybio ſupplet Plinius: *Flumen*, inquit, *Bambotum crocodilis & hippopotamis refertum.* Et Solinus Plinii ſimia: *Bambotam crocodilis & hippopotamis refertum.* Sed legendum *Bamothum*, nomine facto ex *Bamoth*. *Bamoth* ſeu בהמות *behemoth* eſſe hippopotamum, Job. 40: 10. iis argumentis probavi in libro de animalibus, quæ viros undecunque doctos traxerunt in aſſenſum. Ergo fluvius Bamoth ſeu Behemoth eſt fluvius hippopotami. An intelligitur Gambræ fluvius, unus ex Nigri brachiis, in quo ſolo Caballinum piſcem, id eſt, hippopotamum reperi ſcribit Aloyſius Cadamuſtus cap. 44. Lib. 5. c. 1.

Quæ ſequuntur de navigatione ad Ἑσπέρου & Νότου κέρατα, & montem igneum quem vocat Θεῶν ὄχημα, & de crebris ignibus qui ſolùm noctu micant, & inſulis tibiarum cantu tympanorumque & cymbalorum ſonitu ſtrepentibus, conſultò prætereo, quia merè fabuloſa ſunt.

Fabulis etiam accenſeo quod legitur Strabonis lib. 17. Tyrios infra Lingem itinere dierum triginta, urbes ad Oceanum trecentas extruxiſſe, quas Nigretes & Pharuſii poſtmodum exciderint. Eratoſthenis commentum hoc fuit, quod meritò rejicit Artemidorus, quia illarum urbium nec memoria ulla nec veſtigium extat. Strab. lib. 17. pag. 826. c & 829. a.

Interim Auguſti ætate degebant adhuc Phœnices in Emporico ſinu infra Cotes & Lixum amnem. Strabo: Πρὸς νότον δὲ τῇ Λίξῳ καὶ ταῖς Κώτεσι παράκειται κόλπος, Ἐμπορικὸς καλούμενος, ἔχων Φοινικικὰς ἐμπορικὰς κατοικίας, *Lixo & Cotibus ad Auſtrum ſitus adjacet Emporicus nomine, mercatoria habens Phœnicum diverſoria.* Situs emporici ſinûs accuratiùs deſcribitur à Ptolemæo. Sinum Saguti vocat Plinius lib. 5. cap. 1. ex Agrippæ commentariis. *Agrippa*, inquit, *Lixum a Gaditano freto* CXII M. *paſſ. abeſſe* (prodidit.) *Inde ſinum qui vocatur Sagiti.* Legerim libens *Saguri*, id eſt, סחור *Sachur* mercatoris, ut ſit idem cum Emporico. Notum enim Hebræum *cheth* nonnunquam efferri per G, ut in Galbano ex חלבנה *chelbena*.

Cotes Africæ promontorii nomen eſt in extremo freto ſiti, ut conſtat ex his Strabonis, poſtquam de freto actum: Ἐντεῦθεν δὲ πρόεισι ἐκκειταί τις ὕστατος πρὸς δύσει τῆς Μαυρουσίας, αἱ Κώτεις λεγόμεναι, *inde proceſſus quidam objacet, Mauritaniæ pars ad Occaſum extrema, Cotes vocant.* Proinde Ptolemæus ibidem habet Κώτης ἄκρον, *Cotes promontorium.* Puto Pœnos ſcripſiſſe קוטף *Cotef*, id id, τοῦ τρυγῶντος *vindemiantis*, quia Mela Ampeluſiam exponit. Verba ſunt: *Caput atque exordium* (Africæ) *eſt promontorium quod Græci Ampeluſiam, Afri aliter, ſed idem ſignificante vocabulo appellant.* Plinio quoque id promontorium Ampeluſia dicitur: ſed Cotes eſt vicinum oppidum. *Promontorium*, ait, *Oceani extimum Ampeluſia nominatur à Græcis. Oppida fuêre Lixa, Cotes ultra columnas Herculis*, &c. At in Scylace Κώτης eſt ſinus in ipſo freto inter Columnas & Ἑρμαίαν ἄκραν. Sic ille vocat Ampeluſiam propter ἕρματα μεγάλα *vaſta hermata*, quæ inde extendi tradit uſque ad Europæ Sacrum promontorium.

Hermata plerique ex Suida exponunt λίθους μεγάλους *magnos lapides*, aut ex Heſychio ὑφάλους πέτρας *ſaxa ſub mari latentia*, & τὸ πετρῶδες καὶ θηκυματιζόμενον, ὥς τε μὴ βλέπειν, τόπον τῆς θαλάσσης, *locum ad mare ſaxoſum & fluctibus obrutum ita ut non appareat.* Quomodo ſumpſit Lucianus libro de ſcribenda hiſtoria, cùm Ægypti Paratoniam tradit eſſe παγχάλεπον καὶ ἄφυκτον, εἴ τις ἐμπέσοι εἰς τὰ ἕρματα, *perdifficilem & inextricabilem, ſi quis in hermata incidat.* Id eſt, in ſcopulos latentes. Strabo χοιράδας appellat. Sic à Scylace ſumi ἕρματα ſatis conſtat, cùm addit: οὐχ ὑπερέχοντα τῆς θαλάσσης. Ἐπικλύζει δὲ ἐπ' αὐτὰ ἐνιαχῆ, *ſupra mare extantia non ſunt, ſed à fluctibus undique obruta.* Strab. lib. 17. Herculem his ſaxis in mare injectis freti fauces ex parte obſtruxiſſe nonnulli volunt ut Oceani cete arceret ab aditu maris interni. Vetus author apud Suidam: Ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἕρματα μεγάλα ἔβαλεν εἰς τὸ στόμα τοῦ Ὠκεανοῦ, ὡς ἂν ἐμπόδια ὦσι τοῖς ἐπιφοιτῶσι θηρίοις, *Hercules magna hermata in Oceani oſtium conjecit ut belluis accedentibus eſſent impedimento.* Eundem alii fabulantur his ſaxis in mari viam ſtraviſſe per quam Geryonis armenta ex Erythia abduceret. Avienus:

Aliique rurſus Herculis dicunt viam:
Straviſſe quippe maria fertur Hercules,
Iter ut pateret facile captivo gregi.

At Arabes (qui Alexandro tribuunt hoc operis) ajunt רציף aggerem è lapidibus ex utraque parte freti extructum ut irruentis Oceani impetus ſiſteretur. Neb. Cl. 4. part. 1. Phœnices veriſimile eſt idem de Hercule ſuo jactaſſe, & locum ideò ערמא *Herma* vocaſſe, unde vox manarit ad Græcos. Ut enim Hebræis ערם *aram* vel *haram* coacervare, de aquis uſurpatur Exod. 15: 8. ſic Arabibus ערם *arem* vel *harem* eſt agger quo cohibentur aquæ, ut docuimus in Phaleg lib. 2. cap. 26. Ita proximè acceſſerit Heſychius ad genuinam vocis ſignificationem, cum ἕρματα exponit περιφράγματα, id eſt, ſepta & obices: quò faciunt hæc Avieni:

Eſt herma porro ceſpitum munitio,
Interfluum quæ altrinſecus munit locum.

CAPUT

CAPUT XXXVIII.

An Phœnices navigaverint in novum orbem & habuerint uſum magnetis.

Ex Diodoro & Ariſtotele inſulæ maximæ, uberrimæ & amœniſſimæ deſcriptio multorum dierum navigatione à Libya diſſitæ; cujus ſitum Carthaginenſes ſummo ſtudio celarunt, ut eſſet quò ſecederent ſi urbi ſuæ quid accidiſſet ſecus. Illam inſulam aut eſſe fabuloſam, aut partem aliquam Novi orbis; quò tamen navigaſſe Phœnices pyxide nautica nondum reperta parum eſt veriſimile. Refellitur Fullerus qui pyxidis uſum antiquiſſimum eſſe aſſerit. Magnes Ἡράκλειος λίθος, non tamen ab Hercule Deo navigationum propter vim ἡγεμονικήν; illa enim tam erat prorſus ignota. Sed ab Heraclea Lydiæ, in qua reperitur. Quod non ſolus Eraſmus, ſed & Heſychius affirmat, & author Etymologici. Eódem pertinet quod Magnes dicitur & Lydius lapis. Heraclea enim Magneſiæ, & Magneſia Lydiæ pars. Dicitur etiam Ἡρακλεῶτις quod neceſſariò deducitur ab Heraclea. Dici poſſe Herculem ab inventore, vel ob vim ferri domitricem. Verſorin quid ſit in Plauto; Sententia Turnebi & aliorum. Vela vertere. Ptolemæi locus de Heraclio lapide à Fullero planè corruptus. Ἐπίουροι ſubſcudes. Secundus Sophiſta cur dictus ἐπίουρος. Philoſtratus emendatus.

l.5.p.107. Multis deſcribit Diodorus inſulam amœniſſimam & beatiſſimam, in mari Atlantico, à Libya diſtantem plurium dierum navigatione, in quam à tempeſtatibus acti, rem propalare noluerunt, ne aut alii occuparent, aut ſui etiam amœnitate loci allecti Carthagine deſerta eò ſe conferrent. Denique ut eſſet ignotus locus in quem ſecederent, ſi urbi ſuæ quid ſecus accidiſſet. Quibus hęc Ariſtotelis in libro Mirabil. ſi quidem is eſt verus author, ſunt ex parte conſona: *In mari quod eſt extra columnas Herculeas, aiunt à Carthaginenſibus inventam fuiſſe inſulam deſertam, ſylvas habentem omnis generis arborum, & fluvios navigabiles, & cæteris fructibus mirè fertilem, multorum dierum itinere* à Gadibus *remotam*, in quam *propter ubertatem cùm ſæpe commearent Carthaginenſes, adeòque in illa nonnulli pedem figerent, Carthaginenſium præſides ſub pœna mortis caviſſe ne quis eò navigaret, & omnes loci incolas è medio ſuſtuliſſe, ne rem propalarent, & multitudo ad illos ſe conferens inſulæ principatum conſequeretur, & Carthaginenſium fœlicitatem interturbaret.* Hæc Veteres de Phœnicum inſula ultrà Gades ad extremum Occidentem; quę ideò mihi ſuſpecta, quia nullum novi locum in quem cadat hæc deſcriptio. Neque enim hæc inſula poteſt una eſſe ex Fortunatis, cùm deſcribatur ἀξιόλογος τῷ μεγέθει καὶ διαῤῥεομένη ποταμοῖς πλωτοῖς. Idem eſto judicium de reliquis inſulis quæ Libyæ ad Occaſum objacent. Itaque vel nuſquam eſt hæc inſula, vel una eſt ex inſulis Novi Orbis, aut pars aliqua Braſiliæ, quam littoribus nondum ſatis peragratis Phœnices acceperunt pro inſula.

Sed nautica pyxide nondum re[illegible] parum eſt veriſimile eò navigaſſe Phœnices, cùm hæ terræ, Libya inquam & Braſilia, tanta locorum intercapedine ſint ab invicem diſſitæ, ut de Americanis inſulis taceam, Hiſpaniola ſcilicet, Cuba, Jamaica, & aliis quę multo ſunt remotiores. Fullerum Miſcellan. l. 4. c. 19. ſcio multa moliri ut Tyrios probet à Solomone edoctos, compertam habuiſſe vim magnetis ἡγεμονικήν. Sed cordato Lectori apparet Virum doctum in hoc figmento plurimum ſibi indulgere, nec ulla ratione niti quæ ſit alicujus momenti. Veriſſimum quidem eſt lapidem illum à Græcis Ἡράκλειον appellari; nec opus erat Ptolemæum hîc advocare Ptol. l. 7. c. 2. teſtem in re omnium notiſſima. Nam utut Heraclium lapidem Theophraſtus pro coticula uſurpet, cujus in probando auro uſus eſt; tamen præter Ptolemæum, Platoni Comico etiam, & Luciano, & Helladio Biſantinoo, & Galeno, & Ætio, & Piſidę (apud Suid.) & Heſychio, & Suidę, & Phavorino Ἡράκλεια λίθος est magnes. Et Plinius agnoſcit quoſdam appellaſſe *Heraclion*. Sed non ideò ſequitur, id quod contendit Vir doctus, hunc lapidem traxiſſe nomen à Phœnicio Hercule, cujus numen nautæ invocaverint, propter vim ἡγεμονικὴν quâ pollet. Neque enim ignota virtus potuit lapidi nomen facere. Ignotam autem fuiſſe ex eo patet, quod illius in ſcriptis Veterum nec vola nec veſtigium eſt. Ait Fullerus Tyrios hoc ſtudioſè cælaſſe, & modis omnibus ἐν ἀποῤῥήτοις quàm cautiſſimè continuiſſe. Ac ſi cælari potuerit res quæ ſemel inventa fuiſſet in omnium uſu promiſcuo. Aut Phœnix navicularius clavo aſſidens, & ex pyxide curſum dirigens, latere potuerit epibatas, qui ſæpe Græci aut Romani erant. Certè hæc viri docti ſententia ne umbram quidem habet veritatis. Præterea quis credat rem tam neceſſariam ſemel repertam potuiſſe ſic aboleri, ut ne veſtigium quidem illius ſupereſſet. Periit quidem ars plumaria, ut à Fullero notatum, & ars purpuram conficiendi, quæ Tyrum olim non parum nobilitavit; ſed hę artes ad luxum potiùs quàm ad uſum pertinent. Iis ſaltem carere poſſumus ſine ullo inſigni damno. Acu magnetica non item; cujus adminiculo nobis patuêre maria clauſa hactenus, & in remotiſſima terrarum libera fuit navigatio. Quod videtur beneficium Deus in hac mundi ſenectâ generi humano conceſſiſſe, ut Euangelii doctrina citiùs & faciliùs per totum orbem promulgaretur. Unde igitur factum ut magnes vocetur lapis Heraclius? Eraſmus in Adagiis deducit ab Heraclea Lydiæ urbe in qua reperitur. Sed objicit Fullerus id Grammaticam non poſſe pati, quia ex Heraclea non fieret Ἡράκλεια λίθος, ſed Ἡρακλεῶτις vel Ἡρακλεωτική. Eraſmus tamen hanc originationem de ſuo non attulit. Quin illi adſtipulantur Grammatici veteres, Heſychius: κέκληται δ' οὕτως ἀπὸ Ἡρακλείας τῆς ἐν Λυδίᾳ πόλεως, *ſic vocatur ab Heraclea Lydia civitate.* Author Etymologici: Ἡράκλεια ἡ, ἢ διὰ τὸ ἰσχυρὸν καὶ κρατερὸν τῆς ὁλκῆς, ἢ μᾶλλον διότι περὶ Ἡράκλειαν τὸ πρῶτον ἐφάνη: *Heraclea autem vocatur, aut propter vim & robur tractionis, aut potius quia circa Heracleam primùm apparuit.* Ita magnes lapis & Heraclius planè erunt ſynonyma; id enim in confeſſo eſt Magnetem dici, quia naſcitur in Magneſia. Lucretius:

Quem Magneta vocant patrio de nomine Graji,
Magnetum quia ſit patriis de finibus ortus.

Etymologus: Μαγνῆτις δὲ, ὅτι (ὥς φασιν) ἄνδρες λιθοφόροι Μάγνητες εὗρον αὐτῆς τὴν ἐνέργειαν, *Magnes autem vocatur, quia illius vim invenerunt Magnetes qui lapides ferunt*, nempe in crepidis ut docent ſequentia. Proinde Magnes ab Achille Tatio dicitur Μαγνησία λίθος, & à Callimacho Μάγνησσα. Porro Heraclea civitas pars erat Magneſiæ. Suidas: Ἡράκλειαν λίθον τινὲς τὴν Μαγνῆτιν ἀπέδοσαν, διὰ τὸ τὴν Ἡράκλειαν τῆς Μαγνησίας εἶναι, *Herculeum lapidem quidam Magneſiam reddiderunt, quia Heraclea pars eſt Magneſiæ.* Eódem pertinet quod Lydium vocat Sophocles, quia Lydiæ pars eſt Magneſia, in qua Heraclea. Heſychius: διὸ καὶ Σοφοκλῆς Λυδίαν λίθον αὐτὴν καλεῖ. Et Lydicum vetus Poëta: Λυδικὴ λίθος σίδηρον, τηλόθεν προσηγάγει. Itaque tam à patria dicitur Heraclius quàm Lydius aut Magnes. Et in Theophraſto de lapidibus λίθος Ἡράκλεια καὶ ἡ Λυδὴ pro eodem ſumuntur. Hęc cùm tam benè cohęreant, analogia Grammaticæ fruſtra objicitur, quam derivata non ſemper ſervant. Quamvis non deſint qui pro Ἡρακλείᾳ ſcribant Ἡρακλεῶτιν. Heſychius: οἱ δὲ σιδηρῖτιν, οἱ δὲ Ἡρακλεῶτιν. Dato tamen non conceſſo Ἡράκλειαν λίθον dici ab Hercule; quorſum

In Iconibus apud Photium auth. 279. ad Parter man. c. 161. vide Heſych. Æn. Tetrab. 1. Serm. 1. c. 25. Plin. l. 36. c. 16.

quorſum Hercules Phœnix potiùs quàm Græcus intelligatur, qui de ſuo nomine potuit appellare lapidem à ſe repertum, dum in Lydia degeret apud Omphalem. Ut eos taceam qui Herculeum dici voluere ob vim ferri domitricem.

Adverſ. l. 10. c. 4. Sunt qui Plauti *verſoriam* pyxidem nauticam eſſe conjectant, quos Adriani Turnebi verbis refellere malo quàm meis. *Verſoria*, inquit, *eſt apud Comicum Plautum funis quo vertitur velum. Nam eos ferre non poſſum qui recentem illam pyxidicalam naviculatoriam atavorum memoriâ inventam explicant. Verba ſunt Plauti in Mercatore, Scenâ Divûm atque hominum:*

Hic ventus nunc ſecundus eſt, cape modo verſoriam.

Et in Trinummo Scenâ, Staſime fac te:

Cape verſoriam, recipe te ad herum.

Meam confirmat ſententiam quod ab eodem ſcriptum in Epidico Scena, Heus Adoleſcens:

*Al. ex imo. *Utcunque in alto ventus eſt, Epidice*, exin velum vertitur.*

Adde ex Solini cap. 10. *Nunc in Thraciam locus pergere & ad validiſſimas Europæ gentes vela vertere.* In quem locum conſule magnum Salmaſium. Sunt quibus *capere verſoriam* eſt παλινδρομίαν ἐλθεῖν, ἀναστροφῆς εἰς τοὔμπαλιν ἔχεσθαι, uno verbo ἀναστρέφειν vel παλινδρομεῖν: quod aliis verbis Poëta dixit *dare lintea retro* Æneid. lib. 3.

Obiter monendus eſt Lector Ptolemæi locum de Heracleo lapide prava interpretatione & emendatione à Fullero planè corrumpi. Ptolemæi verba ſic habent lib. 7. cap. 2. (poſtquam actum eſt de tribus Satyrorum inſulis) Φέρονται δὲ καὶ ἄλλαι συνεχεῖς δέκα, ἐν αἷς φασὶ τὰ σιδήρους ἔχοντα ἥλους πλοῖα κατέχεσθαι, μήποτε τῆς Ἡρακλείας λίθου περὶ αὐτὰς γεννωμένης, καὶ διὰ τοῦτο ἐπιούροις ναυπηγεῖσθαι, quæ ad verbum ſic reddere eſt: *Feruntur & alia eſſe continua decem inſulæ, in quibus detineri ajunt navigia quæ ferreos habent clavos, fortaſſe quia lapis Heracleus circa ipſas gignitur, atque ea propter* ipſa navigia *ſubſcudibus compaginari.* Ἐπίουροι ſunt ſubſcudes ſeu ἧλοι ξύλινοι *clavi lignei*, ut habetur in Heſychio, δρύοχοι apud Suidam. Unde eſt quod Secundus ſophiſta Athenienſis ἐπίουρος dictus eſt, quia filius erat fabri (lignarii nimirum.) Suidas: Σεκοῦνδος, Ἀθηναῖος σοφιστής, ὃς ἐχηματίζε Πλωτῖνος. Ἐπωνομάζετο δὲ ἐπίουρος, ὡς υἱὸς τέκτονος. Philoſtratus Sophiſt. lib. 1. in Secundo: Μηδὲ Σεκούνδου τοῦ Ἀθηναίου ἀμνημονῶμεν, ὃν ἐκάλουν ἐπίουρόν τινες, ὡς τέκτονος παῖδα. Ἐπίουρος pro ἐπίθυρος lego cum doctiſſimo Meurſio. Pro *epiuris* Romani *epigros* dixerunt, ut *groppionem* Itali pro *uropygio*. Iſidorus in gloſſis: *Epigri, clavi lignei ſunt quibus lignum ligno adhæret.* Seneca de Caligula qui ſenatori porrexit pedem oſculandum: *niſi in os ſenatoris ingeſſiſſet Imperator epigros ſuos.* Ita docti emendant quod legitur *pigros ſuos*. Hujus vocis ignoratione Vir doctus quem diximus multum ſe torquet, & pro ἐπιούροις ναυπηγεῖσθαι legendum contendit ἐπὶ οὐρίοις ναῦς πεδεῖσθαι, id eſt, *ſecundis à puppi proſequentibus ventis naves veluti compedibus vinctas inhiberi.* Quod ut alia taceam, à mente Ptolemæi planè eſt alienum.

CAPUT XXXIX.

Phœnices in Britannia & Hibernia & Caſſiteridibus inſulis.

Caſſiterides olim ſolis Phœnicibus notæ. Gentis opes ſtannum, plumbum, coria. Quis inde plumbum primus apportaverit. E Britannia ſtannum ferebatur per Gallias ad Venetos aut Narbonenſes. Caſſiterides eædem cum Britannicis. Βρετανική quaſi ברת אנך *barat anac*, id eſt, *ager ſtanni* vel *plumbi*. אנך *anac* pro utroque vel alterutro, Amos 7: 7. & in Avicenna & Giggeio. Stannum Veteribus plumbi ſpecies. Utroque Britannia fœcundiſſima. Britannus & Britannia ex Βρετανική per apocopen, ut Pœnus ex Punico. Britannia Gr. Βρεττανία, & Britanni Βρεττανοί. אנך Theodotion reddit τακόμενον fuſum. Plumbum maxime fuſile. Huic proximè accedit ſtannum, Celticum inprimis ſeu Britannicum. אנך Aquila reddit ἁρμονίαν *ſtagnaturam*. Stagnare, firmare, στομοῦν, *ſtangare* vel *ſtancare*. אנך in Senioribus ἀδάμας. In Plinio quid *adamas Anachites*, & in Orpheo ἀνακίτην ἀδάμαντα. Stannum ut Græcè κασσίτερος, ita Chaldaicè *kaſtira* & *kiſtara*, Arab. *kazdir*, Talmud. *kaſſiterion* & *gaſteron*. אנך pro χωνία. Inſulæ cujuſdam Britannicæ incolæ ritus Samothracum a Phœnicibus edocti. Silures ex Iberia in Britanniam. Britanni braccati. שרבל *ſirvval* bracca. Inde dicti Silures. Silura inſula vel Silurum inſulæ. Eædem Caſſiterides, Heſperides & Oeſtrymnides. Nauclerus Phœnix maluit navem in vada illidere quam Caſſiterides aperire Romanis. Midacritus qui primus plumbum attulit ex Caſſiteridibus inſulis, potiùs Melicartus. Caſſiterides ignotæ Herodoto. Heſperidum incolæ Iberi in Dionyſio. Ibid. tres urbes. Feſtus de Pœnorum & Himilconis navigationibus ad Oeſtrymniden. Himilconis iter ab ipſo deſcriptum. Non eſſe cur illud iter Camdenus pro fabuloſo habeat, & Britanniam velit ſerò fuiſſe cognitam. Camdenus hic non ſibi conſtat. Fruſtra objici ex Polybio nihil eſſe notum ſupra Narbonem. Multa nota Pœnis, quæ Græcis & Romanis ignota. Ipſi Polybio multa nota ſupra Narbonem, ut Rhodani fontes, Corbilo ad Ligerim, adeóque ipſa Britannia; quam deſcripſit poſt antiquiores Geographos, Eratoſthenem & Dicæarchum Ariſtotelis diſcipulum, & Pytheam qui ab utroque citatur. Quin ipſe Camdenus Britanniam ab Orpheo deſcribi aſſerit, qui veriùs Onomacritus. Polybius non ſimpliciter ſcripſit ignorari quicquid eſt ſupra Narbonem, ſed an terras ſupra Narbonem & Tanaim ambiat mare. Hannibalem non adiiſſe Britannias, quamvis Hebræi ita aſſerant. Polybii locus explicatus. *Hibernia* nomen Phœnicium עברנאה *Ibernae*, id eſt, ultima habitatio.

Jam ex Auſtralibus plagis in Boreales navigamus ad Caſſiterides inſulas, olim omnini pervias, præterquam ſolis Phœnicibus. Strab. lib. 3. Πρότερον μὲν οὖν Φοίνικες μόνοι τὴν ἐμπορίαν ἔστελλον ταύτην ἐκ τῶν Γαδείρων, κρύπτοντες ἅπασι τὸν πλοῦν, *primo quidem ſoli Phœnices eò negotiatum mittebant è Gadibus, celantes alios iſtam navigationem.* Gentis opes ſtannum, & plumbum, & coria, quæ ſale, & fictilibus, & æramentis permutabant. Strabo: μέταλλα δὲ ἔχοντες κασσιτέρου καὶ μολύβδου, κέραμον ἀντὶ τούτων καὶ τῶν δερμάτων διαλλάττονται, καὶ ἅλας, καὶ χαλκώματα πρὸς τοὺς ἐμπόρους. Plumbum ex illis inſulis Græcis primum allatum. Plinius: *Plumbum ex Caſſiteride inſula primus apportavit Midacritus.* Atque indidem ſtannum habuêre. Herodotus: οὔτε νήσους οἶδα Κασσιτερίδας ἐούσας ἐκ τῶν ὁ κασσίτερος ἡμῖν φοιτᾷ, *nec Caſſiterides novi inſulas, unde ad nos venit ſtannum.* Non quod ipſimet Græci ad eas ſe conferrent. Neque enim illarum ſitum ignoraſſet Herodotus. Itaque ſtannum & plumbum comparabant vel à Phœnicibus, vel à Venetis aut Narbonenſibus ad quos per Gallias ferebatur terreſtri itinere triginta dierum, ut docet Diodorus lib. 5. Iis accedo qui Caſſiterides inſulas volunt eſſe Britannicas, quia quo loco deſcribuntur, id eſt, in Oceano trans Artabros ad Aquilonem, nullas alias novi inſulas ſtanni & plumbi feraces. Quid quod ex ipſo nomine res videtur poſſe colligi. Nam in libello de mundo quem Ariſtoteli tribuunt, νῆσοι Βρεττανικαὶ dicuntur Albion & Jerne. Et Britanniam Strabo paſſim appellat Βρεττανικήν, & uno τ Βρετανικήν. Porro *Bretanica* mihi quidem nihil videtur eſſe aliud quàm ברת־אנך *Barat-anac*, id eſt, *ager*, ſeu terra *ſtanni & plumbi*. ברא *bara*, & in regimine ברת *barat* Syris agrum eſſe ſciunt omnes, & ex Daniele abundè notum, in quo חיות ברא eſt *beſtia agri* cap. 2. verſ. 38. & דתאא דברא *herba agri* cap. 4. verſ. 12. Et אנך *anac* ſtannum aut plumbum Hebræi explicant in Amos 7: 7. Nempe utrumque ſignificat. Avicenna lib. 2. cap. 27. definit אלרצאץ אלאסוד *plumbum nigrum*. Sed Lexicographi Arabes docent utrique metallo, ſtanno inquam & plumbo nomen eſſe com-

Lib. 7. c. 56.

Pag. 209.

Cap. 3.

L. 1. p. 63. l. 3. in fine. Sec. Dom. v. 284. l. 3. in Bργ. τανικ.

Digitized by Google

commune. Giggeius: אלאנך (*alanac*) *plumbum, plumbum ſubalbum ſeu ſtannum, plumbum purum, plumbum nigrum.* Ibidem אלאנכי (*alanaci*) *ſtanneum vel plumbeum.* Et paulò antè: אנך *Aunac apud Avicenna interpretes eſt plumbum, ſed ſignificat ſtannum.* Sic Græcum κασσίτερος, unde Caſſiterides, quod Græcis propriè ſtanoum eſt. Mela

Lib. 3. c. 6.

plumbum reddidit: *quia plumbo abundant uno omnes nomine Caſſiterides appellant.* Plinius item: *Caſſiterides dictæ à Græcis a fertilitate plumbi.*

Pl. l. 4. c. 22. Vide l. 34. c. 16. & 17.

Nempe ex Plinii ſententia ſtannum eſt plumbi ſpecies. Et verò plumbum & ſtannum ſunt metalla valde vicina. Et utroque Britannia eſt terrarum omnium fœcundiſſima. De ſtanno res notiſſima ex Diodoro, ut

Diod. l. 5. p. 209.

taceam Recentiores. De plumbo Plinium audi: *Nigro plumbo ad fiſtulas laminaſque utimur, laborioſius in Hiſpania eruto, totaſque per Gallias: ſed in Britannia ſummo terræ corio adeò largè, ut lex ultro dicatur, ne plus certo modo fiat.* Stannum reperitur potiſſimum in Danmoniis (vulgò Cornuvvallia) & vicinis inſulis, plumbum in Coritanis, Ordovicibus & Brigantibus. Qua arte & quantâ copiâ eruantur videſis apud Camdenum. Mihi docuiſſe ſufficit ab horum metallorum fœcunditate has inſulas, ut à Græcis Caſſiteridas, ita à Phœnicibus dictas fuiſſe ברת אנך *barat-anac* agrum ſtanni & plumbi: quod Phœnicium nomen deflexum in Βρετανικὰ & Βρεττανικάς. Si Βρετανικὴν dixeris nomen eſſe κτητικὸν & Βρετάνες priùs dictos quàm Βρεττανικὴν, eâdem operâ negaveris à Phœnice fieri Punicum & Pœnicum, quia Pœnus eſt ſimplicius. Res tamen eſt in confeſſo à Phœnice primò Pœnicum, & Punicum, & puniceum, deinde etiam Pœnum deductum per apocopen. Sed & *Africa, Marmarica, Meſſabatica* priùs dictæ ſunt quàm *Afri, Marmaridæ, Meſſabatæ.* Quæ ſingula ſuis locis probavimus: ita Βρετανικὴν aſſerimus priùs dictam quàm Βρετάνες & ex ברת אנך Græcos Βρετανικὴν primò feciſſe, deinde voce decurtata Βρετάνες & Βρετάνιαν. T plerunque Græci geminant, ut Latini N. Tamen ſimplici T Βρετάνιν dixit Dionyſius Periegetes, & Βρετάνιαν Xiphilinus in Pompeio; & Βρετανικὴν Strabo lib. 1. & 3. Et νήσους Βρετανικὰς author libri de mundo. Quam Scripturam ideò optimam & antiquiſſimam eſſe judico, quia ad Phœniciam maximè accedit.

Cur vel plumbum vel ſtannum Hebraicè dicatur אנך non ſatis liquet. Theodotion reddidit τηκόμενον *fuſum*; ac ſi verbum אנך metallici Veteres in fundendi ſignificatione uſurpaverint; unde plumbo & ſtanno nomen eſſet aptiſſimum. Nam ex omnibus metallis plumbum eſt maximò fuſile. Et ad plumbi naturam hac in parte proximè accedit ſtannum, præcipuè Celticum ſeu Britannicum, de quo Ariſtoteles in libro Mirabilium: τὸν κασσίτερον τὸν Κελτικὸν τήκεσθαί φασι πολὺ τάχιον μολίβδου· σημεῖον δὲ τῆς εὐτηξίας, ὅτι τήκεσθαι δοκεῖ καὶ ἐν τῷ ὕδατι. *Stannum ferunt Celticum multò citius quàm plumbum liqueſieri; ſignum autem eſſe facilis fuſionis, quod etiam in aquis videtur ſolvi.* Cætera ibi vide.

Nec temerè prætereundum eſt quod אנך Aquila reddidit ἀλοιφωσιν. Ibi enim ἀλοιφωσι. Hieronymo eſt *ſtagnatura.* Inde in commentariis: *Dominus ſtans ſupra murum ſtagnatum.* Item: *in manu ejus ſtagnatio.* Porro a ſtagnando dicitur ſtagnum vel ſtannum. Stagnare eſt firmare à Græco στεγανοῦν. Juſtinus de Aſphaltite lib. 36. *Neque ventis movetur reſiſtente turbinibus bitumine, quo aqua omnis ſtagnatur.* Et lib. 37. de Mithridate: *ſe adverſus inſidias exquiſitis interioribus remediis ſtagnavit.* Statius lib. 3. Sylv. in Propemptico Metii Celeris:

Cur vada deſudant, & ripa coerceat undas
Cecropio ſtagnata luto.

Recentior Latinitas *ſtangare* & *ſtancare* dixit. Sic apud Sammonicum, *ad ſanguinem ſtancandum,* Gallicè *pour eſtancher le ſang.* Plura de hoc argumento qui volet, legat obſervationes profundæ eruditionis Cl. Salmaſii in Solinum pag. 577.

Ex eodem verbo אנך *anac* vel *anach* putat Vir doctiſſimus LXX Seniores feciſſe adamantem; quia cenſetur anachites inter ſpecies adamantum. Plinius lib. 37. cap. 4. *Adamas & venena irrita facit & lymphationes abigit, metuſque vanos expellit à mente, & ob id quidam eum anachitem vocavêre.* Nempe ἄχος eſt animi dolor, & mœror acerbiſſimus, σύγχυσις ψυχῆς, λύπη ἐπιτεταμένη. Ita explicat alicubi Apollonii Scholiaſtes. Itaque *anachites* lapis ideò dictus adamas, quia putatur animum liberare his mœroribus, & in tranquillo ſtatu ponere. Eſt & Anactites adamas inter genera lapidum apud Orpheum, qui de galactite ſic habet in libro de lapidibus:

Τόνγε παλαιγενέες μὲν ἀνακτίτην ἀδάμαντα
Κλεῖον.

Hunc & anactitem Veteres adamanta vocabant.

Nempe παρὰ τὸ ἀνακτίζειν à recreando vel renovando. Sed hęc οὐδὲν πρὸς ἔπος, quia vox אנך *anac* non eſt Græca, ſed Hebraica.

Quin Græcum ſtanni nomen κασσίτερος, unde dictæ Caſſiterides, poſſit videri Phœniciæ eſſe originis, quia Chaldæi & Arabes ſtannum appellant vocabulis huic ſimillimis. Sic Num. 31: 22. pro Hebræo בדיל & Græco κασσίτερον, Jonathan habet קסטירא *kaſtira*, & Hieroſolymitanus Interpres קיסטרא *kyſtara*, & Arabs קזדיר *kaſdir.* Et in tractatu Talmudico Sanhedrio קסטירין *kaſtiterion* eſt ſtannum. Sed ipſa hæc diverſitas docet vocem eſſe peregrinam & à Græcis mutuatam. Ita גסטרון *gaſteron*, quod doctiſſimus Buxtorfius poſt Selomonem orichalcum exponit, id ipſum eſt quod κασσίτερον. Et קוניא *konia* quod alii *plumbum*, alii *vitrum* reddunt, & Selomo התוך אבר *fuſionem plumbi* nihil eſt quàm χωνεία, id eſt, fornax vel officina in qua metalla conflantur. Innumerę hujuſmodi voces Atticæ originis in Hebręorum libris latent nondum à quoquam animadverſæ.

Nunc ne quis nihi nos putet ſolis nominum Etymologiis, quod Phœnices in Britannicas inſulas navigaſſe contendimus, etiam aliis argumentis adſtruere conabimur. 1. Apud Strabonem Pag. 198. lib. 4. aſſerit Artemidorus εἶναι νῆσον πρὸς τῇ Βρεττανικῇ, καθ' ἣν ὅμοια τοῖς ἐν Σαμοθρᾴκῃ περὶ τὴν Δήμητραν καὶ τὴν Κόρην ἱεροποιεῖται. *Inſulam eſſe prope Britanniam in qua Cereri & Proſerpinæ ſacra fiunt eodem ritu quo in Samothrace.* Nec eſt quod quis incolas putet Græcos habuiſſe doctores. Artemidori ętate, qui ſub Ptolemæo Lathyro ſcripſit, neminem Græcorum in Britanniam navigaſſe docti ſat ſciunt. Itaque ſupereſt ut iidem Phœnices, à quibus Cabirorum cultum Samothraces edidicerant, etiam hos inſtituerint in eadem diſciplina.

2. Inter Britanniæ populos, ut conjectat Tacitus in Agricola, *Silurum colorati vultus & torti plerumque crines, & poſitus contra Hiſpaniam, Iberos veteres trajeciſſe, eaſque ſedes occupaſſe fidem faciunt.* Iberos nempe Tarteſſios qui Phœnicum erant coloni. His enim ſolis navigandi & colonias in remota loca deducendi animus & peritia fuit. Et Silurum nomen facile eſt ex Phœnicia lingua exſculpere. Britannos æquè ac Gallos braccatos fuiſſe docti ſciunt. Unde illud Martialis lib. 11. Epigr. 22.

Quam veteres braccæ Britonis pauperis.

Arabicè porro bracca eſt סרול *ſirvval.* Talmudici ſcribunt שרול; quod Aruch, Aquinas & alii perperam בית יד *chirothecam* interpretantur. Id enim

enim eſſe quod diximus patet ex uſu Arabum. Sic Num. 6: 10. al. 3. ubi Hebræus habet מכנסי & Græci περισκελῆ; & Vulgatus *feminalia*, & Jonathan & Hieroſolymitanus אורקסין vel אברקסין *braccas*; Arabs reddit סראויל; & alibi fœminina

Exod. 28: 42. & 39: 28. Levit. 16:4. terminatione סראוילאת. Neque aliter uſurpat Geographus Nubienſis. At Arabum Lexicographi id ipſum conſtanter aſſerunt. Ergo ex סרול

Clim. 1. part. 2, &c. *ſirval* סרולין *ſirvalin* braccatos ſignificat; unde Romanis per metatheſin *Silures* ii Phœnicum qui in Britannia ſedes fixerunt vocati ſunt διακριτικῶς, ut à reliquis Phœnicibus hac appellatione diſtinguerentur. Quomodo pars una Galliæ à braccarum uſu braccata dicta eſt.

Cap. 22. 3. Haud dubiè ab his Siluribus nomen habet Silura inſula, de qua Solinus: *Siluram quoque inſulam ab ora quam gens Britanna Dumnonii tenent, turbidum fretum diſtinguit.* Alii malunt legere *Silurum quoque inſulas*, quæ ſint eædem cum Sillenis, in quas Maximus Auguſtus Priſcilliani ſectarios Inſtantium & Tiberianum deportari juſſit.

Sulpitius Sever. l. 2. sub finem. Angli hodiè *Silly* vocant, & Belgæ *Sorlings*. Camdenus hoc nomine inſigniri dicit inſulas plus minus CXLV in orbem ferè digeſtas octo circiter leucis ab extremo Cornwalliæ promontorio. In his decem eſſe majores ſtanno maximè fertiles. Sed & quaſdam è minoribus à fodinis traxiſſe nomen. Quæ illecebra Phœnices eò pellexit ex locis tanta terrarum intercapedine diſſitis.

4. Multis probat idem Camdenus has eaſdem eſſe inſulas, quas à ſtanni copia Caſſiteridas, & à ſitu Heſperidas, & ab Artabrorum promontorio Oeſtrymni, cui ſunt oppoſitæ, Oeſtrymnidas Veteres appellarunt. Jam quis in hiſtoria tam rudis eſt, ut Phœnices neſciat ex iis inſulis magnam advexiſſe ſtanni copiam? Strabo de Caſſi-

Lib. 3. pag. 175. teridibus: Πρότερον μὲν οὖν Φοίνικες μόνοι τὴν ἐμπορίαν ἔστελλον ἐκ τῶν Γαδείρων, κρύπτοντες ἅπασι τὸν πλοῦν. *Primùm quidem ſoli Phœnices eò ex Gadibus negotiatum ibant, celantes alios iſtam navigationem.* Sequitur hiſtoria ſingularis de Phœnicio nauclero qui ad Caſſiterides navigans, cùm aliquam Romanam navem ſuam ſequi deprehendiſſet, maluit is naufragium facere propria nave in vada impulſa, quam rem aperire Romanis. Ex quo naufragio ſuperſtes precium amiſſarum mercium ex Carthaginenſium ærario recepit.

Plinius lib. 7. cap. 56. *Plumbum ex Caſſiteride inſula primus apportavit Midacritus.* Legendum *Melicartus* vel *Melcarthus*, id eſt, Phœnicius Hercules apud Sanchoniathonem, ad quem occiduas navigationes Phœnices referebant. Nam Midacritus Græcum nomen eſt. Græcis porro de Caſſiteridum inſulis nihil compertum. Quod Herodotus ingenuè agnoſcit: Οὔτε, inquit, νήσους οἶδα Κασσιτερίδας ἐούσας ἐκ τῶν ὁ κασσίτερος ἡμῖν φοιτᾷ, *neque Caſſiterides inſulas novi ex quibus ad nos affertur ſtannum.* Dionyſius Periegetes de Heſperidibus:

> Νήσους θ' Ἑσπερίδας, τόθι κασσιτέροιο γενέθλη,
> Ἀφνειοὶ ναίουσιν ἀγαυῶν παῖδες Ἰβήρων.

Id eſt, Priſciano interprete,

> —— *ſunt ſtanni pondere plenæ*
> *Heſperides, populus tenuit quas fortis Iberi.*

Iberorum nomine Silures intellige qui ſedem ibi fixerant, vel Tarteſios, Phœnices & Gaditanos, qui locorum erant domini. Hæc ſolùm Dionyſius; tamen plura citat Tzetzes, qui Heſperidas perperam ſtatuens eſſe ex Orcadum numero, narrationi de triginta Orcadibus, hæc de Heſperidum inſulis attexit:

Hiſt. 219.
> Ἐκ τούτων τῶν τριάκοντά εἰσιν αἱ Ἑσπερίδες.
> Πρὸς μέρη γὰρ Ἑσπέρια κεῖνται τῆς Βρετανίας.
> Τριῶν δὲ Διονύσιος πόλεων μόνον λέγει.

Feſtum Avienum in oris maritimis Oeſtrymnidum nomine eaſdem inſulas intelligere ex deſcriptione patet:

> *In quo inſula ſeſe exerunt Oeſtrymnides*
> *Latè jacentes, & metallo divites*
> *Stanni atque plumbi*, &c.

Idem porrò de Phœnicum in eas navigationibus hæc habet valde expreſſa:

> *Tarteſſiiſque in terminos Oeſtrymnidum*
> *Negotiandi mos erat; Carthaginis*
> *Etiam colonus* (lege *coloni*) *& vulgus inter Herculis*
> *Agitans columnas hæc adibant æquora:*
> *Quæ Himilco Pœnus menſibus vix quatuor,*
> *Ut ipſe ſemet rem probaſſe retulit,*
> *Enavigantem poſſe tranſmitti aſſerit.*

Pœnus ille Himilco quem citat, eò miſſos à Senatu Carthaginenſi ut occidua Europæ littora exploraret, hoc officio defunctus iter ſuum in commentaria retulit. Itaque eundem in occidui deſcriptione Feſtus profitetur ſe ſequi. En ipſa authoris verba:

> *Hæc olim Himilco Pœnus Oceano ſuper,*
> *Spectaſſe ſemet & probaſſe retulit,*
> *Hæc nos ab imis Punicorum annalibus*
> *Prolata longo tempore edidimus tibi.*

Proinde non poſſum ſatis mirari quorſum Camdenus, vir alioqui impensè doctus, Britanniam ſuam velit non niſi ſero fuiſſe cognitam, & ſomniaſſe eos qui Himilconem Pœnum eam aperuiſſe fide prodiga crediderunt, *cùm nihil de hac navigatione ſit in literas relatum præter unum & alterum apud Feſtum Avienum verſiculum.* Imò totam navigationem ab ipſo Himilcone deſcriptam in Punicorum annalibus, quibus nihil potuit citari certius, ſe legiſſe tradit Feſtus; ex nos hodiéque legeremus, niſi hæc antiquitatis monumenta nobis tempus invidiſſet. Neque verò Phœnices latere potuit Britannia Caſſiteridibus cognitis, quas Britannicas eſſe inſulas ad extremum Cornwalliæ promontorium ſitas non modo agnoſcit Camdenus, ſed & neceſſariis demonſtrat rationibus. Quid quod idem Camdenus ex Caſſiteridum inſulis primum plumbum in Græciam allatum eſſe contendit? Unde ſequatur ante Homerum notas fuiſſe Caſſiterides. Homerus enim plumbi meminit, cùm dicit de Iride Iliad. ω. verſ. 30.

> Ἡ δὲ μολυβδαίνῃ ἰκέλη ἐς βυσσὸν ὄρουσεν.
> *In fundum delapſa dea eſt, ut glandula plumbi.*

Objicit Camdenus Polybio Hiſtorico, qui magni Scipionis ſocius magnam Europæ partem circa annum ante Chriſtum natum 370. (lege 170.) perluſtravit, hanc orbis terrarum plagam minimè innotuiſſe; id conſtare ex his Polybii verbis: *Quod inter Tanaim atque Narbonem ad Septentrionem vergit, uſque in præſentem diem ignoratur, ſomniantque ſi qui de eo vel loquuntur aliquid, vel ſcribunt.* Regeri poſſet Phœnicibus, qui jam inde ab Heroicis temporibus colonias in Oceanum ultra Gades deduxerant, hæc longè notiora fuiſſe quàm Græcis. Itaque multa potuiſſe illis eſſe perſpecta de Occidentalis Oceani inſulis quæ Polybius ignoraverit. Sed nihil opus huc deſcendere; neque enim ſcripſit Polybius ſuo ævo ignorari quicquid eſt ſupra Narbonem; & ſomniare qui de eo quicquam loquuntur aut ſcribunt. Quin ipſi Rhodani fontes, & Corbilonem ad Ligerim, & multa alia Galliæ loca ſupra Narbonem accuratè deſcripſit. Et lib. 3. pollicetur ſe κατ' ἰδίαν ſcripturum περὶ τῆς ἔξω θαλάττης, καὶ τῶν ἐν ταύτῃ συμβαινόντων ἰδιωμάτων: ſed &, quod hìc maximè notandum, περὶ τῶν Βρεττανικῶν νήσων καὶ τῆς τοῦ κασσιτέρου κατασκευῆς, *de Britannicis inſulis & ſtanni confectione.* Cui voto illum ſatisfeciſſe in libris qui perierunt, colligimus ex libro ſecundo Strabonis pag. 104. ubi Πολύβιος τὴν Εὐρώπην χωρογραφῶν,

γραφῶν, *Europæ regiones deſcribens*, & Pytheę, Dicæarchi & Eratoſthenis de Britanniæ magoitudine ſententias ioter ſe conferens & refellens inducitur. Ex quo loco non ſolum Polybium, ſed & tres alios Geographos Polybio vetuſtiores de Britannia ſcripſiſſe conſtat. Quorum Ἐρατοσθένη τὸν τελευταῖον πραγματευσάμενον περὶ τῆς γεωγραφίας, *Eratoſthenem, qui ultimus Geographiam tractavit*, ut ibidem habetur, natum eſſe ſcribit Suidas Olympiade 126. id eſt, ſub Ptolemęo Philadelpho. At Dicæarchus apud Athenęum lib. 11. gloriatur ſe Ariſtotelem habuiſſe magiſtrum. Et utrumque præceſſiſſe oportet Pytheam qui ab utroque citatur. Hi tamen præ Orpheo recentes, vetuſtiſſimo Poëta, Argonautarum uno, à quo deſcribi Britanniam aſſerit idem Camdenus: *Solum*, inquit, *ab omni frugum genere ita beatum, ut Cereris ſedem fuiſſe dixerit Orpheus. Nam de hac noſtra inſula intelligendum illud eſt,*

Argon. v. 1187. - - - ἰδ' εὐρέα δώματ' ἀνάσσης
Δήμητρος.

Tat. Orat. cont. Græc. Clemens Strom. l. 1. Qua in parte quidem meum illi ſuffragium non addiderim, ut qui didicerim ex Tatiano & Clemente Alexandrino, poëmatum quæ Orpheo perperam tribuuntur verum authorem eſſe Onomacritum, Poëtam Athenienſem, qui ſub Piſiſtratidis floruit Olympiade, ut illi volunt, quinquageſimâ, malim quinquageſimâ quintâ, annis ante Criſtum DLX. Utut ſit, vel inde apparet non ſibi coöſtare Camdenum, cùm Græcis antiquioribus negat Britannos innotuiſſe.

Jam ad Polybium redeo quem ita ignoraſſe vult quicquid eſt ſupra Narbonem, ut & ſomniare dixerit eos, qui de eo quicquam ſcripſerunt. Sed Polybii locus, quem in hanc mentem ex libro tertio citat Camdenus multo aliter explicandus; ut conPag. 192. ſtabit totum legenti: Καθάπερ δὲ καὶ τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Λιβύης, καθὸ συνάπτουσιν ἀλλήλαις περὶ τὴν Αἰθιοπίαν, οὐδεὶς ἔχει λέγειν ἀτρεκῶς ἕως τῶν καθ' ἡμᾶς καιρῶν πότερον ἤπειρός ἐστι κατὰ τὸ συνεχὲς τὰ πρὸς τὴν μεσημβρίαν, ἢ θαλάττῃ περιέχεται. Τὸν αὐτὸν τρόπον τὸ μεταξὺ Τανάϊδος καὶ Νάρβωνος εἰς τὰς ἄρκτους ἀνῆκον, ἄγνωστον ἡμῖν ἕως τοῦ νῦν ἐστιν. ἐὰν μή τι μετὰ ταῦτα πολυπραγμονοῦντες ἱστορήσωμεν. τοὺς δὲ λέγοντάς τι περὶ τούτων ἢ γράφοντας ἀγνοεῖν, καὶ μύθους διατιθέναι νομιστέον, id eſt, doctiſſimo Cauſaubono interprete: *Porro quemadmodum de Æthiopia, in qua Aſia & Africa ſe contingunt, nemo ad hac uſque tempora affirmare habet ſitne continens terra quæ inde verſus Meridiem ſe porrigit an mari ambiatur: ita planè, quicquid inter Tanaim & Narbonem ad Septentriones vergit, hactenus nobis eſt ignotum; niſi quod poſthac curioſa inveſtigatione de eo tractu didicerimus. Qui de his locis aliter ſcribunt, pro imperitis & fabularum concinnatoribus ſunt habendi.* Nempe ut illo ævo ignorabatur an Africæ partes Auſtrales ambiret mare, ita ignorari dicit Polybius an partes Europæ Aquilonares quæ ſunt ſupra Narbonam circumfluat Oceanus. Quod hodiéque non ſatis ſcimus in tanta luce. Itaque Camdenus fallitur, dum quod κατά τι à Polybio dicitur, ſumit tanquam ſimpliciter dictum.

Argumentis quæ allata ſunt, addat qui volet hęc Gorjonidis de Hannibale lib. 3. cap. 15. ויכנע בריטניה היושבים באוקיינוס. *etiam Britannos ſubegit, qui habitant in mari Oceano.* Mihi vanitas ſcriptoris notior eſt quàm ut vel jurato credam. Annibal, cujus geſta ex Polybio & Livio notiſſima ſunt, nunquam acceſſit ad Britanniam; tantùm Galliarum partem attigit, quæ inter Pyrenæos & Alpes à Britannia remotiſſima eſt. Proinde Camdenus rectè obſervat in Polybii Eclogis ex lib. 11. mendoſè legi συγκλεισθεὶς τῆς Βρεττανίας εἰς πάνυ βραχεῖς τόπους Ἀννίβου, & loco Βρεττανίας reſcribendum Βρεττιανῆς. Caſauboni editio habet Βρεττίας, id eſt,
Pag. 618. *clauſo Annibale in angulis agri Brutii* ; non *in angulis Britanniæ*. Simile mendum occurrit in his Olympiodori. Ῥήγιον μητρόπολις ἐστι τῆς Βρεττανίας, ἐξ οὗ Ἀλάριχος ἐπὶ Σικελίαν βουλόμενος περαιωθῆναι ἐπεσχέθη. *Rhegium eſt Britanniæ* (imò τῆς Βρεττίας *Brutiæ*) *metropolis, unde cum vellet Alarichus in Siciliam trajicere cohibitus eſt.*

Verbum addo de Hibernia quam Phœnicibus non fuiſſe ignotam etiam ex nomine conjectura eſt quod planè videtur eſſe Phœnicium. Hibernia enim, nonnullis *Jerna*, *Juverna*, Βερνία Οὐερνία, Ἰουερνία, nihil aliud eſt quam עבר נאה *Ibernae* ultima habitatio, quia ultra Hiberniam verſus Occaſum Veteres nihil noverant quàm vaſtum mare. Utraque pars nominis eſt notiſſima, & de priore pluribus diximus ubi de Iberia; poſterioris exempla ſunt in nominibus inſulæ Cernes, & Arnes oppidi Bœotiæ. Auctor actorum S. Patricii lib. 2. apud magnum illum Usherum pag. 813. ubi de Hibernia: *Ultra quam ad Occaſum nulla invenitur habitabilis terra, niſi miranda loca quæ vidit S. Brandanus in Oceano.* De Hibernia hæc Orpheus ſeu verius Onomacritus:

Παρ' δὲ ἄρα νῆσον ἄμειβεν Ἰερνίδα.

Nempe edoctus à Phœnicibus. Græcis enim tum temporis hęc loca erant inacceſſa.

CAPUT XL.

Phœnices in inſula Thule.

Thules deſcriptio triplex, una convenit Scandiæ, ſecunda Iſlandiæ, tertia Schetlandiæ. Quemque ſic appellaſſe quod verſus Aquilonem putavit eſſe extremum. Hanc famam à Phœnicibus ad Græcos dimanaſſe colligitur ea nomine. *Thule* טולי *umbra* ſeu *tenebra*. Cur huic inſulæ nomen à tenebris. Penetralia Septentrionis ut tenebricoſa deſcribi. Fabula de Cimmeriis. In Homero ζόφος caligo pro Aquilone. Arabibus *mare* מוטלם *tenebroſum*, id eſt, Septentrionale. Tartarus, id eſt, aer tenebroſus ſub polis. In Statio, *Vada caligantia Thules. Nigra Thule & nigrans.* Ibid. Soles impuri; noctes per hyemem obſcoræ & perennes. Confuſio quædam pulmoni marino ſimilis. Hic mentiendi ſeges uberrima. Thulen alii à Sole dici volunt, alii à Thule Ægypti Rege, qui nunquam fuit, al. ἄπὸ τοῦ vel Saxonico *tell*. Antonii Diogenis incredibilium de Thule lib. 24. Tabulæ Cypariſſinæ de Thule Tyri effoſſæ. Pytheas vaniſſimus ſcriptor.

DE Thules inſulę ſitu tres ſunt Veterum ſententię, una Procopii Thulem eſſe Scandiam, Lib. 2. Goth. quę inſula non eſt, ſed peninſula, & ab iis locis remotiſſima, in quibus alii Thulem deſcribunt. Secunda Pythię Maſſilienſis, Thulen ſex dierum navigatione in Septentrionem à Britannia diſtare, habere Tropicum ęſtivum pro circulo Arctico, & ſolſtitio nullas noctes, ut nullos contra per brumam dies; quę ad amuſſim Iſlandię quadrant. Eòdem pertinent hęc Æthici. *Inſula Tila* (lege *Thule*) *quæ per infinitum a cæteris patet longius ſecreta, in medio Oceani ſita, vix paucis nota habetur.* Tertia ſententia Marini eſt & Ptolemęi, quibus Thule inſula eſt non magna, ad gradum LXIII, ubi maxima dies eſt horarum viginti, a Britannia vix bidui curſu remota: quę Schetlandię conveniunt uni Orcadum.

Ex his tribus ſententiis quarta emergit quę noſtra eſt; Gręcos & Romanos Scriptores cùm ex incerta ſama accepiſſent in ultimo Septentrione aliquam eſſe inſulam hujus nominis atque ea nuſquam compareret, tamen quemque ſic appellaſſe quam putavit eſſe extremam. Hanc porro famam à Phœnicibus ad Gręcos dimanaſſe duo videntur perſuadere.

Primò ipſum nomen *Thule* טולי quod planè Phœnicium eſt. *Teth* expreſſo per *theta*, ut in alphabetho Cadmi. טולי *thule* Syris propriè umbrę ſunt.

ſunt. Hinc טולי רמשא *thule ramſa* umbræ veſpertinæ, Jer. 6:4. in Chaldæo Paraphraſte. Nec ſolùm in regimine, ſed & in ſtatu abſoluto legas, ut cùm Talmudici dicunt in tractatu *Peſach*: חמשה טולי קשי הוו, *quinque umbra ſunt mala, umbra palmæ ſolitaria, umbra capparis, umbra ſorbi, &c.* Hinc tranſlatâ ſignificatione טולי *thule* pro tenebris paſſim ſumitur. Sic טולי מותא *thule mota* umbræ mortis Eſ. 9:2. in Paraphraſi, id eſt, tenebræ lethales; & Job. 3:5. חשוכא וטולי מותא *tenebra & umbra mortis*, ponuntur ut ſynonyma. Itaque Phœnicibus גזירת טולי *gezarat Thule* erat *inſula tenebrarum*, vel quod idem eſt *tenebricoſa*. Quod nomen inſulæ ad extremum Septentrionem ſitæ quàm congruat nemo non videt. Quamvis enim diverſa mundi climata ſapientia Creatoris ita ordinaverit, ut nulla ſit pars terrarum, quæ non media parte anni lucis uſurâ fruatur, quia ſicubi brumales noctes ſunt longiores, ibidem æſtivi dies pari menſura rependuntur: tamen vel ob idipſum quod in poli vicinia noctes ſunt longiſſimæ, vel quia in ipſo die lux maligna eſt & aër caliginoſus, quia radii Solis tantùm ex obliquo ferientes denſas & opacas nubes, quibus cœlum obducitur, nonniſi ex parte diſſipant; Penetralia Septentrionis Veteres deſcripſerunt tanquam loca tenebricoſa & perpetua nocte damnata. Plinius de regione Scythiæ pterophoro lib. 4. cap. 12. *pars mundi damnata à natura rerum, & denſa merſa caligine.* Et Solinus cap. 15. *Damnata pars mundi & à rerum natura in nubem æterna caliginis merſa.* Tibullus de Zona frigida in Panegyrico ad Meſſalam:

Illic & denſâ tellus abſconditur umbrâ.

Et apud Homerum Odyſſ. ι. verſ. 26. πρὸς ζόφον, *ad caliginem*, idem eſt quod πρὸς ἄρκτον *ad Septentrionem*. Ita interpretatur Strabo. Rurſus: οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπη ζόφος, *neque enim ſcimus ubi ſit caligo* Odyſſ. κ, verſu 190. id eſt, *neſcimus ubi ſit Septentrio*. eodem Strabone interprete, in qua interpretatione præeuntem habuit inſignem illum Criticum Ariſtarchum, ut notat vetus Scholiaſtes ad primum verſum Odyſſ. β. Tale eſt quod Arabes mare Septentrionale appellant *mare tenebroſum*. Geographus Nubienſ. Clim. 7. part. 1. Tota hæc prima pars Climatis ſeptimi eſt בחר מטלם *mare tenebroſum*. Et nona parte ejuſdem Climatis: *continet hac pars nona Climatis ſeptimi portionem terra Jagog & Magog interioris*, (id eſt, intimæ Tartariæ) *& portionem maris* אלזפתי *picei & quod etiam eſt* מטלם tenebroſum. Nec deſunt quibus Tartarus nihil aliud eſt quàm aër craſſus, frigidus & tenebroſus circa polos. Ita Crates apud Stephanum: Τάρταρος, Κράτης, τὸν ὑπὸ τοῖς πόλοις ἀέρα παχύντα καὶ ψυχρόν τινα, καὶ ἀφώτιστον.

Strab. l. 1. pag. 14. & lib. 10. pag. 454. & 455.

Jam ut preſſiùs agamus de ipſa Thule hæc legere eſt apud Statium lib. 3. Sylv. ad Claudiam uxorem:

Vel ſuper Heſperia vada caligantia Thules.

Et lib. 4. ad Marcellum:

—— aut nigra littora Thules.

Et lib. 5. in Protreptico ad Criſpinum.

—— quantuſque nigrantem
Fluctibus occiduis feſſoque Hyperione Thulen
Intrarit.

Et apud Strabonem lib. 4. ἡλίους ἐκ ἔχουσι καθαρούς, *Soles non habent puros.* Et Melæ lib. 3. cap. 6. *noctes per hyemem obſcura.* Et Plinii lib. 2. cap. 75. *nulli per brumam dies.* Et Solini cap. 25. al. 22. *brumali ſolſtitio nulla dies, ut ortus junctus ſit occaſui.* Et Marciani Geomet. lib. 6. *brumali tempore nox perennis exigitur.* Et in veteri Scholiaſte Juvenalis in Satyr. 15. *bruma tempore dies nulli.* Et Iſidori Originum lib. 14. cap. 6. *nullus ultra eam dies eſt*; ac ſi ibi eſſet terminus naturæ rerum. Quin Pytheas, Polybio teſte, neſcio quod fatiſcentis naturæ chaos in illis locis ſibi fingit: ἐν οἷς οὔτε γῆ καθ' αὑτὸ ὑπάρχειν ἔτι, οὔτε θάλαττα, οὔτ' ἀήρ, ἀλλὰ σύγκριμά τι ἐκ τούτων πλεύμονι θαλαττίῳ ἐοικός. *In quibus ſecundum illum neque terra erat adhuc, neque mare, neque aër, ſed confuſio quadam ex illis pulmoni marino ſimilis.* Ita Polybius apud Strabonem. Nempe propter diſtantiam, ut rectè Syneſius epiſt. 147. ἡ Θούλη δέδωκε τοῖς διαβᾶσιν αὐτὴν, ἀνεύθυνα καὶ ἀνέλεγκτα ψεύδεσθαι: *Thule, iis qui ad illam navigarunt impunè ac citra reprehenſionem mentiendi poteſtatem facit.* Itaque mentiendi ſeges nullibi fuit uberior apud Veteres quàm in deſcriptione Thules. Unde eſt quod Euſebius lib. 3. in Hieroclem Philoſtrati de Apollonio nugas cum iis confert quæ de Thule inſula præter fidem narrantur. Sed ad hæc mendacia confugere nihil neceſſe eſt, cùm id ſolum quod deſcribitur in extrémo Aquilone juſta fuerit cauſa Phœnicibus cur à tenebris illi nomen inderent.

Cujus etymi veritas patebit manifeſtiùs ex illius collatione, cum reliquis quotquot hactenus ab aliis allata ſunt. Iſidorus Thulen à Sole nomen habere ſcribit, *quia in ea æſtivum ſolſtitium Sol facit, & nullus ultra eam dies eſt*, quod recitaſſe eſt refutaſſe. Orig. l. 14 cap. 6. Nihilo verius Suidas à Thule Ægypti Rege: Θοῦλις, inquit, ὅτος ἐβασίλευσε πάσης Αἰγύπτου, καὶ ἕως τοῦ Ὠκεανοῦ, καὶ μίαν τῶν ἐν αὐτῷ νήσων ἀπὸ τοῦ ἰδίου ὀνόματος ἐκάλεσε Θούλην: Monſtrum fabulæ, cum neque Rex Ægyptius ullus legatur hujus nominis in Ægypti Regum catalogis quos habemus ex Manethone, & Herodoto, & Diodoro, & Africano; neque eorum quiſpiam imperii fines ad Gades uſque protulerit, multo minus ad Thulen inſulam in extremo Septentrione. Pariter errant qui ἀπὸ τηλοῦ deducunt, unde diceretur τηλὴ non Θούλη; & *Telle* à Saxonico *toll* quod limitem ſonat. Itaque manet quod diximus *Thulen* appellaſſe Phœnices à tenebris quæ illis טולי *thule*.

Pergamus. Antiquiſſimus Scriptor Antonius Diogenes qui τῶν ὑπὲρ Θούλην ἀπίστων λόγους κδ΄, *incredibilium de Thule inſula, libros viginti quatuor* ſcripſit οὐ λίαν πόῤῥω τῶν χρόνων τοῦ βασιλέως Ἀλεξάνδρου, *non ita diu poſt Alexandri tempora*, ut teſtatur Photius codice CLXVI, vel fabulam vel hiſtoriam ſuam profitetur ſe deſcripſiſſe ex cypariſſinis tabulis Tyri effoſſis, cùm urbs capta eſt ab Alexandro, è Mantiniæ & Dercyllidis tumulis, qui è Tyro profecti poſt varios errores tandem in Thulen migrarunt, & ibi aliquandiu hæſerunt. Unde Græcos liquidò conſtat à Phœnicibus didiciſſe de Thule inſula quicquid afferunt. Nam Maſſilienſis ille Philoſophus Pytheas, qui gloriatur eò ſe profectum vidiſſe τὸ τῷ πλεύμονι ἐοικός, id eſt, chaos de quo diximus, vaniſſimus fuit ſcriptor quem Polybius & Strabo mendacii in multis adeóque in hoc ipſo accuſant & reum peragunt. Strab. lib. 2. & 3. & 4. & 7.

CAPUT XLI.

An Phœnices colonias deduxerint in Galliam.

Herculis iter in Galliam poſt Geryonem victum. Aleſia ab eo condita. Tauriſcus tyrannus occiſus. Nemauſus condita ab uno è Herculis liberis. *In Liguria*, id eſt, Galliæ Provincia, pugna Herculis contra Albionem & Bergionem. Lapideus campus *la Crau* inter Arelaten & Maſſyliam. *Craig* petra Britannis. Alpes ab Hercule ſuperatæ. Quæ merè fabuloſa ſi res ſit de Græco Hercule. Geryon circa Ambraciam. Nemo Græcorum Tarteſſum navigavit ante Colæum Samium a. 600. poſt Herculis apotheoſim. Itaque ad Phœnicium Herculem hæc referenda, qui in Hiſpania notiſſimus fuit, Gallis etiam à quibus *Ogmius* dictus. De eo Lucianus. Aræ in Alpibus Herculi ſacræ. Herculis Monœci portus, vulgò *Monaco*. Phœnix Hercules Tarteſſi cultus. Idem invaſit Gallias per mare Liguſticum. Ibi prælium acerrimum, cujus monimentum Aſteriſmus hominis ἐν γόνασι qui Firmico

mico *Jageniculam*. Idem Hercules ad Oceanum *Dorienſes* deduxit. De qua expeditione Timagenes Syrus: qui fortaſſe pro Græcis *Dorienſibus Dorienſes* Phœnices intelligit ex urbe *Doru*. Stephanus emendatus. Eò alludunt amnium Hiſpaniæ & Aquitaniæ nomina *Doriam* vel *Duriam*, *Duranus*, *Dordona*. Inter Gallos & Pœnos plurimum commercium. Pœnorum mercenarii milites è Gallia. Quod prohibuit Scipio. Hannibal Galliæ partem diu tenuit. Priſcum ſermonem Gallicum cum Phœnicio in multis convenire.

Conſtans fama eſt Græcum Herculem poſt Geryonem victum ad Gades ex Hiſpania in Galliam, & è Gallia in Italiam tranſiiſſe per Pyrenæos & Alpes. Totum hoc iter pluribus perſequunrur Diodorus Siculus libro quarto Bibliothecæ, & Dionyſius Halicarnaſſeus in primo ἀρχαιολογίας. Quorum iſte Herculem, antequam Alpes tranſmitteret, ſubegiſſe dicit Ἰβηρίαν καὶ τὰ μέχρι δυσμῶν ἡλίου, *Iberiam & quæcumque ſunt ad Occuſum Solis*. Alter eundem refert totâ Galliâ peragratâ τὰς ξενοκτονίας ſuſtuliſſe, & quicquid erat barbari moris; & magnam urbem condidiſſe Aleſiam dictam ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν στρατείαν ἄλης, *ab errutione ad expeditiones bellicas*, quæ deinceps Galliæ fuerit regia & metropolis, & ab ętate Herculis ſemper libera manſerit & ἀπόρθητος invicta, donec Cæſar ſumma vi expugnatam coegerit Romanum ſubire jugum. *Regionum autem incola* (inquit Ammianus lib. 15.) *id magis omnibus adſeverant, quod etiam nos legimus in monimentis eorum inciſum, Amphitruonis filium Herculem ad Geryonis & Taurisci ſævorum tyrannorum perniciem feſtinaſſe, quorum alter Hiſpanias, alter Gallias infeſtabat: ſuperatiſque ambobus coiiſſe cum generoſis fœminis, ſuſcepiſſeque liberos plures, & eas partes quibus imperitabant ſuis nominibus appellaſſe.* Nec deſunt qui ab horum una Nemauſum conditam referant. Stephanus ex Parthenio: Νέμαυσος πόλις Γαλλίας ἀπὸ Νεμαύσου Ἡρακλείδου. Ita etiam Suidas.

Pag. 158.

Fertur & in Liguria (Gallicana ſcilicet, de qua Ariſtoteles in Mirabilibus, & Plutarchus in Mario, & Feſtus in locis maritimis, inter Alpes & Rhodani oſtia) cùm pugnaret contra Ligures, quorum duces Neptuni filii Albion & Bergion, aliis Alebion & Dercynus, & cùm tela defeciſſent, lapidum imbre in Herculis gratiam de cœlo lapſo, lapideos factos eſſe illos campos. Fabulæ meminerunt poſt Æſchylum in Prometheo ſoluto, Strabo, Dionyſius, Hyginus, Apollodorus, Mela, Plinius, Solinus, alii. Huic dedit occaſionem lapideus campus centum circiter ſtadiorum inter Arelaten & Maſſiliam, quem Celtica voce veteri incolæ *La Crau* appellant. Celtis enim *crag* erat petra, ut Britannis hodiéque. Vide Camdenum. Victis & fugatis hoſtibus Alpes inacceſſas hactenus ſuperavit Hercules. Silius Italicus lib. 3.

Primus inexpertus adiit Tyrinthius Alpes.

Et de Annibale, cui idem iter fuit pervium lib. 11.

- - - ut vicerit Alpes
Hercules ſocius decoris.

Item:

Cui patuêre Alpes, ſaxa impellentia cœlum
Atque uni calcata Deo.

Et lib. 15.

Miratur domitas Alpes, ac pervia montis
Ardua & Herculeæ quærit veſtigia plantæ.

Et lib. 2.

- - - pudet Hercule tritas
Deſperare vias.

Cornelius Nepos in Annibale: *Ad Alpes*, &c. *quas nemo unquam cum exercitu ante eum præter Herculem Graium tranſierat.* Plinius lib. 3. cap. 17. *Graiis Alpibus Herculem tranſiiſſe memorant*, & cap. 20. *Lepontios relictos ex comitatu Herculis interpretationem Græci nominis credunt.* Atque illi (Trogo teſte lib. 24.) *ea res virtutis admirationem & immortalitatis fidem dedit.* Res tamen ſuſpecta Livio, qui Alpes ſcribit, quo tempore illas tranſmisêre Galli, *nullâ dum viâ (quod quidem continens memoria ſit, niſi de Hercule fabulis credere libet) ſuperatas.*

Atque ut dicamus quod res eſt, Hercules Gręcus nihil unquam tale præſtitit. Nam ille Geryoo, cujus boves abegiſſe legitur, non regnavit in Iberia, ut volunt, nec circa Gades, ſed Ambraciæ in Epiro, ut à nobis ſuprà probarum. Et ex Herodoto conſtat Græcorum neminem navigaſſe Tarteſſum ante Colæum Samium, qui annis circiter ſexcentis Hercule fuit junior. An igitur fabulis eſt accenſendum quicquid Veteres tanto conſenſu tradunt de Herculis in Hiſpaniam & Galliam expeditione? Non puto; quia non Græcis ſolùm, ſed Gallis etiam & Hiſpanis Hercules fuit notiſſimus, & in maximo cultu. De Hiſpanico Hercule res notior eſt quàm ut probatione egeat. De Gallico, quem illi vocabant Ogmium, habemus tractarum inſignem in Luciano. Atque is putatur Aleſiam in Gallia condidiſſe, & Nemauſum unus è poſteris, quod jam diximus. Fuerunt & in Graiis Alpibus, quà tranſiiſſe creditur, aræ illi conſecratæ, de quibus ita Petronius:

Alpibus aëreis ubi Graio nomine celſæ
Aſcendunt rupes & ſe patiuntur adiri,
Eſt locus Herculeis aris ſacer.

Nec procul ab Alpibus in Liguria ſupereſt hodiéque Herculis Monœci portus, vulgò *Monaco*. Quod oppidum in Gallica jura nuper conceſſit, Principe ultro ſedente, ut Hiſpanorum jugo ſe eximeret. Ammianus de Hercule lib. 15. *Monœci ſimiliter arcem & portum ad perennem ſui memoriam conſecravit.*

Itaque in ea loca Herculem navigaſſe non negaverim, modò concedatur ille Hercules è Phœnicia veniſſe, non è Græcia. Nec obſtat Μονοίκου Gręcum cognomen, quod potuit eſſe recentius, & à Gręcis nuper additum, ut Ἀστροχίτων cognomen Tyrio Herculi. Vide Nonnum in Dionyſiacis lib. 40. verſu 413. &c. Id ſaltem in confeſſo eſt Phœnicem fuiſſe Herculem qui Tarteſſi colebatur. Ita habetur in Strabone, & Appiano, & Arriano, & Diodoro, & aliis quorum loca citavimus in capite de *Tarſis*. Unde eſt quod Trogus Pompeius, qui cum ſcriptorum vulgo Geryonem in Hiſpania regnaſſe ſentit, ex Aſia accerſit Herculem illum qui Geryonis boves abegit. *Armenta*, inquit, *Geryonis, quæ illis temporibus ſola opes habebantur, tantu fama fuêre, ut Herculem ex Aſia prædæ magnitudine illexerint.* Et Gadium, Auderæ, Malacæ, Balearinm, &c. nomina jam probavimus merè eſſe Phœnicia. Proinde Hiſpanis Gaditanos bello laceſſentibus, auxilium conſanguineis miſerunt Carthaginenſes, inquit ibidem Trogus, utriſque enim origo à Tyro.

Idem porro Hercules qui in Hiſpaniam pedem fixit, videtur etiam Gallias invaſiſſe, non quidem per Pyrenæos Hiſpaniâ perdomitâ, quod fuiſſet opus arduum, & majoris abollæ, cujuſque adeò plura extarent monumenta; ſed per mare Liguſticum, per quod Rhodaniis primùm, deinde Phocæis Gallia fuit pervia. Indicio eſt acerrimum illud prælium inter Herculem & Ligures circa Rhodani oſtia geſtum, cujus præter Poëtas & Hiſtoricos quos citavimus, etiam Aſtronomi meminêre, nec meminêre ſolùm, ſed & illius in cœlo voluerunt illuſtre eſſe monumentum. Aiunt enim ſigno hominis ἐν γόνασι (ingeniculum vocat Firmicus) Herculem exhiberi genu præ laſſitudine flectentem in pugna contra Ligures. Ita refert Hyginus lib. 2. Aſtronomicon, Herculem cum Liguribus decertantem, *multitudine barbarorum & inopia armorum, defeſſum ſe ingeniculaſſe, multis jam vulneribus acce-*

 ptis,

ptis, &c. Itaque Jovem in ſimilitudinem pugnantis inter ſidera conſtituiſſe. In ipſo igitur excenſu veriſimile eſt pugnam fuiſſe commiſſam, cùm ad Rhodani oſtia appuliſſet Hercules, & è navibus in terram deſcenderet.

Potuit & è Gadibus Hercules per Oceanum in Galliam navigare. Atque id ſibi volunt qui apud Timagenem affirmant *Dorienſes, antiquiorem ſecutos Herculem, Oceani locos habitaſſe confines.* Locus eſt in Marcellino, cujus apponam ipſa verba; quia maximè ad rem faciunt: *Ambigentes ſuper origine prima Gallorum ſcriptores veteres, notitiam reliquêre ſemipleam: ſed poſtea Timagenes & diligentiâ Græcus & linguâ, quæ diu ſunt ignorata collegit ex multiplicibus libris: Cujus fidem ſequuti obſcuritate dimota, eadem diſtinctè docebimus & apertè. Aborigines primos in his regionibus quidam viſos eſſe firmarunt, Celtas nomine Regis amabilis, & matris ejus vocabulo Galatas dictos: ita enim Gallos ſermo Græcus appellat: alii Dorienſes antiquiorem ſecutos Herculem Oceani locos habitaſſe confines.* Timagenem hic intellige non Mileſium qui ſcripſit de Pontica Heraclea, nec Alexandrinum Oratorem qui ſub Pompejo & I. Cæſare Romæ docuit, ſed Syrum quem de rebus Gallicis poſt Calliſthenem Sybaritam ſcripſiſſe teſtatur Plutarchus de fluminibus in Arari. Verba ſunt: καθὼς ἱστορεῖ Καλλισθένης ὁ Συβαρίτης ἐν ιγʹ Γαλατικῶν παρ' οὗ τὴν ὑπόθεσιν εἴληφεν Τιμαγένης Σύρος, *ut refert Calliſthenes Sybarites Gallicarum rerum lib. 13. Ex quo argumentum ſumpſit Timagenes Syrus.* Sed ita ſompſit, ut Marcellino teſte, non pauca de ſuo adderet, quæ diu fuerant ignorata, nempe à Romanis & Græcis; quæ illum hauſiſſe veriſimile eſt ex Phœnicum & Syrorum monumentis, quorum linguam non potuit ignorare, cùm genere Syrus eſſet, quamvis cæteroquin ſermone & diligentiâ Græcus. In his potuit illud eſſe quod quidam Gallorum originem ad Dorienſes referunt, quos antiquior Hercules in Galliæ loca Oceano vicina deduxerit. Antiquior ille Hercules non poteſt alius eſſe quàm Phœnicius, qui primus, imò ſolus, uſque ad Gades & Oceanum penetravit. Saltem Græcus Hercules antiquior dici nequit, cùm ſit omnium recentiſſimus. Nam & Tyrius & Ægyptius uterque Thebanum multis ſæculis præceſſerunt. At Phœnicius ſi ſit, inquies, quomodo Dorienſes deduxit in Galliam? Sanè hæc videntur ἀσύστατα; Græcos enim nemo crediderit voluiſſe ſequi barbarum ducem. Taceo quod Phœnicii ævo nulli fuêre Dorienſes. Nam Dorienſium pater Dorus & Phœnicius ille Hercules pares erant aut ſuppares.

Itaque non puto hæc aliter poſſe conciliari, quàm ſi pro Græcis Dorienſibus Dorienſes è Phœnicia intelligas ex urbe maritima Dora vel Doro
Joſ. 11. 2. quæ fuit prope Carmelum, inter Ptolemaidem &
& 12. 23. Cæſaream Stratonis. Dorum ex libris Joſuæ & Ju-
& 17. 11. dicum conſtat regiam fuiſſe urbem, & unam è
Jud. 1: 27. Phœniciæ vetuſtiſſimis. Munitiſſimam etiam, ut
1. Par. 7: quam Iſraelitæ non potuerint occupare, cùm in
29. Joſeph. ſortem Manaſſis cecidiſſet. Sed & eandem fruſtra
vocat obſedit Antiochus Sidetes habens ſecum peditum
ὀχυρὸν CXX M, equitum XIII M. A Dora vel Doro
δυσάλωτον. Gentile eſt Dorites & Dorienſis. Δῶρος, πόλις
Antiq. l. Φοινίκης, ὡς καὶ Ἰώσηπος καὶ ἄλλοι. τὸ ἐθνικὸν Δωρίτης.
13. c. 12. Παυσανίας δὲ Δωριεῖς αὐτοὺς φησιν; *Dorus, urbs Phœni-*
1. Macchab. *ces, ut Joſephus & alii; gentile Dorites. Pauſanias*
15. 11, 13, *autem Dorienſes illos appellat.* Ita Stephanus, in
25. quibus verbis vel aliquid ſupplendum de Græcis Dorienſibus, ad quos hæc referantur: Παυσανίας δὲ Δωριεῖς αὐτοὺς φησιν. Neque enim Pauſanias ullos alios Dorienſes recenſet. Vel pro Παυσανίας le-
Antiq lib. gendum Πετρώνιος. Hujus enim in Joſepho extat
19 c. 6. epiſtola, in qua Doræ urbis incolę pro Doritis dicuntur Dorienſes. Ita enim habet inſcriptio: Πόπλιος Πετρώνιος πρεσβεύτης Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ Δωριέων τοῖς πρώτοις λέγει. *Publius Petronius legatus Tiberii, Claudii Cæſaris, Auguſti Germanici Dorienſium primariis dicit.* An hi Dorienſes Hiſpanię amni Dorio vel Durio, & Aquitanię Durano, hodiè Dordonę, nomen fecerint, videant peritiores. Ego de rebus tam vetuſtis malo ἐπέχειν.

Interim hoc certum Gallos, quamdiu Carthago floruit, non parum habuiſſe commercii cum Pœnis; nam in pleriſque bellis, in Siculo puta & primo & ſecundo Punico Gallos ſub illis ſtipendia meruiſſe conſtat ex Polybio, Livio & Appiano. Appian. in
Unde eſt quod Scipio victor pacem Carthaginen- Lib. pag.
ſibus ea lege conceſſit ut ne liceret illis ampliùs 30.
ξενολογεῖν ἀπὸ Κελτῶν ἢ Λιγύων, *è Gallia aut Liguria mercenarium militem conducere.* Quin & Aquitanię & Narbonenſis Gallię partem à ſe occupatam Hannibal diu tenuit. Pœnos etiam qui è Gadibus in Britanniam commeabant, veriſimile non eſt intacta pręteriiſſe Galliarum littora, quę tam commodum ſe offerebant. Sed & ex mari Liguſtico, in quo Corſicam aut Sardiniam ſaltem tenebant, brevis fuit in Liguriam trajectus. Et ante tempora Hannibalis potuêre etiam alii Pyrenęo ſaltu transmiſſo conferre ſe in Aquitaniam.

Hęc fruſtra non obſervo. De Gallica lingua veteri quę fuerit & unde orta docti multa diſputant. Et inter pleroſque convenit ſermonem Britannicum, qui hodiéque in uſu eſt apud Cambros in Britannia, & in Armoricano tractu Gallię, illius linguę eſſe reliquias quâ tam Britanni quàm Galli veteres locuti ſunt. In ea ſententia fuêre Beatus Rhenanus, Geſnerus, Hottomannus, & noviſſimè Camdenus, qui rem hactenus dubiam tot confirmavit rationibus, ut videatur litem decidiſſe. Sed Camdenum & alios fugit quod dicturus ſum; nempe hunc ſermonem cum Phœnicio convenire in tam multis, ut res non poſſit eſſe fortuita. Id me temerè non affirmaſſe docebit caput ſequens, quod ſi nonnullis tędioſum eſt, tamen ex Doctorum numero ſpero non defuturos, quibus hoc antiquitatis κειμήλιον non diſpliceat.

CAPUT XLII.

Gallicum ſermonem priſcum Phœnicio in multis fuiſſe ſimilem.

Id probant 1. Deorum nomina. *Taramis*, Ζεὺς βρονταῖος. *Taram* a רעם, id eſt, tonare. *Teutates*, Mercurius, Τάαυτος Phœnicibus. *Heſus* Mars Syris ἄζιζος. *Belenus* Apollo, ut Phœnicibus *Bel* Sol, qui & *Beelſamen*. *Onuava* Minerva, Phœnicibus *Onga*. Minerva *Beliſama*. Potiùs Luna vel Urania. Hercules *Ogmius*, id eſt, Barbarus vel peregrinus. Quia venerat ex Africa & Gadibus. Ejus habitus peregrinus. Eloquentiæ magiſter. Galli tam eloquentiâ quàm fortitudine clari. *Andraſte* vel *Adraſte* Britannis Dea Victoria. Fortè Aſtarte, id eſt, Venus quam ut armatam & belli præſidem coluêre Phœnices. Venus ἐγχεῖος, id eſt, haſtata Cypris. Galli à Dite patre nati. Ibi Dis Juppiter vel Deus. *Divona* fons Deorum. *Diu* Deus. *Vonan* fons Cambris. *Ouy dea*, τὸ τ Δαί. Dei genus ſumus omnes. Rupes pro Deo. II. Dignitatum nomina. Brenni duo, Gallis celebres. Fortaſſe Brennus Imperatorum commune nomen. Camb. *Brenn* Rex. Britannis *Barn* judicare, *Barner* judex, *parnas* Syr. princeps, *farga* immutatio, *partum* ſummus præfectus: hinc Ædui Vergobretum vocabant ſummum magiſtratum annuum. *Mar* Syr. Dominus, unde *Caudomarus*, *Viridomarus*, &c. *Rik* Arab. *raik* primus, unde *Senorix*, *Dumnorix*, &c. *Vrich fras* forti brachio. *Chilperichus* adjutor fortis. *Patera* ſacerdotes Apollinis a *patar* interpretari, unde Joſephus *poter*, quia ſomniorum interpres. *Paterius* & *Delphidius*. *Cohen* ſacerdos, unde *Cœna* antiſtites novem in inſula *Oſiſmica*. *Bardi* Poëtæ & cantores, quia *parat* eſt modulari Amos 6: 5. Druides ἀπὸ τῆς δρυός. *Deru* quercus Britannis. III. Militaria vocabula. *Ger*, *Warr*, *guerre* pro bello, unde *Germani*, Hebr. *gera* bellum gerere. *Alauda* legio, Gallicé vox ſonabat ut *Alaſda*, Syr. *alafata* millena-

rius numerus. Caterva Syr. *Cat-erva* turma miſtionis, quia conſtabat ex militibus omne genus. *Geſſata* vel *Geſata* Gallorum milites mercenarii. Syr. Arab *gais* exercitus; *Vargi* latrones in Arvernis, *farka* rapina. *Crapellarii* Gallici gladiatores cataphracti, *eirbel* amicire, *carbela* paludamentum. *Bagauda* in Gallia rebelles, Hebr. *bognedim*. *Bagauda* rebellio. Chald. *galiar* lixa, calo, *Galiarii* calones è Gallis captis. Scaliger notatus. *Spatha* gladius Gallicus anceps, quaſi *ſbatha* à שבט, id eſt, baculus; enſis etiam Pſal. 2: 9. *Geſſum* grave jaculum, haſtile *giſa* Chald. *Sparum* teli Gallici genus Arab. שפר. *Lancea* λόγχη *romcha*. *Cateia* clava quæ impacta in hoſtem nihil non frangit à כתת *catat*, id eſt, hoſtiles copias perrumpere *Matara*, *mataris*, *materis*, *matrat*, *matraſſer*; Arab. *matara* jaculari. Θυρεὸς Gall. clypeus. Vox ignota Græcis ante Polyb. Chald. *theres*, Arab. *thars* (Gr. θύρα Germ. *thur*. Angl. *doore*, Perſ. *dare*, deflexa ex Syr. תרע *thera*, quod ex Hebr. שער per metatheſin.) *Cetra* Καίτρας, Χυρίας Gall. clypeos; ex Phœn. קתרא *ceetera* pro כתרא *cefera* Prov. 6: 11. *Maagas*, *maagana*, *mangonalia*, Chald. *manganon*, Hebr. מחי *mechi*. *Carnon* tuba Gallis, ut Syris *carno*. *Benna*, Gallici vehiculi genus, an à rotis, id eſt, אופנים *ophannim*, ut *petoritum* (πέτορες quatuor, Camb. *peduvar*, Britan. *pevar*.) *Carrus Char*, *karon* idem Talmud. *karar* auriga. *Covinus* Britan. *Covvaia* vehere; Chald *geſphan*. *Eſſedum*, *baſſedaa* idem. *Rheda* Chald. רדא *rheda* idem. IV. Veſtium nomina. Rheno Gr ῥῆνο. Aliter in Scaligero. Hùc referunt סרבנון *ſaſrbenon* pro pellicea veſte, ſed legendum σισύρας. Sagum veſtis mœroris ut Hebr. שק *ſac*, quod *ſaccum* & *cilicium* reddunt. Læna & linna quid differant. *Liaa* ſaga mollia. Arab לין *lia* mollities. *Gaunacum* vel *Gaunace* ſagum majus amphimallon, aliis ἀμφίμαλλον, *gunca* Chald. *Gauſapa* idem Talmudicis *guſpac*. *Bardiacus*, *Bardocucullus*, Talmud. *bardos*, Arab. *borda*. Quid ſint agni ברודים Gen. 31: 12. *cucullas*, Britannis *cucul*. Hebr. *cucla*. Ut à *femore femoralia*, & à cruribus κνημῖδες, ſic *bracea* à genibus, *berec* Hebr. genu. *Mantacum* monile aut torquis מניכא non à *manu*, ut volunt. V. Animalium nomina. *Ramac* equa; inde *marc* inverſum. Gall, equus & Britan. Pauſaniæ locus aſſertus. Μάρκα, τριμαρκισία *marcb ſebale*. *Rhaphius* animal inſatiabile & famelicum, id eſt, *rhaavi*. *Abranas*. Gall. Simias, Arabibus *abrama*. *Baracaea* Gall. hircorum aut caprarum pelles, bircus. Talm. *barcha* & *barchakarcha*. *Taxea* pro larido ex רשן *daxea*. *Lug* corvus, Arab. לקחה *lukcha*. *Bardea* vel *bardala* alauda, compoſitum ex בר *bar* ut avium alia nonnulla. *Clupea* piſcis qui cum luna mutatur, חלף *chalaph* mutari, fortè *alauſa*. *Maa* homo, *Mannus* Tuitonis filius, *Menas* primus Ægypti Rex. Iſis & Æſtar (quaſi Aſtarte) in Germania cultæ. Paſcha Anglis *Eaſter time*. *Galba* pinguis ex *cheleb* pinguedo, ut galbanum ex *Chelbena*, *Cribel* criſta galli Britan. ut Hebr. *cirbel*. VI. Herbarum nomina. Hedera *ſubites*. Hebr. *baſub*. Pulegium Gall. *albogon*, Mauris *alvegea*. Meliſſophyllon Gall. *merimorion*, Arab. *marmahor*. Gnaphalium quo ſedilia infarciuntur, Gall. *gelaſoaim*; Arab. *gialaſa* ſedere. *Pempedula*, quinque folium, Britan. *pemp* quinque, *delis* vel *delion* folium. Cambr. *deilea*, Hebr. *daliotb* folia. *Eiſb* frumentum, *bara* panis, Hebr. *bitta* & *bar* frumentum. Syr. vinum *chamra* zythum Gall. *corma* & *curmi*. *Samolum* herba quam ſiniſtra manu legunt, *ſemol* ſiniſter. *Volema* grandia pyra, Arab. *pheilem* magnus. VII. Geographicæ voces. *Leuca* ſonabat ut *leſca*; id decurtatum ex *eleſ canim* mille cannæ, quæ ferè eſt menſura leucæ. *Allobroges* ex *al* celſus & *bara* ager, regio, Britan. *bro*. *Broga* Gallis ager. Britanois *pro* vel *pena* caput, cacumen. Pœninum jugum, *pinna* Hebr. faſtigium montis. Alpes à nivis albedine, *alben* Phœnic. albeſcere. Indidem Libano nomen. *Gebenna* vel *Cebenna*, *Les Cevennes*, Britann. *Keven* dorſum montis. Syr. *gebina* ſupercilium montis; Hebr. *gab* dorſum, *gabnunim* gibboſi montes. *Dun* collis, unde *Laudunum*, *Juliodunum*, &c. Arab. *tua* quod eminet. *Dan* Britan. inferius, unde *Damnonii* Angl. *dovvn*. Arab. *doana*. *Nant* Britan. vallis, unde *Nantuatee*, hodiè *païs de Vaux*. Hebr. נטה inclinare. *Dole* Britan. planities, ut Arab. *daula*. *Crag* vel *Careg* petra. *Cerigi Drudion* lapides Druidarum. *La Craa* campus lapideus. In Moabitis Petra deſerti nunc *Crac*. In Cilicia Κράγος πέτρα. *Kaled* durus Britan. unde *Caledonii*. Hebr. *galad* dureſcere; Arab. *geledon* durities. *Maiata* campeſtres, *Meatb* planities, Arab. *mavvarb* terra declivis vel expanſa. *Camulodunum* Regia Cynobellini, ad verbum Regis ſeu domini collis, Arab. *Kimâl* dominus gentis Sariſberia in aridiſſimo colle ſita, inde olim *Sorbiod aaum* collis ſiccus Britan, Syr. *ſorba* ſiccitas, ut Hebr. *ſarab* Eſa. 35: 7. *Laith*, unde *Arelate*, Britan. humiditas ut Hebr. *Lauth*. *Telon* citbara Britan. unde *Tolonem* dici volunt ad Chithariſtem promontorium. Fortè Phœnic. תלין *tilin* pſalterium, ut Hebr. תלים Pſalmi. *Aber* unde *Abravanas*, *bavre*, locus ubi duo fluvii vel fluvius mari jungitur, Hebr. *habar* jungi, ſociari. Divortium *guet* Chald. *Guith* Britan. inde *Vecta*. *Ara*, unde *Arar*, lentus, tardus, ut *abarai* Prov. 28: 23. *Garvv* vel *garavv* rapidus, unde *Garumna*, *garaph* Arab. idem & Hebr. Jud. 5: 21. *Ryd* vel *rit* vadum, unde *Auguſtoritum*, *Vagoritum*, &c. propriè deſcenſus in aquam ab Hebr. ירד. *Magum*, unde *Rhotomagum*, *Neomagum*, &c. manſio, Hebr. *magon*. Britan. urbs *Caer* et *Dinas* et *Tre* unde ? Gallis licet multa vocabula communia cum Pœnis, tamen linguæ erant diverſæ.

Gallicum ſermonem Phœnicio in multis fuiſſe ſimilem probant primò Deorum, ſecundò dignitatum & officiorum nomina, tertiò quæ ad bellum pertinent. His addi poſſunt veſtium, animalium, & plantarum appellationes. Geographica denique & Chorographica vocabula.

I. Dii Gallorum fuêre quantum memini, Taramis, Heſus, Teutates, Belenus qui & Abellio, Onvana & Hogmius. De Tarami Lucanus lib. 2.

Et Taramis Scythica non mitior ara Diana.

Taramis eſt Ζεὺς Βρονταῖος, *Jupiter tonans*, cui templum conſecravit Auguſtus. Nempe *taram* vel *taran* Cambricâ linguâ, hodiéque eſt tonitru; ut Germanicâ *donner* & veteri Suecicâ *thor*; unde Jovis dies Germanicè *domersdag* & Suecicâ *Thorsdag*, Anglicâ *Thorsday*. Adam Bremenſis de Sueonibus ſive Suecis: *Thor*, inquiunt, *præſidet in aere, qui tonitrus & fulmina, ventos imbreſque, ſerena & fruges gubernat*, &c. Et paulò pòſt: *Thor cum ſceptro Jovem exprimere videtur*. Taram porro factum videtur ex Phœnicio תרעם *tarem* ſervili T præfixo ut in תשבין. Radix רעם eſt *tonare*. Tarami à Lucano junguntur — *Vide Camd. p. 12.*

Teutates, horrenſque feris altaribus Heſus.

Quorum illum eſſe Mercurium Livius docet his verbis lib. 26. *Scipio in tumulum obverſus quem Mercurium Teutatem appellant.* Teutates igitur Gallis idem qui Phœnicibus Τάαυτος & Ægyptiis *Thouth* vel *Theuth* & *Thoth*. Philo Byblius ex Sanchoniathone Phœnicio ſcriptore vetuſtiſſimo: Ἀπὸ Μισὼρ Τάαυτος, ὃς εὗρε τὴν τῶν πρώτων στοιχείων γραφὴν, ὃν Αἰγύπτιοι μὲν Θωὼρ (lege Θωὺτ) Ἀλεξανδρεῖς δὲ Θωὺθ, Ἕλληνες δὲ Ἑρμῆν ἐκάλεσαν. *E Miſore natus eſt Taautus, qui primorum elementorum ſcripturam invenit, quem Ægyptii Thoor, & Alexandrini Thouth, & Græci Hermen* (Mercurium) *appellarunt.* Plato in Philæbo: Φωνὴν ἄπειρον κατενόησεν, εἴτε τὶς θεὸς, εἴτε καὶ θεῖος ἄνθρωπος, ὡς λόγος ἐν Αἰγύπτῳ Θεῦθ τινα τοῦτον γενέσθαι. *Vocem infinitam excogitavit, ſive quis Deus, ſive divinus vir, quomodo fama eſt in Ægypto Theuth talem quendam fuiſſe.* Idem πατὴρ γραμμάτων appellatur in Phædro, ubi Rex Ægypti Thamus multis cum illo diſſerit de uſu literarum. In Cicerone legitur *Thoyth* & *Theuth*; in Lactantio *Theutus* & *Thoth*, ut in Græco Epigrammate: — *Demat Deorum. l. 3. De falsa relig. l. 1. c. 6. Aufhol. l. 1. c. 91. l. 1. c. 29.*

Πρῶτος Θωὺθ ἰδὼν δρεπάνῳ βότρυν ἠγείρεν.

Quomodocunque legas Gallicum Teutatis nomen inde apparet eſſe deflexum.

Heſus cur putetur eſſe Mars diſce ex Gallorum veterum hiſtoria, quam ante aliquot annos edidit Antonius Goſſelinus ὁ μακαρίτης in hac ipſa Academia profeſſor eloquentiæ. *Haſus* propriè fortem ſonat, ut Hebræis עזוז *hizzuz*, & Syris, Chaldæis, Arabibus עזיז *haziz*. Sic verſ. 8. Pſ. 24. ubi Deus dicitur eſſe *Dominus fortis & potens, Dominus potens in bello*; Dominus fortis Hebraicè eſt יהוה עזוז *Jehova Hizzuz*, & Arabicè אלרב אלעזיז *arrabbo-lhazizo*. Inde Marti factum eſt nomen etiam apud Phœnices. Quod ex Jamblicho docet Julianus Apoſtata oratione in Solem. Verba ſic habent: ὅτι μετριάσαι βούλομαι τὴν Φοινίκων θεολογίαν, &c. οἱ τὴν Ἔδεσσαν οἰκοῦντες ἱερὸν ἐξ αἰῶνος ἡλίου χωρίον, Μόνιμον αὐτῷ καὶ Ἄζιζον συγκαθιδρύοντες, αἰνίττεσθαί φησιν Ἰάμβλιχος, &c. ὡς ὁ Μόνιμος μὲν Ἑρμῆς εἴη, Ἄζιζος δὲ

δὲ Ἄρης. *Volo adhuc è Phœnicum Theologia nonnihil depromere, &c. Qui Edeſſam habitant locum ab omni ævo Soli ſacrum, Monimum & Hazizum una cum Sole collocant, quod ſic Jamblichus interpretatur, ut Monimus quidem ſit Mercurius, Hazizus autem Mars.* Idem alibi in eadem oratione: Ἄρης Ἄζιζος λεγόμενος ὑπὸ τῶν οἰκούντων τὴν Ἔδεσσαν Σύρων, ἡλίου προπομπεύει, *Mars Hazizus dictus à Syris, qui Edeſſam incolunt, Solis eſt anteambulo. Hazizus*, id eſt, עזיז *Haziz*, à quo עזוז *Hizzuz* & *Heſus*, ſola flexione differunt: niſi quod z mutatur in s literam homogeneam. Itaque nomen Martis Gallicum Phœnicio fuit ſimillimum.

Belenum eſſe Apollinem, præter Auſonii carmen vulgatiſſimum de Attio Patera in Burdigalenſibus Profeſſoribus, docent Aquileienſes inſcriptiones APOLLINI BELENO apud Gruterum; & hæc Julii Capitolini in Maximinis: *Dicens etiam Deum Belenum per aruſpices ſpopondiſſe, Maximinum eſſe vincendum. Unde etiam poſtea Maximini milites jactaſſe dicuntur Apollinem contra ſe pugnaſſe.* Quibus concinit Herodianus lib. 8. niſi quod Βέλιν habet pro Beleno: Βέλιν δὲ καλοῦσι τοῦτον σέβουσί τε ὑπερφυῶς Ἀπόλλωνα εἶναι ἐθέλοντες, *ipſum autem Belin vocant, & eximiè colunt, Apollinem eſſe volentes.* Inde herba βελινούντια, ut Latinè Apollinaris, ita Gallicè dicebatur *Belinuntia*. Et eandem Hiſpani hodieque *Veleno* appellant. *Belenus* vel *Belin* idem qui *Belus*. Ita Phœnices Solem vocabant. Servius in primum Æneidos: *Apud Aſſyrios*, (id eſt, Tyrios) *Bel dicitur quâdam ſacrorum ratione & Saturnus & Sol.* Quandoque compoſito nomine vocabant בעלשמין *Beelſamen*, id eſt, Dominum cœlorum. Philo Byblius de Sole ex Sanchoniathonis Theologicis: Τοῦτον γάρ, φησι, θεὸν ἐνόμιζον μόνον οὐρανοῦ κύριον, Βεελσάμην καλοῦντες, ὅ ἐστι παρὰ Φοίνιξι κύριος οὐρανοῦ. *Hunc enim*, inquit, *Deum putabant ſolum eſſe cœli Dominum, Beelſamen vocantes, quod Phœnicum linguâ ſignificat cœli Dominum.* An indidem Laconum vox Βέλα pro Sole, & Cretica Ἀβέλιος? Heſychius: Βέλα, ἥλιος καὶ αὐγὴ ὑπὸ Λακώνων. Item: Ἀβέλιον, ἥλιον Κρῆτες. Omninò ita videtur, & cum Beleno Deo idem eſſe *Abellio*, cujus monumenta extant in Convenis Novem populaniæ, ut obſervat Scaliger Auſoniarum lectionum lib. 1. cap. 9.

Auct. Dioſcorid. lib. 4. Apul. de herb. cap. 4.

Ibidem Onvanæ meminit Deæ Gallorum, quam Viri docti ſuſpicantur eſſe Minervam. Nempe Minerva Phœnicibus *Onca* & *Onga* dicebatur: Euphorion apud Stephanum: Ὄγκα, ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ Φοίνικας. Heſychius: Ὄγκα, Ἀθηνᾶ ἐν Θήβαις. Ex *Onga* factum *Onva* & *Onvana*, G & V permutatis ut in Vvallis & Vvallonibus pro Gallis, & in Anglico *wane* pro unda, cujus vocis ſecundam ſyllabam Germani, Galli & Belgæ per G ſcribunt.

Tamen in veteri ſaxo apud Conſeranos in Novempopulania reperto extat inſcriptio vetus MINERVÆ BELISAMÆ, unde Beliſamam colligunt eſſe Minervæ Gallicum nomen. At cùm *Beliſama* Punicè ſignificet *cœli Dominam*, videtur id potiùs vel ad Lunam vel ad Uraniam pertinere, quæ in Jeremia toties vocatur מלכת השמים *Regina cœlorum.* Luna eadem quæ Diana quam Galli plurimum coluerunt. Polyænus lib. 8. ubi de Camma: ἦν Ἀρτέμιδος ἱέρεια, ἣν μάλιστα Γαλάται σέβουσι. Quod ſumptum ex Plutarchi libro de virtutibus mulierum.

Deos quos diximus hactenus à Gallis fuiſſe cultos Cæſar his verbis docet: *Deum maximè Mercurium colunt, &c. Poſt hunc Apollinem, & Martem, & Jovem, & Minervam.*

Lib. 6.

Supereſt de Hercule dicamus; quem Galli vocabant, *Ogmion*. Lucianus: τὸν Ἡρακλέα οἱ Κελτοὶ Ὄγμιον ὀνομάζουσι φωνῇ τῇ ἐπιχωρίᾳ. *Ogmion*, id eſt, עגמין *agemion*. Barbaros & peregrinos Arabes ita nominant. Nempe vel ex Phœnice Hercules, vel ex Africa aut Gadibus ad Gallos ſe contulerat, poſt multos labores mari & terra exantlatos. Atque id ipſum Herculis pictura referebat. Quippe pingebatur γέρων ἐς τὸ ἔσχατον, ἀναφαλαντίας, πολιὸς ἀκριβῶς, ὅσαι λοιπαὶ τῶν τριχῶν, ῥυσὸς τὸ δέρμα, καὶ διακεκαυμένος ἐς τὸ μελάντατον, οἷοί εἰσιν οἱ θαλαττουργοὶ γέροντες. *Decrepitus, recalvaſter, reliquis capillis prorſus canis, cute rugoſa & in aterrimum colorem exuſta, quales ſunt nautæ ſenes.* Imò quales Pœni & Phœnices quos vicinioris ſideris fervor ita exurit, ut à Gallorum candore plurimum abſint. Interim ſenex ille trahebat hominum ingentem multitudinem; omnes ab auribus revinctos. Pro vinculis autem erant catenulæ ex auro & electro confectæ, quarum anſæ Dei linguæ ita erant annexæ, ut hac illos ad ſe traheret. Quod eloquentiæ fuit ſymbolum. Phœnicius enim ſermo, quo utebatur Hercules, cum Gallico permiſtus, eum ita expolivit & tanta verborum & rerum ubertate ditavit, ut Galli ultro agnoſcerent Phœnicibus magiſtris ſe debere eloquentiam; quam deinceps ſummo ſtudio ſemper excoluerunt. Porcius Cato in ſecundo originum: *Pleraque Gallia duas res induſtrioſiſſimè perſequitur, rem militarem & arguté loqui.* Cui loco planè geminus hic Hieronymi ad Vigilantium: *Gallia, &c. viris ſemper fortiſſimis & eloquentiſſimis abundavit.*

In Herc.

Luc. ibid.

Apud Chariſium lib. 2.

Jam quia Britannis & Gallis eadem fuiſſe ſacra ex Tacito & Cæſare ſcimus; non erit extra rem hîc quærere, quæ fuerit Andraſte Dea, quam Britannica Amazon Boodicia vel Bundovica invocaſſe legitur, antequam cum Romanis confligeret, Dion in Nerone: καὶ ἡ Βουδουίκα τὴν χεῖρα ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνασα εἶπε, χάριν τε σοὶ ἔχω, ὦ Ἀνδράστη, καὶ προσεπικαλοῦμαί σε γυνὴ γυναῖκα, *& Bondovica manibus in cœlum extenſis dixit, gratias habeo tibi ô Andraſte, teque mulier mulierem invoco.* Et rurſus: ταῦτα πάντα θύοντές τε ἅμα καὶ ἑστιώμενοι, ὑβρίζοντες, ἔν τε τοῖς ἄλλοις σφῶν ἱεροῖς, καὶ ἐν τῷ τῆς Ἀνδάτης μάλιστα ἄλσει ἐποίουν, οὕτω γὰρ καὶ τὴν νίκην ὠνόμαζον καὶ ἔσεβον αὐτὴν περιττότατα. *Hæc omnia per contumeliam faciebant, dum ſacrificabant, atque epulabantur cum in aliis templis tum maximè in luco Andatæ. Sic enim victoriam vocabant, & illam impensè colebant.* Pro Ἀνδάτης reſcribendum ut ſuprà Ἀνδράστης, quomodo legit Guillelmus Blancus Xiphilini interpres; ſic Adraſte eadem erit quæ Phœnicum *Aſtarte*, literis ut fit trajectis, & permutatis D & T quæ ſunt ejuſdem organi. Nec obſtat quod victoriam interpretatur Dion. Sed & Tacitus, cujus hæc verba lib. 14. ad eandem Deam pertinent: *Inter quæ nullâ palam causâ delapſum Camaloduni ſimulacrum victoriæ, ac retro converſum, quaſi cederet hoſtibus.* Aſtarte enim Venus quidem eſt, ut Cicero & alii volunt. Sed Venus armata & belli præſes. Quo habitu illam coluiſſe Cythereos à Phœnicibus edoctos tradidit Pauſanias. Sed & iiſdem magiſtris Cyprii Venerem Ἔγχειον, id eſt, haſtatam, effinxerant. Heſychius: Ἔγχειος, Ἀφροδίτη: Κύπριοι. Spartæ etiam deſcribit Pauſanias in Laconicis Ἀφροδίτης ξόανον ὡπλισμένης, *Veneris armatæ ſtatuam.* Unde Auſonius Epigr. 42.

Vide Sell. & Camd. pag. 613.

De nat. Deor. l. 3. in Attic. & Lacon.

Armatam vidit Venerem Lacedæmone Pallas.

Itaque de Venere hæc habentur in Trachiniis Sophoclis: Μέγα τι σθένος ἁ Κύπρις, ἐκφέρεται νίκας ἀεί, *Venus pollet magna quadam vi, & victorias ſemper reportat.* Et Romæ templum habuit Venus victrix. Plinius: *Dedicatione templi Veneris victricis, pugnavêre in circo elephantes viginti.* Ejuſdem templi meminit Plutarchus in Pompejo, qui, inquit, ſe ſomniavit κοσμεῖν ἱερὰ Ἀφροδίτης νικηφόρου πολλοῖς λαφύροις, *Veneris victricis templum multis ornare ſpoliis.* Quæ ideò notanda duxi, ne quis miretur Aſtartem, id eſt,

Verſ. 501.

Lib. 8. cap. 7.

Digitized by Google

id eſt, Phœniciam Venerem, à Britannis pro victoria cultam.

Eſt cur miremur in Diis Gallorum non cenſeri Plutonem, à quo ſe prognatos dicebant, ſiquidem Cæſari credimus: *Galli*, inquit, *ſe omnes ab Dite patre prognatos prædicant, idque ab Druidibus proditum dicunt.* Fallor an *Diſpater* Gallis idem fuit qui *Dieſpiter*, id eſt, Juppiter, ſummus Deorum, nomine facto ex Græco Διὸς vel ex Hebr. די *dai.* Id videtur poſſe probari ex compoſito nomine *Divona* pro Dei fonte vel Divino fonte. Ita explicat Auſonius in hoc verſu,

Divona Celtarum linguâ fons addite Divis.

Et hodiéque apud Cambros *Diu* Deum ſignificat & *Vonan* fontem. Quò pertinet vernaculum *ouy dea* cùm affirmamus, ſumptum ex Græco τῷ Διί. Hoc ſenſu Dis pater Gallorum, non quo putavit Cæſar. Nempe Διὸς κεχρήμεθα πάντες· τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. Quod ex Arato Paulus ita citat ut palam probet Act. 17: 28. ad verum Deum id referens quod de Jove dixerat Aratus. Tale illud Moſis in Cantico Deut. 32: 18. *Rupem quæ te genuit oblivioni mandaviſti*, id eſt, Θεὸν *Deum.* Ut rectè reddunt LXX & Vulg. Int. magis ad ſenſum quàm ad verba attendentes. Sic Chaldæi pro rupe habent דחלא תקיפא *Deum fortem*, & Arabs אלהאלק *Creatorem.*

II. Dignitatum & officiorum nomina putantur hæc fuiſſe apud Gallos, Brennus, Vergobretus, Mar, Rix, Pateræ, Cenæ, Bardi, Druidæ, Saronides & Eubages.

Brenni duo celebres fuêre apud Gallos, unus qui Romam, alter junior qui Delphicum templum expilavit. Ille pro Brenno Βρὲν *Bren* appellatur apud Suidam. Sunt qui Imperatorum tum temporis putant commune fuiſſe nomen, quia Cambri hodiè Regem *Brennin* appellant, teſte Camdeno. (*Pag. 14.*) Sed & apud noſtrates Britannos *barner* judicem ſonat, & *barn* eſt judicare. Accedit Syrum פרנס *parnas* pro principe & gubernatore. Sic Eſ. 3: 4. in Chald. Paraphr. *Conſtituam pueros* פרנסיהון (*parnaſehon*) *principes ipſorum.* Prov. 14: 28. *In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis atteritur* פרנסיה (*parnaſeh*) Princeps ejus. Radix פרנס *parnes* eſt paſcere; ergo פרנס nomen propriè ſignificat ποιμένα λαῶν.

Vergobretus aut *Vergobretum* magiſtratus erat annuus apud Æduos, ut Romæ conſulatus. Cæſar: *Divitiacus & Liſcus ſummo magiſtratui præerant quem Vergobretum appellant Ædui, qui creatur annuus, & vita neciſque in ſuos habet poteſtatem.* Vox videtur compoſita ex Syris פרגא *farga* & פרתום *partum* vel פרתון *partun*, quarum illa mutationem, hæc ſummum præfectum & moderatorem ſonat. (*Vide Eſth. 1: 3. & c. 9. & Dan. 1: 3.*) Inde Galli *Vergobretum* vocant præfectum illum qui quidem ſummus erat, ſed mutationi obnoxius.

Mar, hodiè *Maur*, Britannis magnum ſonat. Hinc compoſita Gallorum principum nomina *Condomarus*, *Civiſmarus*, *Combolomarus*, *Induciomarus*, *Viridomarus*, *Teutomarus*, *&c.* Syris מר *mar* eſt dominus, unde מרן אתא μαραναθὰ dominus noſter venit 1. Cor. 16: 22.

Rix etiam multo in uſu in magnatum nominibus. Exemplo ſint *Senorix*, *Dumnorix*, *Orgetorix*, *Ambiorix*, *Vercingetorix*, *Eporedorix.* Puto Gallos ſcripſiſſe *rich*, ut Britones & Germani hodiéque. *Rich*, id eſt, fortis & potens. Hinc in libro triadum Britannico, qui vetuſtiſſimus eſt; (*Camd. pag. 446.*) *Caradauc urich fras*, id eſt, *Caratacus fortis brachio.* Neque aliud fuit *rich* apud Germanos veteres. Fortunatus lib. 8.

Chilperiche potens, ſi interpres barbarus adſit,
Adjutor fortis hoc quoque nomen habet.

Rich videtur eſſe ריק *rik* Arabum, in Gigeio ריק *rik* eſt *vis*, *robur*, & ראיק *raik prior*, *primus*, ריוק idem.

Pateræ ſunt ſacerdotes Apollinis, oraculorum interpretes, à verbo פתר *patar*, id eſt, interpretari. Unde Joſeph פותר *poter* dicitur, quia interpretabatur ſomnia Gen. 40. & 41. Auſonius in Profeſſoribus Burdigalenſibus, ubi de Attio Patera vel Paterio:

Beleni ſacratum ducis è templo genus,
Et inde vobis nomina.
Tibi Patera, ſic miniſtros nuncupant
Apollinares myſtici.
Fratri patrique nomen à Phœbo datum,
Natoque de Delphis tuo.

De his ita Hieronymus epiſt. CL. ad Hedibiam: *Majores tui Paterius atque Delphidius: quorum alter, antequam ego naſcerer, Rhetoricam Romæ docuit, alter, me jam adoleſcentulo, omnes Gallias proſâ verſuque ſuo illuſtravit ingenio.*

Coenæ quæ ſint Mela docet his verbis: *Sena in Britannico mari Oſiſmicis adverſa littoribus, Gallici numinis oraculo inſignis eſt, cujus antiſtites perpetua virginitate ſanctæ numero novem eſſe traduntur, Galli Cenas vocant.* (*Lib. 3. cap. 6.*) Lege *Coenas.* Hebraicè כוהן *coen* eſt ſacerdos. Hinc fœmininum כוהנה *coena.* Sena, hodiè *Sayne*, inſula eſt ad extremam Aremoricam.

Bardi Gallorum erant Poëtæ & cantores. Poſidonius: τὰ δ' ἀκούσματα αὐτῶν εἰσὶν οἱ καλούμενοι Βάρδοι, ποιηταὶ δὲ οὗτοι τυγχάνουσι μετ' ᾠδῆς ἐπαίνους λέγοντες. (*Apud Athen. lib. 6.*) Strabo: Βάρδοι μὲν ὑμνηταὶ καὶ ποιηταί. (*Strab. l. 4.*) Diodorus: Εἰσὶ δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ποιηταὶ μελῶν οὓς Βάρδους ὀνομάζουσιν. (*Diod. l. 5. pag. 213.*) Lucanus:

Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Feſtus: *Bardus Gallicè cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit.* Heſychius: Βάρδοι, αἱ ἀοδοὶ παρὰ Γαλάταις, pro αἱ ὠδοὶ rectè monuit Vir doctiſſimus legendum eſſe ἀοιδοὶ cantores vel Poëtæ. Bardus eſt ab Hebræo פרט *parat*, mutatis homogeneis: פרט eſt modulari: ſic Amos 6: 5. הפרטים על פי הנבל, *modulantes ſuper nablium.* Nablium erat Phœnicium organum lyræ vel citharæ ſimile. כנור *cinyram* citharę ſpeciem, & נבל *nablium* Joſephus ita inter ſe confert: ἡ μὲν κινύρα δέκα χορδαῖς ἐξημμένη τύπτεται πλήκτρῳ, ἡ δὲ νάβλα δώδεκα φθόγγους ἔχουσα τοῖς δακτύλοις κρούεται; (*Antiq. lib. 7. c. 10.*) *cinyra quidem decem chordis inſtructa, plectro pulſatur, nablium autem duodecim ſonos continens digitis carpitur.* Ita Bardis aliquod fuit organum lyræ ſimile quod inter canendum pulſabant. Diodorus de Bardis: οὗτοι δὲ μετ' ὀργάνων ταῖς λύραις ὁμοίων ᾄδοντες, οὓς μὲν ὑμνοῦσιν, οὓς δὲ βλασφημοῦσι; (*Lib. 5. pag. 213.*) *hi cum organis lyræ ſimilibus canentes, alios quidem laudant, alios verò vituperant.* Ammianus lyras vocat: *Bardi*, inquit, *fortia virorum illuſtrium facta heroicis compoſita verſibus cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt.* (*Lib. 15.*) Nota cantitandi verbo planè exprimi Hebræum פרט *parat*, quod propriè ſignificat cantiones ſuas vocibus minutim conciſis & ſono vibrante & frequentato canere. Ita Buxtorfius & alii. Quia פרט de iis dicitur quæ dividuntur in minutas partes. Quò referendum illud Horatii carm. lib. 1. Od. 15.

—— grataque fœminis
Imbelli citharâ carmina divides.

Ut à magno Heinſio pridem eſt obſervatum.

De nomine Druidum Plinio aſſentior qui deducit ἀπὸ τῆς δρυὸς à quercu. (*Lib. 16 cap. 44.*) *Nihil*, inquit, *habent Druidæ viſco & arbore in qua gignatur, ſi modò ſit robur, ſacratius. Jam per ſe roborum eligunt lucos: nec ulla ſacra ſine ea fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græca poſſint Druidæ videri.* Nec eſt quod quis miretur cur Druides Græco nomine appellentur, cùm etiam apud Celtas quercus *deru* dicta ſit. Britanni in Anglia *derw* ſcribunt, & noſtrates *dern.* (*Vide Camd. pag. 10.*)

Lib. 5. pag. 213. Saronides in Diodoro iidem qui Druides. *Philoſophi*, inquit, *& Theologi quidam ſunt in magna apud illos veneratione*, οὓς καὶ Σαρωνίδας ὀνομάζουσι, *quos & Saronidas appellant.* Nempe eadem ratio Lib. 4. cap. 5. nominis, utroque à quercu ducto, qui Græcè olim σαρωνὶς vel σαρώνη. Plinius: *Sinus Saronicus olim querno nemore redimitus, unde nomen, ita Græciâ antiquâ appellante quercum.* Callimachus hymno in Jovem:

> Ἠ πολλὰς ἐφύπερθε σαρωνίδας ὑγρὸς Ἰάων
> Ἤειρεν.
>
> *Innumeras quercus liquidus producit Iaon*
> *Deſuper.*

Et ibi Scholiaſtes Σαρωνίδας, δρῦς, *Saronidas*, *id eſt*, *quercus.* Reliqua ibi vide. *Eubages* vel *Euvages*, quorum penſum erat ſcrutari ſumma & ſublimia naturæ, conſultò prætereo, quia vox illa eſt Doctis jure merito ſuſpecta, cùm nuſquam alibi quàm in Marcellino occurrat, qui fortè εὐαγεῖς legerat in Timagene, voce corrupta ex εὐατεῖς *vates.* Nam Γ & Τ ſcriptores ſæpe permutant. Tale eſt νυγὸν pro νυτὸν in Theophraſto, & in Heſychio ἰσγίον pro ἰστίον. Vide Cl. Salmaſii Plinianas exercitationes pag. 708.

III. Militaria vocabula fuêre apud Gallos *ger* vel *guerra* pro bello. Item *alauda* & *caterva* pro Gallicis legionibus; & in militum generibus *Gaſata*, *Vargi*, *Crupellarii*, *Bagaudæ*, *Galearii*; & in armis *ſpatha*, *geſſum*, *lancea*, *cateia*, *matara*, *thyreos*, *cetra*, *carnon*; & in machinis *manga*, *mangana*, *mangonalia*, quorum pleraque ſunt Phœnicia. His adde curruum nomina *bennum*, *petoritum*, *carrum*, *covinum*, *eſſedum*, *rhedam*.

Ger pro bello uſurparunt Galli veteres, ut *war* Saxones & Angli, & nos *guerram.* Unde Germanos, id eſt, homines belli (gens d'armes) eos dixère qui primi Rhenum transgreſſi priſcos incolas è ſedibus ſuis vi armorum pepulerunt. Tacitus: *Germaniæ vocabulum recens eſt & nuper additum: quoniam qui primi Rhenum tranſgreſſi Gallos expulerint, nunc Tungri, tunc Germani vocati ſint. Ita nationis nomen non gentis evaluiſſe paulatim; ut omnes primùm victores à victis ob metum, mox à ſeipſis invento nomine vocarentur.* *Ger* eſt ab Hebræo Deut. 2: 5. 9: 19, 24. Dan. 11: 25. גרה *gera*, quod Græci Interpretes reddunt συνάπτειν πόλεμον, Hieronymus *inire prælium*, *committere prælium*, *provocare ad bellum*.

Plin. l. 11. cap. 37. Alaudæ nomen à Gallis pro legione ſumptum his verbis docet Plinius: *Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederunt alaudæ.* Inde Gallos legionarios Cicero paſſim alaudas vocat: ſic Philippicâ primâ; *Judices manipulares ex legione alaudarum:* & quintâ: *Anteſignanos, & manipulares, & alaudas judices ſe conſtituiſſe dicebat:* & decimâ tertiâ: *huic accedunt alaudæ, cæterique veterani.* Et Suetonius in Julio Cæſare cap. 24. *Unam etiam* (legionem) *ex tranſalpinis conſcriptam, vocabulo quoque Gallico. Alauda enim appellabatur.* Ut pateat origo vocis, ſciendum *alaſdam* Veteres dixiſſe pro alauda. Sic *cauneas* idem ferè ſonaſſe quod De Divinat. lib. 2. *caſneas* vel *cave ne eas* docent hæc Ciceronis: *Quum M. Craſſus exercitum Brunduſii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas cauneas clamitabat: dicamus, ſi placet, monitum ab eo Craſſum caveret ne iret.* Porrò *alaſda* pro Syro אלפתא *alafata* millenarium ſonat; à quo numero Gallicæ legiones primò dictæ, plurimum auctæ deinceps, tamen priſcum nomen retinuerunt. Sic אלוף *aluph* Hebræis propriè eſt chiliarchus; tamen pro quovis duce ſumitur, ut אלף *eleph* chilias pro quovis numero, etiam multo majore. Vide Mich. 5: 2. & Jud. 6: 15.

Caterva etiam juxta Vegetium lib. 2. cap. 1. eſt legio Gallorum. *Galli* (inquit) *atque Celtiberi pluresque barbaricæ nationes catervis utebantur in prælio, in quibus erant ſena millia armatorum. Romani legiones habent, in quibus ſingulis ſena millia, interdum amplius militare conſueverunt.* Syris propriè כת ערבא *cat-erva* eſt turma mixtionis ſive miſcellanea. Nempe legio conſtabat ex militibus omne genus. Vegetius: *Legio autem propriis cohortibus plena cùm gravem armaturam, hoc eſt, principes, haſtatos, triarios, anteſignanos, item levem armaturam, hoc eſt, ferentarios, funditores, baliſtarios, cum propriis & ſibi impoſitos equites legionarios iiſdem matriculis teneat, &c.* Caterva Britannis hodiè eſt *caturfa.* Camd. pag. 13.

Geſſata vel *Gaſata*, ut plerique volunt, ſunt Gallorum milites mercenarii. Plutarchus in Marcello: μετεπέμψαντο Γαλατῶν τοὺς μισθοῦ στρατευομένους οἱ Γαισάται καλοῦνται, *miſerunt Gallorum milites mercenarios qui Geſſatæ vocantur.* Oroſius: *Cùm etiam* Lib. 4. cap. 13. *ex ulteriore Gallia ingens adventare exercitus nuntiaretur maximè Geſatorum, quod nomen non gentis, ſed mercenariorum Gallorum eſt.* Polybius, in quo Lib. 2. Γαισάται, eos ait ſic eſſe appellatos διὰ τὸ μισθοῦ στρατεύειν, ἡ γὰρ λέξις, inquit, αὕτη τοῦτο σημαίνει κυρίως. Alii ſcribi volunt Γαζῶται vel Γαιζῆται, quaſi γᾶν ζητοῦντες propter frequentes migrationes, aut verò παρὰ τὴν γάζαν, quia plerique Gallorum erant χρυσοφοροῦντες, quæ eſt Euphorionis ſententia apud Stephanum in Γάζα. Vide etiam Etymolog. in Γαιζῆται & Phavorinum in Γαζῆται. Alii à geſis deducunt teli genere. Servius in 8. Æneid. *Geſa haſtas viriles, nam etiam viros fortes Galli Geſos* (lege *Geſatos*) *vocant.* Strabo putavit eſſe gentem; dicit enim lib. 5. circa Padum habitare Gallos plurimos, *quorum maximæ gentes Boii & Inſubres, & qui Romam aliquando ſubita incurſione ceperunt* Senones, μετὰ Γαισάτων, *cum Gaſatis.* Suida etiam Γαισάτοι idem. Nempe latuit Viros doctos verbum eſſe Phœnicium. Hebræorum magiſtris גיס *gaias*, Syris גיסא *gaiſa*, Arabibus גיש *gais* eſt exercitus. Plurale Hebræum eſt גיסות *gaiaſot*, Arabicum גויש *guious*, Syrum גיסין *gaiſin*, vel fœm. termin. גיסתא *gaiſata.* Inde Gallorum copiæ Γαισάται dictæ. Hæc eſt vera origo vocis ignotæ hactenus.

Vargi apud Arvernos non tam erant milites quàm latrones. Sidonius Epiſt. 4. lib. 6. *Arverni Vargorum nomine indigenas latrunculos nuncupant.* Vargi, id eſt, Punico ſermone פרקין *farkin*; nam Hebræum פרק *perek* vel *pherek* quandoque pro rapina ſumitur. Sic Nahum. 3: 1. פרק כלאה, *rapina plena.* Abdiæ 14. ולא תעמוד על הפרק, *& non ſtabis ad rapinam.*

Crupellarii ſunt Gallorum gladiatores κατάφρακτοι. Tacitus lib. 3. Annal. *Adduntur è ſervitiis gladiaturæ deſtinati quibus more gentico continuum ferri tegimen; Crupellarios vocant.* Nempe ab Hebræo כרבל *cirbel*, amicire, tegere; unde מכרבל *mecurbal*, *opertus*, pallio *tectus* 1. Par. 15: 27. Græci περιεζωσμένος. Hinc כרבלא *carbela*, Dan. 3: 21. volunt eſſe paludamentum.

Bagaudæ dicti ſunt ii Gallorum qui ſub Diocletiano rebellarunt Amando & Æliano ducibus. Euſebius in Chronico *Bagaudas* appellat, & Oroſius *Vacaudas* (ſic legendum, non Vacuadas) Eutropius *Bacaudas.* Sed Salvianus, cui plus fidendum in ſuæ gentis vocabulo, conſtanter ſcribit *Bagaudas*, & palam docet hoc nomine rebelles ſignificari, qui Hebraicè בוגדים *boguedim.* Is enim ita de Bagaudis: *Imputamus nomen quod ipſi fecimus. Et vocamus rebelles, vocamus perditos, quos eſſe compulimus criminoſos. Quibus enim aliis rebus Bagaudæ* (rebelles) *facti ſunt, niſi iniquitatibus noſtris, niſi improbitatibus judicum? &c.* Item: *Quid aliud etiam nunc agitur quam tunc actum eſt, id eſt, ut qui adhuc Bagaudæ non ſunt, eſſe cogantur?* Hoc vult Romanorum injuriis Gallos in obſequio adhuc perſeverantes ad rebellionem compelli. Hinc Proſper. *Omnia* pene

Ad A. MMCCCIII. Oroſ. lib. 7. verſ. 25. Eutrop. lib. 9. Salvian. lib. 5.

penè Galliarum ſervitia in Bagaudam conſpiravêre, id eſt, uno conſenſu rebellarunt. Nam *Bagauda* eſt rebellio. Eumenius Rhetor de Scholis: *Latrocinio Bagandica rebellionis obſeſſa.*

Euſebius in Chronico lib. 1. pag. 35. undecunque id habeat, Galiarios a Romanis appellari dicit Gallicos ſervos: Ῥωμαῖοι, inquit, Γαλατῶν μυριάδας δ΄ πρὸς τοῖς τριακοσίοις ἀνεῖλον. Τοὺς δὲ αἰχμαλώτους αὐτῶν κατεδουλώσαντο, Γαλιαρίους καλοῦντες αὐτούς. *Romani Gallorum quadraginta millia interfecerunt, & trecentos inſuper; captivos autem illorum ſervituti ſubjecerunt, Galiarios illos vocantes.* In quem locum Scaliger: *Hoc nuſpiam legere memini, &c. Et ſanè falſum eſt illos homines in bello captos & in ſervitutem redactos à Romanis Galiarios dictos.* At ex Vegetio ſaltem id conſtat, quod Viro magno non
Veget. de re milit. lib. 1. c. 10 ſuccurrit, *Galearios* dictos lixas ſive calones, id eſt, militares ſervos: *Lixas*, inquit, (*quos Galearios vocant*) *ad natandum exercere percommodum*
Idem lib. 3. cap. 9. *eſt*. Item: *Ex ipſis calonibus* (*quos Galearios vocant*) *idoneos ac peritos uſu legebant.* Quam vocem ut Romanos putem à Gallis mutuatos facit Euſebii locus nuper citatus. Hebræis porrò גליר *galiar* vel גולייר *goliar* id ipſum eſt. Exempla profert partim ex Talmude, partim ex Targum ſecundo lib. Eſther. cap. 6. verſ. 12. doctiſſimus Buxtorfius Talmudici Lexici pag. 431.

Gallorum arma fuere, ut diximus; ſpatha; geſſum, lancea, ſparum, cateia, matara, thyreos & cetrum. *Spatha*, Iſidoro *ſpata*; Italis *ſpada*, Hiſpanis *eſpada* Hebræis recentioribus אספטי *iſpati*, eſt Gallorum gladius. Diodorus de Gallis lib. 5. ἀντὶ δὲ τοῦ ξίφους σπάθας ἔχουσι μακρὰς σιδηρᾶς, *pro gladiis autem magnas habent ſpathas ferreas* His Romani uſi deinceps. Vegetius: *habebant gladios majores quos ſpathas vocant.* Spatam definit Iſidorus *gladium ex utraque parte acutum*, id eſt, δίστομον ancipitem. Hoc cæſim feriebant non punctim διὰ τὸ μηδαμῶς κέντημα τὸ ξίφος ἔχειν, *quia mucrone carebat*, ut ſcribit Polybius lib. 2. Ita etiam Livius l. 32. *Gallis prælonga gladii, ac ſine mucronibus.* Itaque minus propriè Apulejus lib. 1. aſini dixit ſpatham præacutam mucrone infeſto. Et falluntur qui ſpatham dici volunt à ſimilitudine ſ שפוד *ſpud*. (Chaldæi ſic vocant verutum; ut Itali *ſpedo* Belgæ ſpit; Angli *ſpite*, Germani ſpieß.) Nam ex deſcriptione apparuit Gallicum gladium nihil habuiſſe ſimile cum veruto. Sed ſpatæ nomen factum ex Hebræo שבט cujus plurale שבטים *ſbatim*. Chaldæi etiam per P שפטין *ſpatin*, id eſt, ſpatas, ſcribunt. שבט eſt baculus quivis. Sed Pſ. 2: 9. שבט ברזל baculus ferreus eſt חרב *enſis*, ut rectè monent Rabbi Selomo & Aben-Ezra. Ita ſpatha vel ſpata Gallis, qui nomen generis pro ſpecie uſurparunt.

Geſſum vel Geſum & Gæſum quidam pro haſta ſumunt. Servius: *Pilum propriè eſt haſta Romana, ut geſſa Gallorum, ſariſſa Macedonum.* Auguſtinus locutionum de Joſue lib. 6 *Septuaginta Interpretes quo poſuerunt geſon* (Joſue 8: 18.) *miror ſi & in Græca lingua haſtam vel lanceam Gallicanam intelligi voluerunt: ea quippe dicuntur geſa.* Suidas: Γαῖσα καὶ γαισός, κοντός, εἶδος ἀμυντηρίου οἷον δόρατος, *Geſa & gæſus, contus, teli genus ut haſta.* Ita etiam in Γίσοι. Ἔστι δὲ ξύλον ἢ κοντὸς μακρόθεν κεντῶν, *eſt autem telum aut contus eminus pungens.* Gæſum tamen eſt haſtile aut jaculum potiùs quam haſta. Feſtus: *Geſum grave jaculum.* Heſychius; Γαισός, ἐμβόλιον ὁλοσίδηρον, *jaculum totum ex ferro.* Proinde ſinguli bina gerebant. Varro apud Nonnum: *cum binis geſſis eſſent.* Claudianus: *binaque geſſa tenens.* Virgilius: *duo quiſque Alpina coruſcant Geſa manu.* Planè ut haſtilia; Idem:

Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

Ovidius:

——— *lævâque haſtilia bina gerebat.*

Chaldæis idem גיסא *giſa* & גיססה *giſeſa*. Sic 2. Sam. 18: 14. *Et accepit* תלתא גססין *tria geſa in manu ſua:* Græci τρία βέλη *tria jacula*, meliùs quàm Hieronymus *tres lanceas.* Alludit & Hebræum חץ *chets* pro ſagitta & jaculo. Mutatur enim *cheth* in g, ut in galbano ex חלבנה. Quod pene omiſeram, Athenæus Hiſpanis etiam gæſa tribuit, γαισῶν geſorum uſum dicens ab iis veniſſe ad Romanos.

Eſt & *ſparum* Gallici teli genus. Paulus: *Rumex genus teli ſimile ſpari Gallici.* Feſtus à ſpargendo dici vult. Ego *ſparam* ſuſpicor à ferreo acumine dici, quod Arab. dicitur שפר iiſdem literis, ſono tamen diverſo *ſophron.*

Etiam *lancea* Gallicum vocabulum, ſi Diodoro credimus, qui ſic habet: προβάλλονται λόγχας, ἃς ἐκεῖνοι λαγκίας καλοῦσι. Tamen Varro apud Gellium lanceam dicit *Hiſpanicum verbum eſſe.* Et apud Nonium Siſenna videtur ad Germanos referre: *Gallia*, inquit, *materibus, Suevi lanceis configunt.* Sed authore Feſto, *Lancea à Græco dicta, quam illi λόγχην vocant.* Unde & Talmudicis לונכא *loncha* dicitur, & Syris לוכותא *luchona.* Nos hanc litem noſtram non facimus. Tantùm lanceam monemus Hebraicè dici רומח & Chald. רומחא *remcha.* Huic valde affine λόγχη. E liquidis enim R & L ſunt maximè permutabiles. Sic λείριον *lilium*; κρίβανος *clibanus*; *peregrinus*, Gallicè *pelerin*, &c.

Lib. 5.
Lib. 15. cap. 30.

Cateja Iſidoro *genus eſt Gallici teli ex materia quam maximè lenta, quæ jacta quidem non longè propter gravitatem evolat, ſed quò pervenit vi nimia perfringit.* Proinde ad catejas pertinent hæc Ammiani lib. 31. *Barbari ingentes clavas in noſtros conjicientes ambuſtas, mucroneſque acrius reſiſtentium pectoribus illidentes, ſiniſtrum cornu perrumpunt.* Catejæ igitur nomen ab Hebræo verbo כתת *catat*, id eſt, hoſtiles copias perrumpere & perfringere. Ita ſumitur Num. 14: 45. & Deuter. 1. ℣. 44. & 2. Chron. 15: 6. & Pſal. 89: 24. & Eſ. 24: 12. & Jerem. 46: 5. & Zach. 11: 6. Ex כתת dicendum eſſet *Catteja* duplici T. Sed huic verbo id proprium eſt ut alterum ת excidat, ut in ואכת Deut. 9: 21. & in ויכתום Num. 14: 45. & in ויכתו Deut. 1: 44. Ideò nonnulli referunt ad defectiva יכת vel נכת

Pro *matara* Cæſaris in libris ad Herennium ſcribitur *mataris*, in Nonno *materis*, in Heſychio μάδαρις, in Strabone μάρις, μαδὶς, μάδρις, μάταρ; ſed legendum Docti monent μάταρις vel μάτερις. Hodie Gallis *matras* unde *matraſſer*. Teli Gallici genus erat. Siſenna: *Galli materibus, Suevi lanceis configunt.* Author librorum ad Herennium: *Nec tam facile ex Italia materis tranſalpina depulſa eſt.* Strabo definit παλτοῦ τι εἶδος, *palti ſpeciem*; & paltum Pollux Μηδικὸν ἀκόντιον *Medicum jaculum.* Vocis origo eſt aperta. Nam Arabicè מתר *matara* eſt jaculari. Giggejus: מתר באלסלח *telum jecit*; אלמתר *jactus*, imò jaculatio.

Θυρεὸς idem quod ſcutum, hoc eſt, clypeus oblongus, ita dictus, ut multi volunt à ſimilitudine januæ. Sed vox videtur eſſe barbara, 1. quia antè Polybium, qui inter Pœnos diu vixit, nemo Græcorum eâ uſus eſt. 2. Addo clypeum Chaldaicè dici תרים *theres*, & Arabicè תרס *thars.* Atque inde verbum התרים Hebræis idem eſſe quod ſcuto ſe munire. 3. Preterea θυρεὸν Græci Barbarorum armis accenſent. Atheneus ſub finem libri ſexti ſcribit Romanos à Samnitibus didiciſſe θυρεῶν χρῆσιν. Pauſanias in Arcadicis θυρεοὺς *thyreos* Gallis tribuit tanquam proprios, ut *gerra* Perſis: *Ferentes*, inquit, *parva haſtilia & ſcuta oblonga* κατὰ τοὺς Κελτικοὺς θυρεοὺς ἢ τὰ γέῤῥα τῶν Περσῶν, *ut ſunt Celtarum thyrei & Perſarum gerrha.* Idem in Phocicis de Gallis Sperchium amnem trajicientibus Brenno duce; τὰ ὅπλα

Digitized by Google

Lib. 5. pag. 213. Saronides in Diodoro iidem qui Druides. *Philoſophi*, inquit, *& Theologi quidam ſunt in magna apud illos veneratione*, οὓς καὶ Σαρωνίδας ὀνομάζουσι, *quos & Saronidas appellant.* Nempe eadem ratio nominis, utroque à quercu ducto, qui Græcè *Lib. 4. cap. 5.* olim σαρὼν vel σαρώνις. Plinius: *Sinus Saronicus olim querno nemore redimitus, unde nomen, ita Græcia antiquâ appellante quercum.* Callimachus hymno in Jovem:

> Ἠ πολλὰς ἐφύπερθε σαρωνίδας ὑγρὸς Ἰάων
> Ἤνειεν.
>
> *Innumeras quercus liquidus producit Iaon*
> *Deſuper.*

Et ibi Scholiaſtes Σαρωνίδας, δρῦς, *Saronidas, id eſt, quercus.* Reliqua ibi vide. *Eubeges* vel *Euvages*, quorum penſum erat ſerutari ſumma & ſublimia naturæ, conſultò prætereo, quia vox illa eſt Doctis jure merito ſuſpecta, cùm nuſquam alibi quàm in Marcellino occurrat, qui fortè εὐαγεῖς legerat in Timagene, voce corrupta ex οὐατεῖς *vates.* Nam Γ & Τ ſcriptores ſæpe permutant. Tale eſt σιγὸν pro σιτὸν in Theophraſto, & in Heſychio ἰσγὸν pro ἰσὸν. Vide Cl. Salmaſii Plinianas exercitationes pag. 708.

III. Militaria vocabula fuêre apud Gallos *ger* vel *guerra* pro bello. Item *alauda* & *caterva* pro Gallicis legionibus; & in militum generibus *Gaſata, Vargi, Crupellarii, Bagauda, Galearii*; & in armis *ſpatha, geſſum, lancea, cateia, matara, thyreos, cetra, carnon*; & in machinis *mangu, mangana, manganalia*, quorum pleraque ſunt Phœnicia. His adde curruum nomina *bennum, petoritum, carrum, covinum, eſſedum, rhedam.*

Ger pro bello uſurparunt Galli veteres, ut *war* Saxones & Angli, & nos *guerram.* Unde Germanos, id eſt, homines belli (gens d'armes) eos dixêre qui primi Rhenum transgreſſi priſcos incolas è ſedibus ſuis vi armorum pepulerunt. Tacitus: *Germaniæ vocabulum recens eſt & nuper additum: quoniam qui primi Rhenum transgreſſi Gallos expulerint, nunc Tungri, tunc Germani vocati ſunt. Ita nationis nomen non gentis evaluiſſe paulatim; ut omnes primum victores a victis ob metum, mox a ſeipſis invento nomine vocarentur.* Ger eſt ab Hebræo גרה *gera*, quod Græci Interpretes reddunt
Deut. 2: 5. 9: 19, 24. Dan. 11: 25. συνάπτειν πόλεμον, Hieronymus *inire prælium, committere prælium, provocare ad bellum.*

Plin. l. 11. cap. 37. Alaudæ nomen à Gallis pro legione ſumptum his verbis docet Plinius: *Galliæ vocabulo etiam legioni nomen dederunt alauda.* Inde Gallos legionarios Cicero paſſim alaudas vocat: ſic Philippicâ primâ; *Judices manipulares ex legione alaudarum:* & quintâ: *Anteſignanos, & manipulares, & alaudas judices ſe conſtituiſſe dicebat:* & decimâ tertiâ: *huic accedunt alaudæ, cæterique veterani.* Et Suetonius in Julio Cæſare cap. 24. *Unam etiam (legionem) ex tranſalpinis conſcriptam, vocabulo quoque Gallico. Alauda enim appellabatur.* Ut pateat origo vocis, ſciendum *alafdam* Veteres dixiſſe pro alauda. Sic *cauneas* idem ferè ſonaſſe quod *De Divinat. lib. 2.* *caſaeas* vel *cave ne eas* docent hæc Ciceronis: *Quum M. Craſſus exercitum Brundusii imponeret, quidam in porta caricas Cauno advectas cauneas clamitabat: dicamus, ſi placet, monitum ab eo Craſſum caveret ne iret.* Porrò *alafda* pro Syro אלפתא *alafata* millenarium ſonat; à quo numero Gallicæ legiones primò dictæ, plurimum auctæ deinceps, tamen priſcum nomen retinuerunt. Sic אלוף *aluph* Hebræis propriè eſt chiliarchus; tamen pro quovis duce ſumitur, ut אלף *eleph* chilias pro quovis numero, etiam multo majore. Vide Mich. 5: 2. & Jud. 6: 15.

Caterva etiam juxta Vegetium lib. 2. cap. 1. eſt legio Gallorum. *Galli* (inquit) *atque Celtiberi pluresque barbaricæ nationes catervis utebantur in prælio, in quibus erant ſena millia armatorum. Romani legiones habent, in quibus ſingulis ſena millia, interdum amplius militare conſueverant.* Syris propriè כת ערבא *cat-erva* eſt turma mixtionis ſive miſcellanea. Nempe legio conſtabat ex militibus omne genus. Vegetius: *Legio autem propriis cohortibus plena cum gravem armaturam, hoc eſt, principes, haſtates, triarios, anteſignanos, item levem armaturam, hoc eſt, ferentarios, funditores, baliſtarios, cum propriis & ſibi impoſitis equites legionarios iiſdem matriculis teneat, &c.* Caterva Britannis hodiè eſt *caturfa.* *Camd. pag. 13.*

Geſſatæ vel *Gaſatæ*, ut plerique volunt, ſunt Gallorum milites mercenarii. Plutarchus in Marcello: μετεπέμποντο Γαλατῶν τοὺς μισθοῦ στρατευομένους οἳ Γαισάται καλοῦνται, *miſerunt Gallorum milites mercenarios qui Geſſatæ vocantur.* Oroſius: *Cùm etiam ex ulteriore Gallia ingens adventare exercitus nuntiaretur maximè Geſatorum, quod nomen non gentis, ſed mercenariorum Gallorum eſt.* Polybius, in quo *Lib. 4. cap. 13.* Γαισάται, eos ait ſic eſſe appellatos διὰ τὸ μισθοῦ στρατεύειν, ἡ γὰρ λέξις, inquit, αὕτη τοῦτο σημαίνει κυρίως. *Lib. 2.* Alii ſcribi volunt Γαζάται vel Γαιζῆται, quaſi γῆν ζητοῦντες propter frequentes migrationes, aut verò παρὰ τὴν γάζαν, quia plerique Gallorum erant χρυσοφοροῦντες, quæ eſt Euphorionis ſententia apud Stephanum in Γάζα. Vide etiam Etymolog. in Γαιζῆται & Phavorinum in Γαζῆται. Alii à geſis deducunt teli genere. Servius in 8. Æneid. *Geſa haſtas viriles, nam etiam viros fortes Galli Geſos* (lege *Geſatos*) *vocant.* Strabo putavit eſſe gentem; dicit enim lib. 5. circa Padum habitare Gallos plurimos, *quorum maximæ gentes Boii & Inſubres, & qui Romam aliquando ſubita incurſione ceperunt* Senones, μετὰ Γαισατῶν, *Suida etiam Γαισάται ἔθνικοι.* *cum Gaſatis.* Nempe latuit Viros doctos verbum eſſe Phœnicium. Hebræorum magiſtris גיס *gaias*, Syris גיסא *gaiſa*, Arabibus גיש *gais* eſt exercitus. Plurale Hebræum eſt גיסות *gaiaſot*, Arabicum גיוש *gouons*, Syrum גיסין *gaiſin*, vel fœm. termin. גיסתא *gaiſata.* Inde Gallorum copiæ Γαισάται dictæ. Hæc eſt vera origo vocis ignotæ hactenus.

Vargi apud Arvernos non tam erant milites quàm latrones. Sidonius Epiſt. 4. lib. 6. *Arverni Vergorum nomine indigenas latrunculos nuncupant.* Vargi, id eſt, Punico ſermone פרקין *farkin*; nam Hebræum פרק *perek* vel *pherek* quandoque pro rapina ſumitur. Sic Nahum. 3: 1. פרק מלאה *rapina plena.* Abdiæ 14. ולא תעמוד על הפרק, *& non ſtabis ad rapinam.*

Crupellarii ſunt Gallorum gladiatores κατάφρακτοι. Tacitus lib. 3. Annal. *Adduntur è ſervitiis gladiatura deſtinati quibus more gentico continuum ferri tegimen; Crupellarios vocant.* Nempe ab Hebræo כרבל *cirbel*, amicire, tegere; unde מכרבל *mecurbal, opertus*, pallio *tectus* 1. Par. 15: 27. Græci περιεζωσμένος. Hinc כרבלא *carbela*, Dan. 3: 21. volunt eſſe paludamentum.

Bagaudæ dicti ſunt ii Gallorum qui ſub Diocletiano rebellarunt Amando & Æliano ducibus. Euſebius in Chronico *Bagaudas* appellat, & Oroſius *Ad A. MMCCCIII.* *Vacaudas* (ſic legendum, non Vacuadas) Eutropius *Oroſ. lib. 7. verſ. 25.* *Bacaudas.* Sed Salvianus, cui plus fidendum in ſuæ *Eutrop. lib. 9.* gentis vocabulo, conſtanter ſcribit *Bagaudas*, & palam docet hoc nomine rebelles ſignificari, qui *Salvian. lib. 5.* Hebraicè בוגדים *boguedim.* Is enim ita de Bagaudis: *Imputamus nomen quod ipſi fecimus. Et vocamus rebelles, vocamus perditos, quos eſſe compulimus criminoſos. Quibus enim aliis rebus Bagaudæ* (rebelles) *facti ſunt, niſi iniquitatibus noſtris, niſi improbitatibus judicum? &c.* Item: *Quid aliud etiam nunc agitur quam tunc actum eſt, id eſt, ut qui adhuc Bagaudæ non ſunt, eſſe cogantur?* Hoc vult Romanorum injuriis Gallos in obſequio adhuc perſeverantes ad rebellionem compelli. Hinc Proſper. *Omnia*

penè

Digitized by Google

penè Galliarum ſervitia in Bagaudam conſpiravêre, id eſt, uno conſenſu rebellarunt. Nam *Bagauda* eſt rebellio. Eumenius Rhetor de Scholis: *Latrocinio Bagaudica rebellionis obſeſſa.*

Euſebius in Chronico lib. 1. pag. 35. undecunque id habeat, Galiarios a Romanis appellari dicit Gallicos ſervos: Ῥωμαῖοι, inquit, Γαλλῶν μυριάδας δ´ πρὸς τοῖς τριακοσίοις ἀνεῖλον. Τοὺς δὲ αἰχμαλώτους αὐτῶν κατεδουλώσαντο, Γαλιαρίους καλοῦντες αὐτούς. *Romani Gallorum quadraginta millia interfecerunt, & trecentos inſuper; captivos autem illorum ſervituti ſubjecerunt, Galiarios illos vocantes.* In quem locum Scaliger: *Hæc nuſpiam legere memini, &c. Et ſanè falſum eſt alios homines in bello captos & in ſervitatem redactos à Romanis Galiarios dictos.* At ex Vegetio ſaltem id conſtat, quod Viro magno non ſuccurrit, *Galearios* dictos lixas ſive calones, id eſt, militares ſervos: *Lixas*, inquit, (*quos Galearios vocant*) *ad natandum exercere percommodum eſt.* Item: *Ex ipſis calonibus* (*quos Galearios vocant*) *idoneos ac peritos aſſumebant.* Quam vocem ut Romanos putem à Gallis mutuatos facit Euſebii locus nuper citatus. Hebræis porrò גל״ר *galsar* vel גול״ר *g lsar* id ipſum eſt. Exempla profert partim ex Talmude, partim ex Targum ſecundo lib. Eſther. cap. 6. verſ. 12. doctiſſimus Buxtorfius Talmudici Lexici pag. 431.

Veget. de re milit. lib. 1. c. 10

Idem lib. 3. cap. 9.

Gallorum arma fuère, ut diximus; ſpatha, geſſum, lancea, ſparum, cateia, matara, thyreos & cetrum. *Spatha*, Iſidoro *ſpata*; Italis *ſpada*, Hiſpanis *eſpada* Hebræis recentioribus אספּט *eſpats*, eſt Gallorum gladius. Diodorus de Gallis lib. 5. ἀντὶ δὲ τοῦ ξίφους σπάθας ἔχουσι μακρὰς σιδηρᾶς, *pro gladiis autem magnas habent ſpathas ferreas* His Romani uſi deinceps. Vegetius: *habebant gladios maiores quos ſpathas vocant.* Spatam definit Iſidorus *gladium ex utraque parte acutum*, id eſt, δίστομον ancipitem. Hoc cæſim feriebant non punctim διὰ τὸ μηδαμῶς κέντημα τὸ ξίφος ἔχειν, *quia mucrone carebat*, ut ſcribit Polybius lib. 2. Ita etiam Livius l. 32. *Gallis prælongi gladii, ac ſine mucronibus.* Itaque minus propriè Apulejus lib. 1. aſini dixit ſpatham præacutam mucrone infeſto. Et falluntur qui ſpatham dici volunt à ſimilitudine שפוד *ſpud*. (Chaldæi ſic vocant verutum; ut Itali *ſpedo* Belgæ ſpit, Angli *ſpitto*, Germani ſpieß.) Nam ex deſcriptione apparuit Gallicum gladium nihil habuiſſe ſimile cum veruto. Sed ſpatæ nomen factum ex Hebræo שבט cujus plurale שבטים *ſbatim.* Chaldæi etiam per P שפטין *ſpatin*, id eſt, ſpatas, ſcribunt. שבט eſt baculus quivis. Sed Pſ. 2: 9. שבט ברזל baculus ferreus eſt חרב *enſis*, ut rectè monent Rabbi Selomo & Aben-Ezra. Ita ſpatha vel ſpata Gallis, qui nomen generis pro ſpecie uſurparunt.

Geſſum vel Geſum & Gæſum quidam pro haſta ſumunt. Servius: *Pilum proprie eſt haſta Romana, ut geſſa Gallorum, ſariſſa Macedonum.* Auguſtinus locutionum de Joſue lib. 6 *Septuaginta Interpretes qui poſuerunt geſon* (Joſue 8: 18.) *miror ſi & in Græca lingua haſtam vel lanceam Gallicanam intelligi voluerunt: ea quippe dicuntur geſa.* Suidas: Γαῖσα καὶ γαισὸς, κοντὸς, εἶδος ἀμυντηρίου οἷον δόρατος, *Gaſa & gaſus, contus, teli genus ut haſta.* Ita etiam in Γαῖσοι. Ἔστι δὲ ὅπλον ἢ κοντὸς μακρόθεν κεντῶν, *eſt autem telum aut contus eminus pungens.* Gæſum tamen eſt haſtile aut jaculum potiùs quam haſta. Feſtus: *Geſum grave jaculum.* Heſychius; Γαισὸς, ἐμβόλιον ὁλοσίδηρον, *jaculum totum ex ferro.* Proinde ſinguli bina gerebant. Varro apud Nonnum: *cum binis geſſis eſſent.* Claudianus: *binaque geſſa tenens.* Virgilius: *duo quiſque Alpina coruſcant Geſa manu.* Planè ut haſtilia; Idem:

Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

Ovidius:

---- lævâque haſtilia bina gerebat.

Chaldæis idem גיסא *giſa* & גיססה *giſeſa.* Sic 2. Sam. 18: 14. *Et accepit* תלתא גססין *tria geſa in manu ſua:* Græci τρία βέλη *tria jacula*, meliùs quàm Hieronymus *tres lanceas.* Alludit & Hebræum חץ *chets* pro ſagitta & jaculo. Mutatur enim *cheth* in g, ut in galbano ex חלבנה. Quod pene omiſeram, Athenæus Hiſpanis etiam gæſa tribuit, γαισῶν geſorum uſum dicens ab iis veniſſe ad Romanos.

Eſt & *ſparum* Gallici teli genus. Paulus: *Rumex genus teli ſimile ſpari Gallici.* Feſtus à ſpargendo dici vult. Ego *ſparum* ſuſpicor à ferreo acumine dici, quod Arab. dicitur שפר iiſdem literis, ſono tamen diverſo *ſophron.*

Etiam *lancea* Gallicum vocabulum, ſi Diodoro credimus, qui ſic habet: προβάλλονται λόγχας, ἃς ἐκεῖνοι λαγκίας καλοῦσι. Tamen Varro apud Gellium lanceam dicit *Hiſpanicum verbum eſſe.* Et apud Nonium Siſenna videtur ad Germanos referre: *Gallia*, inquit, *materibus, Saevi lanceis configunt.* Sed authore Feſto, *Lancea a Græco dicta, quam illi λόγχην vocant.* Unde & Talmudicis לונכא *loncha* dicitur, & Syris לוכותא *luchota.* Nos hanc litem noſtram non facimus. Tantùm lanceam monemus Hebraicè dici רומח & Chald. רומחא *romcha.* Huic valde affine λόγχη. E liquidis enim R & L ſunt maximè permutabiles. Sic λείριον *lilium*; κρίβανος *clibanus*; *peregrinus*, Gallicè *pelerin*, &c.

Lib. 5.

Lib. 15. cap. 30.

Cateja Iſidoro *genus eſt Gallici teli ex materia quam maxime lenta, quæ jactu quidem non longè propter gravitatem evolat, ſed quò pervenit vi nimia perfringit.* Proinde ad catejas pertinent hæc Ammiani lib. 31. *Barbari ingentes clavas in noſtros conjicientes ambuſtas, mucroneſque acrius reſiſtentium pectoribus illidentes, ſiniſtrum cornu perrumpunt.* Catejæ igitur nomen ab Hebræo verbo כתת *catat*, id eſt, hoſtiles copias perrumpere & perfringere. Ita ſumitur Num. 14: 45. & Deuter. 1. ỳ. 44. & 2. Chron. 15: 6. & Pſal. 89: 24. & Eſ. 24: 12. & Jerem. 46: 5. & Zach. 11: 6. Ex כתת dicendum eſſet *Catteja* duplici T. Sed huic verbo id proprium eſt ut alterum ת excidat, ut in ואכת Deut. 9: 21. & in ויכתום Num. 14: 45. & in ויכתו Deut. 1: 44. Ideò nonnulli referunt ad defectiva יכת vel נכת

Pro *matara* Cæſaris in libris ad Herennium ſcribitur *mataris*, in Nonno *materis*, in Heſychio μάδαρις, in Strabone μάρις, μαδὶς, μάρις, μάταρι; ſed legendum Docti monent μάταρις vel μάτερις. Hodie Gallis *matras* unde *matraſſer.* Teli Gallici genus erat. Siſenna: *Galli materibus, Suevi lanceis configunt.* Anthor librorum ad Herennium: *Nec tam facile ex Italia mataris tranſalpina depulſa eſt.* Strabo definit πάλτου τι εἶδος, *palti ſpeciem*; & paltum Pollux Μηδικὸν ἀκόντιον *Medicum jaculum.* Vocis origo eſt aperta. Nam Arabicè מתר *matara* eſt jaculari. Giggejus: מתר באלסלח *telum jecit*; אלמתר *jactus*, imò jaculatio.

Θυρεὸς idem quod ſcutum, hoc eſt, clypeus oblongus, ita dictus, ut multi volunt à ſimilitudine januæ. Sed vox videtur eſſe barbara, 1. quia antè Polybium, qui inter Pœnos diu vixit, nemo Græcorum eâ uſus eſt. 2. Addo clypeum Chaldaicè dici תרים *theres*, & Arabicè תרס *thurs.* Atque inde verbum התרים Hebræis idem eſſe quod ſcuto ſe munire. 3. Preterea θυρεοὺς Græci Barbarorum armis accenſent. Athenæus ſub finem libri ſexti ſcribit Romanos à Samnitibus didiciſſe θυρεῶν χρῆσιν. Pauſanias in Arcadicis θυρεοὺς *thyreos* Gallis tribuit tanquam proprios, ut *gerra* Perſis: *Feremus*, inquit, *parva haſtilia & ſcuta oblonga* κατὰ τοὺς Κελτικοὺς θυρεοὺς ἢ τὰ γέῤῥα τὰ Περσῶν, *ut ſunt Celtarum thyrei & Perſarum gerrha.* Idem in Phocicis de Gallis Sperchium amnem trajicientibus Brenno duce; τὰ ὅπλα

τοὺς ἐπιχωρίους θυρεοὺς ἐπεποίητο ἕκαστος ἀντὶ χαλκίδος, ſcuta nempe thyreos patrios unuſquiſque pro rate adhibuit. 4. Phœnices igitur veriſimile eſt hujus clypei nomen & uſum ex Oriente attuliſſe. 5. Quamvis utut concederemus θυρεὸν dici ἀπὸ τῆς θύρας, tamen Phœnicia vox eſſet. Græcum enim θύρα, Germanicum *thur*, Anglicum *doore*, Perſicum *dare*, deflexa ſunt ex Syro תַּרְע *thera*, quod viciſſim per metatheſin factum ab Hebræo שַׁעַר.

Cetram, brevioris clypei genus, Virgilius Oſcis tribuit, Hiſpanis Plutarchus & Silius, Iſidorus Afris, Tacitus Britannis. Id ipſum *Cetrea* vel *Cyrtia* quas Iberis & Celtis adſcribit Heſychius: Καιτρέαι, inquit, ὅπλα Ἰβηρικά, οἱ δὲ κυρτίας. Item, Κυρτίας Κελτοὶ τὰς ἀσπίδας. Puto Phœnices dixiſſe כתירא *cetera* pro כשירא *ceſera*, literis ש & ת de more permutatis, ut in תר & שר, תוב & תום & תבר, &c. כשירה pro מגן, id eſt, clypeo, reperitur in Chaldæa Paraphraſi Prov. 6: 11. Idem erat *cetra* Mauris. Vetus Scholiaſtes ad hæc Juvenalis Sat. 11. *Et Getulus Oryx. Oryx animal minus quam bubalus, quem Mauri uncem vocant: cujus pellis ad cetras proficit, ſcuta Maurorum minora.*

Mangas, mangana, mangonalia (vernaculè *mangoneaux*) ut petrarias Gallorum machinas memorat in poliorceticis doctiſſimus Lipſius. Abbo:

Mangana quæ proprio vulgi libitu vocitantur,
Saxa quibus jaciunt ingentia.

Græcum eſſe probant ex veteri gloſſario, in quo balliſtra redditur μάγγανον πολεμικόν. Tamen Græcè μάγγανον non machina, ſed machinatio potiùs, ſaltem apud vetuſtiores. At מנגנון pro machina occurrit in ſecundo Thargum Eſther & paſſim in Arabum ſcriptis. Manga fortè & Mangana, & ſynonymæ voces μηχανὴ & *machina* fiunt ab Hebræo מחי *mechi*, unde compoſitum מחי קבלו pro machina helepoli Ezech. 26: 9.

Carnon pro tuba Galli uſurparunt. Heſychius: Κάρνον τὴν σάλπιγγα, Γαλάται, Arabes etiam קרן *carnon* dicunt, & Syri קרנא *carno* vel *carna*, unde & Romani *corna*.

Curruum ut genera ſic & nomina plura fuêre apud Gallos: *benna, petoritum, carrus vel carrum, covinus, eſſedum, rheda. Benna*, inquit Feſtus, *linguâ Gallicâ genus vehiculi appellatur, unde vocantur combennones in eadem benna ſedentes.* Benna Germanis hodiè *benne*, & noſtratibus *banneau*.
Vide Gell. lib. 5. c. 20. Nomen fecêre אופנים *ophanaim* rotæ, א excidit, quia non eſt radicale. Sic aliud rotæ nomen Hebræum גלגל etiam pro curru ſumitur Ezech. 23: 24. Et plauſtrum עגלה dicitur à rotarum rotunditate. Et aliud genus Gallici currus *petoritum* Feſtus dici exiſtimat *a numero quatuor rotarum*. Nempe Maſſilienſium, à quibus Galli numeros didicerant, dialectus erat Æolica. Nam ex Phocea venerant, quæ eſt urbs Æolidis. Æolibus autem πέσυρες & πίσυρες & πέτορες idem ſunt quod Ionibus τέσσαρες. Cambri hodiè dicunt *pedwar*, & Britanni Galliæ *pevar*.

Carri vel carra ſunt currus quibus vehuntur impedimenta exercitus. Cæſar è Gallia creditur hanc vocem in Latium intuliſſe, quamvis ante Cæſarem etiam Varro & Siſenna uſurpaverint. *Carrus* vernaculâ linguâ *char* dicitur, & Talmudica קרון *caron*. Sic קרוני מלחמה *carri bellici*, היושב בקרון *qui ſedet in carro*, נבעלה בקרון *adducta eſt in carro*. Radix eſt קרר unde nomen קרר *karar*, id eſt, auriga. R in קרון non geminatur, quia non fert linguæ Hebrææ genius. Sed Arabes ſcribunt קר *karron*.

Fuit & covinus currûs bellici ſpecies apud Gallos & Britannos, quibus hodiéque *Cowain* eſt vehere. Lucanus lib. 1.

Et docilis rector monſtrati Belga covini.

Vel ut corrigendum me monuit Vir doctiſſimus Iſaacus Voſſius,

—— conſtrati Belga covini.

Mela de Britannis lib. 3. cap. 6. *Dimicant bigis & curribus, Gallicè armati. Covinos vocant.* Inde *covinarius* pro auriga apud Tacitum in Agricola. Covinus Chaldæis eſt גוספן *goſphan*. Sic. Eſ. 10: 32. legitur Sennacheribus habuiſſe in exercitu ארבעין אלפין גוספנין, *quater mille covinos*.

Eſſedum etiam eſſe Gallicum vehiculum diſcere eſt ex his Poetæ:

Belgica vel molli melius feret eſſeda collo.

In quæ Servius: *Belgica eſſeda Gallicana vehicula, nam Belga civitas eſt Galliæ in qua hujuſcemodi vehiculi uſus repertus eſt.* Et Philargyrius: *Eſſeda autem vehiculi vel currûs genus quo ſoliti ſunt pugnare Galli. Cæſar teſtis eſt libro ad Ciceronem tertio. Multa millia equitum atque Eſſedariorum habet.* Eſſedum Hebræis eſt הסדן *haſſedan*, ut in Hebræorum adagio de rebus præpoſteris ונמשכו הסוסין אחר הסדנים *& trahuntur equi poſt haſſedanim*, id eſt, poſt eſſeda. Sic סרנין vel סרניא pro curribus occurrit in Chaldæa Paraphraſi Jonathanis, Gen. 45: 19, 27. & 46: 5. Græcè Σατίναι ſunt plauſtra. Heſychius: Σατίναι, αἱ ἅμαξαι.

Supereſt rheda de qua Quintilianus lib. 1. cap. 9. *Plurima Gallica valuerunt, ut rheda, petoritum quoque, quorum altero Cicero tamen, altero Horatius utitur.* Sic & Chaldæis רדיא *rheda* eſt currus, eujus plurale רדוות *rhedwath* legitur in Jonathanis & Hieroſolymitana Paraphraſi Exod. 14: 25. Agitur de bellicis Ægyptiorum curribus, à ſingul. רדיא factum plur. רדוות ut ספוות à ספא labium.

IV. In Gallicis veſtibus cenſentur *rheno, ſagum, linna, gaunacam* aut *gauſapa, bardiacus, bardocucullus, bracca, maniaci*. In his *Rheno* eſt Græcum ῥηνός. Scaliger paulò aliter: *Id videntur accepiſſe à Græcis qui ῥῆνας τὰ μῆλα vocant.* Abſurdè à quodam hûc refertur ססרנון *ſaſrhenon* ex Bereſith Rabba & Baal Aruch pro כתונת עור *pellicea veſte*. Neque enim legendum *ſaſrhenon*, ſed σίσυρνον. Libycum eſt vocabulum teſte Heſychio, qui Libyes dicit σίσυρνον vel σισύρνην appellare τὸ ἐκ τῶν κωδίων ῥαπτόμενον ἀμπεχόνιον, *pallium ex villoſis pellibus conſutum*. Hinc & סיסרנה *ſiſyrna* legitur in Talmude Hieroſ. tractatu *Nedarim* cap. 7. ut obſervatum à Buxtorfio. Videntur idem eſſe σισύρνα & σίσυρνος, quamvis diſtinguant Heſychius & Ariſtophanis Scholiaſtes in Avibus. A Siſyrna Balcares vocantur à Lycophrone σισυρνοδῦται.

Sagum Gallicum eſſe veſtimentum teſtatur Varro. *In his*, inquit, *multa peregrina, ut ſagum, rheno, Gallica.* Sagum aliud majus pro ſtragula, quod propriè gaunacum, aliud minus pro veſte; quæ rurſus duplex, hyemalis & æſtiva. *De ling. Lat. lib. 4.* Diodorus: ἐπιπορπῶνται δὲ σάγους ῥαβδωτοὺς, ἐν μὲν τοῖς χειμῶσι δασεῖς, κατὰ δὲ τὸ θέρος ψιλούς. Hyemale propriè ſagum æſtivum *linna* dicebatur. Illud definio pannum quadratum ex lana craſſa & villoſa, quod fibulâ nectebatur. Figura ex Afranio nota, qui habet *ſagos quadratos*, & ex his Iſidori: *Sagum Gallicum nomen eſt, dictum autem ſagum quadrum, eo quod apud eos primum quadratum vel quadruplex erat. Quadruplex*, id eſt, quadrilaterum. De fibula ſic Diodorus ἐπιπορπῶνται δὲ σάγους; Plutarchus itidem: αὐτὸς σάγον ἐμπεπορπημένος μέλανα. Et Varro apud Nonium: *Cùm neque aptam mollis humeris fibulam ſagus ferret.* Materiam deſcribit Strabo lib. 4. ἡ δὲ ἔρια τραχέα μὲν, ἀκρόμαλλα δὲ, ἀφ᾽ ἧς τοὺς δασεῖς σάγους ἐξυφαίνουσι, *lana autem eſt aſpera & oblongis villis ex qua denſa ſaga contexunt.* Et lib. 3. ubi de Celtiberis: Φοροῦσι δὲ σάγους μέλανας τραχεῖς, καὶ παραπλήσιον ἔχοντας τὸ ἔριον ταῖς αἰγείαις θριξὶ, *ferunt ſaga nigra & aſpera, quorum lana proximè accedit ad caprinas*

privas pelles. Nec multò aliter Hebræi Scholiaſtæ in Talmudicum tract. Kelim cap. 29. ſagum definiunt בגד צמר עב, *veſtem ex lana craſſa*. Baal Aruch in כנום *ſagus:* ושל צמר היא וכולה ציצית כמו שער בהמה, *eſt ex lana planè villoſa ut exuviæ pecudis*. Sed & in Hieronymo *ſaga cilicina* legas, Exod. 26: 7. pro Hebr. יריעות עזים. Unum addo ſagum olim habitum pro veſte mœroris. Oroſius lib. 5. *Cùmque ab exercitu Imperator appellatus eſſet, Romamque nuntios de victoria miſiſſet, Senatus ſagum, hoc eſt, veſtem mœroris, quam exorto ſociali bello ſumpſerat, hac ſpe arridente depoſuit*. Ex his locis colligas Gallorum *ſagum* penè idem fuiſſe quod שק *ſac*, id eſt, ſaccum Hebræorum. Pro quo Arabs Interpres מסח μίσχ@ & Vulgatus *cilicium* habent. Erat enim villoſa veſtis vel cilicina. Hinc Eſaias ſacco veſtitur cap. 20: 2. id eſt, veſte villoſa de more Prophetarum 2. Reg. 1: 8. Et Zach. 13: 4. Et ad hæc Eſaiæ verba cap. 50. verſ. 3. *Induo cœlos atrore, velut ſaccum pono operimentum eorum*. Johannes ita alludit Apoc. 6: 12. *Sol factus eſt niger ut ſaccus cilicinus*. Saccus denique in luctu ſumebatur, quod nemo neſcit. Iſidorus ſaccum & ſagum vidit eſſe valde affinia, proinde ſtatuit *ſaccum à ſago dici*, cùm contrà ſagum à ſacco fiat, ſaccus enim eſt antiquior.

Denſa Gallorum ſaga Strabo λαίνας *lanas* vocari dicit. Nempe *lana* idem quod χλαῖνα ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν, ut voluot. Sed *linna* eſt ſagum mollius. Iſidorus: *Linna ſaga quadra & mollia ſunt de quibus Plautus. Linna cooperta eſt in textrino Gallia*. Linna Diodoro eſt σάγ@ ψιλὸς, & Varroni *mollis ſagus*. Nomen habet à mollitie. Arabice ſaltem לין *lein* mollem ſignificat, & לין *lin* vel לינה *lina* mollitiem, nulla eſt vox frequentior.

Gaunacum Varroni eſt *majus ſagum & amphimallon*. Sed Græci pro amphimallo definiuot heteromallon, id eſt, una parte villoſum. Heſychius: Καυνάκαι, ϛρώματα ἢ ἐπιβόλαια ἑτερόμαλλα. Vocem eſſe Perſicam docent hæc Ariſtophanis in Veſpis: οἱ μὲν καλοῦσι Περσίδ', οἱ δὲ Καυνάκην. Eódem recidit quod Pollux Babylonicam eſſe dicit: Βαβυλώνιος δ' ἐϛὶν ὁ Καυνάκης. Sic Ælianus mures deſcribit circa Teredonem Babyloniæ, quarum pelles in veſtium uſum conſutas ad Perſas ferri dicit, & incolarum ſermone vocari Καύνακας, ut quidem legit Geſnerus. *Caunace* igitur vel *gaunacum* eſt Chaldæorum גונכא *gunca*. Hinc Judic. 4: 18. Jahel Siſaram decumbentem operuit בגנכא *gaunaco*. Ubi Kimchius: *eſt ſtragulum craſſius ex utraque parte villoſum*, quæ eſt definitio Varronis. Rurſus 2. Reg. 8: 15. ונסיב גונכא; *& accepit gaunacum, & immerſit aqua, & expandit ſuper faciem ejus, & mortuus eſt*. Hebr. eſt מכבר quod exponuot pannum denſum aut cilicium. Et priore loco eſt שמיכה *ſtragulum*, cui nomen à denſitate. Nam Chald. סומכא & Arab. סמכה eſt craſſities, denſitas.

Lib. 7. cap. 13. De animal. lib. 17. cap. 15.

Gaunacum in Iſidori gloſſario exponitur *gauſapa*. Gauſapa Talmudicis eſt גושפק *guſpak*. גושפקין definit Baal Aruch גלופקרין ראוין כימות הגשמים *craſſa & villoſa pallia, quorum uſus eſt pluvia tempore*. Id ipſum gauſape & gauſapine. Ideò à Martiali pro parodoxo habetur:

Menſe vel Auguſto ſumere gauſapinas.

Et in apophoretis inde commendatur Gauſapina, quod præ ſolito tam ſit tenuis, ut vel æſtivis menſibus poſſit eſſe uſui:

Is mihi candor ineſt villorum & gratia tanta
Ut me vel media ſumere meſſe velis.

Bardiacus eſt Gallicæ lacernæ genus, de qua Martialis lib. 4. Epigr. 4.

Laſſi bardiacus quod evocati,
Malles quam quod oles olere Baſſa.

Fallor aut pro Bardiaco dicebatur etiam *Bardus*. Inde compoſitum *Bardocucullus*; de quo mox. Alludit Talmudicum ברדס *bardes* in plur. ברדסין. Aruch bifariam explicat. 1. גלופקרין שמכסין את המטות, *ſtragula ex lana craſſiore quibus teguntur lecti*. 2. בגדי צמר שאינן תפורין, *veſtimenta ex lana inconſutilia*, qualis erat Chriſti tunica. Sed error eſt manifeſtus; quia Talmudici multis diſputant in tractat. כלאים an veſtis licita ſit *bardes*, & licitam eſſe concludunt, ſi conſuta ſit filis cannabiois, at ſecus ſi laneis; ergo non fuit ἄῤῥαφ@ inconſutilis. Eódem alludit Arabum ברד *bord* vel ברדה *borda*, quæ definitur à Giggejo *veſtis variis lineis contexta & variegata: Nigra veſtis flavo colore intexta, quam induunt Arabes*. Nomine ut videtur deducto ab hac ipſa colorum varietate. Sic Gen. 31: 12. ברדים dicuntur agni & hœdi qui variis coloribus erant interſtincti & interpuncti. Inde lux Auguſtini verbis ep. 68. ubi de Circumcellionum immanitate: *Presbyterum, &c. burdâ veſtitum, cum quibuſdam dolendum, quibuſdam ridendum in pompa facinoris ſui oſtentaſſent*. Et rurſus epiſt. 166. de eodem ut videtur. *Reſtitutus Victorianenſis, &c. quare raptus eſt de domo ſua, caſus, in aqua volutatus, burdâ veſtitus:* Id eſt, veſte varia in deriſiooem presbyteratûs.

Cucullus putatur aliud fuiſſe Gallis quàm vulgò, nempe pallii genus. Ut Britannis hodiè *cucul*, & Hebræis כבלא *cucla*. Sic in *Jelammedena* עשו מלובש כבלא ויעקוב מלובש ציצית, *Eſau veſtitus erat cucullo, & Jacob veſte fimbriata*. Ibidem כבלא exponitur כלמים *chlamys*. Inde compoſitum bardocucullus pro pallio breviore. Martialis:

Gallia Santonico veſtit te bardocucullo,
Cercopithecorum penula nuper erat.

Lib 14. Epigr. 128.

In Capitolini Pertinace leguntur *cuculli Bardaici*, tanquam à Bardeis vel Bardęis Illyrici populis, qui Ptolemæo Οὐαρδαῖοι vel Οὐάρδαιοι. Sed aliis potior lectio: *cuculli Bardiaci*.

Gallos dicit Diodorus uti ἀναξυρίσιν ἃς ἐκεῖνοι βράκας προσαγορεύουσι, *femoralibus quas illi bracas vocant*. Inde Heſychius: Βράκαις, ἀναξυρίδες. Et alibi: Ἀναξυρίδες, φημινάλια βρακία βαρβαρικά. Origo vocis ברך *berec* genu; nempe ut à femore dicuntur femoralia, & à cruribus σκέλεα, & talaria à talis, & à pedibus πόδεια: ſic à genibus *braca* vel *bracca*, quia infra genu & ad crura uſque deſcendunt. Agathias de Francis lib. 2. ἀναξυρίδας οἱ μὲν λινᾶς, οἱ δὲ καὶ σκυτίνας διαζωννύμενοι τοῖς σκέλεσι περιαμπέχονται. Ex eadem eſt origine ברכיר *braciar*, id eſt, corium ſeu ventrale opificum quod genua contegit. ר in fine additum ut in סנדלר *ſandalar* & ſimilibus.

Maniacum definit Polybius lib. 2. Χρυσοῦν ψέλλιον ὃ φοροῦσι περὶ τὰς χεῖρας ἢ τὸν τράχηλον οἱ Γαλάται, *torquis* aut *monile aureum quod ferunt Galli circa collum & manus*. Falluotur qui à manu deducunt. Eſt enim Chaldæum מניכא *menica*, quo pró torque utitur Daniel cap. 5. verſ. 7. ut & Paraphraſtæ paſſim.

Accedit etiam ad Hebræum, Syrum, & Arabicum purpuræ nomen ארגון *arguan* Gallicum *virga*, de quo Servius in illud Virgilii de Gallis lib. 8. Æneid. *Virgatis lucent ſagulis. Benè alluſit ad Gallicam linguam, per quam virga purpura dicitur; virgatis ergo ac ſi diceret purpuratis*. Interim abſit à me ut putem Virgilium hoc voluiſſe quod illi imponit Servius. Quid ſint virgata ſagula multi exponunt: ſed nemo melius Scaligero conjectaneis in Varronem lib. 4.

V. Animalium nomina ſermonis Gallici veteris pauca ſuperſunt. Tamen in iis paucis palam eſt id quod diximus, pleraque eſſe Phœnicia. Hebraicè רמך *ramac* eſt equa Eſth. 8: 10. Inde *marc* equus Gallis per literarum trajectionem, ut, in

forma ex Græco μίρφη. *Marc* equum fuiſſe ſcimus ex Pauſania, cujus hæc verba in Phocicis: ἵππον τὸ ὄνομα ἴσω τις μάρκαν ὄντα ὑπὸ τῶν Κελτῶν, *unusquisque ſciat à Gallis equum vocari marcam.* Μάρκαν reponendum ſuſpicantur Camerarius, Sylburgius, Amerbachius, alii, ut propius accedat ad Germanicum *maro*, id eſt, equam. Sed vanam eſſe hanc ſuſpicionem multa docent. 1. Quod ex *marca* Pauſanias deducit alteram vocem Gallicam τριμαρκισίαν, id eſt, equitum agmen. 2. Quod in legibus Boaricis eodem modo ſcribitur: *Si quis aliquem de equo ſuo depoſuerit, quem marc Galli vocant.* Item: *ſi equus eſt quod march dicimus.* 3. Quod *marc* vel *march* pro equo hodiéque eſt in uſu apud utroſque Britannos, Galliæ inquam & Angliæ. 4. Adde voces Germanicas inde conflatas, ut *mark ſchalk* pro equorum vel equitum miniſtro, & *mark ſtaller* pro equorum ſtabulario, id eſt, magiſtro ſtabuli.

Vide Lydii Gloſſem. Latino-barb.

Lib. 8. cap. 19.

Rhaphius eſt animal quadrupes, de quo Plinius: *Pompeji Magni primum ludi oſtenderunt Chaum quem Galli Rhaphium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis.* Lupum cervarium intelligi docent hæc ejuſdem Plinii: *Sunt in luporum genere qui cervarii vocantur, qualem è Gallia in Pompeji Magni arena ſpectatum diximus.* Nomen Gallicum, ut puto, erat רעבי *rhawi*, quaſi famelicum dixeris; quia creditur eſſe animal inſatiabile. Idem Plinius: *inſatiabilia animalium quibus à ventre protinus recto inteſtino tranſeunt cibi, ut lupis cervariis.*

Ibid. c. 22.

Lib. 11. cap. 37.

Abranas Galli ſimias vocabant. Heſychius: Ἀβράνας, Κελτοὶ τὰς κερκοπιθήκους. Quomodo Arabes אברמה *abrama* à ſingulari בראם *boram*; ita legitur in Giggejo.

Baracaca iiſdem erant hircorum aut caprarum pelles. Heſychius: Βαρακάκαι ἄγιοι (lege αἴγειοι) διφθέραι παρὰ Κελτοῖς. Nempe Chaldæis & Syris ברח *berach* vel ברחא eſt hircus. A Talmudicis dicitur conjunctis vocibus ברחא קרחא *barcha-karcha*, ad verbum *hircus calvus.* Sic in tractatu Sanhedrim: quid eſt *Aſima* 2. Reg. 17: 30. eſt ברחא קרחא *hircus calvus.* Ita etiam exponit Kimchius in notis in hunc locum. Hircus calvus dicitur לפי שאין לו צמר, quia non habet lanam. Ex *barcha karcha* Galli fecerunt *baracacas.*

Taxea pro larido ſit ex Hebræo דשן *daxen*, id eſt, ſaginare. Iſidorus: *Taxea lardum eſt Gallice dictum, unde dicit Afranius in roſa, Gallum ſaginatam pingui paſtum taxea.* ש per x efferro more Hiſpanorum.

Lug, unde Lugduni nomen, corvum exponit Clitophon Rhodius hiſtoricus, qui τῶν κτίσεων ſive originum libros ſcripſit; ex quorum decimo tertio hæc citantur apud Plutarchum libro de fluviis in Arari: *Cum Momorus & Atepomarus a Seſeroneo regno dejecti, in eo colle ex oraculi præcepto urbem ædificare vellent, jactis jam fundamentis, corvi ſubitò apparentes, expanſis alis arbores quæ circa erant replevêre. Momorus autem auguris calleatiſſimus civitatem Lugdunum vocavit,* λοῦγον γὰρ τῇ σφῶν διαλέκτῳ τὸν κόρακα καλοῦσι, δοῦνον δὲ τὸ ἐξέχοντα, *lugum enim linguâ ſua corvum vocant. Dunum verò locum eminentem.* Lug pro corvo videtur factum ex Arabico לקחה *lakcha* ejuſdem ſignificationis. Vide Giggejum & alios Lexicographos.

Bardaa vel *bardala* Gallicè eſt alauda, ſi Turnebo credimus, cujus verba ſunt Adverſar. lib. 23. cap. 15. *Bardi apud Gallos ſunt cantores & bardaa vel bardala alauda.* Quod idem in antiquo Lexico ſe legiſſe profitetur lib. 20. cap. 37. Rationem nominis non capio, niſi quod videtur eſſe vox compoſita ex Syro בר *bar*, id eſt, filio, unde ברגזא *bargeza* eſt halyætus, ברהדיא *barhaddaja* ſpecies accipitris, בר יוכנה *bar iucne* avis *magna* Judæis apponenda in epulo Meſſiæ.

In Arati fluvio piſcem gigni ſcribit Calliſthenes τῶν Γαλατικῶν lib. 13. qui αὐξομένης τῆς σελήνης λευκὸς ἐστι, μειουμένης δὲ μέλας γίνεται παντελῶς, *creſcente luna albus eſt, decreſcente autem totus nigreſcit.* Piſcis ille ab incolis, eodem autore, Κλουπαία *Clupea* dicitur, nempe ab hac mutatione; Phœnicibus enim חלף *chalaph* eſt immutare & חלוף *chaluph* mutatus. Porro Gallos jam ſæpe notavimus mutaſſe *chet* in *kappa*. De hoc eodem piſce Ennius in Phagiticis apud Apulejum:

Stob. ſerm. 48. de morbis.

Omnibus ut clupea præſtet muſtela marina.

Et Plinius ubi de Padi attilo: *Hunc minimus appellatus clupea venam quandam in faucibus ejus mira cupiditate appetens morſu exanimat.* Minimum appellat præ attilo, qui inertiâ pingueſcens ad mille aliquando libras, catenato capitur hamo, nec niſi boum jugis extrahitur. Alioqui clupea vocatur à Calliſthene μέγας ἰχθὺς, & putatur eſſe alauſa quæ nonnunquam ſuperat cubiti magnitudinem. Hûc facit quod alauſam Veneti *chiepam* vocant, voce à clupea defluxa. Addo piſcem eſſe valde ſpinoſum, quod de clupea ſcribit Calliſthenes: ὑπεραυξήσας δὲ ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀκανθῶν ἀναιρεῖται, *cùm in extremam magnitudinem crevit a propriis ſpinis interimitur.* Proinde alauſam Græci recentiores pro θρίσσα φρίσσαν vocant, quaſi ἀπὸ τοῦ φρίσσειν, quod eſt ſpinis inhorreſcere. Et Recentiorum quidam ficto nomine ariſtoſum piſcem appellant. Sed hæc ſunt alterius loci.

Man Teutonicâ linguâ eſſe hominem nemo neſcit: Germanis & Gallis commune fuiſſe vocabulum multis aſſerit Cluverius, & inde dici Germanos, Alemanos, Cenomanos, Marcomanos, Normanos, &c. Origo vocis eſt in Tacito, qui de Germanis ſcribit: *Celebrant carminibus antiquis Tuiſtonem Deum terrâ editum, & filium MANUM originem gentis conditoreſque.* Utrumque acceptum ab Ægyptiis, à quibus in Diis maximè colitur *Thouth* ſeu Mercurius tanquam artium & ſcientiarum repertor, & in hominibus *Menas* vel *Menes*, quem omnium hominum primum in Ægypto regnaſſe aſſerunt. Herodotus lib. 2. Βασιλεῦσαι δὲ Αἰγύπτου πρῶτον ἀνθρώπων ἔλεγον Μῆνα. Diodorus lib. 1. Μετὰ τοὺς θεοὺς τοίνυν πρῶτον φασι βασιλεῦσαι τῆς Αἰγύπτου Μηνᾶν. Africanus ex Manethone: Μετὰ νέκυας τοὺς ἡμιθέους. &c. Α Μήνης Θινίτης ἐβασίλευσεν, *poſt mortuos ſemideos, &c. primus regnavit Menes Thinites.* Tale eſt, quod teſte Tacito, *pars Suevorum & Iſidi ſacrificat.* Et ad Aſtartes Deæ Phœnicum nomen alludit *Aeſtar* vel *Eaſter.* Ea fuit Dea Saxonum cui menſe Aprili ſacrificarunt. Unde Aprilem menſem vocarunt *Eaſter monath*, ut ſcribit Beda in libro de temporibus. Unde hodiéque Angli Paſchales ferias appellant *Eaſtertime.* Quid quod Germanos Hebræi volunt Chananæorum eſſe progeniem, ut alibi probavimus ex Aben-Ezra.

Addo ex Suetonio Galbam Imperatorem primum Sulpiciorum cognomen Galbæ tuliſſe, *quod prapinguis fuerit viſus quem galbam Galli vocant.* Nempe Galba factum ex חלב *cheleb*, id eſt, pinguedo, ut galbanum ex חלבנא *chelbena.*

In Galba cap. 3.

Pro corollario ſit, quod Britanni noſtrates galli criſtam *cribell* appellant, ut Hebræi כרבל *carbel* & *carbel.*

VI. In herbis vix quicquam video, quia Gallica herbarum nomina in Apulejo & auctario Dioſcoridis pleraque ſunt corruptiſſima. Tamen pauca hæc videntur eſſe Phœnicia. Hedera Gall. Σουβίτας, Hebr. חצוב *haſub.* Pulegium Gall. ἄλβεγον. Mauris *alvegen* in Pandectario. Malè legitur ἄλβελον in auctario, inverſo γ. Meliſſophyllon ſeu apiaſtrum Gall. μερμερεων, Arabicè מרמאחור *marmahor* Avic. lib. 2. Pro μερμέριον in Dioſcoride perperam ſcriptum μερισιμόριον. *Gnaphalion* Gallis γελασονίμ ab Arab. גלס *galaſa*

Dioſc. l. 2. Idem lib. 3.

galaſa quod ſedere eſt, quia ex ejus foliis fit tomentum quo ſedilia & culcitræ inferciuntur, unde & Græcum nomen eſt. Galenus de ſimpl. lib. 6. cap. 3. §. 11. de gnaphalio, ὠνόμασαι μὲν οὕτως ὑπὸ τῶν φύλλοις αὐτοῦ μαλακοῖς οὖσιν, ἀντὶ γναφάλου χρῆσθαι, *unde nominata eſt quod foliis ejus mollibus pro tomento utantur.* Malè editio nupera *fomento* pro *tomento.* Dioſcorides: Τούτῳ τοῖς φύλλοις τινὲς ἀντὶ γναφάλῳ χρῶνται λευκοῖς οὖσι καὶ μαλακοῖς. Quæ Plinius ita reddidit lib. 27. cap. 10. *Gnaphalion alii chamæzelon vocant, cujus foliis albis mollibuſque pro tomento utuntur.* In *pempedula* pro pentaphyllo apud Dioſcoridem & Apulejum, prior pars vocis palam eſt Æolica, ſed poſterior Phœnicia; nam דליות *dalioth* frondes reddunt Ezech. 17: 23. Inde igitur Gallis *dula* folium & *pempedula* quinque folium. Sic Cambris hodiéque *deilen* eſt folium, & *pymp* quinque. Armoricani Britones *pemp* dicunt, & *delis* vel *delian* pro *folio.* Iiſdem *eith* eſt frumentum, & *bara* panis, ex Hebræis חטה *hitta* & בר *bar.* Et ut vinum Syri חמרא *chamra*; ita *zythum*, quod pro vino erat, Galli vocabant *corma.* In Athenæo legebatur καλεῖται δερκουμα. Sed ex epitoma & membranis corrigit doctiſſimus Caſaubonus; καλεῖται δὲ κόρμα, Dioſcorides habet κοῦρμι Marcellus itidem *curmi.*

Id. Dioſc. — *Athen. l. 4. p. 152.*

Gallorum Druidas dicit Plinius *Samolum* herbam nominaſſe, naſcentem in humidis, quam ſiniſtra manu legi à jejunis oportebat, contra morbos ſuum boumque, nec reſpicere legentes. Quam herbam deſcribat nullus ſcio. Sed *Samolus* dicta videtur a ſuperſtitioſo ritu illam legendi ſiniſtra manu. Hebr. שמאל *ſemol* vel *ſamol* eſt ſiniſtra.

Plin. l. 24. cap. 11.

Servius in 2. Georg. ubi de volemis pyris: *Volema*, inquit, *Gallica lingua bona & grandia dicuntur.* Sic Arab. פילם *phelem* & פילמאני *phelemani* eſt magnus.

VII. Jam pro mantiſſa libet Geographica quędam & Chorographica Gallorum vocabula ex Phœnicia lingua interpretari. *Leuca* vel *Leuga* fuit olim & eſt hodiéque viarum menſura apud Gallos. Heſychius: λεύγη, μέτρον τι γαλακτος, *leuca menſura quadam Gallis* Nam pro γαλακτος legendum eſſe Γαλάταις. Meurſius rectè monuit. Iſidorus: *Menſuras viarum nos milliaria dicimus, Græci ſtadia, Galli leucas.* Et paulò pòſt: *leuca finitur paſſibus quingentis.* Legendum *mille quingentis*, quomodo apud Jordanem vel Jornandem: *Leuga autem Gallica mille & quingentorum paſſuum quantitate metitur.* Quamvis ne ſic quidem conſtet numerus. Utut enim leucæ Gallicæ ſint valde inæquales, tamen ubi ſunt breviſſimæ continent minimum bis mille paſſus. *Leſcam* pro leuca dicebant Veteres, ut *alaſdam* & *caſneas* pro *alauda* & *canneis*, ut jam antè probavimus. Porro *leſca* factum ex Phœnicius vocibus אלף קנים *eleph canim* utrinque decurtatis. *Eleph-canim* ſunt mille cannæ. Canna Phœnicum erat שש אמות וטפח *ſex cubitorum & palmi.* Ita habet Ezechiel cap. 40. verſ. 5. Itaque mille cannæ, ſi cubitus Phœnicius noſtro eſſet æqualis, darent paſſus MDCCCLXVI. Sed cùm ſit aliquanto major, mille cannæ dant circiter bis mille paſſus.

Orig. l. 15. cap. 16. — *Jornand. Get. 161.*

Apud utroſque Britannos *bro* regionem vel agrum ſonat, ut Syris ברא *bara*, & *bal* vel *ubel excelſum*, ut Hebræis על *bal* vel *al*, & Syris עליא *elloiſe* Inde à Gallis dicti Allobroges qui montanam Sabaudiæ regionem obtinebant. Hoc multò veriſimilius quàm quod ſcribit vetus Juvenalis Scholiaſtes: *dicti ſunt Allobroga, quoniam broga Galli agrum dicunt, allo autem aliud; dicti igitur quia ex alio loco tranſlati* Allo aliud ſignificat, ſed Gręcè, non Gallicè. Interim hoc accipimus quod *broga* vult Gallis agrum ſonare; quod ſermo Britannicus adeóque Syrus confirmant.

Utriſque Britannis *pen* vel *penn* eſt caput; & montis cacumen ſummum. Inde Pœnninis Alpibus nomen, non à Pœnis, ut volunt. Neque enim per Penninum jugum Annibal in Italiam ingreſſus eſt, ſed per Taurinos, ubi triginta ſex millia homioum, ingentemque numerum equorum & aliorum jumentorum amiſit. *Id cum inter omnes conſtet* (inquit Livius lib. 21.) *eo magis miror ambigi quanam Alpes tranſierit: & vulgo credere* (leg. *vulgo credi*, vel *vulgus credere*) *Pœnnino, atque inde nomen & jugo Alpium inditum, tranſgreſſum.* Et paulò pòſt: *Neque Hercule montibus his (ſi quem fortè id movet) ab tranſitu Pœnorum ullo Veragri incolæ juri* (leg. *jugo*) *ejus norunt nomen inditum; ſed ab eo quem in ſummo Sacratum vertice Pœnninum montem appellant.* Jovem fuiſſe putant qui Pœnninus ideò dictus ſit, quod aram vel ſacellum habuerit in ſummo *penn*, id eſt, vertice Alpium. Petitum id ex ſermone Hebræo quo פנה *pinna* propriè angulum ſonat, ſed & faſtigium montis, quod in angulum deſinit. Sic Sophon. 1: 16. הפנות הגבהות Chaldęus reddit רמתא מנטלתא *colles excelſos.* Aben-Ezra etiam פנות dicit idem eſſe quod גבעות *colles.* Unde ducta metaphora Jud. 20: 2. & 1. Sam. 14: 38. duces populi vocantur פנות *pinnoth*, Chaldæus habet רישי *capita.* Vide & Soph. 3: 6. & Zach. 10: 4. & Eſ. 19: 13.

Alpes Gallorum linguâ vocari montes altos ſcribunt Iſidorus & Philargyrius. Et Euſtathius in Dionyſium Ἄλπεις dicit idem eſſe quod τὰς κλεισούρας eluſuram. Græci recentiores ita nominant τὰ ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων. Tamen pleriſque viſum Alpes dici ab albedine nivium. Feſtus: *Album quod nos dicimus à Græco, quod eſt ἄλφον, eſt appellatum. Sabini tamen Alpum dixerant. Unde credi poteſt nomen Alpium à candore nivium vocitatum.* Etymologus: διὰ τὸ πλῆθος τῆς λευκῆς χιόνος, Ἄλπεις ἐκλήθη τὰ ὄρη. Nempe in ſummis Alpibus; ut rectè Silius lib. 3.

Orig. lib. 14. cap. 8. — *in Georg. lib. 3.*

> *—— una pruina*
> *Canentis quæcunque datur promittere viſus*
> *Ingeritur facies.*

Itaque ut alpus & albus, ita Ἄλπεια ὄρη καὶ Ἄλβια dicuntur pro varia dialecto: ut poſt Strabonem notant Stephanus & Euſtathius. Neque vox Gallorum fuit propria, cùm illam Sabini etiam Græcique uſurpaverint. Debetur tamen Phœnicibus, quibus לבן *laban* erat albus, & אלבן *alben* formâ Syrâ albeſcere. Unde & Libano nomen quem Paraphraſtæ vocant אולבנין *Olbanim* Cant. 4: 11. Quippe in Libani vertice nives tam perpetuæ ſunt quam in Alpium jugis. Hieronymus in Jeremiam lib. 4. *Nix de Libani ſummitatibus deficere non poteſt, nec ullo ut omnis liqueſcat Solis ardore ſuperatur.* In Creta etiam Λευκὰ *Leuca* dicta ſunt Idæ montis vel prope Idam juga quædam in quibus nix nunquam deficit. Theophraſtus hiſt. plant. lib. 4. cap. 1. Ἐν Κρήτῃ γοῦν φασιν, ἐν τοῖς Ἰδαίοις ὄρεσι καὶ ἐν τοῖς Λευκοῖς καλουμένοις, ὅθεν τῶν ἄκρων οὐδέποτε ἐπιλείπει χιών. *In Creta igitur ut ajunt in Idæis montibus & iis qui Leuci vocantur ubi nix nunquam deeſt.* Non tamen de nihilo Ἄλπις alii altum montem explicant, cùm & *al* celſum ſonet, & *pen* collem aut verticem montis, ut jam antè monuimus.

Qui Cemmeni montes dicuntur Straboni & Ptolemæo, rectiùs Cæſari, & Pomponio, & Plinio, & Auſonio, & Lucano Gebennæ vocantur & Gebennici. Sunt & libri bonæ notæ in quibus Gebennæ ſcriptum, quod propiùs accedit ad vernaculum nomen *Les Cevennes*, & Britannicum *Keven*, quo vocabulo Cambri montis dorſum appellant teſte Camdeno. Montes porro Gebennici à Strabone definiuntur ῥάχις ὀρεινὴ πρὸς ὀρθὰς τῇ Πυρήνῃ, *dorſum montanum ad rectos angulos Pyrenæ incumbens.* Sic גבינא *gebina* Syris eſt ſupercilium montis

Luc.

Digitized by Google

Luc. 4: 29. Et Hebræis גב *gab* dorſum, & גבנונים *gabnunim* celſi montes Pſ. 68: 17. quod Hebræi deducunt à nomine גבן *gibben*. Id gibboſum ſignificat Levit. 21: 20.

Dun Gallis erat collis, ut hodiéque Germanis & Britannis & Anglis. Clitophon: Δοῦνον καλοῦσι τὸ ἐξέχοντα, *locum eminentem Dunum vocant*. Inde Lugdunum *corvi collis*, ut idem docet apud Plutarchum & Stobæum, quia colli eſt impoſita. Senecæ epiſt. 91. *Civitas erat impoſita, & huic non altiſſimo monti*. Itaque apud Strabonem, ubi dicitur Λούγδουνον ἐκτισμένον ὑπὸ λόφῳ, legi mavult Vir magnus ἐπὶ λόφῳ; quamvis utrumque ſit verum. Urbis enim pars una in ipſo colle eſt, altera colli adjacet. Sunt & alia Galliæ & Britanniæ oppida triginta minimum in *dunum* deſinentia, ut *Auguſtodunum*, *Axellodunum*, *Julìodunum*, *Laudunum*, *Melodunum*, *Noviodunum*, *Sedunum*, *Vellaunodunum*, &c. quæ omnia ſunt in collibus & locis editis. Scribitur & per T, ut Lingonum metropolis Andomatunum in Ptolemæo. Atque id accedit propiùs ad טן *tun* Arabum, טן *tun* propriè eſt quod eminet inter res duas æquales. Vide Giggejum.

At contraria ſignificatione *Dan* Britannis eſt inferius, ut Anglicè *down*, & Arabicè דון *douna*, quæ ſedulò ſunt diſtinguenda. Hinc Ptolemæo *Danmonii* ſunt qui habitant in valle ſodinarum in extremo cornu Walliæ.

Aliud vallis nomen *Nant* Britannis eſt notiſſimum. Hinc *Nant badon*, vallis Badonica in Belgis apud Camdenum pag. 170. Et *Duff-neint*, id eſt, depreſſæ valles, locus in Danmoniis ibid. pag. 144. & *Nantuates* Galliæ populi ad Acronium lacum, Straboni, Cæſari, Plinio, &c. hodiè *le pais de Vaux*; nempe Hebr. נטה *nata* eſt inclinare, unde מטה inferius.

Pag. 241. Alibi notat Camdenus *Dole* à Britannis appellari *jacentem & aptam ad mare vel flumen planitiem*. Inde legas in Nionio vetuſto ſcriptore Britannico; *Cæſar ad Dole bellum pugnavit* Indidem nomen habet *Dole* Armoricæ urbs maritima. Gregorio Turonenſi *Dolenſis vicus*. Sic & Arabicè apud Gigg. דולע *daula* eſt planities.

Crag vel *Careg* iiſdem petram ſonat. Camdenus in Danmoniis pag. 136. *Mons Michaelis sacelis Careg cowſe, id eſt, rupes cana*. Et pag. 137. *In ipſo aditu rupes ardua & prærupta Crag ab incolis vocata ſurgit*. Et pag. 546. locum deſcribit in Ordevicibus *Cerygi Drudion* dictus, id eſt, lapides Druidarum, in quo cernuntur columnulæ peregrinis characteribus inſcriptæ quas Druidum fuiſſe ſuſpicantur. Hinc prope Rhodani oſtia πεδίον λιθῶδες campus lapideus, de quo Strabo, Mela, Plinius, Solinus, alii, hodièque vocatur *La Crau*. Videtur etiam in Oriente *crac* pro petra uſurpari. Brochardus in deſcriptione Terræ Sanctæ cap. 5. *Tranſibis terram Moab uſque ad petram deſerti quæ nunc Crac dicitur* In Stephano legitur Χαράκμωβα & Μωβουχαράξ, cùm verum nomen ſit כרך־מואב *crac-moab*. Sic in Cilicia rupes eſt Cragus nomine. Strabo lib. 14. εἶτα Κράγος πέτρα περίκρημνος πρὸς θαλάττῃ, *hinc Cragus præceps ad mare petra* In Lycia item alius Cragus octiceps, in quo fuiſſe ſcribunt τὰ τῶν θεῶν ἀγρίων ἄντρα, *raſticorum Deorum antra*. Tamen כרך *crac* Syris non tam rupem quàm arcem ſonat aut munitum oppidum.

Strab. l. 14. Steph. in Κράγ. Euſtat. in Dion.

Caledonios Camdenus rectè deducit à Britannica *kaled*, quod durum ſonat; duri enim & aſperi erant incolæ, & terra etiam tota horridis & confragoſis montibus attollitur. Ita Hebræorum magiſtris גלד *galad* eſt dureſcere. Syris item & Arabibus. Unde גליד *gelid* pro glacie & cryſtallo ſæpe occurrit. Quaſi duramen dixeris cum Lucretio lib. 6.

Et vis magna gelu, magnum duramen aquarum.

Sed & pro firmamento ſumitur גליד in Arabica Paraphraſi, Gen. 1: 6. In quem locum Erpenius ὁ μακαρίτης: גלד (*geledon*) *eſt durities, firmitas, robur; unde* גליד *gelid firmamentum quomodo verterunt* στερέωμα *Græcorum Interpretum*. Levi & facili mutatione Britanni noſtrates dicunt *kalet* pro *kaled*, & nos vernaculè coclacam *galet* vocamus, id eſt, littoreum calculum, quod ſilicis genus eſt duriſſimum.

Caledoniis opponuntur Majatæ; Camdenus de Britannia Septentrionali pag. 111. *Incolæ olim in Majatas & Caledonios diſtincti erant, id eſt, in campeſtres & montanos*. Idem pag. 501. *Deben Meath, id eſt, planities ad Auſtrum*. Itaque *Meath* ferè idem eſt quod Arabiæ מאוח *mawath* terra declivis: vel *expanſa* à verbo מאו, id eſt, extendere, expandere.

In eadem Britannia *Camulodanum* erat Cynobellini Regia. Dio Caſſius lib. 60. τὸ Καμουλόδουνον τὸ τοῦ Κυνοβελλίνου βασίλειον εἷλε. Ptolemæus ordine literarum præpoſtero legit *Camudolanum*. Sed Antoninus cum Dione *Camulodunum*. Plinius item & Tacitus *Camàlodunum*. Id eſt, ut conjectamus, *Domini* ſeu *Regis collem*. Nam Arabicè קמעל *kamala* dominari, & קמעאל *kimâl*, ſignificat dominum gentis ſeu provinciæ. Ita explicatur in Giggejo. Proinde regia urbs meritò dicta *Camalodunum*. Inde in fabuloſis ſcriptoribus quos Galli Romanos vocant, *Camalot* eſt Arturi Regia, ut me monuit Vir eximius D. D. Sarraſin, à quo & alia didici momenti multo majoris.

Ibidem duplex fuit Sarisberia, quarum vetuſtior collem occupabat aridiſſimum, & prorſus inaquoſum. Id teſtantur diſertis verbis Britannici ſcriptores Guillelmus Malmesburienſis: *Caſtellum erat, &c. aquæ penuriâ laborans, adeò ut mirabili commercio aqua ibi vendatur*. Et Poëta anonymus ejuſdem ævi apud Camdenum pag. 180.

Eſt ibi defectus lymphæ, ſed copia cretæ.

Et è noſtris Petrus Bleſenſis in epiſtolis: *Erat locus ille ventis expoſitus, ſterilis, aridus, deſertus, &c.* Proinde vetuſtior illa Sarisberia in Itinerario Antonini *Sorbiodunum* dicitur priſco nomine; quod ex Britannica lingua Camdenus *ſiccum collem* interpretatur. Nempe *dunum* eſt collis, ut jam diximus; & *ſorb* vel *ſorba* tam Syris quàm Britannois eſt ſiccitas. Radix שרב *ſerab* eſt ſiccum eſſe: unde שריב ſiccus, & שרבא *ſarba*, שרובא *ſeroba*, שורבא *ſorba* vel *ſorbo* ſiccitas. Hebræis etiam nota vox. Ubi enim habet Eſaias cap. 35. verſ. 7. *Erit locus aridus in ſtagnum, & locus ſiticuloſus in fontes aquarum*, pro loco arido in Hebræo Textu eſt שרב *ſarab*.

Contrà *lauth* Britannis eſt humiditas planè ut Hebræis לחות *lauth*. Unde Arelates nomen Camdenus ita deducit: *Arelate celeberrima Galliæ urbs ſole uliginoſo & humido poſita ab ipſo ſitu nomen ſumpſiſſe videtur. Ar enim Britannis ſuper & lauth humidum ſignificat.*

Idem à Britannico *telen*, id eſt, citharâ *Telonem* vocari obſervat Maſſiliæ vicinum oppidum ad Cithariſtem promontorium, quomodo appellant Mela, Ptolemæus, Plinius, & Antoninus. Malim *Telonem* ſcribere, cùm & propiùs accedat ad Britannicum *telen*, & in Antonino vocetur oppidum illud *Telo Martius*. Cæterum quia תהלים *tehillim*, id eſt, pſalmos Hebræi contractius תלים *tillim*, & תלין *tillin* ſcribunt, puto Britannicum vocabulum inde deductum *telen* primò pſalmos ſignificaſſe, deinde ψάλτιγγα vel ψαλτήριον, id eſt, ὄργανον ψαλτικὸν instrumentum quod pulſat pſaltes, nempe citharam; id enim propriè ψάλτιγξ. Heſychius: ψάλτιγξ, κιθάρα. Idem:

Idem: ψαλτὶς, κιθαριστὴς; legendum ψάλτης. Dicitur & compoſita voce pſallocithariſtes, unde *pſallocithariſta* in Domitiano Suetonii cap. 4. ubi tamen ab aliis legitur *pſilocithariſta*. Sed & ψαλμὸς propriè Græcis citharæ ſonus: Scholiaſtes Ariſtophanis in Avibus: ψαλμὸς ἐστὶ κυρίως ὁ τῆς κιθάρας ἦχος. Et in Theſauro Stephani ψαλτὸς *qui citharæ aptus eſt*. Ibidem multis probatur ψαλτήριον id eſſe quod nobis *harpam*.

Abravanus in Ptolemæo promontorii nomen eſt in Britanniæ Novantibus; voce conflata ex duabus, ut rectè docet Camdenus pag. 693. nempe *Aber* & *Ruan*; itaque Abravanus eſt oſtium amnis *Ruan* vel *Rvan* qui ibi loci exit in mare. *Aber* enim, unde *Havre*, apud nos vernacula vox, eſt oſtium fluminis. Neque hoc ſolum, ſed & amnium confluentes apud Britannos eadem voce appellantur. Id me docuit Cambrenſis ſcriptor, qui floruit ante annos prope quingentos, Sylveſter Giraldus; illius verba ſic habent Itinerarii Cambriæ lib. 2. cap. 1. *Aber linguâ Britannicâ dicitur locus omnis ubi fluvius in fluvium cadit*. Et in deſcriptione Cambriæ cap. 5. *Aber Britannicè dicitur locus omnis ubi aqua in aquam cadit*. Itaque ſeu mari fluvii, ſeu duo fluvii junctis aquis conſocientur; locus in quo fit hæc conjunctio Britannicè vocatur *Aber*, voce merè Phœnicia. Hebræis enim חבר *habar* eſt conſociari, חבר *haber* ſocius, חבר *heber* conſociatio.

Conjunctioni opponitur divortium quod Britannicè *Gwith* dicitur, ut Chaldaicè גט *guet*. Inde, ſi Camdeno credimus, Vectæ inſulæ nomen eſt, quæ quodam quaſi terrarum divortio à vicina Britannia putatur eſſe avulſa. [Pag. 197.] Diodori ſaltem ævo, cùm mare refluxerat, exſiccato Euripo quo à continente dividitur, Britanni priſci covinis eo ſtannum devehere ſolebant, quod in Galliam exportaretur. [Diodor. Lib. 5. pag. 209.]

Ara Britannis lentum ſonat, ut Hebræis אחרי *aharai*, Prov. 28:23. à verbo אחר *ahar* tardare, morari. Inde Arari fluvio nomen, qui, Cæſare teſte, fertur *incredibili lenitate, ita ut oculis in quam partem fluat judicari non poſſit*. Hinc Claudianus: *Lentus Arar, Rhodanuſque celer*. Et Seneca in apotheoſi: *Ararque dubitans quò ſuos curſus agat*. Eſt & in Brigantibus fluvius *Arw*, quem vix fluere ſcribit Camdenus pag. 565. & Mæandris ita ludere, quaſi dubium fontes an mare petat, ut ſæpius ſemihoræ ſpatio recto itinere ſibi trajiciendus fuerit.

Contrà *garw* vel *garaw* rapidum ſonat, etiam Britannis noſtratibus; unde ſuſpicatur Camdenus nomen habuiſſe Garumnam. De quo Claudianus in Ruffinum lib. 2.

—— pernicior unda Garumna.

Et Sidonius Apollinaris carm. 22.

Eſt locus irriguâ quâ rupe Garumna rotatus.

Utut ſit, ad *garaw* alludit Arabicum גרף *garaph* prope ejuſdem ſignificationis. Giggejus סיל גרף (*ſail garaph*) *torrens omnia avehens*, גרפתה אלסיל (*garaphatho-ſſail*) *illud torrens avexit*. Sic & Hebraicè torrens Kiſon גרפם (*garapham*) *avexit eos*, Jud. 5:21. Ita ex Arabiſmo reddenda vox in cujus explicatione multum ſudarunt interpretes, quia una eſt ἐκ τῶν ἅπαξ λεγομένων.

Ryd Britannis erat vadum. Giraldus Cambrenſis: *Ryd pen carn ſonat Latinè vadum ſub capite rupis. Ryd enim Britannicè, vadum Latinè, pen caput, carn rupes*. [Itin. Cambr. lib. 2. cap. 6.] Idem alibi: *Ryd-Helic Latine vadum ſalicis*. [In deſcript. Cambr. lib. 1.] Alii *rit* efferunt, unde compoſita *Auguſtoritum*, *Vagoritum*, *Darioritum*, *Camboritum*, quorum illa Galliæ ſunt oppida, hoc Britanniæ. ריד *rid* vel רד *red* Phœnicibus propriè deſcenſum ſonabat, ſive locum διαβατὸν quo deſcendebatur in flumen. Eſt enim רד verbale nomen formæ רע à verbo ירד *deſcendere*.

Multò plura in *magum* deſinunt, ut *Rhotomagum*, *Cæſaromagum*, *Neomagum*, *Noviomagum*, *Druſomagum*, *Argentomagum*, & alia triginta minimum, ferè Gallica, aut Britannica, aut Germaniæ circa Rhenum. Falluntur qui *vadum* explicant, neque enim Rhotomagi Sequana vadoſus eſt, nec Padus Bodincomagi, ubi præcipua Padi altitudo incipit. Unde eſt quod Ligurum linguâ *Bodincum* ibi vocant, id eſt, *fundo carentem*. Ita Plinius lib. 3. cap. 16. Proinde Rhenanum, & Ortelium, & Camdenum ſequor potiùs, qui domum aut oppidum interpretantur, tanquam authore Plinio, cui, eo loco quem citavimus, Bodincomagum eſt oppidum ad Bodincum. Hanc interpretationem maximè firmat lingua Phœnicum, quâ מעון *magon* eſt habitaculum. Sic ממעון קדשך *ex habitaculo ſanctitatis tuæ*, id eſt, è cœlis Deut. 26:15. מעון ביתך *habitaculum domûs tuæ*, id eſt, templum Pſ. 26:8. מעון תנים *habitaculum draconum* Jer. 9:10. מעון אריות *habitaculum leonum* Nahum. 2:12. Hac voce nil frequentius. Literam ע per g effero, ut in Gaza, Gomorrha, Segor, &c. Inde & מעון *Magon* urbs Judæ Joſ. 15:55. Et alia מעון *Magon* Jud. 10:12. cui ſervierunt Iſraëlitæ; & בעלמעון *Baalmagon* urbs Moab Ezech. 25:9.

Britannis hodiè urbs eſt *caer*, id eſt, קריה *kirja* vel קרתא *kartha*; & *dinas*, id eſt, מדינה *medina*; & *tre*, id eſt, טירה *tira*. Turris & arx *brin*, id eſt, בירן *biran*, unde plurale בירניות *birnajoth* 2. Paral. 17:12. Sed hæc ſunt alterius loci; nam è Gallicis & Britannicis vocibus ea ſolùm hic explicavimus quæ palam eſt eſſe antiqua. Non poſſum tamen non addere ex ampliſſimi doctiſſimique Usheri Armachani in Hibernia Archiepiſcopi libro eximiæ eruditionis de Britannicarum Eccleſiarum primordiis locum qui maximè ad hanc rem facit. Verba ſic habent cap. 5. pag. 65. *Joh. Cajus ex Gervaſio Tilberienſi Cair linguâ Trojanâ civitatem dici addit, & Cambris murum quoque ſignificare. Ut quemadmodum Hebræi* קיר (*kir*) *murum &* קריה (*kirja*) *urbem vocant, ita Britannis vox non abſimilis cair & mœnia & urbem mœnibus cinctam denotet*. Sed & apud Scythas *car* eſt urbs, & Carpaluc πόλις ἰχθύων. Ita explicat Tzetz. Chil. 8. hiſt. 224.

Cùm appareat hactenus ex iis quæ diſputata ſunt, ſermoni Gallico & Punico multa fuiſſe communia: non eſt tamen quod quiſquam putet Pœnis & Gallis aut eandem fuiſſe linguam aut ſola dialecto diverſam. Saltem id certum Gallos Punicam nonniſi longo uſu addidiciſſe. Ita enim aſſerit Polybius de Autarito Gallo: Παλαιᾶς στρατείας ἤδη διαλέγεσθαι Φοινικιστὶ, *Punicè loqui didicerat longo militiæ uſu*. [Lib. 2. p. 80.] Et de aliis ejuſdem gentis: Ταύτῃ δέ πως οἱ πλεῖστοι συνεστήκεισαν τῇ διαλέκτῳ, διὰ τὸ μῆκος τῆς προγεγενημένης στρατείας; *pleríque cum ſe blandius compellabant hàc linguâ utebantur, quia diu ſub ſignis fuerant*. [Pag. 81.] Alioqui Galli cum Pœnis non agebant ſine interprete. Sic in exercitu Hannibalis, unus è Gallorum regulis circa Padum, Magilus nomine, δι' ἑρμηνέως τὰ δεδογμένα παρ' αὐτῶν διεσάφει τοῖς ὄχλοις, *per interpretem quæ à Gallis decreta fuerant Pœnorum multitudini declaravit*. [Polyb. lib. 3. pag. 197.] Conſtat igitur Gallos & Pœnos, etſi propter commercia, vel communia bella, vel, quod ſuſpicamur potiùs, propter vetuſtam aliquam Phœnicum coloniam in Gallias deductam alii ab aliis multa vocabula mutuati ſint, fuiſſe tamen ἑτερογλώσσους. Quod abunde docent virorum nomina, quæ apud Gallos in uſu erant. Horum enim pleraque à ſeræ linguæ genio prorſus abhorrent: cùm Pœnorum nomina ferè omnia merè ſint Hebraica. Nihil opus eſt ut exemplis probemus rem per ſe manifeſtam.

CAPUT XLIII.

An primi Phœnices è mari Rubro venerint.

Ita tradont Herodotus, & in Strabone nonnulli, & Dionyſius Periegetes, Feſtus, Priſcianus, Plinius, Solinus, Stephanus. Tamen Phœnices αὐτόχθονες. Sed Phœnicum nomine ſæpe Judæi intelliguntur, qui venerant è locis mari Rubro vicinis. Vir doctus id refert ad Idumæos, quorum ſedes olim ad Rubrum mare. Lacus Aſphaltites, ubi olim Amorrhæi, Rubrum mare nonnullis. Herodotus Phœnices è Rubro mari veniſſe aſſeruit ex Perſarum relatione, qui videntur id ſcripſiſſe ſolùm Cuthæorum reſpectu. In Phœnicum Annalibus nihil ſimile. Diſſenſum notat Strabo inter authores hujus ſententiæ.

Mutata veliſicatione ex Occaſu in Ortum delatis, primo omnium hæc quæſtio ventilanda ſe offert quorſum primi Phœnices veniſſe dicantur è mari Rubro. Ita enim tradunt Veteres. Sic apud Herodotum penè ſtatim initio eximii operis Phœnices legas ἀπὸ τῆς Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης ἀπικομένους ἐπὶ τήνδε τὴν θάλασσαν, καὶ οἰκήσαντας τοῦτον τὸν χῶρον τὸν καὶ νῦν οἰκέουσι, αὐτίκα ναυτιλίῃσι μακρῇσι ἐπιθέσθαι. *A mari quod Rubrum dicitur in hoc noſtrum profectas & poſitis ſedibus in ea regione quam nunc quoque incolunt, longinquis continuò poſt navigationibus incubuiſſe.* Ita libro primo Strabonis ſunt qui τοὺς Φοίνικας καὶ τοὺς Σιδονίους τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀποίκους εἶναι τῶν ἐν τῷ Ὠκεανῷ φασι, προστιθέντες καὶ διὰ τί Φοίνικες ἐκαλοῦντο, ὅτι καὶ ἡ θάλασσα Ἐρυθρά. *Phœnices & Sidonios noſtros eorum eſſe colonos referunt qui ſunt in Oceano; illos addentes à puniceo colore Phœnices appellari, quia mare eſt Rubrum.* Neque aliter de Phœnicibus Dionyſius Periegetes verſ. 906.

Τῶν δ' ἀνδρῶν γενεῆς οἱ Ἐρυθραῖοι γεγάασιν.

Et Feſtus:

---- hi rubro à littore quondam
Mutavêre domos.

Et Priſcianus:

---- quos miſit quondam mare Rubrum.

Hinc Plinius ex emendatione magni Salmaſii: *Erythea dicta eſt, quoniam Tyrii aborigines earum*, (id eſt, Gadium & Erytheæ conditores) *orti ab Erythræo mari ferebantur.* Et Solinus: *Tyrii à Rubro mari profecti Erytheam, &c.* Et Stephanus in Azoto: ταύτην ἔκτισαν εἷς τῶν ἐπανελθόντων ἀπ' Ἐρυθρᾶς θαλάσσης φυγάδων, *illam condidit exulum unus è Rubro mari venientium.*

Tamen ex Scriptura conſtat Phœnices eſſe αὐτόχθονας, & ſtatim à prima illa terrarum diviſione patrem illorum Chanaanem in Chananæam ſe contuliſſe. Sed Judæos, qui cùm in terris mari Rubro vicinis diu erraſſent Phœnices partem invaſerunt, Phœnicum nomine potuit ſignificare Herodotus. Ita cùm idem libro ſecundo Phœnices & Syros ab Ægyptiis didiciſſe refert circumciſionis ritum, palam eſt Judæos innuere, qui Phœnices & Syriæ incolarum ſoli circumcidebantur, quod à Joſepho pridem obſervatum libro primo contra Apionem.

Vir quidam impensè doctus maluit referre ad Idumæos qui habitàrunt ad Rubrum littus, & æquè ac Phœnices nomen habent à rubedine. Sed quod eos addit mutaſſe ſedes, & à mari Erythræo profectos in regionem Tyri & vicinam, puto gratis aſſeri & ſine authore idoneo. Idumæos quidem pſeudo-Joſephus cum Tyriis & Sidoniis collocat circa Libanum, ſed non ferendo errore, quique tam ex Scriptura quàm ex vero Joſepho facile revincitur. *Edit. Baſil. lib. 1. cap. 15.*

Quid ſi Amorrhæos intelligamus, qui ante Judæorum ex Ægypto migrationem dici poſſunt aliquo modo ad mare Rubrum habitaſſe, id eſt, ad lacum Aſphaltitem. Ita enim nonnulli vocant. Heſychius; Ἀσφαλτῖτις, Ἐρυθρὰ θάλασσα. Nempe ratione rubri bituminis, quo lacûs illius aquas inſici ſuo loco probavimus. *Jof. 12:2, 3.* *Phaleg. lib. 1, cap. 11.*

Utut ſe res habeat non temerè prætereundum eſt Herodotum, qui Tyri diu vixerat inter Phœnices, illorum originem eſſe à mari Rubro non ab ipſis didiciſſe, ſed ex Perſarum relatione; Περσέων, inquit, οἱ λόγιοι Φοίνικάς φασι, &c. ἀπὸ τῆς Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης ἀπικομένους, &c. *Perſarum hiſtorici Phœnices memorant, &c. à mari Rubro profectos, &c.* Porro Perſas gentem nuperam, quæque ante Cyri tempora ſemper in obſcuro latuerat, certiora de Phœnicum incunabulis attuliſſe quis credat, quàm ipſoſmet Phœnicas, quorum hiſtorias heroico ævo ſcriptas hodiéque habemus, ubi de hac è mari Rubro migratione altum ſiletur? Quin ſe credunt Aborigines, & *Chnan*, id eſt, Chanaan, qui Phœnicis primus cognomen habuit, in Phœnice eſſe natum. Ita aſſerit Sanchoniathon, qui ante Trojani belli tempora de Phœnicum origine ſcripſit. Itaque vel merum commentum eſt quod tradidêre Perſarum hiſtorici, Phœnices è mari Rubro migraſſe; vel id illi ſcripſêre reſpectu Cuthæorum, qui è locis ſinui Perſico vicinis à Salmanaſſare tranſlati ſunt in Samaritanorum urbes 2. Reg. 17: 24. Sinum enim Perſicum partem eſſe maris Rubri nemo eſt qui neſciat. *Vide Euſeb. de Præpar. l. 1.*

Re ita explicata, ſi quis inſtet pertinacius, cum Strabone regeram: τὸ δ' ἀπειθεῖν αὐτοῖς ἐν ἐλαχίστοις ἐστὶ, τὸ ἐναντιοῦσθαι ἀλλήλοις τοὺς λέγοντας. Οἱ μὲν γὰρ καὶ τοὺς Φοίνικας, καὶ τοὺς Σιδονίους τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀποίκους εἶναι τῶν ἐν τῷ Ὠκεανῷ φασι, προστιθέντες καὶ διὰ τί Φοίνικες ἐκαλοῦντο, ὅτι καὶ ἡ θάλαττα Ἐρυθρά. οἱ δ' ἐκείνους τούτων. *Cauſa cur illis credi non debeat non leviſſima eſt, quod invicem contraria dicunt; alii enim Phœnices & Sidonios noſtros aliorum eſſe colonos aſſerunt qui in Oceano habitant, addentes eos Phœnices* (quaſi Puniceos) *ideò vocari, quod mare ſit Rubrum: alii illos noſtrorum colonos eſſe volunt.* *Lib. 1. pag. 42.*

CAPUT XLIV.

An Phœnices colonias in mare Rubrum deduxerint, & in quæ loca.

Solomonis & Hirami navalia in *Elath* & *Eſiongaber*, in aditu Rubri maris. *Elath*, *Elath*, *Aila*, *Ela*, *Elan*, *Ailan* Hebr. Syr. Arab. unde varia flexio in Gr. & Rom. ſcriptis. Hinc ſinus *Elanites*, *Ælaniticus*, &c. Iter ab Aila Meccham. Ptolemæus cum Arabe Geogr. collatus. Iter ab Aila Petram & Gazam. *Aila* jam erat tempore Moſis. Sæpe mutavit dominos. (Eupolemus emendatus.) Durabat adhuc Aila quum Nubienſis ſcripſit. Fulleri error Ailam eandem eſſe cum *Leucecome* vel *Albo page*. Contrà diverſus ſitus. Albus pagus, Arab. *Haura*, Syr. Ἀὔαρα, in via ab Aila ad *Algar*, id eſt, Argam Medinæ portum. *Avara* quorſum ſic dicta. *Avara* loco alieno deſcribitur à Ptol. Fons erroris. Alius error de Albo portu. [illegible] pro oppoſito ſumi. Album pagum tria inſigniunt, portus, fictilia & cotes ex monte Radhua, in quo vivere creditur Pſeudopropheta *Eſiongaber*. *Aſia* etiam & *Eſſia* Chald. *arx galli*; quaſi גבר ſit gallus. Quin *Eſiongaber* eſt *ſpina viri*, Græcè ῥαχὶς vel ῥαχία, id eſt, littus ſaxoſum ad quod alliduntur fluctus. De eo Proverbium. Talibus ῥαχίαις littus illud infame. Claſſis Joſaphat in ipſo portu confracta. *Eſiongaber* Berenice non eſt, nec Bætogabra, nec Χαζῶν χώρα; ſed Idumææ portus ad mare Rubrum prope Ailam 1. Reg. 9: 26. & *Kades* Num. 33: 36. ubi Chald. & Arab. *Rekam* vel *Rakim*; quæ aliis *Recem*, *Recem*, *Receme*, *Areceme*, *Arce*, *Hagiar*, *Petra* Petrææ Metropolis. Tamen in Chald. Paraph. Gen. 20: 1. & 16: 14. *Rekam* & *Petra* diverſa loca & oppoſita. Sed pro *Petra* ſcribendum *Eluſa* probatur ex loco ſimili. In ſinu Arabico *Aſtarte* inſula dicta de nomine Aſtartes Deæ Phœnicum, malè Aſtrate Ptol. Ibid. *Cardamene* vel *Cardamine* à Cardamomo, quod Arab. *Cardameni*. Ἀψὶς & Καρδαμηνή non ſunt diverſæ inſulæ. Utrumque nomen

Digitized by Google

men idem ſonat. Tale *Clupea* & *Aſpis*, *Enaria* & *Pithecuſa*. Simiæ enares cur dicti.

Jam quæ ſequitur quæſtio priori eſt contraria. Neque enim jam quærimus, an è mari Rubro ad Phœnicem, ſed an è Phœnice ad mare Rubrum Phœnices migraverint. Utrumque Strabo vel negat, vel in incerto ponit. Nos poſterius illud tam verum eſſe aſſerimus, quàm prius falſum. Primò enim in ipſo aditu Rubri maris Idumæorum urbes vicinæ fuerunt *Elath* & *Eſiongaber*, in quibus navalia habuerunt Solomon Rex Judæorum & Hiramus Tyriorum; unde proficiſcerentur claſſes ituræ in Ophir 1. Reg. 9: 26, 27. & 2. Paral. 8: 17, 18.

Elath אילת etiam *Eloth* אילות Hebræis dicitur plurali terminatione. Utrumque legere eſt 2. Reg. 6: 6. Arabicè ſcribitur אילה *Ailah*, Syriacè אילא *Ela* vel *Aila* & in plurali אילן *Elan* vel *Ailan*. Inde Græcis & Romanis idem nomen variè effertur: *Aila*, *Ailat*, *Elat*, *Elana*, *Ælana*, *Eilane*, *Ælanon*, *Leana*, &c. ſinus ab oppido dictus *Elanites*, *Ælaniticus*, *Elenaticus*, *Aleaniticus*, *Laniticus*, &c. Quam ſcripturæ in

Plin. lib. 6. cap. 28. conſtantiam notat Plinius, quamvis veræ cauſæ ignarus.

Agatarch. cap. 45. Diod. l. 3. pag. 123. Ptol. lib. 5. cap. 17. Strab. l. 16. pag. 759. & 776. Plin. lib. 6. c. 28. & 29. Steph. in Αἰλανον. Nub. Cl. 1. part. 5. Plin. lib. 5. cap. 21.

Nomen eſt à terebinthis, quæ arbor eſt frequens in locis circa Syriam, ut Theophraſtus & alii obſervant. Quamvis Idumeæ adſcribant Moſes & libri Regum, & poſteriores Arabiæ, tamen ad Ægyptum pertinuiſſe docent hæc Hieronymi: *Ailat in extremis finibus Palæſtinæ juncta meridianæ ſolitudini & mari Rubro, unde ex Ægypto in Indiam & inde ad Ægyptum navigatur.* Erat nempe ambigui juris oppidum in utriuſque confiniis ſitum: unde Plinius: *Laeniticus ſinus Rubri maris in Ægyptum vergentis.*

Notat Arabs Geographus ab *Aila* ad Madian urbem שעיב *Soaib*, id eſt, τοῦ Jethro ſoceri Moſis, haberi quinque ſtationes, ad *Algar* portum Jathrippæ ſeu Medinæ viginti, ad *Goddam* portum Mecchæ triginta. *Madian* Ptolemæo eſt *Modiana*, *Algar Arga*; *Jathrippa Lathrippa*, *Gioda Badeo*: *Meccha Macoraba*, id eſt, *Meccha magna*. Quæ cùm ſint corruptiſſima, ex Arabe Geographo facile erit reſtituere.

Idem oppidum ab Arabiæ Petrææ metropoli Petra diſtare ſcribit Euſebius millia paſſuum decem, à Gaza Plinius millia CL, Strabo & Marcianus ſtadia MCCLX, id eſt, millia CLVIII dimidio minus. Hæc curioſè obſervant Geographi, quia ex Æla Petram aut Gazam deferri ſolebant Æthiopicæ & Indicæ merces. Jam extitiſſe Moſis ævo illud emporium ſcimus ex Deut. 2: 8. Eòdem Solomonem claſſem Indicam conſtructurum ſe contuliſſe legimus 2. Par. 8: 17. Idumęis enim ſub jugum miſſis David imperii fines eo uſque produxerat 2. Sam. 8: 14. Quin & ab ipſo

Apud Euſeb. l. 9. Præpar. Davide claſſis Ælanis ędificata eſt, ſi Eupolemo credimus, cujus verba ſunt: ἀναγκάσαντα δὲ τὸν Δαβὶδ πλοῖα ναυπηγήσασθαι ἐν Αἰλάνοις, (ita legendum pro ἐν Ἀχάνοις) πόλει τῆς Ἀραβίας, *quo audito Davidem naves fabricaviſſe Ælanis Arabiæ urbe.* Ita Judęis & Phœnicibus, quos Judęi ſibi ſocios adſciverant, mare Rubrum fuit apertum per annos centum quinquaginta plus minus, uſque ad Jorami regnum; cujus jugo excuſſo Idumęi ſe in libertatem aſſeruerunt. Ælam tamen illis ademptam

2 Reg. 8: 20. 2. Reg. 14: 22. 2. Reg. 16. 6. recuperavit Azarias & Jothamo reliquit. Sed hęc poſſeſſio Judęis non fuit diuturna. Quippe non multò poſt ſub Achazo Jothami filio, illos inde ejecit Retſin, & urbem in multa ſęcula Syris ſuis vindicavit. Donec ſub Ptolemęis & Seleucidis varias experta mutationes, tandem cecidit ſub Romanorum ditione, quos decimam legionem ibi collocaſſe narrat Hieronymus in Locis. Magno nimirum pręſidio fuit opus, quia portus fuit ἐπὶ τὰ στόμια τῆς Ῥωμανίας διακείμενος, *in ipſo aditu Romani limitis conſtitutus*; ut habet Epiphanius in hęreſi Manichęorum. Durabat adhuc quo tempore ſcripſit Nubienſis, qui parvam urbem eſſe tradit, Arabibus frequentem. Sive ii ſint Idumęi, qui jam olim obtinuerunt, ſeu Nabatęi de

Lib. 3. pag. 123. quibus Diodorus: ἐκδέχεται κόλπος Ἀλανίτης (lege Αἰλανίτης) περιοικούμενος πολλαῖς κώμαις Ἀράβων τῶν προσαγορευομένων Ναβαταίων, *excipit ſinus Ælanites multis vicis Arabum circumhabitatus, qui Nabatæi dicuntur.*

Miſcellan. lib. 4. cap. 20. Omnem lapidem movet Fullerus ut Ailam eandem eſſe probet cum *Leucecome* ſeu *Albo pago* Nabatęorum, de quo Strabo & Arrianus. Quod tamen eſt apertè falſum. Nam Aila vel Ælan fuit in intimo ſinu cognomine, quod omnes ſciunt: at Albus pagus multò inferius ex oppoſito Berenices, cujus ſitus eſt notiſſimus ex Ptolemęo & aliis. Id ſibi volunt hęc Arriani: Ἐκ δὲ τῶν εὐωνύμων Βερενίκης ἀπὸ Μυὸς ὅρμου, δυεῖν δρόμοις ἢ τρισὶν, εἰς τὴν ἀνατολὴν διαπλεύσαντι τὸν παρακείμενον κόλπον, ὅρμος ἐστὶν ἕτερος, καὶ φρούριον ὃ λέγεται Λευκὴ κώμη. *A ſiniſtris Berenices, quæ à Myoshormo* (portu Muris) *diſtat duobus aut tribus curſibus*, (id eſt, ſtadia MDCCC, ut habetur initio libri) *verſus Ortum naviganti ad oppoſitum ſinum portus occurrit alius & caſtrum, quod Albus pagus appellatur.* Proinde apud Strabonem Ælius Gallus ex Ægypti Cleopatride, quę erat in intimo ſinu, fere quo loco Clyſma Ptolemęi, in Arabiam navigans πεντεκαιδεκαταῖος ἧκεν εἰς Λευκὴν κώμην τῆς Ναβαταίων γῆς ἐμπορεῖον μέγα, *decima quinta die demum in Album pagum magnum Nabatæorum emporium appulit.* Quod ſuperaret omnem fidem, ſi Albus pagus eſſet Aila, quam Arabici ſinûs ſola latitudo a Cleopatride dividit. Sed nihil opus argumentis, cùm Arabs Geographus Album pagum deſcribat in via quâ itur ab Aila ad Algar, id eſt, Argam portum Medinę: *Ab Aila*, inquit, *itur ad* אלעשד (*Aumed*) *portum aquoſum, cui objecta eſt inſula* אלנעמאן (*Noman*) *ſtruthionum, à continente diſſita X M paſſ. Hinc ad portum* טנא *Tena, unde ad* אלעטוף *Atuph*; *tum ad* חורא *Hauram*; *oppidum populoſum, cujus incolæ ſunt nobiles, &c. In quo eſt* ארסא וקצר *portus & acropolis. Haura* eadem quę Λευκὴ κώμη *Albus pagus*. Syris enim & Chaldęis חור *havar* eſt albeſcere, חור *hivar* vel *havar* albus. Et חור *haur* Arabicè albedo. Inde igitur Albus pagus *Haura* dictus, vel *Hauara* ſi mavis; ut in Stephano ſcribitur, qui ſimul docet rationem nominis: Αὔαρα, inquit, πόλις Ἀραβίας, ἀπὸ χρησμοῦ δοθέντος Ὀβόδᾳ κληθεῖσα ὑπὸ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀρέτα. Ἐξελθὼν γὰρ Ἀρέτας εἰς ἀναζήτησιν τοῦ χρησμοῦ; ὁ δὲ χρησμὸς ἦν, Αὔαρα τόπον ζητεῖν. Ὅ ἐστι κατὰ Ἄραβας καὶ Σύρους Λευκήν. Καὶ φθάσαντι τῷ Ἀρέτᾳ καὶ λοχῶντι ἐφάνη φάσμα αὐτῷ λευκοείμων ἀνὴρ ἐπὶ λευκῆς δρομάδος προϊών. Ἀφανισθέντος δὲ τοῦ φάσματος, σκόπελος ἀνεφάνη αὐτόματος κατὰ γῆς ἐρριζωμένος, κἀκεῖ ἔκτισε πόλιν. *Hauara urbs Arabiæ ab oraculo Oboda* (Nabatęorum Regi) *reddito ab ejus filio Areta ſic nominata. Profectus enim eſt Aretas ut quæreret juxta oraculum; Oraculo autem inſus fuerat* (Obodas) *ut locum Hauara quæreret; quod Album ſignificat juxta Arabes & Syros; & Aretæ patrem prævertenti, & in inſidiis latenti, vir apparuit albatus albæ dromadi vectus; quod ſpectrum cùm evanuiſſet, viſus eſt ſcopulus qui per ſe radices terræ fixit; ad eum igitur Aretas urbem condidit.* Hauara vel Auara deſcribitur à Ptolemęo loco planè alieno; in Mediterraneis ſcilicet inter Elanam & Petram. Nempe tam ex Auara vel Albo pago quàm ex Ælanis in Petram urbem merces deferebantur. Ita habetur in Strabone: Ἐκ μὲν οὖν τῆς

Lib. 16. pag. 780. Λευκῆς κώμης εἰς Πέτραν, &c. τὰ φορτία κομίζεται. Hinc Arrianus: Λευκὴ κώμη, δι' ἧς ἐστὶν εἰς Πέτραν πρὸς Μαλίχαν βασιλέα Ναβαταίων, *Albus pagus per*

quem

quem iter eſt Petram ad Maliꝑham Regem Nabatæorum. Id Ptolemæus ita accepit ac ſi ex Ælana Petram per Album pagum iter eſſe diceretur. Ecce alius error de eadem urbe non minùs gravis. Illam occurrere dicit Arrianus à ſiniſtris Berenices διαπλεύσασι τὸν παρακείμενον κόλπον, *naviganti ad ſinum oppoſitum.* Res poſtulat ut ſic reddatur, neque id ſine exemplo. At ex ſimili aliquo loco collegit Ptolemæus Album pagum ſeu portum παρακεῖσθαι τῇ Βερενίκῃ, *adjacere Berenice.* Inde eſt quod Λευκὸς λιμὴν *Albus portus* ab eo deſcribitur in Africano littore inter Myoſormon & Bereniςen.

Hauram ſeu Album vicum tria potiſſimùm inſigniunt; Primò portus ſatis commodus, ſed nonniſi parvis navibus, πλοίοις οὐ μεγάλοις, ut habetur in Arriano. Itaque Romani centurionem eò cum cohorte mittebant, tum ut eſſet præſidio, tum ut quartam partem acciperet mercium quæ importabantur. Secundò אלבראם *alborame* fictilia vaſa in illis locis tam in pretio quàm Samia Græcis, aut Aretina Romæ, & Saguntina Hiſpanis. Tertiò אלמסן *cotes* Naxiis haud quaquam inferiores. Hæ effodiuntur ex monte רצוי *Radhua* urbi vicino verſus Auſtrum, in quo ridiculi homines Mahometem vivere credunt, & inde appariturum ut terram repleat juſtitiá. Cujuſdam Hamiræi verſus in hanc mentem citantur à Georgio Elmacino hiſtoriæ Saracenicæ lib. 1. cap. 12.

Alterum Judæorum & Phœnicum in mari Rubro navale עציון גבר *Eſion geber*, ἀρχαϊκῶς *Aſion gaber & Gaſion gaber*; Euſebio Ἀίλα & Hieronymo *Eſſia*; ut illo ævo dicebatur, vocis compoſitæ ultima parte neglecta, & priore Græco vel Romano more inflexa. Jonathani in Chaldæa Paraphraſi כרך תרנגולא χάραξ ὁ ἀλεκτρυόνος, quia Hebræis גבר *geber* eſt gallus, ſi Talmudicis credimus. Alioqui enim גבר eſt vir, & עציון גבר *ſpina viri.* Nempe עציון idem quod עצרה vel עצי formâ diminutivâ. Itaque *Aſion gaber* eſt ῥάχις vel ῥαχία, rupes in ſpinæ ſeu dorſi modum in mare excurrens. Heſychio ῥαχία eſt πᾶς πετρώδης αἰγιαλὸς, *omne littus ſaxoſum.* Suidas exponit τὴν ἀκτὴν καὶ τὸν τόπον αὐτὸν, ᾧ προσαράττει τὸ κῦμα, *littus & ipſum locum ad quem alliditur fluctus*; & proverbio
Vide Eraſm. Adag. Chil. 2. Cent. 9. adag. 32.
dici notat in garrulos & obſtreperos ῥαχίας λαλίστερος, quia littus ſcopulis & rupibus aſperum ab aſſiduis fluctibus non ſine fragore tunditur. Hujuſmodi ῥαχίαις infamis eſt locus in quo ſita eſt *Dyrrachium*; ὅθεν καὶ διὰ τὴν ῥαχίαν δύσορμον Δυῤῥάχιον ὠνόμασαν τὸν τόπον, *unde etiam propter impetuoſam ſpinam* ſeu rupem, *locum illum appellarunt Dyrrachium*, Suida teſte & ſcriptore Etymologici Magni. Ita & ſinus Arabicus, maximè ἐν τοῖς ἄνω, *in ſuperiore parte*, hoc eſt, intima, ubi Aſion gaber. Arrianus in Periplo: τὰ δὲ ἐπάνω κατὰ κώμας καὶ νομαδίας οἰκεῖται, *ſuperiora Arabia per vicos & paſcua habitantur.* Et paulò poſt: ἔστι Ἀραβικῆς χώρας ὁ παράπλους, ὅτι ἐπισφαλὴς καὶ ἀλίμενος ἡ χώρα καὶ δύσορμος, καὶ ἀπρόσπλωτος, ῬΑΧΙ'ΑΙΣ καὶ σπίλαις ἀπρόσιτος. *Hac Arabia continentis prœternavigatio periculoſa eſt & importuoſa regio, & inhoſpitalis, & fœda, rupibus & ſcopulis inacceſſa.* A vicinia talis alicujus ῥαχίας dicta eſt Aſion gaber. Proinde claſſis Joſaphat antequam inde ſolveret in ipſo portu confracta eſt 1. Reg. 22: 49. & 2. Paral. 20: 36, 37. Et Eſiongabere deſerta poſteriores Ælam magis frequentarunt.

Antiq. lib. 8. c. 2.
Joſepho Aſiongaber eadem eſt cum Berenice urbe Africani littoris è regione Syenes. Becano eadem cum duobus oppidis planè diverſis; horum unum eſt Bætogabra in Judææ Mediterraneis apud Ptolemęum, alterum ὁ Χαβρίου χάραξ in Ægypto prope Peluſium. Vide Strabonem lib. 16. Hęc quàm ſint ἀσύστατα nemo non videt.

At ex Scriptura docemur Aſiongaberem portum Idumęę fuiſſe prope Ælam ad mare Rubrum 1. Reg. 9: 26. nec procul à deſerto צין *Sin.* Judęi enim ex Aſiongabere profecti caſtra metati ſunt in deſerto *Sin* vel *Kades.* Ita in Moſe legitur Num. 33: 36. ubi Chaldęa Paraphraſis pro *Kades* habet רקם *Rekam*, & Arabica רקים *Rakim.*

Rekam vel *Rakim* eſt Petra urbs, aliis *Recem*, *Rocem*, *Receme*, & præfixo articulo *Areceme*, & per apocopen *Arce*, Petrææ ſcilicet metropolis חגר *Hagar*, id eſt, Petra à ſitu dicta, quia בהא בות מנקורה פי אלצחר, *in ea domus exciſa ſunt in petra.* Et *Rekem* à conditore Rege Madian, de quo Num. 31: 8. Hinc Joſephus Antiq. lib. 4. cap. 4. Arabiæ (Petrææ ſcilicet) metropolim, quæ hodiè Petra vocatur, aſſerit πρότερον Ἄρκην λεγομένην. Et cap. 7. ita habet de Recemo Rege Madian: Ῥέκεμος, ἡ πόλις ἐπώνυμος τὸ πᾶν ἀξίωμα τῆς Ἀράβων ἔχουσα γῆς, *Recemus cui cognominis urbs, in terra Arabum primas obtinet.* Et rurſus: Ἀρεκέμη καλεῖται Πέτρα παρ' Ἕλλησι λεγομένη, *Arecæme vocatur quæ Græcis Petra.* Et Euſebius de locis: Ῥεκὲμ αὕτη ἐστὶ Πέτρα πόλις τῆς Ἀραβίας, ἧς ἐβασίλευσε Ῥοκόμ, quod Hieronymus ita reddidit: *Recem hæc eſt Petra civitas Arabiæ, in qua regnavit Rocam.* Quin tota regio indidem *Recem* vel *Rocom* eſt appellata. Epiphanius in hæreſi Melchiſedechianorum: Ἐν τῇ Ἀραβίᾳ τῇ Πετραίων Ῥοκὸμ τὸ καὶ Ἐδὼμ καλουμένῃ. Tamen חגרא, id eſt, Petra, & רקם *Rekam* in Chaldæis Paraphraſtis Jonathane & Onkelo, videntur eſſe diverſa loca. Quippe Geneſ. 20: 1. pro Hebræis *inter Kades & Sur*, uterque habet בין רקם ובין חגרא, *inter Rekam & Petram.* Sed & Geneſ. 16: 14. hæc verba Moſis, *inter Cades & Bered*, eodem modo exponit Onkelos: *inter Rekam & Petram.* Ubique ſcribendum cenſeo quod hîc habet Jonathan בין רקם ובין חלוצא, *inter Rekam & Eluſam.* Eluſa eſt Idumææ oppidum notiſſimum, de quo egimus in *Phaleg* lib. 4. cap. 37. Nam *inter Rekam & Petram* tam abſurdum quàm ſi quis dicat inter *Jebus & Jeruſalem*; *inter Spartam & Lacedæmonem*; *inter Lutetiam & Pariſios.*

Nab. Clem. 3. part. 5.

In ſinu Arabico Aſtarten inſulam Aſtartæ Deę conſecrarunt Phœnices è regione Prionoti promontorii, à quo incipit Æthiopia quę ſub Ægypto eſt. Hujus inſulę meminerunt Marcianus in Periplo, & Stephanus, & Ptolemęus in quo mendoſè ſcriptum Ἀστράτη.

A cardamomo quod Arab. dicitur קרדאמני *kardameni*, vel ut barbari efferunt *cordumeni* dicta eſt Arabici ſinûs inſula *Cardamene* Ptolemęo, *Cardamine* Plinio. An inde Cardamomum Arabicum de quo Dioſcorides, Aëtius, Avicenna. &c.

Prope Cardamenem in Ptolemęo Ἀρὴ & Κατακεκαυμένη perperam diſtingui videntur tanquam diverſę inſulę: cùm tam הרא *Are* combuſtam ſonet quàm Κατακεκαυμένη. Itaque duo hęc nomina non puto quicquam differre; niſi quod unum Phœnicium eſt, alterum Gręcum. Tale eſt quod in Africa *Clupeam* & *Aſpida* idem ſeparatim deſcribit, tanquam diverſas urbes, cùm Gręci vocent Ἀσπίδα quam Latini *Clupeam.* Pari ratione *Enaria* inſula eadem quę *Pithecuſa*: Latini enim Πιθήκους, id eſt, ſimias, *enares* vocabant, quia naribus carent, unde & dictę ſunt ſimę & ſimię, ut obſervat Vir magnus in Solinum. Tamen in Ptolemęo Enaria & Pithecuſa ſunt diverſę inſulę.

CAPUT XLV.

Phœnices in ſinu Perſico.

In ſinu Perſico Tyrus & Aradus inſulæ in quibus Phœnicia templa. Ptolemæus emendatus. Tylus per L à multis ſcribitur. In ſitu Tyri vel Tyli authorum dividia. Tylus major & minor, quæ eadem cum

cum Arado. Tyli quanta celebritas. Eò navigavit Antiochus. Tylus inſula fertiliſſima. De Tylo multa Theophraſtus, & ex eo Plinius cum auctario, quod ex collatione probatur. Quædam alia ex Juba. Arbores *goſſampini*. *Lana vitis* Talmudicis *goſſipium*, quia ex arbore decerpitur cujus folium viti ſimile. Quod ex Theophraſto probatur & ex Hebræorum ſcriptis. מוך *mucb* idem quod *bambace* vernaculè. *βάμβαξ*, *βάμβαλζι*, *bambagine*, *bombax*, *bombaci*, *bombaſin*, deflexæ voces ex *bombyce* & *bombycino*.

Ut in Phœnice duæ fuerunt inſulæ magni nominis, Tyrus nimirum & Aradus, ita etiam in mari Perſico Tyrum & Aradum inſulas Geographi deſcribunt, atque in iis vetuſta templa in Phœniciorum modum extructa; unde non immerito colligitur illa condidiſſe Phœnices. Strabo lib. 16. in ſinûs Perſici deſcriptione: Πλεύσαντι δ' ἔτι πλέον ἄλλαι νῆσοι, Τύρος καὶ Ἄραδος εἰσιν, ἱερὰ ἔχουσαι τοῖς Φοινικικοῖς ὅμοια. *Naviganti autem ulterius aliæ occurrunt inſulæ Tyrus & Aradus quæ templa habent Phœniciis ſimilia.* Euſtathius in Dionyſium pag. 86. Περσικὸς κόλπος μικρόν τι ἐλάττων Εὐξείνου ἐστὶν, ἐν ᾧ Ἴκαρός τε νῆσος, Τύρος, καὶ Ἄραδος ὁμώνυμοι ταῖς Φοινικαῖς (lege Φοινικικαῖς.) *Perſicus ſinus Euxino paulo minor eſt, in quo & Icarus inſula, & Tyrus, & Aradus Phœniciis cognomines.* Stephanus Byzantinus: Τύρος, νῆσος ἐν Φοινίκῃ, &c. καὶ νῆσος πρὸς Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, *Tyrus inſula in Phœnice, &c. inſula item in Rubro mari.* Idem: Ἄραδος νῆσος Φοινίκης· Ἔστι καὶ ἑτέρα τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, *Aradus inſula Phœnices: Eſt & alia Rubri maris*, (cujus pars eſt ſinus Perſicus.) Sic apud Ptolemæum in cenſu inſularum ſinûs Perſici ſunt Τύλος & Ἄραδος. Ita habent vetuſti codices, ut obſervat Salmaſius ὁ πάνυ. At in noſtris legitur Τύλος, & in Tabulis *Arachos* pro Arado. Quorum *Arachos* planè corruptum; at *Tylos* poteſt ferri, cùm & alii multi ſic legant. In his Theophraſtus, Artemidorus, Polybius, Arrianus, Stephanus, Suidas. Nempe liquidas R & L omnes ſciunt eſſe maximè permutabiles.

Ptol. lib. 6. cap. 7.

Theoph. hiſt. plant. lib. 4. cap. 9. & lib. 5. cap. 6 Artemid. apud Steph. in Τύρος. Polyb. apud eund. in eod. Arrian. in Alex. lib. 7 Steph. ubi ſup Suid. in Τύλος.

Tyri vel Tyli ſitus variè definitur. Plinius à Gerraico ſinu diſtare tradit L M paſſibus, Arrianus ab Euphratis oſtio noctis & diei curſu. Contrà Eratoſthenes à Teredone circa Euphratem decem dierum, & ab oſtio maris Perſici prope Macas unius diei navigatione. Quod ferè ſequitur Ptolemæus. In hac authorum dividia non facile eſt pedem uſpiam tutò figere. Plinius ex Juba deſcribit duas Tylos, quarum quæ minor eſt ab altera diſtat X vel XII M paſſ. Fortè minor hęc Tylos eſt aliorum Aradus de qua Plinius ne gry quidem. In Tylo fuit oppidum ejuſdem cum inſula nominis. Hæc primi Græcorum exploravêre Archias & Androſthenes ab Alexandro miſſi. Exinde tanta fuit Tyli celebritas, ut illius viſendæ cupidus Antiochus è Gerrhæis eò navigaverit. Vide Suidam in σοίκτη.

Plin. lib. 6. cap 28. Arrian. ubi ſup. Apud Strab. l. 16. Ptol. lib. 6 cap. 7. Plin. ubi ſup. & lib. 12. cap. 11. Arrian. lib. 7.

De Tylo ſobriè Arrianus: μεγάλη δὲ εἶναι, καὶ οὔτε τραχεῖα ἡ πολλὴ, οὔτε ὑλώδης, ἀλλ' οἵα καρπούς τε ἡμέρους ἐκφέρειν καὶ πάντα ὡραῖα; *magna eſſe* dicitur, & *in pleriſque locis nec aſpera, nec ſylvoſa, ſed mitibus tempeſtivisque fructibus ferendis idonea.* Alii in ejus laudibus modum non ſervant. Summa eſt, 1. ipſa littora tantâ arborum ſcatere copiâ, ut ubi æſtus receſſerit, locus frequentiſſimo vallo munitus relinquatur; his omnibus eſſe fici magnitudinem, florem odore præſtantem, fructum tamen ingrati ſaporis, & viſu lupino ſimilem. 2. Eandem inſulam lanigeras ferre arbores, foliis vitigineis, fructu nullo; id in quo lana continetur verni mali inſtar compreſſum, cùm tempeſtivæ maturitatis eſt aperiri, & lanam excipi quâ ſindones texunt: alias viles, alias maximi pretii. 3. Eſſe alias arbores flore leucoii, ſed quadruplo majore & inodoro. 4. Alias item folii floriſque roſci, quem noctu comprimens aperire incipit Solis exortu, meridie expandit, veſperi paulatim colligit, noctu concludit, quo tempore dormire cum inſulani dicant. 4. Palmas ibidem naſci & vites, & alias arbores frugiferas, & ficos quibus folia nunquam decidunt. 6. Imbres arboribus & frugibus non prodeſſe, ſed ſolos fontes eoſque ſalſos quibus omnia rigentur. Ideò ſtatim poſt pluviam incolas inſulam perfundere, quaſi illam abluere atque abſtergere velint. 7. Materiem eſſe ex qua naves ædificant, quæ plus quàm annos ducentos incorrupta mari perduret; cum extra aquam ocyus putreſcat. 8. Baculos varii coloris & tigrium maculis inſignes ex ligno quodam fieri valde ponderoſo, ſed id fictilium modo * καταγνύσθαι frangi, cùm in ſolidiora impingitur. 9. Tamaricis materiam ilignæ inſtar ibi eſſe firmam, non ut apud nos imbecillam. 10. Additur margaritis plurimis inſulam eſſe celeberrimam. Ultimum hoc in ſolo Plinio, cætera in Theophraſto, unde pleraque deſcripſit Plinius, ſed ſuo more cum auctario. Quale illud: *Nulli arborum folia ibi decidunt.* Quod Solinus ita expreſſit: *Terras omnes hoc miraculo ſola vincit, quod quæcumque in ea arbos naſcitur nunquam caret folio*; cùm Theophraſtus id ſcripſerit de ſola ficu. Ita naves quas in mari & aquis ſervari dixerat Theophraſtus ducentis annis, alibi citiùs corrumpi, Plinius alibi ducentis annis durare refert, & ſi mergantur eſſe incorruptas; Alexandri Magni comites id prodidiſſe. De lanigeris arboribus hoc idem addit ex Juba: *Arbores vocant goſampinas, fertiliores etiam Tylo in minore, quæ diſtat* X M *paſſ. Juba circa fruticem lanugines eſſe tradit, linteaque fieri Indicis præſtantiora.*

Theophr. de cauſ. plant. lib. 2. c. 7. Idem hiſt. plant. l. 5. cap. 6. ibid.

** Malè legitur καταγνύσθ. Vide Plin. lib. 6. c. 28. & lib. 12. cap. 10. & 11. & l. 16. c. 41.*

Obiter nota harum arborum meminiſſe Talmudicos in Kilaim cap. 7. Ibi enim Rabbi Meir; אף צמר גפן אסור, *etiam lana vitis prohibita*, nempe ad veſtium uſum: ad quem locum fruſtra referunt quod habet Plinius lib. 14. cap. 2. ubi de Aminæarum vitium generibus: *Quintum genus lanata, ne Seres miremur aut Indos, adeò lanugo eam veſtit.* Neque enim hæc vitium ſive lana ſive lanugo in veſtium uſum adhibetur. Aliud igitur צמר גפן *lana vitis* in Talmudicis, nempe lana quę colligitur ex arboribus goſſampinis; ratio enim eſt manifeſta cur ab Hebræis vites vocentur. Earum arborum foliis, *ni minora eſſent vitium poterant videri*: ita Plinius ex Theophraſto, cujus verba ſunt: ταῦτα δὲ φύλλον μὲν ἔχειν ὅμοιον τῇ ἀμπέλῳ, πλὴν μικρόν. Itaque Hebræi omnes lanam illam volunt eſſe xyli vel goſſipii genus. Ramban exponit Arabicè קוטן *cotton.* Neque aliter Bartenora, qui addit arborem ejus eſſe viti ſimilem. Baal Aruch מוך ובלעז בנבצי, *Mucb Hebraicè & vernaculo ſermone Bambace.* מוך in materia veſtium eſt mollior omnis lanæ linique & goſſipii lanugo. In Achmetis oniro criticis cap. 244. βάμβαξ eſt goſſipium, Græcâ linguâ vulgari βάμβαλζι, & Italicâ *bambagine*, in Arabe Pandectario *cotum vel bombax.* Unde *bombaci* vel *bombaſin* panni genus ex goſſipio; vocibus ex bombyce & bombycino deflexis, ut à magno Salmaſio obſervatum: nam & de goſſipio Plinius lib. 19. cap. 1. *ex interiore bombyce lanugo netur.* Proinde goſſampinę illę Tyli arbores lanigerę nihil aliud erant quàm goſſipium. Quod pręter nomen & uſum, etiam ipſa facies arboris palam docet, & goſſipii deſcriptio quam exhibent Recentiores. Dalechampius: *Frutex eſt humilis, foliis latis, aliuis inciſis, vitis aut alceæ quadantenus ſimilibus, ſed minoribus, &c. fructu nucibus Ponticis compreſſis & latis ferè ſimili, aut malis exiguis, pullo colore, candidiſſimo vellere pleno, &c.* Hęc cum Theophraſti arbore ἐριοφόρῳ ſi conferas, videbis idem deſcribi.

Plin. lib. 12. cap. 10. Theophr. hiſt. plant. lib. 4. c. 9.

Hiſt. plant. l. 2 c. 51.

CAPUT XLVI.

Phœnices in inſula Ophir: eam eſſe Veterum Taprobanam & Seilan Recentiorum.

Solomonis & Hirami claſſis in Ophir miſſæ; Ophir duplex. Una in Arabia jam deſcripta. Altera in India, nempe Taprobana. Ibi aurum, ebur, gemmæ, pavones; & in proximo continente cercopitheci. Paſi ſinus & Phaſis fl. unde aurum *Paz* & *Uphaz*. Taprobane, id eſt, טף פרון *taph-Parvan*, littus *Parvan*, vel *Parvain*, unde aurum Parvajim 2. Par. 3: 6. *Taprobane* à Stephano redditur *hordei inſula*. Sed ibi pro *Taprobane* ſcribendum eſſe *Jabadiu*, id eſt, inſulam *Jaba* vel *Java*, probatur ex Ptolemæo. Jabadiu pro *Jabaddiu*. *Jabad* vel איבד *aibad* Arab. herba hordeo ſimilis. Taprobanes portus *Hippuri* vel *Hippuros*, id eſt, *Ophir*. Taprobane cultus Hercules. Rex Bacchi, cæteri Arabum cultu. Taprobane aliis *Sumatra*, aliis *Seilan* rectius, quod probatur ex Veterum cum Recentioribus accurata collatione. 1. Taprobane olim *Salica* & incolæ *Salæ*; inde Perſ. & Arab. *Salandib* vel *Sarandib*. Hinc Ammiano *Serindivi*. 2. In vicino continenti promontorium *Cory*, hodiè *Comorin* & *Calchi* populi hodiè *Cochin*. 3. Par à continente diſtantia. 4. Figura eadem. 5. Et amplitudo. 6. Urbes ferè cognomines. 7 Temperies eadem. 8. Utrobique pars Borealis culta, Auſtralis deſerta. 9. Intus ſtagnum ingens ſeu lacus. 10. Inſignis fertilitas. 11. Oryzæ imprimis, mellis, zingiberis, malorum & dactylorum; ſed vinum nullum. 12. Auro item ſcatet, & margaritis, & beryllis, & hyacinthis. 13. Elephantes ibidem majores & bellicoſiores quàm in India. Tigres olim, hodiè nulli. 14. Incolæ longævi admodum. 15. Decori & proceri. 16. Molles, imbelles, delicati. Inde ab Arabibus dicti *Chingari*, id eſt, timidi & ignavi. Benjaminus emendatus. Teixeira notatus. 17. Iidem ad omnem corporis motus ſunt expeditiſſimi, & hiſtrionicas artes apprimè callent. 18. Sed & diſciplinas excolunt. 19. De religione quædam. אלוהות in Benjamine non eſt divinitas, ut volunt, ſed vorago 20. Veſtes goſſampinæ aut ſericeæ. 21. Reges & Senatores. Cl. Salmaſii ſuffragium.

Inita ſocietate cum Hiramo Tyri Rege, & nautas ab eo mutuatus Solomon, ſingulis trienniis claſſem Ælanis & Aſiongabere inſtruebat, quę inde profecta in Ophiram, & tertio demum anno rediens, aurum & argentum advehebat, & ebur, & ſimias, & pavones, & lapides pretioſos, & ligna *almugim* vel *algumim*, quæ thyina interpretantur. Hæc legere eſt 1. Reg. 9: 26, 27, 28. & 10: 11, 12, 22. & 2. Par. 8: 19, 20. & 9: 21.

Ophir ubi ſit jam diſquiſivimus in Phaleg libri ſecundi cap. 27. & docuimus, duo fuiſſe loca hujus nominis; Unum in Arabia Fœlici jam olim notum; Alterum ævo Solomonis Phœnicum indicio apertum; nempe Taprobanam inſulam, quæ auro, ebore, gemmis & pavonibus ſcatet; & habet è continente proximo magni pretii cercopithecos. Ibidem apud Ptolemæum *Paſi* ſinus & *Phaſis* amnis, unde aurum *Paz* vel *Uphaz*, Cant. 5: 11. Dan. 10: 5. Jerem. 10: 9. Quod cum alio nomine vocetur *aurum Parvajim* 2. Paral. 3: 6. veriſimile eſt Phœnices Syra terminatione hanc inſulam vocaſſe פרון *Parvan*, & oram ad quam appellebant טף־פרון *taph-Parvan*, vel *taph-Provan*, id eſt, ἀκτὴν τ̃ Παρυάν vel τ̃ Προβάν, unde facta ſit vox *Taprobane*.

Objiciet aliquis Taprobanæ nomen hordeum vel hordei inſulam à Veteribus exponi, quod ſerunt hæc verba Stephani; Ἄργυρα, μητρόπολις ἐν Ἰνδικῇ Ταπροβάνῃ νήσῳ ὅ ἐστι κριθῆς νῆσοι. Καὶ γὰρ εὐφορωτάτη ἐστὶ, καὶ πλεῖστον ποιεῖ χρυσόν. *Argyra metropolis in Indica inſula Taprobana, id eſt, hordei inſula. Eſt enim fertiliſſima, & multum producit auri.* Sed ajo hæc eſſe corrupta & Ἰαβαδίυ ſcribendum pro Ταπροβάνη. Neque enim ad Taprobanes, ſed ad Jabadiæ inſulæ deſcriptionem hæc pertinent, qualis in Ptolemæo habetur capite ſecundo lib. 7. Ἰαβαδίυ, ὃ σημαίνει κριθῆς νῆσος. Εὐφορωτάτη δὲ λέγεται ἡ νῆσος εἶναι καὶ ἔτι πλεῖστον χρυσὸν ποιεῖν, ἔχειν τε μητρόπολιν ὄνομα Ἀργυρῆν ἐπὶ τοῖς δυσμικοῖς πέρασι. *Jabadiu*, id eſt, *Jaba diu* ſive inſula *Java*. Perſis enim & Indis *diu* inſulam ſonare nemo eſt qui neſciat; & inde dici inſulas *Maldinas*, *Anchedinas*, *Serindinam*, &c. Sed quia hordei inſulam explicari video, putaverim verum nomen olim fuiſſe *Jabaddiu*, & alterum D excidiſſe ad vitandam κακοφωνίαν. Hæc conjectura nititur Arabica voce יבד *jabad* vel איבד *aibad*, qua ſignificatur herba aut ſeges hordeo ſimilis jumentis ſaginandis deſtinata. Vide Giggejum.

Porro ut vox *Parvain* vel *Parvan* latet in Taprobane, ita priſci nominis *Ophir* veſtigia ſuperſunt in Taprobanes portu *Hippuri* vel *Hippuros*, ad quem appulit Annii Plocami libertus. Plinius; *Carmaniam XV die Hippuros portum ejus invectus.* Solinus; *Appulſus eſt ad hoc litus, portumque invectus qui Hippuros nominatur.* In libris Cl. Salmaſio teſte legitur *Hipporus* vel *Ipporrus*. Græci Phœnicium *Ophir* in Græcam ſpeciem ſic transformarunt. Rationem nominis ſuprà explicavimus. Nec leve argumentum eſt Phœnices & Arabes hanc inſulam frequentaſſe, quod ibi Deus Phœnicum colebatur Hercules, & Rege excepto, qui Bacchum habitu emulabatur, cęteris erat Arabica veſtis, ut in Plinio & Solino habetur. *Plin. lib.6. cap. 22. Solin. cap. 4.*

Hic docendum ſupereſt ubi gentium ſit Taprobane; quia de hoc ipſo certatur, & adhuc ſub judice lis eſt. Aliis enim Taprobane eſt Recentiorum *Sumatra*, aliis inſula *Zeilan* vel *Seilan*; cui ſententię nos temerè non adhęrere (quamvis priorem amplectantur Geographi inſignes Mercator, Julius Scaliger, Rhamuſius, Oroſius, & Stukius) fatebitur quiſquis conferet quę de *Seilan* Recentiores, cum iis quę de Taprobana Veteres tradiderunt. Res patebit plenius ex hoc diagrammate.

DE TAPROBANA insula.


Ex Strabone, Diodoro, Dionyſio Periegete, Plinio, Solino, Æliano, Arriano, Ptolemæo, Marciano, Stephano, &c.

1. Nomina. 1. Inſulæ apud Veteres tria nomina. 1. *Taprobane* vetuſtiſſimum. 2. *Palæſimundi* inſula in Arriano, ab oppido & amne *Palæſimundo*, quorum meminit Plinius. 3. *Salica*, & incolæ *Salæ* apud Ptolemæum, Marcianum & Stephanum.

DE SEILAN insula.

Ex Geographo Arabe, Benjamino Hebręo, Haithone Armeno, Paulo Veneto, Vartomano, Oſorio, Cypriano Sanchez, Mercatore, Stukio, Teixeira, Odoardo Barboſa, &c.

1. A Salis facto nomine, dicitur inſula *Selan* & *Seilan*, & compoſita voce *Selandive*, ut ſcribitur apud Teixeiram pag. 184. id eſt, *inſula Selan*. Arabes ſcribunt סרנדיב *Serandib* per R, quomodo & quidam Veterum. Ammianus Marcellinus lib. 22. *Nationibus Indicis certatim cum donis optimates mittentibus ante tempus abuſque Divis & Serindivis.* In codice Regio & Florentino ſic legi monet doctiſſimus Valeſius. In libello de proprietatibus elementorum, quem Ariſtoteli falsò tribuunt, malè legitur *Serendid*,





INDIÆ PARS
Cory promont.
Cory Ins.
Borcum pr.
Ogaliba pr.
Galibi
Talacori emporium
Margana
Iogana
Moduti empor.
Anubingara
Modutti
Nagadiba
Pasi sinus
Anurogrammum regia
Anurogrammi
Naagramum metrop.
Spartana
Andrasimundi pr.
Soana fl.
Soani
Sindocanda
Sindocandæ
Ganges fl.
Procuri
Semni
Adisamum
Tarichi
Solis port.
Priapius port.
Poduce
Malea M.
Morduli
Abaratha
Prasodes sinus
Iouis pr.
Anubingara
Bumazani
Comana
Bocani
Nardi por.
Vlispada
Nubartha
Baracus fl.
Elephantum pascua
Nacaduma
Nagiri
Rogandini
Odoca
Dagana Sacra Luna
Corcoba
Auium pr.
Bacchi prom.
Cetæum pr.
TAPROBANA
TAPROBANÆ INSVLÆ DESCRIPTIO EX PTOL.
Incolæ eidem Salæ
Hippuros id est Ophir portus de quo Plinius et Solinus
Ubi fuerit ignoramus.

De Taprobana. *De Seilan.*

did. In Serapione *Sarandin* & *Sarandis*, & *Suranda* capitibus de camphora, & aëtite, & aloë. Sed rectius *Sarandib* cap. de nuce Indica. *Salan* & *Saran* promiſcua ſunt, quomodo *Tylus* & *Tyrus* cap. præcedenti; & in articulo ſequente Κώρυ & *Colias*; & hoc eodem capite *Chingala* pro *Chingaris*.

2. Juxta Ptolemæum & Marcianum Taprobana objacet Indiæ promontorio Κώρυ, quod alio nomine Dionyſius *Coliadem* & Plinius *Coliacum* vocat. Ibidem populi *Comaci* apud Strabonem, vel ut Cl. Salmaſius rectè emendat *Coliaci*, qui poſtea *Colchi* dicti ſunt, atque inde *Colchicus* ſinus & emporium *Colchi* vel *Colchos* apud Arrianum & Ptolemæum. An iidem in Æliano de animal. lib. 16. cap. 18. Κάλιγλαι vel Κώλιγλαι quorum Regi Taprobanenſes elephantes ſuos vendunt.

2. Promontorium *Cory* hodiè vocatur *Comorin* & *Colchi* urbs *Cochin*. Utrique objecta eſt *Seilan* inſula; ab utroque *Sumatra* plurimum diſtat. *Calingas* ſuſpicor eſſe *Calecutenſes*, qui nec ipſi ab inſula *Seilan* plurimum diſtant. Aloyſius Cadamuſtus cap. 59. *Inſula quæ mittit aromata Zellam* (Zeilan) *appellatur: ea eſt ultra Calecut urbem ad leucas ferè* CLX. Et cap. ſeq. *Quæ omnia* (aromata) *veniunt ex inſula quæ ultra Calecut ad leucas* CL *viſitur, parumque abeſt à continente*; id eſt, ex inſula Seilan. 2. Situs.

3. Diſtantiam à continente apud Strabonem Oneſicritus viginti, Eratoſthenes ſeptem dierum, Annii Plocami libertus apud Plinium quatridui navigatione definit. Sed eos omnes multum excedere apparet ex Ptolemæo, qui Boreum Taprobanes promontorium notat ad gradus latitudinis 12, 30. & Cory promontorium Aſiæ ad gradus 13, 20. Itaque non diſtant ab invicem toto gradu, ſed quinque ſextantibus, id eſt, circiter XX leucis. In medio curſu Plinius ſtatuit inſulam Solis, Ptolemæus inſulam Cory.

3. Oroſius: *Seilan non ita lato mari a Cory promontorio quod Comorinum appellant, eſt disjunctum.* Arabs: *inter hanc inſulam & terram Indiæ contiguam parvum intercedit fretum.* Item: *ab inſula Sarandib ad inſulam Balabac littori maris ſitam iter diei.* (Hæc eſt inſula Cory vel Solis.) Vartomanus: *Trajecimus ſinum latitudine circiter viginti leucarum, & appulimus inſulæ Zeylan.* 3. Quantum à continente diſtet.

4. Media forma fuit inter rotundam & quadrilateram. Proinde στρογγύλην Diodorus, τετράπλευρον deſcribit Alexander Lychnus apud Stephanum. Latitudo ad longitudinem juxta Plinium ſe habuit ut quinque ad ſeptem.

4. Zeilan ad hanc formam accedere quam Taprobanæ tribuunt Veteres, neque multò longiorem eſſe quàm latiorem palam clamant Tabulæ Geographicæ, cùm Sumatra ſit valde anguſta, & in longitudinem tota pateat. 4. Figura.

5. De amplitudine nihil certi apud Veteres: Britanniæ parem facit Strabo Eratoſthenem ſequutus, qui menſuram prodidit longitudinis in VII M ſtadiorum, latitudinis in V M, ut eſt apud Plinium. Sed in Oneſicrito & Diodoro ex Jambuli relatione ambitus ſolùm eſt ſtadiorum V M, id eſt, milliarium DCXXV.

5. Zeilæ amplitudo pariter incerta; in Arabe octoginta leucas patet tam in latitudinem quam in longitudinem. In Oroſio longa eſt CCL M paſſ. lata CXL M. In Lopezio magnitudo eſt CCC leucarum. In Garzia longitudo leucarum tantùm triginta, ambitus octoginta. In Vartomano habet in circuitu mille paſſuum millia: in Contio bis mille; in Marco Paulo bis mille quadraginta, qui idem affirmat olim fuiſſe majorem, nempe millium IIIMDC. Sed Boreæ vi magnam partem montium convulſam in mare corruiſſe, plurimumque terræ in dies abſorberi. Ne quis miretur ſi hodiè minor ſit quàm olim fuit. Quamvis pleriſque Recentioribus non malè conveniat cum Diodoro & Oneſicrito. 5. Amplitudo.

6. Taprobanæ urbes in Ptolemæo ſunt *Jogana*, *Sindocande*, *Nagadiba*, populi *Nagiri*, *Tarichi*, &c. *Ganges* fluvius ad Ortum fluens. Legendum ſuſpicor *Gandes*.

6. Urbes Zeilan in Geographo Arabe *Agena*, in Mercatore *Candes*, *Negumbo*, *Nagarita*, *Triquinlemale*; *Candea* fluvius in Orientem fertur. Hæc veſtigia ſervant priſcarum appellationum. 6. Loca.

7. Diodorus: *Temperatiſſimus aër quamvis ſub Æquinoctio habitent, ita ut neque à calore, neque à frigore infeſtentur. Fructus in vigore ſunt per totum annum.*

7. Mercator: *Mira cœli clementia, incredibiliſque temperies; hyeme æſtateque nunquam ſævientibus. Ager fertilis perpetuò viret. Arbores perpetuò floribus aut fructibus onuſta ſunt.* 7. Temperies.

8. Arrianus dicit ſolam partem Borealem eſſe cultam. Ptolemæus ad Meridiem ponit elephantum paſcua, qui nempe in deſertis vagantur.

8. De Zeilan ita Stukius: *Tota inſula valde populoſa eſt.* Sed fallitur, nam Meridiem verſus in Tabula Cypriani Sanches apud Mercatorem hæc legere eſt: *Reino da Iala deſierto.* Item: *Deſiertes intratables.* Et rurſus: *Da qui avanto todo è deſierto.* 8. Deſerta.

9. Plinius: *Stagnum intus Megisba* CCLXXV M *paſſ. ambitu, inſulas pabuli tantum fertiles complexum. Ex eo duos amnes erumpere.*

9. Oroſius: *Eſt in media inſula mons præcelſus, multis paludibus cinctus. Ex illius ſummo faſtigio collis aſſurgit, è lacu quodam aquæ dulces atque perennes emanant.* 9. Stagnum.

10. Diodorus: *Propter ſoli bonitatem & temperiem aëris alimenti iis plus ſatis ſponte naſcitur.*

10. Oroſius & Stukius: *Eſt admodum fertilis, neque ſolum variis frugibus abundans, verum & herbis, & plantis odore mirifico redolentibus egregiè veſtita, quæ quidem ſine ulla cultura proveniunt.* 10. Fertilitas.

11. Pto-

De Taprobana. | *De Seilan.*

11. Fructus. 1. Oryza. 11. Ptolemæus: *γίνεταί τε παρ' αὐτοῖς ὄρυζα, μέλι, ζιγγίβερι, naſcuntur apud ipſos 1. Oryza, 2. Mel, 3. Zingiber.* Plinius & Solinus: *Vitem neſciunt, ſed pomis abundant.* Ælianus de animal. lib. 16. cap. 18. *ἔχει φοινικῶνας μὲν θαυμαστῶς πεφυτευμένους εἰς στοῖχον, palmeta habet in ordinem mire plantata.*

11. Paulus Venetus. 1. *Nullum habent bladum præter riſum*, id eſt, *oryzam.* Mercator: *Victus eorum ex lacte, &c. ac oryza eſt.* Geographus Arabs: *In ea etiam naſcitur* אלארז *oryza & nux Indica.* Doctiſſimus interpres, & mihi amiciſſimus אלארז *cupreſſum* reddidit, quia cùm vocales deſunt, vox Arabica eſt ambigua. *2. Mel.* 2. Mel, quam ibi ſit copioſum inde reputa; Feras quaſcunque venantur ſale non condiunt, ſed melle, quod in arborum truncis quantumvis carioſis in eum finem reconditur: *En los troncos de los arboles mas viejos y carcomidos, que para ello tenen mas capacidad hinchiendoles de la miel, de que por alli ſe halla abundancia.* Cætera vide apud Teixeiram hiſt. Perſie. lib. 1. cap. 35. pag. 187. *3. Zingiber.* 3. de Zingibere Aloyſius Cadamuſtus cap. 59. *Zingiber in Mediterraneis oritur ſelectiſſimum.* *4. Vinum nullum.* 4. At vinum ibi deeſſe Arabs his verbis docet. *Ad Regem Sarandib aſportatur vinum ex* אלעראק *Arac,* (id eſt, Parthia) *& regionibus Perſidis.* *5. Poma.* 5. De pomis ita Mercator: *Arbores perpetuò floribus aut fructibus onuſta ſunt; ut ſunt mala Aſſyria incredibili ſuavitate, mala Medica, citria optima, aurantia, limones, aliique fructus nobiliſſimi.* Et Oroſius: *Malorum citreorum nemora ſunt denſiſſima, fructus variis tam odore quam ſapore gratiſſimi.* *6. Palma.* 6. In his palmæ meminit Mercator: *Fert*, inquit, *etiam palmam.* Item: *Potum ex palmarum ſucco colligunt.*

12. Metalla & lapides. 12. Plinius: *Megaſthenes ſcribit auri & margaritarum grandium eſſe fertiliores quàm Indos.* Solinus: *Margaritis ſcatet & gemmis.* Arrianus: *In ea naſcitur pinnicum, lapides pellucidi.* Ptolemæus; *Ibi metalla, beryllus & hyacinthus*;

12. Mercator: *Auri & argenti, cæterorumque metallorum fodinas habet.* Oroſius: *Multi pretioſiſſimi lapides, gemmæ incredibili multitudine, ſingulari colore atque fulgore.* Eadem alii omnes. Sed de beryllis & hyacinthis, quorum meminit Ptolemæus nota hæc apud Arabem: *Super montem Rahon* (Hiſp. *Pico d'Adam*) *& circa ipſum reperiuntur omnes hyacinthi ſpecies.* Item: *In fluminibus reperitur optimus beryllus & maximus.* Item: *Inde defertur hyacinthus ſecundum omnes colores ſuos, Beryllus, adamas, &c.* Vartomanus: *Inveniuntur & innumeri pretioſi lapilli, hyacinthi præſertim.* Haitho Armenus: *Inveniuntur rubini & ſapphiri.*

13. Animalia. 13. Ptolemæus: *Elephantes gignit & tigres.* Item: *Sub hoc monte* (Maleā) *ἐλεφάντων νομαὶ elephantorum paſcua.* Plinius: *Oneſicritus elephantos ibi majores bellicoſioreſque quam in India gigni ſcripſit.* Solinus: *Elephantis repleta eſt majoribus multò quàm fert India.* Alexander Lyebnus apud Stephanum: *Θηρονόμοιο πέπληθεν ἐυβρίθων ἐλεφάντων.* Ælianus de animal. 16, 18. *Permultorum & valde grandium elephantorum paſcua in ea inſula vigent, qui animi robore, & ingenii indole, & corporis magnitudine eis qui in continenti degunt præſtantiores exiſtimantur.*

12. Oroſius: *Miram elephantorum copiam nutrit.* Vartomanus: *Fert regio imprimis elephantos complures.* Maffeius: *Elefantes gignit egregie bellicoſos ac dociles.* Stukius: *Elephantos nutrit optimos, maximos, ingenioſiſſimos, quibus reliqui Indiæ elephantes feruntur obedire.* Mercator: *Elephantorum nuſquam major frequentia & bonitas.* Item: *Sunt verò hi elephanti totius Indiæ orientalis nobiliſſimi, atque à cæteris (ut veriſſimè probatum eſſe memorat Hugo Linſcotanus) ejuſdem generis animantibus ex aliis locis privata veneratione adorantur.* Tigres, quorum præter Ptolemæum etiam Plinius & Solinus meminêre, veriſimile eſt ab incolis tandem fuiſſe planè deſtructos, ut lupos in Anglia. Saltem de iis nil quicquam Recentiores, ut nec de teſtudinibus tantæ olim celebritatis.

14. Incolarum longævitas. 14. Plinius: *Artemidorus in Taprobana inſula longiſſimam vitam ſine ullo languore traduci.* Item: *Vita hominum centum annos modicum.* Idem in Solino & Diodoro qui vitam propagari dicit ad annum CL.

14. Vartomanus: *Gens multà perennior eſt longioriſque ævi quam noſtra.* Odoardus Barboſa: *Incolæ longævi & ſani, quia aër temperatiſſimus.*

15. Corporis ſtatura & habitus. 15. Diodorus: *Formâ decori ſunt, quatuor cubitos excedunt.* Plinius & Solinus: *Excedunt hominum magnitudinem* Marcianus: *Homines ibi corpore grandiores ultra hominum menſuram.*

15. Mercator: *Color illis albus, ſtatura procera, abdomen prominens.* Odoardus Barboſa: *Incolæ magni ſtaturâ, albi, pingues, &c.*

16. Mollities. 16. Diodorus: *Corpore valde delicati ſunt, ſuper cutem lanugo nulla.* Ptolemæus: *Crines muliebriter religant.* Solinus: *Crines fuco imbuunt:* Hæc omnia pertinent ad mollitiem.

16. Vartomanus: *Apprimè ſunt imbelles, nulliuſque fermè ſpiritus.* Paulus Venetus: *Non ſunt bello aſſueti: cùm belligerandum eſt conducunt ſtipendiarios.* Inde *Chingali* vel *Chingari* potiùs per contemptum appellantur: Arabicè enim חנגר *chingar* ſignificat virum timidum & ignavum. Quin & ipſa inſula כנגר *Chingar* appellata eſt à Benjamino. Sed corruptè legitur כנרג *chinrag* vel *chenerag* pag. 108. Teixeira, qui linguæ Arabicæ planè fuit ignarus, *Chingalas* dici ſomniat à Sinis & portu Gale quem è ſua Luſitania in *Seilan* inſulam tranſtulit.

17. Agilitas. 17. Diodorus: *Oſſa aliquantum curvantur, & rurſus reſtituuntur, quomodo nervoſa loca. Voces avium imitantur, & nullum non ſonum exprimunt. Duos ſimul alloquuntur, ac ſi bilingues eſſent.*

17. Mercator: *In hiſtrionum artibus excellunt iidem maximè, multaſque venuſtates corpore ac ludis exercent, totam Indiam percurrentes, magna ſpectantium admiratione.* An hinc Indi illi θαυματοποιοὶ, de quibus Ælianus in Variis lib. 8. cap. 7.

18. Scientia. 18. Diodorus: *Etiam omnis diſciplinæ ſtudioſi ſunt, ſed Aſtrologiæ imprimis.*

18. Arabs: *Conveniunt ad Doctores, & ſub ipſis ſcribunt res geſtas Prophetarum & Regum, & ab iis docentur leges ſuas.* Ibi etiam Magi, quibus alibi nulli pares. De horum præſtigiis vide Paulum Venetum lib. 3. cap. 23. Et Benjaminum pag. 108.

19. Dio-

De Taprobana. | *De Seilan.*

19. Diodorus: *Venerantur ut Deos cœlum quod omnia complectitur, & Solem, & in univerſum omnia cœleſtia.* Item: *In feſtis & precationibus recitant & canunt hymnos & encomia in Deos: Imprimis verò in Solem quem inſularum & ſui ipſorum dominum profitentur.* Ptolemæus notat ad Ortum portum Solis, & ad Aquilonem inſulam Κῶρυ, quæ Plinio eſt inſula Solis. An à decurtato כורש *Cores*, id eſt, Cyri nomine, quod Solem interpretantur Plutarchus & alii, Κῶρυ dicta ſit ea inſula videant doctiores.

19. Benjamin pag. 108. *Ante altare fans ſit vallis magna eſt, in qua quotidie multum ignem accendunt. Eam vocant Arabice* אלהותא *Albauta*, (id eſt, voraginem) *& per eam filios ſuos tranſmittunt.* Hoc videtur pertinere ad ſacra Mithræ ſeu Solis, quibus qui initiabantur neceſſe habebant διὰ πυρὸς παρελθεῖν. Vide Eliam Cretenſem, & Nonnum, & Nicetam in Nazianzeni orat. 3. & 39. Benjamini mentem non cepit interpres Vir doctiſſimus, quod illius pace dixero. Neque enim אלהותא eo loco eſt divinitas, ſed χάσμα vorago. Vide Arabicum & Syrum Interpretes Luc. 16:26. Hoc fefellit Virum magnum, quod אל *al* Arabicum articulum putavit ad radicem pertinere. 19. Religio.

20. Diodorus: *Veſtes ſibi adornant ex quibuſdam calamis habentibus in medio mollem & ſplendidam lanuginem.* Apparet goſſipium deſcribi, ſed perperam, quia tum minus notum. Goſſipium non eſt calamus, ſed frutex; nec lanugo eſt in plantæ medulla, ſed in fructu. Arrianus etiam ibi *ſindones*, id eſt, pannos lineos, aut ſericos, aut goſſipinos haberi notat.

20. Vartomanus: *Pannis goſſipinis aut ſericis utuntur plurimum.* Arabs: *Sericum inde defertur.* Mercator: *Veſtis infra umbilicum è ſerico aut goſſipio.* Item: *Caput panno ſubtili contegunt.* 20. Veſtes.

21. Plinius: *Eligi Regem à populo ſenectâ clementiâque.* Item: *Rectores ei a populo triginta dari, nec niſi plurium ſententiâ quenquam capitis damnari.* Solinus idem.

21. Arabs: *Rex ſtudet multum æquitati, providus eſt, defendit eos. Habet ſedecim conſiliarios, & his præſcribit locum in quem congregati lites judicent.* 21. Reges.

Non poſſum non addere in eadem mecum eſſe ſententia Salmaſium τὸν μέγαν, qui poſtquam monuit *Salas* & *Seilan* eſſe vicina nomina, rem paucis ita conficit: *Situs inſulæ Seilan, elephanti quos gignit maximos, gemmæ & margaritæ grandiores quas illa fert, & multa alia prorſus evincunt eſſe Veterum Taprobanam.* Ex his tanti Viri verbis mihi nata eſt occaſio ulteriùs inquirendi. *Ad Solin. p. 1110.*

LIBER SECUNDUS
DE
LINGUA PHOENICIA ET PUNICA.

CAPUT I.

Phœnicium ſermonem & Punicum Hebræo fuiſſe affinem.

Ratio 1. Locorum nomina in terra Chanaan ferè ſunt Hebraica. Refellitur Fullerus qui vult Judæos eâ occupatâ mutaviſſe priſca nomina. 2. Ex Scriptura conſtat cæteros populos qui Judæis vicini ſunt, puta, Syros, Babylonios, Ammonitas, Moabitas, Azotios, &c. fuiſſe ἑτερογλώσσους. Ita etiam in Joſepho Amalekitæ & Madianitæ. Nihil tale de Chananæis. Contrà Chananæa mulier Raab & exploratores à Joſua miſſi colloquuntur ut ὁμογλώττοι. 3. Eſ. 19: 18. lingua Chanaan, id eſt, Hebræa. Et in Chœrilo Joſephus γλῶσσαν Φοίνισσαν putavit eſſe Hebræam. Et Herodoto Phœnices qui circumciduntur, iidem qui Hebræi. Et Lucianus promiſcuè ſumit voces Hebræas aut Phœnicias. 4. In Phœnicii ſermonis reliquiis pleraque ſunt merè Hebraica. Quod probatur multis exemplis. Chananæus tamen ſermo non planè idem qui Hebræus. Inter ipſos Judæos variæ dialecti. Sibboleth & Scibboleth, Jud. 12. Levita ex ſermone notus, Jud. 18: 3. Et Petrus pro Galilæo, Matth. 26: 73. Galilæorum ſermo quàm inconditus. Ut in Græco & Germanico, ſic in Hebræo ſermone variæ dialecti. Lingua Chananitis juxta Hieronymum inter Ægyptiam & Hebræam media. De Philiſtæorum dialecto potiſſimùm hæc intelligi. Objicies 1. Deus confudit linguas conditorum turris Babel, ergo etiam Chananæorum. Reſp. Chananæos Hebraicè loquentes aliis fuiſſe barbaros. Objic. 2. Quorſum linguæ ſacræ uſum permiſerit Deus genti profanæ? Reſp. in Patriarcharum gratiam, ut tolerabilior eſſet illis peregrinatio in terra Chanaan. Objic. 3. Judæis ejuſdem linguæ cum Chananæis communitas fuiſſet periculoſa. Reſp. Tamen ante Diluvium communis lingua. Et poſt captivitatem Babylonicam, &c. Objic. 4. Nehemias maledicit Judæis quorum liberi Azoticè loquebantur. Reſp. non propter ſermonem corruptum, ſed quia duxerant uxores alienigenas. Objic. 5. Auguſtinus Punice doctus neſciebat Hebraicè. Reſp. 1. Punicus ſermo non erat prorſus idem cum Phœnicio. 2. Alius ſermo Phœnicius ævo Patriarcharum, alius ævo Auguſtini. 3. Putavit Auguſtinus ſe neſcire quod ſciebat magna ex parte, quia vires ſuas non tentaverat. 4 Idem Auguſtinus alibi docet has linguas non multum inter ſe differre, & penè omnia eſſe conſona. Ita etiam Hieronymus & Priſcianus. Objic. 6. In Punici ſermonis reliquiis multa ſunt vocabula quæ nihil habent commune cum Hebræa aut Hebrææ vicinis linguis. Reſp. Hæc objectio refellitur in ſequentibus.

Quod poſui hactenus in tota hac tractatione, Phœnicium ſermonem Hebraico fuiſſe valde affinem videtur poſſe multiplici ratione probari: 1. Prima deducitur ex locorum nominibus in terra Chanaan, quæ ferè fuerunt Hebraica, etiam antequam Iſraëlitæ eò ex Ægypto migraſſent, ut palam eſt ex libris Moſis & Joſuæ. Fullerus qui Chananæam linguam ab Hebræa vult non parum fuiſſe diverſam, huic argumento ita occurrit. *Miſcellan. lib. 4. cap. 4.* *Ut nomina illa univerſa pure Hebræa ſint, tamen nullum ex iis vel Chananæorum eſſe, vel à Chananæis impoſitum pernegamus. Quin potius vetuſta ab indigenis Chananæis indita nomina ab Hebræis in eaſdem ſedes ſuccedentibus Hebraico more poſtmodum prolata & expoſita, &c. fuiſſe aſſerimus.* Sed non debuit id aſſeri gratis, maximè cùm res ſit ſine exemplo, ut populus ſuccedens in alterius locum priſca nomina ſic aboleat, ut illorum ne tenuis quidem umbra ſuperſit. Præterea ſi verum illud eſt Judæos mutaviſſe omnes omnino locorum veteres appellationes; quorſum Rubenitas obſervat Moſes oppidis à ſe reſtauratis nova nomina impoſuiſſe, Num. 32: 38. Nonne hoc ipſo teſtatur in reliquis nihil eſſe mutatum? Hoc potiſſimum quod Hebræis nominibus appellabantur etiam illæ urbes terræ Chanaan, in quas Judæi nihil habuêre juris, puta צור צרפתה צידון, &c. Itaque non dubito quin Moſes & Joſue illa ipſa locorum nomina exhibeant, quæ apud Chananæos erant in uſu, ſola flexione mutata, ut fit in diverſa dialecto.

2. Addo ex Scriptura conſtare cæteras gentes, quibus Judæa circumfuſa eſt, fuiſſe ἑτερογλώσσους. Sic Ægyptii vocantur *populus* לעז *barbarus*, Pſ. 114: 1. Et Iſraëlitæ leguntur in Ægypto ſermonem ignotum audiviſſe, Pſal. 81: 6. Proinde Joſephus Ægyptium ſe eſſe ſimulans, cum fratribus agit per interpretem; qua arte illi deluſi Hebræâ linguâ liberius illo præſente inter ſe colloquuntur, quia non putabant ſe intelligi, Gen. 42: 23. Syrorum etiam linguam valdè diverſam fuiſſe ab Hebræa docet Eſ. 36: 11. Ezechiæ ſervi Rabſacen rogant ut Syro ſermone loquatur, ne Judæi illum intelligant. Atque id jam obtinuiſſe ævo Patriarcharum patet ex eo quod acervus teſtimonii à Jacobo Hebraicè גלעד *Galaad*, à Labane Syrè dicitur יגר שהדותא *Jegar Sahadutha*, Gen. 31: 47. Babylonii etiam leguntur peregrino ſermone loqui, Eſ. 28: 11. & linguam Judæis ignotam, Jerem. 5: 15. & Nehemias refert Judæos ex Ammonitis, aut Moabitis, aut Azotiis matribus natos ſermonem Hebræum interpolaſſe admixto maternæ linguæ idiomate, Nehem. 13: 23. Rurſus Amalekitas, Madianitas, & reliquos Arabes ſcribit Joſephus τῇ γλώσσῃ διαφωνεῖν, *linguâ differre*, *Antiquit. lib. 5. c. 8.* atque hanc inter illos diſſidii fuiſſe cauſam; cùm Gedeone illos inſequente mutuis vulneribus ceciderunt. Sed Chananæorum ſermonem fuiſſe ab Hebræo inſigniter diverſum, aut Judæos cum Chananæis egiſſe per interpretem nuſquam legimus. Contrà Jerichuntina mulier Raab, & exploratores à Joſua miſſi, mutuo colloquio fruuntur tanquam ejuſdem aut parum diſſimilis linguæ conſortes.

3. Nec leve eſt quod lingua Hebræa vocatur lingua Chanaan, Eſ. 19: 18. Nam ſi ab Hebraico valde fuiſſet remotum idioma Chananæorum, qui degebant inter Judæos Jud. 3: 1. &c. Nemo nomine linguæ Chanaan Hebræam intellexiſſet. Sic Gallicum ſermonem in Britannica Aremorica nemo appellat Britannicum; aut ſi quis ſic appellaret, nemo intelligeret ita loquentem. Tale eſt quod cùm Solymos deſcribit Poëta Chœrilus,

> Γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφιέντες
> *Ore peregrino Phœnicia verba loquentes.*

Joſephus qui Solymorum nomine Judæos intelligit, pari ratione γλῶσσαν Φοίνισσαν *linguam Phœniciam* voluit eſſe Hebræam. *Joſ. lib. 1. cont. Apion.* Et in Herodoto Phœnices illi qui Ægyptio more circumciduntur, iidem ſunt qui Hebræi. Nam in Phœnice & Palæſtina non fuit in uſu circumciſio, præterquam apud Hebræos. Atque eodem ſenſu Comicus in Avibus tam Phœnices quàm Ægyptios ψωλοὺς appellat, id eſt, verpas & recutitos. Sic diverſiſſimas gentes commune nomen includebat propter ὁμοφωνίαν. Sed & Lucianus, qui genere Syrus erat è Samoſatis, voces Hebræas & Phœnicias pro eodem ſumens ſic habet de Alexandro in Pſeudomanti: ὁ δὲ φωνάς τινας ἀσήμους φθεγξάμενος, οἷαι γένοιντ' ἂν Ἑβραίων ἢ Φοινίκων, ἐξέπληττε τοὺς ἀνθρώπους, οὐκ εἰδό-

τας

Digitized by Google

τας ὅ τι λέγοι. *At ille voces quaſdam ignotas proferens, quales ſunt Hebraa aut Phœnicia, percellebat homines, qui quod dicebat non intelligebant.*

4. Quarta ratio ſumitur ex Phœnicii ſermonis reliquiis quæ apud Veteres paſſim occurrunt. Puta cùm Sanchoniathon ζωφασημιν explicat *cœli contemplatorem*, Βελσάμην *cœli dominum* σαμημρουμὸς *ὑψουράνιον*, συδὺκ *juſtum*, ἐλιοῦν ὕψιστον, *Dagon* Σίτωνα vel Δία ἀρότριον, Μὼθ mortem aut Plutonem. Cùm in Heſychio Ἄδωνις redditur *dominus*, Βάκχος *luctus*, Γάδειρα *ſepes*. In Plutarcho *Thor* & *Alpha* bos. In Stephano *Ber* puteus. In Damaſcio *Eſmunus* octavus. In Etymologo *Suſa* lilia. In Porphyrio Μάλχος *Rex*; cùm in Athenæo ναῦβλα, & in Suida κινύρα, Muſicis Phœnicum organis accenſentur; cùm ex Punico ſermone Hieronymus *alma* virginem, Auguſtinus *meſſe* unge, & *ſalus* tres exponit; cùm Livius & Feſtus docent ſummos Carthaginis Judices *Suffetes* nominari; nemo eſt Hebraicis literis vel mediocriter tinctus, qui non ſtatim animadvertat hæc vel eſſe Hebræa verba, vel Hebraicis proxima.

Non tamen contenderim Chananæorum dialectum in omnibus cum Hebraica conveniſſe, cùm inter ipſos Hebræos variæ fuerint dialecti. Ita Ephratæis hoc fuit peculiare quod non poterant pronunciare literam ש *ſchin*, ſed pro ea ſonabant ש *ſin*, & ex eo dignoſcebantur quod pro *ſchibboleth* blæſo ſono dicebant *ſibboleth*, Jud. 12: 6. Sic in Domo Michæ Danitæ Levitam ex ſermone cognoverunt, Jud. 18: 3. Et ætate Jeſu Chriſti, quamvis Judæi omnes in terra Chanaan Syriacè loquerentur, tamen alia fuit Hieroſolymitana dialectus, alia Galilæorum. Ideò dictum Petro Matth. 26: 73. *Verè & tu ex illis es, nam & loquela tua manifeſtum te facit*; aut ut habetur Marc. 14: 70. *Galilæus es, & locutio tua ſimilis eſt.* Supple *eorum locutioni*; quod Arabs Interpres addidit ἐξηγητικῶς. Nempe Galilæorum dialectus rudis fuit & incondita. Hinc illud Talmudicum in tractatu עירובים *homines Judaa* שהקפידו על לשונם *quia accurati fuerunt in lingua ſua, confirmata eſt lex in manibus eorum. At homines Galilea* שלא הקפידו על לשונם *quia accurati non fuerunt in lingua ſua, lex confirmata non eſt in manibus eorum.* Argumento ſit quod iidem eodem loco aſſerunt Galilæos אמר *immar* agnum, עמר *amar* lanam, חמור *hamor* aſinum, חמר *hamar* vinum inter loquendum non diſtinxiſſe. Plura de hoc argumento doctiſſimè obſervata vide in Lexico Buxtorfii in voce גליל. Notum etiam in Græco ſermone aliam eſſe Atticam dialectum, aliam Æolicam & Doricam & Ionicam, & in Germanico Belgicam dialectum ab Helvetica multum differre. Sic Phœniciam dialectum ab Hebrea diſcrepaſſe facilè conceſſero; modò ne quis aſſerat planè aliam fuiſſe linguam, aut ab Hebræa tam diverſam, ut Hebræus & Phœnix ſuâ quiſque linguâ loquentes ſe mutuò non intelligerent. Nam etſi ſermo Phœnicius ſuos habuit idiotiſmos, & Syra quædam admixta, aut Arabica vocabula, tamen hoc certum multò plura habuiſſe merè Hebræa, aut Hebræis tam ſimilia, ut non ſugerent vel è plebe Judæos.

Sunt qui Phœnicium ſermonem colligunt multa habuiſſe ex Ægyptio ex his Hieronymi in Eſaiam lib. 7. cap. 19. de lingua Chananitide: *Inter Ægyptiam & Hebræam media eſt, & Hebrææ magna ex parte confinis.* Sed hæc puto intelligenda potiſſimùm de Philiſtæis, qui ab Ægyptiis oriundi erant, & partem terræ Chanaan Ægypto proximam occupabant. Nam quantum ex utriuſque ſermonis reliquiis poſſum colligere, Phœnicius ſermo ab Ægyptio tam diſtabat quàm Hebraicus. Utut ſit hoc ipſo loco id ultro agnoſcit Hieronymus, quod probare conati ſumus, nempe linguam Chananitidem Hebrææ magna ex parte eſſe confinem.

Huic noſtræ ſententiæ quicquid hactenus objectum eſt non difficulter ſolvitur. 1. Aiunt à confuſionis Babylonicæ pœna eximi non potuiſſe quenquam eorum qui participes fuerunt impiæ conſpirationis in campo Sennaar conflatæ. Itaque Chananæos etiam, quos ex eo numero nemo fuiſſe negaverit, veteris linguæ, id eſt, Hebrææ; uſu excidiſſe, & aliam à Deo accepiſſe. Reſpondeo in confuſione Babylonica hoc fuiſſe Dei conſilium, ut ſingulis familiis aut tribubus propria eſſet lingua, quam nemo alius intelligeret, qui non eſſet ex eadem familia aut tribu. Cui conſilio nihil obſtitit, quod in omni numero una aliqua familia aut tribus ſervavit uſum linguæ veteris. Quia Chananæus Hebraicè loquens, aliis è diverſa tribu conditoribus tam erat barbarus, quàm ſi novum idioma Deus illi infudiſſet.

2. At probabile non eſt, inquiunt, Deum tanti pretii theſaurum, hoc eſt, primigeniam & ſacram linguam, Chanaani poſterorumque ejus fidei commiſiſſe, genti non profanę modò, ſed & execrandæ prorſus & internecioni devotæ. Sed neque ego id aſſero. Neque enim in illorum ſententia ſum, qui Abraamum Hebræam linguam volunt à Chananæis addidiciſſe, cùm antea Chaldaicè loqueretur inter Chaldæos. Quin Hebręam dici contendo, quia poſt linguarum confuſionem nullibi pura ſervata eſt, prȩterquam inter poſteros Heber, ex quo numero fuit Abraham. Nam ab Hebraicę puritate Phœniciam dialectum non minus deſciviſſe puto, quàm ab Attica Doricam aut Æolicam. Hęc porro non ſunt ἀσύστατα, ut quę gens maledicta erat & internecioni devota, Hebręę linguę dialectum uſurpaverit, Deo ita volente; non in Chananęorum, ſed in Abrahami gratiam, & aliorum ex ejus ſtirpe, ut tolerabilior eſſet Patriarcharum peregrinatio in terra Chanaan.

3. Tertia illorum objectio hęc eſt: *Quis non videt naturalis ejuſdem linguæ communitas cum Chananæis, quantum offendiculum, quàm exitioſum in idololatriam præcipitium fuiſſe Iſraelitis? Quanta, non dico, feneſtra, ſed janua, imò quam immanis porta hac ratione patuiſſet contagioni gentis maledictæ, populum electum jugiter pervaſura.* Ita in hoc argumento paratragœdiat Vir doctus, cui ſi credimus, quotquot fideles habitant inter idololatras ὁμογλώττους, debent novam linguam ſtatim cudere; ne communis linguę conſortium eos agat præcipites in Idololatrię barathrum. At non eſt quod quenquam territet tam inane μορμολύκειον. Nam ſi ejuſdem ſermonis cum idololatris communitas Eccleſię tantum crearet periculum, Deus cujus providentia ſuos in iis non deſtituit quę ad ſalutem neceſſaria ſunt, providiſſet fidelibus de ſpeciali aliqua lingua, quę reliquis hominibus ignota eſſet & inacceſſa. Contra, notum eſt ante Diluvium, cùm terra eſſet corruptiſſima, & mores hominum perditiſſimi, fideles non cum una ſolùm infidelium gente aut tribu, ſed cum omnibus omnino hominibus communem habuiſſe linguam. Et poſt captivitatem Babylonicam quamvis Hebraica lingua deſierit eſſe vulgaris, & Judęorum alii Syriacam, alii Grȩcam addidicerint, quo ęvo Syri & Grȩci idolis erant maximè addicti; Judęi tamen ab idololatria nunquam fuerant remotiores. Jam nihil neceſſe eſt dicere de temporibus quę Chriſtum ſubſecuta ſunt, quibus tantùm abeſt ut Eccleſiam Deus uni alicui linguę tanquam glebę addixerit, ut contrà omnibus omnium gentium linguis laudari velit & celebrari. *Mihi*, inquit, *curvabitur omne genu, & jurabit omnis lingua.* Item: *Venio ut congregem omnes gentes & linguas.* Et rurſus: Eſ. 45: 23; & 66: 18.

Zach. 8:23. *Ex omnibus linguis gentium apprehendent fimbriam viri*
Rom. 14:11. *Judæ, dicentes; Ibimus vobiſcum, quia audivimus*
Phil. 2:11. *Deum eſſe vobiſcum.* Et *omnis lingua confitebitur Deo.*
Apoc. 5:9. Et *redemiſti nos ex omni tribu & lingua.* Et *vidi tur-*
& 7:9. *bam magnam ex omnibus gentibus & linguis ſtantem ante thronum & in conſpectu Agni.*

4. Inſtat Vir doctus non pro leviculo eſſe habitum ſanctum Dei populum ſermoni peregrino, eo Moabitarum quidem aut Ammonitarum, quanquam à Lotho Abrahami conſanguineo oriundorum, quia idololatræ eſſent, conſueſcere. Et Ne-
Neh 13:23, hemiam tanto zelo tamque mirificè accenſum, cùm
24, 25. Judæos quoſdam Azoticè loquentes deprehenderet, Judaicè autem neſcientes, ut eis malediceret, percuteret, glabraret. At legenti locum Nehemiam conſtabit non ideò in Judæos efferbuiſſe quod illorum liberi Azoticè loquerentur, ſed quia duxerant uxores alienigenas. Quod crimen non poterat cælari, quia liberi ex talibus conjugiis nati matres ex ſermone prodebant, aliis Azoticè, aliis Ammoniticè aut Moabiticè loquentibus.

5. His Viri docti objectionibus duas addimus, quæ ſunt majoris momenti. Prima hæc eſto, conſtare Pœnos, quorum ſermo erat Phœnicius, Hebraicè neſciviſſe, cùm id palam profiteatur & diſertiſſimis verbis illorum unus, qui non fuit è plebe aliquis, ſed inter doctiſſimos merito primas obtinet, Auguſtinus ſcilicet, cujus verba ſunt Confeſſionum lib. 11. cap. 3. *Si Hebræa loqueretur* (Moſes) *fruſtra pulſaret ſenſum meum, nec inde mentem meam quicquam tangeret.* Et epiſt. 131. Memorio: *Quibus numeris conſiſtant verſus Davidici non ſcripſi, quia neſcio. Neque enim ex Hebræa lingua, quam ignoro, potuit etiam numeros interpres exprimere, &c. Certis tamen eos conſtare numeris, credo illis qui eam linguam probè callent.* Et Epiſt. 119. Januario: *Vocabulum Paſcha non Græcum, ſed Hebræum eſſe dicunt, qui linguam utramque noverunt.*

Propoſitæ objectioni, quæ in ſpeciem eſt invicta, quatuor habeo quæ reſpondeam. 1. Non rectè confundi Pœnos cùm Chananæis, id eſt, Africanos Phœnices cum Phœnicibus terræ Chanaan, qui ut Judæis erant propiores, ita propius accedebant ad Hebraiſmi puritatem, quem Afri ſermonis mixtura Pœni non parum infeceraot. Teſtem appello Hieronymum, qui in præfatione lib. 2. in epiſtolam ad Galatas, cùm Galatas dixiſſet *propriam linguam eandem penè habere quam Treviros*, addit *nihil referre ſi aliqua exinde corruperint, cùm & Afri Phœnicum linguam nonnulla ex parte mutaverint.*

2. Addo diſtinguenda eſſe tempora; Potuit enim Phœnicius ſermo alius eſſe Patriarcharum ævo, alius ævo Auguſtini, qui plus bis mille annis poſt mortem Jacobi natus eſt. Si in ipſa Judæa inter Hebræos degeneraverat lingua Hebræa, multò magis inter barbaros, qui nunquam puram habuerant poſt tot mutationes & viciſſitudines temporum.

3. Quid ſi Auguſtinus difficultate lectionis abſterritus (quia illius ætate Hebræa ſcriptura differebat à Punica immenſum quantum) nunquam tentaverit vires, & putaverit ſe neſcire quod revera ſciebat magna ex parte? Sic quiſquis Hebrææ linguæ cognitionem adeptus eſt, inde ad Syram accedens aut Chaldaicam, miratur ſe jam eſſe doctum antequam didicerit, & *nota fertur regione viarum.*

4. Denique à Philippo ad Philippum provocamus, id eſt, ab Auguſtino ad Auguſtinum, qui alibi teſtatur non ſemel Punico ſermoni cum Hebræo in multis conveniſſe. Ita in Quæſtionibus ſuper Judices lib. 7. cap. 16. *Iſtæ linguæ non multum inter ſe differunt*, Hebræa nempe & Punica de quibus proximè egerat. Et contra literas Petiliani lib. 2. cap. 104. *Hebræi dicunt Meſſiam, quod verbum Punicæ linguæ conſonum eſt, ſicut alia Hebræa permulta, & PENE OMNIA*: & in Joan. tract. 15. *Cognatæ quippe ſunt linguæ iſtæ & vicinæ, Hebræa, Punica, & Syra.* Et de verbis Domini ſerm. 35. ubi explicat quid ſit Mammona: *Hebræum verbum eſt cognatum linguæ Punicæ: Iſtæ enim linguæ ſibi ſignificationis quadam vicinitate ſociantur.* Et lib. 1. Locutionum: *Locutio eſt quam propterea Hebræam puto, quia & Punicæ linguæ familiariſſima eſt, in qua multa invenimus Hebræis verbis conſonantia.*

Neque aliter Hieronymus in Jeremiam lib. 5. cap. 25. *Tyrus & Sidon in Phœnices littore principes civitates, &c. Quarum Carthago colonia. Unde & Pœni ſermone corrupto quaſi Phœni appellantur. Quorum lingua linguæ Hebrææ magna ex parte confinis eſt.* Et in Eſaiam lib. 3. cap. 7. *Lingua quoque Punica, quæ de Hebræorum fontibus manare dicitur, &c.* Et Quæſtionibus in Geneſim ubi de voce ימים, Geneſ. 36:24. *Nonnulli putant aquas calidas, juxta Punicæ linguæ viciniam, quæ Hebrææ contermina eſt, hoc vocabulo ſignari.* Concinit Priſcianus lib. 5. his verbis: *Maximè cum lingua Pœnorum, quæ Chaldææ vel Hebrææ ſimilis eſt & Syræ, non habeat neutrum genus.* Quod ſi Punica in Africa Hebrææ fuit ſimilis, multò magis Phœnicia in terra Chanaan, ubi Chananæi Hebræis erant permiſti. Neque enim ulla cauſa fuit cur Pœnorum ſermo ad Hebræum accederet quam origo Phœnicia. Porrò barbarè quidem dicitur, ſed tamen verè, id per quod quid eſt tale, ipſum eſſe magis tale.

Ultima objectio ſic habet. In Phœnicii & Punici ſermonis reliquiis plurima ſunt vocabula quæ nec ex Hebræa, nec ex affinibus linguis, Syrâ, Chaldęâ & Arabicâ, poſſe explicari Viri undecunque docti ingenuè fatentur, puta in Sanchoniathone *Mot* pro limo, *Baau* pro nocte, *Bætylia* pro lapidibus animatis qui Priſciano *Abdir* vel *Abaddir*. In Heſychio *Ada* ſalix, *Aſur* crater, *Gaulos* navis ſpecies, *Gonata* terminus, *Semiramis* columba montana: In Stephano *Rhabbotin* pro Phœnice, & *Kelabarſath* pro malo navis, *Samatho* pro *magna*. In Apulejo & Auctario Dioſcoridis herbarum Phœnicia & Africana nomina quàm plurima. In Servio *ſar* piſcis genus prope Tyrum, *caſar* elephas, *byrſa* corium, *Dido* virago, *bel* ſol qui idem Emiſſenis *elagabalus*. In Joſepho *chabul* id quod diſplicet. In Polybio *Baleares* funditores. In Euſtathio *caccabe* caput equi, & *Aſdrubal* Clitomachus. In Herodoto *zegeries* colles. In Porphyrio *Sanchoniathon* φιλαλήθης. In Quintiliano *mappa* Romana vox quam Pœni ſibi vindicant. In Feſto *Abila* mons altus, *mapalia* caſæ, *mamphula* panis genus, ut in Athenæo *chebrodlapſus*. In Etymologico *galones* ſepes, & *elloτias* virgo. Hęc χύδην & nullo ordine, prout memoriæ ſe obtulerunt, quæ ſingula deinceps ſuis locis examinabo accuratiùs. Nam ut res pleniùs intelligatur, libet percurrere obiter quicquid uſpiam Phœnicii ſermonis memini me legere.

CAPUT II.

Phœnicia quædam ex Sanchoniathone ſcriptore vetuſtiſſimo.

Sanchoniathon bello Trojano vetuſtior, Græcè à Philone verſus. Hujus fragmentum in Euſebio. Initio rerum χάος ἐρεβῶδες, id eſt, בהות ערב *cabuth ereb* caligo veſpertina ex Gen. 1:2. 5. Μώτ limus ex quo omnia. Phœn. מוד *mod* Arab. מאדה materia. D finale Græci in T mutant. Ζωφασημὶν צופי שמים ὀπτῆρες οὐρανοῦ. Homines facti ex vento Κολπία, id eſt, קול פי יה *Kolpi jah* voce oris Dei. Βάαυ νὺξ, imò Βάατ. Hebr. בות *but* vel בית pernoctare. Cur T exciderit è fine vocis. Βεελσάμην, κύριος οὐρανοῦ בעלשמים Plauto *Balſamen.*

Hinc

Digitized by Google

Hinc herba Balſamene. Σαμημρῦμος שמים רום ὑψουράνιος. Philo emendatus. Χρυσώρ Vulcanus חרש אור πυριτεχνίτης. Vocant Δία μιχίον, id eſt, Jovem machinatorem, Hebr. מכי mechi machina. Hujus filius γήινος, id eſt, אדם Adam. Deus Ἀγρότης, id eſt, שדי. Μισὼρ εὔλυτος מצרא. Συδὺκ δίκαιος צדיק ibid. Sydyk Juppiter Hebr. צדק ſedek. Κάβειροι כבירים cabirim Dii magni. Deus Ἐλιοῦν עליון, id eſt, ὕψιστος. Uxor Βηρούθ, id eſt, ברית Berith, Jud. 8: 33. Deus Elion genuit cœlum & terram. Sic Gen. 14: 19, 22. קנה etiam generare eſt, quomodo commodè reddi queat Prov. 8: 22. Dominus genuit me. Ἦλος vel ἦλ אל Saturnus. Δαγὼν דגן Σίτων ἀρότριος. Hebr דגן dagan frumentum. Ἐλωεὶμ אלהים Hebr. Dii vel Angeli, Saturni commilitones. Βαιτύλια lapides animati, Hebr. משחים uncti, ſed lectum נשמים animati. Hos moviſſe dæmonem. Lapis à Jacobo unctus in Bethel. Inde origo idololatrici Bætyliorum cultus, Etymologus & Phavorinus emendati. Ex Damaſcio locus perperam redditus. Bætylus vel Betelus lapis Saturno pro Jove datus. Idem vocatur Abdir & Abadir fortè pro Aban vel Ebendir lapis rotundus. Talis Bætyli forma. Saturni filius Juppiter Belus בעל Βῆλος, Baal, Βαάλ. Fœmin. Βααλτίς. Sidon ex Ponto nata canora voce virgo hymnum reperit. שדה Sidda Muſicæ genus, Eccleſ. 2: 8. Hercules Melcarthus, Malica, Melicerta. Urbs ab Hercule ad Columnas condita Carteia dicta pro Melcarteia. Aſtartes inſignia caput Tauri. עשתרות Aſtaroth commune nomen ad armenta & greges, ut Chald. עדרי Arab. עשתרא Græc μόσχα. Aſtarte eadem quæ Io mutata in bovem; & mater Phœnicum. Tamen Aſtarte vulgò pro Venere ſumitur. Ridiculum eſt quod ſequitur eam reperiſſe ἀεροπετῆ ἀστέρα ſtellam volantem, quam interfectam in Tyro conſecravit: ſed legendum ἀστερίαν. Aſterias Aquilæ genus, aliis Chryſaetos. Aquilæ ſanguine conſecrata eſt inſula in qua Tyrus. Etiam firmandi vim aquilæ ſanguini tribuerunt Phœniciæ fabulæ, quia ad נשרא niſra, id eſt, aquilæ nomen, alludit verbum נשרר niſarar firmare. Μὼθ mors & Pluto. Μούθ idem. Saturni inſigne quatuor oculi, duo aperti & duo clauſi. Æſculapius octavus Cabirorum: inde dictus Χνᾶ primus Phœnicum, id eſt, כנען Chanaan. Etiam Phœnice Chna dicta. Saturni aliud nomen Iſraël. Hujus filius Ἰεοὺδ (Hebr. יחיד iehid) dictus quia unicus, à patre immolatus. Idem Saturnus cum ſuis circumciditur. Hæc ad Abrahamum pertinent. Uxor Anobret חן עברת, id eſt, Sara quæ concepit ex gratia Hebr. 11: 11.

In fine hujus tractationis dicemus explicatius qui fuerit Sanchoniathon, quis item ille Jerombalus, ſacerdos Dei Ἰευὼ ſeu Jehova, quem ſe profitetur conſuluiſſe. Hic ſolùm Lectorem monemus illum ante Troiani belli tempora, Phœnicum hiſtoriam inde à prima origine Phœniciâ linguâ ſcripſiſſe. Eam hiſtoriam Græcè reddidit Philo Byblius, qui ſub Adriano vixit. Verſionis inſigne fragmentum nobis ſervavit Euſebius, in quo Phœnicia quædam occurrunt noſtra commentatione non indigna.

In ipſo operis exordio legas ſtatim initio rerum fuiſſe πνοὴν ἀέρος ζοφώδους, tenebroſi aëris ſpiritum, quem appellat Χάος ἐρεβῶδες, id eſt, כהות ערב chaiuth ereb caliginem veſpertinam. Res ſumpta ex verbis Moſis Gen. 1: 2. Et fuit caligo ſuper faciem abyſſi, vox erebi ex verſu 5. ויהי ערב & fuit ereb, id eſt, veſpera. Unde & Heſiodus:

Ἐκ χάεος δ' ἔρεβός τε, μέλαινά τε νὺξ ἐγένοντο.

Quod Varro ita imitatur, Erebo creata fuſcis crinibus nox te invoco, ut obſervatum à Viro in quo doctrina cum humanitate certat D. D. Sarraſin. Quid quod Gręcum ἔρεβος nonnunquam planè id ipſum eſt quod Hebręum ערב ereb, nempe Occaſus aut veſpera: in his Homeri puta Odyſſ. μ. verſ. 81. πρὸς ζόφον εἰς ἔρεβος τετραμμένον, ad Occaſum in Erebum converſum. Ubi Vetus Scholiaſtes: (εἰς ἔρεβος τετραμμένον) εἰς τὰ πρὸς δύσιν μέρη νεῦον, in Erebum converſum, id eſt, in partes quæ ſunt ad Occaſum inclinans. Et Euſtathius pag. 477. Τὸ δὲ πρὸς ζόφον καὶ τὸ εἰς ἔρεβος ἐκ παραλλήλου μὲν θέσεως δυσμικὸν μέρος δηλοῦσι cum πρὸς ζόφον & εἰς ἔρεβος, ponuntur ut ſynonyma, occidentalem partem ſignificant.

Sequitur ex converſione ſpiritus cum Chao emerſiſſe Μὼτ Mot, id eſt, limum aut aquoſę mixtionis putredinem: καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ συμπλοκῆς τοῦ πνεύματος ἐγένετο μώτ. Τοῦτό τινές φασιν ἰλύν, οἱ δὲ ὑδατώδους μίξεως σῆψιν. Mot, id eſt, מוד mod, Phœnices ita ſcribebant. Sed D finale Phœnicum per T paſſim effertur. Sic ἰῶτα factum ex יוד jod, & Ἄζωτος ex אשדוד Aſdod, & Ζαρὲτ in Euſebio ex ירד Zared; & occurrit paſſim Ephot pro Ephod; & barbitus, Gallicè lut, Hiſpanicè laud, & Arabicè dicitur אלעוד aland articulo pręfixo. Porro מוד mod ſermone Phœnicum materiam ſignificabat ex qua omnia ſunt facta; ut Arabicè מאדה mada ex radice מוד. Ideò Sanchoniathon poſtquam dixit mot eſſe limum & aquoſæ mixtionis corruptionem, addit continuò pòſt: καὶ ἐκ ταύτης ἐγένετο πᾶσα σπορὰ κτίσεως, καὶ γένεσις ὅλων, & hinc factum eſt omne creaturarum ſeminium, & omnium generatio, quod idem eſt ac ſi dixiſſet mot eſſe materiam primam. Vox in Scriptura etſi non extet, non ſequitur non eſſe Hebręam. Nam Judęorum Philoſophi propria habuêre vocabula, quibus Sacri Scriptores conſulto abſtinuerunt, quia ſcribebant in plebis gratiam.

Subjungit facta fuiſſe ζῶα νοερὰ animalia intelligibilia, quę dicta ſunt Ζωφασημίν, τοῦτ' ἔστιν οὐρανοῦ κατόπται, Zophaſemin, id eſt, cœlorum ſpeculator. Hebraicè dixeris צופה שמים tſophe ſamajim. Sed tſade in Z mutatum eſt, ut in Zor, Zoara, Zoan, &c. Puto intelligi Angelos, quia eadem animalia deſcribit tanquam οὐκ ἔχοντα αἴσθησιν, ſenſus experta.

Ibidem primi homines facti leguntur ἐκ τοῦ Κολπία ἀνέμου. Ventus ille Colpia idem eſt quod קול פי יה col pi-jah vox oris Dei, cujus inſpiratione & verbo factus eſt homo.

Sequitur, καὶ γυναικὸς αὐτοῦ Βάαυ, τοῦτο δὲ νύκτα ἑρμηνεύειν, & uxoris ejus Baau, hoc autem noctem ſignificare. Puto legendum Βάαυτ, & τ finale exciſiſſe propter alterum τ ſequens in voce τοῦτο. Βάαυτ בות Phœnicibus noctem fuiſſe puto, quia בות but eſt pernoctare, & בותא bauta noctua. Scribitur & בית ut Dan. 6: 18. Verbum eſt familiare Chaldęis, Syris & Arabibus. בהו bohu quod hûc afferunt aliud eſt, nempe vacuum inane.

Paulò pòſt ita de Sole: Τοῦτον θεὸν ἐνόμιζον μόνον οὐρανοῦ κύριον Βεελσάμην καλοῦντες, ὅ ἐστι παρὰ Φοίνιξι κύριος οὐρανοῦ. Beelſamen, id eſt, בעל שמין Dominus cœlorum. Plautus Punicè ſcribit Balſamen. Ita enim Auguſtinus Quęſt. in Judices cap. 16. Et Africana voce Buphthalmus inde dicitur Balſamene in adjectis ad Dioſcoridem. *In Pœnulo Act. 5. Scen. 2.*

Aliquantò inferiùs: Ἐκ τούτων, φησὶν, ἐγεννήθησαν Μημροῦμος ὁ καὶ Ὑψουράνιος. Sine dubio legendum ἐγεννήθη Σαμημροῦμος voce compoſitâ ex שמים ſamaim cœli & רום rum, id eſt, altitudo.

Et poſt aliquot periodos: ἐξ ὧν γενέσθαι δύο ἀδελφοὺς σιδήρου εὑρετὰς καὶ τῆς τούτου ἐργασίας, ὧν θάτερον τὸν Χρυσώρ, &c. εἶναι δὲ τοῦτον τὸν Ἥφαιστον. Vulcani nomen Chryſor Phœnicibus erat חרש אור chores-ur, id eſt, πυριτεχνίτης qui ignis operâ metalla fabricat in quaſvis formas. Πυρίτην appellat Lucianus in de ſacrificiis. Addit καλεῖσθαι δὲ αὐτὸν καὶ Διαμίχιον, Jovem machinatorem, quia מכי mechi Hebręis eſt machina. Vide Ezech. 26: 9.

Hujus filium facit γήινον αὐτόχθονα, id eſt, אדם Adamum, qui ſolus verè γήινος & αὐτόχθων, id eſt, ex ipſa terra natus, quod & Hebręo nomine ſignificatur. Nec mirum Adami formationem alieno loco referri à ſcriptore fabuloſo, qui omnia involvit.

Multo abſurdius eſt quod ex Geino, id eſt, Adamo, naſci facit Deum Ἀγρότην. Nam Ἀγρότης ille eſt Deus שדי Saddai. Ἀγρότην reddidit Philo quaſi fiat à שדה ſade; id eſt, ab agro, ut obſervavit Scaliger. Cùm Hebraicè שדי ſaddai omnipotentem ſonet, ut Arabicè שדיד ſadid robuſtum. Proinde à Bybliis ἐξαιρέτως vocabatur θεῶν ὁ μέγιστος,

Deorum maximus, & ejus ſimulachrum totâ Phœniciâ erat μάλα σεβάσμιον, *in ſumma veneratione*, ut eodem loco additur.

Non multò poſt: μισὼρ καὶ συδὺκ explicat εὔλυτον καὶ δίκαιον, *ſolubilem & juſtum*. *Miſor* Syris eſt משרא *Meſoro* ſolutus. Sydyk Hebr. צדיק *ſaddik*.

Et ſtatim: ἐκ τοῦ Συδὺκ διόσκουροι. Ergo *Sydyk* erat Juppiter quem Hebræi צדק *ſedek* appellant. Nec ea appellatio heri & bodiè nata; extat enim in monumentis Hebræotum vetuſtiſſimis, puta in *Sepher jetſira*, in libro *Zohar*, in *Bereſit Rabba*, *&c.*

Ibid. Διόσκουροι ἢ Κάβειροι, id eſt, כבירים *Cabbirim* Dii magni, vel Dii potes, ut jam aoteà pluribus explicavimus.

Paulò poſt: Κατὰ τούτους γίνεταί τις Ἐλιοῦν καλούμενος ὕψιστος. *Eliun*, id eſt, עליון *elion* unum è Dei nomioibus, quod & excelſum ſonat. Dei *Eliun* uxor eſt Βηρουθ, id eſt, ברית *Beruth Dea*, de qua Jud. 8: 33. Hinc Pœni *Alonim valonuth* Deos & Deas. Vide Plauti Pœnulum. Et quod ibidem narratur ille Deus *Eliun* genuiſſe cœlum & terram, ſumptum ex verbis Moſis Geneſ. 14: 19,22. אל עליון קנה שמים וארץ, *Deus Elion genitor cœli & terræ*. Nam קנה etiam generare eſt apud LXX Interpretes. Sic Zach. 13: 5. הקנני ἐγέννησέ με. Et ſic omnino verti debuit Gen. 4: 1. קניתי *genui virum à Domino*, & Prov. 8: 22. *Dominus* קנני *genuit me in initio viæ ſuæ*, id eſt, ab æterno. Agitur enim eo loco de æterna generatione Filii.

Addit cœli filiorum primum fuiſſe Ἶλον τὸν καὶ Κρόνον. Nempe Ἶλος, id eſt, אל *el* Deus fortis, erat Saturnus. Phœnices אל *el* ſcripſiſſe docent hæc Damaſcii apud Phot. authore CCXLII. Φοίνικες καὶ Σύροι τὸν Κρόνον Ἢλ καὶ Βὴλ καὶ Βολάθην ἐπονομάζουσιν, *Phœnices & Syri Saturnum El & Bel & Bolathen nominant.*

Sequitur: καὶ Δαγὼν, ὅς ἐστι Σίτων, & infra ὁ δὲ Δαγὼν ἐπειδὴ εὗρε σῖτον καὶ ἄροτρον, ἐκλήθη Ζεὺς ἀρότριος. Nempe nomine *Dagon* putavit alludi ad דגן *dagan*, id eſt, frumentum. Deus ille Dagon ex Sacris Scriptoribus eſt notiſſimus.

Ibid. Οἱ δὲ σύμμαχοι Ἴλου τοῦ Κρόνου Ἐλωεὶμ ἐπεκλήθησαν, ὡς ἂν Κρόνιοι, *commilitones* אל *el*, vel אלוה *eloah*, id eſt, *Saturni* אלהים *elohim dicebantur*, *quaſi Saturnios dixeris*. Imò Elohim Deum ſonat vel Deos etiam & Angelos & Judices. Nam terminatio eſt pluralis, adeòque & ſignificatio, niſi cùm uni vero Deo tribuitur.

Sequitur: ἐπενόησε θεὸς Οὐρανὸς Βαιτύλια, λίθους ἐμψύχους μηχανησάμενος, *excogitavit Deus Uranus*, (id eſt, cœlum) *Bætylia*, *cum fabricaſſet lapides animatos*. Itane verò? *lapides animatos?*

O rem ridiculam Cato & jocoſam!

Scripſerat, credo, Sanchoniathon אבנים נשפים *lapides unctos*, à radice שוף in ungendi notione apud Syros uſitata. Sed פ & ש tranſpoſitis pro נשפים ſcriptum נפשים. Uode factum ut lapides uncti mutarentur in animatos. Quod tamen deinceps creditum, diabolo fortè illos movente, & plebis credulitati ſuis præſtigiis illudente. Da-
Apud Phot. pag. 1062. maſcius ſcriptor Ethnicus valde ſuperſtitioſus Ju-
Pag. 1063. ſtiniani ævo: εἶδον τὸν Βαίτυλον διὰ τοῦ ἀέρος κινούμενον, *vidi Bætylum* lapidem *in aëre motum*. Ibidem dicit Iſidorus Philoſophus εἶναί τινα δαίμονα τὸν κινοῦντα αὐτὸν, *aliquem eſſe dæmonem à quo movetur*.

Tamen verum eſt quod dixi à Sanchoniathone *Bætylia* vocari lapides unctos. Quod factum exemplo Jacobi, qui Gen. 28: 18. lapidem quem habuerat pro cervicali legitur in titulum erexiſſe, & effudiſſe oleum in ſummitatem ejus, & locum vocaſſe *Bethel*. Atque id ſe ratum habere Deus docuit his verbis: *Ego ſum Deus Bethel, ubi unxiſti lapidem* Gen. 31: 13. Phœnices igi- Vide Scal. in Euſeb. pag. 193.
tur hoc imitati pravâ quâdam κακοζηλίᾳ, primò illum ipſum lapidem coluerunt quem unxerat Patriarcha. Judæi ſaltem ita referunt: אף על פי שהיתה מצבה אהובה לפני המקום בימי האבות אחריכן שנאה מפני שעשוה כנענין לחוק לעבודה זרה. *Quanquam ille cippus amatus fuit à Deo temporibus Patriarcharum, poſtea tamen odit eum, propterea quod Chananæi deduxerunt illum in ritum idololatriæ.* Quin & alios lapides eodem ritu unxerunt, & conſecrarunt, quos Bætylia & Bætylos nominarunt io memoriam lapidis Bethele erecti. Etymologus nullo ſenſu Βαίτυλος: Λίβανον τὸ ὄρος τῆς Ἰλίου πόλεως. Sed ſupplendum ex Phavorino: Βαίτυλος, λίθος γενόμενος κατὰ τὸν Λίβανον, &c. Et utrobique pro Ἰλίου πόλεως ſcribendum Ἡλίου πόλεως.
Photius ex Damaſcio: Κατὰ τὴν Ἡλιούπολιν Συρίας, Pag. 1047.
εἰς ὄρος τὸ τοῦ Λιβάνου τὸν Ἀσκληπιόδοτον ἀνελθεῖν φησὶ καὶ ἰδεῖν πολλοὺς τῶν λεγομένων Βαιτυλίων ἢ Βαιτύλων περὶ ὧν μυρία τερατολογεῖ. *Juxta Helioþolim Syriæ Aſclepiadem in Libani montem aſcendiſſe, & vidiſſe multa Bætylia vel Bætylos quos vocant, de quibus multa mi-
racula narrat.* Idem refert: τῶν δὲ Βαιτύλων ἄλλον Pag. 1063.
ἄλλῳ ἀνακεῖσθαι θεῷ Κρόνῳ Διὶ, Ἡλίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις, ubi abſurdè interpres, licet cætera Vir doctus, *Bætulorum alium aliis incumbere*. Reddendum *alium alii Deo conſecratum eſſe, Saturno puta, Jovi, Soli & aliis*. Quin idem oomen inditum illi lapidi quem Saturnus voraſſe fiogitur. Heſychius: Βαίτυλος, οὕτως ἐκαλεῖτο ὁ δοθεὶς λίθος τῷ Κρόνῳ, ἀντὶ Διὸς, *Bætylus, ita vocabatur lapis Saturno pro Jove datus*. Etymologus; Βαίτυλος δὲ ἐκλήθη ὁ λίθος ὃ ἀντὶ Διὸς ὁ Κρόνος κατέπιεν, εἴρηται δὲ ὅτι ἡ Ῥέα βαίτῃ αὐτὸν σπαργανώσασα τῷ Κρόνῳ δέδωκε. Βαίτη δὲ σημαίνει τὴν διφθέραν, παρὰ τὸ βαίτη βαίτυλος. Summa eſt: Bætylum vel Bætelum dici lapidem quem deglutiit Saturnus, quia Rhea illum pelle obvolverat quæ Græcè dicitur βαίτη. Ad has ineptias coguntur deſcendere Græcorum Grammatici, cùm meliora non ſuecurrant. Idem lapis vocatur *Abdir*, *Abadir*, *Abaddir*. Priſcianus lib. 5. *Abdir genus lapidis*. Et lib. 5. *Abadir Deus eſt. Dicitur & hoc nomine lapis ille quem Saturnus dicitur devoraſſe pro Jove, quem Græci* Βαίτυλον *vocant*. Et lib. 6. *Abdir quoque & Abaddir ὁ βαίτυλος hujus Abaddiris.* Abaddir אב אדיר Hebraicè eſt pater magnificus, cujus nominis Punicos Deos memorat Auguſtinus epiſtolâ 44. Sed fallor aut *Abdir* vel *Abaddir*, cùm pro lapide ſumitur, corruptum ex Phœnicio אבן דיר *eben dir* vel *aban dir* lapis ſphæ-
ricus. Talis enim Bætyli forma. Damaſcius ubi Pag. 1064.
ſuprà: σφαῖραν δὲ πυρὸς ὕψωθεν καταθοροῦσαν ἐξαίφνης ἰδεῖν, *vidiſſe globum ignis cælitus cum impetu deorſum ruentem*. Et paulò poſt: αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὴν σφαῖραν δραμεῖν ἤδη τοῦ πυρὸς ἀποσβεννυμένου καὶ καταλαβεῖν αὐτὴν οὖσαν τὸν Βαίτυλον, *ipſum autem igne extincto ad globum cucurriſſe, qui Bætylus erat, quem accepit*. Sequitur non multò pòſt accurata Bætyli deſcriptio: σφαῖρα μὲν ἀκριβῶς ἐτύγχανεν ὤν, ὑπόλευκος δὲ τὸ χρῶμα, σπιθαμιαία δὲ τὴν διάμετρον κατὰ μέγεθος, ἀλλ' ἐνίοτε μείζων ἐγίνετο καὶ ἐλάττων, καὶ πορφυροειδὴς ἄλλοτε. *Globus quidem erat exactus & rotundus, colore ſubcandido, diametro longus palmo, ſed interdum major, interdum minor apparebat, nonnunquam etiam purpureus.* Proinde etiam in cerauniis gemmis bætuli vocantur quæ rotundæ ſuot. Plinius ex Sotaco lib. 37. cap. 9. *Per illas quæ nigræ ſunt & rotundæ urbes expugnari & claſſes, eaſque bætulos vocari.* *Dir* rotundum exponimus, non ſolùm ex Arabiſmo, ſed & ex Hebræa lingua quâ דור *dur* pilam ſignificat, & דר *dor* margaritam, ut alibi probavi multis.

In ſequentibus Saturni filius Ζεὺς Βῆλος, *Jupiter Belus* ſeu בעל *Baal*. cujus nominis Dii plures in Phœnicibus. Alibi ſcribitur Βεὲλ, ut Βεελσάμην Deus cœli. Fœmininum eſt Βααλτὶς Hebr. בעלת:

Ἐπὶ τῶν

Digitized by Google

κ' ὕστερον, inquit idem, ὁ Κρόνος Βύβλον μὲν τὴν πόλιν Θεᾷ Βααλτίδι τῇ καὶ Διώνῃ δίδωσι, *interea Saturnus Byblum urbem Deæ Baaltidi quæ & Dione donat*. Beltin ſcribunt Megaſthenes & Abydenus in Euſebio. Philo Dionem eſſe vult, quam Poëtæ faciunt matrem Veneris. Tamen juxta Sanchoniathonem Aſtartes ſeu Veneris ſoror non mater fuit Baaltis.

Paulò pòſt: ἀπὸ δὲ τοῦ πόντου γίνεται Σιδὼν ἣ καθ' ὑπερβολὴν εὐφωνίας πρώτη ὕμνον ᾠδῆς εὗρε. *Ex ponto autem naſcitur Sidon, quæ propter canora vocis præſtantiam hymnum odes prima reperit.* An illa Sidonem condidit? Nihil tale memorat Sanchoniathon. Et Sidonis originem aliò refert Moſes Gen. 10: 15. Itaque conjicio Sidonem hoc loco aliter ſcribi, nempe per ש non per צ, & illud muſicæ genus cujus Sidon inventrix Hebraicè dici שדה *ſidda* & שדות *ſiddoth* Eccl. 2: 8.

Μελκαρθος ὁ καὶ Ἡρακλῆς, *Melcarthus qui & Hercules*, quod ſtatim ſequitur, docet Herculis Phœnicium nomen eſſe *Melcarthum* ſeu מלך קרתא *Melec cartha* Regem urbis ſupp. Tyri. Ita etiam Amathuſii, quorum origo erat Phœnicia, Herculem Μάλικα vocabant, id eſt, Regem, ut author eſt Heſychius. Et eidem Παλαίμων ὁ Ἡρακλῆς, *Palæmon eſt Hercules*. Palæmon, inquam, cujus aliud nomen eſt Μελικέρτης *Melicerta*. Et Carteiæ urbis ad Columnas, quam Græci Heracleam appellabant, ut ex Strabone conſtat, nomen contractum ex Melicarteia ut ſuprà docuimus. Plura vide de hoc argumento in Fulleri Miſcellaneis lib. 3. cap. 17.

Ibidem cœli filia Aſtarte ἐπέθηκε τῇ ἰδίᾳ κεφαλῇ βασιλείας παράσημον κεφαλὴν ταύρου, *capiti impoſuit regni inſignia caput tauri*. Aſtarte Syris עשתרתא *Aſtarta*, Hebræis עשתורת *Aſtoret*. 1 Reg. 11: 5, 33. Hinc plurale עשתרות *aſtaroth* greges. Sic Deut. 7: 13. עשתרות צאנך *Greges ovium tuarum*. Ita explicant Hebræi omnes, & volunt idolum Aſtartes habuiſſe figuram ovis. Ego vocem עשתרות *aſtaroth* credo patuiſſe latiùs, & tam armenta boum quàm greges ovium ſignificaſſe. Certè Deut. 7: 13. Chaldæus עשתרות reddit עדרי & Arabs קמאריע, quę ad armenta & greges communia ſunt vocabula. Sic Joel. 1: 18. armenta boum ſunt הדרי בקר & greges ovium עדרי הצאן. Et Gen. 32: 16. Arabicum קמעה tam dicitur de camelorum, & aſinorum, & boum armentis quàm de ovium & caprarum gregibus. Et μῆλα Gręcis non ſolùm oves ſonat, ſed & quodvis quadrupes, ut ex Homero & Pindaro probat Pindari Scholiaſtes in Pyth. 4. Itaque in nomine *Aſtartes* cùm tam lateat bovis quàm ovis ſignificatio, intelligis quorſum pro regni inſignibus capiti dicatur impoſuiſſe tauri caput, id eſt, genus ſtemmatis in taurinum caput effictum. Quo habitu à Sanchoniathone deſcribitur περινοστοῦσα τὴν οἰκουμένην, *terram univerſam peragrans*. Ut videatur eſſe Græcorum Io, quę in bovem mutata fingitur varias luſtraſſe terras. Hûc facit quod in Euripidis Phœniſſis Thebani & Phœnices Ionem pro communi matre agnoſcunt;

> Κοινὸν αἷμα, κοινὰ τέκνα
> Τῆς κερασφόρου πέφυκε Ἰοῦς.

Tamen hîc Venerem explicat: τὴν δὲ Ἀστάρτην Φοίνικες τὴν Ἀφροδίτην εἶναι λέγουσι. Quomodo etiam Cicero de natura Deorum lib. 3. *Quarta Venus Syria Tyroque concepta, quæ Aſtarte vocatur, quam Adonidi nupſiſſe traditum eſt*. Et Suidas: Ἀστάρτη ἡ παρ' Ἕλλησιν Ἀφροδίτη λεγομένη.

Ibid. de Aſtarte habetur res planè ridicula: εὗρεν ἀεροπετῆ ἀστέρα ὃν καὶ ἀνελομένη, ἐν Τύρῳ τῇ ἁγίᾳ νήσῳ ἀφιέρωσε, *reperit ſtellam ex aëre delapſam* (alii ἀεροπέτην in aëre volantem legunt) *quam interfectam in Tyro ſacra inſula conſecravit*. Quid fingi poteſt abſurdius quàm ut ſtella volans mactetur, & conſecretur? Abſit à me ut putem vel febricitantem hunc hiſtoricum tale quicquam ſomniaſſe. Itaque aliter legendum, nimirum: Εὗρεν ἀεροπέτην vel ἀεροπετῆ ἀστερίαν, ὃν καὶ ἀνελομένη ἐν Τύρῳ τῇ ἁγίᾳ νήσῳ, ταύτην ἀφιέρωσε. *Invenit aſteriam ex aëre delapſam aut in aëre volantem, quâ mactatâ in Tyro ſacra inſula eam conſecravit.* Aſteriam inter Aquilarum genera recenſet Ælianus tanquam ex Ariſtotele: Ἀετῶν δὲ, inquit, τι καὶ γένος ἀκούω, καὶ ὄνομα αὐτῶν χρυσαέτου ἔθεντο, ἄλλοι δὲ ἀστερίαν ἢ αὐτὸν καλοῦσι· ὁρᾶται δὲ οὐ πολλάκις· λέγει δὲ Ἀριστοτέλης αὐτὸν θηρᾶν καὶ νεβροὺς, καὶ λαγὼς, καὶ γεράνους, καὶ χῆνας ἐξ αὐλῆς, μέγιστος δὲ αἰετῶν εἶναι πεπίστευται. *Aquilarum item genus aliquod eſſe audio, quod alii Chryſaëtum, alii ASTERIAN appellant, quod rarò apparet; dicit autem Ariſtoteles aquilam illam venari hinnulos, leporeſque & grues, atque anſeres ex corte. Aquilarum autem creditur eſſe maxima.* Aquilæ porro ſanguine conſecratam fuiſſe inſulam in qua Tyrus urbs condita, etiam in Nonno lego, Dionyſiacorum libro quadrageſimo, ubi vaticinatur Hercules urbem in medio mari condendam quo loco reperietur inter rupes fluctivagas aquila oleæ ramis inſidens, quam Neptuno mactare jubet, ut rupes hactenus vagæ (ita enim fabulatur) aquilæ ſanguine conſecratæ ſiſtantur, & in mari radices figant. Oraculi verba ſic habent:

> Δυσπετέων κενεῶνι χαράξατε νῶτα θαλάσσης,
> Εἰσόκε χῶρον ἵκοισθε μεμορμένον, ἧχι διοσσαὶ
> Ἀστάθεες πλώουσιν ἁλήμονες εἰν ἁλὶ πέτραι,
> Ἃς φύσις ἀμβροσίας ἐπεφήμισεν, αἷς ἔπι θάλλει
> Ἥλικος αὐτόρριζον ὁμόζυγον ἔρνος ἐλαίης
> Πέτρης ὑγροπόροιο μεσόμφαλον, ἀκροτάτοις δὲ
> Αἰετὸν ἀθρήσειτε παρεδρήσσοντα κορύμβοις.
> *Æquoris inde vias curvâ ſulcate carinâ,*
> *Dum locus occurrat quem vobis fata reſervant,*
> *Inſtabili gemina rupes ubi calle vagantur*
> *Ambroſia, natura ingens opus; in quibus altis*
> *Arbor Palladia radicibus hæret oliva,*
> *Fluctivaga umbroſo petræ juga vertice opacans;*
> *Et ſummis aquila in ramis immota ſedebit.*

Et paulò pòſt:

> Αἰετὸν ὑψιπέτην ἱερεύσατε Κυανοχαίτῃ
> Λύτρον ἐπισπένδοντες ἁλιπλανέεσσι κολώναις,
> Καὶ Διὶ, καὶ μακάρεσσι, καὶ ἄστατος ὕδατι πέτρη
> Πλάζεται ὑγροφόρητος.
> *Cæruleo altivolam Regi mactate volucrem,*
> *Mobilibuſque ſolo effuſum libate cruorem*
> *Rupibus, atque Jovi & Diis omnibus, ut vaga ceſſent*
> *Saxa mari ſtintare.*

Hactenus Oraculum, cujus complementum refert his verbis poſt aliquot verſus:

> Αἰετὸν αὐτοκέλευθον ἐδαιτρεύσαντο μαχαίρῃ
> Ζηνὶ καὶ Ὑγρομέδοντι· δαϊζομένη δὲ σιδήρῳ
> Ἔμφρονος οἰωνοῖο νεοσφαγέων ἀπὸ λαιμῶν
> Θέσκελον ἔρρεεν αἷμα, θαλασσοπόρους δὲ κολώνας
> Δαιμονίαις λιβάδεσσιν ἐπερρίζωσε θαλάσσῃ
> Ἄγχι Τύρου.
> *Sponte volantem aquilam mucrone in guttur adacto,*
> *Neptuno regique Jovi mactare Gigantes*
> *Aggreſſi, ſectaque gula de vulnere ſanguis*
> *Purpuream fœdavit humum, ſteteruntque vetuſta*
> *Juncta Tyro, quæ ſaxa ſacri liquor imbuit ater*
> *Sanguinis.*

Porrò fabulam hanc niti puto alluſione nominis נשר *neſar* vel נשרא *neſra*, id eſt, aquila ad Syrum נשרר *miſarar*, id eſt, firmabit, ſtabiliet Sic 1 Cor. 1: 8. נשררכון *miſararcon* βεβαιώσει ὑμᾶς fir-

firmabit vos. Ideò inquam aquilæ ſanguini tribuitur virtus firmandi & ſiſtendi rupes anteà in mari vagas. Scio magnum Scaligerum ἀεροπέτη ἀστέρα, de quo hic Sanchoniathon, referre ad aſtrum Veneris. Sed eam interpretationem authoris verba haudquaquam ferunt, ut patebit legenti locum.

Sequitur Saturnum unum è filiis Μὼθ *Muth* nomine mortuum conſecraſſe, quem Θάνατον καὶ Πλούτωνα Φοίνικες ὀνομάζουσι, *mortem & Plutonem Phœnices nominant.* Vult מות *Muth*, id eſt, mortis nomine, Plutonem intelligi. מות *muth* mortem ſignificat etiam apud Hebræos Pſal. 48: 15. Deducet nos אל מות *al muth* ad mortem. Alibi legitur *maveth*, & in regimine *moth.* Idem in Stephano Motho, ſed Arabicè ex Uranio*. Μωθὼ, κώμη Ἀραβίας, ἐν ᾗ ἔθανεν Ἀντίγονος ὁ Μακεδὼν ὑπὸ Ῥαβίλου τοῦ βασιλέως τῶν Ἀραβίων, ὡς Οὐράνιος ἐν πέμπτῳ, ὅ ἐστι τῇ Ἀράβων φωνῇ, τόπος θανάτου. *Motho pagus Arabiæ in quo obiit Antigonus Macedo cæſus à Rabilo Rege Arabum, ut Uranius libro quinto, id eſt, Arabicâ linguâ locus mortis.* Imò mors. Hodiè ſcribitur מותה *mautha.* Hinc igitur *Muth* Plutonis nomen, qui in Cabirorum myſteriis dicebatur Axiokerſes ab imperio mortis, ut ſuprà docuimus.

* Vide de hoc loco in Phaleg lib. 2 cap. 17. Col. 122. lin. 20.

Addit pro regni inſignibus Saturno dediſſe Taautum quatuor oculos, quorum duo aperti & duo clauſi, quia Saturnus κοιμώμενος ἔβλεπε, καὶ ἐγρηγορὼς ἐκοιμᾶτο, *dormiens videbat, & vigilans dormiebat.* Ita de ſe ipſo Balaam Num. 24: 4. *Qui cadit* (ut ſomno victus) *& aperto eſt oculo.* Et ſponſa Cant. 5: 2. *Ego dormio & cor meum vigilat.*

Paulo infrà: *Hæc primi omnium ſcriptis mandarunt Cabiri ſeptem filii Sydec*, id eſt, Jovis, καὶ ὄγδοος αὐτῶν ἀδελφὸς Ἀσκληπιὸς, *& octavus illorum frater Æſculapius.* Qui hoc nomine à Phœnicibus *Eſmunus*, id eſt, octavus, appellabatur. Damaſcius apud Photium: Ὁ ἐν Βηρυτῷ Ἀσκληπιὸς οὐκ ἔστιν Ἕλλην, οὐδὲ Αἰγύπτιος, ἀλλά τις ἐπιχώριος Φοίνιξ. Σαδύκῳ γὰρ ἐγένοντο παῖδες οὓς Διοσκούρους ἑρμηνεύουσι καὶ Καβείρους. Ὄγδοος δὲ ἐγένετο ἐπὶ τούτοις ὁ Ἔσμουνος ὃν Ἀσκληπιὸν ἑρμηνεύουσιν. Et rurſus: Ἔσμουνον ὑπὸ Φοινίκων ὀνομαζόμενον ἐπὶ τῇ θέρμῃ τῆς ζωῆς. οἱ δὲ τὸν Ἔσμουνον ὄγδοον ἀξιοῦσιν ἑρμηνεύειν. Quæ vera eſt interpretatio: nam Ἔσμουνος Phœnicibus id ipſum quod Hebræis השמיני *Haſſemini.* Altera quæ Eſmunum dici vult à calore vitæ eſt prorſus commentitia. In capite de Punicis herbarum nominibus docebimus cur ab Eſmuno ſeu Æſculapio ſolanum dicatur ἀσριομουνὶ, id eſt, חציר השמני.

Quod ſequitur de Χνᾶ τοῦ πρώτου μετονομασθέντος Φοίνικος, docet nomen כנען *Chanaanis* Phœnicum patris non fuiſſe Ethnicis ignotum. Tale eſt quod in Stephano *Chna* nomen eſt vetus Phœnices: Χνᾶ, inquit, οὕτως ἡ Φοινίκη ἐκαλεῖτο. Item: τὸ ἐθνικὸν ταύτης Χνᾶος. Hinc Africani ruſtici circa Carthaginem interrogati quinam eſſent, reſpondebant *Chanani*, teſte Auguſtino. כנעני eſt Chananæus.

His ex Sanchoniathonis Theologicis ſubjungit Euſebius Porphyrii locum ex libro περὶ Ἰουδαίων, in quo idem ille Saturnus qui poſt obitum in planetam conſecratus eſt, à Phœnicibus vocari dicitur *Iſrael.* Verba ſunt: Κρόνος τοίνυν, ὃν οἱ Φοίνικες Ἰσραὴλ προσαγορεύουσι, βασιλεύων τῆς χώρας, καὶ ὕστερον μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν εἰς τὸν τοῦ Κρόνου ἀστέρα καθιερωθείς.

Saturnus idem ibi narratur ex nympha indigena Ἀνωβρὲτ nomine filium unigenitum ὃν διὰ τοῦτο Ἰεοὺδ ἐκάλουν, τοῦ μονογενοῦς οὕτως ἔτι καὶ νῦν καλουμένου παρὰ τοῖς Φοίνιξι, *quem propterea Jeud vocabant, cùm hodiéque unigenitus à Phœnicibus ita appelletur. Jeud* Hebræis eſt יחיד *Jehid*, Iſaaci epithetum, Geneſ. 22: 2. de quo etiam agi apparet. Addit enim Porphyrius unigenitum à patre fuiſſe immolatum. Et apud Sanchoniathonem idem ille Saturnus qui τὸν ἑαυτοῦ μονογενῆ υἱὸν ὁλοκαρποῖ, *filium ſuum unigenitum in holocauſtum offert* καὶ τὰ αἰδοῖα περιτέμνεται, ταυτὸ ποιῆσαι καὶ τοὺς ἅμ' αὐτῷ συμμάχους καταναγκάσας, *etiam pudenda circumciditur, & commilitones ſuos eò adigit ut idem præſtent.* Proinde Saturnus ille idem qui Abrahamus, quem ex נשיא אלהים *principe Dei*, Gen. 23: 6. Chananæi fecerunt principem Deum: & Iſraëlem appellarunt illius populi nomine, qui ortus eſt ab Abrahamo, & conſecrarunt ei feriam ſeptimam, id eſt, diem Sabbathi quæ apud Judæos erat ſacra, & filios ipſi immolarunt pravâ quâdam κακοζηλίᾳ, quâ Abrahamum imitarentur. Proinde cùm Deus Abrahami fidem & obſequium abundè expertus, illum à filii mactatione prohibuerit; Saturnum tamen Sanchoniathon & Porphyrius referunt filium ſuum verè mactaſſe. Nempe ita credi voluit Diabolus, ut res cederet in exemplum. *Anobret* vel חן־עברת *Ann-oberet*, id eſt, *ex gratia concipiens*, rectè appellatur Sara, quæ *cùm eſſet ſterilis, virtutem in conceptionem ſeminis accepit, etiam præter tempus ætatis, quoniam fidelem credidit eſſe eum, qui promiſerat*, Hebr. 11: 11.

CAPUT III.

Phœnicia ex Herodoto.

Patæci Dii Phœnicum Herodoto in prora, Heſychio in puppi navium, ubi tutelæ locus. Ἐπίσημον quidem vel παράσημον in prora. Sed aliud eſt tutela. Patæcos dici vult Scaliger à פתח *pittheach*, quod ſculpere eſt: quidni potiùs a בטח *batach* fidere, ſecurum eſſe, B & P ut paſſim permutatis, quia navi credebantur præſtare ſecuritatem. Κιννάμωμον vel κίνναμον potiùs Phœnicia vox קנמן. Quod de Phœnicibus Herodotus ſcripſerat, Plinius transfert ad Phœnicem avem. Avium nidis decuti fabulantur, quia cinnamum alludit ad קנים *kinnim*, id eſt, nidos. *Caſſia* etiam, & *canna*, & *myrrha*, & λίβανος & χαλβάνη, & *aloe*, & *bdellium*, & *nardus*, & *cyprus*, & κίνναμον Phœnicia habent nomina quæ in Scriptura leguntur. Tria murium genera in Africa, ex Herodoto, Ariſtotele, Theophraſto & Æliano. Ælianus ex Ariſtotele correctus, & Ariſtoteles ex Herodoto. Mures ζεγέριες *zegeries* Libybus, id eſt, βουνοὶ colles, inquit Herodotus. Imo βουνίους ex βουνίου. Id herbæ genus quod Punicè dicitur *zigar*, unde *zegeri* & *zegeries.* Mus buninus ut mus napelli. Buninum aliter ἀρνουνὶν tanquam ab ἀρνίον. Ἄρουρος vel ἀρουραῖος idem qui mus *zegeris*, Gall. *oriquet*, inter muſtelas & mures dubium genus in Palæſtina frequens.

Herodotus lib. 3. Vulcani ſtatuam deſcribens quæ erat Memphi: Ἔστι, inquit, τοῦ Ἡφαίστου τὤγαλμα τοῖσι Φοινικηΐοισι Παταΐκοισι ἐμφερέστατον, τοὺς οἱ Φοίνικες ἐν τῇσι πρῴρῃσι τῶν τριηρέων περιάγουσι. Ὃς δὲ τούτους μὴ ὄπωπε, ἐγὼ δὲ οἱ σημανέω, πυγμαίου ἀνδρὸς μίμησίς ἐστι. *Eſt Vulcani ſtatua Phœnicius Patæcis ſimillima, quos in triremium proris Phœnices circumferunt. Hos autem ſi quis non vidit, ego ſic ei indicabo: Eſt imago viri Pygmæi.* Heſychius; Πάταικοι, θεοὶ Φοίνικες οὓς ἱδρῦσι κατὰ τὰς πρύμνας τῶν νεῶν, *Patæci, Dii Phœnices quos ſtatuunt ad puppes navium.* Suidas; Πάτταικοι θεοὶ οἱ Πάτταικοι Φοινικικοὶ ἐν ταῖς πρύμναις ἱδρυμένοι, *Pattæci Dii, Phœnicii Pattæci in puppibus collocati.* In prora ſcripſerat Herodotus; Heſychius & Suidas in puppi malunt, quia tutelæ locus apud Græcos & Romanos erat in puppe navis. Perſius Sat. 6.

Ingentes de puppe Dii.

Ubi Gloſſa vetus: *Navium tutelam dicit, quam in puppibus habent vel pingunt.* Ideo puppes coronabant, quia ibi erat navigii lararium & ſacrarium. Virg. 1. Georg. & 4. Æneid.

Puppibus & læti nautæ impoſuêre coronas.

Vide Turneb. lib. 19. cap. 2. Strab. l. 3.

In Strabone quidem legitur Phœnicias naves circa Gades ἵππους *equos* vocari, ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς πρῴραις ἐπισήμων à proræ inſignibus. Sed aliud tutela, aliud ἐπίσημον vel παράσημον, id eſt, inſigne navis, de quo Lucas

Lucas Act. 28: 11. Illius locus perpetuus in puppe, hujus in prora ſuit. Quod pridem obſervavit magnus Scaliger; ut & Patæcos dici à verbo פתח *patach*, quod in *Piel* eſt inſculpere; unde פתחים ſculpturæ. Exod. 28: 11. & paſſim. Quid ſi Patæcos Phœnices per B ſcripſerint, voce facta à בטח *batah* confidere, ſecurum eſſe. Unde בטח nomen eſt ἀσφάλεια ſecuritas; & ab Hebræis ut vulgo תיור, ita & ſepe בטחון appellantur literæ ſecuritatis publicæ quæ præſtantur iter facientibus. Barbari vocant *ſalvum conductum*. Itaque tutela navis non aliunde potuit commodius ſortiri nomen. Nec ullum momentum eſt in permutatione literarum B & P, cùm eâ nil ſit frequentius. Ita ferrum dicitur ברזל & פרזל, Piſtacium בסתק & פסתק, menſis *Epiphi* Hebr. אביב *abib*, ſirupum Arab. eſt שראב *ſerab*. Talia πολλά.

Idem Herodotus eodem libro de cinnamomo ſic habet: Ὄρνιθας δὲ λέγουσι μεγάλας φορέειν ταῦτα τὰ κάρφεα τὰ ἡμεῖς ἀπὸ Φοινίκων μαθόντες κιννάμωμον καλέομεν; *magnas aves aiunt has afferre fiſtucas, quas nos à Phœnicibus edocti cinnamomum appellamus*. Melius per duplex N quàm per ſimplex in Suida & Etymologo, qui hunc ipſum locum citant. At in Plinio, Solino, Statio, aliis maximè probo cinnamum, id eſt, κίναμον. Quæ eſt Phœnicum vox

Ex. 30: 23. Cant. 4: 14. Prov. 7: 17. Pl. l. 12. c. 19. ipſiſſima קנמון *cinnamon* quâ utuntur Moſes & Solomon. Ridiculè Plinius ad Phœnicem avem id refert quod de populis Phœnicibus ſcripſerat Herodotus: *Cinnamomum*, inquit, *& caſias fabuloſa narravit antiquitas, princepſque Herodotus, avium nidis, & privatim Phœnicis, in quo ſitu Liber pater educatus eſt, ex inviis rupibus arboribuſque decuti*. Interim hoc notandum fabulam de nidis avium, unde cinnamum decutiatur, quam poſt Herodo-

Ariſt. hiſt. anim. l. 9. c. 13. Antig. c. 49. tum referunt Ariſtoteles, Antigonus Caryſtius, Plinius, Solinus, alii, totam niti alluſione vocum. Phœnicibus, ut jam diximus, קנמון *kinnamon* eſt cinnamomum & קנים *kinnim* nidi, קנן *kinnen* nidificare. Inde occaſio fabulæ.

De cetero non cinnamum ſolum, ſed & reliqua aromata Phœniciis nominibus appellari notiſſimum eſt. Exemplo ſint

קציעה *keſiaκασσία* caſſia, Pſal. 45: 9.

קנה *kane* canna ſeu calamus aromaticus, Ezech. 27: 19.

מור *mor* myrrha, Cant. 3: 6. σμύρνα Græcè vulgo, ſed μύῤῥα Æolicè. Unde eſt quod in myrrham arborem mutata fuiſſe fingitur Myrrha Cinyræ filia Regis Phœnicum.

לבנה *lebona* λίβανος, λιβανωτὸς thus, Cant. 4: 14.

חלבנה *chelbena* χαλβάνη galbanum, Exod. 30: 34.

אהלות *ahaloth*, Cant. 4: 14. ἀλόη *aloe* ἀγάλλοχον.

ברלח *bedolach* βδέλλιον *bdellium*, Geneſ. 2: 12.

נרד *nerd* νάρδος nardus, Cant. 1: 12.

כופר *copher* κύπρος cyprus, Cant. 1: 14.

נטף *nataph*, Exod. 30: 34. στακτὴ, alii μέτωπον & μετώπιον. Hæc ex Scriptura ſolùm; ex Hebræorum & Arabum libris addi poſſent multò plura.

Rurſus Herodotus lib. 4. refert in Libya reperiri tria murium genera, διπόδας, ζεγέριας & ἐχῖνας.

Ælian. de animal. l. 15. c. 26. Vide verba Theophr. apud Photium cod. 278. Δίποδας ex Theophraſto Ælianus ita graphicè depingit: Ἐν Αἰγύπτῳ δὲ ἀκούω διπόδας εἶναι μῦς, καὶ μεγίστους μεγέθει φύεσθαι, τοῖς γε μὴν ἐμπροσθίοις ποσὶν ὡς χερσὶ χρῆσθαι, εἶναι γὰρ αὐτοὺς τῶν ὄπισθεν βραχυτέρους. εἶδον τούτους. Λιβυκοί εἰσι. Βαδίζουσι δὲ ὀρθοὶ ἐπὶ τοῖν ποδοῖν, ὅταν δὲ διώκωνται πηδῶσι. *In Ægypto audio bipedes eſſe mures multò maximos, qui pedibus anterioribus tanquam manibus utuntur. Eos eſſe poſterioribus breviores. Tales vidi. Libyci ſunt. Rectè duobus pedibus nitentes graduntur, & aliquo inſequente ſaliunt.* Ibidem *Zegeries* & *Echines* ſic deſcribuntur: Φασὶ δὲ καὶ ἐν Κυρήνῃ μυῶν διάφορα γίνεσθαι γένη οὐ μόνον ταῖς χροιαῖς, ἀλλὰ καὶ ταῖς μορφαῖς, ἐνίους γὰρ αὐτῶν πλατυπροσώπους εἶναι καθάπερ τὰς γαλᾶς; καὶ αὖ πάλιν ἄλλους ἐχινώδεις ὀξείας ἀκάνθας ἔχοντας, οὕσπερ καὶ οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσιν ἐχινάδας. Hæc ille ex Ariſtotelis Mirabilibus, ubi pro ἐχινώδεις legitur rectè omnino ἐχινώδεις; & pro ἐχινάτας ἐχῖνας, ſed reſcribendum ἐχῖνας ex Herodoto. Ut tam Ariſtotelis quàm Æliani mens hæc ſit, inter mures Cyrenaicos, qui tam figurâ quàm colore differunt, quoſdam eſſe muſtelarum inſtar lata facie; hi ſunt *zegeries*. Alios in modum echinorum acutas habere ſpinas quos ideò *echinee* appellant. Hæc nulli non ſunt obvia; non item cur *zegeries* dicantur mures illi πλατυπρόσωποι. De quo verbo ſic Herodotus: τὸ δὲ οὔνομα τοῦτο ἐστὶ μὲν Λιβυκόν, δύναται δὲ κατ' Ἑλλάδα γλῶσσαν βουνοί, *Libycum autem eſt hoc nomen, & Græca lingua ſignificat colles*. In qua interpretatione hoc perabſurdum, quod muris genus vult à collibus nominari. Ecquid enim mures & colles habent inter ſe commune, niſi credatur fabulæ de mure ex partu montium? Proinde pro βουνοὶ lege βουνῖοι *bunini* quod formatum ex βούνιον. Βούνιον *bunium* herbæ genus, quę Punicè dicitur *zigar*, ut ſuo loco docebo ex adjectis ad Dioſcoridem: porrò ex *zigar* factum *zegeri*, cujus plurale Græcum in Herodoto ζεγέριες. Itaque mus *zegeri* idem eſt quod mus *buninus*, ſi verbo datur venia, vel mus bunii; ſive illius plantę eſu aut umbra delectetur. Ut בישמוש *mus napelli* Avicennæ eſt חיואן יסכן פי אצל אלביש מתל אלפארה, *animal muris inſtar ad napelli radicem degens*. Avic. l. 2. c. de napello. Conjecturam hanc multum confirmat quod in Galeno bunium alio nomine ἀρκτικὸν dicitur, nempe ab ἄρκτῳ, id eſt, ab illo muris genere qui Græcè vocatur ἀρκτόμυς, quia figurâ & colore urſum refert. Omnino enim ἀρκτόμυς idem qui mus zegeris, quem deſcribi docuimus muſtelæ inſtar πλατυπρόσωπον. Nonnulli hodiè *cricetum* appellant. Geſnerus accenſet muribus, Agricola muſtelis, quia inter muſtelam & murem dubium eſt genus. Hieronymus in libro ad Suniam & Fretellam ſcribit illorum copiam magnam eſſe in Palęſtina, quâ Libya quibuſdam in locis non multo calidior eſt. Plura vide apud Agricolam & Geſnerum & alios ζωογράφους.

CAPUT IV.

Phœnicia ex Joſepho.

Terra *Chabul* 1 Reg. 9: 13. Joſepho οὐκ ἀρέσκον. Ridicula Hebræorum etyma. כבול idem quod גבול *terminus*, ὅριον ut LXX. reddunt, כ & ג paſſim permutari. Χαβωλὼν, χαβαλὼν, χαβωλὼ Ptolemaidis & Galilææ terminus. Malè legitur Ζαβουλὼν in lib. nom. *Chabul* exponitur *quaſi germen* vel *quaſi gramen*. Hieronymus notatus. Joſephi error multiplex. Nominis Jeruſalem tres etymologiæ ridiculæ, 1. Joſephi. 2. Eupolemi 3. Lyſimachi. Κορβᾶν in Theophraſto unum è peregrinis ſacramentis quæ Tyriorum leges prohibent. Joſephus emendatus. *Corban* donum. Pro magno habitum hoc ſacramentum, Matth. 23: 18. Inde exponi locum Matth. 15: 5. Sacramenta ſimilia in Maimonide, & in Decreto.

Quorſum Tyri Rex Hiramus illum Galilææ tractum, quo Solomon cum remuneratus eſt, 1. Reg. 9: 13. appellaverit ארץ כבול *terram Chabul*, eſt adhuc in incerto. Greci ὅριον terminum reddunt, ac ſi כבול ſit idem quod גבול. Joſephus multò aliter, Antiq. l. 8. c. 2. nempe οὐκ ἀρέσκον *quod non placet*. Verba ſunt: δυσαρεστήσας τῇ δωρεᾷ, πέμψας πρὸς Σολομῶνα μὴ δεῖσθαι τῶν πόλεων ἔλεγεν, καὶ ἔκτοτε προσηγορεύθησαν Χαβαλὼν (lege χαβωλὼν) γῆ. Μεθερμηνευόμενον γὰρ τὸ * χαβαλὼν κατὰ Φοινίκων γλῶτταν οὐκ ἀρέσκον σημαίνει. * lege χαβωλὼν. *Cùm donum Hiramo diſpliceret, renunciari juſſit Solomoni ſibi non opus eſſe iis oppidis. Unde terra Chabulon eſt appellata. Nam juxta Phœnicum linguam, Chabulon ſi interpreteris, id ſignificat quod minus placet.*

כבול *Chabul* Hebræis conſtrictum ſonat, & כבלה *chibbela* talum. Inde Talmudicorum alii tractatu de Sabbatho כבולי *Chabul* dici volunt hanc terram, quod in ea eſſent homines מכובלין בכסף ובזהב *auro & argento conſtricti*. Alii quia pes in eam עד כבלה uſque ad talum immergebatur. Unde Selomo lutoſam, Kimchius & R. Levi arenoſam fuiſſe terram colligunt, quia tam in arenis quam in luto pes ſubſidit & demergitur quaſi: quæ videntur longè petita. Hoc puto decepiſſe pleroſque interpretes, quod cùm legatur 1. Reg. 9: 12. illius tractus oppida Hiramo non placuiſſe, volunt inde petendam rationem nominis כבול *Chabul*: quod tamen addunt de ſuo, cùm nihil tale habeat Sacer Textus.

Itaque omnibus expenſis, mihi maximè arridet Græcorum interpretatio, quibus כבולי *Chabul* idem quod גבול *gebul*, *chaph* & *gimel* permutatis, quod in illis linguis frequens. Hinc ſulphur Hebræis גפרית, Syris & Arab. כובריתא. Meta frumenti Hebr. גדיש, Arab. כדאס: Tiaræ Hebr. מגבעת, Chald. כובעין: Littus Chaldæis גיף & כיף: Foſſa גומצא & כומצא; arca גושפא & כושפא. Eadem planè ratio vocum כבול & גבול. Et rectè vocatur terminus ille tractus quo verſus Ptolemaidem Galilæa finiebatur. Joſephus de Bello Jud. lib. 3. cap. 2. Τῆς μὲν κάτω καλουμένης Γαλιλαίας ἀπὸ Τιβεριάδος μέχρι Χαβυλώνης, ἧς ἐν τοῖς παραλίοις Πτολεμαΐς γείτων τὸ μῆκος ἐκτείνεται. *Inferioris quidem Galilææ longitudo à Tiberiade uſque ad Chabulonem, cui vicina eſt in locis maritimis Ptolemais, protenditur.* Latinus interpres perperam habet uſque ad Zabulon. Sed & in Græcum textum irrepſit idem mendum in his è lib. 1. contra Apionem. Ἀντιδωρήσατο δ' αὐτῷ ὁ Σολομὼν, ἄλλοις τε πολλοῖς, καὶ γῇ κατὰ χώραν τῆς Γαλιλαίας ἐν τῇ Ζαβυλῶνι λεγομένῃ. Legendum ἐν τῇ Χαβυλῶνι. Fuit & in illis ipſis locis vicus ejuſdem nominis. Idem Joſephus in vita ſua: τὴν πορείαν εἰς Χαβωλὼ κώμην Πτολεμαΐδος μεθόριον οὖσαν ἐποιησάμην, *iter feci in vicum Chabolo ſitum in confiniis Ptolemaidis. Chabolo* idem quod *Chabulon*. At pag. ſeq. malè ſcribitur *Chabalo*, cum dicit: παραφυλάσσω γὰρ ἐν Χαβαλὼ Πλακίδον εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἀναβῆναι διάνοιαν ἔχοντα, *in Chabalo enim obſervabo Placidum in animo id habentem, ut in Galilæam aſcendat.*

In locis Hebraicis *Chabol* dicitur eſſe *terminus Aſer*. Et quod me penè fugerat, in libro nominum כבול *Chabul* exponitur *quaſi germen* tanquam voce compoſita; quia בול *bul* Hebræis eſt germen ſeu terræ proventus. Alii *gramen* malunt. Unde eſt quod Hieronymus in Amos cap. 1. tradit viginti urbes in Baſan Tyriis à Davide & Solomone dono datas, Hiramum, *quia graminis plena erant*, ſuſcipere noluiſſe. Ubi mirum Davidi & Solomoni junctim tribui quod diu poſt patris obitum præſtitit ſolus Solomon; & in Baſan trans Jordanem poni oppida vicina Ptolemaidi à viro locorum perito, quique in Judæa diu hæſerat. Taceo quod valde incommodè כבול redditur *quaſi germen*, aut *quaſi gramen*.

Tamen longè gravius Joſephi ἁμάρτημα de nomine Hieroſolymorum: ἱεράσατό τε τῷ Θεῷ πρῶτος, καὶ τὸ ἱερὸν δειμάμενος, Ἱεροσόλυμα τὴν πόλιν προσηγόρευσε Σόλυμα καλουμένην πρότερον. *Sacerdotium Deo primus exhibuit* (Melchiſedech) *& cùm templum ædificaſſet, Hieroſolyma vocavit, urbem quæ prius Solyma dicebatur.* Tot σφάλματα quot verba: Melchiſedecbum aſſerit hominum omnium primum ſacerdotem egiſſe, cùm eum præceſſerit Abel annis circiter bis mille: & regnaſſe Hieroſolymis, cùm ex Scriptura conſtet urbem Salem, in qua regnavit Melchiſedech, fuiſſe in via quâ itur è valle Damaſcena Sodomam: & templum extruxiſſe Deo, qui ante Solomonem nunquam habitaverat in domo. Sed iſta ſunt alterius loci.

De Bello Jud. lib. 7. cap. 18.

Id ſolum hoc loco urgemus, quod Solymorum nomen vult à Rege Chananæo in Hieroſolyma mutatum propter τὸ ἱερὸν, id eſt, templum ibi extructum: ac ſi Græca nomina indiderint Chananæi urbibus à ſe conditis. Errore non abſimili Eupolemus in Euſebio lib. 9. Præpar. ſcribit templum Hieroſolymis à Solomone conditum, cùm ἱερὸν Σολομῶνος anteà vocaretur, ὕστερον παρεφθαρμένως τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, Ἱερουσαλὴμ ὀνομασθῆναι, *tandem etiam ipſam urbem à templo corruptè Jeruſalem eſſe appellatam.* Et vaniſſimus ſcriptor Lyſimachus Alexandrinus Ἱερόσυλα dictam nugatur, eo quod τὰ ἱερὰ συλῶντες καὶ ἐμπρήσαντες, *fanis compilatis atque incenſis* illam Judæi condidiſſent. Quod commentum Joſephus, cùm ex Hebræa lingua refellat libro primo contra Appionem, verbum ἱεροσυλεῖν obſervans ὃ κατὰ τὴν αὐτὴν φωνὴν Ἰουδαῖοι τοῖς Ἕλλησιν ὀνομάζειν, *à Judæis quomodo à Græcis non uſurpari*, non debuit idem ſui immemor ad Græcos fontes revocare nomen Hieroſolymorum. Meritò igitur Hieronymus in epiſtola 126. ad Evagrium: *Salem autem, non ut Joſephus & noſtri omnes arbitrantur, eſſe Hieruſalem nomen ex Græco Hebræoque compoſitum; quod abſurdum eſſe, peregrinæ linguæ mixtura demonſtrat.*

Idem Joſephus ex Theophraſto de legibus: λέγει γὰρ ὅτι κωλύουσιν οἱ Τυρίων νόμοι ξενικοὺς ὅρκους ὀμνύειν, ἐν οἷς μετά τινων ἄλλων καὶ τὸν καλούμενον ὅρκον Κορβᾶν καταριθμεῖ. *Dicit enim Tyriorum legibus prohiberi, ne quis juret peregrina ſacramenta, in quibus cum quibuſdam aliis etiam id juramentum, quod Corban vocatur, recenſet.* Addit hoc juramentum in uſu eſſe apud Judæos; & Κορβᾶν קרבן idem eſſe quod δῶρον Θεοῦ; mallem Θεῷ, id eſt, donum Deo oblatum; quomodo idem alibi: οἱ κορβᾶν αὐτοὺς ὀνομάσαντες τῷ Θεῷ. Nota τῷ Θεῷ, non τοῦ Θεοῦ. Ibidem *Korban* ſimpliciter donum exponit: δῶρον δὲ τοῦτο σημαίνει κατὰ Ἑλλήνων γλῶτταν. Ita etiam Evangeliſtæ Matthæus cap. 15. verſ. 5. & Marcus cap. 7. verſ. 11. Κορβᾶν, ὅ ἐστι δῶρον. Pro magno habitum hoc ſacramentum conſtat ex Chriſti verbis Matth. 23: 18. quibus hanc Phariſæorum δευτέρωσιν arguit: *Quiſquis juraverit per altare nihil eſt; qui autem juraverit* ἐν τῷ δώρῳ τῷ ἐπάνω αὐτοῦ *per donum quod eſt ſuper ipſum, debet. Per donum*, id eſt, *per corban.* Sunt qui inde exponunt locum Matthæi πολυθρύλλητον: *Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri aut matri*, δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, *non honorabit patrem ſuum aut matrem ſuam.* Ac ſic Chriſti verborum hæc ſit mens ex doctrina Phariſæorum, parentibus benefacere non poſſe vel non teneri, quiſquis per korban juraverat ſe illis non profuturum. Rectè ne an ſecus jam non quæro. Tantùm moneo Judæis uſitata fuiſſe hæc ſacramenta. Moſes filius Maimonis tract. de juramento cap. 6. in Miſna: תשבע ראובן ונדר שלא יהנה בשמעון או שלא יהנה בו שמעון. *Juravit Ruben, aut vovit ſe à Simeone aut a ſe Simeonem nullum percepturum emolumentum, ſi pœnitentia ductus conſulat ſapientem, non ſolvitur ſacramenti nexu, niſi præſente Simeone, de quo conceptum eſt hoc votum.* Sic Decreti ſecunda parte cauſâ 27. quæſt. 5. *Inter cætera*; mentio fit cujuſdam Hubaldi, qui juraverat ſe propriam matrem cum fratribus de domo expulſurum, nihilque eis alimoniæ unquam impenſurum. Sed excurro extra oleas.

Lib. 1. cont. Appion.

Antiquit. l. 4. cap. 4.

Matth. 15. 5.

CAPUT V.

Phœnicia quædam ex aliis hiſtoricis Polybio, Livio, Trogo, Strabone, Plutarcho, Solino, Herodiano, Julio Capitolino & Eunapio.

Baleares, Suffetes, Sidon, Ἄρχα & Ἄρκη, *Carthada*. Sol Emeſæ Heliogabalus vel Ἐλαγάβαλος אלה גבל *ela gabal*,

gabal, Deus conditor; Solem eſſe viſibilium omnium conditorem perſuaſum erat Phœnicibus. Ita Jamblichus & Julianus Apoſtata. Sol Ægyptiis δημιουργὸς & κτίστης. *Heliogabalus* non eſt Sol Gabalitarum, ut volunt. Vox Phœnicia, non Græca. Arab. Deus אלגאבל *algiabil*, id eſt, plaſmator. Α'στράρχη in Herodiano pro Α'στάρτη. In Polybio quid ſit κόνος ſpecies mundi muliebris inter ſpolia Novæ Carthaginis. Ab Hebr. כומז *cumaz* vel *comaz* M & N permutatis ut ſæpe. *Cumaz* Exod. 35: 22. & Num. 31: 50. Chaldæis Interpretibus pectoralis faſcia quâ mammæ comprimebantur. Sic Arab. כמז *comz* rei compreſſio ut rotunda fiat. Ibid. *Rhamba* teli genus ex רבה *rbabba*. Ea mutatio frequens. רביו miſſilia ejus, Job. 16: 13. רבב jaculari, Gen 49: 23. M & B permutantur. Cur in Vulgata רבת קשת *juvenis ſagittarius*. Cur qui *Malchus* Phœnicib. Græce dicatur Porphyrius. *Malchus* aut *Melcha* Rex. Tzetzes oratne: *Naarmalcha* fluvius Regis. *Melich* Arab. Rex *Malicha* Reges Nabatæorum. Plutarchus emendatus, Malchus & Jamblichus idem quod Malichas. Ejuſdem vocis multæ flexiones.

IN his vix quicquam habetur quod non fuerit jam explicatum. Ex Polybio, Strabone & Stephano *Baleares* probavimus idem eſſe quod σφενδονήτας, facta voce ex בעל & ירה quaſi dixeris *magiſtros projectionis*. Quâ eâdem phraſi jaculatores dicuntur בעלי חצים *baale chitſim* magiſtri ſagittarum, Gen. 49: 23.

Ex Livio, Feſto & Paulo didicimus *ſuffetes* Carthagine fuiſſe ſummos magiſtratus, ut Hebræis שופטים *ſophetim* Judices, à Moſe uſque ad Saulem.

Ex Trogo piſcem à Phœnicibus צידון *Sidon* vocari, ut piſcationem ציד *Said* à Syris, unde *Bethſaida* domus piſcationis, nomen oppidi ad lacum Tiberiadis.

Ex Plutarcho bovem iiſdem dici ἄλφα & θὼρ, ut Hebraicè אלוף *alluph* & שור *ſhor*, & Syriacè תור *thor*.

Ex Solino & aliis *Carthadam*, vetus nomen Carthaginis, idem eſſe quod *novam urbem*. Syris קרתא חדתא *kartha-hadtha*.

At nondum actum de Sole Emeſæ in Phœnicia culto ſub Heliogabali nomine. Ita plerique ſcribunt; ſed Herodianus Ε'λαιαγάβαλον; Xiphilinus Ε'λεογάβαλον; Inſcriptiones *Alagabalum*; Regia excerpta ex Dione, & ex eodem Zonaras apud Photium Ε'λαγάβαλον: Nummi etiam *Elagabalum*; quæ ſcriptura maximè placet: neque enim aliud *Elagabalus* quàm אלה גבל *elagabal* ὁ θεὸς ὁ πλαστὴς vel ὁ κτίστης, Hebraicè אל היוצר Deus ille qui omnia finxit & condidit, ut à Viro docto obſervatum. Nempe Phœnicum Philoſophis id fuiſſe perſuaſum Solem eſſe viſibilium omnium conditorem & architectum, diſcere eſt ex Jamblichi libro de myſteriis Ægyptiorum cap. 17. Cujus veſtigiis inſiſtens Julianus Apoſtata in oratione de Sole, inter cætera hæc habet: Τὰ μὲν γὰρ τελεσιοῖ τῶν εἰδῶν, τὰ δὲ ἐργάζεται, τὰ δὲ κοσμεῖ, τὰ δὲ ἀνεγείρει, καὶ οὐδὲν ἐστὶν ὃ δίχα τῆς ἀφ' ἡλίου δημιουργικῆς δυνάμεως εἰς φῶς προεισι καὶ γένεσιν: *Formarum enim alias perficit Sol, alias efficit, alias ornat, alias excitat; nec quicquam eſt quod citra Solis vim effectricem in lucem prodeat & generetur.* Item: ἄνθρωπον γὰρ ὑπὸ ἀνθρώπου γεννᾶσθαι φησὶν ὁ Α'ριστοτέλης καὶ ἡλίου; τοῦτο δὴ οὖν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅσα τῶν μερισῶν ἐστι φυσίκων ἔργα, παρὰ τοῦ βασιλέως ἡλίου προσήκει διανοεῖσθαι. *Hominem enim ab homine & Sole generari dicit Ariſtoteles. Idem ergo quod ad alia omnia attinet particularia naturarum effecta, de Rege Sole debet eſſe judicium.* Proinde Solem Ægyptii τὸν δημιουργὸν Univerſi opificem & conditorem apud Porphyrium appellant, & κτίστην τῆς οἰκουμένης in veteri inſcriptione, cujus mentio Ammiani lib. 17. Qui Heliogabalum ex Græca lingua explicant Solem Gabalitarum, ſciant Emiſſenos, apud quos viguit ille cultus, nihil habuiſſe commune cum Gabalitis, & à Veteribus expreſſè tradi Heliogabali nomen Phœnicium eſſe, non Græcum. Herodianus lib. 5. τοῦτον γὰρ οἱ ἐπιχώριοι σέβουσι τῇ Φοινίκων φωνῇ Ε'λαιαγάβαλον καλοῦντες, *Hunc enim colunt Phœnicum lingua Elaagabalum vocantes.* Julius Capitolinus in Macrino: *Heliogabalum Phœnices vocant Solem.* Aurelius Victor junior: *Fuerat Solis ſacerdos, quem Phœnices unde erat Heliogabalum nominant.* Addo אלגאבל *algiabil* plaſmatorem unum eſſe è Dei epithetis inter Arabes.

Herodiani *Aſtroarchen* conſultò prætereo, quia quo loco habetur de Urania; Φοίνικες δὲ Α'στροάρχην ὀνομάζουσι, patet Phœnicium Α'στάρτην deflexum fuiſſe in Græcum Α'στροάρχην; ſive id librarii aut ſcriptoris ipſius imperitiæ tribuatur.

Sed Polybii hiſtoriarum lib. 10. voces duæ ſunt prorſus inexplicabiles, niſi ſperetur aliquod è Punica lingua ſubſidium. Ibi narratur Scipio, nova Carthagine capta, ut obſidum animos munuſculis deliniret, dediſſe ταῖς μὲν παισὶ κόνους καὶ ψέλια, τοῖς δὲ νεανίσκοις ῥάμβας καὶ μαχαίρας, *puellis quidem conos & armillas, adoleſcentibus autem rhambas & gladios.* Κόνους icunculas explicant, id eſt, εἰκόνας. Et ῥάμβας genus pugionis aut enſis propter ſequens μαχαίρας. Alioqui enim hoc vocabulum non occurrit uſpiam. Tantùm in Heſychio ῥαμφὴ eſt κοπίς, μάχαιρα, ut Thracicum verbum ῥομφαία. Sed veriſimile eſt Polybium de Punicis ſpoliis agentem ipſamet Pœnorum verba uſurpaſſe. Tamen apud Phœnices inter ornamenta muliebria nuſquam occurrit κόνος, niſi fortè ſit כומז *comaz* vel *cumaz* M & N permutatis. Solemnis quippe ac uſitata hæc mutatio, inquit Vir magnus in Solinum. Ut *Ocimum* veteres Latini pro *Ocimo* appellaverunt. Sic Παρθένιος & Παρθενώπης mons idem. Μετώπιον & νετώπιον unguentum quoque idem. Recentioribus etiam frequens hæc permutatio *nappam* pro *mappa* dicentibus, *nattam*, pro *matta*, *neſpilum* pro *meſpila*, & ſimilia. Hinc νονὶς apud Palladium pro μονὶς, virgo nempe monialis. Adde in Scriptura *Memphim* ſcribi מוף & נוף Ægyptiacè ſerpentem *moiel* dici pro *noiel* ex Hebr. נחש *naas*, adverſarium שטם *ſatam* & שטן *ſatan*. Quo fortè exemplo כומז Phœnicibus fuit כונז & Polybio κόνος. Porro quid ſit כומז valde incertum. Inter ea quæ pertinent ad mundum muliebrem recenſetur à Moſe, Exod. 35: 22. & Num. 31: 50. Alibi non reperitur. LXX reddunt ἐμπλόκιον & περιδέξιον. Vulg. *dextralia* & *murænulas*, Aben-Ezra *armillas*, Arabs in genere זינה *ornamentum*. Mihi arrident maximè Chaldææ Paraphraſes, quæ reddunt כהוך & מחוכיא vel מעכא מכית תדיהון. Unde Elias rectè concludit ex mente Chaldæorum fuiſſe pectoralem faſciam quâ mulieres mammas ſuas comprimebant ut viderentur formoſiores. Quod verum eſſe colligo ex Arabibus, quibus כמז *comz* (unde כומז *cumaz*) eſt rei laxioris collectio & compreſſio ut rotunda fiat. Ita habent Arabum Lexica. Is eſt faſciæ pectoralis uſus, quâ comprimuntur mammæ, ut in orbem colligantur. Martialis lib. 14. epigr. 134. de faſcia pectorali:

Faſcia creſcentes dominæ compeſce papillas,
Ut ſit quod capiat noſtra tegatque manus.

Græci ταινίαν vocant & στηθόδεσμον vel στηθοδεσμίδα. Vide Pollucem lib. 7. cap. 14. & LXX Interpretes, Jer. 2: 32. & Symmachum, Eſ. 3: 23. & Heſychium in Ταινία. Harum faſciarum uſus a Pœnis, ut docent hæc Auſonii epigr. 92.

Punica turgentes redimibat zona papillas.

Rhamba factum ex רבא *rhabba*, ut *ambubaia* ex אבובא *abuba*, & *Jerombalus* ex ירבבעל *Jerubbaal*, & *lampas lampadis* ex לפיד *lappid*, & *tympanum* ex תפא *tuppa*. רבא *Rhabba* Phœnicibus erat miſſilis genus ut Hebræis רב *rhab*; unde Job. 16: 13.

Digitized by Google

Circumdederunt me רבין (*rhabbau*) *miſſilia ejus*; Septuaginta: ἐκύκλωσάν με λόγχαις. Vulgata: *circumdedit me lanceis ſuis.* At Chaldæus: *converſa ſunt contra me* גררין *ſagitta ejus*: quod ideò magis probo 1. quia ſic cohæret melius cum verbis quæ proximè præcedunt, *ſtatuit me ſibi in ſcopum*, quod proprium ſagittarii. 2. quia רבב verbum eſt jaculari. Sic Gen. 49: 23. ורבו, *& jaculati ſunt, & adverſati ſunt ipſi ſagittarii.* Pſ. 18: 15. *Et miſit ſagittas ſuas, & diſſipavit eos, & fulgura* רב *jaculatus eſt.* Jer. 50:29. *Convocate contra Babylonem* רבים *jaculatores omnes tendentes arcum.* Nempe רבב idem quod רבה: ut שרר idem quod שרה. Porro רבה idem quod רמה M & B permutatis ut in *Merodach* & *Berodach*, *Meccha* & *Beccha*, βάσανος coticula ex Arabico מסן *maſan*, *&c.* Hinc Gen. 21: 20. de Iſmaële ויהי רבה קשת *& fuit ſagittarius*, ut rectè LXX ἐγένετο δὲ τοξότης. Ut רבה ſit idem quod רמה. Itaque Arabs per M habet ראמיא באלקוס: at Onkelos per B רבי בקשתא, & Jonathan רבי קשיתא: Vulgata *factus eſt juvenis ſagittarius*, quia רבי Chaldæis eſt puer vel adoleſcens.

Unum addo ex Eunapio in vita Porphyrii: Μάλχος ἐκαλεῖτο τὰ πρῶτα, τοῦτο δὲ δύναται βασιλέα λέγειν, *Malchus primum appellabatur, quod Regem ſonat.* Tyriorum ſcilicet linguâ; Tyrius enim erat Porphyrius. Hinc de eodem Suidas: Πορφύριος ὁ κατὰ Χριστιανῶν γράψας, κυρίως ἐκαλεῖτο Βασιλεύς; Τύριος φιλόσοφος. Βασιλεύς, id eſt, *Malchus*: id Porphyrii nomine Græci utcunque expreſſerunt, quia purpura Regum olim erat propria. Ex Tzetzis definitione vox eadem Syra & Hebræa eſt. Verba ſunt Chil. 9. hiſt. 285.

Τῇ Σύρων καὶ Ἑβραίων δὲ κυρίως διαλέκτῳ
Μαλχαὶ δηλοῖ βασιλεύσαντα, ὁ μάλχος βασιλέα.

Fallitur: *Malcha* Syris tam Regem quàm Reginam ſonat: Regem ſcilicet in ſtatu emphatico, Reginam in abſoluto. Hinc in Ammiano *Naarmalcha* fluvius Regis, Ptolemæo Βασίλειος, & Plinio *Regum flumen*, unus ex Euphratis alveis. Arabibus Rex eſt *melich* vel *malich*, unde Malichas vocabant Reges Nabatæorum. Arrianus in Periplo: λευκὴ κώμη, δι' ἧς ἐστιν εἰς Πέτραν πρὸς Μαλίχαν βασιλέα Ναβαταίων. In Hirtio ſcribitur Malcus, ſtatim initio libri de bello Alexandrino: *Cæſar*, inquit, *equites ab Rege Nabatæorum Malco evocat.* In Joſepho Μάλιχος de Bello Jud. lib. 1. cap. 11. & paſſim. In Plutarchi Antonio pro Μάλχος inverſo λ ſcribitur Μάγχος. Verba ſunt: Μάγχος ὁ τῆς Ἀραβίας καὶ Ἡρώδης ὁ Ἰουδαῖος. Inde Interpretes *Manchus* pro *Malchus.* Reperitur & pro
V. 1. Paral. 4. 34. eodem Jamblichus, id eſt, ימליך, ut Dionis lib. 54. de Auguſto: Ἰαμβλίχῳ τῷ Ἰαμβλίχου τὴν τῶν Ἀραβίων τὴν πατρῴαν δυναστείαν ἔδωκεν, *Jamblicho etiam Jamblichi filio idem in Arabes quod pater habuerat, imperium attribuit.* Ex hujus vocabuli diverſa flexione orta *Moloch*, *Melchom*, *Melcarthus*, *Melicerta*, *Adramelech*, *Anamelech*, *Malachbelus*, *Milichus*, *Himilcho*, *Bomilcar*, *Hamilcar*, *&c.* in quibus explicandis immorari non eſt noſtri otii.

CAPUT VI.

Punica ex Plauto.

In Plauto decem verſus Punici & ſex Libyci explicantur per Latinos undecim ſequentes. Punicum & Libycum idioma in Africa in uſu; inde Pœni bilingues, migdilibes, biſulcilinguæ. Diagramma in quo Punici verſus corriguntur & explicantur. *Alon* Punicè Deus. Conſtructum pro abſoluto. *Nun* pro *Jod* Syris. *Filius* pro *fratris filio.* *Præda* pro *prædone.* *Ad* pro *in.* ציר tabula picta vel ſculpta. In ſex verſibus Libycis idem haberi quod in Punicis. Carthago *Chadre Anac.* *Avo* ſalve. *Audonis* ſalve domine. Locus Aöthologiæ emendatus.

Nullibi plura reperies Punica quàm apud Plautum in Pœnulo, quæ ſi quis ad amuſſim intelligeret haberet is linguæ Punicæ ſpecimen non contemnendum. Sed in iis explicandis multi hactenus fruſtra ſudarunt. Amicus noſter ὁ μακαρίτης magno molimine rem aggreſſus doctis non ſatisfecit, qui eum Hannoni Pœno affingere multa dictitant, de quibus nunquam cogitavit. Vir ampliſſimus D. D. Sarrau monuit me per literas virum maximi nominis de Punicis verſibus qui habentur initio Actûs quinti ſic ſtatuere. Bis in iis id ipſum Punicè poni ex duplici ſcriptura quod ſtatim Latinè ſubjicitur. Ego re perpenſâ accuratiùs, ſentio è ſedecim verſibus, decem priores eſſe Punicos, ſex poſteriores Libycos, in utriſque eadem haberi quæ in Latinis undecim, quibus Scenam Poëta claudit. Punicè nimirum & Lybicè loquens Hanno Pœnus inducitur, quia utrumque idioma Pœnis erat in uſu. Unde eſt quod vocantur *bilingues* & *migdilibes* & *biſulcilinguæ.* Virgilius lib. 1. Æneid.

Quippe domum timet ambiguam, Tyrioſque bilingues.

Et Silius lib. 2.

Diſcinctos inter Libycos, populoſque bilingues.

Et lib. 16.

---- dimitte bilingues
Ex animo ſocios.

Et Claudianus de bello Gildonico;

Tollite Maſſylas fraudes, removete bilingues
Inſidias.

Quin apud Plautum Milphio Hannonem alloquens,

Qui hùc adveniſti nos captatum migdilibs,
Biſulcilingua, quaſi proſerpens beſtia.

Ut res tota conſtet clariùs, operæ pretium erit verſus decem quos diximus, craſſioribus mendis repurgatos, explicare ex Hebraiſmo, & conferre cum undecim Latinis ejuſdem ſcenæ. Rem totam uno intuitu exhibet hoc diagramma, in quo trium columnarum prima bis eoſdem verſus exhibet, ſemel prout corruptè leguntur apud Plautum, & rurſus diſtinctius ſcriptos & à craſſioribus mendis repurgatos. In ſecunda eoſdem legas Hebraicis & Latinis literis quantum fieri potuit ad Hebrææ linguæ typum expreſſos, ut conferenti appareat hæ duæ dialecti quàm ſint ſimiles aut diſſimiles. In tertia horum verſuum duplex eſt interpretatio, una Plauti liberior, qui de verbis parum ſollicitus, ſatis habuit ſenſum explanare: Altera preſſior quæ noſtra eſt, ubi verbum verbo reddidimus. Jam quicquid obſcurum eſt explicabunt notæ ſequentes in ſingulos verſus.

PUNICI

PUNICI VERSUS DECEM
prout corruptè ſcribuntur in Plauti editionibus in Pœnulo Act. 5. Scena 1.

Ny thalonim valon uth ſi corathiſima conſith.
Chym lach chunyth mumys tyalmyctibariim iſchi
Lipho canet hyth bynithii ad ædin bynuthii.
Birnarob ſyllo homalonin ubi miſyrtoho
Bythlym mothyn noctothii nelechanti daſmachon
Yſſidcle brim tyſelyth chylys chon, tem liphul
Uth bynim yſdibur thinno cuth ou Agoraſtocles
Ythe manet ihy chyrſae lycoch ſith naſo
Byoni id chil luhili gubylim laſibit thym
Bodyalyt herayn nyn nuys lym moncot luſim.

Iidem verſus ſcripti diſtinctius, & mendis aliquot craſſioribus repurgati.

N'yth alonim valonuth ſicorath jiſmacon ſith
Chy-mlachai jythmu mitſlia mittebariim iſchi
Liphorcaneth yth beni ith jad adi ubinuthai
Birua rob ſyllo homalonim ubymiſyrtohom,
Bytlym moth yooth othi helech Antidamarchon
Ys ſideli; Brim tyſel yth chili ſchontem liphul.
Uth bin imys dibur thim nocuth nu' Agoraſtocles
Ythem aneti hy chyr ſaely choc, ſith naſo.
Binni id chi luhilli gubylim laſibit thym
Body aly thera ynn' ynnu yſs' immoncor lu ſim.

IIDEM QUANTUM LICUIT
ad Hebraam aut Syram formam expreſſi.

נא את עליונים ועליונות שכורת יסמכון זות :
כי מלכי נתמו : מצליח מרבריהם עסקי :
לפורקנת את בני את יד עדי ובנותי :
ברוח רוב שלהם עליונים ובמשורתהם :
בטרם מות חנות אותי הלך אנטדמרכון :
איש שידע לי : ברם טפל את חילי שכינתם לאפל :
את בן אמיץ דבור תם נקוט נוה אגורסטוקלים :
הותם חנותי הוא ביור שאלי חוק זאת נושא :
ביני עד כי לו האלה גבולים לשבת תם :
בוא די עלי תרע אנא ; הנו אשאל אם מנכר לו שם :

Qui Latinis literis ſcripti ſic ſonant.

Na eth eljooim veeljonoth ſechorath jiſmecun zoth
Chi melachai nitthemu; matſlia middabarehem iski.
Lephurcanath eth beni eth jad adi ubenothai.
Berua rob ſellahem eljonim ubimeſuratehem.
Beterem moth anoth othi helech Antidamarchon,
Is ſejada li: Beram tippel eth chelc ſechinatham leophel.
Et ben amis dibbur tham necot navc Agoraſtocles.
Othem anuthi hu chior ſeeli choc; zoth noſe.
Binni ed chi lo haelle gebulim laſebeth tham.
Bo di ale thera inna; enno, eſal im mencar lo ſem.

HORUM VERSUUM INTERPRETATIO
Latina liberior qualis in Plauto extat.

Deos deaſque veneror qui haoc urbem colunt.
Ut quod de mea re buc ritè venerim:
Meaſque ut gnatas, & mei fratris filium
Reperire me ſiritis, Dii voſtram fidem,
Quę mihi ſurreptę ſunt, & fratris filium.
Sed hic mihi ante hac hoſpes Aotidamas fuit.
Eum feciſſe aiunt ſibi quod faciendùm fuit.
Ejus filium hic prædicant eſſe Agoraſtoclem.
Deum hoſpitalem ac teſſeram mecum fero.
In hiſce habitare mooſtratu'ſt regionibus.
Hos percontabor qui huc egrediuntur foras.

Eorundem verſio ferè ad verbum.

Rogo deos & deas qui hanc regionem tuentur,
Ut conſilia mea compleantur, proſperum ſit ex ductu eorum negotium meum.
Ad liberationem filii mei à manu prædonis, & filiarum mearum.
Dii (inquam id præſtent) *per ſpiritum multum qui eſt in ipſis & per providentiam ſuam.*
Ante obitum deverſari apud me ſolebat Antidamarchus
Vir mihi familiaris: ſed is eorum cœtibus junctus eſt, quorum habitatio eſt in caligine.
Filium ejus conſtans fama eſt ibi fixiſſe ſedem, Agoraſtoclem (nomine)
Sigillum hoſpitii mei eſt tabula ſculpta, cujus ſculptura eſt Deus meus: Id fero.
Indicavit mihi teſtis eum habitare in his finibus.
Venit aliquis per portam hanc: Ecce eum; rogabo num quid noverit nomen (Agoraſtoclis.)

I. Notum eſt fabulæ argumentum. Jachon Carthaginenſis, ſeptenni filio qui illi erat unicus à prædone ſurrepto, in gravem morbum conjectus ex animi ęgritudine, diem ſupremum obiit. Hanno Jachonis frater & bonorum ex aſſe hęres, cùm ipſe etiam ſimili caſu duas filias amiſiſſet in ętate infantili, & multas peragraſſet terras, tam filias quàm fratris filium ubique gentium quęſiturus, tandem appulſus Calydonem Deos locorum præſides ita compellat:

Nyth alonim valonuth ſicorath jiſmachon ſith
Rogo Deos Deaſque qui haoc regionem tuentur.

Quæ Plautus ita reddidit,

Deos Deaſque veneror qui hanc urbem colunt.

Nyth] compoſitum ex נא את *na eth. Na* particula rogantis, *eth* nota ſequentis accuſativi. Cur *alonim valonuth* explicemus *Deos & Deas* doceant hæc Scaligeri in append. ad emend. *E'λιοῦν Phœnicibus Deus vocabatur, ut docet Philo Byblienſis. Omnino quemvis ſuorum cœlitum ita vocabant, ut in Pœnulo Tih alonim valonuth, hoc eſt,* את עליונים ועליונות *ſuperos ſuperaſque. Et Siſenna ad illum locum notaverat Alon linguâ Punicâ eſſe Deum. Sic Rex Tyri quem expugnavit Alexander vocabatur Abdalonim ſervus Deorum.* Ibidem כורת *corath* vel *chorath* pro כורא χώρα regio. Conſtructum pro abſoluto. Quæ enallage Pœnis quàm ſit familiaris, diſce ex Punicis herbarum nominibus quę habentur in Auctario Dioſcoridis. Ibidem *jiſmachon* יסמכון ad verbum *fulciant*, id eſt, tuentur. Sic Pſal. 3: 6. יהוה יסמכני *Dominus fulcit me*, id eſt, tuetur me. Nihil frequentius in Pſalmis.

II. Verſus ſecundus ita habet.

Chi melachai nitthemu, matſlia middebareem iski,
Ut conſilia mea adimpleantur, proſperum ſit ex ductu eorum negotium meum.

Vel Plauto interprete,

Ut quod de mea re huc veni ritè venerim.

Conſilia mea] מלכי Syrorum verbum. *Nitthemu*] נתמו eſt futurum *niphal*, *nun* pro *jod* ex Syriſmo. Etiam דבר *dabar* pro ductu Syrum eſt.

III. & IV. Duo verſus ſequentes.

Lephurcanath eth beni eth jad adi ubenuthai
Beraa rob ſellahem, alonim, ubimeſurathehem.

Ut liberem filium meum à manu prædonis & filias meas.
Dii (inquam id præſtent) per ſpiritum multum qui eſt in Ipſis, & per providentiam ſuam.

Reſpondent Latinis tribus:

Meaſque ut gnatas & mei fratris filium
Reperire me ſiritis, Dii veſtram fidem,
Quæ mihi ſurrepta ſunt, & fratris filium.

In quibus notum Deorum opem & auxilia implorari hac exclamatione, *Dii veſtram fidem.* Ita obſervat Donatus in Andriam Act. 5. Scen. 3. Nec mirum Hannonem Punicè loquentem cum appellaſſe filium ſuum, qui fratris erat filius, ut habet Latina verſio: cùm apud Syros filii nomen ſumatur multò latiùs. Ne dicam filium vocari à patruo qui illi vero patre mortuo parentis erat loco. Unde eſt quod repertum ita compellat ejuſdem Actûs Scenâ quartâ:

Quid eſt fratris mei gnate, mi gnate, quid vis expedi.

Nec ſolùm paterna bona ſe reſtituturum pollicetur, ſed & de ſuis additurum:

---- *reſtituentur*, inquit, *omnia*
Suam rem ſibi ſalvam ſiſtam, ſi illo advenerit.
Quin mea quoque iſte habebit, ſi quid de me fuat

Ut liberem filium meum] Hebr. לפורקנת את בני *ad liberationem filii mei.* *A manu prædonis*, ad verbum *à manu prædæ.* Tale *de manu flammæ* Eſ. 47: 14. *de manibus laquei* Pſal. 141: 9. *de manu inferi* Pſ. 49: 16. & 89: 49. Oſ. 13: 14. *de manibus gladii* Job. 5: 20. *Mors & vita in manu linguæ* Prov. 18: 21. *Per ſpiritum*] ברוח, id eſt, per virtutem, ut Pſ. 104: 30. *Per ſpiritum multum*] Hebr. ברוח רוב *per ſpiritum copiæ*, id eſt, copioſum. *Et per providentiam ſuam*] ובמשרתהם à verbo שור *providere.*

V. & VI. Verſum quintum & ſextum,

Beterem moth, anoth othi belech Antidamarchon,
Is ſejada li; Beram tippel eth chele ſchinatam leophel.
Ante obitum diverſari apud me mos fuerat Antidamarchi, viri mihi familiaris: ſed is junctus eſt eorum cœtibus quorum habitatio eſt in caligine.

Sic interpretatur Plautus:

Sed hic mihi ante hac hoſpes Antidamas fuit.
Eum feciſſe ajunt ſibi quod faciundum fuit.

Antidamarchus idem qui Antidamas, ut palam faciunt verba hæc Agoraſtoclis ſcenâ ſtatim ſequenti.

AG. *Siquidem Antidamarchi quæris adoptatitium;*
Ego ſum ipſus quem tu quæris. P. *Hem quid ego audio?*
AG. *Antidamæ gnatum me eſſe.*

Hujus ſive Antidamæ ſive Antidamarchi hoſpitem fuiſſe Hannonem etiam in prologo habetur:

Ille qui adoptavit hunc pro filio ſibi
Is illi Pœno hujuſce patri hoſpes fuit.

Et rurſus Act. 5. Scenâ 2.

P. *O mi hoſpes ſalve multum, nam mihi tuus pater*
Pater tuus ergo hoſpes Antidamas fuit.

Et ibidem Agoraſtocles:

AG. *Surreptus ſum illinc* (Carthagine) *hic me Antidamas hoſpes tuus.*
Emit me, & is me ſibi adoptavit filium.

Vir mihi familiaris] Hebr. איש שידע לי *viri qui noverat me*, ידע לי poëticè pro ידע אותי. Sic Pſ. 69: 6. ידעת לאולתי *noviſti ſtultitiam meam.* Et Eſ. 47: 15. מודיעים לחדשים *qui faciunt cognoſcere*, id eſt, qui indicant *menſes.* *Junctus eſt eorum cœtibus quorum habitatio eſt in caligine.*] Mortis poëtica deſcriptio, ut Job. 10: 21, 22. Latinus interpres multò aliter: *Eum feciſſe ajunt ſibi quod faciundum fuit.* Tamen res eódem recidit. *Tippel* טפל junctus eſt in *Piel*: ut in *cal* טפל *tephal* junxit Syrorum dialecto. *Habitatio eſt in caligine.*] Hebr. לאפל *ad caliginem.* Sic Pſal. 7: 6. לעפר ישכן *ad pulverem habitare faciet*, id eſt, in pulvere. Gen. 49: 13. לחוף ימים ישכון *ad portum maris habitabit*, id eſt, in portu.

VII. In ſeptimo verſu ſic habetur,

Eth ben amis dibbur tham necot nau' Agoraſtocles.
Filium conſtans fama eſt ibi fixiſſe ſedem Agoraſtoclem nomine.

Quibus gemina hæc interpretis,

Ejus filium hic prædicant eſſe Agoraſtoclem.

Conſtans fama] אמין דבור. Propriè אמין robuſtum, ſed & conſtantem ſonat. Sic Ruth. 1: 18. מתאמצת היא ללכת *conſtans fuit illa*, vel quod idem eſt, perſeveravit *in propoſito eundi.* Ibid. *Fixiſſe ſedem*, Hebr. נקוט נוה *tenere domum.* Unde נקוטאי Talmudicis coloni novæ urbis qui ad eam convenerunt ad ſedes ibi figendas.

VIII. Verſum octavum.

Othem anuthi hu chier ſeeli choc; zoth noſe.
Sigillum hoſpitii mei eſt tabella ſculpta, cui Deus meus eſt inſculptus, hoc fero.

Explicant hæc ejuſdem Hannonis ſequente Scenâ,

---- *teſſeram*
Conferre ſi vis hoſpitalem, eccam attuli.

Et paulo pòſt de Antidama:

Hæc mihi hoſpitalis teſſera cum illo fuit.

Sed nihil expreſſius interpretatione Plauti hoc loco:

Deum hoſpitalem & teſſeram mecum fero.

Id eſt, Deum hoſpitali teſſeræ inſculptum per figuram ἓν διὰ δυοῖν. Quod ipſum dixerat Hanno *chior ſeeli choc* כיור שאלי חוק *tabella ſculpta, cui Deus meus inſculptus eſt.* כיור *chior* eſt tabula non quævis, ſed picta vel ſculpta, à radice *chijer* pingere vel ſculpere. Unde in Chaldæo Paraphraſte כיורין *chiorin* paſſim vocantur cedrini aſſeres quibus laqueati fuêre parietes templi & domus Solomonis propter ſculpturam multiplicem. *Cui Deus meus inſculptus eſt*] שאלי חוק ad verbum *cujus ſculptura Deus meus.* Larem intelligi puto θεὸν κατοικίδιον. Hoc jam ex parte viderat Vir eximius, qui videtur in reliquis toto cœlo aberraſſe.

IX. Nonus verſus ſic habet,

Binni ed ehi le baelle gebulim laſebeth tham.
Indicavit mihi teſtis eum habitare in his finibus.

Et Plauti interpretatio,

In hiſce habitare monſtratu'ſt regionibus.

Indicavit mihi] ביני *binni.* Hebraicè eſſet הבינני *hebineni:* Sed Arabicè בין eſt indicare. *Indicavit mihi teſtis*] id eſt, ex idoneis teſtibus mihi compertum eſt. *Eum habitare in his finibus*] ad verbum כי לו האלה גבולים לשבת תם, *quod ipſi ſunt hi fines ad habitandum ibi*, quam phraſim eſſe Hebraicam ſciunt qui vel primoribus labris hanc linguam attigerunt.

X. Jam qui ſupereſt verſus decimus:

Be di ale thera inna; enno; eſal im mancar le ſem.
Venit aliquis per portam hanc: Eccum rogabo nunquid noverit nomen (Agoraſtoclis.)

A Plauto ſic explicatur:

Hos percontabor qui huc egrediuntur foras.

Et ipſe Hanno paulò pòſt rogat his verbis quod ſe rogaturum dixerat:

---- *Antidamæ filium*
Quæro, commonſtra ſi noviſti Agoraſtoclem;

Ecquem

Ecquem adoleſcentem tu hic noviſti Agoraſtoclem? רי *di.* Syris *qui*, Pœnis *quis*, *aliquis*, ut ex hoc loco apparet. Sic in Trinummo Act. 4. Scen. 2. *Niſi qui illud tractat*, id eſt, *niſi quis. Portam hanc*] תרע אנא *thera inna*, utrumque Syrum. *Nunquid noveris nomen*] אם מנכר לו שם *an notum ſit ipſi nomen. Mancar* Hebr. מכר *maccar*, N latente in *Daghes*; radix enim eſt נכר *nacar*.

Jam in iis qui ſequuntur ſex verſibus longioribus eadem quæ ſuprà repeti multa ſuadent. 1. Initium ſimile. Nam à Punicis *Nyth alonim valonuth ſicorath, &c.* hæc proximè recedunt *Exanolim volanus ſiccuratim, &c.* 2. Quod Antidamaſchi & Agoraſtoclis ſeu Ariſtoclis nomina utrobique leguntur in paribus prope intervallis. 3. Quod decem verſuum quos explicavimus ultimus palam claudit orationem: *Venit aliquis per has fores; Ecce illum rogabo nunquid* (Agoraſtoclis) *nomen noverit.* Si quid addidiſſet Hanno, illi periiſſet occaſio hominem conveniendi. Itaque ſequentes verſus nihil novum exhibent. Tantùm diverſâ linguâ idem repetitur. 4. Eódem facit quod Plautus in Latina verſione ſolùm hos decem verſus exponit, ut ex collatione probavimus, etiam reliquos expoſiturus, ſi quid aliud in iis haberetur. Tamen cùm hi ſex verſus à præcedentibus diſtent immenſum quantum, illos non ſcripturâ tantùm, ſed & totâ dialecto differre puto, atque id ipſum Libycè efferre quod Punicè decem priores. Ut oleum & operam perdant quotquot hos verſus ex Hebræa lingua conantur interpretari. Hebraiſmi certè veſtigium in iis nullum agnoſco, niſi quod prima verba *anolim volanus* videntur eſſe corrupta ex Punicis *alonim valonuth*. Sed hæc ſunt Deorum nomina, quæ Pœni facilè potuerunt in Libycam linguam transfundere. *Sicorath* item & *ſiccuratim* ſunt voces valde ſimiles, ſed è Græco χωρα factæ.

Ejuſdem Actûs Scenâ ſecundâ cur Carthago vocetur *chadre anac* חצרי ענק ἐπαύλεις τοῦ Ἀνὰκ jam antea obſervavimus. Ibidem *Avo doni* ſalutantis decurtatum ex חוה ארוני *vive domine mi.*

P. *Avo.* Mi. *ſalutat.* P. *doni, &c.*

AG. *Saluta hunc rurſus Punicè verbis meis.*

MI. *Avo doni, hic mihi tibi inquit verbis ſuis.*

חוה *Avo* fit ex Hebræo חיה, *jod* & *vau* permutatis, ut in חוה *Eva* nomine, & tetragrammato יהוה & Syr. חיוא pro animali. Hinc pro vulgato Ναίδιος voce nihili, Scaliger legit Αὔδονις in epigrammate ad Meleagrum Anthol. lib. 3. cap. 25. epigr. 70.

> Ἀλλ᾽ εἰ μὲν Σύρος ἐσσὶ Σαλάμ, εἰ δ᾽ οὖν σύ γε Φοῖνιξ
> Αὔδονις, εἰ δ᾽ Ἕλλην χαῖρε, τὸ δ᾽ αὐτὸ φράσον,
> *Si Syrus es, tibi dico Salam; ſi ſanguine Phœnix*
> *Audoni, ſi Græcus chære, ſonabis idem.*

Punica multò plura ſunt in eadem & ſequente Scena, ſed ex quibus non video certi quicquam poſſe erui. Itaque vereor ne Vir doctus, de quo ſuprà egimus, in eorum interpretatione laboraverit in caſſum.

CAPUT VII.

Athenæi Phœnicia.

Cottana & *lepidia* in precio apud Tyrios. Lepidion à ſquamis quas à facie abſtergit. Cottana quaſi קטנות *ketonoth* ficus ſpecies à parvitate. λαχμὰς ſibi ſpecies לחמניות *lachmanijoth* placentæ genus; R. Selomoni *des oublies*, id eſt, *oblata*, vel ἄρτος ὀβελίας. Quid ſit χεβραδλαψὶν Tyrii edulii ſpecies. Caſaubonus corrigit χιβροδακιν ὄψον. Malim χεβραδλαψὶν, id eſt, חברות חבוץ לחבץ compoſitiones, ל nota Genitivi, חבץ *abs* vel חביץ *abis* Hebr. & Arab. panis vel pulmenti genus, in quo farina cum oleo, butyro, & melle aut dactylis ſubacta. Fortè melius χιδροδλαψὶν, ut in Aruch tranſpoſitis vocibus חביץ קדרה quia in olla ſubigitur. *Mampbula*, id eſt, מפולא *mapphula* panis Syriaci genus cur dictum à decidendo. *Gingri* vel *Gingraina* tibiæ lugubri ſono, in luctu Adonidis qui Phœnicibus *Gingras*, id eſt, גירא *gigra*, ut Arab. גירגרא *girgara* Dominus. Cur prius R eliſum. Nabla Sidonium inventum; Hebr. *nebel*, Syr. *nibla* duodecim ſonis, digitis pulſatur & inter pulſandum vertitur: eſt inſtar utris. David primus nablii meminit. Nablium diſſonum; aliis contrà. Sambuca Lyrophœnix סבכא *ſabbeca*, Dan. 3: 5. Cirbaræ ſpecies. Cinyræ etymon ridiculum: Hebr. כנור *cinnor*, etiam Græcè geminato N κιννύρα, ſed ſæpius κινύρα, unde κινυρὸς & κινύρεσθαι, quia lugubris erat ſoni. Tamen Hebræis cinyram pulſare lætitiæ eſt argumentum. Proinde cinyræ in luctu amotæ. Nempe idem inſtrumentum aliter atque aliter afficit prout variè pulſatur. Inde dictus Cinyras vel Cinnyras Cypri Rex Muſicæ peritiſſimus, adeò ut certaſſe feratur cum Apolline: non tamen inventor cinyræ ut volunt; cùm cinyræ meminerit Laban Gen. 31: 27. Verus author eſt Jubal Gen. 4: 21.

Athenæi lib. 3. cap. 32. Plutarchus Ulpianum Tyrium ſic alloquitur: πολλῷ ἡδίω ἐςὶ τῶν παρά σοι περισπουδάςων κοτλάνων καὶ λεπιδίων, *multo jucundiora ſunt cottanis & lepidiis quæ apud te in magno pretio habentur.* Unde magnus Caſaubonus rectè colligit Tyriis familiares fuiſſe cibos. Atque id agnoſcit ipſe Ulpianus lib. 9. cap. 8. κότλανα, inquit, καὶ λέπιδιν τὰ πάτριά μοι σύνηθη βρώματα, *cottana & lepidion patrii nobis & ordinarii cibi.* Et lepidii quidem nomen ἀπὸ τῶν λεπίδων, id eſt, à ſquamis factum, quas à facie abſtergit. Columella:

> *Dejectura quidem fronti data ſigna fucorum,*
> *Vimque ſuam idcirco profitetur nomine Graio.*

Græcum igitur eſt lepidii nomen; Cottanorum non item. Quin à parvitate Phœnicia voce ſic dicebantur ficus in Phœnice & Syriâ notæ. Hebræis enim קטון *katon* eſt parvus. Plinius lib. 13. cap. 5. *Syria peculiares habet arbores, &c. in ficorum genere caricas, & minores ejus generis quæ cottana vocant.* Heſychius: Κότλανα, εἶδος σύκων μικρῶν *cottana ſpecies parvarum ficuum.* Martialis lib. 4. epigr. 89.

> - - - - *nec quæ cottana parva gerit.*

Et epigr. 52. lib. 7.

> *Parvaque cum canis venerunt cottana * prunis.*

Et epigr. 28. lib. 13.

> *Si majora forent cottana, ficus erat.*

Ejuſdem libri cap. 28. Athenæus deſcribit panis præſtantiſſimi genus lacte, oleo & ſale conditi, quem Græci ἄρτον ἁπαλὸν *panem mollem*, & Καππαδόκιον *Cappadocium* appellant, & Syri λαχμάν. τὸν δὲ τοιοῦτον ἄρτον, inquit, οἱ Σύροι λαχμὰν προσαγορεύουσι· καὶ ἔστιν οὗτος ἐν Συρίᾳ χρηστότατος γινόμενος, *talem autem panem Syri lachman appellant, & in Syria fit optimus.* Syrorum & Syriæ nomine Phœnices intelligit & Phœniciam. Nam paulò antè dixerat ex Archeſtrati ſententia piſtores præſtantiſſimos haberi è Phœnicia. Itaque Phœnicibus לחמא *lachma* erat panis, ut hodièque Syris; aut לחמן *lachman*, vox inde deducta, ſignificavit panis aut placentæ genus, ut Hebræum לחמניות *lachmanijoth*, quod in tractatu Talmudico Berachoth R. Sclomo Rabbinus Gallus exponit voce Gallica *oublies*, id eſt, ἄρτον ὀβελίαν, ut Caſaubono viſum; alii *oblatas* malunt.

* Sic Juvenal. Sat. 3. Advectus Romam quo pruna & cottana vento. Stat. l. 4. Sylv. Prunorum globus atque cottanorum.

Et cap. 36. idem edulii genus memorat apud Tyrios recepti *Chebradlapſi* nomine. Locum integrum adſcribam, ut res per ſe obſcura clarior fiat: Ἑξῆς ἐπεισηνέχθη πλακοῦς ἐκ γάλακτος, ἰτρίου τε καὶ μέλιτος, ὃν Ῥωμαῖοι λίβον καλοῦσι· Καὶ ὁ Κύνουλκος ἔφη· ὑμπίπλασο Οὐλπιανὲ χεβραδλάψιν πατρίων, ὅς παρ᾽ οὐδενὶ τῶν παλαιῶν μὰ τὴν Δήμητρα γέγραπται, πλὴν εἰ μὴ ἄρα τοῖς τὰ Φοινικικὰ συγγεγραφόσι Συνιαθῶνι (lege Σαγχωνιάθωνι) καὶ Μοχῷ τοῖς πολίταις. *Deinde allata eſt placenta, ex lacte, dulciariis, & melle, quam Romani*

Digitized by Google

Romani libum nominant; Et Cynulcus Ulpiano patriâ Tyrio *dixit: Satia nunc te Ulpiane chebrodlapſo patrio, de quo per Cererem nemo Veterum egit, niſi qui Phœnicia ſcripſerunt, Sanchoniathon & Mochus cives tui.* In Chebrodlapſi voce multum laborat doctiſſimus Caſaubonus, nec immeritò: χεβρόδλαψος, inquit, *quodnam edulium in idiomate Syrorum appellaretur, vellem Athenæus explicuiſſet. Vox eſt ex pluribus compoſita. Olim ſcribebam* χεβροδάλαψα πατρὶς, *ut minutalis aut farciminis genus ea voce ſignificetur. Tale quid Syri intelligunt vocabulo* תכברא *(thachbera) cujus origo eſt à* כבר *(chebar.) Hebræorum magiſtri volunt eſſe* ὑπότριμμα *quoddam ex carnibus & ovis.* דל *(dal) autem* λεπτὸν *ſignificat. Sed hoc divinare eſt, quo non aſpiramus, neque unquam pudebit fateri noſcire nos quæ neſcimus.* Hæc ille pro modeſtia ſua, ut mentem ſuam aperiret in re obſcura, non ut cuiquam legem figeret. Itaque non puto quenquam eſſe qui mihi det crimini quod multò aliter ſentiam, nempe in hac voce nihil mutandum. Niſi quod pro χεβροδλαψα velim ſcribi χεβροβλαψα, quia Græcæ aures vix ferunt ut δ ante λ quicquam ſonet. Jam χεβροβλαψος Phœnices puto ſcripſiſſe חברות לחביץ *chebroth leabs*; voce plurali quidem, ſed id hominem Græcum facile potuit latere. חברות *chebroth* ſunt compoſitiones: hujus ſingulare חברה *chebra* pro conjunctione occurrit, Job. 34: 8. חביץ *abs* cum *lamed* præfixo, notâ Genitivi caſus, eſt panis ſeu farina ſubacta, ſecundum Hebræos, cum oleo aut butyro & melle; ſecundum Arabes cum dactylis & pinguedine. Talmudici variè ſcribunt חבצא, חביץ, חיבצא, חיבץ: Arabes חביץ & חביצה, & magniſaciunt hoc libi vel pulmenti genus. Vide præter Talmudicos Giggejum & Naſrium Arabem ἱεροκριτικὸν, qui MSS habetur in Oxonienſi bibliotheca. Is habet multa de חביץ lib. 3. cap. 47. Sect. 23. Radix חבץ eſt premere vel ſubigere. Propriè de lacte dicitur, quod ſubigunt ut butyrum & caſeum exprimant. Sed & ad alia transfertur. Sic myrti foliorum ἔκθλιψις ad exprimendum ſuccum Avicennæ eſt תחביץ lib. 2. cap. de myrto. Sic *chebroth lapſi* ad verbum erunt compoſitiones ex pulmento quale diximus. Si quis malit legere χύδρα per δ, id eſt, קדרות ollas, non repugnabo. Nam in olla tundi ſcimus ex Baal Aruch; unde eſt quod ibi dicitur חביץ קדרה *pulmentum ollæ.*

En tibi Syriaci panis aliud genus ex Feſto: *Mamphula appellatur panis Syriaci genus, quod, ut ait Verrius, in clibano antequam percoquatur decidit in carbones cineremque.* Merito igitur Mamphula dictus eſt, id eſt, מפולא *mapphula* deciduum, quomodo gluma & quiſquiliæ dicuntur Hebraicè מפל בר *mappal bar* deciduum frumenti, Amos 8: 6. De hoc pane citantur hi Lucilii verſus:

Piſtricem validam ſi nummi ſuppeditabunt,
Addas empleuron, mamphulas quæ ſciat omnes.

Jam finitis epulis ſequentur acroamata & muſica organa, in quibus nonnulla ſunt Phœnicia, puta *gingris, nabla, ſambuca, cinyra.* De gingris ita habetur cap. 23. γιγγραΐνοις γὰρ οἱ Φοίνικες, ὥς φησιν ὁ Ξενοφῶν, ἐχρῶντο αὐλοῖς σπιθαμιαίοις τὸ μέγεθος, ὀξὺ καὶ γοερὸν φθεγγομένοις. *Gingrainis enim, ut dicit Xenophon, tibiis utebantur Phœnices palmam longis, ſtridulum ſonum & lugubrem edentibus.* Et paulò pòſt: ὀνομάζονται δὲ οἱ αὐλοὶ γίγγροι ὑπὸ τῶν Φοινίκων ἀπὸ τῶν περὶ Ἄδωνιν θρήνων· τὸν γὰρ Ἄδωνιν Γίγγρην καλεῖτε ὑμεῖς οἱ Φοίνικες, ὥς ἱστορεῖ Δημοκλείδης. *Gingri autem nominantur à Phœnicibus ob lamenta quibus Adonim deflent. Vos enim Phœnices Adonim Gingrem appellatis, ut refert Democlides.* Euſtathius itidem: ἡ δὲ χρῆσις τοῖς γίγγροις ἐν τῷ περὶ Ἄδωνιν θρήνῳ, ὃν Γίγγρον ἐκάλουν οἱ Φοίνικες. (In Iliad. 6.) Gingras Polluci id ipſum eſt: Γίγγρας, inquit, τις αὐλίσκος γοώδη καὶ θρηνητικὴν φωνὴν ἀφίησι· Φοῖνιξ μὲν ὢν τὴν εὕρεσιν, πρόσφορος δὲ Μούσῃ τῇ Καρικῇ. ἡ δὲ Φοινίκων γλῶττα Γίγγραν τὸν Ἄδωνιν καλεῖ, καὶ τούτῳ ὁ αὐλὸς ἐπωνόμασται. Non igitur à gingriendo, quod anſerum eſt, ut vult Feſtus, hæ tibiæ dictæ ſunt; ſed ab Adonis nomine Gingra, Gingre vel Gingri. (Jul. Poll. lib. 4. cap. 10.) Ita variè ſcribunt ii quos citavimus ex Phœnicio עיערא *gigara*, niſi fallor; plenum fuiſſet ערערא *girgara*: ſed prius R eliſum ut prius L in Syro גיגלא *gigla* rota pro גלגלא *gilgla*; & גגלתא *gogoltha* pro גולגלתא *golgoltha*. & ita קיקלתא *kikaltha* pro קלקלתא *kilkaltha*: & prius R in שישרא *ſiſura* pro שרשורא *ſirſura* catena. In illis linguis nil frequentius. Porro עיערא vel ערערא eſt idem quod *Adonis*, nempe Dominus. Arabes ſcribunt ערערה *gurgara*. Giggejus אלערערה *illuſtris, nobilis, dominus.* Terminatio eſt fœminina, ſed ſignificatio maſculina, ut in multis aliis.

Sequitur apud Athenæum νάβλα Φοινίκων εἶναι εὕρημα, *nabla Phœnicum eſſe inventum.* Quod ex his Sopatri probat:

---- ἔτι δὲ Σιδωνίῳ νάβλα
Λαρυγγόφωνος ἐκκεχόρδωται τύπος.
---- *nec ſonora nablii*
Sidoniorum ſunt labefactata fides.

Νάβλα ibi videtur indeclinabile, ut Phœnicium נבלא *nabla*, Hebr. נבל *nebel*, Syris נבלא *nebla*. Strabo agnoſcit barbarum eſſe nomen: τῶν ὀργάνων, ait, ἔνια βαρβάρως ὠνόμασται, νάβλα καὶ σαμβύκη, ἡ καὶ βάρβιτος, καὶ μαγάδες, καὶ ἄλλα πλείω. (Strab. lib. 10.) *Inſtrumenta quadam barbara habent nomina, nabla, & ſambuca, quæ & barbitus, & magades, & alia plura.* Joſephus ita deſcribit: ἡ δὲ νάβλα δώδεκα φθόγγους ἔχουσα τοῖς δακτύλοις κρούεται, (Antiq. l. 7. cap. 10.) *nabla autem duodecim ſonos habens digitis pulſatur.* Inter pulſandum vertebatur utraque manu. Ovidius lib. 3. de arte:

Diſce etiam duplici genialia nablia palmâ
Vertere, conveniunt dulcibus illa modis.

Ab utris ſimilitudine factum nomen ut utriculari tibiæ; nam & נבל *nebel* utrem ſonat. Cœpit eſſe in uſu circa tempora Davidis. Id ex eo colligere eſt quod nablii paſſim meminêre David in Pſalmis, & illum ſequuti ſacri ſcriptores. At qui præceſſere ne ſemel quidem. Heſychius δύσηχον diſſonum fuiſſe tradit. Tamen alii valde commendant. Quin in Adultero Philemonis profitenti ſe neſcire quid eſſet nabla, reſpondet alius:

Οὐκ οἶδα νάβλαν; οὐδὲν οὖν οἶσθας ἀγαθόν.
Neſciſne quid ſit nabla? nil noſti boni.

Ibidem ex Juba refertur Σύρων εὕρημα εἶναι τὴν καλουμένην λυροφοίνικα σαμβύκην, *Syrorum inventum eſſe Sambucam lyrophœnicem dictam.* Σαμβύκης, id eſt, סבכה *ſabbeca*, quæ vox extat in Daniele cap. 3. verſ. 5. Syrorum nomine Phœnices intelligi docet alterum ſambucæ nomen lyrophœnix, quaſi lyra Phœnicia. Citharæ ſpeciem eſſe tradit Heſychius. Scribitur & ſimplex φοῖνιξ. Phyllis Delius in ſecundo de Muſica apud Athen. lib. 14. φοίνικες, πηκτίδες, μαγαδίδες, σαμβῦκαι, &c. Sed eo loco Phœnices à ſambucis diſtinguuntur tanquam organa diverſa.

Eſt & κινύρα muſicum Phœnicum & Syrorum inſtrumentum. Suidas & alii ridiculè deducunt ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὰ νεῦρα *a movendis nervis*, cùm ſit Hebræum כנור *cinnor*, Chaldæum כנרא *cinnara*, Arabicum כנארה *cinnâra*; proinde geminato N κιννύρα legitur apud Joſephum, qui deſcribit his verbis: ἡ μὲν κιννύρα δέκα χορδαῖς ἐξημμένη, τύπτεται πλήκτρῳ, (Antiq. l. 7. cap. 10.) *cinnyra quidem decem intenſa chordis plectro pulſatur.* Ita enim ſcribitur Sirach. 39: 19. & 1. Macch. 3: 46 & 13: 51. in pleriſque editionibus. Tamen ſimplici N ſcripſiſſe Græcos, ut habent

bent LXX Seniores, docent voces inde deductæ *κίνυρος querulus* & *κινύρεσθαι lamentari*. Unde cinyram colligunt fuiſſe ſoni lamentabilis. Proinde ab Heſychio definitur *κιθάρα οἰκτρά*. Græcos nimirum cinyram credibile eſt nonniſi in luctu adhibuiſſe. Cùm Hebræis contrà cinyram pulſare lætitiæ ſit argumentum. Sic Gen. 31: 27. *Ut dimitterem te cum gaudio & canticis, cum tympano* ובכנור *& cum cinyra*. 2 Paral. 20: 27, 28. *Ad redeundum Hieroſolymam cum lætitia*, &c. *cum nablis* ובכנורות *& cum cinyris*. Job. 21; 12. *Vociferantur ad tympanum & cinyram, & exultant ad ſonum organi*. Pſal. 33: 1, 2. *Exultate juſti in Domino*, &c. *celebrate Dominum cinyra*. Et 43: 4. *Introibo*, &c. *ad Deum authorem lætiſſimæ exultationis meæ. Celebrabo te cinyrâ Deus Deus mi*. Et 71: 22, 23. *Pſallam tibi cinyrâ, ô ſancte Iſraëlis, exultabunt labia mea cum cantavero tibi*. Et Pſal. 92: 2, 3, 4, 5. *Bonum eſt celebrare Dominum*, &c. *Et annunciare mane benignitatem tuam*, &c. בכנור *cum cinyra; quia lætitiâ me afficis ô Domine*. Et 149: 2, 3. *Lætetur Iſraël in ſuo factore*, &c. *tympano & cinyrâ pſallant ei*. Et Eſ. 5: 12. *In eorum conviviis eſt cinyra & nablium*. Hinc Eſ. 24: 8. משוש כנור *gaudium cinyræ*: Et Pſal. 81: 3. כנור נעים *cinyra jucunda*. Indidem Jobi querela cap. 30: verſ. 31. *Verſa eſt in luctum* כנורי *cinyra mea*. Et Ezechielis minæ in Tyrum cap. 26: verſ. 13: קול כנוריך *vox cinyrarum tuarum non audietur amplius*. Cui ſimile quod de Judæis habetur 1 Macchab. 3: 4, 5. *Ablata eſt τέρψις delectatio ex Jacob, & defecit tibia καὶ κινύρα & cinyra*. Proinde cinyras amovent in captivitate Babylonica, quia tum erant in luctu, Pſal. 137: 2. *Flevimus*, inquiunt, *cum recordaremur Sionis, & ſuper ſalices ſuſpendimus* כנורותינו *cinyras noſtras*. Ex his conſtat plus ſatis cinyram alium habuiſſe uſum apud Hebræos, alium apud Græcos. Unde tamen non ſequitur diverſa fuiſſe organa: cùm poſſit inſtrumentum animos aliter atque aliter afficere, prout variè pulſatur.

Ab hoc inſtrumento Cinyræ nomen Phœnicum & Cypri Regi. Suidas; *Κινύρας ἐκλήθη παρωνύμως τῇ κινύρᾳ*. Ideoque geminato N, ut in *κιννυρόφόργανον* refert Joſephus, multum fictitii cruoris fuſum fuiſſe *περὶ τ̃ Κιννύραν circa Cinnyram*, quo loco agit de fabula Cinyræ coram Caligula principe ipſo die necis acta. Quomodo & Heſychius: *Κιννύρας Ἀπόλλωνι ἐρίζων περὶ μουσικῆς παῖς βασιλεὺς Κυπρίων*. Nempe Regem illum putant Muſicæ fuiſſe periſtiſſimum, & cum Apolline de peritia Muſicæ certantem interiiſſe. Vide Suidam voce *Κινύρας*; & Euſtathium in Iliad. λ. Non tamen id conceſſerim, quod video doctos aſſerere, Cypri Regem Cinyram qui Troiani belli tempore vixit, cinyræ fuiſſe inventorem. Cùm Gen. 31: 27. cinyræ meminerit Laban Cinyrâ Rege antiquior annis ferè ſexcentis. Quin & aliis ſexcentis annis Labane antiquior Jubal pater fuiſſe legitur omnium tractantium כנור ועוגב *cinyram & organum*, Gen. 4: 21. Itaque jam ante Diluvium cinyra erat in uſu inter Caini poſteros, nec illius natales aliunde ſunt arceſſendi.

Antiq. lib. 19. cap. 1.

CAPUT VIII.

Phœnicia quædam ex Quintiliano, Macrobio, Jamblicho, & veteri inſcriptione.

Mappa in Quintiliano Punicum vocabulum. מפה *mappa* in Hebræorum ſcriptis, ſed à Romanis uſurpatum. אפר 1 Reg. 20: 38, 41. alii faſciam, alii ſudarium, alii velum explicant. Chald מעפרא, Arab. עפארה ſuppari genus quo ſe involvunt mulieres quæ unguntur. Radix עפר propriè tegere, tranſlatè peccatum remittere. Talmudicis מעפורת ספרים mappa tonſorum: F... vero מעפר *maapar* primò מפר *mapper* quâ analogiâ factum. Deinde R finale ablatum, ut in *zuta* & *guda*, & *tina* & *zono*, & *muſu*, & *vacca*, & *zoma* pro *zutar*, *gudar*, &c. *Adad* in Macrobio *unus*. Non à geminato חדד, ſed ab הדד *badad*. Sic Talmudicis הדדי *hadade*, una; Arab. הדאד *hadâd* idem, ſimilis. *Adad* & *Atergatis* in Macrobio junguntur, ut in Philone *Adodus* & *Aſtarte*. Sol *Aglibelus*, id eſt, rotundus Dominus, & *Malachbelus*, Rex Dominus. Edeſſæ *Monimus* & *Azizus* Soli aſſident, id eſt, Mercurius & Mars, quorſum? עזיז *aziz*, fortis, robuſtus. Mercurius fortè מנעים *Minom* (Gr. *Μόνιμος*) à ſuavitate ſermonis. Pſal. 141: 6. *ἠδύνθησαν potuerunt* lectum pro *ἡδύνθησαν dulcuerunt*. Arabicè מנעים *Munaimon* ſermone blandus ad *Μόνιμος* proximè accedit.

Doctiſſimis hæret calculus in loco Quintiliani lib. 1. *Et mappam quoque, uſitatum circo nomen, Pœni ſibi vendicant*. In Hebrçorum quidem libris מפה *mappa* vox frequens, ut cùm dicunt מקנח ידו במפה *tergit manum ſuam mappa*. Item: פורס עליו מפה *expandit ſuper eum mappam*. Unde eſt quod מפות *mappoth*, id eſt, mappas, appellant, teſte Elia in Thiſbi, lintea quibus involvunt libros legis. Res tamen nondum confecta. Quippe tam Hebræos quàm Græcos recentiores vocem hanc è Romana lingua uſurpaſſe inde apparet, quia quomodo illi ſcribunt, non poteſt ad ullam Hebrææ linguæ radicem revocari. Itaque aliud quærendum, & in re obſcura & ancipiti aſſerendum quod vero videtur proximum.

Pro אפר 1 Reg. 20: 38. & 41. Chaldæus habet מעפרא *maaphara* ex eadem radice א & ע permutatis: Seniores *τελαμῶνα faſciam* explicant. R. Selomo סודר *ſudarium*. Kimchius צעיף *velum*, tanquam voce facta per inverſionem ex פאר, id eſt, velum vel faſcia byſſina, quâ mitræ ſacerdotum involvebantur, Exod. 39: 28. Aliud ſuggerunt Arabes, apud quos etiam עפארה eſt ſuppari genus quo delicatæ mulieres dum unguntur, ſeſe involvunt, ne veſtes unguento inficiantur: Radix עפר vulgò remittere & condonare ſignificat, ſed propriè tegere, inde ad remiſſionem tranſlata ſignificatione. Sic Hebraicè Pſ. 32: 1. כסוי חטאה *cujus peccatum tegitur*, id eſt, remittitur. Et Pſ. 85: 3 *Operuiſti* כסית *omnia peccata eorum*, id eſt, remiſiſti. Et Nehem. 4: 5. *Et ne operias* ואל תכס *iniquitatem eorum*, id eſt, ne remittas. Ita tamen עפר remittere non ſignificat, niſi quo ſenſu peccatum tegere eſt remittere. Giggeius עפרה *illud abdidit, texit, operuit*: אלעפר *cùm aliquid tegitur*, עפר אלמתאע *ſupellectilem texit*, עפר אללה דנבה *Deus peccatum illius texit, id eſt, ignovit*. Itaque hinc rectè deducitur עפארה ſuppatum illud quo veſtes integuntur. Sic apud Talmudicos מעפורת ספרים vocatur linteum illud quod מגלח מניחו על ברכיו שיפול שם שערו, *qui tondetur ponit ſuper genua ſua, ut in illud pili cadant*. Ita legitur in Baal Aruch. Mappam tonſorum rectè verteris. Alii ſudarium vocant ex Martiali lib. 11. epig. 40. in Charidemum:

Jam mihi nigreſcunt tonſâ ſudaria barbâ.

Ex his ſimul collatis apparet Syrum מעפרא *maapara* vel מעפר *maapar* idem eſſe quod *mappa*. Nec mutatio caret analogiâ. Nam ex מעפר vel מאפר primò factum eſt מפר *mappar*, eliſa gutturali, & ejus abſentiâ compenſatâ per punctum *Daghes*, ſeu literæ ſequentis geminationem. Tale מסורת *maſſoreth* vinculum pro מאסורת *maaſoreth* Ezech. 20: 37. Et מכולת *maccoleth* cibus pro מאכולת *maacoleth* 1 Reg 5: 11. מברא *mabbera* Talmudicis ponto pro מעברה *maabara*: & מבורא *mabbura* naulum pro מעבורא *maabura*. Deinde ex מפר *mappar* ortum מפא *mappa*, rejecto R ex fine per apocopen illis linguis familiarem. Hine in Talmude זוטא *zuta* parvus pro זוטר *zutar*, גודא *guda* ſepes pro גודר *gudar*, טנע *tina* petra Job. 29: 6.

29: 6. pro טנר *tinar*. Pari ratione ex Pœno גדיר *Gadir* factum *Gades*; Ex Amilcare & Bomilcare Ἀμίλκας & Βομίλκας, ex *Bocchor Bocchus*; Ex Ægyptio אסקנקור *iſkankur* ſcincus; Ex Chaldæo זונר *zonar* ζώνη zona; Ex Hebræo מוסר *muſar* eruditio μοῦσα *muſa*; Ex בקר *bacar* vacca; Ex Arabico סדר *ſidar*, id eſt, malum Punicum, σίδη; Ex זמר *zamar* quod eſt canere, *Zama* fons in Africa qua fiunt canoræ voces, ut tradunt Plinius & Vitruvius. Hæc ideò pluribus, non tam ut lectorem doceam unde dicatur *mappa*, quod noſtra parum intereſt, quàm quia multum conferunt ad interpretationem Hebrææ vocis אפר 1. Reg. 20: 38, 41. in qua ceſpitant interpretes. Vide Hieronymum & Junium, qui pro linteo vel velo cinerem reddunt: quàm commodè alii judicent.

Jam ſequatur Macrobius, cui ſi credimus, *Adad* Aſſyriis circa Heliopolim, id eſt, Phœnicibus eſt unus: *Aſſyrii*, inquit, *Solem ſub Jovis nomine, quem Dia Heliopolitem cognominant, maximis ceremoniis colebant in civitate quæ Heliopolis nuncupatur.* Et paulò pòſt: *Accipe quid Aſſyrii de Solis potentia opinentur. Deo enim, quem ſummum maximumque venerantur, Adad nomen dederunt. Ejus nominis interpretatio ſignificat* UNUS. Chaldæis & Syris חד *had* eſt unus, & geminatum חדחד *hadhad* unuſquiſque, quilibet. An hinc ſumptum eſt Adad? Non puto, quia חד *had* unus per *cheth*, at per *he* ſcribitur הדד *Hadad*, vel etiam per aleph אדד *Adad*: Nomen olim familiare primò Idumæorum, deinde Syrorum Regibus: à quo *Adad* Solis cognomen apud Heliopolitanos non videtur quicquam differre. Macrobii tamen interpretationem ut falſam non rejecerim; quia הדד *hadad* apud Phœnices *unum* ſignificaſſe vero non eſt abſimile; cùm Talmudicis הדדי (*hadade*) adverbium ſit *una*, *ſimul*, *pariter*; & Arabibus nomen הדאד (*hadád*) *idem*, *ſimilis*, *tam ſimilis ut pro uno haberi poſſit.* De cætero cùm Deo Adad Macrobius ſubjungi dicat *Deam nomine Atergatim*, (id eſt, Aſtartem) *omnemque poteſtatem cunctarum rerum his duobus attribuunt:* Macrobii Adad videtur eſſe idem qui Sanchoniathonis Ἄδωδος Βασιλεὺς θεῶν, *Adodus Rex Deorum*, quem in Phœnice regnaſſe ſcribit una cum Aſtarte Dea.

Saturnal. lib. 1. cap. 31.

Vide Gen. 36: 35. 1. Par. 1: 46. 50 1. Reg. 11: 14. Joſeph. Antiquit. lib. 7. c. 6.

Diximus anteà Solem Emeſæ fuiſſe cultum ſub Elagabali nomine. Sed & in alia Phœniciæ urbe Palmyra, Hebraicè תדמור *Thadmor* à Solomone condita, marmorea extabat inſcriptio Adriani cujuſdam Palmyreni:

1. Reg. 9: 18. 2. Paral. 8. 4.

ΑΓΛΙΒΩΛΩ. ΚΑΙ. ΜΑΛΑΧ-
ΒΗΛΩ. ΠΑΤΡΩΟΙΣ. ΘΕΟΙΣ.

Aglibelo & Malachbelo patriis Diis, id eſt, Soli æſtivo & hyberno, ut ex utriuſque effigie in eodem marmore ſculpta docti colligunt. Lego cum Scaligero Aglibelum pro Aglibolo, quomodo per errorem ſculpſerat quadratarius. Aglibelus ſeu עגלי בעל eſt rotundus Dominus quæ Solis eſt figura. Et *Malachbelus* conflata vox ex notiſſimis duabus מלך & בעל. Vide plura in Scaligero lib. 5. de Emend. Temp. & in eruditiſſimo Seldeni tractatu de Diis Syris cap. 1. Syntagm. 2.

Dum verſor circa Solem, ἔτι μετριάσαι βούλομαι περὶ τῆς Φοινίκων θεολογίας. οἱ τὴν Ἔδεσσαν οἰκοῦντες ἱερὸν ἐξ αἰῶνος ἡλίου χωρίον, Μόνιμον αὐτῷ καὶ Ἄζιζον συγκαθιδρύουσιν. Αἰνίττεσθαι φησὶν Ἰάμβλιχος, ὡς ὁ Μόνιμος μὲν Ἑρμῆς εἴη· Ἄζιζος δὲ Ἄρης. *Libet adhuc è Phœnicum Theologia depromere nonnihil. Qui Edeſſam habitant, locum ab æterno Soli ſacrum, Monimum & Azizum ei aſſeſſores faciunt. Quod ſic interpretatur Jamblichus, ut Monimus quidem ſit Mercurius, Azizus autem Mars.* Verba ſunt Juliani Apoſtatæ in Oratione de Sole, ubi de Azizo rurſus: Ἄρης Ἄζιζος λεγόμενος ὑπὸ τῶν οἰκούντων τὴν Ἔδεσσαν Σύρων ἡλίου προπομπεύει, *Mars à Syris qui Edeſſam habitant Azizus dictus, Solis eſt anteambulo.* Ut Mars bellorum Deus, ita Mercurius orationis. Phœnices utrumque Soli quem habebant pro ſummo Deo, dederunt aſſeſſorem; ut Deúm docerent alios obſequentes blandè pellicere, alios reluctantes ad officium vi impellere. Marti nomen erat à robore: Syris enim & Arabibus עזיז *aziz*, unde Ἄζιζος, fortem & robuſtum ſonat: Mercurio à ſuavitate ſermonis, quam Phœnices מנעם *munom* dixiſſe puto, nomine formæ מזמור. Hebraicum enim נעם ad orationis delicias & elegantiam ſępe pertinet. Sic Prov. 16: 24. *Ut favus mellis ſunt* אמרי נעם *verba ſuavitatis*; Hieronymus *compoſita verba*. Et Pſal. 141: (Aliis 140) 6. *Audient ſermones meos* כי נעמו *quia ſuaves ſunt*, LXX ὅτι ἡδύνθησαν *quoniam dulcuerunt*; Vulgatus, *quoniam potuerunt*, quia legit ἠδυνήθησαν. Et 2. Sam. 23: 1. Vocatur David נעים זמרות ישראל *ſuavis* (ſupple pſaltes) *canticorum Iſraelis.* Et Arabicè in Giggejo כלאם מנעם *chelamon munaimon* eſt *ſermo blandus & mollis*, id eſt, ſuavis & elegans. Arabicum porro *munaimon* proximè accedit ad Μόνιμον Edeſſenum Mercurii nomen.

CAPUT IX.

Punica quædam ex Feſto & Varrone.

Mons Africæ ad Gades Pœnis *Abyla* vel *Abila*, id eſt, mons altus: Syr. עב עילאה *ab ilaa*, עבים *abim*, propriè nubes, dein loca celſa inſtar nubium Jerem. 4: 29. Talis Abylæ deſcriptio. Potiùs עב *ab* ſylva. Sic paſſim in Syra Paraphraſi. Tremellius notatus. Abyla multis & magnis arboribus opacus. Alyba idem. עב *ab* etiam pro columna ſumitur. Unde columnæ Herculis in eo ipſo loco. Mapalia Pœnorum ruſticæ caſæ, פלח *palea* ἀγροικικὸς *pale* agricola. (Unde *Pales* ruſtica Dea.) מפלח *mapale* agricolæ tugurium. *Attegia* ab attegendo, ut καλύβαι ἀπὸ τοῦ καλύπτειν. *Gadir* גדיר ſeptum. *Gadara* Tzetzes ineptè reddit τὰς περιφράξεις, al. γῆς δειρὴν terræ collum. Γάδιν parvum: Imò גדום *gadum* mutilum. An γάδαμα ſepes Phœnicibus. חרמש *chermes* falcilla, Varroni, & Deut. 16: 9.

Ad fretum Gaditanum è regione montis Europæi Calpes in Africa eſt mons *Abila* vel *Abyla*. Nomen ex Punica lingua montem altum Feſtus exponit in oris maritimis:

---- Abilam vocant
Gens Punicorum, mons quod altus Barbaro.

Abila Pœnis erat עב עילאה *ab ilaa*. Quod montem altum exponi nequaquam miror; cùm עבים *abim* Jer. 4: 29. Hieronymus interpretatur *ardua*. Et in eum locum ſcribat Kimchius עבים *abim*, id eſt, nubes, ὑπερβολικῶς poſſe dici מקומות הגבוהות כעבים *loca celſa inſtar nubium*. Id huic monti apprimè convenit, qui à Dionyſio deſcribitur:

Ἠλίβατος πυκινοῖσι καλυπτόμενος νεφέλῃσι
Celſus & umbroſum caput inter nubila condens.

Quod quidem Abilę tribuitur propter vicinum Atlantem, cujus κορυφὴν οὐκ ἔστιν ἰδεῖν διὰ τὰ καλύπτοντα νέφη, *vertex videri non poteſt propter obtegentes nubes*, ut in eum locum ſcribit Euſtathius. Tamen eodem teſte etiam Abilę τὸ ὕψος ἥμισυ ἑκατὸν ὥς φασιν ὀργυιῶν, *altitudo centum minimum orgyarum eſſe dicitur*, id eſt, pedum ſexcentorum. Itaque hęc Feſti verſio poſſet ferri, niſi alia occurreret aptior, quà עב *ab* exponitur ſylva. Patet id ex illo ipſo Jeremię loco quem indicavimus. Ubi pro עבים Gręci τὰ ἄλση *nemora*, Chaldęus habet חורשיא, & Selomo יערות *ſylvas*; Kimchius item כיערים העבים והמכסים באילנות

loca

loca ſylvarum inſtar, arboribus conferta & perplexa. Nempe עב *ab* tam ſylvam quàm nubem ſonat. Utrique nomen à denſitate. Nam עבה *uba* denſum eſſe ſignificat. Ne quis nos niti putet meris conjecturis, en ex Syro Pſalterio certiſſimas probationes. Pſ. 29: 9. מעקר עבי *eradicans ſylvas.* Pſal. 80: 14. חזירא דעבא *porcus ſylvæ.* Pſ. 83: 15. *Sicut ignem relictum* בעבא *in ſylva.* Pſ. 96: 12. אילני דעבי *arbores ſylvæ.* Pſal. 104: 20. חיותא דעבא *feræ ſylvæ.* Sic & Jac. 3: 5. pro Græco ἡλίκην ὕλην, Syrus habet עבא סגיאא *ſylvam multam* non *ramos multos* ut hic habet Tremellius. Et in peculio Maſii עבא eſt δρυμὸς, Joſ. 17: 15. & ἄλσος 1 Reg. 12: 10. Et apud Talmudicos ע & א permutatis אבא *aba* pro יער ſeu ſylva occurrit aliquoties. Proinde עבעילאא *ab ilaa* inde petitum eſt *ſylva alta.* Abilam enim, vel ut Græci Ἀβύλην montem fuiſſe ſylvoſum conſtat ex his Strabonis lib. 17. τὸ ὑπερκείμενον ὄρος ὄνομα Ἀβύλη πολύθηρον καὶ μεγαλόδενδρον, *mons ſubjectus Abyla nomine multis feris & magnis arboribus eſt refertus.* Sunt qui pro *Abyla* tranſpoſitis literis Alybam ſcribunt, & Euſtathius & Græcorum alii, id eſt, על־עבא *alaba* eodem ſenſu.

Vide Tzetz. Chil. 6. v. 239.

Notandum etiam עב *ab* Hebraicè pro columna ſumi. Sic Exod. 19: 9. *Venio ad te* בעב הענן Græcè ἐν στύλῳ νεφέλης *in columna nubis.* Rectè: Alibi enim habetur בעמוד ענן. Vide Exod. 13: 21. & 14: 19. & 33: 9, 10. & paſſim. Itaque עב idem quod עמוד *columna.* A qua interpretatione non longè abeunt Hebræi, cùm עב *ab* trabem exponunt, Ezech. 41: 25. & 1 Reg. 7: 6. ubi Hieronymus *epiſtylia.* Inde origo fabulæ de columnis Herculis: cùm עב עילאא *Abilam* pro *monte celſo* vel *ſylva celſa*, nonnulli *columnam celſam* interpretarentur. Ex quo factum ut primò *Abila*, deinde etiam oppoſita *Calpe* pro columnis haberentur. Euſtathius: Ἕτεροι δὲ στήλας ὑπέλαβον τὴν Εὐρωπαίαν Κάλπην καὶ τὸ ἀντικείμενον αὐτῇ ὄρος ἐκ Λιβύης τὴν Ἀβύλην ἢ Ἀβύλικα; *nonnulli columnas eſſe putarant Europæam Calpen & Libycum montem illi oppoſitum Abylam aut Abylicem.* Quod habet ex lib. 3. Strabonis.*

* Mela l. 1 cap. 5. Hunc Abylam, illum Calpen vocant columnas Herculis utrumque. Et l. 2. c. 6. Columnæ Herculis Abyla & Calpe.

Mapalia item à Pœnis Romani acceperunt. Feſtus, & ex eo Paulus: *Mapalia caſæ Punicæ appellantur.* Philargyrius in lib. 3. Georg. *Mapalia caſæ Maurorum, qui in eremo habitare dicuntur.* Plinius lib. 5. cap. 3. *Numidæ verò Nomades à permutandis pabulis, mapalia ſua, hoc eſt, domus plauſtris circumferentes.* Mela lib. 1. cap. 8. de Cyrenaica interiore: *Proximis nulla quidem urbes ſtant, tamen domicilia ſunt quæ mapalia appellantur.* מפל *mappal* Hebræis & Syris eſt ruina. An inde *mapalia* dicta primò rudera & ruinoſæ domus, deinde ruſticæ caſæ? Obſtat quod *mapalia* ſcribitur per P ſimplex, & habet primam brevem. Virgilius lib. 3. Georg.

- - - raris habitata mapalia tectis.

Proinde aliud ſuccurrit; notum in illis linguis locorum nominibus plerumque præfigi ſervile M. Sic חבא *chaba* eſt latere, מחבא *machabe* latibulum, חנה *chana* caſtra metari, מחנה *machane* caſtra; ארב *arab* inſidiari, מארב *maarab* locus inſidiarum; חזה *chaza* videre מחזה *mecheza* locus proſpectus, id eſt, feneſtra. Ad pari ratione à Syro פלח *paleah*, vel ἀγροικῶς *pale* (unde & Pales ruſtica Dea) ſervili M præfixo Punicum *mapale* factum, cujus plur. *mapalia* pro ruſticorum tuguriis. מפלח Hebraicè legeretur *miphleah* & Arabicè *maphlah.* Sed hic Punicè loquimur; non Hebraicè, nec Arabicè. Et in his linguis nemo neſcit ſolas conſonas alicujus eſſe momenti. פלח *palea* vel *pale* Syris eſt agricola. Itaque hinc מפלח *mapala* deductum propriè erit agricolæ tugurium, ut in illo Claudiani Stilich. paneg. 3.

Agricolæ reſerant jam tuta mapalia Mauri.

Sunt qui *attegias* putant Punicum vel Mauritanum eſſe vocabulum præcedenti ſynonymum in illo Juvenalis Satyr. 14.

Dirue Maurorum attegias, caſtella Brigantum.

Sed attegias ab attegendo dici ut καλύβας ἀπὸ τοῦ καλύπτειν docet Vir undecunque doctus in exercitationibus Plinianis.

Gadir Punicum verbum pro ſepto bis occurrit apud Feſtum. Semel in interpretatione Dionyſii Periegetis:

Pœnus namque locum gadir vocat undique ſeptum.

Et rurſus in oris maritimis:

Nam Punicorum lingua conſeptum locum
Gadir vocabat.

Sed & ejuſdem vocis alii meminêre. Plinius: *Pœni Gadir in Punica lingua ſeptum ſignificante.* Solinus: *Pœni linguâ ſuâ Gadir, id eſt, ſepem, nominarunt.* Heſychius: Γάδειρα, τὰ περιφράγματα, Φοίνικες. Sic גדר *gader* Hebræum Seniores plerumque φραγμὸν explicant. Aquila περιφραγμόν; Chaldæus Interpres habet גדירא Num. 22: 24. Arabicè etiam גדיר *gadir* id ipſum eſt, & גדאר *gidar* pro pariete paſſim occurrit. Hæc cùm certa ſint, ineptè Tzetzes:

Φοίνιξ δὲ γλῶσσα γάδειρα λέγει τὰς λιθοστρώτους.

Chil. 8. v. 216.

Nec verius Stephanus, Euſtathius, Suidas, & alii Γάδειρα deducunt παρὰ τὴν γῆν καὶ τὴν δειρήν, quaſi ſint terræ collum. Fallitur & Claudius Julius cùm in Phœniciis ſcribit ὅτι Ἀρχαλεὺς υἱὸς Φοίνικος κτίσας πόλιν, ὠνόμασε τῇ Φοινίκων γραφῇ: Γάδειρα γὰρ παρ' αὐτοῖς τὸ ἐκ μικρῶν οἰκοδομήμενον. גדום *gadum* quidem truncum & mutilum, adeóque & parvum ſonat. Hinc אמה גדומה *cubitus minor.* Sed aliud eſt גדר *gader*, id nimirum quod diximus, φραγμὸς vel περίφραγμα. Huic ſynonymum *galon*, ſi Etymologo fides: Γάλανες, inquit, τὰ περιφράγματα, Φοίνικες. Sed illi non ſatis credo, cùm ſine authore loquitur.

Etymol. in Γάδειρα.

In eodem Feſto *Billis apud Afros appellatur ſemen humanum humi profuſum.* Sic Arabicè בלל *balal* eſt ſemen. Radix בל *balla* eſt βρέχειν *rigare*, Luc. 7: 38. βάψαι intingere, Joh. 13: 26. Sed & Hebraicè בלל *balal* eſt *perfundere*, Pſ. 92: 11.

Addo ex Varrone verbulum unum. Falx ut Hebraicè dicitur חרמש *chermes*, Deut. 16: 9. & 23: 6. ita etiam Punicè, ſi Scaligero credimus, qui ad hæc verba Varronis de lingua Latina lib. 4. *Has phancillas Chermoneſicè dicunt*, ita habet: *Fortaſſe legendum, has falcillas chermes Pœnicè dicunt. Scio enim chermes falces vocatas olim à Syris & Phœnicibus, quorum colonia ſunt Pœni in Africa. Et fieri poteſt ut hoc dixerit Varro ex Magonis libris, qui Pœnicè ſcripti erant de re ruſtica.*

CAPUT X.

Punica ex Servio.

In Servio pleraque peſſimæ notæ; ut quod *Sarra*, id eſt, Tyri Latinum nomen, deduci à piſce *ſar.* A *Sarra Sarranum oſtrum*, *Sarrana aulæa*, *Sarrana viola.* Σάρρα urbs Phœnices, unde Σαρρανός, alludit ad צר *Sor* Hebræum Tyri nomen, unde tam *Sarra* quàm Tyrus. At *ſar* piſcis ignotus. Sidon à piſce, non Tyrus. Simile παρόραμα in Origene. Ibid. avus Julii Cæſar dictus ab elephante occiſo. *Cæſar* elephas Pœnorum linguâ. Imò Cæſarum nomen multo antiquius. *Cæſar* Latina vox, unde *cæſaries.* *Cæſar* pro elephante, Maurorum verbum. Ibid. Carthago à *Cartha* urbe quæ non extat uſpiam. Quin Cartha urbs eſt in genere, ut apud Armenos *Certa.* Carthaginis nomen idem ex Livio longè aliter exponit. Ibid. *Byrſa* Pu-

Ponicè corium. Imò munitio. Byrſa enim factum ex בצרה *Boſra*. Ibid. *Hal* & *Hel* Sol, unde ἥλιος, & addito digamma *Belus*. Meræ nugæ. אל *el* Saturnus, & בעל *Belus* voces planè diverſæ. Ibid. Dido, id eſt, virago. Imò virago eſt אשה *iſſa*, unde *Eliſſa* nonnullis divina virago. *Magalia* ἀντίστοιχον. *Magar* villa Pœnis, ut Hebr. מגור *magur*.

Virgilii vetus Scholiaſtes ſcholiis ſuis Punica quædam interſpergit, ſed pleraque peſſimæ notæ. Tale illud in lib. 4. Georg. *Quæ nunc Tyrus dicitur, olim Sarra vocabatur, a piſce quodam qui illic abundat, quem linguâ ſuâ ſar appellant.* Verum quidem eſt Romanos veteres pro Tyro dixiſſe Sarram. Ita in Gellio legitur, & in Feſto, & in Paulo: & in fragmentis Ennii *Pœnos Sarrâ oriundos.* Unde eſt quod pro Tyrio Poëta dixit *Sarranum oſtrum*; Et Juvenalis *Sarrana aulæa*; Et Silius lib. 6. *Sarranam Junonem, & Sarranum cadem*; Et lib. 7. *Sarranum navitam*; Et lib. 8. *Sarrana mœnia*; Et lib. 9. *Sarranum nomen*, & *Sarranam manum*; Et lib. 11. *Sarrana caſtra*; Et lib. 15. *Sarranum muricem*; Et lib. 3. *Sarranam Leptim.* Et Columella *Sarranam violam*, id eſt, purpuream, quia purpura è Tyro. Et fortaſſe apud Stephanum Φοινίκης πόλις Σῶρα, unde gentile Σωρανὸς, id ipſum erat Græcis quod Romanis *Sarra* & *Sarranus.* Σῶρα ſaltem plurimum accedit ad Hebræum צור *Sor*, quo nomine Tyrum appellant Sacri Scriptores. Sed piſcis *ſar* unde Sarra, ſi quidem Servio fides, non extat ullibi gentium. Et *Sarra* nomen deduci notum eſt ex Hebræo Tyri nomine צור *Tſor*; in quo literam *tſade*, quæ medii eſt ſoni inter T & S Græci in T mutarunt, & Romani in S. Ita factum ut ex eodem צור *Tſor* & Τύρος naſceretur & *Sarra*. Sed Servium veriſimile eſt, cùm alicubi legiſſet quod in Trogo habetur, Sidonem a piſce dici, titubante memoriâ id de Tyro ſcripſiſſe quod de Sidone legerat. Non diſpari errore Origenes: *Tyrus*, inquit, *apud Hebræos ſonat idem quod nobis venantes.* Imo Tyrus rupem ſonat; ſed Sidon vel à venatione vel à piſcatione dicitur.

In Matth. cap. 15.

Nihilo verius quod aſſerit idem Servius in primum Æneidos, Julium Cæſarem ideò dictum, *quod avus ejus in Africa manu propriâ occidit elephantem, qui Cæſar dicitur Pœnorum linguâ.* Neque enim ab avo Julii Cæſaris nomen incœpit. Jam ante Samniticum bellum floruiſſe Claudium Cæſarem Docti obſervant. Quo ævo inter Romanos & Pœnos nullum interceſſit commercium. Itaque *Cæſar* Latinum nomen eſt, quo quid ſignificetur abundè docet Romana vox *cæſaries* inde deducta. Cæſar denique pro elephanto Punicum verbum non eſt, ſed ex Maurorum lingua, ut in Ælio Vero Spartianus diſertè aſſerit. Tamen Servio aſſentitur Conſtantinus Manaſſes cujus verba ſunt pag. 71. Καίσαρες γὰρ ἐλέφαντες τοῖς Φοίνιξι καλοῦνται.

Sed neque his multum fidei in primum Æn. *Carthago a Cartha*, ut lectum eſt in hiſtoria Pœnorum. Et in quartum: *Carthago antè Byrſa, poſt Tyros dicta eſt, poſt Carthago, a Cartha oppido unde fuit Dido inter Tyrum & Sidonem.* Carthago Tyrus nuſquam dicitur & Byrſa propriè non eſt Carthago, ſed Carthaginis Acropolis, ut Romæ Capitolium, Trojæ Pergama, Cadmea Thebis. Neque ulla fuit *Cartha* inter Tyrum & Sidonem. קרתא *kartha* in genere urbem ſonat. Parum inflexa voce Armeni, Medi & Parthi dicebant *Certa*; unde *Dadocerta*, *Carcathiocerta*, *Arceſicerta*, *Tigranocerta*. Ad quam vocem Stephanus ex Quadrato: τὸ δ' ἔστι τῇ Παρθυαίων φωνῇ Τιγρανόπολις. Itaque multò verius idem Servius alibi ex Livio: *Carthago eſt linguâ Pœnorum nova civitas*, quod abundè explicavimus.

Ibidem: *Byrſa & linguâ Græcâ unde fuit Dido, & Punicâ, id eſt, ipſius regionis in qua res eſt geſta, corium ſignificat.* In locis unde fuit Dido, id eſt, in Phœnicia, Græca lingua non fuit in uſu ante Alexandrum Didone poſteriorem multis ſæculis. De cætero byrſa pro corio Græcum quidem eſt vocabulum, Punicum non item. Niſi fortè Pœni à Græcis mutuati ſint, ut Hebræi & Syri recentiores quibus בורסי *burſi* eſt *corſarius*. Utut ſit Byrſæ nomen ex בצרה *Boſra* factum quod munitionem ſonat, non à corio ut fabulantur.

Ibidem de Belo: *Hoc Regis nomen ratione non caret. Nam omnes in illis partibus Solem colunt, qui ipſorum lingua Hel dicitur, unde & ἥλιος; Ergo addita digammos & in fine facta derivatio à Sole Regi nomen impoſitum.* Et rurſus: *Lingua Punica Hal dicitur Deus. Apud Aſſyrios autem Hel dicitur quadam ſacrorum ratione Saturnus & Sol.* Utrobique fallitur. *Hal* & *Hel* nec Syra ſunt vocabula, nec Punica: & abſurdum quod ibi fingit digamma Æolicum Phœniciis vocibus præponi. Sed אל *el* Hebræis Deum, Phœnicibus Saturnum ſonat, qui Bel vocatur ab Hebræo בעל *baal*, vel Chald. בל *bel*. Damaſcius: Φοίνικες καὶ Σύροι τὸν Κρόνον Ἠλ καὶ Βὴλ καὶ Βολάθην ἐπονομάζουσι. Philo Byblius illud *el* in Ἶλος mutat Trojanum nomen Græcis & Romanis notiſſimum:

—— Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno.

Idem in quartum Æneidos: *Dido, id eſt, Viraginem, appellata eſt.* Item: *Didonem vocat, ut ſuprà diximus, Pœnorum lingua Viraginem: nam Eliſſa dicta eſt; ſed Virago eſt appellata, cùm ſe in ignem præcipitavit.* Nugæ: nomen Didûs vel ab amando, vel à divagando factum; ſed quia אשה *iſſa* eſt virago (ita reddidit Hieronymus, Gen. 2: 23.) Dido credita eſt *Eliſſa* dici voce compoſita, quaſi divina virago, quod præpoſterè accepit Servius.

Uno verbo in Servii Punicis hoc ſolùm probo, quod *Magalia* in Virgilio ἀντίστοιχον eſſe ſcribit, quia *magar* non *magal*, *Pœnorum lingua villam ſignificat.* Nempe *magar* & Μάγαρα Pœnis jam docuimus id ipſum eſſe quod Hebræis מגור *magur*.

CAPUT XI.

Phœnicia quædam ex Heſychio.

Ἄδαν Tyriis ſalia. *Adan* vel אידן *Idan* id ipſum Talmudicis. N finale periit, ut in *Chna*, *Suſa*, &c. *Adan* alludit ad אדון *adon*, id eſt, *Dominum*, unde *Adonis.* Sic ἰτέα ſalix ad Ἴτυες, id eſt, Adonim. Ἴτυες clypei, quia olim ſaligni. Adonis Κύρις & Κίρις. Ἄδωνις Phœnic. δεσπότης. Gingras idem. Ἀδωνιμάνδρος & Borymus Maryandinorum ruſticum carmen. Adonimaœdus initium Phœnicicæ cantionis. Hebræi libros nominant à prima voce; ita etiam carmina, ut conſtat ex Pſalmorum titulis, quorum quidam explicantur. Heſychius bis emendatus. Ἄλφα bos, & caput, & navis; unde fabula de Europa à tauro rapta. Ἀβὺς crater Phœnic. ab orbiculari forma. Βάκχον luctum à בכה *Bacha* flere. Γάδειρα ſepes. Γαυλοὶ naves Phœniciæ rotundæ. Claſſes Phœnicum partim ex gaulis, partim ex triremibus. גל *gol* vas concavum & rotundum, Zach. 4: 2. גלא *gola* cyclas. Γαυλὸς vaſis genus formæ ſimilis. Multæ voces navigiis cum vaſis communes. Gaulis oppoſitæ naves ארכא *arca* longitudinis ſeu longæ. Hinc *Argo* dicta, quæ prima fuit longa navis apud Græcos. Argo quàm fuerit longa. Vocis fabuloſæ origines. Phœniciæ claſſes partim ex longis partim ex rotundis navibus. Ancæus Cadmi nepos nauclerus in Argo nave. Cur in eadem nave vocale fuiſſe fingitur lignum in puppe, id eſt, clavus. Tutelæ navium in puppibus. Γόνθα, terminus. Exod. 21: 10. עונתו *gonuta* referri ad legitimum conjugii uſum certo tempore & modo. Chald. עונתא *goneta* tempus cuique rei præſcriptum. Vocis vera origo. Πάταικοι Dii Phœnicum in puppe. Σεμίραμις, id eſt, *columba montana*: idem probatur ex Creſia. Hoc noſtri ſæculi doctiſſimis ſuſpectum. Quia non cogitarunt Veteres pro *Semirami* ſcripſiſſe *Serimamin*. Arab. סראן *Seran* (Hiſp. *Sierra*) mons & quicquid eminet, unde שר *ſor* Hebr. princeps. המהם *bemam*

mam columba; ut יאמאם *jemam* turtur. Nomen à calore factum. Amomum inde dictum, ut Gr. ἀμώμωμον à columbini pedis ſimilitudine. שרהמאם *Serimamis* compoſitio qualis in *Carmiuno* pro columba œnade, & חריונים pro *fimo columbino* vel verius *colocaſia*. Idem nomen potuiſſe etiam aliter ſcribi & explicari. Loci in quo Semiramis expoſita eſt deſcriptio ex Cteſia. Similis fabula de *Tilgamo* Aſſyriæ Rege in horto reperto. *Tilgamus* cur ſit dictus. Cur columbas fingat Homerus ambroſiam Jovi ferre. De hac quæſtione Ariſtoteles ab Alexandro conſultus. Phœniciè columbæ *bemam* & ſacerdotes *imam* dicuntur. Itaque per columbas ſacerdotes intelligendi qui Diis cibos ſubminiſtrant. In Scriptura oblationes Dei cibum appellari. *Parma* Punicum ſcutum minus, rotundum, equitum proprium, à verbo פרם, id eſt, ab incidendo dictum ut Romanorum ancile.

Ἀδὰ παρὰ Τυρίοις, ἡ ἰτέα, *Ada apud Tyrios ſalix.* Imò ארן *adan*. Sed Græci pro more abjecerunt N finale. Tale Χνᾶ ex Chanaan, Σῦσα ex Suſan, Κοίης Cabirorum ſacerdos ex כהן *cohen*. Talmudici ſcribunt אירן *idan*, quomodo ביר *bir* & ריב *rib* pro בר *bar* & רב *rab* Hinc tractatu de Sabbatho cap. 2. אין מדליקין בפתילא האירן. *non accendunt* (lucernas) *in die Sabbathi ellychnio ſalicis*, id eſt, ex lanugine quæ ſalici adnaſcitur. Alii philyram interpretantur, id eſt, librum ſeu membranam tenuiſſimam inter ſalicis corticem & lignum.

Notandum ארן *adan* ſalicem & ארון *adon* dominum, unde dictus Adonis, eaſdem habere radicales. Inde factum ut ארוני *Adonis* Græcè diceretur Ἰταῖος, tanquam ab ἰτέα, id eſt, ſalice facto nomine. Heſychius: Ἰταῖος, ὁ Ἄδωνις. Ἰταῖος, id eſt, ſalignus. Sic ſaligni clypei Ἰταῖαι dicebantur. Idem: Ἰταῖαι, αἱ ἀσπίδες, διὰ τὸ πρώτας ἐκ ταύτης τῆς ὕλης κατασκευασθῆναι, *Itae, clypei, quia primi clypei ex hac materia*, id eſt, ex ſalice, *fiebant*. Quod verum. Theophraſtus hiſt. plant. lib. 5. cap. 4. γλίσχρα δ' ἐστὶ τὰ ἰτεῖνα καὶ ἀμπέλινα, διὸ καὶ τὰς ἀσπίδας ἐκ τούτων ποιοῦσι, *lenta ſalix vitiſque, qua de cauſa ſcuta ex his faciunt.* Et ejuſdem libri cap. 8. ubi de uſu arborum: ἰτέα δὲ πρὸς τὰς ἀσπίδας; unde Plinius lib. 16. cap. 40. *Salix ſcutis utiliſſima.* Et Theocritus de Syracuſanis Idyll. 16.

Ἀχθόμενοι σακέεσσι βραχίονας ἰτείνοισι.

Brachia queis fuerant clypeis adoperta ſalignis.

Adde Poetæ locum, quem mihi indicavit jam aliquoties vocatus ad partes vir ampliſſimus D. D. Sarraſin:

—— *flectuntque ſalignas Umbonum crates.*

Adonis igitur Ἰταῖος redditum propter alluſionem. Sed & κύρις pro κύριος ex vera ſignificatione. Heſychius: Κύρις ὁ Ἄδωνις. Κύρις vel κύριος idem quod ארון *adon*, id eſt, Dominus. Quod Heſychium non latuit: Ἄδωνις, inquit, δεσπότης ὑπὸ Φοινίκων. Sed & ipſum Κίρις Lacedæmone. Heſychius: Κίρις, Ἄδωνις, Λάκωνες. Et Phœnicium aliud Adonidis nomen Gingram idem ſignificaſſe ſuprà docuimus.

Dum in Adoni ſumus conabor aperire quid ſit Ἀδωνιμαοιδὸς in Julio Polluce: Ἀδωνιμασιδός, inquit, καὶ Βώριμος Μαριανδυνῶν (malim Μαριανδυνῶν) γεωργῶν ᾆσμα, ὡς Αἰγυπτίων Μανερως, καὶ Λιτυέρσας Φρυγῶν: *Adonimaœdus & Borymus Mariandynorum ruſticorum carmen, ut Ægyptiorum Maneros, & Lityerſas Phrygum.* Phœnicem in Bithyniæ Mariandynam Phœnicum colonias deduxiſſe ſuprà docuimus, & Argonautarum ævo ibi regnaſſe Phinea Regem à Phœnice ſeptimum. Itaque Phœnicii ſermonis reliquias ibi hæſiſſe veriſimile eſt. Quò pertinere videtur *Adonimaœdus* nomen ruſticæ cantilenæ, quam ſuſpicor ſic incœpiſſe, aut à ſimilibus verbis: ארוני מודים אנחנו לך *Adoni modim anachnu leca*, *Adoni laudamus te*; quæ ſunt ipſiſſima verba hymni Davidici ad Deum 1. Paral. 29: 13. אלהינו מודים אנחנו לך. A tali initio factum ut ipſa cantio diceretur *Adoni-mode* vel *Adoni-modim*, & Græca terminatione Ἀδωνιμαοιδός. Nempe ut Hebræi libros nominant à prima voce; Geneſim puta *Beroſith*, Exodum *veelle ſemoth*, Leviticum *vajikra*, quę ſunt voces initiales; ita etiam cantiones: quod in Pſalmorum titulis paſſim videre eſt. Sic in titulo Pſal. 22: למנצח על אילת השחר *magiſtro ſymphoniæ*, ſuppl. traditum ut cantetur, *ſuper ajelet haſſachar*, id eſt, ad modos & numeros cantici, cujus initium *ajeleth haſſachar* ſeu *cerva matutina*. Alii cantantur *ſuper* שושנים *ſoſanim*, id eſt, lilia, vel ſuper שושן עדות *ſoſan edath* lilium teſtimonii. Alii ſuper עלמות *alamoth* virgines. Alii ſuper מחלת *mahalath*, id eſt, morbum, vel ſuper מחלת לענות *mahalath leannoth*, id eſt, morbum ad affligendum, ſeu *morbum cruciabilem*, ut cum Apuleio loquar. Alii ſuper תשחת *thaſheth*, id eſt, diſperdes. Tot canticorum initia, ad quorum modos hi pſalmi erant decantandi. Quod cur viri undecunque docti tam ſupercilioſè rejiciant nullus capio. *Cum gravitate & honeſtate Eccleſiæ*, inquiunt, *non convenit ut adhibeantur ludicri & populares cantus.* Sed neque neceſſe eſt ut hi fuerint cantus ludicri. Quin potuêre Judæi habere aliquot ſacra cantica, ad quorum numeros & modos David partem Pſalmorum compoſuerit. Jam redeo ad Heſychium, cujus verba ſunt.

Ἄλυω, ἀδημονῶ, ἀθυμῶ, Φοίνικες: ſcilicet: Ἀλύω Græca vox eſt notiſſima, quæ ad Phœniciarum formam nullo modo accedit. Sed haud dubiè illud Φοίνικες loco ſuo motum eſt, & ad vocabulum ſequens pertinet: Ἄλφα, βοὺς κεφαλή; ubi rurſus aliud mendum. Legendum enim ἄλφα, βοῦς, κεφαλή. Neque enim Hebræum אלוף *alluph*, unde illud *alpha*, bovis caput, ſed & *bovem* & *caput* ſeu ducem ſignificat. Et Phœnicium ἄλφα bovem ſignificaſſe conſtat vel ex hoc Plutarchi de Cadmo: ὅν φασι τὸ ἄλφα πάντων προτάξαι, διὰ τὸ Φοίνικας οὕτω καλεῖν τὸν βοῦν, *quem ideo aiunt alpha primum omnium literarum poſuiſſe, quia Phœnices bovem ita nominant.* Quin tota de Europa fabula, quam Jovem rapuiſſe ferunt falſi ſub imagine tauri, nititur homonymiâ Phœniciæ vocis אלפא *alpha*, quę & bovem & navem ſonat, ut jam alii obſervarunt. Et Heſychio authore ἔλφος Cypriis erat βούτυρον *butyrum*, utraque voce à bove facta.

Ἀσὺρ, κρατὴρ ὑπὸ Φοινίκων; *Aſur*, id eſt, חזור *hazur*. Phœnices craterem ita vocarunt ab orbiculari forma, planè ut Syri globum חזור *hezar* vel *hizzar*.

Βάκχον, κλαυθμὸν, Φοίνικες. Nam בכה *bacha* Hebræis eſt flere. Unde deducta בכי & בבית & בכות Septuaginta raro aliter quàm κλαυθμὸν vel κλαυθμῶνα reddunt. Quomodo hoc pertineat ad ſacra Bacchi, quæ cum ululatu & fletu celebrari erant ſolita, vide in doctiſſimi Heinſii Ariſtarcho.

Γάδειρα, τὰ περιφράγματα, Φοίνικες. Hoc jam ſuprà explicavimus.

Γαῦλοι, τὰ ποιμενικὰ τοῦ γάλακτος ἀγγεῖα, καὶ τὰ Φοινικὰ (lege Φοινικικὰ) πλοῖα. Hinc Ariſtophanes in Avibus: Γαῦλον κέκτημαι καὶ ναυκληρῶ, *navem poſſideo & guberno.* In quem locum Scholiaſtes: Γαῦλος, Φοινικικὸν σκάφος. Et Callimachus:

Κυπρόθε Σιδόνιός με κατήγαγεν ἐνθάδε γαῦλος.

E Cypro me gaulus eò Sidonius egit.

Et Epicharmus in Hebes nuptiis apud Athenæum lib. 7. ubi de ſparo: γαυλοῖς ἐν Φοινικικοῖς, *in gaulis Phœnicis.* Gaulos etiam recenſet Gellius inter genera navium. L. 10. c. 25. Deſcriptio eſt in Feſto. *Gaulus genus navigii penè rotundum.* Nempe radix eſt גלל in orbem volvere. Ex qua גל *gol* Zach. 4: 2. eſt vas concavum & rotundum: Et גולא *gola* Chald. cyclas ſeu veſtis genus à rotunditate dictæ. A formę ſimilitudine Grçcè γαυλὸς eſt vaſis genus. Sic

κάνθαροι, κύμβαι, κοβαίαι, κίλιβαι, σκάφαι totidem nomina ſunt navigiis communia cum vaſis rotundæ formæ, ut obſervat Vir magnus ad jus Atticum pag. 658.

Gaulis puto Phœnices oppoſuiſſe ספינן ארכא *naves arca* vel *arco*, ut Syri efferunt, id eſt, naves longitudinis, ſeu quod idem eſt naves longas. Atque inde factum, literis G & C permutatis ut paſſim *, ut navis *Argo* appellaretur quæ prima fuit longa navis apud Græcos. Græci enim uſque ad Jaſonem & Argonautas ſolùm rotundis navibus utebantur. Hinc Plinius lib. 7. cap. 56. *Longa nave Jaſonem primum navigaſſe Philoſtephanus author eſt.* Et Apollonii Scholiaſtes lib. 1. de Argo nave: Ταύτην δέ φασι πρώτην ναῦν γένεσθαι μακράν, *hanc longam navem primam fuiſſe referunt.* Et Herodotus circa initia libri primi de Argonautis: Καταπλώσαντας γὰρ μακρῇ νηῒ ἐς Αἶάν τε τὴν Κολχίδα, καὶ ἐπὶ Φᾶσιν ποταμὸν, *cùm appuliſſent longa nave in Aeam Colchicam & ad Phaſim fluvium.* Πεντηκοντορόν ναῦν appellat Apollodorus, quaſi habuerit quinquaginta remiges, id eſt, viginti quinque ab unaquaque parte. Unde ſequatur longam fuiſſe cubitorum minimum quinquaginta, ſi ſingula interſcalmia fuerunt διπηχυαῖα, prout definit Vitruvius lib. 1. cap. 2. Quin longior fuerit decem cubitis, ſi Theocrito credimus, a quo in Hyla prædicatur τριακοντάζυγος Ἀργὼ, *Argo triginta jugorum* ſive ſcalmorum. Itaque nec à celeritate dicta eſt *Argo* navis, nec ab *Argo* conditore ut fabulantur, nec ab *Argo* Phryxi filio, nec quia facta eſt *Argis*, nec ab *Argivis* in ea vectis, ſed à longitudine, ut *gaulus* à rotunditate. Utraſque naves in uſu fuiſſe apud Phœnices & Pœnos vel ex Polyæno conſtat, qui de Carthaginenſibus hæc habet lib. 6. τὰς μὲν στρογγύλας τῶν νεῶν κύκλῳ περιστήσαντες ἑτέραν ἀπὸ τῆς ἑτέρας ἱκανὸν διάστημα, τὰς δὲ τριήρεις ἐν τῷ μέσῳ αὐτῶν ἀθροίσαντες. *Rotundis quidem navibus in circuitu altera ab altera ſatis magno intervallo conſtitutis, & in harum medio collectis triremibus.* Et aliquanto pòſt: Ἐν τῷ λιμένι πολλαὶ τριήρεις καὶ στρογγύλαι νῆες ὥρμων, *ad portum appulerant multa triremes & rotunda naves.* Triremes ſunt naves ארכא *arco* vel *argo*, & rotundæ naves ſunt גולין *golin* vel *gauli*. Græci vetuſtiores navigandi rationem à Phœnicibus edocti, Phœnicia etiam nomina multa uſurparunt. Et in ipſa Argo Tiphys fato functus ſucceſſorem habuit Ancæum Phœnicis Cadmi fratris ex Aſtypalæa nepotem, qui naucleri munere diu functus eſt, ut quidem volunt. Proinde ad Phœnices id quoque refero quod à Poëtis Argo fingitur navis fuiſſe loquax, ligno à Pallade in carinam impacto ex Dodonæa ſylva, quod humanas voces funderet. Nempe דבר verbum Hebræis & *loqui* ſignificat, & *regere* ſeu *moderari*: quia animos ſermone regimus & moderamur:

Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Inde דוברה (*dobera*) *loquentem* ſi participium, ſi nomen eſt *ratem* ſonat quæ regitur & gubernatur. Hujus plurale דוברות *doberoth* pro ratibus occurrit 1. Reg. 5: 9. Et Hebrææ voces עץ מדבר tam reddi poſſunt *lignum loquax*, quàm *lignum quod navem regit*. Ex hac homonymia nata fabula quâ vel ipſa navis loqui dicta eſt, vel lignum aliquod in nave. Quo ligno nil quicquam aliud quàm clavum intelligo, qui non loquitur, ſed regit navem. In puppi quidem eſt clavus, & vocale lignum in prora ponit Apollodorus lib. 1. Κατὰ δὲ τὴν πρῷραν, inquit, ἐνήρμοσεν Ἀθηνᾶ φωνῆ (lege φωνῆεν) φηγοῦ τῆς Δωδωνίδος ξύλον, *ad proram autem Minerva vocale Dodonæa fagi lignum accommodavit.* Sed, ut fabulas taceam non ſibi conſtare in omnibus, Apollodoro Valerium oppono, qui lib. 1. Argonauticon fingit hanc navem è tutela voces fundere, ut quæ Dodonæam quercum ibi habuerit. Verba ſunt:

* Cajus Γάϊος. Cnæus Γναῖος. אכבר Acbar Ἀχβάρ.

Apollod. lib. 1.

Viſa coronata fulgens tutela carina
Vocibus his inſtare duci: Dodonida quercum
Chaoniaque vides famulam Jovis.

Navium autem tutelæ, quæ Deos habebant adpictos, non erant niſi in puppe. Ovidius in epiſt. Paridis:

Accipit & pictos puppis adunca Deos.

Virgilius Æn. lib. 10.

---- *aurato fulgebat Apolline puppis.*

Perſius Sat. 6.

Ingentes de puppe Dii.

Ad quæ verba Scholiaſtes: *Navium tutelam dicit quam in puppibus habent.* Sed alios teſtes fruſtra advoco, cùm ipſe Valerius lib. 8. in puppe navis Argûs pro tutela auratum Minervæ ſimulachrum ita deſcribat:

Puppe procul ſummâ, vigilis poſt terga magiſtri,
Haſerat aurata genibus Medea Minerva.

Γόναθα, τὸ ὅριον, Φοίνικες: ſumpta vox ex Exod. 21: 10. quo loco vir uxori tria jubetur præſtare, cibum, veſtitum, & עונתה *gonata*. (Ajin per G effero ἀρχαϊκῶς, ut in *Segor*, *Gaza*, *Gomorrhâ*, *&c.*) Ibi *Gonata* Hebræi referunt ad legitimum conjugii uſum certo tempore & modo. Et putatur Apoſtolus eò alluſiſſe 1 Cor. 7: 3. cùm virum uxori reddere jubet τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν. De cætero עונתה plerique ad עון referunt, unde מעון *habitaculum*, quaſi habitationem ſignificet, viri nimirum cum conjuge. Sed Aben-Ezra melius refert ad ענת unde עת tempus in plur. עתות & עתים litera *nun* latente in *daghes*. Nam Chaldæi dicunt עִנְתָּא Ezræ 4: 10. & paſſim. Inde igitur ענת eſt tempus ſtatutum & determinatum quo fit quæque res. Ita apud Talmudicos ענת המעשרות *tempus decimis dandis lege præſcriptum.* Chaldæis id ipſum ענתא *goneta*. Proinde & Phœnicibus *gonata* erat τὸ ὅριον, id eſt, terminus unicuique rei præſcriptus, ut in tempore & modo fieret, quomodo τὸ ὅριον & τὸ ὅρος paſſim ſumuntur.

Παταικοί, Θεοὶ Φοίνικες οὓς ἱστᾶσι κατὰ τὰς πρύμνας τῶν νεῶν. Hoc jam expoſitum ſuprà.

Cùm in Phœnice nata ſit Semiramis, credibile eſt nomen fuiſſe Phœnicium. Cujuſcunque linguæ fuerit, Heſychius, *columbam montanam* exponit. Σεμίραμις, περιστερὰ ὄρειος Ἑλληνιστί. Nec multò aliter Diodorus ex Cteſia, ubi de paſtore Simma, qui in ſolitudine repertam adoptavit pro filia: καὶ τοῦτον δὲ ἄτεκνον ὄντα τὸ παιδίον τρέφειν ὡς θυγάτριον μετὰ πάσης ἐπιμελείας ὄνομα θέμενον Σεμίραμιν, ὅπερ ἐστὶ κατὰ τὴν τῶν Σύρων διάλεκτον παρωνομασμένον ἀπὸ τῶν περιστερῶν. *Et hunc cum eſſet illiberis, infantem ut filiam ſummâ curâ enutritam nominaſſe Semiramin, quod Syrorum dialecto ad columbarum nomen alludit.* Id Scaligero ſuſpectum, qui ingenuè fatetur ſibi non ſatis liquere quid hoc nomen ſignificet, & Jacobo Capello, cui Semiramis non eſt columba, ſed *nomine inclita*, vel *nomen meum eſt altum*. Id enim Hebraicè שמירם *Semiram*.

Diod. l. 2. pag. 66.

Sed ne cogamur Veteribus falſi dicam ſcribere, ajo Phœnices *Semiramin* non ſcripſiſſe, ſed *Serimamin*, conflata voce ex duabus Arabicis שרי *ſera* ſcilicet & חמאם *hemam*, quarum illa *montem*, hæc *columbam* ſonat. Prior etiam סראה; ſcribitur, nec montem ſolum ſignificat, ſed & quicquid eminet; principem puta, ut Hebrçum שר *ſar*. Itaque hæc ſunt ſynonyma. Ex שרי *ſera* geminato R Hiſpani ſecerunt *ſierra*.

Altera pars vocabuli חמאם *hemam* vel חמאמה *hemama* pro columba eſt frequens, ut & affinis ימאם *iemam* vel ימאמה *iemama* pro turture. Utraque in Scripturæ Paraphraſtis & in Avicenna paſſim occurrit. חמם Hebræis & Arabibus eſt calefcere: inde origo certa nominis cùm vix ulla ſit avis columbâ calidior. A columbini pedis

dis ſimilitudine amomum Arabicè המאמא *hamama* vel *chamama* dicitur, quaſi περιστερῶν. Et verò χάμαμα redditur περιστερεῶς in Lexico Græco-Arabico quod citat magnus Salmaſius in Solinum pag. 1324. Eòdem refer hæc Serapionis c.

Fol. 187. 76. *Hameme, id eſt, pes columbinus, & eſt amomum.* Ita etiam reddit Teixeira in hiſtoria Regum Perſiæ lib. 1. cap. 35. Et Judæus pharmacopola Hieroſolymis de quo Garcias, qui verum amomum in India ſe vidiſſe addit pedem columbinum egregiè referens. Vide plura Dalechampii lib. 18. cap. 40. Itaque ex שרי & חמאם formari potuit שרחמאם *ſerhemam* pro columba montana. Quali compoſitione כרמיונא *carmiuno* uſurpatum pro columba œnade. Et in Scriptura

Tzetz. Chil. 6. hiſt. 44. 2 Reg. 6. 25. חריונים vel דביונים pro fimo columbino, ut volunt, aut pro colocaſia verius, quod alibi pluribus probo. Quin citra compoſitionem potuit Semiramis à loco in quo eſt reperta nuncupari virgo שרי חמאם *ſera hemam*, montis columbarum, vel צאר חמאם *ſar hemam* verticis columbarum, vel שער חמאם *ſaar hemam* ſylvæ columbarum, vel צחרא חמאם *ſahara hemam* deſerti columbarum. Utut ſit, trajectis literis pro *Sarimami* vel *Serimami* Græci dixerunt, *Semiramim*, barbarum vocabulum more ſuo emollientes. Locum in quo expoſita eſt & à paſtoribus reperta Semiramis Cteſias ita deſcribit: τὸ δὲ παιδίον εἴς τινας ἐρήμους καὶ πετρώδεις τόπους ἐκθεῖναι, ἐν οἷς πολὺ πλῆθος περιστερῶν ἐννοσσεύειν εἰωθότος, παραδόξως τροφῆς καὶ σωτηρίας τυχεῖν τὸ βρέφος. *Infantem autem expoſuiſſe in locis deſertis & petroſis, in quibus cum columbarum magna copia nidificare ſoleret, illam mirabili modo enutritam eſſe & ſervatum.* Sic Æliani de anim. lib. 12. cap. 21. Bacchori Babyloniorum Regis nepos in horto repertus Τίλγαμος eſt appellatus, id eſt, טלי גן *ſeli-gan* infans horti. Κομίζει, inquit, ἐς κῆπόν τινα καὶ τίθησι ἐφειμένως εὖ μάλα, ὁ τοίνυν τοῦ χώρου μελεδωνὸς καλὸν παιδίον θεασάμενος, ἐρᾷ αὐτοῦ καὶ τρέφει, καὶ καλεῖται Τίλγαμος. *Talis* (aquila) *in hortum quendam & mollisſimè depoſuit; Loci porro dominus formâ infantis delectatus, eum amavit & aluit, & dictus eſt Tilgamus*; imò Tilganus vel Teliganus.

Obiter libet ſolvere quæſtionem à Veteribus ultro citroque agitatam, & de qua Regum maximus Ariſtotelem conſuluit & Chitonem Amphipolitanum, cur nimirum apud Poëtam columbæ ἀμβροσίην Διὶ πατρὶ φέρουσι, *ambroſiam Jovi patri ferunt*, vel quod idem eſt διὰ τί ὁ ποιητὴς πελειάδας ἐποίησε τῆς τροφῆς τῶν Θεῶν διακόνους, *cur Poeta columbas fecerit miniſtras cibi Deorum*, quomodo concipitur quæſtio à Ptolemæo Hephæſtione apud Photium. Uno verbo reſpondeo fabulam eſſe Phœniciam vel Arabicam natam ex alluſione vocum חמאם *hemam*, & אמאם *emam* vel *imam*, quarum illa *columbas*, hæc ſacerdotem ſignificat. Nempe ſacerdotum erat proprium Diis cibos ſubminiſtrare. Quos proinde Lucianus in ſacrificiis deſcribit epulantes & ἐπικεχηνότας τῷ καπνῷ, καὶ τὸ αἷμα πίνοντας τοῖς βωμοῖς προσχεόμενον, ὥσπερ αἱ μυῖαι, *fumo inhiantes, & ſanguinem aris affuſum muſcarum inſtar ebibentes.* Sed & Lev. 21:6, 8, 17. familiari ἀνθρωποπαθείᾳ Moſes dicit ſacerdotes cibum offerre Dei ſui: & Ezech. 44: 7. Deus illos ita compellat: *Offertis cibum meum, adipem & ſanguinem.* Quale illud Num. 28: 2. *Oblationem meam, cibum* ſcilicet *meum, &c. cuſtodietis.*

Ptol. Hephæſt. l. 1. Euſtath. in Odyſſ. μ. Athen. l. 11. p. 490.

Luc. de ſacrif.

Unum addo ex Suida: Πάρμαι, inquit, δερμάτινοι θυρεοὶ παρὰ Καρχηδονίοις, *Parmæ, clypei ex pellibus confecti apud Carthaginenſes.* Parma ſcutum rotundum, vulgari clypeo brevius, equitum ferè proprium. Parmam dici putat Varro, eo quod à medio ſit in omnes partes par, Iſidorus à parvitate. Sed ex Suida colligere eſt vocem fuiſſe Punicam. Radix פרם *param* eſt חתך incidere, unde פרימא *perima* inciſio חתיכה in Baal Aruch ex Talmudicis. Et פירמא *pirma*, minutal aut iſicium ex carne minutatim conciſa, & פרומאי *peromae* fabri lignarii, qui lignum dedolando incidunt. An indidem פרמא *parma* dicta, quia in orbem inciſa, ut ancile Romanorum, parmæ vel clypei genus, etiam ab anciſu vel inciſu appellatum? Varro de lingua Latina lib. 6. *Ancilia dicta ab anciſu, quod ea arma ab utraque parte ut pelta Thracum inciſa.* Ovidius lib. 3. Faſtorum:

Var. de ling. Lat. l. 4. Iſid. Orig. l. 18. c. 12.

> *Idque ancile vocant, quod ab omni parte reciſum,*
> *Quemque notes oculis angulus omnis abeſt.*

Iſidorus Orig. lib. 18. cap. 12. *Ancile dictum ab anciſione, quod ſit ab omni parte veluti anciſum & rotundum.*

CAPUT XII.

Phœnicia & Punica ex Stephano Byzantio.

Ἄζωτος ab aza, id eſt, capra. Capra עז ex Hebr. unde Phœn. *aza* & Syr. עזא *izza*, & Satyricorum ἴζάνη. Sed *Azotus*, Hebr. *Aſdod*, eſt à robore, ut Dei nomen שדי *Saddai* παντοκράτορ. Βὴρ באר puteus. Βηρὺτ robur, id eſt, אבירות unde Berytus. *Geza* vel *Aza* à munitione, non ab Azone Herculis filio, nec à gaza Jovis ibi ſervata. De Jove *Marna* nugæ. Μάρνα virgo Cretenſibus. *Britomartis* Diana, id eſt, virgo dulcis, *Marnas* מרנש dominus hominum. Μάρν Syris dominum. De Marna Hieronymus. *Iſſos* inſula Punicè Χοναδαρα; Imo Χοναδαρα חבל הדפר malus navis. Κανθάρ caput equi. Clitomachus Diogneti filius Carthaginenſis Philoſophus olim *Aſdrubal.* Itaque Aſdrubal in veter. inſcripr. *Azrubal*, id eſt, אזר בעל vel אזרובעל *Dominus ad pugnam accinctus.* Id Siculi Dorice mutarunt in Ἀσδρούβαν. Hebr. אזר *cingere* transferri ad robur & virtutem bellicam. Diognetus, id eſt, *Mahar baal*, à Jove genitus. הרה Hebr. generare. Laodicea, olim Rhamatha, quia paſtor fulmine ictus dixit רם אתה *rhem atha* tu celſus es ô Deus. Originatio falſa Philonis, & à Stephano ſecus accepta. Locus corruptus emendatur. *Rhamatha* vox ſimplex quæ *excelſa* ſonat. Multa Judææ loca hujus nominis, omnia in montibus, ut & Laodicea. Deus à Cabaliſtis את vocatur, quia eſt α & ω. *Magna*, inſula Libyea, quæ *Samatho* Libybus, id eſt, magna. Annon Lyciæ potiùs, ubi μεγάλη νῆσος, quæ Μεγίστη *Maxima* dicta. At *Samatho* vox Punica quæ fit ex עצם *aſam.* Gutturalis a Phœnicibus initio vocis ſæpe neglecta. *Niſibin eſſe* columnas vel lapides in acervum collectos. Utrumque ſignificat Hebræum נציב *neſib.* Vide Gen. 19: 26. *Onca* vel Ὄγγα *Onga* aut *Ogga* Minerva Phœnicibus (Malè Ὄγκα in Pauſania) ab חגג *aggab*, id eſt, pugnare. Phœnice olim *Rhabbetin* & *Colpitis.* Utrumque nomen à ſinu. *Rhabbotin* רבותין magnus ſinus. Sæpe צ in ט mutari. Id nominis Phœniciæ occidentali circa Carthaginem & Syrtes apprimè convenire. Hanc etiam oram Phœnicem dici. Grandis ſinus etiam in Phœnice orientali circa Libanum.

In Stephano περὶ πόλεων Phœnicia hæc leguntur Ἄζωτος, πόλις Παλαιστίνης, ταύτην ἔκτισεν εἷς τῶν ἐπανελθόντων ἀπ' ἐρυθρᾶς θαλάσσης φυγάδων, καὶ ἀπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Ἄζας (Ἄζαν) ὀνόμασεν, ὃ ἐστι χίμαιραν ἣν Ἄζωτον μετέφρασαν. *Azotus urbs Palaſtina, quam condidit exulum unus è mari Rubro venientium*, (id eſt, Phœnicum unus quos è mari Rubro veniſſe volunt) *& de nomine Aza uxoris Azam, id eſt, capram nominavit, quod mutarunt in Azotum.* Hæc merè ſunt fabuloſa. Neque enim Phœnicum fuit, ſed Philiſtæorum urbs Azotus: & capra quidem Phœnicibus עזא *aza* dici potuit ut עז *ez* Hebræis, & ענז *anz* Arabib. & עזא *izza* vel *izza* Syris & Chaldæis, plur. עזין *izzia* & עזן *izzan*; unde ἴζάνη veſtis ex caprarum pellibus, quâ utebantur actores ſatyrici. Sed in Hebraica Scriptura עז *ez* capra, & אשדוד *Aſdod*, id eſt, Azotus, nihil quicquam habent ſimile. *Aſdod* propriè

robur

robur ſonat. Vox eſt apud Arabes frequens. Inde Dei nomen שדי *Saddai* Græci reddunt παντοκράτορα. Ibidem voce Βηρυτός: ἐκλήθη ἢ διὰ τὸ εὔυδρον· Βὴρ γὰρ τὸ φρέαρ παρ' αὐτοῖς. Ἰσίδωρος δ' ἐν πρώτῃ τὴν ἰσχὺν Βηρὺθ (ſic lege non Βηρυτὶ) Φοίνικας ὀνομάζειν ἀφ' οὗ καὶ τὴν πόλιν εἰς Ἑλλάδα φησίν. En Beryti nominis duas origines; unam ex באר *beer* vel *ber*, id eſt, puteo, quod vocabulum Phœnices commune habuêre cum Hebræis; alteram ex בירות *beruth*, id eſt, robore; nam בירות *berath* eſt pro אבירות *abiruth* ex אביר *abir* quod validum ſonat. Sic ex eodem אביר excidente *aleph* arx Hebræis dicitur בירה *bira* & Chaldęis בירתא *birtha*.

Γάζα πόλις Φοινίκης, νῦν δὲ Παλαιστίνης πρὸ τῆς Αἰγύπτου, *Gaza urbs Phœnices, nunc autem Palæſtinæ, quæ ante Ægyptum eſt*. Imò & jam olim Palæſtinæ urbs fuit, nec ad Phœnicem pertinet, niſi quatenus Phœnice Palæſtinam includit, ut in Strabone & aliis. Sequitur: Ἐκλήθη καὶ Ἄζα, καὶ μέχρι νῦν Σύροι Ἄζαν αὐτὴν καλοῦσιν, ἀπὸ Ἄζονος τοῦ παιδὸς Ἡρακλέους, *vocatur etiam Aza, & uſque nunc illam Syri Azam vocant, ab Azone Herculis filio*. Nempe Aza & Gaza idem ſunt. Utrumque Hebræis eſt עזה, ubi initiale Ajin alii efferunt ut g, alii prorſus negligunt. Inde *Aſiongaber* & *Gaſiongaber*: *Sennar* & *Singara*, *Phegor* & *Phaora*; *Segor* & *Zoara*; *Amorrha* & *Gomorrha*. Gaza porro vel Aza à munitione dici notum eſt. Nam Hebraicè עזה munitam ſonat. Qualis revera Gaza; Mela: *In Palæſtina eſt ingens & munita admodum Gaza.*
Vide Curt. l. 4. Quâ fiduciâ Batis vel Betis Eunuchus urbi præfectus Alexandro obſiſtere auſus eſt, τῷ χωρίῳ πιστεύων, μήποτε ἂν βίᾳ ἁλῶναι Arrian. lib. 2. Et revera in ejus obſidione Alexander laboravit plurimum. Itaque hæc vera origo nominis, & tam commentitium eſt ab Azone filio Herculis Azam dici, quàm quod ſequitur de gaza Jovis ibi ſervata. Cætera non capio: Jovem Cretenſem ibi cultum ἐκάλουν Μαρνᾶν, ἑρμηνευόμενον Κρηταγενῆ, τὰς παρθένους γὰρ οὕτω Κρῆτες προσαγορεύουσι μαρνάν. Hæc falſa & ἀνακόλουθα: Virgo enim apud Cretenſes non dicebatur *marna*, ſed μάρπις, ut jam Viri docti notarunt, fere ut apud Arabes מראה *marath* mulier; unde Diana dicta *Bruemartis* dulcis virgo. Solinus: *Cretes Dianam religioſiſſime venerantur, Bruomartin generaliter nominantes, quod ſermone noſtro ſonat virginem dulcem.* Dato tamen, non conceſſo, Cretenſes virgines vocari *marnas*, an hinc ſequitur *marnan* Jovis nomen apud Gazæos ſignificare Κρηταγενῆ. Quid potuit dici futilius? Quin Syris מרנש *Marnas* eſt dominus hominum, ut ברנש *barnas* filius hominis: Philo in Flaccum Μάριν ſcribit τὸν κύριον ὀνομάζεσθαι παρὰ Σύροις. Illud μάριν deflexum ex מר *mar*. De Gazæorum Marna Hieronymus aliquoties in epiſt. ad Lætam: *Marnas Gazæ luget incluſus, & everſionem templi jugiter pertimeſcit.* Et in vita Hilarionis: *Ingrediatur ſervus ejus Gazam & Marnas corruat.* Et in Eſa. lib. 7. *Serapium Alexandriæ, & Marnæ templum Gazæ in Eccleſias Domini ſurrexerunt.*

Ἱστός: ὄρος Λιβύης, Οὐδονὴ λεγομένη ὑπὸ Λιβύων, ὑπὸ δὲ Φοινίκων κεβλάραφεαθ (imò χεβλαραφεάθ הבל הרפסד *malus navis*) ὃ ἑρμηνεύονται Ἱστὸν, οὗ γὰρ ἐστι παραπλήσιος. Hoc alibi jam expoſitum. Ut & quod voce Καρχηδών, unum è Carthaginis nominibus Κακκάβη explicatur ἵππου κεφαλή. Diximus pro *Caccabe* Pœnos ſcripſiſſe *Carcabe*, voce compoſita ex כר *car* & רכבה *recabe*. Vide ſuprà.

At nondum obſervavimus quod habet ibidem de Clitomacho: Καρχηδόνιοι σοφὸς μέγας, καὶ Κλειτόμαχος ὁ Διογνήτου, ὃς ἐκαλεῖτο Ἀσδρούβας. Quod ipſum legere eſt in Euſtathio, ubi de Carthagine: ἐξ αὐτῆς φασὶ Κλειτόμαχον εἶναι τὸν Ἀκαδημαικὸν φιλόσοφον τὸν καὶ Ἀσδρούβαν καλούμενον. Et in Diogene Laërtio in fine libri quarti: Κλειτόμαχος Καρχηδόνιος, οὗτος ἐκαλεῖτο δὲ Ἀσδρούβας; Et in Plutarcho lib. 1. de fortuna Alexandri: Κλειτόμαχον, Ἀσδρούβαν καλούμενον πρότερον, καὶ Καρχηδόνιον τὸ γένος. Unde colligere eſt Aſdrubalem à Viris doctis perperam exponi חסד רוב בעל *multæ benignitatis dominum*. Sed neque jam placet quod ſuprà ſcripſi Aſdrubalem ſcribi Punicè עזרובעל *auxilium ejus Belus*. Apparet enim Aſdrubalis nomen aliquid bellicum ſonare ex eo quod mutatum fuit in Græcum *Clitomachum*, id eſt, inclitum pugnâ. Quomodo Malchi nomen in Porphyrium, quia purpura Regum eſt propria; & Hebraicum Oniæ in Menelaum, quia utrumque robur ſonat. Nempe Aſdrubal Phœnicibus erat אזור בעל *Azur baal*, vel אזרובעל *Azrubaal* Dominus ad pugnam accinctus. Itaque in veteri inſcriptione, quam deſcripſit vir inſignis D. Iſaacus Voſſius legitur

AZRUBAL SUFFES ANNIBALIS F.

Id in Ἀσδρούβαν mutatum à Siculis, qui Doricè διαλύουσι τὸ ζ εἰς τὰ ἐξ ὧν ἦν συγκείμενον στοιχεῖα, *zeta reſolvunt in literas ex quibus erat compoſitum*, id eſt, S & D. Vide in Athenæo Epicharmi fragmenta, Theocritum & alios. Eo exemplo Seniores pro עזרא *Ezra* Eſdram ſcribunt. אזר propriè eſt zonâ vel balteo cingere. Sed quia is eſt habitus militaris, inde eleganti metaphora etiam ad robur transfertur & virtutem bellicam. Servius in illud Æn. lib. 8. *diſcinctos Mulciber Afros. Diſcinctos dixit inhabiles militiæ. Omnes enim qui militant cincti ſunt, aut certè inefficaces: ut contra præcinctos ſtrenuos dicimus. Horatius, altius ac nos præcinctis unum; unde & Græcè εὔζωνος appellatur non qui bonam zonam habet, ſed qui eſt ſtrenuus.* Ita etiam Hebraicè. Sic 1. Sam. 2: 4. ונכשלים אזרו חיל *infirmi accincti ſunt robore* Pſ. 18: 40. ותאזרני חיל למלחמה *& accinxiſti me robore ad bellum*. Pſ. 65: 7. de Deo נאזר בגבורה *accinctus eſt virtute*. Proinde veteres interpretes paſſim reddunt ἰσχύειν, ἐνισχύειν, κατισχύειν. Sic 2. Sam. 22: 40. ותאזרני Græcè καὶ ἐνισχύσεις με. Eſ. 8: 9. התאזרו ἰσχύετε. Eſ. 45: 5. de Cypro אאזרך ἐνίσχυσά σε. Quæ verſio ex eo firmatur, quod pro his verbis Pſ. 18: 33. האל המאזרני *Deus me accingit*, habetur in ejuſdem Pſalmi repetitione 2. Sam. 22: 33. האל מעזי *Deus eſt robur meum*.

De cætero Clitomachus Diogneti, id eſt, Maharbalis, filius fuit, quod nomen Punicè ſonat *à Jove genitum*, vel *ex Jovis proſapia*. Nam הרה propriè concipere, ſed & generare eſt. Unde הורה genitor Gen. 49: 26. & הרה גבר *natus eſt vir*, Job. 3: 2. Porro Jovem à Pœnis Baal vocatum ex Auguſtino ſcimus.

Λαοδίκεια, πόλις τῆς Συρίας, ἡ πρότερον Λευκὴ ἀκτὴ λεγομένη, καὶ πρὸ τούτου Ῥάμιθα (lege Ῥάμαθα.) Κεραυνωθεὶς γάρ τις ποιμὴν ἔλεγε Ῥαμάνθας, τοῦτ' ἔστιν, ἀφ' ὕψους ὁ θεός, ῥάμαν (lege ῥάμ) γὰρ τὸ ὕψος, ἀθὰς (lege ἀνθὰς) δὲ ὁ θεὸς, οὕτω Φίλων. *Laodicea urbs Syriæ quæ prius dicta eſt Leuce Acte, & antea rurſus Ramatha: Paſtor enim aliquis fulmine ictus dixit Ramanthas, id eſt, ex alto Deus; Ram enim eſt altitudo, & anthas Deus; ita Philo.* Imò רמתא *Ramatha* nil quicquam quàm loca excelſa ſignificat, vox eſt ſimplex non compoſita. Nomen factum ex argumento. Monti enim vel promontorio incumbit Laodicea. Plinius lib. 5. cap. 20. *Promontorium in quo Laodicea libera.* Sic Judæa quotquot habuit oppida hujus nominis, in montibus ſita fuêre. Mirabere Philonem id latuiſſe, Philonem inquam Byblium (neque enim alium hîc intelligo) quem Phœniciæ linguæ fuiſſe apprimè gnarum probat quod Sanchoniathonem ex Phœnicio ſermone in Græcum tranſtulerat. Sed & doctiſſimi Græcorum in vocum originationibus ſæpe ſolemnia delirant, & ad fabulas

bulas

delirant, & ad fabulas confugiunt, etiam in re per ſe obvia. Præterea nullus dubito quin Stephanus perverterit Philonis mentem. Neque enim voluit Philo Deum Ἄθας vel Ἄνθας dici, ſed paſtorem fulmine ictum Deum compellaſſe his verbis, רם אתה *rham atha* vel רם אנת *rham ant*, id eſt, *celſus es tu*, nempe ô Deus. Quod ſic accepit Stephanus ac ſi à Philone ἄθας vel ἄνθας Deus exponeretur. Cabaliſtis quidem את *ath* Dei nomen eſt conflatum ex Hebræi Alphabethi prima & ultima litera, quo ſignificatur Deus omni principio eſſe prior, & omni fine poſterior, id eſt, æternus. Atque eo ſenſu dicit Chriſtus, Apoc. 22:12. ἐγώ τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, *Ego ſum Alpha & Omega, principium & finis, primus & noviſſimus.* Sed Phœnices nemo dixerit de his myſteriis cogitaſſe. Et haud dubiè indidem hauſta ſunt hæc Heſychii: Ῥαμάς, ὁ ὕψιστος θεός, *Ramas altiſſimus Deus*; in quibus non ἄνθας, ſed ῥαμάς pro Dei nomine rectè habetur.

Μάγνα, νῆσος Λιβυκή. Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν. ἣ κατὰ τὴν Λιβύων φωνὴν Σαμαθὼ, ὅ ἐστι μεγάλη. *Magna, inſula Libyca. Alexander* (Polyhiſtor) *lib.* 3. *Libycorum, quæ Libyum* (Pœnorum) *ſermone Samatho dicitur, id eſt, Magna.* Eſt cur putetur hæc fuiſſe inſula Lyciæ non Libyæ. Libyæ inſula *Magna* nomine alibi nulla memoratur. At prope Lyciam fuit μεγάλη νῆσος *Magna inſula*, de qua alibi idem Stephanus: ἔστι καὶ μεγάλη νῆσος, ἡ νῦν Λυκίας. Quæ & μεγίστη *Maxima* dicta. Ptolemæus lib. 5. cap. 2. Νῆσοι δὲ παράκεινται τῇ Λυκίᾳ μεγίστη, &c. *Inſulæ verò Lyciæ adjacent Maxima*, &c. Et rurſus Stephanus: Μεγίστη, πόλις καὶ νῆσος τῆς Λυκίας, ὡς Πολυΐστωρ, *Maxima urbs & inſula Lyciæ, ut tradit Alexander Polyhiſtor*, nempe in Lyciacis vel Lyciæ Periplo quem non ſemel citat Stephanus. Sed & Libyca idem ſcripſerat. Et vox *Samatho* plane videtur eſſe Libyca, ſeu quod idem eſt Punica. *Samatho* enim fit ex עצמת *aſamath* initiali rejecta. Tale in Plauto *baudone* ſalve mi domine, pro *have adom*; Et in Hannone *Cerne* pro אחרנאה *acheraae* ultima habitatio: & in Philone *Βηρὺτ* robur pro אבירות ἀβηρὺτ; & in Auctario Dioſcoridis ἀστὴρ χιλιὸς pro חציר אחילם ἀσεὶρ Ἀχίλλ herba Achillis, id eſt, ſideritis; Et inſula רוד *Rhod* pro ירוד *Jarhod*, id eſt, draconis. עצמת *aſamath* Hebr. eſſet עצומה & Arab. עטימה. Id Hebræis *multam* ſonat, ſed Arabicè *magnam*, tranſlata ſignificatione è diſcreta quantitate ad continuam. Ita etiam apud Phœnices.

Νίσιβις πόλις ἐν τῇ Περαίᾳ τῇ πρὸς τῷ Τίγρητι ποταμῷ. Φίλων ἐν Φοινικικοῖς, Νάσιβις διὰ τοῦ α. Οὐράνιος δὲ διὰ τοῦ ε Νέσιβις. σημαίνει δὲ, ὥς φησι Φίλων, νάσιβις τὰς στήλας, ὡς δὲ Οὐράνιος, νέσιβις φησι σημαίνει τῇ Φοινίκων φωνῇ λίθοι συγκείμενοι συμφορητοί. *Niſibis urbs in Tranſeuphratenſi regione quæ eſt ad Tigrem amnem. Philo in Phœnicicis Naſibin per A ſcribit, Uranius per E Neſibin. Significat autem Naſibis juxta Philonem columnas, at juxta Uranium Neſibis linguâ Phœnicum ſunt lapides collecti & coacervati.* Syri נציבין *Neſibin* efferunt quod utrumque ſignificat & columbas & acervum ſeu tumulum. Hinc Gen. 19: 26. Hebræum נציב *neſib* à Kimchio תל tumulus aut acervus ab aliis *columna* redditur. Id enim eſt Græcis στήλη. Chaldæis קמא & עמוד & Arabico Interpreti דכאנה.

Idem Stephanus in voce Ὀγκαῖαι: Ὄγκα γὰρ ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ Φοίνικας. *Onca enim Minerva juxta Phœnices.* Ita etiam Æſchyli Scholiaſtes in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας; Et Pindari Scholiaſtes recentior in Olymp. β. ἔστιν ἐν Θήβαις ἱερὸν Ἀθηνᾶς, Ὄγκας καλουμένης Φοινίκων γλώττῃ, *Thebis Minervæ templum eſt quæ linguâ Phœnicum Onca dicitur.* In Heſychio ſcribitur Ὄγγα, in Pauſania Ὄγγα, ſed reſcribendum ὄγγα vel ὄγκα. Quod alibi monuimus fieri à Syro אגה *aggah*, id eſt, pugnare, præliari, quia Minerva bellorum præſes.

Idem verbo Φοινίκη: Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ῥαββώθη καὶ Κολπῖτις. Lege Ῥαββώτιν καὶ Κολπῖτιν. *Phœnice prius vocabatur Rabbotin & Colpitis*, ſupp. γῆ. *Rabbotin & Colpitis* planè idem ſunt. Utrumque nomen à ſinu factum. Rabbotin enim Hebraicè eſſet רבחוצן *rabbotſen*, κόλπος μέγας *magnus ſinus. Tſade mutatum in τ*, ut in טביתא ταβιθά ex צבי *tſabi*, & Tyro ex צור *Tſor*, & Tani ex צען *Tſoan*. Hac permutatione nihil frequentius apud Syros. Sed falli puto Stephanum, qui Phœnicæ propriè dictæ has tribuit appellationes. Neque enim Orientalis Phœnice, ſed Libyca ſic dicebatur. Notum enim eſt Punicas urbes præcipuas in magnis ſinubus fuiſſe ſitas. Mela ubi de Africa minore lib. 1. cap. 7. *Tria promontoria, Candidum, Apollinis, Mercurii, vaſte projecta in altum duos grandes ſinus efficiunt; Hipponenſem vocant proximum ab Hippone Diarrhyto, quod littori ejus eſt appoſitum. In altero ſunt*, &c. *Utica & Carthago ambæ inclytæ, ambæ a Phœnicibus conditæ.* Et paulò poſt: *Hadrumentum, Leptis, Clupea, Abrotonum, Taphra, Neapolis, hinc ad Syrtim adjacent, ut inter ignobilia celeberrima: Syrtis ſinus eſt centum ferè millia paſſuum quâ mare accipit patens, trecenta quâ cingitur.* Et rurſus: *Tum Leptis altera, & Syrtis nomine atque ingenio par priori, cæterum altera ferè ſpatio quâ dehiſcit, quâque flexum agit amplior.* Merito igitur Κολπῖτις & רבחוצן vel רבחוטן *Rabbotin* dicta terra quæ tam vaſtis ſinubus patet. Tamen hoc nomine videtur ora Carthaginenſis præcipuè deſignari, de qua Scylax in Periplo: ἡ δὲ Καρχηδονίων χώρα ἐστὶν ἐν κόλπῳ, *Carthaginenſium autem regio eſt in ſinu*; Et Appianus in Libycis: ἦν δὲ ἡ πόλις ἐν μυχῷ κόλπου μεγίστου, *ſita autem erat urbs in receſſu ſinûs maximi.* Sinus maximus, id eſt, רבחוצן *Rabbotin.*

Hæc ora Phœnice vocatur cùm ab aliis, tum à Polyæno apertiſſimè, cùm lib. 5. de Agathocle ſcribit; στρατιώτας συντεταγμένους ᾔτησε παρὰ Συρακουσίων, ὡς διαβησόμενος εἰς τὴν Φοινίκην, *milites in aciem inſtructos petiit à Syracuſanis, ut in Phœnicem trajecturus*, id eſt, in Africam prope Carthaginem.

Interim ſi quis ex mente Stephani *Rabbotin* & *Kolpitin* velit epithetum eſſe Phœnices propriè dictæ, non vehementer pugnabo; modò pars Phœnices intelligatur circa Libanum de qua Mela lib. 1. cap. 12. *Inde jam non obliqua pelago ſed adverſa adjacens, à terra grandem ſinum inflexo tractu littoris accipit.*

CAPUT XIII.

Punica ex Euſtathio, & Pindari & Apollonii ſcholiaſtis, & Tzetze.

In Euſtathio Dido ἀνδροφόνος, imò *Eliſſa*. Carthago primò Cænepolis. In Pindari Schol. *Scyphius* primus equus, quia è petra editus. In Apollonii Schol. quatuor Cabirorum nomina. Horum ſacerdos κοίης, id eſt, כהן. Tzetzis error geminus in expoſitione vocum *Godoro* & *Gabbatha*. Vera explicatio. *Carminno* כרמינא columba cœnas. Vox è duabus conflata quas Tzetzes male diviſit. Arabicè τάειρ, id eſt, טאיר non eſt columba, ſed avis in genere, ut Syr. *tajora*. *Tejar* augurium.

In Euſtathio Dido falsò explicatur ἀνδροφόνος; quod ad *Eliſſa nomen* puto pertinere potiùs, tanquam ab חלל & איש; Nempe איש virum ſonat, & חלל confodere. Sed neque id ſatis probo.

Ibidem Carthago legitur primò vocata fuiſſe Καινὴ πόλις, deinde Καρχηδὼν abſurdè. Nam Καρχηδὼν id ipſum eſt quod καινὴ πόλις. Itaque etiam Hiſpaniæ Carthago vocatur καινὴ πόλις. Stephanus:

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Καρχηδὼν πόλις Ἰβηρίας: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ αὐτὴ καινὴ πόλις. Cætera de Caccabe, & Clitomacho, & Byrſa jam explicata.

In Pindari Scholiaſte Σκύφιος *Scyphius* vocari legitur in mythographis primus ille equus qui vel e petra erupit, vel e Neptuni ſemine natus eſt in petra dormientis; *Scyphius*, id eſt, שקיפי *ſciphi* Πετραῖος. Syris enim שקיף *ſciph* eſt petra, quod jam ante monuimus. De eodem illo equo ſic Iſacius in Lycophronem pag. 123. Περὶ τὰς πέτρας τοῦ ἐν Ἀθήναις Κολωνοῦ (Ποσειδῶν) καθευδήσας ἀπεσπέρμηνε, καὶ ἵππος Σκύφιος ἐξῆλθεν, ὁ καὶ Ἀκειρωνίτης λεγόμενος. *Circa petras Coloni Athenis Neptunus dormiens ſemen emiſit, & exiit equus Scyphius, qui & Acironites dicitur.* Legendum Σκυρωνίτης *Scyronites*, ut rectè habetur paulo pòſt. Nempe Arabibus צחור *Sachur* ſunt petræ. Itaque tam *Scyronites* quam *Scyphii* nomen à petris ductum, unde volunt equum erupiſſe.

In Apollonii Scholiaſte ſunt Cabirorum nomina quæ ex lingua Phœnicia ſuo loco ſic explicavimus:

Cabiri כבירים *Dii potes.*

Axieros אחזי ארץ *poſſeſſio mea terra*, id eſt, Ceres.

Axiokerſa אחזי קרץ *poſſeſſio mea mors*, id eſt, Proſerpina.

Axiokerſos Pluto indidem dictus.

Kaſmilus, al. *Kadmilus* חרמאל *miniſter Dei*, id eſt, Mercurius.

Cabirorum ſacerdos in Heſychio vocatur κόης, id eſt, כהן *cohen.*

Joannes Tzetzes Chiliad. 8. hiſt. 216. ita habet:

> Φοῖνιξ δὲ γλῶσσα γάβαρα λέγει τοὺς λιθοστρώτους,
> Ὡς οἱ Ἑβραῖοι Γαββαθὰ τόπους τοὺς λιθοστρώτους.

Utrobique fallitur. Verum quidem eſt eundem locum Joh. 19:13. Græcè dici λιθόστρωτον, & Hebraicè, id eſt, Syriacè Γαββαθὰ, ſed diverſa ratione. Neque enim a pavimento nomen *Gabbatha*, ſed ab eminentia, vel ſi Syro Interpreti credimus, à ſepimento. Is quippe literis B & P permutatis pro *Gabbatha* habet גפיפתא *gephiphatha* peribolum. Quâ voce ſic accepta *Gabbatha* & *Gadara* ferè idem erunt. Unde eſt quod Bartenora Talmudici Tractatus Peah cap. 6. גפא *gappa* per *gader* explicat. Sed his nihil commune cum lithoſtroto, quod nobile eſt pavimenti genus incruſtatione ex exiguis lapillis factâ.

Inter columbæ ſpecies una eſt οἰνὰς vel οἰνίας, cujus poſt Philoſophum meminêre Ælianus, Athenæus, Heſychius, Julius Pollux. Alii à vini colore dictam volunt, alii à vindemiæ tempore quo maximè conſpici ſolet. Illam, ſi Tzetzæ credimus Chiliad. 6. hiſt. 44. *Carmiuno* Syri vocabant, id eſt, כרמיונא voce compoſita ex כרם *vite* & יונא *columba*: quod his verbis utcunque expreſſit:

> Κατὰ Ἑβραίων γλῶσσαν τε καὶ τὴν τῶν Σύρων ἅμα
> Χαρμὶ δηλοῖ τὴν ἄμπελον, ἰνὼ περιστερὰν δὲ,
> Τὴν ἣν φασὶ οἱ Ἕλληνες περιστερὰν οἰνάδα.

Rectè, niſi quod Syras voces malè dividit; neque enim χαρμὶ, ſed כרמא *charma* vel *charme* vitem ſonat; & columba non eſt *uno*, ſed יונא *iuno* vel *iono*; ut Hebr. *Jona*. Unde Jonæ Prophetæ nomen, quod & ipſe Tzetzes agnoſcit Chil. 7. hiſt. 126. Sed multò peccat graviùs cùm ex Iſmaëlitica, id eſt, Arabicâ linguâ τάειραν idem columbam exponit; cum Arabicè טאיר *tair* ſit avis quælibet, ut Syriacè טירא *tairo* Pſ. 148:10. Unde טיר *teiar* augurium, מטיר *mitaier* augur, טיר *taier* augurari paſſim in Paraphraſtis. Vide Jonathanem Gen. 30:27. & 44:5, 15. Neque id fugit Hebræos. Baal Aruch בלשון ישמעאל קורין לעוף טיר *linguâ Iſmaelis avem appellant tair.* Idem ex Kimchio & Juſto Jehielide obſervat Druſius in fragmentis in Geneſ. 44:5.

CAPUT XIV.

Punica & Phœnicia ex Etymologico magno.

Jupiter Ἄλδος aut Ἀλδήμιος Gazæ. Fortè ab *alda* vel *aldim*, id eſt, ſæculis. Aliter Græci. *Aphaca* Libani locus prope fluv. Adonim Veneris templo à Conſtantino ſubverſo valde celebris. Inter Heliopolim & Byblum, ſemotus ab urbibus, ut habetur in Euſebio. Tamen ibi Naclim oppidum memorat Chriſtodorus, ſed id potuit eſſe recentius. *Naclu* ut *Nicolau* Hebr. palmulæ ſpecies. Prope Aphaca *Beeth* ſtagnum in quod decidens filia Veneris in piſcem eſt mutata. Nicephorus & Germanicus emendati. Venus ibi lugubri habitu. Ignis è Libani vertice certa die in ſubjectum amnem cadens. Deæ cultores inibi ſe polluebant omni genere libidinum. *Aphaca* amplexum explicat Etymologus rectè. Syris enim עפק *aphak* amplecti, ut Hebr. חבק *abak*. Ibi ſcilicet credita Venus in Adonis amplexus fuiſſe. Cur eadem Venus Architis in Macrobio. Doctiſſimi viri lectionem receptam ſollicitant. Sed nil mutandum. Architis ab *Arca* vel *Archa* vicina urbe in Libano. Betagon Saturnos; imò בית דגון *beth-Dagon* templum Dagonis. *Beth Dagon* 1. Macch. 10:83. *Galones* non ſunt Phœnicibus περιφερόμενα. Hæc pertinent ad præcedens Γάλλοι. Dido a divagando dicta. *Hellotia* Europa, Cretica vox potiùs quàm Phœnicia. Al. *Hellotis* Europa. *Hellotia* Europæ feſtum. *Hellotes* Europæ corona. *Hellotis* Gortyna urbs. *Theba* bos Syris, ridiculè. *Sindon* à Sidone ubi repertus ſindonum uſus. Etiam alii Tyriis hoc inventum tribuunt. Tamen צידון *Sidon* & סדין *Sindon* Scripturâ multum differunt. Materia è lino aut byſſo. *Sindon* & *Sadin*. Cur N ante D Græcè inſertum, An olim ſcriptum *Saddin*. *Daghes* in D mutari in N, in B & P mutari in M. *Suſinum* vel *ſuſianum unguentum*, id eſt, lilinum. *Suſa* lilium שושן *ſuſan*. Suſa urbs à copia liliorum, al. ab equis, סוס *Suſa* equus. Sed Suſan ſcribitur per ש.

Jupiter Ἄλδος aut Ἀλδήμιος Gazæ cultus eſt, quia credebatur ἀλδαίνειν, id eſt, augere fructus, ut in Eubœa ἐπικάρπιος Ζεὺς apud Heſychium. Ita Etymologus ex Methodio. Ego Jovem illum Phœnices linguâ ſuâ vocaſſe puto בעל חלדא *baal-halda* dominum ſæculi, vel בעל הלדים *baal-aldim* dominum ſæculorum; quo ſenſu verus Deus appellatur מלך העלם *Rex ſæculi*, id eſt, mundi. Ejuſdem Jovis aliud nomen מרנש *Marnas* ſuprà expoſitum.

Ἀνὴρ *crater* ex Heſychio jam explicatum.

Aphaca in Libano locus eſt non procul à fluvio Adoni, templo Veneris Aphacitidis inibi ſtructo jam olim, & a Conſtantino ſubverſo celeberrimus. Euſebius de vita Conſtantini lib. 3. cap. 55. Ἄλσος δὲ τοῦτο ἦν καὶ τέμενος αἰσχρῷ δαίμονι Ἀφροδίτης ἐν ἀκρωρείας μέρει τοῦ Λιβάνου ἐν Ἀφάκοις ἱδρυμένον. Socrates lib. 1. cap. 18. τὸ ἐν Ἀφάκοις τοῦ Λιβάνου ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης, &c. Sozomenus lib. 2. cap. 5. Ὁ ἐν Ἀφάκοις (ναὸς) τῆς Ἀφροδίτης περὶ τὸ Λιβάνιον τὸ ὄρος καὶ Ἄδωνιν τὸν ποταμόν. Hiſtoria tripartita lib. 2. cap. 20. *In Aphacis juxta montem Libanum & Adonim fluvium Veneris domus.* Idem legere eſt in Nicephoro, niſi quod habet perperam ἐν Φοινίκοις pro ἐν Ἀφάκοις. Locus fuit medius inter Heliopolim & Byblum. Zoſimus lib. 1. Ἄφακα χωρίον ἐστι μέσον Ἡλιουπόλεώς τε καὶ Βύβλου, καθ' ὃ ναὸς Ἀφροδίτης Ἀφακίτιδος ἵδρυται. Locum deſcribit Euſebius: ἔξω πάτου, τριόδων τε καὶ λεωφόρων ἐκτὸς, οὐκ ἐν μέσαις πόλεσιν, ἀλλ' ἐν ἀγοραῖς καὶ πλατείαις. Tamen, ſi Suidæ fides, Aphaca erant in urbe Nacli: Νάκλος, inquit, πόλις περὶ Ἡλιούπολιν, ἐν ᾗ τὰ καλούμενα Ἄφακα. Sed condi potuit urbs Naclis poſt Conſtantinum & Euſebium: Suidas enim hæc habet ex Chriſtodoro qui diu vixit poſt Euſebium, nempe Anaſtaſii tempore. Ex ipſo nomine apparet locum fuiſſe palmulis illis majoribus fertilem, quas à Nicolao Damaſceno Nicolaos appellant Græci & Romani ſcriptores. Id enim Hebræis eſt נקלים *naclis*. Prope Aphaca lacus aut ſtagum fuit, de quo Zoſimus: τούτου πλησίον λίμνη τίς ἐστιν ἐοικυῖα χειροποιήτῳ δεξαμενῇ, *prope fanum iſtud lacus quidam eſt ciſternæ manufactæ ſimilis.* Et Germanicus in

Hiſt. lib. 8. cap. 30.

Vide Plin. lib. 13. cap. 4. Plutarch. Sympoſ. l. 8. cap. 4. Athen. lib. 14. Buxtorf. Lex. Talmud. pag. 1589.

Arati

Digitized by Google

Arati Phœnomena: *Piſcis magnus, &c. dicitur in aſtra collocatus, eo quod decidens in Beeth ſtagno, Aphacitidis filia Veneris in piſcem ſit transfigurata, quam Syri Deam nominaverunt. Quidam autem dicunt quod de ſtagno filiam Veneris ſalvaverit. Unde uſque hodie Syri piſces argenteos in templo conſecraverunt.* Lego *Aphacitidis* cum doctiſſimo Seldeno pro vulgato *Phacitis*. Ipſa Dea dubium an ob filiæ caſum, aut propter Adonim ab apro interemptum, lugenti habitu pingebatur. Macrobius Saturnaliorum lib. 1. cap. 27. *Simulachrum hujus Deæ in monte Libano fingitur capite obnupto, ſpecie triſti, faciem manu læva intra amictum ſuſtinens, lachryma viſione conſpicientium manare creduntur.* Fama refert dæmonum illuſione inibi apparuiſſe quotannis certa die ignieulum in modum ſtellę, qui è Libani vertice cum impetu ruebat in ſubjectum amnem, & credebatur eſſe Venus. Zoſimus: Κατὰ μὲν ἐν τὸ ἱερὸν καὶ τὰς πλησιάζοντας τόπους, πῦρ ἐπὶ τ̃ ἀέρ۞ λαμπάδ۞ ἢ σφαίρας φαίνεται δίκλω, συνόδων ἐν τῷ τόπῳ χρόνοις ταχτοῖς γινομένων, ὅπερ καὶ μέχρι τ̃ καθ' ἡμᾶς ἐφαίνετο χρόνων. *Juxta fanum & vicina loca ignis inſtar lampadis aut globi in aëre conſpicitur, quoties ſtatutis temporibus ibi conventus habentur: qui quidem ad noſtram ætatem uſque conſpectus fuit.* Sozomenus ubi ſupra: Ἐν Ἀφάκοις δὲ καθ' ἐπίκλησιν τινα καὶ ῥητὴν ἡμέραν τ̃ ἀκρωρείας τ̃ Λιβάνου πῦρ διάττον καθάπερ ἀστὴρ εἰς τ̀ παρακείμενον ποταμὸν ἔδυνεν; ἔλεγον δὲ τοῦτο τὴν οὐρανίαν εἶναι, οἱ δὲ τὴν Ἀφροδίτην καλοῦντες. In lacum in honorem Deę multa conjiciebantur, aurea ſcilicet & argentea donaria, telæ lineę & byſſinæ aut alterius materiæ precioſioris. Quę ſi accepta eſſent, gravia ſupernatabant, & levia demergebantur. Ita habetur in Zoſimo. De cætero ejus cultores non alia de cauſa in locum illum confluebant, quàm ut in honorem Deæ ſcilicet, omni libidinis genere ſe polluerent. Quod Euſebius ita deſcribit: σχολή τις ἦν αὐτῇ κακοεργίας πᾶσιν ἀκολάστοις πολλῇ τε ῥᾳστώνῃ διεφθορόσι τὸ σῶμα, γύνιδοι γοῦν τινὲς ἄνδρες οὐκ ἄνδρες, τὸ σέμνον τ̃ φύσεως ἀπαρνησάμενοι, θηλείᾳ νόσῳ τὴν δαίμονα ἱλεοῦντο. γυναικῶν τε αὖ παράνομοι ὁμιλίαι, κλεψίγαμοί θ' ὁμιλίαι, ἄῤῥητοί τε καὶ ἐπίῤῥητοι πράξεις ὡς ἐν ἀνόμῳ καὶ ἀπροστάτῃ χώρῳ κατὰ τ̀ δὲ τ̀ ναὸν ἐπετηδεύοντο. *Erat Schola quædam nequitiæ omnibus libidinoſis, & iis qui multâ licentiâ corrumpunt corpus ſuum. Effœminati enim viri quidam non viri, naturæ ſuæ dignitate abnegata, muliebri mollitie Deam placabant. Mulierumque congreſſus illiciti, & furtivi coïtus, infandaque & turpia facinora in delubro illo, ut in loco impio & profano admittebantur.* Tam deteſtandæ libidini puto dediſſe occaſionem ipſam loci appellationem. Quippe אפקא *aphaca* Syris adeòque & Phœnicibus amplexum ſonat: & עפק *aphak* verbum in amplectendi ſignificatione occurrit in Verſione Syra Act. 20: 10, 37. & 4 Reg. 4: 16. ut citat Maſius in peculio. Pro quo חבק eſt in Hebręo, unde factum Syrorum עפק mutatis homogeneis. Aphacis porro ab amplexibus voluerunt ideò nomen obtigiſſe, quia in eo ipſo loco accenſa libidine in Adonidis amplexus ruit Venus. Ne quis putet nos divinare, audi quę affert Etymologus ex aliquo Veterum, quamvis authorem non citet: Ἄφακα Σύρων μὲν ἐστὶν ἡ λέξις, δύναται δὲ καθ' Ἑλλάδα γλῶτταν, εἰ δεῖ τὸ δημῶδες εἰπεῖν ῥῆμα, περίλημμα περιλαβοῦσης τ̃ Ἀφροδίτης ἐκεῖ τ̀ Ἄδωνιν ἢ τὴν πρώτην, ἢ τὴν ἐσχάτην συμβολήν. *Aphaca Syrorum eſt dictio, quæ Græcè ſignificat, ſi verbo utendum eſt parum honeſto περίλημμα amplexum; quia ibi Venus Adonin aut primo aut ultimo complexa eſt amplexata.* Diſputant eruditi cur hanc eandem Venerem Architidem appellet Macrobius ubi ſuprà: *Adonin*, inquit, *Solem eſſe non dubitatur, inſpecta religione Aſſyriorum, apud quos Veneris Architidis & Adonis maxima olim veneratio viguit: quam nunc Phœnices tenent.* Plerique ſuſpicantur locum eſſe corruptum. Itaque pro *Architidis* Scaliger in Varronem reſcribit *Dercetidis*. Robertus Cottonus *Adargidis*, Seldenus *Aphacitidis*, quomodo ſcripſiſſe Macrobium *auſus ſim*, inquit, *ferè dejerare*. At mihi recepta lectio fruſtra videtur ſollicitari, cùm in loco Aphacis proximo, nempe ſuper Libanum, ſpatio ferè medio inter Byblum & Heliopolim ſitam fuiſſe Arcam urbem ex Ptolemæo conſtet, quod docemus alibi pluribus in Gen. 10: 17. Ubi Arca, id eſt, Arcæus numeratur inter Chanaanis filios; itaque ab hac Arca Venus dici potuit Arcitis vel Architis addita aſpiratione, ut fit paſſim in nominibus peregrinis. Ideò maximè culta hæc Venus quod crederetur mulieribus formę decus conciliare, atque inde eſſe quod Libanotides formâ cęteras anteirent. Geographus anonymus ſub Conſtantio: *Heliopolis quæ propinquat Libano monti, mulieres ſpecioſas paſcit, quæ apud omnes nominantur Libanotides; ubi Venerem magnificè colunt: dicunt eam ibi habitare, & mulieribus gratiam formoſitatis dare.* Hæc natus ut videtur Geographus circa illa loca.

Βαίτυλ۞, Λίβανον τὸ ὄρ۞ τ̃ Ἡλίου πόλεως. Locum hunc corruptiſſimum partim ex Phavorino, partim ex Damaſcio ſuprà emendavimus.

Βητάγων, ὁ Κρόν۞ ὑπὸ Φοινίκων, *Betagon, Saturnus a Phœnicibus.* Verba ſunt Etymologi, in quibus illum puto egregiè falli. Neque enim uſpiam ulla mentio Dei cujuſquam ſic nominati, pręterquam in Phavorino, qui ſępe hunc ſequitur κατὰ πόδα. Et Saturnum אל *el* ſeu *Ilum* appellaſſe jam probavimus ex Sanchoniathone & aliis. Itaque Βητάγων videtur corruptum ex בית דגון *beth-Dagon*, quomodo templum Dagonis appellabatur non ſolùm ab Hebręis & Phœnicibus 1 Sam. 5: 2, 5. & 1 Paral. 10: 10. Sed & à Judęis Helleniſtis. Sic 1 Macch. 10: 83. εἰσῆλθον εἰς Βηθδαγὼν τὸ εἰδωλεῖον αὐτῶν. *Beth-Dagon*, id eſt, τὸ ἱερὸν Δαγών, ut ibidem habetur cap. 11. verſ. 4. Hęc conjectura ſi vera eſt, bis peccant qui *Betagon* volunt eſſe Saturnum; primo in eo quod templi nomen uſurpant pro ipſo Deo; ſecundò in eo quod Saturnum & Dagonem promiſcuè ſumunt, cùm diſtinguat Sanchoniathon, Saturnum & Dagonem fratres fuiſſe dicens cœli & terrę filios ex Phęnicum theologia.

Ibidem Γάλαινος, χρῶμα ἵππων τὸ ὀνοειδὲς, τὰ περὶ φράγματα, Φοίνικες. Prius ex Heſychio confirmatur, in quo mendosè ſcribitur Γαλονὶς pro Γάλαινις, quod literarum ordo poſtulat. Sed poſterius pertinet ad Γάδειρα aliquantò ante pręcedens; Itaque eo reponendum.

Idem Etymologus in Διδὼ Didonem dicit cùm anteà Eliſſa vocaretur κληθῆναι ὕστερον τῇ Συρίων φωνῇ Διδώ, διὰ τὸ πολλὰ πλανηθῆναι ὑπὸ Φοινίκης ἀπαίρουσαν ἐπὶ Καρχηδόνα, τῇ γὰρ Φοινίκων φωνῇ τὴν Πλανήτιν Διδὼ προσαγορεύουσι. *Appellatam eſſe poſtmodum Tyriorum linguâ Didonem, quia multum eſt divagata, cùm è Phœnicia Carthaginem proficiſceretur, Phœnicum enim ſermone vagam vel erraticam Didonem appellari.* Hęc verò eſſe conſentanea probavi ſuo loco.

Ibidem: Ἑλλωτία, ἡ Εὐρώπη τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο ἢ ὅτι οἱ Φοίνικες τὴν παρθένον ἑλλωτίαν καλοῦσιν, ἢ παρὰ τὸ ἑλεῖν, ὅτι ὑπὸ ταύρου ἑάλω κατὰ τὸν μῦθον. *Hellotia; Europa ſic olim appellabatur, aut quia Phœnices virginem Hellotiam vocabant, aut ab* ἑλεῖν, *id eſt, capere, quia a tauro capta eſt juxta fabulam.* Mihi utrumque ſuſpectum. *Hellotia* potiùs videtur eſſe vox Cretica. In Heſychio ἑλλωτὶς eſt Europa: & ἑλλώτια Europę feſtum in Creta inſula. Et ἑλλώτις Europę corona textilis 20. cubitorum. Et in Stephano auctiore, quem in Solinum citat magnus Salmaſius, Gortyna Cretę urbs πρότερον ἐκαλεῖτο

Ἑλλωτὶς, οὕτω γὰρ παρὰ Κρησὶν Εὐρώπη, *prius vocabatur Hellotis, ita enim Europa apud Cretenſes.* Sed & hæc jam explicata.

Ibid. Θῆβα Συριστὶ λέγεται ἡ βοῦς, ὅθεν ἐκλήθησαν αἱ Θῆβαι ὑπὸ τοῦ Κάδμου κτισθεῖσαι. ὅτι ζητῶν τὴν ἀδελφὴν χρησμὸν ἔλαβε κατοικῆσαι ὅπου ἡ βοῦς ἑαυτὴν καταθήσει. *Theba Syriacè bos dicitur, unde vocata ſunt Thebæ a Cadmo condita, quia cum ſororem quæreret oraculo monitus eſt ut urbem ibi conderet ubi bos conſiſteret.* Hęc

In Iliad. α. tam vera ſunt quàm quod in Euſtathio legitur, dici Thebas ἀπὸ τοῦ θοῦ τῆς ἢ τοῦ δρόμου τοῦ βοὸς a curſu bovis. Thebas jam docuimus Hebraicè ſcribi תבן *Thebet*, deducta voce à בצה, id eſt, uligine. Nomen eſt formæ תבל.

De Phœnicia voce Κινάμωμον quicquid affert prætereo, quia ſumptum eſt ex Herodoto.

Ibid. Σινδὼν, ἀπὸ Σιδῶνος τῆς πόλεως. οἱ γὰρ Σιδόνιοι ἐφεῦρον πρῶτοι ὑφαίνειν σινδόνας, *Sindon ab urbe Sidone, primi enim Sidones artem invenerunt elaborandi ſindones.* Fortaſſe id verum ſindones Sidoniorum aut Tyriorum eſſe inventum. Quò videntur facere hæc Martialis:

Non ſic in Tyria ſindone tutus eris.

Et illud Catulli ad Thallum prout legit magnus Scaliger:

Sudariumque Setabum, Tyrographoſque thynos.

Lib.7.c.16. Tamen obſtat quod Ægyptiam ſindonem eſſe ſcribit Julius Pollux. Rurſus hiſtoria Samſonis de 30. ſindonibus Jud. 14: 12. docet in Phœnice tam vetus eſſe quàm in Ægypto ſindonum uſum. Utut ſit, in Hebræa ſcriptura צידון *Sidon* & סדין *ſindon* multum differunt. Illud enim per *tſade* ſcribitur hoc per *ſamech* Et *nun* finale ſervile in uno, in altero radicale eſt. Ut palam ſit ad eandem radicem non pertinere. Materiam è lino fuiſſe tradunt e Græcis Pollux qui ſuprà, & ex Hebræis Kimchius in Lexico. Nempe ὡς ὅτι τὸ λινοῦν. Nam & σινδόνος βυσσίνης mentio fit in Herodoto. Unde eſt quod סדינים Græci τὴν βύσσον exponunt Eſ. 2: 23. Sindon Hebræis, Chaldæis, Arabibus eſt סדין *ſadin*, vel *ſedin*, Syris *ſedun*; quod Græci & Romani N inſerunt in voce *ſindon* ſuadet veteres Hebræos ſcripſiſſe סדין *ſaddin* cum *daghes*. Tale eſt מדו *maddo* μανδύη, הדו *Hoddu* Indus & India, עזגדין *azgaddin* ἀγγαροι vel ἀσκάνδαι, כד *cad* plur. כדים *caddim* κάδοι, כלמד *Chelmad* Χαρμάνδη. Nam creſcente voce daghes videtur additum: Sic daghes in B & P mutatur in M. Ut in *ſambuca* ex סבכא *ſabbeca*, *ambubaia* ex אבוב *abbub*, *lampade* ex לפיד *lappid*, *rhamba* ex רבא *rhabba*, *tympano* ex תפא *tuppa*. Tamen ex ספל *ſephel* fit ſimpulum. Quidni etiam ex סדין *ſedin* ſindon.

Ibid. Σούσινον μύρον κρίνινον Ἕλληνες προσαγορεύουσι. τὰ γὰρ λείρια ὑπὸ τῶν Φοινίκων σοῦσα λέγεται, *Suſinum unguentum Græci κρίνινον, id eſt, liliinum, vocant. Lilia enim à Phœnicibus ſuſa dicuntur.* Pro Σούσιον lege σούσινον. Theophraſtus in libello de odoribus:

Apud Athen. l.15. c.12. Καὶ τὸ σούσινον, καὶ γὰρ τοῦτο ἐκ τῶν κρίνων. Dioſcorides lib. 3. cap. de lilio: ἀφ' οὗ καὶ τὸ χρῖσμα κατασκευάζεται ὅ τινες λείρινον, οἱ δὲ σούσινον καλοῦσι. Idem lib. 1. cap. περὶ σουσίνου σκευασίας: τὸ δὲ σούσινον ὅ ἔνιοι κρίνινον καλοῦσιν, &c. Plinius de unguentis lib. 1. cap. 1. *Suſinum tenuiſſimum omnium eſt Conſtat ex liliis*, &c. *Hoc optimum Sidone mox Ægypto.* Ita etiam Dioſcorides ubi ſuprà: δοκεῖ δὲ διαφέρειν τὸ ἐν Φοινίκῃ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ γινόμενον. Inde illi Phœnicium nomen. Suſinum enim Phœnicibus erat שושני *ſuſani*, ut lilium שושן *ſuſan*. Etymologus habet σοῦσα abjecto N, ut Græci ſolent. Tale eſt *Suſa* pro *Suſan* urbe Perſica etiam à liliis dicta, quod Græcos non latuit. Athenæus lib. 12. Κληθῆναι δὲ τὰ Σοῦσά φησιν Ἀριστόβουλος καὶ Χάρης διὰ τὴν ὡραιότητα τοῦ τόπου. Σοῦσον γὰρ εἶναι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ τὸ κρίνον, *Suſa autem Ariſtobulus & Chares appellata eſſe tradunt ab amœnitate loci; Suſon enim eſſe Græcorum linguâ* τὸ κρίνον *lilium.* Stephanus: Σοῦσα, &c. κέκληται ἀπὸ τῶν κρίνων, ἃ πολλὰ ἐν τῇ χώρᾳ πεφύκει ἐκείνῃ, σοῦσον τε αὐτὸ καλοῦσιν οἱ βάρβαροι. *Suſa dicuntur a liliis quorum regio illa eſt admodum ferax. Suſan enim barbari lilium appellant* Etymologus itidem paulò antè: Σοῦσα ἡ πόλις ἀπὸ τῶν περιπεφυκότων κρίνων. Σοῦσα γὰρ τὰ λείρια λέγεται, *Suſa urbs à circumſitis liliis. Suſa enim lilia dicuntur.* Quod multò verius quàm quod ibidem alii volunt, Suſa dici ἀπὸ τοῦ ἱππάσιμον αὐτὴν εἶναι, κυρίως γὰρ ὑπὸ Σύρων τὸν ἵππον λέγεσθαι, *ab eo quod regio eſt equis commoda, Suſiam enim equum a Syris appellari.* Chaldæis quidem & Syris equus dicitur סוסא *ſuſa* & סוסיא *ſuſja* Sed ſcriptura differt à שושן. Ut taceam Suſa nuſquam ab equitatu commendari.

CAPUT XV.

Africana ſeu Punica herbarum nomina ex Auctario Dioſcoridis & Apulejo.

Ea eſſe corruptiſſima. Rhamni cur vocentur *atadim*: Linum *zeraphoes*: Plantago *atieircon*: Κορωνόπους *aturſitte*: Εὔζωμον *aſuric*: Struthium *ſyris*: Capparis *cobianthun*: Anagallis *aſirriſoe*: Μῶλυ ὄντα *labuthbolabut*: Eryngium *cherdua*, cui malè tribuitur quod de arunco ſcripſerat Philoſophus: Ruta *churmu*: Ruta ſylveſtris *churma ſemnuced*: Paſtinaca ſylveſtris *ſicham*: Coriandrum *goed*: Hieracium majus *ſitelem*: Ἐλαφόβοσκον *aſcuncua* (in Africa nulli cervi:) Lilium *abiblabon*: Anthemis *aſtertiphe*; Parthenium *thamocath*; Buphthalmum *balſumeae*; Polygonum *chalum*; Periclymenon *lanath*; Anchuſa *buineſath*; Gramen *jebal*, Sideritis *adudonin*; Achillea *aſterchillos*; Tragii ſpecies *achaoſim*: Οξύσχοινον *chudua*; Chryſocome *dubath* & *burchumath*: Papaver corniculare *ſiſimuca*: Pſyllium *vargugum* (Giggejus notatus: γ & ε permutari ſcribarum imperitia: Conyza cur Hiſpan. *zargutona*:) Solanum *uſtriſmunum* (ejus in vaticiniis uſus:) Bunium *zigur* & *thepſo*: Bugloſſum *anſaauph*: Sylveſtris cucumer *cuſimezar*: Thapſia *boeden*: Κυνοσ*borphuth ſadoe*: Mercurialis *aſumes*: Cynocrambe *barmas* & *aſumes labon*. Hæc ex Dioſcoride. In Apulejo cur arnogloſſon ſit Afris *articreon*: Hyoſcyamum *gingam*: Leontopodion *gudubbal* (Luctationes Dei: Devoti, defixi, obligati, qui ad mulierem non poſſunt affectari:) Batrachium *atzicarur*: Callitrichon *aeſſo eſſe ſade*: Aſterion *derdun*: Periſtereon *zimicum* & *azirgozel* (M & B permutari:) Braſſica ſylvatica *butzutzim*.

De liliorum Phœnicio nomine mentio facta nos monet ut Apulejum conſulamus, & Authorem, quiſquis eſt, Auctarii ad Dioſcoridem; ex iis Africana & Punica plantarum nomina pro viribus exſculpturi, & Hebræis literis exhibituri. Quod Viri docti hactenus cur intentatum reliquerint, facile eſt divinare. Illos haud dubiè abſterruit laboris difficultas. Neque enim his nominibus quicquam legi corruptius. Penè tot monſtra quot verba. Ut verè dici poſſit monſtrorum Africa nuſquam fuiſſe tam ferax. Quibus debellandis vires Herculis vix ſuffecerint. Itaque hoc aggredior potiùs ut doctiores provocem ad meliora tentanda, quàm quod ſperare audeam hunc conatum mihi ſucceſſurum.

Dioſcoridis lib. 1. hoc ſolum occurrit: *Rhamnus eſt Afris ἀτάδιν atadim.* Id plurale eſt ab אטד *atad*, quod pro rhamno occurrit, Gen. 50: 10. Jud. 9: 14. Pſalm. 58: 10.

Lib. 2. Linum Afris eſt ζηραφοὲς, legendum ζεραφιστᾶ, id eſt, זרע פשתה *zeraphiſta* ſemen lini.

Ibid. Ἀρνόγλωσσον ſeu plantago Afris eſt ἀτιηερκὸν, legendum eſt הציר ערקין *Atir erkin* herba nervorum, id eſt, nervoſa, Hebræa phraſi. Græci enim aliter appellant ἑπτάπλευρον & πολύνευρον, quoniam ſeptem craſſioribus fibris quaſi nervis in dorſo per longitudinem folia ejus diſtincta ſunt. Vide Oribaſium & Marcellum Virgilium in Dioſcori-

Digitized by Google

ſcoridem, *Atir* eſt Hebræum הציר *hatſir*, herbæ generale nomen, quod Afri *Atir* ſcribunt & *aſir*, & *aſter*, & *aſtre*, & *atar* ut patebit ex ſequentibus.

Ibid. κορωνόπους, herba cornicis pede, Apuleio *Galli crus*, Afris ἀτιρσίττη. Pro ἀτιρ legendum ἀτυρ vel ἀτυρ vestigium. Hebræis אשור *aſur* & Arabibus אתר *atur*. Et σίττη alicujus avis eſt nomen; Idem fortè quod Græcis. Heſychius: Σίττη, ὄρνις ποιός, οἱ δὲ δρυοκολάπτης.

Ibid. εὔζωμον, *eruca*, *Afris* ἀσιρούκ, lego ἀσιρούκ nomine compoſito ex חציר *aſir* & *ruc* pro Latino *eruca*. Ergo *aſiruc* eſt herba *ruc*, id eſt, erucæ.

Ibid. στρούθιον radicula Afris συρίς, id eſt, שורש *ſores* radix. Plinius lib. 24. cap. 11. *Tingentibus & radicula ramos præparat, quam ſtruthion vocari diximus a Græcis.* In quę verba Marcellus: *Radicibus in tingendo, ut diximus, utebantur, oſtenditque Latinum nomen radicum tantum fuiſſe uſum. Neque enim aliam ob cauſam radicula quam ex potiore uſu dicta a Romanis eſt. Quin etiam nihil ferè excepta radice ſtruthion eſt.*

Ibidem capparis Afris ἰρβιωναθοὺς. Vox mirè depravata: legendum ἀβιωνώθ, id eſt, אביונות *abionoth*. Hebræi cappares ita appellant, & reliquas minutas baccas.

Ibid. anagallis (Gall. *du mouron*) Afris ἀσιρρεσε חציר רישי *aſir-reſe* herba veneni, id eſt, quâ ſuccurritur ἐχιοδήκτοις. Dioſcorides: ὠφελεῖ καὶ ἐχιοδήκτους μετ' οἴνου πινόμενος, *contra viperarum morſus, ſi ex vino bibatur, prodeſt.* Plinius lib. 25. cap. 15. *Bibitur & contra angues ſucci drachma in vino.* Ita etiam Avicenna lib. 2. cap. אנאגלס (ita ſcribendum, non אבאגלס) *quando bibitur cum vino prodeſt* מן נהש אראפעי *a morſu viperæ.* Merito igitur *Aſir-reſe*, quo nomine propriè ſignificatur herba quæ ſerpentum veneno medetur. Id enim ראש Hebræis, & Syris רישי & רישא, quia venenum ſerpentis eſt *in capite*; aut ſi mavis *in felle*. Nam & ראש Hebræis eſt *fel*. Et ſerpentis venenum aiunt, quoties iratus mordet, è ciſta fellis per anguſtos meatus ferri ad dentium radices, in ſacculos in eum uſum ibi à natura poſitos. Quod ſe in ſerpente diſſecto ex αὐτοψίας deprehendiſſe mihi pluribus confirmavit teſtis ἀξιοπιστότατος nobiliſſ. D. de Grentemeſuil.

Ibid. Μυὸς ὦτα *auricula muris*, Afris λαβαθαλαβάτ. Malim *lobatalapath*, id eſt, auricula veſpertilionis, quod eſt animal muri quam ſimillimum. *Lob* factum ex Græco λοβὸς, id eſt, pars auris infima. Etymologus: λοβοὶ λέγεται τὰ κάτω μέρη τῶν ὤτων, unde ἐλλόβιον inauris. Et *atalapath* pro veſpertilione ſumptum ex Hebr. עטלף *atalleph*, vel ex Syro עטלפא *atallepha*, in regimine עטלפת *atallephath*.

Libro tertio eryngium Afris eſt χορδάν. Alludit ad carduum in quo genere eſt eryngium. Tamen aliò videtur hoc nomen pertinere. Ariſtoteles hiſtoriæ animalium lib. 9. cap. 3. rem refert mirabilem, ſi modò veram: τῶν δ' αἰγῶν ὅταν τις μιᾶς λάβηται τὸ ἄκρον τοῦ ἠρύγγου (ἔστι δὲ οἷον θρὶξ) αἱ ἄλλαι ἑστᾶσιν ὥσπερ μεμωρωμέναι καὶ βλέπουσιν εἰς ἐκείνην. Quæ Plinius ita reddidit, quo loco agit de capris lib. 8. cap. 50. *Dependet omnium mento villus, quem aruncum vocant: hoc ſi quis apprehenſum ex grege unam trahat, cætera ſtupentes ſpectant.* In his ἤρυγγος ſive *aruncum* apparet eſſe villum in capra tam ex Plinii quàm ex Philoſophi verbis. Veterum tamen nonnulli minùs attentè legentes, ita acceperunt, ac ſi eryngio herbę id tribueretur quod eryngo ſeu villo capræ. Theophraſtus in fragmento de animalibus quę invidere dicuntur: ἡ αἶξ, ὅταν λάβῃ τὸ ἠρύγγιον εἰς τὸ στόμα, μένει, καὶ τὰς ἄλλας ἵστασθαι ποιεῖ, *capra cùm eryngium ore ſumpſit, manet* (immota) *& facit ut & aliæ ſubſiſtant.* Plutarchus Sympoſ. lib. 7. probl. 2. τὸ ἠρύγγιον μιᾶς αἰγὸς εἰς τὸ στόμα λαβούσης, ἅπαν ἐφίστασθαι τὸ αἰπόλιον, *ſi una capra eryngium ore ſumat, totus grex ſubſiſtit.* Et in libro de ſera numinis vindicta: αἰγὸς τὸ ἠρυγγίτην λαβούσης εἰς τὸ στόμα, ὅλον ἐφίστασθαι τὸ αἰπόλιον, ἄχρις ἂν ἐξέλῃ προσελθὼν ὁ αἰπόλος; *ſi capra eryngium ore ſumat totus grex ſubſiſtit, donec caprarius accedens exemerit.* In eodem errore fuit Nicandri Scholiaſtes, qui ad ea quę habet Nicander de herba eryngio citat Ariſtotelem de caprarum arunco, ac ſi de eodem ageretur. Quin Plinius iis quę nuper citavimus ſubjungit *id etiam evenire cum quandam herbam aliqua ex iis momorderit*; eos ſequutus qui verba Philoſophi in alium ſenſum detorſerant. Sed & è Recentioribus Marcellus Virgilius multa præfatus de abditis rerum cauſis, de eryngio hoc idem miraculum tanquam ex Ariſtotele refert, & miratur Plinium de eryngio ſcribentem rem tantam ſubticuiſſe. Veriſimile eſt Africanos eàdem ſententiâ imbutos eryngium appellaſſe חרדן *cherdan* ab Hebræo verbo חרד *charad*, quod ſtupere eſt & conſternari, unde חרד *chared* trepidus, & חרדה *charada* conſternatio. Arabes inverſis literis dicunt חדרה *chadara*, unde in Avicenna מחדר ſtupefaciens.

In Theriac. verſ. 645. ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης διατεταγμένως περὶ τοῦ ἠρύγγου φυτοῦ, ὅτι ἐὰν αἴξ τις φάγῃ αὐτοῦ, ἵσταται καὶ οὐ προσπαραλαμβάνεται.

Ibidem πήγανον *ruta*, *Afris* χύρμα, & πήγανον ἄγριον *ruta ſylveſtris*; *Afris* χύρμα εμμακίδ. Legendum χύρμας & χύρμας ιμμακίδ. Pœni & Arabes apud Avicennam & Giggeium ſcribebant חרמל *charmel* vel *charmal*. Inde χύρμας ut Ἀννίβας & Ἀσδρούβας pro Annibale & Aſdrubale. Et χύρμας ιμμακίδ eſt חרמל המקדי *churmal hammakedi* ruta Macedonica. Ibi enim naſcebatur. Scrapio apud Arabem Pandectarium: *Eſt aliud genus rutæ ſylveſtris naſcens in Macedonia & Gallia Aſia*, (id eſt, Galatia) *quam moly cives appellant, alii armolam*, &c. id eſt, חרמל rejecta aſpiratione.

Ibid. σταφυλῖνος ἄγριος *paſtinaca ſylveſtris* Afris σιχάμ שחם à nigredine. Syris enim שחם *ſecham* eſt nigreſcere & שחום *ſechum* vel שחים *ſechim* niger. Porro daucum (quod volunt aut idem eſſe cum agreſti paſtinaca, aut ſaltem ejus ſpeciem) in certis locis radicem habet nigram. Theophraſtus hiſt. plant. lib. 9. δαῦκον δὲ περὶ τὴν Σπαρτιατικὴν τῆς Ἀχαΐας διαφέρει, θερμαντικὸν φύσει, ῥίζαν δὲ ἔχει μέλαιναν; *Daucum autem in Spartenſi agro Achaiæ præſtantiſſimum & naturâ calefacit, & nigram habet radicem.* Daucum cum agreſti paſtinaca confundi docet quod Avicenna lib. 2. דרקו (legendum דוקו *dauca*) dicit eſſe ſemen גזר *gezar*, id eſt, paſtinacæ ſylveſtris. Et quod Galenus de utroque ſtaphylino agens hæc ſcribit: ὁ μὲν ἥμερος ἀσθενέστερος, ὁ δὲ ἄγριος, ὃ καὶ δαῦκον καλοῦσι, &c. *ſativa quidem paſtinaca debilior eſt, ſylveſtris autem, quam & daucum appellant*, &c. Ita etiam Paulus Ægineta lib 6. de ſimplicibus; δαῦκος ὁ καὶ σταφυλῖνος. Et Aëtius in tetrabiblo libri primi ſermone primo: *Paſtinaca*, &c *ſylveſtris, quam & daucum appellant.* Et Plinius lib. 19. cap. 5. *Eſt & quartum genus in eadem ſimilitudine paſtinacæ, quam noſtri Gallicam vocant, Græci verò daucon.* Ita etiam Scrapio & alii Arabum. Verène an fecus, non jam quæro.

Ibid. κόριον, *coriandrum*, *Afris* γοΐδ, Hebræis גד *gad* Exod. 16: 31. & Num. 11: 7. זרע גד σπέρμα κορίου, Vulg. *ſemen coriandri.* E Chaldæis Onkelos habet גידא *gida*, alii duo כסבר *cusbar*, & Arabes אלכסבר *alcusbar*, id eſt, coriandrum.

Ἱεράκιον τὸ μέγα, *hieracion majus*, Afris ειθελίαι. Rationem Græci nominis Plinius his verbis docet lib 20. cap 7. ubi de lactuca ſylvatica, cujus genus eſt hieracium: *ex his rotunda folia & brevia habentem ſunt qui hieraciam vocant; quoniam accipitres ſcalpendo eam, ſuccoque oculos tingendo, obſcuritatem cum ſenſere diſcutiant.* Planè eadem eſt ratio Africani nominis; nam Arabibus סתל *ſethel* eſt *aquila* aut *avis aquilæ ſimilis.* Ita eſt in Giggeio: ergo ut

ἱέραξ ſeu accipiter *hieracio*, ita כתל *ſethel* ſeu aquila *ſithelea* nomeo ſecit. Neque enim ſolus accipiter, ſed & aquila ſcribitur oculos hoc ſucco tingere. Apulejus cap. 30. *Dicunt aquilam, cum in altum volare voluerit, proſpicere rerum naturas, lactuca ſylvatica folium evellere, & ſucco ejus ſibi oculos tingere, & maximam inde claritudinem accipere.*

Ἐλαφόβοσκον quaſi cervorum pabulum, Afris ἀσκαυκαί. Malim ἀσκακκαὶ *Aſcaccai*, Hebr. חשק אקו *ask-acco* capreæ vel ibicis amor, id eſt, cibus illi pergratus. *Fama eſt*, inquit Plinius lib. 22. cap. 22. *hoc pabulo cervos reſiſtere ſerpentibus.* Dioſcorides itidem: ταύτην φασὶ τὴν πόαν τὰς ἐλάφους νεμηθείσας ἀντέχειν τοῖς τῶν ἑρπετῶν δήγμασι. Sed Africani cùm in cervis id obſervare non poſſent qui in Africa nulli ſunt, in capreis obſervarunt, quas in Africa moltas deſcribunt Herodotus lib. 4. & Ælian. de animalibus lib. 14. cap. 16. Unde eſt quod pro elaphoboſco hanc herbam appellarunt חשק אקו *ask-accu*, quaſi dixeris capreæ cupediam.

Herod. l. 4. Ariſtot. hiſt. anim. lib. 8. c. 28. Plin. lib. 8. cap. 11. Serv ad l. 1. Æneid Euſtath. in Dionyſ. pag. 28. Lucan. l. 9. verſ. 914.

Κρίνον *lilium* Afris eſt ἀβιβλαβον. Id eſſet Hebræis אבוב לבן *abub laban* calamus albus. Albus dicitur à floris inſigni albedine; & calamus propter caulis rectitudioem. Sic אבוב רועה *abub roe* calamus paſtoris Talmudicis vel eſt dipſacus, vel ut alii volunt damaſonium, recto utrumque & alto caule.

Ἀνθέμις *anthemis*, Afris ἀτιρτιφά. Id eſſet Hebr. חציר תפוח *atſir-tiphua* herba mali; nam & alio nomine Græcè dicitur χαμαίμηλον *terreſtre malum*, διὰ τὴν πρὸς τὰ μῆλα ὁμοιότητα τῆς ὀσμῆς, *quia malis odore eſt ſimilis:* unde officinis corruptè *camomila*; Galli veteres, teſte Apulejo cap. 23. appellabant *Ovalidiam*, alii *avaluſcam* (ſic legendum, non aulitícam.) Nempe hodiéque Britannis *aval* eſt malum. Alludit Anglum *aple*, Belg. appel, Germ. apſel. Fallor an idem vocabulum io uſu fuit apud Oſcos in Campania, atque inde dicta eſt *Abella* urbs maliſera? Virgilius Æn. lib. 7.

Et quos maliſera deſpectant mœnia Abella.

Quo ipſo epitheto videtur eo alluſiſſe. Neque enim Oſci ſermonis Poeta fuit ignarus, quem adoleſcentem aluerat

Parthenope ſtudiis florentem ignobilis oti,

ut quidem ipſe teſtatur in fine Georgicon. *Bella* pro *Abella* legi perperam ex Trogo, Silio, Plinio & aliis pridem probavit Cluverius.

Παρθένιον *Parthenium*, *Afris* θαμακάθ herba eſt amari ſaporis. Dioſcorides: ὀσμὴ ὑπόβρομον, τῇ δὲ γεύσει πικρίζον. Plinius lib. 21. cap. 30. *Parthenium, &c. naſcitur in hortorum ſepibus, flore albo, odore mali* (al. malo) *ſapore amaro.* Avicenna: חארה אלראיחה ואלטעם. *acris eſt odoris & guſtus.* An idem quod Hebræorum תמכה *thamca* vel תמכתא *thamcatha*, cujus mentio inter herbas amaras, quarum uſus Judæis ſuit in eſu agni paſchalis in Chald. Paraphraſi Exod. 12: 8. & Cant. 2: 9. & io tract. Talmud. פסח *cap.* 2. Conveniunt nomen & ſapor. Nec Hebræos moror, quorum alii תמכה marrubium, alii carduum, alii armoraceam, alii raphanum majorem, alii gingidium explicant, alii denique muſcum qui creſcit circa palmam. Nam hæc ipſa interpretationum diverſitas abundè docet illos hic cæcutire. Quid quod ut Afris *thamacath* & Hebræis תמכה *thamaca*, & Chaldæis תמכתא *thamcatha*, ita Romanis *tamnacum* dictum fuiſſe parthenium, conſtat ex his Plioii lib. 21. cap. 30. *Parthenium alii leucanthemon, alii tamnacum vocant*; pro quo perperam *amaracum* reſcribi volunt. Et una parthenii ſpecies hodiéque io officinis appellatur *tanacetum*, unde Gallicum *tanaiſie*, non ex Græco ἀθανασία, cujus nullus profertur author. Tanaceto hodiéque condiuotur artolagani, quorum ſapor utut amarus non tamen eſt injucuodus; ut nihil obſtet quominus adhiberi potuerit in eſu agni paſchalis.

Lib 1. capite אקחואן *uchuen.*

Ibid. Βούφθαλμον οἱ δὲ κάχλαν, οἱ δὲ βαλσαμήνην, &c. Ἄφροι ναρὰτ καλοῦσι. Duo hæc buphthalmi nomina ſunt expendenda *balſamene* & *narat*, quia utrumque eſt Africanum ſeu Phœnicium. *Balſamene* eſt à בעל שמין *balſamen.* Sic illi Solem vocabant quaſi cœli dominum, ut jam ante probavimus. Buphthalmum dici notat Plinius, quis eſt *ſimilis boum oculis.* Dioſcorides, quia habet ἄνθη ὀφθαλμοειδῆ. Galenus ἀπὸ τῶν ἀνθῶν ἐοικότων δοκοῦσιν κατὰ τὸ σχῆμα βοὸς ὀφθαλμῷ; unde Perſicè dicitur גאו גשם *gao geſem*, id eſt, עין אלבקר *oculus vaccæ*, ut interpretatur Avicenna lib. 2. cap. בהאר *bihar.* Indidem *Balſamene* dicta eſt, quia ut bovis oculum ita & Solis orbem florum ſpecies imitatur. Quæ ſimilitudo eo eſt aptior, quod Solem non forma tantùm, ſed & colore referunt. Sunt enim ἄνθη μήλινα, *flores lutei*; ita Dioſcorides. Galenus: ἐπὶ τήν γε χρόαν τοῖς τῶν ἀνθημίδων ἄνθεσιν ὁμοιότατα, μείζω δὲ ἐστὶν αὐτῶν συχνῷ καὶ δριμύτερα, *colore autem flores Anthemidis floribus ſunt ſimillimi, ſed multò tum majores, tum acriores.* Anthemidis autem flores Dioſcorides ita deſcribit: ἔνδοθεν μὲν χρυσίζοντα ἄνθη, ἔξωθεν δὲ περίκειται κυκλοτερῶς λευκὰ ἢ μήλινα ἢ πορφυρᾶ. Avicenna de בהאר *bihar*, id eſt, buphthalmo paulò aliter: *roſa ejus* אצפר *flava folio*, אחמר *rubra in medio*, אסמן *pinguior*, id eſt, denſior *folio albabunegi*, id eſt, anthemidis. Utut ſit rubrum & flavum io intenſo gradu, qui colores buphthalmi floribus tribuuntur, ſunt iidem penè qui Solis; neque aliunde deductum nomen alterum נארת *narat.* Nam Arabicè נאר *nar* eſt ignis, ut Syris נור *nur*, unde Hebr. נר *ner* lucerna. Ergo buphthalmus *narat* dicebatur ab igneo colore florum.

Lib. 25. cap. 8. Lib. 3. Simpl. lib. 6. c. 14.

Libro 4. Polygonum Afris χουλὶμ, ſortè חולים *chulim*, quæ vox Pœnis idem fuerit quod Hebræis חולית *chulioth* articuli, internodia. Nam חולים & חוליות genere ſolùm differunt & terminatione. Notum autem polygooum aliis polygonata & centinodiam dici, quia *multos habet ramuſculos* γόνασι περιειλημμένους *geniculis cinctos & interſectos.* Ita tradit Dioſcorides. Poteſt & alio referri Punicum nomen. חול *chul* Hebræis eſt parere. Parientibus porro utiliſſimum eſt polygonoo, quia, eodem teſte qui ſuprà, ſuccus ejus ἵστησι ῥοῦν γυναικεῖον προστεθείς, *muliebres fluxiones impoſitus ſiſtit.* Unde eſt quod alio nomine vocatur ſanguinaria. Plinius lib. 27. cap. 11. *Polygona Græci vocant quam nos ſanguinariam. Succus ejus cujuſlibet partis profluvium excreationeſque cruentas prohibet.*

Ibidem: Περικλύμενον Afris λανάθ, Arabibus לאן *lana* eſt mollem eſſe, & in ſecunda conjug. לין *laiana* mollire. An hinc לאנת *lanat* Africanis dictum periclymeoon, cujus præcipua virtus, quamque adeo primam membrat Dioſcorides, quod σπλῆνα τήκει *lienem mollit?* Plinius item lib. 27. cap. 12. *ſemen ejus, &c. in paſtillos digeritur. His reſolutis dantur, &c. ad lienem.* Potuit & reſpici folii mollitica. Ibid. Plinius: *Periclymenos fruticat & ipſa, ex intervallo duo folia habens ſubcandida, mollia.* Tamen aliud ſuſpicor. Clymenus & periclymenus ut habeot multa communia, ita & oomina ſæpe permutant, & communicant ſibi invicem. Hinc eſt quod clymenon nonnulli vocant periclymenon, ut Auctarii Author obſervat. Σμίλακα item & ἄγονον, quæ ſunt periclymeni propria; Periclymenus enim folia habet ſimilacis vel κισσοειδῆ *hedera figura*, quæ pota ἀγόνους ποιεῖν τοὺς ἄνδρας *ſterilitatem in viris facere referuntur.* Ita Dioſcorides. Viciſſim periclymenus appellatur καλυκάνθεμος, cùm clymeni ſit proprium calices ſeu θυλάκια folliculos habere in ſummo caule. Quo errore abreptus Plinius ſcribit clymeno potâ ſterilitatem etiam in viris fieri, id clymeno tri-

Lib. 25. cap. 7.

Digitized by Google

tribuens quod alii periclymeno. Sic Africanum nomen *lanath* eſt cur clymeno potiùs putem quàm periclymeno convenire. Theophraſtus, veterum in radicum ſectione ſuperſtitiones referens, ait ſecari quaſdam πρὶν ἥλιον ἐπιβάλλειν οἷον καὶ τὸ καλύμενον κλύμενον, *priuſquam ſol iis incumbat ut quæ vocatur clymenum*. De hiſt. plant. l. 9. Proinde Auctarii Scriptor notat clymenum à nonnullis appellari ἡλιοφυὲς (leg. ἡλιοφαὲς) ἀνατολικὸν item & δυτικὸν, quod ſcilicet poſt occaſum legeretur, vel ſummo manè cùm ſol eſſet circa exortum & mox appariturus. Quod tempus cùm noctis communi nomine comprehendatur, merito לנה *lana* vel לנת *lanath* (in regimine) dicta eſt herba quæ noctu legebatur. Hebræis quippe לן *lan* eſt pernoctare.

Anchaſa Afris βουενεσάθ. Legendum Βουενεσάθ *Buueneſath*. Ita maximè accedit ad Anchuſæ nomen Arabicum אבוגלסא *abujeleſa*, quale extat in Avicenna libro ſecundo Canonis. Notum enim eſt literam g apud Arabes idem ſonare quod j conſonum: & n & l eſſe literas homogeneas & facilè permutabiles. De cętero in longo nomine & πολυγραμμάτῳ nulla reperitur mutatio quæ ſit alicujus momenti. Alio nomine Arabes vocant שנגאר *ſingiar*.

Ἄγρωστις *gramen*, Afris ἰεβάλ, Hebræis יבול *jebul* & Syris יבל *jebal* in genere ſignificat quemvis terræ proventum; ſed & ſpeciatim עשבים herbas, gramina. Ita explicantur יבלי in gloſſa Talmudica tractatu Joma fol. 782.

Sideritis, Afris ἰανδουν. Nihil neceſſe eſt monere à ferro Græcè dici σιδηρῖτιν, quoniam glutinandis vulneribus ferro illatis eſt aptiſſima, & pręcipuum in bello habet uſum. Id ipſum ſignificatur Africano nomine ἰδιδιαν, quod plurale eſt, quia multæ ſunt ſpecies ſideritis: ſingulare ἰδιδαν Arabicè eſſet חדידאן *hadidan* ab חדיד *hadid*, id eſt, à ferro voce deducta. Radix חדד etiam Hebręis eſt acui. Sic ab acie Gallicè ferri genus dicitur *aciarium*.

Sideritis ſpecies ἀχίλλειος *Achillea Afris eſt* ἀσνὲ χιλλὶς חציר הילם *herba chillis*, id eſt, Achillis. Nominis rauo nota. Avicenna ſcribit אחלם.

Tragii duas ſpecies deſcribunt poſt Dioſcoridem, Plinius, Galenus, Paulus, Oribaſius, alii, quarum unam aſſerunt in ſola Creta naſci, alteram multis in locis. Hanc Auctarii Scriptor ignotus dicit ab Afris Ἀγχονεσὶμ appellari, aut ut legendum Ἀχαιονεσὶμ. Cùm nemo non videat Ἀχαιονεὶμ plurale eſſe Phœnicium à ſingul. Ἀχαιός. Itaque herba Ἀχαιονεσὶμ eſt herba Achivorum, vel quod idem eſt Græcorum. Ex quo ſit ut credam boc nomine non ſecundam tragii ſpeciem, quæ ubique provenit, ſed priorem intelligi, quæ alibi non reperitur quàm in parte Gręciæ, hoc eſt, in Creta inſula. Nam latè ſumptum Gręcię vocabulum etiam Cretam complectitur. Ne dicam inter varios Cretę incolas etiam Achivos cenſeri ab Homero Odyſſ. τ.

> Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη, ἐν μὲν Ἀχαιοὶ,
> Ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες.

Achivos nimirum Mycenis poſt Troianum bellum profectos aiunt Talthybio duce in Cretam ſe contuliſſe. Ita vetus Scholiaſtes & Euſtathius ad hunc locum.

Junci ſpecies ὀξύσχοινος *oxaſchœnos*, *Afris* χιδουα. Oxyſchœni Dioſcorides dicit duas eſſe ſpecies, quarum una eſt ἄκαρπος ſterilis, altera καρπὸν μέλανα ἔχει περιφερῆ, *fructum nigrum habet rotundum*. Theophraſtus dicit primùm vocari ἄρρενα *marem*, alterum μελαγκρανίν, id eſt, *nigricipitem* διὰ τὸ μέλανα τὸν καρπὸν ἔχειν, *quia fructum habet nigrum*. L. 4. hiſt. c. 13. Plinius item junci meminit *fœminas ferentis ſemen nigrum quem melancranin vocant*. L. 21. c. 18. Heſychio quoque μελάγκρανις eſt ὀξύσχοινος ἡ τὰ ἄκρα μελανίζουσα. Errore manifeſto legitur μελάγκρασις non in Heſychio ſolùm, ſed & in Phavorino qui Heſychium pridem exſcripſit. Salm. ad Solin. p. 261. Melancranis oxyſchœnos Afris *chudua*. Ex duabus oxyſchœni ſpeciebus ἄκαρπος neglexerunt, ὃ χρῆσις οὐδεμία πρὸς τὰς ἰάσεις, *cujus in medicina nullus uſus eſt*, ut Galenus disertè ſcribit lib. 8. Simplic. Alteram ex argumento vocarunt χιδουα, id eſt, juncum atrum ſeu nigrum. In *chudua* prior ſyllaba ſumpta ex Hebræo אחו *achu*, aleph rejecto ut in *Cerne* pro אחרנאה, & *Berut* robore pro אבירות, & in ſalutationibus *haudons* pro *have adons* ſalve domine mi. Et nuper *bu* pro אבו *abu* in *buueneſath*; Et in aſterchillos *Chillos* pro *Achillos* אחילים, quomodo Arabes ſcribunt. אחו *achu* juncum interpretamur cum Chaldæis Interpretibus, qui pro אחו habent גומיא *juncos*, Gen. 41:2. & 18. imò & cum ipſo Jobo qui cap. 8. verſ. 11. גומא *juncum & אחו achu* pro ſynonymis ita uſurpat, *An creſcet* גומא *juncum ſine luto, &* אחו *achu ſine aqua?* Græci Interpretes ex *achu* fecerunt ἄχι vel ἄχει. Sic Gen. 41:2. de vaccis Pharaonis: ἐβόσκοντο ἐν τῷ ἄχει, *paſcebantur in achi*, id eſt, באחו. Ita etiam verſ. 18. Et Eſ. 19:7. τὸ ἄχι τὸ χλωρὸν πᾶν τὸ κύκλῳ τοῦ ποταμοῦ, *achi viride omne quod in circuitu fluminis*. Ubi tamen Hebraicè non eſt אחו, ſed ערות quod gramineta explicant. In quem locum Hieronymus lib. 7. in Eſaiam: *Pro junco papyrum* LXX *tranſtulerunt de quo charta fit, addentes de ſuo* ἄχυρον (lege ἄχει) τὸ χλωρὸν, *quod in Hebraico non habetur. Cumque ab eruditis quærerem quid hic ſermo ſignificaret, audivi ab Ægyptiis hoc nomine linguâ eorum omne quod in palude virens naſcitur appellari.* Sirachides etiam cap. 40. verſ. 10. Ἄχει ἐπὶ παντὸς ὕδατος καὶ χείλους ποταμοῦ, *achi*, (id eſt, אחו *achu*) *ad omnem aquam & labium fluvii*. Quidam hùc afferunt ex Oſeæ 13:15. *cum ille fructificaverit* בין אחים *inter achim*, ac ſi τὸ אחים *achim* eſſet plurale τοῦ אחו. Sed ibi אחים ſunt fratres. Nam אחו in plurali haberet אחוים ut benè monet Kimchius. Sed de his alibi plura. Supereſt dicendum cur *du* in *chudua* nigrum reddamus. Atramentum τὸ μέλαν Hebraicè dicitur דיו *dejo*, & Chaldaicè דיותא *dejoutha* quomodo etiam Syris, Arabicè id ipſum eſt דויה *duvia* in Giggeii Lexico. Jer. 36:18. 2 Cor. 3:3. et 2 Joh. 12. et 3:13. Pag. 324. Et apud utroſque Britannos *du* hodiéque nigrum ſonat. Quam vocem eſſe priſcam ex eo docet Camdenus quod apud Trinobantes in Ptolemæo *Idumanus* dicitur amnis, qui Anglis hodiè *black vvater*, id eſt, nigræ aquæ. Tale eſt quod Scotiæ fluvium *Duglas* ex Britannica lingua nigrocæruleum explicant, quia *du* nigrum & *glas* glaucum ſignificat. Ex his conjectura eſt etiam Pœnorum lingua *du* vel *dua* nigrum ſignificaſſe, & *chudua* juncum nigrum.

De Chryſocome ſic habet Author appendicis ad Dioſcoridem: Χρυσοκόμη, οἱ δὲ χρυσῖτις, οἱ δὲ χρυσάνθεμος, οἱ δὲ ἀμάραντος, οἱ δὲ Διὸς πώγων, Ῥωμαῖοι Γίλις βάρβα, Ἄφροι δυβάθ, οἱ δὲ βυρχυμάθ. Et Galenus; Χρυσοκόμη, καλεῖται δὲ καὶ χρυσῖτις. Simplic. l. 8. Et Plinius: *Chryſocome ſive chryſitis non habet Latinam appellationem. Palmi altitudine eſt, comantibus fulgore auri corymbis.* L. 21. c. 8. Hæc ut Græcis *Chryſocome*, *chryſitis* & *chryſanthemos*, ſic Afris דהובת *dehubath* vel *dubath* dicebatur ab aureis corymbis. Aurum enim Hebræis זהב & Syris דהב & Arabibus דהב unde מדהבה *deaurata* Pſ. 44. (Heb. 45.) verſ. 11. id ipſum eſſe דהובה *dehuba* vel in regimine דהובת *dehubath* nemo non videt, cùm ſit pręt. Paul verbi דהב *deaurare*. Aliud nomen *burchumath* videtur id ipſum eſſe quod Arabicè ברעמה *Burghumath*, permutatis radicalib. ע & ח, ut in Arab. עשק amare pro חשק. Nempe Arabes ברעמה *burghumath* & ברעום *burghum* & ברעמה *burghamath* appellant herbam quamvis *vertice rotundo & multis foliis*. Quin & ברעם *barghama* verbum

ea

Digitized by Google

ea notinne uſurpatur. Sic ברעם אלנברת *herbæ vertex rotundus fuit, & multis foliis refertus.* Id chryſocome benè convenit, quam habere dicit Dioſcorides κόμην κορυμβοειδῆ ὁμοίαν ὑσσώπῳ, *comam corymbi ſpecie, hyſſopo ſimilem.* Ita & Plinius; *comantibus fulgore auri corymbis.* Κόρυμβος in monte eſt vertex: At in plantis quid ſit *corymbus* docent hæc (Hiſt. plant. l.3.) Theophraſti de quadam hederæ ſpecie: ἁδρὸν καὶ πυκνὸν καὶ συνεστηκότα τὸν καρπὸν ἔχει καθάπερ εἰς σφαῖραν, ὃν δὴ καλοῦσί τινες κορυμβίαν. (Lib. 16. cap. 34.) Quæ Plinius ita reddidit: *Denſus acinus & grandior, racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi.* Præter ſimiles corymbos comas inſuper ſeu denſa foliola & floſculos inſtar hyſſopi ſpicatim confertos in vertice habet chryſocome, unde & illi nomen.

Μήκων κερατῖτις, *papaver corniculare Afris σισιμάκα*, potiùs שמשם אכם *ſimſim acam* ſeſamum nigrum. Quantum à papavere differat ſeſamum non ignoro. Tamen hoc commune quod ſeſami ſemen *papaveris modo* vaſculis includitur; ut ex Theophraſto probant Matthiolus & Dalechampius. Addo in panificiis apud Veteres promiſcuum utriuſque fuiſſe uſum. Quod his verbis Dioſcorides disertè docet, quo loco agit de ſpeciebus papaveris: ἡ μὲν τίς ἐστιν ἥμερος κηπευτή, ἧς τὸ σπέρμα ἀρτοποιεῖται εἰς τὴν ἐν ὑγιείᾳ χρῆσιν· καὶ σὺν μέλιτι δὲ ἀντὶ σησάμης αὐτῇ χρῶνται. *Papaveris una ſpecies eſt ſativa & hortenſis, cujus ſemen pani compinſitur, qui ſit in ſanorum uſum: Eo cum melle utuntur pro ſeſamo.* Inde Afris papaver *ſiſim* vel *ſimſim*, id eſt, ſeſamum dictum. Et in papaveris ſpeciebus ceratites *ſiſimacam*, id eſt, ſeſamum nigrum à colore ſeminis. Quippe cùm tam ſeſamum quàm papaver hortenſe candido ſint ſemine, iſti ſemen eſſe nigrum tradunt medicorum filii. Dioſcorides: σπέρμα δὲ μικρὸν μέλαν, ὅμοιον τῷ τῆς μήκωνος, *ſemen habet parvum, nigrum*, cætera hortenſis (Lib. 20. cap. 19.) *papaveris ſemini ſimile.* Plinius: *Sylveſtrium unum genus ceratitim vocant, nigrum*, &c. Nec ſemen ſolùm, ſed & habet ῥίζαν δὲ ἐπιπολῆς φυομένην μέλαιναν, *radicem nigram in ſuperficie terræ naſcentem.*

Pſyllium Afris ὑαργυγύμ. Ut pulex Græcè ψύλλα, ita ψύλλιον pulicaris herba dicitur, cujus σπέρμα ψύλλοις ὅμοιον: Ita Dioſcorides. Et Plinius: (Lib. 25. cap. 11.) *Pſyllium alii cynoides*, &c. *foliis canino capiti non diſſimilibus, ſemine autem pulici, unde & nomen.* Itaque etiam Africanum nomen *vargugum* corruptum videtur ex Arabico ברגת *bargm*, quo non *culex*, ut vult Giggejus, ſed *pulex* ſignificatur, (Cap. 312. 329. 350. &c.) ut Hebraico פרעש. Vide Avicennam IV. 6. 3. & 11. lib. 2. paſſim. Proinde pro ὑαργυγύμ reſcribendum ὑαργυτύμ. Neque verò id novum eſt ut ſcribarum imperitiâ γ & τ permutentur. Magnum Salmaſium audi in Solinum pag. 708. *Οὐιγὸν pro Οὐιτὸν perperam ſcriptum apud Theophraſtum γ & τ paſſim confundunt antiqui librarii Græci, ut λεγίον apud Heſychium pro ἰτέον*, &c. En errorem his planè geminum in Plutarchi Lyſandro: φασὶν αὐτῷ πολιορκοῦντι τὴν τῶν Ἀφυγαίων πόλιν ἐν Θρᾴκῃ κατὰ τοὺς ὕπνους παραστῆναι τὸν Ἄμμωνα· διὸ καὶ τὴν πολιορκίαν ἀφεὶς, ὡς τοῦ θεοῦ προστάξαντος, ἐκέλευσε τοὺς Ἀφυγαίους Ἄμμωνι θύειν. *Ipſum Ammonem ajunt illi Aphutæorum urbem in Thracia obſidenti in ſomnis adſtitiſſe. Quocirca cùm ab obſidione deſtitiſſet, tanquam Deo ſic imperante, juſſit Aphutæos Ammoni ſacra facere.* Pro Ἀφυγαίων & Ἀφυγαίους lege Ἀφυταίων & Ἀφυταίους, de quibus Pauſanias in Laconicis: Ἀφυταῖοι δὲ τιμῶσιν Ἄμμωνα οὐδὲν ἧσσον ἢ οἱ Ἀμμώνιοι Λιβύων, *Aphytæi Ammonem non minùs colunt quàm in Libya Ammonii.* Eodem exemplo ὑαργυτύμ mutatum in ὑαργυγύμ. Et *Vargutum* eſt ipſiſſima vox Phœnicia *bargut* cum Romana terminatione; & B mollius expreſſo per V conſonum. Itaque à forma ſeminis dicta eſt hæc herba *Bargut* vel חציר ברעות *herba pulicis*; tum ab inſita virtute, φασὶ γὰρ ὅτι κομισθεῖσα ἐν οἴκῳ χλωρὰ οὐκ ἐᾷ ψύλλας γίνεσθαι, *ajunt enim, ſi viridis in domum inferatur prohibere quominus in ea generentur pulices.* Dioſcoridis verba ſunt, ex quibus videtur poſſe colligi eandem eſſe quæ ab Avi- (Lib. 4. fen. 6. tract. 1. cap. 11.) cenna capite de expulſione pulicum appellatur חשישה אלברעות *chaſiſath-olbargut*, id eſt, herba pulicis, & בכיכואנה *bacicuana*, quæ in lecto poſita pulices ita inebriat & ſtupefacit ut moriantur. Tamen puto potiùs conyzam intelligi quæ vera eſt pulicaris. Saltem id certum pſyllium Avicennæ libro ſecundo planè diverſo nomine appellari בזר קטונא *bazar katuna*, unde Hiſpanis *zargatona.*

Στρύχνος *ſolanum Afris* ἀσιρεμνίμ. Legendum ἀσὶρ ἐσμουνί. Hebraicè dixeris חציר השמיני *atſir haſſemini* herba octavi, id eſt, Æſculapii quem Sanchoniathon & Damaſcius nos ſuprà docuerunt ἐσμουνί, hoc eſt, octavum appellari a Phœnicibus, quia Cabirorum octavus fuit. Solanum porrò quorſum vocetur herba Æſculapii palam faciunt hæc Apuleji: *Apollo hanc herbam fertur inveniſſe & Aſclepio dediſſe.* Itaque ut ab inventore Itali, (Apul. de virtut. herb. cap. 22.) teſte Apulejo, Apollinarem appellarunt; ita Phœnices herbam Æſculapii, in illius gratiam cui ab Apolline data fingitur. Nec immeritò Apollini tribuitur herbæ inventio, cujus uſu conciliatur ὀλιγοχρόνιος μανία vatum & Poëtarum enthuſiaſmo ſimilis. Nempe inter ſolani ſpecies eſt halicacabus, Arabicè כאכנג *kakengi*, quo hauſto vates in mentis extaſin incidiſſe Plinius his verbis (Plin. lib. 21. cap. 21.) docet: *Halicacabi radicem bibunt qui ſunt vaticinandi callentes, quod furere ad confirmandas ſuperſtitiones aſpici volunt.* Hinc Poëta lib. 3. Æneidos:

Inſanam vatem aſpicies.

In quæ verba Servius: *Alii magnam dicunt, ſed melius eſt Deo plenam & vaticinatricem intelligamus, è Græcorum tractum etymologiâ, qui μάντεις ἀπὸ τῆς μανίας appellaverunt.* Ita Satan ab omni ævo præſtitit ſe Dei ſimiam. Quippe etiam veri Prophetæ divino ſpiritu pleni ita extra ſe rapiebantur, ut pro inſanis haberentur. Vide 2. Reg. 9: 11. & in eum locum Kimchium.

Bunium cur Afris dicatur ζιγάρ & θαψά divinare non poſſum; niſi putemus utrumque nomen à locis ſumptum. Nempe Africæ propriæ urbes ſunt *Zugar* & *Thapſus* non procul à Syrti minore. Illius meminit Ptolemæus. Hujus præter Ptolemæum, Strabo, Cæſar, Livius, Plutarchus, Appianus, Dion, Stephanus & alii. Utrique eſt nomen Punicum. *Zugar* צוער *zohara* vel *zogara* à ſynonyma quæ prope Sodomam fuit. *Thapſus* (4. Reg. 15: 16 & Joſeph.) תפסח *Thapſa* quæ ad Euphratem. Ad harum urbium nomina tam proximè alludunt duo bunii nomina *zigar* & *thepſo*, ut valde veriſimile ſit illa inde eſſe tranſlata.

Bugloſſum Afris Ἀτσανάφ. Voces mire depravatæ, pro quibus legendum Λυσανθαλύφ ad verbum lingua bovis, cujus folium tam aſperitate quàm latitudine eſt ὅμοιον βοὸς γλώσσῃ. Itaque etiam Arabes appellant לסאן אלתור *Leſano-tthaur* linguam tauri ſeu bovis, & Perſæ apud Teixeiram pag. 4. כאו זבון *Gao-zabon* vaccæ linguam, & è Romanis M. Cato *linguam bubulam.* (De re ruſt. cap. 40.)

Σίκυος ἄγριος *ſylveſtris cucumer*, Afris κυσιμεζάρ. Hebraicè dicatur קשא מזור *kiſu muzar* ad verbum *cucumer peregrinus.* Arabicè vocatur ספירום *ſephirdus* & קתא אלחמאר *katha elhmari* cucumer aſini; ita etiam in officinis *cucumis aſininus.*

Thapſia Afris βειδήν. Origo Græci nominis ex Dioſcoride nota: ὠνόμασται μὲν θαψία ἀπὸ τοῦ δοκεῖν πρῶτον εὑρῆσθαι ἐν Θάψῳ τῇ νήσῳ τῇ ὁμωνύμῳ. Quamvis alii repertam velint non in Siciliæ inſula vel peninſula Thapſo, ſed in Thapſo Africæ. Unde (Lib. 13. cap. 22.) eſt quod thapſiam in Africa Plinius vehementiſſimam

Digitized by Google

mam eſſe ait. Alii rurſus thapſiam præferunt ex urbe Siciliæ Thapſo. Nicander in Theriacis: Lib. 13. cap. 22.

Θριδακείων μὲν ῥίζαν ὅλου γυιαλθέα θάψε
Μίξας.

Utri verius, noſtrâ nil refert. Solum id quærimus cur Afri *βοίδιν* appellent. Thapſiæ ſuccum è radicibus vimineo qualo injectis Veteres torculari exprimebant. Dioſcorides: *χυλίζεται δὲ κοπεῖσα ἡ ῥίζα, καὶ διὰ κυρτίδος καὶ ὀργάνου ἐκθλιβεῖσα.* Ideò dicta eſt herba *βοίδιν* vel *βοίδδιν*, id eſt, torcularium. Syri בדין *baddin* dicerent. Sed בד *bad* in *βοίδ boed* mutatum, ut anteà גד *gad* in *γοίδ goed*, id eſt, coriandrum.

Κήπιος, quæ & *ἰσχάς*, radix eſt, cujus extrema pars in pyri vel ficûs formam turbinatur. A Romanis in Auctario dicitur *ῥάδιξ σιλβέστρις radix* ſeu raphanus *ſilveſtris*. Et ab Afris *θορφὰθ εαδοὲ* eodem planè ſenſu. Nam *θορφὰθ* eſt raphanus, ut habetur libro ſecundo. Proinde *torphath ſadoe* eſt raphanus agreſtis, ad verbum raphanus agri. Id enim eſt Hebræis שדה *ſade* vel שדי *ſadai*. De cætero cur raphanus, Hebræis פגל, Punicè dicatur *thorphat*, nullus capio, niſi ſcribatur תחרופת *thaharuphath*, ab acrimonia ducto nomine, quæ Syris eſt חריפתא.

Λινόζωσις Mercurialis Afris ἀσυμὲς. De illa ſic Plinius: *Linozoſtis ſive Parthenium Mercurii inventum eſt, ideò apud Græcos Hermupoan multi vocant eam, apud nos omnes Mercurialem.* Et Dioſcorides: *Λινόζωστις, οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δ' Ἑρμοῦ βοτάνιον καλοῦσι.* Idem ſignificatur Punico nomine השומש *aſumes* vel *haſſumes*, quod propriè miniſtrum ſonat. Itaque herba *aſumes* eſt *πόα τοῦ διακόνου* herba miniſtri, nempe Deorum, id eſt, Mercurii; quem & miniſterii ratione Camillum aut Cadmilum appellabant. Plutarchus in Numa: *τὸν Ἑρμῆν ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων Κάμιλλον ἀπὸ τῆς διακονίας προσηγόρευον.* Servius in Æneid. lib. 11. *Mercurius Hetruſcâ linguâ Camillus dicitur, quaſi miniſter Deorum.* Idem in Georg. lib. 1. rationem affert Phyſicam cur dicatur Mercurius Deorum eſſe miniſter: *Sciendum autem de planetis quinque duos eſſe noxios, Martem & Saturnum, duos bonos Jovem & Venerem. Mercurius verò talis eſt qualis ille cui jungitur. Unde etiam fingitur miniſter eſſe Deorum, quod eorum obtemperat poteſtati.* Sed hęc alibi pluribus. Lib. 25. cap. 5.

Κυνία ἢ κυνοκράμβη, id eſt, canina braſſica, Afris *ἀρμαὶς*; Item *ἀσυμὲς λαβὼν*. Apparet ex deſcriptione mercurialis eſſe ſpeciem; habet enim *φύλλα ἐμφερῆ λινοζώστιδι folia mercuriali ſimilia*: Et juxta folia ſemen exiguum rotundum: Et pota ſolvit alvum, & olerum modo cocta purgat bilem & aquas; quæ communia illi ſunt cum mercuriali de qua antè. Inde eſt quod canina braſſica vocatur à nonnullis *λινόζωστις ἀγρία mercurialis ſylveſtris*, ut habetur in Auctario: atque eódem pertinent Africana duo nomina: Prius *ἀρμαὶς* eſt Mercurii nomen à Græcis mutuatum. Quippe *ἑρμαὶς* idem quod *ἑρμῆς*. Poſterius השומש לבון *aſumes labon* facile eſt intelligere ex iis quæ jam dicta ſunt; Nempe, ut Linozoſtis dicebatur herba *harmais* & *aſumes*, id eſt, Mercurii. Sed *labon*, id eſt, alba, addebatur *διακριτικῶς*, quia canina braſſica hoc habet peculiare, quod tam folia quàm caulis ad albedinem inclinant. Dioſcorides: *καυλίον ἀνίησι διςπιθαμιαῖον, τρυφερόν, ὑπόλευκον, cauliculum binum dodrantum altitudine emittit, tenerum, ſubalbidum.* Item: *φύλλα ἐμφερῆ λινοζώστιδι ἢ κισσῷ, ὑπόλευκα, folia mercuriali aut hederæ ſimilia habet, ſubalbida*, &c.

Hæc ſunt Africana herbarum nomina quæ leguntur in Auctario, pauciſſimis exceptis, quæ vel ita corrupta ſunt, ut nulla ſit ſpes poſſe ſanari, vel palam Græca aut Latina ut *πολέϊμ* pro pulegio, *βίρζια* pro praſio *χυρζῖτα* pro chryſiti vel chryſanthemo, *ῥοδοδάφνη* pro nerio, & ſi quæ ſimilia ſunt quæ per ſe ſtatim intelligent vel mediocriter erudiri.

Sunt & in Apuleji libello de virtutibus herbarum Punica quædam vocabula, ſed multò corruptiora quam in Auctario Dioſcoridis cap. 1. *arnogloſſon Punice artiureon vocant.* In Auctario melius *ἀτιρεχὶς* quod ſuprà explicavimus. Interim cùm Pœnis tribuitur idem verbum quod Afris in Auctario, diſcimus Afrorum nomine Pœnos ſignificari.

Cap. 4. Hyoſcyamum Punici *gingam* vocant. Legendum *bingam*, id eſt, בנג *benge*. Ita appellat Avicenna lib. 2. Unde & בנג *bannaga* verbum in Giggejo eſt hyoſcyamum alteri offerre deguſtandum.

Cap. 7. Leontopodion, Punicè *gudubbal*. Arabicè גדב *giadaba* eſt trahere. In Johanne & Actis ſæpiuſculè occurrit pro Græcis *ἕλκειν* & *ἑλκύειν*. Inde in Avicenna paſſim אלקוי אלגארב eſt *δύναμις ἑλκτική*. Itaque *gudubbol* גדבבעל ad verbum eſt *attractio Beli*, Hebraicè dixeris משכת אלהים *attractionem Dei*, id eſt, potentiſſimam. Tale נפתולי אלהים *luctationes Dei* Gen. 30: 8. pro luctationibus validiſſimis. Item *princeps Dei, montes Dei, cedri Dei, &c.* Et compoſitæ voces אפליה *caligo Dei*, id eſt, maxima Jerem. 2: 31. שלהבתיה *flamma Dei*, id eſt, vehementiſſima Cant. 8: 6. quæ Hebraica phraſi pertinent ad *αὔξησιν*. Ita Punicè *gudubbal* *ὁλκὴ* vel *ἑλκτικὸν τοῦ Βήλου*, qui Pœnorum Deus erat. Nempe ea vis leontopodii, ut omnia infixa corpori extrahat. Plinius: *Omnia infixa corpori extrahunt folia tuſſilaginis, daucum, ſemen leontopodii.* Et rurſus: *Leontopodii ſemen tritum in aqua & cum polenta illitum, ſpicula ſagittarum extrahit.* Leontopodii uſum iis præſcribit Apulejus, qui devotati defixique fuerint in ſuis nuptiis, ut ſatyrii ſi quis ad mulierem non poterit affectari obligatus. Cujus veneficii rara eſt alioqui mentio apud Veteres. Joh. 6: 44. & 12: 32. & 21: 11. Act. 16: 19. & 21: 30. Lib. 26. cap. 12. Ibid. c. 4.

Cap. 9. Batrachium Punici *Atticurur appellant*. Legendum חציר קרה *Atzir curra*, herba ranæ. Arabibus ſaltem קרה *kurra* eſt rana, à qua nomen inditum batrachio ſeu ranunculo, quoniam illi & ranis in eodem elemento natales & diæta ſunt, aut quod inter ejus frutices frequentes inveniantur ranę. Sed & Arabicè קרה אלעין *curratho laini*, id eſt, *rana fontis*, aquaticę herbę genus eſt. Arabes כרפס apium explicant. Ranunculum intelligo, quem alio nomine *σέλινον ἄγριον apium agreſte* vocari dicit Dioſcorides, aut ranunculi ſpeciem ſceleratam ſeu Sardoniam. Quippe hanc etiam in Apulejo nonnulli *σέλινον ἄγριον* appellant & *σέλινον ὑδατικόν*. Proinde Servius in illud Poëtę: *Et fallax herba veneni; non cicutam dicit, quæ omnibus nota eſt, ſed illam Sardoniam quæ apiaſtri ſimilis homines decipit.*

Cap. 47. Callitrichon ſive adianton, &c. Latini capillum Veneris, &c. Punici *neſſe eſſe ſade*. Hebręis נצה *niſa* eſt pluma: ſed Arabibus נאציה *naſia*, & geminatâ ſecundâ נצה *neſſa* eſt coma vel cęſaries *ἀναλογικῶς*. In homine quippe capilli id ipſum ſunt quod in avibus plumę. Inde ſumptum illud *neſſe*. Et pro *neſſe eſſe ſade*, puto ſcribendum נצת השדה *neſſath heſſade*, capillitium agri. Sic in Auctario adiantum Romani vocant *τέρραι καπίλλους terræ capillos.*

Cap. 60. *Aſterion, Punicè derdun.* Omnino legendum *cherdun* vel *cherdan*, quomodo eryngium ab Afris appellari ſcribitur in Auctario. Quippe utut eryngium & aſterion aut aſter Atticus plantę ſint diverſiſſimę, tamen quia utriſque id commune eſt, quod foliola habent in modum ſtellę, Arabes promiſcuè ſumunt; ut in Serapione videre

 eſt

eſt cap. 96. & in Pandectario Matthæi Sylvatici verbo *aſtaraticon*, quod ab utroque redditur *centum capita*. Aſterion alio nomine dicitur βουβώνιον vel inguinalis herba, quia bubonum ſive inguinum præcipuum eſt remedium. Quod non videntur Arabes ſatis intellexiſſe, cùm חאלבי *halebi* nominarunt, quia ſanat ulcera אלחאלבי, id eſt, uberis, ex quo חלב lac mulgetur.

Vide Avic. l. 2 pag. 137 et 178. Dioſc. l. 4. Galen. Simpl. lib. 8.

Cap. 65. Periſtereon Punici *zumicum*, alii *azirgozol*. Periſtereon eſt verbenaca, quæ Græcè περιστερεὼς, id eſt, columbarium, dicitur *ἐκ τοῦ τὰς περιστερὰς ἡδέως διατρίβειν ἐν αὐτῇ, quia columbæ libenter in ea verſantur*. Id ipſum à Pœnis expreſſum Punico utroque nomine. Sed prius eſt corruptum, & pro *zumicum* reſcribendum *zubicum*. Hoc errore nil frequentius. Audi virum quo nemo hodiè plures Veterum evolvit libros: *Norunt omnes*, inquit, *quàm frequens ſit Latinis librariis M & B invicem permutare in ſcribendo. Sic Maſcanda Baſcanda. Apud Arnobium Formas pro Phorbas.* Eodem exemplo in Apulejo haberi aſſero *zumicum* pro *zubicum*. Porro *zubicum* vel *zubic* Pœnis id fuit quod Syris שובך *zubac* vel שובכא *zubca* columbarium. Vide Chaldæum Paraphraſtem Eſ. 60: 8. & Jer. 48: 28. & Oſ. 11: 11. Itaque ut περιστερεὼς Græcis vox eſt æquivoca, quâ tam herba quàm turris columbaria ſignificatur, ita planè Punicum שבך *zubic* ad utrumque fuit ambiguum. ש hoc loco per z effero, ut Græci paſſim. Sic 1. Reg. 4: 3. Σαβὰ Hebr. שישא, & Græc. recent. ζατρίκιον ſcacchorum ludus, Perſis & Arabibus שטרנג.

Salmaſ. in Solin. pag. 400.

Aliud verbenacæ nomen Punicum *azirgozol* nemo non intelligit eſſe Hebræum חציר גוזל *atſirgozel*, quaſi diceres herbam νεοσσῶν, id eſt, pulli columbarum. Id enim propriè גוזל *gozel*, ut apparet ex Gen. 15: 9. collato cum Lev. 1: 14.

Cap. 113. cucumer ſylvaticum, *Punicè cuſſi mezara*. Auctarium habet κουσιμεζὰρ, quod ſuprà explicatum.

Cap. 127. *Braſſicam ſylvaticam Græci cramben, alii cynocharon* (lege *cynomoron*) *alii cynanchen, alii cynocramben nuncupant, &c. Punici butzutzim.* Cave intelligas cynocramben de qua priùs, ſpeciem mercurialis. Nam adjuncta nomina docent agi de apocyno. Nempe apocynon lib. 4. Dioſcoridis οἱ μὲν κυνάγχην, οἱ δὲ κυνόμορον, οἱ δὲ κυνοκράμβην, &c. καλοῦσι. Et Paulus Ægineta lib. 6. apocynon ait ideò cynocramben, id eſt, caninam braſſicam, & cynomoron, id eſt, canum mortem, vocari, quod eos celerrimè enecet. Sed & veneni vim ſerpere multò latiùs Plinius his verbis docet, ubi de apocyno lib. 24. cap. 11. *canes & omnes quadrupedes necat in cibo datum.* Et Dioſcorides: ταύτης τὰ φύλλα σὺν στέατι ἀρτοποιηθέντα καὶ παραβληθέντα κτείνει κύνας, λύκους, ἀλώπεκας, παρδάλεις· παραχρῆμα δὲ παραλύει αὐτῶν τὰ ἰσχία. *Ejus folia cum adipe in panes cocta canes, lupos, vulpes, pardales enecant in cibo data; ſtatim enim eorum coxendices reſolvunt.* Itaque videtur Punicum nomen *butzutzim* ſcribendum eſſe בוץ זיזים *buts-zizim*, id eſt, ferarum mors repentina. זיזים eſſe feras notum ex Pſal. 80: 14. & בוץ *buts* vel *bauts* in Arabum Lexicis exponitur *mors repentina*. Quod mali vim prorſus exprimit; cùm eorum quos citavimus alii hoc venenum celerrimè enecare dicant; alii membra illico reſolvere παραχρῆμα παραλύειν. Hæc ſunt Apuleji Punicæ voces nullâ omiſſâ, quod quidem ſciam.

CAPUT XVI.

Punica ex Hieronymo & Auguſtino: Tertulliani locus explicatus.

Gen. 36: 24. ימים Hieronymus tanquam ex lingua Punica reddit *aquas calidas*, id eſt, חמים. Aquæ vox hic ſupplenda. חמי דטבריא *calida Tiberiadis*, ſupp. aquæ. *Emmaus* vel *Ammaus*, id eſt, חמאי, quia ibi thermæ. Emmaus una prope Tiberiadem, altera ſtad. 60. diſtat ab Hieroſolymis. *Triginta* legitur in Joſepho Latino: ſed in Græco ἑξήκοντα, ut Luc. 14: 13. Etiam illic thermæ. *Alma* Punicè virgo ut עלמה Eſ. 7: 14. Punicæ voces quæ miſericordiam, pietatem & fidem ſignificant quomodo ſimiles & diſſimiles. *In ſacerdotibus Eucaddires, & in numinibus Abaddires. Abaddir* lapis Bætylus de quo ſuprà. Vel אב אדיר pater magnificus. אדיר *addir* veri Dei epithetum etiam falſis tribui. *Eucaddires* potiùs *Enacaddires* vel *Enacaddires*, חנוכי אדיר, id eſt, initiatos *Addiri* Dei *Namphanio*, imo נעם־פעמו *namphamo*, boni pedis homo. *Oſſum* pro oſſe forte ex Punico עצם. Punica Pſalmorum verſio. *Extendit manum ſuam* phraſis Hebræa & Punica. Hebraiſmus ſimilis in Africanis ſcriptoribus obſervatus à V. Cl. Deſid. Heraldo. *Baal* Juppiter & *Aſtarte* Juno. Nomina Punica ex *Baal* compoſita. *Mammon* lucrum Punicè, Syr. divitiæ, & lucrum. אמונה Græc. πίστιν, Pſ. 36. al. 37: 3. ממון à qua radice. *Salus* Punicè tres, ut Hebr. שלוש *ſalos*. *Chanani* כנעני Pœnus. *Abeliani* vel *Abeloitæ* hæretici, Pœnis *Abelonii*, qui ab uxoribus abſtinebant, unde dicti. Fabula vetus Adamum poſt necem Abelis per annos 130. ab Eva abſtinuiſſe. Inde Arab. תאבל *theabbala* continuit ſe ab uxore. *Meſſias* unctus, *Meſſe* unge. Baptiſmus Pœnis *ſalus*, Euchariſtia *vita*. Fœmininum Pœnis pro neutro: *Iar* lignum Pœnis ut יער *jaar* ſylva Hebr. Item *jar* dubitantis & hæſitantis: ſic יער & תוער Arab. *in ſermone attonitum hærere*. *Edom* ſanguis Pun. ut Hebr. דם *dam*. Cœleſtis ſeu Urania Dea Carthaginenſium. Ratio nominis. Prov. Punicum. *Nummum quæris peſtilentia, &c* λοιμὸς peſtis pro homine nequam & qui turbas concitat. Tertulliani locus emendatus & explicatus. Euhodus Antonini Caracallæ pædagogus, *Torpeion* Afria dictus, id eſt, תרבין *torbejan* pædagogus.

Dolendum eſt quod vel Hieronymo defuit Punicæ linguæ peritia, vel Auguſtino Hebraicæ. Nam ſi alteruter, aut Patrum quis alius cætera doctus, linguam utramque calluiſſet, ex Punica in Hebraicam potuiſſet multa transfundere, unde affulſiſſet magna lux non paucis Veteris Teſtamenti locis quæ nobis ſunt obſcuriſſima: & grandi aliquo ea de re conſcripto volumine ſitim noſtram expleviſſet, quam irritant duntaxat pauculis notis hinc inde ſparſis.

In Gen. 36: 24. ubi Ana legitur in deſerto inveniſſe את הימים *eth hajemim*, quod Græci reliquerunt ἀνερμήνευτον; Onkelos *Gigantes* exponit, id eſt, אימים *emim*; Quidam apud Hieronymum *maria*; id eſt, ימים *jammim*; Vulgatus *aquas calidas*: Chaldæi, Hebræi & Arabes *mulos*; in eum inquam locum hæc inter cætera habet Hieronymus: *Nonnulli putant aquas calidas, juxta Punicæ linguæ viciniam, quæ Hebrææ contermina eſt, hoc vocabulo ſignari.* Punctis ſcilicet vocabulis nondum adſcriptis pro Hebræo הימים *hajemim* potuit legi חימים *hemim*. Arabicè porrò חמים *hemim* eodem ſono, niſi quod initio vocis denſior eſt aſpiratio, *aquas calidas ſonat*. Giggejus אלחמים (*alhemim*) *aqua calida*. Unde verbum אסתחם *calidâ ſe lavit*. Verum quidem eſt vi vocis ſolùm *calidam* ſignificari. Sed & Romani cùm calidam dicunt vocem aquæ facilè ſupplent. Sic apud Talmudicos חמי דטבריא (*hamme de Tiberia*) *calida Tiberiadis* ſupple aquæ. Joſephus de Bello Judaico lib. 2. cap. 26. ἐπέτρεψε δι' ἐπιστολῆς τὸν Ἰώσηπον ἐπιτρέψαι πρὸς θεραπείαν αὐτῷ χρήσασθαι τοῖς ἐν Τιβεριάδι θερμοῖς ὕδασιν; *per epiſtolam à Joſepho poſtulavit, ut ſibi medicinæ gratiâ Tiberienſibus aquis calidis uti permitteret.* Loco prope Tiberiadem, in quo ſunt thermæ, nomen *Emmaus* vel *Ammaus*. Joſephus Antiquit. lib. 18. cap. 3. ubi de Tiberiade prope lacum Geneſareth ab Herode conditâ: Θέρμα δὲ ἐκ ἄπωθέν ἐστιν ἐν κώμῃ Ἀμμαοῦς ὄνομα αὐτῇ, *Thermæ autem non procul ſunt in vico cui nomen Ammaus.* Ammaus, id eſt, חמאי nomen ex חמי deflexum, quod aquas calidas ſonat. Idem de Bello Jud. lib. 4. cap. 1. Μεθερμηνευομένη δὲ Ἀμμαοὺς, θερμὰ λέγοιτ' ἄν, ἔστι γὰρ ἐν αὐτῇ

αὐτῇ πηγὴ θερμῶν ὑδάτων πρὸς ἄσκησιν (lege *ἄκεσιν*) *ἐπιτήδειος. Ammaus autem, ſi quis interpretetur, idem erit quod therma; ibi enim eſt fons calidarum aquarum & ad morborum curam idoneus.* Alius vicus Ammaus vel *Emmaus* quem ab Hieroſolymis diſtare
Luc. 24. 13 ſcribit Lucas ſtadia ſexaginta. Quomodo & Joſephus de Bello Judaico lib. 7. cap. 26. *χωρίον ἔδωκεν εἰς κατοίκησιν, ὃ καλεῖται μὲν Ἀμμαοῦς, ἀπέχει δὲ τῶν Ἱεροσολύμων σταδίους ἑξήκοντα; locum habitandum dedit qui vocatur Ammaus; diſtat autem ab Hieroſolymis ſexaginta ſtadiis.* Sed Latinus Interpres perperam habet *triginta ſtadiis*. Fefellit id doctiſſimum interpretem, cujus verba ſunt in Luc. 24: 13. *Aut hîc peccatum eſt in numero, aut apud Joſephum non rectè ſcribuntur ſtadia triginta.* De cætero eadem ratio nomiois quæ ſuprà. Nam & hîc aquæ ſunt *θεραπευτικαὶ*, ut in altera Emmauote prope Tiberia-
Vide et Wilhelm. Tyr. bel. ſac. l. 7. c. 24. dem. Nicephorus lib. 10. cap. 31. *In Palaſtina civitas eſt Nicopolis nomine, quæ vicus antiquitùs fuit, ſacro Evangeliorum libro cognitus, in quo Emmaüs nuncupatur, &c. Ante civitatem iſtam in trivio, &c. fons quidam eſt morborum hominibus omnium, atque etiam variorum animantibus ipſis laborum auxilium.*

Idem Hieronymus in locum Eſaię *πολυθρύλλητον*, cap. 7. verſ. 14. *Ecce virgo concipiet, &c. Linguâ*, inquit, *Punica quæ de Hebræorum fontibus dicitur manare propriè virgo ALMA appellatur.* Judæos nemo neſcit litem movere de voce עלמה *alma*, quâ puellam, non virginem, ſignificari contendunt. Sed ut reliqua taceam, Seniorum interpretationem, quam ſequitur Matthæus non parum firmat, quod à Pœnis hoc vocabulo virgo deſignabatur: atque utinam id nobis ex aliquo teſte conſtaret, cui Judęi plus tribuerent. Hæc ſolùm ex Hieronymo. At in Auguſtino qui Pœnum ſe eſſe agnoſcit lib. 3. contra Julian. cap. 17. aliquantò plura occurrunt, quæ ordine referam prout ſiogulis tomis ſe offerunt.

In libro de magiſtro cap. 13. *Omitto quod multa non benè audimus, & quaſi de auditis diu multumque contendimus: velut tu nuper verbo quodam Punico, cùm ego miſericordiam dixiſſem, & pietatem ſignificari te audiſſe dicebas ab iis quibus hæc lingua magis nota eſſet. Ego autem reſiſtens, quod acceperis tibi omnino excidiſſe aſſerebam. Viſus enim mihi eras non pietatem dixiſſe, ſed fidem, cùm & conjunctiſſimus mihi aſſideres, & nullo modo duo nomina ſimilitudine ſoni aurem deciperent. Diu te tamen arbitratus ſum neſcire quid tibi dictum ſit, cum ego neſcirem quid dixeris. Nam ſi te benè audiſſem, nequaquam mihi videretur abſurdum pietatem & miſericordiam uno vocabulo Pu-*
Retract. l. 1. c. 12. et Confeſſ. l. 9. c. 6. *nicè vocari.* Dialogus eſt inter Auguſtinum & Adeodatum filium tum annos natum ſedecim, quibus cùm linguę Punica & Latina eſſent ex æquo familiares, utràque promiſcuè utebantur. Auguſtious ergo Punicè רחמנות *rahmanuth* dixerat, id eſt, miſericordiam. Vox eſt in uſu hodiéque apud Syros. Simili vocabulo ex eadem radice dicebatur pietas, fortaſſe *rahamanuth*. Sic quę Latinis erat *pietas*, Italis, Gallis & Anglis eſt miſericordia. Et Job. 5: 2. pro Syro בית חסדא (*beth-heſdo*,) id eſt, *domo pietatis*, Arabs habet בית אלרחמה (*baitho-rrahmathi*) *domum miſericordiæ*. Adeodatus porro cùm רחמנות *rahamanuth*, id eſt, pietatem, diceret, patri viſus eſt הימנות *hemanuth* dixiſſe, id eſt, fidem.

Epiſtol. 44. Maximo Madaurenſi Pœnos habere dicit *in ſacerdotibus Eucaddires, & in numinibus Abaddires*. Lapis Bætylus, ut docuimus, à Phœnicibus impensè cultus alio nomioe vocabatur *abaddir*, ut eſt apud Priſcianum, voce corrupta ex אבן דיר *eben dir*, quaſi lapidem globoſum dicas, quali forma hos lapides deſcribunt Photius, & Damaſcius. An hi ſint Dii Abaddires de quibus Auguſtinus, lectorum eſto judicium. Poteſt etiam *Abaddir* reddi *pater magnificus*, voce conflata ex אב *ab* & אדיר *addir*. Hebræis אדיר *addir* magnificus, veri Dei eſt epithetum Pſ. 8: 1, 10. & 76. 5. & 93: 4. Eſa. 33: 21. Proinde etiam a Philiſtęis אדירים *addirim* magnifici Dii vocantur, qui percuſſerunt Ægyptios 1 Sam. 4: 8. numero plurali quidem, ſed ſenſu ſingulari, ut in illum locum probat Druſius. Neque enim latebat Philiſtæos unum Deum à Judæis coli. Itaque paulò ante dixerant, *venit Deus in caſtra*. Inde nomen *addir* tranſlatum ad falſos Deos. Et *Atergatis* vel *Adargatis* Dea Syra multis videtur eſſe אדיר דג *addir-dag* piſcis magnificus, qui habuit inferiora piſcis, ut ex Luciano conſtat. Ita Pœnis *ab-addir* pater magnificus potuit eſſe nomen Dei alicujus, cujus ſacerdos *encaddir* dictus pro חנוך אדיר *onuc addir*, id eſt, initiatus ſacris Addiri Dei. Itaque in Auguſtino pro *eucaddires* legi malim *encaddires*, aut etiam *enucaddires*.

Ibidem: *Namphonio quid aliud ſignificat quam boni pedis hominem, id eſt, cujus adventus afferat aliquid fœlicitatis* Legendum נעם פעמו *Namphamo*, id eſt, pulcher vel bonus eſt pes ejus, ut pulchrè obſervavit *ὁ μακαρίτης* Samuel Petit Miſcellaneorum lib. 2. cap. 3.

Idem de doctrina Chriſtiana lib. 3. cap. 3. *Mallem cum barbariſmo dici, non eſt abſconditum a te oſſum meum, quam ut ideò eſſet minus apertum, quia magis Latinum eſt.* Et lib. 4. cap. 10. *cur pietatis doctorem pigeat imperitis loquentem oſſum potiùs quàm os dicere?* Et in Pſalmo 138. *Quod vulgo dicitur oſſum, Latine os dicitur.* Et rurſus: *Habeo in abſcondito quoddam oſſum. Sic enim potiùs loquamur. Melius eſt ut reprehendant nos Grammatici, quàm non intelligant populi.* Oſſum videtur corruptum ex Punico עצם *etſem* vel *etſum* ejuſdem ſignificationis. In illo ipſo Pſalmi loco, quem citat Auguſtinus, *oſſum meum* Hebraicè eſt עצמי *atſmi*. Fortè Punica verſio habuit עצומי *etſumi*, quod ſequuti ſunt qui in Africa Latinam procurarunt. Punicę Pſalmorum verſionis meminit Auguſtinus in Pſal. 118. in fine. *Latine*, inquit, *vel Punicè quos abecedarios vocant Pſalmos.*

Idem Locutionum lib. 1. in illud Gen. 8: 9. *Et extendit manum ſuam. Locutio eſt*, inquit, *quam propterea Hebræam puto, quia & Punicæ linguæ familiariſſima eſt, in qua multa invenimus Hebræis verbis conſonantia: nam utique ſufficeret, & extendit manum, etſi non adderet ſuam.* Rectè conjectat vir ſummus phraſin eſſe Hebrææ linguę, quâ pronomen tam eleganter additur quàm eleganter omittitur Romanâ linguâ. Huic non abſimilem Hebraiſmum in Afris ſcriptoribus obſervat vir doctus inter paucos Deſiderius Heraldus, mihi tam affinitate quàm amicitiâ conjunctiſſimus: ſcripſerat, inquit Tertullianus Apologetici cap. 25. *Jupiter Cretam ſuam Romanis faſcibus illam concuti ſineret*, phraſi Hebraica Afris ſcriptoribus non incognita. Apuleius Apologia: *Videlicet quod animi partem rationalem, quæ longè ſanctiſſima eſt eam violet.* Plautus in Aſinaria:

Rivalis amens ob ereptam mulierem,
Is rem uxori per paraſitum nunciat.

Hæc ille commentariis in Tertulliani Apologeticum pag. 112.

Idem lib. 7. Locutionum, cap. 1. *Solet dici Baal nomen eſſe apud gentes illarum partium Jovis; Aſtarte autem Junonis; quod lingua Punica putatur oſtendere. Nam Baal Punici videntur dicere Dominum: unde Baalſamen quaſi Dominum cœli intelliguntur dicere; Samen quippe apud eos appellantur. Juno autem ſine dubitatione ab illis Aſtarte vocatur.* Aliis Aſtarte eſt Venus, aliis Urania & Luna. Sed ut hęc numina nihil erant quàm humani cerebri figmenta:

ita nihil tam vagum quàm myſtarum deliria de Diis ſuis. Junonem exponit Auguſtinus ex Romanorum ſententia. Sic de Carthaginenſi Aſtarte Horatius Od. 1. lib. 2.

Juno & Deorum quiſquis amicior
Afris.

Et Virgilius lib. 1. Æneid.

Quam Juno fertur terris magis omnibus unam
Poſthabitâ coluiſſe Samo.

Unde Tertullianus Apologet. cap. 25. *Vellet Juno Puniceam urbem poſthabitâ Samo dilectam ab Æneadarum utique genere deleri?* Et Cyprianus in libro de Idolorum vanitate: *Juno vel Argiva, vel Samia, vel Pœna.* Hinc Carthago Junonia dicta. Solinus cap. 30. al. 27. *A Cajo Graccho colonis Italicis data, & Junonia ab eo dicta.* Jam dictum de *Baalſamen*, pro quo in Philone ſcribitur Βεελσάμην. Sed Baal accedit magis ad Scripturam Hebraicam; & Pœnos ita loquutos conſtat ex nominibus *Hannibalis*, *Aſdrubalis*, *Adherbalis*, *Maharbalis*, *Maſtanabalis*, *&c.* quæ ex *Baal* compoſita ſunt, non ex *Beel* aut *Bel*. Sed & in Plauti Pœnulo legitur *Balſamen*. Atque inde balſamenam dici buphthalmum ſuo loco docuimus.

Matth. 6: 24. Idem de ſermone Domini in monte lib. 2. exponens hæc Chriſti verba, *non poteſtis Deo ſervire & Mammonæ. Mammona*, inquit, *apud Hebræos divitiæ appellari dicuntur. Congruit & Punicum nomen. Nam lucrum Punicè Mammon dicitur.* Et de verbis Domini ſerm. 35. *Hebræum verbum eſt* (Mammona) *cognatum linguæ Punicæ. Iſtæ enim linguæ ſibi ſignificationis quadam vicinitate ſociantur. Quod Punici dicunt Mammon, Latinè lucrum vocatur. Quod Hebræi dicunt Mammona, Latinè divitiæ vocantur.* Hebræi, id eſt, Chaldæi & Syri, quorum dialecto ממון *mamon* vel ממונא *mamona* divitias plerumque ſonat. Inde eſt quod Pſal. 36: (Hebr. 37.) 3. Græci אמונה πλοῦτον reddunt. Nempe legerant ממונה. Radix non eſt אמן ut volunt: multò minus טמן aut כמן; ſed מון inuſitatum, pro quo מול dicunt Arabes N & L quod ſæpe fit permutatis. מול Arabicè eſt diteſcere; inde מאל plur. אמואל ſunt divitiæ. Sed & Pœnorum inſtar Chaldæi ממון *mamon* pro lucro paſſim uſurpant, ut cùm in Paraphraſtis occurrit pro Hebræo בצע. Exempla vide Geneſ. 37: 26. Exod. 18: 21. Jud. 5: 19. 1. Sam. 8: 3. Job. 22: 3. &c.

Idem in expoſitione inchoata epiſtolæ ad Romanos: *Non arbitror prætereundum quod pater Valerius animadvertit admirans. In quorundam ruſticanorum collocutione cum alter alteri dixiſſet ſalus, quæſivit ab eo qui & Latinè noſſet & Punicè, quid eſſet ſalus, reſponſum eſt tria: tum ille agnoſcens cum gaudio ſalutem noſtram eſſe Trinitatem, convenientiam linguarum non fortuitò ſic ſonuiſſe arbitratus eſt.* Summa eſt Punicè *ſalus* idem eſſe quod *tria*. Quod ab Hebræo שלוש *ſalos* abeſt multò propius quàm vel Chaldæum תלתא *thelatha*, vel Arabicum תלאתה *thſelathſatho*.

Ibidem: *Interrogati ruſtici noſtri quid ſint, reſpondentes Chanani, corruptâ ſcilicet, ſicut in talibus ſolet, unâ literâ, quid aliud reſpondent quàm Chananæi?* Imò Punicum *Chanani* magis accedit ad Hebræum כנעני quàm Romanum *Chananæus*. Interim id notandum Chananæorum nomen in Africa tandiu ſervatum, nec ruſticos ipſos latuiſſe gentis originem.

Idem de Hæreſibus ad Quod vult Deum cap. 87. *Eſt quædam hæreſis ruſticana in campo noſtro, id eſt, Hipponenſi, vel potiùs fuit, &c. Abeloni vocabantur Punica declinatione nominis. Hos nonnulli dicunt ex filio Adæ nominatos, qui eſt vocatus Abel: unde Abelianos vel Abeloitas eos nos poſſumus dicere. Non miſcebantur uxoribus, & eis tamen ſine uxoribus vivere ſecta ipſius dogmate non licebat. Mares ergo & fœminæ ſub continentiæ profeſſione ſimul habitantes puerum & puellam ſibi adoptabant ut ejuſdem conjunctionis pacto ſucceſſores ſuos futuros.* Quiſquis author eſt Prædeſtinati, quem anno præterito primus edidit doctiſſimus Sirmondus, hos hæreticos penè omnium antiquiſſimos eſſe tradit: *In octogeſima*, inquit, *& ſeptima hæreſi Abeloitas nominamus, qui cum ſint priores omnibus hæreticis, nunc noſtris temporibus ſiniti.* Nitebantur loco Pauli 1. Cor. 7: 29. οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες ὦσι. Quod docet idem Author: *Noſtros*, inquit, *arguebant ut non in lege noſtra exerceri conjugia, ut & qui nubunt tanquam non nubentes ſint.* At cur *Abeloitæ*, vel Punica flexione *Abeloni* dicti? Ab Abele, inquiunt. Ita Auguſtinus cunctanter & ex relatu aliorum. Sed ille alter quem citavimus, affirmatius: *Iſti ex filio Adæ ſibi nominis derivationem adſumpſerant, id eſt, ab Abel Abeloitas ſe nominari voluerunt.* Quod quis intellexerit, cùm his hæreticis non videatur quicquam fuiſſe commune cum Abele? Fallor, aut eò penetraverat fabula, quæ totum Orientem jam pridem pervagata eſt, Adamum poſt Abelis necem ab uxore abſtinuiſſe per annos centum & triginta. Ita habetur in vetuſtiſſimo libro Bereſith Rabba, quem citant Rabbi Moſes filius Maimon in more Nebochim lib. 1. cap. 7. & Tanchuma in commentario quod vocant *Jelammedenu*, editionis Venetæ pag. 4. & R. Selomo in Geneſ. 4: 25. & Elias in Thisbi voce לילית. Inde Arabicum verbum ex Abele factum תאבל *theabbala* eſt ab uxore continere ſe. Giggejus תאבל אדם *Adam ab Eva abſtinuit ob necem Abelis.* Item: תאבל ען אמראתה *vir ſe continuit ne cum uxore congrederetur.* Eodem exemplo Abeloni אבלונים dici potuêre המתאבלין, id eſt, qui ab uxoribus ſe continebant, quomodo ab Eva putatur Adam abſtinuiſſe poſt Abelem interemptum.

Idem contra literas Petiliani lib. 2. cap. 104. *Hunc Hebræi dicunt Meſſiam, quod verbum Punicæ linguæ conſonum eſt.* Et in Joannem tractatu 15. *Unctus Græcè Chriſtus eſt, Hebraicè Meſſias, unde & Punicè meſſe dicitur unge. Meſſe*, id eſt, משח, unde 1. Sam. 16: 12. משחהו *unge illum.*

Idem de peccatorum meritis & remiſſione lib. 1. cap. 24. *Optimè Punici Chriſtiani baptiſmum ipſum nihil aliud quam ſalutem, & ſacramentum corporis Chriſti nihil aliud quam vitam vocant.* Baptiſmus vocabatur ſalus, quia dicitur Marc. 16: 16. ὁ πιστεύσας καὶ ὁ βαπτισθεὶς σωθήσεται. Et 1. Pet. 3; 21. ὑμᾶς σώζει βάπτισμα. Quò alludens quiſquis ſcripſit tractatum de utilitate pœnitentiæ, quem Auguſtino tribuunt, Baptiſmum definit *ſalutis aquam.* Verba ſunt: *Baptiſmus, id eſt, ſalutis aqua non eſt ſalutis, niſi Chriſti nomine conſecrata.* Rurſus Euchariſtiæ vitæ nomen inditum, propter vim vivificam. Rectè enim Epiphanius in anacephalæoſi pag. 154. βρῶσις μὲν ὁ ἄρτος, ἡ δὲ δύναμις ἐν αὐτῷ εἰς ζωογόνησιν, *cibus quidem eſt panis, ſed in eo virtus eſt vivifica.* Ea ſe exerit erga fideles. His enim Chriſtus eſt panis vitæ, ex quo ſi quis manducaverit, vivet in æternum. Verba Punica quibus *ſalus* & *vita* dicebantur non ſatis ſcio. Niſi quod Punicum vitæ nomen puto ad Hebræum alluſiſſe, quia ex eo deductum eſt *Avo*, id eſt, *vive*, fauſta comprecatio ſeſe mutuo ſalutantium apud Plautum in Pœnulo.

Idem in Pſal. 26. *Quomodo ſolemus loquentes dicere, verbi gratiâ duas habes, non dicimus duo: hoc more loquendi uſa eſt Scriptura. Unam*, inquit, *petii a domino, hanc requiram.* Verbis Latinis exprimit Auguſtinus Pœnorum phraſim, qui cùm, ut Priſcianus author eſt, neutro genere carerent ut Hebræi & Syri, pro eo fœmininum uſurpabant. Itaque ut Hebræi dicunt אחת שאלתי *unam petii*, ita Pœni

Pſal. 26: (al. 27.) 4. in Vulgat.

Priſc. l. 5.

Pœni *duas habet*, cùm Latinè dicatur *unum* & *duo*.

Idem in Pſal. 123. *Quod Punici dicunt jar non lignum, ſed quando dubitant, hoc Græci ἆρα, Latini poſſunt vel ſolent dicere; putas, cùm ita loquuntur; Putas, evaſi hoc?* Ergo Punicè *jar* eſt lignum, & particula dubitantis, ut ἆρα. Utriuſque ratio patet. יער *jaar* Hebræis ſylva, Pœnis lignum erat nonnihil tranſlata ſignificatione. Sic Græcè ὕλη *ſylva* etiam pro ligno ſumitur: & *boſci* vox vernacula ad utrumque eſt ambigua. Rurſus *jar* apud Pœnos particula erat hæſitantis & dubitantis. Inde Arabica verba וער & תוער *jod* & *vau* permutatis, quod illis eſt tralatitium. Giggeius ועריהר פי אלכלאם, *in ſermone illum attonitum reddidit* רוער פי אלכלאם. *in ſermone attonitus hæſit*.

Idem in Pſ. 136. *Interpretatur autem, quantum dicunt qui illam linguam*, (id eſt, Hebræam) *noverunt, Edom ſanguis: nam & Punicè Edom ſanguis dicitur.* אדום *Edom* Hebraicè rubrum ſignificat, ut teſtatur ipſe Moſes Geneſ. 25: 30 Nec verò eſt abſimile quod hodiè docti contendunt, mare Rubrum inde eſſe dictum. Nam à mari Rubro allui terram Edom vel ex Scriptura compertum. Vide 1 Reg. 9: 26. Sed & à rubedine ſanguinem Syri ארם *adam* & אדם *idam*, Pœni *Edom*, Hebræi & Arabes דם *dam* appellant per aphæreſim.

Idem de verbis Domini ſerm. 29. *Carthago in nomine Chriſti manet, & everſa eſt Cœleſtis, quia non fuit Cœleſtis, ſed terreſtris.* Cœleſtis vel Urania eadem quæ Aſtarte. Herodianus: τ̃ Οὐρανίας τὸ ἄγαλμα μετεπέμψατο σεβόντων αὐτὸ ὑπερφυῶς Καρχηδονίων τε καὶ τ̃ κατὰ τὴν Λιβύην ἀνθρώπων. Et paulò pòſt: Λίβυες μὲν οὖν αὐτὴν Οὐρανίαν καλοῦσι, Φοίνικες δὲ Ἀστροάρχην ὀνομάζουσι. Hæc eſt illa Urania quam Herodotus primò Aſcalone cultam tradit, deinde in Cypro & Cytheris: quibus conſona legere eſt in Pauſaniæ Atticis. Cœleſtem pro Urania nominant Romani ſcriptores. Ammianus Marcellinus lib. 22. de Aſclepiade Philoſopho. *Deæ cœleſtis argenteum breve figmentum quocunque ibat ſecum ſolitus afferre.*

Vide Pithœi Adverſ. l. 1. c. 4.

Trebellius Pollio in triginta Tyrannis: *Afri Celſum Imperatorem appellarunt peplo Deæ Cœleſtis ornatum.* Julius Capitolinus in Pertinace: *Multas ſeditiones perpeſſus dicitur vaticinationibus earum quæ de templo Cœleſtis emergunt.* Et in Macrino: *Vates cœleſtis apud Carthaginem quæ Deo repleta ſolebat vera canere.* Tertullianus Apolog cap. 24. *Unicuique etiam provinciæ & civitati ſuus Deus eſt, ut Syriæ Aſtartes, ut Arabicæ Diſares, ut Africæ Cœleſtis.* Ibid cap. 23. *Illa ipſa virgo Cœleſtis pluviæ pollicitatrix.* Philaſtrius de Hæreſ. cap. 15. *Alia eſt hæreſis in Judæis, quæ Reginam quam & fortunam cœli nuncupant: quam & Cœleſtem vocant in Africa.* Salvianus lib. 8. *Cœleſtem illam ſcilicet Afrorum dæmonem dico.* Cœleſtis iterum meminit Auguſtinus de Civitate Dei lib. 2. cap. 4. *Cœleſti*, inquit, *virgini. &c. talia per publicum cantitabantur à neguiſſimis ſcenicis, &c.* Nec

Petri Fab. ſemeſt. l. 3. cap. 2.

vero eſt abſimilis Petri Fabri conjectura in Auguſtini enarratione in Pſal. 9: 8. legendum *Carthagini ubi nunc eſt regnum Cœleſtis?* non cœleſte, ut vulgò. Origo nominis à figura. Pingebatur enim vecta leone cœlum commeans. Apuleius lib. 6. Metamorph. *Magni Jovis germana & conjuga, ſive tu Sami, quæ querulo partu vagituque & alimoniâ tuâ glorianur, tenes vetuſta delubra; ſive celſa Carthaginis, quæ te virginem vecturâ leonis cœlum commeantem percolit, beatas ſedes frequentas.*

En ex eodem Auguſtino Punicum proverbium, ſed Latinis verbis expreſſum in ſermone 24. de verbis Apoſtoli: *Proverbium notum eſt Punicum, quod quidem Latinè vobis dicam, quia Punicè non omnes noſtis. Punicum enim proverbium antiquum: Nummum quærit peſtilentia, duos illi da ut ducat ſe*, id eſt, ut à te abſcedat. Idem proverbium his verbis repetitur in libro Homiliarum quinquaginta Homil. 10. *Peſtilentia ante oſtium venit, & nummum quærit, duos illi da, & ducat ſe.* Peſtilentiæ nomine contentioſum hominem intelligebant, qui lites ex litibus ſerit. Itaque hæc eſt mens adagii ab homine litigioſo pacem quovis pretio eſſe redimendam. Rectè igitur Auguſtinus hoc adagium confert cum Chriſti dicto Matth. 5: 40. *Si quis vult in judicio tecum contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Phraſi non abſimili λοιμὸς, id eſt, peſtis, à Luca nominatur qui ſeditiones excitat Act. 24: 5. & in Verſione LXX Seniorum λοιμὸς dicitur qui Hebræis בליעל *nequam*, לץ *deriſor*, עריץ *violentus*, פריץ *effractor*, *latro*, רע & רשע *impius*.

Sequitur locus ex Tertulliano ad Scapulam cap. 4. qui multos torſit hactenus: *Ipſe etiam Severus pater Antonini, Chriſtianorum memor fuit. Nam & Proculum Chriſtianum, qui Torpacion cognominabatur, Euhodeæ procuratorem, qui eum per oleum aliquando curaverat, requiſivit, & in palatio ſuo habuit uſque ad mortem ejus, quem & Antoninus optimè noverat.* Hîc docti multa quærunt, 1. quid ſit *Torpacion*, 2. quid *Euhodea*. 3. Et quî fieri poſſit ut Severo Imperatore per oleum ſanato, tam illuſtris miraculi fama ſic in obſcuro latuerit, ut nemo alius meminerit. 4. Aut à Severo tanquam ignotus requirendus fuerit is cui tanto beneficio erat devinctus. Hæc qualiacunque ſunt non difficulter ſolventur, ſi pro *Torpacion* ſcribas *Torpaeion* & *Euhodi* pro *Euhodea*. *Torpaion* lego cum editione Baſilienſi An. 1528. quam magnâ curâ Beatus Rhenanus procuravit. Idem in Gorzienſi codice author eſt *Euhode* haberi, unde *Euhodi* parum recedit. Euhodus ſub Severo vir fuit magni nominis, qui poſtquam Severi filium Antoninum Caracallam ſibi a parente commiſſum ſummo ſtudio educaſſet, ab ipſo interemptus eſt. De eo ſic Dionis epitomaſtes Xiphilinus in Severo pag. 315. & 316. (ὁ Ἀντωνῖνος) διὰ Εὐόδου τοῦ τροφέως αὐτοῦ, *Antoninus per Euhodum nutritium*, vel *præceptorem ſuum, &c.* Et pag. 317. Σατορνῖνος μὲν τοι καὶ Εὔοδος τότε μὲν ἐτιμήθησαν, ὕστερον δὲ ὑπὸ τ̃ Ἀντωνίνου ἐθανατώθησαν. *Saturninus quidem & Euhodus tunc maximè in errore erant, ſed deinceps ab Antonino interfecti ſunt.* Item: Ψηφιζομένων δὲ ἡμῶν ἐπαίνους τινὰς τῷ Εὐόδῳ, *cùm ſuffragiis* ſenatûs *laudes aliquas Euhodo decreviſſemus.* Et in Antonino pag. 326. τοὺς δὲ δὴ οἰκείους, τοὺς μὲν ἀπήλλαξεν, ὧν καὶ Παπινιανὸς ὁ ἔπαρχος ἦν, τοὺς δὲ καὶ ἀπέκτεινεν, ὧν ἦν ὁ Εὔοδος ὁ τροφεὺς αὐτοῦ. *Domeſticorum autem alios amovit, in his Papinianum præfectum Prætorio, alios autem interfecit, in quo numero fuit ipſius præceptor Euhodus.* Hic Euhodus ab Afris Punico nomine *Torpeion* appellabatur, id eſt, תורבין *turbejan* τροφεὺς *pædagogus*, *nutricius*, quia Imperatoris Severi popularis ſui filium educaverat, atque inde Procurator ipſius Proculus διακριτικῶς *Proculus Torpeion*, id eſt, ὁ Πρόκλος τοῦ τροφέως: *Proculus Cæſarei pædagogi.* Vox תורבין *turbejan*, à qua *Torpeion* Chaldæis & Syris eſt in multo uſu. Sic Num. 11: 12. in Onkelo: *Ut portat* תורבינא *turbeiana infantem ſuum. Turbeiana*, id eſt, ὁ τροφεὺς (Hebraicè habetur האמן & in Jonathane פדגוגא *padgoga* pędagogus.) Et 2 Reg. 10: 1. ולתורבינא דאהאב *& ad nutritios Achabi.* Et Eſ. 49: 23. *Et erunt Reges* תורביך *nutritii tui.* His ita explicatis cætera facilia ſunt: *Severus, &c. Proculum Chriſtianum, qui Torpaeon* (תורבין) *cognominabatur, Euhodi procuratorem, qui eum* (Euhodum) *per oleum aliquando curaverat, requiſivit* (cùm hoc miraculum à Proculo fuiſſe editum ex Euhodo comperiſſet) *& in palatio ſuo habuit uſque ad mortem ejus: quem & Antoninus optimè noverat*, utpote pręceptoris ſui procuratorem.

CAPUT XVII.

De Sanchoniathone.

Sanchoniathon, id eſt, φιλαλήθης juxta Theodoretum. Hujus loci diverſa lectio. סן *ſan* vel סנה *ſanna* Arab. *ſunna* lex, doctrina, &c. *Kirjath-ſepher*, al. *Kirjath-ſanna* & *Kirjath-arche urbs* Archivorum. שנן docere Deut. 6. 7. Sanchoniathon סנקנאתו *Saukineatho* lex zelus ejus. *Suniæthon* corruptè in Athenæo. Berytius fuit non Tyrius. Abibalo Berytio inſcripſit opus ſuum; qui fuit antiquior Abibalo Tyri Rege Iromi patre. *Abibalus* Theodoreto perperam *Abelbalus*. Sanchoniathon vir doctus, & apprimè verſatus in Ægyptii Taauti libris. Horum catalogus. Phœnicum hiſtoriam novem libris complexus eſt Phœnicio ſermone ſcriptis. Cur Porphyrius ſolum octo numeret. Hujus fragmentum in Euſebio & verſione Philonis Byblii in quo multæ inſignia. Hiſtoriam eruit ex urbium & templorum monumentis ſcriptis Ἀμμουνέων γράμμασιν חמנים *ammanim* fana, delubra, quia pleraque Soli ſacra qui Phœnicibus חמה *amma*. Hinc *Ammunea* ſacræ literæ quæ templis peculiares. Sic Ægyptiis, Æthiopibus, Babyloniis ſacræ literæ, de quibus ſcripſit Democritus. Hebræis etiam ut multi volunt; & Græcis in Theodoreto, qui potuit Græcorum nomine ſignificare Ethnicos quoſvis. Aliud hiſtoriæ ſcribendæ ſubſidium *commentaria ab Jerombalo ſacerdote Dei Iao*. Iao, id eſt, יהוה. Jerombalos, Jerubbaal, id eſt, Gedeon Jud. 7: 2. Gedeon cur *Jerubbaal* dictus & *Jerubbeſeth* 2. Sam. 11: 21. בעל & בשת ſynonyma. Georgius Syncellus notatus. Gedeon pro ſacerdote habitus, quia erexit Ephod; aut quo ſenſu כהנים ſacerdotes dicuntur magnates Judæorum. *Baalberith* ſtatim à morte Gedeonis cultus, id eſt, Beryti idolum, unde Sanchoniathon. ברית *Berith* eadem Dea quæ *Beroe* de qua Nonnus lib. 41. 42. 43. *Baal* ſæpe fœm. *Berith* ſemper. Deus vocatur *Berith* Jud. 8. 33. ut *Aſtarte* 1 Reg 11:5. quia Hebræi Deorum ſexus neſciunt. De Sanchoniathonis ætate Porphyrius ſcribit ἀνώτερον Eum Trojana tempora præceſſiſſe. Fruſtra objicit Scaliger mentionem de Tyro. In Phœnice quadruplex Tyrus. Palætyrus jam extabat ævo Joſuæ. De iſta Tyro egiſſe Sanchoniathonem, non de Tyro inſulari. Tyri nomen unde ſumptum. Sanchoniathonis hiſtoriam Phœnicio ſermone continuarunt Theodotus, Hypſicrates & Mochus, quorum interpres *Lætus* non *Chætus* ut in Tatiano, nec *Aſytus*, ut in Euſebio legitur. Horum Phœnicia nomina. In Luciani locum conjectura. Lætus & Menander Pergamenus de Europæ rapto, & Menelai adventu in Phœnicem, & Hiramo, & Solomone. Dii & Meandri fragmenta quatuor de Phœnices Regibus & judicibus. Hieronymus Phœnix Tyri Rex Tertulliano. Aliis Ægyptius, nec Tyri aut Phœnices Rex, ſed præfectos ſub Antiocho. Is Phœnicum antiquitates ſcripſit. Heſtiæus, Philoſtratus, Aſclepiades Cyprius de eodem argumento. Et Claudius Iolaus, al. Iulus & Julius, valde fabuloſus ſcriptor. Ex eo tres fabulæ. Ptolemais olim *Ace* dicta, nomine facto ex *Accho* עכו Jud. 1: 31. Syr. *Accha*, Arab. *Accha*, Joſepho Ἄκη, hodiè *Acre*. Alii Phœnicum hiſtorici.

Operæ pretium eſt docere quis fuerit Sanchoniathon, ſcriptor miræ antiquitatis, ex quo non pauca excerpſimus, quæ ad hanc rem multum faciunt. Nomen Theodoretus ex Porphyrio ita explicat: Σαγχωνιάθων δὲ, ὁ κατὰ Φοινίκων διάλεκτον Φιλαλήθης, *Sanchoniathon autem, cujus nomen lingua Phœnicum id ipſum ſignificat quod Græcè φιλαλήθης amicum veritatis*. Quod ipſum Euſebius lib. 1. & 10. Evang. Præpar. multò aliter legit, nimirum: Σαγχωνιάθων δὲ κατὰ τὴν Φοινίκων διάλεκτον Φιλαλήθως, &c. συγγράψας, *Sanchuniathon antem qui Phœnicia lingua verè, &c. ſcripſit*. Sed res ipſa confirmat lectionem Theodoreti. Omnino enim Sanchoniatho, vel ut Hebræi ſcripſerunt *Sankineatho*, legis ſeu doctrinæ verioris amicum ſignificat. סנקנאתו *Sankineatho* ad verbum *lex zelus ejus*. סן *ſan* decurtatum ex סנה *ſanna*. Id Phœnicibus idem fuit quod Arabibus סנה *ſunna*, lex, doctrina, jus canonicum.
Joſ. 14: 15. 16. Hinc Phœnicia urbs eadem, modò appellatur
קרית־ספר *Kirjath-ſepher* urbs literarum, modò
Jud. 1: 11, 12. קרית־סנה *Kirjath-ſanna* urbs doctrinæ ſeu legis.
Joſ. 15:49. Chald. reddidit קרית־ארכי *kirjath-arche* urbem Archivorum, & Græci πόλιν γραμμάτων. Radix סנן Arabibus primò eſt acuere, deinde exquiſitè docere, ita ut acutior fiat & perſpicacior is qui docetur. Atque id ipſum eſt Hebræis שנן, unde eſt quod de legis mandatis dicitur Deut. 6: 7. ושננתם לבניך explanatè *docebis ea filios tuos*: Jonathan ותגמרנון & LXX προβιβάσεις αὐτὰ, Vulgatus *narrabis ea*. Itaque Sanchoniathon, nomen aut cognomen potiùs inde ſortitus, ex quo animum ad ſcribendum appulit, hoc ipſo ſignificabat ſe veritatis eſſe aſſeclam, & exquiſitioris doctrinæ curioſum indagatorem; quod utinam tam re præſtitiſſet, quàm nomine profitebatur. Corruptè Suniæthonem pro Sanchoniathone ſcribi in his Athenæi libro tertio παρὰ τοῖς τὰ Φοινικικὰ συγγεγραφόσι Σουνιαίθωνι καὶ Μώχῳ pridem monuit doctiſſimus Caſaubonus.

Ibidem Ulpiani Tyrii πολίτης civis ſeu concivis legitur eſſe Suniæthon, aut verius Sanchoniathon, nempe reſpectu gentis, quia utrique Phœnices erant. Potuit id Suidæ imponere, qui Tyrium eſſe ſcribit, cùm Berytium appellent Porphyrius, Euſebius, Theodoretus. Et verò rem ita ſe habere vel ex eo colligere eſt quod opus ſuum Abibalo inſcripſit Regi Berytio, non Tyrio. Porphyrius: Ἀβιβάλῳ τῷ βασιλεῖ Βηρυτίων τὴν ἱστορίαν ἀναθείς. *Contra Chriſt. l. 4.* Eſt quidem Abibalus etiam in Tyri Regum ſerie, de quo hæc Dius in hiſtoria Phœnicum: Ἀβιβάλου τελευτήσαντος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εἴρωμος ἐβασίλευσεν, *mortuo Abibalo filius ejus Iromus regnavit*. *Vide Joſeph. contra Apion. lib. 1.* Is nempe Iromus ſeu חירם *Hiramus*, qui cum Davide & Solomone amicitiam coluit, ut patet ex ſequentibus. Itaque Tyrius Abibalus Sauli aut Davidi fuit σύγχρονος; at Berytium Abibalum, ſub quo vixit Sanchoniathon, multo fuiſſe vetuſtiorem deinceps probabimus. Abibalus אבי־בעל ad verbum ſonat *pater meus eſt Belus*, quod pertinet ad generis nobilitatem. At *Abelbalus*, quomodo legit Theodoretus, eſſet הבל־בעל *vanitas Beli*, vel אבל־בעל *luctus Beli*, ominoſa vox & Regi nomen parum congruum, quodque proinde minus placet.

In Philone legitur Sanchoniathon vir fuiſſe πολυμαθὴς καὶ πολυπράγμων, καὶ τὰ ἐξ ἀρχῆς, ἀφ᾽ οὗ τὰ πάντα συνέστη παρὰ πάντων εἰδέναι ποθῶν, *doctus & curioſus & ſupra omnia diſcendi cupidus ex quibus initiis omnia conſtarent*. Neque hiſtoriæ ſolùm, ſed & Philoſophiæ cognitionem profeſſus, teſte Suida, ſcripſit περὶ τῆς Ἑρμοῦ φυσιολογίας, & Αἰγυπτιακὴν θεολογίαν ſumptam haud dubiè ex Taauti libris quos ſtudioſè evolverat. Philo: πολὺ φροντιστικῶς ἐξεμάστευσε τὰ Τααύτου, εἰδὼς ὅτι τῶν ὑφ᾽ ἡλίου γεγονότων, πρῶτός ἐστι Τάαυτος ὁ τῶν γραμμάτων τὴν εὕρεσιν ἐπινοήσας. *Magnâ curâ ſcrutatus eſt Taauti libros, cùm ſciret eorum qui ſub Sole fuerunt primum Taautum literarum uſum reperiſſe*. Proinde hunc paſſim citat, & ſtatim initio operis quæcunque habet de rerum creatione ſe reperiſſe dicit ἐν τῇ κοσμογονίᾳ Τααύτου. Taautus porrò, qui Græcis Hermes, libros ſcripſerat quadraginta duos de Aſtrologia, de Geographia, de medicina, de politia, de Theologia, de religione, de politico regimine, &c. quorum catalogum accuratè inſtituit Clemens Alexandrinus Stromatum libro ſexto.

Phœnicum hiſtoriam Sanchoniathon patrio ſermone ſcripſit, ſed Græcè reddidit Philo Byblius Adriano σύγχρονος. Porphyrius περὶ ἀποχῆς lib. 2. eam tradit octo libris fuiſſe comprehenſam: ἡ Φοινικικὴ ἱστορία, &c. ἣν Σαγχωνιάθων μὲν τῇ Φοινίκων γλώττῃ συνέγραψεν. Φίλων δὲ ὁ Βύβλιος εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν δι᾽ ὀκτὼ βιβλίων ἡρμήνευσεν. Tamen Euſebius novem numerat: ὁ δὲ Φίλων, inquit, εἰς ἐννέα βίβλους τὴν πᾶσαν τοῦ Σαγχωνιάθωνος πραγματείαν διελών. Sed Porphyrium veriſimile eſt ex hiſtoricorum numero primum librum exemiſſe, qui pertinet potiùs ad Phœnicum Theologiam.

Hujus

Hujus ἀποσπασμάτιον in Euſebio legere eſt, in quo inter multas ſabulas reperitur aliquid veri de mundi creatione, de idololatriæ origine, de abuſu Dei nominum שדי *ſaddas*, כביר *cabir*, עליון *elion*, אל *el*, אלהים *elohim*, de Belo, Dagone, Aſtarte, Berith & aliis pro vero Deo in Phœnice cultis, de fundatione urbium, de inventione artium, de *Chna* ſeu Chanaan Phœnicum patre, de circumciſione & ſacrificio Abrahæ, quem Κρόνον *Saturnum* vocat; & Porphyrius *Iſraëlem* & uxorem ejus *Anobret* חנעברת, id eſt, quæ concepit ex gratia, ut ſuprà explicatum.

Hanc hiſtoriam eruit Sanchoniathon, ut habetur in Porphyrio: ἐκ τῶν κατὰ πόλιν ὑπομνημάτων, καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγραφῶν, *ex ſingularum urbium commentariis, & templorum monumentis*; quale eſt quod ſcribit Philo illum hiſtoriam ſuam contuliſſe τοῖς ἀπὸ τῶν ἀδύτων εὑρεθεῖσιν ἀποκρύφοις Ἀμμουνέων γράμμασι συγκειμένοις, ἃ δὴ οὐκ ἦν πᾶσι γνώριμα; *cum iis quæ reperta ſunt in adytis repoſita, arcanis Ammoneorum literis, quæ non ſunt omnibus nota.* Ammoneorum, id eſt, חמנים *ammanim*, quod alii ſimulachra exponunt, ſed LXX τεμένη Ezech. 6: 4, 6. Hieronymus *fana* 2. Paralip. 14: 4. & *delubra* ib. 34: 7. & Eſ. 17: 8. & 27: 9. Aben-Ezra in Levit. 26: 30. *templa facta ad cultum Solis.* Quod veriſſimum; Sol enim Hebræis eſt חמה *amma*, unde חמן *amman* templum Solis, quem ſolum cœli dominum crediderunt priſci Phœnices. Sanchoniathon: τοῦτον γὰρ (τὸν ἥλιον) θεὸν ἐνόμιζον μόνον οὐρανοῦ κύριον. Itaque hic præcipuè cultus. Tamen creſcente ſuperſtitione, crediderim nomen חמנים etiam ad alia delubra pertinuiſſe. Itaque literæ Ammuneorum ſeu חמנים ſunt literæ templorum, literæ in ſacris receptæ. Sic apud Ægyptios ſcribit Diod. lib. 3. τὰ μὲν δημώδη προσαγορευόμενα πάντας μανθάνειν, τὰ δὲ ἱερὰ καλούμενα μόνους γινώσκειν τοὺς ἱερεῖς παρὰ τῶν πατέρων ἐν ἀπορρήτοις μανθάνοντας. *Vulgares quidem* (literas) *omnes addiſcere, eas verò quæ ſacra dicuntur ſolos ſcire ſacerdotes, à patribus ſecreto edoctos.* Et apud Æthiopes aliæ regiæ literæ ſacris Ægyptiis ſimiles, aliæ vulgares erant. Heliodorus lib. 4. ἀπελεγόμην τὴν ταινίαν γράμμασιν Αἰθιοπικοῖς, οὐ δημοτικοῖς ἀλλὰ βασιλικοῖς ἐστιγμένην, ἃ δὴ τοῖς Αἰγυπτίων ἱερατικοῖς καλουμένοις ὡμοίωται. *Faſciam perlegi literis Æthiopicis, non vulgaribus, ſed regiis notatam, quæ Ægyptiis ſacris cognominatis ſunt ſimiles.* In catalogo librorum quos ſcripſit Democritus apud Laertium lib. 9. ex Thraſyllo unus eſt περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ἱερῶν γραμμάτων, *de ſacris Meroe literis*; Alius item argumenti ſimilis: περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων, unde tam Babylonios quàm Ægyptios & Æthiopes colligimus ſacras habuiſſe literas. Hebræis etiam multi putant duplicem fuiſſe literarum characterem, profanum unum quo Samaritani utuntur, ſacrum alterum apud nos hodiéque receptum, quo libros ſacros exarare, poſteſque & frontalia inſcribere moris erat. Vide doctiſſimum Morinum in Pentateuchum Samaritanum exercitationis ſecundæ cap. 4. Græcorum quoque hierophantas peculiarem aliquem habuiſſe characterem videtur poſſe colligi ex his Theodoreti in Geneſ. q. 61. ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς ναοῖς ἴδιοί τινες ἦσαν χαρακτῆρες γραμμάτων, οὓς ἱερατικοὺς προσηγόρευον; *in Græcanicis templis quidem ſunt peculiares literarum characteres quos ſacros appellant.* Tamen nihil eſt neceſſe ut id de Græcis accipiatur, quia Græcorum nomine quoſvis Ethnicos deſignant Græci Patres.

Porphyr. ubi ſuprà. Habuit & aliud hiſtorię ſcribendę ſubſidium Sanchoniathon, τὰ ὑπομνήματα παρὰ Ἱερομβάλου τοῦ ἱερέως τοῦ θεοῦ Ἰαῶ, *commentaria ab Jerombalo ſacerdote Dei Iao.* Euſebius habet Ἰευώ, ſed Theodoretus Ἰαώ, quod ideò pręfero, quia Dei nomen ἀνεκφώνητον Græci vix aliter efferunt. Oraculum Clarii Apollonis apud Macrobium libro primo Saturnalium:

> Φράζεο τὸν πάντων ὕπατον θεὸν ἔμμεν' Ἰαώ.
> *Maximus ille Deûm ſibi ſit nomen Iao.*

Diodorus lib. 1. Moſem dicit apud Judæos τὸν Ἰαῶ ἐπικαλούμενον θεὸν, *Deum qui vocatur Iao* legibus ſuis authorem inſcripſiſſe. *Pag. 59.* Gnoſtici apud Irenæum lib. 1. cap. 34. ſeptem recenſent Dei nomina, partim ex Scriptura petita, partim à ſe prave conficta, quorum ſecundum eſt *Iao*. Horum ſoboles Phibionitæ in Epiphanio hæreſi 26. leguntur habuiſſe CCCLXV principes, quaſi totidem Deos, quorum primum in primo cœlo principem *Iao* eſſe dicebant, ἐν μὲν τῷ πρώτῳ οὐρανῷ εἶναι τὸν Ἰαὼ ἄρχοντα. Proximè accedit Ἰαοὺ Iaü Clementis Alexandrini Stromatôo lib. 5. λέγεται δὲ, inquit, Ἰαοὺ ὃ μεθερμηνεύεται ὁ ὢν καὶ ὁ ἐσόμενος: & *Iaho* in commentariis in Pſalmos apud S. Hieronymum Pſal. 8. *Prius nomen Domini apud Hebræos quatuor literarum eſt* י *jod*, ה *he*, ו *vau*, ה, *quod proprie Dei vocabulum ſonat & legi poteſt Iaho.* Ita veteres editiones, ſed novæ perperam *Jehova*. Sic in poſtrema editione Theodoreti, in his verbis quæſt 15. in Exodum, καλοῦσι δὲ αὐτὸ Σαμαρῖται μὲν Ἰαβὲ, Ἰουδαῖοι δὲ Ἰαὼ, ex Ἰαὼ factum eſt Αἰὰ *Aia* vocabulum nihili. Heſychius: Ἰωαθάμ, Ἰαὼ συντέλεια. Item Ὀζειὰς, ἰσχὺς Ἰαώ. Tzetzes Chiliade 7. hiſt. 126. Ἑβραϊκῶς τῷ Ἰαὼ ἄῤῥητον σημαίνων.

Dei porro *Iao* ſacerdos Jerombalus, ex cujus commentariis profeciſſe legitur Sanchoniathon, mihi videtur eſſe Gedeon. Jerombalus ſcilicet idem qui ירובעל *Jerubbaal*, ut docti pridem obſervarunt. E duobus B alterum mutatur in M, ut in Sambuca & ambubaja è Syr. סבכא *ſabbeca* & אבובא *abbuba*. Gedeonis autem cognomen notiſſimum eſt Jerubbaal Jud. 7: 1. *Et mane ſurrexit Jerubbaal* (*is eſt, Gedeon.*) Et 8: 35. *Neque benignè ſe geſſerunt erga domum Jerubbaalis Gedeonis*, per pleonaſmum, ut cùm dicitur Simon Petrus. Suidas: Ἱεροβάαλ, οὕτως ἐκαλεῖτο ὁ Γεδεὼν διὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Βαάλ: tam verè quàm quod volunt dici Hieroſolymam ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ à templo. *Joſeph. Antiq. l. 7. c. 3.* Nihil hîc divinandum, cùm diſertè legatur Jud. 6: 32. Gedeonis pater Joas illum vocaſſe Jerubbaal, dicendo ירב בו הבעל (*Jareb bo habbaal*) *Litiget in eum Baal, quia diruit ejus aram.*

Notandum pro Jerubbaal haberi ירבשת *Jerubbeſeth* 2. Sam. 11: 21. Quia ex Scripturæ phraſi בשת pudor, confuſio, idem quod בעל *Baal*. Sic Jer. 11: 13. *Poſuiſtis aras* לבשת *confuſioni, aras ad ſuffitum faciendum* לבעל *Baali*, Oſ. 9: 10. *Ipſi venerunt ad Baal peor, & ſepararunt ſe* לבשת *confuſioni.* Cauſa eſt in promptu: Baal & quodvis idolum confundit & pudore ſuffundit cultores ſuos. Jerem. 48: 13. ובש מואב מכמוש *Et confundetur Moab à Chamos* idolo ſuo. Itaque Jerombalus, Jerubbaal, Jerubbeſeth & Gedeon viri unius diverſa nomina. Gedeonis quidem eſſe fratrem Jerubbaalem ſcribit Georgius Syncellus, & in libro Judicum haberi τὸν Ἱεροβάαλ συνοικήσαντα τῷ ἀδελφῷ Γεδεὼν περὶ τὰ τέλη αὐτοῦ. Sed ut rectè Scaliger, hæc eſt inſignis hallucinatio, vel potiùs deliratio, cùm hujus rei ne minima quidem ſuſpicio extet in textu Græco; aut ſi extaret, adverſus veritatem Hebraicam eſſet.

At, inquies, Jerombalus ſacerdos erat Dei *Iao*, Gedeon ne Levita quidem, ſed è Tribu Manaſſis. Fateor; ſed nihil mirum ab Ethnico homine & rerum Judaicarum non admodum perito eum haberi pro ſacerdote qui ex hoſtium ſpoliis conſtituit Ephod in urbe ſua, quo ad idololatriam abuſi ſunt Iſraelitæ Jud. 8: 27. Ne dicam Hebræa phraſi כהנים *ſacerdotes* dici magnates Judæorum. Sic 2. Sam. 8: 18. *Et filii David erant* כהנים *ſacerdotes*,

tes, id eſt, הראשנים ליד המלך *primi ad manum Regis*, ut exponitur 1. Chron. 18: 17. Chaldæus habet רברבין *principes*, Græci αὐλάρχαι. Ruſſus 2. Sam. 20: 26. *Etiam Ira Jairites erat ſacerdos David*, *Chald.* רב לדוד *princeps Davidis*. Sic *ſacerdos On* Gen. 41: 50. *Sacerdos Madian* Exod. 2: 16. id eſt, princeps, præfectus, gubernator. Et Job. 12: 19. *Deus ducit ſacerdotes ſpoliatos*, Chald. רברבניא *principes*. Eo exemplo potuit vocari ſacerdos *Iao*, princeps ſeu præfectus eorum à quibus colitur *Iao* ſeu verus Deus.

Suſpicionem auget quod ſtatim à morte Gedeonis Iſraëlitæ coluerunt Baal Berith Jud. 8: 33. *Et cum mortuus eſſet Gedeon, evenit ut filii Iſrael fornicarentur poſt Baalim, & ſibi conſtituerent Baalberith in Deum.* Et cap. 9: 2, 4. *Dederunt ei ſeptuaginta nummos argenteos è fano Baalberith.* Baal Berith, id eſt, idoli *Berith* ſeu *Beryti* urbis è qua oriundus Sanchoniathon, ut ſuprà probavimus. Ex quo fit veriſimile fœdus aliquod initum aut Gedeonis commercium frequens cum Berytio homine magni nominis, occaſionem dediſſe idololatriæ Judæis alioquin prorſus ignotæ: neque enim alibi Baalberith nominatur uſpiam. Non ſum neſcius Beryti nomen Hebraicè ſcribendum בארות *beeroth*, id eſt, puteos ex Stephani ſententia, qui Phœnices ita nominaſſe tradidit διὰ τὸ ἔνυδρον, βὴρ γὰρ τὸ φρέαρ παρ' αὐτοῖς, aut בירות *biruth* pro אבירות *abbiruth*, ſi Heſtiæum ſequimur & Helladium qui aſſerunt τὴν ἰσχυὶ Βηρὺτ Φοίνικας ὀνομάζειν ἀφ' ἧ τὴν πόλιν. Sed Poëta Nonnus, qui barbaram vocem emolliens Beroen pro Beryto vocat, docet oppido factum nomen à Beroe Veneris & Adonidis, aut ut alii volunt Thetidis & Oceâni filia in illis locis pro Dea culta. Hæc Nonni Beroë, quam à Baccho fruſtra petitam tandem Neptuno conceſſam prolixè narrat Dionyſiacorum libris XLI, XLII, & XLIII; eſt ut quidem ſentio, illa ipſa Baalberith, de qua Jud. cap. 8. Nemini ſit novum quod *Baal* facio fœmininum. Sic enim Septuaginta paſſim, ut 1. Sam. 17: 4. περιεῖλον τὰς Βααλὶμ. Jerem. 2: 28. ἔθυον τῇ Βάαλ; & 11: 13. θυμιᾷν τῇ Βάαλ; & 19: 5. ὑψηλὰ τῇ Βάαλ; & 32: 35. τὺς βωμὺς τῇ Βάαλ; & Oſ. 2: 8. ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ ἐποίησε τῇ Βάαλ; Sophon. 2: 4. τὰ ὀνόματα τῆς Βάαλ. Sed & Paulus Rom. 11: 4. ἐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ. Ita hîc τὴν Βααλβερὶθ dicamus res ipſa poſtulat, quia Hebraicè ברית *berith* ſemper eſt fœmininum. Proinde Deæ non Dei nomen fuit apud Phœnices, ut Aſtarte & Atergates. Quid quod Sanchoniathon ita aſſerit: κατὰ τύτυς γίνεταί τις Ἐλιῦν καλέμενος ὕψιστος καὶ θήλεια λεγομένη Βηρὺτ; οἳ καὶ κατῴκυν περὶ Βύβλον, *his æqualis fuit quidam* עליון *elion*, id eſt, *altiſſimus dictus*, *& fœmina dicta Beruth*, (id eſt, Berith) *qui habitarunt circa Byblum*, nempe Beryti, quæ media eſt inter Byblum & Sidonem. Fruſtra objeceris ex Judic. 8: 33. Iſraëlitas ſibi conſtituiſſe *Baalberith* לאלהים *in Deum*. Hebræi enim coguntur ita loqui, quia Deorum ſexus neſciunt: nec eſt ulla vox Hebraica quæ Deam ſonet. Proinde etiam Aſtarte Deus vocatur 1. Reg. 11: 5. ubi ſic habetur ad verbum, *Ivit Salomon poſt Aſtartem* אלהי צידנים *Deum Sidoniorum*. Et rurſus verſu 33. *Adoraverunt Aſtartem Deum Sidoniorum.*

Dionyſiac. lib 41.

Unum ſupereſt diſquirendum an Gedeon & Sanchoniathon potuerint eſſe σύγχρονοι. Hunc Euſebius aſſerit Trojana tempora præceſſiſſe: ἱςορεῖ δὲ ταῦτα, inquit, Σαγχωνιάθων ἀνὴρ παλαιότατος, καὶ τῶν Τρωικῶν χρόνων, ὥς φασι, πρεσβύτερος. Porphyrius item his verbis: οἱ δὲ τύτων χρόνοι καὶ πρὸ τῶν Τρωικῶν πίπτυσι χρόνων, καὶ σχεδὸν τοῖς Μωσέως πλησιάζυσιν, ὡς αἱ τῶν Φοινίκης βασιλέων μηνύυσι διαδοχαί. *Horum tempora* (Abibali ſcilicet Beryti Regis & Sanchoniathonis hiſtorici) *Trojanis temporibus priora ſunt, & ad Moſis ætatem propè accedunt, ut docent Phœniciæ Regum ſucceſſiones.* Sequitur res perabſurda, quæque Porphyrium arguit rei chronologicæ fuiſſe planè imperitum: ἐπὶ Σεμιράμεως γέγονε τῆς Ἀσσυρίων βασιλίδος, ἢ πρὸ τῶν Ἰλιακῶν, ἢ κατ' αὐτύς γε τὺς χρόνυς γενέσθαι ἀναγέγραπται. *Fuit ævo Semiramidis Aſſyriorum Regina, quæ ante Iliaca tempora aut circa illa vixiſſe ſcribitur.* Quin Iliaca tempora anteceſſit Semiramis annis circiter octingentis. Sed quid de ſuo dixerit Porphyrius nihil moror. Hoc tantùm firmum eſto & inconcuſſum quod Abibalum & Sanchoniathonem aſſerit Trojana tempora præceſſiſſe, quia ſic ferebat ſeries Regum Phœnices, in illorum annalibus, quos Docti ſciunt in ſupputatione temporum eſſe incorruptæ fidei. Itaque commodè rejicitur in Gedeonis tempora qui ſubduxit Iſraëlitas è jugo Madianitarum annis ante Ilii excidium LXXXIII, & deſiit eſſe in vivis eo ferè tempore quo regnum ſuſcepit Priamus. Moſes ante Gedeonis initia obierat annis CLXXXII.

Lectorem non celabo aliud ſenſiſſe Scaligerum Virum illuſtrem, qui ut Sanchoniathonem probet eſſe recentiorem quàm Phœnicum annales ferunt, cum meminiſſe obſervat temporis quo Tyrus condita eſt, & quidem meminiſſe ut rei jam antiquæ. Cùm à Tyro condita uſque ad cladem Trojanam breve ſit intervallum, nempe annorum LXV, ut ſupputat Vir ſummus, cuique plurimum debeo Jacobus Capellus affinis meus ὁ μακαρίτης. Quæ objectio in ſpeciem gravis multos traxit in aſſenſum, eoſque doctiſſimos. Nempe non meminerant in Phœnice Tyri nomen commune fuiſſe multis urbibus, ut conſtat ex Periplo Scylacis qui hæc habet in deſcriptione Phœnices: ἀπὸ δὲ Θαψάκυ ποταμῦ ἐστὶ Τρίπολις Φοινίκων, Ἄραδος νῆσος καὶ λιμὴν, βασίλεια Τύρυ, ὅσον ἢ στάδια, καὶ λιμὴν ἀπὸ τῆς γῆς. *Poſt fluvium Tapſacum eſt Tripolis Phœnicum, Aradus inſula & portus, regia Tyri octo circiter à terra ſtadiis.* Et paulò pòſt: ὄρος θεῦ πρόσωπον. (Ita legit Cl. Voſſius pro vulg. Τήρος) Τύρος καὶ λιμὴν, Βηρυτὸς, *mons Dei facies*, id eſt, פנואל *Penuel*; *Tyrus cum portu, Berytus.* Et aliquantò infrà: εἶτα ἄλλη πόλις Τύρος λιμένα ἔχυσα ἐντὸς τείχυς. Αὕτη δὲ ἡ νῆσος βασίλεια Τυρίων; *deinde alia urbs Tyrus, quæ portum habet intra muros. Hæc autem eſt inſula Tyriorum & regia.* Quod ſequitur propter vitium interpunctionis Vir quidam doctiſſimus uſque adeò non intellexit, ut è mari fecerit continentem: Καὶ ἀπέχει στάδια ἀπὸ θαλάττης γ' Παλαίτυρος πόλις, καὶ ποταμὸς διὰ μέσης ῥεῖ, *& ſtadiis tribus à mari diſtat urbs Palætyrus, quam fluvius mediam perlabitur.* En tibi Lector in una Phœnice quatuor urbes Tyri nomine, nempe duas in continente & inſulares duas: quarum illa celeberrima quæ fuit in inſula vicina Palætyro; non tamen antiquiſſima. Eâ quippe vetuſtiorem eſſe Palætyrum vel ex ipſo nomine conſtat. Neque enim aliud Palætyrus quàm vetus Tyrus. Itaque Palætyri mentio fit in libro Joſuæ 19: 29. Ibi enim מבצר צור *civitas munita Tyrus*. Aſeritarum limes ad mare non procul à Sidone, non poteſt alia eſſe quàm Palætyrus. Tum igitur extabat Palætyrus, nempe tempore κληρυχίας ſeu diviſionis terræ Chanaan, annis ferè ducentis antequam in vicina inſula conderetur famoſa illa Tyrus. Porro de Palætyro non de Tyro inſulari actum in his Sanchoniathonis, quibus tota nititur Scaligeri argumentatio: εἶτα φησι τὸν Ὑψυράνιον οἰκῆσαι Τύρον, καλύβας τε ἐπινοῆσαι ἀπὸ καλάμων καὶ θρύων καὶ παπύρων; *deinde dicit Hypſuranium* (Phœnicié סמים רום *ſamemrum*) *habitaſſe Tyri, & fabricaſſe caſas ex calamis, juncis & papyris*: quod probare mihi eſt obvium, quamvis eò me non adigant leges diſputationum. Sequitur ſtatim ingruente vento, παρατριβέντα τὰ ἐν Τύρῳ δένδρα mutuo alliſu attritas

Digitized by Google

tritus Tyri arbores ignem concepiſſe, à quo ſylva conſumpta ſit; & Hypſuranii fratrem *Οὔσωον* *Uſoum*, diſſidio inter illos orto, primum auſum εἰς θάλασσαν ἐμβλῆναι *mare aggredi* extructâ cymbâ ex trunco reſiduæ arboris. Inde vel cæco appareat de Tyro inſulari non agi, quæ ante navium uſum non condi modò, ſed ne adiri quidem potuit. Alibi quidem Aſtarte dicitur aſtrum, imò aſteriam, id eſt, aquilam, mactaviſſe ἐν Τύρῳ τῇ ἁγίᾳ νήσῳ, *in Tyro ſacra inſula*. Sed ex hoc ipſo colligere eſt Tyrum nondum fuiſſe conditam; quia inſulam, non urbem vocat. Nempe antequam ulla in ea eſſet urbs, inſulæ priſcum nomen erat Tyrus. Neque id immerito; quippe צור *tſor*, id eſt, Tyrus, Phœnicum ſermone eſt rupes. Rupibus porro illa inſula circumquaque cingitur. De ea Nonnum audi Dionyſiacor. lib. 40.

ἣ - - - ἀκινήτοις δὲ θεμέθλοις
Αὐτομάτη ζωθεῖσα συνάπτεται ἄζυγι πέτρῃ.
- - - fundamine cincta
Firmo immota manes ſaxis radicitus hærens.

Et de Tyro ibidem conſtruenda:

Πήξατε δ' ἀμφοτέραις ἐπικειμένην ἄστυ κολώναις
Extruite in mediis fundatam rupibus urbem.

De Sanchoniathone hactenus, cujus hiſtoriam alii Phœnicio, alii Græco ſermone continuarunt. Phœnicio Theodotus, Hypſicrates & Mochus, quorum libros Chætus Græcè tranſtulit. Tatianus Aſſyrius in Orat. contra Græcos: τὰ Φοινίκων οὕτως ἔχει. γεγόνασι παρ' αὐτοῖς τρεῖς ἄνδρες, Θεόδοτος, Ὑψικράτης, Μῶχος. τούτων τὰς βίβλους εἰς Ἑλλάδα κατέταξεν φωνὴν Χαῖτος. *Res Phœnicum ita ſe habent; Fuerunt apud ipſos tres viri, Theodotus, Hypſicrates & Mochus. Horum libros in Linguam Græcam tranſtulit Chætus.* Pro Χαῖτος in Euſebio eſt Ἄειτος Evang. Præpar. lib. 10. ubi Tatiani locus citatur. Theodoti Phœnicum nomen, niſi fallor, erat *Elnathan* vel *Nathanaël*: ut Hypſicratis חסן רום *Aſenrum*, Joſepho Ἀσίζυμος. *Mochus*, id eſt, מעכה *Maacha*, nomen eſt à compreſſione ſumptum. Hic etiam Athenæo notus, cujus hæc verba jam citavimus: Παρὰ τοῖς τὰ Φοινικικὰ συγγεγραφόσι Σουνιάθωνι καὶ Μώχῳ. Et Joſepho qui hiſtoriam de hominum ante Diluvium vitâ productiore claudit hoc epiphonemate: Μῶχός τε καὶ Ἑστιαῖος, καὶ πρὸς αὐτοῖς ὁ Αἰγύπτιος Ἱερώνυμος, οἱ τὰ Φοινικικὰ συνταξάμενοι, συμφωνοῦσι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις. *Mochuſque, & Heſtiæus, & Hieronymus Ægyptius, qui res Phœnicum perſequuti ſunt, iis quæ dixi concinunt.* Idem lib. 1. contra Apionem Theodotum citat his verbis: Θεόφιλος, καὶ Θεόδοτος &c. οὐ παρέργως ἡμῶν ἐμνημονεύκασιν, *Theophilus & Theodotus non obiter noſtri meminerunt.* At Phœnicii Hypſicratis alibi, quod ſciam, nulla mentio, niſi quis pro Ἀμισηνὸς legere malit Ἐμισηνὸς in Luciani loco de Macrobiis: Ὑψικράτης ὁ Ἀμισηνὸς συγγραφεύς, διὰ πολλῶν μαθημάτων γενόμενος (βεβίωκε) ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα, *Hypſicrates Amiſenus* (fortè Emiſenus) *hiſtoricus vir in multis diſciplinis verſatus annos duos & nonaginta vixit.* Ἔμεσα vel Ἔμισα Arabibus חמץ *Hems* Phœnices eſt urbs notiſſima, cujus τὸ ἐθνικὸν Ἐμεσαῖος. Ἐμεσηνὸς & Ἐμισηνός.

Interpretis nomen in Euſebio Ἄειτος, in Tatiano Χαῖτος, utrobique corruptum: legendum enim Λαῖτος *Latus*, ut habet Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum: Εἴραμος τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Σολομῶντι δίδωσι καθ' οὓς χρόνους κατὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν Μενελάου εἰς Φοινίκην ἄφιξις, ὥς φησι Μένανδρος ὁ Περγαμηνὸς καὶ Λαῖτος ἐν τοῖς Φοινικοῖς (leg. Φοινικικοῖς.) *Iromus filiam ſuam dat Solomoni quo tempore poſt Troiam captam, venit Menelaus in Phœnicem, ut dicit Menander Pergamenus & Latus in Phœniciis.* Idem enim citari & ex iiſdem authoribus apparebit hæc conferenti cum Tatiani loco: τούτων τὰς βίβλους εἰς Ἑλλάδα κατέταξεν φωνὴν Χαῖτος, καὶ ὁ τοὺς βίους τῶν φιλοσόφων ἐπ' ἀκριβὲς πραγματευσάμενος. ἐν δὲ ταῖς τῶν προειρημένων δηλοῦται ἱστορίαις, κατά τινα τῶν βασιλέων Εὐρώπης ἁρπαγὴν γεγονέναι, Μενελάου τε εἰς τὴν Φοινίκην ἄφιξιν, καὶ τὰ περὶ Χείραμον, ὅστις Σολομῶντι τῷ Ἰουδαίων βασιλεῖ πρὸς γάμον δοὺς τὴν θυγατέρα, καὶ ξύλων παντοδαπῶν ὕλην εἰς τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν ἐδωρήσατο καὶ Μένανδρος δὲ ὁ Περγαμηνὸς περὶ τῶν αὐτῶν τὴν ἀναγραφὴν ἐποιήσατο. *Horum libros in Græcam linguam tranſtulit Chætus, qui idem Philoſophorum vitas accurate conſcripſit. In eorum autem, qui dicti ſunt, hiſtoriis memoratur ſub Rege quodam raptum Europæ contigiſſe, & Menelai adventum in Phœnicem; Quædam etiam de Hiramo referuntur, qui Solomoni Judæorum Regi filiâ in uxorem conceſſâ lignorum omne genus materiam ad templi extructionem illi donavit, Menander etiam Pergamenus de iiſdem ſcripſit.* Hæc eo protuli libentius, quia non puto ex iis authoribus extare quicquam aliud.

Inſignes item fuêre in Phœnicum hiſtoriis Dius & Menander Epheſius, ex quibus illuſtre fragmentum de Solomone & Hiramo citat Joſephus Antiquit. l. 8. c. 2. & l. 1. contra Apionem. Ubi & aliud fragmentum ex eodem Menandro extat de Phœnices Regum ſerie ab Hiramo uſque ad Pygmalionem Didûs fratrem per annos CLVI. Quod ipſum in Theophilo legere eſt lib. 3. ad Autolycum, ſed in multis interpolatum. Huic tertium addatur Antiquit. lib. 9. c. 14. de Eluleo Tyri Rege, qui Tyrum à Salmanaſſare per quinque annos oppugnatam fortiter propugnavit. Quartum denique ex l. 1. contra Apionem de iis qui Tyrum rexerunt à Rege Ithobalo, ſub quo Nabuchodonoſor Tyrum obſedit annis 13. uſque ad Iromum Cyri σύγχρονον. Quæ ſingula notis illuſtrat Scaliger in appendice ad libros de Emendatione Temporum. Hujus hiſtoriæ Menandrum non tam ſcriptorem fuiſſe quàm interpretem arguunt hæc Joſephi: Μένανδρος ὁ μεταφράσας ἀπὸ τῆς Φοινίκων διαλέκτου τὰ Τυρίων ἀρχεῖα εἰς τὴν Ἑλληνικὴν φωνήν; *Menander qui è Phœnicum lingua Tyriorum annales in Græcam linguam interpretatus eſt.*

Eundem Tertullianus Apologet. cap. 19. alterius Phœnicum hiſtorici vetuſtioris, Hieronymi nempe Phœnicis, Tyri Regis ſectatorem eſſe vult: *Manethon*, inquit, *Ægyptius & Beroſus Chaldæus, ſed & Hieronymus Phœnix Tyri Rex, ſectatores eorum Mendeſius Ptolemæus, & Menander Epheſius, &c.* Quæ commodè ſunt intelligenda; Hieronymus enim rerum Phœniciarum ſcriptor domo Phœnix non fuit, ſed Ægyptius, neque Tyri aut Phœnices Rex, ſed præfectus ſub Antiocho. Joſephus lib. 1. contra Apionem: Ἱερώνυμος γὰρ ὁ τὴν περὶ διαδόχων ἱστορίαν συγγεγραφώς, κατὰ τὸν αὐτὸν μὲν ἦν Ἑκαταίῳ χρόνον. φίλος δ' ὢν Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως τὴν Συρίαν ἐπετρόπευεν. *Hieronymus enim qui de ſucceſſionibus hiſtoriam ſcripſit, Hecatæo quidem fuit æqualis; cùm autem Antiochi Regis eſſet amicus Syriæ præſidebat.* Idem Antiquit. lib. 1. c. 4. de Diluvio & Arca locutus, quam in Armenia ſubſtitiſſe refert Beroſus in monte Cordyæorum, addit: Μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἱερώνυμος ὁ Αἰγύπτιος ὁ τὴν ἀρχαιολογίαν τὴν Φοινικὴν (leg. Φοινικικὴν) συγγραψάμενος. *Horum etiam meminit Hieronymus Ægyptius qui Phœnicum antiquitates ſcripſit.*

Sub finem ejuſdem capitis cum hoc Hieronymo & Mocho tertius citatur ejuſdem argumenti ſcriptor Heſtiæus. Verba deſcripſi nuper ubi de Mocho. Et capite ſequenti alius profer-

SAMUELIS BOCHARTI

ANIMADVERSIONES

IN

STEPHANI BYZANTINI

DE

URBIBUS ET POPULIS

EPITOMEN.

CUM ADDITAMENTIS

J. Palmerii à Grentemeſnil & S. Morini.

CELEBERRIMO
J. G. GRÆVIO,
STEPHANUS MORINUS.

Præſtantiſſime vir

Ignoſce, quæſo, quod tardius mittam obſervationes Bocharti & Palmerii ad ἐθνικὰ Stephani Byſantini tibi promiſſas 13. Calend. Novemb. cum ſimul juſta Wolzogio noſtro ſolveremus; non potui citius me expedire graviſſimo luctu, quo tunc me vidiſti fere fatiſcentem, quin meus ille luctus ex ipſa Bocharti commemoratione crevit, quia ſimillimam in utroque mihi videor feciſſe jacturam; plurima enim decora viri illi magni habuerunt ſimilia; uterque antiqua & illuſtri proſapia oriundus; uterque avitam nobilitatem præclaris virtutibus auxit; uterque beneficentiſſimus; uterque egregias quibus pollebat dotes, & omnia ſtudia ſua ad Eccleſiæ utilitatem penitus contulit; & quod proprie me tangit, uterque mihi fuit collega conjunctiſſimus, Bochartus in Eccleſia Cadomenſi, Wolzogius vero in Eccleſia & in Schola Amſtelodamenſi; uterque ſingulari benevolentia me conſtanter proſequutus eſt; & uterque tandem me miſerum eheu! reliquit: at diſpari fato, Bochartus enim vegetus & alacris poſt longam mecum deambulationem violento quodam repentini morbi turbine, ut alter Elias, ſubito raptus eſt in cœlum; Wolzogius autem ſcolope, ſive aculeo ſæviſſimi doloris corpori infixo, ad inſtar S. Pauli, diutiſſime vexatus continuis victricis patientiæ exercitiis æternos obtinuit triumphos. Tanta in ipſo etiam diſcrimine convenientia dolorem inveteratum in recentem induxit, qui me totum ita occupavit, ut libero vix ſuperfuerit locus judicio, quo tamen opus erat ad examinandas has obſervationes ante viginti annos in gratiam Berkelii compoſitas: nempe A. Berkelius exoptans editionem Stephani ſui reddere locupletiſſimam, ſubſidia ad id neceſſaria undique collegit, & me etiam literis urgentiſſimis exoravit, ut omnem adhiberem operam ad obtinendos Bocharti & Palmerii codices Stephani ἐθνικὰ continentes, & quaſcunque notas in marginibus haberent exſcriberem, eaſque cum quibuſdam meis ad ipſum mitterem; dictum factum, uterque obierat, ſed à clar. nepote Bocharti facile ejus obtinui codicem, & avunculi Palmerii codex jam erat in mea poteſtate: itaque omnes ex iis exſcripſi notas: & in hoc ſcriptum redegi, quod exhibet in primo ordine eas quæ Bocharti erant cum B. indice, in ſecundo Palmerianas cum P. & in ultimo eas, quæ ſponte e calamo meo fluebant, & M. habent: alterum autem ex hoc autographo exemplar nitidius ad Berkelium miſi, cujus ipſe mentionem facit ſui Stephani pag. 130. §. 4. his verbis mihi honorificentiſſimis: *magnum Bochartum conſentientem animadverti in Collectaneis, quæ admodum reverendus & eruditiſſimus Stephanus Morinus nuper ad me ex Galliis tranſmiſit.* Mei etiam meminit pag. 332. §. 6. in *Ebrone:* ſed alias altiſſimum ſemper horum *Collectaneorum* ſilentium, & cum Bochartum, Palmerium, aut me alibi citat, opera typis edita reſpicit. Nihilominus centies obſervavi emendationes & expoſitiones in his *Collectaneis* contentas cum rationibus & auctoritatibus quibus innituntur referri, quandoque etiam iiſdem fere verbis, ut pag. 98. §. 70. & 83. p. 171. §. 83. pag. 213. §. 89. p. 274. §. 12. p. 307. §. 18. p. 333. §. 8. p. 343. §. 8. & 11. p. 390. §. 18. p. 399. §. 81. p. 463. §. 89. p. 479. §. 37. & 38. p. 519. §. 55. p. 540. §. 34. p. 546. §. 81. p. 597. §. 85. p. 567. §. 73. p. 590. 2. &c. equidem propria induſtria potuit in eamdem cum doctiſſimis illis viris concurrere ſententiam; ſed Lectoribus forſan non fuiſſet ingratum noſſe illorum conſenſum, & ipſe cum ſemel unum aut alterum citavit teſtem, putavit ex eorum nominibus aliquod pondus in ſententiam ſuam redundaturum, aut æquum eſſe ut in partem laudum ejus ſaltem venirent: quamobrem tibi poterit videri conſentaneum rationi has notas edere cum plures inter eas ſint ob quas Berkelius ſolus triumphet p. 382. §. 28. p. 478. §. 33. p. 494. §. 92. immo p. 604. §. 30. videtur penitus Collectanea noſtra neglexiſſe, nec dignatum illa conſulere, cum gaudens de felici correctione ſcribat: *an aliquis correxerit alii inquirent*; ſi enim oculos in illa conjeciſſet, iis illico ea occurriſſet. Revera multas non contemnendas obſervationes prætermiſit paſſim in iis occurrentes, & quod præterea obſervatione dignum in Lit. ח incipiebat ſolitam exercere induſtriam, cum ipſi moriendum fuit, & deinceps nullum noſtrorum Collectaneorum apparuit veſtigium, patetque ea ad manus Clariſſimi Gronovii, qui poſtremam operis partem adornavit, non perveniſſe, & conſequenter obſervationes, quæ pene totas novem literas poſtremas ſpectant, intactas remanſiſſe. De pretio earum nihil dicam, neque temere affirmabo Bochartum & Palmerium primos auctores eſſe omnium correctionum & illuſtrationum, quæ in illis extant; potuerunt quaſdam aliunde habuiſſe, & ad marginem librorum ſuorum in memoriæ ſubſidium annotaſſe, ita ut ipſis facillimum fuiſſet eas ad origines proprias referre, quemadmodum in editis operibus religioſe ſolent; noverant enim hoc Ebræorum effatum האומר דבר בשם אומר מביא גאולה לעולם *referens rem cum nomine auctoris introducit redemtionem in mundum*, ſed has notas non collegerant ut ederentur; neque etiam ederentur, niſi tu, cui doctior orbis ultro ſubmittit faſces, judices edendas eſſe. Itaque eas acerrimo tuo judicio ſiſto, vale vir humaniſſime, & me tibi addictiſſimum rogo atque obſecro ut amare pergas.

Amſtelodami Non. Decem. anno 1690.

Deſignant
- *B. Bochartum & ejus obſervationes terminat.*
- *P. Palmerium, & quæ ſua ſunt.*
- *B. P. Utrique communem animadverſionem.*
- *M. Morinum, & quæ explicationis gratiâ dum exſcriberet addidit.*

IN
STEPHANI BYZANTINI
De Urbibus & Populis Epitomen Animadverſiones.

Αβαι ἔνθα ἱερὸν Ἀπόλλωνος.] Etiam Abæ Lyciæ locus, ubi fanum Apollinis, Scholiaſtes Sophoclis in Oedip. Tyr. B. Neque Strabo, neque Ptolemæus Abarum in Lycià meminerunt, metuo ne falſus ſit Scholiaſtes Sophoclis. P. Sane ad illa verba Chori *fruſtra Delphos peti, fruſtra etiam iter ſuſcipi* .... εἰς τὰ Ἀβαῖσι ναὸν, habet Scholiaſtes εἰς τὸ Ἀπόλλωνος ναὸν τὸ ἐν Ἀβαίοις, καὶ ἐν Λυκίᾳ. quid ſi pro ἐν Λυκίᾳ legeremus in Lycio quod erat Athenis, unde *Lycius Apollo*, Pauſanias Attic. 17. *Lycaus* &c. dicitur a lupis morte affectis, ibidem Corint. 53. (Ἀβαὶ γὰρ τόπος Λυκίας) ſuſpicor hanc parentheſim textui ſuper additam a temerario Græculo cui viſus Ἀβὰς λυκιακ alicubi, & ſibi finxit legendum *Abas Lycia*, cum ſit *Abas Lyncei* filius, & Hypermneſtræ filiæ Danai, qui Abarum urbis, per ſuos poſteros, auctor eſt, de quo Pauſan. in Corint. & Phoc. Apollod. l. 2. & Hygin. cap. 170. Reverà parentheſis illa non optimè cohęret cum verbis præcedentibus: *in Abais, & Lyciâ*, quæ manifeſto diſcriminant Abas a Lyciâ, & in Lycia Abas non eſſe probant, contra parentheſim: ſi autem tollatur, ſibi conſtat auctor, & veritati litat. Etenim conſtat Apollinem in Abais templum habuiſſe, & habuiſſe inſuper in Lyciâ, Pataræ ſcilicet; hinc Papin. Statius 1. Thebaid. juxta finem; *Phœbe parens, ſeu te Lyciæ Pataræ nivoſis exercent dumeta jugis*, & 8. pag. 235. nec *Lyciam ſupplex conſultor adibis*; denique ipſo teſte & dicente apud Ovid. 1. Metam.

> - - - - *Delphica tellus*
> *Et Claros & Tenedos, Patareaque regia ſervit.*

Patara enim Lyciæ urbs. Notæ etiam *Lyciæ ſortes*, unde apud Statium Theb. 3. ſ. 487. *Lyciæque parent contendere ſortes*, quibus ſe in Italiam pelli aſſerit Æneas 4. Æn. In quem locum vide Servium. Cæterum has imaginarias Lycię Abas in animo habuiſſe videtur Stephanus, & Cariæ aſſignaſſe, quia Lyciæ confinis eſt. Quod addit Stephanus de Abarum templo, ἦν δὲ τοῦτο μαντεῖον πρὸ τοῦ ἐν Δελφοῖς, *fuit autem Oraculum ejus Delphico vetuſtius*, falſum, teſte Orpheo Hym. in Themidem de ipſa dicente.

> Ἡ πρώτη κατέδειξε βροτοῖς μαντεῖον ἁγνὸν
> Δελφικῷ ἐν κευθμῶνι. - - -

Prima exhibuit hominibus Oraculum purum, in Delphico receſſu. Imò Pauſanias in Phoc. refert ante Themidem, Delphis Tellurem fixiſſe ſedes, & commune Oraculum cum Neptuno reddidiſſe, quo ſola tandem potita eſt, ejuſque jus poſteà Themidi conceſſit, à qua demum accepit Apollo &c. qui ſuis jam oraculis clarior erat, cum Abas occupavit. Adde Apollodorum, qui lib. 1. teſtatur Apollinem a Pane edoctum facultatem divinandi ſe contuliſſe Delphos quo tempore Themis illic oracula dabat. Quibus adſtipulatur Strabo Geogr. lib. 9. ἡ τοῦ ἱεροῦ ἐπιφάνεια ἡ ἐν Δελφοῖς ἔχει πρεσβεῖον, *Delphici templo exortus antiquitatis honore inſignitur*: πρεσβεῖον enim eſt ἡ διὰ γῆρας προτίμησις, καὶ τὸ δι' αὐτὸ διδόμενον γέρας, κατὰ προτίμησιν, *honor quo præ aliis ætatibus afficitur ſenium, præmiumque quod ob ſenium, & ad ejus decus confertur*, teſte antiquiore Schol. Sophoclis ad Ajacem flag. M.

Ἀβάσηνοι,] Abas Arabiæ civitas de qua Diod. Sic. apud Photium in Bibl. auct. 244. Abaſa etiam inſula in mari Rubro quam Æthiopes incolebant, ut refert Pauſ. Eliac 2. B. Abyſæ etiam civitatis Arabicæ meminit Strabo lib. 7. eamque in thuriferâ regione ponit: hæ autem urbes totidem ſunt indicia originis Abaſſenorum hodiernorum, qui procul dubio non ſunt Αἰθίοπες αὐτόχθονες, ſed ex Arabia, ut multi alii trajecerunt in Africam freto maris Rubri adeò anguſto, ut ab uno littore ad alterum amicus amicum agnoſcere poſſit, teſte Geogr. Nubienſi ſext. part. Clim. 1. Revera Æthiopes videntur ex regione Arabię contermina orti 2 Chron. 21: 16. mentio fit Arabum Æthiopibus confinium, quos LXX ὁμόρους τῶν Αἰθιόπων vocant; ſic partem hodiernę Arabię occuparunt illi Æthiopes, vel potius Arabes partem Æthiopię; unde regia Æthiopibus Saba dicta Joſeph. antiqu. l. 2. c. 5. quam poſtea a Cambyſe Meroem dictam de Nomine ſororis, aut matris ut vult Diodorus lib. 1. Unde maxima affinitas Linguæ Abaſſenorum cum Arabicâ, & multa vocabula communia. Quid ſi etiam Abaſſenos in celeberrimis Sabæis inveniamus? Hoc inauditum, ſed non improbabile: ſciendum enim Abaſſenos ab Arabibus & cæteris Orientalibus in hoc differre, quod non legant à dextrâ ad ſiniſtram, ſed contra, & Occidentalium noſtrorum more; צבא itaque ſi legant Arabes, pronunciabunt *Saba*, ſi Æthiopes, *Abas*; unde qui ab illâ urbe *Saba* Arabibus dicti ſunt Sabæi, ab Æthiopibus Abaſſeni, vel, ut noſter Stephanus, Abaſdeni dici potuerunt. Sane Saba urbs illa formoſiſſima freto illi adjacet, quo breviori temporis ſpatio trajectus in Africam confici poteſt. Nec inſolens Abaſſenis illa vocum Arabicarum transmutatio. Sic Arabibus רחם *rachama*, *miſertus eſt*, Abaſſenis verò uſurpatur eadem ſignificatione መሐረ : *machara*. Sic לא *la* non Arabicè, Æthiopicè vero አል : *al*. Idem jus in vocabula Ebraica ſibi Abaſſen, ſecerunt; Ebræi enim *irriſionem* dicunt קלסה *Kelaſa*, Æthiopes ሰላቀ: *ſelake*. Plura ſimilia afferri poſſent exempla, niſi vitandum tædium putarem. Addit Stephanus: Abaſſenorum Arabum regionem ferre σμύρναν, καὶ ὄσσον, καὶ θυμίαμα, καὶ κέρπαθον, duo clara ſunt, & totidem obſcuriſſima horum odorum nomina. *Ὄσσον & κέρπαθον incognita & aliis innominata*, inquit magnus Salmaſius in Solin. M. Pro ὄσσον forte κάσσαμον, & κέρπαθον cinnamomum.

Digitized by Google

mum קרפה *Kerphaton* Arab. B.] Quid per κάρπαθον intelligendum ſit, noo capio, niſi hæc vox referat Arabicam חצם *haſmon*, qua ſignificatur compoſitum quoddam ex muſco; vide Phaleg l. 2. cap. 18. & celeberrimum Golium, quo præceptore ſemper gloriabor, in Lexic. Mirum eſt κίρπαθον ſagaciſſimum Salmaſium fugiſſe, cum ex Herodoto noviſſet κάρφεα dici cinnamomum, & nomen Arabicum ſciret eſſe *Kerphe*. Nam *Kerphe* & *Kerphaton* idem ſunt, cum *ton* finale non efferant Arabes, ſed ſuffocent adeo, ut ne vix quidem audiatur; hinc in Arabia nobis אלקרפה in Geogr. Nub. 6. part. clim. 2. a copia proculdubio cinnamomi, quæ *Carfa* ab Interprete Arabe ſimpliciter dicitur. Quod ad ὄσσον attinet, fortè leg. καὶ ὀπίο, ſane levi negotio ex π, σσ fieri potuit, & ὀπὸς & ὄσσος vix differunt: licet autem ὀπὸς in genere ſuccum quemvis non ſpoote emanantem, ſed ſcarificatione, & vi aliqua & arte extractum ſignificet, ab Hippocrate tamen κατ' ἐξοχὴν ὀπὸς dicitur *Laſer*, ſive ὀπὸς Κυρηναϊκὸς, qui ſuccus adeo pretioſus eſt, ut Neroni unus caulis ex quo poſſet exprimi, miſſus ſit in donum pretio & raritate ſua commendatiſſimum è Cyrenaica provincia, teſte Plinio lib. 19. cap. 3. & Syneſius Epiſt. 106. jactet fraterni prædii fertilitatem ob σιλφιον ſive laſerpitium in eo natum, ex quo ſuccus ille haberi poſſet. Verum utut ſuccus ille laxè dici poſſit ὀπὸς, diſcretè tamen ſolet dici ὀπὸς Κυρηναϊκὸς, quia inter alias plantas, quibus Cyrenenſis regio diteſcit, ei ἰδιαίτατον παντων τὸ σιλφιον *ſilpium proprium eſt*, ſecundum Theophraſt. Hiſt. plant. lib. 4. cap. 3. & alibi. Sic Plin. loc. cit. ibi reperiri, & Syneſius Cyrenaicus Epiſcopus ibidem coli teſtantur; hinc apud Tzetzem chil. 6. hiſt. 4. Batto Cyrenes conditori in præmium datur, & in nummis Cyrenaicis Silpium inciſum ut proprium ſymbolum apud Salmaſium in Solin. Non me latet tamen ſcripſiſſe, quod in anguſtiis quæ inter Libanum & anti-Libanum jacent naſcitur calamus odoratus, Polybium lib. 5. pag. 390. Plinium l. c. & Dioſcoridem lib. 3. cap. 76. ex recenſione Ruelliana; aſſerere etiam in Syria, Media, & Armenia naſci, ſed ibidem ingens faciunt diſcrimen inter Cyrenaicùm ſuccum dulcem ac gratum, & Syriacum viroſum fœtidumque; hinc Matthiolus & Ruellius commentatores Cyrenaicum volunt eſſe *belzuinum vel aſſam odoratam*, Syriacum verò *aſſam fœtidam*; hancque aſſæ diviſionem tradi ab Arabum Sectariis ſcribit Ruellius; unde aſſæ nomen ab Arabibus mutuatum nemo ſuſpicetur, licet aſſad, ad ὄσσον referri poſſe videatur; Nam pro aſſa uſurpant Arabes חלתית *biltit*, odoratam verò vocant טיב, & fœtidam כתן, ſi tamen ὄσσα Græci uſurparent pro ὄσσος commode legeretur hic etiam. Geogr. Nub. 7. part. clim. 3. pag. 134. refert חלתית exportari ab urbe Indica בנגואי unde bingeoin, *n* dumtaxat ad urbis nomen addito, ut ad terminationem Græcam & Latinam propius accederet: at aſſà, vel aſa, ut ſemper ſcribit Salmaſius, degeneravit, ſecundum ipſum, ex *Laſar*; vel ſi mavis ex Latino aſſum i. ſincerum, quia ſuccus ille reſpuit mixtionem omnem: Cum itaque ὀπὸς ſit Cyrenaicus, vel Aſſyrius, & ad Arabiam nullatenus pertineat, hic locum habere nequit, quapropter pro καὶ ὄσσος, lego καὶ κασσίας, quod mirum videri non debet in hoc autore corruptiſſimo; & facile facta permutatio, ſi Scriba è dictantis ore hæc verba excepit, nam utrumque κ in unum potuit confundere, ut ſæpe littera finalis ſequentem initialem cum ſimilis eſt abſorbet. Sic infra quidam volunt eſſe in βίρυνος, τῶν Ωρικῶν pro Ναρικῶν; ſic ex urbe *Maſtramele* apud Plin. lib. 3. c. 4. ob præcedens *ſtagnum* fit *Aſtromela*; vel Scriba parum exemplari ſuo attentus καὶ abbreviatum oon animadvertens ex ſequenti κ fecit αι, & ſcripſit καὶ αἰσσίας, unde tandem ὄσσον. Sane non videtur poſſibile ut Uranius neglexerit caſſiam inter Arabum divitias *præſtantiorem*, quæque Ætymologico Magno dici videtur κασσία quod ἡ κοσμοῦσα διὰ τῆ εὐοσμίας τὰς αἰσθήσεις *grate ſuo odore ſenſus perficiat*; hinc ad conficiendum ſacrum unguentum electa ſunt בשמים ראש *aromata præcipua*, & inter ea caſia extat cum myrrha, cinnamomo, & calamo odorato, Exod. 30: 23. Tamen reclamant cootra illam Ætymologiam. Ebræi, qui קציעה *caſia* vocant, quod decorticetur ut in noſtros uſus cedat: ſane fere omnes autores cogunt reſtituere Arabiæ caſſiam in Uranii textu, cum tribus enim aromatum generibus ab eo commemoratis eam commemorant, vel uoum aliorum omittunt ea celebrata, ſic Herod. in Thal. §. 107. in Arabia naſcuntur λιβανωτὸς καὶ σμύρνη καὶ κασσίη καὶ κιννάμωμον, *thus, myrrha, caſſia, & cinnamomum*. Agatharchides cap. 50. de Sabæorum regione apud Phot. cod. 250. *ad mare naſcitur* βάλσαμον πολὺ καὶ κασσία *copioſum balſamum & caſſia; in mediterraneis autem* δένδρα ἠλίβατα σμύρνης τε καὶ λιβανωτοῦ *arbores præcelſæ myrrhæ & thuris*. Strabo l. 16. de Sabæis etiam, apud hos καὶ σμύρνα καὶ λίβανος *thus & myrrha naſcuntur*, & caſſiæ & cinnamomi tanta copia ut ἀντὶ φρυγάνων καὶ τῆ καυσίμου ὕλης χρῆσθαι κινναμώμῳ καὶ κασσίᾳ, *pro ſarmentis & altera ignis faciundi materie, cinnamomo, caſſia, &c. utantur.* Dionyſ. Perieg. v. 336. refert Arabiam ſemper fragrare odoribus,

Ἠ θύει, ἢ σμύρνης, ἢ εὐόδμου καλάμοιο
Ἠ καὶ θεσπεσίοιο πεπαινομένου λιβάνοιο
Ἠ κασίης.

Vel thuris, vel myrrhæ, vel bene odorati calami, aut divioi aut caſſiæ, quod in Schol. confirmat Euſtathius. Theophraſtus Hiſt. plant. lib. 9. cap. 4. γίνεται μὲν ἐν ὁ λίβανος, καὶ ἡ σμύρνα, καὶ ἡ κασία, καὶ ἔτι τὸ κιννάμωμον ἐν τῇ τῶν Ἀράβων χώρᾳ, *gignitur thus & myrrha & caſia & cinnamomum in regione Arabum circa Sabam* &c. Vid. Plin. lib. 12. c. 17. & 18. & innumeros alios, quos ut parcam Lectori omitto; hi enim ſufficiunt ad aſtruendum κίρπαθον eſſe cinnamomum, & per ὄσσον intelligendam caſſiam, quæ cum thure & myrrhâ ſolet Sabæis tribui, imo caſſia præ omnibus aliis, cum *Arabicus* ſoleat dici *frutex* ex quo colligitur & naſcitur. M.]

Ἄβδηρα] condita à Tejis dicitur, cum anteà fundamenta ejus jeciſſet Temeſius Clazomenius Herod. lib. 1. §. 168. At Strabo lib. 7. Stephano conſentit, tantum pro Ἀβδηρίτῃ, à quo nomen ſortitum hic aſſerit, ille habet Ἀβδήρῳ convenientius, cum ex Ἀβδηρίτῃ Abderita fieret, ut ex Ἀβδήρῳ Abdera, lib. tamen 14. Tejos Abderam migraſſe cum Herod. teſtatur, ut Perſarum cootumelias vitarent, tandem dicta Maximianopolis; vid. D. M. Nigrum Geogr. l. 10. & doctiſſ. Voſſ. ad Melam l. 2. c. 2. M.] Ad alt. Abderam] Abdara Ptolemæo, Audera Straboni, in Hiſp. Bœtic. vid. 2. part. Geogr. ſacr. l. 1. c. 34. B.]

Ἀβίλη]. Euſebio 8. Demonſtrat. Ptol. Polyb. Plio. Joſeph. unde Lucæ Abilena. B.]

Ἀβοριγῖνες .... καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ] Macrob. Sat. l. 1. 7. non habet Κρονίδῃ, ſed Ἄδῃ. B.] Utraque lectio

Digitized by Google

lectio magnos habet autores, Lactant. de falſa Rel. lib. 1. cap. 21. & Ovid. 5. Faſt. Non poſſum prætermittere fraudi iſti, ut cum Arnobio loquar, calliciulæ, quâ triſtia ſacrificia lętis mutata ſunt, & φῶτα, quibus homines intelligebantur (quia homo μόν☉ φωτίζει τὰς διανοίας λόγῳ, *ſermone ſuas in lucem emittit cogitationes*) faces deſignarunt, quemdam Judæorum ritum plane reſpondere. Veſpera enim diei expiationum gallum gallinaceum pro animabus ſuis mactant, qnia hominis rei luere ſupplicium poſſe videtur, ob nomen utrique commune: Volunt enim vocem גבר *guever*, quæ virum ſignificat, gallum gallinaceum etiam deſignare, quaſi vocis ambiguitate Deum deludere liceret. Sed de hoc ritu alias, cum dabimus *Meſſiam Propheticum*. Intereà videat, qui volet R. Joſephum in Sculehan Aruch part. 1. Hilc. Bos, & Moſem Iſerlem ejus commentatorem, hanc ſuperſtitionem propugnantes, Buxtorfium verò irridentem Synag. Jud. c. 20. M.

ΑΒΡΟΤΤΙ'ΝΗ, al. ΑΒΡΕΤΤΙ'ΝΗ] B. P. Ἀβρεττηνὴ Straboni, & Suidæ Ἀβρεττάνη. [At apud Plinium lib. 5. cap. 30. ut in ſecunda Stephani Edit. ſcribuntur Abrettini. *A Brettia* &c. Nam A derivatis ſæpè additur, Africa teſte, ſic dicta vel a פרק *faraca* ſeparavit, quod ab aliis continentibus tota ferè ſeparetur, vel a פריק *frica* ſpica, ut vult doctiſſimus Bochartus. Et eadem urbs in S. Scripturâ modo Cezib dicitur, modo Aczib; & infra Apæſus, Pęſus; & Atarna, Tarna &c. M.

ΑΒΡΟΤΟΝΟΝ .... καλεῖται ἣ καὶ Νεάπολις] B. optimè & convenienter Phœniciæ origini, nam חברא חדתן *abra-adtan* 1. Societas, vel civitas nova ſeu νεάπολις M.]

ΑΒΥΔΩΝ:] P. At nunc apud Strabonem & Homerum in omnibus exemplaribus conſtanter legitur Ἀμυδών; Ἀβυδὼν tamen extat apud Heſychium, & Phavorinum, ſed ex Stephano.]

ΑΒΩΝΟΥ ΤΕΙ'ΧΟΣ] B. P. Ptol. lib. 5. cap. 6. in Galatiâ, Arrianus in Paphlagonia: Peripl. Lucianus in Ponto Pſeudom.] P. de eo etiam Suidas, hodie *Boli* Bellonio & Gyllio.]

ΑΓΑΘΗ] A. *Agde*. Langdochii noſtri urbs, Ptolem. Strab. Plin. עגד Ptolemæus quidem de Agatha, ſed inſulam facit, in quâ urbs cognominis, Agde autem vocat Agathopolin. [Sed quo reſpicit vox Ebræa? Refertur ad Ἀγαθὴν Τύχην. Sic enim vocaſſe eam dicitur Timoſthenes. Nam עגד *agad* bonam fortunam ſignificare multi putant. Sane Eſaiæ 65: 11. Deus populo ſuo exprobrat quod menſam inſtruxerint לגד *lagad*, 1. fortunæ, ſecundum Vulgatum Interpretem & Hieronymum, LXX. etiam Interpretes Græcos qui habent τῇ τύχῃ, ut ex interpretatione quæ in commentariis Hieronymi colligitur. Non enim in eorum textu vox τύχῃ τῷ לגד reſpondet, ſed לגי, cui ſubſtituere δαίμονι viſi ſunt, ſed tranſpoſitione manifeſtâ; nam vix dubito illos Interpretes obſcuram vocem לגי pro more retinuiſſe, & temporis ſucceſſu in δαίμονι degeneraſſe; facile enim ex λαμδὶ, δαίμονι fieri potuit: Quidquid ſit, teſtatur Hieronymus LXX vertiſſe לגי *dæmones* & per conſequens לגד fortunam, ut ſolent. Nam Gen. 30: 11. בגד *bagad* verterunt ἐν τύχῃ in fortunâ, Editio Complutenſis εὐτύχημα *bona fortuna*, ſicut legit Theodoretus quæſt. 87. in Geneſ. Auguſtinus verò quæſt. 91. in Gen. ſcribit quod *Græci habent* εὐτύχη, *quod bonam fortunam ſignificat*. Optime itaque incomparabilis Bochartus ἀγαθῆς τύχης denominationem nrbi Ἀγάθη convenire innuit ſecundum Hebraicam vel Phœniciam originem, cum עגד *Agad* bonam vel proſperam fortunam ſignificare poſſit M.]

ΑΓΑΘΥΡΣΑ] B. Agathyrſus Straboni lib. 6. apud Ptolemæum vero Agathyrium promontorium.]

ΑΓΑΜΕΙΑ, ἄκρα καὶ λίμην] B. λιμνὴ potius, quia אגם *agam* paludem & lacunam ſignificat.]

ΑΓΒΑΤΑΝΑ, πολίχνιον Συρίας] B. Syria pro Aſſyria, ut ſæpè, ſed male confundit cum Batanæâ ſive בתנין vel בשן *Baſan*] quæ in Syria ſita eſt, & à Moabitis incolebatur.

ΑΓΓΕΛΗ ... καὶ καλὴ] B. lege κεφαλή.

ΑΓΙΟΝ] B. Dicitur mons infra in Ψευδαρτάκη.]

ΑΓΚΑΡΑ] B. Inde Ancarius Nonn. ex Lucilio, & Ancariana familia.

ΑΓΚΥΡΑ ..... τηλύδας] P. Scribe τηλύδαις] Ancyra etiam fuit caſtellum Textoſagum ejuſdem nominis cum oppido Phrygiæ ait Strabo lib. 12. urbem eſſe in Illyride de quâ Livius lib. 43.

ΑΓΚΥΡΩΝ] B. Ptolem. Ἀγγυρῶν, Angyrorum civitas.]

ΑΓΝΩΤΕΣ] B. forte Agnutes Plinii lib. 4. cap. 19.]

ΑΓΟΡΑ] B. circa Iſthmum Demoſthen. in Halon. Eadem cum ſeq.] P. in Cherſoneſo Scylax Perip. de Thracia. Herodot. l. 7. ſect. 48. Niger comment. 10. hodie Malgara dicitur Leunclavio teſte, Ortel.]

ΑΓΡΑΙΟΙ &c.] B. de eo Plin. Dionyſ. Ptolem. Sed Livius & Strabo in Ætolia locant gentem quam addit degere in Acarnania] Golius הגר *Hagera* dicit eſſe primariam urbem Bahrem provinciæ Arabię, & ex ea formari gentile הגרים *Hagera* in Lexico, adde terminationem Gręcam. M.]

ΑΓΡΑΥΛΗ] P. unde Lesbotes Agraulenſis de quo Plutarch. in Themiſt. & Theano Agraulenſis ſacerdos quę juſſa devovere Alcibiadem dixit ſe vota fundere debere, non execrationes, idem in Alcib. Hinc & ex Stephano corrigendi, poſt Heſychium qui habebat Ἀγριαυλὴ pro Ἀγραυλὴ, Suidas in Ἀγροιλῆθεν & Ἀγροιλὴ, ſcribendumque Ἀγραυλῆθεν & Ἀγραυλὴ, Harpocrationque qui iiſdem laborat erroribus. Sed video J. Meurſium jam pręvidiſſe libro de populis Atticę, cui ut referamus gratiam, medicam etiam afferemus manum. Ibidem ait male Heſychium ſcribere quod Ἀγραυλὴ vel Ἀγρυλὴ ſit populus tribus Erechtheidis, & Attalidis. Vult igitur pro καὶ ſcribi ἢ *vel*, quaſi ex utraque tribu eſſe non poſſent. Id tamen impoſſibile nec abſurdum eſt, cum Attalis tribus antiquis decem addita fuerit, Et idcirco ex iis componi, unde quidam ex Erechtheide potuerunt fieri Attalenſes. Potuit itaque illa emendatio omitti in pręclara Editione celeberrimi Schrevelii.]

ΑΓΡΑΙ πόλις Λυδίας]P. 16. Λυκίας.]

ΑΓΡΙΑΙ] B. Agriani Herod. Strab. Curtio, Arriano, in fine ubi poſſeſſivum dicitur eſſe ἀγριανικὸς] P. λέγονται καὶ Ἄγριοι ὡς Ἀντίγον☉ παραδοξ. 15. p. v. 2. περὶ δὲ τὴν τῶν Ἀγρίων Θρᾳκῶν χώραν.]

ΑΓΡΙΣΑ] B. ΑΓΡΙΣ Ptol.]

ΑΓΥΛΛΑ] B. Agylla, Cęre Plinio, Servio, & Halicarn.]

ΑΓΥΡΗΝΑ] B, Agurium Ptol. Agurini Plin. Agyrinenſes Cicer.]

ΑΓΧΙΑΛΗ] B. De qua Plin. Dionyſ. Athen. Arrian.] P. altera in Thraciâ Strabo lib. 7. quę & Anchialus Plin. l. 4. c. 11. Mela l. 2. c. 2. Ovid. Triſt. 1. Eleg. 9. & alii innumeri, ſed eſt Anchialus etiam in Epiro teſte Procop. 3. Goth.]

ΑΔΑΝΑ]

Αδανα] B. Dionyſ. Cedren. Ptol. At Rufus Feſtus in Breviar. de Lucullo. Adenam optimam regionem Armeniorum obtinuit &c. Bene fluvium Σάρον dictum vocabant etiam κοίρανον, שר enim regem & principem ſignificat. Adanus autem, a quo illa urbs denominata dicitur, ipſiſſimus eſt Adamus ſolus reverà terræ & cœli filius, &c. M in N mutato, quia Græci in M nunquam ſua vocabula terminant; vid. Voſſ. de Idol. 1. cap. 38. De tertia Adana ad Euphratem ſita agitur Eſdr. 2. v. 59. & Edenis quoddam monumentum fuit.]

Αδιαβηνη] Male inter Euphratem & Tigrim ſitam dicit; Extra Tigrim enim Orientem verſus extenditur, & Tigri Oenoque fluviis includitur, unde quia adiri vado non poteſt, nomen ſuum ſortitam vult Ammianus Marcellinus lib. 23. Verum convenientius Bochartus Phaleg. l. 2. c. 3. deducit à fluvio Lyco eam interſecante, Lycus enim lupum ſignificat, qui Chald. דיבא & eum præf. ה הדיבא *hadiab*, unde Adiabene M.]

Αδραςεια] B. fons Sicyon. Pauſan. in Corinth. Mons Bithyniæ Plut. in Lucullo, Adraſtii campi Juſtin. l. 2. vid. Euſtath. Catal. 269. Α᾽δράςυ δρῦς Heſych.]

Αδρυμης] B. Adrumetum Plin. l. 5. c. 4. at lib. 6. c. 34. Hadrumentum. Adrumettus Colonia Ptolem. lib. 4. c. 3. Adrume Strab. lib. 17.]

Αδυρμαχιδαι] B. forte Adyrmacbida] reverà extra ſuam ſeriem hæc vox eſſet, quæ præctereà non legitur apud Herod. nec Strab. nec Ptol. nec Plin. Nigrum &c.]

Αζιωται] B. Αξιῶται Heſych.]

Αζηνια] P. αἰρχιύς, ſcribe Ερχιύς.]

Αζωρ☉] B. Ptol. Azorium.]

Αζωτ☉] B. אשדוד *asdod* robur ſignificat, ſive ex Arabica lingua ſive ex Ebræa interpreteris, & nihil hæc vox commune habet cum capra, quæ עז *ez* vel עזא *aza*; vide Geogr. ſacram.]

Αθαμανια] B. Athamanes juxta Ætol. Epiri erat natio Plin. Strab. lib. 7. Liv. Plut.]

Αιαμηνη] B. ימן *jaman* Arabia felix, & ea proprie quæ ad dextram Meccani templi ſita; vide Gol. in Lex. Citatur autem Uranius in Aiacidarum ſecundo, ſed legendum Αραβικαῖς.]

Αιανη] B. Elymos pater Aiani quem è Tyrrhenis deducit, ex Italia venit ſecundum Hellenicum, Dionyſ. De hac urbe Macedon. Theophraſt. hiſt. plant. l. 5. c. 3. D.] Sed cum primum aſſignaverit locum Macedonico Ligno, quomodo quartum aſſignabit Æjanico Theophr. ſi Æjane urbs Macedonica', Colchicam igitur mallem P.]

Αιβουρα] B. Plures ejus nominis ſunt in Hiſpania. Eſt Ebora Carpetanorum de quâ Livius lib. 39. Eſt altera non longè à freto dicta Plinio Ebura Cerealis, ſcilicet monumenta Phœnicum, nam עבור *Ibur* vel עיבורא *Ibura* annona & frugum proventus, quod nomen fertilibus locis convenit.]

Αιγατης] B. P. coaluit nomen urbis cum articulo ſequentis vocis. Scribendum itaque Αἰγαι τ̃ Αιολίδ☉, &c. Addit Palmerius ſic legere etiam Vulcanium ad Porphyrogenetam ſuum. Cana dicitur à Mela lib. 1. c. 18. Strabo lib. 13. à nonnullis dictam Æga] Euſtath. ad Iſ. β. videtur legiſſe Αἰγίδα pro Ægan, ſed ſuo tempore vocari Canen & Canas, ut a Livio lib. 36.] ποτὶ Φερμβῶν] P. 16. γρ. ποταμὸν Φερμβὸν.]

Αγιαια] P. in derivatis ab ea error, leg. Αἰγιαλευς, ſic pro inſula Αιγιάλεια leg. Αἰγίλεια, cum formetur ab ea Αἰγίλι☉.]

Αιγιλιψ] B. Acarnan. urbs, Hom. Suid. Strab. διὰ τὸ μοτρῶδη, leg. πετρώδη, ut in prima Edit.]

Αιγιναι τρεῖς] P. περὶ δὲ τ̃ δύο λοίπων ὐδὲν λέγει καὶ ἔςι μνημονικὸν σφάλμα... ὕςερον δὲ ἐν τῷ Αιγινήτης περί τιν☉ ἐν πόντῳ Αιγίνη: μνημονεύει] ἔςι δὲ τρύπανον] B. P. leg. ἔςι δὲ κατὰ τρόπον Αιολικὸν, ut Caſaub. in Theocr. Idyll. 1.]

Αιγυσα] B. Æthuſa Plinio lib. 3. c. 8. quod nomen cum κατρία optimè conciliatur; αἴθουσα enim ab αἴθω *ardeo*, *incendo*, & κατρία à Phœnicio ſive Ebr. קטר *kathar*, quod ſuffitus incendere ſignificat.]

Αιγυπτ☉] B. dicitur & Μυαρα, forte Μεσαρα מצרים & Ερμοχύμι☉ Heſych. Ἑρμοχείμι☉, quid ſi Ερμοχήμι☉. Nam χημία dicta ſimpliciter Plut. in Iſide] à Chamo ſcilicet & Mercurio ſic diceretur, quæ compoſitio frequens apud Ægyptios. Vide Caſaub. ad hiſt. Aug. qui vult urbem Beſantinorum dictam ab Antinoo & quodam Deaſtro Beſan; ſic etiam Serapammon, Heraclammon apud Vopiſcum, Hermammon in hiſt. Euſebii. Phœbammon & Nilammon in Syneſii & Iſid. Peluſiotæ Epiſtolis, & Horapollo, vel Horus Apollo, cujus Hieroglyphica habemus. M.]

Α᾽ιγυς πόλις] P. videtur eſſe regio apud Strab. l. 10. cum Caryſthus dicatur locus in Ægyo Laconico; vide criticas obſervationes pag. 422.]

Αιδηψ☉] P. de ea Strabo lib. 10. & Plutarch. in Sylla. Sed corrigendus, mutando Αδιψος in Αιδηψον, & de fraterno amore ubi pro Εδηψω Αιδηψω, & Sympoſ. 4. ubi mendum gravius. Nam Γάληψ☉ extat, debet eſſe Αιδηψ☉, ut ipſæ thermæ de quibus in præced. loc. indicant.]

Αιδυσιοι] B. Hedui.

Αιθιοψ] vid. Phaleg. Boch. ubi de Æthiopum origine doctiſſime, ut ſolet. M.]

Αιθιόπων χωρίον Λυδίας] P. forte ſcribendum Ε᾽υϐοίας ex Harpocratione.]

Αιμονία .... πόλις Αρκαδίας] P. Scribe Αιμόνιαι ex Pauſania in Arcad. Heſychius addit Epheſum dici Æmoniam, quemadmodum Theſſalia.]

Αινια .... Strabo citatur ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. Scribe ἑνδεκάτῃ. M.]

Αινυμη πόλις Θρᾴκης] B. leg. Τρωϊκή poſt Heſychium & Ortelium] P. Etymolog. mag. Ανύμηθεν explicat ἀπὸ Αινύμης πόλεως Θρᾴκης; vid. Suidam & Homer. Il. 9, & ipſum Euſtath. 304. Sunt qui putant eandem eſſe cum Οισύμη.]

Αινον πόλις Θεσσαλ.] B. P. Μαγνησίας potius, cum eadem quam Apollon. Rhod. Arg. 1. vocat Αιανίδα, & de quâ ſic Scholiaſt. Αιανὶς πόλις τ̃ Μαγνησίας ἀπὸ ξ πατρὸς Ιάσον☉, ὡς φησὶ Πίνδαρ☉ φησὶ καὶ Φερεκύδης. Attamen fluvius Α᾽ισων non longe à Theſſalia apud Plut. in Æmilio.]

Αιτνη] B. Phœnicum monumentum in nomine hujus urbis cognominis Ætnæ montis. Nam ob flammas quas vomit dicitur אתונא i. fornax, priſtinum nomen idem ſignificat, cum Ιννησα ſit עין אש *Ain-eſe* fons & ſcaturigo ignis. Ob viciniam idem datum urbi nomen, quæ tamen dicitur Diod. Ιννησία, & Ptol. Αιτναι.]

Ακη] B. Eſt עכו Ptolemais, vide pag. ultimam Geog. ſacræ. Eſt alia Ace in Arcadia ubi ſanatus Oreſtes, Pauſ. in Arcad.

Αλαβανδα πόλις Καρίας] P. Legendum Φρυγίας, quia addit eſſe alteram Cariæ. Et Herodotus duarum etiam meminit, quarum una in

Cariâ

Cariâ lib. 7. & altera in Phrygiâ lib. 8. De Alabanda Cariæ Strabo l. 14.]

ΑΚΡΟΘΗΤΝΟΙ] P. leg. Ἀκρόθωοι, & pro gentili Ἀκρόθωος. Ἀκρόθωοι enim ἐν Ἄθῳ Thucyd. lib. 4. Strabo lib. 7. ubi legitur quidem ἀκροθώους, ſed pro Ἀκροθώους manifeſte. Herodoto urbs dicitur Ἀκρόθοον lib. 7. apud Scylacem legitur Ἀκροθῶται Ἕλληνες: pro gentibus illam urbem incolentibus, licet Doctiſſimus Voſſius conjiciat legendum Ἀκρόθωοι. Ἐθνικῶς de urbe, Plin. Acrothon lib. 4. cap. 10. dicitur. Mela lib. 2. cap. 2. Acroathon, ſed puto pro Acrothon vel Acrothoon.

ἈΛΑΒΑΣΤΡΑ πόλις Φρυγίας] B. imo Ægypti, quam Plinius vocat Alabaſtrum; vide Salmaſ. in Solin. qui arguit Stephanum, quod hic falſo citet Herod.]

ΑΛΑΒΩΝ πόλις καὶ ποταμὸς] Fluvius Siciliæ Diodoro lib. 4. Ἀλαβὼν, Heſychio Ἀλαβὼς, Ptolem. Ἄλαβος, Silio Alabis, & apud Plur. corruptè legimus τὴν Ἄβολον pro τὸ Ἀλαβῶνο. Cluverius in Sicilia Antiq. lib. 1. cap. 11. M.

ΑΛΑΜΑΝΟΙ] B. ſic Arnobio, Alemanni Ammiano.]

ἈΛΑΝΟῚΣ ὄρος Ἀρματίας] B. inde Alani, & pro Ἀρματίας lege Σαρματίας, vid. Ptol. lib. 6. cap. 14. & Euſtath.

Ἄλβα .... Ἄλβας, nunc Tegeus] B. lege Ἄλβυλα, vide Dionyſ. lib. 1. & Euſtath.]

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ] B. ubi agitur de συνοικισμῷ ſive amplitudine Alexandriæ urbis Ægypti pro τριάκοντα τεσσάρων leg. δεκατεσσάρων & pro δέκα ſequenti δώδεκα.] P. ubi de tertia Alexandria ſita in Thracia pro πρὸς τῇ Λακεδαιμονίᾳ lege Μακεδονίᾳ: præter Alexandrias hic numeratas, octo alias habet Ortelius in Theſauro, quibus aliam ſuperaddi etiam poſſe puto ad mare Ionium ſitam, quæ Sangiaci ſedes eſt, de qua Turcici Imperii ſtatus in notitia Berglerbegarum.

Ἁλίαρτος] P. urbem omnes Autores Bœotiæ ſoli adſcribunt. Verum Ptolemæus lib. 3. cap. 16. Meſſeniæ Mediterraneæ tribuit etiam cognominem alteram, mutato duntaxat ejus ſpiritu aſpero, in lenem] B in hymno Apollin. qui Homero v. 243. Legimus Ἄμαρτον pro Ἁλίαρτον.]

Ἀλιεῖς] P. hanc urbem inter Laconicas non video numerari. Mendum igitur ſuſpicor, & pro Λακωνικῆς legendum Ἀργολίκης; ſane ipſe Stephanus in Τίρυνς urbe Peloponenſi juxta Argos ſita, teſtatur quod prius Ἀλιεῖς dicta fuerir. Et hic Tirynthiorum etiam meminit Tirynthis incolarum.]

Ἄλινα] B. P. lege Ἄλινδα ex Strab. l. 14 Plin. l. 5. c. 29. Ptol. l. 5. c. 2. Arrian. Exp. l. 1. Conſtant. Porph. Them. 3. At Alinæ altum ſilentium, Livius duntaxat meminit Alimnæ urbis Cariæ l. 38.]

Ἀλίσαρνα] P. Xenoph. Hel. l. 3. Ἀλισαρνίᾳ, Plin. l. 5. c. 30. Haliſernæ. Puto eandem eſſe, quæ Xenoph. ἀναβ. ultimo Ἐλισάρνη.]

Ἀλλάλια] B. Herod. Ἀλαλία l. 1. §. 165. Ἀλερία Ptol. l. 2. c. 2.]

Ἀλλαίρια] B. leg. Ἀλλαρία.]

Ἀλμήνη] B. P. Ex Arriano, at in Arriani Periplo non extat, ſed Ἀρμήνη, quæ videtur eadem, de ea infra Steph.]

Ἄλμων] P. Pauſan. in Bœot. meminit Ὀλμωνίας, ſed Plin. l. 4. c. 8. inter Theſſalicas urbes numerat etiam Almone, imo Steph. ipſe teſtatur infra in Μινύα, urbem Theſſaliæ, eam anteà Almoniam dictam: Tzetzes autem ad Alexandrum Lycophronis Ἀλμωνίαν urbem Macedoniæ celebrat ad Ciſſum montem ſitam, quam Conſt. Porph. Them. 2. Macedoniæ Ἀλμωπίαν videtur vocare, alii Ἀλμωπίαν immediatè ſequentem eſſe volunt. Sane in eo Lycophronis loco, ubi legit Stephanus Ἀλμωπίας, hodie habemus Ἀλμωνίας.]

Ἀλύβη] B. Originis Phœniciæ, & Alyba vel Abyla altum montem, ut vult Feſtus, vel altam ſylvam; vide ſecundam partem Geogr. Sacr. lib. 2. c. 9. Euphorionis autem verſum ſic reſtituit Caſaubonus, Theoc. Lect. c. 3.

Ὅστις μὲν κελεβὴν Ἀλυβηΐδα μοῦνος ἀπηύρα.

Ἁλώνη] P. a ſale dictam, cum præſtantiſſimas habuerit ſalinas, ut vult Voſſius ad Melam l 2. c. 6. Idcircò Hale dicenda eſt, olim προχώνη, malim προκοννησος, de quâ infra.]

Ἄμαθα] B. ab arena, quam ſignificat ἄμαθος, ſed eſt nomen Phœnicium, ut ſequens nomen Ἀμάθη, & in Scriptura celebris חמת *hamath*, à nepote Chami dicta 2 Reg. 25. Zach. 9: 2. Amos 6. Jud. 3: 3.]

Ἀμαθοῦς] vide Geogr. Sacr. part. 2. l. 1. c. 3.

Ἀμάρυνθος νῆσος] B. P. non inſula, ſed urbs; eo ipſo quem citat teſte Pauſania lib. 1. & Ptol. l. 3. c. 15.].

Ἀμβρακία] P. dici aſſeritur ab Ambraco filio Theſproti, filii Laocoontis; ſed ſcribendum Λυκάονος, teſte ipſo Stephano in Ἴφυνα. Potuit etiam denominari ab Ambraco rege filio Dexameni & Herculis nepote, de quo Dionyſ. Halicar. l. 1.

Ἀμοργὸς] P. in hac inſula tres urbes nominat; ſed quam nunc Ægialem, mox in Ἀρκὰς Μελανίαν vocabit.

Ἀναγυροῦς] P. Straboni lib. 9. Ἀναγυράσιοι, & Pauſaniæ etiam in Atticis &c.

Ἀνακτόρεια Ἀκαρ.] P. urbis cognominis in Ioniâ ab Anacte rege dictæ meminir Pauſanias in Ach. & Steph. infra in Μιλήτῳ. Altera inter Moloſſos, de quâ Plin. l. 4. c. 1. At quæ Acarnaniæ ditionis eſt, vocatur Ἀνακτόριον a Thucyd. lib. 1. & 4. Pauſ. in Eliac. Strabo l. 10. Attamen cum Moloſſi & Acarnanes ſint confines, forte de hac ultimâ loquutus eſt Plinius. Scribe autem τὸ ἐθνικὸν pro θηλυκὸν, ubi de formatione nominis Ἀνακτόριος agitur.]

Ἄνδρος .... τοῦ Ἀνανίου] B. leg. τοῦ Ἀνίου.

Ἀνεμώρεια] quam infra vocabit Ὑάμπολιν, nam eſt eadem urbs teſte Strabone l. 9.]

Ἄνθα] B. apud Joſephum legitur Κάνα & apud LXX Interp. imo in textu Hebr. Joſ. 19.]

Ἀντρὼν] P. Strabo lib. 9. teſtatur quod ſuo tempore plurali numero dicebatur, imo Demoſthenem orat. 4. in Philipp. legimus Ἀντρῶνας, & legere debemus apud Scylacem Ἀντρῶνες, ubi de Achæis pro Ἀλιτρωνὶς, quod mendoſum eſſe viderat doctiſſimus Voſſius. Antroniam habet Mela lib. 2. c. 3.]

Ἄνυσις] B. antiqua urbs, quam Eſaias 30: 4. vocat חנס *Anes*.]

Ἀξία] B. eſt etiam inſula in quam deportatus Eunomius Philoſt. 9: 11.]

Ἀπάμεια] B. Ab אפף circumdare & מיא aquæ, ita ut אפמיא *Apamia* circumdatam aquis urbem ſignificet, Phal. l. 2. c. 4.] P. Ab Apame Seleuci matre vult dictam Steph. ſed corrigendus. Nam Apame fuit ejus uxor. Paulo poſt dicir aliam eſſe Apamiam Phrygiæ μικρᾶς ſcribe μεγάλης.]

Ἀπασιακαὶ] B. citat Strabonem & Polybium, ſed neuter ejus fidem liberat. Nam Strab. 11. legimus Ἀσπασιάτρας, alii Ἀσπασιάκας, alii Ἀσπασιάτας, & Caſaubonus in notis duntaxat præfert lectionem Steph. Ad Polybium quod attinet, ſæpius habet Ἀσπασιάκας lib. 10.

Ἀποδωτοὶ] B. hoc nomen fruſtra quæres apud Thucyd. lib. 3. nec alibi, invenies autem

quod voluiſſe videtur Steph. Apodotos ibidem, apud Liv. l. 32. & Polyb. l. 17.

Ἀράκυνθος] P. Bœotiæ hunc montem tribuunt etiam Statius 2. Theb. & Prop. l. 3. Eleg. 14. & Servius qui ad Ecl. 2. Virg. ſcribit: *Sane Aracynthus mons eſt Thebanus*. Non omnino tamen perſuadet. Noam longe graviores autores Ætolorum montem aſſerunt, Strabo ſcilicet lib. 10. Plin. l. 4. c. 2. Dionyſ. Perieg. verſ. 431. & ibidem Euſtath. Schol. & Niger Comment. 11. qui tamen paulò poſt juxta Thebas deſcribit montem amœnum quem vocat Actæooaracynthum, quod Actæon in eo a canibus ſuis ſit laceratus; ſed videant docti, ne hunc montem finxerit ex Virg. Ecl. 2. . . . Actæo-Aracyntho i. Aracyntho Ætoliæ vel Acarnaniæ quam Actam ſive littus Epiri vocat poſt Homerum teſte Strabone lib. 10.]

Ἀργουρα] P. Ἄργυραν habet Suidas, ſed mendoſe, ut vel ipſa ſeries Alphabetica docet.

Ἄργυρα] B. pro Taprobana leg. *Jabadin* ex Ptol. l. 7. c. 2. quod ſignificat *Javan inſulam*, vel hordei feracem inſulam, ut docetur Geogr. Saer. part. 2. lib. 1. c. 46.

Ἀρέθουσα] P. in Eubœa fuiſſe urbem bujus nominis dubito, fontem fuiſſe ſcio celebrem, de quo Strabo lib. 10. poſt. Homer. Plin. lib. 4. cap. 12. Athen. l. 14. c. 1. Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. Eurip. in Iphig. in Aulide, & alii. Addit Ithacenſem Arethuſam Homerum vocaſſe Cuparam, at Heſycbius Siculam ſic dictam vult.]

Αριανία] B. quæ videtur dici ארני *Ara* 1 Cbron. 5. 26.]

Ἅρμα] ſic dicta etiam in Bœotiâ palus Thebaica. Hinc in æde Trophonii Oraculum datum Philippo, ut ſibi caveret â curru. Trucidatum autem ferunt, cum circuiret paludem Ἅρμα i. *currus* dictam Ælian. Var. lib. 3. cap. 45. M.]

Ἀρμενία] B. Montana Minyadis ſignificat. Eſt enim הר מני *Harmini* mons Mini ſive Myniadis, a qua Armeniæ parte tota regio tandem denominata fuit, vid. Phaleg. l. 1. c. 3.]

Ἀρπάγια] P. Thucydidi l. 8. Ἀρπάγιον. Strabo l. 13. τὰ Ἀρπαγεῖα; eſt præterea Ἀρπάγιος in Eubœâ â Chalcidenſibus ſic dictum, quod credant apud ſe à Jove raptum Ganimedem, ut refert Atben. l. 13. c. 8.

Ἀρρήτεια] B. forte Strabonis & Ptol. l. 3. c. 1. Ἀῤῥήτιον vel Ἀρρήτιον, utroque enim modo ſcribitur, & Aretium Plinii lib. 35. c. 12. Cujus mox fit à Steph. mcotio, non tamen affirmo.]

Αρτέμιτα . . . . παρὰ τὴν Θάλασσαν] B. 1. Αἰθάλειαν Strabonis lib. 2. & 5. & Αἰθάλην Ptolemæi lib. 3. cap. 1.] P. Poſteà ubi de Riano pro Ἀρτεμίη, leg. Ἀρτεμίτη.]

Ἄσεα] P. dicitur Ἀσία apud M. Nigrum Comment. 11. Europ. & Heſych. in Ἀσιώτας; & Scholiaſt. Heſiodi in Theog. forte minus bene Pauſaniæ in Arcad. vocatur Ἀσαία.]

Ἀσία] B. â Phœnicibus ſic dicta quod media ſit inter Europam & Africam, Phal. l. 4. c. 33.]

Ἀσίνη] P. Præter duas Græcorum urbes Aſinas à Stephano deſcriptas tertiam in Argiâ conſtitui poſſe probabile eſt, de quâ Strabo lib. 8. his verbis: ἐκ τῆς Ἀσίνης καὶ αὕτη δὲ κώμη τῆς Ἀργείας, & poſteà diſertè etiam diſtinguit Argolicam Aſinem a Meſſenica; Laconicam autem ſatis jam ab utraque diſcriminaverat.]

Ἄσκρη] B. Pagus miſer & ſterilis, ut nomen indicat. Nam teſte Heſychio ἄσκρα δρῦς ἄκαρπος: Ebraice ſcilicet אשרה *aſcera* lucus ubi ſteriles ſunt arbores. At Heſiodo gloriatur.]

Ἀσπληδών] vid. inf. Ὑηττός.]

Ἄσσωρα] P. Ariſt. Hiſt. Animal. lib. 3. c. 12. refert, eſſe aquas, quas cum biberint oves, moxque ioierint, nigros generare agnos, ἐν τῇ Ἀσσυρίτιδι, lege Ἀσσωρίτιδι, cum de agro hujus urbis Chaldaicæ agat.]

Ἄσσος . . . Λυκίας] P. leg. Μυσίας. Aſſus enim & Atarne in Troade, quæ pars Myſiæ erat. Pauſ. in Eliac. Mela lib. 1. cap. 18. Act. Apoſt. 20. 14. & Ptol. lib. 5. c. 2. Cui Ἄσσον dicitur (duæ verò nunc Machramion Hiſt. Byzant. cap. 44.) ex hâc urbe & vicioâ Cimmeris dicta, conflata eſt Cimeriſſos apud M. Nigrum Com. 1. Aſiæ quam vocitatam addit Apolloniam, quod de Aſſo verum eſſe teſtatur Pl. 5. c. 30. Itaque pro Cimeriſſos urbe, quæ & Apollonia, ſcribendum Cimmeris & Aſſos, &c. Alteram cognominem urbem in Æolide ſtatuit Stephanus, ſed eadem eſt cum priori, ut Æolis & Myſia non differunt, imò nec Lycia ipſa, aliquando enim pro Troade vel proxima regione uſurpatur, ſic in Ἀταρνα confines facit Stephanus, ſed hic diſtinguit, ut duas urbes ex una faceret. Deoique Stephanus vult Ἀσσὸς eſſe λειμῶν, ſed Ἄσιος dicitur, teſte Hom. Il. β. verſ. 461. Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι; vide Didym. in hunc locum, pro Καλβιανῷ autem πεδίῳ, in quo irriguum illud pratum ſitum eſt, lege Καλβιάνῳ.]

Ἀσσυρία] B. Ab Aſſure Phal. l. 2. c. 3.]

Ἄστακος . . . In Acarnania] P. olim dicta Στεφανήπολις apud Ælian. de Anim. l. 12. c. 30. ex emendatione Geſneri]

Ἀσταπαῖοι Λιβύης ἔθνος] B. imo Hiſpaniæ ſub ditione Carthag.

Ἀστάρτη] B à Syrorum Deâ Aſtarte famoſiſſima forte Ptolemæi Aſtrata.]

Ἀστυπάλαια . . . πόλις ἐν Σάμῳ] P. melius ἀκρόπολις Σάμου ex Poliæn. l. 1. Strat. in Polycr.]

Ἄστυρα . . . πόλις Φοινίκη] P. Φοινίκη Καρία ἐκαλεῖτο forte Caria Phœnice vocata eſt. Athen. l. 4. c. 23.]

Ἀτάβυρον . . . ἔτι καὶ Σικελίας Ἀταβύριον] B. Phœniciæ nomen. Nam טבור *tabur* eſt umbilicus] M. ſane Cicero in Verrem teſtatur locum Ennenſium nemoris, quod in media inſula ſitus ſit, umbilicum Siciliæ nominari; ſic agrum Reatinum Italiæ umbilicum vocat Varro apud Plin. l. 3. c. 12. Sed ſi media illa loca umbilici nomine deſignari poſſe viſa ſunt, alti montium vertices poriori jure nomen illud ſibi vindicarunt, hinc Rhodiorum mons altiſſimus Atabyris dictus, Strabo l. 14. & Jud. 9: 37. qui deſcendunt de montibus mox dicuntur deſcendere de umbilico terræ. Sic Atabyrium Tyriorum oppidum in colle ſitum apud Polybium l. 5. Sic impoſtor ille, juſſu Caroli V. Imperatoris Mantuæ vivus exuſtus, ſe venditabat regem Tabor, ſeu, ut capit Ortelius, *umbilicaria & intima tartarorum regionis*; vide Fullerum miſc. ſacr. lib. 2. c. 5. pag. 177.

Ἀταρβέχις π. ἐ. τ. Προσωπίτιδι] B. P. lege Ἀτάρβηχις & ἐν τῇ Προσωπίτιδι, inſula quæ eſt in Delta Ægypti ex Herod. in Eut. §. 41.]

Ἀτέρη . . . Αἰολίδος] B. P. lege Ἀτταλίδος.]

Ἀτραμῖται] B. idem qui infra Χατραμωῖται.]

Ἀνταριᾶται ἔθνος Θεσπρωτ.] P. Ἰλλυρικὸν Strabo lib. 7. Scylax in Maniis & Arrian. Exp. l. 1. Igitur vel male Stephanus, vel Theſprotas origine, non habitatione intelligit.]

Ἀφεταί] P. Optimè Salmaſio de annis Climact. p. 273. Exponuntur ἀφέται de locis in quibus curſus peragitur vel inchoatur, ut in Laconica apud Pauſan. Ἀφέται locus in quo curſus certamen propoſuit procis filiæ ſuæ Penelopæ Icarius; ſed memoriæ lapſu addit etiam in Attica locum unde ſolvit Claſſis Perſarum Ἀφέται dici; cum-

eundem erravit errorem Suidas, & poſt ipſum Phavorinus, non conſulentes Herod. lib. 7. §. 193. Strab. lib. 9. Plut. in Themiſt. Diod. & Steph.]

Αχιλαιός] P. Varia bujus nominis flumina ſunt, tria vel quatuor in Arcadiâ deſcribit Pauſ. Strabo etiam lib. 7. 8. & 9. Imò in Scholiis Græc. ad Ariſtoph. Lyſiſtr. legimus: Αχηλῷος δὲ ποταμὸς Ἀρκαδίας· καὶ πᾶν ὕδωρ οὕτω λέγεται, *Achelous eſt fluvius Arcadiæ; omnis tamen aqua iſto nomine deſignatur*. Quod hoc verſu confirmat Virg. Georg. 1.

Pocalaque inventis Acheloia miſcuit uvis.

B.

Βαβυλὼν] B. pro Μήδου patre conditoris Babylonis legendum Βήλου.]

Βαιθσαμψα] B. בית שמש *Beth-ſemeſc*, s. domus ſolis.]

Βακκαῖον] B. leg. Βακκαῖοι cum Plut. in Sertorio, &c.]

Βάρβαρος] Barbaria Romanis vocabatur quidquid extra limites imperii quaquaverſum, Caſaub. in Lampridii Severum pag. 387. Negatque Barbariam in Africâ nominari apud ullum antiquiorem Anaſtaſio Sinaitâ dicente in πενταπόλει τῇ Βαρβαρικῇ; vid. Niceph. Cal. 2. 43. M.]

Βάσιλις] P. etiam Baſilis urbs Lyciæ in Conſtant. Them. 14. Sed male & pro *Baſilis* leg. Φάσηλις, ut in M. S. quo uſus eſt Morellus.

Βαταναία] Joſepho ant. lib. 2. cap. 9. Βαταναία, pars regni Herodis, Eb. בשן *Baſan* & Sy. בותנן *Butnan* & בתנ״א *Botnaa* regio transjordana pinguedine ſua celebris.]

Βατίεια P. de ea Homer. Iliad. β. v. 813. & ibid. Euſtath. & Didym. Dyctys etiam de Bello Troj. ſed mendoſè, nam Botyram vocat, de quâ nihil uſpiam legitur, leg. Batiæam.]

Βάτναι] B. Duæ ſunt, una cis Euphratem, altera trans, Juliani Ep. 27. vid. Vales. ad A. Marc. & Anton. Itin.]

Βελβίνα] B. P. ſic Plutar. in Agide, at Suidæ Βελβίνα, al. Βεμβίνα, Pauſ. in Lac. Βελεμίνα. Ptol. lib. 3. c. 16. Βλέμμινα, hinc Βελμινάτις χώρα Polyb. l. 2. quæ Livio Belbinatis lib. 38. Favorinus in Heſych. corrig. Βελαίνα. Optime tamen Artemidorus Belbinam inſulam eſſe dixit, ſic enim Strabo etiam lib. 8. & 9. & in mappa accuratiſſima Belii notatur in ſinu Savonico inter Æginam & Eleuſam inſula Belbina; ſed melius in recentioribus, ubi & Elbena M.]

Βέλων B. Marcia c. l. 6. meminit Velonenſis civitatis in Bætica, quam coloniam dicit Mauritaniæ Cæſarienſis.]

Βέσσα] B. forte quæ Βῆσαι Theoph. de Lapid.]

Βέχειρ .... λέγεις ποτ. περὶ πλάτανον] B. an non potius Γαλάτας, ut Ligeris Galliæ fluvius intelligatur.]

Βίδος] B. Ciceroni Verrin. 2. Bidis.]

Βίθυνος ... Βίας, ὃν ἐνταῦθα] B. leg. Βίας ὃν ἐνταῦθα δεδιέναι. Et paulò poſt μέχρι καὶ νῦν lege μέχρι καὶ νῦν. Denique pro τῷ τιμηλίῳ, lege τῷ τε Μηλίῳ.]

Βιστωνία π.. θ.. ἀπὸ Βίστονος] P. adde ex Tzetze ad Lycoph. Alexandrum, Ἄρεος, vel ex Schol. Apoll. Rhod. 2. Arg. 1. Κικόνος, & Calliroes &c.]

Βουκεφάλεια ... λιμὴν τῆς Ἀττικῆς] P. At Plin. l. 4. c. 5. & Ptol. qui Βουκέφαλος vocat, l. 3. c. 16. Et Pauſan. l. 2. Argiæ tribuunt.

Βόλινα] P. Pauſaniæ in Ach. etiam Βολίνη.]

Βύβαστος] B. Ex Bibeſeth, part. 2. Geogr. Sacr. l. 1. c. 1. vide infra Μούμεμφιν. Quod addit αἴλουρον Ægyptiace dici βούβαστιν, explicat cur Bubaſtis Diana dicta ſit, ſcilicet, quia in pugna Deorum in felem ſe transformaverit, vid. lib. Fab. 27. ubi: Ἄρτεμις δὲ (ſup. ἐγένετο) σίλουρος, leg. αἴλουρος.]

Βουλίνοι] P. Strab. l. 7. Βυλλίονες, Livio l. 44. Bulliani & lib. 36. Byllinus ager. Cicer. in Piſonem Bullienſes. Et Dionyſ. Perieg. v. 387. Βυλλιεῖς, ἔνιοι τινὲς διὰ τοῦ γράφουσι Βυλλινεῖς ἢ Βυλλινίς. Scribit Euſtath. in Sch. addere debuit melius ſic ſcribi, ſi timuit corrigere Dionyſ.]

Βόειρις ..... θάψαι τὸν Βόσιριν] B. lege Ὄσιριν.]

Βραχία] B. non ſignificat mare, ſed בחר *bahar*, quod auribus Græcis duriuſculè ſonans, paulò aliter redditum eſt.

Βρέττος ..... γλῶσσα] B. P. lege πίσσα, & in verſu Ariſtot. Et pro Ariſtophane, Ἀρισοφάνει. vide 2. part. Geogr. Sacr. l. 1. c. 33.]

Γ.

Γάδδα] B. גרה *goudda*, oppidum in littore Meccæ.]

Γάδειρα] B. à ſepimento dicta, ut probatur Geogr. Sacr. part. 2. l. 1. c. 36.]

Γάζα] B. Aza etiam dicitur, quia Aza & Gaza æquè reſpondent voci Ebrææ, quæ modo exprimitur per g., ut in Gomorrha, modo non, ut in Aziongaber &c. עזה *Aza* autem vel *Gaza* ſignificant locum munitum 2. part. Geogr. Sacr. l. 2. c. 12.] M. Heſychius, Γάζα πόλις, παρὰ δὲ Πέρσαις βασίλειον, ἢ οἱ ἐκ τῶν πολλῶν φερόμενοι φόροι: Curtius lib. 3. & 5. pecuniam regiam Perſæ gazam vocant; ſic Servius in 1. & 2. Æn. Mela etiam lib. 1. cap. 11. & inde vult dici hanc urbem, *quod cum Cambyſes armis Ægyptum peteret, huc opes intulerat*; ſed errat, ante Cambyſem enim commemoratur Gen. 10: 19. Deut. 1: 23. Joſ. 10: 41. & Ebræis eſt עזה & theſaurus חסן, ut Chaldæis גנזא, Syris vero גזא & גנזא.] B. Μαρνᾶν hinc apud S. Hieron. in vitâ Hilarionis. mulier Gazenſis obnixè orans Hilarionem, ut Gazam peteret & tribus filiis moribundis ſuccurreret, ait: *Glorificetur in urbe Gentilium nomen Domini Salvatoris: ingrediatur ſervus ejus Gazam, & Marnas corruat* &c. Et Epiſt. ad Lætam: *Jam & Ægyptius Serapis factus eſt Chriſtianus, Marnas Gaza luget incluſus, & everſionem templi jugiter pertremeſcit.* Agitur de urbe Syrâ. Syri autem מר *mar* dominum vocant, נש *nas* verò hominem, ut igitur filius hominis, eſt eorum lingua *baraas*, ſic *marnas* hominum principem & dominum ſignificare poteſt. Conſtat autem ſuperba gehennæ mancipia hos titulos in Oriente affectaſſe. Hinc *Babalim*, *Molechim*, qui dominos & reges deſignant.] M. vel ex conſuetudine Syrorum elidendi è medio ſuorum nominum gutturales, ut cum Petrus dicitur Bar Jona pro בר יוחנא. ſic ſoda pro ſohada, s. munus quo judices corrumpuntur, ſic nar pro nahar fluvius, & נש pro נחש. Hac ratione מרנש ſignificaret ſerpentem qui in alios dominatum exercet, & præcipue dæmoniorum quæ nomine ſerpentum ut & forma gaudent.] Adde divinum noſtrum Meſſiam à Daniele & Euangeliſtis ſæpe vocari filium hominis, ut igitur ſe ſupra ipſum, quantum poſſent, efferrent, hominum dominos dici voluerunt. Scio præterea Thalmudicos meminiſſe cujuſdam Dæmonis בריא *mars* dicti, & ſi compoſitionem hujus nominis ingreditur, Deum hominum ſignificabit, nempe hic nota in fine paginæ præcedentis apponenda.

Γαληψὸς ... ἡ Σύμη] P. lege Οἰσύμη ex Thucyd. lib.

lib. 4. Et apud Plut. in Paulo Æmilio pro ἐν Κοίλῳ lege ἐν Γαλήψῳ.]

Γαυγάμηλα] B. גב גמלא Gangamola i. vectigalia cameli, quia ibi ſolvebantur Phal. lib. 4. cap. 14.

Γενεά] B. P. male pro γενεά.]

Γενέσαι] P. Γενέσιον Pauſan. lib. 2. ibid. Geneſii ædes.]

Γεραιστός] P. Eubœæ pagus Strab. l. 10. init. Portus nobilis Livio lib. 31. Idem lib. 37. Tejorum portum Geræſticum celebrat, ſed dubito an non ſic reſcribendum, Cherraidicum; Etymol. magnum habet etiam Γεραίστιον, χωρίον τῆς Ἀρκαδίας.]

Γερήνθαι] P. lege Γεράνθραι cum Pauſania in Lacon. Et Γερανθραῖος.]

Γέργυς] P. Athen. lib. 6. c. 16. Γέργινοι, & a Gerginis, quorum majores Teucer è Trojâ captivos abduxerat, conditam addit Plin. l. 5. cap. 30. Gergithos dicitur, Suidæ vero Γεργίτιον in Sibyllâ.]

Γερηνία] olim Ἐνόπη Strab. l. 8. & Pauſ. l. 3. in fine. Præter hanc Gereniam Meſſeniacam, alteram in Laconiâ conſtituit Ptol. l. 3. c. 16. Et Niger, ſed neſcio an non Geraniæ nomen notius poſitum ſit pro Geranthra, vel eadem eſt quæ Meſſeniaca.]

Γέφυρα] P. non convenit cum Strabone, Stephano, licet ejus autoritate ſe tueatur, Strabo enim lib. 9. ubi de Gephyrâ eam in Atticâ ſitam eſſe docet, & licet paulo poſt addat quod Tanagræi Gephyræi vocentur, non aſſerit tamen eoſdem eſſe, & communi nomine dici potuerunt ob aliquot colonos eo deductos.]

Γίττα] B. 1. Sam. 7: 14. Joſeph. Ant. lib. 6. c. 2.] Reverà quam Samuel vocat גת Gath, & LXX Interp. Γέθ, Joſepho eſt Γίττα.]

Γλισσάς] P. Strab. l. 9. Herod. l. 9. §. 42. Et aliis Γλισάς. Etiam Plut. in Amat. Nar. modo corrigatur (ſcribitur enim Phocum Bœotium ortum ex Κλίσαντος, leg. Γλίσαντος) ſic corrigendus Pauſanias in Phoc. ubi meminit Euriantis Bœotii ὑπὲρ τῆς Μίμαντος lege Γλίσαντος.]

Γόμφοι] Philippi poſteà vid. Φιλιπ. P.]

Γόννος... γόνα] Euſt. γόνατα, vera lectio tamen videtur Γόννα P.]

Γορδυνία.] P. Thucyd. lib. 2. Γορτυνία. Ptol. l. 3. c. 13. Γορδηνία.]

Γυμνησίαι] B. quod incolæ inermes & ſolâ inſtructi fundâ pugnarent, vide & Baleares à Phœn. בעל ירה baal jare i. magiſter jaculandi vel projiciendi lapides; vid. 2. part. Geogr. Sacr. lib. 1. c. 35.]

Γυναικόπολις ... τῆς Αἰγυπτίου] B. leg. Σαΐτου ex Heſych. Illuſtr. ... Στροῖβος ex cod. Heſych. Illuſtr. Στρόμβος vide Tzetz. Chil. 11. Hiſt. 60.

Δ.

Δαμασκός] B. דמשק Dameſec Gen. 15: 2. in verſ. 70. reſpondet Δαμασκός.]

Δανύβιος] B. leg. Δανούβιον.

Δάνυβις, .. Ἄρειος] B. leg. Ἄρειος.]

Δαυλίδα ... Δαυλὶ φασὶ] P. leg. Δαυλίδα ex Euſtath. ad Iliad. β. pag. 207.]

Δάφνη] Num. 34: 11. רבלה Ribla urbs quæ orientalem terminum terræ ſanctæ conſtituebat. In verſione autem Arabica pro Ῥιβλα habetur דפנה Daphna. Daphne autem Peluſiaca ex Ebræo תחפנס taphnes Jerem. 2: ℣. 16. Redditur quidem à 70. Interp. Ταφνας, ſed τ in δ faciliimè mutatum eſt. B.] Secundum Joſephum de bello lib. 4. cap. 1. erat & alia Δάφνη ad fontes Jordani, ubi templum aurei bovis (male verſio Lat. Joſephi habet *Jovis*) cum in Daphne Antiochena fuerit phanum Apollinis & Dianæ, &c. inferre licet hac voce lucos deſignari, vide lib. 11. Cod. It. 177. M.]

Δαχαρηνοί] B. Arabicè דכר dſacar mas ſignificat.]

Δέρβη .... Δελβείας] Arab. דלב dolbon, eſt nomen arboris, & platanum putat eſſe Golius, ſed forte eadem quæ Lycaonibus δέλβη i. juniperus, vel cedrus, ut apud Nicandr. Ther. ℣. 564. B.]

Δημόνησος περὶ χαλκηδόνα] Καρχηδόνα ſecundum Ariſt. de mirab. ubi Δημόνησος ἡ καρχηδονίων νῆσος B.]

Δίζηρος πόλις] leg. ποταμός eo ipſo teſte quem produnt, cum profundum Dizeri fluentum dicat B.]

Δίκαια πόλις] Δικαιόπολις Harpoc. & Suidæ uno nomine, ſed minus bene P.]

Δίον .... διαίτας] leg. Διαίτας ex eodem Pauſan. in Bœot. B.]

Δόβηρος] de ea Thucyd. lib. 2. Plin. lib. 4. cap. 20. & Conſt. Them. 2. ſi corrigatur, legitur enim Διόβηρος pro Δόβηρος. Niger pro Dobero habet Deborum Com. 11, ſed forte non improbabiliter pro una & eadem urbe habuit Δέβορον Ptolemæi lib. 3. cap. 13. & Δίβηρον Steph. P.]

Δοίαντες] leg. Δοίαντος Nonn. lib. 13. ℣. 516. P.]

Δόλβα] videtur eadem quæ infra Πλάτανος & à platanis Dolba dicta eſt, cum דולבא Doulba ſit platanus. B.]

Δύλων πόλις] forte Aduliton ſive Adulitarum oppidum Plinii lib. 6. cap. 29. Olympiam, ille quem citat, non placet; mallem Olympium, nam Ὀλυμπιός ſcripſit hiſtoriam Antonii & Cleopatræ, cujus medicus erat teſte Plutarcho in Anton. B.]

Δρεπάνη... χειμών] leg. χειμώς. P.]

Δυμαῖοι ... Αἴγιμος] leg. Αἰγίμιος. P.]

Δύμη] alteram in Thracia ponit Ptol. lib. 3. cap. 11. & hanc Achaicam Strabo lib. 8. teſtatur ſic dici, quod ultima ſit ad occidentem Achaiæ, & olim ejus nomen fuiſſe Στρατός: ſecundum autem Pauſaniam in Ach. Πάλειαν nunc videtur dici Γλαρέντζα in Ducæ hiſt. Byſant. cap. 32. in fine. Niger Clarenzam vocat comment: 11. ſed dubito cum in mappis Chiarenza locetur intra Cleonatam & Araxum promontoria, & doctiſſ. Thonrondæus ἀντίτυπης in aliam propendeat ſententiam atque veriſimilius putet eſſe antiquam Cyllenem vel juxta eam conditam. M.]

Δωδώνη .... Γωναῖος] leg. Φηγωναῖος, & paulo poſt pro αὐτὸ Δώνος. B.]

Δωδώνος] ut Euſtat. Il. β. verſ. 750. P.]

Δῶρα] ac Strabo lib. 16. ubi de ſinu Perſico hæc inſula dicitur Δοράκτα, Salmaſius tamen mallet Οαράκτα. B.]

Δῶρος] melius Ptol. Δῶρα. B.]

Δώτιον ... ὅπη] leg. ὅθεν. P.]

E.

Ἔβορα] עיבור Ibura, i. annona, & frugum proventus; hinc Plinio Ebura Cerealis dicta. B.]

Ἐβραῖοι ... Ἀβραμαῖος] leg. Ἀβραμαῖος: attamen non ab Abrahamo dicti, ſed ab Ebere; vid. Phal. l. 2. c. 14. B.]

Ἐβρών] ſic dicta a nepote Calebi Hebrone, de quo 2 Chron. 2: 42. cui ejus ager cum ſuburbiis

biis datus fuerat Joſ. 14: 13. & 21: 12. antea dicebatur קרית ארבע *Kireath Arbah* Joſ. 14: 15. ſecundum Rabbi Selomo Jarchi in hunc locum *urbs quatuor gigantum, vel quatuor parum*, ſc. Adami & Evæ, Abrahami & Saræ, Iſaci & Rebeccæ, Jacobi & Leæ, in ea ſepultorum; ſed ipſo Textu ſacro patet ארבע *Arbah* non hic ſignificare *quatuor*, ſed eſſe nomen viri celebris inter Hanakæos 70. χεβρῶν vocant. Joſeph. etiam ant. l. 5. c. 2. unde corrigendus lib. 1. c. 9. locus, ubi ἐν τῇ νεβρᾷ habitaſſe Abraham dicitur pro ἐν τῇ χεβρῶνι. Stephanus vero abſtulit aſpiratam, quod multis exemplis poteſt excuſari. Notandum autem Hebron non unius tantum urbis nomen eſſe, ſed montis in quo multæ urbes erant, ut notat Rabbi Eſaias ad 2 Sam. 2: 3. ubi urbium Hebronis fit mentio. Geographus Nubienſ. in quinta part. clim. 3. hodie dici refert מוים אברהם moskita vel templum Abrahami. M.]

Εγγάδα] Joſeph. de bel. lib. 5. cap. 14. Εγγαδδὶ melius accedit enim propius ad nomen primigenium עין גדי *Hen gueddi* i. fons capræ. M.]

Εγέστα] ab Egeſto Æneæ comite, ſed præpoſita ei *S* littera, ne obſcœnum eſſet nomen, ut factum in Malevento, quod Beneventum dictum, ait Feſtus, Segeſta dicta eſt. M.]

Ειδομένη] forte ſic dicta a ſylvis; vid. Heſych. in εἴδη. P.]

Εκατήσια . . . τὰ ἱτήσια τελοῦντ.] leg. Ικατήσια B. P.]

Εκβάτανα] olim Ακεσσαῖα dicta ab Aceſſæo quodam ſecundum Scholiaſt. Æſchyl. in perſ. at puto dici Ecbatanam ab אגברת *Agbata*, quod ſignificat vario colore diſtinxit, quia ſeptem pinnarum ordines quibus totidem muri ornabantur diverſis diſtinguebantur coloribus. Herod l. 1. §. 98. B.

Ελευθεραὶ . . . διὰ τὸ Φυγόντας] leg. φοβῦντας vel φυγόντας B.] ut in prima ed.

Ελυμικὸν . . . καρκομεμφῖται] leg. καρομεμφῖται ex ipſo Steph. in καρικον. B.]

Ελος] urbs Laconica a Thucyd. Xenoph. Strab. & Homero celebrata: alterius cognominis in Jonia meminit Plin. lib. 5. cap. 29. in Bœotia vero tertiam ponit Strabo lib. 7. & 8. quartam in Arcadia de qua Hom. Il. β.] Ortelius non cepit Stephani mentem, putat eum dicere quod Helos dicatur Dorion, & Pteleon, cum tres ſint diverſæ urbes, ut apud Statium 4. Theb.

Quos Helos, & Pteleon, Getico quos flebile nati:

Dorion &c. B.]

Ελουροι] Heruli B.]

Ελοῦσα] Chald. חלוצה Heloutſa & in Paraphr. Jeroſolym. reſpondet Ebr. שור *Sur* Gen. 16. 7. B.]

Ελυμαι] Elamitæ ab Elam Phal. lib. 2. cap. 2. B.]

Ελύμνιον] eliminare hanc urbem extra politias Heraclidis vult doctiſſi. Voſſius in Melam. lib. 2. cap. 2. & in ejus locum ſubſtituit Echymniam, de qua apud novos & veteres Geographos nihil invenio, cum bona igitur ejus venia Elymnium retinerem, revera enim eſt urbs celeberrima Eubœæ, de qua non tantum Stephanus & Heraclides, ſed etiam Ariſtophanes in Pace & ad ipſum Schol. ex Calliſtrato & Apollonio, & hac urbe pulſi a muribus incolæ Chalcidem in Atho condiderunt in memoriam Chalcidis Euboicæ P.]

Εμισα] de Emiſenis ſive חמצאים Phal. l. 4. c. 38.

Ενετοὶ . . . . ἐφ᾽ καὶ πόλις [falſum, & mendoſo Laertii Codice uſus eſt, nam in Stephano Μύρμηκα τὸ Εξαινέτυ, i. filium Exaineti dicit, non vero ἐξ Ενέτυ πόλεως; vid. Henr. Steph. in Diog. adde iis quæ annotat ex Euſtath. ad Il. β. p 273. καὶ ἔθνος παρὰ τριβαλλῶν Ενετοι B. P.]

Ενίσπη . . . τὸ Φακίδος] leg. Ψώφιδος. P.]

Εορδαῖαι δύο χῶραι Μυγδονίας] videtur mutilus hic locus, forte legendum δύο χῶραι, πρώτη Ιλλυρίδος, δευτέρα Μυγδονίας. P.]

Επίδαμνος . . . ἐςὶ δ᾽ ἑτέρα] male, nam duas urbes hujus nominis non invenio & Illyrica etiam Jonico ſinui adjacet. Τὸ *&* *altera* igitur delendum eſt, niſi tota hęc periodus in ſequentem Epidauri deſcriptionem rejiciatur, cum aliter Epidauri Jonico ſinui adjacentis nullam faciat mentionem. P.]

Επιφάνεια . . . Αρκεσικέρατα] leg. Αρκεσιώρταις. Arceſii urbs antiqua Hemath. de qua Phal. l. 4. c. 36. B.]

Ερεμβοὶ] a ערב *Ereb* i. Arabs Phal. lib. 4. cap. 29.

Εριεάτης] at Pauſan. ipſe in Atticis Ερνεῖαν habet, cujus incola Ερνιάτης non ipſe pagus. B.]

Ερμοτυμβιεῖς] ex חרמי צבא *Herme-tſaba* i. copię vaſtatrices: dictæ inſuper Λαβαροὶς, leg. Καλασίριες ab Ebr. חלץ *chalas*, quod ſpoliare ſignificat, unde milites ſolent dici חלוצים *Chaluſim*. B.]

Ερυθρὰ] ab Erythra rege ſc. Edom; vid. Phal. l. 4. c. 34.]

Ερυξ] a ſublimi faſtigio mons dictus, Chan. l. 1. c. 27. B.]

Ερυσικη] ſcrib. Ερυσιχη, unde Ερυσιχαῖοι legimus apud Strab. l. 10. ex emendatione Caſauboni. P.]

Ευκαρπία . . . . , καὶ καρπικὸ] leg. ὑπκαρπικὸν. P.]

Ευταὶ . . . . Κυμέριοι] leg. Κυνύριοι cum Pauſan. in Arcad. & Strab. lib. 8. & Thucyd. lib. 4. & 5. B. P.]

Ευρύηλος, ὕτως ἡ Μακρόπολις] leg. ἀκρόπολις. B.]

Ευρυτᾶνες ἔθνος Ιταλικὸν] leg. Αιτολικὸν ex Thucyd. Strab. & ipſo Lycophr. P.]

Ευρωμος] pro Euromus male apud Plin. l. 5. c. 29. Eurome. P.]

Ευρωπος . . . ἀπὸ Ιδριος] leg. Ιδριέας. P.]

Εφυρα πόλις Ηπείρυ ἀπὸ Εφύρυ] quæ ſequuntur depravata ſunt, & ſic reſtituo: ἡ Αμβρακίος (ut ſupra in Ambracia) ἡ Θεσπρωτῶ, ἡ Λυκάονος, τῶ Πελάσγυ, ἡ Γηγενῦς, Αρκάδος, ἐκ ταύτης Λευόχη, & ab hac Ephyra ad alteram tranſit κρᾶνον λεγομένη, leg. Κρᾶνον, ut infra in hac voce patebit. P.]

Z.

Ζάρητα] Strabo l. 12. vocat Αζαριτίαν, & alere exiguos illos crocodilos i. lacertos teſtatur. B. P.]

Ζεβίνη] Joſeph. fidem Stephani liberat, nam hanc urbem l. 5. c. 2. vocat Ζεβίνη. Sed ſimul Βεζεκίαν dici teſtatur, cum Adonibezerum interpretetur Βασιλέα Ζεβεκηνῶν. B.]

Ζεφύριον] Strab. l. 14. Ζεφύρα.]

Ζήρυνθος] Lycophr. in Alexan. & Tzetzi ibid. Ζήρυνθον ἄντρον P.] pro τὸ κυνὸς φαγῦς leg. κυνοσφάγυς. B.]

H.

Ημικύνες . . . ἐν Απολλωνίᾳ] leg. ἐν Ατλάντι nempe Σημμίν; vid. hos verſus emendatius ſcriptos in Tzetze Chil. l. 7. verſ. 704. B.]

Ηπιον] mallem Ηπειον ex Xenoph. Hel. lib. 1. Herodotus tamen lib. 4. §. 148. habet etiam Ηπιον. P.]

Θ.

Θαψίπολις πλησίον Χαλκηδόν☉] mirum eſt urbem in loco adeo celebri & prope Conſtantinopolim ſitam nullo auctori ſuiſſe memoratam, & nomen & locus mibi igitur ſuſpecta ſunt, mallem Θάψις πόλις πλησίον Χαρκηδόν☉. De illa autem urbe Thapſi agit Strabo lib. 17. faceſſit tamen negotium Θαψιπολίτης, ſed error errorem ducere ſolet. P.]

Θεςίδειον] cum à Thetide, mallem Θετίδειον: ſic etiam ſcribitur apud Polyb. lib. 17. Plutarch. in Pelopid. (ubi Latin. interp. fanum Thetidis) Euripidem in Androm. verſ. 20. ejus Schol. Tzetzem in Lycophr. Alex. & Pindari Schol. in Nem. 4. P.]

Θοραὶ] Strab. l. 9. Θοραῖς bis, ſed modo emendetur, nam primo loco habet Ωραῖς pro Θοραῖς, ut tertia linea ſequenti patet, ubi ſcribit μετὰ Θορέας poſt Thoreas, de quibus abſque illa emendatione nullam feciſſet mentionem. P.]

Θορικὸς] Etymol. habet Θόρυκ☉, male, ut puto, & pejus Demoſthenes κατὰ Μειδ. Θεωρίσκ☉. P.]

Θοςναξ] qui Θρόναξ Theocriti Schol. in Idyl. 15. verſ. 64. Κόκκυξ tandem dictus. P.]

Θούριοι] deeſt aliquid, nam de Italica urbe duntaxat agit, & profert teſtimonium Pauſaniæ qui de Thurca Meſſeniaca. B.]

Θρία ...... Θριάβαροι] leg. Θριάβολοι ex Suida. B.]

Θρόνιον] vel Θρυόνιον ſecundum Heſych. in hac voce. P.]

Θυάτειρα ... ἀνεῖλεν] leg. ἀνεῖπεν .... διὰ τὸ Θύειν leg. Θύων. B.]

Θυμαιτάδαι] & Θυμαιτάδαι apud Plut. in Theſ. & Ariſtoph. in Teſp. & Schol. ibid. etiam Θυμοιτάδαι Harpoc. Heſych. &c. P.]

I.

Ἰάτριππα] יתרב *Jatrib*, villa prope Meccam, natalibus Mahumedis infamis, teſte Roderico Tolet. hiſt. Arab. c. 1, 2, & 3. unde Anaſtaſius ad an. 622. refert ejus hæreſin occupaſſe partes Ethribi ab initio vid. Baron. ad an. 630. §. 3. Medina ipſa ſic olim dicta legitur in Geogr. Nub. part. 5. clim. 2. videtur corrupte dici à Ptol. p. 6. cap. 7. Λαθρίππα vel Λαθρίππα. B] Πλησίον τῆς Ἔγρας, portus Medinæ & oppidum, teſte Geographo Nubienſi part. 5. ſecundi climatis, cujus nomen אלגאר *algiar*; at Ptolemæo Ἄγρα κώμη lib. 6. cap. 7. M.]

Ἰάρδαν☉ ποταμὸς Λυδίας] probat teſtimonio Homeri Odyſſ. 3. verſ. 291. ubi de Cretico fluvio agit, quod mirum; pro Λυδίας ſi legeretur Ηλείας, teſtem haberet etiam Homerum, nam Il. Η. verſ. 135. in Elide Jardanum ponit, ut Didymus ipſe annotat in Schol. & Pauſan. in Eliac. P.]

Ἰγνη] ac Heſychio Ignetes ſunt qui poſt Telchinos Rhodi habitarunt. B.]

Ἰδομβῖαι] ſup. Εἰδομβῖαι, Ηδομβῖη etiam Conſtant. Them. 2. Maced. P.)

Ἰεροσόλυμα] ſed ἀπὸ τῦ ἱερῦ Σολύμων diceretur Oroſolyma. Græci ſæpe nomen partiuntur dicentes ἱερὸς Σολύμους, ut Tzetzes Chil. 6 hiſt. 42. male, Ebræi enim Jeruſalem dicunt una voce quæ ſignificat *providebit pacem* (ſup. Deus) & componitur ex יראה *Iree providebit*, quod protulit Abraham, cum hujus urbis locum peteret ut Iſacum ſacrificaret Geneſ. 22. ✝. 8. (unde & mons dictus Morijah Jeroſolymæ partem conſtituens) & ex שלם *ſalem*, i. *pax*. A pace ſola aliquando dici videtur, ut Pſal. 76: 2. quę confundenda non eſt cum ea in qua regnavit Melchiſedec ad viam quæ ex valle Damaſcena ducit Sodomam ſita, ut putavit Joſepbus de bell. lib. 7. cap. 18. M.]

Ἴμβρ☉] pro μάκαρος leg. Cares, ut habet Euſtath. ad Dionyſium Perieg. M.]

Ἴπανα] imo Siciliæ urbs Carthaginienſibus ſubdita; Cluverium vid. Sicil. l. 2. c. 13. B.]

Ἰρα ... Μαλιέων] adde ἀπὸ ꙋ Ἰρα, καὶ ἱρ☉ Λέσβυ ex Euſtath. Il. 9. verſ. 150. P.]

Ἰςίαια ... Ωρωπός] leg. Ωρε☉ ex Strab. lib. 10. B. P.]

Ἰταλια ... καὶ λιπαιώτης] leg. Σικελιώτης. B.

K.

Καισάρεια ... Μαζα] leg. Μάζακα, de qua ſupra in Καβησσός. B.

Καλάτιβ☉] Herod. in Polym. §. 31. Καλάτηβος urbs Cariæ in Aſia, non Sybæ. B.]

Καλαύρεια] vid. proverbium Calariam pro Delo, Strab. lib. 8. & Pauſ. in Corint. B.] πρὸς τῇ Κρήτῃ, an non melius πρὸς τῇ ἀκτῇ. P.]

Κάλυτις] at Herod. quem citat, Κάδυτις dicitur, & infra videtur dici Κάρδυτ☉. B.]

Κανθηλία] & Κανθήλη ſeq. eadem urbs. B.]

Καρήνη] Herod. lib. 7. §. 42. Καρινη & Plin. Carina l. 5. c. 32. P.]

Καρθαία ... ἐν Κῳ] ἐν Κέῳ. P.]

Καρπασία ... Καρβὰν ἄνεμον] vid. Boch. Chan. l. 1. c. 3.

Καρχηδὼν] Phaſi. קרתא חדתא *Cartha-chada*. nova urbs, & ſic Solino dicitur; vid. Boch. Chan. l. 1. c. 24.]

Κάττυζα] ſcripti Codices teſte Salmaſio in Solin. p. 164. addunt: πόλις Θρᾴκης ἐν ᾗ κατῴκουν οἱ Πυγμαῖοι, οἱ οἰκήτορες Κάττυζοι ἔθεν. P.]

Κλαύδιον] ordo litter. & ratio volunt legi Καύδιον & Καύδιν☉ & Καύδινα. Apuliæ autem locus eſt. B.]

Καῦν☉ ... Καυναῖ☉] Caſaubonus in Athen. l. 3. cap. 3. refragatur ſcribens: *a* Καῦν☉ *fit* Καύνι☉, *at* Καυναῖ☉ *eſt a* Καύνη, *ut* Ἀθηναῖ☉ *&* Θηβαῖ☉, *in Stephani Ethnicis mutilat. iſta explicantur.* At pace tanti viri dixerim; ſæpe etiam ab urbibus in ...ν☉ terminatis formari gentile in αι☉, ut à Κύν☉ fit Κυνί☉ & Κυναῖ☉; à Λῆν☉, Ληναῖ☉; à Κύρν☉, Κύρνι☉ & Κυρναῖ☉; ut nec ſemper ex terminatis in αι gentile in αῖ☉, nam à Κλαζομεναὶ fit Κλαζομένι☉, & ab Ἰδομεναὶ Ἰδομένι☉. Addam Æolidis urbem Canas, non Caunas dici, teſte Strab. l. 10. & 13. ſæpe. Livio lib. 36. in fine & 37. Plin. l. 5. c. 30. & ipſo Stephano ſupra in Αἰγαί; nec alluſio ad *cave ne eas* contrarium probat. P.]

Καφυαὶ .... ἀπὸ Κάπυ☉] unde eadem Καπύαι Strab. l. 13. P.]

Καψα ... Πελλήνην] mallem Παλλήνην. P.]

Κεβρήνια] leg. Κεβρηνία, ut è ſequent. patet. P.]

Κόραξ ὄρ☉ μεταξὺ Καλλιπόλεως] leg. Καλλίου πόλεως, cum de illa Callipoli Etolica taceant omnes Græci auctores, & ipſe Stephanus, quamvis quatuor cognomines recenſuerit, hujus non meminit: ac ſupra habet Κάλλιαι quæ Κάλλιον dicitur a Pauſania in Phoc. inde Καλλίου πόλις, unde facile fieri potuit Καλλίπολις apud Stephanum & tandem ſcribarum vitio apud Livium lib. 36. P.]

Κόρινθ☉ .... ἀπὸ Ἐφύρα] leg. Ἐφύρας τῆς Ἐπιμήθεως ꙋ Μυρμ. γυνή, &c. P.]

Κοροκονδάμη] aliis Corocondame, & male juxta Sinopen, cum è regione potius, & Pontus Euxinus

Digitized by Google

Euxinus interjaceat; vid. Strab. Mel. Ptol. & Ortelii Theſ. B.]

Κολπηδοὶ .... Κολπιλικὴ .... Κολπιλικοῖν] hæc derivata cum origine non conveniunt nec ordini reſpondent, mendoſa igitur videntur, & mallem ſic legere: Κόρπιλοι Θρακῶν τινὲς Στράβων, ἡ χώρα Κορπιλικὴ, & ſane ſunt ad Hebrum Corpilli Plin. l. 4. c. 11. unde Corpialica regio apud Ptol. lib. 13. c. 11. P.]

Κορώνη] Ptol. l. 3. c. 16. Κολώνη. P.]

Κοσύνη] Cluverius Ital. l. 2. c. 8. 689. vult legi Κοτύλη.]

Κοτυάειον] an degeneravit in Κοττυάειον apud Nicet. Chon. l. 3. P.

Κοτύωρα κώμη] ſed Xenoph. ἀναβ. ε. urbis eſt. P.]

Κρηδοις] eadem videtur quæ Κρέυσα Strab. l. 9. & Livio l. 36. M.]

Κρηνίδες πόλ. Σικελίας] leg. Πιερίας ex Strab. l. 7. Diodor. lib. 16. ubi tamen pro Κρηνίδας leg. Κρηνίδας; vide etiam Theophr. de Cauſ. Plant. lib. 5. cap. 21. Crenides a Thracibus habitatas docet P.]

Κρῆσσα ... Ζιλίας] leg. Ζηλίας. P.]

Κρήςων πόλ. Θρᾴκης ἴσως δὲ &c.] fallitur Steph. nam Herod. l. 4. §. 59. ſuam Creſtonem in Italia ſitam dicit ſupra Tyrrhenos, procul a Thracia, de Thracica autem Creſtone ne verbum unum quidem habet, ſed tantum Κρηςωναίης memorat. l. 5. & Κρηςωνικὴν χώραν l. 7. & 8. adde ipſam Creſtonem Italicam ſuſpectam eſſe, & forte apud Herod. non Κρηςῶνα, ſed Κρότωνα legendum, ut apud Halic. & Dionyſ. Perieg. P.]

Κρηνόθατη] leg. Κρηνοθωτὴ, ut gentile ſeq. oſtendit, & Strab. l. 10. Plin. l. 3. cap. 11. Demoſth. & alii legerunt. Scylax tamen in Periplo habet etiam Κρηνόθατη. Hujus urbis nomen deficit apud Ptol. l. 3. c. 12. in fine addendum. P.]

Κρῖσα] Κρίσσα Strab. l. 9. & ab eo Κρισσαῖος κόλπος. Criſſa etiam Plin. l. 4. c. 3. Cyzza etiam dicta Pauſ. in Phoc. P.]

Κροκύλιον ὄρος ....] imo oppidum Ætoliæ ex Thucyd. l. 3. & Strab. l. 8. cui Κροκύλεια Palm. in ſua Græc. c. 58.

Κρομμύων] forte Aſcalon ipſa, ut enim de ſuo nomine ſupra κρόμμυον Ασκαλωνιον dicta ſunt, a Κρομμύοις ipſis Κρόμμυον dicit potuit. M.]

Κρωβίαλος ... τρίτῳ] leg. δευτέρῳ. P.]

Κύδραρα] Herod. quem citat, habet Κύδραν. B.]

Κύθηρα] a petris ſic dictam, Chan. l. 1. c. 23. docet Bochartus.]

Κύναιθα .... Θρᾴκης ὑπὸ τῷ Νηρισῷ] mallem Ἰθάκης ὑπὸ τῷ Νηριτῷ. P.]

Κυνόσαργες ... τὰ ξενάγων] leg. τὰ ξένια, ſic enim dicebant etiam, θύειν γάμους, vid. ſup. in Διόμεια. P.]

Κύρω πόλις ἣ καὶ Κυρίχατα] leg. Κυρι-χάρτα, nam קריתא ſive χάρτα urbem ſignificat. B.]

Κυχρεῖος ..... ὄφις ἐπεκλήθη διὰ τὴν τραχύτητα τῶν τρόπων] imo quia ſerpentem, qui Salamin vaſtabat, occidit, dictus eſt ſerpens ſive Ἀνάξοφις regius ſerpens, ut leg. apud Tzetzem ad Lycophr. Caſſandræ verſ. 445. vid. Boch. Chan. lib. 1. c. 21.]

Κῶς ... ἐκαλεῖτο καὶ Καρία] Κάρις Euſtath. Catal. 278. 12. B.]

Λ.

Λάδη νῆσος Αἰολίδος] leg. Ἰωνίας. P.]

Λαῖνοι] Thucyd. loc. cit. Λέαιοι. B.]

Λακιάδαι] Λακίδας habet Pauſan. in Attic. & Suid. Πλακιάδας, ſed leg. Λακιάδας, apud Cicer. Laciades. P.]

Λάμπη .., δευτέρα τῆς Ακαρνανίας] mallem Ἀρκαδίας cum Plin. l. 4. c. 6. P.]

Λαοδίκεια ... Ραμίδα] leg. רמותא Ῥάμαθα ex רם ῥαμ altus & אתה ἄθθα tu (ſupp. Deus quem alloquebatur paſtor) vid. Boch. Chan. lib. 2. c. 12.]

Λαούϊνιον] leg. Λαουίνιον Lavinium B.]

Λαπίθη] leg. Λαπιθαῖον Pauſan. in Lacon.]

Λαρίσσα πόλις τρίτη] leg. πρώτη. P.] ...... ἐν Σύροις Σίσαρα, revera Geograph. Arabs eam vocat שיזר ſcaizar, part. 5. Climat. 4. M]

Hic Λε deficit, in qua ſerie olim legebatur Λικτὼ πόλις Τρωάδος ex il. ξ. P.]

Λιγυήτη ... τῆς Ταίρακ] leg. Ταρτησσοῦ ex Palatin. Cod. Salm. in Solin. p. 286. B.]

Λιμναία κώμη τῆς Αργυς] leg. τῆς Αγραιῶν ex Thucyd. l. 2. ubi vicus dicitur τῆς Αργείας i. Αμφιλοχικῆς, ut Schol. exponit ſic lib. 3. & apud Polyb. l. 5. qui a portu dici innuit. P.]

Λύγκος πόλις Ηπείρου] leg. Μακεδονίας cum Thucyd. l. 4. & Plut. in Flaminio, modo auſeras mendum quo pro Λύγκου invenies Λύκον, ut apud Tit. Livium. l. 31. Lingum, prope flumen Berium quod in Macedonia ponit Stephanus P.]

M.

Μαγδωλὸς] arcem & turrem ſignificat מגדל magdal. B]

Μαιωτία ἡ Λυδία] ob rationes quas reddit Bochart. Phaleg. l. 2. c. 12.]

Μαχαίνη] Arabibus quodvis habitaculum, locuſve ad quietem aptus dicitur מסכן maſchan. M.]

Μελαινεῖς] incolæ, Μελαινοῦ χωρίον μεθόριον Αττικῆς καὶ Βοιωτίας, de quo Poliæn. Strat. l. 1. in Melantho verum quidem eſt acerrimi judicii virum Caſaubonum in hunc locum mutare Μελαίνας in Κελαίνας, eique aſſentiri doctiſſ. Boch. Phaleg. l. 1. c 3. fieri tamen poſſunt Μελαιναὶ teſte Statio Theb. l. 12. hoc verſu 618.

Icarii, Celeique domus, virideſque Melaria.

Imo ſuadet ipſum oraculum ſic legere, & alluſio manifeſta Μελάνθῳ ad Μελαίνας: Contra κακόφωνον fuiſſet, ſi habuiſſet ἱερὰ Κελαίνας. Adde Callimachum a Stephano citatum; lis tamen facile dirimetur, cum illud oppidum his duobus nominibus fuerit deſignatum. P.]

Μελιτταῖοι] Diod. ſic. l. 18. & Thucyd. lib. 4. Μελιτία minus bene, pejus Ptolem. l. 3. cap. 13. Μελιτάρα. P.]

Μελαμπείτιον ποταμὸς] leg. τόπος, nam flumini non ſicut incolę aut cives ac erant Melamppii, unde gentilia a Stephano memorata. Adde quod Calabrum l. 3. verſ. 233. teſtari quod Erymanthes comes Glauci: ναῖε αἰπεινὸν Μελαμπείτιον celſum Melamppium accolebat. P.]

Μερμεσσός] Μάρπησος Pauſan. in Phoc. ſæpius ead. pag. ſic Sibylla ipſa; ac Suidæ in Sibylla Μάρμησσον. Melius Steph. vide Salm. in Solin. p. 79. P.]

Μεση] vid. ſup. Αδιαβηνη.]

Μήκιστον] Apoſtolio pro. 1707. Μηκεσίς B.] eadem quæ ſupra Μάκιςος quam Hecatæus Jonice Μήκιςον dixit. P.]

Μινώα] male apud Ptol. l. 7. c. 2. Μινώα. P.]

Μονόγισσα] adde Καρίας, ἔνθα Ἄρτεμις &c. ut ſeq. confirmant. P.]

Μυλαντία ... ἐν Καυνῷ] leg. Καμείρῳ. B. P.

Μύραν] Μύρα Strab. l. 14. ἡ & τὰ. P.]

Μύρλεια] de hac urbe & recentiori nomine Apamæa vide Strab. l. 12.]

Μυς

Μυτιλήνη . . . . ὅθεν Μυτανίδα] leg. Μυτωνίδα. P.]

Μαθαὶ] Arab. מורת *maut*, ſ. mors : & pro Antigono lege Alexandrum Ballen dictum, qui occiſus a Zabelo, Joſeph. antiq. l. ſ. c. 8. vel Rabilo, ut hic Steph. idem enim nomen eſt, quia Z & H apud Arabes eadem littera, exiguoque tantum puncto diſcernuntur ; imo a latronibus, ut refert Juſtinus lib. 39. nam רביל *Rabil* ſignificat latronem, vid. ſ Macch. ſſ: ſ7. B.].

N.

Νάαρδα] נהר דיעא *Naar dea*, ſ. fluvius ſcientiæ ab Ebræis dicitur ob Academiam celebrem. B.]

Ναβαταῖοι] a Nebaiot primogenito Iſmaelis Geneſ. 2: 13. a quo orti illam denominationem habuerunt. B.]

Νάρκαι@] ordo poſtulat ut ſit Ναίκκος@. P.]

Ναξ@ . . . θύραι] Salmaſ. ad Solin. p. ſ83. vult legi βύραι. P.]

Νέδων πόλις καὶ τόπ@] ſcrib. ποταμ@. P.]

Νέπετ@] leg. Νίπετ@, ut Suidas & Dion. Halic. Lat. Nepet. B.] Ptol. Νίπετα lib. 3. c. 1. Strab. Νίπετα lib. 5. Livio Nepete, hodie Nepe. P.]

Νέσσων] inde Νεσσώνις λίμνη, Strab. l. 9. vel ut etiam ſcribitur ibidem Νεσσωνὶς, quæ alio nomine Βοιβηὶς dicitur teſte Schol. Pindari ad Pyth. 3. ex Archino in Theſſal. nam Strabo lib. citato duas eſſe aſſerit, quarum Neſſonis major, & Bœbeis minor eſt. Unde corrigendus Scholiaſtes Euripidis in Alceſti ſcribens, quod Theſſaliç λιμὴν, ſcrib. λίμνη, dicitur Βοιβία, καὶ Μεσσωνὶς, leg. Νεσσωνίς. P.]

Νισῦροι] aliis Νεβροὶ & Ὄνεροι, vid. Philoſt. l. 9. c. 17. & ex eo Niceph. Ortelius putat eſſe Ναουάρους, Ptolem. Navaros & Naubaros in Theſ. B.]

Νέων] Harpocrationi Νεών, ſed Androtios apud ipſum vocat Νεῶνας, B. P.]

Νεσιώτη] leg. Νησιώτη poſt Suidam, ordo etiam exigit, nec præcederet τ̃ Νίβιν. B. P.]

Νικαία] enumeratis multis hujus nominis urbibus, addit alias adhuc eſſe, ut circa Thermopylas, at hæc eadem eſt cum ſecunda Locrorum Epienevidiorum. P.] Derivari ab ea non tantum Νικαῖ@, & Νικαεὺς, ſed etiam Νικαιώτης, pacet ex ipſo Steph. in χαιρίν. B.]

Νίσιβις] נציבין *Neſibin* vocant Syri & Philo, & Iranius optime interpretatur, nam נציב *neſib* ſignificat acervum lapidum & columnam. B.]

Νίσυρ@] נסירות *neſiruth* vel *neſirus* (nam ת finale multi Ebræorum ut S pronunciant, non th) ſ. fractio, quod hæc inſula videatur fragmentum inſulæ Cous, unde fabulæ &c. B.]

Νόμβα] Joſephi loco cit. extat Νωβά ; convenienter Ebraico nomini נבה *Nobe*, ſic etiam 70. Interp. ſecundum antiquiſſimum Codicem Alexandrinum Bibl. Anglic. & editionem Complut. habent enim Νωβᾶ ſ Sam. 2ſ: ſ. at aliæ editiones habent, ut Stephanus, Νόμβα : verum Syriacæ & Arabicæ verſiones longius adhuç a textu originali recedunt, nam ſimilitudine ב *b* & כ *ch* decepti interpretes pro Nobe habent Nocha. M.]

Νωμεντὸς] urbs eadem quæ ſupra Λωμεντὸς, & gentilitium nomen Nomentanus degeneravit in Nomentinum, ſecundum Cluverium ſuæ Italicæ l. 2. c. 8. ubi fuſe de hac urbe, quam nunc dici *Lamentano* teſtatur. M.]

Ξ.

Ξάνθ@] fluvius qui prius Scamander dicebatur, quia ξάνθει, ſ. flavas facit oves aquam ſuam potantes, teſte Æliano de animal. l. 8. c. 2ſ. & Ariſtot. hiſt. anim. l. 3. c. ſ2. duplex autem eſt, unus in Lycia, alter in Troade ; hinc Statius 4. Theb. . . . Xanthus uterque. Lycium Xanthum olim dictum Σίρβιν teſtatur Strabo l. ſ4. ex quo debet corrigi Euſtath. cui dicitur Σίρμις ad Il. μ. B. P.] nec mirum ſi vox barbara minus bene deſcripta ſit, nomen enim illud originis Phœniciæ eſt, זרב *Zarab* flaveſcere ſignificat. B.] unde de Xantho interpretare עין זרבי *Anazarbus*, qua voce deſignari urbem Ciliciæ ex Camo Lexicographo docet celeberr. Golius, & Xanthum Lyciæ intelligerem, cum Anazarbus ad verbum ſignificet *fontem flaveſcentem ſive* ξάνθον ; ſed Plinius lib. 5. c. 27. Anazarbenos in Cilicia ponit, aſſeritque Cæſar-Auguſtanos ſuo avo dictos, & Ptolemæus lib. 5. c. 8. meminit Cæſareæ penes Anazarbum, inde Dioſcoridis Anazarbeus dicitur. M.]

O.

Οἄ] ſcribitur etiam Ὄη apud Diog. Laert.

Οδόμαντ@] videtur ſic dici a Græcis אדומין *edomin*, ſ. Idumęi ; nec mirum in confiniis Macedonię Idumæos eſſe, potuerunt enim eo uſque pervenire, Cadmo & Proteo vicinis ducibus, & pulſis Biſaltis eorum ſedes occupare, ut de quibuſdam Cadmi & Protei militibus refert Conon cap. 32. apud Photium auct. ſ86. hinc Odomantos illos fuiſſe circumciſos ſive ἀπεψωλημένους, & habuiſſe αἰδοῖα ἀποτετυλωμένα teſtantur Suidas in ἀποτεθριακώς, Ariſtophanes in Acharn. act. ſ. ſc. 4. & ejus Scholiaſtes ; quod de Idumæis veriſſimum eſt, non enim potuit Edom ſive Eſau, a patre Iſaaco divini fœderis obſervantiſſimo, non circumcidi, nec poſteris ſuis non præripere ſignum illud avo ſuo Abrahamo datum cum promiſſionibus & minis ingentibus ; unde multi adhuc tempore Jeremię circumciſos fuiſſe colligunt e capite 9. 25. & intermiſſam tantum tempore calamitatum Judæorum circumciſionem repetere coactos fuiſſe ab Hyrcano, ut teſtatur Joſeph. antiq. lib. ſ3. c. ſ7. & Gorion. l. 2. B.] Addere liceat potuiſſe etiam ducere originem ab Iſmaele filio Abrahami, & ab ipſo circumciſi, conſtat enim ex Moſe, quod ex Iſmaelis filiis unus dictus Cadma, unde forte Cadmus Gen. 25: ſ5. Inprimis adeo certum circumciſos Idumæos, ut ab illis ritus ille defluxerit ad vicinos Ægyptios, Arabes, & Æthiopes, quibuſcum Judæi regioni ſuæ affixi ob cæremonias ſuas vix ullum habere potuerunt commercium ; ut ab hoc ritu, ſic forte a victu non omnino contemnendum duci poteſt etiam argumentum ad probandum Odomantos Idumæorum affines, apud Ariſtophanem enim loc. cit. Dicæpolis ſe ſpoliatum iri alliis ſuis ab Odomantis queritur, at alliis & cæpis veſci inſolitum & probroſum in Græcia ; hinc Cario apud Ariſtoph. ruſticos quoſdam per contemptum vocat θύμον φαγόντας *cæpas comedentes* : at regionibus Idumæam circumambientibus in deliciis erant cæpæ, allia : & hinc ea tanto ſtudio coluerunt Aſcalonitæ, ut cæparum genus dictum fuerit Ἀσκαλωνάιον, hodieque vocemus *Eſchaloztes*, imo urbs ipſa dicta Κρομμύων quaſi *Cepetum* ;

tum ;

tum; vid. ſup. in his nomin. Sic Iſraelitæ in deſerto manna & coturnicibus abundantes cæpas & allia deſiderant, & Herodotus in Euterpe, mille & ſexcenta talenta argenti in raphanis, cępis, & aliis pro pyramidatum ſtructoribus, qui Iſraëlitæ putantur, impenſa ſe audiviſſe teſtetur. Denique, quod validius puto, Scholiaſtes Ariſtophanis loc. cit. de Odomaotis habet: Φασὶ δὲ αὐτοὺς Ἰυδαίυς εἶναι *dicunt ſe Judaos eſſe*, ſcilicet quia eandem cum Judæis originem habebant & ab Abrahamo & Iſaaco orti erant, unde & fratres Iſraelitarum Idumæi dicuotur Deut. 23: 7. Fruſtra autem huic conjecturæ non ioſiſtimus, ſed ſperamus iode lucem affulſuram litteris Arii Lacedæmooum regis pootifici Judæorum Oniæ ſcribentis, ſe inveniſſe, Judæos & Lacedæmones fratres eſſe 1 Macb. 12: 21. quod cruciat omnes interpretes, & facile perſpicuumque erit, ſi Idumæi quidam, Judæorum affines & Judæos ſe aſſereotes, partem Græciæ occuparint, & cum Lacedæmoniis *aliquod fœdus percuſſerint*, fœdere enim fraternitas quædam contrahebatur, vid. Polyb. frag. lib. 7. pag. 503. ubi fœderis formula inter Hannibalem & Græcos icti extat: quodque facile etiam fieri potuit, ut coloniam io Laconia habuerint, per totam enim Græciam diſperſi fuerunt Cadmi comites; revera ipſe Stephanus id ſuo calculo comprobat, cum de Judæa agens ex Claudio Iolao refert dictam ἀπὸ Ἰυδαίυ Σπαρτωτ@, ἐκ Θήβης μετὰ Διονύσυ ἐστρατευκότ@, quis Judęus ille Dionyſium e Thebis in orientem proficiſcentem ſequens, oiſi aliquis ex Idumæis illis, qui Cadmum Dionyſii avum comitati fuerant, ortus, cuique mendax Græcia denominationem Judææ tribuere voluit, ut ipſa crederetur antiquiſſimi populi origo, & hac ſabula obliteraret priſtinam Idumęorum, qui in Gręcia fixerant ſedes, memoriam; ne autem ab *Edomin*, ſive Idumæis, Odomanti nimis videantur differre, licet ſola terminatio Gręca τοι ſit addita, & ex Edomin Ἐδομιντοι primo, mox Ὀδομαντοι evaſerint, ſciendum quod regio Ὀδομαντικὴ a Ptolemæo lib. 3. cap. 13. & Suida dicatur alio nomine Ἡδων vel Ἡδωνὶς, eodem omnino nomine, quo Idumæa, quę ſolet Edom dici Geneſ. 32: 3. 36: 31. & Eſaię 63: 1. in N litera M ſola mutata, quia nunquam terminat voces Gręcas. Edonii autem dicti incolę Solino cap. 15. vide de iis Virg. Æneid. 12. & Servium ibid. M.]

Οἰανθη] Pauſanię in Phoc. Οἰάνθεια. Melę l. 2. c. 3. Oeanthia. Scylaci Εὐανθὶς. Ptol. Εὐανθία l. 3. c. 15. Niger utrumque nomen conjungit & ipſi ex Euanthia ſive Oianthe, hoc tamen prętulerim; ſed omnino male Polybius lib. 4 vocat Οἰνάνθειαν, deme igitur primum ν & ſcribe Οἰάνθειαν. P.]

Οἰσύμη] altum apud Homerum Οἰσύμης ſilentium, ſed Αἰσύμης meminit, de qua ſup. Thucydides autem non dicit Macedonię urbem eſſe Oeſumen, ſed potius Edonorum: corrig. Diod. Sicul. lib. 12. ubi habet χύμη pro Οἰσύμη, quemadmodum Stephanus noſter in Γαληψὸς, hunc ipſum Thucydidis locum referens. Corrigendus etiam verſus 655. Periegeſis ſive Marciani Heracleotę, ut placuit Morello, ſive ut mihi Scymii, vel Apollodori Chronologi, qui ſic editus eſt,

μετ' Ἀμφίπολιν δὴ πρότερον ἡ χυβὴ πόλις,
Θασίων γενομένη . .

Pro ἡ χυβὴ leg. Οἰσύμη; revera Thaſiotum colonia, ut Thucyd. l. c. P.]

Ὀλβία] male diſtinguit urbes Ὀλβία & Ὄλβα dictas, nam Ὀλβία eſt urbs Pampbilię, ut teſtantur Strabo l. 14. Scylax, Ariſtot. & alii: Ὄλβα autem Cilicię. P.]

Ὀλιζὼν] urbs Magneſię Strab. l. 9. Plin. l. 4. c. 9. Scylax; at ob viciniam Theſſalię tribuit Stephan. Suidas vero Thracię, qui ſine ratione Μελιβοιον in illa voce dici aſſerit: Catullus vero, vel potius exſcriptores ignari, Eriſonam carmine 65. quod inſcribitur *Argonautica*, ſed melius, *nuptiæ Pelei & Thetidos*, in his verſibus, quos in integrum redintegrare fruſtra laboravit Turnebus Adverſ. l. 24. c. 9.

Myniaſin, linquens doris celebranda choreis,
Cranona Eriſonamque &c.

Lege autem

Myniadum linquens latus celebranda choreis
Cranona Oliſonemque &c. P.]

Ὀλύκραι] M. videtur deeſſe & leg. Μηλύκραι, de qua ſup. P.]

Ὀμβρικοὶ] gens quę interjacere dicitur intra Padum & Πικεντινῦ leg. Πικηνῦ. P.]

Ὀμηρῖται] de iis in Geogr. Sacr. Phal. l. 2. c. 15. Boch.]

Ὀπικοὶ] Servius Æneid. 7. *Oſcorumque manus*. Oſcos dicit Ophios dictos, quod illic plurimi eſſent ſerpentes B.]

Ὄρραθα] forte aotiq. אור *Ur* Chaldęorum. B.]

Π.

Παναῖοι] legit Heſychius Πάναιοι, Phavorinus etiam. B.]

Παράδεισ@ urbs noo fuit, ut nugatur Stephaous, nam nec muros contra hoſtes vel feras, nec tecta contra noxias aeris tempeſtates habuit, quia quandiu ſtetit, ſola primorum parentum innocentia ſufficiebat ad arcenda omnia incommodorum genera; nec totus mundus nomine paradiſi deſignatus eſt, ut vult in ſuo Theſauro Ortelius, cum Adamus in Paradiſum fuerit introductus ex alia orbis parte in qua fuerat conditus, & ex Paradiſo poſt peccatum in aliam regionem legamus ejectum: locus igitur fuit certus & definitus omnigeniis abundans deliciis, quibus cum nunc deſtituatur, mirum non eſt ſi nondum perfecte cognoſci ejus ſedes potuerit, noſceretur tamen, niſi immatura mors magnum eripuiſſet Bochartum, & ad cœleſtem Paradiſum evexiſſet, dum in terreſtri indagando occuparetur; ſed ejus veſtigia ſequens ex unica filia nepos magnæ ſpei adoleſcens Samuel le Sueur Dom. de Colleville inchoatum, Deo dante, jamjam perficiet opus. M.]

Πάραλ@] metuo ne Stephanum ſefellerit Thucydides lib. 3. ubi Melvenſes in tres partes dividit, quarum prima comprehendit παράλυς, i. littorales, quos pro cujuſdam urbis incolis accepit, ſicut Ortelius unico illo Thucydidis loco fretus; atque potuiſſet citare Polięnum lib. 3. apud quem Φορμίων περὶ Ναυπακτὸν ἐν τῷ παράλῳ, ſed additur πλέων navigans, ut πάραλ@ intelligatur de navi qua hoſtes perſequebatur. P.]

Παρθυαῖοι] ſic Parthi vocati a Medis, quibus ut Chaldęis פרתא *partha fimum, lutum*, & *ſtercus* ſignificat, ut epitheta Gręca etiam indicant, modo ſe recte habeant, nam pro αἰγκάδας vox inanis in textu Steph. lege τεναγώδας *cœnoſos* & ἰλώδας paluſtres. B.]

Παρνασσὸς] pridem doctis notum hoc nomen Cadmo & ſociis debere ſuam originem, פרנס *parnas* enim Syris ſignificat *paſcere*, & פרנסין *parna-*

ſin paſtores dicuntur, quia autem ad montem illum gramine ovibus grato celebrem ſæpe greges ducebant, ab eorum nomine ſuum accepiſſe certum eſt. B.]

Παρμασία . . . παῖς ὁ Εὐβώτου] ſcribe ex Schol. Euripidis in Oreſte τοῦ Ἰάσου P.] Additur quod Nicanor vocavit Παρμασίαν, lege ex Euſtathio Παρβασία, ut ratio nominis ſuadet, nam παρανομία & παράβασις, vel παραβασία, eamdem habent ſignificationem verſ. ſeq. lege etiam φιλύβρις pro φιλοῤῥόχις. B.]

Πασαργάδαι] Παρσάγαδα ſecundum Curtium, & originem vocis, nam פרס־גד *paraſgad*, i. Perſicus exercitus. Poteſt tamen tranſpoſitio probari, & Pietro della Valle teſtatur adhuc hodie dici *paſſergarde*. B.]

Πάτυμος] Arabiæ urbs dicitur, quia Arabiæ contermina, ad Ægyptum enim pertinebat, eſtque una urbium ab Iſraelitis conditarum Exod. 1: 11. Ortelius habet Iſmaelitas, ſed mendoſe, in Theſauro, ubi de Phiton, quæ eadem eſt, ut & Python, de qua lib. 1. orac. Sibyll.

Πυθὼν, ἡ τὸ πάλαι δίπολις κτισθεῖσα δικαίως
Python urbs olim gemina urbis condita jure.

Oraculum ſane, nam meræ tenebræ & ambages: δίπολις male pro duplici urbe, eſt enim διόσπολις, urbs vere antiqua, quæ poſt reſtaurationem Πυθεὼν dicta fuit. Præterea pro δικαίως lege ἀδικαίως καὶ ἀδίκως. Herodotus, ut Stephanus, Patumon vocat & Arabiæ adſcribit. B.]

Πειραιός] dicit eſſe etiam hujus nominis portum Corinthi, ſed diſtinctius loquendum fuit, duos enim habuit Corinthus, unum ad ſinum Sarronicum, teſte Xenophonte, alterum ad Cryſſarum, de quo Thucydides lib. 2. ille Cenchreæ, hic Lecheæ, Plin. l. 4. c. 4. P.]

Πελασγία] de Pelaſgia & omnium Græcorum antiquiſſimis Pelaſgis fuſe & erudite agit Palmerius Grent. ſuæ Græciæ lib. 1. cap. 9. quæ in lucem emiſſa eſt. M.]

Πέλινα] inde analogia & Salmaſius in Solinum volunt formari Πελιναῖον montis nomen, non Πελληναῖον, ut habet Stephanus. M.]

Πεπάρηθος] Plin. lib. 4. c. 12. teſtatur quondam dictam *Euonum* lege *Evœnum*, i. εὔοινον, nam a bonitate vini hoc nomen ſortita eſt, inter præſtantiſſima enim vina celebrabatur, licet minoris eſſet famæ hoc vinum, quoniam poſt ſex annos non placebat, teſte eod. Plin. l. 14. c. 7. B.] Generoſis etiam vinis accenſetur apud Athen. l. 1. c. 23. ibid. tamen inimicis dandum additur, unde acopia poſſet dici, non a præſtantia vini. M.]

Πέρσαι] imo dicitur ab equitatu, & פרש eſt eques; vide Phaleg. l. 4. c. 10. B.]

Πετρόσακα] non Arabiæ locus eſt, ſed Arcadiæ, teſte Pauſania in Arcad. ſic etiam in prima editione legebatur. B.]

Πηλούσιον] urbs Ægypti, per quam efluit primum os, add. Nili. M.]

Πίλωρος] leg. Πίλωρος, cum Herodoto lib. 7. §. 22. P.]

Πίνδασα] pro Κιλικίας lege Λυκίας, vel ipſo Stephano teſte in Αρτύμνησος. B. P.]

Πιτάνη] lege Πισσαῖοι, ut ſeries poſtulat, & Polybius teſtatur circa finem lib. 5. M.]

Πλάτανος] vide Δόλβα ſup. M.]

Πλινθίνη] urbs dicitur Ægypti bene, ſed quod additur ἀπὸ Σαμαρείας, peſſime doctiſſ. Caſaub. ad Athen. l. 1. c. 25. vult legi ἀπὸ τῆς ἐν Σαμαρείᾳ, quaſi a Libna Samariæ urbe, cujus nomen Ebraice ut Græce Πλινθίνη urbem lateritiam ſignificat, ſed hoc ſubtilius eſt, & ſimpliciter legi ſuadeo ὑπὸ τῆς Μαρείας, nam ad *Mariam* fontem oppidum illud conditum erat. B.]

Πολίχνη πόλις Λυδίας] leg. Λυκίας cum Plin. & Ptol. πλησίον Λιμύρων lege Λαμύρων, ut ſup. B. P.]

Πορφυρεών] Ortelius in Theſ. dicit vocari a Blondo & Tyrio Caipham, unde corrigendus R. Benjamin in Itiner. qui vocat נפס *Nephas*, vitio ſcribarum, qui ſimilitudine litterarum נ *n* & כ *c*, ut ם & ס, decepti *Nephas* pro *Caipham* ſcripſerunt. Unde altero nomine huic affini dici addit גד־החפר *Gad-hacapha*, i. *Gad nitida*, vel potius *portuoſa*, nam in littore ſita eſt. Πορφυρεὼν autem dicta à purpuræ officinis. Cum Acco confundit Poſtellus, ſed Benjamin optime diſtinguit, & tribus paraſangis ab ἀκαδι, quæ eſt Acco, diſtare aſſerit. B.]

Ποταμοσάκων Σάκων ὄνομα κύριον] hæc verba ſic vertit Ortelius in Theſauro, *Potamoſacon proprium Sacorum nomen*, male, ſic enim debent exponi, *Sacon* eſt nomen proprium &c. ut ſenſus ſit, Ποταμοσάκων ſignificare fluvium Sacon. B.].

Προσέληνοι οἱ Ἀρκάδες] contumelioſe ſic dicebantur, quod nimis ſuam antiquitatem jactarent, quaſi ipſa luna qua dementiebant antiquiores eſſent, unde Scholiaſtes Æſchyli in Prometheo vincto circa medium, ubi queritur Prometheus ſe eſſe προσελήνισθον, hanc vocem exponit per ὑβριζόμενον, & Heſychius προσέλην reddit προπηλακίζει, *illudit* & *probro afficit*; quod lubentius annoto, quia memini ante quadraginta annos id obſervatum in Theſi de antiquitat. linguæ Ebr. a clar. Ezechiele Spanhemio, cum ſimul Leidæ arctiſſima amicitia conjunctiſſimi litteris Ebraicis & Arabicis operam daremus. M.]

Προῦσα] Pruſam a Pruſiade diſcriminat Stephanus, ſed in multis diſcrepat a Strabone, vult enim Pruſiadem olim dictam Cium, & a Pruſia Zelæ filio reſtauratore ſic vocatam: Strabo vero l. 12. confundit Pruſiam cum Pruſiade, aſſerens Pruſiam dictam antes Cium, & novum nomen a Pruſia filio Zelæ (non Ζηλάτα, ὃ enim eſt Art.] habuiſſe: ſuam autem Pruſiam Stephanus addit conditam a Pruſia qui contra Cyrum pugnavit, at Strabo ſcribit pugnaſſe contra Crœſum; uterque corrupte, & legendum contra Cierum ex Memnone ob rationes allatas in Exerc. Crit. p. 336. P.]

Πυγμαῖοι] pauci ignorant quæ Cteſias in excerptis, Ariſtoteles hiſt. anim. lib. 8. cap. 12. Homerus, Mela, Plinius, Strabo, Gellius, Juvenalis, & alii ſcripſerunt de Pygmæis, gente cubitali, cuique bellum atrox inferunt grues. Omnia in fabularum album referre eſſet temerarium; cum etiam in noſtra Europa, & noſtro ævo, ad ſeptentrionem reperiri Olaus Magnus referat tales homines quos vocat *derelinger quaſi unius paſſus altos*, ut interpretatur Ortelius: ſed quod majori conſideratione dignum eſt; in ipſo S. Scripturæ textu Pygmæos invenimus Tyri turres propugnaſſe Ezech. 27: 11. juxta Vulgatam verſionem, Aquilam, Judæos Hiſpanos quorum verſio habet *enanos*, i. *nanos* ſive pumiliones, juxta etiam commentaria Rabbinorum Salomonis, Kimchi, Abrabanelis &c. ne ineptum autem videatur Tyrios ſuas turres credidiſſe pumilionibus, ad memoriam revocandi ſunt Jebuſæi qui cœcos & claudos Davidi opponebant ad ludibrium, 2 Sam. 5: 8. Huic tamen ſententiæ non poſſum aſſentiri, & Pygmæos, cum Gammadæis Fulleri, Tyro excludendos arbitror. גמדים *gamadim* igitur Ezechielis, & Πυγμαῖοι veri, ſic dicuntur nullo reſpectu ad ſtaturam, ſed ad vim lacertorum, ut nos vocamus

des

des hommes de main, qui manus promptas habent ad propulſandas injurias, ſi centuriones pugnaces *lacertoſos*, & Lyſiæ eloquentiam habere *lacertos* dixit Cicero: ſic Hieronymus interpretatur *bellatores, & ad bella promptiſſimos ἀπὸ τῆς πυγμῆς*, inquit, *quæ Græco ſermone in certamen vertitur*. M.]

Πύλη τόπος Ἀρκαδίας] leg. Ἀχαΐας. P.]

Πυξοῦς ... Μιάνθα] leg. Μικύθου ex Strab. l. 6. & Diod. l. 11. B.]

Πυῤῥαία] leg. Πύῤῥαια & paulo poſt Πύῤῥας ex Plin. l. 31. c. 2. qui Pyrrham habet, & Euſtath. ad Il. π. & Athen. lib. 2. c. 4. & Strab. lib. 9. P.]

Πυρήνη] leg. Πυρήνη, unde Pyrenæi montes. B.] Πυῤῥηναίων ὀρῶν Pyrrenæorum montium meminit Georgius Acropolita, & ſitos eſſe dicit inter Epirum & Græciam ſuam, hiſtoriæ ſuæ ſect. 80. M.]

Ρ.

Ῥάφεια] fabulatur ſic dici a Baccho qui Εἰραφιώτης, i. aſſutitius, παρὰ τὸ ἐῤῥάφθαι τῷ μηρῷ τοῦ Διός, *quod inſutus fuerit Jovis femori*, inquit magni Etymologici auctor; ſed originis Syriacæ eſt, unde in Paraphr. Jeroſ. num. 34: 15. legitur, & legi debet in Chaldaica Deut. 2: 23. pro דפיח *dephiah*, nam ד d ob ſimilitudinem quam habet cum ר r facile in ejus locum irrepſit, ſed veram lectionem Arabica verſio conſervavit, habet enim רפח *Rephah*, & nomini Ebræo reſpondet חצרים *chatſerim*. B.]

Ῥῆγμα] a Rhegma filio Cus, de quo Gen. 10: 7. B.]

Σ.

Σάβαι] de Sabæis jam ſupra in Abaſſenis, & abunde Boch. in Phaleg.

Σάκος ... Λακεδαίμονι] leg. Μακεδονίᾳ. P.]

Σαμάρεια] non debet confundi cum Neapoli, quæ antiquæ Sichem locum occupat, Hieron. Epiſt. 27. Sichem itaque, non Samaria, dicta Neapolis. B.]

Σάμψα] *Samſa* potius, cum ſol Arabibus dicatur שמש *Samſon*, ſed aliter Græci duriuſculum ſonum efferre non potuerunt. B.]

Σαμψείρα] ex derivato colligitur nomen urbis fuiſſe Σαμψείριον, ut Μάρεια, hinc Σαμψειρίσται in Adriani nummo, vide Goltzium. B.]

Σανδάλιον] item Lacedæmonis locus ſic dicebatur ab Helenę ſandalio, quod illic exciderit dum Paridem inſequentem fugeret, Ptolem. Hephęſtion apud Phot. auct. 190. B.]

Σαχαλίται] gens Indica dicitur, i Arabica, Sachalitis enim ſinus in Arabia felici, teſte Ptol. l. 6. c. 7.]

Σεκέλα] imo Σικέλλα Joſeph. antiq. l. 6. Ebraicè vero צקלג *Tſiclag*.

Σελεύκεια] dicit quod prius vocabatur Ολβία, legendum Ολμία ipſo teſte ſupra in Ολμοι, Plin. l. 5. c. 27. & Strab. l. 14. P.]

Σερμυλία] Σερμύλη Herod. l. 7. §. 122. ubi fruſtra Mauſſacus in ſuis ad Harpocrationem Notis vult legi Ολύνθου, Σερμύλις Thucydidis Scholiaſti ad lib. 1. ubi agit de Sermyliis. Apud Scylacem putat doct. Voſſius pro Σερμυλία male ſcribi Ισμυρεια; ſed miror non vidiſſe etiam, quod ſinus qui illam immediate ſequitur dicitur Συρμαϊκός pro Σερμυλικός, æquè probabiliter B.]

Σεσάρηθος] forte Δασσάρητος, & id mendum ex Strabone corrupto fluxit, qui in Illyride Seſareſios, de quibus tacent alii auctores, ponit, tacet autem Daſſaretios ab aliis omnibus commemoratos; ſcripſiſſe igitur puto initio Δασσαρήτας, & ex iis male ſucceſſu temporis Seſareſii. P.]

Σηλυμβρία] male ſcribitur Συληνβρία a Conſtant. Porphyrog. lib. 2. Them. 1. P.]

Σιαγαθουργοί] imo Ἀγαθύρσοι legendi ſunt apud Marcianum; vid. doct. Voſſ. in Notis ad frag. Peripli Ponti Euxini. B.]

Σίγγυ] de qua Ælian. de animal. l. 13. c. 20. ſed pro Σιγεῖς leg. Σίγγυ. P.]

Σίνδος] nunc apud Herod. leg. Σίνδος. P.]

Σκάπτης ὕλη] urbs auri ſodinis celebris, teſtibus Herodot. lib. 6. §. 46. & Plut. in Timone, quibus dicitur Σκάπτη ὕλη & diviſim ſcribitur. Hoc nomen non intellexit interpres, qui Latine reddidit *effoſſam materiam*, quaſi urbis nomen non eſſet, quod deſumptum eſt a ſylva effoſſa. Petro Bellonio lib. 1. obſ. cap. 61. dicitur *Cypſella*, a Turcis autem Chapſylar, & aluminis ſodinis celebrem eſſe teſtatur. M.]

Σκῆψις] ex hac urbe regionem facit Plin. lib. 11. c. 37. P.]

Σκιλλοῦς] de ea Xenophon lib. 6. Hellad. Strab. lib. 8. Pauſan. Plutarch. & alii, ſed quia Ortelius legit Σκιλλόντα & ſimiles caſus, putavit rectum debere eſſe Scylluns, ſine ullo auctore; magis adhuc corruptum ejus nomen apud Stob. ſerm. 7. ubi pro Σκιλλόντι legitur Σκιαλίντι. P.]

Σκοτιταί] leg. Σκοτιτάς ex Pauſ. in Lacon. & Polyb. l. 16. B. P.]

Σόλλιον] Thucyd. lib. 2. habet Σόλιον, ejus Scholiaſtes vero τὸ Σόλλιον πόλισμα τῆς Ηπείρου ἐστὶν ἐν Ἀκαρνανίᾳ, e ditione igitur Acarnanenſium erat, ſed in Corinthiorum poteſtatem ceſſit. Idem Thucyd. lib. 3. habet Σόλλιον & lib. 5. Σόλλειον. P.]

Σόλοι] unde ſolœciſmus ἐν αλε * * forte ἐν Ἀλιάσιν, ſcripſit enim περὶ Ἀλιάδων, teſte Clement. Alexand. lib. 1. Strom. vel ἐν χιλιάσι, ut citatur apud Athen. p. 436. vid. Meſnag. in Laert. pag. 18. B.

Σολύγεια] caſtellum dicit eſſe Thucydides lib. 4. in colle cognomine ſitum vergenſque, ut patet ex ejus deſcriptione, ad mare Ægæum, non vero Criſſæum, ut putavit Niger Comment. 11. P.]

Σοῦσα] optime deducitur nomen a liliis, quæ Ebraicè שושן *ſonſan* dicuntur; Ciſſii autem cur dicantur incolæ, docet Boch. Phal. lib. 4. cap. 12. & a Chus patre Nimrod petitur ea denominatio. B.]

Στάγειρα] celeberrima Ariſtotelis natalibus, & vel hoc nomine meretur reſtitui Ptolemæo, apud quem pro ipſa legitur Στανταίρα lib. 3. P.]

Στρατονικεία] non poteſt Macedoniæ adhęrere, & juxta Cariam eſſe; ſcribendum itaque Μακεδόνων ἐστὶ κατοικία, teſte Strab. lib. 14. vel eſſet mutanda vox Carias, ut ageretur de Stratonicea quę ad Athos juxta Ptolem. P.]

Στρύμη] de illa urbe Herod. lib. 7. §. 108. ac Suidas & Harpoc. inſulam faciunt. P.]

Συήνη Ebr. סוה *Sevene* Ezech. 30: 6. hinc Olympiod. apud Phot. auct. 8. ſcribitur Σοήνη; de ea Pauſan. in Atticis. Et ſępius alibi. Nilum autem Sirim dici conſtat ex Dion. Perieg. & Plin. l. 5. c. 9. nomen autem illud formatur ex Ebr. שחור *ſihor*, quo deſignatur Eſa. 23: 7. & Jerem. 2: 18. ſignificat autem nigrum, quia *Ægyptum nigra fæcundat arena*, ut ait Virgilius, unde & apud Plutar. Euſtath. Stob. & dicitur Μέλας,

apud Servium Melo, apud Vitruvium Nigir, & Nigris apud Plin. & Solin. B.]

Σύβρα] ſeries poſtulat ut legatur Σύμβρα, de qua etiam agit Ptolem. l. 5. c. 3. M.]

Σύρος] errat Steph. equidem Strabo meminit inſulæ Syrus Pherecydis patriæ, eamque Cycladibus adjungit, de Syro autem Ionica vel Acarnanica lib. 12. ne unum verbum habet. P.]

Σχοινοῦς] portus non longe a Corintho Strab. l. 8. & 9. Plin. l. 4. c. 7. cui alter Cænitas dicitur cap. 5. ſed melius Melæ l. 2. c. 3. Schœnitas, nomine ad Græcum accedente. Schœni autem oppidi Arcadici meminit Pauſan. l. 8. quod regionem vocat Ortel. in Theſ. ſolito errore, χωρίον enim cum χώρα ſæpe confundit, quod obſervandum. P.]

T.

Τάβαι] ſive Ταβηνὸν πεδίον, ut Strab. lib. 13. P.]

Ταίβιοι] imo Γάβιοι, Varro de Ling. Lat. Dionyſ. Hal. l. 1. & Plut. in Rom. B.]

Ταίναρος] Tænari promontorii meminit Plin. l. 4. c. 5. & ibid. Tænatum urbis eſt nomen, ſic Pauſan. in Lacon. qui addit, quod antiquitus Tænarum, ſed ſuo tempore Καινήπολις dicebatur, (male contrarium ex ipſo refert Ortel.) Solino cap. 13. Tænaron, Schol. Apoll. Rhod. 1. Argon. Ταίναρον eſt urbs, palûs & promontorium, vultque dici a Tænaro filio Elati & Erimedæ: at Plut. de ſera numinis vindicta, & Scylaci dicitur Ταίναρος. Nicephorus Gregor. lib. 4. *Matapan* ſuo tempore dici, Niger vero *portum de qualeis* (i. de coturnicibus) aſſerunt.] טנר *tanar* petram & ſaxum ſignificat, & inde promontorium ſaxoſum dici potuit, & ab eo urbs. B.]

Τάρνη] aliter Ἄρνη, ut Etymolog. mag. in hac voce. B.]

Ταρσήιον] ſi non eadem urbs cum Tarteſſo, eamdem tamen habet originem, ſcilicet a Tarſis filio Javan, vid. Chanaan lib. 1. c. 34. B.].

Ταρχώνιον] vult dici ἀπὸ Τηλέφου παιδὸς Τάρχωνος, quod intricatum, & verti debet, a Telephi filio Tarchone, ut Lycophronem & Servium habeat conſentientes; ordo itaque exigit ut ſcribatur ἀπὸ Τάρχωνος Τηλέφου παιδός, ut vult Cluver. Italiæ lib. 2. cap. 3. B. P.]

Ταῦρος] טור *thour* montem ſignificat, & ſeriem etiam atque ordinem, ſic duplici ratione ab hoc nomine petita Taurus mons continua montium ſerie conſtans & ſimiles montes dici potuerunt. B.]

Τέγυρα] Plut in Pelop. Τεγύραι & alibi, at Lycophr. in Alexand. Τέγγυρα. P.]

Τεμβρος] in ea colitur Apollo ἠλάτης leg. ὑλάτης ipſo Steph. teſte ſupra in Αμάμασσος, & Ἐρυθεία. B.]

Τενέα] de ea Strab. l. 8. & Pauſan. in Corint. & Cic. ad Attic. l. 6. ep. 2. ubi tamen pro Tenea male ſcribitur Tene. P.]

Τερμισσός] Strab. l. 13. Τερμησσὸς & Livio l. 38. qui Pamphiliæ eam adſcribit, at Dionyſ. Perieg. Τερμισσὸς & Schol. qui inſuper Τερμισσὸν dici aſſerit: Plin. Thelmeſſum vocat lib. 30. c. 1. P.]

Τεύτγλουσσα vel Τεύτλουσσα] videtur eadem quæ Thucydidi l. 8. Τεύγλουσσα & Plinio Scutluſa dicitur, hinc forte corrigendi. B.]

Τηνέδιον] Argivis adſcribit Strab. l. 8. & Pauſ. in Cor. & Niger teſtatur ſitum in media planicie qua itur ab Argo Nauplium Com. 11. nimis liberaliter igitur a Stephano conceditur Meſſeniis. P.]

Τίβειον] monet me clariſſ. Brioſius legendum Τίβιον, & paulo poſt Τίβιος de ſervis non Τίβειος poſt Lucianum in Timone, ubi *qui modo Pyrrhias aut Dromo aut Tibius, jam Megacles aut Megabyzus dicitur*; & de ſaltatione ubi Δάων καὶ Τιβίων καὶ μαγείρων πρόσωπα Lampadum & tibicinarum coquorumque perſonas vertit Obſopæus ridicula metamorphoſi, Davos & Tibios mutans in Lampades & Tibicinas. Sane Scholiaſtes Ariſtoph. in Acharn. act. 2. ſc. 1. Xanthias, Tibios, Davos, Peloſque eſſe ſervilia nomina teſtatur, Strabo etiam lib. 7. de Tibio & aliis, & Suidas Τιβία ὅλη ἡ Φρυγία *Tibia tota Phrygia* nuncupatur, hinc Phryx etiam pro ſervo & Ἀνδράποδ' ἐκ Φρυγίας &c. Eraſmi adag. col. 1022. Tibiæ Phrygum inventum ex Teleſte Athen. lib. 14. cap. 2. & Tibiæ Græcæ ab iis differebant, Pauſan. Eliac. & Phrygium nomen iis convenientius quam Latinum. M.]

Τίβυρις] olim dictam Πολυστέφανον aſſerit; ac contra Strabo l. 5. & Plin. l. 3. c. 5. qui hoc nomen Præneſti tribuunt. B.]

Τιγρανόκερτα] revera Tigranis urbem ſignificat, nam קריה *Kiriah* Ebr. קרתא *Karta* Chald. & Arab. urbs eſt; hinc ſupra Δαδίκαρτα, Κυρίκαρτα pro Κυρίκαρτα, i. Cyri urbs, & Μανιάκαρτα, ſic apud Arrian. exped. l. 3. Ζαδράκαρτα, vel ut mox Ζευδράκαρτα &c. B.]

Τιθορέα] mallem cum Pauſania lib. 10. pro quo citat 9. Phocidi tribuere, imo cum Plutarcho in Sylla. P.]

Τίος] eamdem puto quæ Τεῖον Strab. l. 10. gentile Tianus hinc corrigi debet Plin. Sec. l. 10. ep. 79. ubi meminit Theanorum, pro Tianorum. P.].

Τίτανα, ... Σικυωνίας] imo Theſſaliæ, vid. Euſtath. p. 251. 43. B.]

Τόρρηβος] Nonnus lib. 13. verſ. 466. habet Τορρήβιον & Dion. Halic. lib. 1. a Lydo & Torebo Atios filiis dictas vult duas gentes, ſcilicet Lydos & Torebos qui in Græco textu ſunt Τόρυβοι. P.]

Τορώνη] Sithoniæ Xenoph. Hell. l. 5. Chalcidicæ Thucyd. lib. 4. Paraxiæ Ptol. lib. 3. tribuunt. P.]

Τραλλία μοῖρα τῆς Ἰλλυρίας] Thraciam verſus, hinc permeante Thraciam Ageſilao apud Plutarc. ſoli Tralles mercedem ob tranſitum petunt & ferociores erant, unde Heſych. teſtatur, Tralles dictos Thracas qui certo pretio ſuam operam regibus ad cædes elocabant carnificumque munere fungebantur. M.]

Τρεμίλη .... Σίβρου] leg. Σίβρου, ut Strab. lib. 14. B. P.]

Τρίτη .... περὶ Σαμύκλαν] puto legendum Σαλμύκα, locus notus eſt. B.]

Τρώγμοι] vid. Phaleg. l. 3. c. 11.]

Υ.

Ὕβλη .... περὶ Καρχηδόνα] leg. Χαλκηδόνα, niſi forte ſit circa Carchedonem Armeniæ, de qua in Καρχηδών, nam de Aſiatica urbe agitur. P.]

Ὕδη .... Ιαρδάνου θυγάτηρ] leg. Ιαρδάνου. P.]

Ὑδισσός] Ptol. lib. 5. c. 2. Ὕδισσα, male ſub Tmolo ſitam aſſerit Niger Geog. Aſiat. Com. 1. Hydiſſam cum Hyde confundens, Plin. l. 5. c. 29. meminit Hydiſſentium. P.]

Ὑλλεῖς] Ὑλλοὶ & Ὑλλινοὶ Scylaci in Perip. Ὑλλῆες Apoll. Arg. 4. Euſtathio etiam ad Dionyſ. Perieg. qui addit Apollodorum vocare Ὕλλον, & urbem eſſe Ὕλλου dictam. P.]

Ὑπερβόρεοι .... ὑπὸ τὰ Ἄλπεια] pro ὑπὸ leg. ὑπὲρ. B.]

Ὑπερησία .... πηγὴ Μεσσηΐς] Μεσσηΐς fons, non regio,

regio, teſtibus Homero Il. 3. verſ. 457. & Strab. l. 9. ſicut & Hyperera. P.]

Ὑποθῆκαι] leg. ὑποθῆβαι. B. P.]

Ὑρία . . . . . Ἰσαυρίαν Σελεύκειαν, ᾗ παραῤῥεῖ ὁ καλύκαδνος] at Ptol. longè ab Iſauria Seleucia Calycadnum fluvium ſtatuit, ſed juxta eam Catarractum. P.]

Ὑρίθιον] leg. Ὑρνήθιον, locus eſt ſic dictus ab Hyrnethone muliere ibi ſepulta, cujus hiſtoria refertur à Pauſan. in Cor. P.]

Ὑςάσπαι] pro Hydaſpis. B.]

Ὑάπη] leg. Ματιηνῶν pro Μασιλιωτῶν. B.]

Φ.

Φάκουσα] ἀπὸ τῆ Φακῶν, lentibus enim abundabat; hinc Ovidius Faſt. 5:

Et pereunt lentes, advena Nile, tua.

Virgil. Georg. 1:

Nec Peluſiaca curam aſpernabere lentis.

Martial. 13: 5.

Accipe Niliacam Peluſia munera lentem.

Auſon. Idyl. 17.

Et Peluſiaco de ſemine plana teres lens.

Vid. Gellium lib. 17. c. 8. & Plin. lib. 18. c. 12. ubi cœlum ſiccum legumen illud requirere dicitur, quale eſt in Ægypto. B.]

Φία] Thucyd. lib. 2. ſicut Homer. Il. η. verſ. 135: Φειὰς vocat: eam Piſatidis initium facit Strabo l. 8. qui ibid. legit apud Homer. Odyſ. ο. verſ. 296 Φ ᾶς de eadem, ubi hodie legitur Φερὰς, ſicut apud Diod. Sic. lib. 12: mendoſè proculdubio; niſi binominis fuerit hæc urbs, & eadem cum Pheris illis, quas Achaiæ tribuunt Plin. l. 4. c. 5. Plut. in Ag. & Cleom. Ptol. l. 3. c. 16. Quod contingere potuit ob viciniam Elidis & Achaię; ſed excuſari ea ratione non poteſt Heſychius, qui Φειὰς dicit eſſe Theſſaliæ urbem. Legendum itaque pro Θεσσαλίας, τῆς Ἠλείας ſecundùm Bochartum. P.]

Φοιβηθὴς . . . . . ὥρα πολλῶι] ſcrib. Ὧρος Ἀπόλλων; vel Ὡραπόλλων uno verbo poſt Suidam, qui Philoſophi hujus Ægyptii doctrinam & mores deſcribit. P.]

Φθιροφάγοι] leg. Φθειροφάγοι cum Strab. lib. 11. Mela quidem l. 1. c. 19. Pthirophagos habet; ſed Latinis auribus hanc vocem accommodat. B.]

Φιλιππόπολις . . . . ἐν τῷ Εὔσῳ] leg. Ἕβρῳ. B. P.]

Φίλυρες . . . . μητρὸς Κρόνε] leg. Χείρων. P.]

X.

Χαδραμωτῖται] de Chadramautitis Phal. l. 2. c. 17.]

Χάλαιον . . . . οἱ ἀνθήπολοι] leg. Οἰάνθη πόλις, & deleatur Anthepolis, quam huic monti inædificavit Ortelius. P.] [. . . κολοφωνίως leg. τολοφωνίως, vid. τολοφῶν. B.]

Χαλάστρα] Chalaſtræ Macedonicæ etiam meminit Plin. l. 4. c. 10 ſed Herod. lib. 7. Χαλέστρην vocat, Strabo etiam l. 7. In excerptis verò ex Diod. à Conſtant. Porphyrog. Χαλεστρον dicitur: deniquè à Plut. in Alex. Χαλαίστρα. P.]

Χαλδαῖοι . . . . χογὴν] mallem χωχὴν; de qua infrà. B.]

Χάλκη . . . . Θουκυδ.] Thucyd. 6. non inveniuntur illa verba; lib. 8. autem de illa urbe agit. P.]

Χαλκηδὼν] dicit vocari à fluvio χάλκιδος, leg. χαλκηδίνος. P.]

Χάραξ Ἀλεξανδρείας] leg. Ἀλεξάνδρε.]

Χαρμάνδη] Ezechiel. 27. dicitur כלמד *Chilmad*. B.] revera quæ in Textu Sacro dicitur Chilmad à 70. Interp. vertitur Χαρμὰν; & ab Interprete Arabe etiam, at à Græcis auctoribus Χαρμάνδη. Xenoph. ἀναβ. l. 1. M.]

Χάρμις] Phœnicium nomen à conditoribus Phœniciis datum ob vitium copiam, quæ dicuntur כרמים Cheramim. B.]

Χατραμωτῖτης] ut ſuprà Χαδραμωτῖται. B.]

Χειμέριον] quod male confundit cum Chimæra Plinii Ortelius in Theſ. P.]

Χέμμις] à Cham, vid. Ψιττάχεμμις & Ψώχεμμις.] B.]

Χὴν] vid. doctiſſ. Menag. in Laërt. p. 38. B.]

Χηνοβοσκία . . . . . νομὸς γὰρ χηνῶν] non anſerum, ſed crocodilorum. B.]

Χήσιον] Cheſeopolis Plin. l. 5. c. 29. B.]

Χίος] quæ de altera Chio urbe Cariæ habet, corrigenda ſunt, & ſupplendus locus ex Salmaſ. in Solin. p. 865. P.]

Χιτώνη] δῆμος Ἀττικῆς, de quo, & feſto Dianæ, cui deditus fuit, vid. Scholiaſt. Callimachi hym. in Dianam. B.]

Χνᾶ ſcilicet כנען Chanaan nepos Noæ, à quo terra, quam poſſedit, nomen accepit, cujus Phœnicia pars, vid. Phaleg. l. 4. c. 37.

Χορσία] citat Pauſaniam lib. 9. ſed Κορσεία ibi legitur, & meliùs, teſtibus Diod. Demoſth. & Scylace. P.]

Χρυσαορὶς . . . . Ἀδριεὺς] leg. Ἰδριεύς. P.]

Χρύση . . . . . Ὠλήμενο] Ὠλήμενω, ut ſenſus poſtulat & præced. P.]

Χώρα . . . . ἐν λέοντι, Σατυρίνου] leg. ἐν λέοντι σατυρικῷ. B.]

Ψ.

Ψεσσοὶ] Ptol. Sempſii, Plin. Pſeſii. B.]

Ψύρα] quod contempta & vilis ſit hæc inſula ſic dici aſſerit: à Syris itaque potuit denominari, quorum linguâ בסירא *Bſira, contemptum & vile* ſignificat. Vid. Suid. & Eraſmum in *Pſyra Bacchum*, & Didym. in Homer. qui Ὀδ. 3. Ψυρίην vocat. B.]

Ψυττάλεια] Suidæ Ψιττάλεια. B.]

Ω.

Ὠρεὸς] antea Ἑστίαια dicebatur teſte Schol. Thucyd. l. 1. & Strab. l. 10. At Ptol. l. 3. c. 15. Ὡραῖος malo pro Ὠρεός. Plin. & Liv. Oreum. P.] [. . Ὠραΐτης leg. Ὠρεΐτης. B.]

Ὠρωπὸς . . . . . de qua Euphorion] ſcribe immediatè poſt Κλειτορὶς, Αὐλὶς, ἰδ᾽ Ὠρωπόεντα, & reliquam partem verſûs ad mentem Salmaſii in Solin. p. 148. qui etiam jure videtur eliminare aliam illam Eubœæ Oropum urbem; cùm ipſe Stephanus poſteà tertiam numeret, quæ quarta eſſet, ſi hæc maneret: ſub judice tamen lis eſto, quia Diod. Sic. l. 15. Oropum etiam in Eubœa videtur ponere, & ſæpius alibi. P.]

F I N I S.

Locorum quorumdam Operis hujus adverſus

CLARISSIMI SALMASII

OBJECTIONES

aliquas defenſio,

Ex idiomate Gallico in Latinum tranſlata.

Salm. Object. 1.

Cùm Author loquitur de Inſulis, in quibus regnârunt Phœnices, ita ait; Inſulæ illæ nomina habebant, eò priuſquam appellerent Phœnices: neque verò immutârunt: quòd ſi aliquando mutâſſe videantur, id duntaxat videntur egiſſe in iis locis, quæ primi ingreſſi ſunt; quæque antea erant omnino deſerta, omnique hominum veſtigio deſtituta.

Author Reſp.

Juxta object. iſtam, ex quo inſula quædam, aut quivis locus alius, fuêre ſemel habitata, & nomine aliquo inſignita, primum hoc nomen nunquam poſſet mutari. Quod falſum, omniumque ſæculorum experientiæ contrarium: imò, nihil æquè inſtabile ac nomina. Indéque fit, ut apud Plinium, Stephanum, &c. pleręque maris Ægæi inſulæ 4, 5, 6, vel 7. appellentur nominibus, quæ certè eodem tempore non obtinuerunt, ſed ſucceſſivè: ſecundo primum delente, & tertio ſecundum, &c. Pleręque etiam Americę inſulę recentia obtinent nomina, ipſis ab hujus temporis Phœniciis, Luſitanis nimirum, & Hiſpanis, in locum appellationum barbararum, quibus quędam etiam nunc audiunt, indita. Hiſpaniola enim olim appellabatur *Ayti* & *Quiſquera*; Divi Joannis inſula, *Borriguera*; Sanctę Crucis *Ayay*; Guadalupa *Carveneria*; Garſię *Minga*; De la plata *guaca*, Pinuum *guanaia*; Aſſumptionis, vel Aſcenſionis in Nova Francia, *Natiſcotec*. Mutationes ejuſmodi ubique deprehenduntur; miſſiſque exemplis longè petitis nonne nova ſunt Francię, Angliæ, Scotiæ, Allemaniæ, Helvetiæ, Poloniæ, nomina? itemque in Gallia, Britanniæ, Normaniæ, Picardiæ, Campaniæ, Burgundiæ, Delphinatûs, nonne recentia ſunt? In Belgio, Hollandiæ, Zelandiæ, Flandriæ, Guelriæ, nonne quoque nova; & à populis, qui has regiones invenêre habitatas, impoſita?

Sed è Sicilia non exibo; quandoquidem in ea hæreas, non aliunde exempla proferam, quî tibi palam faciam, quomodo mutentur nomina. Abſurdum tibi videtur, quod, cùm Phœnices eam inſulam habitatam invenerint, præcipua tamen mutârint nomina; ſuper quæ rogo, quęnam ſint iſta præcipua nomina, quæ mutari poſſe non vis? Proculdubio ſunt trium in Sicilia promontoriorum; duorumque altiſſimorum montium Ætnæ & Erycis, nec non maximorum fluminum; qualia ſunt *Symethus Hymeraque* ambæ, aliáque his ſimilia; ut & celeberrimarum urbium, Syracuſarum, Agrigenti, Panormi, Meſſanæ, &c. At præter nomen iſtarum urbium reliqua omnia mutata. Si ergo variata neges, experientiæ contradicis: nam promontoria, montes, flumina non ampliùs iiſdem, quibus Romanorum tempore, nominibus vocantur. Lilybæum hodie appellatur *Capo Coco*; Pelorum *Capo del Faro*; Pachynum *Capo Paſſaro*; Ætna *Mongibello*; Arabicè *mons igneus*; Eryx Italicè *Monte di S. Giuliano*, Arabicè *Hamed*. Symethus Arabicè *flumen Meſſana*, Italicè *la Jarreta*. Hymera Meridionalis Arabicè *Maluch*, Ital. *Salſo*; Alter verò *Torto*, vel *Fiume grande*; Terias *Lentini* Arabie. & Ital. Anapus prope Syracuſas *Alpheo*; Eleutherus ad Panormum *Abbas*, Ital. *Admiratus*: eóque modo de tot fluviis, quibus irrigata eſt Sicilia, vix unus ſupereſt, qui priſcum ſervâvit nomen. Jam autem cùm Arabes & Itali omnia permutârint antiqua hæc nomina, cur impoſſibile judicas quædam etiam à Phœnicibus commutata fuiſſe eo tempore, quo tres univerſas inſulę oras ſua ſub ditione tenebant, ut obſervat Thucydides? Id eò facilius erat ipſis, quòd loca tunc minùs erant celebria, nominaque à barbaris impoſita longi adeo temporis uſu minimè firmata. *De Bello Peloponneſ. lib 6. pag. 198. l. 8.*

Quoad urbes, quędam vetuſtas ſervant nomenclationes, at urbes illę vel à Phœnicibus fuêre constructę; vel ab iis, qui eos ſunt ſecuti. De Meſſana, quę antiquiſſima eſt, & olim Zancle nominabatur, eſt dubitationi locus, fateor; verùm nomen iſtud *Zancle* potuit ipſi à Phœnicibus dari, ſicuti *Meſſana* nomen à Gręcis.

Quantum ad id quod vis, Gręcos in eam primos appuliſſe & ante Phœnices, iſtud probatu difficillimum, ne dicam impoſſibile, foret. Phœnices enim in Hiſpaniam navigare cœperunt eo tempore, quo Gręci ſuos adhuc fines non exceſſerant; nimiùmque erant rudes, ut navigationes ſuſciperent. Quando autem Phœnices in Hiſpaniam navigabant, eam inſulam in via inveniebant. Ideóque Diodorus notat, quòd, cùm Hiſpanię mercaturâ ditati fuiſſent, Colonias in Siciliam, Africam, Sardiniam, ipſamque Hiſpaniam miſerunt; atque ita Phœnicum Colonias in Sicilia inter primas & antiquiſſimas recenſet. At ſive Phœnices Gręcos, ſive Gręci Phœnices, pręceſſerint; certum eſt ſaltem neutros inhabitatam reperiſſe inſulam. Nam primi incolę ſunt ii, quos Poëtę vocant Cyclopes & Lęſtrygones; hiſtoria verò *Sicanos*, *Siculos* & *Opicos*. Quod probatur ex Thucydide & Diodoro poſt Timęum, utroque Siculo. Quapropter Diodorus, cùm de Sicanis & Siculis verba feciſſet, addit ὕϛατοι δ' ἀποικίαι τ̃ Ἑλλήνων ἐγένοντο κατὰ τὴν Σικελίαν ἀξιόλογοι. *De Bello Peloponn. lib. 6. circa initium.* Unde factum, ut tres eſſent in Sicilia linguę. 1ª. Opicorum ſeu priſcorum incolarum, 2ª. Phœnicia, & 3ª. Gręca. Plato de hiſce tribus loquitur, cùm timet ne Sicilia Gręci ſermonis oblita in Φοινίκων καὶ Ὀπικῶν ditionem veniat; & propter iſtas tres linguas Apulejus Siculos trilingues nominat: Stephanusque diſertè mentionem facit de Opicorum lingua, quando dicit, quòd πάχνη vocatur γέλα τ̃ Ὀπίκων φωνῇ, καὶ Σικελῶν. Eo igitur poſito,

tanquam

tanquam ita ſtabili, ut negare non poſſis, ni univerſam convellas hiſtoriam, nempe antiquos Siciliæ incolas neque Phœnices neque Græcos fuiſſe, quâ ratione vis Græcos omnia immutâſſe? Nunc tua tibi verba remitto; *Iſta loca nomina habebant, priuſquam appellerent Dores, non potuerunt ergo ea mutare*, &c. Et Tu eò validiùs conſtringêris præ me, quod pertendas, Græcos omnia impoſuiſſe nomina; Ego verò fatear, Phœnices quædam tantùm. Patiaris, quæſo, ſi dicam Te non poſſe elabi; quin cum Græcis omnes priſcos inſulæ incolas, hoc eſt, Opicos, Cyclopas, Leſtrygones, & Sicanos confundas, quos Diodorus & Timæus αὐτόχθονες eſſe dicunt. Cæterum cùm ea nomina Græca eſſe velis; illa in idiomate Græco oſtende, quemadmodum me in Hebraico aut Phœnicio reperiſſe contendo; judicabitque Lector, cui res meliùs ſucceſſerit, & uter veriſimilioribus nitatur conjecturis. Quo in negotio hanc prærogativam habebis, quòd antiquitates linguæ, multò meliùs quam ſit Phœnicia, notæ, quamque perfectè calleas, ſis perveſtigaturus.

Bœotiæ idem illud, quod modò refelli, applicans, incredibile ais, Cadmum, quandoquidem paucis cum ſociis in eam venerit, locorum jampridem habitatorum nomina abrogâſſe. At licet Hiſpani & Luſitani in Orbe Novo pauciſſimi fuerint, nihilominus tamen permulta immutârunt nomina in regione & exculta & Bœotiâ centies majore. Nec veroſimile tam paucos Cadmum habuiſſe ſocios; cùm, eorum in varias inſulas diſperſâ parte aliquâ, Bœotiam cum cæteris & expugnârit & ad ſucceſſores tranſmiſerit; & (ſi hiſtoriæ fides) loca plurima tum in Thracia tum in Illyrico tenuerit. Nec refert, quòd eam tantùm ædificaverit Thebarum partem, quæ ejus nomine *Cadmia* inſignitur. Nam permulti Antiqui teſtantur ejus ſucceſſores Phœnicios eam auxiſſe; Thebarumque nomen Phœnicium eſſe fatentur. Eum Chronicorum Scriptorem, de quo Seldenus; quemque tu citas, aſſerentem, quod Cadmus Thebas venit, & Cadmiam condidit, minimè vidi: at forſan ita loquitur per anticipationem; ut cùm Gen. 14. de Abrahamo legitur, quòd Eminæos perſequutus eſt Danem uſque, quæ tamen tunc nondum erat condita. Quidquid ſit, unicus author ignobilis non poteſt opponi univerſæ Antiquitati, quæ Thebas vel à Cadmo vel poſt Cadmum ædificatas teſtatur.

2. *Objeſt. Clar. S.*

Objicis Me, ubi deeſt Phœnicium idioma, uti Chaldæo, Hebræo, quin etiam Arabico, ut in voce *Rhodanus*.

Auth. Reſponſ.

Verum, quod ſpectat vocabulum Rhodanus, de Phœnicio idiomate non eſt quæſtio; quandoquidem explicem illud tractans de Rhodaniis, filiis Javan, qui nequaquam Phœnices fuêre. Quòd ſi aliquando Phœnicium per Hebraicum & Chaldaicum vel Arabicum exponam; quidni faciam? cùm ex tribus hiſce linguis una ſit mater, aliæ duæ ſorores. Quæ alia, quæſo, Phœnicii explicandi ratio occurrit; cùm nulli eo idiomate libri ſuperſint conſcripti? Et quis doctorum hanc methodum ſequutus non eſt? Ut ad vocabulum *Rhodanus* redeam, tu Me inducis, ejus originem à voce Arabica, quæ *crocum* ſignificat, deducentem; quod tamen hinc immediatè non deduco. Sed dico, quòd, cùm Rhodanenſes primùm habitarent circa Rhodanum fluvium, cum nomine ſuo donârunt, & nomen iſtorum Rhodaniorum derivo ex verbo, quod crocum notat, quia erant ξανθότριχες. At dices, ſi Galli fuerunt ξανθότριχες, hi erant Galli juxta Rhenum habitantes, non Rhodanum accolentes, qui pilis nigri? Verùm iſtud apud Antiquos minimè habetur; qui capillos flavos Gallis indiſcriminatim, nullâ habitâ Climatum ratione, tribuunt. Adeas Diodori locum, nec non alium Ammiani tam diſertum; *Candidi penè Galli ſunt omnes & rutili.* Titus Livius dat etiam Galatis, qui è Gallia Narbonenſi, & locis Toloſæ circumjacentibus venerant, *promiſſas* & *rutilatas* comas. Sed, ut tibi proferam textum expreſſè id affirmantem, Claudianus inter flavos nominatim recenſet Rhodani accolas;

Inde truces flavo comitantes vertice Galli,
Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit.

Hodie quidem nigras habent comas; at etiam plerique Normani & Picardi in Galliæ Septentrionalibus plagis, nigris ſunt capillis, raro flavis; varietas enim coloniæ & alimentorum vitæque mutatio corporis habitudinem mutaverunt: quod oſtendit iſtam differentiam à climate non procedere. Strabo dicit, quòd in Magna Britannia minùs erant flavi quàm in Gallia; hodie contrà.

3. *Objeſt. Salm.*

Arguis, Me vocabulum Ægyptiacum *Nitocris* partim ex Arabica deducere lingua, cum merè ſit Ægyptiacum. *Phaleg l. 2. c. 26. col. 136.*

Auth. Reſp.

Cur Tibi tam inſolens iſtud videatur, ſi, ut affirmas, lingua Ægyptiaca ſit Coptica, Kircheruſque ipſe Prodromi cap. 7. pag. 180. doceat in Coptica lingua *quamplurima* occurrere *Arabica*? iſtudque admodum credibile, quoniam populi iſti ſunt ita vicini: deinde, nec novum eſt, explicare partem vocis alicujus Ægyptiacæ compoſitæ, alterius linguæ auxilio, ſive vox ſit hybrida, aut vocabulum, quod ex alio idiomate derivatur, ſit etiam Ægyptiacum. E. g. Joſephi nomen צפנת פענח Gen. 41: 45. quod permulti Antiqui explicant *occultorum revelatorem*, ſemi-hebraicum eſt; nam Hebraicè צפן notat abſcondere; idem de No-Ammon, vel Ammon-No, pro Dioſpoli, ſentiendum: נא enim eſt Hebr. נאוה vel נוה, quod manſionem ſignificat; idem etiam de *Chenoſiris* apud Plutarchum pro φυτὸν Ὀσίριδος, quippe iſtud *Chen* Hebraicum eſt כנה planta, Pſ. 80: 16. Idem quoque de voce Ἀμένθην apud eundem Plutarchum, pro τὸν λαμβάνοντα καὶ διδόντα: nam נתן eſt *dare*; & de Ὑκσως in Joſepho pro Regis paſtoribus; nam חק *choc* legem, aut ſtatutum notat; unde מחקק, quod verbum 70. βασιλεὺς vertunt, Pſal. 107: 9. In vocabulo Ἑρμοτύβιες in Herodoto, quod Diodorus & Ariſtagoras μαχίμους traducunt, τύβιες videtur eſſe Hebraicum צובאים *militantes*, צ in T mutato; ut in Τάνις pro צען, & in Ἑρμοχύμιος nomine Ægypti in Stephano χύμιος, ſicut χημία Plutarchi, deſumptum eſt ex חם; & ἑρμο in omnibus locis venit à Græco Ἑρμῆς, qui Deus eſt in Ægypto *Thoth* vel *Theuth* nominatus. Eadem prorſus ratione vocabulum *Alabarches*, in quo tantopere deſudârunt Docti, nonne ex Ægyptiaco ſermone & Græco mixtum eſt? Et in voce *Ablabunon*, quam Heſychius vertit, σειρὰ πλεκομένη ἐκ βιβλίων πρὸς καθαρσιν ἔσα, nonne fatendum partem priorem eſſe Chald. חבלא, *habla*, funis; & forſan etiam poſteriorem; נכי enim eſt purgare. Et ſi verum eſt, quod Moyſes Ægyptiacè ex aquis eductum ſignificat; ut Antiquorum plurimi dixerunt; annon vox iſta μω, vel μωυ pro aqua, eſt Chaldaica מי

In Iſide & Oſiride.

moi? Non ergo multùm peccavi, cùm in Arabico idiomate alteram partem vocis Ægyptiacæ *Nitocris* quæſivi. At Tu, qui eam in Coptico quæris, num ſis repertururus valde dubito. In tuo enim Νηϊθέρφρι, quod explicas, *Minerva* victoriam faciens, ὀφορί mihi omnino ab *Ocris* remotum videtur.

4. Object. Salm. cum Ant. Reſp.

Quum Ægyptiacum ſermonem nullatenus ad Hebraicum vel Arabicum accedere dicis, ſi multùm eſſe diverſum tantummodo velis (uti Germanicus eſt à Gallico) à Te non diſſentio; illudque probo in Libro meo col. 58. 59. ex quatuor Scripturæ locis. Sed ſi nihil prorſus inter eos ſimile intelligas; quod verba tua ſonant, hoc tibi non poſſum concedere: quia contrarium ex paucis, quæ nobis ſuperſunt de priſco Ægyptiaco, deprehendo.

Ægyptus enim Hebraicè מצור & מצרים vocabatur, unde μέσορι unus ex Ægyptiorum menſibus; aliter Hebraicè ארץ חם terra Cham; & Ægyptiacè χήμια. Nilus in Scriptura נחל מצרים torrens Ægypti nuncupatur; ex iſto autem vocabulo נחל, quod Antiqui Νεῖλ pronuntiabant, formatum fuit Νεῖλος; ut alterum Nili nomen σεῖρος, ex Hebraico שיחור *Sichor*. Jam oſtendi μα vel μαυ pro aqua purè Chaldaicum, No-Ammon pro Dioſpolis ſemi-hebraicum, & סין pro Peluſium etiam eſſe Chaldaicum, lutumque ſignificare, ut Græcè πηλός. Nomen eſt ex argumento. Propè erat μάγδωλ, id eſt, Chaldaicè *caſtrum*; Hebræi μιγδαλ dicunt. Delta Rib nominabatur, & Hebraicè רהב: Νομὸς pro terræ portione nihil aliud, quàm tranſpoſitio ſyllabarum vocis Syriacæ מנא *mono*; Hebræi מנה *mana* pronuntiant. Quoad Deorum nomina, Iſis, quod παλαιὸν ſignificat ſecundùm Diodorum, & Euſebium, purè eſt Hebraicum ישיש, ut latrator Anubis הנבח *Hannobeah latrans*. Τυφὼν eſt Arabicum; nam Plutarchus exponit ἀναςρεφὴν καὶ ὑπερπηδῆσιν: Σὴθ, quod vertit καταδυναςεῦον καὶ καταβιαζόμενον alludit ad Arabicam vocem. Quum exponit Ἀμοῦν per τὸ κεκρυμμένον, & addit προσκλητικὴν εἶναι φωνὴν, oſtendit Ἀμοῦν Ægyptiacè idem ſignificare ac Hebraicum אלמוני, id eſt, ὁ δεῖνα; ſic appellabatur homo quilibet ignotus: nomen iſtud venit à עלם abſcondere, ablatâ gutturali, ex quo fit ut κρύφιος vertatur. Periit littera l ex *Almoni*, ut in Chaldaico בניא *bania pro balneo*. Ὦρος, quod omnes pro Sole vel Apolline uſurpant eſt Hebraicum אור, quod lucem notat ſolemque potiſſimum, Job. 31: 26. & 36: 32. Ex animalibus hæc nomina habent, quæ Orientem redolent; Ἀβύρεαι in Heſych. Chaldaicè *ebor*; Κούκυφα upupa, in Horo & Kiranide, Syriacè קקיפא Kokupho; Μῶος aut ſecundùm Scaligerum σεῖσι *Serpens*, Hebraicè נחש; χάμψα in Herodoto Crocodilus, Arabice *Thampſah*. Et ex Ezechielis 32: 2. colligi poſſe videtur nomen Pharao idem ſignificaſſe ac Arabicum .... Forſan *Siu* notabat Ægyptiace hirundinem, ut Hebraicè סים, quod fabulæ Iſidis, in hirundinem apud Plutarchum mutatæ, occaſionem dedit. Quantum ad menſurarum nomenclationes; Epha איפה eſt οἰφὶ in Heſych. Artaba in Aruc אורדב *Ardab*, Ægyptiace Ἀρταβη. Quoad veſtium & colorum denominationes, קרסל *Karſol talus* venit Calaſiris, toga talaris: & Lebeton ſpecies collobii, quo utebantur Monachi in Ægypto & Thebaide, alludit ad Chaldaicum לבר & Arabicum *lebedon*; licet alterum confectum foret ex lino, alterum vero ex lana aut panno coactili. Ex חום *nigrum* Gen. 30: 32. χήμια, nigredo apud Plutarchum; & χεῦμα κάλακον Ægyptiacè erat καλλαΐα ſecundùm Heſychium; eſt ſecundùm Thalmud קלא אילן, ni corrigendum קלא איכן. Quoad plantas, קיקיון *Kikaion* in Jona eſt Ægyptiacum Κίκι vel κίκυ. In Talmude שמשוק *Samſouc* eſt σάμψυχον: & unguentum Ægyptiacum Νίτωπον vel μέτωπον nomen ſumebat ab iſta ſtactes ſpecie, quam Hebræi נטף *Nataph*, & Chaldæi נטופא *Netopha* Exodi 30: 34. vocant. Et forſan ex *Borda*, id eſt, Arabicè papyrus, dicebantur *Barides* in Ægypto naviculæ ex papyro; unde Plutarchus in Iſide; ἐν βαρίδι παπυρίνῃ. Herodotus eas multis perſequitur: & Ἄχι ſecundùm divum Hieronymum ſignificat Ægyptiacè idem ac אחו *achu*, quod in palude virens naſcitur. Jamque dictum, nomen genericum plantarum eſſe χίου, uti inter Hebræos בנרה. Sic etiam סהר *carcer* Gen. 39: 20. & טטפות *totaphot*, *frontalia*, Exod. 13: 16. חשמנים Pſ. 68: 32. ſunt Ægyptiaca, ſi fides Rabinis, vocabula. Καίμιν, quod Plutarchus ὁρώμενον vertit, alludit ad Chaldaicum חמא videre: & quidam Monachi in Caſſian. Coll. 18. c. 7. *Ægyptia lingua proprietate Sarabaita nuncupati ſunt*; quod Iſidorus interpretatur *Remotes*, Offic. lib. 3. cap. 15. *tanquam à renuendo*, quia diſciplinæ vulgari ſeſe ſubmittere renuebant. Jam autem סרב Chaldaicè eſt *renuere*, סרבנות *Sarbanut* negatio, reſiſtentia, rebellio; imo & idem ſignificat apud Hebræos סרבים, *Sarabim*, Ezech. 2: 6. In Palladii Lauſiacis cap. 42. Ἄμμας mater eſt Chaldaica vox אמא. Σάλη ibidem *inſana* à שלא *ſelah* errare, ignorare. His adde vocabula, quę Hebraicæ linguæ ope explicui articulo præcedenti, Ἀβλαβύνιον, Ἄχι, Τύβιος, Ἀμάνθην, &c. Jam autem ſi quàm pauca nobis ſuperſint ex priſca Ægyptiaca lingua perpendatur, hæc exempla ſatis ſuperque erunt ad veritatem hujus quod dixi demonſtrandam; nempe, licet Hebraica & Ægyptiaca ſint linguæ maxime diverſæ, quædam tamen in iis poſſe eſſe propter locorum vicinitatem communia.

5. Object. Salm.

Ægyptiacum idioma plura non habet nomina Græca, quàm Syriacum & Arabicum.

Anth. Reſp.

Licet fatear hodiernorum Ægyptiorum linguam maximè corruptam eſſe longa Græcorum in Ægypto commoratione, miror tamen, quòd dicas nihil Græci ſermonis vel ſaltem parum omnino in ea ſupereſſe: nam pauca ea quæ in Kircheri Prodromo vidi, referta Græcis reperio vocabulis. Et primò quidem numeri omnes Gręci ſunt, μονα, διο, τριω, θεσσαρα, φεντε, εξ, οφεα, οκτε, ἐνεα, δεκη, &c. uſque ad millionem. Deinde in iiſdem illis paucis invenio complures particulas Græcas, γὰρ, ἀλλὰ, πλὴν, ἐν, χωρὶς, πῶς, ἵνα, μήπως, ὅπως, ἐπειδὴ, ὅτι, κατὰ, καὶ &c. 3. Infinita nomina, μάρτυρος, μαθητὴς, ἄγγελος, προφήτης, ζεὺς, ἑρμῆς, ἅγιος, σωτὴρ, παρθένος, ἀπόςολος, ἀγαθὸς, δαίμων, πνεῦμα, σάρξ, σῶμα, ψυχὴ, λαὸς, ἔθνος, φυλὴ, εἰρήνη, διαθήκη, ἐκκλησία, ἐλπὶς, γένεσις, εὐχὴ, πειρασμὸς, μονόγραμμον, ἀριθμὸς, ςίχος, εὐαγγέλιον, εὐαγγελιςὴς, σαρκικὸς, σωματικὸν, πνευματικὸς, &c. & 4. Quædam etiam verba, ut ἐντυχεῖν, προσεύχεσαι, &c.

DE SERPENTE TENTATORE,

Paradiſo Terreſtri, nonnulliſque aliis.

AD CLARISSIMUM

JACOBUM CAPPELLUM,

CELEBERRIMI

LUDOVICI FILIUM,

Linguarum Orientalium in Academia Salmurienſi Profeſſorem digniſſimum.

E Gallic. in Lat. idioma tranſlata eſt.

Ut ab iis, quæ Te maximè tangunt, exordiar: credo, Vir Clariſſime, Te facillimè exſolutum iri eo labore, quem tibi intentata de Nobilitate tua lis procreat; iiſdem dummodo utaris inſtrumentis, quibus Celeberrimus piæ memoriæ Pater eſt uſus: qui ſanè cauſam non obtinuiſſet, ni Nobilitatis tituli optimæ fuiſſent notæ: quandoquidem ejus Profeſſorium Theologiæ inter Reformatos munus plurimorum è Noſtris Adverſariis conflabat ipſi grave odium. Tu præterea ipſo nobilior es; cùm Tua Nobilitas ſit ejus Nobilitate generatione una vetuſtior, & aliquot annis antiquior. Aliàs quidam mihi affuêre amici, qui potuiſſent tibi ea in re opem ferre; at ſucceſſivè omnes ſunt mortui, & poſtremi ante paucos menſes. Hìc ſedeo tanquam arbor vetuſta, cui identidem nonnulli circumciduntur rami; novi autem nulli in eorum locum ſuccreſcunt. Id volo ſcilicet, quòd, cùm in loco ab Aula, quę beneficiorum eſt origo, longè remoto degam; nullas novas cum quibusquam ineo amicitias, quæ veteres ſingulis diebus pereuntes reſarciant. Non ignoras procul dubio eorum duorum voluminum, quæ de Eccleſiæ Gallicanæ privilegiis à Celeberr. Puteanis anno 1639. edita fuere, altero ad paginam 47. excellentiſſima eam in rem exhiberi monumenta, à Jacobo Cappello, Regio in Parlamento Pariſienſi Advocato, digeſta & ſuppeditata. Qui Titulus Familiam veſtram vulgarem ſupra nobilitatem extollit longiſſimè, adeo ut pudore debeat eos ſuffundere, qui vos etiamnum fatigant; cùm Clariſſ. Pater vos ex adeo nobili genere oriundos argumentis prorſus invictis demonſtrârit. Sed, qui ea ſolent gerere negotia, pudore rariſſimè afficiuntur; omnique ſolent renuntiare honeſtati & verecundiæ, ut Deo alteri, Mammonæ nempe, id eſt, lucro, ſacrificent; uti ex Punici ſermonis barbarie *de Verbo Domini* Serm. 35. interpretatur Auguſtinus.

Rogas, ut Paradiſi Terreſtris ex opinione mea ideam & deſcriptionem aliquam tibi tranſmittam. Si vellem plenam & exactam, id me longiſſimè abduceret. Aliam verò non poſſum omnino exhibere, quin fœtum informem, molámve, aut embryonem potiùs quàm infantem plenè formatum, edidiſſe mihi ſit moleſtum. Eum, uno verbo, eodem loco conſtituo, quo Calvinus; quem Scaliger tantis effert laudibus; eò quòd verum ejus aperuerit ſitum. Eorum tamen fundamenta ſunt prorſus ruinoſa. Collocant enim cùm Guichonis tùm Chus regiones cis Euphratem, & Tigrin, quæ tamen ultra utrumque ſunt ſitæ: Phiſonem contrà ultra locant, qui cis erat. Quę faciunt, ut eorum explicatio erroribus ſcateat craſſiſſimis: omneſque alii à vero longiùs ſunt evagati: inter alios Junius, qui mira ſe præſtitiſſe arbitratus eſt, Anglusque aliquis, Hopkinſon nomine, cujus Tractatus magnificis laudibus eſt ornatus, quaſi ille rem acu tetigiſſet, Junium tamen unicè eſt ſecutus, cujus errores novis quibuſdam aliis locupletavit. Eo de argumento ardentiſſimè cupio Tractatum componere, duobus conſtantem libris; quorum alter eos omnes, qui me præceſſêre, quos ſaltem novi, refellat; alter verò opinionem meam exhibeat, quam tot rationibus firmo adeò ſtabilibus, ut ſperem me cordatos quosque in eam adducturum. Sed quę otii hujus obtinendi via? cùm ex tot partibus impetamur. Hìc acerrimè in Templum noſtrum conjuratum eſt, quod tamen, ſi unquam aliquod fuit, præſtantiſſimis ſubnixum eſt titulis: neque, ſi jus nobis reddatur, poterit ullatenus concuti. Sed cuncta hodie licita & poſſibilia: miſſumque jam ex Aula Mandatum ad ſupremum juſtitiæ & πολιτείας Præfectum, ut eam in rem inquirat, uti & in alia omnia Inferioris Normaniæ templa; in quibus certè, iis, quibus vivimus, temporibus, nequaquam fraudulentâ aliquâ uſurpatione concionamur, uti potes ex te facilè intelligere. Timidiores ſumus, debiliores, & legum obſervantiores, quàm ut talia audeamus; inferioresque ſingulorum locorum judices in officiis ſuis diligentiores, quàm ut permiſerint, ſi fortè aliquando attentare voluiſſemus. Ejuſmodi tamen reſcriptorum ac mandatorum fructus eſt ſemper multarum eccleſiarum ſubverſio; ſeu in iis dijudicandis ſeveriores ſint, quibus id commiſſum; ſeu negligentiora fuerint in titulis ſuis cuſtodiendis Conſiſtoria noſtra; eò quòd, cùm tot annos ſummâ pace eſſent fruita, nullatenus augurarentur ſe in eas devolutum iri anxietates, quibus hodie conflictantur. Verùm, ſi privilegia noſtra minuantur, det Deus, zelus augeſcat; eorumque pietas, qui in Religione perſtant, aliorum, qui abituri ſunt, numerum & multitudinem compenſet. Corpus nequaquam languidius evadit, ſi vitioſis liberetur humoribus, qui gravabant. Veſtram inter eos tumultus miror libertatem; & aliquâ etiamnum potiamini tranquillitate; poſtquam Sedanenſis Academia, Montalbanenſis, & Nemauſenſis ſic afflictæ ſunt, uti omnes norunt. *Deus certè vobis hæc otia fecit:* largiatur, ut diu poſſitis iis frui, feliciſſiméque dirigat opus illud graviſſimum, quod mox eſtis aggreſſuri, ut ſcilicet Clariſſ. Amyraldo eli-

gatis ſucceſſorem. Iis omnibus perlectis, quæ ad novæ ſuæ opinionis ſerpentem à prima tentatione excludentis probationem affert, nihil prorſus in illis reperio, quod ab ea me dimoveat ſententia, quâ ſui à prima joventute imbutus. Concionis cujuſdam, quam ante aonos triginta ea de re habui, ſynopſin tranſmitto; cui ſubjunxi Amyraldi ejuſdem objectionibus reſponſionem aliquam magna cum feſtinatione exaratam; quamque adeò & ſuſius deducere, & variis aliis firmare rationibus potuiſſem; verùm aliis ita jam urgeor negotiis, ut vix ſuperſit tempus tibi teſtaodi, quòd Matris, Uxoris, & Fratris, Tuique, Vir Clariſſ. ſervus ſim humillimus & obſequentiſſimus,

S. BOCHARTUS.

Cadomi 19. April. Ann. 1665.

Superiùs memoratam de Evæ tentatione hiſtoriam à mentione Serpentis, qui fuit Diabolus, Moſes orditur. Ut enim creationis narratio à Dei bonorum omnium fontis commemoratione inchoatur; ſic & corruptionis à Diaboli malorum cunctorum authoris oomine. *Deus in principio Cœlum & Terram creavit*, &c. *Serpens autem præ animantibus reliquis erat aſtutus*, &c. In hiſce autem poſterioribus verbis tria ſunt conſideranda; 1. Quis fuerit is Serpens, quæve de illo à Propheta enuntientur; *Eum ſcilicet præ reliquis omnibus terræ animantibus eſſe aſtutum*, 2. Quidnam ſub eo Serpente lateat, Diabolus videlicet: 3. Ejuſdem ad mulierem acceſſus, quove tentationis genere eam incipiat ſeducere; quod à Propheta ſic indicatur; *& dixit*, &c.

Circa primum quæritur quid Serpentis nomine Moſes intelligat, in quo variant opiniones. Exiſtimant nonnulli in ea voce eſſe figuram, Moſemque ſic Diabolum appellare; eò quòd ſit fallax & cautus, ſerpentumque ad inſtar ſeſe inſinuet. Revera quidem nonnulli alii extant in Script. Sac. loci, in quibus Diabolus Serpens & Draco vocatur. Quę præterea ſequuntur, *Serpentem eſſe aſtutum*, *eum fœminam allocutum eſſe & tentâſſe*; *mulieris ſemen*, *qui Chriſtus*, *Serpentis caput contriturum*, cuncta iſthæc Diabolo optimè, minùs vero Serpenti, uti quidem videtur, conveniunt. Ex hac igitur opinione mulierem Satanas nullâ externâ ſpecie adhibitâ, quæ in ſenſus exteriores incurreret, ſed interioribus duotaxat ſuggeſtionibus ſeduxit. Quæcunque autem de Serpente proferuntur, Deique in ipſum execratione, *Præ omnibus agrorum beſtiis eris execratus*; *ventre repes*, *comedes pulverem*, &c. figuratè venirent intelligenda; idque unum ſignificarent; Diabolum, qui antea gloriâ cœleſti cum reliquis Angelis ornabatur, in terris deinceps, imò & inferiùs in locis tartareis verſaturum; eundemque eò uſque deprimendum, ut creaturis vel viliſſimis inferior ſit futurus.

Verùm hæc ſententia omninò ſingularis eſt, iiſque duntaxat arridet, qui, literali vocum ſignificatione prorſus miſsâ, ad allegorias omnia transferunt; quique Paradiſo Terreſtri animi voluptates, quatuor ejuſdem fluminibus quatuor virtutes morales, intelligunt. Unde etiam addunt, quòd, cùm legitur, dum creatur mulier, Adamum obdormiviſſe; hiſce nihil aliud indicari, quàm naturæ vim in mulieris procreatione utcunque langueſcere, minúſque eſſe acrem & vividam, quàm in hominis. Item Deum diei, coſtam primo homini ademiſſe, quando illum uxori adjunxit; quoniam hæc adhæſio vires hujus frangit aliquatenus: carnem autem in coſtæ hujus locum reſtituiſſe; quia nempe liberorum procreatione hujus ſoleat compenſare jacturam. Quæ Scripturæ Sac. explicandæ ratio ex variis eventibus, qui inde ſequuntur, certè periculoſiſſima, exemplumque exitiale. Juxta eam enim quicquid habet Script. Sacra, etiam expreſſiſſimum, facilè poterit negari, ut in ejus locum phantaſmata & imaginationis figmenta quæque ſubrogentur. Illi, non ſecus quàm campanis, quidlibet poteſt affingi; hominumve cerebro, tanquam alembico, committitur, ut inde, quodcunque libebit, exprimat. Denique eodem modo ab iſtis doctoribus tractatur, quo à Chymiſtis metalla; ex quibus aurum ſibi & aliis miſerè pollicentur; at verò in fumos abeunt univerſa.

Eapropter rationes permultæ faciunt, ne huic interpretationi ſubſcribamus. Primùm enim hoc ſupponit, quod maniſeſtè falſum; Hominem ſcilicet innocentem & integrum internis illuſionibus potuiſſe tentari: quod nequidem poteſt concipi: ſiquidem Diabolus nullâ aliâ arte nos tentet ioteriùs, quàm dum fallaces quaſdam ſpecies in phantaſiam immittit, quibus intellectum; aut pravas eupiditates excitet in appetitu, quibus voluntatem ſeducat. Quæ nihil omninò poſſunt in naturam incorruptam; quandoquidem tentatio ejuſcemodi cum perfecta arbitrii libertate, omnimodaque immunitate à vitio, nequeat conſiſtere. Quibus omnibus adde, diſertiſſimam in contextu veri Serpentis haberi mentionem: cùm affirmetur illum ſupra omnia terræ animalia eſſe aſtutum; quę perſpicuè notant hunc ipſum Serpentem inter terræ animalia cenſendum: eaque de cauſa vibrata in eum maledictio id expreſsè continet, quòd præ omni beſtia futurus ſit maledictus, & quæ ſuccedunt, *Fore nempe*, *ut ſuper ventrem ſerpas*, *pulveremque edat*, hæc genuini Serpentis naturam & conditionem nobis perfectiſſimè exprimunt. Poſtremò, ſi hæc *Serpentis* vox Diabolum notet, qui fit, ut Geneſ. 3. fiat ſeminis ſui commemoratio?

Iiſdem illis argumentis eorum impugnatur dogma, qui Serpentis vocabulo aliquam Serpentis ficti figuram intelligunt, ſub qua apparuerit Satan. Inficiari quidem nolim, eum oculis poſſe illudere, aſſumptitiaſque & fallaces induere formas, quibus ſe præbeat videndum; quemadmodum, cùm Saül Samuelem & intueri & audire arbitrabatur, quod intuebatur & audiebat Samuel ipſe nullatenus erat, ſed fallax quoddam illius phantaſma: naturale enim Samuelis corpus ſub terram erat 1. *Sam. cap.* 28.
putrefactum; ejuſdem animus cœleſti fruebatur gloriâ, unde ad ſortilegi alicujus muſſitatiooes nequibat evocari. Chriſtus certè unus eſt, qui tum cœlorum tum abyſſi claves habeat: indeque Abrahamus in Parabola Evangelica animarum à corpore ſejunctarum domicilia nobis repræſentat tanquam loca, ex quibus nullus conceditur egreſſus. Dixeris forſan, id Dei virtute factum fuiſſe, qui Pythoniſſæ anteoccupaverit incantamenta; at Samueli contradixeris ajenti, cur me interpellâſti, (vel perturbâſti) dum effeciſti ut aſcenderem? Neque verò ſic conqueſtus eſſet Samuel ipſe; ſiquidem ipſi minimè fuiſſet grave, (uti non eſt Angelis) à gloriæ ſede diſcedere, ut divinæ obtemperaret voluntati. Id quoque adjicio, quòd Samuel Saülem objurgâſſet, qui ad Pythonem confugerat; idemque ipſum, quod Elias Achaziæ legatis 1. Reg. 1: 3. reſpondiſſet; *Nonne eſt in Iſraele Deus*, *quòd Beelzebud adeatis?* Conſiliumque ſalutare adjeciſſet aliquod, illi affine, quod D. Petrus Simoni Mago eſt impertitus; & cùm Saül ipſum adoravit, iiſdem verbis illum, quibus Angelus Joannem, fuiſſet allocutus, *Abſit*, *ut facias:* vel quibus Cornelium Petrus; *Surge*, *non ſecus quam Tu*, *homo ſum.* Neque ipſius Samuel mendacio eſſet uſus; uti Phantaſticus iſte, *Tu cum filiis tuis mecum aderis.* In quibus tria diſtingui poſſunt mendacia. Primum

in eo

Digitized by Google

in eo eſt ſitum, quòd ajat Samuelem & Saülem, alterum fidelem, reprobum alterum, eodem loco poſt mortem concludendos; aliud enim fidelibus, aliud reprobis domicilium deputatur; hiſce Tartarum, illis contrà Paradiſus ſunt deſtinata. Mendacium alterum in eo deprehenditur, quòd dicat, *Cras mecum eritis*; quaſi die proximè adventura Saül ſuiſſet moriturus; qui, uti ex hiſtoriç circunſtantiis conſtat, poſt triduum duntaxat, vel quatriduum, eſt interemptus. Tertium denique in eo occurrit, quòd, nullo diſcrimine interpoſito, ajat, *Tu cum filiis*, ac ſi omnes Saülis filii fuiſſent cum ipſo morituri; cùm tamen Isboſet, filiorum unus, ipſi ſucceſſerit, Thronique ac Coronæ fuerit hæres, quibus annos aliquot eſt potitus. Ut rem paucis complectar, teſtatur diſertè Scriptura, Deum nihil quicquam Saüli vel ſomniis, vel 1 Sam. 28. Urimis, vel Prophetis reſpondiſſe. Ex quibus ſequitur eum, qui ipſi apparuit, non fuiſſe Samuelem Prophetam, qui Jehovæ nomine illum ſit allocutus; hincque adeò Samuelis ſpeciem fuiſſe duntaxat, Diaboli fraude adumbratam, quç cùm Pythoniſſam tum Saülem fefellerit. Eadem prorſus fraude, quâ præſtigiis & illuſionibus ſuis Pharaonis Magi ad Moſis exemplum ſuas vertêre in Serpentes virgas, ranaſque advocavêre. Ea enim nequaquam eſt Satanæ potentia, ut momento virgas in angues, aquas in ſanguinem, lutum in ranas valeat transmutare: quandoquidem ille non alia operetur virtute, quàm naturæ, quæ intra momentum ſuos præſtare effectus nequit omninò. Quç igitur Pharaoni apparuêre, illa neque ſerpentes, neque ſanguis, neque ranæ genuinæ ſunt cenſendç. Aliud verò de eo Serpente, qui Evæ apparuit, ſentiendum; ſiquidem & cum cçteris terrç animalibus comparetur; & illius ergô Deus univerſo ſerpentum generi maledixerit, uti oſtendetur deinceps. His adjicias, quòd, etiamſi Diabolus nobis hodie poſſit fucum facere præſtigiis ſuis, inde nullo modo deducitur, idem in primos noſtros parentes potuiſſe, quorum & intellectus & oculi noſtris longiſſimè fuêre acutiores, adeo ut nos inter & illos nulla eo in negotio inſtituenda ſit comparatio.

Eo igitur prçſtructo, tanquam immobili fundamento; Tentationem ratione viſibili inſtitutam fuiſſe & peractam; neque in eo, qui interfuit, Serpente, ſimulatum quicquam extitiſſe, fallax & præſtigioſum, eumque genuinum fuiſſe Serpentem; plurima de illo quæruntur, quæ difficultate non carent. 1. Quo fundamento præ aliis terræ animalibus dicatur aſtutus; quandoquidem varia extent alia, Vulpes, Canis, Simia, Elephas, &c. quæ eo longè callidiora videantur. 2. Quâ facultate locutus ſit, an ex ſeipſo, an ex Diabolo. 3. Eo dato, quòd Diabolus per eum ſit locutus, cur Moſes illius tantùm meminerit, qui fuerit duntaxat Diaboli Organum, Diaboli verò ipſius, eo in negotio prçcipuè operantis, nullam prorſus injiciat mentionem. 4. Qua de cauſa Satanas animal iſtud potiùs quàm aliud quodlibet ad hominem à Deo abducendum præoptârit. 5. Quodnam anguis genus ad hanc ſeductionem adhibuerit. 6. Qui factum, ut mulier animal ejuſcemodi neque fuerit cum fremitu quodam averſata, neque aufugerit; cùm ingenita quçdam hominem inter & ſerpentem vigêre videatur inimicitia; neque etiam ſtupore quodam fuerit perculſa; dum illum humanas voces audiret edentem. 7. Quare, cùm Tentatio ab uno Diabolo profecta ſit, Serpens divinam incurrerit maledictionem. 8. Quomodo hac maledictione fuerit percuſſus; *Supra ventrem ſerpes, comedeſque pulverem*; quandoquidem hæc ejus nativam ſequantur conditionem, non videntur profectò iſthæc ipſi ut maledictum aliquod potuiſſe accedere. Jam verò ut quæſtionibus hiſce omnibus ſatisfiat, Apoſtolici primùm meminiſſe decet mandati, quo ſancitur, *Ut ſobriè ſapiamus*, probè ſcii, *Occulta penes Jehovam eſſe; revelata verò & nobis & filiis noſtris eſſe commendata.* Rom. 12. Deut. 29. Hoc prænotato.

Quod primum jam attinet quæſitum; multi Diabolo tribuunt, quod de Serpente enuntiatur; Hunc ſcilicet præ cunctis terræ beſtiis eſſe verſutum. Sed de Serpente id intelligendum eſſe jam fuit demonſtratum. Revera quidem hoc abſurdum foret, ſi de Diabolo aſſereretur, ipſum eſſe omnium telluris animantium verſutiſſimum. Præterquam quod enim ea ratione animalium numero ille adſcriberetur, ridicula eſſet comparatio; cùm nulla verſutiam illius inter & animalium aſtutiam interjaceat proportio. Neque verò poteſt idem iſtud ad ſingularem illum, qui Evam in peccatum induxit, reſtringi; ſiquidem vulgaribus aliis minimè erat callidior, etſi Diabolus per eum ſit operatus. Alia enim omnino Diaboli, alia Serpentis, quo eſt ad noſtri ſeductionem abuſus, vafrities: hìc autem agitur de Serpentis non verò de Diaboli vafritie: *Serpens erat vafer*, &c. Quicquid ergo aiunt Naturalis Hiſtoriæ Scriptores, cætera animantia à Serpente ſuperari quoad aſtutiam contendimus. Si enim ex ſenſuum de animi acumine judicetur, acerrimi certè ſunt Serpentis & auditus & viſus. Draco, qui eſt anguis ſpecies, ab eo viſûs acumine ſuam appellationem deducit. Eum eſſe Theſaurorum, Velleris Aurei, Pomorum itidem auratorum, Hortorum, neſcio quos, fictitiorum cuſtodem ſabulantur Poëtæ, hiſce unicè ferè rationibus, quòd occurrentia quæque proſpiciat eminus; murmure vel leviſſimo expergiſcat, oculiſque dormiat apertis: ſpeciatimque de aſpide legitur, quòd nullum exiſtat animal, cujus auditus ſit acutior: ſimiliterque ex baſiliſci oculis tot vibrentur ſpiritus, ut eorum interventu, venenum ſuum tranſmittat, aſpicienteſque inficiat. Quantum ad odoratum attinet, animalium pleraque odorum neque gravitatem neque ſuavitatem percipiunt; ſerpentes tamen ſuavibus alliciuntur; indéque myrrhæ & thuris plantis multi ſemper ſolent adjacêre: contrà verò gravibus fugantur. Ut enim effugiant, Cornu, Pili, Galbanum, Caſtoreum, aliaque fœtentia in regionibus ardentibus & ſiccis comburi ſuêvêre aromata. Ut jam ad guſtum veniamus, is in ſerpente quibuslibet non minùs afficitur, quàm in homine. Herbas enim, fructus, carnem, ova, manducat; lacteque & vino ſuaviter adeò afficitur, ut hoc poſteriori inebrietur ſæpiſſimè. Prætereà, ſi ex corporis figura & conſtitutione, animi conditio aliquatenus innoteſcat; ſerpentis corpus eſt flexile admodum; adeo ut mille modis ſinuetur; ac quòcunque inclinat, ſubrepat facillimè. Quod cùm non ignorent Poëtæ, fingunt eapropter Mercurii Oratorum Prçſidis virgam, ſeu Caduceum, anguibus implexis, eſſe circundatam; quia is ſit proprius Oratorum character; quòd hominum animos ſenſim ſubeant; occultèque eos ſibi ſubjiciant. Sed, quandoquidem nihil experientiâ occurrat efficacius; conſentaneum omninò videtur, ea hìc notemus, quç ab authoribus priſcis de ſerpentis aſtutia perhibentur. Aiunt, e. g. illum, quando ejus obſcurantur oculi, ipſos admoto fœniculo illuſtrare; eundem, ut nauſcationibus quibuſdam, veris tempeſtate utplurimum accedentibus, ſe ſe liberet, lactucæ ſuccum uſurpare; quoties etiam ſquamç ejus aliquatenus obrigent, ipſum eas certa ad Juniperum affricatione excitare: ſi quando itidem pellis ad moleſtiam uſque aliquam obduretur, anguſtiores quoſdam violenter ſubintrare meatus, quibus ea exuatur, novamque indu-

induat molliorem. Si lapidibus quoque petatur, in orbem circunflecti, totumque illius corpus circa caput, vitæ ſontem; (huic enim cor proximum) circumplicari; eaque ratione illum, quod eſt in ipſo pretioſiſſimum rehquo toto corpore, tanquam clypeo, circuntegere. Notanda præ cæteris Ammoditi, ſpecialis cujuſdam arenoſo colore Serpentis, vaſrities; qui, ut ſecùriùs mordeat, in eadem arena ſolet latère occultus; Ceraſtiſque itidem; qui, cùm in vertice cornicula quædam, vermiculorum ad inſtar exeuntia, habeat, iis tanquam illiciis aviculas allectat, & fallit. Hiſce lubentiſſimè adderem Aſpidis aſtutiam, quem Veteres ſcribunt aurium alteram ad terram applicare, alteram verò caudâ obturare appoſitâ, ne vocem audiat incantatoris; niſi iſthæc ex certo Pſalmorum loco perversè intellecto deducerentur. His itaque rationibus, plurimiſque forſan aliis, nobis ideò ignotis, quòd minùs familiares nobis ſint ſerpentes, quàm animalia reliqua; his, inquam, rationibus Chriſtus ſerpentes nobis in prudentiæ propo- *Matth. 10: 16.* nit exemplum; uti in ſimplicitatis columbas; præcipiens ut ſimus ſerpentum ad modum prudentes, ad columbarum verò ſimplices. Adhæc Hebræa anguis appellatio à verbo quodam derivatur, quod augurari, conjicere, &c. ſignificat; ſabulanturque Poëtæ angues Melampum, Helenum, Caſſandram, alioſque complures feciſſe Prophetas, eorumque aures ſæpiùs lambendo idoneos ad linguam Deorum ſuorum intelligendam præſtitiſſe. Uno verbo, Philoſophorum Coriphæus, acer, ſiquis unquam ſuit, naturæ ſcrutator, diſertè affirmat ſerpentes maximè ἐπιβούλους eſſe, hoc eſt, ſtruendis inſidiis aptiſſimos. Univerſa iſthæc iis optimè conſentiunt, quæ à Propheta narrantur, ſerpentem videlicet ſupra omnes agri beſtias aſtutum eſſe: eluceſcetque deinceps illum ſruſtra hæc non annotâſſe; tametſi aſtutiæ ejus omnes nihil quicquam ad primorum noſtrorum parentum ſeductionem contulerint.

2. Ex his tamen nullatenus inferendum, illum quondam ex naturali ſua conditione ratiocinatum fuiſſe ac locutum, ſicuti credidère nonnulli. Primò loquela nulli prorſus animanti eſt à naturâ inſita: quod ſi eorum quædam, uti Graculi, Picæ, Pſittaci, loquantur; præterquam quòd paucas edunt voces; tum demum eas edunt, cùm ad hoc fuerunt inſtituta: eaque ſola loquuntur animalia, quorum lingua eſt craſſa, duriuſcula, & ſpiſſa: ſerpentis autem mollis eſt ac tenuis: præterea ad extremitatem in duo aut tria filamenta ſic diviſa; ut ad nihil aliud quàm ab ſibilum comparata videatur. Quod ratiocinandi facultatem ſpectat, ex qua procedit in homine ſermo, uniuſque ex alio illatio; nullum penitus in beſtiis elucet ejus veſtigium. Indeque D. Petrus & Judas eas appellant ἀλόγους, hoc eſt, ratione deſtitutas: aitque David Pſalmo- *Ps. 32: 9.* rum uno, *Equum & mulum omni carere intelligentia.* Quando igitur de Serpente perhibetur à Propheta, eum mulierem fuiſſe allocutum, illamque tentâſſe, ejuſdemque exhibentur tentationes, arte incredibili, ut patebit deinceps, contextæ, aliquid in illo Serpente infuſum fuiſſe & ſupernaturale, extraneaque virtute eundem illum ad loquendum impulſum, conſtat evidentiſſimè. A quonam autem, niſi à Diabolo, fuerit impulſus. Homines enim ea non pollent facultate, ut valeant impellere; nulli inſuper tùm aderant præter Adamum & Evam, qui fuerunt tentati: Deus verò Serpentem nuſquam ad convitia in legem ſuam effundenda induxerit, atque ad peccatum inſtigârit. Idem de Angelis electis affirmo; qui nos ad virtutem duntaxat flectunt ac inclinant. Hoc igitùr unum ſupereſt, quod mali Spiritûs impulſu & directione ſit locutus: & quemadmodum Balaami Aſina nequaquam ex ſua ipſius, ſed ex boni alicujus Angeli virtute humanas fundebat voces; pari prorſus modo Serpentis linguam Satanas ſic flexit, ut ea protulerit verba, quæ hic memorantur. Eaque de cauſa ille aliquando in Script. cùm Serpens, tum Draco nuncupatur, uti 2. Cor. cap. 11: 2. *Vereor ne, quemadmodum Evam Serpens blanditiis ſuis ſeduxit, pariter & cogitationes veſtræ pervertantur, ab ea, quæ eſt in Chriſto, ſimplicitate deviantes:* ſimiliterque Apocalypſ. 12: 9. *Ejectuſque fuit Draco Magnus, Antiquus Serpens, nomine Diabolus, vel Satan; à quo mundus ſeductus eſt univerſus.* Eadem rurſus tentatio, quæ in hoc loco Serpenti, Diabolo in alio aſcribitur; veluti Joh. 8: 44. ubi *Diabolum jam tum a rerum exordio homicidam fuiſſe aſſeritur:* eò quòd ſcilicet hominem ſeductione ſua in mortem præcipitârit. Idem demum Sap. 2: 24. habetur, cùm dicitur, *Diaboli invidiâ mortem in mundum fuiſſe ingreſſam.* Neque verò à Satanæ praxi longè abhorret, quod ejuſcemodi inſtrumentis aliquando loquatur; quin Ethnicorum hiſtoriæ talibus exemplis, uti videre eſt apud Cyrill. lib. 3. in Julian. ſunt refertæ. Quid quod locutus eſt ſæpiſſimè eorum, qui ἐγγαστρίμυθοι vocabantur, ventre; id tamen inſolentius longè, quàm cùm Serpentis ore voces edebat.

3. Quæſtionis tertiæ, cur, cùm Serpens ſolummodo fuerit Satanæ organum, Moſes illius unius, Satana, qui movebat, prætermiſſo, faciat mentionem; quæſtionis, inquam, iſtius ratio eſt aperta. In ea narratione Moſes Hiſtoriographi, minimè vero Interpretis, ſungitur officio; eapropter ea tantùm, quæ apparebant, non autem quæ latebant, commemorat: jam vero in ea tentatione Serpens unus apparebat, nullatenus è contrà Diabolus: eademque de cauſa idem Moſes nihil quicquam de Angelorum creatione attigit; quia unum hoc ipſi erat propoſitum; ut rerum ſenſilium aperiret creationem. Cùm itaque nullam neque de Angelis, neque de eorum lapſu interſeruiſſet mentionem; ſi quid de Diabolo diſertè injeciſſet, inopinum iſtud lectorem aliquatenus offendiſſet novitate rei perculſum; tum maximè ſub Legis œconomia, quæ veritatem perſpicuè adeò declarari non ſinebat; ideoque Prophetæ figurarum ſuarum velo eam obumbrabant; id ſingulari ſtudio attendentes, ut cùm hiſtorias ſuas tum revelationes gentis, ad quam miſſi erant, captui & ingenio accommodarent.

4. At, ajunt, quorſum Diabolus Serpentem ad hominis ſeductionem adhibuiſſet? Serpens, eſto, cætera quævis bruta calliditate ſuperet; hæc tamen prudentia humanæ nullatenus comparanda; neque quicqusm ad tentationem attulit; quæ Satanæ verſutiâ, nequaquam vero Serpentis, inſtituta eſt & completa. Nam in eo effectu Serpens nullum aliud præſtare potuit Diabolo miniſterium, quàm brutum; ſiquidem abſque ulla cognitione ſuboperaretur; verbaque ſibi nullatenus intellecta proferret. Iſthæc omnia propemodum concedimus; ſed ab iis, qui hanc urgent difficultatem, petierim ultro; quânam formâ vellent Diabolus apparuiſſet. Si regerant, eum Evam abſque ulla allocutione, ullaque forma exteriori potuiſſe in peccatum inducere; jam oſtenſum eſt ſuperius, hominem non potuiſſe ante ullum peccatum interiori ulla fraude allici ad peccandum. Neceſſe erat igitur ſaltem uteretur allocutione. Jam autem ſi intra locutionem ſe continuiſſet, voceſque aliquas, abſque ulla exterioris ullius formæ aſſumptione, in aërem emiſiſſet, tum continuo apertius, quàm oportebat, innotuiſſet; patuiſſetque evidenter iſthæc à Spiritu malo proficiſci. Si etiam humanam induiſſet formam; idem illud non minus ſuboluiſſet Evæ, quæ probè

ſciebat

ſciebat nullum alium tùm temporis hominem exiſtere, quàm Adamum. Inter beſtias quoque, ſi aliam adhibuiſſet quàm anguem, eadem ſemper recurriſſet quęſtio; cur eo animali potius eſſet uſus quàm alio quoquam. Quodcunque enim ab eo fingatur aſſumptum, eadem ſemper incommoda objicientur; mirabiléque in ęternum videbitur: brutum aliquod, cujuſcunque ſupponatur ſpeciei aut figuræ, ad ſeducendum hominem inſtrumentum fuiſſe. Quibus iſtud etiam addendum eos, qui talia opponunt, abſque ullo prorſus fundamento ſupponere, penes Satan fuiſſe, eam ex omnibus beſtiis eligere, quam aptiorem cenſeret ad tentationem; cùm contrà ex Euangelio liqueat, illum, ni Deus annuat, in Gadarenorum ſues ingredi non valére: quantò minùs in ea animantia; quæ hominis ſanctiſſimi & Numini dilectiſſimi imperio recentiſſimè ab eodem Numine fuerant ſubjecta. Eo igitur dato, quòd aliquod extiterit animal ad Tentationem convenientius; aſſerimus Diabolum eo minimè uſum; quoniam Deus non conceſſit. Adhæc, qui omnia numero, pondere, & menſura operatur, Is voluit, ne Diabolus aliquod aſciſceret organum genio illius exprimendo idoneum; cui exprimendę nihil videtur accommodatius, quàm ſerpens. Primùm enim in eo, quòd humi ſerpat, perſpicuè nobis repræſentatur Satanam, ex quo cœlis ejectus eſt, terrena tantùm cogitare. 2. Quòd facilè oculis ſe ſubducat, clamque mordeat, id nobis ſignificat Serpentis Veteris inſidias; quibus ex improviſo homines mundo dediti illaqueantur, lethalique vulnere priùs transfiguntur, ejus quàm ſenſerint acceſſum. 3. Serpentis lingua veneno eſt ſuffuſa; ut ſciamus, quantum metuendi ſint ſermones pravi, quibus Satan corda noſtra inficit. 4. Ut eadem lingua in extremitate eſt biſurcata, aut in duos vel tres diſciſſa aculeos; ita ferè Diaboli, quæ ſemper flexiloqua, atque ex ea ambiguitate fallaciſſima. 5. Corpus ſerpentis flexile eſt admodum & variabile, modò repit, modò erigitur; contrahitur aliquando, diſtenditur aliàs; in arcus mox ſinuatur, mox contrà limacis ad formam in ſeipſum coit ac complicatur: Et ſi Hiſtoriæ Indicæ fides habeatur, propè Malabariam reperiuntur angues, quorum caput, dum repunt, eſt anguillarum capiti ſimile; at, cùm eriguntur, extenditur adeò, ut humanam faciem imitetur; eadem prorſus ratione Diabolo familiare eſt & quaſi ingenitum, ut omnia formarum genera induat, ad varias tentationum ſuarum ſpecies variis hominum ingeniis adaptandas: imò & aliquoties in Angelum lucis ſeſe transformet, quo Electos in defectionem, ſi fieri poſſet, inducat. 6. Serpens eſt inſidioſus & fallax, crudelis, homini inimiciſſimus; unde & inter Gentes in inimicitię & offenſionis ſymbolum eſt adhibitus: quæ omnia Priſco Draconi aptè conveniunt, cujus quotidie perfidiam, crudelitatem, odiumque in genus humanum implacabile experimur. 7. Sit Serpens præ omnibus terræ beſtiis prudens, ejus tamen prudentia verè ſtupor cenſenda eſt, ſi cum Diaboli conferatur prudentia; quam Scriptura S. vafritiem, iniquitatis myſterium, Satanæque profunditates appellat. Jure igitur Moſes hoc loco obſervat, præ cunctis animalibus cautum & ingenioſum eſſe ſerpentem. Tametſi enim hujus ingenium nihil profuerit ad Tentationem, Diaboli induſtriâ unicè peractam, ut jam dictum; multum tamen intererat, ut ſciremus Diabolum eo animali fuiſſe uſum; cujus genius ſuo eſt affinis; tantamque inter utrumque eſſe ſympathiam, quanta Angelicam mentem inter & beſtiam humi repentem poteſt intercedere.

Scalig. in Card. Exer. n. 183. 3.

5. His adde quòd, ſi attendimus, quodnam ſerpentis genus adhibuerit in Tentatione Diabolus; conſtabit apertè eum cautiſſimè beſtię genus hoc elegiſſe. Volunt nonnulli Baſiliſcum aſſumpſiſſe, quòd omnium ſit maligniſſimus: alii Scytalem ſerpentem, quippe quæ intuentes colorum ſuorum pulchritudine in admirationem rapiat. Reliqui demum Lamiam, quam ferunt puellarem vultum præ ſe ferre, etſi ſerpentis corpus adjaceat. At ultimus is eſt fabuloſus; alii verò exiliores ſunt & breviores, quam ut potuerint Diabolo utiliter ſervire; quandoquidem vix pedem unum longitudine exæquent. Adde quod, dum Oracula Sacra Diabolum appellant Serpentem ac Draconem, eò nos ducere videantur, ipſum ex toto anguium genere præoptâſſe Draconem, magnitudine alios quoſvis excedentem: minores enim vel juniores cubitos quinque, majores verò quinque & viginti longi ſunt, vel triginta. Quin & in Africa viſi ſunt aliquando nonnulli centenis pedibus, imò & vicenis & centenis longi. Uno verbo, ſi figuram reſpiciamus, vix balęnis cedunt. Eorum ſquamæ ſunt fulvo-aureæ; unde fulgorem fundunt mirabilem. Mento ſuppoſita eſt barba ejuſdem coloris admodum prolixa: ſtillantes ſunt oculi, ac perſpicaciſſimi: eoque fit, ut omnes rerum naturalium Scriptores illos nobis deſcribant tanquam animalia pulchritudine prorſus inſignia: quod Ethnicos tanta affecit admiratione, eos ut pro Diis habuerint. Eamque in rem Supplementa Danielis Apocrypha narrant Babylonios magnum Draconem adorâſſe: in Ægypto pariter, & in Phœnicia, Draconibus ſacrificabatur, illoſque ἀγαθοδαίμονας, hoc eſt, bonos genios nuncupabant: Græcique Æſculapium Medicorum Deum ſub ejuſdem ſpecie repræſentabant; Romæ demum ſuperſtitioſi Draconis caput ædium foribus ſupponebant, rati ſe ædibus hiſce eo facto Numinum favorem conciliaturos. Iſtud ergo intendiſſe videtur in homine tentando Diabolus, dum ſub forma animalis magnitudine & pulchritudine adeò famoſi apparére voluit, ut venerabilior haberetur.

Euſeb. l. 9. de Præp. Evan. Plin. l. 29. c. 4.

6. Hiſce jam ſtantibus; Petitur adhuc, quî factum, ut Mulier territa non fuerit ad ſerpentis hujus acceſſum; qui hodie hominibus vel audaciſſimis terrorem ſit incuſſurus: unde & Moſes, quanquam dux eſſet maximus & generoſiſſimus, a virga ſua eſt averſus, cum Exod. 4: 3. in ſerpentem vidit mutatam: itidemque Apocalypſ 12: 14. Eccleſiæ fuga, perſecutione ſæviente, ſub imagine mulieris Draconem effugientis nobis exhibetur. Quî fit igitur, ut Eva coram eo nullatenus trepidet, aures ipſi prębeat, & cum eodem familiariter adeò colloquatur? Ut his quoque reſpondeatur; obſervatum eſt ſuperiùs, Adamum & Evam nudos prorſus fuiſſe, neque tamen ex ea nuditate ullatenus erubuiſſe; quia nempe ab omni peccati conſcientia & labe erant immunes; quemadmodum autem nullo afficiebantur pudore, ſic & nullo movebantur terrore; quia animantia omnia eos ut Dominos venerabantur.

Quod Platoni aliquatenus videtur innotuiſſe; quippe qui ajat Aureo Seculo, (quod eſt prima Mundi ætas in Paradiſo Terreſtri) animantia etiam ferociora cum hominibus familiariter egiſſe. Inde quoque natum, quod apud Eſai. legitur, dum ſeculum felix deſcripturus, tum fore pollicetur, *Ut lupus cum agno, cum bove leo paſcantur, item puerulus ad aſpidis foramen luſitet, baſiliſcique cavernula manus innoxiè ſit immiſſurus.* Id explicatu longè eſt difficilius; quòd mulier non ſtupeat, dum Serpentem illum videt humanas voces edentem: poteratne enim ignorare, quod vel ſtupidioribus notum; nimirum ratiocinationem & loquelam hominis unius eſſe propria? Cùm itaque auguem illum

Plato in Politic.

Eſ. 11: 6. 8. & 65: 25.

lum audit loquentem, cur fraudem continuò non deprehendit; ipſumque ex ſeipſo nequaquam loqui; ſed ex alterius cujuſdam linguam ejus flectentis impulſu, uti jam oſtenſum, non intelligit? Ex hiſtoriæ tamen circunſtantiis nequit colligi, Ipſi vel leviſſimam fraudis hujus ſuſpicionem fuiſſe ſubortam: nam reſponſionibus ſuis ſe eventu adeò inſolenti & peregrino fuiſſe commotam nullo modo innuit; ex quo conjicitur eam ſermonem illum uni illi, quem aſpiciebat, attribuiſſe ſerpenti. Quin & cùm Deus poſthæc acceſſit, eadem de re nihil quicquam ſuſpicatur; quamvis erroris agnoſcendi plenum affuerit ſpatium. Ait tantùm ſibi à ſerpente illuſum fuiſſe, nulla Satanæ mentione injecta. Probabile igitur, aut mulieri recens creatæ, omnique experientia deſtitutæ, non ſatis fuiſſe perſpectum, inter animalia hominem unum ratione eſſe donatum; aut, ſi hujus perſpiciendi facultas ipſi à Deo fuerat conceſſa, huic facilè aliquatenus renuntiâſſe; fallaci experimento, dum ſerpentem audit loquentem, in adverſum, uti veriſimile eſt, abreptam; aut denique in id unum fuiſſe intentam, ut animalis hujus verba exploraret; eo neglecto, an ex ſeipſo loqueretur, an verò non.

7. Sed alius ſuccedit nodus. Quandoquidem Satan ſolus omne patrârit in Tentatione malum; quare Deus ſerpenti maledicit, à culpa prorſus immuni, eaque ſolum proferenti, quæ ſuggerebantur, nulloque modo intelligenti? At facilis eſt & obvia reſponſio. Ipſi inflicta fuit maledictio, non ut Tentationis authori, ſed ut inſtrumento. Si quis cum bruto coierit, quanquam innocens ſit brutum, Lex tamen Levit. 20: 15. utrumque condemnat; pennaque uri ſolet aliquando, quæ ad falſum quid ſcribendum ſubſervit; non ſecus culter ad parricidium aliquod adhibitus. Corpus quoque cum anima patitur, quoniam membra ejus iniquitatis fuêre inſtrumenta. Nec abſimile, quòd Judas Apoſtolus præcipit, ut odioſa ſit veſtis, quæ carne eſt infecta; eandemque ob cauſam Deus mundum ultima die eſt peſſundaturus; licet inanimata ſint peccati expertia, eſt tamen deſtructurus, eò quod cùm Diaboli, tum hominum iniquitate ſint contaminata. Hoc nempe vult Apoſtolus Rom. 8: 20. *Creata quoque eſſe vanitati addicta, non ex voluntate ſua, ſed propter eum, qui addixit*, &c.

8. Ut jam tandem ad ſerpentis maledictum accedamus; *Super ventre ſerpes, tellurisque pulverem comedes*, &c. equidem concedimus, illa eſſe quaſi naturalia ac ingenita; non poſſumus enim ad opinionem eorum accedere, qui ſtatuunt eum quondam quatuor habuiſſe pedes, quibus incedebat quadantenus erectus, quibuſve fuit orbatus, quòd Satanæ in Tentatione ſervierit. Quæ autem ad hęc nos movent iſthæc ſunt, quòd nullum aliud inveniamus à peccato mutationis cujuſquam in rerum natura affinis exemplum: quodque ſcribit Propheta, *Deum die ſeptima ab omnibus operibus ſuis quieviſſe*, teſtatur nihil in ejus operibus à ſexto Creationis die fuiſſe immutatum. Adhæc Philoſophorum Princeps ex corporis ſtructura ſufiſſimè demonſtrat ſerpentem quamcunque in partem flecti & procedere debere; indeque adeò, ſi pedibus foret inſtructus, eos impedimento potiùs futuros, quàm auxilio. Ajo igitur repere ſerpenti æque eſſe nativum, ac ſit belluis incedere, natare piſcibus, cœlorumque avibus volare. Sed verſâ ob Dei maledictionem in ſupplicium naturâ, res facta eſt laborioſa; non ſecus quàm operatio homini, mulierique partus. Terræ enim cultus homini erat ab initio naturalis, cùm ab ipſa Paradiſi Terreſtris inhabitatione eum coleret; ſed quod abſque ullo labore ante peccatum exequebatur, idem illud hodiè cum labore operatur, panemque ſuum

Lib. de Inceſſ. Animal.

cum ſudore vultûs manducat. Pari prorſus modo partus à natura fœminæ fuerat datus; ſed ex peccato dolor à Deo additus. Idem ſerpenti accidit, cui ſerpere jam gravius, quàm fuerit in principio: idemque, ex quo divina maledictione terrâ fuit percuſſâ, pabuli alterius defectu eò adigitur aliquando ut pulverem manducet. Sed de his ſuo loco.

Hæc eſt, Vir. Clariſſ., genuina opinio, quam de Serpente Tentatore ante annos triginta hauſeram, uti patet ex aliqua, quam tum eam in rem habui, concione publica, cujus ſumma eſt hæc Diſſertatio: neque quicquam ex eo tempore vidi, quo fuerim ab ea dimotus. Difficultatum, quas Celeb. Amyraldus ad ſententiam ſuam firmandam, vel vulgarem convellendam adducit, pars major eſt certe debilis admodum. Quòd ſi quædam aliquam habere videantur ſpeciem; graviores longè occurrunt, dum negatur Moſen de vero ſerpente loqui: adempto enim verbis ejus tam diſertis ſenſu literali omnia evadunt incertiſſima. Si enim is in eo Textu negetur, poteſt eadem ratione in alio quocunque; hincque adeò quicquid libuerit poteſt adoptari.

Prima Viri hujus doctiſſ. objectio hæc eſt; quòd ſi de germano ſerpente ageretur, hujus genus Moſes indicâſſet. Reſpondeo Moſis virgam fuiſſe reapſe in anguem converſam, quod nemo unquam eſt inficiatus; Idem tamen merè ait in anguem converſam; anguis hujus ſpecie minimè annotata. Idque Scriptoribus cunctis affini in argumento familiare. Sic, v. g. Tullius lib. 1. de Divinat. *Cum Sylla in agro Nolano immolaret ante Pratorium, ab infima ara ſubitò anguis emerſit.* Sic quoque de eodem Valer. Maxim. lib. 1. cap. 6; *Subitò ab ima parte aræ prolapſum anguem proſpexit.* Cicero rurſus de Divin. lib. 2. *Cum ad eum retuliſſet quaſi oſtentum, quòd anguis domi vectem circumvectus eſſet: Tum, inquit, fuiſſet oſtentum, ſi anguis vectem circumplicâſſet.* Et paulò pòſt; *Caj. Gracchus ad M. Pompejum ſcripſit, duobus anguibus domi comprehenſis, haruſpices à Patre convocatos*, &c. Valerius Maxim. de iiſdem lib. 4. cap. 6. *Tiber. Gracchus anguibus domi ſua, mare & fæmina, apprehenſis*, &c. In locis hiſce omnibus vox generalis, *Anguis*, certam ſerpentis ſpeciem, imò & ſub ea ſpecie determinatum aliquod individuum ſignificat; neque tamen poſtrema hæc duo circunſcriptè determinantur.

Urget 2. Articulum ה, voci נחש præfixum, aliquem ſignare debere Serpentem minimè vulgarem; eò quòd Articulus iſte magnam habeat emphaſim. Reſp. Numer. 21: 10. אם נשך הנחש את איש *Si quem ſerpens mordeat*, &c. Idem ille Articulus eidem voci à Moſe inibi præponitur, eo tamen loco anguis quilibet intelligendus. Similiter etiam Eccleſiaſt. 10: 11. אם ישך הנחש בלא לחש *Si ſerpens momorderit, nondum adhibita incantatione*, &c. Amoſi 5: 19. Quaſi quis fugeret מפני הארי *à facie leonis*, *& incurrat in* הדב, *urſum*, ובא הבית, *& domum ingrediatur*, *manuque innitatur* על הקיר *in murum*, ונשכו הנחש *& ſerpens mordeat*, &c. In uno ecce verſiculo quinque Articuli hujus habentur exempla, in quibus nulla datur Emphaſis, ſive in voce ſerpentis, ſive in antecedentibus aliis. In illis enim nullatenus agitur vel de Leone quodam, vel de Urſo, vel de Æde, vel de Muro, vel de Serpente; in quibus ſingulare quid occurrat, quo à reliquis ejuſdem ſpeciei animantibus ſecernantur.

Addit, de ſerpente nativo dici non poſſe, quòd ſit animalium omnium in terris habitantium verſutiſſimum; ſiquidem ſimiæ, equi, canes & elephantes ex Plutarcho, Plinio, &c. eo ſint longè ingenioſiora. Reſp. Concedimus Scriptores nobis plurima

plurima de illis narrare; quę, ſi vera ſint, admirationem moveant. At nec pauciora nec minora Ælian. lib. de Animalib. Plinius & Plutarch. variis locis Draconi tribuunt. Extant apud eos Dracones, qui herbarum vires novêre. Occurrunt etiam, qui puellas amant, caudiſque ſuis leniter caſtigant, ſi ad aliquod tempus fuerint evagatæ. Quod etiam Homerus leviter attingit: memoratque pleniùs paulò Ælianus; rem enarrans, ac ſi in Judæa vel Idumæa accidiſſet; cui affine exemplum affert Plutarchus, affirmans idem in Ætolia contigiſſe aliquando. Mentionem quoque faciunt variorum puerulorum, quos ſummè dilexerunt Dracones. Eam in rem Ælianus poſt Hegemonem ſcribit, Animal. lib. 8. c. 11. de Juvene quodam Theſſaliæ Paſtore, qui Aleuas vocabatur; quòd ingens quidam Draco ſæpiuſculè ipſum viſeret, pulcherrimos ejus exoſcularetur capillos, ejuſdem faciem leni linguæ motitatione identidem detergeret, eidem demum partem prædæ raptæ aliquam divideret. De alio etiam Dracone eodem lib. cap. 63. memorat; quòd, cùm unà cum Arcade quodam puerulo fuiſſet enutritus, ac poſt hæc ætate creſcente in ſylvam aliquam ablegatus, id fortè evenerit, ut puer ille annis pluribus elapſis adultus eadem in ſylva à latronibus quibuſdam fuerit impetitus; cùmque ex conſternatione vehementes emitteret clamores, iis auditis & agnitis Draco ad ferendam opem continuò occurrerit; nonnulliſque eorum latronum occiſis, aliiſque fugatis, ſervârit amicum, cumque, quoad locum tutum attigerit, fuerit comitatus. Eventûs ejuſdem poſt Democritum meminit Plinius. *Hæc*, inquit, *fidem Democrito aſſerunt, qui Thoantem in Arcadia ſervatum à dracone narrat. Eum nutrierat puer dilectum admodum, pavenſque ſerpentis naturam, & magnitudinem metuens in ſolitudines tulerat; in quibus circumvento latronum inſidiis, agnitaque voce ſubvenit.* Quod idem alio loco ſic commemorat; *Dicta ſunt, quæ Arcadia narrat de Domino à dracone ſervato, & agnita voce hominis.* Hiſtoriam aliam huic prorſus quoad eventum ſimilem affert Ælianus alter; in eo ſolo diverſam, quòd hæc in Achaiæ urbe Patra contigerint, illa verò in Arcadia. Idem propemodum habent Macedones de Pindo Macedonis primi ſui Regis filiò; quem cùm fratres in loco ſemoto eſſent adorti; Draco, qui & noverat & diligebat, imò & aliquoties venationis ejus erat particeps, ad illius inclamationes acceſſit ulturus, eoque jam trucidato, ſtrage horribili in homicidam ſævit, ejuſdemque cadaver fideliſſimè cuſtodivit, dum advenirent cognati, qui efferrent & ſepulchro imponerent. Ex narrationibus hiſce omnibus intelligitur perſpicuè, Dracones eorum, qui venuſtate quadam ſunt inſignes, agnoſcere pulchritudinem, & amare, diúque eorundem tum vultus tum vocis ſervare ideam; beneficiorum ſibi à quibuslibet collatorum recordari, eaque in tempore rependere. Ad hujus autem, quod affirmo, ſtabilitatem ſatis erit, ſi ex tot affinibus hiſtoriis vel unicam veram eſſe mihi concedatur. Quòd ſi omnes in univerſum pro ſuſpectis habeantur, pari omninò jure licebit & mihi, quæcunque in animalium præſtantiam ex Plutarcho, Plinio, Æliano, &c. afferuntur, pernegare. Jam verò, ſi teſtimoniis hiſce ea adjungantur, quę ſuperiùs ex Veteribus primo inter illos octo, in quibus de ſerpentibus agitur, articulo adducuntur, comperietur Moſem graviſſimis eò inductum fuiſſe rationibus, ut aſſereret, Serpentem eſſe omnium animalium cautiſſimum: etſi ejus vafrities minùs ſit nobis perſpecta, quàm cæterorum; quoniam mutuum hominem inter & ſerpentem odium facit, ne idem cum illis, quod cum aliis animalibus, habeamus commercium.

Il. 2. v. 93. 94. Animal. l. 6. c. 17.

Lib. Var. Animal.

Lib. 8. c. 17.

L. 10. c. 64.

Var. Hiſt. l. 13. c. 16.

Ælian. de Anim. l. 10. c. 48.

Clariſſ. idem Amyraldus inſtat, Quæcunque de ſerpentum prudentia vel calliditate afferuntur, ea tribus tantum niti fundamentis. Primum Pſalm 58. habetur, in quo extat, Aſpidem aures ad incantatoris vocem obturare. Secundum in eo eſt ſitum; quod ſerpentis corpus ſit admodum flexile, ac tenue; complicetur facillimè quoties opus eſt, ac diſtendatur; nullo elabatur labore; dumeta quævis, nullo quoquam obſtaculo remorante, ſubeat, &c. Tertium denique ex eo ducitur, quod dum fervet æſtus in aprico ſtet in orbem circumvolutus, eminente ſupra orbem capite, ut eo ſitu promptiùs prætereuntem quemque invadat, tutiúſque ſuas ſtruat inſidias. Reſponſ. At verò neminem quenquam uſquam audivi, qui omnes ſerpentum verſutias intra tria iſthæc circunſcribat. Et ſectio proximè antecedens, & ea omnia, quæ in prima ſuperiorum octo fuêre memorata; hæc, inquam, clarè oſtendunt, alia multa afferri calliditatis eorum argumenta longè tribus hiſce notabiliora. Æquum eſt tamen, ut ea expendamus, quæ circa unumquodque illorum fundamentorum à Clariſſimo Viro regeruntur.

Circa primum regerit, Neminem prorſus allegari poſſe, qui ad capiendas aſpides utatur incantatione, neque illarum tantam eſſe prudentiam, ut aures occludant, ad omnem incantationem præcludendam; illudque eſſe vulgatiſſimam plebis opinionem, ſed falſam, quâ Pſaltes ad ſermonis ornatum utatur. Reſponſ. Iſthęc omnia profectò ſine ſtupore quodam non potui legere. Primùm enim hoc inauditum videtur, quòd neget, ulla adhiberi incantamenta, ut vel aſpides, vel alii angues apprehendantur; cùm inter omnia præſtigiarum genera iſtud ſit & vulgatiſſimum & frequentiſſimum. Alio loco à me eſt demonſtratum, integras gentes quaſdam extare, quales nempe fuêre Pſylli, Marſi, Theſſali, Ægyptii, quæ illam & palam profiterentur, & paſſim uſurparent; imò etiamnum, Indos, Mauros, Melindanos, ac Peruvianos eandem adhibêre. Nonnulla quoque ejus in vetuſtioribus fabulis, Orphei, Jaſonis, Medeæ, deprehendi indicia; aſpidéſque vel manuum attactu, vel characteribus quibuſdam magicis, vel figuris taliſmanicis; vel lamellis, lignis, lapidibus, imagine quadam inſcriptis; præcipuè tamen incantationibus; hoc eſt, carminibus quibuſdam utplurimum barbaris, quæ nonnulli elatiore voce canebant, alii verò ſummiſſiori admurmurabant; hiſce, inquam, omnibus ad capturam demulceri: iiſdem quoque præſtigiis alias è cavernulis ſuis educi, fugari nonnullas, quaſdam ſiſti & ſopiri, à reliquis ejici venenum, earum ne morſus noceat; illos demum, qui jam earum morſu fuiſſent vulnerati, eâdem viâ reſtitui ac ſervari: aliquos tamen extare ſerpentes, in quos nihil quicquam valeant incantamenta; quales illi, quorum meminêre Jerem. 8: 17. Eccleſiaſt. 10: 11. & Syrac. 12: 13; quos Arabes ſurdos vocant; non quòd revera ſint ſurdi; ſed quòd ad incantatoris vocem obſurdeſcant; aſpidem autem ab iis in hoc ordine collocari. Quibus aſtipulatur Ælian. de Anim. lib. 1. cap. 54. Neque aliud intendit Pſalm. 58: 5. 6. David, quando *Aſpidem appellat ſurdam, atque eam aures ad incantatoris vocem occludere*; hiſce nihil aliud ſignificans, quàm quòd voce illa non afficiatur magis, quàm ſi vel reipſa foret ſurda, vel aures haberet plenè obturatas; antecedenti pro conſequente, locutione tropicâ, ſubſtituto: quo loquendi genere Æneid. 4. dicitur de Ænea,

—— *Sed nullis ille movetur*
Fletibus, aut voces ullas tractabilis audit,
Fata obſtant, placidaſque Viri Deus obſtruit aures.

Quibus ſignificatur, illum Didonis precibus æquè parum affici, ac ſi aures ejus fuiſſent obſtructæ. Sed hæc omnia fuſiùs Tractatu Meo de ſerpentibus, cap. 6, in quo de aſpide ſurda habentur, demonſtrata; iiſque ſatisfacere debebat Vir Celeb. ut oſtenderet hunc Pſalnis locum nullatenus probare ſerpentem eſſe cautum ac prudentem: At, cùm iſthæc deberet, nihilominus tamen duo duntaxat reponit, eaque prorſus inaudita; 1° Non adhiberi adverſus aſpides & ſerpentes incantamenta; quod idem omnino, ac ſi ſolem media die lucere inficiaretur: 2° Iſtud vulgarem eſſe errorem, quo David ſit ad orationis ſuæ ornamentum uſus; quaſi ignaræ plebeculæ errores ſcriptoris alicujus ſacri poſſent ornare dictionem.

Quod attinet ſecundum fundamentum ab ipſo ſibi objectum, ut ipſum ſubvertat, regerit; ſi ſerpens ex corporis agilitate dumos facilè ſubeat, id in illo nullam arguere calliditatem: cum idem illud omnibus animantibus ſit ingenitum, ut effugiant citiſſimè, quoties quis inſtat ac perſequitur. Reſponſ. Hæc lubenter damus; eòque lubentiùs, quòd nullum quenquam audiverimus, qui eo argumento disertè ſit uſus, præter Hiſpanum quendam, Ramirez del Prado appellatum; in eo totam ſerpentis prudentiam collocantem; quòd facilè, quocunque libuerit, ſuccedat; in quo corporis flexilitas veriùs elucet, quàm animi ſubtilitas. Arbitror igitur inde nihil poſſe deduci præter iſtud; eum ſcilicet ſe, cùm careat pedibus, tanta agilitate, tantaque celeritate minimè motitaturum; niſi ejus ſpiritus promptiſſimi forent & ſubtiliſſimi. Quod cùm craſſioribus & ſtupidioribus deſit animalibus, aliquod inde ingenii & acuminis ejus duci poteſt argumentum.

Ad tertium fundamentum Vir idem eruditiſſ. reſpondet, Quoties ſerpentes in lineam ſpiralem circumtorquentur, elato ſuprà capite, eos hoc ſitu non diſponi, ut ſe tueantur, vel prætereuntes cautiùs invadant; verùm eo duntaxat fine, ut aërem liberiùs aſpirent. Reſponſ. At certè nullus occurrit, qui hanc adhibeat rationem ad eorum vafritiem probandam: nedum quis adhibeat, ut contrà, quotquot eam in rem ſcribunt, illi omnes aſſerant, illum caput occultare, reliquum verò corpus incurſibus objicere. Hujus inſpiciantur argumenta, ſi libet, in Opere meo de Animal. lib. 1. cap. 4. Profectò Virum Clariſſ. non decebat, dum vellet rationibus ſatisfacere, quibus ſerpentum aſtruitur prudentia, eas ex cerebro ſuo haurire; ex adverſariorum libris erant potiùs ſumenda.

Hiſce Chriſti verbis, Matth. 10: 16. *Eſtote prudentes, ut ſerpentes, ſimplicéſque ſicuti columbæ,* Reſpondet proverbium eſſe, in quo Chriſtus ex rei ipſius veritate nequaquam loquitur, ſed ex vulgi ſenſu: ademptáque Serpentibus ſapientia, eandem columbis largitur, pertendens illas ſuis inſtructas eſſe aſtutiis; quin & adeo ad iram proclives, atque ad pugnam acres, ut ſeſe vulneribus mutuis conficiant aliquando. Quod quidem cognitionem meam excedit, at nihil prorſus facit ad rem. Fieri enim poteſt, ut ignarus & ſimplex aliquis ſit in iram pronus. At quod ait Redemptorem noſtrum, quando anguibus ſolertiam, columbis verò ingenuitatem aſcribit, nullatenus juxta rei veritatem, ſed juxta vulgi opinionem locutum eſſe, id non poſſum prætermittere intactum: non debuit quippe ignorare Vir Doctiſſimus J. Chriſtum verba ab ore populi, in judiciis ſuis ſæpiſſimè errantis, non ſumpſiſſe; ſed ex duorum illuſtrium Prophetarum ſcriptis fuiſſe tranſſumpta. Nobis enim dictat, *Simus prudentes, ſicut ſerpentes,* ad Moſem reſpiciens, ejuſque fultus authoritate, qui ajat, *Serpentem eſſe* ערום *prudentem præ omnibus agri beſtiis*; quæ ſic vertunt Græci, ὁ δὲ ὄφις ἦν φρονιμώτατος, &c; qua eadem voce utitur Euangeliſta, φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις. Quando verò præſcribit, *Ut ſimus ſimplices veluti columbæ*, id attendit, quod Oſeæ 7: 11. habetur, ubi dicitur, *Ephraim fuiſſe*, כיונה פותה אין לב, *uti columbam ſimplicem ac vecordem*; quod prolixè Tractat. de Columb. cap. 4. demonſtro. Revera quidem, columbas eſſe ſimplices, id minimè errantis plebeculæ dogma; ſed inſtitutum naturæ certiſſimum; uti loco citato, tum ex natura ipſa, tum ex omni teſtium genere planum facio. Nonne iſtud ingentis in columbis ſimplicitatis indicium; quòd toties ad idem illud redeant tuguriolum, in quibus pullis ſuis privatæ fuerunt? Nonne etiam, quòd tam parum cautè incurrant in retia, quæ tam cautè aves aliæ vitant? Et ſi quando iis earum una ſit irretita, aliæ omnes ſoleant advolare? Quam quæſo ob cauſam in hæc Juvenalis verba, *Vexat cenſura columbas*, Scholiaſtes Vetus ait, Columbas retulit ad ſimplicitatem? Suidaſque in Proverbio, ἡμένη πελειάς, *Columba ſedens*, aſſerit id vulgo dici ἐπὶ τῶν ἁπλουστάτων, de *ſimpliciſſimis*; διὰ τὸ εὔηθες τοῦ ζώου, *propter animalis ſtupiditatem*, ut addit Euſtath. in Homeri Iliad. ψ. Adeas inſuper, ſi lubet, quas eam in rem ex priſcis Arabibus, ac Patribus delibavi, *Animal. Tom. 1. cap. 4.*

Objicit præterea Vir Doctiſſ. Moſem ſerpentis verſutiem fruſtra memoraſſe, ni ſerpentis nomine Diabolum intellexerit; quandoquidem ex Diaboli unius, nequaquam verò ex Serpentis, ſtratagemate orta ſit tentatio. Sed hiſce ad articulorum jam aliquoties ſuperiùs memoratorum quartum abundè ſatisfecimus, reſpondentes noſtri multùm intereſſe, ut ſciremus, Satanam, cùm vellet hominem decipere, miniſterio animalis ejuſdem ſecum genii, vafritieique affinis, uſum fuiſſe; ſiquidem iſtud contulerit plurimùm ad perſuadendum mulieri tentationem à Serpente proceſſiſſe.

Exiſtimat tamen Vir Clariſſ. Diabolo longè conducibilius futurum fuiſſe, ſi eam in rem vel pſittacum, vel picam, vel hyænam aſſumpſiſſet; quoniam hæc ſermonem humanum ſoleant imitari, angues verò ad ſibilandum unicè ſint facti. Reſponſ. Verùm ſi Angelus aſinæ humanas voces potuit inſpirare, cur alienum videatur, Diabolum eaſdem illas Serpenti ſuggerere? Adhæc licet vel picas, vel pſittacos quoſdam adhibuiſſet, neceſſe tamen fuiſſet, ut ipſe eorum afformâſſet ſermones; cùm nihil quicquam proferant, quin priùs ad id ſint inſtituti. De hyæna Plinius quidem & Solinus narrant, eam nomina, quæ audit, retinere; noctu homines advocare, & quando accedunt, dilacerare; ſed purum putum eſt figmentum: caneſque duntaxat adducit, eos imitando, dum vomunt. Quod unum referunt cùm Ariſtoteles tum Ælianus, imò & iidem illi ſcriptores, qui ſuprà. Quoad cætera, quæ addunt, eam nempe vocabula quædam memoriæ infigere, eáque pro tempore pronuntiare, ex fabuloſis authoribus deſumpſère. Contrarium enim teſtantur Orientales plagæ omnes, in quibus hoc animal notiſſimum.

Quærit quoque, cur Diabolus adhibuerit ſerpentem, cùm ipſemet potuerit mulierem alloqui, vel abſque ulla ſenſili forma, vel ſaltem cum humana; qualem Angeli ſuſcipiebant, quando πρωτοπλάσταις ante lapſum vellent convenire. Reſponſ. Si eo modo Diabolus Evam eſſet aggreſſus, ſtatim patuiſſet, quis eſſet. Sive enim nullam, ſive humanam

manam induiſſet formam, Eva continuò intellexiſſet eum, qui ſecum colloqueretur, ſpiritum eſſe impurum; quippe quæ non ignoraret Angelos cœleſtes nequaquam ſibi ſuaſuros, ut in Deum rebellaret; itemque nullum alium tunc extitiſſe in mundo virum, quam ſuum. Cæterùm, quod ſupponit Vir Doctiſſ. Angelos primis noſtris parentibus ante ipſorum defectionem & apparere, & colloqui ſolitos, id ſine ulla ratione, imo & veriſimilitudine ulla, affertur; uti facile conſtabit, ſi attendatur, quantillo temporis ſpatio iidem illi parentes permanſerint in integritate.

Sciſcitatur iterum, quî fieri potuerit, ut mulier ſtupore quodam non fuerit correpta; cùm audiret brutum, quod ad hoc uſque tempus hominis loquelâ non fuerat uſum, eâ non ſolùm utens facillimè, ſed inſuper de rebus adeò momentoſis ſermones confidenter ferens. Hæc certè aliquam fraudis debebant injicere ſuſpicionem. Reſponſ. At hæc plenè ad Articulor. ſuprà allegator. ſextum fuêre ſoluta; ſatiſque erit, ſi addam, eundem moveri poſſe ſcrupulum circa Bileami cum Aſina ſua colloquium. Quando enim illa reſpondet; *Quid in te egi, quòd jam ter me percuſſeris?* Ille ſtatim, inſolenti adeo eventu nullatenus commotus, regerit; *quia mihi illuſiſti.* Is tamen magnus erat Propheta, longéque ac latè celeberrimus; quippè qui à Moabitarum Rege è locis tam diſſitis advocaretur. Noveratque procul dubio bruta & loquendi & ratiocinandi facultate eſſe prorſus deſtituta; imo & in illorum genere Aſinos omnium eſſe ſtupidiſſimos. Quid quòd & longè meliùs cognoſcebat aſinam, quâ ab ineunte juventute fuerat ſemper uſus, quàm Serpentem Eva cognoſceret, qui parum erat ipſi familiaris: eò quòd è manu creatoris recens Eva prodibat. Fieri igitur facilè potuit, ut, dum Eva audiret Serpentem ſecum colloquentem, in id non adverterit (uti nec advertit Balaamus, quando Aſinæ ſuæ reſpondet) utrum ex ſeipſo verba funderet, an verò non. Sed cætera ad Articul. 6. ſæpius jam notatum videas.

Obſervat deinceps Vir Clariſſ. Tentationem Satanæ ſemper, nunquam autem Serpenti, in N. Teſtam. adſcribi. Reſponſ. Id quidem veriſſimum; quia nempe Novo Teſtam. peculiare eſt,
Luca23:43. 2Cor. 12:4. Apocal. 2:7. &c. ut ea revelet, quæ in Veteri erant velata: Indéque adeò tum Chriſtus tum Apoſtoli *Paradiſum & Arborem vitæ* ſignificatione longè ſublimiori uſurpant, quàm Moſes: ex his tamen nullatenus inferendum eâ, quæ de *Paradiſo* & *Arbore vitæ* apud Moſem leguntur, familiari & proprio ſenſu carere. Singulari enim attentione digna ſunt hæc Jeſu Chriſti verba, *Prudentes eſtote ut ſerpentes*, in iis quippe manifeſta occurrit ad hunc Moſis locum alluſio, *Serpens præ cæteris terræ animalibus prudens erat, aut verſutus.* Jam autem ex his evidenter colligitur, Chriſtum Moſis verba ad ſerpentem corporeum retuliſſe. Nullus ſiquidem uſquam crediderit, ſanctiſſimum hunc Redemptorem Diaboli verſutiem nobis commendare, cùm mandat, *Ut ſimus ſerpentum ad inſtar prudentes*; Vel eundem quando ſubdit, *Ut ſimus non ſecus quàm columbæ ſimplices*, columbarum vocabulo Spiritum Sanctum ſignificatum voluiſſe. Ab omnibus conceditur, utroque loco nativos ſerpentes, genuinaſque columbas intendi.

Urget potiſſimùm hęc verba, *Semen mulieris ſerpentis caput conteret*, quæ, ait, Chriſtum perſpicuè reſpiciunt. Is autem ſerpentem nequaquam contrivit; ſed morte ſua eum plenè fregit, qui mortis tenebat imperium, nempe Diabolum. Jam verò ſi hæc verba ad Satanam, non autem ad corporeum ſerpentem, ſint referenda; idem de reliquis ſtatuendum contendit, inprimis de execratione illa, quæ Gen. 3:14, 15. à Deo in Serpentem vibratur. Reſponſ. Ad hęc reſpondeo duplicem eſſe execrationis hujus ſenſum, literalem unum, myſticum alterum; uti varii extant Pſalmi, qui ſecundùm literam Davidi vel Salomoni, ſecundum myſterium autem J. Chriſto conveniunt: ſicuti etiam quod de duobus Abrahami filiis, priore ex famula, poſteriore ex ingenua prognatis, hiſtoricè narratur, allegoricè ad duo Legis & Evangelii fœdera transfertur; quorum prius in ſervitutem, poſterius in libertatem gignit. Eodem planè modo in hoc maledicto literalis ſenſus Serpentem unicè ſpectat, ſed allegoricus & myſticus in Satanam tendit. Alter eſt patentior, reconditior alter; ille exterior, hic interior; corticem prior, medullam poſterior attingit. In priori hęrent Judæi, qui legem Moſis per appoſitum cordi velamen ſemper intuentur; ſed in poſteriorem penetrant genuini fideles, ſolaménque in eo quærunt.

Opponit quoque, nequaquam probabile eſſe, Deum affari voluiſſe Serpentem, ejus qui verba non poſſet intelligere. At, ſi quando Deus per proſopopæiam aliquam aut animata aut inanimata affatur, in iiſdem illis exequitur ac pręſtat, quæ exequenda & ab iis præſtanda nuntiat & præcipit. Cùm dicit animalibus, *Creſcite & multiplicamini*, iis ipſis verbis creſcendi & multiplicandi vires illis impertitur. Chriſtus ficum eſt allocutus, cùm ipſam execraretur; dixitque, *Ne deinceps fructus ullus ex te prodeat*; at eo momento ficus ſtatim exaruit, Matth. 21:19. Moſes ſimiliter Numer. 20: 8. Rupem; Joſua Joſ. 10: verſ. 11. Solem; Propheta quidam 1 Reg. 13: verſ. 2. Bethelis altare, ſunt affati; ſed eo affatu, qui ea poſſet operari, quæ nuntiat. Eadem prorſus ratione Deus aliquando animantibus, uti Corvis 1 Reg. 17: 4. Locuſtis 2 Paral. 7: 13.; Serpentibus Amoſ. 9: 3. Piſcibus Jon. 2: 10; itemque rebus inanimis, veluti Cœlis Eſ. 45: 12.; Nubibus Job. 38: 11. Pſalm. 78: 23. Eſ. 5: 8.; Tempori matutino Job. 38: 12; Enſi Amoſ. 9: 4. permulta mandat, quę tamen nullo modo percipiunt. Pari prorſus figura Serpenti ait; *Quandoquidem iſtud egeris*, hoc eſt, inſtrumentum Diabolo fueris in homine ſeducendo; ut ſcilicet oſtendat, quanto odio proſequatur peccatum; cùm ejus vindictam in ea etiam diffundat, quæ illius fuêre tantùm organa, eáque cognitione omni deſtituta. In quibus nulla prorſus ſubeſt injuſtitia; quandoquidem ad hominem inſtituendum, ſalutarique metu à malo abſterrendum mandentur. Eodem conſilio Falſarii cum diplomatibus ſigilliſque ſuis ementitis de cruce ſuſpendi; Venefici cum libris & characteribus magicis comburi; Belluę, cum iis, qui abuſi ſunt, Levitic. cap. 20. verſ. 15. necari conſuevêre. Eodem quoque Hacan cum pallio, argento & auro, quæ ſubtraxerat Joſ. cap. 7. verſ. 14. fuit exuſtus. Vide ſuprà Art. 7.

Inſtat, his vocibus, *Maledictus erit præ omnibus agrorum beſtiis* (ſi modò ad Serpentem dirigantur) ſupponi cætera animantia ex rebellione noſtra Numinis execrationem, leviorem quidem, unâ cum Serpente incurriſſe; quæ tamen non ſatis vero conſentanea videantur. Reſponſ. Hæc ultro damus, iis innixi, quæ Rom. 8: verſ. 10. ait Apoſtolus; *Creaturas vanitati eſſe obnoxias non ex proprio nutu, ſed illius, qui fecit obnoxias.* At verò ſerpens, qui ad noſtri ſeductionem Diabolo ſubſerviit, ſpeciali execratione eſt devotus. Quod autem Vir Doctiſſ. ſubjungit; Dei maledictum, ſi ſerpentem feriat, ad unicam ſerpentis ſpeciem debere reſtringi; cùm Diabolus unius duntaxat miniſterio, qualiſcunque illa fuerit, ſit uſus; id ex iis

quæ ſuperiùs allata ſunt, nimirum animalia quęvis diris hiſce fuiſſe percuſſa, perſpicuè refellitur: Si enim fuère quævis; quanto magis, quę ſub communi ſerpentis genere continentur; quippe quæ ad illius, qui ad malum eſt cooperatus, ſpeciem & genium propiùs accedant.

Premit iterum, Incommoda, quæ anguium conditionem neceſſariò & naturaliter concomitentur, cujuſmodi ſunt, *Super ventrem repere, pulverem comedere*, hæc, inquam, execrabilem quandam reputari non poſſe Dei ultionem. Sed hiſce ad Art. 8um ſuprà occurri. Hoc unum igitur adjiciam, quod, cùm ante peccatum ſerpens erecto capite, nullóque labore agiliter reperet; poſt peccatum & ſitus & greſſus iſthæc longè ſint lentiora, longéque laborioſiora; ita ut ſibimet ipſi ſit gravis, niſuque magno terram everrat. Ex quo fit, ut cutis citò attrita identidem renovanda veniat, frequentique ejuſdem attritu lapides excaventur. Invitus præterea pulverem edit, cumque aliis alimentis intermiſcet, eò quòd in ventrem ſerpat. Quin &, cùm in aridioribus locis aliud omne deſit pabulum, neceſſe eſt terreſtri pulvere ac ſucco veſcatur.

Ex ſuperioribus porro ſequitur, Serpentem & Mulierem cum ſuo utrumque ſemine ſeſe reciprocè averſaturos. Et certè ex lapſu ſuo Eva ipſum ſemper eſt averſata; neque ullum occurrit animal nobis, qui ſumus illius ſemen, odioſius; adeò ut vel ſolo illius aſpectu exhorreſcamus. Unde & Poëtæ nihil quicquam horribile fingunt, quin anguea admiſceant. Furiis & Gorgonibus ſerpentinos crines affingunt; Cerbero cani Tartareo ſerpentea pro pilis ſubſtituunt; Gigantibus illis, qui cœlos invadere ſunt aggreſſi, anguina capita; Monſtroſis iſtis Lamiis, quæ pueros vorare fabulantur, anguium caudas aſcribunt. Si qui bella civilia foveant, eos ajunt ex ſerpentum dentibus progenitos. Hinc quoque Chriſtus Scribas & Phariſæos progeniem viperarum ob hypocriſim appellat. Hinc David Pſalm. 140. de Doëgo & ſimilibus ait, *Eos linguas ſuas ſerpentum ad morem acuere; venenoque vipereo ſuffuſa eſſe eorundem labia.* Uno verbo, ex veteri dicto, *Aliquid non ſecus quàm ſerpentem odiſſe*; *Cane pejus & angue averſari*, hæc odium notant prorſus implacabile. Vide Lib. Noſtr. pag. 30. lin. 47. Jam autem ſi ſerpentes horremus, illi nos non minus averſantur. Mutua eſt utrinque antipathia; ita ut, quemadmodum ſerpentis venenum nobis eſt lethale; ſic & hominis ſaliva ſerpenti lethifera habeatur. Ex quibus bellum hominem inter & ſerpentem viget indeſinens ac æternum. Neque ſerpentes in eo aliis feris ſunt ſimiles. Hæ hominem non invadunt, quin fame urgenti premantur; illi contrà nullam nocendi occaſionem prętermittunt, quin noceant; homineſque eo duntaxat propoſito videntur mordere, ut mordeant, nullâ aliâ utilitate inde captatâ. Idque nôrunt optimè quotquot calidiores mundi plagas frequentârunt; in illis enim angues intra vias, vepreta, arenas, viarum orbitas, &c. ſolent latitare, ut prætereuntes quoſque obſervent & mordeant. Quod & à Jacobo Geneſ. 49: 17. aliquatenus attingitur. Inde quoque factum, ut urbes integræ, cujuſmodi Salamis in Græcia, Amyclæ in Italia, Draconum Inſula in Ora Genuenſi, aliàs à ſerpentibus fuerint omninò devaſtatæ.

Nihil non ergo Illi ad mutuam ſui cladem moliruntur: At frequentior eorundem inter ſe pugna ea eſt, quàm Propheta memorat; cùm nempe in occurſu ſerpens hominem ad calcem apprehendit, eò quòd hæc pars ſibi ſit & vicinior, & ad morſum accommodatior; homo contra ſerpentis caput conatur elidere: quia nobiliſſima ſit ejus pars, robuſtiſſima, & periculoſiſſima, à qua etiam ſerpentis ejuſdem cor quàm minimùm diſtet, utpote ad fauces fermè poſitum. Eamque ob rem quoties invaditur ſerpens, is partium cæterarum oppoſitione caput tueri conatur, naturali quodam inſtinctu intelligens ex ejus conſervatione ſuam pendêre ſalutem. Quod aliquando Thebanis ab Epaminonda, (uti videre eſt apud Plutarchum, itemque Polyænum, Stratagem. lib. 2. cap. 3. Stratag. 15.) ſcitè monſtratum.

Verùm, cùm Deus affatur ſerpentem; Diabolum quoque ſub ſerpentis velo latentem, imò & Diabolum potiùs quàm ſerpentem, compellat. Si enim peccati inſtrumento pœnam, potiori jure Authori ipſi interminatur. Nec ullatenus probabile, ipſum ſerpenti ſupplicium aliquod, Diabolo verò nullum, inflixiſſe. Neque enim ea agendi ratione Juſtitiæ Divinæ fuiſſet ſatisfactum; neque humanum genus è Satanæ vinculis redemptum; neque demum ejuſdem ſolatio ſatis à Benigniſſimo Numine conſultum; ſiquidem eâ, quâ decuit, ſeveritate injuria & damnum ipſi à Dæmone illata nequaquam eſſent vindicata. Neceſſe eſt igitur divina execratio atrocius quid contineat, ac, dum ſerpentem ferit, Satanam ipſum, qui ejus miniſterio fuerat abuſus, obterat; eaque omnia tum ipſa Maledictione, tum maximè hiſce verbis, *Semen mulieris conteret caput ſerpentis*, includantur. Idque vel inde ſatis elucet, quòd Satanas *Serpens* & *Draco*, Chriſtus verò *Germen* & *Semen* appellentur. Unde & Apoſt. Rom. 16: 20. manifeſtè ad hoc Oraculum alludens, piis & fidelibus pollicetur, *Deum pacis intra breve ſpatium Satanam ſub eorum pedibus contriturum.* Indéque priſci Judæorum Doctores cum Paraphraſibus Chaldaicis idem illud ad Meſſiam referunt. Quid quod & indubitatum, Davidem Pſalm 40. eòdem ſpectâſſe, dum Meſſiæ nomine ſic loquitur; *Ecce venio, ut ſcriptum eſt de me in volumine*; hoc eſt, *in prima legis*, juxta diviſionem à Judæis adhibitam, *Sectione*. At hæc alioſum ſpectant; proinde ſatis ſit.

FINIS.

A D E U N D E M.

De linguæ cùm Chaldaicę tùm Syriacę pronuntiatione; Arabicæ utilitate, hujus diſcendæ modo, rebúſque quibuſdam Eccleſiaſticis.

Tranſlat.

Plurimas, Vir Clariſſime, ab aliquo tempore ex te accepi literas; quarum una, neſcio quo fato, in pulpito meo evanuit. In ea autem, quantum memini, varia à me quęris de Chaldaicę ac Syriacę linguę punctatione. Horum vix recordor; nullum tamen putem hodie inveniri poſſe, qui quæſitis illis plenè poſſit ſatisfacere; ſiquidem hæ linguæ jam interierint; earùmque uſus ante multa ſecula perierit penitus. Quòd ſi in terrarum orbe aliquis ſuperſit angulus, in quo etiamnum vigeant, longe à nobis diſtat; nec, ſi in eum nos conferremus locum, quiſquam certos facere poſſet, nullam à tot ſeculis in antiquam harum linguarum pronuntiationem irrepſiſſe mutationem; cùm maximè recentiores Hebræi à veteribus in Hebraici ſermonis pronuntiatione multum differant; ut ex nominibus huic linguæ propriis, ſi cum Antiquis Verſionibus conferantur, diſcimus. In quo tamen magnum minimè videatur intereſſe debere diſcrimen; cùm quædam in mundo ſemper fuerint Synagogæ, in quibus Moſes unoquoque lectus fuerit Sabbato. Et quamvis nullæ conſonis ſuppoſitæ fuiſſent vocales (uti certò ſcio nullas prorſus in libris ante Apoſtolorum tempora fuiſſe) à parentibus liberi pronuntiandi rationem facilè diſcebant: ſed in hoc orbe inferiori nihil datur ſtabile & immotum: idemque de Linguis, quod de Veſtibus, Ædificiis, Conſuetudinibus, Ceremoniis ſentiendum, &c. quæ ſingulis ſeculis variata ſunt, & ad mundi finem uſque variabuntur.

Multa renaſcentur, quæ nunc cecidere, cadentque,
Quæ nunc ſunt in honore, vocabula, ſi volet uſus;
Quem penes arbitrium eſt, & vis, & norma loquendi.

Itaque in bis dubiis ſat eſt, Syriacum & Chaldaicum ſermonem pronuntiemus; quemadmodum Doctorum plærique illum hodie efferunt; nec multùm curandum, an, quam nunc uſurpamus, priſca ſit ejus pronuntiandi ratio; ni eam fuiſſe immutatam invicto quodam demonſtretur argumento: ut de Græcæ linguæ pronuntiatione à pluribus comprobatum.

Poſt hanc Tuam ad me Epiſtolam, quaſdam alias accepi; in quibus accuratam ſtudiorum tum Boüillonnerii, tum Petivillæi, reddebas mihi rationem, quæ eorum parentibus & cognatis gratiſſima fuit. Poſtremò tandem Tuæ 28ª. Novembris inſcriptæ, quibuſcum aderant digniſſimi Paſtoris Pioleti, 16ª., Decemb. datæ, ad Me heſterna die Januarii 13ª. pervenêre: illæ ſanè diu in itinere fuerunt detentæ, at ubi locorum, neſcio. Ex his Te Arabicæ linguæ operam navare intelligo; & gaudeo: illud quippe propoſitum tuum eſt digniſſimum ac utiliſſimum: in eo ſi perſeveres, hanc dialectum prę cæteris Linguæ Hebraicæ affinibus, plurimùm ad intelligentiam vocabulorum & locutionum in eadem Hebraica explicatu difficilium conferre experieris: quoniam plæraque, quæ in ea ſunt obſcura, ſunt itidem in Chaldaica, Syriaca, Æthiopica, &c. minimè verò in Arabica, utpote viva, & plurimos Arabicè conſcriptos libros excellentiſſimos nobis exhibente, qui quidquid in ea obſcuri perſpicuè aperiunt. Ut Exemplum ex Animalibus ſumam; nunquam ſanè noviſſem abſque Arabum ope, quinam Cameli בכרים nominentur; neque צבוע hyænam eſſe; איים θῶας; ציים feles agreſtes; יחמור hanc Cervorum vel Caprearum ſpeciem, quam Græci hodierni ἀνθόλοψ; ראם non Monocerotem, (ut vulgò creditur,) ſed capream candidam bicornem, Arabię peculiarem; חלד talpam, non muſtelam; צב crocodilum terreſtrem, non bufonem, vel teſtudinem; קורא Gallinaginem, non perdicem; איה æſalonem; תחמס ſtruthionem marem, uti Chald. נעמא & Hebr. יענה ſtruthionem fœminam; רחם ſpeciem vulturis; קפוז non avem, ſed ſerpentem, Latinè *Jaculus* dictum, & Græcè ἀκοντίας; דר Unionem; חלזון limacem; & עלוקה; τὸ εἱμαρμένον fatum, non ſanguiſugam, ut volunt Interpretes. In libro meo de Animalibus decies plura reperies vocabula, quæ Arabum auxilio explico; quæque Interpretes, dum abſurdè vertunt, riſui Textum Originalem exponunt. Nonne mirêris Doctos ad hodiernum uſque diem hoc rariſſimè adhibuiſſe ſtudium, ad hoc ut in Hebraicæ Linguæ obſtruſa penetrarent.

Mitto, quem expetis, Alcorani *Joſephum*; nequeo autem Grammatices Theſaurum, ab Erpenio promiſſum, ſiquidem ille promiſſis nequaquam ſteterit. Nullus eſt Arabicus liber, qui legendi ſine vocalibus rationem doceat, ad iſtud facillimum iis, qui Arabicum Sermonem vel mediocriter callent; hujus quippe regulæ ſunt Hebraicis multò ſtabiliores. Nulla quoque extat de literarum Hebraicarum in Arabicas permutatione. Quædam tamen poteris diſcere ex Schindleri Pentaglotto. Ille non erat admodum in Arabica lingua peritus; at quæ callebat ea optimè tenebat. Is Arabica vocabula, ut & Chaldaica, Syriaca, &c. laudabili conatu ad Hebraica revocavit. Golii Lexicon eſt maximè methodicum, & Theologis multò utilius foret, ſi Vir ille de cætero linguę Hebręę peritus, in ea fuiſſet ſubactior. Plura procul dubio Lexico ſuo inſeruiſſet vocabula, ni timuiſſet, ne Volumen nimis excreſceret. Tibi ergo cum Golio habendus Giggeji Arabicæ linguę Theſaurus, Mediolani anno 1632. quatuor vol. fol. ſumptibus Cardinalis Borromęi excuſus. Is cùm primùm in lucem editus eſt, viginti duobus mihi conſtitit nummis; at deinceps multò minori pretio fuit diſtractus: nec dubito, quin Goliani Lexici editione valde imminutum fuerit ejuſdem pretium. Quoad Raphelengii Lexicon, quandoquidem iſte homo pauca legerat, Grammaticeſque omninò rudis literas radicales à ſervilibus diſtinguere non noverat; nulla ejus propriè habenda ratio. Dum Alcoranum eleganti etiam charactere cum verſione & notis excuſum petis, Chimęram poſtulas. Ejus aggredi impreſſionem cùm Leydę, tum in Anglia, nonnulli aliquando voluêrunt; quidam è Noſtris moroſi homines opus interverterunt,

runt, quibus rationibus permoti, neſcio. Neminem enim ſeducere valeat liber iſte; quandoquidem nihil eo ſtolidius. Jam Latinâ Gallicâ & Italicâ linguâ proſtat editus, quidni poterat etiam Arabicâ, quam callent pauci, iique plebe ſeductu difficiliores, excudi. Pauca illa, quæ Arabico idiomate conſcripta legi, ſi exceperis duas Suratas ab Erpenio in lucem editas, continentur Manuſcripto ad Prætorem Urbis hujus primarium pertinente, nec non aliis tredecim, quæ Sueciæ Regina in ſua habebat Bibliotheca; quorum ne unum quidem ab ea expetere unquam ſum auſus, hujuſce verò meæ timiditatis me poſtea ſæpiùs pœnituit. Nam omnes in univerſum excellentiores Arabum libri perpetuò ad Alcoranum alludunt, qui in ſtylo eſt tantò terſior, quantò in doctrina impurior ac abſurdior.

Lis à Bajocenſi Epiſcopo ſeptendecim è noſtris in ejus Diocœſi ſtantibus templis intentata ſtat adhuc ſub judice. Rationes noſtras duobus Apologeticis craſſiuſculis expoſueramus Summo in hac Provincia Rerum Juridicarum ac Politicarum Præfecto, viro optimo, à quo judicium æquum in omnibus ferè expectare poteramus, quoniam evidentiſſimæ & optimæ erant rationes noſtræ, adverſariorum contrà abſurdæ quàm maximè: at cùm vir ille maximus & moderatiſſimus jam jam eſſet litem hanc dijudicaturus, nobis fuit ademptus, Lugdunumque miſſus, in cognati mei, generoſiſſimi Champignæi, locum, qui in Rhodani aquis periit, ſufficiendus: in ejus verò præfecturam ſubſtitutus Ampliſſim. Chamillardus, primùm generalis Advocatus in Magno Regis Concilio, deinceps autem Procurator Generalis in judiciali Collegio adverſus Magnific. Fouquetum inſtituto. Is ante biduum duntaxat huc advenit, moxque de jure noſtro, ſi modò auſcultare velit, de novo eſt informandus. Deum, veſtra vobis ſervet privilegia, ſuaque in Te Academiamque veſtram liberaliſſimè effundat beneficia, humillimè rogo. Aliquod nanciſci curabo momentum, quo Celeberrimo Gauſleno de Theſibus, quas ante duos ferè annos ad me tranſmiſit, gratias agam. Sum ex animo

Tui obſequentiſſimus, &c.

Dat. Cadomi 14. Jan. An. 1666.

BOCHARTUS.

EXIMIO VIRO

ISAACO VOSSIO,

Sueciæ Reginæ Conſiliario,

SAMUEL BOCHARTUS

S. P. D.

Sereniſſimæ hujus Principis Humanitas, Eruditio, Bibliotheca, &c. deprædicantur.

Quàm verè dixeras (Vir Doctiſſime) Sereniſſima veſtra Principe nihil eſſe humanius, quæ nullâ Majeſtatis ſuæ, nullâ tenuitatis meæ ratione habitâ, literis meis ſtatim reſpondit, quomodo privati fecerint; & regni curis ad tempus in mei gratiam poſthabitis, αὐτοχειρὶ reſcribere non dedignata eſt, idque iis verbis, quæ ipſa comitas dictâſſe videtur atque exarâſſe. Sacras ego literas quamprimum accepi legi centies, & feci longas ſæpe legendo breves, tam inuſitatæ benignitatis ſenſu totus exultans & raptus in admirationem: mox huic impar gaudio cum amicis communicavi, per quos re divulgata, ad me accurrêrunt plurimi, nonnulli etiam primi ordinis, has inſpecturi: in iis illuſtris Comes noſtræ urbis Gubernator. Omnes miraculi inſtar habent Reginam Sereniſſimam in tanta negotiorum mole linguæ noſtræ peritiam potuiſſe tantam adipiſci: maximè cùm præter vernaculas Noſtram & Suam, Græcam etiam & Latinam & Germanicam & Italicam & Hiſpanicam æquè callere audiatur: nec in verborum cortice ita hæſiſſe, ut non etiam in ſcientiarum intima penetrarit. Itaque de re tanta cupiunt pleniùs edoceri, atque ea ſcire, quæ vel ex tua didici, vel ex aliorum relatione. Et colloquia noſtra ferè deſinunt in hæc ἐπιφωνήματα, O terque quaterque beatam Heroïnam illam, in qua tot bona liberali manu non effudit Deus, ſed profudit: & beatam illam gentem, cui Dei nutu Regina talis obtigit: & fœlices nimiùm Suecos ſua ſi bona nôrint. Fœliciores tamen illos, qui perpetuo fruuntur Reginæ tam ſapientis colloquio & conſortio. Atque hujuſmodi dialogis ea, quâ pridem æſtuabam, illius videndæ libido magis ac magis accenditur. Quam tamen explere non potero, donec opus, quod paro, perduxero ad umbilicum. Et illud quidem in dies ſummo conatu promoveo, lentiùs tamen, quia properanti remoram injiciunt quotidianæ occupationes, quibus propemodum obruor. Spero tamen omninò fore, ut ultimam ei manum imponam, antequam deſæviat hyems, quæ, vel ſi nihil aliud eſſet, retineret hîc invitum. Nec enim amici ſuaderent, ut anni tempeſtate tam adverſa Boream verſus tam longum iter ſuſciperem, meque adeo ſtultitiæ hac in parte grues & ciconiæ exemplo ſuo coarguerent. Quandocunque proficiſcar, ſi mea vota ſecundet Deus, nihil aliud præ me feram, quàm quod res erit; eò nimirum me contendere, ut Reginam tanti nominis hiſce oculis intueri mihi liceat, propiúſque mirari. De cætero, ut ſedetur pernicioſa illa lis, de qua Tu

agis

agis, ſummis exopto votis, atque in ea componenda vitam etiam inpenderim libens. Verum enimvero cùm hoc ſit facinus majoris abollæ, neque noſtrarum virium, vanus eſſem, ſi me profiterer ad iter accingi eo animo: & mibi jure merito vulgatum illud objiceretur,

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?

Riſumque deberem omnibus, cùm re non infectâ modò, ſed fortaſſè nequidem attentata, redirem ad meos. Quin cùm abſque Regis noſtri venia mihi non liceat è regno egredi, adverſarii, qui inter nos diſſidium volunt & pro viribus etiam alunt, per clancularias molitiones meo itineri ſe opponerent, ſi quid tale ſuſpicarentur. Itaque tam meâ quàm veſtrâ intereſt, ut ne quid tale profitear. Quòd à cholico morbo Magnus Salmaſius convaluerit plurimum lætor, & fauſta omnia illi comprecor. Benè eſt quod Bibliotheca veſtra, quâ vix jam ulla eſt opulentior, etiam ex Oriente, quod unum deerat, congeſtas habet opes: & laudabile imprimis Magnæ Reginæ ſtudium, quæ nullis parcit ſumptibus, ut rempublicam literariam omni ex parte promoveat: neque ad pompam congerit libros, ut Ægypti & Phrygiæ reges, ſed in ſuos & ſuorum uſus. Accepiſti, credo, literas meas, quas ante duos fere menſes ad te curavit Wiquefordius noſter cum D. de Petiville poëmatiolo, cui titulus Reginæ Στεφάνωσις. At quo fato perierit Dni. de Brieux Pſalmus Reginæ inſcriptus, & jam ante annum miſſus, non ſatis ſcio Domin. Sarrau, qui acceperat, ait ſe tradidiſſe D. Wiquefortio, quia tum aberat Sueciæ Legatus. Etiamſi pro certo habeam, Reginam ad me ſcripſiſſe propria manu, atque id mihi videar deprehendiſſe per notas quaſdam ἀνενδοιάστως, tamen, quia hic nonnulli dubitant, rogo te ut ſcribas quod res eſt. Primos duos Marmolii tui tomos pridem ad me miſit D. Wiquefortius. De iis quid fieri velis ſi placet ſcribes. Reginæ expreſſam imaginem, quam ſolemnibus verbis promiſiſti, ut mittas expecto in dies. Rogo te atque obteſtor, Vir eximie, ut ne hujus promiſſi ſis immemor. Utriuſque parentis effigies ſatis accuratas, ut quidem ajunt, jam ante multos annos habui inter cimelia. Iſta ſi acceſſerit, Perſarum Rege me credam beatiorem. Et toti urbi gratum feceris, in qua paulo honeſtioris ſortis ferè nullus eſt, qui non id mecum impenſè expetat. Pictoris induſtriam Bidalli noſtri operâ quavis mercede penſabo. Clariſſ. D. Heinſium ut meo nomine plurimùm ſalutes rogo. Vale, Vir Doctiſſime, atque idem Humaniſſime. *Cadomo* IV. *Cal. Decemb.* CIↃ DC L.

Holmiam tranſmiſſa, quum eò à Regina fuiſſet advocatus.

C L A R I S S I M O

ISAACO VOSSIO

Salutem

BOCHARTUS.

Verſionis Syriacæ novitas, Characterum Samaritanorum cum Græcis affinitas, Onkeloſi ævum, Samarit. linguæ cum Chaldæa cognatio, Diluvii univerſalitas, &c. aſſeruntur.

Tranſlatio.

Titus tandem Vicius, vel Ficius, Nobiliſſimi Brieuxii Nepos, nudiustertius huc cum ſarcinula, quam ſollicitè adeò expectâram, advênit. Eorum, quę mittebas, nihil deerat. Celeberrimo Bigotio tum Manuſcripta ſua, tum quę deſtinâſti Exemplaria, per proximum Tabellarium tranſmittam. Theſes penes ſe retinuit Brieuxius, &c. Id ſatis præſenſeram, Adverſarium tuum facilem & amplam reprehenſionis materiem Tibi oblaturum; vulgareque dictum bella ſua agendi ratione mirificè probavit, Meliores quaſque cauſas patronorum imperitiâ vitiari. Eſt certè, quod quis putet, illum pretio à Te conductum, ſuam ut cauſam prodat. Nunquam in tam exiguo ſcripto tam magnam ineptiarum coogeriem deprehenderam; cùm contrà in Tuo cùm rationes tum proponendi modus me ſic afficiant; ut, quanquam, quæ ex te prodiêre, maximi ſemper fecerim, judicem tamen Te in hoc exiguo Scripto Teipſum ſuperâſſe. Si in Adverſ. vel tantillum judicii aut pudoris emicaret, cuſtodibus committendus foret, ne ideò, quòd tam malè habeatur, furore quodam actus Lycambum imitetur. Sed eum huic prorſus ſimilem arbitror, de quo Salomon Proverb. 23: 35. *Ictibus eſt penitus contuſus, non ſentit tamen.* Si rurſus prælum ſubeat Libellus tuus, nonnulla optârim adjicere de Verſionis Syriacæ novitate, quam recentiores Syri ab ipſa Hirami ætate, ejuſque rogatu inchoatam pertendunt. Quod quidem validiſſimis rationibus in Prolegom. Polyglottorum Londinenſium habetur confutatum; potiſſimam tamen omisêre; hanc ſcilicet, quod Græcis vocibus tota ſit interſperſa. Cùm paucos duntaxat, & fortuitò quidem, ejus locos luſtrârim, pauca tantùm poſſum hujuſce novitatis afferre exempla; ſufficient tamen ad cujuſque convictionem. Geneſ. 1: 12. alibique paſſim, ܠܓܢܣܗ pro κατὰ γένος. Geneſ. 3: 7. ܙܘܢܪܐ pro περίζωμα: v. 21. ܟܘܬܝܢܐ pro χιτῶνας: v. 24. ܟܪܩܡ pro ἐχαράκωσε, *vallavit*, Cap. 4. v. 21. ܩܝܬܪܐ pro κιθάρα. Cap. 6. v. 14. ܩܒܘܬܐ pro κιβωτὸς, *arca*. Cap. 37: 25. & 43: 11. ܪܛܝܢܐ pro ῥητίνη. Exod. 25: 5. *Pelles arietum.* ܣܩܘܪܛܐ *qua Hiſpanica*, id eſt, rubræ. Plin. l. 9. cap. 41. *Coccum Galatia, rubens granum, aut circa Emeritam Luſitania, in maxima laude eſt.* Et lib. 22. cap. 2. . . . . . . *Luſitania granis, coccum Imperatoriis dicatum paludamentis.* Martial. Lib. 4. Epig. 28.

Hiſpanáſque, Tyriáſque, coccináſque.

Virgil. Æneid. 9.

- - - - *Ferrugine clarus Ibera.*

Quod alii referunt ad Iberiam prope Pontum: Exod. 28: 19. ܟܪܟܕܢܐ χαρχηδόνιος, Deuter.

25: ✠. 13. ܡܪܣܦܘܣܟ, ἐν τῷ μαρσίππῳ σου. Pſalm. 45: ✠. 9. ܩܣܝܐ ܘܣܛܩܛܐ, κασία καὶ στακτή. Pſalm. 58: ✠. 5. ܐܣܦܣ, ἀσπίς. Pſalm. 107: ✠. 30. ܠܠܡܐܢܐ ἐπὶ λιμένα. Fuller. Miſcellan. lib. 4. cap. 17. probat Matth. 27: ✠. 65. vocem ܩܘܣܛܘܢܪ̈ܐ eſſe *Quæſtionarium*; quod vox infimæ eſt Latinitatis. Quod ea ſpectat, quæ ſibi ex Interpretibus Æthiop. pollicetur, audacter potes illi affirmare, Verſiones Veter. Teſt. Pentateuchi, præſertim ab iis adornatas, è Græca Verſione plenè, ex Hebræo Contextu nequaquam, eſſe tranſſumptas. Româ mihi Exemplaria quædam fuerunt delata, quibus quod ajo evidenter probatur.

Ad oſtendendum porro Arabes quoſdam Abel per Eliſ ſcribere vide Giggejum pag. 15. תאבל אדם *Adam ab Eva abſtinuit ob Abelis necem*, quaſi quis diceret, *Abelizavit Adam.* Idem invenio apud Vahebum, Hiſtoriographum Arabem, à Damire citatum. Sed cave, ne hoc renunties; me enim detegeres.

In Polyglottorum Anglican. Proleg. Bezæ Epiſtolam reperies, quâ Veterum ſuum Vet. Teſt. Codicem Cantabrigienſi Academiæ donat. Delirat certè Adverſarius tuus, cùm ad Arab. דגלה eas refert ſignificationes, quas Joſephus Hebraico vocabulo Tigris attribuit. Giggejum vel Golium aſſume, ibique quæras דגל; deprehendéſque continuo nihil eſſe alienius.

Quàm abſurdum, aſſerere Characteres Hebręos & Samaritanos eſſe ſimiles; nihil occurrit diſſimilius. Nedum aliqua interſit affinitas; Samaritani ad Græcos aliquatenus accedunt, vel potiùs Græci ad Samaritanos; ex quo arguitur, Characteres illos Samaritanos eos ipſos eſſe, qui Cadmi temporibus in Phœnicia uſurpabantur.

Niſi in Mela Tuo, (aliquâ forſan τῆς ἀιδόλκης ἀμετρίᾳ) in Eorum partes abiiſſes, qui nullos in Africa urſos inveniri contendunt, Eum falsè potuiſſes perſtringere in eo, quod aſſerit, neque urſos neque vulpes in Africa reperiri. Herodotus enim lib. 4. cap. 191. urſos apud Afros aratores ſtatuit: Strabóque Geogr. lib. 17. de Mauris ait, τὰς τῶν ἄρκτων δορὰς ἀμπέχονται, καὶ ἐγκοιμῶνται. Solin. quoque *Numidici urſi cæteris præſtant.* His accedit Æthiopiæ Rex, cùm apud Munſterum Epiſtolâ Hebraicâ Romano Pontifici inſcriptâ dicit, Urſos albos in regionibus ſuis naſci. Nulla igitur datur ratio propter quam apud Poëtas loci illi, in quibus urſorum Afrorum fit mentio, de Leonibus explicentur. Itaque apud Virgilium, Æneid. 5.

—— Et pelles Lybiſtidis urſæ.

Apud Juvenalem, Satyr. 4.

—— Cominus urſos
Figebat Numidas:

Quos & Scholiaſtes pro genuinis urſis habet. Itemque apud Martialem Epigram. lib. 1. Epigr. 105.

Quod frænis Libyci domantur urſi.

Loci illi omnes de genuinis urſis intelligendi ſunt.

Quod vulpes attinet, Ariſt. Hiſt. lib. 8. cap. 28. de Ægyptiis vulpeculis loquitur: Heſychius, Βασσαρά, ἀλώπηξ καὶ βασσάρη, (malim βασσάρα) παρὰ Κυρηναίοις; Βασσάρια, τὰ ἀλωπέκια οἱ Λίβυες λέγουσι. Herodotus quoque lib. 4. cap. 192. inter alia animalia βασσαρίας apud paſtorales Libyes reponit, hoc eſt ex Etymologo vulpes. Quin & Ægyptii etiamnum vulpes appellant βασυρ, vel βασσαριας apud Kircher. Diction. Copt. pag. 164.

Neſcio, an quiſquam probaturus ſit, quæ de Onkeloſi novitate ais. Doctis ludibrium debet Adverſarius tuus, cùm longè Chriſto antiquiorem pertendit; receptiſſima tamen eſt opinio, ipſum vel ſub primi ſeculi, vel ad ſecundi initium, ſcripſiſſe; neque ulla mibi occurrit ratio idonea, quâ illud vocetur in dubium. Ea de re Cappell. Crit. lib. 5. cap. 1; Buxtorf. Biblioth. Rabbin; præ cæteris Chriſtoph. Helvicum, Gieſſæ anno 1621. editum, qui ex profeſſo de Paraphraſ. Chaldaicis ſcripſit: Schikardum itidem: qui argumentum illud accuratè eſt perſecutus.

Ad caput 1. pag. 3. linguam Hebræam & Samariticam eandem eſſe perhibes; at duæ ſunt linguæ longè diſſimiles: Samaritanáque ad Chaldaicam & Syriacam multò propiùs, quàm ad Hebraicam, accedit. Revera quidem ſi Samaritani linguâ plenè Hebræâ uſi fuiſſent, Moſis Pentateuchum in Samariticum idioma nequaquam, uti fecerunt, tranſtuliſſent. Extant in Majoribus Bibliis & Contextus Moſis Hebræus Samaritanis characteribus exaratus, & Tranſlatio Ejuſdem Samaritana ad latus aſcripta; ſed hæc ab Hebręo Contextu longè, à lingua verò Chaldaica parum omnino differt.

De locorum Diluvii, ejuſque latitudinis, mentionem facientium interpretatione conſulis, ut Viri Clariſſ. Dalæus, Amyraldus, Egóque audiamur; nos tres unum idemque ſentire puto, tuam ſcilicet opinionem variis quidem difficultatibus expediendis videri poſſe accommodatiorem; noſtram tamen Scripturæ S. eſſe congruentiorem. Quandoquidem jam tum ex Hebræorum calculo mundus pluſquam ſexdecim ſecula; ex Te verò, qui Septuaginta Interpretes ſequeris, multò diutiùs duraverit plurimis quaquaverſus gentibus etiam tum poterat eſſe inhabitatus. Cùm enim hominum vita temporibus illis longè diuturnior eſſet, quàm poſterioribus ſeculis, multo plures procreabant liberos; quos neque tam citò mors eripiebat. Probabile quoque admodum animalia longè latéque fuiſſe tum propagata; forſanque ad extremas uſque Continentis noſtri oras devenerant. His poſitis, neceſſe fuit ad minimum, ut aquarum illuvies Europam totam, Aſiam, atque Africam inundârit; quo carnem quamlibet, in qua eſſet vitæ ſpiritus, ſive reptilia forent, ſive beſtiæ, ſive aves, extingueret omnino; uti Geneſ. 6: 7, 17. extinxiſſe perhibetur. Jam autem, ſi hæc lata & magna terreſtris Orbis portio ſubmerſa fuit aquis ſupra altiores quoſcunque montes ad cubitos 15. extantibus; quidni idem in altero hemiſphærio factum concedamus? Cùm ea ſit aquarum proprietas ut, quoties nihil obſtat, terram circumeant. Si quis ſupponat eas in altera terræ parte fuiſſe ita altas, interea tamen inferiorem & oppoſitam manſiſſe prorſus aridam, is ſecundum aliquod inducit miraculum; iſtud nempè, quod potentiſſima Dei manu aquæ eædem in ſuperiori hemiſphærio circumquaque coercerentur, ne ſecundùm inſitam ſibi virtutem univerſo telluris orbi circumfunderentur. Adhæc Noachus ipſe, cui Diluvium ante viginti & centum annos fuerat prænuntiatum, in ea facilè potuiſſet ſecedere loca, quæ Diluvio non erant obruenda; neque neceſſe ipſi fuiſſet Arcam, vaſtam illam molem, tanto labore fabricare. Denique, quanquam Scriptura S. hyperbolis ſæpè utatur; ſæpiùs tamen voces propria & nativa ſignificatione uſurpat; neque hæ tropicè ſumendæ ſunt, quando poſſunt propriè. Quicquid ſit, non poſſum quin id privatim moneam, Tibi, cùm in Belgio ſis verſaturus, metuendum admodum, ne

ne multorum incurras odium; ſi in quæſtionibus hiſce Theologorum Extraneorum judicio acquieſcas, nullam autem populariorum tuorum, qui in Academiis Belgicis florent, habeas rationem: ſi enim hi advertant, ſe ita à te contemni, minùs profectò in te erunt affecti. Quod me privatim ſpectat, etſi eas laudes, quas in me ultra modum effundis, amicitiæ erga me Tuæ monumenta putem; Te tamen aliud quid intendiſſe exiſtimem, iſtud nempe, ureres quodammodo adverſarium, eum ipſum extollendo, quem omni modo conatus eſt deprimere.

Cęterum iſthæc ſecunda eſt epiſtola, quam ad te intra quindecim adhinc dies ſcribo, quo certiorem Te faciam, Me Operis Mei partem mediam deſcripſiſſe; lubenterque eandem illam ad Te tranſmiſſurum; quoties volueris; vel potiùs, dabitur opportunitas; ſi ſpondeas, uti antea feciſti, non defuturum Typothetam, qui typis mandet. Verum quandoquidem de tribus loquaris, exinde conjicio nullum adeſſe certum & determinatum. Cùm ergo eo me gratificari non graveris; horum trium unum aliquem eligas, cum quo ſic paciſcaris, ut Typographus ipſe, & pacti conditiones certæ ſint & mihi perſpectę. Alias nullas exigo, quàm ut ſat multa mihi concedant Operis exemplaria, quæ amicis meis benè multis largiar. Quiſquis porro hancce editionem ſuſcipiet, ſpero, Deo adjuvante, nihil inde rebus ſuis deceſſurum. Quandoquidem Typothetæ officio non ſungor, in Phalegi impreſſione quater plus impendi, quàm feciſſet Typothetarum ullus; ſiquidem magnis ſumptibus in eam unam rem parandi mihi fuerunt typi, opifices permulti è longinquis locis advocandi, adversùs importunos quoſdam homines, qui negotium faceſſebant, litigandum; tum Operis exemplaria, quácunque datum, tranſmittenda; unde & multa mihi periêre; nihil tamen inde rebus meis fuit detritum: etſi tum parum eſſem notus, multaque ignorarem, quæ ab eo tempore didici. Ut tandem abſolvam; digneris, quæſo, reſcribere quàm primùm; an pactum cum quoquam feceris, & quale; eóque magis ac magis tibi addictiſſimum addices

Cadomo Hagam tranſmiſſum
Jul. 10. ann. Chr. 1659.

BOCHARTUM.

E I D E M.

Aſſeritur iterum Verſionis Syriacæ novitas.

Tranſlatio.

SUccurrit etiam nova hæc, Vir Clariſſime, ad Verſionum Syriacarum novitatem probandam ratio, ſuperioribus aliis addenda. Nôſti ἐπίσημος, παράσημος, & ἄσημος inter Vetuſtiores Græcos fuiſſe metallorum, quibus in monetam utebantur, epitheta, prout metalla illa vel benè, vel malè, vel neutiquam erant ſignata. Sed inter Recentiores ἄσημον, ἀσήμιον, ἄσιμον pro argento uſurpatur. Ptolemęus lib. 7. cap. 7. τῆς δὲ ἀργυρᾶς χώρας, ἐν ᾗ πλεῖστα λέγεται εἶναι μέταλλα ἀσήμου: *In qua plures eſſe feruntur argenti fodinæ.* Euſeb. lib. 1. Hiſt. de Abgaro Edeſſæ Rege Apoſtolóque Thaddæo verba faciens; προσέταξε δοθῆναι αὐτῷ χρυσὸν καὶ ἄσημον: *Ipſi dari juſſit aurum & argentum.* Cedrenus de Numa. Ἀσσάρια δὲ ἀπὸ ἀσημίου καὶ χαλκοῦ πεποιημένα πρῶτος Ῥωμαίοις ἐχαρίσατο; id eſt, *Nummos argenteos & æreos.* Inter Heraclii ſpolia de Perſis reportata Idem quoque ἄσημον ὁλοσηρικά τε ἱμάτια reponit, *Argentum & veſtes holoſericas.* Sic etiam in Anthologi. lib. 2. cap. 49. Epigramm. 25. ignotus quidam Poëta avarum irridens, qui, ut magnificentiam ſuam oſtentaret, argenteis lancibus menſam inſtruebat, ſed prorſus vacuis; vacuas ejuſmodi lances κοῦφον ἄσημον, *argentum leve* appellat. Scribunt alii ἄσιμον; Heſychius ἄσιμος, ἄργυρος; & Recentiores ἀσίμιν quoque ſcribunt. Hincque Epiphanius Hagiopolita ab Allatio editus, in Syriæ deſcriptione, pag. 49, de quodam in Urbe Sancta Sacello ait; ἔστι δὲ ὡς χαλκοῦν ποτήριον ὑποδεδυμένον ἀσίμιν: *Eſt verò poculum iſtud ſacrum quid ſubviride, argento circumveſtitum.* Inde Gloſſę Gręco-barbaræ, ἀργυρία, ἀργυροῦ, ἀσιμένιν. Vide plura in Lexico Meurſii Græco-barb. ad voces ΑΣΗΜΙΝ, & ΑΣΗΜΙΚΟ. Inde igitur factum, ut Syrus & Chaldæus Paraphraſtæ argentum סאמא *Sama*, & סימא appellent. Exempla reperies in Syro Paraph. ad Geneſ. cap. 12: 2. item 13: 7. Pſalm. 12: 7. Itemque 68: 31. Actor. 3: 6. &c. In Chaldęo verò proſtant ubique obvia. Notandum porro hęc duntaxat obſervari, in Jobi, Pſalm. & Proverb. Paraphraſibus, quę aliis ſunt recentiores. Cùm itaque hę duę voces à Gręcis ſint deſumptę, ab eo demum tempore deſumptę fuerunt, quo inter Gręcos uſurpari cœperunt. Neque earum ullum inter eos reperió veſtigium ante Ptolemęi ętatem, qui ſub Marco Aurelio ad ann. Chriſt. 160. ſcripſit. Ex quo fit, ut eędem illę voces in Lexicis purè Gręcis nuſquam occurrant. Si quis autem pertendat eas Ptolemęo antiquiores eſſe, id probet neceſſe eſt, in quo ſanè deſudabit. Sum ex animo tuus, &c.

Cadomo Hagam præſcriptum
Julii 15. ann. Chr. 1659.

BOCHARTUS.

Moſis

Moſis Geneſ. 11. ℣. 26. & 32. cum D. Stephano Act. 7, 4. circa Tharæ annos & Abrahami è Charane egreſſum conciliatio.

Tranſlatio.

Tharam annos vixiſſe 70. legitur Geneſ. 11: 25. tumque Abrahamum, Nachorem, ac Haranum genuiſſe: verſu verò 32. Tharæ annos 205. fuiſſe. Ex his locis conſtat Tharam annum 145. agere, quando Abrahamus ab eo ſeceſſit; illumque poſtea annos 60. vixiſſe. Si enim 70. Tharæ annis Abrahami ex Charane diſcedentis annos 75. quos erat tum aſſecutus, adjicias, 145. ann. efficies; qui revera ſunt præciſè anni, quos ſub diſceſſum illum Thara obtinebat. His autem 60. rurſus ſunt adjiciendi, ut ad 205. quo mortuus eſt, accedatur. Jam verò hæc cum iis, quæ leguntur Act. 7: 4. ubi D. Stephanus ait, *Deum poſt mortem Thara ex Charan Abrahamum eduxiſſe*, conſiſtere nequeunt. Qui enim jam defunctus erat Thara, ſi præterea ann. 60. fuerit ſuperſtes; uti ex Moſe conſtat? Hoc eſt adeò intricatum, ut Scaliger omnium ævi ſui Chronologorum facilè princeps, expedire non valuerit, Eliæque venturo ſolvendum reliquerit.

Quidam tamen aliquam difficultati lucem affundere ſunt conati; eámque in rem Abrahamo duplicem affinxêre ortum; Naturalem unum, anno Tharæ 70. Spiritualem alterum, qui fuerit ejus ad Deum converſio, ann. ejuſdem Tharæ 130. huncque poſteriorem Stephanum notâſſe volunt; Moſemque Abrahami annos ab eodem computare cœpiſſe; iis omiſſis, qui vocationem ejus anteceſſêre.

Alii duo mortis genera Tharæ adſcripſêre; naturale unum anno ætatis ejusdem 205. ſpirituale alterum annis 60. naturali anterius; quod ultimum ejus Apoſtaſiam dicunt. Fingunt enim Iſti Tharam ad Deum converſum, apoſtatam dein & idololatram evaſiſſe. Quibus præſtratis de morte ſpirituali, ſeu apoſtaſia, Stephanum loqui pertendunt.

Sunt quoque, qui putent hæcce Moſis verba (Thara annos 70. aſſecutus genuit Abrab. Nac. & Haran) trium filiorum uno eodemque anno nativitatem nequaquam importare, ſatiſque eſſe, ſi modò unus è tribus ſit eo tempore genitus; neve autem Abrahamus primogenitus cenſeatur ex eo quòd inibi primus ordine collocatur, regerunt illi natu minores ſæpiſſimè in Scriptura primum occupare locum, ſi natu majoribus virtute antecellant vel dignitate, &c.

Neque verò Petavio in hac difficultate explicanda res feliciùs ſucceſſit. Ille enim geminum Abrahami ex Charane egreſſum finxit: 1. poſt ſuam à Deo vocationem, 2. poſt Tharæ mortem; quò rediiſſe ſupponit, ut patri morienti adeſſet, vel obtingentem hæreditatis paternæ ſortem ſuſciperet. De ultimo autem exitu Stephanum loqui arbitratur. Sed hæc nullo ſuffulta ſunt fundamento; cum Scriptura itus hos ac reditus ſileat, quamvis ne minimos quidem alios prætereat.

Cùm itaque hæ 4. opiniones ob multas rationes, quæ propter prolixitatem in hunc locum non poſſunt conferri, alienæ ſint; id ad quæſtionis propoſitæ enucleationem ſolùm dicam; Omnes ferè originales textus, verſionéſque, quotquot extant, antiquas & novas tradere, Tharam 205. annos vixiſſe. Sunt duntaxat exemplaria quædam Hebræa apud Samaritanos, Samaritanáque Eorum Verſio, quæ habeant Tharam 145. ann. tantùm vixiſſe; quod & Euſebius ad pag. 10. Chronicorum Græcorum Noviſſimæ Editionis accuratè obſervavit. Κατὰ δὲ, ait, τὸ Σαμαρειτικὸν Ἑβραϊκὸν Θάῤῥα, γενόμενος ἐτῶν ο΄, γεννᾷ τὸν Ἀβραὰμ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη οε΄, μέχρις οε΄ ἔτους Ἀβραάμ: *Juxta Samaritanorum Exemplar Hebraicum Thara anno ætatis 70. genuit Abrahamum, annoſque 75. ſupervixit uſque ad Abrahami 75.*

Samaritanorum ergo Verſioni, Exemplaribuſque Pentateuchi, quæ penes eos ſunt, inhærendum, quum inibi res inveniatur diſertè expedita: Moſis autem verbis ſenſus, quem ſuſcipere non poſſunt, minimè eſt affingendus. Cæterùm non eſt mirabile, ſi quædam in Scripturæ menda, aut, ſi mavis, corruptiones, in ipſo etiam Textu Hebræo reperiantur: nam inter Scribarum ignarorum manus diutiſſimè verſatus eſt, qui in multis, in numeris & cifris potiſſimùm, errârunt, uti vel ex hoc uno loco probabile admodum, in quo veriſimile eſt numerum 40um. litterâ מ *mem* fuiſſe notatum, productâ autem per Scribarum inſcitiam lineâ poſteriore emerſit ק *Koph*, 100. adnotans; indéque error videtur fluxiſſe. Quotquot ad Scriptur. S. manum admovêre, illi infallibilitatis privilegio non fuêre donati; ſolis Prophetis ſoliſque Apoſtolis id fuit vendicatum.

A N

AN DUDAIM

ſint Tubera, ut vult Codurcus?

AN MANDRAGORÆ?

An aliud quid?

Ad Geneſ. 30: 14. *& Cantic.* 7: 13.

Hæc ſententia, דוראים eſſe tubera, omnium eſt longè abſurdiſſima; neque enim Dudaim, ut à Moſe & Salomone deſcribuntur, quicquam habent commune cum tuberibus.

1. Dudaim in meſſe leguntur: Tubera multò ante meſſem, vere nimirum in iis locis, in quibus æſtiva meſſis. Athenæus ex Theophraſt. τὴ δὲ χρείαν καὶ τὴ ἀκμὴν ἔχει τ̃ ἦρ☉, *uſum & vigorem habent veris.* Plinius minùs expreſſè, *Tenerrima à verno tempore eſſe*, quamvis alioqui hoc loco ſequatur Theophraſtum. Sed clarè Dioſcorides ῥίζα ἐςὶ &c. ἔαρ☉ ὀρυτ͂ομένη: *Radix eſt*, &c. *quæ vere effoditur:* Et Avicenna, *vere reperitur:* Et Juvenal. Satyr. 5. v. 116.

> - - - - *Radantur tubera, ſi ver*
> *Tunc erit* - - - - - - -

2. Loca tuberum feracia Veteres curioſè notant: in his Theophraſt. Athen. & Plinius, qui Africana, & Cyrenaica commendant, & Thracica & Hiſpanica, & Græciæ circa Elim, & Aſiæ circa Mitylenas, & Lampſacum, & Alopeconneſum; ſed in Meſopotamia nata, ubi *Dudaim* reperit Ruben, qui commendet nullum reperi. Unde hoc ſaltem ſequatur, in Meſopotamia ſi qua fuerunt, ea non fuiſſe magni ominis, adeòque nec in precio.

3. *Dudaim*, quicquid ſint, odorati ſunt, atque ita odorati ut eminus feriant ambulantium nares: ſponſa enim in Cantico ſponſum hâc illecebrâ ad ambulationem invitat, *Eamus ad vineas*, &c. *Dudaim dederunt odorem ſuum:* at in tuberibus nullus eſt odor inſignis; *Tubera*, inquit Galenus, *nullam inſignem qualitatem habent.* (*Aliment. lib.* 2.) Si quis ex Plinio opponat in Cyrenaica *Miſy*, tuberibus ſimile, præcipuum eſſe ſuavitate odoris: Reſpondeo in Theophraſto, ex quo hæc exſcripſit Plinius, de odore Miſy hoc ſolum legi, τ̀ ὀσμὴν ἔχειν κρεώδη, *odorem habere carnis.* Caro autem vix quicquam olet, niſi naribus propè admota; neque ullus eſt, qui carnem inter odorata reponat.

4. Imò nec Tuberum ſapor per ſe admodum placet, niſi addantur condimenta Avicenna expreſſè de קמאה ſeu ſubſtantia tuberis cap 696. l. 2. *In ipſis eſt ſubtilitas pauca, & ea carent ſapore*; & Galenus ubi ſuprà: *Qui ipſis utuntur, ad condimenta excipienda magis utantur, quemadmodum & aliis, quæ vocamus inſipida.* Ut meritò dici poſſint plus ex alieno ſapere quàm ex ſuo. Itaque tum demum cœperunt in precio haberi, cùm creſcente luxu varia coquinariæ artis mangonia reperta ſunt ad irritandam gulam, quod à Patriarcharum ævo fuit alieniſſimum.

5. Cætera, nihil occurrit cur appetantur tubera, cùm neque ſpecie placeant, neque ad remedia adhibeantur, neque ulla inſigni facultate polleant; niſi quòd ſæpe utentibus non parvum creant periculum: ſunt enim nutrimenti tam craſſi & melancholici, inquit Avicenna, ut *hac in parte nihil ad ea accedat.* Itaque ab iis timentur paralyſis, apoplexia, cholica, δυσουρία, &c.

6. Addo non potuiſſe tubera facilè detegi & effodi à Rubene puero tum ſeptenni, vel novenni ad ſummum, neque enim ſupra terram extant, ſed latent ſub terra defoſſa: unde Arabicum nomen קמאה: nam קמא eſt latère. Plinius; *Tubera hæc vocantur undique terra circumdata, nulliſque fibris nixa, aut ſaltem capillamentis, nec minùs exuberante loco, in quo gignuntur, aut rimas agente.* Quamvis in Giggejo habeatur, *Ob tubera tellus intumuit.* Et in Golio; *Terram ſiderum tubera nec apparuerunt*; quæ non ſunt ſatis conſona. Pamphilus dicit in gloſſis herbam, ὑδνόφυλλον nomine, tuberibus ſupernaſci, ἀφ' ἧς τὸ ὕδνον γινώσκεται, *ex qua cognoſcatur ubi ſit tuber:* unde Heſychius, ὑδνόφυλλον ἡ ἐπὶ τοῖς ὕδνοις φυομένη πόα. Sed illa herba quænam ſit non puto quenquam indicâſſe. Apud Plutarchum quidam aſſerunt per tonitrua terram dehiſcere; εἶτα ταῖς ῥωγμαῖς τεκμαίρεσθαι τοὺς τὰ ὕδνα μετιόντας, *deinde ex fiſſuris conjecturam eos facere, qui tubera quærunt:* atque inde eſſe, quòd tonitrua credantur facere ad generationem tuberum; ut in Juvenali legere eſt,

> - - - *raduntur* (*al. tradentur*) *tubera, ſi ver*
> *Tunc erit, & facient optata tonitrua cœnas*
> *Majores* - - -

Ad quæ vetus Scholiaſtes: *Quia tubera tonitruis dicuntur naſci ut cochlea.* Sed neque hoc in confeſſo eſt. Ut ut ſit, conſtat tuber eſſe δυσεύρετον & δυσερεύνητον, quod non leve momentum hic habet.

7. Hoc præcipuum, quòd Codurcus, qui omnem lapidem movet, ut probet *Dudaim* eſſe tubera, nihil offert quod non ſit futiliſſimum: *Hebraica*, inquit, *vocis origo eſt a nomine* דדים *ubera, vel à* דודים *amores; quòd Dudaim uberum formam referant, vel quòd conducant ad conciliandum amorem.* Egregium verò argumentum, quo res in incerto relinquitur. Origo vocis, inquit, vel ab amore eſt, vel à forma uberum; ſi prius, non poſterius: ſi poſterius, non prius. Fateatur ergo, ex re dubia nihil certi poſſe elici: & ſi ab amore deduxeris, quid hoc ad naturam tuberum, quæ Avicenna teſte melancholicos & craſſos gignunt humores; quò fit ut apoplexiam & paralyſin iis concitent, qui frequentiùs utuntur.

8. Pergit Codurcus: *Videntur Chaldea Verſiones, quibus Hebræa interpretantur,* מנגלי, יברוחים, סבסוכים *à volubilitate, & rotunditate dicta, quæ mandragoræ minimè quadrant.* Plura hic peccata quàm verba. 1. horum vocum nullam eſſe certè ſcio, quæ à volubilitate vel rotunditate ſit dicta: מנגלי *botrym* eſſe probavimus,

& à forma racemi dici, ut Græcè *botrys.* סגלגל, quidem eſt orbis; ſed ex סגלגל fieret סגלגלי noo סגלי: & vox סמבסוך, eſt Ægyptia σάμψυχος: amaracum ita vocari ab Ægyptiis & Syris ſcribit Plinius lib. 21. cap. 11. *Amaracum Diocles Medicus & Sicula gens appellavêre quod Ægyptus & Syria, ſampſuchum.* Et rurſus lib. 22. cap. 22. *Sampſuchum ſive amaracum in Cypro laudatiſſimum.* Dioſcorides l. 3. c. 47. de Sampſucho, κράτιστον τὸ Κυζικηνὸν καὶ Κύπριον: δευτερεύει δὲ τούτου τὸ Αἰγύπτιον. Καλεῖται δὲ ὑπὸ Κυζικηνῶν καὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ἀμάρακον. Columella,

Nataque jam veniunt hilari ſampſucha Canopo.

Heſychius, Σαμψυχος πλεῖστη γίνεται ἐν Αἰγύπτῳ, ἄλλοι δὲ μάραθον (lege ἀμάρακον) καλοῦσιν αὐτήν. Servius in lib. 1. Æn. *In herbam ſampſuchum verſus eſt*, id eſt, *quam nunc amaracum dicunt.* At יברוח Mandragoræ radicem Chaldæi dici volunt à ſœtore hircino; illis enim ברוח eſt hircus: Arabes à ſtupenda ſcilicet forma; nam Arabicè ברוח eſt miraculum: à volubilitate aut rotunditate deduci merum ſomnium eſt ex eburnea porta. Itaque merè nugatur, qui id aſſerit; nec poteſt proferre affine verbum, quo id ſignificetur.

Sed & illud falſum eſt mandragoræ non convenire nomen, à rotunditate ductum; cùm mandragoræ fructus, ſive malum cum Doctis voces, aut cum Codurco granum, conſtet eſſe rotundum. Codurcus ipſe mandragoræ fructum confert cum avellanis, de quibus ita Plinius lib. 15. c. 22. *Putaminis nucleiſque ſolida rotunditas ineſt.*

Sed hominem rogaverim libens, cur malum vocari non patietur: *Mandragora*, inquit, *mala non fert, ſed grana multa, quæ nucis avellanæ magnitudinem vix æquant*, &c. *Nec credendum Plinio referenti quibuſdam in terris mala ejus mandi, quod ab alio accepit, qui vocis ſimilitudine deceptus Plinio impoſuit.* Tu verò à quo accepiſti mandragoram mala non ferre? profer, ſi potes, vel unum textum. Mala ferre Mandragoram non ſcripſit ſolus Plinius, ſed Veteres ferè quotquot ſunt, qui ſcripſerunt de mandragora; LXX. Interpretes, Joſephus, Dioſcorides, Auguſtinus, Aponius, Aëtius, Oribaſius, & quis non? & mala hæc mandi, præter Plinium ex Dioſcoride, ſcimus ex Aëtio & Avicenna, & Serapione, & Raſi, apud quem legas hiſtoriolam de puella Babylonica, quæ cùm mandragoræ quinque pomis avidè deglutitis deliquium pateretur, aquæ niveæ aſperſione ſervata eſt. Fateor quidem mandragoram non ferre mala qualia malus arbor: mala tamen rectè dicuntur analogica ratione, quia malis ſimilia ſunt. Cyrillus in Glaphyris in Gen. lib. 4. εἶδος δὲ τὸ μῆλον αὐτοῖς, *ſpecies illis qualis malo.* Avicenna lib. 2. *Jabruch ſimilis malo aut minor:* unde eſt quòd Dioſcorides mandragoram vocavit ἀντίμηλον; avellanis magnitudine comparat ſolus Plinius, Serapio meſpilis, Dioſcorides οὔοις *ſorbis*, non οἰὸς ovis, ut quidam legunt perperam; Cyrillus & Avicenna malis, ut jam diximus; Dalecampius parvis limoniis. Iidem mandragoræ maris mala deſcribunt eſſe duplo majora, ut malè ſubduxerit calculos Codurcus; qui avellanis paria eſſe concedit penè invitus; nempe multum intererat ut aliquid illis de magnitudine decederet, ut ex malis grana fierent.

Addit mandragoræ nullum eſſe uſum niſi ad ſoporem conciliandum; nempe non ea legerat, quę à Medicis ſcribuntur de uſu mandragoræ, ſuccum bilem atram & pituitam extrahere, medicamentis ocularibus miſceri, menſes & partus expellere; folia duritics omnes, ſuppurationes, ſtrumas, & tubercula diſcutere, ſtigmata delere, &c. radicem ignibus ſacris, ſerpentium ictibus, articulorum cruciatibus mederi; ſemen vulvas purgare, & rubra fœminarum profluvia ſiſtere: hæc in ſolo Dioſcoride, in aliis multò plura.

Sed quorſum hæc? nempe ut probet deceptum fuiſſe Plinium, cùm mala mandragoræ ſcripſit quibuſdam in terris mandi: *Plinius*, inquit, *hoc ab alio accepit, qui vocis ſimilitudine deceptus*, &c. *exiſtimavit Magedarim eſſe Mandragoram.* Itaque ex Codurci mente ſic in Plinio legendum erit; *Quanquam mala Magedaris in aliquibus terris mandantur, nimio tamen odore obmuteſcunt ignari:* quod erit abſurdiſſimum. Neque enim unquam cuiquam venit in mentem, ut tale quid ſcriberet de Magydari; at de mandragoræ malis penè hæc eadem leges etiam in Dioſcoride; τὰ δὲ μῆλα ὀσφραινόμενα καὶ ἐσθιόμενα καρωτικά, καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν χυλός: πλεονασθέντα δὲ καὶ ἀφώνους ποιεῖ. *Mala autem olfactu & eſu ſoporem afferunt, & ſuccus ex iis expreſſus; largius porrò utentes faciunt obmuteſcere.* Neque diſſimilia habent Serapio & Avicenna. Itaque non ſolus Plinius hic peccaverit; ſed cum illo Græci & Arabes.

Neque id ſatis. In eundem lapidem, neſcio quo fato, impegiſſe aſſerit LXX. Interpretes, non jam ex conjectura, ſed ut rem certam & indubitatam: *Nec dubito*, inquit, *Græcos Bibliorum Interpretes, vocum magis quam herbarum gnaros, Magydarim idem eſſe quod Mandragoram putaviſſe.* Atqui ſi vocum fuerunt ita gnari, quomodo non viderunt diverſa eſſe vocabula, *Magydarim* & *Mandragoram?* An vocum peritos ii ſe produnt, qui tam facilè ſibi imponi ſinunt vicinitate ſoni? Hæc ſanè ſunt perabſurda: tamen levicula præ iis, quæ ſequuntur de Magydari.

Quid propriè ſit Magydaris inter Doctos non ſatis conſtat. Laſerpitii partem aliquam eſſe volunt; ſed qualis ea ſit certant, & adhuc ſub judice lis eſt. Caulem interpretatur Plinius, ſuccum Heſychius, radicem Dioſcorides atque Arabes eum ſecuti; ſemen Pollux, Galenus, Theophraſtus; ſed & à laſerpitio diverſa, & tamen ſimilis planta, circa Syriam Magydaris appellatur à Theophraſto, Plinio, & Heſychio. De quibus accuratè diſputat Salmaſius in Solinum, cui tamen in mentem nondum venerat, quod huic novo Diſputatori, nempe *Magydarim* eſſe *cranium.* Itaque poma mandragoræ jam erunt poma cranii. Quod quia novum eſt & inauditum, operæ pretium eſt docere quomodo probet:

Ego verò, inquit, *conjicio Magydarim vocem eſſe Arabicam vel Syriacam, quæ calvariam ſignificet, & cranium; quia* מגדאר *Migdar terrificum ſignificat & terriculamentum, quod in ſatis defigitur ad fugandas aviculas, quod etiam nomen* יברוח *ſignificare videtur.*

Ego verò certò ſcio Magydarim ab Arabibus & Syris nunquam ſumi pro calvaria: adeóque nihil eſſe hoc argumento ineptius. *Migdar eſt terriculamentum; ergo etiam eſt calvaria.* Eâdem operâ probaveris μορμολύκειον, & προβασκάνιον, & κεράμβηλον, & *lineam*, & *formidinem*, & in vertice Templi כלא ערב, & Syrum [illegible], totidem eſſe cranii ſynonyma, quia omnibus hiſce vocibus ſignificantur terriculamenta fugandis aviculis.

Jam rogo, cur velit יברוח id ipſum ſignificare; יברוח eſſe Mandragoram; vel, ut preſſiùs loquar, radicem Mandragoræ, tam certum eſt, quàm certum eſt me vivere. Ita definit Avicenna c. *Jabruch* his verbis, אלכדי אלאפאה אצל יברוח *Jabruch eſt radix Mandragora ſylveſtris.* Eodem ſenſu uſurpant Meſuë, Serapio, Elias, David de Pomis. Ita etiam Maimonides in More Nevokim. part. 3. c. 29; Ex libro pervetuſto de cultu Nabathæorum; ubi prolixa fabula de lite multorum

torum annorum Ninive agitata inter יברוח mandragoram & aliam arborem אמלי nomine; utra eſſet ad divinationes & præſtigias aptior. Codurco tamen videtur יברוח eſſe terriculamentum, neque ſententiæ ſuæ rationem nllam ad lit; tantùm ait ſic videri. Sit pro ratione voluntas.

Pergit, מגדר eſt *ἀνακεφαλαίωσις*, de qua Epheſ. 1: 10. & אלגדר *ſignificat bronchocelam*, & גדרי *variolas*. Quid tum poſtea? Quibus fidiculis extorſerit quod conatur iode elicere? magydarim eſſe cranium? Tamen Eph. 1: 10. non legitur תגדר *thegsaddara*; ſed תגדר *thegsaddada*, id eſt, *renovari*; ut in Syro ܢܬܚܕܬ.

Occurit illa ipſa vox in eadem Epiſt. c. 4. v. 23. & rurſus Hebr. 6: 6. pro Græcis *ἀνανεοῦσθαι* & *ἀνακαινίζειν*. Corducus autem ita colligit, taleque eſt acumen hominis. Verbum Arabic. תגדר *thegsaddada* eſt *renovare* Epheſ. 1: 10. Ergo magydaris ſignificat cranium. *Spectatum admiſſi*, &c.

Miſeret me hominis: itaque laboranti ſuppetias ferre jam libet. Si ſtabat, magydarim à rotunditate & volubilitate deducere; ut probaret eſſe cranium, quid opus erat ambagibus? cùm Chaldæa vox notiſſima גנדר *gander* ſit volvere; unde מגנדר *megander* volvens. Vox eſt frequens in Paraphraſtis pro Hebr. גלגל; unde גלגולת, *cranium* Hoc ſi obſervâſſet Codurcus, viſus fuiſſet aliquid dicere. Sed maluit nobis variolas & bronchocelem opponere & inania terriculamenta; quaſi cum pueris illi res eſſet.

Rem tamen confectam ne putet, ſciat *magydarim*, ab Arabibus non ſcribi מגדאר *migdar*, ſed מחרות *macharut*, apud Avicennam, Serapionem & alios. Hinc mirâ literarum tranſmutatione, & *μεταθέσει*, uti ſæpe fit in peregrinis vocibus, Græci feceruot magydarim. Vox ipſa terminatione videtur eſſe Syriaca, nempe Syris ܡܚܪܘܬܐ *macharut*, eſt inciſio vel res inciſa. Sic alius formæ nomen, ſed ab eadem radice, חרות *charut*, eſt palmæ ramus exciſus. Ergo in laſerpitio *macharuth* videtur propriè fuiſſe quod vel ex caule vel ex radice exſcindebatur, ut exprimeretur ſuccus; nam ut notat Theophraſtus alius erat ſuccus *καυλίας*, id eſt, ex caule; alius *ῥιζίας*, id eſt, radice expreſſus. Cujus inciſionem quâ arte attemperarent, ita ut neque eam liceret *παρατέμνειν*, obliquè incidere; neque *πλεῖον τῶν τεταγμένων* pluribus in locis, quàm conſtitutum erat, vide apud Theophraſt. & Salmaſ. ubi ſuprà. Hinc igitur vox magydaris cùm deducatur, operam luſit Novus loterpres; qui Syros & Arabes divinat ſcripſiſſe *migdar*; adeóque illorum lioguâ *migdar* eſſe calvariam.

Nunc tam putri fundamento multa inædificans contendit tam terræ tubera, quàm laſerpitii tuberoſam radicem Veteres indigitaſſe nomine magydaris, propter calvariæ formam: adeóque per mandragoram Græcos Scripturæ Interpretes magydarim intellexiſſe, & per magydarim tubera. *O cor Zenodoti, & jecur Cratetis!*

Divinat mandragoram dici pro magydari, & magydarim à Syris ſcribi *migdar*, & *migdar* eſſe cranium: quæ tria ſunt omninò falſa: tamen tribus divinationibus nuncquartam ſuperſtruens, Tubera ex cranii figura vult habuiſſe nomen magydaris: Et cùm vera magydaris [aut laſerpitium ſaltem, cujus pars eſt magydaris,] fuerit planta eximia, jucundi odoris in uſum menſarum, & medicamenta maximè expetita, maluit per magydarim intelligere tubera, novamque & ridiculam huic vocabulo ſignificationem affingere, ut reſpondeant ultima primis, & ſimiles habeant labra lactucas. Sed quid ab illo expectes, qui *magedarim* & *magedaras* ſemper ſcribit pro magydari?

Interim ne videatur ſine ratione inſanire, *Tubera* inquit, *κράνια*, vel *κεφάνια*, *in Thracia conſtat eſſe appellata ex Plinio, Dioſcoride, Athenæo, & qui geranium vel ceraunium legunt vel emendant, veram & germanam appellationem corrumpunt*. Sed benè eſt, quòd teſtem appellat Dioſcoridem, in quo nefas aliter legere quam *γεράνιον*; cùm doceat ita vocari unam geranii ſpeciem; quia *ἐπ' ἄκρων τῶν μασχαλῶν ἔχει ἐξοχάς τινας ἀνανενευκυίας ὡς γεράνων κεφαλὰς σὺν τοῖς ῥάμφεσι*: *In ſummis alis habet prominentias quaſdam ſurſum ſpectantes, ut gruum capita cum roſtris.* Alteram dicit eſſe *ῥίζαν στρογγύλην, γλυκεῖαν ἐσθιομένην*, *radicem rotundam, quæ comeſtur, dulcem*, lib. 3. c. 131. Viri doctiſſimi ſentiunt hoc eſſe geranium Plinii & Athenæi, quod propriè tuber non eſt, ſed quid tuberi ſimile; neque Thraciæ proprium, ut vult Codurcus, ſed Græciæ. Ita enim habet Plinii locus io Apuleio Salmaſiano: *Simile eſt tuberibus, quod in Cyrenaica Provincia vocant Miſy*, &c. *Et quod in Thracia Iton, & quod in Græcia γεράνιον.* Uode legendum colligit Vir Magnus in Theophraſto & Athenæo, non ut vulgò, *τὸ ὕδνον ὃ καλοῦσι*, &c. Sed *τὸ ὕδνον καὶ ὃ καλοῦσί τινες γεράνιον*, &c. *Tuber & quod vocant nonnulli geranion.* Nam & alibi Theophraſtus Hiſt. Plant. lib. 1. c. 9. *ὕδνον* diſtinguit à geranio.

An verum ſit, quod ſequitur, Tubera à ſuibus maximè appeti, atque inde *ὕδνα* dici, meâ nil refert. Tameo malo Doctis aſſentiri, quibus *ὕδνα* idem quod *οἴδνα*, quomodo ſcribit Theophraſt. Hiſt. l. 1. c. 2. *Οἴδνα* porrò Suidas exponit *οἰδήματά τινα τῆς γῆς*, *Tubera quædam terræ*. Ergo *ὕδνα* pro *οἴδνα* & *οἴδνα ἀπὸ τοῦ οἰδεῖν*, *à tumendo*. Eadem ratio Latini nominis. Iſidorus, *Tubera tumor terræ prodit eáque cauſa illis nomen dedit.* Imò tumor proprius, non terræ, in qua naſcuntur, tuberibus nomen dedit; illam enim extuberare Plinius negat. Ergo tuber à tumendo, ut creber à creſcendo, & faber à facieodo, & ſuber á à ſuendo, & fiber, id eſt, extremus, à finiendo, & mulciber Athenis *μειλίχιος Θεὸς* à mulcendo. Hęc & alia hujus generis notat Scaliger in Varronem. Paulo aliter Salmaſius, cui tuber eſt ab Æolico *τῦφαρ* pro *τῦφος*; res tamen eódem redit; nam *τυφοῦν* eſt intumeſcere.

Sed Codurcus de more ridiculus tuber dici contendit quaſi *terræ uber*; ut ſi quis *tumorem* dici velit, quaſi *terræ humorem*. Si tuber à terra dicitur, tumor non erit tuber, niſi terræ adnaſcatur. Tamen à Plinio tumor in cameli dorſo *tuber* vocatur. Sic in Terent. Adelph. *Colaphis tuber eſt totum caput*: & in Ovidiana Famis deſcriptione, Metamor. l. 8. fab. 4.

--- *Immodico prodibant tubere tali.*

Et in Seneca de Beneficiis lib. 2. *Tuber Tyranni quidam ferro diviſit, qui ad eum occidendum venerat.* Itaque obſervat Salmaſius illos terræ callos ſæpe dici *διακριτικῶς tubera terræ*. Juvenalis Satyr. 14.

- - - *Qui radere tubera terræ*
Noverit. - - -

Gloſſæ, *Tubera terræ*, *ὕδνα*; & in Lemmate Diſtichi Martialis, *Tubera terræ*, pręferunt libri, inani battologia, ſi *tuber* per ſe ſumptum ſit *terræ uber*.

Pergit, *Leo l. 9. Deſcript. Africæ dicit tubera appellari Arabicè Habbaziz*; ſed Leoni l. 9. tubera vocantur *terfez* & *camha*, nuſquam aliter. At lib. 5. in Deſcriptione *Capez*, quæ ſunt Veterum *Tacape*, hæc habentur de *habbaziz*: *Et ne produit ce terroir autre choſe qu'un fruit, qui ſe nourrit ſous terre de la groſſeur d'un rasfort qu'ils ſuccent; parce qu'il eſt doux comme amandes; du goût deſquelles il tient quelque peu, toutefois il s'en faut beaucoup, qu'il ne ſoit ſi nutritif & profitable. Ce fruit eſt commun par tout le Royaume de Tunis. Les Arabes l'appellent habba-*

Habb-Haziz, חב חזין, *c'eſt-à-dire*, *granum forte. Scaliger en parle contre Cardan Exercit.* 181. *c.* 15. *Marmolius in Africa*, *lib.* 6. *cap.* 38. Huic radici nihil commune cum tuberibus, niſi quòd utrumque ſub terra.

De Cyclamino quidquid ſequitur, illud eſt præter rem; quia Cyclaminus non eſt, ut putat, inter ὕδνα ſpecies; Cyclaminum quidem Plinius appellat *tuber terræ*, ſed nomine purè æquivoco. De cætero Græci, Syri, Arabes Mauri diverſa habent nomina, quin & Cyclaminum à tuberibus diſtinguunt. Itaque fruſtra ſe fatigat, cum quærit in Cyclamino quicquid in tuberibus fatetur deſiderari ut putentur eſſe mandragoræ, quamvis natura Cyclamini tam ſit à mandragoris diſſimilis, quàm à tubere.

Unum addo, ex quo probetur illi naturam tuberum non fuiſſe ſans perſpectam; *Tubera*, inquit, *cùm naſcuntur ſuavem odorem mittunt, atque odore ſuo terram perfundunt: & rurſus,*

Cætera deſunt in Autographo Bocharti, ex quo hæc exſcripta.

DE VARIIS MANNÆ SPECIEBUS:

ITEMQUE

DE GENERE NOMINIS

M A N N A

APUD LATINOS.

Ad Exodi cap. 16. verſ. 13.

TRANSLATIO.

Nomen Manna rebus variis naturâ maximè diverſis tribuitur: ac primò quidem Arabes mannam vocant genus quoddam roris æſtivo tempore ante lucis ortum è cœlo cadentis, & in gummi granula vel alba vel ſubruſa concreſcentis. Hujuſque roris variæ ſunt ſpecies pro diverſitate regionum, vel locorum, in quæ depluit. Si enim terra excipiatur, nullâ fere; ſi verò lapidibus aliquanto majori; ſin autem plantis, & præſertim earum foliis, maxima præditus eſt virtute. Inter arbores reperiuntur etiam quædam, à quibus majorem, quàm à cæteris, haurit vim: prout dicit Aben-Bitar *Virtus ejus creſcit, vel decreſcit pro arboris, cui adhæreſcit qualitate.*

Ad iſtas mannæ ſpecies refertur טבאשיר *Tabaxir*, alio nomine, ſaccharum Bambæum, vel Mambæum, quod in India naſcitur. Illud ipſum eſt ſaccharum, de quo loquuntur Dioſcorides, Plinius, Galenus, Paulus Aginæta, Arrianus in Periplo Maris Erythræi, Ælianus Hiſtor. Animal. lib. 15. cap. 7. Heſychius in voce σάκχαρον, & Aphrodiſæus lib. 2. problem. 74.

Item שירחשת *Zirkeſt*, vel *Zirakoſt*, id eſt, *Lac arboris* שיר *Keſt*, aut *Koſt*, *Aben-Bitar* eam arborem ſalicem eſſe dicit: cæteri autem Arabes omnes hanc Mannam omnium eſſe & optimam & ſolidiſſimam affirmant; illámque propè Ariam Ariæ regionis Metropolim Indiam versùs gigni.

Mannæ illius ſpeciebus accenſetur quoque תרנגבין *Terengiabin*, aut תלנגבין *Telengiabin*, id eſt, δροσόμελι, mel ex rore concretum, quod eſt & alia Mannæ ſpecies non ſecus ac mel liquida, dimidiam tantùm virtutis, quâ pollet proximè ſuperior, partem habens. Unde fit, ut Medici in Oriente ejus duplicent doſin. Regiones Choraſan & Maunnaher, quæ olim Bactriana & Sogdiana nominabantur, cis & citra Oxum fluvium eâ affluere teſtatur Avicenna; additque in natali ſuo ſolo, prope Bocharam nempè, eam ſæpiùs ex arbuſto quodam, Arabicè אלחג *Alchag* dicto colligi. Interpres ejus Latinus *ex lapidibus* vertit, ut qui ſumpſerit *Alchag* pro אלחגר *Alchagiar*, cùm contrà *Alchag* ſit arbuſtum alio nomine *Akul* dictum: ad ſylveſtrem aſparagum accedit ſecundùm Arabes.

Saccharum *Alkuſar* eſt & alia Manna cauſtica, atque depilatoria, quæ in ſalis figuram congelatur ſuper planta Alkuſar, cujus umbra eſt periculoſa & lethalis. Illa autem in Arabia, Ægypto, & circa Africæ Tripolin naſcitur. Galenus ἀερόμελι & δροσόμελι appellat Mannam, quæ in Libano monte de pellibus quibuſdam ad eam excipiendam arboribus ſubſtratis colligitur. Amyntas, quem citat Athenæus lib. 7. eam dicit recondi vaſibus quibuſdam Ταβαιτας dictis, & ex ipſa potum melle dulciorem confici refert. Hujus Mannæ mentionem facit Joſephus, ut & Cornelius Celſus, qui eam *Mel Syriacum* vocat. Suidas quoque in voce ἀκρίς Mel illud ſylveſtre, quo Johannes Baptiſta in deſerto veſcebatur, hujus generis Mannam fuiſſe contendit. His adde Proſperum Alpinum de Medicina Ægypt. quippe qui perhibeat lib. 2. cap. 5. Montis Sinæ Monachos ejuſdem aliquantulum, quod Alexandriæ Conſulibus offerant, non longè à ſuo Monaſterio colligere.

Narrat etiam Evagrius lib. 2. cap. 6. quòd, cùm in Phrygia, Galatia, Cappadocia, & Cilicia graviſſimæ cùm peſtis tum fames graſſarentur, quibus permulti jam extincti fuerant; ἄκος δὲ τοῦ λιμοῦ τοῖς ὑπολειφθεῖσιν ἡ πάντων σώτειρα δέδωκε πρόνοια, κατὰ μὲν τὸ ἄγονον ἔτος τροφὴν ἐκ τοῦ ἀέρος ἐπιβρέξασα, ἴσα τοῖς Ἰσραηλίταις, Μάννα προσηγορεύεται; *Remedium verò*, ait, *ſuperſtitibus contra famem Conſervatrix omnium Providentia dedit. Quippe anno illo, qui ſterilis fuerat, cibum è cœlo depluit; non ſecus quàm Iſraelitis, quod Manna vocatum eſt.* Eadem habentur apud Nicephorum Calliſtum lib. 15. cap. 10. Baronius hoc miraculum ad annum 454. refert.

Apud

Apud eundem Baronium ad annum 418. quædam extat circularis Epiſtola Severi Minoricenſis Epiſcopi, eodem anno conſcripta; quâ habetur poſt Judæorum quorundam in eadem Inſula ad Chriſtianam religionem converſionem, *Grandinem minutiſſimam, quam Incolæ illius Inſulæ gentili ſermone Abgiſtinum vocant, non uſquequaque copioſam defluxiſſe*; additque, *Cum odor ex ea mellis fragrare cœpiſſet, à multis, quos per viam verberaverat, deguſtatam, dulciorem melle compertam fuiſſe.* Ex quibus patet quod grandinem appellat mannam revera dicendum. Indéque poſteà ſubjungit, creditum fuiſſe, in eorum Judæorum gratiam *Manna innovari.* De vocab. autem iſto, *Abgiſtinum*, ut quędam addam, id corruptum puto, ac legendum *Agliſtinum*; quoniam *hagelſtein* Germanicè grandinis lapidem notat. Jam autem, huic meæ favet conjecturæ, quòd Gothi, qui è Germania venerant, Inſulam hanc, ut & reliquam Hiſpaniam, ab aliquot annis occupabant. Hi autem, cùm mannam non noſcerent, hanc, quemadmodum Severus ipſe fecit, grandinem appellaſſe videntur.

Hodie plurimi fit Calabriæ Manna, a recentioribus Græcis Μάννα τοῦ Σικελικοῦ nominata; Calabriam quippe & Apuliam Siciliæ nomine complectuntur. Se ejuſdem ſpeciei Mannam in Foro Julio lociſque Tridento circumjacentibus legiſſe ſcribit Matthiolus; ut & prope Lovanium Levinus Lemnius. Sic etiam Buſtamantinus de Animal. Script. lib. 2. cap. 13. & 14. alterius cujuſdam Mannæ facit mentionem, quæ ex pinubus & juniperis apud Ciſalpinæ Galliæ Brigantiam, id eſt, circa Brigantium in Delphinatu, excutitur.

Julius Scaliger, Purehas, & alii, loquuntur itidem de manna quadam, quæ ad Targa Africæ deſertum, Numidiam versùs, defluat; queque pulmentis & potibus quotidianis immiſceri ſoleat. Scalig. de Subtil. Exercitat. 164. Purehas Peregr. l. 6. c. 13.

Prçter omnes iſtas Mannę purè naturalis ſpecies fuit quoque ſupernaturalis alia, quâ Deus olim Iſraëlitas annos quadraginta in Deſerto pavit; hincque origo nominis petenda: cum enim Iſraëlitę hoc Mannę genus non noſcerent, reciprocè quęrebant, מן הוא *man hu, quid hoc eſt?* Ex quo factum ut deinceps hoc nomine *Man* vocitarint. Unde Chaldęi & Syri & poſtea Gręci ſuum *Manna* efformârunt; naturali Mannę ſupernaturalis nomine affixo; quoniam ſunt ejuſdem ſpeciei: quemadmodum panis & vinum, quę virtute ſua creavit J. C. ejuſdem planè erant generis cum pane ac vino, quę naturę viribus quotidie procreantur. Id agnoſcit Joſephus his verbis; ὅτι δὲ καὶ νῦν ὕεται πᾶς ἐκεῖνος ὁ τόπος, καθάπερ καὶ τότε Μωυσῇ χαριζόμενον τὸ θεῖον κατέπεμψε τὴν διατροφήν. *Depluit etiamnum Manna per totam hanc regionem, haud aliter quam cum Deus in Moſis gratiam hunc eundem populo ſuo cibum demiſit.* Sic quoque Ambroſius in Exodum; *Corporeum pridem illud Manna hodie pleriſque in locis invenitur.* Quibus aſſentiuntur Severus, Evagrius & Nicephorus ſuperiùs allegati; probatque Franciſcus Valeſius rationibus plurimis Philoſophię Sacrę cap. 57. Levinus Lemnius itidem Lib. de Script. Sac. Herbis. His adjungatur Cardanus ajens, quòd Manna *vocatur Ros Syriacus, quoniam ibidem* (in Syria) *primùm inventa eſt ab Hebrais*; ut & Henricus Salmuth in Paneirolum lib. 2. c. 6. qui hęc habet, *Videtur noſtra Manna eſſe ejuſdem generis cum illa, quâ Iſraëlitæ in Deſerto aliquandiu tanquam cibo nutriti ſunt.* Citatque eam in rem hos Pici Mirandulani verſus,

Hæc etiam ſemen Coriandri imitata rotundum
Cogitur, & ramis frondoſa ſtirpis adhæret;
Flavam corporibus bilem eductura; ſed olim,
Dum Judæa cohors ſitientibus exul arenis
Degeret, in paſtum cecidit divinitus. Inde
Attoniti Patres Man-hu *dixêre vetuſti.*

Quibus ab iiſdem illis opinionis hujus fundamenta ſubjiciuntur, quæ certa ſunt & vera: Moſem nempe Mannam ſuam ſic deſcribere, ut ſit ejuſdem prorſus coloris, ejuſdem figuræ, ejuſdem conſiſtentiæ, ejuſdémque ſaporis cum naturali Manna; eodem ipſo modo, iiſdemque horis ſtillet, eademque demum ratione ad ſolis radios liqueſiat. Ex quibus patet Moſis Mannam purè naturalem fuiſſe quoad ſubſtantiam. At hoc in ea ſingulare ac mirabile erat, quòd tantâ copiâ circa Iſraëlitarum caſtra decideret, ut centenis quindecim hominum millibus, imò & pluribus, unoquoque die alendis ſufficeret. Item quòd quaque Sabbathi die intermittenda die proximè ſuperiori in duplum affueret; eóque modo feriâ iſtâ commeatum duplicem Iſraëlitæ poſſent ſibi comparare. Quòd hyberna pariter ac æſtiva tempeſtate allaberetur; corpus nullo alio adhibito cibo ſuſtentaret; infantibus & ſenibus, benevalentibus ac ægrotis, robuſtiſſimis & debiliſſimis ex æquo ſalubris eſſet. Quòd ad ſolem liqueſcens, non ſecus ac vulgaris Manna, nihilominus tamen induraretur igni admota, adeò ut in mortario foret conterenda. Quod denique cùm citò putreſceret, ſi ad tertiam uſque feriam Iſraëlita aliquis eam ſervare vellet; ejus corus tamen pluribus ſeculis in Arca ſteterit incorruptus.

Generali Mannæ nomine comprehendi poteſt etiam Myſtica Manna, Chriſtus nempe, verus panis cœleſtis: qui non ſecus quàm Manna Moſaica ortus eſt, nulló terram ſecante aratro, nulloque injecto ſemine; in Beatæ Virginis utero nullius interventu hominis efformatus; hominibusque, priuſquàm ſeſe illis revelâſſet, æquè ignotus, ac erat Manna Iſraëlitis; quique in hujuſce mundi deſerto, quod ad cœleſtem Chanaan contendentibus eſt pertranſeundum, fideles ſuos, qui alliis cepiſque Ægyptiacis, id eſt, peccati deliciis, valedixerunt, ſuſtentat. His autem rationibus, permultiſque aliis, quæ hujus loci non ſunt, Manna proponitur tanquam J. Chriſti figura; eamque Divus Paulus ſpiritualem eſcam, quemadmodum aquam in Deſerto è rupe eductam ſpiritualem potum, appellat; quoniam *Rupes iſta Chriſtus erat*, id eſt, Chriſtum repræſentabat, 1 Cor. 10: 3, 4. Aſſerit pariter J. Chriſtus, Joann. 6: 32. non Moſem, ſed Deum patrem ſuum verum dediſſe panem cœleſtem, qui vitam mundo largitur; Epiſtolàque ad Pergamenſem Epiſcopum Apoc. 2: 12. promittit Idem Chriſtus ſub latentis Mannæ nomine ſe eum omnem, qui vicerit, gloriæ ſinę facturum participem, manifeſtè ad Mannam in Sacrario reconditam Exodi 16: 33. alludens; *Quoniam id, quod erimus, nondum apparuit*, 1 Joh. cap. 3: verſ. 2.

Idem Mannæ nomen analogicè quoque tribuitur rebus in natura Mannam ſimilitudine aliqua referentibus. Hinc Clemens Alexandrinus Pędag. lib. 1. cap. 5. ait nutrices Mannam dicere, ad Iſraëlitici cibi inſtar, τὸ πρωτόχυτον τοῦ γάλακτος πόμα, *primum lactis potum*, qui infantium ori infunditur: ſive propter ejus dulcedinem, ſive propterea quòd infantes eo pariter, ac Iſraëlitę Manna supernè deſcendente, nutriantur.

Mentionem itidem faciunt Matthiolus, Dalecampius, Schroderus & alii, plantæ cujuſdam, *Gramen Manna* dictę, alio nomine *Capriola*, aut *Sanguinella*, quam quidam panici vel milii ſpeciebus annumerant; cujus grana alba ſunt, cujuſmodi Orixa vel Manna; unde Mannæ appellationem illa de-

Leonardus Fuchſius in Paradoxis Medicinæ l. 1. cap. 6. *Animadvertendum eſt per Arabum Mannam nos intelligere eam, quâ hodie ad molliendam alvum Medici utuntur.* Fallopius de Medicinæ Purgantib. Simplic. cap. 37. *Habetis & mannam Arabum, quæ Galeno vocatur mel roſcidum*, &c. *Hæc manna eſt duum generum, una dicitur Maſtichina, altera Calabrica.* Proſper Alpinus de Medic. Ægypt. lib. 4. c. 6. *Manna, quâ illi utuntur, quatuor obſervantur differentiæ. Prima*, &c. Foëſius in Oeconomia Hippocratis, voce *manna*; *Manna eſt etiam Arabica quædam, grani ſpecie; quæ mellium quidam ſuccus ab aere concretus dicitur.* Cardanus de Facultatib. Medicam. lib. 3. part. 3. cap. 2. *Manna hæc vocatur ros Syriacus, quoniam ibidem primo inventa eſt.* Joann. Schroderus Pharmacop. lib. 4. claſſe 4. pag. 241. *Manna eſt liquida, Terenjabin ſtrictè; & durior granata, Maſtichina*, &c. Tandem Alexander Benedictus de Morbor. ſignis lib. 2. cap. 8. *Quam mannam vocant ob thuris mannæ ſimilitudinem.*

Quin etiam inter Theologos quoſdam reperias, à quibus *manna* fœminei generis habetur; Beza in 1 ad Cor. 10: 3. *Mannam*, inquit, *vocat eſcam ſpiritualem, eam conſiderans ut ſacramentum.* Libro itidem de Cœna Domini contra Joachimum Weſtphalum, pag. 241. Quoniam enim Dominus Johann. 6. *de manna loquitur ex Judæorum hypotheſi*, &c. *Ideò illam ut corruptibilem cibum cum vero cibo comparans*, &c. Bucanus in Locis Communibus, loco 40. ſſ. 23. *Manna è cœlo data.* Ita etiam Theſes de Sacramentis, quas Camero Salmurii propugnavit. 1619. Theſ. 8. Tilenus Diſp. 3. de Sacramentis Theſ. 8. *Manna cœlitùs delapſa.* Caſtellio in Bibliorum Verſione, quæ elegantiſſima habetur, Exod. 16. *Hâc mannâ Iſraëlitæ per quadraginta annos uſi ſunt.* Et Num. 7. *Nihil aliud niſi manna iſta noſtris oculis obverſatur: hac manna in caſtra noctu deferebatur*, Deut. 8. *Vos mannâ Majoribus veſtris ignotâ in ſolitudine pavit.* Joh. 5: 12. *Deſiit manna, neque eam deinceps habuêrunt Iſraëlitæ.* Denique Pſalm. 78: 14. *Eis mannam ad veſcendum depluit.*

Nec aliter loquuntur Critici. Petrus Crinitus de Honeſta Diſciplina lib. 25. cap. 7. *Aſſeverabant non multis antè ſæculis, neque ante Galeni ætatem ad noſtros invectam fuiſſe mannam.* Picus Mirandulanus; *Hæc etiam ſemen Coriandri imitata rotundum*, &c. de vulgari non ſecùs quàm de Iſraëlitica manna ſermonem habens. Henricus Salmuthius ſuprà citatus; *Videtur noſtra manna ejuſdem generis eſſe cum illa, quâ Iſraëlitæ*, &c. Robertus Conſtantinus in Lexico Græco-Lat. de manna Iſraëlitarum: *Hanc molebant, placentaſque ſeu liba fingebant ex ea:* Julius Scaliger in Cardan. Exercit. 164. *Manna, quam priſca voce etiamnum vocant Terenjabin:* Item *Ariſtoteli cognitam mannam diximus alibi.* Morellius in Theſauro, &c. *Manna manna*, fœmin. ἡ μάννα μάννης, τὸ ἀερόμελι; *eſt mel è cœlo cadens.* Tandem Salmaſius in Solin. pag. 1019. *Quæ de Sacchàro prædicant Veteres longè aptiùs quadrant in noſtram mannam*; & paulò pòſt; *Non dubium, quin illi mannam cognitam habere potuerint, quæ Vetuſtioribus non fuit ignorata.*

Si ergo Voſſii judicio ſtetur; librorum maxima pars eſt abolenda, imò & linguæ Gallica, Hiſpanica, & Italica, in quibus *manna* fœminei eſt generis: hujuſque locutionis ratio eſt evidentiſſima. Græca quippe ex Hippocrate vel Galeno potiùs quam ex Septuaginta Interpretibus, aut Græcis Patribus; Latinaque ex Plinio, potiùs quàm ex Latinis, lingua eſt diſcenda. Jam verò Hippocrates, Galenus, Plinius, &c. *Mannam* ſemper fœmineo genere uſurparunt: eoſque ſequuti ſunt Patrum Nonnulli; at nullus reperitur priſcus Medicus, qui manna neutrum cum Septuaginta Interpr. ſtatuerit. Neque regeras eos de *Manna Thuris* non de Iſraëlitica loquutos; quandoquidem utramque eodem ob ſimilitudinem nomine venire conſtet. Sicut enim ἀστὴρ, pro ſtella maſculini eſt generis; ita quoque ἀστὴρ ἀττικὸς pro flore ſtellam referente. Uti quoque *fumus* eſt maſculinum, ſic etiam *fumus terræ*, herba quædam lachrymas non ſecùs quàm ſumus eliciens. Nec diverſi ſunt generis ὅπλαιν@ ſimplex, & ζάλαιν@ μυρεψική; uti neque nudum ἄνθ@ & χαλκοῦ ἄνθ@, vel ἁλὸς ἄνθ@, licet longè diverſa ſit horum ſignificatio. Neque etiam genere differunt *unguis* ſeorſim poſitum, & *unguis odoratus*: uti nec δράκων, πνεύμων, τρυγὼν; & δράκων, vel πνεύμων θαλάσσι@, & τρυγὼν θαλασσία; nec demum ἄμπελ@ & ἄμπελ@ λευκή. Cur ergo genere differrent *manna* præciſè ſumpta, & *manna Thuris*? πέπερι ex. g. & ὑγρόπιπερι, μέλι & δροσόμελι, vel ἀερόμελι, aut θαλασσιόμελι; πῦς & λαγώπους & κορωνόπους; λέων & χαμαιλέων; κίσσ@ & χαμαίκισσ@; δάφνη & χαμαιδάφνη; μῆλον & χαμαίμηλον: πεύκη & χαμαιπεύκη; δρῦς & χαμαίδρυς; συκῆ & χαμαισύκη: ἀκτη & χαμαιάκτη; ὄρχις & κυνόσορχις; hæc omnia, inquam, unius & ejuſdem ſunt generis; indéque adcò neque compoſitio neque ſignificationis variatio ad genus aliud compoſita traduxit. Cur idem in μάννα & λιβανόμαννα non ſtabit?

At præ cæteris iniqui ſunt illi, qui vulgarem mannam ex rore concretam fœminini generis eſſe ac eſſe poſſe largiuntur; idem tamen nolunt concedere de Iſraëlitarum manna, quæ ejuſdem fuit prorſus ſpeciei, uti docti omnes fatentur; Moſaicaque ejuſdem deſcriptio clarè oſtendit. Sic igitur apud Grammaticos hujus regulæ eſſent inſtituendæ; 1. Mannæ vocem eſſe vel fœminei vel neutrius generis: 2. Theologos neutro genere ſæpius, Medicos verò fœmineo uſurpare; id tamen ex ſe plenè indifferens eſſe.

F I N I S.

Eruditiſſimo ac Piiſſimo VIRO,

D°. DU MANOIR TAPIN,

Verbi Divini in Inferiori Normania Miniſtro,

S. P. V.

B O C H A R T U S.

DE HAC VOCE, COLCHA,

Ad Moſis legem, Levitic. 19: 19.

Nec veſtis lino & lanâ intertexta ſuper te aſcendet.

T R A N S L A T.

Heſterna etiam die in Colchidem quandam evagatus ſum, Jaſoniâ longè remotiorem, ut alterum inde aureum vellus deportarem. Hoc tibi iovolutum erit ænigma; mea tamen verba vix ſunt figurata: ſed, cùm rem ferè explicuerim, eadem tibi pleniùs evolvenda. Levitic. 19: 19. itemque Deuteron. 22: 11. lex habetur, quâ veſtis quæque, ex lanæ & lini permixtione contexta, Hebraicè שעטנז, prohibetur. Extat eam io rem prolixum in Thalmude caput, nonum ſcilicet Tractat. כלאים: eodémque de argumento fusè differit Majemonides in יד חזקה, *Jad chazaca.* In Thalmude hoc ioter alia extat; Vetare etiam Rabbinos, ne cum lino כלך vel כולכא intermiſceatur; eò quòd, tametſi pro vera lana haberi non poſſit; lanæ tamen ſpeciem aliquam præ ſe ferat; indéque adeò quiſquis eſt intermixturus, in legem incurſurus videatur; effugienda autem ſit ipſa mali ſimilitudo. Jam autem quæritur, Quidnam ſit vel Kelech vel Kolcha?

Ajunt Gemariſtarum nonnulli, illud eſſe rude quoddam bombycis goſſipium, lanæ affine; alii ſe quid ſit neſcire palam fatentur; cæteri demum aliquid eſſe è mari proveniens, quod mercatores Babylonii *Colcha* appellant. Hocque poſtremum amplectitur Hebræorum Doctiſſimus Majemonides, id adjiciens, quòd ſit quid auri ad ioſtar fulvum, ſaxis adnaſcens, lanæque omniiò ſimile; ex quo præſtantes panni contexantur. Sed intra hæc hærent Lexicographi noſtri, neque ulteriùs tendunt, nihil quicquam in rerum univerſitate obſervaotes, cui hæc deſcriptio conveniat. Ego verò teſtis margaritiſeris ſentio plenè convenire; quod ut eviocam, ſeptem de ejuſcemodi coochyliis affectiones demonſtro, quæ rem planè conficiunt. Aliorum quidem Authorum, quam Rerum Naturalium Scriptorum, teſtimoniis eam io rem utor; ſed, præterquam quòd antiquitate commendandi ſunt, eorum fides nullatenus eſt ſuſpecta. Illorum autem ſeptem 1. iſtud eſt, Quòd hæ conchæ in locis ſaxeis ad maris littora generentur. 2, quòd lanuginoſæ ſint, & quodammodo villoſæ. 3, quòd laougo iſthæc, quâ ſunt eircumdatæ, apud probatos Authores cùm Græcos tum Latinos & lana & vellus appelletur; propter tantam cum lana ſimilitudinem, ut cuivis poſſit illudere. 4, quòd lanugo eadem ejuſdem ſit cum auro coloris: unde & Veterum nonnulli ejus aliqua cum admiratione meminère. 5, quòd comptiores quædam ac molliores puellæ capillis eam intertexerent; eóque modo amaſios vinculis verè aureis illigarent. 6, quòd Imperatores quidam ex ea confecerint chlamydes, quarum admirabilis eſſet venuſtas. 7, quòd eadem ipſa ex Colchis, non quidem Septentrionalibus & Ponticis, ſed Orientalibus & Gangeticis, longiùs diſſitis, deferretur. Quæ poſterior Colchorum regio, Taprobanam, aut Zeilanam verſus ſita, etiamnum Cochinum vocatur; unde & deducta eſt vox Hebræo Colcha; uti & vox פנינים, in Script. Sacr. toties uſurpata, à *πίννα*, quo nomine indigitari ſolet concha margaritifera; ex quo etiam fluxit, ob ſuam cum perna ſuilla conformitatem, Latinum margaritæ ejuſdem nomen *perna*, ex qua demum Latina voce nos margaritam Gallicè *perle* appellamus. Hoc unum jam ſupereſſet, ut argumenta exhiberem, quibus iſthæc omnia probentur; ſed prolixior eſſem, ſi jam afferrem; ſi quando conveniamus, facilè proferam. Valeas interea.

E R U-

ERUDITISSIMO AC OPTIMO

BOCHARTO

Salutem

FAUKELIUS,

DE ABSALOMI CAPILLIS,

Ad 2. *Samuel.* 14: 26.

TRANSLAT.

Scire optârim maximè, utrum tibi meæ redditæ fuerint litteræ, in quibus tibi ſummas, quanquam ſerò, pro Magno Opere tuo gratias agebam. Et certè in eo tam abundè explêxti animum meum, mihi ut, in quocumque libuerit, facturus ſatis videaris. Quapropter te audaciuſculè percontaturus ſum, de re quadam, de qua, fruſtra tamen, tres quatuorve magni nominis Viros conſului. Agi quidem de re primo adſpectu minutiſſima videtur, graviſſima tamen, ſi S. Scriptura audiatur. Eſt autem Abſalomi coma. Graviſſimam dico, licet enim per univerſum corpus fuerit Princeps ille tam pilis onuſtus, quàm lanâ ſit aries, eò tamen uſque gravem fuiſſe ejus comam vix credibile eſt. Id quidem, ut & alia benè multa, patienter ignoraturus ſim; ni os obſtruendum eſſet maleſeriatis quibuſdam hominibus, qui Scripturarum divinitatem ut impugnent, talibus utuntur objectiunculis. Velis ergò edocere, quonam pacto hujuſmodi objectiones poſſis plenè retundere. Hæc enim ejuſmodi ſunt, ut facilè repelli non poſſint, confeſſione ignorantiæ, reique ſublimitate, ipſiuſque conditione longiſſimè ab humana intelligentia disjunctâ; ſicuti poſſunt multa, circa myſteria Fidei, Trinitatem, Incarnationem, aliaque id genus. Eſt Nobilis quidam, ingenio & pietate inſignis, qui, cùm ſæpiùs verſetur in cœtu eorum hominum, qui Scripturam legunt attentè, in ea ut inveniant quædam ἐναντιοφανῆ & abſurda, me ſubinde de rebus hujuſmodi interpellat: cui hactenus ſatisfeci. Nondum is quæſtionem hanc movit, quamquam nuper aliquatenus attigerit; verum ſermonem aliò deflexi, cumque longe adeò abduxi, ut poſtea illius haud meminerit. Hunc ſi poſſis nodum perſpicuè expedire, edoceas rogo. Vale.

Pariſiis 9. *Decemb. ann.* 1647.

Cadomum tranſmiſſa.

PIISSIMO ET FACUNDISSIMO VIRO.

MICHAELI FAUKELIO

Salutem

BOCHARTUS,

DE IISDEM CAPILLIS RESPONSUM.

Tranſlat.

NUllus dubito, Vir Clariſſ. quin litteras meas, quas ad Dominum N. inſcripſeram, in quibus pro binis officioſiſſimis tuis gratias agebam maximas, acceperis. In ultimis autem pergis iis me laudibus cumulare, quarum tam ſum indignus, quàm ſolvendæ quæſtioni tuæ impar. In qua enodanda cùm & Tu Ipſe, & alii præſtantes Viri, fruſtrà deſudârint, qui poſſim ego ſolvere? Quapropter eo animo non aggredior, quaſi exitum omnino felicem expectem, ſed ut infirmitatem meam experiar; imò & tibi aliquatenus patefaciam, perſpiciáſque inſuper, ut deſint vires, tamen laudandam eſſe voluntatem.

In eo verſatur controverſia, nimirum quî fieri potuit, ut quod ex coma abſcinderet unoquoque anno Abſalomus ſiclos ducentos pependerit, uti legitur in Codice Sacro, 2 Sam. 14: 26. hoc eſt, quinque minas ſecundùm Joſephum, cui quidem Hebræorum ſiclorum pondus probe debuit eſſe notum; σίκλυς διακοσίυς: ἔτοι δὲ εἰσι πέντε μναῖ, inquit, Antiq. lib. 7. c. 8. & mina ſi Eundem audimus, lib. 14. cap. 12. bilibris fuit cum dimidio; ἡ δὲ μνᾶ παῤ ἡμῖν ἴσχει λίτρας β' καὶ ἥμισυ: quinque autem ſecundum Eundem minæ duodecim libras cum dimidio pependêre.

Neque iſtud totum eſt. Nullatenus enim probabile, crines ipſi fuiſſe ita exectos, ut ad radices

uſque abraderentur; ſi quidem ea ratione non modò honeſtatis leges, ſed etiam ipſum Levitic. 19: 27. ſtatutum, violata fuiſſent. Supponatur ergo ſextam comæ partem non fuiſſe execTam; coma tota quindecim pependerit libras; pondus ita immane, ut integrum cum coma caput ipſum æquâſſe vix quisquam crediderit. Et certè, ſi ea in re audiantur capillamentorum textores, denſiſſima ac prolixiſſima quæque capillamenta raro ſunt ſemilibria. Qui ergo extrema duo tanto disjuncta ſpatio poterunt conjungi?

An dixerit aliquis, numero errorem quendam ſubeſſe; Prophetam quidem ד׳שקלים, *ſiclos quatuor*, ſcripſiſſe; ſed, ob ſimilitudinem litteræ hujus ד׳, quaternarium numerum apud Hebræos notantis, & literæ ר, ducenteſimum ſignificantis, ducenteſimum pro quaternario fuiſſe ſuppoſitum; ac deinde numerum integrum מאתים, ducentos ſiclos pro quatuor fuiſſe ſubſtitutum; indeque natum errorem. Qui emendabitur facilè; ſi in locum characteris ר reſtituatur ד׳, ac pro ducentis ſiclis ſubjiciantur quatuor; eâ enim emendatione 12. Joſephi libræ cum dimidia, ad libræ unius quadrantem revocabuntur; omniáque erunt plana. Sed conjectura ejuſcemodi foret paulò audacior; neque ſingulari obſervatione dignum eſſet quadrantis unius libræ pondus ejuſmodi. Quibus adde, neque etiam hoc pondus affuturum, ſiquidem in horum ſupputatione hallucinatus ſit Joſephus, uti ex ſequentibus conſtabit.

Ad miracula confugiunt alii, quæ quidem via eſt ad nodos vel intricatiſſimos ſolvendos facillima, verùm cui bono tale miraculum advocabitur? miracula nempe ſerviunt tum fidei juſtorum corroborandæ, tum infidelibus convincendis: jam neutri inſervire potuit Abſalomi coma, fuerit etſi decies gravior. Porrò in quo ſitum fuit miraculum? An in eo, quòd Abſalómus capillatior fuerit, quàm quidem natura fert hominum? at capilli ipſius juxta ſe invicem adhærere debuerunt, nec dabatur penetratio dimenſionum; atqui id quidem eſt, quod impoſſibile videtur, hominem nimirum habuiſſe comam tam ſtupendi ponderis. An verò in eo, quòd capillis illius dederit Deus majus pondus, quàm habuiſſent, ſi uſitatam communemque naturæ legem fuiſſent ſecuti? verùm ſi res ita haberetur, ſæpiùs comam abraſiſſet Abſalomus, quo tam importunum onus allevaret; nec ut nobis oſtenderet, quàm præſtantes eſſent atque denſi Abſalomi capilli, eorum pondus Scriptura attuliſſet. Poſito etenim miraculo, rariori comæ ineſſe poterit tantum ponderis, quantum ſpiſſiori.

Sunt, qui in his verbis, *Pendebat capillos capitis ſui ducentis ſiclis*, vocem *pendere* ſic accipiunt, *ut æſtimare*, *vendere* denotet: atque ita, Principem mercatorem faciunt capillorum ſuorum: quod quidem eſt mangonium ſordidum planéque probroſum, non dico Principi, verùm cuivis mediocris conditionis, ac planè inutile inter Judæos, qui capillamentis aſcititiis non utebantur. Adde quod, verba contextûs, ab hac interpretatione abhorreant; non enim dicendum fuiſſet, Abſalomum comam ſuam ducentis ſiclis pependiſſe; ſed emptorem pro Abſalomi coma ſiclos appendiſſe ducentos: quotieſcunque enim de emptione & venditione agitur, emptor eſt, non venditor, qui pendit pecuniam. Sic Abraham, quando Hephronis agrum emit, pependit ipſi 400. ſiclos, Geneſ. 23. Jeremias itidem 17. ſiclos pependit, dum emeret Hanamcelis agrum, Jer. 33: 9. Uno verbo, verba hæc, *pendebat capillos ſui capitis*, manifeſto referri debent ad præcedentia, *cum comam abraderet propter gravitatem.*

Alii ſupponunt, Abſalomum curioſè aſſervatis capillis omnibus, ab eo primùm tempore, quo tonderi cœperat, ad illud uſque tempus, quo cum Davide in gratiam rediit, circa nimirum ætatis ſuæ vigeſimum annum, una omnes tum pependiſſe, eoſque junctim 200. ſiclorum pondus æquâſſe; adeóque vertendum ita, *Et quum tondebat capillos capitis ſui (fiebat autem exactis ſingulis annis ut tonderet, quia prægravabant eum) pendebat capillos capitis ſui ducentis ſiclis pondere regio.* Verùm plura ſupponit interpretatio iſta, quàm quidem textus ipſe ferat: atque ſi tantùm agitur de coma variis vicibus exciſa, in hoc nihil erit extraordinarium, quodque ipſi cum aliis benè multis commune eſſe non potuerit.

Prætermiſſis ergo ejuſmodi effugiis, ut rem penitus explicemus; primùm ſtatuo, Hebræum textum ita comparatum eſſe, ut neceſſe non ſit arbitrari, Abſalomum capillos totondiſſe annuatim. Hæc ſunt verba, *Et comam detondebat* מקץ ימים לימים, *a termino dierum in dies*, quod ita verſum eſt, *quotannis*, quia plurale ימים quandoque unum annum ſignificat: atque ita verbum hoc interpretatus eſt Vulgatus Interpres, quem Recentiores Interpretes ſecuti ſunt; at Verſio LXX. viralis ἀπ᾽ ἀρχῆς habet, *ab initio*: ut & Editio Complutenſis ἀπὸ τέλους ἡμερῶν εἰς ἡμέρας, *a fine dierum in dies*; Chaldæus etiam Interpres ſic ſentit, מזמן עדן לעדן *a ſtato tempore in tempus*, nulla facta temporis deſignatione. Ipſeque Author quæſtionum Hebraicarum, apud D. Hieronymum, *ſtatuto autem tempore tondebatur*; & in Annotationib. *Non enim ſemel in anno, ut Latini Codices habent, tondebatur caput ejus, ſed ſtatuto tempore:* Omnia adhucdum benè, verùm hæc priora poſterioribus depravantur; cùm enim debuiſſet prorogare tempus, id coarctat; dum addit, *id eſt de 30. in 30. diebus.* Joſephus ipſe turpiùs peccat, cùm illud in ſeptimanas contrahit; verùm quod abſurdo abſurdius eſt, adjicit tot capillis fuiſſe Abſalomum præditum, ut in iis detondendis, impendi debuerint octo dies integri: id enim ſignificant hæc verba ab interprete minus intellecta, τοσοῦτο μέγεθος ἦν τὸ βάθος τῆς κόμης αὐτοῦ, ὡς μόλις αὐτὴν ἡμέραις ἀποκείρειν ὀκτώ, *Ita adeò comatus fuit, ut vix ſuffeceriat dies octo capillis abradendis*; ac ſi pro tonſore habuiſſet Martialis Eutrapelum, de quo iſthæc,

Eutrapelus tonſor dum circuit ora Luperci,
Expingitque genas, altera barba ſubit.

Lib. 7. Epig. 83. vel qualem commodavit Idem Ceditio, qui

Dum jaſſus repetit pilos eoſdem,
Cenſura ſpeculi manum regente;
Expungitque cutem, facitque longam
Detonſis epaphæreſim capillis;
Barbatas mihi tonſor eſt reverſas.

Ego quidem putem, ita vertendum eſſe, *& cùm tonderet caput, (quod ſubinde fiebat, cùm coma eum nimis prægravabat.)* Cùm verò curioſiùs comam aſſervaret Abſalomus, quantumcumque ipſe potuerat utcunque ferre; longis intervallis comæ tonſuram accidiſſe credibile eſt, plurimis ſcilicet annis exactis; adeóque potuiſſe facilè capillos fieri tum longiores tum ſpiſſiores; ita quidem, ut dum ille ſilvam fortè tranſiret, implicatâ comâ denſis arborum ramis, adhæſerit caput, תחת שובך האלה, *ſub perplexitate quercûs*. 2. Sam. 18: 9. penderitque inter cœlum & terram, nec valuerit corporis pondus capillos quibus hærebat abrumpere.

Neutiquam verò probo, quæ à Rabinis Levi & Kimchi proferuntur, Doctores Thalmudiſtas ſecuti, ſcilicet fuiſſe Abſalomum Naziræum, adeóque comam aluiſſe prolixiſſimam, neque eam abraſiſſe, niſi ubi nimium prægravaret. Si enim Naziræus

ræus fuiſſet, non potuiſſet tondêre eam intra præſtitutum Naziræatûs tempus, nec quibuſcunque de cauſis ſuccidere. Quodque 2 Samuel. 13: 28. fratres invitat ad epulas, in quibus vinum eſt hauſtum, id evincit illum nullo Naſiræatûs voto fuiſſe obſtrictum; modò ſaltem eorum ſtet de Naſiræatu Canon, qui apud Maimonid. De Naſir. cap. 7. ſect. 10. refertur; אסור לנזיר לישב בתוך שותי יין ויתרחק ממנו הרבה שהוא מכשול לפניו, *Prohibetur Naſiræo, ne ſedeat cum eo, qui vinum bibit; ſecedet longè ab eo, quia ipſi fiet ſcandalum.*

Jam verò ratio, propter quam Abſalom crines tam prodigioſè alebat, hæc eſt; quòd tum temporis crines ejuſcemodi haberentur venuſtiſſimi. Indéque Thalmudici ajunt Tractat. Sanhedrin cap. 2. Omnes Davidis filios fuiſſe pulchros, ומגדלי בלורית, *capillos alebant prolixos.* Inde quoque Joſeph. Antiq. lib. 8. cap. 2. Salomonis comites fuiſſe juvenes corpore præſtantes, pulchritudinéque inſignes, μηκίστας καθειμένους χαίτας, *longiſſimos habentes capillos*, eoſque paſſos & pendentes. Capillos ita prolixos geſtare una voce Græci κυριᾶν vocant. Nam κυριᾶν juxta Grammaticos eſt τὸ κουρᾶς δεῖσθαι, *Tonſurâ egere.* Itáque inter eos κουρίας is dicitur, qui longos adeò habet capillos, ut tonſuram nequeat ulteriùs differre. Videnturque eadem de cauſa apud Latinos crines prolixi appellari Cirri ab Æolica voce κίρρειν pro κείρειν, *Tondere*; ut & cæſaries ſpiſſum quodque capillamentum, à cædendo; quòd cæſione egeat.

Notandum quoque hallucinari Joſephum, quando ait ducentos ſiclos minas quinque efficere: ſiquidem 200. ſicli tres duntaxat minas cum triente gignant; & 300. ſicli requirantur ad minas quinque gignendas. 200. igitur ſiclorum pondus, plus quàm conveniret, triente adauxit. Hujuſque facilis eſt demonſtratio. Siclus 4. pendebat drachmas, σίκλος, ait Heſychius, τετράδραχμον Ἀττικόν. Ipſéque Joſeph. Antiq. lib. 3. cap. 10. ὁ δὲ σίκλος νόμισμα Ἑβραίων ὢν Ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας, *Siclus, qui eſt inter Hebræos nummi genus, quatuor comprehendit Atticas drachmas.* Idque ex Euangelio conſtat, in quo Matth. 17: 24. id ipſum didrachmum, hoc eſt drachma duplex, vocatur; quod in lege Exod. 30: 13. ſemiſiclus appellatur. Quatuor autem hæ drachmæ Atticæ ſemunciam pendebant; affirmatque D. Hieronym. in Ezech. 4. *Siclus, ſeu ſtater, habet 4. drachmas; drachmæ autem octo Latinam unciam faciunt.* Cùm ergo ſiclus ſit ſemuncialis, ad libram Romanam 12. unciis conſtantem 24. ſicli; ad duas libras 48; ad minam, libras duas cum dimidia complectentem, 60. requiruntur. Quibus conſentanea, quæ Ezechiel. cap. 45: 12. referuntur, *Viceni ſicli, quini & viceni, quindeni erunt mina ſumma.* Si enim 20, 25, & 15. colligas, 60. dabunt. *Eam ob rem*, ait Kimchi in eum locum, *hi omnes numeri, qui in unum conjuncti 60. gignunt ſiclos, unicum duntaxat efficiunt pondus, quod mina vocatur. Diſtinguit autem Propheta in has ſuas partes; quia nimirum horum numerorum unuſquiſque eſt ſingulare quoddam pondus; ut ut ſit, mina ſiclos 60. includit.* Scaliger verò rem alia utcunque ratione deducit. *Ne*, inquit, *numerus ſiclorum, quibus mina conſtat, myſticè aut imperfectè, aut alio modo accipiatur, ſubvenit errori Ezechiel, dividendo ſiclos 60. in XV, XX, & XXV; quæ numeri ſexagenarii partes ſunt arbitrariæ, minimè verè naturales.* Jam verò ſi ex 60. ſiclis mina conſtituatur, 200. ſicli dabunt, uti nuper dixi, tres minas cum triente; ſeu libras Romanas octo cum unciis quatuor.

Neceſſe eſt præterea illi ſicli τετράδραχμοι ac inſuper ἡμιουγκιαῖοι, quorum ſexaginta efficiunt minam, ſacri fuerint ſicli: quandoquidem Euangelii didrachmum appelletur in Lege hemiſiclus juxta Sanctuarii ſiclum, Exod. 30: verſ. 13. eò quòd alius extaret ſiclus, vulgaris ſcilicet, dimidio minor, inter mercatores uſurpatus, de quo Moſes Geneſ. cap. 23: verſ. 15, 16. Unde & Verſio Græca ſiclum hunc poſteriorem vocat δίδραχμον; quaſi duas tantùm drachmas valeat; Hebræi verò שקל של חול, appellant, hoc eſt, *ſiclum profanum*; itemque שקל המדינה, *ſiclum provincialem*, ac demum שקל המלך, *ſiclum politicum ac regium.* Huic autem ſiclo conveniunt, quæ apud Heſychium habentur, δύναται δὲ ὁ σίκλος δύο δραχμὰς Ἀττικάς; *Siclus duas valet drachmas Atticas:* quæ etiam apud Epiphan. lib. de ponder. & menſ. Σίκλος, ὁ λέγεται καὶ κοδράντης, τέταρτον μέν ἐστι τῆς οὐγκίας, ἥμισυ δὲ τοῦ στατῆρος, δύο δραχμὰς ἔχων: *Siclus, qui alio etiam nomine quadrans, eſt quarta unciæ pars, ſtaterisque*, ſicli ſacri intellige, *dimidium; duabuſque æquivalet dragmis.* Ad quod annotat Iſidorus, eum fuiſſe quadrantem vocatum, quod quarta unciæ pars eſſet; Orig. lib. 16. c. 24

Jam verò de iiſdem illis ſiclis agi hoc loco; *cùm Abſalomi crines 200. ſiclos, juxta pondus regium, pependiſſe dicuntur*, id ex eo ipſo deducitur, quòd pondere regio, non ſacro penderentur. Expreſſè habet Text. Hebr. באבן המלך. *in lapide regio*; Chaldaica verò Paraphr. במתקלא דמלכא, *pondere regio*; Græca autem Verſio Antverpienſis ἐν τῷ σταθμῷ βασιλικῷ: Aliæ ἐν τῷ σίκλῳ τῷ βασιλικῷ: Vulgata demum, *Pondere publico.* Quæ omnia eò concurrunt, ut oſtendant hocce contextu ſermonem haberi de ſiclis, qui ad civile & regium, minimè verò ad ſacrum in Sanctuario aſſervatum, pondus appenderentur. Ideóque in Edit. Complut. pro διακοσίους σίκλους, *ducentos ſiclos* legitur ἑκατὸν σίκλους, *ſiclos centum.* Utrumque autem eſt verum: ducenti enim ſicli profani & vulgares centum tantùm ſacros valebant. Juxta hanc obſervationem, 8. librarum, unciarumque 4. pondus, quod 200. ſiclis ſacris æquale foret, in dimidium, in 4. nempe cum 2. unciis libras redit.

Minuit rurſus Epiphanius; cùm enim dixiſſet ſiclum eſſe quartam unciæ partem, pergit, τρίχα τοῦ Ἀβεσαλώμ, ὅτε ἐκουρεύετο, ὁλκὴν ἔχουσαν ρκε σίκλους; *Abſalomi comam, cùm detonderetur, 125. ſiclos pependiſſe*; quod ſtatim explicatur, *per libras binas & dimidiam*, λίτρας δύο καὶ ἥμισυ. Græcus Epiphanii contextus, qui in vetuſtioribus Editionibus eſt valde depravatus, ac ita habet ὁλκὴν ἔχουσαν κέ σίκλων, *Viginti quinque ſiclorum*, poteſt reſtitui ex affini loco, qui apud Heron. extat. lib. de ponderib. ἡ θρὶξ δὲ τοῦ κουρεύματος τοῦ Ἀβεσαλὼμ ἦν ὁλκὴν σίκλων ρκε, ὅ ἐστιν οὐγγίας λα΄, καὶ σίκλου; ἤγουν δύο λιτρῶν καὶ ἥμισυ, καὶ οὐγκίας, καὶ σίκλου ἑνός. *Reſecti Abſalomi crines 125. ſiclos pendebant; hoc eſt, unam & triginta uncias cum ſiclo; vel libras duas & dimidiam cum uncia una, unóque ſiclo.* Eaque ratione crines illi pro quinque minis, quibus juxta Joſeph. æquipollebant, uni duntaxat, aut circiter, æquivaluiſſent. Verum hæc eorum æſtimatio nequit omninò conſiſtere. Nam pro 200. ſiclis, quos expreſſè memorat contextus; ponit tantummodò 125. Itaque tribus inædificata eſt fundamentis ex æquo falſis. 1. Joſephum aptè ſupputaſſe, quando pondus capillorum Abſalomi ad minas 5. revocavit. 2. Eum minis hiſce minas intellexiſſe Atticas; quarum unaquæque ſiclis 25. æquipollebat. 3. Eos 25. ſiclos, quibus æqualis erat Attica mina, fuiſſe duntaxat vulgares, quorum ſinguli forent δίδραχμοι; cùm tamen forent ſicli ſacri, quorum quiſque τετράδραχμος erat; ſi quidem mina Attica drachmas centum pendebat.

Si ergo vero adhærere velimus, 200. ſiclorum pon-

pondus, quod Abſalomi crinibus aſſignatur, non poteſt alio modo definiri, quàm quo à nobis ſuprà definitum eſt, nempe 4. libris Romanis, duabúſque unciis. Sed hujuſce meminiſſe oportet, libras Romanas 12. ſolùm uncias complecti, cùm noſtræ 16. contineant; eóque 4. libræ Romanæ 3. noſtris duntaxat æquipollebant. Ad hoc igitur quæſtio tota redit; *Utrum ſcilicet abſque miraculo fieri potuerit, ut hominis unius abſciſſi crines tres libras noſtras cum duabus unciis potuerint pendêre.* Jam, ut patet, id non eſſe impoſſibile, quanquam tamen ſit rariſſimum. Hoc tanquam certiſſimum ſtatuo, comam denſam & prolixam ad minimum ſemilibram pendêre ſolere: indéque adeò in Abſalomi coma nihil animadverſione dignum occurriſſet, ſi pondus iſtud non exceſſiſſet. Ut igitur aliquid notatu dignum, atque hiſtoriæ ut mirabile quid conſignandum habeat, ſupponatur primùm duplo denſior, quàm denſior quæque vulgaris; commune denſiorum pondus excedet ſemilibrâ; atque ex ea prima ſuppoſitione libram integram pendebit. Supponatur 2. Eandem illam prolixioribus quibuſlibet duplo fuiſſe rurſus prolixiorem, ex ea ſecunda ſuppoſitione prolixiores quaſque ſemilibræ pondere ſuperabit; proinde duabus ferè libris æquipollebit.

Porro ut duplo denſiorem efficeret, notandum eſt, præterquàm quòd à natura potuit eſſe aliis multis piloſior, Ipſum forſan artem aliquam eandem in rem adhibuiſſe; cùm varia extant medicamina, quibus capilli & denſiores & craſſiores redduntur. De *Oleo Cicino*, quod ex Ricino, vel Palma Chriſti, Ægyptiacè Kiki; (quæ herba eadem eſt cum Jonæ Kikajon) exprimitur, de hoc, inquam, oleo ait ex. g. Plinius lib. 23. cap. 4., *Colorem cutis commendat, capillumque fertili natura evocat.* Itémque de *Adianto*, alio nomine, *Veneris Capillo*, lib. 22, cap. 21; *Quidam Callitrichon vocant, alii Polytrichon, utrumque ab effecta: tingit enim capillum, & ad hoc decoquitur in vino cum ſemine apii, adjecto oleo copioſè, ut criſpum denſumque faciat, defluere autem prohibet.* Et rurſus lib. 25. cap. XI, *Polytricha . . . . defluentem capillum confirmat & denſat.* Libro etiam 27. cap. 13. *Trichomanes Adianto ſimile eſt; . . . ſuccus cohibet capillos defluentes, aut, ſi effluxerint, reparat, Alopeciáſque denſat tritum, & in oleo illitum.* Omneſque Coſmetici Veteres, hoc eſt, libri de pulchritudinis tuendæ vel augendæ ratione tractantes, ejuſcemodi remediis pleni ſunt. Unius cujuſdam mentio fit in Cleopatræ Reginæ Coſmetico, cujus hæc vis, τρίχας αὔξουσα ταχέως, καὶ δασύνουσα, καὶ μελαίνουσα; *Capillis promptum affert incrementum; denſat, & nigro obducit colore.* Itemque alterius, cujus hæc eſt Epigraphe, πρὸς τριχοφυΐαν; *Ad capillorum generationem.* Alterius itidem, cujus titulus, πρὸς τὸ τρίχας γεννῆσαι ἐν τῇ κεφαλῇ; *Ad capillos in capite gignendos.* Quoad Critonis Coſmetica, primus liber de alendis capillis unicè agit. Capitis primi hic eſt titulus, τριχῶν διαφυλακτικά: *Remedia ad crines conſervandos inſtituta.* Secundi verò capit. Αὐξητικὰ τριχῶν; *Ad eos augendos.* Tertii, προφυλακτικά; *Ne ſcilicet effluant.* Quarti, Βάμματα πολιῶν; *Crinium Tinctura.* Quinti, Βάμματα, ὥστε ξανθὰς καὶ χρυσιζούσας ποιεῖν, *Tinctura ad hoc ut flaveſcant, aureámque induant ſpeciem.* Sexti, σμήξεις τριχῶν, *Crinium ſmegmata.* Septimi, ἐπίχριστα προφυλακτικά, *Unguenta, quibus cohibeantur;* &c. Allegat hæc Galenus *Lib. de Remed. ſecundùm locos, cap. 2. & 3.* Extant etiam varia eorum excerpta, quanquam Authorum nomina ſint omiſſa, apud Aetium lib. 2. Serm. cap. 36. Et apud Avicennæ Canonem, lib. 4. Tract. 1. c. 4; cujus hæc eſt inſcriptio, iſque eſt titulus, *De Remediis ad educendos capillos admodum efficacibus.* Ævum autem, quo tum Abſalom tum frater ejus Salomon, vivebant, variis diſciplinarum generibus excultius erat; quàm ut medicamina ejuſcemodi ignoraret, Abſalom verò ipſe ornatûs & gratiæ ſtudioſior, quàm ut eorundem uſum contemneret.

Verùm, cùm ex iis, quæ hactenus adducta ſunt, Abſalomi crines librarum duarum pondus non excedant, hiſce, aliiſque generis ejuſdem mediis, potuit ad trium menſuram gravare: forſan & eorum unumquodque potuerit ſeorſim tertia parte graviores reddere; quanto magis omnia ſimul uſurpata valuere? Conſtat 1. Judæos, non ſecus quàm varias Gentes alias, ſmegmata quædam, quibus capillos & mundarent, & inaurarent, adhibuiſſe. Teſtis ſit Rabbi Moſes *in Thalmude, Tract.* כלים *cap. 2.* quo loco ait, נתר, *Nitrum ſpeciem eſſe lapidis aliquam, utcunque mollem, qua in aqua ſtatim ſolvatur; quæque enim ad crines tum ad veſtes abluendas ſoleat aſſumi.* ורחצים בה השערים והבגדים; Indéque Rabbini *Tractat. Nidda, cap. 9.* idem illud inter ea, quæ mundent, dinumerant. Eadem illa porro ſmegmata, quæ crines ſic deaurabant, eoſdem quoque denſabant & incraſſabant. Denſabant, inquam; non quidem eo modo, quo medicamenta ſuperiùs memorata, conſertiores reddendo; ſed hoc ſcilicet, quod pilum quemque ſeorſim efficiebant & compactiorem & craſſiorem. Idque patet Diodori teſtimonio, cùm lib. 5. id de Gallis perhibet, *Eos ex frequentiori capillorum per calcis lixiviam ablutione Satyros aſpectu referre,* Παχύνονται αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κατεργασίας, ὥς τε μηδὲν τῆς τῶν ἵππων χαίτης διαφέρειν: *Eâ culturâ ipſorum ita denſantur crines, ut ab equorum ſetis nihil differant.* Cùm itaque equorum ſetæ longè ſint graviores, quàm communes quique capilli, hinc ſequitur generis hujuſce cultum eorum adauxiſſe gravitatem.

Præterea cuique notum, & principes, & alios quoſcunque deliciis fluentes, crines ſuêviſſe variis imbuere medicamentis, uti Myrrha, Amomo, Cinnamomo, Nardo, Opobalſamo, &c. Hinc Virgil. Æneid. lib. 12.

---- Crines
Vibratos calido ferro, myrrháque madentes.

Sil. lib. 7.

Nec crinem Aſſyrio perfundere pugnet Amomo.

Lucan. lib. x.

---- Multumque madenti
Infudêre comæ, quod nondum evanuit aurâ,
Cinnamon.

Ovid. de Arte lib. 1.

Ne coma vos fallat liquidâ nitidiſſima Nardo.

Juven. Satyr. 2.

---- hirſuto ſpirant opobalſama collo.

Antiph. in Thoryeis,

Ἀμαρακίνῳ δὲ τὰς ὀφρῦς, καὶ τὴν κόμην.

Horatius Ode 29. lib. 3.

Preſſa tuis balanus capillis.

Item Ode 7. lib. 2.

---- Coronatus nitentes
Malobatro Syrio capillos.

Jam autem medicamina ejuſcemodi jam tum ab Abſolomi temporibus uſurpata fuiſſe liquet ex Davide patre, dum Pſalm. 23: 5. ſic loquitur, *Oleo caput meum perfudiſti;* uti & ex Salomone, Eccleſiaſt. 9: 8. *Ne in capite oleum deficiat.* Ex quo fit, ut apud Poëtas Ethnicos, in quibus nihil Deorum ſuorum hiſtoriis, vel potiùs fabulis,

vetu-

Digitized by Google

vetuſtius, his paſſim unctiones ejuſmodi tribuantur. Homerus ex. g. Hymno in Veſtam,

Αἰεὶ σῶν πλοκάμων ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον,

Ex curtis tuis fluit indeſinenter humens oleum. Itemque Callimachus, Hymno in Apollin.

Οὐ λίπος Ἀπόλλωνος ἀποστάζουσιν ἔθειραι,

Ἀλλ' αὐτὴν πανάκειαν . . . .

Non unguente ſtillant Apollinis crines, ſed ipſâ panaceâ. Hinc etiam voluptarius aliquis à vetuſto quodam inducitur apud Suidam, Ἁβρογαυὲς ἔχων αἰεί τε μέτωπον, καὶ τοὺς βοστρύχους, *Quaſi haberet frontem & capillos mollitie ſemper diffluentes.* Cùm itaque in eo hominum ordine cenſendus ſit Abſalom; haud dubium, quin unctiones hujuſmodi ipſi fuerint familiares, graduſque aliquot comæ gravitati adjecerint. Si enim in profanis hiſce unctionibus eadem ſervabatur proportio, quę in ſacris, modicæ non erant. Samuelis 1. cap. 5. Deus Prophetæ mandat, ut ad Davidem inungendum cornu ſuum oleo impleat; quidnam hæc aliud ſignificant; quàm Reges pleno cornu eſſe inungendos? Pſalmo itidem 133. oleum in Aaronis caput effuſum ad barbam non modò, ſed ad ſacrarum inſuper veſtium oras deſcendit. Quandoquidem Saul & Jehu pauco tempore erant regnaturi, hinc vulgò creditur eos pauciori oleo fuiſſe inunctos; eamque ob rationem putant; quòd vas, ex quo fuêre deuncti, φακὸς, ſeu lenticula, vocetur; phialáque videatur minutula, ex parvitate lentiſque formâ id nominis adepta. Eóque nos ducit Græca contextûs Verſio; quę de Saüle ſic habet, 1 Sam. 10. καὶ ἔλαβε Σαμουὴλ τὸν φακὸν τοῦ ἐλαίου, καὶ ἐπέχεεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Quibus conſentit Vulgata Latina, *Tulit autem Samuel lenticulam olei, & fudit ſuper caput ejus.* Idemque de Jehu 2 Reg. 9. extat, λῆψη τὸν φακὸν τοῦ ἐλαίου, καὶ ἐπιχεεῖς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Quibus etiam accedit eadem Vulgata, *Tenenſque lenticulam olei fundes ſuper caput ejus.* Verùm, tametſi φακὸς lentem ſignificet, vas tamen, ex quo aſperſi fuerant, neque ex forma, neque ex parvitate lenticulari φακὸς fuit appellatum; ſed vox hæc Græca ab Hebræa פך, *pac* vel *phac*, in ipſo Originali Textu extante, derivatur; quę neque lenticulam, neque affine quiequam; ſed unicè vas, vel ampullam, ſonat. Idemque de voce Gręca φακὸς judicandum, quam Suidas per ἀγγεῖδιον, hoc eſt, *phialam* interpretatur: Juſtinus verò Martyr per *urnam*; cùm ait Cumis, φακὸν ἐκ χαλκοῦ κατεσκευασμένον, *urnam quandam æneam ſibi fuiſſe monſtratam, quâ ex vulgi opinione Sybillæ Cumanæ cineres aſſervarentur.* Sic apud Joſephum φακὸς ὕδατος eſt aquæ urna vel phiala; apud Arabes verò *wagha*, vel *phacha* propriè ſignificat vas aut gutturnium.

Tertium etiam iſtud in Veterum deliciis maximè notandum; quòd, cùm cæſariem variis unguentorum ſpeciebus illeviſſent, aureum adhęc pulverem aſpergerent; qui, dum adhæreſcebat, & nitorem & pondus addebat. Quomodo de Galieno Imperatore apud Trebellium legitur, *Crinibus ſuis auri ſcobem aſperſiſſe*: Similiterque de Commodo apud Spartianum, *Capillo ſemper Eum fucato, & auri ramentis illuminato fuiſſe*: De Vero itidem apud Capitolin. *Tantam habuiſſe curam capillorum flaventium, ut capiti auri ramenta aſpergeret, quò magis coma illuminata faveſceret.* Quò alludit Martian. Capella lib. 1. de Sole, *Ipſius verè Dei auro mixtam cæſariem, comaſque crederes bracteatas.* Item, *Solis auguſtum caput radiis perfuſum flammantibus velat aurata cæſaries*; &c. Cornelius Gallus etiam apud Sehedium,

Anne coma ex auro flava eſt tibi, Gentia? an auro

Ex ipſâ magis eſt bractea flava comâ?

Jam verò ab ipſo Abſolomi ævo Judæos inani hac oſtentatione abreptos fuiſſe diſcitur ex Joſepho; qui, cùm honorarios Salomonis equites promiſſis & fluitantibus capillis ornatos exhibuiſſet, uti ſuprà notavimus, de iiſdem addit, ψῆγμα δὲ χρυσίου καθ' ἡμέραν αὐτῶν ἐπέσηθον ταῖς κόμαις, ὡς στίλβειν αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, τῆς αὐγῆς τοῦ χρυσίου πρὸς τὸν ἥλιον ἀντανακλωμένης: *Adhæc ramentis auri capillos quotidie ſpargebant, adeò ut rutilarent eorum capita auri ſplendore ad ſolem reflexo.* Quanquam porrò aurum illud in minutiſſima ramenta eſſet diſſectum, ſuum tamen habebat pondus, eò quòd crinibus foret quaquaverſus interſperſum.

Ut hęc tandem in univerſum concludamus; Tametſi quęcunque eam in rem hactenus à nobis allata fuêre, minùs vera eſſerit; meminerint tamen, qui hocce loco Scripturæ authoritatem infirmare contendunt, in ſcriptis quibuslibet nihil eſſe facilius numerorum depravatione; quia ſæpius adſcriptione plena non ſignentur; ſed vel numeralibus literis vel ciphris notentur. Ea de re frequentes adeas Budæi de Aſſe lib. 2. pag. 49. 51. itemque lib. 3. pag. 67, &c. querelas. Et quamvis hodie iidem illi plenè in Hebræo Textu ſint expreſſi; ſic tamen non egerunt ſemper librorum Exſcriptores; ſed aliquoties compendiariis notis uſi ſunt, in quo potuêre falli. Quòd ſi velis ab hiſce erroribus eos immunes prętare, tum Prophetas efficies, miraculumque maximum, minimèque neceſſarium advocabis; quandoquidem hæc parum omninò ad ſalutem faciant; probatiſſimæque experientiæ adverſaberis. Quis enim 2. Eſdræ caput cum Nehemiæ 7. poteſt vel leviſſimè conferre, quin continuò magnam in ordinibus iiſdem numerorum diverſitatem advertat? Neceſſe eſt ergo in eorum alterutro errata quædam concedantur; quæ ab Authoribus, utpote Θεοπνεύστοις, minimè procedunt; ſed ab Exſcriptoribus, qui per imprudentiam potuerunt errare. Verùm hæc reſpondendi ratio eſt duntaxat in extremis anguſtiis adhibenda; neque quicquam in pręſenti negotio occurrit, quod ad eam nos adigat. Atque hæc ſunt, quæ mihi viſa ſunt probabiliora, & ad objectæ tuæ difficultatis explicationem convenientiora;

- - - Si quid noſti rectius iſtis,

Candidus imperti; ſi non, his utere Mecum.

Vale.

Datum 14. Cal. Januar. anno 1647.

Petrus Rhemenſis de Riga in Aurora ſua, Barbas aureas Judæos ideò habere ait, quòd Aureo Vitulo à Moſe in pulverem redacto, & in aquam injecto, ex ea aqua bibiſſent.

TAPINO SUO
SALUTEM
BOCHARTUS.
NAAMANIS FACTUM.

2. *Reg.* 5: 17, 18, 19. *expenditur.*

Non erat, Frater Chariſſime, quod tam ſanctè aſſeverares, nec aſſentatorem egiſſe Te, nec aſſentationem aucupem; Ego tibi hac in parte vel tacenti crederem, qui te pridem totum intus & in cute novi. Et vix quenquam eſſe puto, qui vel ſemel Te viderit, qui non colligat ſtatim, quàm candidus ſis, quàm ſincerus, quàm totus teres atque rotundus, quàm item ab omni αὐθαδείας ita alienus, ut parcè admodum vel planè nihil de te ſentias; neque verò in illas laudes, quas in me immerentem congeris, adulationis crimen impegi, licet mihi tenuitatis meæ probè conſcius. Alio certè affectu raperis, amoris nempe cæco quodam impetu: quo fit, ut omnia mea probes quantumvis cruda & indigeſta. Id tantùm ſcribere me memini, conſultius fore, ſi uterque velut ex pacto ita deinceps ſtylum attemperare conaremur, ut non adulationem modò, ſed & omnem adulationis vel profuſæ vel captatæ ſuſpicionem, vitaremus; hanc te legem accipere profiteris quidem, ſed verbo tenus, in laudes profuſior quàm unquàm; in eas enim cùm dicis te nonniſi vi quadam abreptum prorupiſſe, quid aliud quàm Parthorum more fugiens feris, & hoc ipſo quod tibi vim factam eſſe quereris, eò laudas impenſiùs? Quid regeram non habeo; indulge ſi libet animo tuo; ab inſtituto tamen nulla ratione dimoveri me patiar, & vel ea, de quibus magnificè ſentio, ſimplici aſſenſu probare ſat habebo. Cætera, ſi quæ ſunt, quæ minùs probavero, indicabo liberè pro jure quod à te mihi conceſſum eſt.

Benè habet, quòd de eorum locorum, quæ hactenus propoſita fuerant, interpretatione ferè convenit inter nos. Varias congeſſi fateor, & plures fortaſſe quàm oportuit, ſententias, de ſenſu verborum Pauli 1. Cor. 15: 29. Sed ut ex tot Doctorum conflictu emicaret veritas.

Quoad Naamanis factum, de quo mirari ſubierat, cur, cùm profitetur fore, ut iterum coram Rimmone in genua provolvatur, Eliſæus Propheta, quaſi res nullius eſſet momenti, ei nil aliud quàm pacem à Domino precetur. Tu ut factum excuſes affers ſine dubio quicquid in hanc rem dici potuit. Sed quoquo te vertas, ut ingenuè dicam quod ſentio, tota difficultas mihi non videtur exhauſta. Rectè obſervas duplicem ſignificationem verbi השתחוה; eoque tam civilem quàm religioſam adorationem innui, Naamanem de illa, non de hac agere; ait nimirum fore ut ſe proſternat, in Æde Rimmonis quidem, ſed propter Regem, non propter Idolum. Fateris tamen, & certè res ita ſe habet, in ambiguis hiſce ritibus, quibus aliud agimus, aliud agere videmur; Hominem, Regem puta, in εἰδωλείῳ colimus, Idolum autem colere videmur; Fateris, inquam, in his idololatriæ eſſe nonnihil, ſaltem occaſionem ſcandali, imò verò ajo Ego, graviſſimi; adeóque dati non accepti. Scis, cùm moris eſſet olim Imperatorum imagines civili quodam honore proſequi, quid commentus ſit Julianus in Chriſtianorum perniciem; Jovis, &c. imagunculas in aliqua imaginum in ſui honorem erectarum particula juſſit inſeri, ut Chriſtiani utriſque pariter honorem exhibere viderentur. Quod poſtquam ſemel ab iis animadverſum eſt, maluerunt honorem Imperatori debitum negligere, imò & mille cruces eligere, ut ne id patrarent quod aliò trahi poſſet. Judæi hac in parte etiam Chriſtianis cautiores fuerunt. Hic quippe Lex Cæremonialis fuit multò rigidiſſima: quà cautum erat, non modò ut ne ullus honos exhiberetur idolis; ſed & ut ne quis ea attingeret, quia ſolo contactu omnia fœdare credebantur, Eſa. 52: 11. Eorum nomina recenſere nefas fuit, Exod. 23: 13. Pſalm. 16: 4. Qua de cauſa Deus noluit vocari Baal, Oſ. 2: 17. Quid quod Rubenitæ urbium Nebo, Baal Hamon, &c. nomina mutàrunt, Num. 32: 38. Quanto magis vetitum fuit Ethnicorum ſacris intereſſe. Id ſi ullatenus licere potuiſſet, poterant Danielis ſocii, eo planè modo, quo profitetur Naaman, Regem ad Idoli ſui cultum ſe accingentem comitari, atque ſic impunè evadere. Diſtinguis inter tempora, ais non ſemper eſſe neceſſe ut ſecedamus à cœtu idololatrico. Diſtinguis inter errores, ais quoſdam eſſe errores, qui totam religionem non convellunt. Dicis item aliam eſſe ſeparationem tacitam & occultam, aliam apertam, & quæ nil non audet in veritatis cauſa: non hanc, ſed illam ſemper eſſe neceſſariam. Atqui nulla harum diſtinctionum hìc habet locum. Non prima, nam ſemper tempus eſt à cœtu idololatrico ſecedere, tum cum alibi docetur veritas. Non 2. nam nihil purum in Syrorum religinne fuit. Non 3. nam quiſquis ſacris Ethnicorum intereſſe ſolet, is nullo modo ab iis ſeceſſit. At eo ſe contulit, inquis, tantùm ut honorem Regi exhiberet, eique adeſſet pro officii ſui ratione; ſed Regi coram Idolo procumbenti: quod eſt impium planè. Addis Naamanem fuiſſe Neophytum, Catechumenum, ejus conſcientiam ſtatim ab initio non fuiſſe exagitandam. At quantumvis Neophytus, vir magnus tamen erat איש גדול ונשא פנים, cujus animo facile erat id inſculpere, quàm hoc indignum & profanum eſſet, ut, poſtquam Dei Opt. Max. virtus illi proprio experimento patuiſſet, iterum ſe in profano cœtu pollueret: quàm ſibi ipſi malè conſtaret, cùm jam antea dixiſſet ſe nunquam commiſſurum, ut ulli Deo præterquam ſoli Jehovah ſacra faceret. Quiſquis enim coram idolo inter idololatras procumbit, quacunque tandem de

cauſa

cauſa, is certè corpus ſuum ei offert in ſacrificium vivum. Neque verò metuendum erat ne linum ſuffumigans extingueretur: jam enim non minimum eſſe ſibi cognitionis modulum ex iis, quæ antecedente verſu dixerat, abundè teſtatus fuerat. Ex ea theſi hypotheſim elicere facile erat. Et verò Chriſti miraculorum hoc ferè perpetuum fuit Epiphonema, *Vade & ne pecca ampliùs, ne pejus accidat tibi*, Joh. 5. 14. & 8: 11. Debuit hoc ſaltem docere Propheta, quàm eſſet ridiculum veniam ſperare & petere pro peccato patrando; cùm nulla peccatori niſi pœnitenti veniæ ſpes eſſe poſſit; nullaque pœnitentia quandiu hæremus in malo, atque in eo ſeſe obſirmat animus.

Sed ut te diutiùs non detineam, unoque verbo aperiam quid ſentio: Non credo à quoquam hactenus expreſſum fuiſſe verum & genuinum hujus loci ſenſum: eum ego ſic puto ad verbum poſſe verti (tuum erit hanc interpretationem cum textu Hebraico conferre, ut videas quàm reſpondeat) *An non dabitur nunc ſervo tuo onus paris mulorum terræ? quia non faciet ultra ſervus tuus holocauſtum & ſacrificium Diis alienis, niſi Domino*, id eſt, ſed Domino, ut Gal. 2: 16. *Hac in re igitur parcat Dominus ſervo tuo*, quòd *in ingrediendo Dominum meum*, id eſt, cùm ingrederetur Dominus meus, in *ædem Rimmonis* idoli ad incurvandum ſe, id eſt, ut adoraret, *ibi ipſe fuit innixus ſuper manum meam, & incurvavi me in æde Rimmonis in incurvatione mea in æde Rimmonis*, id eſt, & adoravi in templo idoli, vera adoratione in templo idoli, inquam. *Ignoſcat precor Dominus ſervo tuo hac in re*, tam grande peccatum à me admiſſum olim condonet mihi Dominus. *Dixitque, &c. Vade in pace*, id eſt, reſpondit Propheta, ito ſecurus, & certò ſcias, modò votum impleas, tibi peccatorum remiſſionem impetratam eſſe.

Hîc ergo duo dicit Naaman. 1. Totum ſe Deo devovet, cujus immenſam bonitatem & potentiam erat expertus; ſed ſubinde obverſatur animo vitæ anteactæ memoria, ſe olim in profundo ignorantiæ gurgite immerſum, ligno & lapidi vota nuncupaſſe.

Horreſcitque animus vitæ meminiſſe prioris, ut illud Poëtæ hic uſurpem; ideò confugit ſtatim ad Dei miſericordiam, cui peccatum ſuum, quantum quantum eſt, confitetur, ut ab eo veniam impetret. Huc pertinet quòd ſe non modò idololatram, ſed etiam idololatriæ propugnaculum fuiſſe aſſerit: dum ipſi Regi adoranti ſuccubuit quaſi, & tam turpi miniſterio ſe mancipavit. Huc etiam pertinet gravis illa ingeminatio; *adoravi in æde Rimmon, adoratione, inquam, mea in æde Rimmon*; ſic Pſalm. 51: 6. *Contra te, contra te ſolum peccavi*, &c. Sic nimirum angitur peccatoris animus præteritorum conſcientiâ facinorum, quàm primùm in eo Divinæ lucis radius cœpit illuceſcere. Sed de his ſatis.

Rogas obiter quod ſit Idolum Rimmon, & cujus linguæ id nomen. Syriacæ eſſe ſuſpicaris. Hujus idoli alibi nulla mentio, quod ſciam; neque hîc Hebræi quidquam adnotant: ſed neque hoc ſcire quicquam intereſt. Rectè prædixerat Zacharias 13: 2. fore, ut idolorum nomina perirent funditus. Certum tamen eſt nomen רמון tam apud Hebr. quàm Chald. & רמאן, apud Arab. ſignificare malogranatum, cujus arboris in tota Syria ingens copia; vide Num. 13: 24. Cant. 6: 11. Joel. 1: 12. Agg. 2: 19. Hujus fructûs uſus multiplex; nec uſu modò ſuavis eſt, ſed & potu, quippe ex ejus ſucco muſtum conficiebatur, Cant. 8: 2. Quare Plutarch. Sympoſ. lib. 3. Problem. 5. ῥοιὰς vocat οἰνώδεις. *Primus pomi hujus partus, florere incipientis, Cytinus vocatur Græcis, in medicamentis mira eſt obſervationis multorum experimento.* In

Pl. l. 23. c. 6.

hoc ipſo cytino floſculi ſunt, antequam malum ipſum prodeat, erumpentes, quos balauſtia vocant. Ea item medicinis idonea, & tingendis veſtibus, quorum color inde nomen accepit. Corticis etiam magnus uſus ad conficiendum corium, quod vulgus malicorium vocant. Nucleis ipſis acinorum utuntur Medici, ut & radice & ſemine.

Pl. l. 13. c. 19. βαλαύστιον ibi. χιτὼν circumducitur membrana tenui, quæ eſt in malo punico diſcrimen; Varro lib. 6. art. 5.

Ex hujus arboris fœlici proventu Rimmon urbs denominata in Judæ & Simeonis confiniis ad Auſtralem partem Hieroſolymorum, Zach. 14: 10. Joſ. 15: 32. & 19. 27. Eadem fortè quæ Hen-Rimmon, fons malogranati, Nehem. 11: v. 29. ab ea certè non procul. Indidem potuit & hoc idolum habere nomen, ut Dagon à דגן *frumento* creditur dictus. Δαγὼν, ὅς ἐστι Σιτὼν καὶ Ζεὺς ἀρότριος, ſic Philo Byblius apud Euſeb. lib. 1. de Præpar. Euang. Certè huc facere videtur antiquiſſima illa de raptu Proſerpinæ fabula, quæ à cœlo in perpetuum exulare juſſu Jovis adacta creditur, eò quòd in Plutonis paradiſo Punicum pomum decerpſiſſet,

Σιτὼ dicebatur Ceres à Syracuſanis παρὰ τὸ σῖτον, teſte Polemo l. 3. Dipnoſophiſt. Vid. Metam. l. 5. Fabul. 8. Faſt. l. 6. v. 606.

- - Cultis dum ſimplex errat in hortis
Puniceum curvâ decerpſerat arbore pomum.

Vetuſtam eſſe hanc fabulam narrat Cicero, & propè ab ipſis Deorum incunabulis lib. 4. in Verrem Orat. 2. Crediderim ego ſic in alienum ſenſum detortam fuiſſe hiſtoriam de primi hominis peccato, cœleſtibus donis ſpoliati, & quaſi ad inferos relegati propter eſum pomi vetiti: Perſephonem quaſi perditricem dici primam omnium Matrem Evam, Proſerpinæ autem nomen (quod à ſerpendo deducit Varro) alludere ad ſerpentem illum à quo decepta eſt. Hinc diſcimus interim jam olim malum Punicum in aliqua religione fuiſſe inter Ethnicos, ut minus mirum ſit ab eo Rimmonem Deum dictum ut *Pomonam à pomo*. Quòd ſi arrideat minùs, fieri poteſt ut Rimmon à rad. רמם excelſum ſonet; ſic certè interpretatur hanc vocem Stephanus homo Græcus ex Philone Bybliensi in Libro de Urbibus. Ait, inquam, ῥαμᾶν ſignificare τὸ ὑψὸς; & Heſychio ῥαμὰς eſt ὁ ὕψιστος Θεός. Deus quoque רם vocatur, Pſalm. 99: 2. & 138: 6. Et alio nomine ejuſdem ſignificationis עליון, ut Pſalm. 18: 14. & Gen. 14: 18. Melchiſedek dicitur fuiſſe ſacerdos לאל עליון, id eſt, τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, interprete Apoſtolo ad Hebræos 7: 1. Quomodo ῥαμὰν explicat Heſychius. Syros autem Deum ſuum vocaſſe עליון teſtis eſt Philo Bybl. loco citato, qui Phœnicum ſeu Syrorum Deum fuiſſe dicit Ἐλιοῦν. A Phœnicibus ad Pœnos ab iis oriundos in Africam nomen hoc delatum eſt; teſte Plauto in Pœnulo, Act. 5. ubi Hannonem Pœnum Punicâ linguâ ſic loquentem introducit, *Ny thalonim, valonuth, ſi corathi ſimakom zyth*: quæ verba ibidem redduntur hoc Latino carmine, *Deos Deasque veneror, qui hanc urbem colunt*. Planum eſt has voces ex Hebræâ & Arabicâ linguâ ſic reddendas levi immutatione, נא את עליונים ועליונות שקורה שמקום הזות *Na eth eljonim, veeljonoth, ſche corathi. ſche makom hazoth*. *Oro celſos* Deos & *celſas* Deas, *qui regionis, qui loci hujus* incolæ ſunt. Omnes voces Hebraicæ ſunt, unâ קורה *corathi* exceptâ, quæ Arabica eſt, à Græca tamen χώρα. Sic & à Pœnis orti Arabes Deum vocant אלמתעאלי *Almutaljon, excelſum*. His igitur Rimmon ſynonimum nomen eſſe veriſimile eſt.

Περὶ πόλεων, in voce Ἀειλιοῦν.

Atque hîc operæ pretium eſt obiter docere omnia ferè, quotquot ſunt, Deorum apud Ethnicos nomina ab Hebraica lingua deſumpta. Sic *Saturnus* Hebr. שטרן, Dominator, Imperator, vel שוטרנח, *Soter-Noah*, ut docebitur; à קרן Κρόνος,

nam & כרן eſt dominator, vel כר נח princeps Noah: quia, teſte Homero,

Πρώτιςος μὲν ἄνακτιν ἐπιχθονίων Κρόνος ἀνδρῶν.

Varronis origines pleræque ridiculæ ſunt. Sic Illi *Saturnus* à *ſatu* dicitur, *Jupiter juvans pater*, *Juno* etiam à *juvando unà* cùm Jove, *Sol*, quòd ſolus lucet, *Luna* quòd *lucet noctu*, *Vulcanus* à *violentia*; *Neptunus ab obnubendo*, quòd terras obnubat.

A *Jehovah* factum eſt Jovis nomen. Ab אדוני *Adonis* & Ἀθήνη Minerva. A פלא, quod ſibi nomen tribuit Deus, Jud. 13: 18. *Pallas*, *Peleus*, *Pales*, *Apollo*. A nomine די Θεὸς, *Deus*: δῖος, *Divus*, ab obliquo caſu τȣ̃ Ζεὺς διὸς, διὶ, &c. *Diana* à δαίω, unde δαήμων & δαίμων. Ab אדון δῶν, terminatio in voce Ποσειδῶν, &c. A בעל *Belus*. A גד *Gad* Dei alicujus nomine Eſa. 65: 11. 𝔊𝔬𝔡 German. id eſt, *Deus*. A מני Dei alicujus nomine ibid. *Manus* & *Summanus* Juppiter, & *Manes* & *Immanis*; ab אורן *ouran luce* οὐρανὸς. Ab אחד & חד, *unico* (quod etiam inter Dei proprietates & nomina) *Adad*, quaſi חדחד unicus unicus; Dei nomen apud Macrobium Saturnal. lib. 1. A חבל parturire *Cybele* mater Deûm. Virg. Æn. 6.

Læta Deûm partu. ——

Μήτηρ μὲν τε Θεῶν ἠδὲ θνητῶν ἀνθρώπων, Hom.

Rhea, quæ alio nomine *Ops*, Rhea certè à ראה video, ut Ops ab ὄψει & ὄπτομαι *video*: cauſa me latet. *Vulcanus* idem qui *Tuvalcain*. *Veſta* ignis, Dea Ἑστία, ab אשתא *eſta*, igne. *Venus* à בן *ben* ſeu *ven* filius. *Caſmillus* Hetruſcâ linguâ occultiore *Mercurius*, dictus eſt à קסמאל *Keſemel*, Dei interpres. *Ilithia*, quæ eſt Lucina partuum præſes, ילידתא obſtetrix. *Iris* pluviæ index à ירדה pluvia. Ab חורים *horim*, *heroes*, unde & Ἥρα Juno. Apollo *Pythius* dictus vel à פוט Gen. 10: 6: vel à *Pythone* ſerpente occiſo: Hebr. פתן *Pethen* aſpis eſt. Idem Παιὰν Pæan dictus eſt ab Heb. פענח *Paaneah*, *revelator arcanorum*, ut vocatur Joſephus, Gen. 41: 44. שדים, Chald. תדין *thedin*, ſunt dæmones, hinc Titanes. שעיר *ſahir ſatyrus*. Neptunus à נופת ſtillatio, eſt enim liquidus Deus. Propert.

Venus à veniendo ſeu vincendo. Varro de Ling. Lat. lib 6.

Qua voluit liquido tota ſubire Deo.

vel à נפתה, ut docebimus. A שיר cantico & השיר canere *Siren* dicta. Sirenas Virgilius vocat *monſtra canora*. *Anubis*, qui ſub *canis* effigie, unde & vocatur *Latrator Anubis*, à נבח *Nabah* latrare, נובח *Nobeah* latrator. *Apis* olim *Abis* ab Hebr. אביר, taurus robuſtior, cujus effigiem gerebat. De eo intelligendus Jeremiæ locus cap. 46. v. 14. *Annunciate in Ægypto*, &c. v. 15. *Quare proſtratus eſt* אביריך *Abireka*, *Apis tuus*. Seraphis idem, quaſi שור אביר *ſor abir*, taurus robuſtus. *Sirius* caniculæ ſydus, qui & pro Deo habebatur in Ægypto, à שחור *Sior* Nilus. Idem utrique nomen, quia oriente Canicula Nilus exundat. Minerva Textorum Dea à מנור *Manor*, quod textorium inſtrumentum eſt. Κῶμος comeſſationum Deus, idem qui Moabitarum כמוש *Kemos*, in cujus æde epulabantur. Ἄρτεμις eadem quæ Luna & Hecate, Magorum חרטמים *Artamim* Dea. Μῶμος Deus irriſor, & qui in vitia invehitur, à מום vitium, macula. Juppiter *Hammon* eſt חם Noë filius. *Japetus* eſt יפת. Sem idem, qui Σμῦ apud Plutarch. in Tract. de Iſide & Oſiride, & *Semo* Ovid. Faſt.

Hinc Oſiris, niſi ſit à Abzjors.

Quærebam nonas Sancto Fidióne referrem,
An tibi Semo *pater.*

Iſis ab ישיש Antiquus, Senex: ſic enim Diod. lib. 1. Antiq. cap. 2. & Euſeb. lib. de Præpar. Euang. cap. 6. Φασὶ τὴν Ἶσιν μεθερμηνευομένην εἶναι παλαιάν. Sic Ἥλιος à voce עליון, de qua ſuprà. *Aſtarte* Venus à עשתרות *Aſtaroth*; indidem fortè *Aſtrum*.

Nec Deorum modò, ſed & Religionum nomina reliquæ gentes, quotquot ſunt, ab Hebræis mutuatæ ſunt; ut vel hinc appareat Hebræorum Religionem omnium eſſe antiquiſſimam, atque ab ea cæteras pravo inſtituto fuiſſe detortas. Sic quidquid eſt ſacræ ſupellectilis. Ἐσχάρα, aræ focus אשתרא *eſchara* ignis ardens; Βωμὸς altare à במות Excelſa; *Aulæum* αὐλὴ ab אהל tentorium; Σκηνὴ tabernaculum משכן à radice שכן; Ὀθόνη linteum, quo velabatur ſacerdos, אטון; *Syndon* סדין; Simpulum poculi genus in Sacris adhibiti שפל. Sic aromata omnia, quorum in Sacris præcipuus uſus. *Balſamum* quaſi בעלשמים *Bahal-Samim*, præcipuum aromatum; מור *myrrha*, קשט *coſtum*, אהלים *aloë*, קנמון *cinnamomum*, לבנה λιβανωτὸς, קציעה *caſſia*; כרכום *crocus*. Et herbæ אזוב *hyſopus*. Et victimæ. *Taurus* à Chald. תור pro Hebr. שור, & αἶξ capra Hebr. עז. Et quæ vulgò offerri ſolebant anathemata & donaria, חרוץ *charous* χρυσὸς aurum, יין οἶνος. Sic quæcunque verba ad Religionem pertinent. Carmina olim *caſmena* dicta teſtatur Varro lib. 6. §. 3. ſine dubio à קסם vaticinium; ἀρὰ imprecatio ab ארר *arar* imprecari: חסיד Hebr. חסי *Heſi* Syr., per aphær. τȣ̃ ד, Græce ὅσιος ſanctus. A חג *Hag* feſtum ἅγιος, niſi ſit ab הגה meditari, orare: unde מהגים *mehagim*, meditatores *Magi*. Ἀῤῥαβὼν ערבון arrhabo. Ab אמן veritas אמנם *omnam* certè; ab eo Græc. ὀμνύω juro; & Latinis *omen* ab אמן veritas. A ירא verendus ἱερὸς ſacer. *Lætare* à לט incantatio. *Caſtus* à קשט veritas, puritas. Σόφος ab אשף idem. Sic *Erebus* à ערב *Ereb* tenebræ veſpertinæ. Ἅδης ajunt Græci, quaſi ἀΐδης, Ego potiùs ab איד exitium. Superfluus fortaſſe videbitur hic labor; imò multum facit ad veritatem aſſerendam, quod aliàs doceri poterit fuſius. Sed hæc obiter.

EIDEM

Digitized by Google

EIDEM

DE EODEM ARGUMENTO.

Tranſlat.

Eρρῖ φιλονεικία, *Honoratiſſime Frater*, in levibus & minutis potiſſimùm. Id mihi nullatenus propoſitum, ut cujuſquam opinionem ſuggillem, Eorumque maximè, quos adducis, quorum eximias dotes magni facio, perſonas veneror, veſtigia ſequor, ſed lentis, cum pudore fateor, paſſibus, nec ęquis. Ad hęc, cùm vulgarem loci propoſiti interpretationem adoptent, aſſentientes habent & patronos innumerabiles Viros magnos, quorum non ſum dignus qui ſolvam calceorum corrigiam. In eo tamen ſum ſententia, Textum abſque ullo diſpendio poſſe ſic verti; *Jehova ſervo tuo hoc condonabit. Cùm Dominus meus Rimmonis Ædes inibat, ut ibi incurvaretur, in manum meam nitebatur; Egoque in Ædibus iiſdem incurvatus ſum. At nunc Deus hoc incurvare meum mihi condonabit.*

Jam petis argumentum aliquod validum, quo hanc verſionem firmem; ſed non meminiſti me in hac quęſtione propugnantis partes ſuſtinere; indéque adeo mihi hujus probationem non incumbere. Ut hanc rationem pſeudo-Nicodemitis eripiam, ſat erit, ſi oſtendam locum non eſſe neceſſariò explicandum eo ſenſu, quo volunt; cùm alia ſuccurrat explicatio, quæ illis nullatenus favet; quam Eorum eſt impugnare; Noſtri verò unicè tueri, depulſione objectionum, quibus infirmare conabuntur; proinde non eſt, quòd argumenta afferamus, quibus ſulciatur hęc verſio noſtra.

Putârim tamen facilè oſtendi poſſe, Tranſlationem hanc noſtram & vocibus ipſis, & loquentis propoſito, & Fidei analogię, longè congruentiorem eſſe, quàm ſit alia quęvis; neque, uti vulgò creditur, novam poſſe conſeri. Hęc autem omnia ſunt, quibus poteſt ſuffulciri.

1. Hanc vocem יסלח vera ſignificatione ſua accipio, *condonabit*; etſi aliquoties imperativo modo ſumatur, *condonet*; indéque LXX. Interp. ἱλάσεται.

2. בבוא eſt infinitum gerundium, *Ingrediendo*, quod ex ſe nullum adnotat definitum tempus; hæc tamen ejus ſignificatio eſt vulgatiſſima, ut ſonet, cùm *intraret*, vel cùm intravit; longéque vulgatior, quàm ſi ita verteretur, *cùm intrabit*. Vide Geneſ. 30: 38. 33: 9. Exod. 33: 9. Levit. 16: 23. Numer 7: 89. Joſ. 3: 15, Jud. 1: 14. 1 Sam. 4: 5. 2 Sam. 1: 2. 2 Reg. 12: 10. 1 Chronic. 12: 19. Eſdr. 2: 68. Eſth 9: 25. Pſal. 51: 2. Ezech. 10: 3. &c. In locis hiſce omnibus, pluribuſque aliis בבוא pręteritum tempus connotat; paucique occurrunt, in quibus futurum adſignificet, *quando intrabit*.

3. והוא, *Et ipſe*. Juxta interpretationem meam *Vau* iſtud ſupervacaneum fortaſſe videbitur. Sed, quanquam in locis ſimilibus Idioma Gallicum hanc conjunctionem non admittat; admittit Hebraicum; in quo ſingularem ſermoni conciliat elegantiam, quam idiomata quęque alia nuſquam aſſequuntur. Sic Numer. 7: 89. ובבוא משה אל האהל מועד לדבר אתו וישמע את הקול, *Et cùm Moſes Tentorium conventûs ingrederetur, ut loqueretur cum eo*, & *audiebat vocem*. Iſtud & in idiomate noſtro redundat, ſed in Hebræo elegans eſt pleonaſmus.

4. נשען. Varia eſt hujus vocis in Bibliis punctatio. In Bibl. Ariæ Mont. 4. pręterito tempore ponitur cum patach, hoc modo נִשְׁעַן; verum in Plantinianis & Buxtorfianis ſtat cametz in Benoni, נִשְׁעָן. Secundùm punctationem primam neceſſe eſt ſit pręteritum, ſonetque *innitebatur*, aut *eſt innixus*, minimè verò *nitetur*: at juxta ſecundam eſt participium, cujus hęc erit ſignificatio, & ipſe *innixus*. Supplendum autem erit verbum ſubſtantivum aliquod; quod erit vel הָיָה, *fuit*; vel יִהְיֶה *erit*; indéque naſcitur ambiguitas. Verumtamen ſi בבוא ſignificet, *quando ingrediebatur*, ſupplendum erit neceſſariò pręteritum הָיָה, minimè verò futurum, יִהְיֶה. Hoc autem poſteriori ſenſu accepit Theodoretus; quandoquidem Quæſt. in 4 Reg. 19. hunc locum hac ratione vertat, καὶ περὶ λόγου τούτου ἱλάσεταί μοι κύριος τῷ δούλῳ σου, ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι τὸν κύριόν μου εἰς οἶκον Ῥεμμὰν προσκυνῆσαι ἐκεῖ, ὅτι αὐτὸς ἐπαναπέπαυται ἐπὶ τῆς χειρός μου. Notandum attentè præteritum iſtud, ἐπαναπέπαυται; cùm contrà in Editionib. LXX. Interpr. quæ extant hodie, legatur ἐπαναπαύσεται: vox autem iſthæc eſt cęterarum clavis. Si enim נשען per ἐπαναπέπαυται explicandum ſit, *innitebatur*, aut *innixus eſt*, neceſſe eſt והשתחויתי, quod ſubſequitur, ſignificet *& adoravi* vel *procubui*: ſiquidem verbum hoc poſterius ſit præterito tempore, neque futuri ſignificationem queat ſuſcipere; quin præfixum ipſi *Vau* ſit converſivum præteriti in futurum. Numquam autem *vau* ejuſcemodi, pręterito affixum, converſivum eſt, quin futurum aliquod ſiu expreſſum, ſaltem ſubintellectum præiverit: quod hoc loco non pręit, ſi modó נשען præteritum cenſeatur, ſignificetque, *nitebatur*; uti revera cenſendum.

5. In Verſionibus noſtris vox iſthęc Hebraica בהשתחויתי vocibus hiſce redditur, *Quand je me proſternerai, quando procumbam*; ſed ſi fideliter reddenda ſit, hiſce verbis eſt reddenda, *In adoratione mea, en mon adoration*; quandoquidem השתחוה Nomen ſit non Verbum; neque ullum adnotet tempus, eoque unicè adjiciatur, ut gravior ſit & ἐμφατικωτέρα locutio; *Procumbendo procubuerim*, vel *Adorando adoraverim in Rimmonis Templo*; hoc eſt, ſi ultra modum fuerim Idololatra. Id benè nôrunt quibus linguę Hebr. genius eſt perſpectus; nedum voces iſtę fortuitam quandam & contingentem innuant idololatriam.

6. In iis, quę ſuccedunt, יסלח נא *condonabit nunc*, iſtud *Nunc* eſt ſingulari animadverſione dignum. Eſt enim particula, quę pręſens cum pręterito opponit, veluti Amoſi cap. 7: 2. *Quum abſolverent comedere herbam terræ, tunc dixi, Domine Deus* יסלח נא *condona nunc*; itemque Rom. 11: 30. *Quondam rebelles fuiſtis Deo, at nunc miſericordiam eſtis conſecuti.* Eadem igitur eſt ejus vis in hoc loco, *Procumbendo procubui coram Idolo, at nunc Jehova hoc mihi condonabit.*

Hic eſt igitur univerſi Naamanis ſermonis contextus. *Id jam voveo, me in poſterum nulli cuiquam*

ſacrificaturum, quàm Jehova; neque aliud unquam numen culturum; (ſacrificii enim nomine religio tota continetur.) In eo autem voto cùm perſtem, ſpero Jehovam mihi idololatriam præteritam remiſſurum; eàmque potiſſimum, cui indulſi coram & Solis & Aulæ totius aſpectu; cùm Rex coram Rimmone proſterneretur; quippe qui Regi proximè adſtarem, procumbentemque manu ſuſtinerem. Ideò enim notat, Regem ſibi inniti, quando Idolum adoraret, ut crimen ſuum augeat, non autem ut minuat. Id vult ſcilicet, ſe in media turba, tanquam plebejum aliquem, atrox illud facinus non commiſiſſe; ſed ex loco adeò eminenti, ut cæteros in peccato authoritate ſua non tantùm obfirmârit, ſed inſuper ad peccandum exemplo induxerit. Confidit tamen fore, ut Deus hæc ſibi condonet; hancque ejus confidentiam firmat Eliſæus, dum ipſi ſe ea de re ſciſcitanti ſic reſpondet, *Abi in pace.*

Neque verò in eo toto ejus ſermone ulla deprehenditur timoris aut anxietatis nota; imò contrà inſigne elucet fiduciæ argumentum; quandoquidem ſic loquatur, *Jehova ſervo tuo hujus gratiam indulgebit; imò nunc ejus ipſi faciet gratiam.* Hiſce enim apertè oſtendit ſe jam de impetrata peccati ſui venia eſſe certum: hujuſque phraſeos eadem mihi videtur eſſe ſignificatio, quæ Paulinæ, 1. ad Tim. c. 1: 13. *Blaſphemus eram antea & perſecutor & oppreſſor; ſed Deus miſericordiâ erga me eſt uſus.*

Tametſi porro aliquem præ ſe ferret in hoc Vocationis ſuæ initio metum; in eo nihil eſſet alienum; cùm hujus generis metus ſit vulgaris ad regenerationem via. Eadem enim conditio cordis in fideli, cùm ad Deum accedit, quæ acûs magneticæ in horologio, quando illa in polum vergit. Priuſquam enim in eum ſtet defixa, hinc inde aliquandiu circa ipſum libratur. Pari prorſus modo antequam fidelis ad Deum convertendi animus in Deo plenè quieſcat, tremit aliquandiu, metúque quodam agitatur: iſque metus eſt agitatio illa vehemens, tremor ac ignis, quæ in Eliæ viſione quieto murmuri præeunt. *Cor meum,* ait Pſalt. Pſalm. 119: 161, 162. *ob verbum tuum contremuit, ſumque de dicto tuo lætatus ſum.* In quibus tremor lætitiam proximè antecedit. *Servite Jehovæ cum timore,* Pſalm. 2. *& cum tremore gaudeatis. Beatus, qui perpetuò pavet,* &c. Prov. 28: 14. Beatus eſt, & tamen pavidus, *donec charitas conſummata metum depulerit,* 1. Joh. 4: 18.

Objectionibus cunctis me jam plene occurriſſe arbitror, palamque feciſſe, hanc interpretationem & vocibus ipſis, & genuino earum ſenſui aptè convenire; imò & forſan aptius, quàm alia quævis oppoſita: neque etiam ob novitatem repudiandam eſſe; cùm extet apud Theodoretum, ſeculo quinto, ante mille & centum annos, agentem. Jam ad Fidei analogiam accedo, in qua nihil eſt, quod illi adverſetur. Quod de alia vulgari ipſi oppoſita nequit omninò affirmari; quippe quæ ad varias paulò ſubtiliores inter ritus civiles & religioſos diſtinctiones confugiat; quibus Fides plene nequit acquieſcere: eò quod Jeſuiticum nihil habeat, ambiguumque in factis omne, non ſecus quàm in verbis, averſetur. Quoties coram idolo quodam eadem ago, quæ idololatra, etſi alia mente agam, id tamen ſiniſtrè poteſt explicari, fratrem meum offendere, errorique patrocinari. Scadrac, Meſac, &c. qui dignioribus apud Regem fungebantur officiis, Daniel. 3: 12. proximéque illi adſtabant, diſtinctionibus hiſce potuiſſent evadere, ſi unà cum eo coram Idolo procubuiſſent. Facilè enim regeſſiſſent ſe non Idoli, ſed Regis reſpectu incurvari; at iiſdem hiſce ipſorum conſcientia prorſus reluctatur. Quin & illi ipſi, qui eas diſtinctiones ingerunt, nequaquam illis acquieſcerent, ſi ad praxim ipſis eſſet deveniendum; dictaretque haud dubiò conſcientia eas ſe ab omni culpa non poſſe tueri. Eadem illa arte Julianus Apoſtata, *referente Theodoreto Hiſtor. lib. 3. cap. 16, 17. itemque Sozomeno lib. 5. cap.* 17. Chriſtianis militibus conatus eſt quondam illudere; cùm enim ad Idoli alicujus aram acceſſiſſet, juſſit omnes ad ſe venirent, quò luſtraret; futurum ratus, ut is honor civilis, quem ſibi deferrent, Idolo cenſeretur delatus. Bona fide adveniunt, ejus ignorantes propoſitum; at fraude detecta factum illud ſuum deteſtantur ac revocant; parumque abfuit, quin eorum multi in deſperationem fuerint adacti, quòd tale quid, quamquam ex inadvertentia, commiſiſſent. Mirabilis præprimis Judæorum obluctatio adverſus eos, qui in Judæa, non ſecus quàm in aliis quibuslibet regionibus, Aquilas Romanas erigere contendebant. Illis quidem divinus ab Ethnicis exhibebatur honos, is tamen poterat civilis haberi. Utut ſit, ſuſpectæ hujus adorationis metus eò complures adegit, *ait Joſeph. Antiquit. Judaic. lib.* 17. *cap.* 8. *&* 18. *cap.* 4. &c. ut ferrum & flammam ſuſtinuerint potiùs, quàm horumce hominum Edicta. Unde & tandem Imperatores ceſſere, quietemque illis dedêrunt. Neque poſſum in hoc argumento generoſum & pium Valentiniani, Juliani Apoſtatæ Prætorianorum Præfecti, factum ſilêre. Cum per Fortunæ templum Imperatori anteiret, Deæque Sacerdos prætereuntes luſtrali aqua aſpergeret; ejus guttulâ quâdam, ut & cæteri, eſt irroratus. Jam autem aſperſionis hujus injuriâ ita indignatus eſt, ut, miſſâ omni Imperatoris reverentiâ, in Sacerdotem irruerit, graviſſiméque multârit; quo factum eſt, ut Principis averſionem incurrerit, fueritque in exilium miſſus. *Sozom. lib. 6. cap.* 6. Scio quidem Lutheranis quibuſdam Doctoribus viſum fuiſſe licitum, *ſicuti videre eſt in Hiſtor. Concil. Trid. lib.* 1. *itemque apud Hoſpin. Hiſt. Sacram ad ann.* 1530. ut Saxoniæ Dux, Imperii Armiger, Carolo V. enſem Miſſam quandam ſolennem adeunti in Auguſtanis Comitiis præferret; Eoſque ad opinionis ſuæ fulcimentum Naamanis noſtri factum attuliſſe; *Verùm,* ait Petrus Sarpius Venetus, *conſilium plerique,* hoc eſt Doctores Noſtri Proteſtantes, *damnabant, quibus nefarium videbatur, diverſæ religionis ceremoniis intereſſe tanquam civilibus; cum nemo unus reperiatur, qui non in ejuſmodi ſacris ſolemnitatibus neceſſitatis aut utilitatis ſuæ rationem aliquam poſſit obtendere.* Quotquot conſilium iſtud damnabant, hi certè hanc noſtram loci hujus interpretationem, ſi quis propoſuiſſet, ultrò fuiſſent amplexi; mihique gratulor, quòd celeberrimus, uti ſignificâſti, Mareſius admittat; adeſt & præter eum *Author Anglus, Dikius nempe, De deceptione cordis humani cap.* 16. qui approbat: proinde non ſolus ſum, qui admitto.

Nolim tamen eam adverſus Pſeudo-Nicodemitam ullum obtendere, quin priùs dogma ejus rationibus ordinariis impugnaverim, quas ſolertiſſimè deduxit Clariſſ. Placæus Excell. illo Libello, quem contra ejuſmodi veræ Religionis contemptores edidit. Quod ſi qui interpretationem illam eliminantes vulgari malint adhærere; certò ſciò inter eos, qui Hebræum Textum conſulunt, non defuturos, quibus pleniùs ſatisfaciet, quam ulla alia objectionis hujus ſolutio. Quiſque tamen ſuo fruatur judicio. Mitto difficultates, quibus gravari poſſet vulgaris explicatio; ſiquidem ea mihi jam non ſit mens, ut labefactem; ſed aliam quandam iis, quibus vulgares reſponſiones non uſquequaque placent, aperiam. Cùm id unicè ſit mihi propoſitum, hæc pluſquam ſufficiant. Vale.

E I D E M.

Explanantur ỳ. 8. cap. 3. Jobi,

Item

36. cap. 38.

Tranſlat.

Jobi locus, de quo me interrogas, difficultate non vacat; in eóque Interpretes varias in partes abeunt. Noſtri Thalmud Hieroſolymitanum à Raſi & Aben-Eſra eum in locum adductum ſecuti ſunt. Talmudis autem verba ſunt,

Moed Katon cap. 1. אשה לא תעורר לויתה במעד, *Mulier non ſuſcitabit luctum ſuum in die feſto*; quæ palam ad hunc Jobi locum alludunt. Accepêre igitur לויתן pro לויתם, & putârunt לה & אלה eſſe Synonyma, ut & לויה ac אליה. Quæ ſequuntur Interpr. Chald. Rabbi Saadias, Kimchi, Aben-Eſra, R. Levi, Baal Aruch. &c. Senſuſque erit elegantiſſimus. Poſtulabit enim Jobus, diem illum execrentur illi, qui ex officio ferales dies execrari, luctumque excitare ſoliti ſunt. Quomodo Amoſi 5: 16. dicitur, *Ad planctum vocatum iri lamenti peritos*, יודעי נהי, hoc eſt, τυμβαύλας, ſiticines. Quomodo etiam 2 Paral. 35: 25. *Muſicos muſicáſque omnes* כל השרים והשרות, *ſuper Joſiæ mortem lamentatos fuiſſe*: Quomodo demum Jerem. 9: 17. קראו למקוננות *Lamentatrices advocate . . . feſtinent ſuper nos* נהי, *lamentum, inclamare*; Lamentatrices, id eſt, *præficas*, quarum Carmina *Næniæ* dicebantur. *Næniam* ſcribit Pollux, vocem Phrygiam ajens, quâ uſus ſit Hipponax. Hebræum contrà pertendit Scaliger; ſive ad נהי, ſive ad נענה referat. Fortaſſe etiam ἰάλεμος ejuſdem ſignificationis ab Arabica voce, *Alıma*, *ſolvit*, deducitur: à ἰάλεμος, autem ἰηλεμίστρια, *præfica*. Heſychius exponit θρηνήτρια. Plato verò in Minoë, Ariſtophanes in Veſpis, Suidas, &c. ἐγχυτρίας, vel ἐγχυτρίστρίας, appellans; *quia inferias in ollis coctas mortuis offerebant*. Idem Suidas in vocibus Ἀρβαζάκιος & Μυσεργοί, barbararum quarundam cantricium meminit, quas Iſauri ζαρβα vocant. Legendum fortè זמרא, *zamra* vel זבר *zabra*; זמר *zamar* enim & זבר *zabar*, utráque illa vox *canere* ſignificant.

Sed, ut ad Authorem illum tuum redeamus, qui eum locum ſic vertendum exiſtimat, *Parati ſunt ſuſcitare Leviathan*, hoc autem modo explicandum; *Magicis cantibus monſtra ſuſcitant*; hęc ejus explicandi ratio profectò eſt abſurda. Præterquàm quod enim nullo fulciatur fundamento; nihilque in eo contextu occurrat, quod vel leviſſimam operationis cujuſquam Magicæ ſuſpicionem iojiciat; adhæc impietatem quandam prę ſe fert, eò quòd Jobum inducat optantem, ut Magi pręſtigias ſuas in ſui gratiam adhibeant, hoc eſt, Diabolum advocent, cujus ope ſoleot illudere. Quid quòd, ſi hęc chimerica interpretatio locum habeat, Leviathanis nomine Diabolus eſſet intelligendus, uti allegoricè intelligitur aliquando; quo poſito Leviathanis ſuſcitatio foret Diaboli ipſius evocatio. Stent autem hæc, nihil ſupererit, niſi ut Jobus inducatur Diabolo ſe ſe cum execratione devovens, impiéque adjurans, ſe rapiat.

Quod jam attinet verſ. capit. 38, 36. Codurco lubens aſſentior, שכוי gallum gallinaceum nequaquam ſignificare; ſed animum. Si enim gallum notaret, duo Verſiculi hujus hemiſtichia nullatenus cohærerent. Adhæc quicquid ajant Thalmud, Paraphraſt. Chaldæorum alter, D. Hieronymus, nonnullique Rabbini, nuſquam reperias שכוי ea voce ſignificari. Hincque in Syriaca Verſ. legitur, ܡܢܘ ܝܗܒ ܠܟܣܝܐ ܗܘܢܐ; & in Arabica, מן אעטי אלגנאר אלביאן *Quis dedit conſiderationem intellectus*: Et apud Interpret. Chald. או יהב ללבא בינתא, *aut dedit intelligentiam cordi*: Quam explicandi rationem amplectuntur AbenEſra, R. Levi, Kimchi, Abrah. Peritzol, David de Pomis, &c. Putem ergo gallum gallinaceum ex hoc Jobi capite dejiciendum, non ſecus quàm ex 29. Phœnicem. Obiter porrò notabo, nullum quenquam hactenus divinare potuiſſe, qua de cauſa Lxx. Interp. hunc verſ. ſic transferant; Τίς ἔδωκε γυναιξὶν ὑφάσματος σοφίαν, ἢ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην; *Quis dedit mulieribus texendi peritiam, acu-pictricemque ſcientiam?* Sic procul dubio tranſtulêre, quia pro בטחות legerunt בחכות, ac לשכות, pro לשכוי. Apud Arabes חאק, *ehuk* eſt *texere*, vox eſt uſitatiſſima. Iode interpretari ſunt חכות per *Textrices*: שכה quoque ſignificat *pingere*: proinde לשכות בינה pingendi ſcieotiam ſonabit, quibus aptiſſimè quadrant ποικιλτικὴ ἐπιστήμη.

AD

AD EUNDEM.

ENARRATUR vſ. 3. Psal. 110.

Quæris etiam, *Vir Eruditiſſime*, Quid ſentiam de verſ. 3. Pſalmi 110. Is ita ſe habet, עמך נדבות ביום חילך בהדרי קדש מרחם משחר לך טל ילדתך. Ad hujus explicationem antequam accedamus, operæ pretium eſt aliquid præmittere de ſcopo Prophetæ in toto hoc Pſalmo.

Palam eſt agi de Chriſto; quod Petrus Act. 2: 34. quod Paulus Hebr. 1: 13. & 5: 6. & 6: 20. & 7: 17. quod Chriſtus Ipſe, non authoritatis modò, ſed & rationum pondere comprobat, Matth. 22: 44. Neque id negare auſi ſunt Scribæ & Phariſæi, quibuſcum illi res erat. Et verò ad Meſſiam hæc referunt Judæorum Doctores antiquiſſimi. Author Rabba, qui vixit circa 2. aut 3. ſæculum à Chriſto nato, Bereſchit cap. 14, probat Meſſiam ad Dei dexteram ſeſſurum ex primis hujus Pſalm. verbis. Author. Midrash in Pſalm. 18. ait hæc ipſa verba, quæ nobis explicanda incumbunt, *Ex matrice aurora*, &c. ad Meſſiam referenda. Et in Pſalm. 2. ait, hic explicari myſteria regni Meſſiæ. Chaldæus Paraphraſtes videtur eſſe anceps, & modò ad Davidem, modò ad Meſſiæ regnum hæc refarre; Hinc fit, ut primi verſûs duplicem afferat interpretationem, quarum prima de Regno Temporali agitur, 2. de Spirituali; neque dubito quin corruptus fuerit in multis locis. Certè ſtatim primo verſu; qui jam ſic habet; אמר " במימריה, *Dixit Dominus in verbo ſuo*; quiſquis Author eſt Libri, cui titulus eſt, ספר קבוצים, legerat למימריה, *verbo ſuo*; *Dixit verbo, non in verbo*, quæ multùm differunt. Et verò per verbum Dei Verbum illud Eſſentiale à Chaldæo Interprete intelligi conſtat ex Eſa. 1: 13. ubi pro his Dei verbis, *Anima mea odit*, &c. & Jerem. 1: 8. pro אתך אני, *Ego ſum tecum*, Chaldæus habet במעדך מימרי *Tibi auxilio erit Verbum meum*. Et Eſa. 45: 17. pro ביהוה, *In Domino*, Chaldæus " במימר, *In Verbo Domini*; aut potiùs, *In Verbo Domino ſervati ſuiſtis*. Quod ideò noto, ut ſciamus Verbi nomine veteres Hebræos Perſonam Divinam, aliam à Deo Patre, intellexiſſe: quod notandum in verba Joh. 1: 1. Sed Ætas parentum pejor avis tulit iſtos nequiores. Quotquot enim Judeorum nuper exorti ſunt magno conatu ſtudent alio detorquere hæc myſteria. R. Selomoh, ex Veterum ſcilicet ſententia, aſſerit hoc quicquid eſt de Abrahamo dici, cùm victoriam reportâſſet, & opima ſpolia ab illis Regibus, quos fugavit in Hobar. Et continuo poſt parum ſibi conſtans ea refert ad Davidem poſt exantlatos multos labores, & Saulem morte mulctatum, ad Regnum tandem evectum. Harum interpretationum Primam rejicit Aben-Ezra, eo quod Sionis mentio fiat in Pſalmo; quod nomen Abrahami ætate nondum extabat, Poſterioremque amplectitur. D. Kimchi in eandem ſententiam eſt pronior, & putat ejus anthorem eſſe aliquem è Davidis famulitio; ſed ipſe titulus Davidem præfert. Longum eſſet pluribus docere, quàm futilia ſint eorum commenta, potiùs quàm commentarii. His igitur omiſſis Pſalmi totius analyſim inſtituamus, ut ſic tandem ad penſum noſtrum deveniamus. In eo agitur de Regio & Sacerdotali Chriſti Mediatoris officio. Primis tribus verſ. vocatur ad Officium Regium; 4. ad Officium Sacerdotis, 5. & 6. de Regni, 7. de Sacerdotii ejus adminiſtratione agitur. I. verſ. Regis ipſi datur titulus, *Domine mi*, 2. Thronus, *ſede ad dextram meam*, 3. Poteſtas, quâ alii quidem hoſtium conteruntur ſub ejus pedibus, nempe Judæi, quos rejecit Pſalm 2. alii verò, ſceptro Verbi ad Gentes ex Sione tranſlato, quantumvis in Chriſtum inſenſi, illum tamen in ſe dominari patientur, ỷ. 3. ex hoſtibus nempe & inimicis amici facti, poſtquam per Filium Deo reconciliati ſunt, *Rom.* 5: 10. ut jam ſint populus ſpontaneus.

Hic nobis pes defigendus eſt; volens porrò nolenſque cogor hic ſubſiſtere; quia Mater graviſſimis angitur calculi doloribus; morbus in horas ingraveſcit, ut me Muſis valedicere ad tempus neceſſe ſit, donec illi ſit melius; quæ etiam cauſa eſt cur tam perſunctoriè ea attingam, quæ Tu examini ſubjici volueras. Aliàs conabor ſarcire hanc jacturam, atque hunc ipſum locum accuratò exponere; in quo Poëticâ quâdam elegantiâ mira regni Chriſti amplitudo deſcribitur. Docebo, ut ſpero, & Hebræis ſuos eſſe lepores; quique à Græcorum & Latinorum venuſtate non procul abhorreant. Tu interim ne torpeas, doce quî fiat, ut Naamanem Syrum, qui in Rimmonis Æde adoraturum ſe profiteatur, non damnaverit Eliſæus 2. Reg. 5: 17, 18, 19.

Vale.

Digitized by Google

E I D E M.

Idem verſ. 3. Pſalm. 110. accuratiùs explicatur.

Superiori Epiſtola Versûs hujus ſcopum præmonſtravimus, at is nunc accuratiùs eſt expendendus. Hebræa ſic habent. עמך נדבות ביום חילך בהדרי קודש מרחם משחר לך טל ילדתך. Oratio anceps eſt & decurtata, & poetico quodam emblemate vermiculata; Ego ſingula conabor expedire per partes.

עמך נדבות. Lxx. Interpretes Exemplari vocalibus punctis deſtituto uſos fuiſſe, vel hinc apparet: quippe reddunt μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ; ut legerint עמך נדבות; *Himmeca nedavoth* pro *Hammeca nedavoth*, ſolâ vocalium immutatione. Hebræi omnes eo modo legunt, quo nos; aliter tamen atque aliter has voces interpretantur. R. Aben-Ezra putat נדבות hic idem eſſe quod נשם נדבות, Pluviam largam & copioſam, Pſalm. 68: 10. Atque hîc militum globum comparari ingruenti pluviæ; quę Verſio ideò diſplicet, quòd conſentaneum non ſit, ut τὸ נדבות ſolitarium idem ſignificet, atque hæ duæ voces conjunctim נשם נדבות Antequam aliorum ſententias proferamus operę pretium erit vim vocis excutere.

נדבות eſt nomen à ſingulari נדבה, quod à verbo נדב, id eſt, *largiri & offerre*: neque id ſolùm, ſed ſponte, animo prompto, atque alacri quidpiam offerre; ut non ad manum ſed ad dantis animum referatur: ut Exod. 35: 29. נדב לבם, *ſponte obtulit cor illorum*; & v. 21. נדבה רוחו, *ſponte & alacriter obtulit ſpiritus ejus*; & 25: 2. ידבנו לבו, *invitabit eum ad ſponte & alacriter offerendum cor ejus*. Et verò, quia in animo radix eſt hujus alacritatis &, ut ita dicam, ſpontaneitatis, *anima ipſa* à Jobo נדיבה vocatur cap. 30: v. 15. תרדוף כרוח נדיבתי, *Perſequetur ſicut ventus ſpontaneam ſeu alacrem meam*, id eſt, animam. Gręcis verbum tantę amplitudinis nullum eſt; quare & N. Teſtam Scriptores coguntur περιφραστικῶς ejus vim exprimere; ſic 1 Pet. 5: 2. μὴ ἀναγκαστῶς ἀλλ' ἑκουσίως καὶ προθύμως; Hebraicè dixeris בנדבת Ut & illud Philemon. 14. ἵνα μὴ ὡς κατὰ ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου ᾖ, ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον. Sed pręcipuus eſt locus 2 Cor. 9: 7. καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ, μὴ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης. Hebr. diceres כנדבתו, *juxta ſpontaneitatem ſuam*. Hinc verbale נדיב munificum & liberalem ſignificat, quem Paulus ἱλαρὸν δότην vocat 2 Corinth. 9: 7. Quod quia Principum eſt maximè proprium, נדיב etiam apud Hebręos vocatur Princeps, Pſalm. 47: 10. & 118: 9. &c. Ad hanc vocem reſpexiſſe Chriſtum puto, cùm ait Luc. 22: 25. τοὺς ἐξουσιάζοντας τῶν ἐθνῶν εὐεργέτας καλεῖσθαι; εὐεργέται, enim *benefici*, *munifici*, iidem, qui נדיבים. Horum εὐεργετῶν meminit Diodor. Siculus lib. 17. dicens εὐεργέτας τιμᾶσθαι παρὰ τοῖς Βασιλεῦσι τῶν Περσῶν, *In honore eſſe Evergetas apud Perſarum Reges*: Et Herod. Muſâ 8. Φύλακος δὲ εὐεργέτης βασιλέος ἀνεγράφη, καὶ χώρῃ οἱ ἐδωρήθη πολλή. Οἱ δὲ εὐεργέται βασιλέος Ὀροσάγγαι καλέονται Περσιστί. *Phylacus verò Evergetes Regis ſcriptus eſt, & regio illi data eſt multa. Evergetæ autem Regis Oroſaggæ vocantur Perſicè*. Obiter notare liceat Arabicam eſſe vocem *Oroſagga*, ejuſdem ferè ſignificationis, cujus נדיב & εὐεργέτης. Sic enim illi Deum אלרזאק *Arrozako*, id eſt, *Largitorem*, ſeu *Munificum* vocant. Verbum רזק *razaka*, *largiri ſponte* & *gratis* reperitur apud Interpr. Arabem, Gen. 33: 5. & 29: 31. pro Hebr. חנן.

Subſtantivum ergo נדבה, quo hîc utitur Pſaltes, vel ſignificat, ut ita dicam, *ſpontaneitatem* vel *ſpontaneam oblationem*; hoc eſt, vel *ſpontaneum dantis affectum*, vel *id ipſum, quod ſponte offertur*. Prima ſignificatione vix ſemel atque iterum occurrit in Scriptura נדבה; poſteriore ubique Exod. 35: 29, 36: 3. Levit. 7: 16. 22: 18. 23: 38. &c. Omnes tamen Interpretes, quos vidi hactenus, ſi unum excipias Aben-Ezram, maluerunt primam ſignificationem hîc retinêre; quę tamen plurali numero nuſquam occurrit, & verè locum habere non poteſt, niſi ſuppleatur alterum עם, hoc modo, עמך עם נדבות; hoc eſt, *Populus tuus populus ſpontaneitatum*, id eſt, *ſpontaneus*; quia, intercedente affixo ך inter עם & נדבות, עם non poteſt eſſe in regimine, quod tamen requirit hęc Verſio. Ergo conſultius puto, ut retentâ ordinariâ ſignificatione vocis נדבות, ſic vertamus, *Populus tuus ſunt oblationes voluntariæ*. Sic enim nihil ſupplendum erit pręter verbum ſubſtantivum, quod, quoquomodo vertas, ſemper eſt ſupplendum. Et verò hęc interpretatio & priorem includit, & ei multum addit. Nam quiſquis eſt oblatio ſpontanea, is etiam ſpontaneus eſſe, ſeu ſponte ſe offerre dici, poteſt: at non viciſſim. Sic milites ſponte ſe Duci offerunt, non tamen dicuntur eſſe oblatio. Hanc ſine dubio maximè genuinam Verſionem hujus loci Hebręi ideò non amplexi ſunt, quia hęc dici putant vel de iis, qui operam ſuam Abrahamo addixerunt, ut Lotho ſuccurrerent, *Geneſ.* 14: 24. vel de Iſraëlitis, qui ad Davidem magno concurſu confluxerunt circa Tſiklag, 1 *Chron.* 12: 1. & Hebron 1 *Chron.* 12: 38. qui certè dicuntur veniſſe בלבב שלם, *Corde integro*, id eſt, *ſponte & plena voluntate*. Sed, ut reliqua taceam, ſi hoc tantùm hîc innuere voluiſſet, quiſquis ſcripſit hunc Pſalmum, debuiſſet dicere עמך מתנדב, *Populus tuus ſe ſponte offert*: quomodo de militibus ultrò ſe offerentibus ſępe loquitur Scriptura, ut Jud. 5: 2. התנדב עם, *ſponte ſe obtulit populus* contra Siſaram dimicaturus. Sic Amaſia 2 Chron. cap. 17: 16. dicitur המתנדב ליהוה, *ſponte ſe obtuliſſe Deo* ut bellum gereret contra hoſtes ejus At verò populus hoc loco non modò dicitur *ſponte ſe offerre*; ſed & ipſe eſſe נדבות, *oblatio voluntaria*: ut aliquid peculiare hîc ſubeſſe neceſſe ſit. Abſurdè enim dicerentur Aner & Eſcol, & Mamre, eſſe oblationes, ſeu ſacrificia, quę ablata ſint Abrahamo. Abſurdè diceretur, Iſraëlitas fuiſſe oblationes Davidi conſecratas: nam ſoli Deo offeruntur oblationes & ſacrificia. At verò Apoſtolus ait expreſſè Rom. 15: 16. *ſe miniſtrum eſſe Jeſu Chriſti apud Gentes, ut eis offerat oblationem Gentium ſanctificatam per Spiritum Sanctum*: quo loco illum ad hæc Davidis verba alluſiſſe penè juraverim. Sic Rom. cap. 12: verſ. 1. Jubemur *corpora noſtra*, hoc eſt, *Nos ipſos*, *offerre in ſacrificium vivum*, *ſanctum*, *acceptum Deo*. Non eſt opus pluribus docêre, quale ſit hoc ſacrificium, ſeu ſpontanea hęc oblatio, quâ nos offerimus Chriſto. Multos Euchariſtici hujus Sacrificii ty-

pos

pos in legalibus ſacrificiis reperire eſt, uti hæc ſunt. Quòd ſolùm animalia ruminantia offerebantur Deo; Quòd ſoli renes & jecur illi adolebantur; Quòd nil claudum, nil deforme, nil impurum ad ejus aras admovebatur; Quod non canis pretium, non quæſtus meretricis; Quòd primitiis tum jecoris tum fructuum gauderet potiſſimùm Deus; Quod Sacerdotibus in Terra Chana nulla portio. Hæc & alia Chriſtianæ hujus oblationis naturam adumbrâſſe docêre facile ſit; ſed iis immorari diutiùs non eſt hujus loci, neque temporis.

Id tantùm urgendum venit, has oblationes dici נדבות. hoc eſt, *voluntarias ſeu ſpontaneas*; quia maximè differunt Euangelicæ oblationes à Legalibus; quòd ad has ſervili quodam metu Veteres adigerentur; *Lex enim erat inſtar durioris Pædagogi*, Gal. 3: verſ. 24. & *jugum ſervitutis*, Gal. 5: 1. & *ſpiritus ſervitutis ad metum*, Rom. 8: 14. Nunc verò, cùm jugum ſuave & onus leve Chriſtus nobis impoſuerit, nemo verè Chriſtianus eſt, qui non illud ſponte totoque animi affectu ſubeat. Ideò Cant. 6: 11. Sponſa *jactat currus populi ſui voluntarii* מרכבות עמי נדיב, id eſt, *toto impetu, & albis quadrigis*, quod ajunt, ad Chriſtum tendentis. Ii nempe, quos ſemel ad ſe pellexit, curſim ad eum feruntur, & alacritate ſumma, Cant. 1: 4. *Et ſequuntur agnum ubicunque*, Apocal. 14: 4. Et *Gentes, quæ non noverant ipſum, currens ad eum*, Eſa. 55: 5. *currens neque fatigabuntur*, Eſa. 40: 31. Hujus ſe alacritate participem fieri poſtulat David Pſalm. 51: 14. רוח נדיבה תסמכני, *ſpiritu libertatis, alacritatis, ſpontaneitatis, fulcies me.* Id nimirum eſt, quod Deus exigit ante omnia; quo potiſſimùm Rex noſter delectatur, cujus *regnum in nobis eſt*, Luc. 17: 21. Cæteri Reges parum de ſubditorum affectu ſollicıti ſunt, modo facta ne deſint; unde vox tyrannica, *Oderunt, dum metuant.* At nos Regem habemus καρδιογνώστην, qui ſcrutatur intima: apud quem *velle* plus etiam eſt quam *facere*. Quare cùm dicere ſoleamus, aliquem non *velle* modò, ſed & *facere*; Apoſtolus planè contrà, 2. Cor. 8; 10. *οὐ μόνον τὸ ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν προενήρξασθε.* Ut ſciamus, quo in pretio ſit apud Deum ſincerus animi affectus, in hujus rei typum ſoli renes & jecur, quibus interiores affectus ſignificarentur, Deo adolebantur ſub Lege. Qua de re vide inſignem locum, 1. Chron. 28: 9. Quid quòd ad totum Tabernaculi veteris ædificium, nonniſi נדבות, hoc eſt *oblationes voluntarias* inſumi voluit Deus; ut habetur Exod. 25. ℣. 1. & 35. ℣. 5. Quo tandem fine, niſi ut ſciremus, alterum illud tabernaculum *ἀχειροποίητον* eadem ratione inſtaurandum, nempe ex lapidibus vivis, qui ſe Chriſto ſponte offerrent & conſecrarent.

Porrò & id notandum eſt, ſummam hanc animi alacritatem in Eccleſiæ Chriſti primordiis viguiſſe potiſſimùm. Sic Act. 2: 41. *Οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ ἐβαπτίσθησαν*: Et Act. 17: 11. Nobiliſſimi Theſſalonic. dicuntur recepiſſe verbum Euangelii, *μετὰ πάσης προθυμίας*; De quo potiſſimùm tempore hic agi conſtat ex ſequentibus. Hic & illud obſervandum eſt, quòd Nos, qui olim eramus Lo-Ammi, hìc vocamur Ammi, ut Oſ. 1: ℣. 9. & 2. ℣. 1. & Rom. 9. ℣. 25; qui titulus magnificus eſt, & plenus conſolationis: nam quicunque eſt populus Dei, Deus eſt Deus illius, Oſ. 1. ℣. 9. *Deus non rejecit populum, quem elegit*, Rom. 11: ℣. 2. Et verò quiſquis eſt populus Dei, is pariter eſt filius Dei, ut patet ex Antitheſeos ratione.

Secundò, ביום חילך, LXX. Interpr. *ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου.* חיל & *robur* & *potentiam* ſignificat, & *exercitum* & *copias*. Ultima ſignificatio Hebræis magis arriſit, novitiiſque Interpretibus omnibus; ita tamen, ut alii *diem exercitûs* dici putent *diem, quo cogitur exercitus*, vel conſcribuntur copiæ. Sic Selomo Jarchi, David Kimchi, R. Jehoſuah, &c. Alii *diem exercitûs* putent *diem congreſſûs, ſeu prælii.* Quo ſenſu Prov. 21: 31. dicitur יום מלחמה. Ita Chald. qui reddit ביום אגחותא קרבא. id eſt, *in die belli congreſſus.* Ut dicam, quod ſentio; malim hic cum Græcis חיל *potentiam* vertere; quæ ſignificatio primaria eſt & maximè uſitata; *Diem potentiæ* dici puto tempus, quo Chriſtus exeruit potentiam ſuam per reſurrectionem è mortuis. Tum nempe dicitur *ὁρισθεὶς υἱὸς Θεοῦ ἐν δυνάμει*, *declaratus* fuiſſe *filius Dei potentiâ*, Rom. 1: 4. Quod ipſum urget Apoſtolus in concione, quam habuit Antiochiæ, Act. 13: 33. Sic & Eph. 1: 19, 20. dicitur Deus in Chriſto exercuiſſe *τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ cum Chriſtum excitavit a mortuis.* Quod ergo tempus *dies ſalutis* dicitur Eſa. 49: 8. & 2. Cor. 6: 2. eò quòd in illo ſalus revelata eſt Gentibus, idem *potentia Chriſti dies* dicitur: quia tum potentiam ſuam efficaciter exeruit devicta morte & Inferis, & opimis ſpoliis ab ipſo Diabolo reportatis.

Hic id etiam obſervandum, quòd Propheta, cùm dicit Gentes fore inſtar oblationum Chriſto die potentiæ ejus, hoc eſt, quo victoriam ab hoſtibus reportaverit, alludit ad morem inter omnes gentes *πολυθρύλλητον*, quo victores ſolebant oblationes & ſacrificia Deo offerre in ſignum gratitudinis. Exempla hujuſmodi ſacrificiorum habes Num. 31: 50. Jud. 11: 31. &c. Idem Ethnicos factitâſſe ipſa victimæ & hoſtiæ nomina abundè docent. Ovid. Faſt. lib. 1. v. 336.

Victima, quæ dextrâ cecidit victrice vocatur;
Hoſtibus à domitis hoſtia nomen habet.

Idem ergo eſt, ac ſi David dicat futurum, ut Gentes in ſignum gratitudinis ob aſſertam potentiam, & victoriam in ſuum bonum reportatam, Chriſto non alias oblationes, quàm ſemetipſos, oblaturos, Quæ Gallice ſic ſonant: *Ton peuple lui même ſera les offrandes volontaires, qui ſe preſenteront en ſigne d'action de graces, le jour de ta victoire, ou de ta puiſſance*, id eſt, *le temps, auquel ta puiſſance ſe ſera deploiée par ta mort & par ta reſurrection.* Alioqui, ſi quis ביום חיל, vertat *in die exercitûs cogendi*, non vehementer repugnabo; cùm maximè immenſa illa Gentium multitudo, ad Chriſtum confluxura, ſæpe à Prophetis deſignetur nomine חיל; ut Eſa. 60: 5. חיל גוים יבאו לך. *Exercitus Gentium ad te venient*; & v. 11. להביא אליך חיל גוים. Quibus locis agitur de Vocatione Gentium, quæ item Ezech. 37: 10. vocantur חיל גדול מאד מאד, *Exercitus quam maximè numeroſus.* Sic igitur ſenſus erit, fore ut Gentes ſe ſe coram Chriſto ſiſtant tanquam oblationes ſpontaneas, quàm primùm venerit tempus Vocationis illorum; quo Chriſtus eas numeroſi exercitûs inſtar ad ſe aggregare decrevit. Sic Eſaias loco citato v. 22. dicit id futurum בעתה *in tempore ſuo.* Hæc eſt illa dies, hoc eſt tempus, quod vocat Apoſtolus Eph. 1: 10. *οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν*; quibus decreverat Deus *ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ*, &c. De hoc tempore ſollicitè quærebant Apoſtoli humanâ quâdam *πονηρίᾳ*, *quandònam ſcilicet Chriſtus regnum Iſraël reſtituturus eſſet*; quibus reſpondet; *illorum non eſſe, tempora noſſe, quæ Deus in propria poteſtate reſervavit*, Act. 1: 7.

Tertiò, בהדרי קדש. Hieronymus vertit, in

in montibus ſanctitatis; legit ſine dubio בהררי pro בהדרי, *Reſch* pro *Daleth*. הדר & הדרה decorem, pulchritudinem eximiam, ſplendorem ſignificat. Hinc עץ הדר, *arborem decoris citrum* dici putant Hebræi, Levit. 23: 40. הדרת המלך eſt *Majeſtas Regis*, Prov. 14: 28. בהדרי קודש. *in ſplendoribus ſanctitatis*, offerendas illas oblationes ait Pſaltes; hoc eſt, non externâ pompâ inſignes ad inſtar cæterorum ſacrificiorum; ſed longe diverſâ, in ſanctitate ſitâ. Sic Eph. 5: 27. ad ſanctitatem refertur tota Eccleſiæ Chriſti gloria his verbis: *Ut ſiſteret eam ſibi glorioſam*, id eſt, *nullam habentem rugam, aut maculam, aut quicquam ejuſmodi; ſed ſanctam & inculpatam.* Hic eſt ille decor, *hæc gloria filia Regis*, quæ פנימה, *intus latens*, Pſalm. 45: 14. ſeu *in interiore homine*, Eph. 3: 16. Sic 1 Pet. 3: 3, 4. piarum mulierum *ornatus* is dicitur eſſe, *non qui externus eſt in capillorum cincinnis, & auri additione, & amictu palliorum, ſed in homine, qui eſt in corde occultus, in ſpiritu lenitatis*, qui non corrumpitur: & hic, inquit, eſt ornatus, qui coram Deo ſumptuoſus eſt.

Sed quantumvis arrid at hæc interpretatio, eſt & alia quæ videtur commodior; ſi per הדרי קודש, Locum Sanctum ſeu *Sanctuarium* intelligamus; in ea ſententia eſt David Kimchi, qui per הדרי קודש, Jeruſalem intelligit, quę dicitur יפה נוף, *pulchra climate*, & *gaudium univerſa terra*, Pſalm. 48: 3. Et Lxx. Interpretes, qui reddunt ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων, nam, τὰ ἅγια, *ſunt Sancta ſanctorum*, Heb. 8: 2. quę etiam קודש, *ſanctitas*, Hebræis dici ſolent, ut Lev. 16: 2. &c. & הדרת קודש *ſplendor ſanctitatis*, ut Pſal. 29: 2. השתחוו ליהוה בהדרת קודש, *Incurvate vos Domino in ſplendore ſanctitatis*, id eſt, in Sanctuario. Idem habetur 1 Chron. 16: 29. & Pſalm. 96: 6. quibus locis Lxx. Interpr. ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ: tale quid etiam innuitur 2 Chron. 5: 21. Obſervat Kimchi nomen הדרה, ſive הדר, nuſquam alibi extare plurali numero; neque fortè id otioſum. Hinc collige agi περὶ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, quàm ſit τὸ ἅγιον κοσμικὸν, *Mundanum illud Sanctuarium*, uti ab Apoſtolo per contemptum vocatur, Hebr. 9: 1. & v. 11. Ideò prius Sanctuarium vocabatur *ſplendor ſanctitatis*; at Chriſti Sanctuarium *ſplendores ſunt Sanctitatis*. Hujus quippe lumen non uno in loco reſidet, ſed undiquaque diffuſum eſt, iiſque affulſit, quos umbræ lethales invaſerant, Eſa. 9: 2. Hoc enim Sanctuarium, *hæc Dei domus*, eſt Eccleſia, 1 Tim. 3: 15. quæ jam non uni populo affixa eſt, & tanquam glebæ addicta; ſed *Chriſtus eſt omnia in omnibus*, Col. 3: 11. Hujus Sanctuarii gloria qualis futura ſit diſce ex Agg. 2: 7. & ſequent. Quanto major & ſuperior gloriâ Primæ Domûs?

Patet ergo Prophetam, poſtquàm tempus deſignavit, quo futurum erat ut Gentes ſe ſe in ſacrificium offerrent, locum etiam quaſi intento digito monſtrare, nempe Chriſti Eccleſiam, extra quam nulla ſalus. Verum quidem eſt, quod ait Malachias cap. 1: 11. *Ab Ortu ſolis uſque ad Occaſum magnum fore Dei nomen in Gentibus, & ubique offerendam illi oblationem puram*: modò tamen id fiat בהדרי קודש, *in vero Sanctuario*, hoc eſt, in Eccleſia, ut ne quis ſperet ſufficere, נדבות *animi affectus* offerat Chriſto, dum profanis cœtibus immiſcetur. Ut enim olim nefas erat illa ſacrificia ullubi offerri, pręterquam Jeroſolymis in Sanctuario; ſic hodie diſplicet quicunque cultus illi extra veram Eccleſiam exhibetur. Et verò alibi fortè pietatis umbra & larva quædam eſt, at הדרי קודש, verus ſanctitatis fulgor, vivaque ejus imago, non alibi quàm in Eccleſia. Jam & alia ſequuntur non minùs notanda.

Quartò משחר, מרחם משחר, plerique nomen eſſe agnoſcunt ejuſdem ſignificationis cum שחר, *aurora*; alii, quia hæc nominis forma alibi non occurrit, quamvis ſit analoga (eſt enim formę מקדש) putant eſſe vocem compoſitam ex præpoſitione מן & שחר; ut ſit *ab aurora*; ſed deeſt *daghes* in ש ad ſupplendum defectum τοῦ *Nun*. Ego putem eſſe nomen ſine ulla præpoſitione מרחם משחר, *a matrice auroræ*: neque me movet, quòd hæc forma nominis alibi non occurrat; ſufficit quod eſt analoga; nec Interpretum Lxx. Authoritas, qui ſic habent, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου; cùm iis puncta vocalia defuiſſe jam diximus.

לך טל ילדתך, Ad verbum, *Tibi ros juventutis tuæ.* Lxx. Interpr. planè alieno ſenſu vertunt, ἐγέννησα, ut eos legiſſe oporteat ילדתיך pro ילדתך. Sed quod mireris magis duas voces integras לך טל reliquerunt ἀνερμηνεύτους.

Vanum & ſuperfluum eſſet futiles ſenſus refellere, quos his vocibus affingunt Rabbini. Eas ” cum antecedentibus ſic jungit R. Selomo; cui ” placet hæc de Abrahamo dici. *In ſplendoribus* ” *ſanctitatis*, id eſt, propter meritum ſanctitatis, ” quæ fuit in te; *à matrice, ab aurora*, id eſt, ab ” utero matris tuæ, ab ineunte ætate; quia, in- ” quit, *Abraham tertio ætatis anno agnovit Creato-* ” *rem ſuum*; quod habet ex Thalmude; *tibi ros* ” *pueritia tua*, id eſt, tibi imputabitur pueritia ” tua, viæ rectitudinis, quibus aſſueviſti à pue- ” ritia tua, erunt tibi ornamento, ſicut ros iſte ” qui eſt amœnus & pulcher. R. Aben-Ezra ad ” Davidem refert poſt R. Moſem: ait enim his ” innui in Davide poſt tot bella exantlata juveni- ” lem vigorem ſupereſſe rori ſimilem, qui ſtatim ” ab excluſione auroræ in terram ſpargitur. Ad- ” dit enim matricem hic idem eſſe quod בקיעה, ” excluſionem auroræ, ut habetur apud Eſaiam ” 18: 8. יבקע כשחר אורך, *excludetur ſicut aurora lux tua.* Rabbi Jeſua hæc de iis populis dici putat, qui ad Davidem Regem confluent; ut hic ſit ” ſenſus, Populus tuus ad te veniet ut pluvia ” ſpontaneitatum; & videbis eum in die quo co- ” ges exercitum. In *pulchritudine ſancta ab utero* ” *aurora*; id eſt, à tempore quo aſcendit aurora ” venient *ad te*. Sicut *ros juventutis tuæ*, id eſt, ” quem conſueviſti videre *in juventute tua*, nempe ” cùm eſſes Paſtor ovium. R. David Kimchi ſic, ” In die quo conſcribes exercitum populus tuus ” ſponte veniet in terra ſanctitatis, id eſt, Hie- ” roſolymis. Dies, qua exiviſti ex matrice, is ” fuit tibi aurora, id eſt, ad bonum tuum; ros ” ille, qui deſcendit quando natus es, tibi fuit; ” quaſi dicat, ex utero exiviſti ad regnum, & ” benedictionis tibi fuit aurora. Chaldęus In- ” terpres his paulo antiquior non auſus, ut ego ” quidem puto, ea, quę adhuc ex purioris Synagogę monumentis extabant, planè diſſimulare; ſed neque quicquam dicere volens, quod Chriſtianorum cauſę faveret, cui erat hoſtis infenſiſſimus, neſcio quem medium ſenſum confinxit, qui partim ad ſpirituale Meſſię, partim ad temporale Davidis regnum contorqueri poſſet. Is enim ſic habet. ” Populus tuus erit ex domo Iſ- ” raël, qui ſponte ſe addicunt ſtudio Legis; in ” die bellici congreſſûs delectaberis cum ipſis in ” laudibus ſanctitatis miſericordię Dei, feſtinabunt ” ad te ſicut deſcendit ros, attendent ad ſpem ge- ” nerationis tuę. Obſervant Viri Magni Mi- ” drash, hoc eſt, commentatorem antiquiſſimum ” Pſalmorum in Pſalm. cap. XVIII. hęc verba ad ” Meſſiam referre, ſed Liber non eſt ad ma- ” num.

Hęc ex Hebręis erui majori labore quàm fructu: ſunt tamen & nonnulla, quę ad uſum noſtrum

referri poſſunt: quod antequam doceamus eorum ſententia amovenda eſt, qui pio quidem, ſed planè alieno, ſenſu hæc ad Chriſti nativitatem referunt: quippe hic Pſalmus ea tantùm habet, quibus Divina Chriſti Majeſtas aſſeritur. Et verò orditur à Chriſti ſeſſione ad dexteram; ut eos, qui hunc verſum ad ejus infantiam trahunt, parum ſollicitos eſſe oporteat, quomodo hæc cum antecedentibus cohærere faciant. Ego in eo nil non pertinere puto ad vocationem Gentium.

Ait igitur *à matrice auroræ* Chriſto adfuturum rorem juventutis ſuæ; hoc eſt, juvenes ſuos roris inſtar per terram diſſeminandos: quæ quò pertineant indicare conabor, quamprimum obſervavero quàm apta quàm concinna hic ſint omnia, quàm naturali pulchritudine aſſurgat oratio. Matricem auroræ Aben-Ezra, ut jam diximus, vocari putat emerſionem auroræ, ſive id unde aurora emergit: atqui in Scriptura matrix nonniſi matri tribuitur; ego igitur matricem auroræ tribui crediderim, quia quæcunque cum illius ortu apparent ex ejus gremio quaſi educi videntur. Sic, quia Lucifer primo diluculo oritur, dicitur Auroræ filius Eſa. 14: 2. Tale eſt quod à Poëta confictum eſt, Zephyrum ab Aurora genitum fuiſſe, ut habet Heſiodus in Theog. quia ſolis exorientis jubar ſuavis aura ſolet præcedere; à qua etiam nonnulli Auroræ nomen illi obtigiſſe volunt. Atque ut illi hîc matrix, ſic alibi tribuuntur palpebræ, Job. 3: 9. & 41: 9. & alæ, quas ſuper terram expandit, Job. 38: 13. quibus attingit ad extrema marium, Pſ. 139: 9. non aliter quàm in Alexandra Lycophronis,

Ἠὼς μὲν αἰπὺν ἄρτι Φηγίου πάγον
Κραιπνοῖς ὑπερέπτατο Πηγάσου πτεροῖς.

id eſt:

Aurora celſum ad uſque Phagis jugum
Citis ſupervolârat alis Pegaſi.

Ut ſciamus & Scriptoribus ſacris ſuas eſſe delicias.

Porrò ut mare ex matrice terræ eductum dicitur, Job. 38: 8. ita hoc loco *ros ex Auroræ matrice.* Certè, ſi propriè loquamur, pluvia non habet patrem, & nemo eſt qui generet guttas roris, ut habetur Job. 38: 28. Ab Aurora tamen ros generari fertur, quia matutinus eſt; unde Oſ. 13: 3. vocatur טל משכים *ros matutinus:* & mane cecidiſſe legitur Exod. 16: 13. Quare & Græci guttam roris πρώιμα vocant, ut obſervat Theocriti Scholiaſtes Id. 4. τὴν σταγόνα τῆς δρόσου πρώιμα λέγειν ἀπὸ τοῦ πρωὶ πίμπτεσθαι. Sic Virgilius in Epigram.

Aurea fulgebat roſeis Aurora quadrigis,
Et matutino rore madebat humus.

Ideo aurora roſcida dicitur à Virg.

Roſcida Puniceo Pallantias exit amictu.

Ovidius ad Lucianum v. 282.

Hunc Aurora diem ſpectacula tanta ferentem
Quamprimum croceis roſcida portet equis.

Et rorare genis ſuis Ovid. Faſt. lib. 3. v. 403.

—— cum croceis rorare genis
Tithonia conjux cœperit, &c.

Et rores mittere, Cic. lib. 1. de Divin.

Quamprimum gelidos rores Aurora remittit.

Poëtarum nonnulli ferè eodem ſenſu rorem Jovis ſive aëris filiam eſſe dixerunt, matutini nempe aëris. Sic Alcman Poëta apud Plutarchum de Cauſ. Natur. Cauſ. 24. Διὸς θυγάτηρ ἔρσα. Sic & Hebræi non raró טל השמים, *ros cœlorum*, id eſt, aëris, Gen. 27: 28. Deut. 33: 28. & Prov. 3: 20. dicuntur שחקים, hoc eſt, tenuiſſimi aëris nubes ſtillare rore.

De roris præſtantia hîc dicere nihil neceſſe eſt. Rorem vocat Moſes cœlj delicias, Deut. 33: 13. hoc carere inter Dei maledictiones cenſetur, 2. Sam. 1: 11. 1. Reg. 17: 1. Agg. 1: 16. Hoc aſpergi ſummæ benedictionis inſtar habetur, Gen. 27: 28, 40. Job. 29: 19. &c. Et ſi hoc unum excipias, quòd quia ros citò perit rebus evanidis comparatur Oſ. 6: 4. & 13: 3. cæteroquin rori præſtantiſſima quæque conferantur: ut Dei verbum, Deut. 32: 2. Eſa. 26: 19. Fraternæ concordiæ ſuavitas, Pſalm. 133: 3. Regis benevolentia, Prov. 19: 12. Dei gratiæ ubertas, Deut. 33: 28. Zach. 8: 12. Chriſti beneficia, Cant. 5: 2. Deus ipſe beneficia ſua in Eccleſiam largâ manu effundens, Eſa. 18: 4. Oſ. 14: 3.

Ros juventutis.

At hic rori comparatur juventus. Neque id novum eſt ut juvenilis ætas cum rore conferatur, quia tenera eſt & vegeta tamen. Hujus rei extat inſigne exemplum Hom. Odyſſ. ι. verſ. 221. ubi Ulyſſes agens de iis, quæ in antro Polyphemi viderat, etiam de hœdis & agnis ſic narrat quo ordine diſpoſiti erant,

- - Χωρὶς μὲν πρόγονοι, χωρὶς δὲ μέτασσαι
Χωρὶς δ' αὖθ' ἕρσαι - - -

Seorſim quidem erant progenitores, ſeorſim verò qui mediæ ætatis, ſeorſim verò ibi rores, ad verbum. In quem locum ſic Didymus, ἕρσαι νεογνοὶ ἀπαλαὶ καὶ δροσώδεις ἀπὸ τῆς ἕρσης καὶ ἐνδεεῖς τῇ ἡλικίᾳ. *Rores* dicuntur nuper natæ & tenellæ & rorulentæ a nomine ἕρσης *roris*, & *debiles ætate* (qua de re neſcio fortène an conſilio factum ſit, voces harum ſignificationum apud Hebræos ſono finitimæ ſint. Ros טל, טלה agnus, טלי puer, טליתא puella: unde Marc. 5: 4. Ταλιθὰ κοῦμι.) Id tamen locum habere hîc non puto, vero propius eſt, ut propter ingruentium numerum & impetum eos rori comparari dicamus, qui ſub Chriſto militaturi ſunt. Sic enim Cuſchai Abſalomo 2. Sam. 17: 12. *Aggrediamur eum ubicunque locorum reperietur, & commodè ingruamus ei, quemadmodum cadit ros ſuper terram: ſic non relinquetur ex iis unus.* Hæc igitur eſt una ex quatuor ſimilitudinibus, quibus ſolet uti Scriptura, ut nobis multitudinem immenſam ponat ob oculos; utitur, inquam, vel pulveris terræ, vel arenæ maris, vel ſtellarum cœli, vel roris nubium ſimilitudine. Certum eſt à Romanis olim non abſimili de cauſa *Rorarios* appellatos fuiſſe levis armaturæ milites, qui primi manus conſerebant, qui apud nos hodie, *les enfans perdus.* Hoc habeo ex Varrone lib. 6. de lingua Latina cap. 3. ubi illum Plauti locum explicans in Frivolaria: *Ubi rorarii eſtis? en ſunt. Rorarii*, inquit, *dicti a rore*, qui bellum committebant antè, ideò quòd antè rorat quàm pluit. Sic Nonius Marcell. c. 18. Rorarii appellabantur milites, qui, antequam congreſſæ eſſent acies, primò inibant prælium: tractum quòd ante maximas pluvias cœlum rorare incipiat. Lucil. Sat. l. 7. *Quinque haſtæ aureolo cinctu rorarius velox.* Idem lib. 10. *Ponè paludatus, ſtabat rorarius velox.* Varro de vita populi Rom. lib. 3. &c. Hactenus Nonius. Feſtus, *Rorarios milites vocabant, qui levis armaturâ primi* prælium committebant, quod ut *ante nubem ferè rorare ſolet, ſic illi, qui ante gravem armaturam prodibant Rorarii dicti.* Idem addit, *Rorarium vinum* dictum quod *Rorariis dabatur.* Ita ergo ros juventutis dicuntur juvenes roris in morem ingruentes.

Hîc enim nomine ילדותך, non tam pueritiam illius, de quo agitur, aut juvenilem aut puerilem ætatem intelligimus, quàm juvenum ad eum confluentium ſeu puerorum ejus turbam; quamvis fatear ילדות, pueritiæ tempus ſignificare Eccleſ. 11: 9. *Lætare juvenis* בילדותך, & Eccleſ. 11: 10. הילדות, *pueritia & juventus ſunt vanitas.* ילדות alibi non occurrit in Scriptura. Sed quid obſtat, quominus Hebræa vox ſit anceps,

ceps, ut Latina *Juventus*, quæ non tempus modò ſeu ætatem ſignificat, ſed & juvenum agmen & turbam: Æn. 2. *Trojana juventus circumfuſa ruit.* Sic Græcè νεότης ſæpe ſumitur. Et Gall. *la jeneſſe*, id eſt, *les jeunes gens*. Vel etiam ילדות à ילד, *generare*, *generationem* ſignificabit, ut תולדות; qua in ſententia fuit Chaldęus Interpres, qui vertit תולדתך. Sed hęc de verbis plus ſatis. Jam ut ad rerum medullam veniam duo docenda ſuperſunt. 1. Cujus Auroræ hìc fiat mentio. 2. Quis ſit ille ros juventutis, qui ex illius matrice emergere, & ad Chriſtum ſe conferre dicitur.

1. Qualis ſit hæc Aurora ex proximè præcedentibus abundè patet; ea nimirum eſt ortus *diei potentiæ* Chriſti, vel *diei*. quo cogitur *ejus exercitus*, de quo jam antea actum eſt; quę quidem dies hodiéque durat, & ad finem ſæculi durabit: nam ad orbis uſque conſummationem novi milites in dies huic exercitui aggregabuntur. Sed ejus dici aurorara vocamus tempus illud, quod Chriſti reſurrectionem proximè ſequutum eſt; tum nempe *illuxit dies*, & φωσφόρος (alludit fortè ad Verſionem LXX. πρὸ ἑωσφόρου) *Lucifer in cordibus noſtris exortus eſt*, inquit Petrus 2. Epiſt. 1: 19. & Paulus Rom. 13: 12. *Nox præterita eſt, acceſſit dies*; & Johannes 1 Epiſt. 2: 8. *Tenebræ præterita ſunt, vera lux jam lucet.* Hujus auroræ diluculum eleganter deſcribit Zachar. 14: 6, 7. *In illa die lux nec erit clara nec obſcura, & erit una dies*, &c. *neque dies erit neque nox; ſed lux erit quaſi ſub veſperam.* Quare Oſ. 6: 3. Chriſti adventus auroræ comparatur; Et Luc. 1: 78. vocatur ipſe *Oriens ex alto*. Atque hæc quidem eſt generalis quędam aurora reſpectu Gentium in genere; ſed & eſt aurora quædam peculiaris, cùm ſingulis ſe ſe per Spiritum ſuum revelat Chriſtus, & in eorum cordibus exoritur Juſtitiæ Sol, quo nativę mentium noſtrarum tenebrę fugantur & diſpelluntur. Verùm hìc de priori potiſſimùm ſermo eſt, cujus radii toto orbe diffundi cœperunt, cùm Euangelium per Apoſtolos promulgatum eſt. Tum nimirum, *Qui juſſit olim lucem è tenebris illuceſcere, luxit in eorum cordibus ad illuminationem cognitionis gloriæ Dei in facie Jeſu Chriſti*, 2 Cor. 4: 6.

2. Atque ex illius Auroræ matrice, hoc eſt, ex cognitionibus per Euangelii promulgationem in dies efflореſcentis fœcundâ quâdam vi, prodiit ros juventutis, quę ſe Chriſto conſecravit, ſive ros generationis Chriſti; ex aliûs ſolis aurora ros alius quàm vulgaris; Fidelium nempe numerus tantâ copiâ, quantâ roris guttæ circa auroram decidunt. Eadem in hoc argumento ſimilitudine utuntur & alibi Prophetę, & fortaſſe Jud. 6. Mich. 5: 7. *Erunt reliquiæ Jacobi inter populos multos, ſicut ros à Jehova, & ut tenues pluvia*, &c. Sic Zach. 8: 12. Neque immeritò cœleſtis illius roris generandi vis huic aurorę tribuitur; quippe non aliter quàm per Chriſti in Euangelio prędicati cognitionem regeneramur, & novę vitę participes ſimus; quare Is dicitur *juſtificare multos cognitione ſui*, Eſa. 53: 11. Euangelium enim eſt *ſemen incorruptibile regenerationis*, 1 Petr. 1: verſ. 23. *Eſt potentia Dei ad ſalutem cuivis credenti*, Rom. cap. 1: verſ. 16. *Et hæc eſt vita æterna ut te cognoſcant*, &c. Joh. cap. 17: verſ. 3.

3. Quòd ſi alias rationes diſquirere lubet, ob quas roris nomine vocetur Eccleſia, eę plures ſe ſe offerent. 1. Quidni enim Eccleſiam ęquè ac rorem Deut. 33: 13. imò magis quàm rorem, *cœli delicias* vocare liceat? 2. Mich. 5: 7. *Ros eſt à Jehova, non expectatur a viro, non deſcendit à filiis hominum.* Ita & Eccleſia, neque enim fideles *nati ſunt ex ſanguine, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate hominis, ſed à Deo ſunt.* 3. *Ros ex aëre tenuiſſimo* Prov. 3: 20. tenuis ipſe & ut plurimum in herbis infimis & aures & prope oculos fugit. Sic ſtulta & infirma, & infima & abjecta mundi elegit Deus, *neque multi nobiles eſtis, neque*, &c. 4. Roris tamen eſt magna vis, magna fœcunditas, vide Eſa. 18: 4. 26: 19. ita Eccleſię, &c. Oſ. 6: 4. 5. Atque ut ros ſole efferveſcente evaneſcit, ſic externa Eccleſię *facies infuſcatur à ſole perſequutionum*, Cant. 1: 6 *& ſole exorto ſemen, quod ſine radice eſt, ejus ardore ſaltem evaneſcit*, Matth. 13: 6, 21. Talia multa in hanc rem adduci poſſent, ſed quę non ſunt hujus loci.

4. Sed & id quęri poteſt, cur juventutis nomine nuncupentur, qui Chriſti fidem noviſſimis temporibus amplexuri ſunt. Ratio eſt in promptu; hìc Chriſtum nobis proponit Propheta inſtar Regis exercitum conſcribentis; juniorum autem eſt arma capeſſere; Ovid. 15. Met.

Tranſit in æſtatem pòſt ver robuſtior ætas;
Fitque valens juvenis; nec enim robuſtior ætas
Ulla, nec uberior, nec quæ magis ardeat ulla.

Euripid. in Menal.

Παλαιὸς αἶνος ἔργα μὲν νεωτέρων.

Juvenis etiam vocari poteſt Eccleſia Chriſtiana, ſi cum Judaica conferatur: hinc illud Cant. 8: 8. *Habemus ſororculam*, cujus mammę nondum exoriantur; de Eccleſia Gentium ſermo eſt, quam grandęvâ jam Synagogâ primam naſci voluit Deus. Ad rem facere non puto, quòd Chriſtus nos infantum ſimiles eſſe jubet, morum nempe ſimplicitate, ut regni cœlorum compotes fiamus.

5. Quòd ſi ילדות, *generationem*, vertere quis malit, neque id caret exemplo, ut Eccleſia à Chriſto genita dicatur; Eſa. 53: 10. dicitur *viſurus ſemen multum.* Pſalm. 22: 31, 33. *Semen ſerviet ei*, Chriſto. *Nunciabitur juſtitia ejus* לעם נולד, *populo generando*, ab ipſo nempe. Pſalm. 102: 19. עם נברא, *populus creandus* laudabit Dominum. Is nempe eſt verus ille Iſaacus in quo, poſtquam reſurrexit à mortuis Hebr. 11: 18, 19. vocati fuimus ſemen, Gen. 9: 7. Nam benedictionis Abrahamo promiſſę participes factę ſunt Gentes per Chriſtum, Gal. 3: 14. Huc pertinet quòd hæc Eſaię verba ad Chriſtum refert Apoſtolus Hebr. 2: 13. *Ecce me* והילדים, *& liberi quos dediſti mihi.* Ipſe ſuos vocat τέκνα, Marc. 10: 24. & τεκνία, Joh. 13: 33.

Jam ut contrahamus in pauca quidquid dictum eſt; totum hunc verſum hac periphraſi ſic explicamus. Populus tuus erit inſtar oblationum voluntariarum, dum ſe ſe totum tuo cultui mancipabit & devovebit in ęternum, quo tempore divinam tuam potentiam pateſeceris per reſurrectionem mortuorum; vel, quod eódem redit, quo tempore Gentium exercitum quaſi ad te vocabis. Tum, inquam, ii ſe coram te ſiſtent glorioſi, ſancti, immaculati, vel in Sanctuario, hoc eſt, in Eccleſia Dei. Atque ut ex Aurorę utero quaſi ros prodire ſolet magnâ copiâ, ſic quamprimum cognitionis tuę jubar hominum animis illuxerit, ex cœleſtis illius Aurorę matrice, & Euangelii lucis fœcundâ quâdam & prolificâ vi, roris guttis numeroſior tibi producetur populus novus; juvenili robore inſtructus ad ſpiritualium hoſtium conatus propulſandos; vel populus à te genitus, & qui tę tanquam Patrem ſuum in ſęcula venerabitur.

Hæc chorus, hæc moto pandunt ſiparia velo.

ERUDITISSIMO
STEPHANO LE MOYNE
SALUTEM
BOCHARTUS.
VOCUM HARUM כפר ET שושנה SIGNIFICATIONES EXPLICANTUR;
Ad Illuſtration. v. 14. c. 1. Cantici Canticorum, & v. 1. c. 2.

TRANSLATIO.

Prima hæc vox כפר ab omnibus Veteribus Interpretibus, à LXX. ab Editione quinta Græca, à Vulgata, Chaldæa, Syra, &c. aptiſſimè per hanc vocem κύπρος eſt reddita; ſequentiáque iſthæc omnia ad Verſionis hujuſce veritatem approbandam concurrunt. 1. Nomen; ſiquidem ex כפר nata ſint & κύπρος & *cyprus*. 2. Idem illud ipſum, quod à Salomone de כפר dicitur, quod אשכל. ſeu *racemos*, habeat: fructus enim ejus racemorum ad formam ſucreſcit. 3. Quoque, quòd cum Nardo Cant. 4: 13. collocetur; quandoquidem folia ejus ex Dioſcoride ſint odorata; φύλλα, ait, εὐώδη. 4. Quòd eodem capitis ejuſdem quarti verſiculo Malorum Punicarum mentio fiat; Cyperus quippe & Malus Punica arbuſta ſunt cùm altitudinis tum figuræ ejuſdem: indéque Bellon Obſervat. lib. 2. cap. 74. *Ad mali punica proceritatem aſſurgit.* 5. Frequentiſſimum eſt in Palæſtina hoc arbuſtum, γεννᾶται, ait Dioſcor. δὲ ἀρίστη ἐν Ἀσκάλωνι, καὶ Κανώπῳ, Plin. ſimiliter lib. 12. cap. 24; *Optima habetur è Canopica, in ripis Nili nata.* 2. *Aſcalone Judææ*; 3. *Cypro inſulâ, odoris ſuavitate præcipua.* Joſeph. Ἁλωσ. lib. 5. cap. 4. Ubi de valle Jericho, φέρει δὲ ὑποβάλσαμον, ... κύπρον τε καὶ μυροβάλανον. Idque maximè notandum; quoniam Vallis Engadi, in qua Cyprum naſci ait Salomon, *Cant.* 1: 14. eſt Jerichuntinæ Vallis pars quædam. 6. Quibus verò rationibus poteſt deſtruere Codurcus, quæ jam aſſerui? Quibuſnam contendit כפר eſſe Myrthum? An Veterum quiſquam eodem, quo ille, ſenſu vocem illam tranſtulit? Nonne omnes in eo conſentiunt, Myrthum Hebraicè dici הדס apud Eſai. Zachar. Nehem? An verò racematim hæc ſoboleſcit? An in lingua quadam ſignatur voce aliqua, quæ ad כפר accedat? Num quis aliquando Myrthum in Valle Engadi naſci perhibuit, in qua tamen Salomon כפר oriri affirmat?

Caveas porrò, ne κύπρον cum *Liguſtro* confundas; uti fecit Plinius, uti & qui ipſum ſequuntur. Magnum eſt inter utrumque diſcrimen. Liguſtrum illud eſt, quod Gallicè vocamus *Troeſne*, paſſim ſucreſcens, quin & ſtat in horto noſtro ſepes ex eo contexta; כפר verò, ſeu κύπρος, Arabicè אלחנא *Alhenna*, eſt peculiaris quædam Judææ, Ægypti, & Cypri (quæ & nomenclaturam inde habet) planta; aromaticum quid maximéque odoratum ſpirans; cujuſque nunquam decidunt folia. Ex iis porrò foliis, quando exaruêre, farina quædam teritur, quæ fulvum inducit colorem; unde & in Orientalibus plagis mulieres quæque ſui ſtudioſæ, eâ, non ſecus quam Britanni Glaſto, corpus totum inficiebant. Hincque etiam apud Elmacinum, ab Erpenio Latine redditum, Hiſt. Sarracenicæ pag. 18, de *Abubeco* primo Mahometis ſucceſſore; itemque pag. 48. de *Muavia*, Chalifa ſeptimo; demúmque pag. 81. de *Hiſamo*, Chalifa decimo ſeptimo, perhibetur, quòd eorum quisque *Tingebat ſe Alchina & Alchetemo*, נחזב באלחנא ואלכתם ut nempe ex hoc pateat, eos magnam ſui curam habuiſſe. Jam autem harum proprietatum nulla Liguſtro ineſt; eſt duntaxat arbuſtum Cypro utcunque ſimile; ob quam ſimilitudinem erratum eſt, ambóque pro uno & eodem reputata.

Quod *Lilium convallium* ſpectat, de quo Cant. cap. 2: verſ. 1. illud meo judicio eſt vulgare lilium; quod, quanquam in hiſce regionibus innaſcatur duntaxat hortis excultis, in Judæa tamen, Syria, Ægypto, Suſiana, &c. agris paſſim accreſcit, longéque pulchrius eſt, quam quod in hortis noſtris habetur. Eáque de cauſa Suſa ab eo nomen ſumpſêre; Vetereſque medicamenta confecêre ex iis, quæ in Regionibus illis naſcebantur. Unde Plin. lib. 21. cap. 5., *Laudatiſſimum in Antiochia, & Laodicea Syriæ*; Itidemque Dioſcor. *cap. de Suſino, ſeu Lilino unguento*, lib. 1. cap. 51. Δοκεῖ δὲ διαφέρειν τὸ ἐν Φοινίκῃ, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ γινόμενον. Hæc ſcilicet ſunt lilia, quę Chriſtus *Campeſtria* vocat: Interpr. verò Syrus ܫܘܫܢܐ ܕܚܩܠܐ *Lilia deſerti*, Matth. 6: ℣. 28. quia ſponte locis etiam neglectiſſimis innaſcebantur: Salomon autem *Convallium Lilia*, quibus in locis probabile admodum elegantiora eſſe, quàm in quibuſlibet aliis; quia nempe fertiliores ſunt aliis agris convalles. Vertunt Noſtrates, *Muguet*, quod Plinii Ephemeron; quoniam Herbarii Recentiores Ephemeron iſtud ob ſimilitudinem *Lilium convallium* nuncupant; eodem errore, ac ſi *Lilium inter ſpinas*, de quo Cant. 2: 2. redderetur per *Periclymenum*, vel *Caprifolium*, quoniam illud eo nomine in officinis ſignatur. Sed hæc minimè reſpondent vocibus Hebræis שושנה, vel שושן, quæ florem ſex foliis conſtantem notant; quod neque in Ephemeron neque in Periclymenon quadrat. Tolerabilior ea in re Codurcus, quippe qui vertat *Martagonum*, quod eſt lilii ſpecies. At cur hanc affectat novitatem? cùm certiſſimum ſit in omnibus linguis Orientalibus, imo & in Phrygia שושן ſignificare *Lilium*; indéque antiquam *Suſorum* appellationem, Σώσινον μύρον apud Græcos, ac demum inter Hiſpanos *Açuçena* fluxiſſe. Poteris eam in rem Pha-

leg

leg noſtrum, col. 751. 752. conſulere, quo in loco, quæ jam dixi de ſignificatione harum vocum, Σήσαμ, & Σήσαμον, vel potiùs Σήσαμον ex Theophraſto, Plinio, Dioſcoride, Athenæo, Stephano, Etymolog. Magno, habentur demonſtrata. Quibus addi poteſt ex Heſychio, & Phavorino, Σήσαμον τὸ ἐκ κρίνου μύρον: ex Suida etiam, Σήσαμον τὸ μύρον, ἢ τὸ κρίνον: Ex Lib. denique de nominib. Hebraic. ab Euſebio conſcripto, ab Hieronymo autem Latinè converſo, ſpectantibus ad Danielem & Lucam capitibus, *Saſanna Lilium.* Si cuncta hæc, omnium Scripturæ cùm veterum tum recentiorum Interpretum conſenſus unanimis, linguarum univerſarum, Hebraicæ, Syræ, Chaldææ, Æthiopicæ, Arabicæ, Phrygiç, Hiſpanæ, &c. ſi hæc, inquam, ad vocis unius ſignificationem definiendam non ſufficiant, quibus hiſce in rębus ſtabimus argumentis? &c.

Vale.

LITERATISSIMO ET PIISSIMO VIRO,

STEPHANO MORINO,

Fideliſſimo Cadomenſis in Normania Eccleſiæ Miniſtro,

S. V.

BOCHARTUS.

Quid ſit Kikajon, de quo Jon. cap. 4. v. 6. explicatur.

Tranſlat.

Minimè dubitandum, Vir Clariſſ. quin Jonæ קִיקָיוֹן, *Kikajon*, verti debeat Latinè *Ricinus*: quę planta Gręcè κρότων, Thalmudicè קִיק, apud Herodotum σιλλικύπριον, quaſi σέσελι Κύπριον. *Paluſtres Ægyptii*, ait Is lib. 2. cap. 94. *utuntur unguento*, ἀπὸ τοῦ σιλλικυπρίου καρποῦ, τὸ καλοῦσι μὲν Αἰγύπτιοι κίκι. Quibus conſentiunt, quę apud *Strabon. lib.* 17. *pag.* 824. *Edit. Pariſ. Caſaubonianą*; Ubi de Ægypto; καὶ τὸ κίκι (lege κίκι) καρπός τις σπειρόμενος ἐν ἀρούραις, ἐξ οὗ ἔλαιον ἀποθλίβεται, εἰς μὲν λύχνον τοῖς ἀπὸ τῆς χώρας σχεδόν τι πᾶσιν, εἰς ἄλειμμα δὲ τοῖς πενεστέροις, &c. *Et kiki*; hoc eſt, Ricinus, *planta quedam in arvis ſata, ex qua oleum exprimitur, quo omnes ferè indigenæ ad lucernam utuntur; pauperioris vero ad unctionem.* Quibus etiam, quę apud Dioſcor. lib. 4. cap. 164. Κίκι, ἢ κρότων: (Οἱ δὲ, σήσαμον ἄγριον· οἱ δὲ, σέσελι Κύπριον· οἱ δὲ κρότωνα) ὠνόμασθαι κρότωνε, *Ricinus*, διὰ τὴν πρὸς τὸ ζῶον ἐμφέρειαν σπέρματος. Δένδρον δέ ἐστι συκῆς μικρᾶς μέγεθος ἔχον· φύλλα δὲ ὅμοια πλατάνῳ, &c. Καρπὸν δὲ, ἐν βότρυσι τραχέσι, λεπισθέντα ὅμοιον κρότωνι τῷ ζώῳ. ἐξ οὗ καὶ ἀποθλίβεται τὸ λεγόμενον κίκινον ἔλαιον. *Kiki, ſive Ricinus, (aliqui Seſamum Sylveſtre, alii Seſeli Cyprium appellant) appellatur Ricinus ob ſimilitudinem ſeminis ſui cum Ricino animali. Arbuſcula eſt parva ficûs altitudinem habens, folia verò Platano ſimilia, &c. ſemenque in uvis aſperis, quod decorticatum repræſentat Ricinum animal. Ex hoc exprimitur oleum, quod dicitur Oleum kikinum.* Aſtipulatur *Pl. lib.* 15. *cap.* 7. *Fit oleum & è kiki, arbore in Ægypto copioſâ: alii Crotonem, alii Seſamum Sylveſtre appellant, alii Trixin*; &c. *Noſtri eam Ricinum vocant à ſimilitudine ſeminis.* Thalmudicique Tractat. de Sabbatho cap. 2. *Oleum kikinum vocant* שמן קיק; itémque in Tradit. juris, *cum quo accendant lucernas Sabbathinas? Non cum oleo*, &c. ולא בשמן קיק, *neque cum oleo Kikino.* Et mox, Quid eſt Oleum Kik? מאי שמן קיק. Reſch Lakis reſpondet, קיקיון דיונה, *Jona Kikajon.* Eodemque capite 2. Rabbi Samuël petenti, quid eſſet Kikajon, reſpondet, שהוא הנקרה בערבי אל־כרוע, *Idem illud, quod inter Arabes Alkeroah vocatur; eſſéque ſimile*, לצלולינא, *Tzelulina.* Quibus Kimchi addit, *Tzelulibam eſſe arborem Arabibus dictam*, Alkeroa; *quæ grana habet, ex quibus fit oleum refocillandis frigidis aptum. Citò autem creſcit arbuſcula, & ante officinarum feneſtras ſeritur, ut umbram præſtet.* Unde & Hieronymus in Jonam, *Pro cucurbita, ſeu hedera, in Hebræo legimus* קִיקָיוֹן, *quæ etiam Linguâ Syrâ & Punicâ Elkeroa dicitur. Eſt autem genus virgulti vel arbuſculæ lata habens folia in modum Pampini, & umbram denſiſſimam; ſuo trunco ſe ſuſtinens; quæ in Palæſtina creberrimè naſcitur, & maximè in arenoſis locis: mirumque in modum, ſi ſementem in terram jeceris, citò confota conſurgit in arborem; & intra paucos dies, quam herbam videras, arbuſculam ſuſpicies. Unde & nos eodem tempore, quo interpretabamur Prophetas, voluimus id ipſum Hebrææ linguæ nomen exprimere; quia ſermo Latinus hanc ſpeciem arboris non habebat: ſed timuimus Grammaticos, ne invenirent licentiam commentandi vel beſtias Indiæ, vel Montes Bœotiæ, aut iſtiuſmodi portenta quedam, confingerent; ſecutique ſumus veteres Tranſlatores, qui & ipſi Hederam interpretati ſunt; quæ Græcè appellatur κισσὸς; aliud enim, quod dicerent, non habebant.* In hiſce palàm fatetur, ſe per *Hederam* vocem illam reddidiſſe, quia ignorabat hanc plantam ſpeciale quoddam nomen apud Latinos obtinêre; cæterùm ita depingit, ut omnes facilè deprehenſuri ſint, illum ea deſcriptione κρότωνα Gręcorum, Romanorumque *Ricinum*, intelligere. Idque pręprimis notandum, quòd ajat, Lingua Punicâ, aut Arabicâ, eandem illam arbuſculam vocari *Elkerea*, אל־כריע, quare potiùs eſſet ſeribendum, *Alcheroa*, vel *Alberoa*; id ipſum enim eſt nomen, quo etiam hodie Arabes apud Avicennam, Abenbitar, & Alios, indigitant. Hinc etiam in Dictionario Kir-

Kircheri Copto *pag.* 185. Kxxı, חב אלהרות *kuks* (pro *kiks*) *granum Alcheroa.* Condones, quęſo, ſi alteram à Te propoſitam quæſtionem jam non attingam, ſiquidem per otium non liceat. Alio tempore recurret. De cætero gratias ago, quòd librum tuum ad me reportâris, meumque remiſeris; iis ſiquidem maximè egebam. Vale.

Quam habuiſti concionem die Sabbati proximè præteritâ omnibus perplacuit. Obſtitêre negotia quædam, ne intereſſem; magnopere doleo.

Cadomo ſcripta 5. *Idus Feb. A. Chr.* 1658.

AMPLISSIMO VIRO
N. CARBONELLO,
Regi Chriſtianiſſimo à Conſiliis & Secretis.

Utrum quis anno ætatis 10. *liberos valeat procreare?*

Ad Illuſtrat. verſ. 20. cap. 16. lib. 2. Regum, & verſ. 1. cap. 18. ejuſdem libri.

TRANSLATIO.

Ex literis Amici tui Clariſſ. Bouſſelini intelligo, Vir Ampliſſime, Eum & ingenio dilucido, & multarum rerum cognitione præditum eſſe; illóque inprimis laudabili duci affectu, ut obſcura quæque in Verbi Divini lectioue occurrentia explanata ſibi cupiat. Optârim certè ego is eſſe, qui explanare poſſet; ſed cùm modiocris mihi adſit eruditio, paucumque, ut benè nôſti, otium, vereor ut non illud omne, quod tu ipſi es pollicitus, in me inveniat; proferam tamen liberè circa difficultatem, quam movit, quicquid penes me eſt ſcientiæ & erudirionis; quod, ſi tibi videatur, ipſi poteris communicare. Jam autem, ſi illi plene non ſatisfecerim, in eodem, quo ille, loco centeni degunt, qui plura facillimè docebunt: quorum deciſiones Ego Ipſe ultrò ſim amplexurus, ſi earum participem me facere dignarentur. Quod quæritur iſtud eſt, *Qua ratione Vir aliquis filium poſſit anno ætatis decimo gignere.* Id ſcilicet in Script. Sac. contineri pertendit Clariſſ. Bouſſelinus, hocque modo demonſtrat. 2. *Regum*. ait, *cap.* 16, 20. *ſcriptum habetur, Achazum Joathami filium, Judaæque Regem, viceſimum ætatis annum conſecutum eſſe, quando regnare cœpit. Eundemque annos* 16. *regnâſſe. Sextum ergo & trigeſimum agebat annum, cùm mortuus eſt. Ezechias filius, ut eodem loco legitur, ipſi ſucceſſit.* At *cap.* 18 *v.* 1 *legimus Ezechiam viceſimum quintum ætatis annum obtinuiſſe, quo tempore poſt patris obitum regni adminiſtrationem ſuſcepit. Ex his igitur conſtat Achazum decimum duntaxat vitæ annum aſſecutum fuiſſe ad ſummum, quando Ezechiam genuit. Mater enim menſes novem, aut circiter, in utero geſtavit, qui neceſſariò ab ea ſumma detrahendi ſunt. Adhæc* 25. *anni, qui Ezechiæ thronum conſcendenti tribuuntur, dinumerari poſſunt, uti fit quotidie; etiamſi Ille primos tantum anni viceſimi quinti dies attigiſſet.* Hęc ipſiſſima verba, quibus objectionem ſuam proponit Eruditiſſ. Bouſſelinus.

In eorum autem poſtremis aliqua ſolutionis ſpecies offertur; dum nempe ait, 25. *annos Ezechiæ dinumerari potuiſſe, etiamſi ille primos tantum viceſimi quinti dies attigiſſet.* Eo enim poſito Ezechias 24. duntaxat annos dieſque aliquot exegerat, quando regnare incepit: unde nec ejus pater Achaz Ipſum ann. ætat. 10. genuit, ſed 12, aut circiter. Si enim à 36. annis demantur 24. cum diebus aliquot; ſupererunt adhuc 12, diebus quibuſdam præciſis. Quin &, ſi adjiciantur novem Maternæ graviditatis menſes, filii conceptio, ut & ejuſdem natales in 12. patris annum, prior in initium, poſteriores in finem, incident. En igitur qualis eſſe debeat Clariſſ. Bouſſelini quæſtio, ad mentem ejus definita; *Utrum quis gignere liberos, imò & pater eſſe, anno ætatis decimo ſecundo poſſit.* Idque via naturali; cùm ex Script. Sac. colligi nequeat ſupernaturale quicquam in Ezechiæ ortu extitiſſe.

Hiſce autem reſpondeo id quidem inſuetum maximè, ſed tamen aliquoties contigiſſe, ſi modo eadem in re homines fide digniſſimos velimus audire. D. Hieronymus, ex. g. Epiſt. cxxxii. ad Vitalem, de puero quodam facit mentionem, qui nutricem ſuam gravidaverit; inque facti hujus fidem Deum atteſtatur. Hæc ſunt ejus verba: *Audivi, Domino teſte non mentior; Quadam muliercula cùm expoſitum nutriret infantem, & inſtillaret cibos, ut nutricis officio fungeretur, cubaretque cum ea parvulus, qui uſque ad decimum jam pervenerat annum; accidit ut pluſquam pudicitia patitur ſe mero ingurgitaret; accenſaque libidine, obſcœnis motibus ad coitum duceret infantem. Prima ebrietas alterius noctis & cæterarum deinceps fecit conſuetudinem; necdum duo menſes fuerant evoluti, & ecce fœmina uterus intumuit,* &c. Affinis admodum in Gloſſa Canonis, *Quod intra*, Cauſa 20. Quæſt. 1., refertur hiſtoria *De quodam puero novenni, qui nutricem ſuam gravidavit.* Hæc autem ex Gregorii Pontific. Dialogis eſt exſcripta. Ejuſdem mentio extat in Summa Angelica, ad vocem *Matrimonium*, *Impedimento* 16. Ibidemque Albert. Magnus ait, ſe puellam noviſſe anno ætatis nono gravidam, quæ intra decimum pepererit. Tale eſt, quod Navarrus, à Sanchez *Lib. de Matrimonii Sacramento ſeptimo*, *Diſput.* 104, *Quæſt.* 5. citatus, habet; cùm perhibet, *Se a Viris magna fide dignis accepiſſe, quandam puellam decem annorum ante paucos annos peperiſſe in Regno Neapolitano.* Idem Tiraquellum quoque allegat *Lib. 6. de Matrimon. Num.* 37. *Ubi leguntur*, ait, *plurima ex variis authoribus exempla puerorum, qui nono anno, decimo, & undecimo genuerunt; & fœmina. qua nono anno peperit.* His accedit *Joſeph. Scalig. Epiſtolâ ad Gomarum Chronologicâ*, ſcribens id per Vaſconiam totam notiſſimum eſſe, puellam quandam Lectoraten-

ratenſem, decimum ætat. ann. aſſecutam, filium ex conſobrino decimum ſecundum necdum implente ſuſcepiſſe. *In civitate Lectoratenſi Novempopulaniæ*, ait, *puer minor annorum 12. genuit ex puella conſobrina ſua, quæ nondum decimum expleverat. Rem notam narro, & cujus adhuc memoria recens eſt in Aquitania. Pater ipſe hoc de ſe Patri meo teſtatus eſt, quod alioqui tunc ne pueri quidem ignorabant.* Narrat *in Colchidis Deſcriptione Epiſt. 3. pag. 207.* Busbequius, Regionis hujus filias maximam partem anno ætat. 10. matres eſſe: ſi cui autem res mirabilis videatur, imò & incredibilis, eò quòd tam puſillo ſint corpore, tum infantes cuilibet intueri volenti exhibere, qui ranam majuſculam vix excedant. *Oſtenduntur*, ait, *pleraque matres, anno ætat. decimo. Quod cùm mirere, neque propter corporis parvitatem credas, juſſæ infantem proferunt grandi rana haud multo majorem.* At quod proxi mè ſuccedit, mirabilius fortaſſe videbitur. Narrat Mandeſlo, qui ab omnibus creditur veraciſſimus, quique ab Olivario, ipſo etiam laudatiſſimo, tantis effertur laudibus, Narrat, inquam, *ſuo in Indiam Itinere, pag. 212*: Indos cùm mares tum fœminas citiùs ad generationem idoneos eſſe, quàm Nationes quaſcunque alias; ita ut nulli extent, qui anno ętat. 10. vel 12. non ſint omninò idonei; eámque in rem hiſtoriam adducit, à Viris adeò gravibus acceptam, ut ex eorum fide referre nullatenus vereatur; Imperante ſcilicet apud Mogoles *Schak Choram*, etiam tum vivente, puellam quandam in civitate Agra, Septentrionalis Indiæ Metropolitana, filium anno ætat. ſexto in lucem emiſiſſe; Imperatoremque illum eundem rei novitate perculſum mandâſſe, tum filius tum mater, quæ ex *Rasbutarum* ſuorum aliquo nata erat, alerentur in Aula. Vocantur porrò *Rasbuta* milites quidam audaciſſimi, quos ſtipendiis ſuis Reges nutriunt. Vulgari fertur adagio, *Iis mentiri licitum, qui è longe diſſitis regionibus accedunt*; ſed in re pręſenti eventûs circunſtantiæ faciunt, ne ſuſpectus mihi ſit Vir honeſtus & nobilis, qui eam narrat ut Imperatori ipſi, & univerſæ Aulę perſpectiſſimam; rem etiam, quæ in Urbe, inter Orbis totius vaſtiſſimas memorandâ, evenerit. Hiſtoriǫque hujus fides ex eo non parum firmatur, quod alio loco, pagina nempe 341. Idem ipſe teſtetur, Javæ incolas filias ſuas in matrimonium ann ætat. 8 9. vel 10. collocare: ex quo intelligitur eas jam tum liberorum procreandorum facultate pollêre. Libenter porrò petierim ab iis, qui Baruchi Lib. pro Canonico habent; cur cap. 6: 1. anni 70. quibus Iſraëlitæ apud Babylonios ſuêre captivi, ſeptem generationes appellentur; ſi intra annos 10. nulla unquam peracta ſit generatio.

Ultrò tamen fateor, pubertatem viris intra annos 14. mulieribus verò intra 12. definiri pridem ſueviſſe; hujuſque rationes paſſim obvias eſſe. Sed omnium antiquiſſima, quę ſaltem mihi ſit cognita, ſunt certa quædam Solonis, Veteris Athenienſium Legislatoris, carmina; in quibus omnes humanę vitæ periodi numeris aliquot ſeptenariis diſtinguuntur. Adi *Philon. de Mundi Opificio.* Earum autem prima eſt *Infantia*, intra quam ſolent prodire dentes. Secunda verò ἥβης ἐκφαίνει σήματα γεινομένης, *advenientis pandit ſigna pubertatis*; &c. Quod amplexi ſunt Philoſophorum plerique, cujuſmodi Empedocles apud *Cenſorin. de Die Natali cap.* 14. Heraclitus apud *Plutarchum de Placitis Philoſ. lib. 5. cap.* 24. Stoicorum pars major, *ibidem*; itemque Hippocrates, Medicorum omnium, quorum ſcripta penes nos ſunt, & primus, & princeps; apud *Philon. ſuprà*: Inter Judæos Philo, *ibidem*: Inter Criticos Varro apud *Cenſorin. cap.* 14. Macrobius *In Somn. Scipion. lib.* 1. Hincque adeò Juſtinianus vulgatiorem viam eſt ſecutus, quando *Inſtit. lib.* 1. *Titul.* 22. pubertatem Marium anno ætat. 14. Fœminarum verò 12. definivit.

Hæc tamen opinio ab omnibus in univerſum non fuit adoptata: cùm ex vulgari Judæorum ſententia הבגרות, hoc eſt, *Pubertas*, puellis adveniat poſt ann. ætat. ſeſquiſecundum & decimum, pueris vero poſt decimum, & ſeſquitertium; *Maimonides Tract. de Matrimon. part. 2. cap.* 2. Ex *Theocriti* autem *Scholiaſte in Idyll.* 8. ἄνηβοι Gręcè vocantur, hoc eſt, *impuberes*, qui ſunt δωδεκετεῖς, καὶ κατωτέρω; *qui duodennes vel paulo inferiores ſunt*; adeò ut illi uni pubertatis annos non attigerint: cùm contrà Indi, uti ex *Mandeſlo* didicimus, intra annos 12. pueris, puellis verò intra 10. Javaníque in ſpecie anguſtiori ſpatio illam circumſcribant. Jam autem, ſi hæc exactè circumſcribenda ſit, certè in ſuperioribus hiſce omnibus circumſcriptionibus erratum eſt; quandoquidem legitima pubertatis ętas nequeat certò ſignari, quę aliis citius, aliis verò tardiùs accedat, propter varias rationes; quę eam vel differunt, vel accelerant. Harum autem quædam ex regionum conditione, aliæ ex hominis cujuſque temperamento; aliæ denique ex nutritionis bonæ aut malę modo deducuntur. Vulgò enim creditur eos, qui in regionibus Soli proximioribus naſcuntur, qui calidiori ſunt temperamento, quíque delicatioribus utuntur cibis, promptiùs pubertatem obtinere: cùm ex oppoſito & climatis, & temperamenti frigiditas, alimentorumque craſſities eam ulteriùs ſummoveant. Vulgaris etiam eſt opinio, iis citiùs advenire, qui ſeptimo à conceptu menſe eduntur; eò quòd illi, cùm vita ſit contractior, omnes ejus periodos celeriùs decurrant. Id quoque notari ſolet, in illis, qui in Venerem ſunt proniores, *Malitiam ſupplere ætatem*; uti patuit in Pannychi illa, de qua Petronius, quæ vix annis ſeptem decurrerat, nubilis tamen, nuptuique danda cenſetur: ſimiliterque in Quartilla illa, quæ ipſam dum ad Matrimonium hortatur, dejerat virgineę ætatis ſuæ ſe prorſus eſſe immemorem; ac demum in duabus illis, quarum meminit Catullus hoc Epigramm.

O rem ridiculam, Cato, & jocoſam!

His igitur de cauſis prudentiores quique & cautiores ſtabile quoddam pubertati tempus ſignare noluerunt: Ipſèque Juſtinianus, qui in viris ad ann. ętat. 14. finit, fatetur Veteres ea in re aliud ſenſiſſe; hoc nimirum, pubertatem annorum numero non eſſe metiendam; ſed pro corporis conſtitutione citiùs aliquando, tardius aliàs accedere. *Pubertatem*, ait, *Veteres quidem non ſolùm ex annis, ſed etiam ex habitu corporis in maſculis æſtimari volebant.* Quibus aliquatenus accedit Baal Atuch, celeberrimus inter Judæos Rabbi; ubi enim commemoravit, quæ ſuperiùs adduximus, Illos nempe puellarum pubertatem anno ętatis decimo ſecundo cum dimidio, puerorum autem decimo ſecundo cum addito itidem dimidio terminare, quęſtionem eo ferè modo, quo Veteres, dirimit, *Res non pendet* לא בזמן תליא מילתא אלא בהבאת שתי שערות, *ex temporis menſura, ſed ex productione binorum pilorum*, &c. *per quos nimirum patet pubertas, quandocunque prodeant.* Si tamen vir quidam, ann. ętat. 14. conjugatus, videatur ad prolem procreandam ineptus, volunt Caſuiſtæ expectetur annus octavus & decimus, antequam ſolvatur conjugium, ſperantes ætatis decurſu eum redditum iri aptiorem: &, quemadmodum putant pubertatem in complures annos poſſe aliquoties differri; eadem quoque ratione arbitrantur eandem illam poſſe tempus à Natura

Digitized by Google

utcunque præſtitutum præcurrere: indeque probant maſculum anno ætat. decimo cum dimidio ad generationem, ſœminam verò anno nono cum dimidio ad conceptum idoneos eſſe; quia limitibus hiſce ſemel præterins annos agant ad pubertatem proximè accedentes, viæque ab infantia ad pubertatis complementum ipſis decurrendæ dimidium confecerint. Fœminæ enim, quæ ab anno 7. ad 12. tendunt, dimidium itineris decurrêre, quando 9. & ſex menſes ſunt aſſecutæ. At maſculis ab anno 7. ad 14. contendentibus tum demum dimidium viæ adſtat, cùm annos 10. menſéſque ſex ſunt emenſi: eóque tempore propiores ſunt pubertati, quàm infantiæ. Hæ quidem Caſuiſtarum rationes haberi poſſent debiles, ni expericotiâ firmarentur; at ſuperiùs tot experimentis & exemplis confirmatę fuêre, ut contemni nequeant.

Minimè igitur fingendum, ounquam edi infantes ante tempus a Medicis, Philoſophis, aut Jureconſultis, ſignatum. Illi enim nequeunt Naturam immutare, oeque ejus vires ac efficaciam intra leges ac definitiones ſuas circunſcribere. Imò & Natura ipſa nunquam ita conſtans eſt & ſtabilis, quin à via ſibi ſamiliari ſæpiùs excurrat. Quod tot exemplis in mulierum partu obſervatur, ut mirer, cur Amicus Tuus illo, quod jam expendimus, potiùs offendatur, quàm innumerabilibus aliis, quæ proſtant. Qui fit, ut plus ſtupeat, ſi qui tempus ad gignendum à Natura præfixum biennio aut triennio prævertant; quàm ſi alii complures idem illud tempus decennio, aut tertio tanto, ſubſequantur? Quomodo Maſſiniſſa eſt ſubſecutus, cùm Methymnatum procreavit; tunc enim, reſerente Valer. Max. lib. 8. cap. 18. ſextum & octogeſimum ætat. annum ſupergreſſus erat. Mulierum uterus ante annum quinquageſimum à Natura ſolet occludi. Miſſo tamen illo, quod à Deo patratum eſt in Saræ gratiam, miraculo; ſæpiùs viſæ ſunt mulieres, quæ circa ſexageſimum ſunt enixæ. Solent adhæc nono vel decimo geſtationis menſe parere; ſuêre tamen aliquando, quæ liberos ſuos ad decimum primum, ſecundum, tertium, imò & nonnunquam ad decimum octavum, quales Populares quædam Noſtræ, utero geſtavêre. Dum pariunt, unum duntaxat, aut geminos parere conſueverunt infantes; quinque tamen, imò & ſeptem, unico partu in Ægypto aliquando editi ſunt. Gemelli ferè ſemper emittuntur corpore toto disjuncti; nonnunquam tamen extitêre capitibus ſuis dejuncti, reliquo verò corpore cohærentes; vel corporibus diviſi; ventre tamen adhæreſcentes. Matres ubique terrarum magnis cum doloribus enituntur; iiſque expirant, niſi ſuccurratur; aſſerit tamen Mendeſlo *Itiner. pag.* 171. Goæ Canarinorum uxores mira facilitate liberari; nullis eas egêre obſtetricibus; ſemetipſas ſuos abluere liberos recens natos; ficulneis ſoliis continuò reponere, tumque ad ſueta ſua opera redire vegetas. Quid porrò à Naturæ legibus alienius, quàm ſi mulier quædam monſtrum aliquod adnatis villis, dentibus, unguibus aduncis, &c. deformatum; uno verbo, ab humana ſpecie abhorrentiſſimum, edat? Paſſim tamen partuum ejuſmodi apud Hiſtoriographos exempla occurrunt. Eos prætereo, qui maternorum phantaſmatum, vel inordinatorum earum affectuum, nævos, eodem ferè modo, quo varios appoſitarum virgarum colores Jacobi oves, impreſſos geſtant ac ſibi conſignatos. Cùm itaque in mulierum partu tam multa præter Naturæ leges eveniant, nnum quoddam ſingulare non debet nos morari; incredibiléque nobis videri, ex eo quòd rara extent ejus exempla.

Cur porrò hominum generatio extraordinariis hiſce affectionibus non eſſet obnoxia; cùm cæterorum animalium tam multis ſubjiciatur? Iis jam prætermiſſis, quæ à primo ſtatim ortùs ſui anno generationi vacant, quorum maximus eſt numerus, id ſolùm velim notari, quod habet Plinius *Lib.* 10. *cap.* 15. In Perſide deprehenſas ſuiſſe aliquando ſorices, ab utero materno prægnantes: *Apud Perſas verò pragnantes & in utero parentis repertas.* Quod mihi videtur fidem omnem ita excedere, ut nequidem memorare dignatus ſuiſſem, ni ſic loqueretur poſt Ariſtot. cujus hæc ſunt verba, *Hiſt. Animal. lib.* 6. *cap.* 37; Τῆς δὲ Περσικῆς ἔν τινι τόπῳ ἀνασχιζομένων τῶν ἐμβρύων, τὰ θηλέα οἷον κύοντα φαίνεται. *Perſidis quodam in loco quando pregnantes mures diſſecantur, feminini fœtus quaſi pregnantes etiam apparent.*

Quid quòd & plantæ ipſæ, quę ſtata habent tempora ſua, ea plerumque non ſervant. Vere ſolent naſci roſę, ſraga, arborum ſrondes, &c; Autumno tamen, imò & Hyeme gelidâ ſerta quædam roſea aſpexi: quin & heſterna ipsâ die, Septemb. 15. multa legi in horto quodam vicino ſraga: annoque proximè elapſo, quum hâc ipsâ tempeſtate mirarer in horto noſtro pyrum floribus vernantem, ſubmonuit hortulanus, ſe idem alibi ſępe obſervâſſe. Quòd ſi quis regerat, in hominum generatione quid eſſe longè conſtanuius; & ſi qui ante tempus à Natura prę-fixum generent, id pro caſu habendum prorſus inſueto. Id quidem fatebor; at anticipata illa humana generatio, de qua diſputamus, ſingularis eſt & unica ordinis hujus in Scriptura tota; quę tamen hiſtoriam annorum quater millenorum, imò & ampliùs, continua ſerie perſequitur, eamque paſſim genealogiis refertam. Quòd verò nonnulli hûc Roboami exemplum adducunt, quem Salomon ann. ętat. 11. vel 12. genuerit; in hoc nihil certum & ſtabile. Proinde dimittimus.

Alii alia ratione propoſitum nodum ſolvere conantur: ſed eorum ſolutiones neutiquam admiſerim. Clariſſim. Cappellus Linguę Hebraicę ac Theologię in Academ. Salmurienſi Profeſſor Excellentiſſimam ſub vitę finem magno ſtudio pertexuit Chronologiam, quam etiam mihi conſecrare dignatus eſt., in hac eadem Chronologia Ezechiam biennium vel triennium cum patre regnâſſe auguratur. At nedum hoc ejus placitum difficultatem ſolvit, contrà nectit & auget: ſiquidem diſertè legatur in Textu, 2. *Reg.* 18: 2. ipſum annos 25. eſſe natum, quando regnum accepit. Quod ſi ſtet, pater, cùm illum genuit, biennio vel triennio natu inferior erat, quàm pertendis: quandoquidem pręterlapſa fuerint biennium aut triennium illud, priuſquam obierit. Pręterea non ait Scriptura S. eum regnare cœpiſſe, vivo etiam tum patre; *Sed Achazum cum patribus obdormiſſe; & cum illis in Davidis civitate fuiſſe ſepultum; túmque filium Ezechiam ejus loco regnâſſe*; 2. Reg. 16: 20.

Meminit D. Hieronymus Hebręi cujuſdam, qui contrà ſtatuebat Ezechiam immediatè poſt parentis obitum non regnâſſe, ſed longo poſt tempore; eò quod parente defuncto mox exortę ſint Jeroſolymis ſeditiones, quibus factum, ut interregnum aliquod interceſſerit. Quo admiſſo, Achaſus cum genuerit tardiùs, eóque difficultas prorſus evaneſceret. Verùm interregnum ejuſmodi nullis rationibus poteſt probari; imo multis ſubvertitur. Ezechias enim, quum deceſſit parens, jam tum adultus erat, à populo ob eximias dotes unicè diligebatur: Quid quod & de illo Eſaias Dei nomine magna eo ipſo, quo pater obiit, anno erat pollicitus; *Vaticinior. cap.* 14, 28, 29, 30.

proinde

proinde obeunti parenti immediatè ſucceſſit. Unde etiam verba à nobis proximè allata, quibus expreſſè narratur, Achazo mortuo & ſepulto filium in ejus Thronum aſcendiſſe, hęc, inquam, interregnum quodcunque pręcludunt. Neque verò ſpatium ullum poteſt huic interregno patere, cum disertè affirmetur 2 *Reg*. 17: 1. Oſeæ regnum ann. Achazi 12. inchoatum fuiſſe, & 2. *Reg*. 18: 1. Ezechiæ regnum ann. Oſeæ 3. iniiſſe. Ut ergo aliquis huic interregno locus detur, neceſſe eſt occubuerit Achaz, ſtatim atque Oſeas in Regem fuerit electus; cùm tamen tres ad minimum annos Electioni illi ſuperfuerit; ſiquidem mortuus ſit duntaxat anno regni ſui ſexto & decimo: quo tempore tertium decurrebat Oſeas regni ſui annum, intra quem Ezechias dicitur patri ſucceſſiſſe.

Sethùs Calviſius, Chronographus ille, quem tanti facit Scaliger, ait Ezechiam fuiſſe tantùm adoptione Achazi filium. Ex quo ſequitur Achazum ann. ætat. 10. eum minimè genuiſſe. At id Euangelio adverſatur, ſiquidem Matth. 1: 9. diſertè habeatur, Achazum genuiſſe Ezechiam. Præterea ſi iſtud ſtaret, Genealogica Chriſti ſeries hoc loco abrumperetur. Neque reipſa è ſemine Davidis, ejúſque lumbis, Chriſtus deſcenderet. Unde & nihil in Hiſt. Sacra occurrit, quo tantillum hypotheſis hæc fulciatur.

Si Clariſſ. Bouſſelinum audiamus, Hieronymus & Auguſtinus alicubi ajunt Scriptores Sacros de annorum recenſione non fuiſſe admodum ſollicitos; at hæc reſpondendi ratio, ſi quis utatur, eſt peſſima; præterquam quod enim nemini prorſus, ut ipſemet prudenter advertit, ſatisfaciat, quamplurimos inſuper offenderet. Neque memini me ſimile quicquam vel apud D. Auguſtinum, vel apud D. Hieronymum, ullibi legiſſe; quorum prior nihil, quod ſciam, in hunc locum ſcripſit; poſterior quidem prolixam ſatis in illum ad Vitalem conſcripſit Epiſtolam, quam aliquoties ſuprà allegavi; verùm in ea nihil extat, quod eò ducat; contrà verò plurima adſunt ad nodi hujus ſolutionem convenientiſſima; præ cæteris hiſtoria illa, quam memoravi, pueri illius decennis, per quem nutrix gravida eſt effecta.

Verùm me jam Epiſtolæ modum exceſſiſſe non adverto; metueremque, ne aliquod tibi creaverim faſtidium, ne obſtatet pondus argumenti, quod compendioſiùs tractare non potui, quin obſcura quædam in eo relinquerem. *Brevis eſſe laboro*, ait Poëta, *obſcurus fio*. Quod tum maximè vitandum; quando veritas quædam parum nota venit illuſtranda. *Si enim ſal ſaporem amiſerit, quo ſalietur?* Si explicationes ipſæ ſint obſcurę, undénam lux affulgebit, quâ res perfundantur. Fateor porrò me huic quæſtioni ęgrè manum admoviſſe, eò quòd pubertatis inquiſitio, ejuſque determinatio, ad Medicos vel Juriſconſultos potiùs ſpectet, quàm ad Theologos; neque ultrò extra Profeſſionis meę limites excurram. Jam tamen excurri, quia id petieris, optârimque tibi obtemperare, neque quicquam Viro Ampliſſimo, qualis tu, poſſim negare. Fruere & Vale.

Cadomo perſcriptum 14. Cal. Octob.
Ann. ſalut. partæ 1664.

Hæc Epiſtola paulo ſeriùs nobis eſt communicata, indeque eo loco non eſt poſita, quo voluiſſemus.

T A P I N O S U O

Salutem

B O C H A R T U S.

Scripturæ Sacræ Divinitas argumentis inſitis demonſtratur,

Ad variorum cùm Veteris tum Novi Teſtam. Locorum, Pſalm. 19: 8. *Eſaia* 1: 2. 2 *ad Timoth.* 3: 16. 2 *Petr.* 1: 21. *&c. pleniorem intellectum & confirmationem.*

Magnę molis opus aggredi me jubes, Vir Amiciſſime, dum vis ea à me congeri, non adſcita quidem, ſed inſita argumenta, quibus S. Scripturę Divinitas aſſeritur. Eâdem operâ numeraverit aliquis, quot ſtellis micet polus. Certè Scripturæ Divinitatis argumenta ita ubique diffuſa ſunt, ut vix putem ad certas claſſes ea poſſe revocari; neque, ſi fieri poſſet, operis id eſſet noſtrę; nullúſque, quod ſciam, unquam pro dignitate argumenti tractavit. Ne tamen id planè relinquam intactum; Aut agis de Verbo Dei, cui juncta eſt efficacia Spiritûs, aut de Verbo Dei nudo, & quale eſt, cùm non exerit vim ſuam per Spiritûs miniſterium.

Verbi enim prędicationem, aut lectionem, aut meditationem, etiam comitatur quandóque Spiritus intus agens. Sic Apoſtolus 1 Cor. 2: 4. ait, *Sermonem ſuum & prædicationem non fuiſſe in ſuaſoriis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in demonſtratione Spiritûs & potentiæ*; hoc eſt, in demonſtratione ſpiritûs potentiſſima. Tum verò Verbi Dei Divinitas non probatur modò, ſed & ſentitur ex efficacia ab iis, in quibus agit iſte Spiritus; cùm nimirum illius vi *reſtauratur anima, & cor exhilaratur*, Pſalm. 19: 8, 9. Cùm ſedatur internus animi malè ſibi conſcii ęſtus ſenſu remiſſionis peccatorum; Cùm rebelles hominis affectus ita domantur, *ut ad omne bonum opus fiat ἐξηρτισμένος*, 2 Tim. 3: 17. Cùm ſentitur in pręcordiis *immortale illud ſemen, ſermo ille vivus & in æternum manens*, 1 Petr. 1: 23. cùm, inquam, *vivus ille ſermo & efficax, & penetrantior quovis ancipiti gladio, pertingit uſque ad diviſionem animæ & ſpiritûs, compagumque ac medullarum, & diſcretor eſt cogitationum & intentionum cordis*, Hebr. 4: 12. Cùm agit in cordibus noſtris, *ut malleus diffringens petram*, Jer. 29: 39. Cùm *cor intus uritur tunc cùm explanantur Scripturæ*, Luc. cap. 24. v. 32. &c.

Hęc vis non modò ſe exerit erga fideles, ſed & nos ex infidelibus fideles facit, quod affirmat Apoſtolus 1 Cor. 14: 24, 25. *Si quis infidelis* (in

fidelium cœtum verbum prædicantium) *ingreditur, redarguitur ab omnibus, & dijudicatur ab omnibus, & ſic arcana cordis ejus revelantur: quare procumbet in faciem, & adorabit Deum, clarè nuncians Deum eſſe inter vos*; hoc eſt, Deum per vos loqui; adeóque Divinum eſſe hoc verbum, quod nunciatis, cujus tanta ſit vis, ut cordis intima pervadat. Quandoque Spiritus ita agit in verbo, ut non quidem perſuadeat, quantum ad converſionem ſat eſt, ſed ſuadeat tamen & percellat animum, atque hoc ipſo Divinitatem ſuam certo
Act.26:28 prodat indicio. Talis ſuit verborum Pauli vis
Act.24:26. in Agrippa, quà agnovit ſe ferè perſuaderi, ut fieret Chriſtianus. Talis erga Fœlicem, quâ illius animus ita percellitur, ut contremiſcat totus; Judex coram reo; totius regionis Moderator coram miſero tentoriorum artifice; Vir magno ſatellitio ſtipatus coram vincto & captivo homuncione; Vi certè non humanâ, nam in Paulo ἡ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος, 2. Cor. 10: 10; ſed Divina Majeſtate, quæ in Divino Verbo elucebat. Id ipſum ex-
Joh. 7:64. perti erant apparitores ad Chriſtum vinciendum miſſi; cùm profeſſi ſunt ſe neminem unquam audiviſſe, qui ſic loqueretur. Id experti ſunt Judæorum illi, quibus cum Stephano res erat, *qui non poterant obſiſtere ſapientiæ & ſpiritui, per quem loquebatur*, Act. 6: 10. Id noſtra ætate experti ſunt, & experiuntur in dies Anti-Chriſtianæ Synagogæ propugnatores & Atlantes; qui, quantumlibet titulis ſuperbi & inani ſcientia turgidi, à mulieribus ſibi os obſtrui obſtupuêrunt.

Sed, quia Spiritus cum Verbo non hæret indivulſo vinculo, *neque enim ſpirat niſi quocunque vult*, indagare operæ pretium eſt, quæ lateant in Verbo, etiam ceſſante S. Spiritûs miniſterio, Divinitatis argumenta, & notæ. Quod antequàm aggrediar, hoc ſtatim in limine moneo, non eſſe quòd quis hîc demonſtrationes Mathematicas expectet; unica enim eſt in hoc negotio ἀπόδειξις τοῦ πνεύματος. Neque enim credentium fides ullatenus eſſet conſpicua, ſi quicquid habetur in Verbo ex principiis rationis erui poſſet, aut verò tam apertè probari, quàm aperte probatur, quaternarium numerum majorem eſſe ternario; neque ullæ eſſent Spiritûs Sancti partes; neque demum vi Divina opus eſſet ad ea animis noſtris penitus infigenda, quæ ratio ipſa perſuadeat ultrò. Non deſunt tamen firmæ & inconcuſſæ rationes, quibus Athei ſi non planè perſuaderi, certè percelli poſſint, & in admirationem rapi; quibuſque adeò credentium fides magis ac magis roboretur. Earum fontes indicabo tantùm; Epiſtolam non Librum me ſcribere probè memor.

Occurrit 1. *Styli Majeſtas*, quâ fidem non tam ſibi conciliat, quàm imperat. Homines cùm novum aliquid atque inauditum in medium proferunt, cùm eo animo id referunt, ut credantur; tum aut teſtium numero, aut rationum pondere nituntur; at hîc non aliæ rationes, non alii teſtes, quàm αὐτὸς ἔφα, *Dominus dixit*. Ut enim lux ſolaris etiam ſine ſpecie, ſine colore, viſendam ſe ſe offert oculis, & ultrò ingerit; ita planè Divina Veritas, etiam ſine teſte, ſine colore, credi debet: ſic Abrahamus παρ᾽ ἐλπίδα ἐπ᾽ ἐλπίδι ἐπίστευσεν.

Huc & id refero, quòd Sacri Scriptores de verbis ſtudioſè inquirendis ſolliciti non ſunt, neque de Lectorum judicio anxii; tenuitatem ſtyli humano more non excuſant, ut ſpurius ille Commentariorum Jaſonis conſarcinator.

Adde quod, Scriptura pari authoritate Reges & Plebejos alloquitur; quia omnes homines ad Deum collati pares ſunt: nullæ hîc telæ aranearum. Quid quòd nil caducum aut mortale ſonat, ſed aut obſequentibus promittit ſempiternam beatitudinem, aut rebelles pœnis æternis adjudicat.

2. *Doctrinæ genus* planè novum eſt & inſolens; *Myſteria narrat in Deo abſcondita ante ſæcula, quæ nec vidit oculus, nec audivit auris*, &c. quæ totum rationis humanæ captum multis paraſangis tranſcendunt. Quod quiſquis negat, is in Scripturis hoſpes eſt, is Divinam & ſalutarem doctrinam cum commentis hominum non contulit. Neque enim ulla hominis ſagacitate poterat infinita juſtitia, quæ nihil condonat, nec ulli peccatori impunè eſſe patitur, cum infinita miſericordia conciliari, quæ omnia peccata gratuitò remittit, addens inſuper gloriæ æternæ cumulum. Idem de aliis Religionis Myſteriis propiùs intuenti patebit; quæ hîc perſequi non eſt hujus loci: uti cùm beatitudinem in ſui abnegatione, in morte vitam, divitias in paupertate quærendas ſtatuit. Denique omnia docet ita à ratione ſemota, ut ab homine fingi non potuerint, quæ ita tamen cum eadem conciliantur, poſtquam qua ratione id fieri poſſit ſemel ex Scripturis innotuit; ut in aſſenſum ire pedibus cogamur.

Accedat 3. *Doctrinæ ſanctitas*, in eo ſita. 1. Quòd non verbis & factis modò, ſed & cogitationibus fræenum imponit; 2. Neque vel primulis animi in peccatum prurientis γαργαλισμοῖς parcit. 3. Quòd officia charitatis & amicitiæ non modò ab æquitate & humanitate naturali deducit, ſed ab amore Dei; Geneſ. enim 9: 6. vetatur homicidium, quia homo factus eſt ad imaginem Dei; 4. Quòd hominem in ſe dejicit, ut in Deum erigat; illi nihil tribuit, Deo omnia; etiam dum ea narrat in quibus humana induſtria vel fortitudo locum habuiſſe videtur; *Dominus tradidit hoſtes in eorum manus*, &c.

Accedat 4. *Veritas & ſtyli ἀκρίβεια* tanta, ut ne in tenuiſſimo quidem apice error obrepſerit. Quod, quia potiſſimum eſt, in controverſiam vocatur ab iis, quibus tectum eſt Euangelium noſtrum. Firmis autem rationibus probanda primùm veritas hiſtoriæ. Quarum 1. hæc ſit; Quòd ſi quæ ſunt in Scripturis, quæ maximè fidem ſuperent, ea narrantur facta, non ut Miracula Mahumetis, aut Viſiones confictæ ab illo, qui *Legendas* ſcripſit, in angulo aliquo, ſed in magna turba. Moſes miracula edidit coram tota Ægypto, coram multis Iſraëlitarum myriadibus; Chriſtus pleraque ſua miracula edidiſſe legitur Hieroſolymis in Foro, in Templo: aut ſi quæ in deſerto; tum edidit, cùm premeretur à turbis, opprimereturque penè. Paſſus eſt circa urbis toto Orbe conſpicuæ pomœria; idque die feſto, cùm ad eam non ſine ſpeciali Providentia undiquaque confluxerant Judæi omnes; nonnulli etiam ex remotiſſimis Orbis partibus. Reſurrectio quidem non ita publica fuit, viſus tamen eſt pluſquàm quingentis fratribus; ſtatimque Apoſtoli, dono linguarum & miraculorum inſignes, totum Orbem fulguris inſtar pervadunt, ut per eorum miniſterium Chriſti nomen omnibus innoteſcat. *Hæc* publica eſſe quis neget, & ita publica, ut totus terrarum Orbis ea ſic ſe habere teſtetur. Atqui, inquies, quàm multa etiam in magnis urbibus contigiſſe leguntur, quarum tamen falſitas aliunde deprehenditur. Certè multis retrò pòſt ſæculis poteſt quis talia comminiſci, at ut eadem ætate reperiantur, qui ita ſint audaces, ut ea palam geſta eſſe affirment, quæ nuſquam extitêrunt, certè id ſine exemplo. Licet porrò hoc daremus; ſi quid tale auſi eſſent Apoſtoli, an non quotquot tunc in Judæa vivebant homines, tot habuiſſent impoſturæ ſuæ teſtes. Id ſi feciſſent in terræ partibus remotiſſimis: (ut ſi quis Lutetiæ narret in China

China novum aliquem Prophetam è cœlo deſcendiſſe, his & illis miraculis inſignem) fortaſſe apud rudiores fidem inveniſſent: at in illa ipſa urbe, in qua hæc miracula facta dicebantur, quis hominum plaois & tam apertis impoſtoribus crediditſet? Si quis, inquam, hodie Lutetiæ in ipſa Lutetia fuiſſe dicat anno ſuperiore hominem miraculis clarum, qui hæc & illa miracula toto populo inſpectante ſecerit, quis dabitur impoſturæ locus? Atqui Hieroſolymis, in quibus Chriſtus poſt Baptiſmum ſuum plurimùm vixit, & paſſus eſt, & reſurrexit, prima fidei, prima Eccleſię initia cernuntur. Ibidem enim primâ ſtatim Petri concione convertuntur tria hominnm millia, quia nempe rei veritas ipſis erat notiſſima. Hoc eſt, quod Paulus Agrippæ dicebat Act. 26:26. Ea narro *quæ Regi nota ſunt, quæ nemo hominum ignorat, ideóque liberè & confidenter loquor, neque enim in angulo geſta ſunt.* An verò eò uſque impudentię proceſſerit aliquis, ut tam gnaviter mentiatur, & tam emunctæ naris fuerint anditores, ut ſibi hac in parte imponi paſſi ſiot? Nunquam certè eò uſque proceſſerit; indéque Euangeliſtarum in diverſiſſimis partibus Orbis ſcribentium conſenſus prorſus mirabilis. Matthæus in India ſcribit, Marcus Romę, Lucas in Ionia; idque ſtylo tam diverſo, ut ſtatim deprehendas eos non ſcripſiſſe ex compacto; talis eſt tamen conſenſus, talis *παναρμονία*, ut eodem Spiritu ad eandem veritatem narraodam actos fuiſſe oporteat.

Ipſis objiciuntur quidem quædam *ἐναντιοφαινόμενα*; ſed hoc dato, non conceſſo, eos in quibuſdam diſcrepare, quid verò illud eſt, quod aſſertur, præter minutias & titivilitia? Ex quibus certè hoc ſolùm collegeris, eos ex compacto non ſcripſiſſe; cùm, rei ſummam quod attinet, magnum inter eos eſſe concentum, magnum conſenſum nemo neget.

Sed iterum premes; Atqui hæc ipſa quæ ab Apoſtolis geſta & prędicata fuiſſe dicis, quidni ſuppoſititia ſint? Certè qui tam ferrei oris erit, ut hoc in dubium revocet, quo nihil unquam notius, nihil plurium, vel infenſorum vel amicorum, teſtium autoritate firmius; cum oportet eâdem operâ omnes omnium gentium, omnium rerum, hiſtorias unâ liturâ inducere; quippe de veritate hiſtoriæ & ſcripti alicujus dubitare nefas eſt, cùm non modò ſcriptor ea, quæ à ſe viſa ſunt, & ſua ætate, & propalam facta ſunt, narrat; ſed eo adhuc vivo alii teſtes ſubinde ſequuntur, atque hos alii; idque perpetua ſerie ad noſtra uſque tempora. Sic Moſem Joſua immediatè ſequitur, Joſuam Judices, illos Reges, quos Prophetæ, quos Euangeliſtę, quos Apoſtoli, quos ſtatim primo ſæculo Patres, Irenæus, Juſtinus, &c. hos alii: qui cùm idem tradant omnes, nunquam in eo laborarunt, ut probarent res ſic fuiſſe geſtas, tametſi illis eſſet contentio cum Judęis, aut Ethnicis; à quibus hoc vix unquam objectum eſt. An credemus iſtos omnes in noſtram perniciem conſpirâſſe? in nos *fabam*, *imò fabulam* cudiſſe?

5. Sed id quo fine tandem? Nam quiſquis fallit, eo animo fallit, ut aliquem inde fructum colligat. Verùm tantùm abeſt, ut Apoſtoli, & qui primi illos ſequuti ſunt, aliqnid inde gloriæ aut honorum aut opum ſperare potuerint, cùm contrà per trecentos totos annos crimen fuerit de Chriſto quicquam muſſitare. Ejus Sectatores probra & cruces & ultima quæque manebant. *Novimus*, ajont ipſi Judæi, *hanc Sectam ubique contradici*, Act. 28:22.

6. Neque Illi putandi ſunt proprii nominis propagandi ſtudioſi fuiſſe, qui ſuos nævos in omnium conſpectum exponunt. Moſes lapſus ſuos non diſſimulat, pœnas memorat ſibi à Deo inflictas. Marci Euangelium dictâſſe creditur Petrus, in quo tamen Petri lapſus. Matthæus quid aliud ſe quam publicanum fuiſſe ait? quod quàm odioſum inter Judæos qui neſcit. Paulus ſe peccatorem; cúmque graviſſimum. Denique vel ſi fallendi illis fuiſſet animus, unde tanta hæc verſutia hominibus illiteratis, piſcatoribus, idiotis, ex ultima plebeculę ſęce?

7. At quorſum hæc? inquies. An ſi vera ſcripſerunt, hinc ſequitur eorum doctrinam Deum habere autorem? An quidquid verum eſt, à Deo eſt? Et verò; an ſi hiſtoria vera eſt, quâ docetur Moſem, Chriſtum, Apoſtolos, tot edidiſſe miracula, inde ſequitur etiam doctrinam intermixtam eſſe Divinam? Utrumque certò affirmo. Inter plures hiſtorias ab hominibus profectas, quibus ita eadem narrantur, ut altera alterius veſtigiis non inſiſtat, nuſquam talem conſenſum reperias, qualem inter Euangelia. Veriſſimum enim eſt, omnem hominem eſſe mendacem; & quiſquis hiſtoriam ſcribit, ſæpe illi contingit, ut aut fallatur, aut fallat. Adeóque pauci ſunt, qui ſemper ſibi conſtent. Hinc fit, ut de eodem Cyro Herodotus & Xenophon tam diverſa, tam diſcrepantia ſcribant: unde & in Apocryphis omnibus certæ apparent falſitatis notæ. At in Sacris Scriptoribus ſemper eadem traditur ſummo conſenſu, ſummoque concentu, veritas. Arethuſa in Sicilia, & Alpheus in Elide, licet Oceano interjecto disjungantur, creduntnr ex eodem ſonte manare; quia utrique aquæ ſunt ejuſdem ſaporis, ejuſdemque naturæ. Quidni de Sacris Scriptoribus idem affirmemus? qui, multa locorum intercapedioe, magnoque temporum intervallo diſſiti, ſemper eodem genio unam & eandem veritatem conſtanter docent, ut omnes ex uno fonte hauſiſſe oporteat.

8. Sed & hoc addo, Si vera eſt hiſtoria; & veram eſſe eorum doctrinam ſequitur apertiſſimè. Si verum eſt Moſem, Chriſtum, & Apoſtolos, ita miraculis inclaruiſſe, quę ab iis edita leguntur, mioimè dubium eſt, quin & eorum doctrina vera ſit. Nemo ea facit, quę ſupra naturam ſunt, aliâ virtute, quàm Divinâ; nemini confert haoc virtutem Deus, niſi & idem vera doceat. Certum eſt & immotum axioma Joh. 9. *Deum non exaudire peccatores*, erroris patronos & aſſertores. At, inquies, an non etiam dat Deus efficaciam errori? an non etiam Ethnici ſua miracula jactant? Quid quod ipſe Anti-Chriſtus *cum ſignis & miraculis venturus* prædicitur? Ita ſanè, ſed quibus? *Miraculis mendacii*, ait Apoſtolus 2 Theſſ. 2:9. hoc eſt, non modò in mendacii patrocinium, ſed & ipſis mendacibus. His ergo notis dignoſcamus vera miracula à falſis; 1. In bis fraus latet ut plurimum, & quidem talis, ut neminem oculatum fallat; ſic in Papiſticis miraculis in dies ſorex indicio ſe prodit ſuo. 2. Quæ miracula fiunt à Pſeudo-Prophetis talia ſunt, ut virtute Dęmonis pręſtari queant; Sic Dęmonia pellunt è corporibus, Diabolo ſpoote cedente, ut det efficaciam errori; cęco fortaſſe viſum reſtituerit, at non verò cęco; & ſurdo auditum, ſed non vero ſurdo; & claudo rectum inceſſum, at oon vero claudo, ſed ei, qui à Diabolo vinctus eſt. At nemo illorum legitur tale quid pręſtitiſſe, quod omni ſuſpicione careat; ut cùm mortuo vita reſtituitur jam quatriduano, jam ſœteoti. 3. Et hęc vera eſt ſine dubio veri miraculi nota; Quòd quiſquis ſibi conſcius eſt impoſturę ſuę, timidè agit, & cunctanter, de eventu minimè certus: neque ullus Pſeudo-Propheta, miraculum editurus, legitur inſpectante ſole tali obteſtatione uſus, quali

Luc. 13:16.

Elias Propheta 1. Reg. 18. *O æterne Deus, ut ſciant Te verum eſſe Deum, Me verò Prophetam à te miſſum, ignis deſcendat è cœlo*, &c. quali Moſes, Num. 16: 29. *Si hi moriantur, quomodo mori ſolent homines, Dominus me non miſerit:* quali Chriſtus, Matth. 8. *Ut ſcias Me eum eſſe, qui peccata condonat, dico tibi, ſurge, tolle grabbatum & ambula.* Et Joh. 11. petit reſurrectionem Lazari; *ut credant*, inquit, *Me a Te miſſum eſſe.* Certè vix fieri poteſt, ut Pſeudo-Propheta eò uſque impudentiæ procedat, ut audeat in magna turba Deum invocare & compellare nominatim, ut Doctrinam falſam edito miraculo firmet; neque ullum puto impunè Deo ſic illuſurum.

9. Quintam addimus & Veritatis & Divinitatis Scripturæ notam inſignem, nempe *Prophetandi vim*, quæ in Scriptoribus Sacris mira eſt. Atqui & Aſtrologi, & Aruſpices, & Conjectores Iliaci, eâdem vi pollebant, ſi credere fas eſt. Certè fateor ex Aſtris futura quædam innoteſcere, etiam eorum quæ merè ſunt contingentia; puta Cometæ ortum, & Aëris intemperiem, & Annonæ caritatem, & Sævituræ peſtis atrocitatem; quamvis etiam in his Arioli fallantur ſæpius; non tam ſuo, quàm Artis defectu, quæ meris conjecturis nititur. *Non eſt, quòd ſigna cœlorum formidetis*, (inquit Jerem. 10: 2.) *uti Gentes formidant.* Diabolum etiam vi conjectandi pollere fateor, quà poteſt latentes rerum cauſas indagare penitiùs, atque ex iis effectus colligere concatenata quadam ſerie cum illis cohærentes. At quàm multa ipſum lateant, teſtes ſunt ambiguæ illæ reſponſiones Loxiæ Apollinis, κερε φύγετα mera. Certè ut quis futurum quid prędicat, quod nullâ dum cauſâ nititur (ſi unam Dei voluntatem excipias) idque ante multa ſæcula; neque factum modò prædicat in genere, ſed & omnes facti circumſtantias; id verò nulla alia virtute fieri poteſt, quàm Divinâ. Futura enim velut oppanſo velo ita ab omnium creaturarum oculis ſemota ſunt, ut, nonniſi Deo revelante, iis innoteſcere non poſſint. Hinc Eſa. 41: 23. Propheta omnes Gentium fictitios Deos, hoc eſt, Dæmones, provocat, ut divinitatis ſuæ ſpecimen edituri futura prædicant. *Nunciate*, inquit, *quæ ventura ſunt, & agnoſcemus vos eſſe Deos.* Jam nemo eſt, qui neget Scripturam rerum futurarum circumſtantias tam certo tamque accuratè prænuntiare, quàm poſt eventum fieri ſolet. Exemplis id probare non eſt neceſſe. Notæ ſunt Prophetiæ, quibus non res modò in genere, ſed & perſonæ notantur, 1. *Reg.* 13: 2. & 2. *Reg.* 23: 16. *Joſias: Eſai.* 44. & 45. *Cyrus*; Et *anni Jerem.* 25: 11, 12. *Gen.* 15: 13. Et *dies Dan.* 8: 13, 14. quot diebus proculcatum Sanctuarium. Quod exactè impletum probat *Jacob. Cappell. Hiſt. Sac. & Exot.* ad An. Mundi 3839. Et *hora Dan.* 8: 2. pluribus ante eventum ſæculis. Omnem admirationem ſuperat caput xi. *Dan.* quo recenſetur hiſtoria trium ſæculorum & ampliùs tam accuratâ diligentiâ, ut vix quicquam memorabile toto illo tempore acciderit in Eccleſia, quod non ibi legatur. Cujus rei ut aliquod edam ſpecimen: quia minus attentè, quàm par eſt, hęc legi & obſervari à pleriſque video, ejus interpretationem ſic habe ex eventu.

Dan. xi: 2. *Ecce adhuc tres Reges*, Cambiſes,
An. Urb. Cond. 269. Magus, Darius Hyſtaſpis filius, *ſtabunt in Perſide, quartus autem* Xerxes *diteſcet opulentia majore, quàm anteceſſores omnes; & quia invaletur opibus ſuis, excitabit omnes adverſus regnum Græcia.*

An. 431. Verſ. 3. *Poſtea exurget Rex potens*, Alexander, *qui dominabitur ampliſſima dominatione, & res geret ex animi ſui ſententia.*

Verſ. 4. *Sed ſimulac ſtabilius fuerit, confringetur regnum ejus, ac dividetur ſecundùm quatuor plagas cœli*, in regna quatuor; *ſed non poſteritati illius*; nam Hercules & Alexander Alexandri filii ei non ſucceſſerunt: *neque ſecundum dominationem, quâ dominatus fuerat, nam avelletur* ab illius poſteritate regnum ejus, & transferetur *ad alienos*, ſejunctos ab illis; id eſt, nihil commune habentes cum illius poſteris.

Verſ. 5. Jam ut eorum hiſtoriam perſequar An. 442.
ſub quorum tyrannide afflicta eſt Eccleſia; *confirmabit ſe* Ptolemæus Lagi filius, *Rex Auſtri*; id eſt, Ægypti, quæ erat regni Alexandri pars maximè Auſtralis: *& alter ex ducibus illius Alexandri*, nimirum Seleucus, *confirmabit*, inquam, *ſe* Seleucus adverſus *illum* Ptolemæum, *& dominabitur; & dominium ampliſſimum erit dominium illius.*

Verſ. 6. *Sed poſt aliquot annos affinitatem inter* An. 492.
ſe contrahens; ſiquidem Berenice *filia* Ptol. Philadelphi *Regis Auſtri*, Ægypti, *veniet* collocanda Antiocho, quem adulatores vocabant Deum, *Regi Aquilonis*, id eſt, Syriæ; quamvis uxorem haberet Laodicen, & ex ea filios Callinicum & Antiochum. *Veniet* autem Berenice, *ut tranſigat æquis conditionibus*; *ſed non obtinebit vim brachii* & Antiochus *non permanebit conſtans*, nec Ptol. Philadelphus *brachium ejus*, quem Antiochus dictitabat brachium ſuum: ſed revocabit Laodicen e-
jectam; *Ita prodetur ipſa*, Berenice *& qui adduxe-* An. 508.
runt eam, & qui genuit eam, & qui roboraverat eam Antiochus: *temporibus multis*; id eſt, paulatim ac longo temporis tractu, & maritum ſuum Antiochum, & omnes, qui favebant ei, malè perdet Berenice.

Verſ. 7. *Sed ex ſurculo radicum ejus*, Berenices, *ſtabit ſcapus*, id eſt, filius *illius* Ptol. Philadelphi, nempe Ptolemæus Euergetes, *qui veniens cum copiis invadet munitiones* Seleuci Callinici *Regis Syriæ*, & *res geret in eas, & prævalebit.*

Verſ. 8. *Quin etiam Deos illarum munitionum cum theſauris illarum, & deſideratiſſima quæque vaſa illorum, Argentum & Aurum in captivitatem abducet in Ægyptum; & aliquot annos potentior permanebit Rege Syriæ.*

Verſ. 9. *Ita invadet regnum* Syriæ *Rex Ægypti* Euergetes; ac tandem victor *revertetur in terram ſuam.*

Verſ. 10. *Sed* Seleucus Ceraunus & Antiochus An. 518.
Magnus *Filii illius* Seleuci Callinici *bellum inſtaurabunt, & congregabunt multitudinem copiarum ma-
gnarum. Tum aliquis*, Antiochus Magnus, de- An. 531.
repentè *veniens inundabit ac pervadet, ac iterum
inſtaurato bello pervadet uſque ad* Raphiam *muni-* An. 516.
tionem illius, Ptol. Philopatoris Ptol. Euergetæ filii.

Verſ. 11. *Tandem exacerbabitur* Ptol. Philopa- An. 517.
tor *Rex Ægypti & prodibit & pugnabit adverſus illum*, adverſus Antiochum, inquam, Magnum *Regem Syriæ, & excitabit multitudinem magnam, & tradetur illa multitudo* Antiochi Magni *in manum illius*, Ptol. Philopatoris.

Verſ. 12. *Ita efferetur exercitus ille Ægypti & extolletur*, &c. *& tamen non erit potentior bello.*

Verſ. 13. *Nam revertetur* Antiochus Magnus An. 556.
Rex Syriæ, & excitabit multitudinem majorem priore, &c.

Verſ. 14. *Temporibus illis multis*, Antiochus vid. Magnus Syriæ Rex, & Philippus Macedoniæ, & belli Socii, *inſurgens adverſus Regem Ægypti* Ptol. Epiphanem, Ptol. Philopatoris filium: *quin & filii effractorum populi tui*, prædones aliquot & fœdifragi Judæi, *efferentur ad confirmandum Prophetiam*, obtentu confirmandæ Prophetiæ; *ſed corruent.*

Verſ.

Verſ. 15. *Veniet, inquam*, Antiochus Magnus, *Rex Syriæ*, & *diffundet miſſilia catapultaria*, &c. *Denique nulla vis erit* Ægyptiis *ad reſiſtendum*.

Verſ. 16. *Denique faciet* Antiochus Magnus *irruens in illum*, Ptol. Epiphanem, *pro libidine ſua, nec erit qui reſiſtat illi; tum inſurget in* Judæam *terram nobiliſſimam*; &c.

Verſ. 17. *Tum diſponet faciem ſuam ad invadendum vi totum regnum illius*, Ptol. Epiphanis; *ſed*, quia conatibus ejus obſiſtent Romani, *fœdus ineu-*

An. 562. *bit cum ille*, & *efficiet*, ut filia ſua Cleopatra, *filia mulierum*, id eſt, puella, *tradatur illi*, Ptol. Epiphani, ea mente *ut corrumpat illum*; *ſed* Cleopatra *non ſtabit* promiſſis, *nec illi* patri ſuo *favebit*.

Verſ. 18. *Tum faciem ſuam convertet ad inſulas*, & *occupabit multas*, Cyprum, Rhodum, Samum, &c. *ſed ceſſare faciet dux*, Scipio, *contumeliam ipſius* Antiochi *in ipſum, nulla ſuo dedecore rependens illi dedecus*.

Verſ. 19. *Tum reflectet faciem ſuam ad munitiones terræ ſuæ* Syriæ, & *impinget & corruet*, occidet, & *nuſquam comparebit*.

Verſ. 20. *Poſtea ſuccedet in locum illius*, Antio-

An. 567. chi Magni, filius illius Seleucus Philopator *prævaricator, tributis infamans decorem Regum. Sed intra paucos dies confringetur, non aperte Marte, neque prælio*; ſed veneno.

Verſ. 21. *Tum ſuccedet in locum illius* Seleuci

An. 578. Philopatoris frater ejus Antiochus Epiphanes nomine, *ſed* reverà *deſpicabilis*; & *non tradetur illi decus Regum*; ſed tantùm tutela Demetrii filii Seleuci Philopatoris; *veniet verò pacificè & occupabit regnum blanditiis*.

Verſ. 22. *Et brachia inundationis inundabuntur coram eo, & contererentur, adeóque princeps fœderis*. Is ipſe, qui ſuaſerat ut Antiocho Epiphani tanquam patruo daretur Demetrii tutela.

Verſ. 23. *Et obtentu confœderationis*, &c.

Verſ. 24. *Et pacificè fertiliſſima quæque loca Provinciæ invadet*, &c.

Verſ. 25. *Tum commovebit vires ſuas & animum ſuum adverſus*, Ptol. Philometorem Ptol. Epiphanis filium, *Regem Ægypti copiis magnis; viciſſim* Philometor *Rex Ægypti decertabit copiis magnis & amplis admodum: ſed non ſubſiſtet* Philometor, *quia excogitabuntur adverſus illum machinationes multæ*.

Verſ. 26. *Etiam qui comedunt cibum ejus confringent eum*, &c.

Verſ. 27. *Et amborum illorum Regum animus erit ad malefaciendum* Judæis, & *in eadem menſa fraudes loquentur*, adverſus ipſos, *ſed non ſuccedet*, is conatus, *quin* ſupererit *adhuc exitus* Sacro *Conventui*.

Verſ. 28. *Redibit igitur*, Antiochus Epiphanes, in *terram ſuam*, Syriam, *cum copiis magnis*, & *animus ejus* molietur aliquid *in Fœdus Sanctum*, &c.

Verſ. 29. *Conſtituto tempore rurſus invadet Ægyptum, ſed non erit ſimilis poſterior hæc* expeditio *priori*.

Verſ. 30. *Supervenient enim naves Cittæorum*, Romanorum, & *invitus regredietur, efferabitur in Fœdus Sanctum, & res geret. Revertens autem auſcultabit deſertoribus Fœderis Sancti*, Menelao nempe, & aliis Apoſtatis.

Verſ. 31. *Ita brachia*, id eſt, potentiſſimi quique, *ab ipſius partibus ſtabunt, & profanabunt Sanctuarium munitiſſimum, & removebunt Juge* ſacrificium, & *imponent illi abominationem deſolatricem*.

Verſ. 32. *Tum corruptores Fœderis impurabit*, id eſt, pelliciet ad Ethniciſmum, *blanditiis, ſed populum cultores Dei ſui confirmabunt, & res gerent*.

Verſ. 33. *Doctores etiam populi multos erudient, quamvis corruant gladio*, &c.

Verſ. 34. *Dumque corruent*, &c.

Verſ. 35. *Etiam ex ipſis Doctoribus corruent* quidam *ad expurgandam hac ratione ac ventilandam ac dealbandam* Eccleſiam *uſque ad tempus definitum*; *nam* ſupererit *adhuc tempus* Sacro *Conventui*.

Verſ. 36. *Denique faciet pro libidine ſua Rex*, Antiochus Epiphanes, efferet ſe & *extollet adverſus omnem Deum*, &c.

Verſ. 37. *Quin etiam Deos Majorum ſuorum non reſpiciet, neque venuſtatem mulierum*, &c. *ſed ſupra omnia ſe attollet*.

Verſ. 38. *Sed Deum Mauzzim munitionum ad ſui ſtabilimentum honorabit*, &c.

Verſ. 39. *Habebit enim munitiſſimas quaſque munitiones inſtar Dei peregrini*, hoc eſt, pro idolo ſuo, & *quoſcunque probaverit, augebit gloriam*, &c.

Verſ. 40. *Sed tempore definito impetum faciet in illum*, Ptol. Philometor. *Rex Ægypti*; viciſſim *turbinis inſtar irruet in illum* Philometorem Antiochus *Rex Syriæ curribus*, &c.

Verſ. 41. *Et veniet in* Judæam *terram decoris & multæ* Provinciæ *corruent. Hi tamen evadent*, &c.

Verſ. 42. *Immittet etiam manum ſuam*, &c.

Verſ. 43. *Occupabit enim theſauros auri & argenti, & deſideratiſſima quæque Ægypti; etiam Lybies & Æthiopes erunt in ipſius comitatu*.

Verſ. 44. *Tandem rumores turbabunt eum ab Orienſe & Septemtrione*, id eſt, à Parthia, & *prodibit æſtu magno*, &c.

Verſ. 45. *Sed cùm extenderit aulæa tentorii ſui inter* An. 590.
maria Perſicum & Caſpicum, *è regione Montis decori ſanctitatis, tum veniet ad exitum ſuum, nec quiſquam erit ei adjutor*.

Hactenus Danielis caput undecimum, ad cujus lectionem nemo non obſtupebit, qui ſciet quot annis hæc ſcripta ſint ante rem geſtam: nemo non exclamabit cum Ethnico illo Rege, Dan. 4: 9. *Ia te novi Spiritum eſſe S. Deorum, quandoquidem nullum arcanum te latet*. Sic de Joſepho Pharao Gen 41: 38. *Quem reperiemus huic ſimilem, in quo habitet Spiritus Dei?* poſtquàm futura prædixiſſet. Elucet certè maximè vis Prophetica in iis prędicendis, idque tam longa ſerie, quę pendent ab hominum arbitrio & voluntate; quâ nihil incertius & mobilius. Objiciet Atheus, quod olim Porphyrius, hęc nempe poſt eventum confiĉta Danieli falsò tribui. Atqui vel omnium hiſtoriarum fides elevanda eſt, vel agnoſcendum Alexandri ætate extitiſſe libros Danielis; ſiquidem id multi referant, atteſtenturque Ptolemęi Lagi filii, qui inter exteros libros ſacros Danielem quoque Græcè verti curavêre; antequàm pleráque hæc contigiſſent. Quid quòd & manifeſtè de Chriſti morte prophetat, à quo citatur; itemque de excidio Hieroſolym. 40. demum annis Chriſti obitum ſequuto.

Hîc dum ſtylus ſervet, mihi temperare non poſſum, quin doceam quàm mirabilis ſit Prophetarum cum Euangeliſtis conſenſus. Quæcunque ab his tanquam facta narrantur, ab illis futura prędicuntur ita accuratè, ut vix ulla ſit hiſtoria, quę plures circumſtantias de vita & morte cujuſquam adnotet, quàm obſervârunt Prophetæ de Chriſti vita & morte. Cujus rei ſit hoc ſpecimen.

1. Chriſtus naſcitur An. Mundi 4000. Id prędixerat Ezech. *cap*. 47. ubi per cubitos annos numerans, poſt menſuram 4000. cubitorum, tandem aquas ex Galilęa Orientali, aquas ſalutares & ęternas, quales Chriſtus offert Samaritanę, ait in totum Orbem ſpargendas.

2. Tum

Digitized by Google

2. Tum Machabæis ſublatis, &c. Herodi Idumæo ſceptrum traditum eſt, & ablatum à Juda. Id prædixerat Jacob *Gen.* 49. Unde illi clamores, qui in Tract. Sanh. Thalmudic. Herodis tempore auditi paſſim leguntur: *Heu! heu! ablatum eſt ſceptrum a Juda, neque dum venit Schilo!*

3. Prædictum eum naſciturum, *Eſa.* 9: 5. Prędictum, ex qua gente, ex Abrahamo, *Gen.* 22: 18. Prædictum, ex qua Tribu naſceretur, nempe ex Tribu Juda, *Gen.* 49. &c.

4. Ex qua familia, ex trunco Iſai, *Eſa.* 11: 1; Ex Davide, *Jer.* 23: 5. Ex Salomone, *Pſ.* 68: 37. 2. *Sam.* 7: 12.

5. Ex qua muliere, ex virgine, *Eſa.* 7: 14. Ex puella, *Gen.* 3: 15. Jer. 31: 22.

6. In qua Judææ parte, in Galilæa, *Ezech. loco citato.*

7. In qua Galilęę parte, Bethlehemi, *Mich.* 5: 2.

8. Quod illi nomen foret, Jeſus, *Zach.* 3. Chriſtus, *Daniel.* 9. Nazarenus, *Eſa.* 11: 1. *Jud.* 13: 7.

9. Tum ſtellam apparituram, *Num.* 24.

10. Venturos, qui afferrent illi munera, idque ex Oriente, *Pſ.* 72: 10.

11. Mactandos infantes, *Jer.* 31: 15.

12. Præceſſurum Johannem Baptiſt. *Malach.* 3: 1. & 4: 5. qui in deſerto concionaretur, *Eſa.* 40: 3.

13. Ex Ægypto reducendum, *Oſ.* 11: 3.

14. Vilioris ſortis hominem futurum & abjectę, *Eſa.* 53. *Pſ.* 22.

15. Miraculis inſignem, & quibus, *Eſa.* 35: 5. & 29: 18.

16. Spiritum Domini ſupra ipſum deſcenſurum, *Eſa.* 61: 1.

17. Tentandum à Diabolo, *Zach.* 3: 1.

18. Eum futurum pręconem Euangelii. *ibid.*

19. Quę concionum materia, *Eſa.* 42: 3.

20. Quibus in locis potiſſimùm concionaturus eſſet, in Galilæa, &c. *Eſa.* 8: 23.

21. Quo ſtylo, uſurum eum parabolis, *Pſal.* 78: 2.

22. Quos auditores habiturus eſſet, *Eſa.* 6: 9.

23. Fore, ut odio haberetur, rejiceretur, *Pſ.* 69: 15.

24. Eum ingreſſurum Hieroſolymas vectum aſino, *Zach.* 9: 9.

25. Ibi reperturum ædem ſuam mutatam in latronum ſpeluncam, *Jer.* 7: 11.

26. Fore, ut zelus domus Dei eum conſumeret, *Pſ.* 69: 10.

27. Tum fore, ut exſcinderetur è vivis, *Eſa.* 53. *Dan.* 9.

28. Idque non pro ſe, *Dan.* 9: 26. ſed pro peccatis alienis.

29. Tradendum per proditionem *Jerem. Lam.* 4: 20. Inſidiis petendum, *Pſ.* 118: 11. & 31: 14. & 41: 8.

30. A domeſticis, qui cum fœdus & communem habebat menſam, *Pſ.* 41: 10. & 55: 13.

31. Idque 30. nummis argenteis, *Zachar.* 11: 12.

32. Ex quibus emeretur ager figuli. *Ibid.*

33. Tum fugituros diſcipulos, *Zach.* 13: 7.

34. Ipſum ſputis conſpurcandum, fuſtibus diverberandum, *Eſa.* 30: 6. & 53: 3. Fore, ut irrideretur, *Eſa.* 53: 3. *Pſ.* 22: 8.

35. Purpurà veſtiendum, *Eſa.* 63.

36. Tanquam multorum criminum reum accerſendum, *Pſ.* 41: 9.

37. Eum ad hęc nil reſponſurum, *Eſa.* 53: 7. *Pſ.* 38: 13.

38. Tandem damnandum ſententià Judicis, *Pſ.* 2.

39. Ligno affigendum, *Jer.* 11: 19.

40. Pedibus & manibus perforatis; *Pſ.* 22: 13.

41. In altum ſubvehendum, *Num.* 21. quippe ſerpentis ęnei antitypus.

42. Maledictum fore hoc genus mortis, *Deut.* 21.

43. Tum fore, ut miſerabilis eſſet ſuis, *Zach.* 12: 10.

44. Alios dicturos, eum à Deo caſtigari, *Eſa.* 53.

45. Si fidat in eum, eum liberet, *Pſ.* 22: 9.

46. Quo loco? Hieroſolymis, *Dan.* 9.

47. Extra portas, *Levit.* 16: 27. per typum; de quo *Heb.* 13: 11.

48. Super montem Calvarium, qui idem cum Morijah, ubi Iſaaci ſacrificium.

49. Quo anno, *Dan.* 9.

50. Quo die anni, Paſchatis feſto (ideò Paſcha ejus typus eo die immolatus) poſtquàm per tres annos & ſemi concionatus eſſet, hoc eſt, dimidiam annorum hebdomadem, *Dan.* 9: 27.

51. Fore, ut cum impiis poneretur in morte, id eſt, inter latrones, *Eſa.* 53.

52. Aceto potandum & felle, *Pſ.* 69: 22.

53. Tum oraturum pro iis, qui ſe crucifigerent, *Eſa.* 53.

54. Verba etiam, quæ in cruce protulit, extant *Pſ.* 22: 1, *mi Deus*, &c.

55. Et *Pſ.* 31: 5. *animam meam*, &c.

56. Tum fore, ut circa Meridiem ſol obſcuraretur, *Am.* 8: 9. *Joël.* 2: 3. *Ezech.* 32: 8.

57. Injecturos nonnullos ſortem ſuper veſtem ipſius, *Pſ.* 22.

58. Nullum ex ejus oſſibus confringendum; *Exod.* 12: 46. per typum agni.

59. Ponendum in divitis ſepulchro, *Eſ.* 53: 9.

60. Tum fore, ut finderetur templi velum; *Zach.* 11: 1. Sic Judæi interpretantur.

61. Judam manere infœlicem exitum, (ut & reliquos hoſtes, *Pſ.* 69: 23. ſic Pilatus exul obiit) aliumque in ejus munere ſucceſſurum, *Pſ.* 109: 8.

62. Chriſtum ex inferis reſurrecturum, *Pſ.* 16: 10. Tertia die, *Oſ.* 6: 10. & ex Jonæ typo.

63. Fore, qui cicatricum veſtigia ſcrutarentur, *Zach.* 13: 6.

64. Fore, ut aſcenderet in cœlos, *Pſ.* 68: 19.

65. Ibi regnaturum & ſeſſurum ad Dextram Dei, *Pſ.* 110: 1.

66. Donec omnes ipſius hoſtes confracti ſint; *Ibid.* & *Pſ.* 2.

67. E cœlis dona daturum Eccleſiæ ſuæ, *Pſ.* 68: 19. miſſurum Spiritum S. *Joël.* 2: 28.

68. Vocaturum Gentes ad nominis ſui cognitionem, *Pſ.* 110: 3. &c. *Oſ.* 1: 10. *Eſa.* 65: 1.

69. Tum fore, ut confringeretur caput Serpentis, *Gen.* 3. Et certè tum *cecidit è cœlo Satan fulguris inſtar*, *Luc.* 10: 18. Oracula conticuerunt, &c.

70. Fore, ut attenuarentur Dii omnes terræ; *Soph.* 2. hoc eſt, ut ſubverterentur idola.

71. Subſequuturum ſtatim poſt ſex hebdomadas annorum, id eſt, paulò plusquam annos 40. excidium Jeroſolymorum, *Dan.* 9.

72. Erigendum tertium templum primo & ſecundo longè glorioſius, hoc eſt, Eccleſiam illam, quæ eſt domus Dei, *Agg.* 2: 7.

73. Tum futurum ſacerdotem eum Urim & Tummim, *Neh.* 7: 65. Prophetam, &c. *Deut.* 13. & 31. &c.

Hæc, & plurima alia, in uno Chriſti adventu impleta fuiſſe Oracula quiſquis non mirabitur, is ſanè plumbeus eſt & ſaxeus. Jam ſi libêret Levitici myſteria pandere, & Legis Ceremonialis arcana revelare, magna certè & mirabilis ſeſe myſteriorum ſylva aperiret. Et nemo non agno-

ſceret

ſceret in iis umbris rerum, quarum hodiè complementum videmus, imaginem: ſeu perſonas ſpectemus, *Levitas*, *Sacerdotes*, in his *Pontificem ſummum*, ſemel quotannis in Sancta ſanctorum ingredientem, nomina Iſraëlitarum pectore inſcripta gerentem, pro populo intercedentem, idque non ſine ſanguine: ſeu Loca ſacra contemplemur, offeret ſe *Tabernaculum* ſub pellibus ambulans, vagam Eccleſiæ conditionem ſub Lege referens; ſed ejus in *Templum* mutatio, ſtabilitate firmius, ſplendore auguſtius, in cujus ædificio Tyrii etiam & Sidonii operam navârunt, quid aliud quàm Eccleſiæ mutationem ſub Chriſto refert? Tres illæ templi partes, *Atrium*, quod omnibus, *Locus Sanctus*, qui ſolis ſacerdotibus, *Sancta Sanctorum*, quæ ſoli Summo Sacerdoti cum ſanguine ſe ſe offerenti patent, quid aliud quàm tria illa Dei regna referunt, Regnum naturæ, quod omnibus; Regnum gratiæ, quod nonniſi Regii ſacerdotii participibus; Regnum denique glorię, quod nonniſi Chriſto ſanguine patuit. Quid in Locis Sanctis *Arca* & *Gloria Dei inter Cherubim*, quàm lucem illam ἀπρόσιτον, quâ Deus in cœlis undiquaque veſtitur. Quid ſi velim hìc de *Urna* Mannâ plena, & *Legis Tabulis*, & *Virgâ Aaronis* dicere, *& Mensâ cum impoſitis panibus*, *& Acerris*, *& Lucernâ*, illâ ἑπταλύχνῳ, *Labro æneo*, quod æneo ſuffultum erat ſcapo, & *Altaribus ſuffitûs & holocauſtorum?* Quid ſi de Sacrificiis, *de Sacrificio Vaccæ Rufæ*, & *Hazazel*, & *Propitiationum?* Quid ſi *de Victimarum delectu*, & ὁλοκληρίᾳ, *& primitiis oblatis*, de *ſale & pane & vino & oleo & thure*, quæ in ſacris adhibebantur? Quid ſi de *pollutionibus* & *munditiis legalibus*, *de Leproſi & Puerperæ Purgatione*, *de Nazaræatûs voto?* Aut de *diebus ſacris*, *de Neomaniis*, *de Sabbathis*, *de Jubilæis* agerem. Dies me deficeret, priuſquàm ſingula explicare poſſem; in quibus tamen latet myſticum quoddam, & ſymbolicum Prophetiæ genus. Quæcunque nominavi tot certè ſunt quaſi Chriſtianæ Religionis Hieroglyphica.

Idem de ſingularibus Chriſti Typis affirmandum. Quales fuêre, Adam, Noë, Melchiſedech, Abraham, Iſaac, Jacob, Joſeph, Juda, Job, Moſes, Aaron, Joſuë, Samſon, David, Salomon, &c. Quæ ſunt tot Chriſti vivæ effigies; quas ad Populi ſui bonum in Eccleſia eminêre voluit Deus, Iſraëlique conſpiciendas obtulit. Quæ ne planè intacta prętercam, palamque faciam, quàm multa hìc lateant, & ſe ſe offerant ſedulò ſingula quęque penſitanti, quæramus, ex. gr. Chriſti effigiem in Iſaaco. 1 Uterque naſcitur per miraculum, Iſaacus ex matrice mortua, Chriſtus ex Virginea; 2. Ille Abrahamo, hic Orbe ad ſenium vergente. 3. Ille promiſſus per annos 40. hic per ſæcula totidem. 4. Utriuſque conceptio nunciatur ab Angelo. 5. Ut inquit Sara, *quomodo hoc fiet, nam ego jam conſenui?* Itidem Virgo, *quomodo hoc fiet, nam non novi virum?* 6. Cùm res adimpleta fuit, *Dominus ridere me fecit*, inquit Sara, *& quotquot audient, mecum ridebunt. Anima mea exultavit in Domino Servatore meo*, inquit Maria, *& omnes Gentes me fœlicem prædicabunt*. 7. Filius ſervæ Ægyptiæ (Judęorum figura, teſte Apoſtolo, Gal. 4. & Jeroſolymæ, quæ nunc eſt; & primi Fœderis, quod generat ad ſervitutem) deridet filium liberæ, & ideò pellitur ex ædibus paternis; ſic primus ille filius Iſraël, quia Iſaaci noſtri parvitatem habuit contemptui, noluit oſculari verum Filium, excluſus eſt, & pulſus è domo Patris. 8. Uterque eſt filius dilectus; nam ut Iſaacus *Gen.* 22: 2. ita & Chriſtus dicitur unigenitus à Patre. (Joh. 5: 54.) 9. Uterque filius dilectus; nam ut Iſaacus *Gen.* 22: 2. ita Chriſtus *Matth.* 3. vocatur Filius dilectus. 10. Uterque à Patre morti traditur, *Gen.* 22: 12. *Non pepercisti proprio Filio*; ſic *Rom.* 8: 31. *Deus proprio Filio non pepercit*, ad Iſaacum alludens. 11. Pater uterque miſericors; grave eſt Abrahamo etiam deriſorem Iſmaëlem domo ejicere, quantò graviùs mactare filium: Deus ſimiliter non vult mortem peccatoris, (Gen. 21:19. Ezech. 18: 23.) quantò minus juſti & innocui. 12. Ut ergo Deus Abrahamo dicit, *Nunc novi, quòd tu me amas, ex eo quòd non pepercisti filio unico propter me*; ſic concludit Apoſtolus *Rom.* 5. & 8. *Qui non pepercit proprio Filio, ſed tradidit eum mortis pro nobis, annon ſimul omnia dabit cum eo?* Et Johannes, 1 *Joh.* 4: 9. *In eo manifeſtatur amor Dei erga nos, quòd miſit Filium unicum*, &c. 13. Uterque igitur à Patre morti traditur, quia in illo amor Dei, in hoc amor hominis morte potentior, & zelus ſepulcbro durior. 14. Jam ſi mortis circumſtantiæ ſpectentur, (Cant. 8.) in eadem terrę plaga ſit utrumque ſacrificium; nam Iſaacus offertur in Monte Morijah; atque in illo ipſo tractu Hieruſalem, & templum ædificata leguntur, 2 *Chron.* 3: 1. Et verò in ipſo monte Golgotha, ſi Hieronymo & Aliis ante ipſum credimus, oblatus eſt Iſaacus. Certè ad nomen Morijah videtur alludere Salomon in *Cant.* 4: 6. ubi agens de Chriſti morte, quo moriente umbrę Legis diſſipari debuerunt; *Antequam*, inquit, *umbræ fugiant*; *conſcendam montem* מור, *Mor*, id eſt, myrrhæ. Mor typicè & poëticè dictum pro *Morijah*. 15. Id ſacrificium ſoli Abrahamo notum, ignotum erat ſervis, qui ad eum uſque montem eum erant comitati; ſic & Myſterium mortis Chriſti *in Deo abſconditum omnes homines latebat*. 16. Uterque innocens. 17. Iſaacus lignum in Montem Morijæ, Chriſtus crucem gerit. 18. Iſaaco ominoſum hoc verbum excidit, cùm jam lignum & cultrum & funes & ignem videret, quaſi cohorreſcenti ad ſpectaculum tam triſtis miniſterii; *video quidem lignum*, &c. *ſed ubi eſt victima*; ſtatim tamen acquieſcit huic Patris reſponſo, *Dominus providebit*. Ita & Chriſtus humanum aliquid paſſus eſt, cùm inſtaret hora mortis, & ſudavit grumos ſanguinis, & oravit & dixit, *O Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte*; ſtatim tamen hoc addit, *fiat voluntas tua*; ut ſciamus eum itidem totum à Deo pendere voluiſſe. 19. Ut ergo Iſaac, qui ex ſenilibus manibus facilè potuiſſet evadere, obtemperare maluit, & Patri ad mortem uſque morigerum ſe prębere; Ita & Chriſtus, qui nil non poterat in cœlo & in terra, & ad auxilium multas Angelorum legiones facilè advocâſſet, ultrò ſe ſe obtulit, *& Patri fuit obſequens uſque ad mortem crucis*, *Phil.* 2: 8. 20. Iſaac ligno imponitur, *Gen.* 22: 9. Chriſtus cruci; Iſaac pedibus manibuſque vincitur, Chriſtus pedibus manibuſque cruci affigitur. Iſaacus cultri ictum ſuſtinere paratus fuit, Chriſtus verò lanceę reverà ſuſtinuit. Iſaacus rogo imponitur, Chriſtus ardorem iræ paternę experitur. 21. Sed idem Deus, qui ſervat Iſaacum, cavet ne ullum oſſium Chriſto confringatur. 22. Iſaac toto triduo ambulat quaſi in valle umbrę mortis, *Gen.* 22: 14. Chriſtus per triduum manet in ſepulchro. 23. Angelus mittitur, qui Iſaacum liberet; Angelus mittitur, qui Chriſtum è ſepulchro eximat, revoluto lapide ſepulchrali. 24. Iſaac ἐν παραβολῇ, *Heb.* 11: 19. *ſimilitudine quadam* reſurrexit à mortuis; Chriſtus, hujus ſimilitudinis exemplar, verè reſurrexit. 25. Abrahami fides conciderat, niſi reſurrexiſſet Iſaac; & ſola ejus ſpes erat in eo ſita, quod *credidit Deum poſſe eum à mortuis excitare*, *Hebr.* 11: 18. *Sic inanis eſt noſtra fides, ſi Chriſtus non reſurrexit*. 2. Poſt hanc qualemcunque Iſaaci reſurrectionem ſucce-

dunt benedictiones, Abrahamo promittitur ſore, ut in eo benedicantur omnes Gentes; cujus typi antitypus fuit in Chriſto; idque poſt illius reſurrectionem demum impletum eſt. *Promiſſa*, inquit Apoſtolus, *Gal. 3: 16. data ſunt Abrahamo & ſemini ejus*, hoc eſt, Chriſto; & v. 14. *benedictio Abrahami Gentibus per Chriſtum obtigit.* Quis credet hæc omnia contigiſſe ſine ſpeciali Dei providentia? & ſortuitum eſſe tot rerum concurſum tam pulchrè cohærentium? fruſtráque hæc omnia à Sacris Scriptoribus obſervata? Hic addi poſſent prædictiones, quæ implentur in dies: Antichriſtus in urbe ſepticolli, Purpurata meretrix, vinum, imò venenum, Regibus propinans; conjugium & cibos interdicens, &c.

Obſervanda eſt inſuper Scripturæ Divinitatis momentoſa admodum nota, *Antiquitas, & continuitas, ſeu duratio continua.* Cœli & terra tranſeunt, ſed manet verbum Domini. Jactant antiquitatem Græci, qui tamen tum primùm hiſtoriam ſcribere cœperunt, cùm deſierunt Hebræi. Jam obſignatus erat Vet. Teſtam. Canon, antequam extaret Herodotus antiquiſſimus Græcorum ſcriptor; apud quem ſupra Cyri tempora nihil certi. Poetæ paulò altiùs rem repetunt, ſed quicquid veri habent, tot ſabularum involucris tegunt, ut vix quicquam elici queat, niſi præeunte Verbi Divini face. Exemplo ſit fabula notiſſima de Saturno Deorum antiquiſſimo, cui tres filios ſucceſſiſſe narrant, *Jovem* in cœlo, *Plutonem* in inſeris, *Neptunum* in æquore. Mihi non dubium eſt, quin Saturnus idem ſit cum Noacho. *Saturnus* enim eſt nomen compoſitum ex *Sutrus & Noë: Sutri* enim, & cum ש Epenthetico *Siſutri*, nomine, Ethnicis Noë aliquo modo innotuit. Sic apud Philonem Byblium, *ex Euſeb. lib. 9*; apud Abydenum, & Alexandrum Polyhiſtorem, citatum à *Cyrillo lib. 1. contra Julianum*, mentio fit Siſutri cujuſdam, qui Arcam confeciſſe, & in eam cum omnis generis animalibus, ut ab aquis ſervaretur, ingreſſus eſſe dicitur. Sutrus autem, ſeu Siſutrus, eſt Hebr. שוטר *Dominus*. Hocce, inquam, nomen compoſitum *Saturnus*, eſt Hebraicum שוטר־נח *Soter-Noah*; quod ſonat Latinè *Dominus ſeu Princeps Noë.* Idem Græcis dicitur Κρόνος, quaſi כר נח *car Noah*, *princeps Noë.* Idem Saturnus Aſſyriis *Belus* & *Belenus*, teſte Servio vocatur; eſt autem בעל *Baal*, & בעל נח *Baal Noah*, *Dominus Noë.* Latinis quoque *Janus* dictus, quaſi יה נח *Jah Noah*, *Dominus Noah.* Quatuor nomina ejuſdem ſignificationis Noæ aptiſſima, quia unus toti Orbi imperabat. Is omnes filios præter illos tres, quos diximus, voràſſe legitur; quia ejus temporis tota generatio à Diluvio fuit abſorpta.

Noachi filius חם *Ham*, ſeu *Cham*, nomen ſuum retinuit in Africa, in quâ regnâſſe creditur; ibi enim ſub *Hammonis* nomine ad Chriſti tempora cultus eſt. Huc facit plurimum, quod Plutarchus *in Iſide* teſtatur Ἀμοῦς Jovem dici proprio nomine ab Ægyptiis. Idem à Græcis Ζεὺς dictus à ζέω, *ferveo*; ut חם ab Hebræo חמם *hamam*, quod item *fervêre* ſonat. Is Patris jugum excuſſiſſe, ejus pudenda reſecuiſſe legitur; quia Ham paternæ authoritatis contemptor fuit, & ejus pudenda retexit. Ab hoc Hamo, ſeu Hammone, idololatria defluxit ad poſteros; quare conſtans fama eſt inter Ethnicos, ab Æthiopibus omnem pietatis & religionis formam duxiſſe originem. Eos proinde Homerus ubique ἀμύμονας Αἰθιοπῆας, *inculpatos*, & θεουδέας *pios* vocat. Apud hos Jovem convivari ſolitum dicit Iliad. 1. Sic Diod. Sicul. lib. 3. Φασὶ δὲ παρ' αὐτοῖς πρώτοις καταδειχθῆναι θεοὺς τιμᾶν, καὶ θυσίας ἐπιτελεῖν, καὶ πομπὰς, καὶ πανηγύρεις, καὶ τ' ἄλλα, δι' ὧν ἄνθρωποι τὸ θεῖον τιμῶσι, διὸ καὶ παρ' αὐτοῖς εὐσέβειαν διαβεβοῆσθαι παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις.

Chami filii leguntur fuiſſe, *Cus*, *Mitſraim*, *Put*, & *Canaan.* A *Cus* Æthiopes oriundi, à *Mitſraim* Ægyptii. Hi Græcis noti minus: *Put* fortaſſe idem eſt, qui Pythius Apollo, Jovis filius; *Canaan* idem, qui *Mercurius* Jovis item filius: nam Hebraicè כנען Mercatorem ſignificat; ut Latina vox *Mercurius* à mercibus deducta videtur. *Hermes* Ἑρμῆς à Græcis idem dici potuit ab Hebræo *Herem* הרם, quod eſt *anathema*; quia Noe in Chanaam nominatim vibravit Hami anathema. *Cus* Hami filius filium dicitur habuiſſe Saba, quo nomine olim *Bacchus* dictus, vel certe *Sabbaceus.* Idem fortè Bacchus pro בר כוש *Bar Cus*, filius Cuſi, R eliſo; ut cùm legimus Damaſcus pro Hebræo דרמשך *Darmeſec*, R eliſo. *Mitſraim*, qui Μεσρὴ dictus (unde nomen Ægyptio menſi Μεσορὶ) fortè idem eſt, qui Oſiris. Notandum hic etiam Hammonem Jovem ſub Arietis; ejus filium *Meſori*, vel *Oſirim*, ſub bovis ſorma cultum; quia Hebræis כר tam principem, quàm arietem ſignificat; & אלוף tam *principem* quam *bovem.* Atque id, quia *cornua* apud Hebræos potentiam & principatum denotant; hæc autem animalia maximè cornuta. Hinc David, *exaltabis cornu meum*, id eſt, imperium meum: quæ cauſa eſt, cur Alexander ab Arabibus non aliter vocetur, quàm *Dob alchoranin*, hoc eſt, δίκερως; ſeu *bicornis.* Hoc item notandum, Aſtrologiam eſſe Æthiopum & Ægyptiorum inventum; qui ideò prima duo ſigna Zodiaci voluerunt eſſe Arietem, & Taurum, quia Aries Hammonis, Taurus Oſiridis, ſeu Meſori filii, Hieroglyphica erant. Homerus fingit Il. 1, 12. Diis, *Jovi*, &c. duodecim domos in Æthiopia fabricatas fuiſſe à Vulcano; ut ſignificet Zodiaci Dodecatemoria ab illis inventa fuiſſe.

Porrò, quia *Sem* purè Deum coluit, prout à patre erat edoctus, ideò exoſus à fratre Hamo, ſeu Hammone, idololatriæ propugnatore; qui ſeipſum pro cœli Deo haberi voluit; ideò, inquam, Semo Hamus inferorum regnum aſſignavit. Et verò ut ſcias Semum eundem eſſe cum Plutone, Plutarchus ait Typhonem (qui cum Plutone confunditur) ab Ægyptiis vocari Σμὺ *Smu*; quod idem nomen eſſe cum Semo nemo non videt. Quia autem Noachus in Aſia cum Semo habitavit, dicitur à Jove fuiſſe in Tartarum relegatus, quæ terrarum plaga, quia eſt maximè florens & opulenta, ideò Sem ἀπὸ τοῦ πλούτου, *Pluto*, hoc eſt, *dives*, dictus eſt; & inibi *Campi Elyſii* ineſſe dicti ſunt.

Japhet idem eſt, qui Neptunus; quod patet ex ipſo nomine יפת. *Japhet* enim vel *Japetus*, quo nomine Græcis maximè notus, eſt à radice Hebr. פתה, quæ *pellicere* & *perſuadere* ſignificat. Quò alludens Noë in benedictione, quâ Japheto benedixit, ſic ait, יפת אלהים לִיפת *pelliciat Deus Japetum.* Ut autem ab פתה Japhet vel Japet Activâ formâ factum eſt; ità à Paſſiva נפתה, *pellectus eſt*, & נח fieri potuit *Neptunus*; quaſi *Nipta Noah*, hoc eſt, *pellectus Noë*; ſeu cui Noe pater promiſit fore, ut pelliceretur. Idem Græcè Ποσειδῶν dictus eſt; quæ vox, ut Græci obſervant, eſt à πείθω, ſut. πείσω, ejuſdem ſignificationis cujus פתה; & inde forſan derivata; eædem enim radicales. Neptunus autem, ſeu Japet, Maris Deus dictus eſt; quia cùm Sem in Aſiæ, Cham in Africæ Mediterraneis degerent; eóque forſan pedeſtri itinere deveniſſent, Japhet nonniſi conſcenſa nave in Græciam, quam incoluit, primus devenire potuit. Et verò Græcia, Italia, Hiſpania, & ferè omnes Europę partes inſulę איים

ab

ab Hebrçis nuncupantur; quia ſunt totidem Pelo ponneſi, & peninſulę, mari ferè undiquaque circumfluæ. Quâ etiam de cauſa, qui has partes occupavit Japetus, maris Deus dici potuit.

Sed hæc plus ſatis docent, quàm veritatis obſcura fuerint apud Ethnicos veſtigia; cùm nobis ea ſit hiſtoria à Deo in Scripturis conceſſa, quæ inde incipit, unde cœlum & terra; ibi deſinit, ubi mundus; quæque, quicquid notandum aut fiet, aut factum eſt in Eccleſia, vel narrat, vel adumbrat, vel prædicit. Hinc illa duo axiomata eliçi debent. Primum; Cùm quod antiquiſſimum eſt id quoque ſit veriſſimum: (veritas enim mendacio prior;) qui liber omnium eſt antiquiſſimus, & ea habet, quę ſtatim ab initio & facta & docta ſunt, eum veriſſimum eſſe; ac proinde Divinum. Secundum ex verbis Gamalielis Act. 5: 38. tale elici poteſt, *Quodcunque opus ex Deo non eſt, id tandem corruat eſt neceſſe*: at ſi qui libri extent, qui nullâ temporum injuriâ, nullâ hominum incuriâ, perire potuerint (quamvis id toto conatu Reges plurimi aggreſſi ſint, ut omnem horum memoriam è medio tollerent, aut illos corrumperent) eos libros Divinos eſſe oportet, & ab eo profectos, cujus ſola virtute ſarti tectique manſerunt per tot annorum ſęcula. Quamvis non uſque adeò firmum in his argumentis præſidium collocęm, ea tamen contemnenda non ſunt

His addi poſſunt Tot Eccleſiarum conſenſus; Conſtantiſſima tot Martyrum confeſſio, qui huic veritati proprio ſanguine ſubſcripſerunt; Tragici perſequutorum exitus; Mira & penè incredibilis hujus Doctrinæ propagatio; ſed ea potiùs adſcita ſunt, quàm inſita argumenta. Neque plura addere opus eſt; dudum enim juſtum Epiſtolæ modum ſum tranſgreſſus.

Tu autem, quæ in his manifeſta eſt, *ἀταξίας* excuſa. *Canis feſtinans cæcos parit catulos.* Rogas quid me urgeat tantopere, ut nil niſi raptim ſcribam. Poſſe differri in aliud tempus hæc *πάρεργα*, fateor, ſed eo genio ſum, ut non poſſim quicquam agere, poſtquàm deferbuit animus, qui aut præcipiti quodam æſtu abripitur, aut ſitu & ſquallore torpet. Præterea mihi tecum rem eſſe ſcio, cujus fidei etiam embryonem meum & informes partus committere audeo. De ſcriptione quereris, quod nimis citata ſit; hoc ſanè me malè habet; ſed quid agerem? Niſi velim totus eſſe in formandis characteribus, hoc vitium emendare penes me non eſt.

Vale.

DOCTISSIMO VIRO

N. HERAULT,

Fideliſſimo Alençonienſis Eccleſiæ Paſtori,

BOCHARTUS.

Explicatur Jeſu Chriſti in Montem, Templique pinnaculum, Tranſportatio. Ad Matth. 4: 5—9.

Tranſlat.

Quandoquidem ad eam me revoces Quæſtionem, quam nuper Dieppę agitavimus, *Utrum ſcilicet Chriſtus reipſa, an verò imaginatione tantùm, à Diabolo in Montem, Templique pinnaculum, fuerit tranſlatus*; novi multos eſſe, qui tecum poſteriorem amplectantur opinionem; eò quòd pati nequeant id ſtatui, Diabolum reali tranſlatione Chriſtum de loco in locum tranſportâſſe. In quo tamen nihil mihi occurrit, quod quemquam debeat offendere; quamvis enim concipi nequeat, qua ratione ſpiritus moveat corpus; quia nempe nihil movêre valemus, niſi corporeus intercedat contactus; neceſſe eſt tamen fateamur, id fieri poſſe; cùm mens noſtra, materię prorſus exors, corpus noſtrum moveat. Spiritus autem ab omni materia ſejunctos eadem pollêre virtute conſtat Angelorum exemplo, qui ſub flammeorum equorum currúſque ignei ſpecie Eliam in cœlos evexêre. Eorum quoque miniſterio Domini Spiritus Philippum procul dubio Azotum, *Act.* 8: 39, 40. tranſtulit; ut & Moſem in Moabitide *Deut.* 34: 6. inhumavit: quod poſtremum apertè ſatis innuit *Divus Juda Epiſt. Cathol.* ℣. 9. Prophetam Habacuc prætermittimus, quem tamen legimus Appendicibus ad Danielem Apocryph. ab Angelo ex Judæa in Babyloniam, cùm prandium meſſoribus ſuis pararet, fuiſſe tranſlatum. Quibus affine quid narrat *Athenæus lib.* 14. dum ait, Nobilem quemdam Bythinum, *Boreum* nomine, (vel potiùs, uti emendat Caſaubonus, *Bormum*) *evanuiſſe omninò, quum aquas quaſdam, quibus meſſores ſuos potaret, hauriret*; *βουλόμενον τοῖς θερίζουσι δοῦναι πιεῖν, βαδίζοντα ἐφ' ὕδωρ ἀφανισθῆναι.* Ex quo etiam factum, ut Heſychius ac Phavorinus in voce *Βώρμος* eum appellant *νυμφόληπτον*; quaſi, uti alter Hylas, à Nymphis, quæ aquis hiſce præerant, raptus fuiſſet. Jam autem ſi Angeli eâ pollent facultate; quidni pollebunt itidem Diaboli ejuſdem cum illis naturæ? Quanquam enim hi à primęva ſua conditione utcunque exciderint, ingenitis tamen proprietatibus non fuêre ſpoliati: indéque in Euangelio, *Marc.* 9: 22. *Mat.* 17: 15. Dæmoniaci cujuſdam fit mentio, qui modò in ignem modò in aquam à Dęmone immitteretur: uti & alterius, *Luc.* 8: 9. *Marc.* 5: 4. qui, quibuſcunque illigaretur catenis, à Diabolo tamen, hiſce continuò effractis, in deſertum tranſportabatur. Simile eſt, quod Patres de Simone Mago ſcribunt; viſum fuiſſe aliquando curru æneo Romę aëri inambulantem: ſimile quoque, quod ab Eunapio de Philoſopho Jamblico fertur, *Eum, cùm vota Diis faceret, aliquoties à terra ſuperficie*

ad cubitorum decem altitudinem & ultrà evehi ſolitum; πλὴν ἢ δέκα πήχεων. Quod ſi revera aliquando contigerit, id certè Diabolicæ virtuti adſcribendum. Ut rem contraham, ſi nobilioribus quibuſque Philoſophis fides habeatur, Cœli nulla alia virtute moventur, quàm Intelligentiarum, cujuſque Orbem ex Dei mandato circumvolventium. Illud autem ſtatuamus Diabolum ea facultate donatum eſſe, ut corpora quæque loco ſuo emovere atque in alium transferre valeat; non eſt quòd quiſquam offendatur, ſi eandem illam in J. Chriſtum exercuerit; Iſque, quem Angeli adorant, aliquandiu Diaboli poteſtati ſubfuerit; Iſque demum, quem Dei Spiritus in Deſertum detulit, inde à Dæmone alorſum fuerit ablatus. Meminiſſe enim oportet eorum, quæ Chriſtus ipſe ait *Luc.* 22: 53. *Tum temporis tenebrarum potentiam fuiſſe graſſatam*; Itemque *Chriſtum hæc non pro ſe, ſed pro nobis, pertuliſſe; Eundemque inſuper in omnibus, excepto peccato, non ſecus quàm nos, tentandum, Heb.* 4: 15. Conſtat autem veros fideles tentationibus ejuſmodi fuiſſe objectos; eorumque corpora ad aliquod tempus Satanæ poteſtati fuiſſe ſubdita. Teſtis ſit Jobus, quem Diabolus, Deo permittente, à planta pedum ad verticem maligno ulcere percuſſit; *Jobs* 2: 7. Teſtis quoque Maria Magdalena, quę *Marc.* 16: 9. & *Luc.* 8: 2. à ſeptem Diabolis fuit poſſeſſa. Teſtis rurſus hæc Abrahami filia, quam *Luc.* 13: 16. Satan annos octodecim ligatam tenuit. Teſtis demum Paulus ipſe, qui 2. *Cor.* 12: 7. ab Angelo Diaboli, ne ſupra modum efferretur, colaphis eſt cæſus. Oportuit igitur ut Chriſtus hujus generis tentationis particeps fieret; ad hoc ut, in omnibus nobiſcum tentatus, infirmitatibus noſtris eò graviùs condoleret; certioréſque eſſemus ipſum ideò in mundum veniſſe, ut dolores noſtros omnes ſubiret, languoréſque portaret. Quidni verò potuerit Dæmon è loco in locum transferre illum ipſum, quem ejus Satellites, Judas, Caiaphas, Pilatus, in crucem erant deinceps ſublaturi? Quin & eò illuſtriorem fecit victoriam ſuam Chriſtus, quòd iſthæc Adverſario ſuo permiſerit; quandoquidem ultrà nihil ipſi conceſſerit. Et certè Diabolus Chriſti quidem corpus valuit movere; at animi conſtantiam è ſitu ſuo nullatenus potuit emovere. Quid quòd, cùm Chriſtus à Satana deferretur, ipſum eodem tempore catenis ſic illigatum tenebat, ejúſque ſic frænabat vires, ut nullum ſibi poſſet infligere damnum. Itaque in hac Chriſti tranſportatione, non tam mirabilis Diaboli in Chriſto deferendo potentia, quàm Chriſti in tuenda ſua ab Adverſario adeò crudeli vita, qui certè maximâ cum voluptate eum vel præcipitatione vel ſuffocatione ſuſtuliſſet omninò, ſi facultatem habuiſſet. Neque ſolùm mirabilis Chriſti in ea re potentia; ejuſdem bonitas longè nobis mirabilior, in eo quòd Noſtri cauſa tam grave opprobrium voluerit ſubire. Quemadmodum enim Naturam Humanam aſſumpſit, ut Divinæ nos efficeret participes; filiúſque hominis haberi voluit, ut nobis filiorum Dei dignitatem mereretur; & ad infima quæque deſcendit, ut nos extolleret; mortem ſubiit, ut vitam nobis obtineret; ad inferos demum dejectus eſt, ot nos in cœlos eveheret: ſic quoque Satanæ poteſtati ſubjici voluit, ut ab ejus tyrannide nos eximeret; paſſúſque corpus ſuum ab eodem ad Hieroſolyma & Montem deferri, ut Animæ noſtræ ab Angelis ad Montem Sionis, Hieroſolymamque cœleſtem, transferrentur.

Poſtquàm ea ratione emollivi, quod in hac Hiſtoria durum videri poſſet & horrendum; oſtendique idem illud, nedum videri debeat horrendum, (uti pertenditur) contrà eſſe ſolatio plenum; hæc ſunt argumenta, quibus in Noſtra Dieppenſi Diſputatione ipſum adſtruere ſum conatus. Primo, duo extant Euangeliſtæ, Matthæus ſcil. & Lucas, qui diſertè ajunt, Diabolum duxiſſe, vel tranſtuliſſe, Chriſtum in Templi pinnas, tum in Montem; nec quidquam ulterius adjiciunt, quo vel leviſſimè ſuſpicemur, id viſione aliqua peractum. Quum Ezechiel in Chaldæa eſſet, narrat *Prophet. cap.* 8: 3. ſe *Dei viſionibus* Hieroſolymam per Spiritum adductum fuiſſe: rurſúſque *capite* 11: 24. ſe eodem Spiritu in Chaldæam *viſione* pariter fuiſſe reductum; iterúmque *Prophet.* 40: 2. Jehovam ſe in terram Iſraelis *viſionibus Dei* duxiſſe. *Joh. Apocal.* 17: 3. ſcribit itidem ſe ab Angelo ſpiritu tranſlatum eſſe in deſertum quoddam: itémque *cap.* 21: 10. ſe ab Angelo tranſportatum fuiſſe ſpiritu in magnum quendam montem. In hiſce autem omnibus locis hæ voces, *viſione Dei, viſione, per Dei Spiritum, ſpiritu*, &c. perſpicuè oſtendunt, de Phyſica & reali tranſlatione iiſdem in locis ſermonem non haberi. Verùm in ea Tentatione, de qua jam diſceptamus, Textus nullatenus innuit, Diabolum *vel viſione vel Spiritu* Chriſtum tranſtuliſſe; ſed nudè, eum tranſtuliſſe, vel adduxiſſe. Si tamen contendas, id *viſione* tantummodò factum eſſe; accedet forſan alius, qui pertendet, Chriſtum viſione tantùm à Spiritu deductum fuiſſe in Deſertum: eóque modo tota hæc Tentationis hujus hiſtoria, imò & Euangelium univerſum, uti quondam voluêre Marcionitæ, in viſiones & phantaſmata evaneſcent.

Addo etiam, ſi Diabolus Chriſto viſione aliqua illuſit, horum alterutrum neceſſariò eveniſſe, ut vel Senſibus & Imaginaoioni tantùm, vel Menti quoque fucum fecerit; falſúmque ipſi perſuaſerit; Ipſum ſcil., quanquam in plagis terreſtribus verſaretur, in Templi tamen, aut Montis vertice ſedere. Quodcumque autem admittatur, graviſſima ſe ſe offerunt incommoda. Si enim hoc ſtatuatur, Satanam Chriſti ſenſibus tantùm illuſiſſe, aut falſas ad ſummum ejus imaginationi ſpecies immiſiſſe, quas Chriſtus falſas probè noverit; ex his id neceſſariò ſequetur, quando Diabolus *Math.* 4: 6. Ipſi ait, *deorſum te præcipita*, hanc illius tentationem nugatoriam eſſe & inanem; eò quòd Chriſtus optimè tum nôſſet id eſſe prorſus impoſſibile, quia tunc in ſolo æquabili ſtabat. Neque erat, quòd Satanæ reſponderet *verſu* 7. *Dominum Deum tuum minimè tentabis*; contrà verò regerere debebat, *Fruſtra illuſionibus tuis mihi imponere conaris; neque enim in Templi vertice, neque in alio quocumque loco præcipiti ſum poſitus; pedibus binis in ſolo ſtabili conſiſto.* Conſtat inſuper Satanam eo conſilio Mundi Servatorem in Templi faſtigio, potiùs quàm in rupis cujuſquam acumine, aut ſimili alio eminenti loco, (qualia multa ſunt in deſertis) collocâſſe, ut tantò faciliùs ad præcipitium induceret. Conjiciebat enim Chriſtum in Urbe populoſa, adſtantibus teſtibus innumeris, oſtentatione quadam abreptum tale quid auſurum, ut nomen ſibi compararet. Quòd ſi quis eam Satanæ tribuat facultatem, ut potuerit etiam Chriſti mentem excæcare, ipſique falſum perſuadere; id horrendum quid præ ſe fert, quod Tu Ipſe cum indignatione in nupero Colloquio noſtro es averſatus: uti & certè cum immenſis illis Sapientiæ, Scientiæ, & Intelligentiæ Theſauris, qui in Chriſto *Col.* 2: 3. abſconditi perhibentur, nequaquam poteſt conſiſtere. Quid quòd & inde varia deducerentur *πνεύματα*, ad quæ veri quíſque Chriſtiani horreſcerent. Si enim Tentator Chriſtum eò uſque potuiſſet dementare, ut æquabile ſolum pro præcipitio haberet, potuiſſet eadem ratione ipſi perſuadere, præcipitium

eſſe

Digitized by Google

eſſe ſolum æquabile, imò & ipſum eò inducere, ut ſe præcipitem daret: potuiſſet itidem falſum quodlibet in veri locum ipſi ſupponere eáque ſuppoſitione impellere, ut falſum quid aſſereret, eóque mendacii crimine implicare. Qunm porrò intellectus voluntati in operationibus ſuis alluceat, intellectu fallacibus ideis depravato, voluntatis ſimiliter affectus corrumpere valuiſſet, rerumque quarundam illicitarum, imò & horrendarum, cupiditate inflammare. Quæ omnia ſunt deteſtanda. Neque ſufficit, ſi quis reſpondeat Deum ſingulari providentiâ Filium ſuum ab hiſce ſervaturum fuiſſe; non ſufficit, inquam; ſiquidem admiſſa etiam hac reſponſione hoc ſtet inconcuſſum: Nimirum id evenire potuiſſe, ni ſingularis hæc Dei providentia prævertiſſet, atque adeò Chriſtum ex conditione ſua naturali minimè fuiſſe (ſi ea voce uti liceat) impeccabilem, uti nec fuit Adamus.

Meminiſti ſcilicet, Vir Doctiſſime, Te his rationibus nihil quicquam in nupera noſtra Collatione reſpondiſſe; quemadmodum nihil quicquam nunc reſpondes; tametſi ſatis ſuperque temporis affuerit, eas ut expenderes. Quî fit ergo ut ſperes Me ratiuncularum quarundam, quibus hanc Chriſti Tranſlationem Viſione & Phantaſia circumſcribendam contendis, pondere ab opinione mea diſceſſurum? Nunquam certè diſcedam, dum ſtabunt argumenta mea; etſi tua ita forent ſtabilia, ut nihil mihi ſuccurreret, quo retunderem; quemadmodum tibi nihil, quo meorum vim infringas. Id ad ſummum poſſet evenire, ut hac in re penderem utcunque dubius, donec lux major mibi affulgeret, & cum Judęis dicerem, *Elias veniet*; ſed rationes tuas non tanti facio, quaoti Tu; & quanticunque facias, multa mihi ſuccurrunt, quibus facilè, ut mihi quidem videtur, diluam.

Prima, quam adducis, quamque invictam putas, hęc eſt; Nullum extare montem tam excelſum; ut ex ejus cacumine omnia mundi regna, eorumque ſplendor, poſſint circumluſtrari: etiamſi enim aliquis in ipſo Solis corpore collocaretur, inde tamen vix poſſet dimidiam eorum partem percipere. Ex quo concludis, cùm Diabolus nequiverit ex montis cujuſquam vertice univerſa Orbis regna reipsâ viſenda præbere; viſione tantùm aut imaginatione exhibuiſſe. Verùm, ut ne ratio iſthæc ſit invicta; ne tantillam quidem præ ſe fert probabilitatis ſpeciem: ſiquidem minimè concludat id, quod controvertitur. Concludendum erat, Chriſtum fuiſſe duntaxat ſpecie & imaginatione tranſlatus; in hujus autem locum concludis, Satanam illius phantaſiæ, vel oculis, cuncta terrarum regna ſolummodò ſubjeciſſe: quę duo ſunt longè diverſa. Unum quippe poſſim negare, alterum verò concedere; neque quidquam obſtat, quin poſt realem J. Chriſti Tranſportationem varia viſa ejus oculis aut imaginationi potuerint offerri. Moſes, exempli gratiâ, motu reali in montem Sinai aſcendit, typus tamen Tabernaculi ſpecie tantùm ipſi eſt inibi oblatus, *Heb.* 8: 5. Eodem ferè modo Redemptor Noſter in excelſum montem à Dabolo potuit extolli, non ut ex eo loco oculotum aciem longiùs proſerret, ſed ut in liberiori, Hemiſphęrio, æquoréque vaſtiori ac patentiori, regnorum illotum magnificentiam, ſitum, diſtantiam, &c. diſtinctiùs perciperet. Quibus & varię rationes myſticę adjici poſſunt, ſi videatur: Cujuſmodi, Diabolum, cùm Chriſtum ambitione vellet ſeducere, conſentaoeum judicâſſe, Eum in loco eminenti collocare, ut loci ſitus Tentationis modo reſponderet. Item, Eundem illum aliquam in eo affectâſſe cum Deo convenientiam; qui ſępe Miniſtris ſuis, ſicuti Abrahamo, Moſi, Eliæ, &c. in altiſſimis montibus apparuit.

Ut paucis rem conficiam, Incommoda, quibus gravatur opinio, quæ ſtatuit Chriſtum viſione duntaxat fuiſſe tranſlatum, illam minimè gravant, quę aſſerit; Diabolum in ſpeciem duntaxat mundi Regna, eorumque gloriam ipſi objeciſſe. Ad hęc quoties Scriptura tranſlationis alicujus mentionem facit, nec ſubdit, cam ſpiritu aut viſione fuiſſe pręſtitam, toties realem intendit: (nullum ſaltem Scripturę locum novi, in quo res alio modo ſe ſe habeat) at idem minimè ſentiendum de rerum oblatione, aut intuitu, quę ſępiſſimè uſurpantur in rebus ſpecie ſola obverſantibus. Horum exempla extant, *Exod.* 25: 9. *Num.* 8: 4. *Jer.* 24: 1. *Ezech.* 40: 4. *Heb.* 8: 5. *Apoc.* 4: 1. &c. Quum ergo dicitur Diabolum mundi Regna, eorumque ſplendorem oſtendiſſe, id poteſt facillimè de oſtenſione apparenti, abſque ulla verborum contorſione, intelligi; quandoquidem frequentiſſimè tum in V. tum in Novo Teſtamento hę voces eo ſenſu uſurpentur. At quando adjicitur, Diabolum detuliſſe Chriſtum in Montem; quandoquidem non ſubjiciatur, *Spiritu* aut *Viſione* detuliſſe, temerarius eſſet, quiſquis hęc adderet: ea enim interpretatione Scripturę Sacrę fides labefactaretur: ſiquidem ea omnia, quę nobis ut realia proponuntur, poſſent pari jure in viſiones & phantaſmata traduci. Ad hęc, ſi Chriſtus optimè intellexit, ſe tantum ſpecie tenus in Templi pinnaculo ſtare, ridicula omninò fuerit Diaboli ab pręcipitationem inſtigatio; uti jam ſuperiùs notatum eſt. Verùm, etſi diſtinctè intellexerit, terreoorum regnorum gloriam ſibi in ſpeciem tantùm objici, non minus efficax fuerit ejus ad realem illorum poſſeſſionem proſequendam ſollicitatio. Quanquam enim pulchritudo quędam in ſpeculo duntaxat offeratur, pari tamen affectu animum poteſt pertentare, ac ſi pręſens adeſſet ac per ſe ſenſibus ſubjiceretur. Poteſt igitur abſque ullo abſurdo concedi, Satanam mundi Regna, eorumque decus, in ſpeciem tantùm Chriſto exhibuiſſe. At nihil occurrit, quod nos eò adigat; hujus enim loci verba multiplici alia ratione poſſunt uſurpari. Et primò quidem hiſce verbis, *ipſi oſtendit omnia regna*, ſubeſſe poteſt hyperbole; uti adeſt in his Abdię ad Eliam Prophetam, 1 Reg. 18: 10. *Vivit Jehova Deus tuus, nulla extat natio, nullumque regnum, in quibus Rex dominus meus te non quaſiverit.* Uti quoque in his Ezechielis, cap. 31: 3, 6. *Aſſur fuit tanquam cedrus in Libano*, &c. *Omnes cæli volucres in ejus ramis nidificata ſunt, omnes agrorum beſtiæ catulos ſub iiſdem edidêre; omnéſque populi magni ſub ejus umbra habitârunt.* Uti rurſus in his Danielis ad Nebucadnezarem Regem, *Dan.* 2: 38. *Quibuſcumque in locis habitent filii hominum, agrorum beſtia, cælorumque volucres, in manus tuas tradita ſunt, tuoque Imperio ſubjecta.* In his itidem Lucę, Act. 2: 5. *Aderant Hieroſolymis Judæi ex omni natione, quæ cælo ſubeſt.* In his iterùm Pauli ad *Coloſ.* 1: 23. *Evangelium creatura cuivis ſub cælis exiſtenti annuntiatum eſt.* In hiſce demum Johannis, quę ſub finem Evangelii extant, *cap.* 21: 25. *Sunt & alia multa à Chriſto facta, quæ ſi ſigillatim ſcriberentur, non arbitror Orbem totum continere poſſe libros, ea qui referrent.* In locis iſtis omnibus hyperbolem aliquam adeſſe liquet; ſed quamquam omnium regnorum, omnium gentium, omnium filiorum hominum, omniumque creaturarum expreſſa fiat mentio, nihilominus tamen eorum duntaxat pars aliqua intelligenda venit. Certiſſimum quippe Achabum, ſi accuratè ſit loquendum, Eliam non quęſiviſſe per omnia regna; neque Aſſyrios, vel Regem Nebucadnezarem, cunctis gentibus, nullâ exceptâ, domi-

Digitized by Google

natos fuiſſe: uti etiam non aderant Hieroſolymis ad Feſtum Pentecoſtes Judæi ex Nationibus quibuſlibet, ex Sinis, v. c. Laponibus, Americanis, &c. Quando etiam Paulus ad Coloſſenſ. ſcribebat, multæ tum erant Gentes, quibus Euangelium nondum fuerat annuntiatum. Quamvis demum ea omnia, quæ Chriſtus egit intra triginta annos, aut circiter, quibus in hiſce terris eſt verſatus, quamvis, inquam, omnia libris plenè conſignarentur, hos tamen Mundus ſuis aliquot partibus facilè complecteretur. Itaque hæ voces, *Mundus*, *omnia*, &c. in omnibus illis locis ſunt ex ſubjectæ materiæ naturâ circumſcribendæ; ac pro majori vel minori illorum parte, juxta rerum conditionem, accipiendæ. Pari prorſus modo, quando Tentator univerſa Mundi Regna, eorumque magnificentiam, Chriſto exbibuiſſe dicitur; quidni rem ſic intelligemus, ut nonnulla duntaxat exhibuerit? quot ſcilicet requiri judicavit, ad accendendam in Chriſti animo bonorum terreſtrium cupiditatem.

Idem iterum ſenſus emerget, ſi hæc eadem verba ex hac Grammaticorum figurâ explicentur, quæ *ἓν διὰ δυοῖν* ſolet vocari; juxta quam *Univerſa Mundi regna*, *eorúmque magnificentia*, nihil aliud erunt, *quam magnificentiora quæque regna*, vel, *Tota regnorum mundi gloria*; quæ Diabolus in circumjacentium quorundam regnorum typo potuit conſpicienda proponere, non ſecus quam in ſpecimine res totæ ſolent plerumque proponi contemplandæ. Hujuſque figuræ exempla paſſim in Script. Sacr. proſtant. Sic *Gen.* 1: 14. *Sint luminaria in ſigna & tempeſtates*, hoc eſt, in tempeſtatum ſigna. Similiter 2. *Samuel.* 3: 37. *Totus populus totuſque Iſrael*, id eſt, Totus Iſraëlis populus. *Exodi etiam* 17: 13. *Amalech*, *& ejus populus*, pro Amalecitarum gente. Sic demum *Act.* 14: 13. *Tauri & coronæ*, pro Tauris coronatis.

Poteſt quoque in iiſdem illis vocibus admitti *Trajectionis* ſpecies quædam, juxta quam vox, *omnia*, è ſede ſua in aliam ſic transferatur, ut hic ſenſus emergat, *Satanam Mundi regna*, *omnemque eorum gloriam Chriſto exhibuiſſe*. Qualis v. g. apud Moſem occurrit in Paradiſi Deſcriptione, *Geneſ.* 2: 11. Eſt fluvius, *qui per totam regionem Havilæ curſu obliquo fluit*: cùm tamen ſenſus ſit, *qui totus per Havila regionem fluit*. Sed unum quid obſtat, ne poſterioribus hiſce duabus interpretationibus inhæream; iſtud nempe, Quòd *Lucæ* verbis nequeant accommodari, quippe qui ajat ſimpliciter, *Euang.* 4: 5. *Diabolum Chriſto omnia Mundi regna propoſuiſſe.*

Inquiri etiam poteſt, qua ratione Diabolus hæc regna Chriſto exhibuerit. Sunt enim nonnulla, quæ oculis revera ſiſtuntur, quomodo Deus de Cananitide Moſi ait, hanc ipſi ex monte Nebo præmonſtrans; *Ipſis tuis oculis præſentem objeci*, *Deuter.* 34: 4. Sunt & alia, quæ intellectui ipſi delineatione quadam proponuntur; Qua ratione Dominus *Ezechiel.* 43: 10. inquit, הגד את בית ישראל את הבית, vel Græcè, *δεῖξον τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ τὸν οἶκον*; & ſecundùm Vulg. *Oſtende domui Iſraël Templum*; aliqua nempe illius effigiatione; ſiquidem ſermo ſit de Templo, quod nondum fuerat extructum, quodque Ezechieli viſione tantùm fuerat oblatum. Satan hac poſteriori ratione Chriſto Mundi regna, eorumque gloriam potuit oſtendere; adbibitâ quâdam ſplendoris eorum ac magnificentiæ enarratione; Chriſtóque in excelſum montem evecto, ut illorum ſitum diſtinctiùs conciperet; dum Satan ſic delinearet, Ex hac parte ſiti ſunt Romani, ex hac Parthi, ex hac Arabes, &c. Neque obſtant, quæ habet Lucas, *hæc nempe ἐν στιγμῇ χρόνου*, *temporiſque momento*, *fuiſſe peracta*; hæc enim verba non ſunt adeò coërcenda; quin totum illud tempus notent, quod ad hanc eorum regnorum deſignationem requiritur. Quando Deus *Eſa.* 29: 5. de Hieroſolymorum obſidione, eorúmque ſubverſione verba facit, Babylonii, inquit, obſidebunt & ſubvertent לפתע פתאם, quæ LXX. Interpr. ſic vertunt, *ὡς στιγμὴ*, *παραχρῆμα*, *quaſi momentum*, *ac ſtatim*. Hiſce quidem ſignificatur Supremi Numinis judicia adverſus Jeroſolyma mox exercenda eſſe; individuum tamen temporis momentum nequaquam innuitur: uti neque apud Plutarchum, quando *in Conſolatione ad Apollonium* ita loquitur, *ὁ μακρότατος βίος ὀλίγος ἐστὶ, καὶ στιγμαῖος πρὸς τὸν ἄπειρον αἰῶνα*; *Longiſſima quæque vita brevis eſt*, *ac momentanea*, *ſi cum ævo interminabili comparetur.* Denique tandem, quanquam hoc loco ocularis demonſtratio neceſſariò intelligenda eſſet, oculorumque noſtrorum acies vi ingenita, ex altiſſimis etiam montibus, ad 30. vel 40. millia vix pertingat, poteſt tamen Diabolus arte & ingenio eam ſic acuere, ut ulteriùs longè excurrat. Eò uſque progreditur hominum induſtria, ut inſtrumentis quibuſdam Opticis, Teleſcopiis, Microſcopiis, Speculis, &c. remotiſſima quæque oculis ſubjiciat, minutiſſima quævis adducat in conſpectum, objectorum ſitum prorſus immutet, adeò ut poſteriora anteriùs, inferiùs ſuperiora cernantur. Nullatenus profectò dubitandum, quin longè major ſit Diaboli in objectis admovendis, amplificandis, ſuo ſitu emovendis, &c. vis ac ſolertia; cùm pro tubis opticis aut ſpeculis bipedalibus vel tripedalibus, quibus ſolemus uti, ille præſto nubes habeat, quas ex arbitrio, tanquam aëris princeps, fingit, ac uſurpat. Nequaquam igitur decet, ejus induſtriam ac vires ex noſtris metiamur. Tum demum poterimus, quod præſtare valet, definire, quando fuerimus Dæmones. Probabile eſt admodum, Deum Angelorum Miniſterio uſum fuiſſe, ut Moſes ex Montis Nebo cacumine oculis Cananæam totam perciperet, *Deuter.* 34: 1, 2, 3. Moſes enim naturali virtute haud quaquam poterat. Jam verò ſi valeant Angeli, eò uſque oculorum noſtrorum vires proferre; ut permulta, vel ex diſtantia ſua, vel ex corporum interjectorum interpoſitione, nobis prorſus occulta, pervideamus; difficillimum eſt determinare, quouſque hæc Intelligentiarum potentia extendatur. Ubi autem hanc Intelligentiis aliis dederis, non potes eam Diabolo denegare, quippe qui ſit ejuſdem cum illis conditionis, iiſdemque facultatibus naturalibus præditus.

Quod verò objicis, *Hominem in ſole poſitum mediam tantùm telluris partem viſurum*; id oſtendit te non ſatis attendiſſe ad ea, quæ mox reſpondi, auxilio nimirum Opticæ, ſpeculorum, radiorumque viſualium refractionis, objecta quæque alio ſitu, quàm ſint, apprehendi; infernaque supernè, dextra ſiniſtrorſum, &c. apparêre. His adde, objectione tua quid valdè incertum, quodque nunquam ſis demonſtraturus, ſupponi; nempe in altero hemiſphærio, Chriſti pedibus ſubjacenti, aliquam regnorum Mundi partem ſitam fuiſſe. Ubi enim ſita fuiſſent hæc regna, niſi in America; in qua Patres Noſtri, cum primùm adière, duo tantùm invenerunt regna notatu digna, Mexicanum, ac Peruvianum; quæ etiam à quingentis demum aut ſexcentis annis fuerant inſtituta? Ante hæc tempora nulli alii in tractibus hiſce apparent Reges, præter eorum Caciços, vel Nobiles, qui intra vicorum ſuorum limites dominabantur. Quid quòd vix oſtendi poſſet, Americanas regiones ante Chriſti adventum fuiſſe inhabitatas.

Ex eo ratio tua ſecunda ſumitur, *Quòd Chriſtus*

ſtus dicatur à Spiritu in Deſertum abductus, ut ibi à Diabolo tentaretur: unde concludis, Deſertum debuiſſe unicum eſſe tentationis & luctæ locum. Quam tuam illationem non video ullatenus neceſſariam & coherentem. Ad hoc enim ut Chriſtus jure perhibeatur in Deſertum Tentationis cauſâ deductus; ſatis eſt, ſi in eo inchoata ſit Tentatio, & aliquatenus progreſſa. Quum Deus Pharaoni per Moſem denuntiat, *Exod.* 7: 16. Populum ſuum dimittat, ut ſibi in Deſerto ſacrificet, an ex eo ſequitur, eos debuiſſe duntaxat in Arabię deſertis, minimè verò in Cananitide, ſacra facere? Nonne ad Mandati impletionem ſatis fuit, ſi in deſertis illis primas ſuas Jehovę obtulêre victimas? Si itidem dicam Julium Cæſarem ex Galliis in Italiam veniſſe, ut Pompejo bellum inferret, an idcircò bellum illud totum in Italia confectum, in Macedonia autem ac Theſſalia minimè agitatum? Nullus certè ſomniarit.

Addis *Mundi Servatorem Tentatione finita in Deſerto extitiſſe; nullibi autem ſignificari, eò fuiſſe reportatum, vel profectum*; unde deducis ab eo loco nequaquam diſceſſiſſe. At neque in Matthæi, neque in Lucæ Euangelio; in quibus tamen prolixior habetur Tentationis narratio; in illis, inquam, nuſquam invenio Mundi Servatorem Tentatione finita in Deſerto extitiſſe. Scribit quidem Lucas, cum in Galilæam reductum Spiritûs virtute, Spiritûs ſcilicet ejuſdem, quo in Deſertum fuerat primùm deductus; at locum non notat, ex quo fuerit in Galilæam revectus. At quanquam disertè notaret, illum eò revectum ex Deſerto; nonne Mons ille, in quo à Tentatore relictus eſt, Tentatioque fuit conſummata, potuit eſſe in eo Deſerto? Extant in ſolitudine illa montes plurimi, cujuſmodi Nebo, Hor, Sina, Pharan, &c., ex quibus unum aliquem Diabolus potuit eligere, ut eò Chriſtum deportaret. Id verò ſupponamus, Montem illum in Deſerto illo fuiſſe ſitum, quod valde probabile, difficultas tua in nihilum abibit. Si velis igitur negotium aliquod faceſſat, duo tibi incumbunt probanda; 1. Chriſtum revera in Deſerto ſtatim poſt Tentationem adfuiſſe; 2. Montem illum, in quo eſt ultimùm à Satana tentatus, alio loco, quàm in Deſerto, poſitum fuiſſe.

Unicus ſupereſt locus, cui ſatisfaciamus, ille nempe, quem ex Marco allegas; cujus cùm Dieppæ non memineris, id maximè doles; quia nimirum præſumis adeò evidentem, ut difficultatem totam expediat, omnem præcludat reſponſionem, Meque in opinionem tuam ſit neceſſariò perducturus. (Hæc ſunt enim verba tua.) Quantacunque tamen attentione ipſum intuear, nihil in eo deprehendo, quod me vel tantillum emoveat. Quæ de Tentatione Chriſti narrat Euangeliſta, hęc ſunt, *Spiritu in Deſertum fuiſſe deductum, ibi per 40. dies a Diabolo fuiſſe tentatum, quo toto tempore cum feris, miniſtrantibus Angelis, ſit verſatus.* Nihil præter hæc habet. Jam autem, cùm nullam Tentationis cujuſquam extra Deſertum paſſæ mentionem injiciat; inde continuò concludis nullam omninò alio quocunque in loco ſuſtinuiſſe. Sic in hoc valeat hæc ratio, vis ejus facilè poterit longiùs diffundi; cùm enim Marcus non ajat Chriſtum ultra dies 40. fuiſſe tentatum; hinc legitimè concludetur, ipſum ultra eos 40. dies minimè fuiſſe tentatum; indéque adeò falſa prorſus eſſe ac commentatitia, quę Matthæus & Lucas referunt de triplici illa tentatione, quâ poſt elapſos illos 40. dies Satan Chriſtum vexavit. Eóque modo, dum unicè vis ſollicitare loci circumſtantiam, triplicis hujus tentationis narrationem labefactas. Tametſi Euangeliſtæ hoc habuerint propoſitum, ut cùm vitam tum mortem Servatoris noſtri Scriptis conſignarent, quęcunque tamen ille egit, vel eſt paſſus, noluerunt conſignare: uti ex Johanne ſuperiùs audivimus; quando dicit, ſi omnia ſigillatim conſignata eſſent, Mundum ea non capturum. Cùm itaque id tantùm habuerint in animo, ut ejus Acta quædam ſpeciminis ergò memorarent, varia ſunt notatu digniſſima, quæ ab uno duntaxat Euangeliſta narrantur; uti & ſunt alia, quæ à duobus, tribus, aut quatuor, commemorantur; ita tamen, ut eorum unus aliquam ferè ſemper adjiciat circumſtantiam, quam reliqui prætermittunt. Fruſtra alioquin plures in eadem re ſcribenda darent operam; ſi quidquid in eorum uno perhibetur, in aliis eodem prorſus modo legeretur. Eo ſemel conſtituto; nonne eſt iniquum prorſus Euangeliſtæ unius ſilentium opponere iis, quæ ab alio disertè traduntur: ut inde concludatur, vel aliquid nullatenus factum; vel, ſi factum, Imaginatione tantùm aut *φαντασίᾳ* factum? Quę tua tamen procedendi ratio. Eò quòd enim D. Marcus nudè ſcribat, Chriſtum per dies 40. in Deſerto fuiſſe tantùm, nihilque adjiciat de triplici alia in malum ſollicitatione; quâ poſt hos 40. dies in Ipſum eſt uſus; tum in eo loco, in quo ipſum primò acceſſit; tum in Templi faſtigio, tum denique in Monte; ex eo, inquam, deducis, Chriſtum in Deſerto ſemper commoratum; neque inde vel in Templi faſtigium, vel in Montem fuiſſe reipſa delatum: perinde ac ſi diceres de duobus illis diſcipulis, quibus Chriſtus poſt Reſurrectionem apparuit; Marci 16: 12. traditur tantùm, ipſum ſe illis conſpiciendum objeciſſe in itinere, dum peregrè abirent; Ergo nuſquam aliàs ſe iiſdem illis videndum prębuit; proinde, quę addit Lucas, eoſdem illos ipſum vidiſſe Emaünte, cibum cum eo ſumpſiſſe, mera ſunt viſa, meráque phantaſmata. Eóque iniquior eſt hęc ratiocinandi ratio; quòd, cum Marcus hoc ferè intenderit, ut Chriſti facta contraheret, permulta ipſi ſilenda fuerint eorum adjuncta, quę Euangeliſtę alii prolixe perſequuntur. Ad hęc, tametſi Dei filius in Templi pinnas devectus fuerit intra dies 40. de quibus ſępe dictum; breve illud temporis intervallum, intra quod potuit devehi, bihorium nempe vel trihorium, non eſt admodum notabile in 40. dierum ſpatio; indéque adeò affirmare verè potuit Marcus, illum in Deſerto per 40. dies à Satana fuiſſe exploratum. An non verè dici poteſt, vel Te, vel Collegarum Tuorum aliquem, per decennium Alenconii habitâſſe; quamvis aliquoties Pariſios, Rotbomagum, vel alia quædam in loca, dierum decem vel quindecim profectionibus, abieritis.

Si ab argumentorum tuorum propugnaculis depulſus, ad Auctorum teſtimonia velis confugere, in iis certè nullum habiturus es præſidium. Quanquam enim per mille annos Veteres multi, quorum penes nos ſunt Scripta, de Tentationis Hiſtoria diſſeruerint, attamen ne unus quidem extat, qui ſubdubitet, an Chriſti Tranſportatio in Templi verticem, vel in Montem, fuerit realis. Diſſeruêre ſecundo ſæculo, *Theophilus Antiochenus in Euangelia*; Tertio, *Origenes Homil.* 30. *in Luc.* Quarto, *Juvencus lib.* 1. *in Hiſtor. Euangelic. D. Hilarius Canon.* 3. *in Matth. Titus Boſtrenſis Epiſcopus, itemque D. Ambroſ. in Lucam*; Quinto, *D. Hieronym. in Euangelia*; *D. Chryſoſth. Homil.* 13. *in Matth.* Similiterque *Author. Oper. Imperf. in Matth.* quod ipſi tribuitur; *D. Auguſt. de Mirabil. Scriptur. lib.* 3. *cap.* 5. itemque *de Conſenſ. Euangeliſt. lib* 2. *cap.* 16. *Tractatu etiam* 2. *in* 1. *Joannis Epiſt. Petrus Chryſologus, Ravennas Epiſcop. Serm.* 13. Sexto, *D. Gregor. Homil.* 16. *in Euang.* Octavo, *Beda in Matth.* Nono, *Raban. Maurus, Strabus, Haymo, Dumarus in Euang.* Undecimo,

Eu-

Eugeſippus de Locis Terræ Sanctæ: ex iis omnibus, inquam, nullus eſt, qui non cenſuerit Tranſlationem hanc fuiſſe realem & phyſicam. Uno verbo, nullum opinionis tuæ veſtigium deprehendo ante tempora *Theophylacti*, qui circa ſæculi decimi primi medium ſcripſit; quíque mentionem illius ideò tantùm injicit, ut refellat; neque de Tranſportatione ipſa diſputat; ſed de modo, quo Diabolus Mundi regna Chriſto exhibuit. *Nonnulli*, inquit, *ſentiunt* κατὰ διάνοιαν, id eſt, *ſecundum imaginationem exhibuiſſe; arbitror tamen ego non ſecundum imaginationem. Sed ſenſili quadam ratione oculis ſubjeciſſe;* Οὐ κατὰ διάνοιαν οἶμαι· ἀλλ' αἰσθητῶς ταύτας αὐτῷ ἐπιδεῖξαι. *Euthymius*, eo poſterior, eandem illam attingit; at nec admittit, nec refellit. Seculo 14. *Thomas Summ. Theolog. part. 3. quæſt.* 41. *art.* 2. ſic diſputat adverſus eos, qui admittunt, quíque ex D. Marco aſtruere nituntur, *Quidam dicunt omnes Tentationes factas fuiſſe in Deſerto; quorum quidam dicunt, Quòd Chriſtus ductus eſt in Sanctam Civitatem non realiter, ſed ſecundùm imaginariam viſionem: Quidam autem dicunt, Quòd etiam ipſa Civitas Sancta*, id eſt, *Jeruſalem*, *Deſertum dicitur, quia erat derelicta a Deo: ſed hoc non eſt neceſſarium; quia Marcus dicit, quòd in Deſerto tentabatur a Diabolo, non autem dicit, quod ſolùm in Deſerto.* Nihil hiſce antiquius in opinionem tuam potui invenire.

Scio quidem nonnullos *D. Cypriani lib. de Operi. Chriſti Cardinalib. Tractat. de Jejunio & Tentatione* authoritatem proferre; ſed Illi & in perſona Cypriani, & in re ipſa magnopere errant. Et primo quidem, quod Cyprianum attinet; Liber iſte non eſt Cypriani, ſed Arnaldi Carnutenſis, qui fuit Bonavallenſis Abbas; quíque eum ad ann. 1155. hoc eſt, nongentis poſt Cypriani mortem annis, conſcripſit. Quod rem ipſam ſpectat, tametſi æquivocè & obſcurè mentem ſuam aperit Author ille, velle tamen videtur; J. Chriſtum à Diabolo neque in Montem neque in Templi pinnas, ſed contrà à Spiritu ſuo, quo in Deſertum fuerat abductus, adductum fuiſſe. Ita enim ſonant hæc ejus verba; *Quod corporaliter eum Diabolus tulerit, videtur inconveniens . . . . . Suo itaque Spiritu eum credendum eſt ductum, & in Deſertum & ſuper Templum, ut utrobique eum Diabolus aſſumeret ad tentandum.* Quibus non negat, Tranſportationem Chriſti fuiſſe realem; ſed Dei Spiritui aſcribit, cùm deberet Diabolo. Quæ ſingularis eſt Authoris hujus opinio; híncque Pamelius in margine adnotat, *Singularis Opinio.* Sed, licet à partibus tuis ſtaret hic Author, haud multò eſſes valentior.

Centum ab hinc annis, præter propter, multi extitêre, fateor, Doctores inſignes, qui Tibi ea in opinione præluxêre, præ quorum reverentiâ, non auſim dicere; uti mihi dicis; rationes meas eſſe inexpugnabiles, nihilque illis poſſe reſponderi; ubi fuerint perlectæ; Te in opinionem meam ſeceſſurum, &c. At hoc confidenter dixerim, me in mea immotè permanſurum, uſque dum plenè & ſolidè ſatisfactum fuerit iis omnibus, quæ adduxi, tum ad ejus propugnationem; tum ad Tuæ impugnationem. Forſanque eo fiet, ut in ea æternùm perſtem; non ſecus quàm ſum interea tuus, &c.

E I D E M.

Explicatur rurſus eadem J. Chriſti in Montem, Templique pinnaculum, Tranſportatio.

TRANSLATIO.

Ex Reſponſionis tuæ lectione, videris mihi, Frater Chariſſime, ubi immeritis laudibus me ludificatus es, videris, inquam, eodem modo argumenta mea, quo Chriſti Tentationem ludificari velle; hoc eſt, ſolidiſſima quæque & veriſſima in fallaces rerum umbras & phantaſmata transmutare conaris. At quemadmodum Chriſti Tranſportatio manet realis, quidquid contrà objeceris; ſic quoque rationes, quibus eam defendo. Etſi enim ad interiora diſficultatis non penetremus, ſatis tamen concedis, ut inde juſtum præjudicium habeam & pro mea & contra tuam ſententiam. Primum concedis articulum; Diabolo ſcilicet Chriſti tranſportandi ab uno loco in alium conceſſam poteſtatem: Alterum etiam, ſcilicet Diabolum Chriſtum tranſportare potuiſſe, illæſa ejus dignitate. De Tertio etiam concedis, id quod ego contendo; Omnia nimirum Scripturæ loca, in quibus aliquis ab uno loco in alium tranſportatus dicitur, modò id aut Spiritu aut Viſione peractum fuiſſe non addatur, unâ Tentationis hiſtoriâ exceptâ, de reali tranſportatione intelligenda eſſe. Tandem & Ultimum quoque das, Nullum ante ſæculum noſtrum in Eccleſia reperiri Doctorem inſignem, qui Chriſtum realiter in Templum, Montemque tranſportatum negaverit. Quibus poſitis, Tu ipſe judica, an non tutius ſit Regiam ſequi viam; opinionique adhærere nihil impoſſibile, Te ipſo fatente, ſtatuenti; nihil Chriſti dignitati deroganti; Tentationis præterea verba ſenſu ordinario interpretanti, unanimemque celeberrimorum in Eccleſia Doctorum per 15. ſecula conſenſui ſuffultæ; an non tutius, inquam, ſit, quàm recentiori adhærere, quæ Textûs verbis vim infert, quæque defendi non poteſt, niſi finxeris, Diabolum non ſolùm ſenſibus & imaginationi, ſed & ipſi Chriſti animo fucum facere potuiſſe, falſumque pro vero, Chimæras pro realitatibus, propinare.

Cùm ergo primæ opinioni tuæ firmiter inhærere decreveris, tot ac tanta eam evertentia, aut ad minimùm ſuſpectam reddentia, concedere mihi non debebas. Quòd ſi vi veritatis ea concedere cogâris, quamobrem moraris in via tam facili; alterâque ſubducis manu, quod alterâ obtuleras?

Ut autem res clarior fiat, validitatem rationum, quibus utor, earum verò quas adhibes infirmitatem, etiam atque etiam perpende. Primum argumentum meum ex hiſce Textûs verbis deducitur, *Diabolus Chriſtum Hieroſelymam ſuper Templi pinnaculum inque excelſum Montem tranſportavit.* His utor verbis, tanquam Bellerophontis gladio, quo tuam confodiam Chimæram. Non

enim

enim obſcuriora ſunt iis, quæ in eadem hiſtoria præcedunt; *J. Chr. à Spiritu in Deſertum ductus, aut pulſus fuit*; Neque illis etiam, quę habet Lucas, Act. 8: 39, 40. *Philippus a Spiritu Domini in urbem Aſotum transportatus fuit.* Ut taceam, quæ de Habacuc Propheta narrat Autor quidam Apocryphus, Eum nempe ab Angelo ex Judæa in Babyloniam tranſportatum; quibus in locis realem intelligi tranſportationem apud omnes in confeſſo eſt. Illud autem in primis notandum, quod, cùm D. Lucas de Chriſto dixerit; ἤγετο, *ductus a Spiritu in Deſertum*; verbo utatur ſimillimo, quando dicit, *Diabolum eum ſuper Templum, altumque Montem duxiſſe.* In uno enim reperitur ἤγαγεν, in altero autem, ἀναγαγών; quę duo ex ἄγειν deducuntur. Jam verò, cùm idem vocabulum, eadem in hiſtoria, eademque ſermonis ſerie, ter uſurpetur; nonne ludibrio Illi verba habent, qui contendunt prima vice realem, aliis verò imaginariam tranſportationem ſignificari. Adde, quòd in aliis Scripturæ locis, ubi de tranſportatione imaginaria agitur, Scriptores Sacri non aſſerant nude fuiſſe quendam tranſportatum, verùm & addant *in ſpiritu vel in viſione*; uti quidem illud variis exemplis evici, tum ex Ezechielis Prophetiis, tum ex D. Johannis Revelationibus transſumptis. Si ergo viſione tantùm tranſportatus eſt Jeſus Chriſtus, cur expreſſum id non eſt à duobus Euangeliſtis, qui ipſius Tentationem fuſiùs perſequuti ſunt? Cur contrà tanti in re momenti ea adhibuêre verba, quæ aliis omnibus in locis realem tranſportationem ſignificant? uti Tumet ipſe fateris.

Luc. 4:1.

At regeris, Multa alia viſione tantùm effecta ſic à Prophetis referri, ac ſi realiter eveniſſent: uti *Jerem.* 13. dicitur, Prophetam Hieroſolymâ profectum fuiſſe ad Euphratem ducentis inde diſtantem leucis, ut inibi cingulum ſuum abſconderet; atque aliquantò pòſt rediiſſe, ut reſumeret. Quæ quidem omnia, ſi Te audimus, etſi id deſertè non exprimatur, viſione ſolum contigerunt. Idem de mandato ſentiendum putas, quod à Deo accepit Propheta Ezechiel, Ut ſcilicet trecentos nonaginta dies lateri ſiniſtro, deinde dextro quadraginta indormiret; quod quidem merum fuiſſe viſum omnes conſentire ais, etſi non ſit expreſſum.

At 1. dico, non agi in iis duobus exemplis de tranſportatione ulla, de quo tamen præcipuè hîc agitur. 2. Etſi ea, quę viſione tantum peracta ſunt, ſic narrarentur à Prophetis, quaſi realiter eveniſſent, non ideò eaſdem figuras ſtylo Euangeliſtarum longè ſimpliciori eſſe tribuendas. 3. Qui duas illas hiſtorias de Cingulo Jeremiæ ac de Ezechielis Somno mera viſa eſſe contendunt, ſecum ſaltem convenire; quippe qui viſionem ad univerſam hiſtoriam extendant. At hiſtoriæ Tentationis alteram partem vis eſſe realem, alteram verò viſam tantum; ita ut ubi à Spiritu ductus in Deſertum Chriſtus dicitur, id intelligatur realiter; cum autem Diabolum duxiſſe eum ſuper Templum, vel Montem adjicitur, objectivè id factum. Verum, miſſis hiſce reſponſis omnibus, ſi ea, quæ de Jeremia & Ezechiele narrantur, ἐκστάσεις tantum fuiſſe negavero, quî id probaveris?

Ad locum Jerem. 13. Reſponſ.

Atque ut à Jeremiæ loco initium faciamus: fateor quidem Te primum non eſſe qui hęc ut oblata quędam ſis interpretatus, pręter Neotericos enim, ejuſdem eſt ſententiæ Hieronymus, eamque ſua in Hozeam Præfatione tuetur; uti, inter Judæos, Rabbi Moſes Ben Maimon in ſuo *More Nevochim cap.* 46. *lib.* 2. Verum D. Hieronymo D. Cyrillum oppono, ſuis in Hozeam Commentariis; ubi totam ferè D. Hieronymi Pręfationem confutat longa oratione, cujus initium eſt, οὐδεὶς ἡμᾶς ἀναπείθει λόγος παραιτεῖσθαι τὸ γράμμα, καὶ τῆς ἱστορίας τὸ εἰκαῖον καταψηφίζεσθαι. *Nulla eſt ratio, quæ nos ſuadeat litteralem ſenſum repudiare: hiſtoriæque probabilitatem opinione noſtra elevare.* Eidem oppono Theodoretum, qui dicit, cùm edictum Jeremiæ fuiſſet, ut juxta Euphratem cingulum ſuum abſconderet, τὰ κελευσθέντα παραυτίκα πεπλήρωκεν, *Juſſa ſtatim perfecit.* Et cum aliquantò pòſt mandatur idem ut cingulum repeteret, πεποίηκεν πάλιν ὅπερ ὁ δεσπότης αὐτῷ προστέταξε; *Quod juſſerat Dominus, iterum exequutus eſt.* Uno verbo, ex Philippo ad Philippum, ex Hieronymo ad Hieronymum provoco. Is enim ſuis in Jeremiam Commentariis, ubi opportunus aperiendæ mentis locus erat, locum hunc ſat fusè perſequitur, neque tamen viſione tantum Jeremiam ad Euphratem profectum eſſe dicit. Et Rabbi Moſi oppono Rabbi Salomonem Jarchi, itemque Abarbenel; apud quos ſuis hunc in locum Commentariis de Viſione altum eſt ſilentium: ac Rabbi Kimchi, qui R. Moſem refellit his verbis, ענין האזור אפשר שהיה ממש ועשה כן ירמיהו מה שצוהו האל, והחכם הגדול מורה צדק רמבם כתב כי בחלום של נבואה היה כל מעשה הזה, hoc eſt, *Quod de cingulo dicitur, aptè ſenſu reali intelligi poteſt, ut Propheta egerit plane, uti ipſi fuerat a Deo præſcriptum; Etſi magnus & Illuſtris Vir & Doctor Juſtitiæ, Rabbi ſcilicet Moſes Ben Maimon, id omne viſione Prophetica peractum ſcripſerit.*

Nec ſanè video, cur hic viſio affingenda ſit. Jeremiam jubet Deus, ut ſibi comparet cingulum lineum, imponatque lumbis ſuis; poſtea abſcondat illud prope Euphratem, in fiſſura petræ; & poſt exactos dies aliquot proficiſcatur ad Euphratem, cingulum ſuum reſumpturus, ea omnia perficit Propheta. Atqui in tota hac hiſtoria nihil eſt, quod reapſe perfici non potuerit. Duo objicit Hieronymus. Primum, vero ſimili non videri *Prophetam lumbari veſtimento muliebri fuiſſe accinctum*; Secundum, *Quomodo exire potuerat & ire tam longè, obſeſſa Hieruſalem, extructis per circuitum munitionibus, foſſâ, vallo, atque caſtellis.* Verum, ſi tanti Viri ſententię adverſari liceat, ab illo libenter petam, quare cingulum illud veſtimentum muliebre eſſe velit. Verum eſt, non fuiſſe coriaceum, quale habuerunt Elias & Johannes Baptiſta; lineum fuit. Affine habuit cingulum Summus Pontifex, de quo Lex dicit *Levit.* 16: 4. ſecundum ejuſdem Hieronymi Verſionem, *Accingetur zonâ lineâ*: Unde tamen nemo collegerit, cum muliebri zona fuiſſe circumcinctum, contra ejuſdem Legis interdictum, *Deut.* 22: 5. Peto & illud, undenam inſerat, eo tempore, quo juſſus eſt Jeremias à Deo, ut ad Euphratem cingulum ſuum deferret, Jeruſalem à Chaldęis obſeſſam fuiſſe: cum contrarium colligatur ex eadem Prophetia, ℣. 20. ubi loquitur Propheta de Chaldæis ad Hieroſolyma obſidenda venturis; *Attollite*, inquit, *oculos veſtros, & reſpicite iſtos venientes ab Aquilone.* In quem locum dicit Hieronymus, *Præcipitur habitatoribus Jeruſalem, ut elevent oculos ſuos, & videant Chaldæos ab Aquilonis parte venientes*, &c. Hincque adcò hæ Hieronymi rationes à te prætermiſſæ ſunt. At aliam urges ex recentioribus Commentatoribus, Vero ſimile non eſſe, munere ſuo docendi ordinario derelicto, Prophetam tam longè cingulum ſuum exportâſſe, ex Judæa ſcilicet ad Euphratem; indéque iterum illud quæſiviſſe. Verùm, ſi illud juſſerit Deus, cur vero ſimile non erit? Atqui illud nominatim imperatur à Deo, & quidem verbis à ſuſpicione viſionis longè alienis. Etſi porrò res tanti non eſſe videatur, ut ejus gratiâ tam longum iter aggrediatur; revera tamen maximi eſt momenti, tum quia Deus eam juſ-

ſit, tum quia ex ea ſignificationem myſticam elicit. Quàm multa Prophetis Deus præcepit æquè, vel etiam magis, difficilia, quorum ratio apparebat nulla: quæ tamen ſumma cum alacritate exequuti ſunt? Ipſius juſſu, uti 1. *Reg. cap.* 20. *refertur*, Propheta quidam (huoc dicit eſſe Michæam *Joſephus Antiq. lib.* 8.) imperat ſibi obviam venientibus, ut ipſum percutiant, & vulnerent: qui autem primus ipſi obtemperare renuerat, à leone diſcerptus eſt. Juſſit etiam Deus Eſaiæ Prophetæ, ut detracta veſte, nudis tum corpore tum pedibus incederet, *Eſa.* 20: 2. Et Ezechieli, ut pani boum excrementa intermiſceret, per tredecim menſium ſpatium, *Ezech.* 4: 9, 15. Ipſique Jeremiæ, ut jugum collo inderet, *Jer.* 27: 2. *&* 28: 10. Occurrunt complura ejuſmodi juſſa, dura atque aſpera; quæ leviſſima tamen, ſi conferantur cum eo, quod Abrahamo eſt mandatum, Ut ſcilicet Filium ſuum Iſaacum ſibi immolaret; quod tamen lubens eſt aggreſſus.

Cæterùm conjecturam quaodam meam in hunc Jeremiæ locum apertè tibi aperiam, eamque judicio ſubmittam tuo, eorumque omnium, qui æqui ſunt rerum iſtarum æſtimatores. Vocabulum פרת, ſive פרתה, quod per *Euphrates*, ſecundùm vulgatam ejus ſignificationem vertitur, fortè hoc loco nomen eſt regionis, pagi, vel vici cujuſdam, non longè à Jeroſolymis diſſiti. Si enim Euphratem ſignificat; cùm Prophetæ juſſerit Deus, ut eò iret, zonamque ſuam in fiſſura petræ, quæ ad Euphratis ripam adeſſe debuit, occuleret, cur eam בפרת, *in Euphrate*, ſe abſcoodiſſe dicit? Adde, quòd quotieſcumque de Euphrate Scriptura loquitur, eum vel Fluvium, vel Fluvium magnum penè appellet; uti quidem ſexaginta ad minimum exemplis evincere poſſem. Cùm contrà ſi hanc excipiamus Prophetiam, duo tantùm reperiaotur loca, ubi nudè פרת vocetur; Primus *Jerem.* 51: 61, 63. ubi præcipitur Babylone liber quidam legatur, & poſteà אל־תוך פרת, *in medium Euphratis* projiciatur. Secundus 2. *Paral.* 33: 26. in quo Carchemin על־פרת, *ad Euphratem*, ſitam eſſe legitur. At hę urbes, cum eſſent in vicioia, cúmque, tunc temporis eſſent celeberrimæ, omnem præcludunt ambiguitatem. Verùm, quia in hac Prophetia nihil tale ſit, dubitandi datur ratio, Utrum voce פרת Fluvius Euphrates veniat intelligendus, nec ne; inquirendive cur, cùm Deus Prophetæ quid adeò inſolitum mandârit, id dilucidiùs non expreſſerit.

Quando Deus Jonam Ninivem mittit, quia juſſum illud planè inauditum erat, eam proprio epitheto ſuo denotat, *Ads Ninıven*, ait, *civitatem magnam*, *Jon.* 1: 2. Quando itidem Abrahamo, ut immolet filium ſuum, præcipit; quoniam inauditum illud erat ac ſtupendum; *Aſſume*, inquit, *filium tuum*, *unicum tuum*, *quem diligis*, *Iſaacum*, *&c. Gen.* 22: 2. Itaque, ſi hic agatur de zona procul adeò, ad Euphratem uſque, per deſerta, ſalebroſaque loca, deferenda, cur Deus ſolummodo ait, *Abi ad Euphratem*, non addit autem, *ad Fluvium* ſive Fluvium magnum, quæ ejus erant epitheta familiaria? Fieri ergo poteſt, ut פרת, *Perath*, (ſive *Phrath*, ſecundùm Veterum pronunciationem) non Euphratem, ſed alium quendam locum propiorem ſignificet: nihilque alıud ſit פרת, *Phrath*, quàm אפרת *Ephrath*, boc eſt, Bethlehem & circumjacens regio. Nec huic interpretationi obſtat *aleph* ex vocis hujus principio eliſum: cùm tot eliſionis hujus exempla occurrant. Sic, idem homo *Ram* vocatur, *Ruth.* 4: 19. & *Aram Matth.* 1: 3. Idem locus פסדמים. *Phes-damim*, 1. *Par.* 11: 13. אפסדמים *Ephes-damim*, 1. *Sam.* 17: 1. Iidemque Syri, qui aliis vocantur ſemper הארמים, cum *aleph*; הרמים, 2. *Paral.* 22: 5. ſine *aleph* appellantur. Similiter, pro האימים, *Emim* populis legitur הימים, *Gen.* 36: 24. ex quo factum ut in mulos inſigni errore Recentiores Verſiones eos, ut alibi à me annotatum, transformârint. In aliis etiam Linguis aphæreſes ejusmodi, vocaliumque voces incipientium detractiones, ſæpenumerò occurrunt. Sic, Inſula quædam Hiſpaniæ adjacens *Buſus* vel *Ebuſus* vocabatur: Idem fluvius non procul à Narbone, *Raurarıs* ſive *Araurarıs*. Sic in Aquitania *Buromagum* aut *Eburomagum*; in Hiſpania *Minium* vel *Aminium*; in Italia *Gnatia*, ſive *Ignatia*, unius ejusdemque urbis nomina ſunt. Ita *Penninus* & *Apenninus* eundem notant montem: *Stura* & *Aſtura* idem flumen: uti in Macedonia *Chedorus Echedorus* eſt. In Caria *Thimbrus* eſt *Athimbrus*: In Scythia *Pacyrıs* eſt *Hypacyris*; & in Meſopotamia *Burrhas Aborrhas*. Veteres Rhodi Incolæ *Gnetes* & *Ignetes* vocabantur, illiúſque Inſulæ præcipuus mons *Taburium* & *Athabyrium*. Uti in Arabia Fœlici idem mons nunc *Saba*, *nunc Aſabe* appellatur. Rurſum in Africa *Cholla eſt Acholla*; in Ægypto *Canthon Acanthon*, *Leuſina Eleuſina*; in Judæa *Zeka Azeka*, *Ruma Aruma*; in Idumæa *Dora Adora*; in Arabia *Celis* & *Ocelis* urbes ſuot eædem. Et apud veteres Autores *Spania* & *Hiſpania*; *Syria* & *Aſſyria*, pro iiſdem Provinciis uſurpantur: uti in Media *Tropatena* eſt *Atropatena*; in India *Cathaja Achataja*. Cujus etiamnum plurima dantur exempla. Sic Nos pro *Aquitania*, *Guienne* dicimus; pro *Aturo* fluvio, *le Dour*; pro *Alingonis portu*, *Langon*; *Beaune* pro *Epauna*. Sic Itali *Puglia* pro *Apulia*; pro *Amalphytano*, *Melfi*; *Gergento* pro *Agrigento*. Ita Hiſpani, antiqua nomina *Arunda*, *Aſtapa*, *Ategua*, in *Ronda*, *Steppa*, *Tegua*, transmutârunt; uti & *Emeritam* in *Merita*; *Ilerdam*, in *Lerida*, ſive *Lerda*; *Hiſpalin* in *Sevilla*; & *Olyſſipon* in *Lisbona*. Sic Afri pro *Hippone*, *Bona*; *Algezıra* ſive *Alger* pro *Jol Caſarea*. Sic Orientis Populi *Natolia*, pro *Anatolia*; *Conia* pro *Iconio*; *Cophti* pro *Ægypto*; *Zinzibar*, Africæ littus, ubi zingiberi creſcit, pro *Agyſimba*, quo nomine à Ptolemæo nuncupatur; *Geru* propter Ormus Inſulam, pro *Ogyri* Veterum. Eadem ratione *Phrath* dici potuit pro *Ephrath*, qua voce & Bethlehem, & circumjacens regio, indigitantur.

Hoc poſito, loci hujus evaneſcit difficultas omnis. Etenim hoc pacto loci longinquitas, quâ adeò offendebáris, tollitur; Euphrates enim Hieroſolymis ducentis leucis diſtabat; Bethlehem verò duabus taotùm ex Brochardo *in Terra Sancta Deſcriptione*; ex Benjamino autem שני פרסאות, *duabus Paraſangis*; Euſebio verò ac D. Hieronymo ſex milliariis, *De locis Hebraicis.* Hos verò ſequuntur Sulpitius Severus *primo Dialogo*, Johannes Phocas *Itinere Antiocheno*, Epiphanes *in Syria Deſcriptione*, Eugeſippus *Tractatu de Terra Sancta locis*, & Geographus Nubienſis *parte quintâ tertii Climatis.* Propiorem facit Juſtinus Martyr, *ſecundâ Apologiâ*, ſcilicet σαδίυς τριάκοντα πέντε, *triginta quinque ſtadiis*; hoc eſt, quioque milliariis plùs minùs. Joſephus *lib.* 5. *Antiq. cap.* 2. cùm de Ephraimita illo, qui Bethlehemo Concubinam eduxit *Jud.* 19. ſermooem inſtituiſſet, γενομένοις, inquit, αὐτοῖς κατὰ τὰ Ἱεροσόλυμα, (σαδίυς ἐληλύθεσαν ἤδη τριάκοντα;) *Cùm jam adſtarent Hieroſolymis (emenſi enim erant triginta ſtadia) ſervus*, &c.

Atque inde hæc eorum diſcrepaotia oritur, quòd Joſephus & Juſtinus Martyr de Veteri Hieruſalem, qualis erat, antequam à Romanis vaſtaretur: Alii vero de Nova, quæ ulterius ab Adriano ad milliaria duo fuit reſtaurata, loquantur. Itaque juxta hanc

expo-

expoſitionem non ad Euphratem ducentis diſſitum leucis, ſed ad Ephrath, hoc eſt, ad circumjectam Bethlehemo, Hieroſolymis ad milliaria octo diſtanti, regionem Deus Prophetam mittit; ut ibi in fiſſura petræ zonam ſuam abſconderet; *Abii, illamque in Ephrate abſcondit*: atque aliquantò pòſt, cùm à Deo iterùm miſſus eſſet, ut illam reſumeret, invenit prorſus corruptam & ad uſum quemlibet ineptam. Jam autem eâ zonâ, uti quidem ipſemet interpretatur Deus, ſignificatur populum, quem ſibi adjunxerat, quomodo adjuncta eſt lumbis zona, juſto ſuo judicio ita derelinquendum eſſe, ut huic cingulo corrupto ſimilis futurus ſit, & prorſus inutilis. Jam, quòd in Ephrat abſcondit, ſive Bethlehemo, unde oriundus fuit David, atque univerſa Regum Judæ familia; ubi etiam Rachel Benjamini mater ſepulta fuerat; eo oſtenditur, minas illas Reges potiſſimùm & Benjamini Tribum, in qua erat ſita Hieruſalem, quæ non multò pòſt à Chaldæis capta atque deſtructa, reſpicere.

Jam Ezechielis cap. 4. locus ſequitur, ubi ipſi imperat Deus, ut 390. dies ſiniſtro, 40. dextro lateri indormiat. Ad quem reſpondes, neminem eſſe, qui ſentiat huic mandato alia ratione, quàm cogitatione & animo, fuiſſe obtemperatum. Atque adeò nullo numero habes D. Baſilium, qui ut probet, etſi Dei juſſis Prophetas obtemperâſſe Scriptura aliquatenus quandoque ſileat, hoc tamen ſemper ſubaudiendum eſſe; ut, inquam, id probet, mandatum illud allegat, quod à Domino accepit Ezechiel, cui certè obſequutum fuiſſe ſtatuendum; quanquam Textus expreſſè non habeat. Idem etiam ſuis *in Eſa. c.* 8. *Commentariis*, disertè dicit: Ἀλλαχοῦ δὲ εὑρήσομεν προστάγματα μὲν ἐκφωνηθέντα, τὸ δὲ ἔργον μὴ μαρτυρούμενον μὲν γεγενῆσθαι, νοούμενον δὲ παρ' ἡμῶν, διὰ τὸ εὐπειθὲς τῶν τεταγμένων. ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰεζεκιὴλ τό· Καὶ σὺ κοιμηθήσῃ ἐπὶ τὸ πλευρόν σου τὸ ἀριστερόν, καὶ πάλιν κοιμηθήσῃ ἐπὶ τὸ πλευρόν σου τὸ δεξιόν, οὐ γὰρ ἐπηνέγκαται ὅτι ἐκοιμήθη ἐπὶ τὸ δεξιὸν πλευρὸν ἢ τὸ ἀριστερόν, ἀλλὰ παρασεσιώπηται, κεῖται δὲ παρ' ἡμῶν ἡ ὑπακοὴ τοῦ προφήτου, hoc eſt, *Inveniemus alibi imperia expreſſa, at illorum executionis nulla fit mentio . . . . . . Quæ tamen facilè intelligitur ex eorum, qui juſſi ſunt, docilitate, ac promptitudine. Uti cum Ezechieli præceptum eſt, ut ſiniſtro, deinde dextro lateri indormiret: cum autem imperio divino obſequutum eſſe non additur: attamen obtemperâſſe Prophetam non dubitamus.* Nullo etiam loco numeras D. Chryſoſtomum, qui de Ezechiele *tertio de Divina Providentia libro* ſic loquitur; *Fame atque ſiti cruciabatur pro alienis malis, uxoreque defunctâ eum caſum abſque lacrymis perferre jubebatur. Porrò quid gravius dici poſſit, quam in ſuis adverſis caſibus ne flere quidem permitti? Omitto etiam, quòd ſuper ſtercus bubulum panem ſuum comedere coactus ſit, & quòd ſuper unum latus centum nonaginta diebus jacêre, aliaque ejuſmodi tolerare, ſit juſſus.* Nullus tibi etiam videtur Theodoretus, qui *ſuis in hunc locum Commentariis* de Viſione ne quidem verbulum facit. Idem in *primum*
Hoſ. 1: 2. *Hoſeæ caput*, ut oſtendat revera Hoſeam ſibi uxorem meretricem aſſumpſiſſe, uti à Deo juſſus fuerat, varia exempla profert ejuſmodi mandatorum, quæ à Deo acceperunt Prophetæ; quæque, ut ut primo adſpectu videantur abſurda, de re ipſa tamen intelligenda ſunt. His enim voluit uti Deus, tanquam incitamentis, quibus Iſraëlitæ attentiores fierent, rerúmque ſignificationem penitiùs inquirerent. Atque, inter alia exempla benè multa, poſtquàm notavit, fuiſſe Ezechieli imperatum ut ſuper ſiniſtrum, deinde dextrum latus jacêret; ſtercus comederet; perfoderet murum, indéque ad demigrationem educeret ſupellectilem, Ezech. 12: 3. addit: καὶ οἱ τὸν Ἰεζεκιὴλ ἰδόντες πάντα δρῶντα ἐθαύμαζον ἤρουν ἄν, ὡς εἰκός, τὴν αἰτίαν τῶν γινομένων. *Qui autem aderant, dum hæc omnia ab Ezechiele peragebantur, inquirebant, ut ſanè conſentaneum erat, ad quid iſthæc omnia agerentur.* Flocci etiam facis Villalpandum, qui in hunc locum dicit, *Exiſtimamus Prophetam revera hoc præceptum accepiſſe, & impleviſſe; imò Prophetis omnibus, quæcumque ejuſmodi ſe accepiſſe a Domino mandata ſcribunt, revera fuiſſe & injuncta, & completa.* Itaque plurimos Autores vides, qui quæcunque de Ezechiele dicuntur, reverà extitiſſe arbitrantur. Verùm non deſunt, qui velint ea omnia mente tantùm & phantaſiâ peracta; quia ſcilicet fieri non poteſt, ut quis totos 40. dies, nedùm 390. edormiat, niſi unus fuerit ex ſeptem illis, de quibus Legendæ, Dormientibus, aut alter Endymion, de quo Cicero 1. *Tuſcul. Endymion*, inquit, *ſi fabulas audire volumus, neſcio quando in Latmo obdormivit, qui eſt mons Cariæ: nondum opinor experrectus. Num igitur eum curare cenſes, cum Luna laboret, a qua conſopitus putatur, ut eum dormientem oſcularetur?* Vide *Eraſmi Adagia.* At illud Prophetæ injunctum fuiſſe in Textu non reperitur; ibi enim Deus non ישן *dormi*, ſed שכב, *recuba*; & ושכבת, *& recubabis*, *Ezech.* 4: 4, 6. dicit. Nec Deum Prophetæ perpetuum ſomnum imperâſſe inde liquet, quòd ipſi panem, unde per illos 390. dies veſceretur, præſcripſerit; juſſeritque, ut in ſuo ſemper conſpectu imaginem Hieroſolymitanæ obſidionis haberet, faciémque in eam obverteret, nudatóque brachio in eam vaticinaretur. Quòd ſi ipſi demandet, ut neceſſariò, dum Obſidionis dies 390. complerentur, eidem lateri incumbat, in eo quidem ſita eſt difficultas; at ideò mandat, quo Iſraëlitę intelligant, quantùm ſibi tolerandum foret, in vera Hieroſolymorum obſidione, quæ tamdiu duratura eſſet; uti ex 2 *Reg.* 25. & *Jer.* 52. liquet. Enimvero iſthæc à Deo mandantur omnia, non ut Propheta tantum, ſed & univerſi Iſraëlitæ edocerentur. Quapropter voluit Deus, ut reipſa hęc omnia peragerentur, ut ſuis ea oculis omnes uſurparent, eſſentque ipſis in ſignum. Neque verò hęc gratis à me proferuntur; ipſiſſima ſunt Dei verba, qui *Ezech.* 4: 3. ait, *fore ſignum hoc in domo Iſraëlis*; edicitque Ezechieli, *verſ.* 12. *ut hæc omnia* לעיניהם, *coram oculis illorum*, efficeret. Et *cap.* 5. *verſ.* 2. jubet, ut tertiam comę partem mediis in Hieroſolymis comburat, quando completi erunt obſidionis, hoc eſt, 390. dies. Unde colligitur, hîc loci de diebus imaginariis non agi, ſed de tempore reapſe præfinito, veréque numerabili.

Verùm hîc difficultas ſpecioſa admodum objicitur: Nimirùm vaticinia omnia, quæ ſeptem prioribus Ezechielis capitibus continentur, ipſi intra quatuordecim menſium ſpatium revelata fuiſſe videntur. Etenim, Primum à Deo accepit quinto poſt Joachimi Regis captivitatem anno, quintoque menſis quarti die, *Ezech. cap.* 1: *verſ.* 1, 2. Sequunturque cætera omnia ad illud uſque, quod capite 8. ipſi perhibetur anno ſexto, die ſexti menſis quinto, patefactum; indéque adeò, uti quidem probabile, poſt menſes quatuordecim ipſi immediatè revelatum. Jam autem, tam brevi temporis ſpatio hęc omnia non potuêre reapſe perfici. Etenim ſeptem priora capita octo vaticinia complectuntur. In primo unum eſt, in ſecundo etiam unum, duo in tertio, & ſequentium quodque ſuum habet: adeóque, ſi diem cuique unum dederis, octo jam dies habes. Inter tertium autem & quartum vaticinium intervallum eſt ſeptem dierum, quo toto tempore Propheta משמים, *attonitus* manſit. Præcepit deinde Prophetæ Deus, ut triticum, hordeum,

Ezech. 3: 15. fabas, lentes, milium ac zeam colligeret, conficeretque inde ipſemet panem ſtercore bubulo intritum; cui certè aliquot dies impendi debuêre. Jam verò 390. dies, quibus lateri ſiniſtro innixus jacuit menſes tredecim conficiunt: his adde 40. quibus in dextrum decubuit, quatuordecim menſes cum decem diebus habebis. Deinde decem his diebus octo adjunge, quibus octo illa vaticinia ipſi fuerunt inſpirata, ſeptem illos etiam adjicito, quibus attonitus manſit: ac demum breve illud temporis ſpatium, quod cibis comparandis impendendum fuit conjunge; ultra menſes quatuordecim, unum adhuc conflabis. At ſic reſpondeo, annum, quo Joachimus abductus eſt captivus intercalarem fuiſſe; adeóque tredecim conſtantem menſibus; bis enim menſis *Adar* ſive *Februarius* numerabatur. Anni autem illi intercalares adeò frequenter apud Judæos recurrebant, ut ex annis novemdecim, ſeptem intercalares eſſent. Atqui ſic temporis a Propheta definiti ſupputatio vera ſtat ac immota.

Jam autem tuis illis, quæ ex Prophetis affers, ſatis ſuperque confutatis, quæ de Jeſu Chriſti apparitionibus ex Libro Actorum ad marginem notas, prætermitto; quis earum nulli prorſus inſiſtis; abundè tibi ſatisfacturus, quàm primùm cognovero, cuinam potiſſimùm innitaris.

Secunda mea ratio hæc fuit; ſi Diabolus Viſione tantùm in faſtigium Templi Chriſtum transportavit, horum alterutrum neceſſariò eveniſſe, ut vel ſenſibus & imaginationi tantùm, vel menti quoque fucum fecerit. Si Satanam Chriſti tantùm ſenſibus illuſiſſe ſtatuatur, hinc ſequetur neceſſariò, quando dixit ipſi, ut deorſum præcipitaret, hanc illius tentationem nugatoriam fuiſſe & inanem; eò quòd Chriſtus tum optimè nôſſet, ſe ſupra Templum non eſſe. Quod ultrò ipſemet fateris. Sin contrà ſtatuatur, ita Diabolum Chriſti mentem excæcâſſe, ut ipſi quod reverà non eſſet perſuaſerit, certè nimia in Chriſtum poteſtas Diabolo adjudicatur, unde magna deducuntur incommoda, quæ non admittis. In quo vidêris mihi audacior, quàm quidem fuiſti in nupero noſtro Colloquio Dieppenſi, tum ſiquidem eò uſque progredi non es auſus. Et certè egiſti prudentiſſime, ſi enim Diabolus aliquid in veri locum Chriſto ſupponere potuit, eum utcunque ſaltem in mendacium adduxit, dum ad falſum quid aſſerendum impulit.

Nonnulla eſſe dicis levis adeò momenti, ut in iis ſine periculo erretur. Verùm, ut ut levis in ſe momenti quædam videantur, ea tamen non neget Chriſtus, adeóque nihil falſi proferat, permagni intereſt. Cùm enim ipſe Deus ſimul & homo, ſit, eandemque cum eo, qui ipſamet veritas eſt, perſonam conſtituat; unione ejuſmodi ſtante, non poteſt in ejus intellectu faciliùs error conſiſtere, quàm in voluntate malitia ac in affectibus perturbatio. Rurſum, ſi in rebus levioribus Chriſtus potuit hallucinari, ac falſum quid affirmare, quantillum ſit, nunquam Doctoris Supremi locum in Eccleſia obtinere potuiſſet. Et uti Summus Sacerdos eſſe deſiſſet, ſi tantillùm deliquiſſet; ita etiam, ſi vel minimus in ipſius verb.s error irrepſiſſet, maximi & ab omni errore immunis Prophetæ authoritatem amiſiſſet: continuóque judicâſſent omnes eum, qui in eo erraverit, poſſe etiam in aliis majoris momenti falli. Et certè ſi ſemel exiſtimes, Diabolum in levioribus quibuſdam imponere ipſi potuiſſe, quidni ſimiliter in gravioribus impoſuerit? An ideò, quòd graviora majori luce circumfulgeant, adeóque diſtinctiùs percipiantur? At contrà, quò veritas quædam eſt momentoſior eò etiam abſtruſior eſt, atque à ſenſibus humanâque ratione remotior; unde fit, ut in ea faciliùs hallucinemur. An autem ideò quòd ejus menti inſtillâſſet Deus ſcientiam ad abſtruſiora illa percipienda, omneſque Diaboli in rebus gravioribus fraudes diſcutiendas, neceſſariam? At, ſi ita res ſit, cur idem Deus, qui plus dedit, denegavit minus? Si minutiores quoſque caracteres clariſſimè cernam, quare in majuſculis cæcutiam? Ceterùm lumen illud, cujus auxilio in momentoſis ab omni errandi periculo ſervabatur, ex natura, vel ex gratia obtinuit. Si ex natura, eodem modo in minimis ac in maximis operabatur: ſin autem ex gratia, potuiſſet ergò in capitalibus ex ſe errare, hoſque errores ſi præcaviſſet, id omne in Deum fuiſſet refundendum, qui illum ſua ſingulari providentiâ tutatus eſſet. Atque adeò Secundi Adami conditio eadem extitiſſet, quæ Primi, qui itidem nunquam eſſet lapſus, ſi ſingularis hæc gratia ſemper ipſi adfuiſſet. Quò altiùs in has omnes difficultates penetro, eò mihi intricatiores videntur. Chriſto, cùm in Templi pinnaculo ſtaret, unum tantùm præcipitium objiciebatur: at hîc omni ex parte innumera ſeſe offerunt: atque adeò mirum eſt, Te, ut effugeres difficultatem a quibuſdam objectam, Quonam modo ſcilicet potuerit Chriſtus ex Montis cacumine omnia Mundi regna circumluſtrare, quæ difficultas ad Opticam tantùm pertinet; Te, inquam, in rebus Theologicis plures alias longè implicatiores ultrò incurriſſe. Quàm primùm ergò ex loco tam periculoſo Te extrices, auctor tibi ſum,

Improviſum aſpris veluti qui ſentibus anguem
Preſſit, humi nitens, trepidúſque repentè refugit.

Fruſtrà porrò dicis, Chriſtum, dum puer eſſet, *ſapientiâ & gratiâ profeciſſe*; Eundemque, cùm jam vir eſſet, ultimum ignorâſſe diem: inde enim tantùm conficitur, Eum, dum in mundo Luc. 2: 52. Matth. 24: 36. verſaretur, quà hominem, omnia non cognoviſſe. At aliud eſt veritatem aliquam ignorare, aliud opinionem huic veritati contrariam fovere. Primum in Schola *Ignorantia puræ negationis* vocatur; alterum *Ignorantia pravæ diſpoſitionis*. Adeóque, etſi priore Chriſtus laboraverit, inde tamen poſteriori obnoxium fuiſſe minimè ſequitur. Quid quòd, cùm inde ab ipſa pueritia perhibeatur ſapientiâ profeciſſe, liquidò conſtat etiam tum ſapientem fuiſſe, planéque iis abſimilem, de quibus Salomo, *Stultitia alligata eſt animo pueri*, *Prov.* 22: 15. *Crevit in eo ſapientia, non decrevit inſipientia*, quia inſipiens nunqnam fuit. Quando ultimum neſcivit diem, veritatem quidem aliquam ignoravit, at nihil admiſit veritati huic adverſum; ſicuti complures alii, qui diem hunc, à nemine præterquam à Patre cœleſti cognitum, temerario auſu definire præſumpſerunt.

Quod arborem ſpectat, in qua Chriſtus, *Marci* 11: 13. ficus non invenit, miror profectò, quod eam iterùm urgeas, cùm Clariſſimus du Boſc ex tempore rationi inde ductæ plenè adcò ſatisfecerit, reſpondens eam Arborem Chriſti ſpem nullatenus fefelliſſe, quia tum non eſſet opportuna ficubus exhibendis tempeſtas; ut nihil omninò ſuperſit, quod regeratur. Tametſi enim concederetur, Chriſtum in leviculis quibuſdam falli potuiſſe, negari non poteſt, ipſum ea ſaltem ſciviſſe, quæ vel ignariſſimi non ignorant; *Suum nempe res cuique tempus eſſe ſignatum*;

Tempus & in canas ſemen producit ariſtas;
Et ne ſint triſti poma ſapore facit.

Quæ autem ſignata ſit fructibus, vulgariſſimis præcipuè, (cujuſmodi ſunt in Judæa ficus) tempeſtas, quis ignorat? Fatemur quidem Eruditiſſimum

mum quendam decurrentis hujuſce Seculi Virum cenſuiſſe, hæc D. Marci verba, Οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων, quæ ſic verti ſolent, *Non enim tum aderat ficuum tempeſtas*, contrarium poſſe admittere ſenſum; ſi nempe hoc modo, punctatione & accentibus aliquantulùm mutatis, ſcribantur; Οὗ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων; tunc enim ſic ſonabunt, *ſiquidem ubi erat, tempeſtas ficuum*, ſupple, *aderat*. Sed vetant multa, ne hanc vel ſcribendi vel interpretandi rationem admittam. 1. Ab omnibus veteribus Contextûs hujuſce cùm Lectionibus tum Verſionibus longè diſcedit, ejuſque ſpiritus, accentus, & puncta variat. 2. Stantibus hiſce variationibus, nullus ineſt verbis illis ſenſus, niſi quid ſuppleatur; ſic enim explicanda venient, *Ubi enim erat ficuum tempeſtas*: quæ ſignificatio erit incompleta. 3. Hæ voces, *ubi erat*, ſupervacaneæ prorſus erunt; quoties enim fructus quoſdam ex arboribus tempeſtivos quærimus, id de alio loco non poteſt intelligi quàm de eo, in quo ſumus. 4. Demum ſi hæc verba hoc modo legantur, falſum ſenſum neceſſariò dabunt; ubi enim tum erat Chriſtus, in Bethania nempe, prope Jeruſalem, ibi nondum aderant ficuum tempora. Siquidem ficus ſint fructus ſerò matureſcentes: uti ſcitè ait apud *Arrianum lib. 1. cap. 15.* Epictetus, ἄν μοι νῦν λέγῃς, ὅτι θέλω σῦκον; ἀποκρινοῦμαί σοι, ὅτι χρόνου δεῖ, ἄφες ἀνθήσῃ πρῶτον, εἶτα προβάλῃ τὸν καρπὸν, εἶτα πεπανθῇ. εἶτα συκῆς μὲν καρπὸς ἄφνω καὶ μιᾷ ὥρᾳ οὐ τελειοῦται. *Si mihi nunc dicas te velle ficum, reſpondebo, Tempore eſſe opus: ſine primum floreat, poſt fructum producet, demique matureſcet. Si igitur ficûs fructus mox & intra unam horam non perficiatur, vin tu ingenii humani fructus*, &c. Ad maturitatem non ſolent perduci, in Judæa etiam, niſi cum uvis; indéque ut *Cant.* 2: 13. quo tempore *ficus ſuos* פגיה *groſſos protrudit*, eodem *vitium primæ uvæ* סמדר *ſuum emittunt odorem.* Quę ſic exprimit Junii Verſio; *Ficus ipſa protudit groſſulos ſuos, & vites ipſa primâ uvâ edunt odorem.* Inde quoque Exploratores illi, qui ex Cananęa racemum detulêre, unà ficus advexerunt. Jam autem in Judæa uvę menſe tantùm Junio matureſcunt: quin & in Ægypto, regione ad Meridiem propiùs ſitâ, πρῶτος Θὼθ ἰδάῃ δρεπάνην ἐπὶ βότρυν ἐγείρειν, *menſis Thoth primus*, qui ſub Maji noſtri finem init, *falcem*, ait *Anth. lib. 1. cap. 91. ſolet in uvas immittere.* Chriſtus autem quartâ duntaxat aut quintâ ante obitum die ficum maledictione percuſſit; hoc eſt, Martis 10. vel 11. proindè tribus, prędter propter, menſibus, anteqnam maturos fructus exhibere poſſet, anathemate illo eſt percuſſa.

Refert quidem Theopompus ficus quaſdam, Pbilippo regnante, maturas in Macedonia repertas fuiſſe ἦρος μέσου ὄντος, *ad Veris medium*, hoc eſt, circa menſis Maji 15 diem; verùm rem refert ut prorſus mirabilem. Quod etiam ait de nonnullis uvis ac olivis, quę tum quoque maturuiſſent *eo tempore, quo ex conſuetis naturæ legibus ſolent duntaxat efflorеſcere*, ἐν ᾧ χρόνῳ βρύειν εἰκὸς ἦν. Cùm itaque tempeſtas maturitati ficuum deſtinata tam longò abeſſet, quando Chriſtus arborem eſt execratus, Is optimè noverat, ſe in ea nullos fructus inventurum; & quamquam ad eam acceſſerit fructus in ſpeciem quęrens, aliud tamen in animo habuit propoſitum; neque verò ad eam famis, ſed Salutis noſtræ impulſu, acceſſit. *Quotquot bonum Dei verbum, futurique ſæculi virtutes pragustavêre; poſtea verò recidunt, Deique Filium affigunt cruci, ludibrioque exponunt*, hi ab Apoſtolo *Epiſt. ad Hebræos cap.* 6. terrę aſſimilantur, quę pluviam illabentem combiberit, ſubinde autem nihil niſi ſpinas ac tribulos producat; quęque adeò Divinę execrationi adjacet quàm proximè. Eodem etiam inſtituto S. Lucas *Evang.* 13: 6. Judęos, quos Deus mox erat repudiaturus, eò quòd ſanctę ac inculpatę vitę fructus non tuliſſent, imagine fici arboris adumbrat; quam quis vineę ſuę inſeverit; cùmque ſubinde ter annis tribus conriguis ad eam venerit, fructum quęſiturus, nullos invenerit; unde fit, ut eam ſuccidi jubeat, eò quòd terram inaniter occupet, vireſque ejus exhauriat, τὴν γῆν καταργεῖ. Quod hiſce locis Chriſtus verbo tenus ſignificatum voluit, id ipſum in hac ficûs execratione opere commonſtrat. Hęc enim arbor eſt Gens Judaica. Quòd autem illam execratur, quoniam nullos in ea fructus repererat, iſtud execrationem portendit in Judaicam Gentem mox effundendam; quia vocationis ſuę tempora neglexiſſet. Nondum quidem aderat tempus, quo ficus arbor offerret fructus, at Judaicę Genti aderat, ut proferret. Homines quippe eæ debent eſſe arbores, quas deſcribit *Ezechiel cap.* 47: 12. quæ cùm ſingulis anni menſibus fructus emittant, nullo non tempore iis ſunt ornatę. Quòd ſi quis obtendat, hocce Chriſti propoſitum non ſatis liquere; ita patere regeremus, ut vel Judęi ipſi benè intellexerint. Eadem enim illa die illis iiſdem, cùm comitarentur, parabolam ſubjecit in eundem ſcopum collineantem; Parabolam nempe iniquorum illorum Vinitorum, qui ſervos, ab hero ſuo ad frugum receptionem idoneo tempore miſſos, trucidavêre; imò & filium ejus eandem in rem deputatum mactavêre. *Eam ob rem*, ait, *iniquos illos miſerè perdet, vineamque ſuam aliis, qui fructum in tempore tribuant, collocabit.* Ibidemque obſervatur, Sacerdotum Principes, nec non Phariſæos, intellexiſſe perſpicuè, de ſe ſermonem inſtitutum eſſe, atque ab eadem illa hora ipſum fuiſſe comprehenſuros, ni plebem extimuiſſent. *Matth.* 21. verſ. 33. *Marc.* 12: 1.

Demus tamen Chriſtum, quando arborem illam adiit, Nullum alium ſibi pręſtituiſſe finem pręter eum, quem pętendis, ut ſcilicet ejus fructibus famem levaret: Eundemque illum ignorâſſe, quę pueri & mulieres novêre, Tum nondum adfuiſſe ficorum tempeſtatem; ex eo tamen Contextu nunquam elicies, quod intendis; Chriſtum nempe reverà crediſſe in ea arbore ficos adeſſe; indéque adeò opinione falſa fuiſſe imbutum. Quoties quis arborem aliquam adit, ui inſpiciat, an fructus inſint; non ideò credit ineſſe, remque certò definit. Subdubitat tantùm, an inſint, vel non; accedit autem ut reſciat. Qui igitur eo conſilio accedit, opinione ſua nequaquam fallitur; ſiquidem nihil opinetur, ſed inter oppoſita duo ſuſpenſus hęreat: tum demum opinaturus & aſſenſurus, cùm exploratione adhibita in horum alterum determinabitur. Jam verò Tecum ſentio, J. Chriſtum potuiſſe, quatenus hominem, nonnulla ignorare, imò & nonnulla ignorâſſe; ſecus ejus ſcientia fuiſſet infinita; in creatura autem, quę ſit plenè creatura, nihil quicquam infinitum ineſt. At, quamvis Chriſtus Naturę ſuę humanę reſpectu omnium rerum cognitione non fuerit ornatus, contendo tamen Eum falſi nihil quicquam vel credere vel affirmare potuiſſe; neque eo Contextu tantillum quidpiam ſignificari, quod eò ducat. Quantumcunque enim volueris, ipſum circumſpicias, neque ex D. Matth. neque ex D. Marco quicquam expreſſeris, quo arguas Chriſtum putâſſe reapſe, ſe in ea arbore ficus inventurum. Eorum Prior id tantùm ait, Chriſtum, cùm eam ficum videret vię utcunque adjacentem, adiiſſe; in ea autem nihil pręter folia deprehendiſſe. Poſterior verò, quod, cùm eandem illam longiuſculè à via di-

ſtantem eſſet intuitus, frondibuſque vernantem, acceſſerit, exploraturus, an quidpiam ineſſet. Eane verò ſignificant, Ipſum credidiſſe reverà fructus adeſſe? An Te ad vulgares iſtud ſimpliciorum dictum ablegabo, *credere malim, quam curioſe perſcrutari*, quo perſpicuè oſtenditur latum intereſſe diſcrimen inter explorare, & credere? Ne igitur deinceps oggeras Chriſtum rem habuiſſe ratam: ideóque fuiſſe hallucinatum. Invitus quidem hoc concluſiſti; ſecus enim quod controvertebatur non demonſtrâſſes; ſed tua illa concluſio nullo ſulcitur principio; neque in iis præmiſſis habetur, ex quibus eam fluere arbitraris.

Cùm jam argumenta mea omnia firmaverim, palámque fecerim Te nihil adduxiſſe, quo convellantur; ad ea jam accedo, quibus opinionem tuam ſtabilire conaris. Primum eſt, *Quòd, cum Diabolus ex nullo monte, quantumvis excelſo, universa Mundi regna Chriſto ſecundum rem ipſam potuerit intuenda præbere, neceſſe fuerit ea ſecundum ſpeciem duntaxat exhiberet.* Huic autem multa reſpondi; 1. Te non probare, quod diſceptatur; diſceptationem inſtitui de Chriſti in Templi faſtigium, indéque in Montem, tranſportatione; minimè verò de iis, quæ ex Montis hujus cacumine eſt intuitus; Méque poſſe facilè concedere, ipſum hæc duntaxat ſpecie tenus intuitum, etſi certo ſtatuam, Illum reapſe ad Montis hujus cacumen fuiſſe deportatum; Mea demum argumenta deportationem illam merè φανταστικὴν, non verò putatitium regnorum intuitum, in quo nihil abſurdum, impugnare.

Regeris, *Si eorum unum concedam, alterum itidem neceſſariò concedendum; eò quod alterum ex altero ſequatur*; quæ probare ſtudes ratiocinatione quadam, quam nullatenus capio. *Chriſtus*, ais, *ideò in altum montem eſt tranſlatus, ut natura loci ad intuitum universorum Mundi regnorum faceret; jam autem nullus uſpiam datur mons tam altus, ut ex eo ſpatium adeò vaſtum quis poſſit intueri reipſa; neceſſe eſt igitur Chriſtus in ſpecie tantum ea regna ſit intuitus. Ex quibus ſequitur, oportuiſſe, ut Mons ille, in quem fuit tranſlatus, putatitius fuerit, indéque adeò tranſlatio illa fuerit pariter putatitia. Qui enim potuiſſet realiter in Montem minimè realem deferri?* In hac, inquam, ratiocinatione fugit me horumce verborum ſenſus, *Ut natura loci ad hunc intuitum faceret, oportuit Mons ille eſſet putatitius.* An verò ejuſmodi monti *loci appellatio* poteſt competere? An *Natura quadam* illi verè tribui? An uſus aliquis concedi? At non neceſſe, ut ſolicitè ſcruter, quid inuſitatis hiſce loquendi modis intendas; ſatis mihi eſt, ſi totius hujus diſcurſûs propoſitionem primam intelligam, quippe cui reliqua omnia ſuperſtruantur; hanc videlicet, Chriſtum ideo in altum montem fuiſſe tranſlatum, ut natura loci ad plurium regionum intuitum conduceret. Quam propoſitionem hiſce verbis confutaveram; *Potuit Tentator Dei filium in excelſum montem deportare; non ut inde ejus aſpectus longius excurreret; ſed ut in aëre liberiori ac patentiori universa Mundi regna, eorúmque inter ſe ſitum ac diſtantiam, clariùs exhiberet. Quibus accedere poſſunt rationes quadam myſticæ; Tentatorem nempe eò loci Chriſtum deportaſſe, ut, cum eum vellet ambitionis ope in peccatum pellicere, ſitûs celſitudo Tentationis genio congrueret; Aut eundem illum in hac Tentatione Deum imitari voluiſſe, qui ſæpe altiores quoſque montes elegit, in quibus miniſtris ſuis appareret.* Hiſce hanc tuam primam propoſitionem everteram; quanquam tamen nullam harum rationum attigeris, eandem illam reponis, quaſi prorſus illæſa eſſet ac conceſſa; perplexúmque illi Soritem inædificas, quem minimè comprehendo. At Soritis hujus intellectus non eſt mihi admodum neceſſarius; quandoquidem palam facio, cum fundamento inſtabili, immò & jam everſo, innixum eſſe: &, quamvis aliud nihil tuo primo argumento reſponderem, inefficax eſſet. Si quid ſuperaddam, ultrò nulla vi coactus ſuperaddo.

Eo ſuppoſito, quòd deportatio realis realem omnium Mundi regnorum intuitum, imò & intuitum deportatione ipſa ſolidiorem, importet; reſpondi 2. hæc verba, *Omnia Mundi regna ipſi exhibuit*, complures alios obtinere poſſe ſenſus, eoſque convenientiſſimos. 1. Hyperbolicè poſſe intelligi, quemadmodum intelliguntur varii illi loci, quos hanc in rem allegavi; in quibus eadem verba, omnia regna, omnes populi, creaturæ omnes cœlo ſuppoſitæ, &c. pro parte duntaxat, eáque ferè ſemper minori, uſurpantur. *Sed quantacunque*, ais, *hyperbole in hiſce loquendi rationibus admittatur, rerum tamen ſignificatarum pars longè major ſubintelligenda venit, ut eo potiſſimùm loco, de quo jam diſceptamus.* Id poſſem meritò pernegare. Quando, ex. gr. Eliæ Prophetæ Abdias diſertè dejerat, Nullam eſſe Gentem nullumque regnum, in quibus ab Hero ſuo non fuerit ille quæſitus, non alia certè regna ſignificat, quàm quæ erant vicina; cùm alia non extarent, in quibus Propheta verſaretur. Non enim ſic mentis erant expertes, ut fingerent eum procul ad Garamantas & Indos, extra anni, ſoliſque vias, evagatum fuiſſe. Cùm etiam Johannes ait, Mundum totum libros, quibus universa Chriſti geſta conſignarentur, minimè complexurum, hâc *Mundi* voce major Mundi pars nequaquam indigitatur. Nam, ſi omnis mittatur hyperbole, præciſéque loquamur, nullo negotio craſſiuſculo cuidam codici ea omnia inſcribi poſſunt, quæ quis intra menſem unum egerit: cúmque Mundi Redemptor ultra 33. annos vix in hiſce terris ſubſtiterit, hoc eſt, quadringentos, præter propter, menſes; geſta illius universa quadringentis ejuſmodi codicibus potuêre haud difficulter committi. Nedum autem hi majorem Mundi partem replere queant, ut Muſæolum ipſum meum longè plures includat. Id unum igitur notant hæc Euangelii verba, *Mundus non caperet, quæ ſcribi poſſent*; multò plura iis, quæ jam deſcripta fuerant, ſcribenda fuiſſe, ſi cuncta in univerſum fuiſſent monumentis conſignanda.

Sed nec iſta negem; contrà verò concedam, hiſce vocibus, *omnia Mundi regna exhibuit*, numeroſiorem eorum partem denotari; duplicem adhuc viam ſubindicavi, juxta quam id potuerit præſtari. 1. Potuit Diabolus ea delineare, tum ex Montis hujus culmine cujuſcunque ſitum digito intendere; addens, v. gr. hac parte ſita eſt Roma, Occidentis totius Domina, &c. Illa parte poſitum Parthorum Imperium in Indiam uſque excurrens: &c. Has autem voces, *oſtendere, exhibere, monſtrare*, ſignificare nonnunquam rem aliquam verbis delineare, conſtat ex iis, quæ de Ezechiele adduxi; in quibus Deus mandat Prophetæ, ut illud, quod ipſi oſtenderat, templum, Iſraëlitis exhibeat; cùm tamen alia ratione Iſraëlitis exhibere non liceret, quàm viſione; ſiquidem alia ratione non fuiſſet ipſi à Deo oſtenſum; eò quòd reipſa non exiſteret; Ezech. 43: 10. Nullâ adhibitâ argumento ita evidenti reſponſione, rurſus tamen contendis *oſtendendi* vocem perſpicuè aliud quid inferre, quàm vocalem aliquam deſcriptionem; in quo, quàm ſis iniquus, apertè jam demonſtrabo, ut Ipſe Tu rem palpes. Cùm perhibetur, Diabolum deportâſſe Meſſiam in Montem, contendis hiſce notari apparentem duntaxat deportationem, minimè vero phyſicam; quamvis nullus extet in

Scri-

Scriptura tota locus, in quo deportationis, vel tranſlationis, &c. vocabulum, nudè poſitum, deportationem putatitiam ſignificet; at quando ſubjicitur, ipſum illi omnia Mundi regna monſtrâſſe; vis eam vocem, *monſtrare*, evidenter aliud prorſus inferre, quàm ſimplicem deſcriptionem; etſi exemplo à me allato contrarium perſpicuè demonſtretur. Si contendas nullam mihi adhibendam fidem, licet firmiſſimis rationibus aſſerta mea firmem, Tibi contrà plenam omninò habendam, etiamſi tua nullis fulcias; exhibeas, ſi placet, diplomata in eam rem tua; hæc quippe mihi ſunt ignota.

Aliam sperui viam, quâ potuit Disbolus Chriſto plurima remotiſſima exbibere regna; Optices ſcilicet arcana; quorum auxilio mira planè ac ſtupenda quandóque ab hominibus peraguntur, etſi longè major ſit Diaboli vis atque ſolertia. Ut autem mentem meam clarius aperiam, duo ſunt, quæ obſtent quominus ex ſummo vel altiſſimorum montium cacumine plura regna ſimul poſſimus oculis uſurpare: unum eſt, *Eorum diſtantia*; alterum *Interpoſita corpora*. Et primò quidem *diſtantia*; etſi enim univerſa terra plana eſſet, inque ejus medio emineret mons præcelſus, vix tamen ex ipſius vertice centeſima ejus pars poſſet apprehendi, quæ eſt oculorum noſtrorum debilitas ac limitatio. 2. *Corpora interpoſita*; Ad quamcumque enim altitudinem extollamur, Horizon integer nunquam nobis objicitur. Sin aliis nullis montibus interpoſitis proſpectus ſiſtitur, ipſa terræ rotunditas obſiſtit, quominùs remotiora loca apprehendantur. Verùm, Optices beneficio hæc obſtacula aliquatenus ſummoventur. Et quidem quoad diſtantiam, ita Teleſcopiis oculorum acies augetur, ut decies ulteriùs excurrat. Quod ſpectat autem corporum interpoſitionem, quæ ex ea interpoſitione ſunt prorſus occulta, ea apprehendi poſſunt auxilio ſpeculorum, objecta alio ſitu, quàm ſunt, repręſentantium; latentiumque imagines reflexione ſua oculis ſubjicientium. Adde, quòd poſſint etiam rerum ſpecies refrangi, ut quę rectâ lineâ perſpici nequeunt, obliquâ aſpiciantur. Illæ enim ſpecies eodem inflectuntur modo, quo baculum aquis inſertum; cujus figura apparet obliquata. Calculum, ex. g. modiolo vacuo imponas, tum à modiolo ita ſecedas, ut propter marginem interpoſitam oculis nequeas calculum attingere, ſi aquâ modiolus impleatur, mox attingens calculum; eò quòd emiſſæ ab eo per aërem & aquam ſpecies ad aëris occurſum inflectantur, inflexioniſque hujus ope ad oculum devergant. Si Opticâ vel leviter ſis imbutus, quid velim facilè aſſequêris; ſin verò nullatenus ſis imbutus, longa oratione opus eſſet, ut quę velim caperes. Quod non neceſſe, cùm ipſo experimento res ſit omnibus comperta. Jam autem, ſi ea ſit hominum induſtria, eâdem, imò longè majori, Diabolum pollêre quis dubitet? Eumque vaſtâ tabellâ exhibere poſſe, quæ nos contractâ valemus. Cùm pro tubis opticis, ſpeculis, & vaſculis, quibus ſolemus uti; ille pręſtò nubes habeat, quas ex arbitrio, tanquam aëris princeps, figurat, ac flectit: uti ex Jobi hiſtoria abundè liquet. Quid quòd, cùm inſtrumenta, quibus utitur, noſtris longè ſint tractabiliora, longéque majora, ipſiúſque ſit in iis tractandis longè major vis ac ſolertia; nullatenus profectò dubitandum, quin ab eo longè etiam mirabiliora præſtentur.

Regeris nulla horum afferri exempla. An verò exemplis comprobanda ſunt, quę ratio tam dilucidè evincit? Quanquam non omninò iis careamus; jam enim unum quoddam admodum affine adduxi, Deum nempe miniſterio, (uti quidem admodum probabile eſt) Angelorum (Diabolus autem ejuſdem cum illis conditionis eſt) Moſis oculis ex montis Nebo cacumine Cananæam totam ſubjeciſſe. Id enim expreſſe notat Textus, *Deut.* 34: 1, 2, 3. *Poſtea aſcendit Moſes è campeſtribus Moabitarum in montem Nebo, in verticem illius collis, qui eſt in conſpectu Jerichuntis; ubi oſtendit ei Jehova totam Terram à Gilhade Danem uſque: nempe totam Terram Nephthali, terramque Ephraimi & Menaſſis, & totam terram Jehudæ, uſque ad Mare Occidentale; Meridianam quoque; & planitiem ipſam, convallem Jerichuntis, civitatis palmiferæ, Tzoharem uſque.*

Nec obſtat, quod affers, Te ex ſuperioribus Lauduni partibus proſpexiſſe aliquando, Sedanum verſus, 70. vel 80. milliaria. Moſes enim, uti jam dixi, & iterùm dico, naturali virtute Cananitidem univerſam ex Nebonis faſtigio apprehendere non potuit. Siquidem Cananæa regio diſſerat magnoperè ab iis regionibus, quæ ex Lauduno Orientem versùs objiciuntur: à Campania nempe, id nominis ob patentes campos ſortita. Locus quidem in Judæa eſt, πεδίον μέγα, *Campeſtre Magnum*, appellatus, quia alia omnia latitudine ac longitudine ſuperat: verum vaſta illa planities (ex Joſepho de Bello Jud. l. 5. c. 2.) ad 230. tantum ſtadia, hoc eſt, 38. milliaria in longitudinem; ad 120. ſtadia verò, hoc eſt, 20. milliaria, in latitudinem extenditur. Eſt & altera, *Saronenſis* nempe plaga, cujus longit. à Jope Cæſaream uſque ſecundum mare, h. e. ad 68. milliaria protenditur; verùm ejus latitudo à montibus valdè coarctatur. Campeſtria quæque reliqua ad horum magnitudinem minimè accedunt; cùm interjecti montes abrumpant. Quapropter *Joſephus lib.* 3. *cap.* 2. *de Bello Judaico*, de Judæa & Samaritana regione dicit, ἀμφω ὀρειναὶ καὶ πεδιάδες, *utramque collibus & campis interſectam fuiſſe.* Atque eo diſcrimine diſtinguit Deus Cananęam ab Ægypto, quæ Hollandiæ inſtar plana eſt. Cùm enim hanc *horto olitorio* aſſimilaſſet, Cananitidem *montium & convallium terram* eſſe dicit, *Deut. cap.* 11: *verſ.* 10, 11. *Ita Pſalm. cap.* 125: *verſ.* 2. montes Hieroſolymam circumſtare dicuntur. Etenim, ad Orientem ſitum erat *Olivetum*, adeò præcelſum, ut ex ejus cacumine facile fuerit in Mare Mortuum omnéſque Hieroſolymorum vicos proſpicere. Ibidem etiam poſitus fuit *Mons Scandali*, uti appellabatur; ubi Salomo Templum Chemoſo extruxerat, quod à Joſia deinde fuit dirutum. Ad Occidentem verò *Mons Golgotha, ſive Calvaria* adſtabat; uti etiam *Mons Gyhon*; unde ejuſdem nominis rivulus ſcaturiebat. Septentrionem versùs eminebat mons *Gareb*, de quo *Jerem.* 31: 39. itemque alter ille, in quo Pompejus caſtra poſuit; cujus meminit Joſephus *de Bello Jud. lib.* 6. *cap.* 3. non expreſſo tamen nomine; uti & alius, qui *Sapha*, hoc eſt, *Speculatorium*, vocabatur, Hieroſolymis 800. aut 900. paſſibus diſtans; ex quo Templum atque Urbs patebant. A Meridionali parte viſebatur *Mons Erogni*; qui ingenti terræ motu conquaſſatus, ita diſſectus eſt, ut Orientem versùs ad montem Scandali 500. paſſus acceſſerit. Joſephus, Nonnullique cum eo Doctores Hebręi, id contigiſſe exiſtimant momento eo, quo Rex Hoſias thuribulum contrectavit. Urbs etiam Sichem inter duos montes ſita erat, quorum Theodotus antiquus Poëta Ethnicus mentionem facit his verbis, ἐξ αὐτῆς δὲ μαλ' ἄγχι δύ' οὔρεα φαίνετ' ἐρυμνά. *Euſeb. lib.* 9. *Præpar. Evang. p.* 49. Hi autem duo vulgo *Dan* & *Bethel*, in quibus vitulos erexit Jeroboamus, exiſtimantur. At ne omnia ſingulatim perſequar, quibus integrum volumen impendendum foret, illud tantùm annotabo, inter ea loca, quę Moſes

in

in Cananæa vidit, Ephraimiticam terram, regionem montoſam, annumerandam. Nam præter *Dan & Bethel*, quorum jam memini, montem *Gabas* etiam, ubi Joſua ſepultus eſt, obſervo, *Joſ.* 24: 30. Uti etiam montem *Somron*, cui inædificata eſt urbs Samaria, 1. *Reg.* 16: 24. *Guarizim*, atque *Hebal*; unde benedictiones & maledictiones pronunciabantur; quique ſat eminentes vulgò perhibentur: Et *Salmon*: ubi Abimelec ramos arborum amputavit, quibus Turrem Sichemenſem combuſſit, Jud. 9: 48. quemque David *nivenm montemque Dei*, hoc eſt, maximum, appellat, *Pſalm* 68: 15, 16. Et *Silo*, ubi diu Arca ſtetit, omnium, uti vulgò creditur, quotquot ſunt prope Hieruſalem, totiuſque adeò Terræ Sanctæ, montium celſiſſimus: Et *Scamir*, in quo Thola unus ex Iſraëlis Judicibus habitavit & ſepultus eſt, *Jud.* 10: 1, 2. Et *mons Amalekitarum*, cui inædificata erat urbs Pirathon *Abdonis* patria, qui etiam Judæorum Dux, *Jud.* 12: 15. Et *Sophim*, ſive *Speculatorum*, à quo nomen ſuum habuit urbs *Ramath-Sophim* Samuelis patria; qui etiam Iſraëlitarum Dux fuit; 1. *Sam.* 1. Itemque ille, in quo Jephte prope Aroer Ammonitas profligavit, *Hieron. in Locis Hebr.* Ille etiam, in quo Simon Maccabæus juxta Hadida, ſive Adida, adversùs Triphonem caſtra metatus eſt; 1. *Maccab.* 13: 13. *Joſeph. Antiq. lib.* 13. *c.* 11. Ille quoque, ubi idem ille Simon in caſtello Doch inſidioſe interfectus eſt, 1. *Macc.* 16: 15. quem tam altum narrat Brochardus, ut ex ejus vertice *Galaaditarum*, *Moabitarum* regiones, *Heſbon*, *Nebo*, &c. contemplari daretur. Jam vero, ſi in una tantùm Tribu, eâque mediocri, tot montes extiterint conſpicui; quot in Duodecim Tribuum Tractibus extitiſſe putes? Nonne ergo tot montes Moſi horum Tractuum aſpectum præcluſiſſent, ni vel Deus ipſe aut Angelus aliquis hæc obſtacula removiſſent? Quibus adde, quod probè notandum eſt, montem Nebo, in quo ſitus erat Moſes, non admodum eminuiſſe. Si enim conſulantur Hiſtorici de excelſis Judææ & circumjacentium regionum montibus, Silunte excepto, de quo jam memini, *Sinu* totius Arabiæ celſiſſimus erat; eóque, ut refert Adrichomius, 7000. gradibus aſſurgit: *Libanum* autem altiorem eſſe contendunt Alii; qui, ſecundùm Euſebium, omnes Phœniciæ montes altitudine ſuperat; indéque à quibuſdam *Mons montium* appellatur. Ab Albedine nomen habet, quia vertex nive ſemper obductus; uti id D. Hieronymus, ex *Jer.* 18: 14. contendit. Idemque tribuit *Hermoni*; *unde*, inquit *in Locis Hebraicis*, *æſtiva nives Tyrum ob delicias deferuntur.* Eidem illi etiam Brochardus, Adrichomius, & Dominicus Niger Montem *Galaad* anteponunt; omnium, quotquot trans Jordanem ſunt, celſiſſimum contendentes. At Hermon & Galaad ſunt Libani partes quædam. Admodum etiam notabilis *Carmelus*, quem Ethnici, propter ſtupendam altitudinem, pro Deo habuêre. *Eſt*, inquit *Tacitus Hiſt. lib.* 2. *Judæam inter Syriamque Carmelus, ita vocant Montem Deumque.* Hunc Deum conſuluit Veſpaſianus, cùm in Judæa verſaretur, ut ab eo diſceret, utrumne Imperium adepturus eſſet. *Apud Judæam*, (narrat *Suetonius in ejus vita*, *cap.* 5.) *Carmeli Dei Oraculum conſulentem ita confirmavere ſortes, ut quidquid cogitaret, volveretque animo, quantumlibet magnum, id eſſe venturum pollicerentur.* Et *Collutius lib.* 11.

.... Mattathiadémque locutum,
Vera tibi Vatem, & Carmeli Oracula diſcos.

Pro *Corneli* Caſaubonus *Carmeli* repoſuit. *Plinius lib.* 5. *cap.* 22. de monte *Caſio* Antiochiam inter Seleuciamque ſito dicit, eum adeò excelſum eſſe, ut ex cacumine quarta noctis vigiliâ Sol Oriens conſpiciatur, tantillaque ſitùs inflexione dies ſimul & nox appareant. Quibus affinia quædam apud Ariſtotelem de Caucaſo referuntur, *lib.* 5. *cap.* 3. *de Meteoris*, ἔτι δὲ ἡλιοῦται τῆς νυκτὸς αὐτοῦ τὰ ἄκρα μέχρι τοῦ τρίτου μέρους, ἀπό τε τῆς ἕω, καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας: hoc eſt, *Ipſius verticem tertia noctis parte, mane & veſperi a Sole illuminari.* Sic Veteres montium quorundam & Judææ & circumjacentium regionum altitudinem celebravêre. Verum de altitudine montis *Nebo* ſive *Abarim* ne verbum quidem reperi, præter hunc Joſephi locum, ſub *Antiq. lib.* 4. finem. Τοῦτο δ' ὑψηλὸν Ἱεριχοῦντος ἄντικρυς κεῖται, γῆν ἀρίστην τῶν Χαναναίων, καὶ πλείστην παρέχον τοῖς ἐπὶ αὐτῷ κατοπτεύειν: *Mons*, inquit, *celſus eſt è Jerichuntis regione, ex quo facile eſt maximam fertilis Cananitidis partem intueri.* In quibus id advertendum, illum non dicere ὅλην, ſed πλείστην, id eſt, *Totam*, at *Majorem partem.* Et certè, nedum Geographi vel Græci vel Romani illum inter altiſſimos montes connumerent, ut nequidem ipſum cognoverint, vel, ſi cognovêre, nullam ejus faciant mentionem: ex quo elucet, in eo monte nihil notabile extitiſſe. Verùm, ſepoſita conteſtatione, Teipſum per Teipſum convincam. Ais ſcilicet, (idque iis rationibus firmas, ex quibus facile quivis intelligat, Te & multa legiſſe, & multa animo congeſſiſſe) ais, inquam, montem nullum adeo eſſe eminentem, ut ex ejus cacumine integra provincia, mediocriter extenſa, poſſit apprehendi; quî fit ergo, ut contendas Moſem ex monte Nebo, pluribus aliis longè inferiori, Judæam totam, milliaria 200. in longitudinem, 90. verò in latitudinem, ex circumſcriptione tua diffuſam, eóque Normaniâ noſtrâ aliquantò majorem, nullo accedente Dei vel Angelorum auxilio circumſpexiſſe. An non deprehendis, ex duabus hiſce propoſitionibus, quas concedis, concluſionem meam naturali quadam concatenatione procedere? Ex illis enim eam ſic deduco. Nullus extat mons adeo elatus, ut ex ejus faſtigio provincia quædam integra, etiam mediocris, queat aſpici. Judæa autem eſt provincia mediocris, immo & pluſquam mediocris; quandoquidem 200, aut circiter, milliaribus ejus longitudo; 90. vero latitudo definiatur. Nullus igitur mons extat tam elatus, ex quo Judæa tota circumſpici queat; hincque multo minùs potuit tota circumluſtrari ex monte Nebo, quippe qui pluribus aliis cedat longiſſimè.

Poſtquam igitur rationibus, meo quidem judicio, invictis demonſtravi, neceſſe omnino fuiſſe, hæc ſingulari Dei concurſu peragerentur, adhibitis eam in rem, (uti probabile admodum,) Angelis, eorum, quibus æterna ſalus deſtinata, Miniſtris; ipſorumque miniſterio præmonſtratæ fuerint Moſi ex Cananitidis plagæ, quæ ſub ejus aſpectum venire, vel ob nimiam diſtantiam, vel ob variorum illorum montium, quibus Palæſtina exaſperata erat, interventum, non poterant; nonne jam mihi licet ex hiſce concludere, Diabolum, cum eandem habeat cum Angelis naturam, eadem donatum eſſe facultate?

Si regeras Palæſtinam variis illis regnis, quæ Chriſto à Diabolo fuêre oblata, nullatenus æquiparandam eſſe; circa plus & minus tota noſtra verſabitur diſputatio; idque ſaltem conſecutus ero; Diabolum quædam nobis poſſe aſpectanda præbêre; quæ ſecus non potuiſſemus attingere: eo quod vel remotiora ſunt, vel oculis noſtris rectà nequeunt allabi. Quod ſi conſecutus fuerim, an pertendes poſthæc, hanc Diaboli, ſeu Angelorum, facultatem ſic eſſe circumſcriptam, ut ad

certam

certum quoddam ſpatium, quale fuit Judææ, ſolummodo extendatur; eorumque Angelorum, qui Judæam Moſi exhibuêre vires in ea exhibenda ita fuiſſe exhauſtas, ut ulteriorem nullum tractum valuerint ſubjicere, ſi ſpatioſior fuiſſet Judæa? Id profectò temerè & incautè aſſereremus; non enim ſatis exploratæ nobis ſunt Angelorum vires, ut finibus hiſce includamus. Hujus porrò memineris, quod, cùm varios ſenſus his verbis, *Diabolus omnia Mundi regna ipſi exhibuit*, dederim; ex quibus facilè deducitur, Diabolum multiplici diverſa ratione potuiſſe illa exhibere; ſatis ſit, ſi horum ſenſuum unus maneat inconcuſſus; quodque nihil omnino ſis effecturus, ni eos omnes everteris. Quod fortaſſe difficilius, quàm Tu tibi fingas.

Achilleo tuo argumento ſic proſtrato, in reliquis proſternendis minor accedet labos, minórque opera. Pro tribus, quæ ſuperioribus tuis ſcriptis urgebas, argumentis, unum duntaxat jam premis; de quo ferè, ſi audêres, ultro dixeris,

Hunc ſaltem everſa juvenem ſuccurrere fratri
Ne prohibete, &c.

Illud nempe, quod ex D. Marco ducis. Ille, *ais* totam Tentationis hiſtoriam compendioſè proſequitur, nullo autem alio loco Chriſtum innuit tentatum, præterquam in Deſerto; Ergo, &c. Reſpondeo duo eſſe compendiorum genera; alia *verborum*, alia *rerum*. Sunt verborum, quando paucioribus verbis ea exhibentur, quæ pluribus antè fuerant explicata; nullâ tamen prętermiſſâ rerum circumſtantiâ. Sunt contrà rerum; quum quæ explicatiùs fuerant enarrata, ea demptis quibuſdam adjunctis, contractiori tabella proponuntur; gravioribus tantùm, & pręſtituto ſcopo congruentioribus, commemoratis. Si D. Marcus priori tantùm modo vitam, geſtaque Chriſti contraxiſſet, ſolaque vocum imminutione profuſius eſſet ſe facta omnia, nullâ omiſſâ circumſtantiâ, perſtricturum, tum certè ex ejus ſilentio poſſes arguere, uti facis, legitiméque concluderes, illud omne falſum eſſe, quod non memoravit. At res ipſas, non voces tantùm, ſtringit. Indéque eorum, quæ narrat, circumſtantias pleráſque, narrationum ſuarum tum initium, tum progreſſum, tum finem ſpectantes, omittit; facilè enim horum trium exempla, ſi expediret, afferrem. Quid vero aliunde ea arceſſerem; cùm horumce trium in Hiſtoria noſtra habeamus evidentiſſima? Quod initium attinet, Euangeliſta hic noſter quadrageſimale Chriſti jejunium, ejuſque famem, Tentationis hujus initium ſpectantia prætermittit. Quoad progreſſum, ſilet itidem tres illas tentationes ſejunctas, quibus Satan eum, exactis 40. illis diebus, vexavit. In fine demum hoc præterit, Satanam Tentatione finita illum ad aliquod tempus dimiſiſſe. Cùm igitur tam multa ſilentio involvat; cur durum videatur, quòd tacuerit, Jeſ. Ch. alio locò, quàm in Deſerto, fuiſſe tentatum? ſi tres illos inſultus omninò prætergrediatur, quem in uſum unius cujuſque eorum locum ſignâſſet? quas ob res facti alicujus locum memoraret, quod nequidem quoad rem ipſam attingit? Viſne eorum partibus accedere; qui accidentia ab omni ſubjecto ſejuncta, ac per ſe ſubſiſtentia, imaginantur? Ac quando res ipſa, ut nihilum quid omittitur, ejus tamen ſignentur accidentia? cujuſmodi locus, tempus, &c. Quæ tua hiſce reſponſio? Ubi faſſus es, Diabolum quidem triplici hac ſpeciali tentatione Chriſtum duntaxat aggreſſum eſſe poſt elapſos vulgares illos quadraginta Tentationis dies, uti D. Lucas, D. Matthæus disertè referunt; tum ſubdis, Tria hæc nullo negotio intra duas vel tres horas abſolvi potuiſſe; cúmque duæ vel tres horæ præ quadraginta diebus non ſint admodum memorabiles, D. Marcum jure potuiſſe numero illo dierum quater-deno complecti ac ſubnotare. Id quidem concedam; ſed ea lege, ut mihi viciſſim id permittas; quod ex hac mea conceſſione apertè ſequitur; iſtud nimirum, ſi tres horæ non ſint ſupra dies quadraginta notabiles ac attentione dignæ, pari prorſus jure trium horarum tentationem, extra Deſertum peractam, non eſſe ſeorſim a tentatione quadrageſimali, in Deſerto paſſâ, memorandam: hincque adeò, ſi Marcus potuit horarum trium & quadraginta dierum tentationem quaterdenario numero ſignificare; ipſum ſimili prorſus ratione potuiſſe, tentationem aliquam exhibere tanquam in Deſerto conſummatam, quæ tamen tres horas extra Deſertum fuerit producta; quia nempe non eſt, quòd hæ tres horæ illis quadraginta diebus, qui in Deſerto tranſacti ſunt, ſuperaddantur. Quemadmodum enim Tu circumſcriptus es circa locum, ſic ego velim eſſe circa tempus: dumque urgebis Marcum nullum alium adnotare locum, in quo Chriſtus fuerit à Diabolo ſollicitatus; ego viciſſim regeram, Illum disertè eam memorare duntaxat Tentationem, quæ tota intra dies 40. in Deſerto fuerit abſoluta. Ut ergo ſim de tempore liberalior, eſto Tu de loco ſimiliter: fateariſque nihilo magis laboraturam hiſtoriæ fidem, ſi quadraginta dierum Tentatio in Deſerto peracta dicatur, quæ tamen extra Deſertum horas aliquot duravit ulteriùs; quàm ſi eadem illa intra dies quadraginta conſummata exhibeatur, cùm tamen dies quadraginta horaſque aliquot durârit. Si diſcrimen aliquod hiſce duobus interſit, notes, quæſo, ac

Dic aliquem, ſodes, dic, Quintiliane, colorem.

Dixeris forſan, Angelos in eodem illo Deſerto Chriſto miniſtrâſse, uti colligitur ex hiſce Marci Euangeliſtæ verbis; *In Deſerto tentatus fuit a Satana per 40. dies; cum feris degebat, Angeli autem ipſi miniſtrabant:* cùm autem Angeli ſub Tentationis finem illi ſolummodò miniſtrârint, uti ex Matthæo colligitur; neceſse eſſe in eo ipſo Deſerto conſummata fuerit, in quo fuerat inchoata. Inde ergò Chriſtus minimè diſceſſiſse: quis enim huc illum reduxiſset? *Sic ratiocinaris.* Antequam huic tuæ rationi directè ſatisfaciam, ſuccurrit mihi aliquid tibi pręnotandum; iſtud videlicet; Quòd ſi ex unius Marci relatione Chriſti Tentationem noſceremus, crederemus profectò, uti & Beda olim credidit, Angelos Chriſto non tantùm eodem loco, quo eſt tentatus, ſed etiam eodem illo tempore ſervuiſse. Quid enim aliud hæc D. Marci verba ſonant; *Per dies 40. tentatus eſt, eratque cum feris, & Angeli ipſi ſerviebant?* Ex Matthæo tamen Angeli neque ipſi acceſsêre, neque ſubſerviêre, quin eſset peracta Tentatio; *Dimiſſus eſt a Diabolo*, inquit, *tumque acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant.* Reverà quidem, Beati illi Spiritus, qui in Filium hominis deſcendebant, & aſcendebant; quique à Deo deputati erant, ut Eum in omnibus viis ſuis comitarentur; quorum denique poterat ad arbitrium legiones multas cœlis evocare; Illi, inquam, ab eo ad aliquod tempus ſeceſsêre, dum adverſus crudelem Adverſarium luctaretur; luctæque fuêre tantùm ſpectatores; ut ſcilicet nil quicquam ejus victoriæ derogarent; ſciremuſque certo, Ipſum unum, juxta Eſaiæ prædictionem, torcular calcâſse, nullum quenquam ſuccurriſse, ſolóque ſuo brachio, inſitaque virtute ſuſtentatum.

tentatum. Igitur in his D. Marci vocibus, *Per quadraginta dies tentatus eſt, erat cum feris, Angeliquè ſerviebant*, præteritum imperfectum ſubſtitutum eſt, uti ſæpe aliàs, pro perfecto; adeò ut is ſit earum ſenſus, *Abſoluta demum Tentatione Angeli ipſi ſerviêre.* Indéque adeò, ſi hæc D. Marci locutio cum iis, quæ apud Matthæum extant, conferatur; nullatenus ſignificabit, quod intendis; Angelos nempe Chriſto miniſtrâſſe in eodem illo Deſerto, in quo dies 40. fuit tentatus; ſed eo loco, in quo erat, poſtquam terminata fuit Tentatio; ſeu ille in Deſerto, ſeu quodam alio in loco extiterit.

Verùm non neceſſe eſt ea utar defenſione; uti neque poſſum; ſiquidem putem Tentationem in eodem illo Deſerto terminatam, in quo fuerat incepta; Diabolumque Chriſtum in Deſerti hujus montem quendam, vel *Nebo*, vel *Pharan*, vel *Sina*, &c. deportâſſe. In quo certè capere nequeo; qua de cauſa Deſertum iſtud, tot montibus horridum, non videatur tibi ad Tentationem ſat triſte ac incultum; & contendas Chriſtum Divino Spiritu alium quendam in locum, & ſecretiorem & horridiorem, fuiſſe deductum; eàque una ratione, quòd Chriſtus inibi repræſentetur cum feris degens. Ne deinceps objectio ejuſmodi recurrat, duorum, ſi placet, recorderis. 1. Eam nullius eſſe ponderis; quia immaniores quæque feræ, quales Urſi, Lupi, Leones, Pardi, &c. in frequentioribus etiam Judææ plagis occurrant. An plaga quædam frequentata magis, quàm Bethelis territorium? inibi tamen Urſi duo, è proxima ſylva egreſſi, eorum puerorum, qui Eliſæum 2. *Reg.* 2: 24. ſubſannabant, duos ſupra quadraginta lacerârunt. Sic quoque à Jehova emiſſi ſunt Leones in Samaritanos illos, qui *Regum* 2. *cap.* 17, 27. Verum Deum non colebant. Sic Jeremias, ubi Judæorum increpuit duritiem, mox ſubjungit eam ob rem, *Leonem è ſylva eos mactaturum; eoſdem lupum veſpertinum vaſtaturum; ad illorum civitates pardum obſervaturum, & quiſquis exibit, eum diſcerpturum; Prophet. cap.* 5: 6. Ille rurſus Propheta, qui aliam iniit viam, quàm quæ à Deo fuerat præſcripta; Is itidem, qui Michæam ad Dei Mandatum percutere recuſavit; nonne ambo à Leonibus fuêre dilaniati? Ex adverſo & Samſon, & Benaja ille, qui inter Davidis Fortes habetur, Leones morti tradidêre. David ipſe nonne & Leonem & Urſum ſuperavit? Ex hiſtoriis hiſce palam fit, feras iſtas in Cananitide fuiſſe frequentiſſimas: Unde & *Cant.* 4: 8. *Amana & Sanir leonum receptacula, pardorumque montes appellantur.* Brochardus alterius cujuſdam inter Tripolim & Libanum poſiti meminit, qui *Pardorum mons* vocaretur. Uno verbo, & Syria & Arabia, Judææ proximè circumſtantes, pardis & leonibus ſunt refertæ. Hinc Plinius pluribus in locis de Syriæ leonibus verba faciens, eorum colorem ait ſubnigrum; cùm contrà aliis in regionibus ſit fulvus, vel luteus. Idemque de pardis, vel pantheris, ſic loquitur, *lib.* 8. *cap.* 17. *Nunc Varias, & Pardos qui mares ſunt, appellant in eo omni genere, in Africa, Syriaque creberrimo.* In hiſce audiendus potiſſimùm *Diodorus Sicul.* quando de ea Arabiæ parte, quæ Syriæ, indéque adeò Judææ proxima, diſſerit, *Hiſtor. lib.* 2. Θηρίων τὸ πλῆθος ἀλκίμων ἡ προσορίζουσα τῇ Συρίᾳ τρέφει· καὶ γὰρ λέοντας καὶ παρδάλεις ἐν αὐτῇ πολὺ πλείονας, καὶ μείζους, καὶ ταῖς ἀλκαῖς διαφόρους, πεφυκέναι, ἤπερ ἐν τῇ Λιβύῃ, συμβέβηκε. *Quæ Syria contermina eſt, magnam prægrandium ferarum vim alit; Leones enim & Pardales numero ac magnitudine, viribuſque, Africanos longè ſuperare ſolent.* Cùm itaque feræ vel ferociſſimæ in omnibus illis regionibus ſint adeò crebræ, quidni extiterint permultæ in Judææ deſertis?

Secundum illud, cujus memor ſis, velim, hoc eſt; quòd, tametſi illa tua objectio quid valêret in eos, qui putant Chriſtum prope Jeroſolymam tentatum; in me nihil omnino ſit valitura; ſiquidem deſertum illud, in quo ſiti ſunt montes, de quibus ſuprà, ſat longè à Jeroſolymis diſtet. Illud ipſum eſt, in quo peregrinati ſunt Iſraëlitæ, dum ex Ægypto in Cananæam tenderent; quod præ deſertis omnibus incultum, fovendiſque feris aptum: de quo *Jerem. cap.* 2: 5. *Fecit, ut incederemus per deſertum, per terram aridam & montuoſam, ſepulchralem, umbroſam & lethalem; per quam non tranſibat quiſquam; in qua nullus habitabat homo:* De quo itidem *Deuter.* 32: 10. Moſes, qui & ipſe illud peragraverat; *Eſt*, inquit, *horrenda regio, in qua nihil niſi ejulatus & deſolatio*; ferarum ſcilicet *ejulatus*, quibus terra jacet prorſus inhabitata. Et certè hæc eſt ſolitudo illa, de qua audivimus ſuprà Diodorum aſſerentem, *In ea reperiri leones, & numero, & magnitudine & viribus Africanos ſuperantes:* quandoquidem hæc Arabiæ regio ſit Syriæ contermina. Chriſtum autem eò fuiſſe ad Tentationem delatum, vel inde probabile fit, quòd mox à Johannis Baptiſmo illuc fuerit tranſlatus; Johannes autem ad Betharam baptizaret. Bethabara porro, Hebraicè בית עברה, *locus tranſitûs*, hanc videtur obtinuiſſe appellationem ex eo, quòd Iſraëlitæ, Deſerto exeuntes, Jordanem hocce loco tranſierint, Cananitidemque ſint ingreſſi. Id ſaltem Nonnulli ſuſpicantur. Præterea conſentaneum eſt, ubi præextitêre Typi, ibi res typis reſpondens adveniat. Jam verò in eo Deſerto jejunaverant tum Moſes tum Elias, jejuniis hiſce futurum Chriſti jejunium adumbrantes. Ergo, &c. Ibidem quoque Deus populo ſuo fame contabeſcenti probârat, hominem pane ſolo non ſuſtentari, ſed omni verbo, quod ex illius ore prodierit, ut ait Moſes Iſraëlitis *Deuter.* 8: 3. Iiſdem hiſce verbis Chriſtus ſeipſum in eodem penè ſtatu, eodemque loco conſtitutum, ſuſtentat. Forſitan & dipſades illæ, quibus Moſes ac Iſraëlitæ in iis ſolitudinibus vexabantur, Satanam præfigurabant, qui in iiſdem ſolitudinibus Eccleſiam in Chriſti perſona infeſtaturus erat. Et quamvis longè alia de cauſa appellatæ ſint, *Exod.* 17: 7. *Maſſa*, id eſt, *Tentationis* Deſertum; hæc tamen appellatio poteſt utcunque portendere, quod deinceps ibidem erat eventurum. Appellatæ enim fuerant *Maſſa*, quia Deus in illis fuerat tentatus; is autem Deus, Apoſtolo 1. *ad Corinth.* 10: 9. interprete, erat Chriſtus. *Ne Tentemus*, ait, *Jeſum Chriſtum, uti Eorum nonnulli in Deſerto eum tentavêre.* Quam in rem dicit Moſes *Deuter.* 6: 16. *Nequaquam tentabitis Deum veſtrum, ſicuti in Maſſa tentâſtis:* quibus etiam verbis Chriſtus Satanam increpuit. Verùm, quoniam hæc non ſunt ſatis certa; dimitto, ut certò & ſincerè profitear me Tibi ad omnia officia eſſe paratiſſimum.

Vale.

EIDEM.

EIDEM.

DE EODEM ARGUMENTO.

TRANSLATIO.

Si nondùm te omninò victum fateri nolis, Chariſſime, manus dabis, confido, poſt hanc tertiam pugnam; ne illo ipſo, de quo jam ſermones agitamus, qui poſt tertiam aggreſſionem ceſſit, pervicacior videaris. Quòd ſi fortè hac comparatione offendaris, exemplum Benjaminitarum & Pyrrhi, qui tertio certamine planè devicti ſunt; aut ſi mavis, Carthaginis tertio bello Punico funditùs dirutæ, ſubſtituam: quanquam hæc non omninò ſint affinia. Qui enim pro veritate dimicant, hi non deſtructionem, ſed inſtructionem in victoria quærunt: & cùm ſine dedecore & damno in aliis præliis ſuperari non poſſimus, contrà veritati cedere utile eſt ac glorioſum. Jam autem ab illa Te victum negare non potes; cùm ea jam repudiaveris, quibus potiſſimùm, veluti clypeo, tegebaris. Prioribus Epiſtolis meis annotabam, concedere Te, Diabolo ab uno loco in alium corporum traoſportandorum conceſſam poteſtatem; ipſumque adeò Chriſti corpus tranſportare potuiſſe illæſâ ejus dignitate; nullúmque ante ſæculum noſtrum in Eccleſia reperiri Doctorem inſigoem, qui Chriſtum verè in Templum, Montémque deportatum, negaverit: ac denique omnia alia Scripturæ loca, in quibus aliquis ab uno loco in alium avectus nudè dicitur, neque id *viſione vel ſpiritu* præſtitum additur, de Phyſica & reali tranſlatione intelligenda eſſe. At, cùm in hiſtoria Tentationis Diabolum in Templum Montémque Chriſtum abſtuliſſe narratur, id mente & imaginatione tantum peractum contendis: quia, ſcilicet, Scriptura quædam alia, quaſi verè eveniſſent, quæ mente taotùm pręſtita ſunt, nobis exhibet. Verùm hæc duo nego, *antecedens*, ſcilicet, & *conſequens*. 1. Antecedens; neque enim unquam ea, quæ viſione contigerunt, ita ab Scriptoribus Sacris narrantur, quaſi reipſâ peracta eſſent. Id enim merus eſſet verborum luſus, arſque Præſtigiatorum aliqua; qui agili manùs flexione facere videntur, quæ tamen reverà non faciunt. Deinde & *conſequentiam* pernego; etſi enim, quæ cogitatione tantùm peracta ſunt, iis verbis in Scriptura exprimerentur, quibus ea ſolent quæ reipſâ ſunt effecta; inde tamen minimè ſequeretur, ſimiliter ſeſe rem habere io loco, de quo jam diſceptamus; niſi id aliis validis rationibus evincatur. Quod quidem nondùm effeciſti.

Ut autem antecedens probes, in prioribus litteris tuis, cum omnibus, qui ejuſdem tecum ſunt ſententiæ, contendis; Mandata Dei; tum illud, quo Prophetæ Jeremiæ juſſit, ut Hieroſolymis ad Euphratem profieiſceretur, ibíque zonam ſuam abſconderet; atque aliquantò pòſt, eò rediret eam reſumpturus: tum etiam illud, quo Ezechieli injunxit, ut 340. dies ſiniſtro, 40. dextro lateri innixus hęreret: hęc, inquam, mandata Dei, nulla alia ratione, quàm cogitatione & animo, compleri potuiſſe: atque in eo conſentire omnes; quaoquam voces hæc reipſâ effecta fuiſſe ſignificare videantur. At contra oſtendi, multos veteres, recentioreſque Doctores eſſe, qui quæcumque Jeremiæ & Ezechieli demandata ſunt, ab illis reipſâ impleta fuiſſe pertendant. Idem illud etiam evici rationibus; quibus ipſemet aſſentiris. Cúmque hiſce victus manus dare deberes, *Hàc*, regeris, *non ſucceſſit, aliâ aggrediar viâ*; fundamentoque una diruto, ædificium tuum alio fulcro ſuſſulcire conàris, *ut ne ruat admoto domus eſt tubicine fulta*; fulcrumque iſtud petis ex Act. 24: 11. ubi dicitur, *Sequente verò nocte ſuperveniens Paulo Dominus dixit, confide Paule; ut enim conſtanter atteſtatus es de me Hieroſolymis, ſic te oportet etiam Romæ teſtari*. Quod quidem mente ac phantaſiâ factum, neminem noſtrûm eſſe ais, qui inficietur.

Verùm exemplum illud nihil ad rem facere, variis rationibus palam facio. Et Primò quidem; cùm queratur, utrum Scriptura ſic referat, quę viſione tantùm evenerunt, tanquam ſi reapſe geſta eſſent; viſio, ut ita dicam, actionum, noo autem (qualis hęc tua) perſonarum, proferenda fuit. Quando enim Scriptura narrat Deum, ſive Angelum, aut Diabolum, alicui apparuiſſe, facilè intelligitur, eos ipſi ſe videodos prębuiſſe ſpecie tantùm & phantaſmate; quippe qui naturâ ſuâ oculis nullatenùs percipi poſſint. Æquè etiam inviſibilis eſt Divina Chriſti Natura; Quoad Humanam autem, *Oportet*, inquit Petrus, *ut eum cœlis capiant uſque ad tempora reſtitutionis omnium*, *Act.* 3: 21. Et Paulus teſtatur ſe; *dum in hoc corpore habitat, peregrè abeſſe à Domino*, 2 *Cor.* 5: 6. Si igitur alicui in terris apparuit, id viſione eveniſſe omninò exiſtimandum. Hioeque adeò in hiſce hiſtoriam Tentationis ſpectantibus, cùm ſcilicet Diabolus ad Chriſtum acceſſiſſe dicitur, *Math.* 4: 3. colligi tantùm poteſt ipſum vel viſione, vel ſpectabili formâ acceſſiſſe. At ſi inde inferas, ubi dicitur Diabolus Jeſum Chriſtum in Templum, Montémque tranſportâſſe, ipſique omnia mundi Regna, eorumque gloriam oſtendiſſe, & quę ſequuntur omnia, ea de viſiooe tantùm explicanda eſſe; conſequentia nulla erit: quandoquidem nihil impedit; quominùs, qui ſpecie tantùm videri poteſt, verè tamen & realiter quędam exequatur; neque unquam Scriptura, quę in aoimo ſolum & in phantaſia extitêre, iiſdem exprimit verbis, quibus ea, quę reverà facta ſunt, ſignificare ſolet.

2. Prętereà, quum D. Lucas narrat, Dominum Paulo ſeſe conſpiciendum objeciſſe, quanquam ipſi viſione apparuerit, contendo tamen non neceſſe fuiſſe id verbis diſertè enunciaretur, ne ſpecies pro re ipſa ſumeretur. Iſta enim viſio ejuſmodi eſt, ut realitatem non excludat. Namque idem ille Chriſtus, qui viſione apparuit, D. Paulo reipſâ, quâ Deus ſaltem, pręſeos aderat. Nôſti promiſiſſe illum Apoſtolis, ſe cum illis fore ad conſummationem uſque ſeculorum, *Math.* 28: 20. adeóque ea viſio eò non ſpectabat, ut rei falſę fides fieret, verum ut de re veriſſima magnus iſte Apoſtolus omninò perſuaderetur; ſibi ſcilicet Chriſtum modo ſingulari pręſentem adeſſe. Quòd ſi Diabolus mente tantum & imaginatione Chriſtum in Templi faſtigium, Montémque traoſportavit, hac viſione ipſi perſuadere voluit complura veritati prorſus adverſa; ſcilicet, ſedêre Chriſtum in Templi faſtigio, in quo reverà non ſedebat; ſupra verum montem collocatum eſſe, cum

ille mons eſſet merè imaginarius; illum eundem vera Regna contemplari, tametſi hæc nihil præter phantaſmata umbraſque meras forent. Hæc verò omnia ab Euangeliſtis exprimi debuêre, ne qui hanc hiſtoriam legerent, verum arbitrarentur, quod erat duntaxat ſimularum.

3. At, quod probè notandum eſt, D. Lucæ verba ſat manifeſtè innuunt, Chriſtum Viſione apparuiſſe. 1. enim dicitur, Chriſtum ſeſe D. Paulo obtuliſſe *de nocte*, quo tempore Viſiones haberi ſolent. Sic *Gen.* 15: 1. de nocte Deus Abrahamo viſus eſt; uti liquet ex *verſ.* 5. ubi ei dicit, *intuere cælum verſus, & numera ipſas ſtellas, ſi poteris eas numerare, tale futurum eſt ſemen tuum.* Et *Gen.* 20: 3. dicitur Deus ad Abimelecum, Philiſtæorum Regem, in ſomnio nocturno veniſſe. Et *Gen.* 46: 24. narratur, dum Iſaac in Beer-ſcebah habitaret, noctu Deum ipſi apparuiſſe. Et *Gen.* 46: 2. perhibetur Jacobus, quum in hunc eundem locum veniſſet, noctu per viſionem verbum Dei accepiſſe: Angelus etiam, quocum de nocte luctatus erat, poſtquam torrentem trajeciſſet, diluculo evanuit, *Gen.* 32: 24, 26. Ita etiam Balaamo Deus nocte apparuit, *Num.* 22: 20. Et Gideoni, *Jud.* 6: 25, 40. & 7: 9. Et Samueli 1. *Sam.* 3: 3. Apud Jobum quoque, cap. 4: 13. Eliphas Themanites loquitur de Spiritu, qui ſeſe ipſi obtulerit, *inter cogitationes, viſioneſque nocturnas, quum irruit altus ſopor in homines.* Idem etiam evenit Paſtoribus, circa Redemptoris Natales, *Ipſis enim Angelus apparuit, dum agerent vigilias noctis ſuper gregem ſuum, Luc.* 2: 9. Ut mittamus Angelum illum, qui *nocte* Petro apparuit, quùm Hieroſolymis in carcere detineretur, *Act.* 12: 7. Virumque illum Macedonem, de quo *Act.* 16: 19. *nocte* Paulo oblatum, &c. Scilicet Deus ſeſe hominibus lubentiùs media nocte patefacit, quàm ullo alio tempore, quia nempe tum quieſcunt omnia, curiſque omnibus depoſitis, quiſque ſeorſim ſecedit, ſilentiumque, tenebræ, ſolitudo, &c. mentem tranquillant. Deus, inquam, mediis in tenebris amat ſplendeſcere; cùmque corporis oculi clauſi ſunt tenebriſque circumfuſi, animos gaudet interiori ſuo lumine irradiare.

4. Porrò hæc D. Lucæ verba etiam atque etiam perpende, *ἐπιστὰς αὐτῷ ὁ κύριος, Cum aſtitiſſet illi Dominus*; verba ſunt, Viſioni denotandæ omninò accommodata, tametſi nihil aliud ſubjiciatur. Omnes enim tum Sacri tum Profani Autores Viſiones vocibus hiſce ſolent exprimere, *ἱστάναι, ἐφιστάναι,* & *παριστάναι*; quibus reſpondent apud Hebræos עמד, & נצב; ut apud Latinos, *ſtare* vel *aſtare, aſſiſtere, conſiſtere.* Moleſtus ſim, ſi velim referre omnia, quæcumque reperi, locutionis hujus exempla. En nonnulla ex Veteri Teſtamento. Moſes *Gen.* 18: 2. tres Angelos, qui Abrahamo humana ſpecie viſi ſunt, inducit נצבים עלין, *ei aſtantes.* Quibus verbis in Græca Verſione reſpondet *εἱστήκεισαν. Num.* 23: 24. de Angelo Dei dicitur ויעמד, *& ſtetit*; ſive, *obviam Balaamo factus eſt in tramite quodam vinearum*; hoc eſt, ipſi apparuit. Apud *Jobum* quoque, *cap.* 4: 16. Eliphas de Spiritu, qui ſeſe ei obtulit, ita loquitur, ויעמד *& aſtitit, neque verò cognovi faciem ejus.* Ezech. 3: 8. *Ibi gloria Jehovæ adſtabat*; hoc eſt, apparebat; Heb. עמד, Gr. *ἔστη.* Et Ezech. 10: 18. *Gloria Jehovæ ſtabat inter Cherubinos*; Hebr. יעמד, Gr. *ἐπέστη*; hoc eſt, נראה, *apparebat*, quo ſenſu ſæpiùs alibi. Amoſ. 7: 7. ארני נצב, *κύριος ἑστηκώς, Dominus adſtitit ſuper murum ad libellam poſitum*; id eſt, apparuit. *Zach.* 1: 10. *Vir* עמד, Gr. *ἐφεστηκώς*; *ſtabat*, hoc eſt, comparebat, *inter myrtos.* En quædam etiam ex Novo Teſtamento. Luc. 2: 9. Angelus Domini *ἐπέστη αὐτοῖς, ei ſeſe obtulit*, hoc eſt, illis apparuit. *Luc.* 24: 24. Viri duo *ἐπέστησαν αὐταῖς, ſupervenerunt eis*, hoc eſt, apparuêre, *induti veſtibus fulgurantibus.* Et *Act.* 11: 30. *Vir quidam ἔστη, ſtetit ob oculos meos*, hoc eſt, mihi apparuit, *veſte ſplendida.* Et *Act.* 11: 13. *Viderat Angelum σταθέντα; qui adſtiterat*, ſive apparuerat. *Act.* 17: 12. *Angelus Domini ἐπέστη adſtitit*, hoc eſt, apparuit. *Act.* 16: 9. *vir Macedo ἑστώς, ſtans coram ipſo*, hoc eſt, apparebat. En & nonnulla uſus hujuſce ex Patrum Græcorum Scriptis exempla. Abbas Johannes Ægyptio-Lycopolitanus, de Juvene quodam ſic ſcribit, cap. 45. Hiſtoriæ Lamiacæ, *νύκτωρ αὐτῷ ἐφιστάντες οἱ δαίμονες, Diaboli illi de nocte aſtiterunt*, hoc eſt, ei apparuerunt. Item de Abbate Hellene in Thebaide, Hiſt. cap. 59. *ἐπιστάντες δὲ νύκτωρ οἱ δαίμονες πνίγειν αὐτὸν ἐπεχείρουν. Dæmones ſteterunt coram ipſo noctu*, hoc eſt, ei apparuêre, *illumque præfocare aggreſſi ſunt.* Et cap. 86. de Diacono Euagrio, qui & ipſe hanc Hiſtoriam conſcripſit, *τότε τρεῖς ἐπέστησαν ἐν ἡμέρᾳ δαίμονες ἐν σχήματι κληρικῶν, Tres Dæmones ad eum acceſſêre de die, clericorum habitu*, id eſt, ipſi apparuêrunt, uti vertit Latinus Interpres. Et paulò antè eodem capite, *ἐπέστη αὐτῷ ἀγγελικὴ ὀπτασία ἐν σχήματι στρατιώτου τοῦ ἐπάρχου*, &c. *Adſtitit illi Viſio Angelica*, hoc eſt, apparuit, *ſub militum Præfecti Conſtantinopolitani ſpecie.* Sic Johannes Moſchus in Prato Spirituali cap. 207. de puella quadam loquitur his verbis *ἐπέστη αὐτῇ ἄγγελος κυρίου ἐν σχήματι τοῦ ἀνθρώπου, μεθ' οὗ ἐποίησεν τὸ ἔλεος; Angelus ei ſeſe obtulit*, h. eſt, ei apparuit, *ſub forma hominis, cui ſtipem erogarat.* Sic Author Anonymus vitæ D. Chryſoſtomi de Baſiliſco, aliàs Comanenſi in Cappadocia Epiſcopo, ſermonem habens, *οὗτος*, inquit, *ὄναρ ἐπιστὰς τῷ ἁγίῳ, θάρσει, εἶπεν, ἀδελφέ, καὶ χαῖρε, καὶ ἀγάλλου, αὔριον γὰρ ἅμα ἐσόμεθα. Ille ſeſe obtulit*, h. e. apparuit, *Sancto Homini in ſomnio, dixitque ei, Bono ſis animo, mi frater, lætare & exulta; una enim cras futuri ſumus.* Et poſtea, *λέγεται δὲ καὶ τῷ νεωκόρῳ τῇ προτεραίᾳ ἐπιστάντα; fertur etiam, cum die antecedenti adſtitiſſet Æditno*, &c. hoc eſt, apparuiſſet. En quoque ex Patribus Latinis aliqua. Severus Sulpitius in D. Martini Vita cap. 8. *Videt*, inquit, *propè aſſiſtere umbram ſordidam trucemque*; id eſt, apparere. Et cap. 25. *Diabolus oranti in cellula aſtitit*, h. e. apparuit. Venantius Fortunatus, in ejuſdem Martini Vita lib. 2. *conſtitit ante oculos.* Sic Gregorius Dial. lib. 4. cap. 13. *Vidit Beatum Petrum Apoſtolum inter utraque candelabra ante ſuum lectum conſtitiſſe.* Et cap. 15. *Ante ejuſdem cellulæ oſtium duo chori Pſallentium conſtiterunt.* Et cap. 40. *Ingreſſus eaſdem thermas prædictum Paſchaſium Diaconum ſtantem*, &c. *invenit.* Jam verò Paſchaſius ille, diu antè erat mortuus. En iterùm alia ex Ethnicis tum Hiſtoricis tum Philoſophis. Herodotus de Hipparcho verba faciens, ſic ait *ἐδόκεε ἄνδρα οἱ ἐπιστάντα μέγαν, καὶ εὐειδέα, Virum magnum ac ſpecioſum cernere viſus eſt, voceſque quaſdam Græcas per ænigma ſuadentem*, &c. hoc eſt, *ſpecie tenus præſentem.* Plutarchus in Luculli Vita. *Eum refert, quum in Templo Veneris dormiret, ſibi viſum fuiſſe eam intueri, ἐφεστῶσαν αὐτῷ, ſibi præſentem*, id eſt, ſibi apparentem: Idem ibidem, *ὄναρ ἡ θεὸς Ἀρισταγόρᾳ τῷ δήμου γραμματεῖ παραστᾶσα, Dea cùm aſtaret*, ſive appareret, *per ſomnium Ariſtagoræ Urbis Scribæ.* Et in Cæſaris Vita, narrat *Brutum vidiſſe Spectrum quoddam ἑστῶτα σιγῇ παρὰ τὴν κλίνην, quod ſilens ad lectum ſuum conſiſtebat*, ſive apparebat. Pariter in *Amatoriis Narrationibus, Narrat.* 3. *φασὶ δὲ πρὸ τῆς μάχης Πελοπίδῃ . . . . Σκέδασον ἐπιστῆναι κατὰ τοὺς ὕπνους θαῤῥεῖν κελεύοντα, Fertur Pelopidæ . . . . Scedaſum ante pugnam in ſomnis adſtitiſſe*, id eſt, apparuiſſe, *hortantem bono eſſet animo.*

Ita

Ita quoque Author Vitæ D. Antonii Athanaſio adjudicatæ perhibet, *Eliſeu animam vidiſſe* τὰς παρ' αὐτῇ ἑςώσας δυνάμεις, *Angelorum Exercitus ſibi adſtantes.* Ita Achilles Tatius lib. 7. de *Diana* ait, τῷ Σωςράτῳ νύκτωρ ἡ θεὸς ἐπιςᾶσα; *quum Dea Soſtrati de nocte aſſtitiſſet.* Hinc Lucianus in *ſuo Philopſeude* ἐφίςαταί μοι νεανίας εὐγρηγορότι πάγκαλος, λευκὸς περιβεβλημένος, *Mihi aſtitit*, hoc eſt, apparuit, *cùm eſſem expergefactus, Juvenis quidam pulcherrimus, veſtibus albis indutus.* Et inferiùs, ἐφίςαται δὲ ὁ δαίμων, &c. αὐχμηρὸς καὶ κομήτης καὶ μελάντερος τοῦ ζόφου. *Dæmon apparuit horridus, comatus, ipſiſque nigrior tenebris.* Ibidemque, καὶ ὁ μὲν ἐπιςὰς ἐπειρᾶτό μου, &c. ἄρτι μὲν κύων, ἄρτι δὲ ταῦρος γιγνόμενος, ἢ λέων, *& mihi circumſtans tentabat me, nunc formam Canis aſſumens, nunc Tauri, nunc Leonis*, &c. En iterum exempla ex Poëtis Græcis petita. Apud Homerum Iliados lib. 2. *Somniorum Deus*,

> Στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς Νηληΐῳ υἷι ἐοικώς,

Aſtitit, ſive apparuit, *ſupra caput Agamemnonis, Nelei*, hoc eſt, *Neſtoris, filio ſimilis.* Et lib. 23. *Patrocli umbra*,

> Στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν.

Achillis capiti inſedit, viſa eſt inſidere, *& ſic eſt affata.* Et ultimo libro

> Στῆ δὲ παρὰ Πρίαμον Διὸς Ἄγγελος——

Iris Jovis Nuntia Priamo aſtitit, iotell. *apparuit.* Et lib. Odyſſeæ ſeptimo de Ulyſſe dicitur, *Minervam puellæ hydriam geſtantis formâ indutam*, Στῆ δὲ πρόσθ' αὐτοῦ, *ei aſtitiſſe.* Et in Veneris Hymno de Aochiſe Æneæ Patre inquit,

> Στῆ δ' αὐτοῦ προπάροιθε Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη,
> Παρθένῳ ἀδμήτῃ μέγεθος καὶ εἶδος ὁμοίη;

Venerem Jovis filiam, ei ſeſe obtuliſſe, hoc eſt, apparuiſſe, *staturâ & vultu virgini illibatæ ſimilem:* Quintus itidem Smyrnæus de Penthesilea lib. 1. refert,

> Τῇ δ' ἄρα λυγρὸς Ὄνειρος ἐφίςατο, πατρὶ ἐοικώς,

Funeſtum Somniorum Deum ei oblatum patri penitus ſimilem. Et lib. 14.

> Δὴ τότ' Ἀχιλλῆος κρατερὸν κῆρ ἰσοθέοιο
> Ἔςη ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ υἱέος——

Generoſus Divi Achillis animus ſtetit ſupra caput ejus filii, hoc eſt, apparuit. Ut ad Latinos tandem deveniamus, ſic de Iride, quę moribundæ Didooi apparuit, Virgil. lib. 4. Æneidos,

> *Devolat, & ſupra caput aſtitit.*——

Ovidius quoque de Umbra Ceycis, qui naufragio perierat, Metamorph. lib. 11. fab. 10.

> *Conjugis ante thorum miſera ſtetit*——

Et Lucanus lib. 3. de Umbra Julię Pompeii Uxoris, videbatur

> ——*accenſo ferialis ſtare ſepulcro.*

Pari modo apud Senecam in Troade Andromacha ſomnium enarrat,

> *Cùm ſubitò noſtros Hector ante oculos ſtetit.*

Plinius etiam Junior in Epiſtola ad Suram, de Spectro ſermonem habens, quod Philoſopho Athenagoræ apparuit; *ſtabat*, inquit, *innuebatque digito ſimile vocanti.*

Exempla iſthęc omnia, pluraque alia, quę facilè congererem, ni hæc abundè ſufficerent, perſpicuè oſtendunt apparitionem Chriſti D. Paulo pleniſſimè his verbis, ἐπιςὰς αὐτῷ ὁ κύριος, ſignificatam eſſe; neque neceſſe fuiſſe, ut vel ἐν ἐκςάσει vel ἐν ὁράματι ſuperadderetur. Quod & ſcitè obſervatum ab Interpretibus & Syro, & Arabe, quorum prior pro Græca voce ἐπιςὰς Syram hanc ܐܬܚܙܝ *viſus eſt*, Poſterior verò Arabem hanc vacaſ *ſubitò aſtitit*, ſubſtituêre. Quę voces certè Chriſtum Viſione tantùm apparuiſſe ſignificant. In hoc igitur exemplo, non ſecus quàm in illis, quæ ex Jerem. & Ezechiele adducis, à vero aberrâſti. Tria illa affers, quaſi res eſſent, quæ Viſione duntaxat evenerint, etſi iis narrentur verbis, quæ eventus reales ſoleant importare: At de duobus primis oſtendi, (iis quidem rationibus, quibus plenè acquieveris) hæc reipſâ eveniſſe; de tertio autem hîc evinco; quod, quemadmodum viſione tantùm eſt effectum, ita quoque narrationis voces id evidenter præ ſe ferant: neque deinceps hiſce reclamaturus es, ſi hæc mea attentè legas.

Singularibus hiſce cladibus, quas, quę eſt ingenuitas tua, ultrò confiteris; hiſce, inquam, cladibus affectus eò tandem confugis, ut regeras eandem eſſe tibi fortunam, quæ Romanis olim ſępe fuit; *qui prælio victi, bello autem minimè erant*; quandoquidem, quocunque ſis ſtatu, poſſis facilè ſatis reſurgere, novâſque inſtaurare copias; ſed memineris, præliis quibuſdam ſpecialibus rerum ſummam quandoque ita committi, ut nulla ſalutis ſpes ſuperſit, ubi quis ſemel in iis fuerit fractus & attritus. Jam autem pręlium hocce noſtrum, *Nuſquam in Script. S. quicquam quaſi reapſe peractum referri, quod tamen Viſione tantùm & ſpecie peractum fuerit*; cujus contrarium Tu à duobus Evangeliſtis in exhibenda Chriſti Tentatione relatum, pertendis; hocce, inquam, prælium noſtrum ejuſdem omninò eſt conditionis. Aſſertionem porrò tuam variis Te exemplis demonſtraturum confidis, verùm adhibitis omnibus viribus, ut nonnulla congereres; pauca tantùm quædam duabus Epiſtolis, quas meditatè & otioſè conſcripſiſti, in medium profers, quæ, ut Tumet ipſe fateris, ad rem nihil omninò faciunt. Si hæc tanto ſtudio, tantoque tempore quęſita nihil ad rem faciant, profectò veriſimile admodum Te deinceps alia nulla inventurum; hincque adeò Te jam victum eſſe.

Sed & adſtat alia ratio, qua Te duabus prioribus meis Literis impugnavi; hęc nempe; *Quòd ſi Chriſtus in ſpeciem duntaxat fuit deportatus, potuerit Diabolus ipſi falſum iſtud perſuadêre; Ipſum videlicet in Templi pinnaculo revera ſitum eſſe; indeque poſſe deorſum ferri præcipitem; quæ ſi Chriſtus potuit credere, potuit & pariter affirmare.* Quam rationem cùm nullo modo retundere valêres, quin deportationem tuam putatitiam deſereres, eò devenit Calamus tuus, ut ſcriberet, *Te in eo nullum prorſus deprehendere incommodum; Chriſtumque falſum quid admittere, & aſſerere potuiſſe.* Calamum tuum eò deveniſſe aio, non mentem; quippe qui certò ſciam te hiſce animo non ſubſcripſiſſe, uti & conſtat ex iis, quę continuò ſubjungis, *Abſit blaſphemia dicto*; quibus interiorem animi repugnantiam prodis. Hęc ſiquidem non alia de cauſa ſubdis, quàm quòd dictet tibi conſcientia, in ejuſmodi conceſſione, ſin veram, apparentem ſaltem aliquam ſubeſſe blaſphemiam. Et certè, aſſertum iſtud adeò novum & inauditum, ut vix putem in Scriptis Chriſtianorum, immò nequidem Mahumetanorum, ullis extare: ſuſéque antecedentibus meis literis refutâram, pluribuſque obrueram abſurdis; hiſce nimirum, *Quòd duarum in Chriſto naturarum unionem convellat; Chriſto Magni & ἀναμαρτήτου Prophetæ dignitatem adimat: fidemque noſtram peſſundet*, &c. Quid enim ei fidem adhiberemus; qui fal-

fal-

ſalli potuit? Diabolique fraude in errorem induci?

Neque eſt, quòd reſpondeatur, *Errare quidem potuiſſe, ſed in leviculis, minime verò in gravibus & momentoſis.* Si enim prius ſemel concedatur, neceſſe eſt & detur quoque poſterius: quandoquidem graviora hæc fidem & ſalutem noſtram ſpectent; quorum conditio longè diverſa ſit à terrenorum & corporeorum ſtatu, quæ ſunt levia illa. Quemadmodum enim ignobiliora & craſſiora quæque corpora ea ſunt, quæ vehementiùs ſenſus noſtros afficiunt; ſic etiam graviora, & nobiliora quæque fidei objecta, ea ſunt, quæ leviùs animos noſtros percellunt, obſcuriùſque à nobis apprehenduntur. Quòd ſi rurſus dixeris, *Singularem Dei gratiam, Chriſto ſemper aſſiſtentem, minimè potuiſſe pati, ut Is in rebus quibuſcunque ſanctioribus hallucinaretur*; ex his ſequetur, eum ſpeciali Dei auxilio, non ingenita ſibi virtute, tentanti Satanæ reſtitiſſe; eoque pacto, Chriſtus, non ſecus quàm Adamus, ex naturali ſua conditione ad lapſum fuerit proclivis; à quo ſi fuit vindicatus, ſupernaturali Dei beneficio, non inſita ſibi facultate, vindicatus eſt.

Hæc tibi antea prolixiùs fuerant deducta; neque quicquam adduxiſti, quo ea infirmares; proinde iiſdem illis utar ad hancce tuam objectionem diluendam; in qua ex eo, quod Chriſtus in omnibus factus ſit nobis ſimilis, pertendis Eum errori fuiſſe obnoxium, uti nos ſumus, in iis, in quibus abſque crimine poteſt errari. Et certe illi ipſi errores, qui omni crimine vacant, arguunt palàm eos, qui errores illos errant, poſſe ſimiliter in crimen incidere: eò quòd quiſquis errori ſubeſt in levioribus, is itidem in gravioribus, ex quibus ad crimen neceſſariò devenitur, ſubjaceat; quod Primorum noſtrorum Parentum, Nobiliorumque Angelorum exemplo manifeſtum evadit. Jam verò nullus Noſtrûm diffitetur, Chriſtum fuiſſe non modò ab omni peccato ex naturæ ſuæ conditione immunem; ſed inſuper ab omni ad peccatum propenſione alieniſſimum, prorſuſque impeccabilem; etſi nulla illi adſtiterit ſingularis Dei gratia, qualem Angelis, qui in felicitate perſtitère, largimur. Si enim, (quod Tu admittis) Dei filius ſpeciali Patris auxilio eguit, ut peccatum vitaret, nullum illi tribuis præ Adamo, immo & præ Diabolis, privilegium; qui itidem in obedientia permanſiſſent, ſi Deus eos pari gratia à lapſu aſſeruiſſet. Hiſce omnibus Tibi vel ſatisfaciendum erat, vel opinioni tuæ renuntiandum.

Id vero tanto indignius mihi videtur; quòd non ſolùm concedas, Chriſtum potuiſſe hallucinari, ſed prætcrea in eo hallucinatum velis, quod nullus omninò ignoret; in eo nimirum quod putàrit, ſe fructus in ficu inventurum, tribus menſibus antequam per tempeſtatem poſſent maturi ineſſe: ac ſi quis hoc menſe Majo racemos in vineis quæritaret. *Verùm*, ais, *foliorum facies hanc opinionem, vel ſaltem ſuſpicionem, ipſi injecerat; ſubeſſe nempe fructus, quamquam rariſſime eadem illa tempeſtate ſoleant adeſſe.* Addere debebas, *tametſi nunquam*; quandoquidem impoſſibile ſit ea tempeſtate adfuerint; cùm ipſe Euangeliſta notet, nondùm adveniſſe tempus fructibus hiſce opportunum; pateatque ex Textûs circumſtantiis tum decimum menſis Martii, vel decimum primum decurrere; quo tempore nullo modo maturuêre in Judæa ficus, ſub Maji exitum unicè matureſcentes; uti ſuperioribus meis Epiſtolis abundè oſtenſum. Quid quòd & Ipſe Tu Leonem Africanum eam in rem adducis, apud quem extet, in Mauritania, quæ regio Judæà longè auſtralior, ficus menſe duntaxat Majo ad maturitatem deduci.

Chriſtus, ais, *ex frondium pulchritudine maturos ſubſtare fructus judicabat.* Quaſi verò Ille inter homines unus neſciverit arboribus frondes ante fructus adnaſci; fici potiſſimùm arboribus; ex quibus ſæpiſſimè frondes priùs excidunt, quàm fructus ad maturitatem ſint perducti, uti & à Plinio obſervatur *Hiſtor. Nat. lib.* 16. *cap.* 22. quo loco de arborum foliis agens ſic loquitur; *Multis folia decidunt, antequam matureſcat fructus. In ceratina ficu . . . . eſt pomum tantum aſpici in matre*, &c. In ficu ergo, ſi quid ex foliorum venuſtate poſſit conjici, iſtud eſt, Nempe fructus nondùm adeſſe maturos; ſiquidem folia ſoleant excidere, quando illi matureſcunt; minimè verò, Tum ſubeſſe fructus excoctos, quando adſunt folia. Ex his ergò concludo, Chriſto nequaquam ſplendenti frondium ſpecie fuiſſe illuſum; indéque adeò ipſi illi, quam attuli, Loci hujus interpretationi adhæreſcendum omnino.

Eſt & aliud, quod huc uſque non attigi; attingendum tamen, & exſufflandum; quoniam in eo etiam pertendis, Servatorem noſtrum turpiter erràſſe. Ut probes, hanc ejus Tentationem viſione ſolummodò effectam, affers, *Abſurdum omninò, impoſſibiléque eſſe, ex Montis alicujus cacumine vel regna Mundi univerſa, vel inſignis quædam eorum portio, ſub aſpectum veniant*; ex quo concludis, *Satanam ſpecie tenus duntaxat obtuliſſe viſenda.* Vis tamen Servatorem noſtrum certo credidiſſe, ſe ea reipſâ intueri, quæ Satanas ſpecie tenus ſolùm offerebat. Tibi igitur placet, Servatorem noſtrum aliquid in animo ratum & fixum habuiſſe; quod erat & impoſſibile, & abſurdum; iſtud nempe, *Vel univerſa Mundi regna, vel inſignem eorum portionem, cum gloria ſua, non modò poſſe aſpectari ex montis alicujus faſtigio, ſed & reapſe fuiſſe aſpectata.* In quo ſanè Te ſic conſtrictum teneo, ut nulla ad elabendum via pateat. Pugnas, quod à Diabolo ſpecie tenus ſolummodo offerebatur, id à Chriſto ex re ipſa fuiſſe perſpectum; ſecus inanem & nullam fuiſſe Tentationem. Igitur Chriſt. putabat, ſe ex montis vertice intueri ſecundum rem aut univerſa mundi regna, aut inſignem eorum partem; quandoquidem illa id ipſum eſſent, quod ipſi a Diabolo ſecundum ſpeciem objiciebatur. Quod ergò ſibi videbatur quoad rem intueri, illud vel fieri poterat, vel non. Si fieri potuiſſe reſpondeas; tum cauſâ cecidiſti; eo enim ſemel conceſſo, Satanam potuiſſe reverà Chriſto monſtrare aut omnia Orbis regna, aut notabilem quandam eorum partem; non neceſſe erit Euangelii verba torquere, & mera viſa reputare, quæ Lucas & Matthæus reapſe facta nuntiant. Sin contrà fieri non potuiſſe dicas; tum Chriſtum naturali lumine, cunctis hominibus inſito, ſpoliabis; ſiquidem ex hac poſteriore aſſertione ſequatur, Eum non modò abſurdum quid, ſed & prorſus impoſſibile, pro veriſſimo habuiſſe. Non arbitror Te quicquam huic objectioni poſſe reſpondere.

Ut ad ea tandem veniamus, quæ toties urſiſti; *Quia ex Montis cujuſquam faſtigio cuncta mundi Regna nequeant omninò oculis uſurpari, unde neceſſariò concludendum, Satanam ſpecie duntaxat ea Chriſto exhibuiſſe*, hiſce multiplici diverſa ratione ſatisfeci. Cæteris autem prætermiſſis, atque adeò ſilentio tuo conceſſis; illam ſolùm expendis, quam ex Optice attuli; aiſque, *Quemadmodum Diabolus Optices beneficio Chriſto valdè remotiſſima quædam regna oſtendere, ſic & illi potuiſſe Artis hujus beneficio montem exhibere quaſi pedibus ſubjacentem, qui tamen reipſâ non ſubjaceret; regnaque illa tali ſita Eidem viſenda offerre, ut ea ex montis alicujus jugo ſibi videretur apprehendere, tametſi in campeſtribus locis verſaretur.* Quæ ſi admittantur, nihil occur-

occurret, quo tenearis tuam de *Viſione* opinionem abjicere. Liceat, quæſo, liberè Te monere, paucis hiſce verbis multa ineſſe παροράματα. 1. Enim aliquid *Optices induſtriâ*, itemque idem illud *Viſione* ſhtneri, unum & idem Tibi eſſe videntur: cùm tamen tantum inter utrumque intercedat diſcrimen, quantum inter rei alicujus adſtantis, & rei alterius abſentis, imò nequidem in rerum natura exiſtentis, aſpectum intercurrit. Nam Opticæ induſtriâ objecta quidem alio ſitu, aliâque diſtantiâ, cernantur, quàm ſint; at ea minimè viſenda offeruntur; quæ nullatenus ſunt: cùm contrà in viſione ea cernantur, quæ neque exiſtunt, neque omninò exiſtere poſſunt. 2. Non putem ullâ Optices ſolertiâ Templum, vel montem quendam ſummotum, poſſe videri pedibus ſuppoſita, ſi reverà pedibus non ſubſint. Non enim Ars illa ſenſus uſque adeò perturbare valet, ut nobis tum circa locum, tum circa ſitum noſtrum illudant. 3. Cùm non quæratur inter nos, quidnam Diabolus præſtare potuerit, ſed quid reipſâ præſtiterit; Euangeliſtę autem hanc quęſtionem definiant, aſſerentes Chriſtum ea regna non ex inferiori quodam loco, ſed ex eminenti, nempe ex monte, vidiſſe; ſi hiſce poſitis inſtetur, montis vocabulo intelligendum campeſtrem quendam locum, quem Diabolus Opticis artibus montis ad inſtar elatum repræſentârit, hæc erit inaudita Scripturæ explicandæ ratio, hypotheſiſque nullatenus neceſſaria. Concedatur enim Satanam Optices auxilio mundi Regna in depreſſo quodam loco exhibere potuiſſe viſenda, minori certè labore poterat in loco excelſo exhibere; quandoquidem poſterior iſthæc exhibendi ratio à naturali rerum conditione, & operandi modo, minùs diſtet. Eamque ob cauſam Deus ipſe, qui Cananitidem univerſam Moſi facillimè in antro quocunque ſubjicere poterat, voluit tamen ille montem Nebo conſcendere; ut, poſtquam oculos, quantum à natura dabatur, quaquaverſus intendiſſet, neque totam apprehendiſſet, ſuccurrerent Angeli, qui cætera offerrent; eoque modo tum demum accurreret vis divina, cùm deficeret humana.

Nihil quicquam jam video, quo in ſententia tua detineâris, niſi forſan moleſtiam illam, quæ vulgo ſubeunda objicitur, quoties exuenda venit ſententia quædam jam pridem præconcepta. Quod me attinet, nedùm rationes tuæ ab opinione mea me dimoverint, uti minabaris ab initio; ut contrà longè certiùs, quàm antea, credam Chriſtum reali motu à Diabolo fuiſſe deportatum; tum quòd expreſſa Euangeliſtarum verba deportationem realem importent, tum quòd opinionis oppoſitæ conſequentia admodum ſint periculoſa: ſiquidem ex ea ſequatur, Chriſtum eſſe ſimplicem hominem, cui Satan facilè imponat; cuique quęcunque libuerit perſuadet, imò & nonnulla, quę abſurda & impoſſibilia contendis. Quæ qui dogmata tuentur, hi ſe Chriſto longè oculatiores, inſcii quidem, præſumunt; ſiquidem hæc apud ſe tacitè volvant; an ita eſſemus hebetes, ut reverà ſentiremus, Diabolum realiter cuncta Orbis regna ſub Chriſti in montem evecti aſpectum adduxiſſe? Ubi tamen opinionem ejuſcemodi tanquam abſurdam damnavêre, hanc eandem Æternę Dei Sapientię affingunt; ſtatuuntque Jeſum Chriſtum rei cuidam plenam adhibuiſſe fidem; quam eorum ratio nuſquam admiſerit. An hæc queant conſiſtere, judex eſto, *Vir Erudite*, modò ad momenta quędam pręjudiciis tuis renunties. Dum judicium ea de re tuum reſciero, manebo, uti ante, Tibi ad omnia officia paratiſſimus,

SAM. BOCHART.

TAPINO SUO

Salutem

SAMUEL BOCHARTUS.

Symboli Apoſtolici Articulus, *Deſcendit ad Inferos*, explanatur.

Ad D. Matth. cap. 27. Marci cap. 11. &c.

Certum eſt hujus Articuli mentionem non eſſe uſque adeò, *Vir Doctiſſime*, antiquam, ac reliquorum. Ruffinus 400. poſt Chriſtum annis ait; neque Romanam neque Gręcam Eccleſiam legiſſe hunc Articulum. Nicęnum Symbolum agit quidem de Chriſti ſepultura; at nequaquam de deſcenſu ad inferos. Athanaſii Symbolum deſcenſûs ad inferos meminit quidem, ſed de ſepultura tacet; ac ſi Athanaſius hęc duo idem eſſe crediderit. Patrum vetuſtiſſimi inter articulos fidei Chriſtianę hujus non meminerunt; videatur Irenęus *lib. 1. c. 10.* Origenes *lib.* περὶ ἀρχῶν: Tertullian. *contra Prax. & contra Hermog.* & *de Velandis Virginibus*; Auguſtinus *de Fide & de Symbolo, & lib. 4. ad Catech.* Ambroſ. & Euſebius *in Sua Confeſſione Fidei.* Denique nulla Synodus hujus Articuli meminit ante Toletanam quartam, coactam anno 624 quâ dicitur Chriſtus deſcendiſſe ad inferos, ut inde Patres erueret.

Hoc quoque notandum hujus unius articuli verba in Scriptura nuſquam extare αὐτολεξεὶ, cùm aliorum Symboli Apoſtolici omnium extent; ſi hoc unum excipias, quod Eccleſia in Symbolo vocatur *Catholica*; quę vox in Scriptura non extat.

Sed, ut ut ſit, Auguſtinus *Epiſt. 99. ad Euodium* ait, *Credi ab univerſa Eccleſia Chriſtum ad inferos deſcendiſſe*; quanquam non haberetur tum temporis in Symbolo. Et quod maximum eſt, nihil in ea habetur à Scriptura diſſonum; modò ne his verbis alienus ſenſus affingatur.

Quod facere videntur quotquot per inferos intelligunt precisè Locum Damnatorum, aut Sepulchrum; quo ſenſu שאול & ᾅδης in Scriptura nuſquam occurrunt: ſed שאול ſtatum ſeu conditionem mortuorum ſignificat. Noſtri Interpretes magis congruę vocis inopiâ שאול *foſſam* aut *ſepulchrum* vertunt, aut *gurgitem*, aut *abyſſum*; ſed hęc eò recidunt, ut hiſce ſignificetur *Mortuo-*

rum

rum ſtatu. Ita cùm Jacob Joſephum deflens ait ſe in inferos cum eo deſcenſurum; certum eſt nec agi de Loco damnatorum, (certa enim illi fuit ſpes in Dominum, quod ipſe moriturus affirmat *Gen.* 49: 18.) neque item de ſepulchro: putabat enim Joſephum à feris fuiſſe dilaniatum. Ergò de ſtatu mortuorum agit. Sic Jonas à balæna abſorptus ait ſe clamaſſe ad Deum ex ventre inferni; hoc eſt, ex eo loco, in quo ſecum meliùs non putaret agi, quam ſi fuiſſet mortuus. Eodem ſenſu David *Pſalm* 30 & ſæpe, *Eruiſti animam meam ex inferno:* & *Pſalm* 49 In *infernum deſcendent ut beſtiæ*; atqui beſtiæ nec in locum damnatorum, nec in ſepulchrum deſcendunt. Hoc ſenſu 1. *Sam.* 2: 6. Deus in inferos detrudere, atque ex iis educere, dicitur; hoc enim ibidem aliis verbis effertur, quibus Deus author vitæ & mortis eſſe affirmatur. Ergò quotquot mortui ſunt, quocunque tandem loco, vel anima, vel corpus degant, ii deſcenderunt in inferos ſecundum Scripturæ phraſim. Sic, quod propè omiſeram, oſſa inſepulta & undiquaque disjecta, dicuntur eſſe in inferno, *Pſ.* 141: 7.

Qui nomine שאול Locum damnatorum innui volunt, premunt verba Moſis *Num.* 16: 30. quibus ait, Core, Dathan, &c. vivos *in infernum deſcendiſſe*; ſed hac phraſi tantùm ſignificatur eos violenta morte in ſtatum mortuorum eſſe dejectos: ſic explicat Pſalm 55: 14. *Mors exactoris irruat ſuper eos, & vivi deſcendant in infernum* At in N. T. ſaltem, *inquiunt*, ᾅδης locus eſt damnatorum. Imò verò in Nov. Teſt. patet hæc non ſumi pro eodem, ex eo quòd *Apoc* 20: 14 Infernus dicitur in Gehennam ignis fuiſſe dejectus; hoc eſt, eos qui jam erant in inferno, ſeu in ſtatu mortuorum, in locum damnatorum fuiſſe detruſos. Objicitur, quod Luc. 10. *Tu Capernaum, quæ ad cœlos uſque ſublata fuiſti, dejicieris ad infernum uſque*; ubi manifeſta fieri videtur oppoſitio inter Cœlum & Infernum; adeò ut qua ratione Cœlum eſt Beatorum ſedes, ita Infernum Damnatorum eſſe ſedem oporteat. Reſpond. ibi loci Cœlum non eſſe Beatorum ſedem; nec ullum locum deſignari; ut patet ex Chriſti ſcopo; neque enim vult Capernaum ad Beatorum ſedem fuiſſe ſublatam olim, aut in alio loco fuiſſe quàm tunc ſit; ſed ut, cùm evectam dicit in Cœlum uſque, eam in glorioſo ſtatu fuiſſe innuit; ita dejici ad Infernum eam dicit, quæ in miſero ſtatu eſt, & in obſcuro latet; ſicuti qui in mortuorum ſtatu ſunt, nemini conſpicui; unde ᾅδης dici putatur, ἀΐδης, quod à nullo videatur.

Nihilo plus faciunt, qui verba Chriſti urgent *Luc.* 16: 23. ubi Divitem Epulonem ait fuiſſe in inferis, ἐν τῷ ᾅδῃ. Verba ſic habent, ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ὑπάρχων ἐν βασάνοις. Ergo aliud ὁ ᾅδης aliud. αἱ βάσανοι. Erat quidem in loco & cruciatu damnatorum, id tamen non ſignificat Chriſtus, cùm ait eum fuiſſe ἐν τῷ ᾅδῃ, alioqui nihil neceſſe fuiſſet addere eum ἐν βασάνοις; quod ex præcedentibus conſtitiſſet ſatis. Aliis ergo nominibus, *Tartarus*, *Gehenna*, *Ignis*, *Stagnum*, *Tenebræ exteriores*, &c. nuncupatur Locus Damnatorum in Nov. Teſtam. In Vet. Teſtam. תופת. אבדון, צלמות, שחת, nuſquam ᾅδης aut שאול.

Ex his conficitur שאול ſignificare ſtatum mortis, quo intellecto facilis erit intellectus Articuli, *Deſcendit Chriſtus ad inferos.*

Putas Tu hoc idem eſſe, ac ſi legatur Chriſtum in ſepulchro conditum fuiſſe; at præterquam quòd non conſtat id ferre ſignificationem vocis שאול, manifeſta hic eſſet ταυτολογίας; & in breviſſimo hoc Symbolo; in quo omnes articulos fidei pauciſſima intra verba contrahi oportuit, ut memoriæ conſuleretur; cùm dictum ſit antea Chriſtum ſepultum fuiſſe, quorſum addatur deſcendiſſe in ſepulchrum? Dices fortaſſe id addi ἐξηγητικῶς; at qualis ſit hæc ἐξήγησις, quæ præcedente articulo multo eſt obſcurior?

Pontificiorum delirium refellere facile eſt: nam, ut ne litem moveamus de voce, commentitium eſſe hunc Chriſti ad Damnatorum ſedem deſcenſum, vel ex ſilentio Euangeliſtarum abundè patet: neque enim veriſimile eſt eos, qui quæcunque Chriſtus paſſus eſt ad unguem & minutias uſque referunt, hoc ἀδιηγήτῳ ſilentio prætermiſſuros fuiſſe. Quid, quod Chriſtus moriens omnia completa eſſe teſtatus eſt, & Latroni, &c. Et vero narratio ipſa ridicula eſt. Diceres agi de Hercule Inferorum clauſtra effringente.

Quæ Scripturæ loca hìc congerunt, planè ſunt ἀπροσδιόνυσα. Certe *Eph.* 4 Chriſtus deſcendiſſe dicitur εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς; ſed quo ſenſu David formatus בתחתיות ארץ *Pſ.* 139: 15. ubi 70. Interpr. ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς, hoc eſt, in utero materno. Sic Chaldæus Interpres בכריסא דאמא. Vel certe dixerim, ſi meam quoque ſententiam hìc proferre liceat, Apoſtolum ſummam Chriſti dejectionem his verbis ſignificare, illi gloriæ oppoſitam, quâ nunc fruitur ſupra Cœlos. Sic enim Jobi 30: 8. viliſſimi homunciones dicuntur eſſe *ſine nomine & dejectiores terra* בני בלי שם נכאו מן הארץ *homines ſine nomine depreſſi ſunt præ terra.* Tale eſt quod proferunt ex 1 *Petr.* 4: 6. *Euangeliſatum fuiſſe mortuis:* At non poſtquam mortui ſunt; imò, inquit Petrus, *ut viverent ſecundum Deum.* Ergo tum non erant mortui. Sic *Hebr* 4: 2. dicitur *Euangeliſatum fuiſſe iis, qui perierunt*; At non poſtquam perierunt. Præterea vel ſi mortuis nunciatum fuiſſet Euangelium, ex quo mortui ſunt; quomodo probabunt illud idem a Chriſto nunciatum eſſe.

Certè *cap.* 3. *v.* 19. *Chriſtus dicitur per Spiritum ſuum concionatus eſſe ſpiritibus, qui nunc ſunt in cuſtodia*; ſed *temporibus Noæ*, non poſt mortem; & *per Spiritum*, à quo vivificatus eſt; hoc eſt, per virtutem Divinam, quæ opponitur infirmitati carnis; ut 2. *Cor.* 13: 4. & quâ ſuſcitatus dicitur *Rom.* 14. & 8: 11. non autem per animam à qua ſuſcitatus non eſt; idque *incredulis*; non, ut volunt Pontificii, Patriarchis, &c. Ergò id extra oleas. Sed pudet tempus terere in his nugis confutandis.

Qui per deſcenſum in inferos cruciatus intelligunt; ut deſcendere in inferos idem ſit quod ſummis cruciatibus torqueri; licet nihil dicant, quod non ſit fidei conſonum, longiſſimè tamen à ſcopo videntur aberrare. Quâ in ſententia Te quoque eſſe video. Neque enim uſpiam *deſcendere* eſt pati, neque *Infernus* dolores ſignificat. Tum quicquid Chriſtus paſſus eſt, verbis præcedentibus abundè exprimitur; cùm dicitur *paſſus, crucifixus, mortuus*; & perturbatus eſſet Articulorum ordo, ſi poſt ſepulturam iterùm paſſionum Chriſti fieret mentio. Ad hanc rem non facit, quod ait Petrus Act. 2: ℣. 24. *Chriſtum ſuſcitavit Deus* λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου; verè enim obſervas ὠδῖνας τοῦ θανάτου eſſe חבלי מות, *funes mortis*, quibus detinebatur in ſepulchro. Nam & id ſignificat vox Hebræa, חבלי; & funes quidem ſolvuntur λύονται, non item dolores, ſi propriè loqui velimus. Et patet Petrum non agere de animæ cruciatibus, cum quibus Chriſto in cruce conflictandum fuit. Nam agit de iis, quæ per reſurrectionem ſoluta ſunt, ſuſcitavit eum, inquit, *ſolutis doloribus mortis*; nemo autem dixerit Chriſti cruciatus per reſurrectionem ſolutos fuiſſe; jam enim antea per mortem ab iis liberatus fuerat. Cùm autem conſtet חבלים *funes* ſignifi-

ſignificare, potiùs quàm dolores; Petrus tamen maluit hîc (ſiquidem Græcè concionabatur) 70. Interpretum Verſionem ſequi in re non ita magni momenti; noluit, inquam, contentionem movere, quaſi de lana caprina; ac de verbis diſputandi materiam illis offerre, qui de rebus edocendi erant. Quæ cauſa eſt, cur non rarò Apoſtoli 70. Interpretum Verſionis verba urgeant, etiam ubi ab Hebræo Textu diſſidet; ſed in rebus adiaphoris

Rejectis hactenus iis expoſitionibus horum verborum, quæ aut Fidei, aut Verbis, aut Ordini Articulorum Symboli repugnare videntur; veram & genuinam hanc eſſe probabimus, quâ intelligitur Chriſtum ad mortuorum uſque ſtatum humiliatum fuiſſe, & in eo per triduum permanſiſſe. 1. Quia ſine dubio nullius articulorum fidei explicatio aliunde petenda eſt, quàm ex Scriptura; atqui in tota Scriptura non habetur Chriſtum fuiſſe εἰς ᾅδου, præterquam in uno loco, *Actor.* 2:27. quo Petrus probat reſurrectionem Chriſti ex verbis Pſ. 16. *Non relinques animam meam in inferis*, εἰς ᾅδου. Ergò minimè dubium quin idem ſit Articuli ſenſus, qui eſt hujus Loci. Probat Petrus Davidem Chriſti reſurrectionem prævidiſſe, cùm diceret *non relinquens*, &c. Sed quia Judęi regerere poterant Davidem de ſeipſo agere, non de Chriſto; docet hoc Davidi competere non poſſe; quia *David mortuus eſt, & ſepultus, & ejus ſepulcrum hodiéque eſt inter nos*, inquit. Unde ſequitur ejus animam adhuc eſſe in inferno, hoc eſt, in ſtatu mortuorum, non damnatorum. Id enim ſuppleri neceſſe eſt, ut ne ratio Petri manca ſit & imperfecta. Cùm ergo relinquere alicujus animam in inferno ſit eam relinquere in ſtatu mortis, pari ratione deſcendere ad inferos ſignificabit, ad mortuorum ſtatum & conditionem devenire. 2. Huic ſententiæ nihil eſt, quod repugnet, cùm cæteræ, ut docuimus, habeant incommoda, quibus premantur. 3. Ordini ſic optimè conſulitur, ut poſt paſſionem, crucifixionem, mortem, ſepulturam, dicatur aliquandiu in hoc ſtatu permanſiſſe; donec tertia die reſurrexerit. 4. Leve eſt, quod objicitur, De Chriſti morte actum fuiſſe jam antea. Actum fuerat quidem de morte, ſed non, ut ita dicam, de permanentia in hoc ſtatu; quod ſcire plurimùm intererat ad fidem; ut ne quis hîc momentaneam mortem, & reſurrectioni contiguam ſibi fingeret; quaſi indignum fuiſſet Chriſto, ut in morte degeret aliquandiu. Quo certè commento tota fides ſubverteretur. 5. Leviſſimum, quod aiunt, articulos fidei non debuiſſe concipi verbis figuratis; ideóque hæc verba ſumenda, ut ſonant: nam & articulus de ſeſſione ad dexteram eſt figuratus. 6. Penè effluxerat ratio non contemnenda, quę deſumi poteſt ex his Pauli verbis *Rom.* 10:6,7. *Ne dicas quis aſcendet in cœlum, hoc eſt Chriſtum καταγαγεῖν; aut, quis deſcendet in abyſſum, hoc eſt Chriſtum ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν*, Ubi deſcendere in abyſſum clare exponitur per eſſe inter mortuos. Sed vereor ne in his ſteterim nimis; ad alia propero.

E I D E M.

Enarratur verſ. 14. cap. 2. Epiſt. ad Roman.

Ὅταν γὰρ ἔθνη, τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσι νόμος.

Nam quum Gentes, quæ Legem non habent, naturâ quæ Legis ſunt faciant, iſti Legem non habentes ſibimet ipſis ſunt Lex.

Sciſcitaris quid ſentiam de loco *Rom.* 2:14. quo dicuntur *Gentes, quæ non habent legem, naturâ ſuâ facere ea, quæ ſunt Legis*, τὰ τοῦ νόμου; *& ſibi ipſis eſſe lex.* Hunc Tu locum egregiè explicâſti: ſed in eo tamen à te diſſentire me non diffitebor, quod tu verbis illis, *facere ea quæ ſunt Legis*, putas ſignificari *quoſdam Gentium debiles & inanes conatus Legi conſentientes.* Certè minimè inanes eſſent, ſi Legi vel ex parte conſentirent. Addis τὸ ποιεῖν Gentium eſſe quidem *facere, ſed τὸ facere imperfectum & debile.* Atqui ſcis ante regenerationem nos planè eſſe mortuos in peccatis; unde ſequitur nos nil planè poſſe *præſtare conſentaneum mandato Legis*; quod tu præſtitiſſe Gentes affirmas continuò poſt. Id mihi videtur duriuſculum & obvium calumniæ. Dicam ergo, quam putem hîc eſſe mentem
Verſ. 9. Apoſtoli. Docuit anteà omnes peccatores reos peragendos coram Dei tribunali, tam Judæos quam Græcos, quippe Deum non eſſe προσωπολήπτην. Atqui de Gręcis objici poterat eos ex Lege judicari non poſſe, cùm Legem non habeant, neque verò violatæ Legis reus is poſſit accuſari, cui Lex non innotuit. Imò, inquit Apoſtolus,
Verſ. 14. licet *Græci ſeu Gentes Legem non habeant*, hoc eſt, Decalogum Dei digito in lapidibus exaratum, *faciunt tamen naturâ ſuâ ea, quæ ſunt Legis*, hoc eſt, ea quæ Lex facit, non ea, quę Lex jubet. Lex declarat quid ſit rectum, quid minus; quid Dei voluntati conſentaneum, quid adverſum: quid faciendum, ut vivamus, quid vitandum ne pereamus & æternæ maledictionis rei peragamur; Hæc, inquam, facit Lex Judęis à Deo tradita. Hęc ergò facere eſt ea facere, quæ ſunt Legis. Atqui hæc omnia faciunt etiam ii, quibus Lex non eſt data; & *cùm legem non habeant, ipſi ſibi ſunt legis inſtar, cùm oſtendant opus Legis*, non opus à Lege juſſum aut vetitum; ſed opus quod pręſtat ipſa Lex. Sic enim cùm aliquid jubet aut vetat Rex, puta cùm vetat, ne quis venari auſit; cùm certis hominibus aliquod vectigal imponit; *non venari*, aut *vectigal ſolvere*, non dicitur eſſe opus Regis, opus enim eſt non Regis, ſed eorum qui Regi ſubſunt. Sed hoc ipſum vel *vetare* vel *jubere* hoc verò eſt opus Regis. Sic ergò Apoſtolus, *cùm oſtendant opus Legis*, id eſt, quod præſtat ipſa Lex in aliorum animis, quibus innotuit, *ſcriptum in cordibus ſuis, unà teſtimonium reddente ipſorum conſcientiâ, & cogitationibus ſeſe mutuò accuſantibus aut etiam excuſantibus.* Vides jam per opus Legis, ipſo Apoſtolo interprete, non id ſignificari quod Legis mandatis conſentaneum eſt, ſed ipſam vim Legis in cordibus agentem (quod & Tu alicubi, ſed non ſatis conſtanter, doces) & peccatoris conſcientiam cum aut accuſantem aut excuſantem; hoc eſt, naturales illas συντηρήσεις & latentes animi ſibi ſeu benè ſeu malè conſcii motus. Tales κοιναὶ ἔννοιαι omnium animis à natura inſitæ ſunt, neque tamen

homines ideò juſtiores ſunt: nam ut ait Judas ℣. 10. & 12. ὅσα δὲ φυσικῶς, ὡς τὰ ἄλογα ζῶα, ἐπίστανται, ἐν τούτοις φθείρονται. *Etiam in iis omnibus quæ naturaliter, ut & animalia rationis expertia, ſciunt, corrumpuntur.* Sic ergò hæreticorum cavillis optimè occurri poſſe puto, qui hinc vires quaſdam naturales obſequendi Legis mandatis homini aſtruere conantur, ſi dicamus agi hîc de notitia non de praxi: doceri tantùm hominem naturâ noſſe Legem, & eandem eſſe conſcientiæ vim quæ Legis eſt; non tamen inde ſequi eam ulla ratione Legi eſſe morigeram.

VIRO AMPLISSIMO

D. MORLEY,

Regis Angliæ Sacellano,

SAMUEL BOCHARTUS

S. D.

I. *De Presbyteratu & Epiſcopatu.*
II. *De Provocatione à Judiciis Eccleſiaſticis.*
III. *De Jure ac Poteſtate Regum.*

Ad variorum Scriptur. Locorum illuſtration. Act. Apoſt. cap. 20. v. 17, 28. Epiſt. ad Rom. c. 12. v. 1, 2. Epiſt. ad Heb. cap. 13. v. 17. &c.

Literas, quas à te mihi reddidit illuſtris Heroina veſtras, Vir Ampliſſime, poſtquam avidè perlegi, in eas Symplegades incidiſſe me ſenſi, unde nullus pateat exitus. Nam neque ſilere mihi liberum eſt, conſulto à tali Viro de rebus maximi momenti: neque vera dicere ſine multorum offenſione: quam tamen abſit ut vitem cum veritatis diſpendio. Rogaveram, cur Veſtrates, hic in Gallia pro cauſa Regis exules, à communione cum noſtris Eccleſiis ferè abſtinerent: reſpondes Nos pleriſque illis non ſine cauſa eſſe ſuſpectos, ut qui idem ſentiamus cum Angliæ Presbyterianis. Quorum placita tria hæc eſſe vis. 1. *Epiſcopatum rejiciendum ut jugum Tyrannicum & planè Antichriſtianum*; contrà *Presbyterorum ordinem ubique & ab omnibus eſſe amplectendum, ut jure divino ſtabilitum.* 2. *Presbyteros in iis omnibus, quæ ad Eccleſiam quoquomodo pertinent, ſummam habere poteſtatem; nec ab eorum Summo Collegio ullam dari provocationem.* 3. Item, *Reges poſſe vi & armis à ſubditis cogi in ordinem; & ſi ſe præbeant immorigeros, de ſolio deturbari, in carcerem conjici, ſiſti in jus, per carnificem denique capite plecti.* Atque hæc illorum placita piiſſimi Regis veſtri ſanguine nuper eſſe ſancita. Quibus ſi aſſentimur, prout vos ſuſpicamini, Veſtrates ſeceſſionem à nobis jure feciſſe contendis: ſin minus, id à me petis ut docendo id quod res eſt, veſtras Eccleſias ab errore, & noſtras à ſcandalo liberem. Quod idem eſt ac ſi me roges, ut inter regni veſtri Regios & Parlementarios ego homuncio ſedeam tanquam diſceptator & arbiter; eas lites diremturus, quæ per tot annos Britanniam veſtram, pro *Beatorum inſula* olim habitam, non exercuerunt modò, ſed & miſerè dilacerârunt. Et hos vel illos vel utroſque in me provocem, prout hinc vel illinc vel utrobique peccatum eſſe docuero. Tamen, modò ne mihi ſit fraudi quod alicubi ferar ſuſpenſo gradu, *periculoſæ plenum opus aleæ* tractans & *incedens per ignes ſuppoſitos cineri doloſo*, conabor ad ſingula reſpondere: cùm ut tibi ſatisfaciam, tum ne ſilentio meo noſtrarum Eccleſiarum cauſam prodidiſſe videar; quibus veſtrorum iniquis ſuſpicionibus fœdam labem aſpergi video.

Quæſtio *de Epiſcopatu & Presbyteratu*, quam primo loco ut graviſſimam propoſuiſſe videri poſſis; meo judicio eſt leviſſima. Et diſſidium ea de re natum videtur nullo negotio poſſe conciliari, modò abſit ſtudium partium; quod in inſula veſtra pleroſque abripit ita tranſverſos, ut magna animorum contentione de hoc ſolo diſputent tanquam pro aris & focis; ac ſi in eo ſita ſit Religionis prora & puppis. At nos putamus parum referre, utrum ab Epiſcopis, an à Presbyteris gubernetur Eccleſia, modo graviter & fideliter obeant munus ſuum; quiqui tandem ad clavum ſedeant. Si de Antiquitate res eſt, cum Hieronymo planè ſentio; Apoſtolorum ætate inter Epiſcopos & Presbyteros nihil fuiſſe diſcriminis, & *communi Presbyterorum conſilio Eccleſias fuiſſe adminiſtratas.* Itaque Presbyteri Epiſcopis omninò ſunt antiquiores. Interim Epiſcopale regimen eſſe antiquiſſimum, & paulò pòſt Apoſtolos per univerſam Eccleſiam magno cum fructu obtinuiſſe, eſt mihi compertiſſimum. Nec Apoſtolorum praxim puto vim habuiſſe legis in rebus ſuâ naturâ ἀδιαφόροις. Proinde tam qui Presbyteralem quàm qui Epiſcopalem ordinem *Juris Divini* eſſe aſſerunt, videntur τῆς εὐθολκῆς ἀμετρίᾳ ἢ μίαν διαμετρεῖν. Jam ſi roges, utrum ſit conſultius, ut Epiſcopi, an verò ut Presbyteri, præſint Eccleſiis, idem erit ac ſi rogaveris utrum præſtet ut penes Regem, an ut penes Magnates, an ut penes Populum ſit ſummum rerum arbitrium. Quæ quæſtio non poteſt uno verbo decidi. Quia aliis Monarchicum, aliis Ariſtocraticum, aliis rurſus Democraticum regimen eſt aptius. Nec ubique vivitur iiſdem moribus. Nôſti poſt Tarquinios Regium nomen Romanis diu fuiſſe exoſum. Contra Cappadoces apud Trogum & Strabonem, oblatæ libertatis munus abnuentes, negabant ſe ſine Rege vivere poſſe. *Juſtin. lib. 38. Strabo lib. 12.*

Ita

Ita planè in Eccleſia, quidam Epiſcopali regimini ſic aſſueverunt, ut eo carêre neſas putent. Alii Presbyterale regimen Epiſcopali preſerunt; vel quia ſub eo nati ſunt, vel quia Epiſcopalem *προςασίαν* experti ſunt nimio turgêre faſtu, & in *δεσποτικὸν* & tyrannicum imperium degeneráſſe. Hîc igitur opus eſt mutuâ tolerantiâ; & ſi qua vel Nobilium vel Plebis pars notabilis ad Epiſcopale regimen ſummis votis adſpirat, author eſſem ut tam illis permitterentur Epiſcopi, quàm Presbyteri aliis, qui ab Epiſcopali jugo abhorrent: & communi non Paſtorum modo, ſed & Populorum ſuffragio, in ſingulis provinciis res hæc transſigeretur. Quòd ſi verum eſt Epiſcopos lapſu temporum multa uſurpâſſe perperam, quæ non fuerunt in uſu apud Veteres; unde factum ſit ut hæc poteſtas meritò piis ſit exoſa & terribilis, quidni Tenediâ bipenni reſecare poſſet Synodus hæc *παραβλαστήματα*, & ad purioris Eccleſiæ normam ſic attemperare, ut non ſuperſit ampliùs legitimus querelæ locus? Rectè obſervat Vir Doctiſſimus, in Epiſcopatu tria eſſe quæ non ſunt confundenda: *πρεσβυτέριον* ſeu *Paſtorale munus*, quod Epiſcopis Scriptura tribuit; *ὑπεροχὴν* ſive *eminentiam* in reliquos Paſtores, quam illis conceſſit Eccleſia Vetus; & *Dominatum in Domini cleros*; quem in hac ſæculorum fęce nonnulli protervè ſibi arrogârunt. Proinde primum eſſe *Divini juris*, ſecundum *Eccleſiaſtici*, tertium verò *nullius*, & meram uſurpationem Adeóque Eccleſiam primo carere non poſſe, ſecundum poſſe ferri, tertium planè eſſe abolendum. At propter abuſum uſum tolli neceſſe non eſt, donec emendationis ſpes planè decollaverit. Et res ipſa diſtinguenda eſt ab adnatis vitiis. Querelæ de Epiſcoporum faſtu & tyrannide non hodie primùm natæ ſunt. Epheſinæ Synodi Patres jam olim metuebant, *μὴ ἐν ἱερουργίας προσχήματι ἐξουσίας κοσμικῆς τῦφος παρεισδύηται*, *Ne Epiſcopali dignitatis, ſacra functionis obtentu, ſæcularis authoritatis typhus obreperet*. Et iis ęqualis Iſidorus Peluſiota Epiſtolâ ad Theodoſium, quæ eſt 125. lib. 2. Epiſcopatum alicubi eſſe ait, *τυραννικὴν αὐτονομίαν tyrannicam licentiam; ἐπειδὴ εἰς ἀρχὴν, μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ μετὰ παῤῥησίας εἰπεῖν, εἰς τυραννίδα αὐτὴν μετεῤῥύθμισάν τινες*, *Quia nonnulli in dominatum, vel potiùs, ſi libere loquendum eſt, in tyrannidem commutârunt.* Et multò antè Gregorius Nazianzenus Orat. 21. in laudem Athanaſii, Præſules eſſe conqueritur, *οἱ ὅταν πάντα διεξέλθωσι βιαζόμενοι, τελευταῖον τυραννοῦσι καὶ τὴν εὐσέβειαν*, *qui cùm omnia violenter pervaſerint, tandem pietatem etiam Tyrannide premunt*. Hujuſmodi querelis in Veterum Doctorum ſcriptis cùm nihil occurrat frequentius, tamen nemo eſt repertus, qui de abolendo Epiſcopatu cogitaverit. Quin Aërius ab aliis pro Schiſmatico, ab aliis etiam, qui ſchiſmaticos omnes hæreticis accenſebant, pro hæretico habitus eſt; eò quòd in ordinem naturâ ſacrum violentiùs inſurrexerit, & ab iis ſecedendum eſſe pronuntiaverit, qui diſcrimen inter Epiſcopum & Presbyterum, Eccleſiaſtica conſuetudine quomodocunque invectum, admiſerint. Cavendum igitur ne Scyllæ fugâ in hanc Charybdim incidamus; neve rigor nimius, & pluſquam Vatinianum in Epiſcopos odium, eò imprudentes adigat, ut Veteri Eccleſię dicam ſcribamus, & ab ejus communione ipſi nos arceamus. A quibus extremis Gallicanas Eccleſias ſemper abhorruiſſe libri à Gallis ſcripti palam indicant, & Noſtrorum perpetua praxis. Neque enim horum in Britannia quiſquam fuit, qui non libenter intereſſet ſacris veſtris, poſtquam aliquem Anglici ſermonis ſibi comparaverat uſum, & ab Epiſcopalibus Presbyteris, aut etiam ab Epiſcopis ipſis, ſi res ferret, ſacram non reciperet communionem. Quod & mihi aliquoties non ſine fructu contigiſſe profiteor, dum Londini & Oxonii Sanctæ Theologiæ dabam operam. Hanc de Epiſcopatu non tam noſtram, quàm Paſtorum ferè omnium in Gallia ſententiam, quibus argumentis propugnemus, diſces ſi libet, ex viri piiſſimi, & ſupra fidem in hiſce docti, Davidis Blondelli *Apologiâ pro ſententia Hieronymi de Epiſcopis & Presbyteris*, Amſtelodami ab hinc annis quatuor editâ.

Secundam proponis quæſtionem *de Poteſtate Presbyteratûs*, quam Presbyteri veſtrates, ut quidem ais, *non in iis ſolùm, quæ merè ſunt Eccleſiaſtica, ſed & in iis quæ ad Eccleſiam ſolùm indirectè pertinent, tantam ſibi arrogant; ut a ſummo in unoquoque regno Presbyterorum collegio negent ullam eſſe provocationem; nempe ad Magiſtratum fidelem.* Id enim puto à te intelligi. Sed nemo facilè dixerit, quomodo hanc quæſtionem, quæ tam Belgas quàm Britannos multùm exercuit, atque etiamnum exercet, Eccleſiæ noſtrę definiant. Neque enim illa uſpiam agitatur apud nos, quibus non licet eſſe tam beatis, ut Magiſtratum habeamus in Religione *ὁμόφωνον*. Nec, quibus locis agitatur, reſtringitur ad Presbyteros. Sed quæritur in genere, *Quæ ſit Poteſtas Eccleſiaſtica propriè dicta*: & *An ab Eccleſiaſticorum Judicum ſententia, quicunque illi tandem ſint, modò legitimè vocati ad gubernandam Eccleſiam, poſſit ad Magiſtratum Politicum tanquam ad ſuperiorem Judicem provocari.* Neque de hoc ipſo convenit ſatis inter Presbyteros Belgas. Extant Maccovii libelli in Academia Franckerana Theologię Profeſſoris celeberrimi, quibus magno molimine hoc aſſerit, *Licere læſis ab Eccleſia ad Magiſtratum provocare.* Alii aliter pronuntiant. Ego huic quęſtioni ſatisfieri poſſe non puto ſine multis diſtinctionibus, quę non poſſunt in pauca contrahi. Nempe, res judiciis Eccleſiaſticis obnoxię, vel merè ſunt Eccleſiaſticę, vel etiam aliud habent Politici admixtum. Et in rebus merò Eccleſiaſticis, quędam ad internum conſcientiarum, quędam etiam ad externum Eccleſiæ regimen pertinent: & in judicio lato ea de re, quę ad internum hominem planè pertinet, Judex Eccleſiaſticus poteſt modum excedere, & reum carceri addicere, aut aliis pœnis corporeis; quę non ſunt Juris Eccleſiaſtici. Hinc juſtę cauſę ſuboriuntur vel declinandi prorſus Judicium Eccleſiaſticum, vel ab eo provocandi ad Judicium Civile. Nam ſi Judex Eccleſiaſticus poteſtatis ſuę limites tranſgreſſus eſt, aut judicavit de re, quę partim eſt politica, aut quę pertinet ſolùm ad externum Eccleſiæ regimen, non video, cur eo caſu licita non ſit ad Magiſtratum provocatio. De cętero cavendum eſt, ne *claves regni cælorum*, & *ligandi* ac *ſolvendi* poteſtas, quam Eccleſię commiſit Chriſtus, iis tradatur, qui ad id muneris aut planè inepti ſunt, aut certè non vocati. Non quòd omnem omninò Poteſtatem Eccleſiaſticam Magiſtratibus denegem; ſed alia eſt poteſtas, quę objectivè ſolùm, alia quę formaliter etiam eſt Eccleſiaſtica. Prior *objectiva* dicitur, quia habet pro objecto res & perſonas Eccleſię. Ea pio Magiſtratui vel maximè competit, qui civile dominium habet in ſuæ ditionis Eccleſias: & pro authoritate divinitùs ſibi conceſſa illas tuetur pro viribus, & fideles Paſtores fovet, & deſides excitat, & contumaces civilibus pœnis coërcet. Quin ea ſedulò procurat, quę ad externum Eccleſię ordinem pertinent: quale eſt Synodos convocare, Scholas erigere, quę ſint Eccleſię ſeminaria, Honeſta ſtipendia Paſtoribus aſſignare, Conſtitutiones condere ad eos continendos, qui turbas in Eccleſia movent: denique, ut Utriuſ-

que Tabulæ cuſtodem & vindicem à Deo conſtitutum, omnes vires eò dirigere, ut apud populos fidei ſuæ commiſſos *Dei nomen ſanctificetur*, & Chriſti regnum propagetur, & ſacrum Euangelium undiquaque prædicetur; ut ſinguli purè Deum colant, & ex verbi Dei præſcripto vivant. Poſterior poteſtas non ſolùm eſt Eccleſiaſtica ratione objecti, quia verſatur circa res Eccleſiæ, ſed & ratione modi, quia circa eas verſatur modo Eccleſiaſtico non Politico. Ea poteſtas non convenit niſi perſonis Eccleſiaſticis; quorum eſt Fidei dogmata publicè pro concione docere, Controverſias ex Dei Verbo decidere, Sacramenta adminiſtrare, Paſtores ordinare & deponere, Diſciplinam Eccleſiaſticam in greges ſuos exercere, Sacros ritus præſcribere, & Spirituales leges condere juxta Legis Divinæ normam; ut *omnia* in Eccleſia *fiant εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν*: quæ duæ poteſtates non parum inter ſe differunt: Nam poteſtas Magiſtratûs in Eccleſiam regno Dei univerſali in hunc mundum ſubordinatur: at poteſtas formaliter Eccleſiaſtica propriè *non eſt de hoc mundo*: ſed ſubſervit regno Chriſti mediatorio. Illa eſt *αὐτοκρατορικὴ*, gladio armata, & judicia ſua exequitur externa vi & coactiva. Hæc tota eſt *miniſterialis*, agens ex imperio alieno: & pœnis ſpiritualibus, hoc eſt, cenſurâ, ſuſpenſione, & excommunicatione, in peccatores utens, ex Verbi Dei præſcripto; quæ pœnæ non tam pœnæ ſunt quàm fraternæ correctiones. Magiſtratus propriè reſpicit τὰ ἔξω τῆς ἐκκλησίας; at Paſtores τὰ ἔσω, quæque pertinent ad hominem internum. Quo faciunt hæc Conſtantini ad Epiſcopos apud Euſebium lib. 4. de Vita Conſtantini; *Vos quidem τῶν ἔσω τῆς ἐκκλησίας, eorum quæ intus in Eccleſia ſunt agenda; Ego vero τῶν ἐκτὸς, eorum quæ extra ſunt, Epiſcopus ſum a Deo conſtitutus.* Proinde hæ duæ poteſtates, cùm vel habeant diverſa objecta, vel circa eadem objecta, ſed aliter atque aliter, verſentur; quamdiu manent intra præſcriptos limites, non ſibi mutuò magis officiunt, quàm planetæ duo, quibus diverſum cœlum eſt aſſignatum. Quin alterius altera poſcit opem res & conjurat amicè. At ſi poteſtas Eccleſiaſtica fines ſuos prætergreditur, ut tyrannidem exerceat, vel de iis judicet, quæ ſunt aliûs fori, tum Magiſtratûs officium eſt illam evagantem reprimere & intra ſuos limites coërcere. Atque id in Gallia locum dedit *Appellationibus tanquam ex abuſu*, quas vocant, quibus ad Parlamentum provocatur; quoties Eccleſiaſtici uſurpant quod ſuum non eſt, & in alienam meſſem falcem injiciunt.

Quamvis Diſciplinæ noſtræ Canones & Synodorum Nationalium de his non agant niſi valde obiter, tamen in iis quædam habentur, quæ non pigebit adſcribere; quia non poteſt aliunde meliùs colligi quid ea de re ſentiant noſtræ Eccleſiæ. Primò igitur has duas poteſtates ita diſtinguunt atque inter ſe conferunt, ut doceant non eſſe ἀσυστάτους. Synodus Montalban. art. 54. fact. general. *Quæſtioni, Utrum peccator, qui alicujus criminis reus inſuper ſupplicio a Magiſtratu mulctatus eſt, debeat inſuper Eccleſiæ publica culpæ confeſſione ſatisfacere; Reſpondetur id omnino requiri: quia Magiſtratûs Juriſdictio Civilis, & Eccleſiaſtica Conſiſterii cenſura, res diſtinctæ ſunt: cùm hæc ad conſcientiam & interiora ſolùm, illa potiùs ad corpus & exteriora referatur.* Et Privatenſis Synodus fact. general. art. 5. *Quæſtioni, Quomodo agendum ſit erga eos, qui in crimen aliquod juxta leges civiles ἀσύγγνωστον prolapſi, editis pœnitentiæ ſuæ ſignis ad Sacramenta admitti poſtulant; Reſpondetur peccatorem, poſtquam Eccleſiæ ſatisfecerit, ad Sacram Menſam eſſe admittendum, licet perpetrati criminis veniam à Principe impetrare non poſſit: quia Eccleſiaſtica Juriſdictio Civilem non colllidit.* Secundò mixtas & communes quaſdam eſſe cauſas docent, quæ ad utramque curiam pertineant. Synodus Lugdun. art. 28. fact. particular. *De politia civili ſtatuere Magiſtratûs eſt, cui omnes parêre tenentur. Sed de rebus eccleſiaſticis Canones ſancire Paſtorum eſt & Synodorum. At ſi qua ſit cauſa communis; verbi gratiâ, ſi quæratur quot numero Paſtores in una aliqua Eccleſia retinendi ſint, Magiſtratus & eccleſiaſtici in unum conveniunt, & res communi utriuſque ſuffragio deciditur.* Tertiò regimen externum Eccleſiæ Magiſtratui ex parte committunt & permittunt. Diſciplina Eccleſiarum Gallicanarum cap. 1. art. 44. *Paſtorum officium eſt, mores proprios & fidelium curæ ſuæ commiſſorum, cujuſcunque ſint conditionis, juxta Verbi Divini & Diſciplinæ Eccleſiaſticæ normam componere: ſed & Magiſtratus officium eſt, in omnes omnium hominum ordines, atque etiam in ipſos Paſtores invigilare, & videre an in vocatione ſua rectè incedant; ac proinde ſi peccent, curabit Magiſtratus ut juxta diſciplinam Eccleſiaſticam in Conſiſtoriis, Colloquiis & Synodis officii ſui admoneantur; niſi quid admiſerint per leges civiles coërcendum.* Quartò ſummo ſtudio cavent, ut ne Senatus Eccleſiaſtici extra limites ſibi præſcriptos evagentur, & in ea incurrant, quę ſunt Magiſtratûs Politici. Synodus Aleſenſis fact. particul. art. 23. *In Synodis non agetur niſi de rebus merè Eccleſiaſticis.* Diſciplina Gallic. c. 5. art. 12. *In exercitio diſciplinæ Eccleſiaſticæ, quantum fieri poterit, abſtinebitur à formulis & ſtylo etiam in civilibus Juriſdictionibus vulgò recepto.* Et art. 13. *Fideles hortari licet & Dei nomine obteſtari ut verum dicant, quia authoritati Magiſtratûs hoc nullo modo derogat. Sed iis formulis non utendum, nec more ſolemniter recepto in ſacramenti præſtatione, quæ a Magiſtratu exigitur.* Et art. 14. *In litibus, ſi quæ contingant, partes inter ſe litigantes Conſiſtoria hortari poterunt ad eas amicè componendas: ſed non delegabunt Arbitros, neque pro Arbitris ſe gerent. Si qui tamen è Conſiſtorio Arbitri eligantur, illi intervenient tanquam privati, & ſolum agent privato nomine.* Synodus Lugdun. fact. partic. art. 2. *Qui inter ſe litigant ad Conſiſtorium non citabuntur, niſi litis occaſione quid aliud admiſerint, quod ſit ſcandalo.* Quintò in multis, quæ videntur ex Eccleſiæ Judicio poſſe pendêre, tamen, quia cauſæ mixtæ ſunt, ad Magiſtratum confugere & ejus judicio ſtare nos jubent. Puta [a] ſi ad conjugium admitti poſtulet filius invito patre, qui ſolo religionis odio ei ſe opponat. [b] Si qui poſt ſponſalia triremibus addictus eſt, & ex iis elapſus, deſponſatam ſibi puellam in conjugem petat. [c] Si ſponſus, à ſponſa deſertus, liberari poſtulet à fide data, ut cum alia poſſit contrahere. [d] Si poſt prælongam viri abſentiam uxor ad novum conjugium adſpiret. [e] Si Monachi vel Presbyteri ad nos converſi, deinde ad prius votum & officium reverſi, deſerta conjux ab alio viro ambiatur. Sextò multa ſunt ἀδιάφορα & per Dei verbum nobis conceſſa, à quibus abſtinêre, & multa oneroſa, quæ exequi nos jubent, ut Magiſtratui pareamus. Sic conjugii vinculum per adulterium ſolutum eſt, ita ſanciente Chriſto, Matth. 19: 9. tamen [f] Diſciplina vetat ita ſolutos novum inire conjugium, quia non licet per Regni leges. Conjugia inter cognatos & affines ultra ſecundum gradum Deus in Scriptura non vetat: tamen quia per Regni leges prohibentur etiam in tertio & quarto gradu, ea ſine diſpenſatione regia contrahere vetant noſtri Canones. [g] Et ſponſalia, quæ olim inter nos fiebant per verba de præſenti, jubent fieri deinceps per verba de futuro, [h] *Ut Regni conſuetudines & leges obſerventur.* Per verbum Dei licet habori

[a] *Diſcipl. c. 13. art. 1. Et 1 Synod. Carent. in Diſcipl. art. 1.*
[b] *Synod. S. Fidei art. 18. fact. Gen.*
[c] *Syn. Vitr. Gen. art. 9.*
[d] *Diſcipl. c. 13. art. 31.*
[e] *Diſcipl. c. 13. art. 32. & Syn. Figeac art 12.*
[f] *Diſcipl. c. 13. art. 23. 1. Syn. Pariſ. art 38. 2 Syn Pariſ art. 22. Syn Alenſon. not. 7. reſp. ad de leg.*
[g] *Diſcipl. c. 13. art. 6. & 7.*
[h] *Diſcipl. c. 13. art. 9.*

bori ſuo incumbere feſtis illis, quæ ex hominum inſtituto introducta ſunt: tamen iis ipſis feſtis, Canones noſtri ſanciunt [i] ut à labore ceſſemus, quo vitetur ſcandalum. Quin Romanis Sacerdotibus [k] decimas ſolvere nos jubent, & naſcentium liberorum nomen [l] illorum albo inſcribere, & [m] ad Epiſcoporum & Officialium tribunalia nos ſiſtere, ſi Magiſtratus ita ſtatuat. Et quod mirêre magis, quæ vetant tanquam indecora, puta [n] leviri viduam ducere, aut [o] deſponſatæ puellę matrem, [p] aut adulteram eo tempore initam, quo uxor erat in vivis: & [q] viduam ante menſem ab obitu viri ſeptimum aut octavum ad novum conjugium admittere; Hæc, inquam, quæ vetant tanquam indecora, tamen licita eſſe volunt, ſi Magiſtratus interveniat. Vides igitur, quam multa pręſtemus in Magiſtratûs gratiam, quamvis diverſæ Religionis.

i Diſcipl. c. 13. art. 21. k Ib c. 14. art 20. l Syn Par. art 11, ſect part. m Diſcipl. c. 14. art. 8. n Diſcipl c. 13 art. 11. & 3. Syn. Carent. art 4. in Diſc. o Diſcipl. c. 13 art 10 & 3. Syn Carent. art. 1. p Diſc. c. 13. art. 9 & 2. Syn. Car in Diſcipl. art. 11.

Non tamen ubique nobis eadem eſt facilitas. Quippe cùm aliquid probat, aut jubet etiam Magiſtratus, quod Verbo Dei & ordini ab eo inſtituto videtur eſſe adverſum, tum illud ſuccurrit, [r] parendum eſſe Deo potiùs quam hominibus. Hinc Diſciplina noſtra cap. 13. art. 81. de conjugio cum uxoris amita aut matertera; *Etiamſi Magiſtratus permitteret tale conjugium, ut tamen Eccleſia ne benedicat, quod Paſtores ſedulò obſervabunt.* [s] Et Synodus Alençonienſis per Delegatum Regium juſſa novare articulum, quo [t] Baptiſmus ab eo adminiſtratus, cui nulla eſt vocatio, declaratur eſſe nullus, Regem rogavit ſupplex, ut noſtris Eccleſiis diſciplinæ ſuę exercitium hac in parte liberum permitteretur. Secunda [v] etiam & tertia [x] Synodus Garentonienſis gravi anathemate noſtrorum eos feriunt, qui juſſu Magiſtratûs aulæa vicatim expandunt feſto Sacramenti, quod vocant. Tale eſt quod peccatorum confeſſiones in Conſiſtorio editas canones noſtri [y] vetant Magiſtratui revelare, *niſi in crimine læſæ Majeſtatis.* Et noſtrûm ſi qui Paſtores aut Presbyteros ea de cauſa coram Magiſtratu citant, eos cenſuris omnibus ſubjacêre pronuntiat. Sed nec eorum provocationes admittunt; qui à Senatu Eccleſiaſtico vocati, aut ob aliquod ſcandalum à communione ſuſpenſi ad Judices Politicos provocant. Neque enim Magiſtratum, eumque à noſtra Religione alienum, putamus illarum rerum, quæ ad diſciplinam noſtram pertinent, competentem eſſe judicem. In eam rem Synodorum [z] Rupellenſis [a] Vitreenſis & [b] Alcſenſis in Gebennis, Canones ſunt valdè expreſſi.

q Diſcipl. art c. 13 22 & 2. Syn Carent. D.ſi obſ 59. r Act. 5: 29 s Ireſp. art. 10. t Diſcipl. c. 11. art. 1. v Fact. gen. art 1. x Fact. gen art. 11. y Diſcipl. c. 5. art. 28. & 29.

z Fact. gen. art. 6. a Fact. gen. art. 19. & 20. b Fact. gen. art. 22.

Jam ad tertiam quæſtionem propero; quamvis me pigeat in eo regno, in quo noſtram religionem plerique profitentur, diſputari de *Jure Regum*, quod hactenus noſtri Doctores hic & ubique terrarum tam conſtanter aſſeruerunt contra Monarchomachos; ut Adverſarii judicent nos hac in parte modum excedere. In his Bellarminus dubitat, *Utri plus laicis* (principibus) *Anabaptiſtæ noceant vexando & detrahendo, an cumulando & blandiendo Lutherani.* Et Stapletonus Veſtras, Lovanii olim Theologiæ Profeſſor celeberrimus, eoſdem ideò criminatur, quòd *Cæſari, id eſt, Regibus & Magiſtratibus, non ſolùm ea quæ eorum ſunt, ſed etiam ea quæ Dei ſunt, reddi volunt.* Nempe illos urit, quòd tam *Clericos*, quos vocant, quàm Laicos, & externum Eccleſię regimen, poteſtati Regum ſubmittimus, & Reges docemus eſſe prorſus ἀνυπευθύνους, & à ſolo Deo pendere; nec eſſe fas, quicquid obtendatur, in eorum vitam attentare. Cujus doctrinę veritatem cùm omnes noſtrarum partium Theologi conſtanter propugnaverint, nemo aſſeruit fortiùs Theologis Veſtratibus, quorum ſolidiſſima de hoc argumento ſcripta cum æterna laude authorum in vulgus promanârunt. Itaque hîc ſuccurrit illud Apoſtoli: *Currebatis bene, quis vos impedivit?* imò *quis faſcinavit, ut ne obſequeremini veritati?* Præcipuè in re manifeſta, quamque & expreſſis legibus, & neceſſariis rationibus, & frequentibus exemplis ex Scriptura petitis, probare cuivis eſt obvium. Neque id à me dici gratis patebit ex hoc ſpecimine; quamvis in eo futurus ſim multò brevior, quam requirit Argumenti amplitudo & dignitas.

Præfat. in l. de Cleric.

Dominica 22 in Pentec.

Gal. 5: 7. & 3: 1.

Legum prima & antiquiſſima, atque ante ipſam Legem Moſaicam à Deo lata, hæc eſt; *Nolite tangere Chriſtos meos.* In Regum parricidas ita utuntur Patres Concilii Toletani quarti, can. 74 *Cùm Dominus dicat*; Nolite tangere Chriſtos meos, *& David*; Quis extendet manum ſuam in Chriſtum Domini & innocens erit? *illis nec vitare metus eſt perjurium, nec Regibus inferre exitium.* Regerunt, his verbis non agi de Regum Jure aſſerendo contra populum; ſed potiùs de populo, aut Eccleſia ſaltem aſſerenda contra vim Regum & Principum. Rem enim eſſe de Patriarchis Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo, quos lędere Ægypti & Palæſtinę Reges, & Carrarum Princeps Laban, hac lege prohibiti ſunt. Atque inde eſſe, quòd verba Legis hæc immediate pręcedant: *Non permiſit cuiquam eos opprimere, & corripuit Reges propter eos.* Quæ ut ut vera fateamur, tamen cauſæ non officiunt. Nam ex ea lege ſaltem id ſequitur, nefas eſſe illos attingere, quibus cum Patriarchis hoc commune eſt, ut appellentur & ſint Chriſti Domini; quales præter Chriſtum Filium Dei & Reges Temporales nulli ſunt. Quippe ſi Patriarchas ideò nefas fuit attingere, quia dicti ſunt & fuerunt Chriſti Domini, quidni concludamus idem de Regibus, quos hoc eodem honore dignatur Deus, Scripturę minimùm triginta locis? Quid quòd Patriarchæ ob id ipſum videntur dici Chriſti Domini, quòd aliquo modo Reges erant aut Regum inſtar? Ita pronuntiat Kimchius Doct. Hebr. in hunc locum: היו נכבדים אצל המלכים כאילו היו המלכים משיחים: *In honore erant apud Reges, ac ſi ipſi fuiſſent Reges uncti.* Nempe, ut Idem obſervat in 1 Paral. 16: 22. Abraham Gen. 23: 6. vocatur נשיא אלהים *Naſi Elohim*, Princeps Dei. Ubi LXX. *Βασιλεὺς παρὰ Θεοῦ*, *Rex à Deo.* Quin נשיא paſſim pro Rege ſumitur, ut Ezech. 34: 24. & 37: 25. ubi Propheta Davidem נשיא *naſi* appellat, pro eo quod paulò antè מלך *Regem.* Iſaaci etiam potentiam Regię fuiſſe æmulam, & Jacobi opes immenſas, patet ex Geneſ. 26: 16. & 36: 7. unde eſt quòd pro *Regibus* habiti ſunt etiam apud Ethnicos. Juſtinus ex Trogo lib. 36. *Abraham, Moſes, Iſraël Reges fuêre.* Sed fruſtra diſputamus, cùm David ad Regem Saulem idipſum paſſim referat, ut 1 Sam. 24: 7. *Abſit à me ut hoc faciam Domino meo, Chriſto Domini, & mittam manum in eum; quia eſt Chriſtus Domini:* & cap. 26: 9. *Ne perdas eum; Quis enim mittet manum in Chriſtum Domini, & erit innocens?* Et verſ. 10. *Vivit Dominus, quòd niſi Dominus percuſſerit eum, aut dies ejus veniat ut moriatur, aut in prælium deſcendens perierit, abſit à me ut mittam manum in Chriſtum Domini.* Et 2 Samuël. ca. 1. verſ. 14. *Quomodo non timuiſti manum extendere ad occidendum Chriſtum Domini?* Et verſ. 16. *Sanguis tuus ſit ſuper caput tuum: os enim tuum locutum eſt adverſum te, dicens, Ego interfeci Chriſtum Domini.* An diſertiùs dici potuit ad Reges hanc legem pertinere; *Nolite tangere Chriſtos meos?* Sed de his plura deinceps.

1 Par. 16; 22.

Pſ. 105: 15.

Secunda lex eſt Exod. 22: 28. *Diis non maledices, nec populi tui Principem execraberis.* Quam ad Regem pertinere peculiari jure docet Abiſçus, 2. Sam. 19: 21. *An non ideò morietur* Simei, *quia maledixit Chriſto Domini?* Et Elihu Job. 34: 18. *An dicetur Regi, ô nequam, & ô improbe Principibus?* ubi LXX. Ἀσεβὴς ὁ λέγων Βασιλεῖ, παρανομεῖς, ἀσεβέστατε τοῖς ἄρχουσιν, *Impius eſt qui dicit Regi, prævaricaris, & Principibus, ô improbiſſime.* Et Salomon Eccl. 10: 20. *Etiam in cogitatione Regi ne detrahas, & in conclavibus cubiculi tui ne maledicito diviti; quia vel avis Cœlorum portaret vocem illam, & ales indicaret verbum.* Quo loco per *avem Cœlorum* Rabbi Selomo animam intelligit in Cœlum aliquando evolaturam, & per *alitem* Angelum ipſi adjunctum: nec minùs abſurdè Chaldæus Paraphraſtes Razielem Angelum monti Oreb inſidentem, & Eliam aërem inſtar aquilæ pervolantem, ut occulta retegant & propalent. Quod officium Judæi meliùs Eliſæo aſſignaſſent ex 2. Reg. 6: ỳ. 9. Solomonis vera mens eſt, Ne in arcano quidem Regibus detrahendum, nec illis deeſſe ſuos προσαγωγέας & κωρυκαίους; per quos addiſcant, quæ putantur maximè occulta. Quomodo Midæ ajunt *aſini auriculas* à Poëtis aſfingi; eò quòd ὠτακουστὰς haberet, per omnes regni ſui partes; qui expiſcarentur quicquid fieret aut diceretur à ſubditis, & ad ipſum omnia referrent. Apparet interim Solomonem non ſolo periculi metu ab hoc malo nos deterrere; cùm non tantùm verbis, ſed & cogitationibus frænum injiciat, quę non niſi Deo notę ſunt; cùm ſolus ſit καρδιογνώστης. *Etiam*, inquit, *in cogitatione tua Regi ne detrahas.* Jam ſi ne cogitatione quidem Regi detrahere licet, quantò minùs illum liceat aut execrari verbis, aut factis etiam impetere?

Tertia lex eſt Pſalmo ſecundo, qui tam ad Davidem pertinet, quam ad Chriſtum Dei Filium; ad illum quidem ut typum, ad hunc verò [illegible], typo deſignatum, & ſignificatum. Nempe cùm primò contra Deum, & Davidem Chriſtum ejus, Iſraelitarum magna pars, finitimi quoque populi Jebuſçorum, Philiſtçorum, Moabitarum, Syrorum, Ammonitarum, Amalekitarum, cum Regibus ac Principibus ſuis conjuràſſent, atque ab eo proſtrati & victi ſubinde conarentur jugum excutere; *Diſrumpamus*, inquiebant, *vincula eorum, & projiciamus à nobis jugum ipſorum:* docetur illorum conatus vanos fore, atque inutiles: quia quotquot in Davidem Regem creatum divinitùs auſi fuerint inſurgere, bellum non cum homine mortali, ſed cum Deo ipſo ſuſcepturi ſunt; qui illum ut Regem à ſe *electum* potenti manu aſſeret, & ſartum tectum ab omni periculo conſervabit. Itaque his rebellibus Dei nomine ſignificat, ut *oſculentur filium*, id eſt, ut ei ſe ſponte ſubjiciant, cui Deus erat loco Patris, Pſalm. 89: 27. *Oſculum* enim tum temporis fuiſſe ſolemne honoris & ſubjectionis ſymbolum colligere eſt ex Geneſ. 41: ỳ. 40. & 1. Sam. 10: ỳ. 1. Alioqui minatur fore, ut *virga ferrea conterantur, & confringantur ut vas figuli, & pereant funditus, cum ira Dei exarſerit.* In Davidis porrò perſona Deus obſequi jubet omni Regi legitimo; quia par eſt ratio. Literalem Pſalmi ſenſum ad Davidem refero cum Muſculo & aliis Interpretibus magni nominis.

. Quarta lex eſt Prov. 24: 21, 22. *Mi fili time Dominum & Regem, nec cum rebellibus te commiſceto.* Rebelles hic Ebraice dicuntur שׁוֹנִים, quod propriè *mutantes* ſonat, nempe *leges & ſtatum regni*; quomodo nonnulli accipiunt apud Pagninum. Alii, quod eòdem redit, refractarios intelligunt, qui Dei & Regis mandata tranſgrediuntur. Quia phraſi Ebræis familiari *mutare mandatum* eſt illud tranſgredi. Vide Eſdr. c. 6: ỳ. 11, 12.

Quinta lex eſt Prov. 30: 31. מלך אלקום עמו *Rex, in quem nemo inſurgit*, id eſt, in quem ſubditorum nemo debet inſurgere. Alioqui enim multi inſurgunt. Sed id faciunt præter jus & fas, ut Rex hic vocatur אלקום *Alkum*, quia in eum nemo inſurgit. Ita Palladem alibi obſervo fuiſſe vocatam à Phœnicibus אלה אלקומה *Ela alkuma*, Deam, in quam nemo inſurgit; & Bœotiæ urbem illi ſacram Græca flexione *Alalcomenas*; quæ parva cùm eſſet & in plano extructa ſemper tamen ἀπόρθητος, intacta & inviolata manſit; quia ob Deæ reverentiam, πάντες ἀπείχοντο πάσης βίας, *ab omni vi omnes abſtinebant.* (Pauſ. in Bœot. Strab. l. 9.)

Sexta lex eſt Eccleſ. 8: 2, 3, 4. *Obſerva os Regis*, id eſt, mandatum ex ore Regis prodiens, *etiam propter juramentum Dei*, quo tu te illi obſtrinxiſti, *Ne properes à facie ejus abire*, id eſt, ab ejus obſequio te ſubducere. Aut ſi feceris, *ne perſiſte in re mala*, in rebellione in Regem, quâ tu in te malum accerſeres; *nam quicquid volet, faciet*, id eſt, penes illum erit de te ſtatuere quomodocunque libuerit. Quippe *ubi verbum Regis eſt, ibi eſt poteſtas*, nempe quicquid Rex facit, pro imperio id facit. Proinde hic habet Symmachus τὸν λόγον τοῦ Βασιλέως ἐξουσιαστικὸν εἶναι, *ſermonem Regis eſſe authoritativum*, ut ita loquar. Et ejus poteſtas ſumma eſt ſecundùm Deum, *& quis dicat ei, quid facis?* Quis à Rege audeat conſiliorum ſuorum rationem exigere? Qua in parte evehuntur Reges ſupra communem hominum ſortem, ut Dei locum in terris teneant. Nam & de Deo dicitur Job. 9: 12. *Ecce rapiet, quis avertet eum, & quis dicet ei, quid facis?* Et Eſa. 45: 9. *Nunquid dicet lutum figulo ſuo, quid facis?* Et Dan. 4: 35. *Non eſt qui cohibeat manum ejus, & dicat ei, quid facis?* Quia *ut cœlorum altitudo & terra profunditas, ita cor Regis eſt inſcrutabile*, Prov. 25: 3. ſubjectis ſcilicet populis; quorum non eſt arcana Regum penitiùs introſpicere, & de illis, quod multi faciunt, temerè pronuntiare: multò minùs illos in jus trahere, & examini ſubjicere illorum vitam, & de capite pro arbitrio ſtatuere.

Septima lex eſt Jerem. 27: ỳ. 12. *Subjicite colla veſtra jugo Regis Babylonis: & ſervite ei, & populo ejus, & vivetis.* Et 29: 7. *Quærite pacem civitatis, ad quam deportavi vos, & orate pro ea Dominum: nam in pace illius vobis erit pax.* En Judæi jubentur Regi Babylonis obſequi, qui merus uſurpator erat, & pro eo precibus apud Deum intercedere. Quanto plura debentur iis Regibus, quos legitima ſucceſſione conſtat Regnum eſſe adeptos?

Nec audiendi Fanatici, qui ut à cervicibus ſuis Regum jugum excutiant, eam libertatem prætexunt, quam nobis morte ſua Jeſus Chriſtus acquiſivit. *Neque* enim *venit* Chriſtus, *ut legem ſolveret, ſed ut impleret.* Per eum quidem fideles à peccati tyrannide, ab execratione Legis, à reatu mortis æternæ, & Leviticarum ceremoniarum jugo, & ſervitute aſſeruntur, ut ab iis malis liberati alacriùs Deo ſerviant. At jugo Regum ſuos exemiſſe Chriſtum, non reperitur uſpiam. Quin ipſe cum matre cenſitus eſt, Luc. 2: 5. Et juſſit *reddi Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & Deo, quæ ſunt Dei*, Matth. 22: 27. Et Pilati poteſtatem, licet illâ abutentis, agnovit eſſe ἄνωθεν, Joh. 19: 11.

Sic Magiſtri veſtigia ſequutus Petrus; *Subjecti*, inquit, *eſtote omni humanæ ordinationi, ſive Regi* ὡς ὑπερέχοντι *ut ſupereminenti; ſive Præſidibus, ut qui per eum mittuntur ad ultionem maleficorum, & laudem eorum qui bene agunt.* 1. Epiſt. cap. 2: ỳ. 13. 14. &c. Ubi notanda hæc verba, *ſubjecti eſtote propter Dominum*, in eos, qui hanc exhortationem

Petri

Petri, adſcribunt neceſſitati temporum. Et quòd Regum *ὑπερέχειν*, id eſt, omnibus ſupereminere dicit, in eos, qui populo ſummum attribuunt imperium. Sequitur, *Deum timete, Regem honorate*; quibus verbis Regum honor cum Dei timore jungitur. Quomodo Prov. 24: 21. *Time Deum, & Regem*; ut quę Deus conjunxit, homo ne ſeparet.

Idem in Secunda ſic ait, quaſi ſcelerum hoc ſit ſummum, Principes habere contemptui; *Novit*, 2 Pet. 2. 9. inquit, *Dominus pios è tentatione eripere; injuſtos autem in diem judicii puniendos reſervare:* Μάλιστα δὲ, *maximè autem illos, qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ incedentes Dominationem contemnunt, audaces, ſibi placentes, qui in Dignitates blaſphemare non horrent*. 2 Petr. 2: 9. Nempe *Dominationum* & *Dignitatum contemptus* fertur in ipſum Deum harum authorem. Unde eſt quòd Samueli dixit Deus 1 Sam. 8: 7. *Non te, ſed me rejecerunt, ut ne regnem ſuper eos.* Et Moſes Iſraëlitis in ſe & Aaronem obmurmurantibus, Exod. 16: 8. *Non ſunt adverſus nos murmura veſtra, ſed adverſus Dominum.* Deus ab hominum cęde ideò vult abſtineri, quia *homo factus eſt ad imaginem Dei*. At in Gen. 9: 6. principe multo eſt illuſtrior imago Dei: quia in eo Deus imprimit Majeſtatis ſuæ characterem. Præterea, per contemptum Principum ferina quædam barbaries in orbem inducitur, quæ extrema eſt impietas. Proinde heroicę virtuti Philoſophi eam opponunt. Sequitur apud Apoſtolum, *Angelos, qui ſunt robore, ac virtute præſtantiores, blaſphemum judicium apud Dominum non proferre adverſus Dignitates.* Quia Dei characterem, quem diximus, reverentur in Principibus. Et ad impiorum etiam Regum cuſtodiam Angelos adhiberi patet ex Dan. 10. & 11.

In Epiſtola Judæ locus eſt iſti geminus, verſ. 8, & 9. *Dominationem rejiciunt, & in Dignitates blaſphemant. At Michael Archangelus; cum adverſus Diabolum certans, diſceptaret de corpore Moſis, non auſus eſt judicium proferre blaſphemiæ*, ſeu maledicum; *ſed dixit, Deus te increpet.* Nempe princeps Dæmonum, cum quo diſceptabat Michaël, olim fuit princeps Angelorum. Quo jure etſi exciderit, tamen priſtinæ dignitatis etiam in Dęmone characterem, & præſtantiorem naturam aliquo modo reveritus Archangelus, à maledictis abſtinuit; & ſatis habuit illum judicio Dei committere. Hinc ęſtima, quale ſit crimen *maledicere Regibus*; qui ratione muneris tam ſunt ſacri quàm Dæmon eſt execrandus.

Itaque pro maledictis Paulus *vota* & *preces* continuas in Regum gratiam vult concipi, 1 Tim. 2: 1. & *pro omnibus* quidem in genere: ſed in ſpecie *pro Regibus & omnibus in eminentia conſtitutis, deprecationes, orationes, poſtulationes, & gratiarum actiones*, tanquam juge ſacrificium, Deo jubet offerri; *ut tranquillam, ac quietam vitam* ſub iis *degamus, cum omni pietate & honeſtate.* Et verò *pro omnibus* precatur, qui precatur *pro Rege*, cujus ſalus omnium intereſt, & quo ſalvo omnia ſalva.

Tit. 3: 1. Rurſus Paulus in perſona Titi Paſtores jubet, ut populis ſedulò inculcent, *Principibus eſſe obſequendum*; ὑπομίμνησκε αὐτοὺς inquit, *revoca illis in memoriam, ut Principibus & Poteſtatibus ſubditi ſint atque obediant.* Quaſi res ſit, quam facilè oblivioni tradamus, niſi ejus memoria ſubinde refricetur. Proinde paſſim id ipſum urget: ita Rom. 13: 1. *Omnis anima ſubjecta eſto poteſtatibus ſupereminentibus*, ὑπερεχούσαις. Quod ad illos omnes ita pertinet, qui ſupra reliquos ordine & poteſtate eminent, ut tamen magis conveniat ſupremæ poteſtati, quę ſola eſt abſolutè ὑπερέχουσα: quod jam modò nos docuit Petrus. Unde Pharao, Joſepho ſupra totam Ægyptum evecto, ἀλλὰ τὸν θρόνον ὑπερέξω σοῦ, *tamen ratione throni tibi supereminebo.* Et Pindar. Olymp. primâ: ἐπ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι μεγάλοι, τὸ δ' ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι. *Alii ſupra alios magni ſunt, ſed ultimum* dignitatis faſtigium *attollitur Regibus.* Ibid. verſ. 5. *Neceſſe eſt ſubjici non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam.* Nota neceſſe, quaſi hęc ſit *clavo trabali vincta neceſſitas*: idque *propter conſcientiam*; quomodo Petrus *propter Deum*. Et Solomon *propter juramentum Dei*. Et verſ. 7. *Reddite omnibus quod debetis; cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem.* De eo Pauli loco plura qui volet, Ludovicum Heraldum conſulat, virum pium & doctum in paucis, mihique tam amicitiâ, quàm cognatione conjunctiſſimum; qui Sermonibus ſeptem nuper editis, & Regi veſtro inſcriptis, illum explicavit accuratè.

Jam ne quis hæc dici putet de bonis duntaxat Regibus, cogitandum eſt Petrum & Paulum, vel ſub Claudio, vel ſub Nerone ſcripſiſſe; quorum ille vecors fuit, hic monſtrum hominis: quibus tamen Chriſtianos jubent eſſe ſubditos, non ſolùm metu pœnæ, ſed & ob conſcientiam, & propter Deum. Nec multo meliorem fuiſſe Tiberium, cui Chriſtus reddi voluit ea, quæ erant Cæſaris. Atque ut ab antiquiſſimis temporibus rem arceſſamus, Deus Iſraelem noluit egredi ex Ægypto ſine conſenſu Pharaonis: & in Babylonia captivos ei Regi ſervire & colla ſubmittere juſſit; qui Judæâ pervaſtatâ, Jeroſolymis captis, Temploque & Urbe ſolo æquatis, & Judæorum pleriſque cęſis, reliquos in captivitatem abductos, metu mortis intentato, cogebat ſtatuam colere à ſe erectam. Ita ſub Juliano, licet impio Apoſtata, merebant Chriſtiani milites, nec quiſquam illi vim fecit; quo nihil fuiſſet facilius, cùm ferè totum exercitum ex Chriſtianis conſtitiſſe in ejus morte apparuerit. Nempe tam malis quàm bonis Regibus regnum à Deo indultum eſt; qui alios ad regnum benignè vocat, alios nobis meritò infenſus, ut ſint *virga iræ ſuæ*; quod de Aſſyrię Rege dicitur Eſa. cap. 10: verſ. 5. Hinc Oſea cap. 13: verſ. 11. *Dedi illis Regem in furore meo.* Et Eſa. cap. 19: verſ. 4. *Tradam Ægyptum in manum Dominorum crudelium.* Et Job. cap 34: verſ. 10. Juxta Vulgatum Interpretem, *Regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* Itaque noſtrûm eſt has virgas pati, cùm illas infligit Deus, & liberationem ab eo patienter expectare, *qui corda Regum habet in manu, ut rivulos aquarum.*

Etiam incaſſum hoc regerunt; Singulos quidem Regibus debere obſequium; at Ordines regni, non item: quia, ut ut Rex emineat ſupra ſingulos, tamen Regni Ordines Rege plus poſſunt, cùm ſimul convenerunt. Incaſſum, inquam, id regerunt: quia hęc aſſertio nulla probatione, nulla Scripturæ authoritate, nulla ratione, nullo exemplo ex ea petito nititur. Quin contra Scripturam eſt, quæ cùm jubet *omnem animam* in quovis regno illi poteſtati ſubeſſe, quę ſupra omnes eminet, non minùs congregatos id jubet quam ſingulos. Subditi, ſeu ſinguli ſint, ſeu congregati, tamen ſemper ſunt ſubditi, nec eorum conditio coitione mutatur. Itaque quamlibet multi ſint, Rex tamen ſemper ὑπερέχει, ut Pater ſupra filios, & Dominus ſupra ſervos, & Imperator ſupra milites. Unus eſt inſtar omnium & πάντων ἀντάξιος ἄλλων; quomodo Jupiter Homericus, qui catenam auream ſolus attrahit, reliquis Diis omnibus fruſtra renitentibus. Quę nolim ſic accipi, quaſi Tyrannidi faveam, quâ nullum

lum eſt monſtrum terrius, Deóque & hominibus magis exoſum. Aut quaſi eos probem Reges, qui jure illo *ἀντοκρατορικῷ* in ſubditorum perniciem abutuntur. Tantùm aſſero, Deum in Scriptura Regibus attribuere ſummum jus, non in ſingulos modo ſubditos, ſed & in omnes ſimul coactos.

Porrò, quia ſuperbi ſumus, nec alieno imperio facilè nos ſubmittimus, eadem Scriptura plurimis rationibus nos inflectit ad obſequium Summæ Poteſtati debitum. Inter alias hæc ſæpe urgetur, quod Reges *a Deo* ſunt, *qui Regna transfert & conſtituit*, Dan. 2: 21. & *dominatur in regno hominum, & quem vult conſtituit in eo*, Daniel. 4: 17. & 5: 21. *Per me*, inquit, *Reges regnant & Legiſlatores juſta decernunt*, Prov. 8: 15. Unde Paulus Rom. 13: 1. *Non eſt Poteſtas niſi a Deo*, & *quæ ſunt Poteſtates a Deo ſunt ordinatæ.* Exemplo ſit Judæorum Rex primus Saul, quem quidem conſtituit populus, 1. Sam. 11: 15; ſed præeunte Deo, qui eundem priùs elegerat, & Samuelem juſſerat illum ungere, 1. Sam. 9: 16. & detexerat *latentem inter ſarcinas*, 1. Sam. 10: ℣. 22. Itaque juxta legem Deuter. 17: ℣. 15. Regem à Deo electum populus conſtituit. Idem in Davide videre eſt, de quo ſic Deus, Pſal. 89. verſ. 20. *Exaltavi electum è populo, inveni Davidem ſervum meum.* Et in Solomone, de quo Idem Davidi, 2. Sam. 7: 21. *Suſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur è viſceribus tuis, & firmabo regnum ejus* Proinde Reges appellat Deus *Reges ſuos*, ut Davidem Pſal. 2. *Meus eſt Rex, illum elegi.* Et *Filios ſuos*, ut Salomonem, 2. Sam. 7; ℣. 14. *Ero illi in Patrem, & is mihi erit in filium.* Et *Chriſtos ſuos* ut paſſim. Et *Electos ſuos*, ut Saulem, 2. Sam. 21: ℣. 6. *In colle Saulis electi Domini.* Et *Paſtores ſuos*, ut Cyrum, Eſ. 44: ℣. 28. *Qui dicit de Cyro, Paſtor meus eſt.* Et *Servos ſuos*, ut Nabuchodonoſorum, Jerem. 27: ℣. 8. *Tradidi omnes terras iſtas in manum Nabucodonozoris Regis Babylonis, ſervi mei.* Et *Clypeos ſuos*, ut Pſal, 47. ℣. 10. *Dei ſunt clypei terræ:* ibi enim *clypei terræ* ſunt Reges terræ, juxta Kimchium & Aben-Ezram, ut Pſal. 89: ℣. 19. *Domini eſt Clypeus noſter, & Sancti Iſraelis Rex noſter.* Addo *ejus oleo inungi* Reges Pſal. 89: ℣. 21. *Oleo ſancto meo unxi eum.* Et ejus *ſolio* inſidêre, 1. Paral. 29: ℣. 23. *Sedit Solomon ſuper ſolium Domini.* Et ejuſdem *manu coronari* Pſal. 21: ℣. 4. *Impoſuiſti capiti ejus coronam auri puriſſimi.* Et eorum electionem per miracula ſanciri, Saulis puta & Darii per tonitrua. Et Deum inſpirare ſubditis Regii nominis reverentiam. Ita 1. Sam. 11: ℣. 7. *Cum pavor Domini in populum incidiſſet, omnes* ad mandatum Saulis Regis *quaſi unus homo egreſſi ſunt.* Et Regum ſaluti proſpicere, ut habetur Pſal. 144: ℣. 10. *Ipſe eſt qui dat ſalutem Regibus, qui eruit Davidem ſervum ſuum de gladio maligno.* Et per Angelos ſuos roborare; ita enim Angelus Danielis cap. 11. ℣. 1. *Ego anno primo Darii Medi ei adſiti; ut illum confirmarem, & roborarem.* Et eoſdem manu ducere, & munire virtute ſua, ut ea aggrediantur, quæ videantur alioqui ſuperare vires humanas: quod Cyro promittit his verbis, Eſa. 45: ℣. 1. *Ejus apprehendi dexteram, ut ſternam coram eo gentes, & lumbos Regum diſſolvam, & aperiam coram eo valvas, & portæ non occludentur. Ego tibi præibo, & inæqualia æquabo, & conteram portas æreas, & vectes ferreos confringam:* id eſt, centum Babylonis portas æreas, quas deſcribit Herodotus in Clio. Proinde cùm electus eſt Saul, *inſiluit in eum Spiritus Domini, & mutatus eſt in virum alium, & ei cor aliud Deus indidit*, 1. Sam. 10: ℣. 6, 9. Et cùm David illi ſuffectus eſt, Spiritus Domini à Saule recedens invaſit Davidem, 1. Sam. 16: ℣. 13, 14. Et Salomoni Deus dedit *ſapientiam & ſcientiam*, 2. Paral. 1: ℣. 12. *& animam intelligentem ad judicandum populum ſuum, & diſcernendum inter bonum & malum*, 1. Reg. 3: ℣. 9. Unde illud Proverb. 16: ℣. 6. *Divinatio eſt in labiis Regis*, id eſt, prudens ſagacitas in rebus conjectandis, dijudicandis, & præcavendis. Qua in Davide agnita exclamavit Sapiens illa Mulier. 2. Sam. 14: ℣. 19, 20. *Non licet deflectere ad dextrum nec ad ſiniſtram ab omnibus quæ loquitur Dominus meus Rex, &c. Dominus enim meus ſapiens eſt; ut Angelus Dei, ut intelligat quæcunque ſunt in terra.* Uno verbo; *Ut rivi aquarum, ſic animus Regis, eſt in manu Domini, qui quòcunque vult inclinat illum*; Proverb. 21: ℣. 1. Unde eſt quòd Oratione 9. Themiſtius picturas Aſſyrias memorat, in quibus ὁ νοῦς ὁ βασιλέως ἐν τῇ ὁ θεοῦ παλάμῃ δορυφορεῖται, *Regis animus Dei manu protegitur.* Ut cæciorem lebcride illum eſſe oporteat, qui non ultro agnoſcat Reges à Deo creari, & inſtitui, curáque ſpeciali regi, & protegi.

Quin privilegia, quæ diximus, non ſunt tam propria piis Regibus, ut non etiam malis pleraque conveniant. Quippe etiam mali Reges, & infideles, puta Pharao, Saul, Nabuchodonozorus, Cyrus, à Deo conſtituti ſunt. De Saule res patuit. De Pharaone dicit Deus, Exod. 9: ℣. 16. *Propter hoc te conſtitui, &c.* Et de Nabuchodonozoro, Dan. 2: ℣. 32. *Deus Cœlorum, Regnum, potentiam, virtutem, & gloriam dedit tibi.* Et Cyrus ipſe de ſe, Eſdr. 1. ℣. 2. *Omnia Regna terræ dedit mihi Deus Cœli.* Unde Auguſt. de Civit. Dei, lib. 5. cap. 21. *Qui Mario* imperium dedit, *ipſe Cajo Cæſari; qui Auguſto, ipſe & Neroni: qui Veſpaſianis vel patri, vel filio ſuaviſſimis Imperatoribus; ipſe & Domitiano crudeliſſimo. Et ne per ſingulos ire neceſſe ſit, qui Conſtantino Chriſtiano, ipſe Apoſtatæ Juliano.* Proinde etiam Scriptura vocat Saulem & Cyrum *Chriſtos* & *electos Domini* Nec minùs Saulem invaſit, quam Davidem Dei Spiritus. Et tam Dario, quàm Ezechiæ, adſuit Dei Angelus.

Neque Ethnicos id latuit, Reges à Deo creari. Atque eò pertinent Epitheta illa, quibus Homerus Regum commendat Majeſtatem, cùm illos appellat διογενεῖς & διοτρεφεῖς. Et quod illi Agamemnon Σκηπτοῦχος βασιλεὺς ᾧ τε Ζεὺς κῦδος ἔδωκε, *Rex eſt, cui ſceptri datus eſt honor ab Jove ſummo.* Sic in Theogonia Heſiodus; Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες. Et hunc imitatus Callimachus Hymno in Jovem, cæteris iis hoc ipſo Jovem præfert, quòd cùm ex Vulcano ſint Fabri, ex Marte Milites, ex Diana Venatores, & ex Phœbo Poetæ;

> Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες, ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων
> Θειότερον, τῷ καί σφε τεὴν ἐκρίναο λάξιν.
>
> *Ex Jove ſunt Reges, quia nil divinius uſquam eſt*
> *Regibus: & commune datum eſt his cum Jove*
> *regnum.*

Proinde Titus Imperator apud Aurelium Victorem; *Videtiſne Poteſtates fato dari? Fato*, id eſt, Dei Providentiâ. Et Plinius in Trajani Panegyrico: *Si adhuc dubium fuiſſet Sorte caſuque Rectores terris, an aliquo Numine darentur, Principem tamen noſtrum liquêret divinitus conſtitutum.* Et apud Stobæum de Monarchia Ecphantus Philoſophus Pythagoræus, *In terra & apud nos præſtantiſſima natura eſt homo; Rex autem inter homines diviniſſimus; at qui multùm ſupra naturam communem emineat; corpore quidem reliquis ſimilis, ut qui ex eadem materia conſtet,* ὑπὸ τεχνίτα δὲ εἰργασμένος λώστω, ὃς ἐτεχνίτευσεν αὐτὸν ἀρχετύπῳ χρώμενος ἑαυτῷ: *ſed ab optimo Artifice factus, qui fabricavit ipſum, archetypo ex ſeſe ſumpto.* Nempe res ipſa

1 Sam. 12: 18.
Herod. lib. 1.

ipſa per ſe loquitur. Nam ſi Dei Providentia extenditur ad aviculas, an credibile eſt hominem ſine Dei nutu, & certa Providentia, in ſummo rerum humanarum faſtigio collocari? Et abſque illo fieri poſſe, ut tanta hominum multitudo unius homuncioois imperio regi ſe ſinat, & pro eo vitam, fortunas & facultates omnes impendat?

Fruſtra objicitur, Magiſtratum à Petro vocari *ἀνθρωπίνην κτίσιν*, *humanam ordinationem*. Neque enim ideò dicitur *humana*, quòd ſit *juris humani*, aut homines habeat authores: ſed quia Principatus ab hominibus, & in homines exercetur. Sic *virga hominis* dicitur, quâ homines caſtigat Deus, 2 Sam. 7: 14. Et *tentatio humana*, quâ eos Idem tentat, 1 Corinth. 10: 13. De cætero vel ipſe Petrus apertè docet, *humanam* hanc *ordinationem* à Deo eſſe; cùm fideles illi *ſubjectos* eſſe jubet *propter Dominum*. Idem enim eſt, ac ſi dixiſſet, Id eſſe à Domino; quòd hominum, qui naturâ æquales ſuot, alii aliis ſubjiciuntur; ac proinde noſtrûm eſſe, vel in Authoris gratiam huic ordini nos ſubmittere. Et certè hæc perſuaſio, Sceptra Principibus à Deo tradi, valdè potens eſt ad obſequium incitamentum. Atque hinc iis omnibus, quibus eſt aliquis ſenſus pietatis, debet juſtus timor oboriri, ne ſi inſurgant in legitimum Principem, Deum ipſum in ſe provocent. Unde Paulus Rom. 13: 12. *Non eſt Poteſtas niſi à Deo, & quæ ſunt Poteſtates, à Deo ſunt ordinatæ. Itaque quiſquis ſe opponit Poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.* Et Tertullianus Apolog. cap. 33. *Imperatorem neceſſe eſt ſuſcipiamus, ut eum, quem Dominus noſter elegit.* Et Chryſoſt. homil. 1. de Davide & Saule; *καταφρονεῖς τοῦ συνδούλου, αἰδέσθητι τὸν δεσπότην· διαπτύεις τὸν κεχειροτονημένον, φοβήθητι τὸν χειροτονήσαντα. Contemnis conſervum tuum, reverere Dominum: deſpuis electum, reverere eum qui elegit.* Et Bernard. Epiſt. 170. ad Ludovicum VII. Regem Francorum: *Si totus Orbis adverſum me conjuraret, ut quidpiam molirer adverſus Regiam Majeſtatem; ego tamen Deum timerem, & ordinatum ab eo Regem offendere temerè non auderem. Nec enim ignoro ubi legerim, Qui Poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.* Itaque Eſſenorum ſolemne jusjurandum fuit, ſe Magiſtratibus fidem exhibituros: *οὐ γὰρ δίχα θεοῦ περιγίνεσθαί τινι τὸ ἄρχειν*, *neque enim ſine Deo quemquam imperium conſequi.*

Indidem colligere eſt, Reges à populo deponi non poſſe; nec, quod aiunt, tam poſſe Reges à populo deſtitui, quàm inſtitui. Ideò enim hæc falſa ſunt; quia nemo eſt, qui regnandi jus totum habeat à populo. Deus enim hìc habet ſuas partes, & quidem primas. Itaque hoc dato non conceſſo, populum poſſe adimere Regibus jus quod indulſit, tamen alio jure regnant Reges, quod non eſt penes populum; nempe jure divino: quod cùm ſolus Deus conceſſerit, ita ſolus poteſt repetere. Præterea, deponi Reges ob id ipſum non poſſunt, quod cùm ſint Reges ſui juris, ſunt & *αὐτόνομοι*, nec ampliùs pendent ab alieno arbitrio. Nobile eſt Valentiniani dictum lib. 6. Sozom. cùm ab univerſo exercitu in Imperatorem eſſet electus, *Quum primum Imperii ſymbola accepit, cùm milites inclamarent, ut alterum Imperii faceret participem; Me,* inquit, *Commilitones, in Imperatorem veſtrum eligere penes vos erat;* Ἐπεὶ δὲ εἵλεσθε, ὃ νῦν αἰτεῖτε οὐκ ἐν ὑμῖν, ἀλλ᾽ ἐν ἐμοί· καὶ χρὴ τοὺς μὲν ἀρχομένους ὑμᾶς ἡσυχίαν ἄγειν· ἐμὲ δὲ ὡς βασιλέα τὰ ποιητέα σκοπεῖν: *poſtquam verò elegiſtis, quod nunc petitis, non penes vos, ſed penes me eſt: & vos ut ſubditos decet pacatè degere; mihi verò ut Imperatori diſpiciendum eſt, quid facto ſit opus.* Sed fruſtra hæc hìc diſputantur; cùm Angliæ Reges non ſint *αἱρετοί*, ſed veri Reges; nec precarium à populo Regnum conſecuti ſint, ſed illud à multis inde ſæculis jure hæreditario poſſideant; & *gratiâ Dei ſunt id, quod ſunt.* Neque enim uſſibi gentium antiquius atque evidentius eſt Regni jus.

Secundum argumentum nobis ſuppeditant hæc Salom. Eccleſ. cap. 8: verſ. 2. *Serva os* (ſive mandatum) *Regis, etiam propter juramentum Dei;* quo ſcilicet tu te Regi obſtrinxiſti. Quippe nobis id cogitandum eſt, quanto ſcelere violetur Regibus fides data, quâ Chriſtiano homini nihil debet eſſe ſanctius; maximè cùm jurato & invocato Dei tremendo nomine promiſſa ſanciuntur. Nam ſi Deus *perdit omnes, qui loquuntur mendacium*, Pſal. 5: verſ. 7. & omnibus *mendacibus ſua pars* aſſignata eſt *in ſtagno ardenti igne & ſulphure*, Apoc. cap. 21: verſ. 8. quid de iis fiet, qui mendacio perjurium addunt, & Dei nomini ſic illudunt, Angelis ipſis terribili? Et non homines è vulgo, ſed ipſos Reges Sacramentis, ut pueros aſtragalis, falluot; idque in re longè graviſſima? Certè quiſquis pejerat; aut eſt prorſus atheus, & *in corde ſuo dicens, nullus eſt Deus, corrumpitur, & abominabilis fit in ſuis ſtudiis*: Pſ. 14. 1. aut cum Epicuro, Deum credit res humanas ſuſque deque habère, & perambulare cœli cardines, & nubes habère pro latibulo, nec noſtra conſiderare; Job. 22. 14. aut Deum, qui eſt ipſa veritas, facit, quantum in ſe eſt, fraudis patronum, & architectum, & mendacii receptatorem: quod idem eſt ac ſi Deum ſtuderet in Diabolum transformare; (abſit blaſphemia dicto.) Unde eſt, quòd tam gravia Deus perjuris interminatur, *ſe futurum contra illos teſtem ſubitum*, Mal. cap. 3: verſ. 5. *& maledictionem egreſſuram ſuper faciem omnis terræ, & invaſuram domum jurantis per ſuum nomen falsò, & in medio ejus commoraturam; donec ipſam cum lignis & lapidibus penitus conſumpſerit*; Zachar. cap. 5: verſ. 3, 4. Sic tota domus Saulis periit ob fidem Gabaonitis violatam; quam tamen à Joſua per fraudem impetraverat Gens maledicta. Et quod maximè ad rem facit, Sedecias ob ſpretum juramentum Nabuchodonozori præſtitum, Babylonem cum omnibus Iſraëlitis captivus abductus eſt: & poſt filios ipſo inſpectante trucidatos, oculis effoſſis tantæ cladi aliquandiu ſuperſtes, tandem miſerè periit. *Rebellavit*, inquit Eſdr. 2 Paral. cap. 36: 13. *contra Regem Nabucedonozorum, qui eum per Deum adjuraverat, &c. Itaque accenſus eſt æſtus furoris Domini in populum ſuum, ita ut non eſſet curatio.* Quod ipſum graviſſimis verbis intonat Ezechiel capit. 17. verſ. 13. *Rex Babyloniæ accipiens de ſemine regio pepigerat cum eo fœdus, & illum ad jusjurandum adigens, fortes iſtius regionis obſides acceperat, &c. Sed rebellavit Sedecias contra eum, miſſis in Ægyptum legatis, ut det ſibi equos, populumque multum. An proſperabitur, an effugiet qui facit iſta? Qui irritum fecit fœdus, an effugiet? Vivo ego, dicit Dominus, quod in loco illius Regis, qui Regem conſtituerat ipſum, cujus ſprevit jusjurandum, & ſolvit fœdus, in Babylonia nempe morietur, &c. Sprevit enim juramentum & ſolvit fœdus, poſtquàm dederat manum ſuam, & cùm omnia iſta fecerit, non effugiet. Vivo ego, inquit Dominus, quod juramentum, quod ſprevit, & fœdus quod ſolvit, reponam in caput ejus, & expandam ſuper eum rete meum, ut capiatur ſagenâ meâ. Et adducam eum in Babyloniam, & diſceptabo cum ipſo de prævaricatione ipſius, quâ prævaricatus eſt contra me; & omnes profugi ejus, cum univerſo ejus agmine, gladio cadent; & qui reliqui erunt, in omnem ventum diſpergentur; ut ſciatis me Dominum locutum eſſe.* En quæ fuerit cau-

cauſa excidii Urbis, & Templi tantâ pompâ extructi; quodque unicum toto orbe Dei nomini fuerat conſecratum. Nempe Sacramenti violatio, à Rege peregrino & tyranno & uſurpatore per vim extorti. Quantò graviùs ii peccaverint, qui fidem Regi fideli, & ſuo, toties datam non fefellerunt modò; ſed & ipſum morte multârunt; penes bonos & graves eſto judicium.

Tertium ſit argumentum, quod Rex eſt *caput populi* & quidem *ſummum*. Unde Sauli Samuel, 1. Sam. 15: 17. *Nonne cùm parvus eſſes in oculis tuis, caput Tribuum Iſraëlis factus es?* Et de ſeipſo David, *Poſuiſti me in caput gentium:* quia in Reipublicæ corpore Rex capitis vice fungitur. Porrò nulla ratio patitur, ut caput amputetur propter ſalutem corporis. *Manum* quidem & *pedem abſcindi*, & *oculum erui* jubet Chriſtus, ſi ſint ſcandalo: *At caput* amputari nuſquam præcipit, quia res eſſet monſtro ſimilis. Concil. Toletan. 4. cap. 74. *Quis adeò furioſus eſt, qui caput ſuum manu ſua propria deſecet? Illi, ut notum eſt, immemores ſalutis ſuæ, propria manu ſeipſos interimunt, in ſemetipſos, ſuoſque Reges proprias convertendo vires.*

IV. Regem eſſe *patriæ patrem* omnes agnoſcunt. Sic Ulyſſes apud Poëtam,

Λαῶν, οἷσιν ἄνασσε, πατὴρ ὣς ἤπιος ἦεν.

Subjectos populos placidè patris inſtar habebat.

Et Xenoph. lib. 8. Cyrop. *Ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ, bonus Princeps à bono patre nihil differt.* Et in Charondæ Legibus apud Stobæum Principes ſubditis præſunt, *καθάπερ τέκνων ἰδίων, tanquam propriis liberis.* Et Muſonius Regem deſcribit *ζηλωτὴν τοῦ Διὸς ὄντα, καὶ πατέρα τῶν ἀρχομένων, Jovis æmulum, & patrem eorum quibus imperat.* Proinde Regem Saulem David compellat patris nomine, 1. Samuel. 24: ỳ. 12. Atque hac eadem patrum appellatione Reges ſignificari 1. Sam. 12: ỳ. 15. docet Kimchius Doctor Hebræus: כי הארון לעם כמו האב לבן, *quia Dominus ſe habet ad populum quomodo pater ad filium.* Neque aliter ſumunt Græci Interpretes, qui pro Hebræo ולאבתיכם habent, *καὶ ἐπὶ τῶν βασιλέων ὑμῶν.* Inde Palæſtinæ Regibus *Abimelechi* cognomen, non ſolùm Abrahami & Iſaaci, ſed etiam Davidis temporibus: cujus æqualis Rex Achis nominatur *Abimelech*, id eſt, *pater meus Rex*, in titulo Pſalm. 34. Porrò filiis in patrem inſurgere, & violentas manus inferre, nulla lege permiſſum eſt. Quin Deut. 13: 7, 8. cùm Judæi jubentur uxores, fratres, liberos ſine ulla miſericordia neci dare, ſi quem ad idololatriam incitaverint, altum eſt de patre ſilentium. Nempe patrum reverentiam ex filiorum animis excuti Legiſlator nulla ratione paſſus eſt.

V. Aliud Argumentum ſuggerunt hæc Davidis, cùm ad Saulis cædem provocaretur, 1. Sam. 24: ỳ. 7. *Abſit ut hoc faciam in Dominum meum.* Quibus verbis ideò ſe à cæde Regis abhorrere teſtatur, quòd eum pro Domino agnoſcat. Servis autem non modò Dominum interficere, ſed & periclitantis vitam negligentiâ ſuâ prodere, lethale crimen eſt. Itaque Davidis judicio Abner & alii Saulis ſatellites rei mortis erant, eò quòd in bello ſui Domini cuſtodiam neglexiſſent, 1. Samuel. 26: ỳ. 16. Nec Dominorum pravitas ſervos ab officio ſuo diſpenſat. Ait enim Petrus Apoſtolus: *Servi ſubditi eſtote in omni timore, Dominis,*

1 Petr. 2: 18.

non tantùm bonis & æquis, ſed etiam σκολιοῖς, perverſis. Verbum σκολιὸς, quod propriè obliquum ſonat, ad mores tranſlatum, pro pravo & perverſo ſumitur. Heſiodus;

Ῥεῖα δ' ἰθύνει σκολιὸν καὶ ἀγήνορα κάρφει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης.

Corrigit obliquum facilè, extenuatque ſuperbum
Juppiter altitonans.

Σκολιὸν obliquum, id eſt, pravum. Pro σκολιοῖς, Vulgatus Interpres legit δυσκόλοις dyſcolis, id eſt, moroſis. Sed Græca exemplaria, quotquot ſuperſunt, habent σκολιοῖς; & Syrus ܠܩܫܝܐ ܘܠܥܩܡܐ (Syrum porrò ܥܩܡ per metath. factum ex Ebr. עקש) *Duris & perverſis*; & Arabs אלגלט אלגלאט *iis qui ſunt perverſa natura:* Et Æthiops לאכרנני *pravis.* Quæ lectio meliùs cohæret cum iis quæ ſequuntur, *hoc enim gratum eſt ſi quis propter conſcientiam Dei ſuſtinet moleſtias: πάσχων ἀδίκως injuſtè patiens.* Nam ſub δυσκόλοις *moroſis* Dominis ſæpe indigna pati cogimur; ſub σκολιοῖς *perverſis* etiam ἄδικα *injuſta.* Et Prov. 4: ỳ. 4. junguntur σκολιὸν στόμα, καὶ ἄδικα χείλη, *perverſum os, & injuſta labia.* Et Prov. 28: ỳ. 11. ὁ πορευόμενος δικαίως, *qui juſtè incedit, &* ὁ σκολιαῖς ὁδοῖς πορευόμενος, *qui obliquis* ſeu perverſis *viis incedit*, ſibi mutuò opponuntur. Omninò igitur ii Domini, ſub quibus injuſta patimur, non ſolùm ſunt δύσκολοι *moroſi*, ſed & σκολιοὶ *perverſi.* Atque ita ſcripſit Apoſtolus: adeòque vult ut σκολιοῖς perverſis Dominis in omni timore ſubditi ſimus. Quod ne quis ſic accipiat quaſi ſolo metu eò adigamur, addit *propter conſcientiam Dei*, ſeu erga Deum: quomodo Paulus, *neceſſe eſt ſubjici, non ſolum propter iram, ſed & propter conſcientiam.*

VI. Præterea quod toties in Scriptura repetitur; *Nolite tangere Chriſtos meos*; & *abſit à me ut mittam manum in eum, qui eſt Chriſtus Domini*; & *quis mittet manum in Chriſtum Domini, & erit innocens?* & *quomodo non timuiſti manum extendere in Chriſtum Domini*; & *os tuum locutum eſt adverſum te dicens, Ego interfeci Chriſtum Domini?* Quòd, inquam, in Scriptura toties hoc repetitur, docet non modò illicitum eſſe tangere Chriſtos Domini; ſed & ob id ipſum eſſe illicitum, & eorum perſonas ideò ſacras & inviolabiles haberi; quia ſunt Chriſti Domini. Nempe ſua unctione Deus Reges ſecrevit à vulgo hominum, ut ne cuiquam lædendi animo liceat illos vel minimùm attingere. Ut hæc unctio ſit inſtar ſepis illius, quâ Jobum obſepſerat, aut ut fines monti appoſiti, ut ne liceret accedere. Quin hæc unctio tanti eſt momenti, ut per illam à Deo dicantur generari Reges, Pſalm. 2: 6, 7. Et Saul, cùm in Philiſtæos bellum ſuſcepit, legitur *filius fuiſſe unius anni* 1. Sam. 13: 1. quia ab unctionis tempore ſolùm annus effluxerat. Quaſi tum primùm natus eſſet, cùm unctus eſt in Regem & mutatus in alium virum, 1. Sam. 10: 6, 9. Quin etiam apud Ethnicos dies ἀναῤῥήσεως electionis Imperatorum, *natalis* dicebatur. Balſamon ad Photii Nomocanonem: Νατάλια δέ εἰσι τὰ τῶν βασιλέων γενέθλια, καὶ ἡ τούτων ἀνάῤῥησις: *Natalia ſunt Imperatorum genitalis dies, & ipſorum electio.* Sic apud Spartianum Adrianus tertio Iduum Auguſti die, *natalem imperii inſtituit celebrandum:* & Conſtantinum Naiſſi Daciæ natum, Britannias *illic oriendo*, id eſt, Conſtantino Chloro Patri ſuccedendo, *nobiles feciſſe* Panegyriſtes notavit. Fateor quidem Sacerdotes ſummos, quamvis eodem quo Reges oleo ungerentur, potuiſſe deponi & occidi. Sic Sacerdotem Abiatarem non modò depoſuit Solomon, ſed & reum mortis pronuntiavit. Nec propter unctionem ei pepercit, ſed quia Davidi patri ſemper adſuerat 1. Reg. 2: ỳ. 26. Sed in eadem materia diverſam fuiſſe formam & ungendi ritum in Rege & Sacerdote Ebræorum ſcripta nos docent. Diverſa etiam fuit unctionis ſignificatio: quia alia Regi χαρίσματα, alia Sacerdoti conferri oportuit. Nec fruſtra eſt, quòd ſoli Reges appellantur Chriſti Domi-

1. Petr. 16. 22.
Pſal. 105. 14.
1. Sam. 24: 7. & 26: 9.
2. Sam. 1: 14. 16.

Domini; cùm ſacerdotes etiam & Prophetæ uncti fuerint. At, inquiunt, ſi ratione unctionis olim ſacri ſuêre Reges, hodie hoc fruſtra proferatur; cùm vel non ungantur prorſus, vel humano ritu ungantur; nec illo oleo, quod ſub Lege Deus inſtituerat. Reſpondeo, ſigno abolito manêre tamen gratiam: nec tam unctionis externæ quàm internæ ratione Reges dici unctos Domini. Nam, ut de Chriſto taceam & Patriarchis, quos unctionis internę & ſpiritualis ratione *Chriſtos Domini* dici apud omnes in confeſſo eſt, etiam Cyrus Rex Ethnicus, quique oleo viſibili nuſquam unctus eſt, tamen *Chriſtus Domini* ab Eſaia nominatur. Itaque quiſquis eſt Rex legitimus, hoc ipſo eſt *Chriſtus Domini*.

VII. Addo, haud dubiè Regibus primariò & præcipuè convenire, quod Scriptura Magiſtratibus indulget, *Deorum* nomen; ut Exod. 21: 6. *Siſtet eum Dominus ſuus* אל האלהים *ad Deos*. Et Exod. 22: 28. *Diis non maledices*, id eſt, *Principi populi tui*, ut ibidem explicatur. Et 1 Sam. 2: 25. *Si vir in virum peccaverit, judicabunt ipſum Dii*. Et Pſalm. 82: 6. *Ego dixi, Dii eſtis & filii Excelſi omnes*. Proinde Pſalm. 45. Rex Solomon ſemel atque iterum *Deus* vocatur. Quod quidem ad Chriſtum refert Apoſtolus, Solomonis typo adumbratum. Sed ſenſus typicus literalem non excludit, imò ſupponit. Itaque etiam Solomon ſuo modo fuit Deus. Nempe, ut rectè Diotogenes Pythagoræus apud Stobæum, Ὁ βασιλεὺς ἀρχὰν ἔχων ἀνυπεύθυνον, καὶ αὐτὸς ὢν νόμος ἔμψυχος, θεὸς ἐν ἀνθρώποις παρεσχαμάτισται. *Rex cùm imperium habeat nulli obnoxium, & ſit ipſe viva Lex, Dei inſtar eſt inter homines*. Et Ecphantus ejuſdem ſectę: Ὅπερ ἐστὶ μὲν τῷ θεῷ, ἐστι δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ, αὐτῷ μὲν ἄρχειν (ἀφ' ὅπερ καὶ ὁ αὐτάρκης καλεῖται) ἄρχεσθαι δ' ὑπ' οὐδενός. *Quod Deo quidem ineſt, ineſt & Regi; ut ſibi ipſi imperet; unde vocatur* αὐτάρκης, *nulli autem ſubjiciatur*. Proinde in ſuum Regem quiſquis inſurgit, eſt Gigas θεομάχος: & in eum quadrat illud Poëtę, Iliad. E. verſ. 407.

> Ὅττι μάλ' οὐ δηναιὸς, ὃς ἀθανάτοισι μάχοιτο,
> Οὐδέ τι μιν παῖδες ποτὶ γούνασι παππάζουσιν,
> Ἐλθόντ' ἐκ πολέμοιο, καὶ αἰνῆς δηϊοτῆτος.
> *Diis auſus pugnare diu non veſcitur aurâ*
> *Vitali, blandáque tamen hunc non nominat infans,*
> *Voce genu innixis reducem ex certamine diro.*

Et cùm illum perſequetur juſta Nemeſis, jure merito exclamabit cum Diomede Æneid. lib. 11.

> *Hæc adeò ex illo mihi jam ſperanda fuerunt*
> *Tempore, cum ferro cœleſtia corpora demens*
> *Appetii.*

VIII. Nec prętereundum quod Samuel juſſus Iſraëlitis *jus Regum* ediſſerere 1 Sam. 8: 9. *Hoc*, inquit, *eſt juris Regis. Qui regnabit ſuper vos, filios veſtros tollet, & imponet curribus ſuis*, &c. & *accipiet ad arandos agros ſuos & ad metendam meſſem ſuam*, &c. *& filias veſtras accipiet in unguentarias, coquas, & piſtrices. Agros etiam veſtros & vineas & oliveta optima accipiet, & dabit ſervis ſuis. Semina quoque & vineas veſtras decimabit, & dabit Eunuchis & ſervis ſuis, ſervoſque veſtros & ancillas, & juvenes præſtantiſſimos & aſinos accipiet, adhibebitque ad opus ſuum. Greges quoque veſtros decimabit & eritis ei ſervi*. Ait hęc eſſe *juris Regis*; non quòd coram Deo juſta ſint. Nec enim David Uriæ uxorem, nec Achab Naboto vineam eripere potuerunt ſine crimine: ſed quia hujuſmodi ſcelera Reges tam impunè perpetrant, quam ſi eſſent maximè licita. Ideò additur populum ita *oppreſſum, Deum imploraturum*; quia contra vim Regis nulla ſunt humana remedia. Monarchię enim, id eſt, Regibus, ἔξεστι ἀνευθύνως ποιέειν τὰ βούλεται: *pro libitu licet omnia impunè agere*; ita Otanes apud Herodotum. משפט hoc loco nonnulli *morem* explicant, ut 1 Sam. 2: 13. & 1 Reg. 18: 28. ubi Ebr. כמשפטם LXX. reddunt, κατὰ τὸν ἐθισμὸν αὐτῶν. Tamen iidem hîc habent δικαίωμα; & Vulgata *jus*, & Chald. נמוסא *legem*. Et ex Hebr. Maimonides & Rabbi Joſe apud Kimchium volunt hęc verè eſſe *juris Regis*.

IX. Liceat etiam cum Veteribus argumentari ex his Davidis Pſalm. 51: 6. *Tibi ſoli peccavi*, id eſt, Chryſoſt. interprete, Sermon. 2 in Pſal. 50. Βασιλεὺς ἤμην, σὲ ἐφοβούμην μόνον: Et Hieronymo Epiſt. 46. ad Ruſticum; *Rex eram & alium non timebam*. Proinde idem Epiſt. 22. ad Euſtochium; *Ad Dominum David pœnitens loquitur, Tibi ſoli peccavi*, &c. *Rex enim erat, alium non timebat*. Et Ambroſ. in Pſalm. 50. *Rex utique erat, nullis ipſe legibus tenebatur; quia liberi ſunt Reges à vinculis delictorum: neque enim ad pœnam ullis vocantur legibus, tuti imperii poteſtate; homini ergo non peccavit, cui non tenebatur obnoxius*. Et Arnob. ad eundem Pſalm. *Omnis, qui ſub judicio vivit, cùm deliquerit, peccat Deo, peccat & legibus mundi: Hic autem Rex ſub nullo alio, niſi ſub ſolo Deo agens, ipſum ſolum ſuper poteſtatem ſuam metuens, ſoli Deo peccavit*. Et Otto Friſing. Epiſcopus ad Fredericum Ænobarbum; *Soli Reges, utpote conſtituti ſupra leges, Divino examini ſunt reſervati, ſeculi legibus non cohibentur; unde eſt illud tam Regis quam Prophetæ, Tibi ſoli peccavi*. Et è Recentioribus Petrus Martyr, apud Vos olim Doctor celeberrimus, in hæc ejuſdem Davidis 2 Sam cap. 2: v. 13. *Peccavi Domino; conjungere hæc verba poſſumus, cum illis quæ in Pſalm. 51. ponuntur*, Tibi ſoli peccavi: *non quod non peccâſſet in homines, ſed ſuperiores non erant qui poſſent eum judicare*. Et inter Judæos Rabbi Nachman, Scripturæ interpres non incelebris, idipſum colligit ex eo quod dicit idem David Pſalm. 17. *A facie Dei judicium ſuum egredi*, ac ſi diceret, ſe tanquam Regem à ſolo Deo judicandum; quia אין בריאה דן המלך אלא הקב״ה, *nulla creatura judicat Regem, ſed ſolus Deus benedictus*.

X. Præterea, cùm in regno *gladii jus* nulli competat, præterquam ipſi Regi, aut iis quibus à Rege id conceſſum eſt, peto, quo jure quis audeat in ſummum Principem animadvertere: utrum jure conceſſo, an uſurpato? Si conceſſo dixerit, rurſus petam, à quo conceſſo? Utrum à Principe vel ab alio aliquo præter Principem? Si à Principe reſpondeat, hoc ipſo erit ridiculus: quia non eſt credibile Principem ulli indulgere jus gladio in ſe ipſum utendi. Trajanus quidem gladium Prætorii Pręfecto tradens legitur his verbis uſus: Λάβε τὸ ξίφος τοῦτο, ἵν' ἂν μὲν καλῶς ἄρχω, ὑπὲρ ἐμοῦ, ἂν δὲ κακῶς, κατ' ἐμοῦ αὐτῷ χρήσῃ; *Accipe hunc gladium, quo ſi benè imperavero, pro me; ſi malè, contra me utaris*. Sed hæc non dixit citra hyperbolen; neque aliud voluit per hæc verba intelligi, quàm ſe futurum bonum Principem. Nam ſi verè Pręfecto ſuo gladii jus in ſe dediſſet, hoc ipſo ſe exuiſſet Principatu, & gladii jus ſibi ademptum in ipſum tranſtuliſſet. Quod ne fieri quidem poſſe Ebræi Doctores his verbis aſſerunt in Tractatu Sanhedrin, הרב שמחל על כבודו כבודו מחול מלך שמחל על כבודו אין כבודו מחול. *Si magiſter remittat honorem ſuum, remittitur ille; at ſi Rex remittat honorem ſuum, ille non remittitur*: quia ſcilicet publicam perſonam ſuſtinet: & ſi quid contumeliæ pateretur, id non illi ſoli, ſed toti regno eſſet indecorum. Proinde Politici aſſerunt hoc uno caſu poſſe Regi reſiſti, ſi

Rex tradere regnum, aut alii ſubjicere moliatur. Quò referunt illud Senecæ; *Et ſi parendum in omnibus patri, in eo non parendum, quo efficitur ne pater ſit.* Itaque quantamcunque in alium transferat Princeps poteſtatem, ſemper manet ſuperior. Sic Pharao Joſephum toti Ægypto ita præfecit, ut tamen major illo manèret ratione ſolii, Gen. 41: ℣. 40. Ut hic locum habeat illud Apoſtoli 1. Cor. 15: ℣. 27. *cùm dicit omnia ei ſubjici, palam eſt eum excipi, qui ſubjecit ei omnia.*

XI. Etiam hoc reputandum, quæ bona Regum interventu Deus in nos conferat, & quàm meritò Reges in Veteri Teſtamento [a] נדיבים *munifici* & in Novo εὐεργέται [b] *benefici* dicantur. Nempe Princeps [c] *Dei miniſter eſt tuo bono.* [d] *Vis non timere Poteſtatem, bonum fac & laudem ab eo conſequêris.* Nam [e] Præſides à Rege mittuntur *in laudem benè agentium; &* [f] *in luce vultus Regis eſt vita; & benevolentia ejus, eſt ut nubes pluviæ ſerotinæ; &* [g] *illius favor eſt ſicut ros ſuper herbam;* & *Rex* [h] *ſedens ſuper ſolium judicii ſui diſſipat oculis omne malum. Rex eſt* [i] *ſpiritus narium noſtrarum;* & *ſub umbra illius vivimus inter gentes. Idem eſt* [k] *clypeus noſter; &* [l] *arma noſtra bellica;* & [m] *in illius pace nobis eſt pax.* [n] *Illo uno vigilante nos ſecurè dormimus,* [o] *tranquillamque & quietam vitam agimus, cum omni pietate & honeſtate.* Aliquoties in libro Judicum Iſraëlitæ dicuntur ruere in omne nefas, [p] quia, *cum illis diebus Rex non eſſet in Iſraële, unuſquiſque quod ſibi videbatur hoc faciebat.* Proinde locuſtas miratur Solomon [q] *cum Regem non habeant agminatim procedere.* Denique Rex in populo fideli eſt [r] *lucerna coram Deo in Jeruſalem*, atque eo moriente [s] *extinguitur lampas Iſraëlis.* Ita ut [t] dimidiam populi partem perire præſtet; quia Rex *unus computatur pro decem millibus*; id eſt, pro numero infinito. Unde eſt quòd orare [v] jubemur pro ſalute Regum, & pro iis offerre [x] Deo *preces, obſecrationes, interpellationes, gratiarum actiones*; & quòd eos proſequimur fauſtis acclamationibus [y] *vivat Rex*, [z] *Vivat Rex Solomon*, [aa] *ô Rex, vive in æternum*; & quòd apud Davidem vita Saulis, licet hoſtis & impii, & à Deo rejecti; [bb] tamen יקרה *pretioſa fuit*, & [cc] גדלה *magni fuit habita.*

XII. Sed ut in Arca fœderis cum Urna mannæ etiam [dd] Virga fuit incluſa; Ita iisdem Regibus, per quos tot bona largitur Deus, etiam *virgam* committit, [ee] *virgam*, inquam, *ferream*, quâ rebelles *conterantur, & confringantur ut vas figuli.* Unde Paulus de Principe; [ff] *Si malum feceris time, non enim fruſtra gladium geſtat. Nam Dei miniſter eſt, ultor ad iram ei qui malè fecerit.* Et Petrus; per eum *mittuntur* Præſides [gg] *ad ultionem maleficorum.* Et Solomon, *diſſipat impies Rex ſapiens, & convertit in eos rotam*; nempe ut illos comminuat & trituret granorum inſtar: aut ut David Ammonitas, & Damaſceni Galaaditas. Proinde Prov. 16: ℣. 14. *ira Regis eſt ut Angeli mortis*, id eſt, præſentem mortem affert, ut illi Angeli per quos Deus perimit impios; qui Davidi *Angeli malorum.* Rurſus Prov. 20: 2. *Tanquam leunculi rugitus eſt ira Regis: qui provocat eum peccat contra animam ſuam*, id eſt, contra ſeipſum. Quomodo Paulus Rom. 13: ℣. 2. *Qui Poteſtati reſiſtunt, ſibi ipſis afferent condemnationem:* eámque non ſolùm à Rege, ſed & à Deo, Prov. 24: 21, 22. *Time Dominum & Regem, & cum rebellibus ne te admiſceas. Quia calamitas eorum derepente ingruet, & contritionem utriuſque quis ſcit?* Id eſt, quis novit cladis tempus, tam à Deo quàm à Rege imminentis? Atque ob id ipſum, quod illud tempus homines latet, quiſquis crimine rebellionis ſe ſentit implicatum, optimè ſibi conſulet, ſi maturè ſecedat, nec perſeveret

a Job. 34: 18. Prov. 8: 16. & 19: 6.
b Luc. 22: 25.
c Rom. 13: 4.
d Rom. 13: 3.
e 1. Petr. 2: 14.
f Prov. 16: 15.
g Prov. 19: 12.
h Prov. 20: 8.
i Lam. 4. 20.
k Pſal. 89 10.
l 2. Sam. 1: 27.
m Jer. 29: 7.
n Plut. Apoph.
o 1. Tim. 2. 2.
p Jud. 17: 16. & 18. 1. & 19: 1. et 21: 25.
q Prov. 30: 27.
r 1. Reg. 11. 36.
s 2. Sam. 21: 17.
t 2. Sam. 18: 1.
v Jer. 29: 7.
x 1. Tim. 2. 2.
y 1. Sam. 10: 24.
z 2. Reg. 1: 12.
aa 1. Reg. 1: 34. 39.
bb 1. Sam. 26: 21.
cc Ibid. v. 24.
dd Ebr. 9. 4.
ee Pſal. 2. 9.
ff Rom. 13: 4.
gg 1. Pet. 2 4.
Prov. 20: 26.
Eſa. 28 28.
2. Sam. 12. 31.
Amos. 1: 3.
Pſal. 78. 49.

in re mala, Eccl. 8: ℣. 2. & exitium impendens pœnitentiâ prævertat. Pœnæ quidem rebellium propter cauſas nobis ignotas aliquando differuntur; & pravis ſæpe machinationibus blandiri videtur ad tempus alicujus umbra ſucceſſûs: ſed Deus tandem excitatur, & ſupplicii tarditatem gravitate compenſat; ad inſtar machinæ bellicæ, quæ lentè quidem procedit, ſed ſemel admota graviter ferit.

Exempla ſi quærantur, quibus hic maximè eſt attendendum; nos hic ea non afferemus, quæ magno numero colligi poſſent ex Profanis Scriptoribus: puta quod de Cæſaris percuſſoribus obſervat Suetonius; *Percuſſorum autem ferè neque triennio quiſquam amplius ſupervixit, neque ſua morte defunctus eſt. Damnati omnes, alius alio caſu periit; pars naufragio, pars prælio; nonnulli ſemet eodem illo pugione, quo Cæſarem violaverant, interemerant.* Nec iis immorabimur, quæ in Scripturis ſunt peregrina & alterius gentis quàm Judaicæ. Quale quod partim ex Hiſtoria Sacra 2. Reg. 17: ℣. 17. & Eſa. 37: ℣. 38. partim ex Beroſo apud Joſeph. lib. 10. cap. 2. diſcere eſt, Sennacheribi percuſſores parricidio ſuo jure Regni excidiſſe, & præcipiti fuga ſe proripuiſſe in Armeniam; ubi à patria extorres, & ſuæ gentis deliciis orbati, vitam ægram & anxiam miſerè egerunt inter Barbaros. Et quod habetur Eſther. 2: ℣. 21. de duobus illis Eunuchis ad Gemonias tractis propter molitionem in Aſſuerum, Mardocheo indice apertam. Nec ſeditiones memorabimus à Judæis excitatas, antequam Reges haberent; & Coren, Dathanem & Abiramum vivos terram abſorpſiſſe; eò quòd in Moſem inſurrexiſſent, Num. 16: ℣. 32. & Abimelechum, Reipublicæ ſtatum ſubvertere conatum, in medio curſu victoriarum à muliere molæ fragmine cæſum, pudendam mortem obiiſſe; Jud. 9: ℣. 53. Sed neque docebimus quàm male Judæis ceſſerint defectiones in Reges & Magiſtratus alienigenas: ut Oſeæ, qui à Salmanaſſare captivus abductus eſt cum Iſraelitarum gente univerſa propter conſilia cum Ægypti Rege Soo in ipſum inita: & Joachimo & Sedeciæ, quos perduellionis reos Babylonem deportavit Nebucadnetſar, vinctos duplici catena: & huic quidem oculos filiorum cæde contemeratos crudeliter effodi juſſit. Illis item, qui occiſo Godolia Legato Regis in Ægyptum fugêrunt, atque inibi gladio, fame & peſte conſumpti ſunt. Et Galilæis, *quorum ſanguinem miſcuit Pilatus ſacrificiis ipſorum*, Luc. 13: ℣. 1. Et horum anteſignano Judæ Galilæo; qui cùm temporibus defectionis multum ſeduxiſſet populum, & ad defectionem ſollicitâſſet, cenſum nihil aliud quàm manifeſtam ſervitutis profeſſionem eſſe dictitans, tandem ipſe malè periit, & *omnes qui aſſenſum illi præbuerant huc illuc diſperſi ſunt.* Et Theudæ præſtigiatori, cui *adhæſerat numerus virorum circiter* 400. quibus perſuaſerat ſe Jordanem verbo ſciſſurum, & facilem illis evadendi viam præbiturum. Sed, eo à Cuſpio Fado in ipſo rebellionis limine & molimine oppreſſo, ſectarii omnes diſſoluti ſunt, & ad nihilum redacti. Et Ægyptio latroni, qui pro Propheta ſe gerens, primo ſolùm *quater mille*, deinde creſcente numero triginta circiter Sicariorum millia ſuis præſtigiis ad ſe pertraxit, & eorum ope conatus eſt per montem Olivarum Hieroſolymam occupare: ſed à Fœlice repulſus fugit cum paucis; & Sicariorum plerique capti temeritatis ſuæ pœnas luêrunt.

His, inquam, omiſſis, ſolùm dicemus, quo fato perierint, qui in Judææ Reges ſeditiones excitârunt, aut ipſorum vitæ inſidiati ſunt. Et ſtatim ſe offert Achitophel, qui cùm Abſalomi conſpirationi adhæſiſſet, res non ſucceſſuras præ-

Joſeph. Ant. l. 17. c. 12.
Act. 5: 37. Joſ lib. 20. c. 2.
Act. 5: 36. Joſeph de bello Jud. lib. 9 c. 1.
2. Act. 21. 38.
2. Sam. 17. 2. 3.

vi-

videns, vitam finiit ſuſpendio. Et Abſalom ipſe, [Ib. 18:7.] qui cùm è prælio turpi fuga ſe ſubduceret, poſt viginti millia ſuorum cæſa hæſit inter arbores in perplexitate ſylvæ, atque inibi jaculis conſoſſus eſt. Et Seba filius Bicri auſus levare manum & tubà clangere contra Davidem; cujus [2 Sam. 20: 22.] caput amputatum Abelitæ ex urbis ſuę mœnibus ad Joabum projecerunt. [1 Reg. 2: 8, 9.] Et ejus Semei, qui Regem atrociſſimis maledictis impetiverat, [2 Sam 4: 12.] cani in inferos demiſſi. [2 Sam. 3: 27.] Et parricidæ Regis Isboſetb, [1 Reg 2. 26.] qui capite luerunt, illo judice & vindice, à quo mercedem ſceleris expectaverant. Et Abner, qui Rege ſuo prodito, ipſe à Joabo non multò poſt per proditionem eſt interfectus. Joab viciſſim & Adonias eodem fato interempti, cùm in Solomonem conſpiràſſent. Et Abiatar criminis particeps à Sacerdotio depoſitus poſt tot merita in Davidem, quorum ratione Solomon ipſius vitæ pepercit.

Hęc ad Solomonem uſque, cujus idololatriam punivit Deus regni dilaceratione, quæ ſub Roboamo contigit. Inde duo Regna Judæis; unum Judę Hieroſolymis penes Davidis poſteros, ſub quo Tribus Judę & Benjamin: alterum Iſraëlis dictum eſt, ad quod pe tinebant decem Tribus rebelles. In regno Judę, quod à Salomonis obitu in captivitatem Babylonicam duravit annos plus minùs 400. tres omninò Reges ſuorum inſidiis appetiti & cæſi ſunt. Joas, Amaſias, & Amon. Sed ut illum, qui Deo nominatim [Lev. 24: 10, 11.] maledixerat, hybridam fuiſſe Moſes obſervat, id eſt, à Patre Ægyptio & matre Judæa natum; quaſi in hominem merè Judæum non potuerit cadere tantum ſcelus; ita Joaſi parricidas, qui primi in Regno Judæ Regum ſuorum [2 Par. 24: 26.] cæde manus polluerunt, & iis qui ſecuti ſunt, exemplo ſuo præiverunt, Eſdras notat ex imparibus parentibus fuiſſe editos; atque eorum unum Ammonitidem, alterum Moabitidem matrem habuiſſe. Et his quidem non fuit impune. Nam Amaſias filius firmatis Regni rebus in eos animadvertit. Sed de illis quid ſit actum, qui Amaſiam in urbe Lakis pari ſcelere confoderunt, Sacra Hiſtoria non obſervat. Et eos evaſiſſe veriſimile eſt, quia Amaſiæ filius Ozias tunc erat puer, & propè infans. Quin inter Amaſiam & Oziam fuit interregnum annorum undecim, ut ex ipſa annorum ſerie Chronologi evincunt neceſſariis rationibus. Itáque cùm per aliquot annos Judæi ſine Rege fuerint, in illo interſtitio temporis aliquid remitti potuit de vigore & rigore legum. Nempe, ut jam antè eſt obſervatum, *cùm nullus eſſet Rex in Iſraële, unuſquiſque faciebat quod rectum erat in oculis ſuis.* Sed Lakiſæis, in quorum oppido ipſis conſciis ſcelus patratum fuerat, audi quid minetur Michęas, qui ſub Oziæ filio Jothamo prophetavit: [Mich. 1: 13.] *Junge currum veredo ô habitatrix Lakis, origo peccati ipſa eſt filia Sion; quia in te inventa ſunt defectiones Iſraëlis.* Id eſt, ut rectè Junius, *fuge, quam poteris maximè & contentiſſimè, non effugies tamen; cùm Regem tuum ad te fugientem non ſiveris effugere. Lakiſæi enim cives conſcii, adeóque authores fuerunt Jeroſolymitanis illius perfida conſpirationis contra Regem Amaſiam conflata. Et rea es earundem defectionum, quibus tenentur Iſraëlita; cùm hoc tuo facto peraque à domo Davidis defeceris.* Atque hoc vaticinium ſera quidem, ſed ſeriâ & gravi vindictâ impletum eſt annis circiter centum poſt Amaſiæ parricidium: cùm Lakis ab univerſis [2 Reg. 18: 14. 2 Par. 32. 9. Eſa. 36. 2.] Sennacheribi copiis oppugnata eſt & expugnata. Supereſt unus Amon Manaſſis filius, qui ab idololatris [2 Reg. 21 23 24 & 22, 1. 2 Par. 33. 24. 25. & 34. 1.] corruptus, ab iiſdem in regiis ædibus confoſſus eſt, anno regni ſui ſecundo. Sed populus conjuratorum impietatem execratus, commeritis illos omnes affecit ſuppliciis: & Joſiam filium tum octennem paterno ſolio impoſuit; cui piè ac fœliciter inſedit per annos XXXI. Hęc de Judę Regibus per annos ferè quadringentos, ut jam diximus.

At in Iſraëlis Regno, quod fuit longe brevius (nempe, ſi Euſebio credimus, annor. CCL. certè non multò plurium) hujuſmodi cædium exempla multò fuere frequentiora. Nam primo defectionis authori Jeroboamo qui ſucceſſit filius Nadab, tantùm regnavit biennium; quo exacto cùm Gibbethonem Philiſtęorum urbem obſideret, Bahaza illi bellum intulit, & victum interemit cum univerſa familia; atque ita regnum invaſit. Sed pœna talionis mox ſecuta eſt. Nam ut Jeroboamo Nadab filius, ita Bahazæ ſucceſſit filius Ela: atque ut Nadab à Bahaza, ita Ela cęſus eſt à Zamrio; uterque anno regni ſecundo, uterque cum omni cognatione, uterque à Propheta pręmonitus. Quippe ut Nadabis patri Jeroboamo Achias Propheta totius familię cladem prędixerat, ita Bahazam Elę patrem alius Vates, Jehu nomine, monuerat fore ut univerſa domus ejus exſcinderetur, quomodo domus Jeroboami, ועל אשר הכה אותו, *etiam quia eam percuſſerat*, 1 Reg. cap. 16: verſ. 7. id eſt, in ultionem ſceleris in Jeroboami domum admiſſi. Quę quidem digna perire fuit: ſed & illius carnifex Bahaza pari excidio fuit digniſſimus. Succeſſit Zamrius ęquè reus, qui brevem ſceleris ſui fructum percepit. Ab Homrio enim ſtatim obſeſſus & redactus ad incitas, *ſeptimo Regni ſui die* domum regiam atque in ea ſe cum ſuis incendit, & vivicomburio periit Rex ἱπταήμερος. Quò pertinet hoc Jezabelis epiphonema, 2 Reg. cap. 9: verſ. 31. *An benè ceſſit Zamrio qui Dominum ſuum interfecit?* Exinde Homrio cum quodam Tibni fuit de Regno certamen quadriennale, in quo victor Homrius occiſo Tibni regnum reliquit filio Achabo. Et Achab in pręlio cęſus Ochozię filio: qui cùm ex cancellis quibuſdam delapſus in lethalem morbum incidiſſet, ſtatim habuit ſucceſſorem Joramum fratrem. Atque hic eſt ille Joram, quem jugulavit Jehu cum Jezabele matre & fratribus LXX. & Ochozia Judæ Rege cognato, & cognatis aliis XLII. & omnibus neceſſariis. Ut impleretur, quod per Eliam Deus impio Achabo fuerat comminatus: *Reddam domum tuam ſicut domum Jeroboami filii Nebat, & ſicut domum Bahaſa, &c.* 1 Reg. cap. 21: verſ. 22. Quod quidem fecit Jehu à Deo juſſus, nec tamen vacavit crimine. Quia Dei judicia ſic executus eſt, ut modum non tenuerit; & humanis, vel potiùs inhumanis affectibus indulſerit; non tam actus vero Dei zelo, prout credi volebat, quàm ambitione, crudelitate & dominandi libidine. Proinde ipſi etiam infenſus meritò Deus minatur, *ſe viſitaturum ſanguinem Izrehel ſuper Domum Jehu*, Oſ. 1: 4. Tamen quia Deus promiſerat fore ut ejus poſteri regnarent, uſque ad quartam generationem; has pœnas diſtulit Deus uſque ad Zachariam Jehu abnepotem, quo occiſo Sallumus regnum invaſit. Sed cùm nonniſi menſem regnàſſet, à Menahemo cęſus eſt. Et qui Menahemo ſucceſſit Pekachia filius à Pekache. Et Pekach ab Oſea, qui horum prędonum veriùs quàm Regum ultimus fuit. Quippe cùm Aſſyrię Regi Salmanaſſari ſerviiſſet aliquot annos, propter conſilia cum Soo Ægypti Rege inita regno ſpoliatus eſt, & captivus in Aſſyriam abductus cum Iſraëlitis omnibus; è qua illis in patriam poſtliminiò reverti nunquam conceſſum: ita ut hic fuerit Tragœdię ſupremus actus.

Vides quomodo regnum, à Jeroboami defectione inauſpicatò initum, per ſeditiones perpetuas ſit deinceps continuatum, Tyrannis per mutuas

Digitized by Google

cædes ſibi invicem ſuccedentibus, *partaque per gladios regna nocente manu* invadentibus. Ut Aricinæ Dianæ Sacerdotium nemo obtinebat, quàm ὁ γενηθεὶς αὐτόχειρ τοῦ ἱερωμένου πρότερον, *qui Sacerdotem priorem ſua manu trucidaverat.* Aut quomodo apud Romanos Pompejum ſuſtulit Julius Cæſar, Cæſarem Brutus & Caſſius, hos Auguſtus. Aut quomodo Galbam Otho, Othonem Vitellius, Vitellium Veſpaſianus, & Veſpaſiani filium Titum Domitianus. Hinc Joſephus Antiq. lib. 8. cap. 7. Δι' ἀλλήλων αὐτοὺς ὁ Θεὸς * ἐποίησεν ἀπολεῖν, καὶ μηδὲν τοῦ γένους ἀπολείπεσθαι; *Deus fecit ut alius alium è medio tolleret, nullo è familia ſuperſtite relicto.* Et hac ipſa de cauſa Ahias Vates Iſraëlitas confert cum arundine, quæ agitatur in aquis, & ſe movet ad omnem ventum. Quia inter tot Reges è diverſis familiis, & tribubus, eorum animi ſemper fluctuabant, nec habebant quo ſe ſiſterent. Et 2. Par. 15: 5. ita deſcribitur ſtatus Populi Iſraëlitici poſt illam defectionem; *Temporibus iſtis non eſt pax exeunti & redeunti; ſed vexationes magnæ ſuper omnes habitatores regionum illarum; adeo ut contundantur gens gente, & civitas civitate; quia Deus vexat eos omni anguſtia.*

Strab. lib. 5.

* Male legitur ἐποίησεν in Athen.

1. Reg. 14: 15.

Atque hic fructus fuit Jeroboami defectionis, quem Iſraëlitatum decem Tribus, à Roboamo vero & legitimo Rege per ſummum ſcelus deficientes, Regem ſibi creaverunt. Proinde Deus his verbis illos increpat Oſ. 8: ℣. 3, 4. *Dereliquit Iſrael bonum, perſequentur eum inimici. Ipſi Regem conſtituerunt & non ex me: Principem ſtabiliverunt, & ego non agnovi;* id eſt, me inconſulto, nec probante. Quomodo Deus ea neſcire dicitur, quæ non probat, Lam. 3: ℣. 56. Matth. 7: ℣. 23. & inter cauſas rejectionis Iſraëlitarum etiam id memoratur, quod, abjectis Davidis poſteris, Jeroboamum Regem ſibi conſtituerunt, 2. Reg. 17: ℣. 20, 21. *Projecitque Dominus omne ſemen Iſraelis, & afflixit eos, & tradidit eos in manum diripientium, donec projiceret eos a facie ſua; quia ſciſſus eſt Iſrael a domo Davidis, & conſtituerunt ſibi Regem Jeroboam filium Nebat.* Inde igitur Iſraëlitis prima mali labes, & in religione defectio, & clades propè internecinæ, quæ poſtmodum ſubſequutæ ſunt. Ipſi enim Jeroboamo perpetuum fuit cum Roboamo bellum, 1. Reg. 14: ℣. 30. & cum Roboami filio Abia; qui Iſraëlitas numero longè ſuperiores memorabili prælio ita profligavit, ut eorum quingenta millia perierint. Et tam defectionis incentor Jeroboam, quam plerique ſucceſſorum propriâ experientiâ edocti didicerunt illud Poëtæ verum eſſe;

2 Paral. 13: 17.

De malè quæſitis non gaudet tertius hæres.

At factum dices authore Deo, ſiquidem ei dixerat Propheta Ahias pallio ſciſſo in duodecim partes, 1. Reg. 11: ℣. 31. *Tolle tibi decem partes Sic enim dicit Dominus Deus Iſraelis; Ecce ego ſcindam regnum de manu Solomonis, & dabo tibi decem Tribus.* Item ℣. 37. *Te aſſumam & regnabis ſuper omnia, quæ deſiderat anima tua, & eris Rex ſuper Iſraëlem.* Et 1. Reg. 14: 7. Jeroboami uxorem idem Ahias ita compellat. *Hæc dicit Dominus Iſraelis; Quia exaltavi te de medio populi, & dedi te ducem ſuper populum meum Iſraelem, & ſcidi regnum domûs Davidis, & dedi illud tibi.* Proinde cap. 12. verſ. 15. & 24. id à Domino fuiſſe legitur. Reſpondeo factum id quidem certo Dei conſilio, Solomonis peccatum meritò punientis, ſed altero peccato. Peccavit enim Jeroboam, qui regnum à Deo promiſſum non patienter expectavit, quomodo David fecerat; ſed per rebellionem occupavit, & occupatum peſſimè adminiſtravit. Peccavit item populus, qui Dei conſilium ignorans, contra legem ejus expreſſam defecit à domo Davidis per ſummum ſcelus, & ejus vero & legitimo hæredi alium ſubſtituit. Simile eſt exemplum Jehu, de quo jam actum. Proinde tantùm abeſt ut hæc exempla faveant Monarchomachis, ut potiùs in eos poſſint retorqueri κατὰ βίαιον. Nam ſi à Deo juſſi Jeroboam & Jehu aliena regna non invaſerunt ſine crimine, quanto gravius ii peccant qui ſine mandato idem audent, imò contra Dei mandatum.

Jam his rebellionum exemplis, quæ ex Iſraëlitatum decem Tribubus petita ſunt, opponatur Tribuum Judæ & Benjamin fides in legitimos Reges ſuos, id eſt, Davidis poſteros, incorrupta; quam Deus remuneravit ampla mercede. Nam Judæ Regnum ſtetit diutiùs, nec iis malis fuit obnoxium, quæ Regum & Legum mutationes ſæpe ſequuntur. Unde illud Salomonis Prov. 28: ℣. 2. *Propter peccata terræ multi Principes ejus.* Quaſi Principum crebra mutatio ſit inter pœnas peccatorum. Et cùm Iſraelitæ in Mediam & Aſſyriam à Salmanaſſare abducti ita perierint, ut eorum neque vola, neque veſtigium ſuperfuerit: Judæos reduxit Deus ex captivitate Babylonica, & per multa deinde ſæcula in terra ſua ſalvos præſtitit & incolumes. Hoc eſt potiſſimum, quod vera Religio, quam illi ſtatim corruperunt, in his manſit ſarta & tecta. Quin, ſi poſt Chriſtum defecerunt, ab Apoſtolo docemur eorum defectionem non fore perpetuam; & *poſtquam Gentium plenitudo introierit, totum Iſraëlem ſervatum iri*, id eſt, Iſraëliticas illas Tribus, quæ à Chriſto defecerunt. Nec ſine ſpeciali providentia, poſt tam longam diſperſionem, & tot labores exantlatos, tamen hodieque perſtant, civili victu & legibus ab omnibus populis ſeparati, originis ſuæ hiſtoriam inde ab orbe condito ſervantes.

Nempe erga Davidem & ejus poſteros eadem eſt ſervata fides, quam ille Sauli præſtiterat: quod quia hùc maxime facit, accuratius eſt perpendendum. Nam ſi quis Regum propter crimina potuit ſiſti in jus, adeóque morte multari, quidni etiam Saul, bis in Deum rebellis, quique Sacerdotalem urbem immani ſcelere deleverat, & uxorem Davidi ereptam alteri tradiderat, atque illum prorſus inſontem atroci bello perſequebatur? Et cui competebat hoc jus potiùs quàm Davidi, à Deo in Regem electo & uncto & inaugurato? Tamen Davidem virum θεόπνευστον, & ſecundum cor Dei, multò aliter ſtatuiſſe, ex Hiſtoria Sacra conſtat. Saul illum per avia quærens in ſpeluncam, in qua latebat, Deus ſic providente, ingreſſus eſt ſolus, להסך את רגליו *ad tegendum pedes ſuos*, id eſt, ἐπὶ τὰ κατὰ φύσιν, *ad neceſſaria naturæ*, ut habetur in Joſepho: in quo ſtatu Saul Davidi tam erat obvius, quàm Macrino fuit Caracalla. Nec in tanto periculo videbatur hoſtis infenſiſſimi è medio tollendi occaſio prætermittenda: maximè cùm urgerent milites, & reluctantem prope cogerent: revocatâ etiam in memoriam prophetiâ, quâ Davidi promiſerat Deus, fore ut hoſtem illi *traderet in manus*, ejuſque arbitrio permitteret: eâque tum impletâ omnes una voce clamarent, Οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ Θεοῦ ἐρικύδεα δῶρα, *Ne contemne Dei conceſſum munere donum.* Sed is ad hæc immotus, ſuos graviſſimis verbis tanquam à nefario ſcelere dehortatur. *Abſit*, inquit, *a me ut hoc faciam Domino meo, Chriſto Domini, & mittam manum in eum, quia eſt Chriſtus Domini*; id eſt, ipſa Dei vocatione ad Sacrum & prope Divinum munus ſepoſitus. Quo etiamſi quis abutatur per proterviam, quomodo Saul & ſimiles, tamen eo ipſo quod Rex eſt, debet à civilibus pœnis cenſeri immunis; adeóque ſolius Dei judicio reſervandus eſt. Idem enim *unctionis* nomine

mine ſignificari docuimus non externum illum ungendi ritum. Unde eſt, quòd Joſephus, *unctionis* mentione ſuppreſſâ, Davidem ideò à cæde Saulis abſterritum aſſerit, quòd eum pro *Domino* & *Rege* haberet. Verba ſunt *ὡ δίκαιον εἶπε φονεύειν τ̃ ἑαυτοῦ δεσπότlω, ἰδὼ τ̃ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἀξιωθέντα* : *Iniquum eſſe dixit proprium dominum cadere, eumque adeò, quem Deus ad regium faſtigium provehere dignatus erat.* Et rurſus, *τ̃ ὑπὸ ǯ Θεοῦ κεχειροτονημένον βασιλέα φήσας εἶναι δεινὸν ἀποκτεῖναι, κ᾽ ἂν ᾖ πονηρός. ἥξειν γὰρ αὐτῷ ǯ δόντος τὴν ἀρχὴν σὺν χρόνῳ τὴν δίκlω. Cùm grave eſſe dixiſſet Regem à Deo creatum interimere quantumvis pravum. Et enim ultionem tempore ſuo venturam ab eo qui dederat imperium.* Nec multò aliter Chryſoſtomus Homiliâ primâ de Saule & Davide: *Τί λέγεις, φησὶν, ὅτι μιαρὸς καὶ παμμιαρὸς καὶ μυρίων γέμων κακῶν, καὶ τὰ ἔσχατα ἡμᾶς διαθεὶς; ἀλλὰ βασιλεύς*, *Quid dicis*, inquit, *quod ſceleſtus, & omni ſcelere coinquinatus, & in nos extrema cogitans? Sed Rex eſt*. Cætera ibi vide.

Sunt qui Davidem à re licita conſultò abſtinuiſſe volunt, ut Regiæ dignitati ſic conſuleret, cujus mox futurus erat hæres. Ita ex Ebræis ſtatuit Rabbi Levi ben Gerſom. Atque in eandem ſententiam videtur propendêre Joſephus, cùm Davidem Sauli dixiſſe fingit, *Ἐγὼ μὲν ἀπεσχόμην δικαίας ἀμύνης*, *Ego quidem a juſta ultione abſtinui*: quaſi Regem ſe perſequentem potuiſſet jure interficere. Sed ipſius Davidis verba planè aliud præ ſe ferunt. Nempe, Davidem ideò à cæde Saulis abhorruiſſe, quia putavit rem eſſe prorſus impiam & illicitam. *Abſit*, inquit, *a me à Domino, ut hoc faciam*: vel ut verbum verbo reddam, חלילה לי מיהוה, *prophana res mihi à Domino*, ſupple, *imputetur*; id eſt, habear prophanus, & impius, & rei ſacrę prophanatæ reus, ſi hoc fecero. Eódem facit quòd Saulem & Dominum ſuum & Unctum Domini eſſe obſervat; ut hoc injecto ſcrupulo ſuos contineat in officio. Et quod apud Saulem ſe purgans, *ab impiis*, inquit, *prodeat impietas*; quaſi dicat impiorum eſſe attentare in vitam Regum. Quid quòd ne fimbriam quidem abſcidit veſtis Regiæ ſine morſu conſcientię, quia id videbatur ſpeciem habere contumeliæ; quamvis feciſſet bono animo; nempe ut ſedaret Regis iram in ſe immeritum concitatam, & innocentiam ſuam aſſereret. Itaque Talmudici apud Kimchium negant id impunè fuiſſe Davidi; qui ſenex in proprius veſtibus non potuerit incaleſcere, quaſi pœnâ talionis; quia Regis chlamydem juvenis pręciderat. In primis id notandum, quòd cùm, Abiſæo comite, rurſus in Regem incidiſſet, in tentorio ſuo gravi ſomno ſopitum; & Abiſæus inſtaret ut capitalem hoſtem, quem ſemel atque iterum ei tradiderat Deus, confodi pateretur; David in hęc verba reſpondit, *Ne perdas eum: quis enim mittet manum in Chriſtum Domini, & erit innocens?* Quibus verbis disertè aſſerit rem nullo modo licêre. Et 2 Sam. cap. 2: verſ. 15. Amalekitæ ſe Sauli *αὐτόχειρα* adjutorem fuiſſe jactanti; *Quomodo*, inquit, *non timuiſti manum extendere ad occidendum Chriſtum Domini?* Et rurſus, *Sanguis tuus ſit ſuper caput tuum; os enim tuum teſtatum eſt contra te dicendo, Ego occidi Chriſtum Domini*. Quo dicto, illum, fruſtrà ſe ipſius Saulis rogatu id ſe patrâſſe reſponſantem, ſtatim juſſit interfici. Quomodo Domitianus Epaphroditum à Libellis capitali pœna condemnavit; quòd Nero in adipiſcenda morte manu ejus adjutus exiſtimabatur; ut legere eſt apud Suetonium. Proinde Saule mortuo, quamvis hoſte infenſiſſimo, nullum in exercitu Davidis lætitiæ ſignum editum eſt. Nemo inceſſit coronatus, ut fit ſublato tyranno. *Lætatur* quidem etiam *juſtus*, *cùm videt ultionem*, Pſalm. 58: 11. Et ipſe David de morte Nabalis Deo gratias egit, 1 Sam. 25: 39. At in morte Saulis idem mœret veris lachrymis, & leſſum illi facit; in quo ſumma arte vitia omittit, & ſolùm virtutes memorat. Et cùm Sylla, Marius, Antonius, Octavius, eos omnes proſcripſerint, qui hoſtibus ſuis aliqua in re faviſſent, David Jabenſibus, qui non ſine periculo Saulis cadaver appenſum in muro Scythopoleos ad ſepulturam detraxerant, multas agit gratias; atque id habet beneficii loco, & promittit ſe repenſurum, 2 Sam. 2: 5, 6. Et his artibus ipſe evectus eſt ad Regnum ſtabile, quodque in multa annorum ſæcula in poſteros eſt propagatum.

Poſt Saulem pauci ſunt Reges, qui non admiſerint grande aliquod ſcelus, & morte piandum. David ipſe adulterii & cædis reus ſe filium eſſe mortis agnovit, id eſt, morte dignum. 2 Sam. 12: 5. Solomon, ut ut Regum adeóque hominum omnium longè ſapientiſſimus, fœdâ tamen idololatriâ in ſenectute ſe polluit: quæ tam altas egit radices, ut altaria ſuper Oliveti montem Aſtarti, Kemoſo, & Milcomo, ab ipſo conſecrata duraverint uſque ad tempora Joſiæ, quatuor prope ſæculis junioris. Unde factum eſt, ut mons Oliveti pro הר המשחה *mons olei*, eleganti Paronomaſia, dicatur הר המשחית *mons corruptionis*; 2 Reg. 23: 13 quia in eo homines per idolorum cultum corrumpebantur. Idem illius legis immemor, quæ Regem vetat, *multiplicare ſibi uxores, ne a Deo recedat animus ejus*, Deut. 17: 17. *ſeptingentas* habuit *uxores*, & *trecentas concubinas*, per quas miſeré ſeductus eſt. In Cantico quidem cap. 6. verſ. 8. *Reginæ* ſolùm *ſexaginta* memorantur, & *concubinæ octoginta*. Sed vel hinc colligas Solomonem hoc canticum ſcripſiſſe nondum ſenem, & à ſcriptionis tempore libidinem ejus creviſſe in immenſum.

Hęc, ut ut gravia, tamen levia ſunt prę horrendis ſceleribus, quæ à ſucceſſoribus perpetrata ſunt. Joram, feritate pluſquam Scythica, fratres omnes atque alios Aulę proceres interemit, 2 Par. cap. 21: verſ. 24. Joas Zachariam Sacerdotem Judæos ab idolorum cultu fruſtra revocare conantem in ipſo Templi atrio lapidibus juſſit obrui: & regii furoris miniſtri illum vidêre, *per aras ſanguine fœdantem quos ipſe ſacraverat ignes*, 1 Par. 24: 20, 21. Eodem exemplo Joachim Prophetam Uriam ex Ægypto, quò fugerat, retractum gladio percuſſit, & cadaver ejus in vile ſepulchrum projecit, Jerem. 26: 20. Ozias contra Dei Legem expreſſam auſus eſt in Sacrum Locum irrumpere, *ut adolêret ſuper altare ſuffitûs*: nec ab incœpto potuit arceri, donec ultoris Dei manu percuſſus, ipſe corpus ſuum ſenſerit vitiligine infici, 2 Paral. 26: 16. Achaz *Baali fecit fuſile*, *filios exuſſit vivos in honorem idoli Moloch*, Templi *fores occluſit*, vaſa ſacra diripuit & confregit, ac per omnes Judææ urbes aras extruxit Diis Gentium, 2 Paral. 28: 2. &c. Manaſſe pro auctario, non idola modò Deorum, ſed & ſpurciſſimos cinędos in ipſum Templum introduxit, & locum terrarum ſanctiſſimum mutavit in luſtrum Sodomiticum, 2 Reg 23: 7. Idem vicanos Aruſpices, & de circo Aſtrologos, & Iſiacos conjectores, impudenteſque Ariolos, Magos denique omne genus in comitatu habuit; quos Prophetarum loco in dubiis conſuleret. Et piorum fuſo *ſanguine* totam cruentavit urbem, adeò ut *repleretur* פה לפה *ab angulo ad angulum*, 2 Reg. 21: 16. & 24: 4. Et Eſaiam ipſum ſerrâ diſſecuit, ut quidem Ebręi volunt; quò reſpexiſſe putatur Apoſtolus Ebr. 11: 37. Denique Regum è ſtirpe David, quinque ſolùm exceptis, nemo non fuit

ido-

idololatra. At in Iſraëliticis Regibus decem Tribuum nulla planè fuit exceptio. Omnes coluêre vitulos illos, quos erexerat Jeroboam in urbibus Dan & Bethel; & iis ſacerdotibus adhæſerunt, quos conſtituerat לשעירם Dæmonibus 2. Par. 11: 15. Achab inſuper edoctus ab uxore Jezabele, filiâ Ithobali Regis Sidoniorum, Belo Tyrio fanum condidit Samariæ, & ſacerdotes aſſignavit CCCCL. & veros Dei Prophetas acriter perſequutus eſt. Taceo, qua arte Nabotum inſontem blaſphemiæ reum peregerit, ut illi vineam ſimul cum vita eriperet: & Beelzebub Accaronitarum Deum ab ejus filio conſultum, & quam barbara immanitate Menahem Thapſaci incolas gladio percuſſerit: & prægnantium alvum mediam diſſecuerit; nullo alio crimine in eos concitatus, quàm quod venienti portas occluſiſſent, 2. Reg. 15: ℣. 17. Et pleroſque illorum regnum uſurpaſſe malis artibus, nec niſi per parricidia, id eſt, per calcatum patrem, ſolium conſcendiſſe. Tamen hæc Regum portenta & propudia Judæi toleraverunt: nec Synedrium Majus litem illis intentavit. Nec ceſſantes Judices, tanquam officii immemores, Prophetæ increpârunt. Quin in Regum quarumlibet impiorum percuſſores graviter eſſe animadverſum, multa exempla nos docuêrunt.

Poſt teſtimonia tam multa è Scripturis prolata, Patrum proferre ſententias ſit ſuperfluum; neque noſtri jam eſt otii. Non poſſum tamen, quin quædam excerpam ex Can. 74. Concilii quarti Toletani, ante annos plus mille habiti; quia ad rem maximè facit, ut legenti patebit: poſtquam aperuero qua occaſione conditus fuerit. Inter Gothos in Hiſpania, gentem tum temporis valde aſperam & indomitam, & ferè ad finem ſexti poſt Chriſtum ſæculi Ariana labe infectam, barbarus mos inoleverat, Reges ſuos plerumque levi de cauſa deponendi & trucidandi. Sic A. 416. Ataulphus Rex Barcinone *inter familiares fabulas* à quodam Vernulſo jugulatus eſt, eidemque ſuffectus Sigericus à ſuis eſt interſectus. Sic A. 452. in Thuriſmodum morbo laborantem, dum Chirurgus ſanguinem illi eliciebat, Theodoricus & Fridericus fratres cum aliis irruêrunt. Is arrepto Chirurgi ſcalpello (non ſcabello ut perperam habet Jornandes) una manu quam liberam habebat aliquandiu ſe defendit, nec niſi pluribus occiſis ſuccubuit. Euricus etiam ex fratricida Rex factus eſt A. 466. occiſo fratre Theodorico. A. 510. Geſelicum à Gundebado Burgundionum Rege victum Theodoricus Gothorum imperio, & Ebbanes Theodorici Dux, An. 512. vitâ exuit. Et An. 531. pari fato Amalaricus, cùm apud Narbonem adverſus Francos pugnâſſet infœlici ſucceſſu, dum Barcinonem fugere parat, à proprio exercitu per contemptum eſt interemptus. Et An. 542. Theudis Rex lethaliter ictus à quodam qui ſe dementem ſimulabat, moriens adjuravit adſtantes; ut ne percuſſorem interficerent, pœnam talionis in ſe agnoſcens: cùm & ipſe olim Ducem ſuum pari proditione necâſſet. An 544. hujus ſucceſſorem Theudiſolum regni Proceres Hiſpali inter epulas jugulârunt. An. 553. cùm quidam Athanagildus, regno inhians, Agilæ Regis copias fudiſſet circa Hiſpalim, Gothi veriti ne Romani hujus ſeditionis occaſione Hiſpaniam invaderent, Agila Emeritæ cæſo Athanagildum Regem creârunt. Ann. 604. Liubam Recaredi filium, Principem magnæ indolis, in ipſo flore adoleſcentiæ, Vittericus inſontem regno dejecit, præciſaque dextrâ occidit. Sed ipſe viciſſim An. 610. ſuorum conjuratione inter epulas occiſus eſt. An. 624. Siſebuto Regi clariſſimo veneni hauſtu, ut putatur, ſublato, & Recaredo filio poſt ſeptimum menſem denato, ſucceſſit Suintilla, ſed haudquaquam pari gloria. Cujus cùm Gothos puderet pœniteretque, Siſenandum regni æmulum ope Dagoberti Francorum Regis A. 631. illi ſubſtitui paſſi ſunt, non illibenter. Siſenandi hujus Anno tertio Toleti celebratum eſt Concilium, de quo diximus, pro generali ab Hiſpanis habitum; quia ex tota Hiſpania, & Narbonenſi Gallia, ad illud convenerant Epiſcopi LXX. Iſidoro Hiſpalenſi præſide, viro tum magni nominis. Hi, qua ratione Gothicos in poſterum furores compeſcerent non immerito ſolliciti, canonem ſanciverunt, cujus initium tale eſt; *Poſt Inſtituta quædam Eccleſiaſtici ordinis, vel Decreta, quæ ad quorundam pertinent diſciplinam; poſtrema nobis cunctis Sacerdotibus ſententia eſt, pro robore noſtrorum Regum & ſtabilitate Gentis Gothorum, Pontificale ultimum ſub Deo judice ferre Decretum. Multarum quippe gentium (ut fama eſt) tanta extat perfidia animorum, ut fidem Sacramento promiſſum Regibus ſuis obſervare contemnant, & ore ſimulent juramenti profeſſionem, dum retineant mente perfidiæ impietatem. Jurant enim Regibus ſuis, & fidem, quam pollicentur, prævaricantur: nec metuunt Volumen illud judicii Dei, per quod inducitur maledictio, multaque pœnarum comminatio, ſuper eos qui jurant in nomine Dei mendaciter. Quæ ergo ſpes talibus populis contra hoſtes laborantibus erit? Quæ fides ultra cum aliis gentibus in pace credenda? Quod fœdus non violandum? Quæ in hoſtibus jurata ſponſio ſtabilis permanebit, quando nec ipſis propriis Regibus juratam fidem ſervant? Quis enim adeò furioſus eſt, qui caput ſuum manu ſua propria deſecet? Illi (ut notum eſt) immemores ſalutis ſuæ, propria manu ſeipſos interimunt, in ſemetipſos ſuoſque Reges proprias convertendo vires. Et cum Dominus dicat,* Nolite tangere Chriſtos meos; *& David,* Quis, *inquit,* extendet manum ſuam in Chriſtum Domini & innocens erit? *illis nec vitare metus eſt perjurium, nec Regibus inferre exitium. Hoſtibus quippe fides pacti datur nec violatur. Quod ſi in bello fides valeat, quantè magis in ſuis ſervanda eſt? Sacrilegium quippe eſt, ſi violetur à gentibus Regum ſuorum promiſſa fides; quia non ſolum in eos fit pacti tranſgreſſio, ſed & in Deum; in cujus nomine pollicetur ipſa promiſſio. Inde eſt quòd multa regna terrarum Cæleſtis Iracundia ita permutavit, ut pro impietate fidei & morum, alterum ab altero ſolveretur.* Et paulò pòſt: *Quòd ſi Divinam Iracundiam vitare volumus, & ſeveritatem ejus ad clementiam provocare cupimus, ſervemus erga Deum religionis cultum atque timorem, cuſtodiamus erga Principes noſtros pollicitam fidem atque ſponſionem. Non ſit in nobis, ut in quibuſdam gentibus, infidelitatis ſubtilitas impia, non ſubdolæ mentis perfidia, non perjurii nefas, & conjurationum nefanda molimina. Nullus apud nos præſumptione regnum arripiat, nullus excitet mutuas ſeditiones civium, nemo meditetur interitus Regum, &c. Quòd ſi hæc admonitio mentes noſtras non corrigit, & ad ſalutem communem cor noſtrum nequaquam perducit, audi ſententiam noſtram. Quicunque ergo ex nobis vel totius Hiſpaniæ populis, qualibet conjuratione, vel ſtudio Sacramentum fidei ſuæ, quod pro patria gentiſque Gothorum ſtatu, vel conſervatione Regiæ ſalutis pollicitus eſt, temeraverit; aut Regem nece attrectaverit, aut poteſtate regni exuerit, aut præſumptione tyrannica regni faſtigium uſurpaverit, Anathema ſit in conſpectu Dei Patris & Angelorum, atque ab Eccleſia Catholica, quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus, & ab omni cœtu Chriſtianorum alienus, nec partem habeat juſtorum; ſed cum Diabolo & Angelis ejus æternis ſuppliciis condemnetur una cum eis, qui eadem conjuratione nituntur.* Hoc anathema coram univerſo Clero & Populo cùm tribus vicibus clara voce intonâſſent, *ab univerſa*

A. D. 633.

A. D. 589.

Zach. 5: 2.

verſo Clero & Populo dictum eſt; Qui contra hanc veſtram definitionem præſumpſerint, Anathema Maranatha; hoc eſt, Perditio in adventu Domini ſint, & cum Juda Iſcariote partem habeant ipſi & ſocii eorum, Amen. Et Epiſcopalis hic Canon Gothos, eorum Regum, quos diximus, ſucceſſoribus ſubditos, deinceps in officio ſuo ſic continuit, ut ſubſequentium Regum nullum trucidaverint, ac ne depoſuerint quidem; præter Vitizam monſtrum hominis, omni ſcelerum ac libidinum genere inquinatiſſimum.

Cùm probaverim hactenus ſummum Principem eſſe αὐτόνομον & à ſolo Deo pendere, ſolùm hoc addo pro mantiſſa: quòd ſi liceret in Regem ideo inſurgere, quia malus eſt, & poteſtate ſua abutitur, non tamen id expedire, & populo eſſe conſultius ut ab iis remediis abſtineat, quæ plerumque morbo ipſo pejora ſunt, quibuſque adeò vulnus exaſperatur potiùs quàm ſanatur. Ea mala toleranda ſunt, quæ ſine magna pernicie non poſſunt emendari. Itaque Chriſtus *ex agro* ſuo *Zizania* vetat *evelli, ne ſimul cum eis triticum eradicetur.* Et Joabo proditionis & homicidii reo pepercit David; quia illum ſine periculo non putavit poſſe puniri; nec ſapientis eſſe id aggredi quod non poſſit exequi; 2 Sam. 3: 39. Præſtat unius hominis ſcelera eſſe impunita, quàm innumeros inſontes certo exitio exponere: quod ab illis ferè fit, qui in Reges quid moliuntur. Neque enim expectandum eſt ut citati judicio ſe ſiſtant, & plebejorum inſtar unius aut alterius lictoris imperio ſe ſubmittant. Quin copias conſcribi oportet, & multorum ſępe pręliorum aleę ſubeundæ ſunt, antequam poſſint cogi in ordinem. Unde magna ſtrages ſequitur & provinciarum devaſtatio: quod Britannia veſtra vel me tacente clamat. Itaque multo ſatius eſt Dei judicio rem committere, & converti ad preces & lacrymas, quę vera Chriſtianorum arma ſunt; quàm ad ea remedia confugere, quæ ſint æquo violentiora.

Jam ſi à theſi libêret ad hypotheſim deſcendere, multa haberem dicenda in defenſionem Veſtri Principis: qui & ante bellum ſanctè & inculpatè vixit, & in ipſo bello ſe geſſit moderatè, & *obiit morte juſtorum*, Chriſti & Stephani inſtar preces ad Deum fundens pro percuſſoribus ſuis, & reliquit opus poſthumum, quod veram pietatem ſpirat, & mihi legenti lacrymas non ſemel elicuit. Sed malo σιγᾶν, ne videar in aliena Republica velle ſapere. Et hæc alii meliùs præſtabunt, quibus res veſtræ ſunt notiores: idque jam occupavit Salmaſius ὁ μέγας, cujus Liber Pariſiis proſtat. Itaque receptui canam, poſtquam labem abſterſero quam Presbyterianis Veſtratibus immeritò aſpergis.

Ais *hæc illorum eſſe placita, ſanguine veſtri Regis nuper ſancita; Reges dicto minùs obedientes poſſe de ſolio deturbari, in carcerem conjici, judicio ſiſti & tandem per carnificem capite plecti.* Quibus verbis parricidii in Regem Veſtrum admiſſi cùm in eos crimen impingas, ea haùd dubiè tibi exciderunt incogitanti, vel nimio contentionis ęſtu abrepto. Neque enim rem ignoras planè aliter ſe habere. Nolim quidem Presbyterianos in Regis Veſtri negotio ab omni culpa liberare. Se peccâſſe in nonnullis, ut puto, non diffitentur. Ita enim in omni bello, *Iliacos intra muros peccatur & extra.* At in Regis vitam eos conſpirâſſe dici non poteſt, cùm nihil non egerint ut huic malo irent obviam. Sed quid potuiſſent contra exercitum hominum diverſæ factionis, per quem conquiſitis de cauſis è Parlamento ferè omnes excluſi & pulſi ſunt, antequam in Regis caput quicquam decerneretur. Quibus artibus eò deventum ſit habes in Libello, cui titulus eſt, *Hiſtoria Independentia*, ab eo homine ſcripto, quem apparet regiis partibus eſſe addictiſſimum. Ibi vidêre eſt catalogum Parlamenti Delegatorum ex ordine Presbyteriano ferè CL; quorum alii terrore & minis fugati ſunt, alii in exilium acti, alii in carcerem conjecti, alii domi ſe continere juſſi, ne per illos ſtaret quominus res ſuccederent ex voto τῶν ἀνυποτάκτων. Et quoties quid gravius in Regem erat decernendum, captata fuiſſe tempora, quibus aberant Presbyteriani, ut quos in mitiorem partem ſemper inclinare notum erat. Itaque in eorum ſerie, quos non puduit Regem ſuum capitali ſupplicio addicere, ne unum quidem Presbyterianum reperias. Et I. V. A. R. author Reſponſi ad Jo. Cooke declamationem, qui & regiarum partium eſt, & rei geſtæ apprimè gnarus, cap. 57. hæc habet, *Ut de Presbyterianis taceam, quorum pauci, ſi modò ulli, in ſupplicium illius* (Regis) *conſpirârunt, an non reliqui fuêre Anabaptiſtæ, Independentes & Sectarii?* Quin, quod unum licebat, illo ipſo menſe quo Rex capite multatus eſt, Presbyterianorum plurimi concionibus è ſuggeſtu, literis, colloquiis, ſcriptis, aut Parlamento, aut Fairfaxio & cæteris Ducibus oblatis, apertè ſignificârunt, quàm ab hoc facto abhorrerent.

Ex hoc numero Prynnius, vir multis nominibus inſignis, & Parlamenti Delegatorum unus, in carcere, in quo cùm pluribus aliis detinebatur, libellum compoſuit Parlamento oblatum Calendis Januariis; in quo decem rationibus, iiſque validiſſimis, contendit eos rem illicitam attentare. 1. Quia per Regni Leges crimen eſt læſæ Majeſtatis in primo gradu, ſi quis ſolùm cogitet, aut deliberet de depoſitione vel cæde Regis, aut ejus Filii Primogeniti. 2. Quia in juramento fidelitatis præſtito antequam inter membra Parlamenti admitterentur, profeſſi fuerant ſe Carolum habere pro Angliæ Rege legitimo; qui à nullo poſſet deponi. 3. Quia ſtante Parlamento centies juraverant ſe fideles illi futuros, & ejus Majeſtati tuendæ vitam & bona libenter impenſuros. 4. Quia cùm Parlamento Regii exprobrârunt, exercitum eſſe coactum ad Regem deponendum & occidendum, proteſtati fuerant falſiſſimam & malitioſiſſimam eſſe hanc accuſationem, & nunquam hoc ſibi veniſſe in mentem, neque verò venturum unquam: quin exercitum ad Regiæ Perſonæ defenſionem eſſe collectum. 5. Quia in ſolemni pacto fœderis inter Parlamentum & Tria Regna initi magna Sacramenti religione ſe obſtrinxerant ad conſervandam & tuendam Regiæ Majeſtatis perſonam, cum impendio vitæ & fortunarum omnium. 6. Quia licet multi Regum Judæ & Iſraëlis peſſimi fuerint, tamen exemplum nullum extat Regis à Synedrio aut Populo damnati, aut depoſiti, multo minùs occiſi. Nec bene ceſſit Iſraëlitis, quòd à Roboamo defeciſſent: & in Utroque Teſtamento fides & obſequium erga Reges commendantur. 7. Quia Parlamentum oppreſſum ſub armata vi tumultuantis exercitûs, qui Delegatorum multos detinet captivos, plures excluſit, & penè omnes minis & terrore ſui fugavit, non eſt verum Parlamentum; ſed conciliabulum & Senaculum; nec ſibi debet jus arrogare de rebus tantis deliberandi. 8. Quia hoc æternum inuret Religioni Noſtræ dedecus, quæ non ſe polluerat hactenus depoſitione, aut cæde cujuſquam Principis, multò minùs Proteſtantis Regis, qualis ille erat, moderatæ & ſobriæ vitæ, & à tyrannide alieni. 9. Quia Scotia & Hibernia non minus juris habent in Regem quàm Anglia: & Scoti ea lege illum tradiderunt, ut ne Perſonæ

ejus vis fieret ſecundum fœdus. 10. Quia in Hiſtoria Regni nullum extat exemplum facti ſimilis. Hæc ille & multò plura, ſcriptor mirè nervoſus, cujus *verba ſunt ſtimuli & clavi in altum defixi.*

Die 5. Januarii, ſimilem libellum Fairfaxio obtulit *Jo. Ganden* Theologiæ Doctor, etiam ipſe Presbyterianus; quo & Dei & Regni Leges, & Davidis & Chriſti & Apoſtolorum exempla opponit tam præcipiti conſilio, & Regii carceris tædia,, per quæ ſit abundè expiatum, ſi quid à Rege peccatum eſt.

Sed ne quis privatorum ſolùm putet hæc fuiſſe judicia, Jan. die 17. eidem Fairfaxio oblata eſt Petitio, cui ſubſcripſerant Presbyteriani Paſtores e Londinenſi provincia numero XLVII. In ea graviùs expoſtulant, quòd exercitus vim faciat tam Regi quàm Parlamento, contra Dei verbum expreſſum & ſacramenta toties repetita: & Dei judicia proponunt in perjuros, & fœdifragos: & Proteſtantium Theologorum conſenſum in iis confutandis & execrandis, qui quocunque prætextu inſurgunt in legitimos Magiſtratus, & Regum perſonas cædi devovent. Addunt non eſſe, cur turgeant ob præteritos ſucceſſus, nec ab eventu facta probanda, nec prętexendum eſſe Spiritûs impulſum in iis, quæ Lege ſua Deus vetat. Et concludunt hanc ſe doctrinam ex Dei verbo hauſiſſe, nec ab ea conſtanter docenda ullis minis poſſe abſterreri. Hæc Londinenſes Presbyteriani.

Interim Ordinum Belgii Fœderatorum Oratores nihil reliquêrunt intentatum. Scoti etiam per Legatos prolixè interceſſerunt, Pacta ſubinde commemorantes; nec ſe aliter Regem tradidiſſe, quàm ea conditione; *Ut ne quid noxæ Regiæ Perſonæ intentaretur, nec minùs Majeſtati quàm ſaluti Regiæ proſpiceretur; & ex Regiis Palatiis ipſi pateret una aliqua Baſilica, unde tentari poſſet argumentis ab Utraque Natione, ad propoſitiones utriuſque regni ratihabendas.* Et cùm nulla daretur cæcum exſuperare poteſtas conſilium, Legati prudenter ſeceſſerunt, ne præſentiâ ſuâ huic facto, aut adhærere, aut connivêre viderentur. Quin poſt Regis parricidium Scoti Presbyteriani à percuſſorum tabernaculis receſſerunt, & Regem ſucceſſorem tam per literas, quàm per legatos, ad ſe invitârunt, ſe debitum illi obſequium exhibituros demiſſiſſimis verbis polliciti. Mihi ipſi cum Scotiæ legatis in hac urbe familiare fuit colloquium, quo illos deprehendi nihil ſpirare quàm fidem & obſequium erga Regem ſuum. Vidi & Scotici Parlamenti literas Edimburgi datas Auguſti die 7. in quibus hæc habentur; *Majeſtati Tuæ diſſimulare non poſſumus, nos non ſine cauſa mirari, cur cunctatus ſis hactenus, neque dum mentem tuam nobis aperueris; dum Adverſarii * Patris tui, & legitimi Regis noſtri parricidæ, ita ſtrenui ſunt & induſtrii, & tam domi quàm foris nihil relinquunt intentatum, vel ut ſibi famam concilient, vel ut Tuo Nomini apud Populum officiant.* Et in Nationalis Synodi literis Edimburgi datis die 6. Auguſti, Presbyteriani Paſtores ita loquuntur; *** Ut ex animo abominamur & deteſtamur horribile illud factum Sectariorum contra Regis vitam, Tui Patris, nuper ſupremi noſtri Domini; ita ſincerè & ſeriò optamus ut vetus hujus Regni regimen Monarchicum ſtabiliatur & floreat in perſona tua Majeſtatis omnibus diebus vitæ noſtræ, & in regali tua familia propagetur; quæ per Dei Providentiam ſine ulla ceſſatione ſuper nos & majores noſtros per tot generationes regnavit. ex quo in regnum erecti ſumus.* Sed & ante quatriduum Regem Veſtrum ſalutavimus hâc iter facientem, ut Bredam ſe conferret, cum Scotorum Delegatis de inauguratione ſua acturus. Et cum bono Deo ſperamus rem ſucceſſuram: quia

* *The murtherers of your Royal father and our native King.*

** *As we doe from our harts abominate and deteſt that horrid fact of the ſectaries againſt the life of your Royal father our late ſoveraigne.*

non minùs illorum quàm Regis intereſt ut ſuccedat: atque omnes tam divinæ quàm humanæ rationes in id conſpirant, ut ne colloquium fruſtra inſtituatur, nec ſine fructu abrumpatur.

Nos quod attinet, ad primum perpetratæ rei nuntium *ſævus circumſtetit horror:* mox lacrymis & mœſtitiæ nos totos tradidimus, publicoque & acerbo luctu Regi veſtro parentavimus. Pigebat Regem maximum & piiſſimum, & erga noſtros optimè affectum, tam indigno mortis genere periiſſe in flore ætatis à propriis ſubditis, poſt tam largas conceſſiones illis liberaliter indultas, ea perpeſſum; quæ nequidem attentâſſent hoſtes immaniſſimi. Verebamur etiam ne facti atrocitas ab iis admiſſi, quos vulgus putat eandem profiteri nobiſcum religionem, labem Eccleſiis Noſtris aſpergeret, quam nulla deleret ætas, & ne doctrinæ imputarentur vitia perſonarum. Quod malum ut præverteremus, Paſtores toto Galliæ regno celeberrimi, tam privatim quàm è ſuggeſtu, hoc facinus uno ore deteſtati ſunt, ut Verbi Divini regulis è diametro oppoſitum. Et greges ſuos ſedulò monuerunt, ut ab hoc fermento ſibi caverent, neque in exemplum traherent crimen ab iis perpetratum, quos Nationalis Noſtra Synodus expreſſo canone pridem proſcripſit. Nonnulli etiam ſcriptis editis mentem ſuam latiùs explicarunt, ut Rupellenſis paſtor celeberrimus *Vincentius*, & nuperrimè *Heraldus* noſter Alençonienſis Paſtor eximius. Alius item tam in Anglia quàm apud Nos magni nominis, qui in Gallicæ Verſionis Præfatione ad Petitionem XLVII. Paſtorum Londinenſium ait, *Poſt Chriſtum crucifixum nullum atrocius crimen uſpiam eſſe admiſſum, & univerſam terram eo concuti, & bonos omnes ad luctum provocari, uſque ad mundi finem duraturum.* Sed nec alii præter Paſtores officio ſuo defuerunt. In hac ipſa urbe Ampliſſimi viri Dominus de Petiville & Dominus de Brieux, hic olim in Metenſi, ille hodiéque in Rothomagenſi Curia Senatores integerrimi, elegantiſſimis verſibus veſtro Regi juſta fecerunt; quibus percuſſorum immanitatem pleno ore execrantur. Et Rothomagenſis Medicus Porræus, *πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων*, Regii Operis interpres venuſtiſſimus, idem uberrime præſtitit in Epiſtola ad Regem veſtrum, & Præfatione ad Lectorem, Verſioni ſuæ præfixis.

Quin diu ante rem geſtam Genevæ paſtor ubique notus, *Joannes Deodatus ὁ μακαρίτης*, Epiſtola de rebus Anglicanis edita, Parlamenti Proceres ad obſequium Regi ſuo exhibendum incitaverat. Et non minùs candore morum quàm lectione prope infinita inſignis *David Blondellus* in Apologiæ pro Hieronymo Præfatione ad Rectores Eccleſiarum data Idibus Martiis Anno 1646. Paſtores Scotos nominatim his verbis compellaverat; *Chriſtianâ modeſtiâ, pacificiſque conſiliis, perpetuiſque fidæ veſtræ in Regiam Majeſtatem obſervantiæ exemplis aſperas voces refellite, &c.* Item; *Fateatur continuis experimentis evictus Orbis, nec verum nunc, nec neceſſarium eſſe, vel fuiſſe unquam, qui ægrè Epiſcopos ferant, ægriùs Reges ferre; qui nullos admittant, nec Regiam Poteſtatem ex animo admittere: cum nulli magis Regem ſuum poſt Deum primum, adeóque nulli hominum ſecundum, ſolo Deo minorem, eoque ipſo ſupra omnes regni homines conſtitutum & crediderint & credant, & verbis ac factis doceant, quam qui Epiſcopos nullos Diœceſeon Præſules ac ferè Reges habent.* Heraldus denique Noſter, quem Londinenſes precibus ſuis ægrè à nobis impetraverant, ſeditioſas voces reprimere, & animos à fide & obſequio Regi debito jam abalienatos blandè revocare conatus, cùm iſta libertate vitæ diſcrimen adiiſſet, mutata velificatione coactus eſt ad ſuos poſtliminio reverti.

Plura

Plura poſſem afferre hujus generis; ſed hæc plus ſatis evincunt, Noſtros in hoc negotio multò aliter eſſe affectos, quàm vos putâſtis hactenus. Itaque ſi in tanta luce cæcutire pergitis, & tam iniquis ſuſpicionibus Noſtros premere, & ſimilibus de cauſis à noſtra communione abſtinere, rem facietis Chriſtiana charitate prorſus indignam: maximè cùm nullam dederimus occaſionem id ſuſpicandi. Interim, quòd ſolum poſſumus, vobis fauſta omnia comprecamur, & Regi Veſtro, qui hàc iter faciens nos ſemel atque iterum alloquio ſuo dignatus reſponſionum gravitate & acumine, ingenii ſui ſpecimen edidit non vulgare, & ipſo vultu viſus eſt portendere Imperium; & in eam ſpem nos erexit fore ut graviſſimis, quibus conflictatur, moleſtiis brevi eluctetur, nec cedat ulli Majorum tam fortunæ quàm animi bonis. Quidni enim omnia ſperemus de Principe magnæ indolis, *qui ſortem antevenit meritis, virtutibus annos*; cuique adeò pietatis prima cura eſt. *Non ſemper imbres nubibus hiſpidos manant in agros. Juſti tribulationes multæ ſunt, ſed ex omnibus illis eum eripit Dominus*; & *tandem bona cauſa triumphat*. Scoti jam ultrò illum ambiunt; & in Hibernia Marchionis Ormondii virtus pleroſque in officio continet. Denique in ipſa Anglia multos audio redire ad ſanam mentem. Atque ipſos hujus Tragœdiæ authores ad meliora conſilia inflectet Deus, quandocunque libuerit; quod mecum boni, quotquot ſunt, votis omnibus exoptant. Vale.

Dat. Cadomi IV. *Non. Mart.*
A. D. cIↄ IↄcL.

J. TAPINO SUO,

SALUTEM

SAMUEL BOCHARTUS.

Explicatur verſ. 5. cap. 5. 1. ad Corinth. Παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, &c. *Tradatur ille Satanæ ad deſtructionem carnis.*

ITEM

Verſ. 12. cap. 6. Ejuſdem Epiſtolæ, Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει. *Omnia mihi licent, ſed omnia non conducunt.*

Neſcio quo fato factum eſt, Frater Chariſſime atque obſervande plurimùm, ut eæ, quas ad me dederas puero meo, per aliquot dies inter muliebres ſarcinulas delituerint; unde ego illas hac ipſa die forte fortunà erui. Quo facto re comperi quàm verum ſit illud, Animos noſtros iis bonis magis affici, quæ minùs expectata veniunt. Nam velut effoſſo theſauro tacita voluptate perfundi me ſenſi, & ſalière intus ſubito præcordia motu. Mihi quippe ſcias velim nihil tam defuiſſe hactenus quàm eum hominem, qui cum omnia mea amice communicem; ſeu quæ me torquent anxium, ut ſic ſublevetur animus, ſeu quæ palato meo ſapiunt, ut ne ſolus iis qualibuſcunque fruar ingenioli mei deliciis, quíque me viciſſim faciat ſuarum lucubrationum participem, ut ex mutuo conflictu eluceſcat veritas. Hoc tu in te recipere, & quæ tua eſt humanitas, utramque paginam implère voluiſti. Imò ac ſi meas putares nugas eſſe aliquid, ut ne vadimonium deſeram amantiſſimis verbis à me exigere dignatus es. Age ergo bonis avibus, quandoquidem ita lubet, Chriſto duce, & auſpice Chriſto, rem tibi ut teſtaris gratiſſimam, mihi certè uſui futuram, exequamur: ita ut, ſi aliquid hac in parte peccatum erit, temetipſum hujus criminis reum accerſas; cùm nonniſi laceſſitus in hanc arenam deſcenderim.

Itaque initium faciam ab eo loco 1. ad Corinth. cap. 5: 4. & 5. *Ut is, qui ſic hoc patravit, &c. tradatur Satanæ*, εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς: de quo quæris quid ſentiam. Ibi agi putas de ſpecie quadam Excommunicationis, cui juncta erat miraculoſa quædam pœnæ corporalis inflictio; Ego certè nullus dubito, quin in hoc ipſo capite Inceſtuoſus jubeatur excommunicari, cùm dicit Paulus, ỷ. 13. *Auferte de medio veſtri hunc hominem*; at cùm loquitur de tradendo eo Satanæ, non puto agi de Excommunicatione, ſed tantùm (quod & ipſe agnoſcis) de miraculoſa illa pœnæ corporalis inflictione. Neque enim video, quomodo eadem verba poſſint res tam diverſas ſignificare; & plerique ſane Neotericorum pertendunt, hìc agi de Excommunicatione; ſed nullum legi hactenus, qui crederet utrumque ſenſum iis verbis affingi poſſe. Ut autem credam, nil aliud quàm pœnam corporalem minitari Apoſtolum, his rationibus permoveor. 1. Quòd, ut hæc verba ad Excommunicationem referantur, omninò neceſſe ſit non agi de tradendo corpore; nam Excommunicatio corpus nequaquam afficit; ſed de tradenda anima Satanæ: at quo pacto hæc cohæreant, animam tradi Satanæ, *ut ſervetur ſpiritus*, hoc eſt, *ipſa anima*; ac ſi dicas, alicujus corpus tradi carnifici ut illud ſervetur vivum & incolume. Manifeſta eſt contradictio in adjecto; ut & in illis verbis 1. Tim. 1: 21. quibus ait ſe Hymenæum & Alexandrum tradidiſſe Satanæ, ἵνα παιδευθῶσι, *ut diſcant non blaſphemare*. Neque enim eſt credibile, animam, quæ eſſet in poteſtate Satanæ, ſub hoc Magiſtro poſſe formari ad Dei cultum, & ad vitandam blaſphemiam. 2. Huc facit, quod Euangelii *potentia* non eſt niſi ad ſalutem, Rom. 1: 16. Unde & eſt Miniſterii noſtri, non tradere ſed eripere animas Satanæ. 3. Quod ſi Deus nobis dediſſet poteſtatem eas tradendi, dediſſet etiam poteſtatem traditas eripiendi; cujus δυνάμεως neque vola neque veſtigium in toto Euangelio. 4. Dicis hìc per traditionem animæ Satanæ te nihil aliud intelligere, quàm quod nos vulgo Excommunicationis nomine intelligimus; at ſi per Excommunicationem anima revera Satanæ non traditur, quorſum ab Apoſtolo tradi dicatur? An voluerit, quod Nutriculæ ſolent, terrère nos inanibus μορμολυκείοις? 5. Ergo cùm de anima id verè dici non poſſit, eam à Paulo tradi Satanæ,

ſupereſt ut agatur de corpore. Quidni verò, cùm & Chriſtus ipſe Luc. 13: 11. Mulierem illam συγκύπτουσαν, &c. à *Satana vinctam* fuiſſe dixeris; ubi de ſolo corpore agi nemo negaverit. 6. Qui volunt agi de anima, ea Pauli verba, quæ ſequuntur, εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, referunt ad carnales affectus, & concupiſcentiam; quæ ſæpe ſæpius nomine carnis appellantur ab Apoſtolo. At hîc longè ſecius accipiendum eſſe *carnis* nomen, nempe pro ipſo corpore, luce meridiana clarius eſt; quod uno hoc argumento probavero. Quotieſcunque inter *carnem* & *ſpiritum* fit oppoſitio; *caro* eo ſenſu uſurpari debet, qui poſſit opponi illi ſenſui, quo ſumitur *ſpiritus*: At hic fit oppoſitio inter carnem & ſpiritum; inter ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, & ſalutem ſpiritûs. Omoinò igitur cum ſenſum habet *carnis* nomen, qui eſt oppoſitus ſenſui, quem habet nomen *ſpiritus*. Jam cùm Apoſtolus dicit *perdendam carnem, ut ſervetur ſpiritus in die Domini*, certum eſt per ſpiritum non partem regeneratam, ſed animam intelligi. Ergo neque per carnem pars corrupta, ſed corpus intelligendum eſt; ut conſtet ratio oppoſitionis; qualis nulla eſt inter animam & partem animæ non regeneratam.

Objicies, & verò objeciſti, ni fallor, aliquando, Apoſtolum verſu proximè antecedente Eccleſiæ Corinthiacæ conſenſum fruſtra poſtulâſſe, ſi de miraculoſa illa pœnæ inflictione ſolummodo agatur, quod peculiare erat Apoſtolorum donum. At hoc coocceſſerit nemo. Tum enim Deum miraculorum dona toti Eccleſiæ indulſiſſe, atque hæc in Eccleſia Corinth. viguiſſe potiſſimùm conſtat, ex cap. 14. hujus Epiſtolæ. Neque verò novum eſt, unum & idem miraculum plurium virtuti deberi; adeóque totius Eccleſiæ; qualis fuit linguarum apparitio die Pentecoſtes, Act. 2. Neque verò neceſſe eſt, Apoſtolus communionem virtutis à Corinthiis exigat. Nudum aſſenſum poſtulat, ut plagam ſibi ita à ſolo Apoſtolo infligi ſciat Inceſtuoſus, ut interim id tota Eccleſia communi ſuffragio comprobaverit; ſicque rei ioſolentiâ percellatur magis. Quid, quòd ſi Veterum ſcriptis fides eſt, hanc eandem in Eccleſia virtutem viguiſſe conſtat pluribus à Chriſto retrò ſæculis. Id collige ex his Paulini Diaconi verbis, à me jam olim excerptis in Vita Ambroſii, in quibus de ſcelerato quodam ad Ambroſium producto ſic agit. *Quem cum interrogâſſet* Ambroſius, & *deprehendiſſet authorem tanti flagitii, ait, Oportet illum tradi Satanæ ad interitum carnis, ne talia aliquis in poſterum audeat admittere; quem eodem momento, cum adhuc ſermo eſſet in ore ſacerdotis ſancti, ſpiritus immundus arreptum cœpit diſcerpere. Quo viſo non minimo terrore repleti fuimus, & admiratione*, &c. Vides, quàm omnia hic conſona huic ioterpretationi.

Hinc eſt, quòd Veteres omnes, quotquot mihi legere contigit, hunc locum ſic interpretentur. Sic Tertullianus, *cap. 14. de Pudicitia*, per carnis interitum *mortem* intelligit. Auguſt. *adverſus Parmen. lib. 3. c. 1.*, ait *Ananiam traditum Satanæ ad interitum carnis, ut ſpiritus ſervaretur*. Hieroo. *Apolog. in Ruffin. tradidit eum Satanæ, quaſi tortori ad puniendum*. Ambroſ. *l. de Pœnit. c. 12. & 13.* per deſtructionem carnis intelligit *morbos & cruciatum corporis*. Chryſoſt. Serm. 15. in 1. Cor. εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς εἶπεν, ἤδη τῷ διαβόλῳ νόμους τιθεὶς, καὶ οὐκ ἀφεὶς αὐτὸν περαιτέρω προβῆναι· ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ ἔλεγεν ὁ Θεὸς, πλὴν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ μὴ ἅψῃ. Nil potuit afferri commodius. Quid enim aliud, quàm Jobum tradidit Satanæ Deus, cùm dixit, הנו בידך, *Ecce illum in manu tua*; Animam tamen excepit; quod & hic Apoſtolum feciſſe par eſt. Nihil neceſſe eſt obſervare Apoſtolos non ſemel ſic animadvertiſſe in peccatores. Sic Paulus Elymæ viſum; Petrus Ananiæ vitam ademit; atque ea fortaſſe hæc eſt virga Apoſtolica, quâ uſurum ſe minabatur Apoſtolus, paulò antè 1. *Cor.* 4: 21. Sed vereot ne hic prolixior fuerim, cætera deinceps contraham.

Locum illum Pauli de Scortatione videris explicâſſe accuratè, & ita ut mihi plenè ſit ſatisfactum. Summa eſt ſcortationem, vel ſi liceret, non tamen expedire; ſed neque licere ullatenus; quamvis aliter ſenſiſſe videantur Ethnicorum plerique, nempe tum licitum eſſe promiſcuum Veneris atque Ciborum uſum; qood patet vel ex Act. 15: 20. & 29. Rationes, Ut non ſcortatio æquè liceat atque ciborum uſus, has affert Apoſtolus; Quod ſcortatores 1. in Deum, 2. in Chriſtum, 3. io Spiritum S. 4. in proprium corpus injurii ſunt; 1. *In Deum*, qui quidem ventrem in cibos, at noo corpus in ſcortationem creavit, ℣. 13; qui tum corpus quàm aoimam pretio redemit, ut utrumque illius gloriæ ſubſerviret, ℣. 20. 2. *In Chriſtum*, cùm per impuram cum ſcorto unionem violetur & diſſolvatur planè arctiſſima illa unio, quam inter corpus ſuum, & noſtrum intercedere voluit, cujus virtute ſperamus fore ut è mortuis excitemur ad vitam. Nam unum eſſe cum ſcorto & unum eſſe cum Chriſto ſuot omninò ἀσύστατα, verſ. 14, 15, 16. 3. *In Spiritum Sanctum*, qui ſibi corpora noſtra ut templa conſecrari voluit; Atqui ne Ethnicis quidem in loco ſacro proſtituere ſe fas erat, verſ. 19. 4. *In proprium corpus*, ℣. 18. Idque peculiari quadam ratione, quę aliis peccatis non cooveoit. Quis enim neget ſuum corpus inſigni quadam contumelia illos aſficere, qui id redduot membrum meretricis, & unum eſſe faciunt cum impuro propudio? In reliquis enim ὕβρεως ſpeciebus id damus operam, ut in alios ὕβριν exeramus, & contumeliæ notam inuramus, non in noſmet ipſos. Ut ut ſit, ut ne quis putet Apoſtolum hic paradoxum quid attuliſſe in medium; obſervo etiam Ethnicum hominem ſic loquutum multis aote Apoſtolum ſæculis; ex quo etiam ſuſpicor Eum hoc mutuari voluiſſe, ut multa alia paſſim, prout io Græcorum ſcriptis erat verſatiſſimus. Is porrò eſt Æſchines, cujus hæc verba ſunt in Orat. io Timarchum non procul ab initio, τοῦτον τὸν νόμον ἔθηκε περὶ τῶν μειρακίων τῶν προχείρως εἰς τὰ ἑαυτῶν σώματα ἐξαμαρτανόντων, &c. de ſcortationibus agi ex ſequentibus abundè patet. Hûc & illud refero, quòd ex Hebr. Chald. Syr. Arab. nomine גוף & גופה *corpus* ſignificante, Chald. גוף verbum *ſcortari* eſt. Sic in Lege in Tharg. Jonath. לא תנוף *non ſcortaberis*. Et גיף mœchum ſignificat, ac ſi hoc propriè ſit corporis vitium, ſeu quo peccatur in corpus.

EIDEM.

DE BAPTISMO PRO MORTUIS.

Ad 1. ad Corinth. 15: 29.

Ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν;

Alioquin quid facient, qui baptiſantur pro mortuis, ſi mortui omnino non reſurgunt? Ad quid enim pro mortuis baptiſantur?

Locus eſt obſcuriſſimus, in eoque, ut ais, aliquid eſt reconditum, quod & Me & Te latet; & fortaſſe etiam doctiſſimos quoſvis. Rogas ut Manna illud reconditum ex Antiquitatis lacunis eruam; at is non ſum, qui poſt tot & tantos viros audeam in hanc palæſtram deſcendere; cùm & ipſe in Veterum libris ſim hoſpes & peregrinus; neque dum illorum forulos & ſcrinia gnava ſatis indagatione corruſpaverim. Hic ergo cunctanter & ſuſpenſo gradu agendum eſt; cùm etiam vix ullus ſit Scripturæ locus, in quo videam Interpretes in tam diverſa diſtrahi; quia nempe omnia, & Verba & Res, dubia & incerta ſunt. Hoc tamen audeo dicere, te omnium omninò Interpretationum, quæ afferuntur in hunc locum, eam amplecti, quæ, ni fallor, eſt veriſimillima; quamvis Calvinum habeat adverſarium & alios Viros Magnos. Quod ut manifeſtum fiat; age, ſi lubet, eas inter ſe conferamus, & paucis expendamus; ut & hac in parte tuo animo obſequar.

1. De ipſa verborum interpretatione diſceptatur, aliis volentibus τὸ βαπτιζόμενοι eſſe vocis Paſſivæ: aliis eſſe Mediæ; atque adeò activam habere ſignificationem. Sed & particulam ὑπὲρ alii reddunt *ſuper*, alii *præter*, alii *pro*, alii *vice*. Denique in τῶν νεκρῶν alii vim articuli urgent, alii negligunt, &c.

2. De ſenſu major eſt controverſia; aliis verba hæc Apoſtoli eſſe propria, aliis metaphorica eſſe volentibus.

3. Jam & eorum, qui propria eſſe cenſent, alii de vulgari lotione, alii de Sacramentali, ſeu de Baptiſmo agi putant: Nam & βαπτίζεσθαι lavari ſimpliciter ſignificat, Marc. 7: ℣. 4. Heb. 9: ℣. 10.

I. Qui de ſimplici & vulgari lotione agi volunt hæc verba ſic reddunt, *Quid faciunt* (id eſt, quorſum id faciunt) *qui baptiſant ſuper mortuos*; (id eſt, qui lavant mortuos.) Horumque alii ad id alludi putant, quod olim mortui lavabantur, tanquam in ſpem futuræ reſurrectionis, alioqui fruſtra lavandi. Id porrò & ab Ethnicis factum;

Tarquinii corpus bona fœmina lavit & unxit.

Et à Judæis, ut patet *ex Talmude*, *&* à primis illis Chriſtianis, ut patet *ex Act.* 9: 37. Horum agmen ducit *Beza*.

II. Alii, inter quos Jeſuita Turrianus, ad eas luſtrationes alludi volunt, quibus Judæi eos luſtrabant, qui in immunditia legali obiiſſent: aut alium quempiam eorum nomine; quod in uſu fuiſſe ex Ephremo Syro probare nituntur.

III. Alii malunt ad Baptiſmum referre hoc quicquid eſt, quorum & claſſes duæ: aliis ad quorumvis Baptiſmum, aliis nonniſi ad certorum hominum Baptiſmum referentibus. Primi rurſus in varias Sectas dividuntur; alii enim etiam ad noſtrum Baptiſmum; quo ritu celebratur hodie; alii nonniſi ad Baptiſmum veteri ritu celebratum pertinêre hæc putant. Illi porrò ſic, *quid facient, qui baptiſantur præter mortuos?* hoc eſt, *Quorſum, qui hodie vivunt, baptiſantur etiamnum, præter eos qui obierunt; qui etiam baptiſati ſunt, quorſum, inquam, & hi & illi baptiſmo conſecrari voluerunt, ſi nulla reſurrectio?* Sic *Junius*.

IV. Hi in varias abeunt ſententias, aliis credentibus Apoſtolum reſpexiſſe ad antiquum morem, quo Catechumeni jubebantur recitare Symbolum, antequam Baptiſmo initiarentur; in quo profiterentur ſe credere reſurrectionem mortuorum; ut illud *pro mortuis* ſignificet, *Pro corpore morti obnoxio, & ideò in ſpem reſurrectionis erigendo.* In ea ſententia ſunt *Chryſoſtomus*, *Oecumenius*, *Theophylactus*, &c.

V. Alii ſic, Qui baptiſantur pro mortuis, id eſt, *ac ſi eſſent mortui.* Credunt nempe ad merſionem illam alludi, quæ erat inſtar mortis, ut eductio ex aquis inſtar reſurrectionis. Ac ſi diceret Apoſtolus, *Quò pertinent illi ritus, quo vos in Baptiſmo ſiſtitis tanquam in morte conſepultos, ac ſi eſſetis mortui; ex aquis poſtea educendi in ſignum futuræ reſurrectionis, ſi nulla eſt reſurrectio.* Sic *Theodoretus*, *Cajetanus*, *Molinæus in Aquis Siloë.*

VI. Jam ad eos venio, qui de certorum hominum Baptiſmo hic agi volunt. Horum alii activum, alii paſſivum ſenſum his vocibus ineſſe contendunt. Primi ſic; Quid faciunt qui baptiſant ſuper mortuos, id eſt, *Qui baptiſant mortuos*; quod & jam olim factitatum teſtantur Veterum multi; quare etiam in Concil. Carthag. 1. *Can.* 18. hoc expreſſis verbis inhibetur; *Nec jam mortuos homines baptiſari faciat Presbyterorum ignavia.* Hujuſmodi canones reperiuntur in *Synodo Trull. & Antiſſiodor. & Farragine Gracan. & paſſim.* Putabant nimirum homines inſulſi ſic ſe ſuppetias laturum defunctorum animabus. Idem teſtantur Balſamon & Zonaras.

VII. Alii paſſivè ſic reddunt, *Quid facient, qui baptiſantur ſuper mortuos?* id eſt, Super *cœmeteria mortuorum Martyrum:* quod cupidè ambiebant multi, ac ſi tale Baptiſma propter corporis ibi conſepulti ſanctitatem ipſis maximè profuturum fuiſſet. Quod ridiculum & vanum dixerit Apoſtolus, ſi non crediſſent hoc corpus quandóque excitandum ex pulvere; alioqui enim quid in cadavere eſt ſanctitatis. Sic *Lutherus*, & illum ſequuti *non pauci.*

VIII. Alii ſic malunt, Quid facient qui baptiſantur *ſub mortuorum? id eſt, ſub mortis tempus.* Nam & mortui pro morte, & pro mortis tempore, à Paulo dicuntur quandóque; ut *Hebr.* 9: ℣. 17. διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία; id eſt, *Teſtamentum in morte*, vel, *ſub mortis demum tempore* eſt validum; ut apparet ex ſequentibus; *Quandoquidem nondum valet quam vivit teſtator.* Sic *Cappell. Sedanenſis.*

IX. Eódem redit eorum ſententia, qui ſic reddunt, *Quid facient qui baptiſantur pro mortuis,*

id eſt, *Ut jam mortui*, *ſeu*, *Quando morti proximi habentur magis pro mortuis*, *quam pro vivis.* Sic Epiphanius, lib. 1. Hær. 28. Sect. 6. καλῶς ἄλλοι τὸ ῥητὸν ἑρμηνεύοντες φασὶν, ὅτι οἱ μέλλοντες τελευτᾶν, ἐὰν ὦσι κατηχούμενοι, ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐλπίδι πρὸ τῆς τελευτῆς λουτροῦ καταξιοῦνται. Ac ſi dicat Apoſtolus, *Fruſtra Clinici morti proximi ad ambiunt, ut immediatè ante mortem baptiſentur, nunquam baptiſmi fructu fruiturı, ſi nulla eſt reſurrectio.* Hæc eſt ſententia *Calvini.*

X. Alii denique hæc referre malunt ad vicarium Marcionitarum Baptiſma, quo vivi olim pro mortuis baptiſabantur. Hunc ritum ſic deſcribit Chryſoſtomus, Sermon. 4. in 1. Cor. Βούλεσθε πρῶτον εἴπω πῶς παραποιοῦσι τὴν ῥῆσιν ταύτην οἱ τὰ Μαρκίωνος νοσοῦντες, &c. ἐπειδὰν τις κατηχούμενος ἀπέλθῃ παρ' αὐτοῖς, τὸν ζῶντα ὑπὸ τὴν κλίνην τοῦ τετελευτηκότος κρύψαντες, προσίασι τῷ νεκρῷ, καὶ διαλέγονται, καὶ πυνθάνονται, εἰ βούλοιτο λαβεῖν τὸ Βάπτισμα, εἶτα, ἐκείνου μηδὲν ἀποκρινομένου, ὁ κεκρυμμένος κάτωθεν ἀντὶ ἐκείνου φησὶν, ὅτι δὴ βούλοιτο βαπτισθῆναι, καὶ οὕτω βαπτίζουσιν αὐτὸν ἀντὶ τοῦ ἀπελθόντος· καθάπερ ἐπὶ τῆς σκηνῆς παίζοντες. Horum & meminit *Epiphanius Hæreſ.* 8. *& Tertull. lib. de Reſurrect. carnis cap.* 48. *& contra Marcionem lib.* 5. *cap.* 10. Sic *Molinæus in Clypeo fidei.*

Hactenus qui Apoſtoli verba ſumunt κατὰ τὸ ῥητόν. Alii confugiunt ad metaphoras, quas alii quærunt in τῷ Βαπτιζόμενοι; alii in vocibus τῶν νεκρῶν.

XI. Illorum nonnullis ſic placet hæc reddere; Quid facient qui baptiſantur? id eſt, *Qui mortem & ultima quæque patiuntur pro mortuis*, hoc eſt, *pro aſſerenda doctrina de Reſurrectione mortuorum.* Juxta id quod de ſeipſo ait Apoſtolus *Act.* 23: ℣. 6. *Propter ſpem & reſurrectionem mortuorum ego accuſor.* Sic *Gagnæus in Acta*, *& Maldonatus in Mat.* 20: ℣. 22. *& Luc.* 12: ℣. 50. Quibus locis Chriſtum Baptiſmi nomine mortem ſignificare certum eſt. Eódem redit, quod alii pro mortuis, id eſt, *Pro aſſerenda fide eorum*, *qui mortui ſunt.*

XII. Alii *pro mortuis* explicant *pro Chriſto*; qui mortuus eſt, ſi nulla eſt reſurrectio. Atqui fruſtra patiamur pro eo, qui ex mortuis ſe erigere non potuit. Sic *Rivetus.*

XIII. Alii, Quid facient qui mortem & martyrium ſubeunt præter mortuos? hoc eſt, *præter tot alios, qui jam vitâ functi ſunt per cruces & martyria.* Sic *Ramburtius Sedanenſis Profeſſor.*

XIV. Dionyſius Carthuſianus, Hugo, Bellarminus, & alii hoc loco utuntur, ut Purgatorii figmentum ſtabiliant. Sic nempe explicant hunc locum, *Quorſum vivi ſe ſe affligunt, & orant, jejunant, ſe ſe verberibus lacerant pro mortuis?* id eſt, pro iis, qui in Purgatorium ſunt detruſi, ſi illis omnis ſpes reſurrectionis intercidit. Ut hæc ſententia eadem ſit cum illa, quæ 2. Macchab. 12. *Si mortui non reſurgunt, ſuperfluum ſit & vanum orare pro mortuis.*

XV. Alii denique Metaphoram putant eſſe in voce *mortuorum.* Thomas per mortuos peccata intelligit, quæ Ebr. 9: 14. vocantur opera mortua, adeò ut hic ſit ſenſus; *Quid facient illi, qui baptiſantur pro mortuis*, hoc eſt, *pro peccatis abluendis, ſi non ſint vitam gratia habituri?*

Vides, quò nos vel ignorantiæ cæcitas, vel æſtus quidam, & cacoethes nova procudendi incautos abripiat. Abſit à nobis, ut calculum addamus, & novitiam hic interpretationem comminiſcamur. Multò conſultius erit, ut cæteris repudiatis unam aliquam deligamus, quam premamus & aſſeramus; & in qua pedem figamus, nunquam inde dimovendi.

Hunc delectum, ut faciamus, videndum primò, An quædam ſint inter illas, quæ à verbis; 2. An quædam, quæ ab Apoſtoli ſcopo ſint alienæ. 3. Quænam ſint, quæ ἀνομοιότητα prodant. Atque hac ratione videbis, pleraſque eſſe futiles & ἀσυστάτους.

Verbis repugnant, 1. qui dicunt Βαπτιζόμενοι ſignificationem habere activam, utpote Mediæ vocis; quod manifeſtum fit ex ſequenti Βαπτίζονται; quod neceſſariò paſſivum eſt; ergo & Βαπτιζόμενοι. Quod Interpretem Doctiſſimum miror non animadvertiſſe; qui & hac in parte fallitur, quod putat Syrum Interpretem ſibi favere, qui Βαπτιζόμενοι vertit ܡܥܡܕܝܢ, id eſt, inquit, *Baptiſantes.* Atqui ܥܡܕ Syris tam baptiſari eſt, quàm baptiſare; tam Paſſivæ eſt ſignificationis, quàm Activæ; ut patet ex Luc. 11: ℣. 38. ubi ܥܡܕ pro Græc. ἐβαπτίσθη. Rectiùs ergo Tremellius Syrum ſic interpretatur; *Quid facient ii, qui baptiſantur pro mortuis?* non *qui baptiſant.*

2. Neque video, quomodo *baptiſare ſuper mortuos* idem eſſe poſſit, atque *baptiſare mortuos*; neque enim ullus dixerit, *lavare ſuper aliquem*; pro eo, quod vulgò *lavare aliquem.*

3. Qui volunt ὑπὲρ ſignificare *præter*, errant itidem. Neque enim ὑπὲρ tum regit Genitivum, ſed Accuſativum; quod Junium latuiſſe miror.

4. Qui volunt agi de eo Baptiſmo, qui confertur omnibus Chriſtianis hallucinantur ſimiliter. Neque enim dicendum fuiſſet, *quid facient ii, qui baptiſantur?* &c. Sed, *quid facimus, dum baptiſamur?* Patet ergo Apoſtolum de eo Baptiſmo agere, qui non ſit communis omnibus. Id a Calvino obſervatum eſt.

5. Rejiciendi quoque, quotquot per mortuos intelligunt corpora & cadavera σώματα, πτώματα; nam Apoſtolus ſtatim addit οἱ νεκροὶ; adeò ut genus non conveniat.

6. Qui baptiſari pro mortuis idem eſſe putant ac baptiſari tanquam mortuos; ſic enim vacaret articulus; & dicendum fuerat ὑπὲρ νεκρῶν, non ὑπὲρ τῶν νεκρῶν. Atque hac in parte Gallicam verſionem vix excuſare poſſum, quæ habet *pour morts*, ſiquidem vertendum ſit, *pour les morts.* Alioqui hæc interpretatio mihi eſt valde veriſimilis; planéque cum Apoſtoli verbis, *Rom.* 6: ℣. 4. quadrat. *Sepulti ſumus*, inquit, *cum eo in Baptiſmo per mortem, ut quemadmodum reſurrexit Jeſus Chriſtus à mortuis in gloriam Patris, ita etiam nos in nova vita ambulemus.* Ut enim merſio, quæ fit in Baptiſmo, ſignificat mortem in peccato, & emerſio novam vitam; quidni etiam ſignificent mortem corporis & ejuſdem reſurrectionem? Sed præſtat verba retinere.

7. Sed & eos verbis magnam vim facere vides, qui ὑπὲρ τῶν νεκρῶν vertunt *ſub mortis tempus.* Nam ut id demus νεκρὸς pro morte ipſa dici, ὑπὲρ non eſt Adverbium temporis, ſed ſitûs, aut loci.

8. Qui per *mortuos* ſolum Chriſtum intelligunt, hi quoque à verborum ſignificatione aberrant.

9. Abeunt ſimiliter, qui confugiunt ad ſenſus tropologicos, uti qui per baptiſari *mori* intelligunt; quia nempe Chriſtus mortem ſuam baptiſmi nomine appellavit. At verò Chriſtus loquebatur de re futura, & Prophetam agebat: & è re erat, mortis ſuæ myſterium nondum ita propalari in vulgus; ideóque ſæpiùs iis verbis utebatur, quæ non æquè ab omnibus intelligerentur. Quòd ſi aliquando apertè de ea eſt locutus, tum ſolùm eſt locutus cùm erat ſolus cum diſcipulis; ut Mat. 29: ℣. 17. & alibi ſæpe. Sed cur Apoſtolus ita agat, hic nulla cauſa eſt.

10. Ineptè etiam falluntur, qui ut Purgatorii ſui figmentum probent, baptiſari pro mortuis

hic

hîc idem eſſe volunt atque orare, flagris cædi, eleemoſynas facere, jejunare, &c. Jejuna certè hæc probatio. Quo tandem ſorite hoc conficient? Baptiſmus quidem mortem & crucem, & martyrium ſignificat; ſed doceant quo loco Baptiſmi nomine ſignificentur ſpontanei cruciatus & plagæ, quas αὐτομάστιγες & ἑαυτοντιμωρούμενοι ſibi infligunt ultro? aut etiam preces & eleemoſynæ? Etſi porrò id docerent, tamen non poſſet hîc quadrare talis ſenſus. Dicendum enim fuerat, non *qui baptiſantur*, ſed *qui ſe baptiſant.* Addo totum hunc locum, vel ſi Bellarmini ſententiæ accedamus, nihil facere ad Purgatorium; non magis quàm eum, quem proferunt ex 2. Machab. Aliud enim eſt orare pro reſurrecturo, aliud pro eo, qui ex igne eſt educendus. Quin potiùs, hoc dato, non conceſſo; Apoſtolum hîc agere de oratione, &c. pro mortuis; ex his verbis patebit meridiana luce clarius, nullum eſſe Purgatorium. Ut enim largiamur adverſario Apoſtolum ſic loquutum fuiſſe; quorſum nonnulli orant, &c. pro mortuis, ſi nulla eſt reſurrectio? Nunquid, ſi quod eſt Purgatorium, obvium fuiſſet reſpondere? *Etiamſi nulla ſit reſurrectio, tamen non fruſtra inſtituent orationes & eleemoſynas, &c. pro mortuis. Nam etiamſi non reſurgant, tamen hac ratione educentur ex fornace ignea.* Sic ergo argumentamur ad hominem in Bellarminum.

Apoſtolus docet nulla alia de cauſa poſſe fieri orationes, &c. pro mortuis, quam quia eſt reſurrectio; aliter omnia hæc fruſtrà eſſe.

Pontifícii habent quaſdam orationes pro mortuis aliis de cauſis, quam quia eſt reſurrectio; nempe ut educant animas ex Igne purgatorio.

Ergo quædam Pontificiorum orationes, eæ nempe, quibus putant ſe animas educere ex Purgatorio pro mortuis, fruſtrà ſunt, ex doctrina Apoſtoli.

11. Verbis etiam vim facere nemo negaverit, qui ſenſus vagos & fluctuantes his vocibus affingunt; parùm ſolliciti de convenientia rei cum verbis: ut qui docent baptiſari pro mortuis idem eſſe, *ac pati pro aſſerenda fide eorum, qui mortui ſunt.* Nunquam enim dicemur pati pro Martyribus ſuperioris ævi; quia ideò patimur, ut eandem cum illis doctrinam aſſeramus.

12. Idem de iis ſtatuendum, qui docent pati pro mortuis idem eſſe ac pati *pro reſurrectione mortuorum.* Verba id ferre non poſſunt. Et ſi ſemel laxemus huic licentiæ fibulam; ex quovis quidvis fiet.

13. Denique *pro mortuis* opera *iniquitatis mortua* intelligere eſt abſurdum; cùm agatur de iis mortuis, qui reſurgunt. Atqui peccata non reſurgunt.

Hactenus docuimus harum interpretationum pleraſque cum Apoſtoli verbis nullatenus convenire; ſed & pleræque ſcopo repugnant. Is enim, uti cuivis patet, Apoſtoli ſcopus eſt, ut doceat fruſtra eſſe, quòd baptiſantur quidam ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, ſi mortui non reſurgunt.

1. Ergo non poteſt id intelligi de lotione cadaverum, quæ non fruſtrà fiebat, vel ſi nulla eſſet reſurrectio; nam ea lavari & à ſordibus expurgari neceſſe erat, antequam ungerentur. Virgil. Æn. 6.

—— *Corpúſque lavant frigentis, & ungunt.*

Sic Homer. Il. 24. *Ungebantur autem primè propter graveolentiam.* Lucian. *de luctu*, *Poſthac lotos eos (quaſi Infernalis Palus lavandis ibi degentibus non ſufficeret) & unguentis optimis delibutos, propter jam ſuperantem graveolentiam*, &c. *proponunt:* tùm quia putabatur id pertinere ad pietatem erga mortuos. Et verò illæ cadaverum lotiones in uſu erant apud Græcos & Romanos; qui ne per ſomnium quidem de Reſurrectione cogitabant.

2. Neque cum ſcopo Apoſtoli congruit, ut hîc agatur de Baptiſmo in genere; nam Baptiſmus alios habet uſus eoſque longè præſtantiſſimos; vel ſi mortuorum cadavera non reſurgant.

3. Sed & illi à ſcopo videntur aberrare; qui ſic explicant hæc verba, *Fruſtra eſſe, quòd nonnulli baptiſantur ſuper ſepulcrum Martyrum; ſi non reſurgant Martyres.* Nam potuerunt id ambire nonnulli, ut in Chriſtum per Baptiſmum inſerendi teſtarentur ſe eâdem fide & conſtantiâ mortem & quaſvis cruces ſubire paratos propter Chriſti nomen, & profeſſionem veritatis. Euſeb. *lib.* 4. *Hiſt. cap.* 15. refert verba Epiſtolæ cujuſdam Eccleſiæ Smyrn. quæ ſic habent. *Eorum memoriam, qui prius paſſi fuerunt, celebramus, ut ſequentium animi ad prædeceſſorum vitam exemplis inſignibus excitentur.*

4. Neque fruſtra baptiſantur nonnulli ſub ipſo mortis momento, vel ſi nulla ſit reſurrectio; utile enim eſt morientem Sigilli gratiæ divinæ compotem fieri, vel nullo habito reſpectu ad corpus. Sic enim in extremo agone ſuſtentatur morituri fides, ut credat eadem ſibi dici, quæ Latroni in cruce, *hodie mecum eris in paradiſo*, quod ad animam pertinet.

5. Sed neque fruſtra morimur pro aſſerenda fide, etſi nemo reſurgat: nam vel ſolius animæ beata immortalitas maximus eſt Martyrii fructus.

6. Docuimus ſuperiùs, quàm ridiculum ſit, & infirmum Bellarmini argumentum; & quàm facilè in ipſum retorqueri poſſit; & quàm id ab Apoſtoli ſcopo alienum; non magis ſtare poteſt Thomæ ſententia cum Apoſtoli ſcopo: neque enim fruſtra baptiſamur pro peccatis, etiamſi nulla ſit reſurrectio; cùm ablutio peccatorum non tantùm ad corporis, ſed maximè ad ſalutem animæ pertineat.

Jam ſupereſt, ut doceamus harum interpretationum nonnullas pugnare cum hiſtoria, quę eſt certiſſima veritatis index.

1. Talis eſt Turriani ſententia, quæ nullo nititur idoneo teſtimonio, ſed meris conjecturis, iiſque futilibus & longè petitis. Siquidem in Scriptis Judæorum neque vola neque veſtigium apparet hujus moris, quo dicit Judæos, Eorum cadavera luſtràſſe qui in immunditia legali obiiſſent. Neque verò Ephrem id dicit, quod ab aliis obſervatum: & quamvis diceret, hujus autoritas magna eſſe non poteſt, cùm nonniſi interpolatam illius verſionem habeamus, in quam infruniti homines quidvis inſerere potuerunt, prout animus tulit.

2. Neque credibile eſt Pauli tempore juſſos fuiſſe eos, qui Baptiſmo initiarentur, recitare Symbolum; quod nondum extitiſſe multa ſunt, quæ fidem faciunt.

3. Neque puto ita antiquum fuiſſe pravum illum morem baptiſandi mortuos; cùm ejus ante 4. ſæculum nulla fiat mentio apud Veteres; cùm præterea Balſamon & Zonaras tam fœdo errori non aliam fuiſſe originem contendant, quàm quod aliqui perperam interpretantes hæc ipſa verba, *ut qui baptiſantur pro mortuis*, baptiſandos mortuos crederent.

4. Audeo etiam illis ἀνοσιουργίας hujus crimen impingere, qui putant agi de iis, qui baptiſantur ſuper Martyrum ſepulcris; ſiquidem nulla dum eſſent, aut certè vix ulla, Martyrum ſepulcra; neque temerè concedendum eſt adverſariis tam veterem eſſe Martyrum memoriam: quod etiam nullo autore probaverint. Equidem in Clementis *Conſtitutionibus* fateor agi de feſtis Martyrum; ſed quis neſcit opus hoc ſpurium eſſe & adulterinum?

5. Idem

5. Idem de eorum errore ſtatuo, qui Baptiſmum in mortis tempus rejiciebant; cujus erroris veſtigia extare non puto ante Conſtantini tempora.

Nihil opus eſt, ut dicamus, quanto poſt Apoſtoli tempora nata ſit conſuetudo orandi pro mortuis. De hoc argumento Multi Noſtrorum ex profeſſo egerunt.

Jam ſi ad hanc obruſſam revocentur allatæ ſuprà hujus loci interpretationes, patebit multas cum vocum ſignificatione, alias cum ſcopo etiam, alias denique cum vocibus, ſcopo & hiſtoria; hincque adeò omnes præter decimam eſſe rejiciendas; nullamque nos præter eam poſſe amplecti; utpote quæ neque cum verbis, neque cum ſcopo, neque cum hiſtoria pugnet.

1. Et verbis quidem planè conſona eſt, *τί ποιήσουσιν*, &c. *Quid facient illi, qui pro mortuis baptiſantur?* Unde ſic vertit Interpres Syrus; *Quid facient, qui baptiſantur pro mortuis*, vel *vice mortuorum?* & Arabs, qui ſic habet ad verbum, *Quid illi qui tinguntur in Baptiſmo vice mortuorum* (expreſſo etiam articulo τῶν) *ſi utique mortui non reſurgant? Quorſum unctiones eorum mortuorum vice?*

2. Cum ſcopo Apoſtoli rectè congruit, neque enim ulla alia cauſa dari poteſt, cur baptiſetur cadaver, aut cadaveris loco vivi hominis corpus, quàm propter ſpem Reſurrectionis: alioqui & vulgaris lotio ſufficeret, & cadaver ipſum, non vivum corpus ejus vice, lavandum fuerit.

3. Neque repugnant tempora. Hunc enim errorem jam tum invaluiſſe teſtatur Tertullianus *lib. 5. in Marcionem cap.* 10.

1. Objicit Bellarminus non fore ſolidam hujuſmodi argumentationem, quæ errore nitatur. Reſp. Argumentum eſſe ad hominem, valent autem ejuſmodi argumenta. Mirè porrò iis rationibus afficimur, quæ ab iis ritibus deſumuntur, quibus jam antea aſſuevimus. Tale argumentum in materia non abſimili quid potuerit apud Lælium diſce ex Cicerone *Lib. de amicitia* non procul ab initio; *Neque enim* (inquit) *aſſentior iis, qui hæc nuper diſſerere cœperunt, Animas ſimul cum corporibus interire, atque omnia morte deleri. Plus apud Nos antiqua autoritas valet, vel Noſtrorum Majorum, qui mortuis tam religioſa jura tribuerunt; quod non feciſſent profectò, ſi nihil ad eos pertinere arbitrarentur.*

2. Inſt. Calvin. Non eſſe veriſimile, ut illi ipſi, qui reſurrectionem negabant, baptiſaverint mortuos, aut vivos vice mortuorum. Reſp. quidni verò? Quoties accidit ut ſuperſtitioſi Andabatarum inſtar ſe ſuis telis confodiant, & iis erroribus implicentur, qui ſe mutuò ſubvertant? Quot ſunt in uno Papiſmo doctrinæ ex Diametro pugnantes? Ex ipſo Miſſæ Canone quàm multos illorum errores refellimus? Cur animas Sanctorum dormire dicunt in ſomno pacis; ſi ſummos cruciatus patiantur? Si Matrimonium eſt Sacramentum, qui poteſt eſſe ſacrilegium? Si Sanctorum merita imputantur, quomodo Chriſti merita nobis imputari poſſe negant ſæpiſſimè; Si Extrema Unctio abſtergit omnia delicta, quæ expianda ſupererant, (ut ſtatuit *Concil. Tridens.*) qui ſupereſt Purgatorio locus? Ergo novum non eſt, ut qui Dei Spiritu deſtituuntur, & ſibi ſolis ſapiunt, ſibimet contrarii ſunt. *Mendacia ſi non habent, quem decipiant, ipſa ſibi mentiuntur*, ait Chryſoſt. *in Matth.* 21.

3. Objicit Calvinus & alii, Apoſtolum debuiſſe ſaltem inſinuare hunc eſſe errorem, ut ne daretur errandi occaſio.

Reſp. Id quidem ſpecioſum eſt; contendo tamen nihil cauſæ fuiſſe, cur Apoſtolus exorſæ diſputationis filum eam ob rem abrumperet; potuit enim hujus erroris confutatio in aliud tempus rejici. *Quod differtur non aufertur.* Neve id gratis dicere videamur, nulloque exemplo freti; Is Act. 17:23. ex eo, quòd Athenienſes aras Deo ignoto conſecrâſſent, occaſionem arripit eos ad veri Dei cognitionem adducendi; hoc interim reliquit intactum, quòd ſuperſtitioſo ritu aras Deo conſectare vanum eſſet; cùm unum ſit Chriſtianorum altare Hebr. 13: 10. & Deum ignotum colere; cùm ex notitia demum oriatur amor & cultus. Aliò nimirum properabat, & majus quid tum erant docendi. Ita & hoc loco procedit. Quid quod, ut ea pegmata, quibus ad ædium conſtructionem utimur, diruuntur poſtmodum, cùm ædes perfectæ ſunt: ſic, quandoquidem hoc eorum errore utebatur Apoſtolus ad veritatem firmandam in eorum animis; è re erat, ut nonniſi poſtquam reſurrectioni credidiſſent, illos moneret erroris ſui.

4. Objicit Bellarminus, ut probet hunc errorem non eſſe uſque adeò antiquum, Chryſoſtomum & Theophylactum eum Marcionitis quidem tribuere, at non ipſi Marcioni, & Cherinto, qui Apoſtolorum tempore vivebat: Neque veriſimile eſſe Irenæum & Tertullianum, qui ex profeſſo in Cherintum & Marcionem ſcripſerunt, tam fœdum errorem ſilentio prætermiſſuros fuiſſe, ſi illos ipſos invaſiſſet hæc tabes. Reſp. Miror Bellarminum ita cæcum eſſe, ut non videat Tertullianum hunc errorem non alibi damnare, quàm lib. 5. contra Marcionem cap. 10. cujus verba hic tranſcribere nihil eſt opus.

Id ergo ſtet immotum, donec nova lux nobis aliunde oboriatur, ex omnibus interpretationibus, quæ in hunc locum adducuntur, hanc eſſe veriſimillimam. Et verò ea habet autores non infimæ notæ. Inter Veteres Tertullianum, Ambroſium, Haymonem & Anſelmum; in hoc ævo Eraſmum, Bucerum, &c. hodiéque etiam Deodatum & Molinæum. Si nôſti, quid ſenſerit Camero, gratum facies ſi id mihi impertiri velis; ego non memini quicquam ab illo hac de re doceri. Sed prolixior fui, quàm par erat, & ex parergo feci ἔργον, & in alienam meſſem falcem injeci. Brevior ero deinceps in trium illorum locorum explicatione quæ tu mihi enucleanda proponis, nam & aliunde urgeor.

EIDEM

E I D E M.

Enucleantur verſ. 14, 15. cap. 14. Prioris ad Corinth.

14. Ἐὰν γὰρ προσεύχωμαι γλώσσῃ, τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται, ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι.
15. Τί οὖν ἐστι; προσεύξομαι τῷ πνεύματι, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ. Ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ δὲ καὶ τῷ νοΐ.

14. *Si enim precer linguâ, ſpiritus meus precatur, at intelligentia mea eſt infructuoſa.*
15. *Quid igitur hoc eſt? precabor ſpiritu, at precabor etiam intelligentiâ; pſallam ſpiritu, ſed pſallam etiam intelligentiâ.*

Item.

Verſ. 22. cap. 16. ejuſdem Epiſtolæ.

Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, ἤτω ἀνάθεμα μαρὰν ἀθά.
Si quis non amat Dominum Jeſum Chriſtum, is ſit anathema Maran atha.

Petiiſti, Vir reverende, quid ſignificari putem hiſce verbis 1 ad Corinth. cap. 14. verſ. 14, 15. Ἐὰν γὰρ προσεύχωμαι, &c. ut quid putem clariùs aperiam, tria hic venìunt explicanda, *Orare linguâ*, *orare ſpiritu*, *orare intelligentiâ*; quibus enucleatis ſenſus, ni fallor, erit planus. 1. *Orare linguâ* id eſt, orare eâ linguâ, quæ ei quidem qui orat nota ſit, (alioqui ne oraret quidem, ſed cum pſittacis diceret ſuum χαῖρε) quæ interim aliis adſtantibus ſit ignota, & peregrina. Quod ex his verbis Apoſtoli patet, verſ. 4. *Qui loquitur linguâ ſeipſum ædificat*, & verſ. 6. *Si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero?* Cur qui linguis loquitur ſeipſum ædificet, alios non ædificet, nulla alia ratio reddi poteſt, præter hanc unam; quòd is ſeipſum intelligat; alii illum non item. Neque verò hæc phraſis aliunde petenda eſt, quàm ex Græcorum fontibus; quod me docuit Ariſtoteles lib. de Poëtica cap. 21. ἅπαν δὲ ὄνομά ἐστιν ἢ κύριον, ἢ γλῶττα, &c. λέγω δὲ κύριον μὲν, ᾧ χρῶνται ἕκαστοι· γλῶτταν δὲ ᾧ ἕτεροι. ὥστε φανερὸν, ὅτι καὶ γλῶσσαν καὶ κύριον εἶναι δυνατὸν τὸ αὐτὸ, μὴ τοῖς αὐτοῖς δέ. τὸ γὰρ σίγυνον Κυπρίοις μὲν κύριον, ἡμῖν δὲ γλῶσσα. Vides, ut dicat *Proprium nomen dici id, quo ſinguli utuntur; Linguam, id quo exteri, ita tamen, ut unum & idem poſſit eſſe & proprium & lingua, ſed non iiſdem: ne ſigynum Cyprus quidem proprium, Nobis verò lingua.* Et cap. 22. ait, ſi quis loquatur *ex linguis*, tum fieri *barbariſmum*; quò & videtur alludere Paulus ſup. v. 11. ἔσομαι τῷ λαλοῦντι βάρβαρος; & Ovid. de Triſt. lib. 5. Elegiâ 10.

Barbarus hîc ego ſum, quia non intelligor illi.

Ut ergo juxta mentem Ariſtotelis ſi Cyprius utatur verbo *ſigynum* ſibi quidem noto, ſed Græcis ignoto, *loquitur barbariſmos & linguam*, ſic juxta mentem Pauli Barbarus eſt, & orat linguâ, quiſquis ea in Eccleſia dicit, quæ ipſe quidem intelligit, alii non item.

Quęritur 2. Quid ſit *ſpiritu precari*. Reſp. Eſt ita precari, ut attendas ad verba, quæ ore proſers, ita *ut dum ore confiteris, corde credas*, *Rom.* 10: 10. atque hoc eſt, quod alibi vocat Deo *gloriam tribuere corpore & ſpiritu*, 1 Cor. 6: 20. Spiritus ergo nihil aliud, quàm attentionem ad ea quæ proferuntur; vel eam animi facultatem, quâ id præſtamus, ſignificat; quæ à Tſophare vocatur רוח מבינתי Job. 20: 3 *ſpiritus intelligentiæ mea*, id eſt, facultas illa, per quam intelligo & percipio, quę dicuntur.

3. Sed hic præcipuum eſt ſcire, quid ſit *Orare mente vel intelligentiâ*, τῷ νοΐ. Ego pertendo ibi *Intelligentiæ* vocem activè ſumendam, atque adeò eſſe tranſitivam, adeò *ut orare intelligentiâ* nihil aliud ſit, quàm ita orare ut intelligaris. Hanc interpretationem veram & genuinam eſſe hujus loci ſubolfecit Euagrius, & Beza confirmavit; ſed nemo hactenus, quod ſciam, illam idoneis fulciit rationibus, etſi inſolens videri poſſit hæc loquutio. Nemo animadvertit ſic Hebręos loqui paſſim, quod pluribus exemplis probare non ſit arduum. Sic *Prov.* 5: 1. לתבונתי הט אזנך, *Intelligentiæ meæ*, id eſt, ad ea quæ tibi intelligenda propono, *inclina aurem tuam*. Job. 32: 11. אזין עד תבונותיכם, *Auſcultavi veſtras intelligentias*, id eſt, ea quæ mihi intelligenda protuliſtis. Sic *Prov.* 3: 13. אדם יפיק תבונה, *Homo educet intelligentiam*. Sic מבין modò eum, qui intelligit 1 *Chron.* 28: 9. modò Doctorem ſignificat, qui facit ut & alii intelligant 1 *Chron.* 25: 7, 8. & הבין modò ſcire eſt, *Prov.* 1: 2. modò explicare & docêre, *Pſ.* 119: 27. *Neh.* 8: 8. Hinc eſt, quòd Apoſtolus 1 Cor. 2: 2. ait *ſe non conſtituiſſe quicquam ſcire*, Hebraica phraſi; hoc eſt, quicquam docêre, *inter eos, præter J. Chriſtum, eúmque crucifixum.* His ita explicatis facillimum erit Contextûs totius analyſim inſtituere, qui alioqui obſcurus eſt. Eam ego ſic inſtituo. *Verſ.* 1. Quòd charitatem tantopere deprędicavi non eò tendit, ut reliqua Dei dona fúſque deque habenda ſentiam, ſed ita charitatem ſectemini, ut & dona linguarum, &c. in pretio habeatis; ad utiliſſima tamen magis enitentes, nimirum ut Deo pleni abſtruſa illa Myſteria, quę in Scripturis latent, exſculpatis & populo explicetis. *Verſ.* 2. Nam qui linguâ peregrinâ, & ſibi ſoli per miraculum notâ ediſſerit, in adſtantium uſum non loquitur; ſed tantùm in Dei gloriam; ut ut enim ipſe ea Myſteria intelligat, & animo percipiat, ea certè non intelligit ullus alius. *Verſ.* 3. Contrà qui myſteria, quæ in Scripturis latent, populo ediſſerit, quod verè eſt Prophetam agere, is non modò ad Dei gloriam, ſed in adſtantium uſum etiam loquitur, ea proferens, quibus & pii confirmantur, & excitantur ignavi, & eriguntur afflicti. *Verſ* 4. Qui loquitur linguâ ſibi ſoli notâ, cæteris ignotâ, ſibi ſoli prodeſt; at qui prophetizat linguâ aliis notâ, eoque modo enarrat Scripturę Myſteria, is toti cœtui prodeſt. *Verſ.* 5. Hoc ego nolim ita accipi, ac ſi velim ſolus linguarum dono eminêre; utinam & vobis omnibus idem largiretur Deus! ſed malim vos pollêre vi Scripturas explicandi; nam multò magis inſervit Eccleſiæ, qui Scripturas enarrat populo, quàm qui myſteria lingua ignota profert; niſi ea ſubinde interpretetur; ut inde fructus aliquis ad populum redeat. *Verſ.* 6. Exempli cauſa fingite me venire ad vos lingua ignota loquentem, qua in parte vobis prodero? niſi ſi ita loquar, ut ea explanem populo; ſeu id vocetis myſteria revelare, ſeu docere, ſeu prophetare. *Verſ.* 7. Cùm etiam in rebus inanimis hoc locum habeat aliquo modo, nam & tibię & citharę ſonos certis modulis diſtinctos eſſe oportet, alioqui auribus ingratos, & nulli futuros uſui.

Verſ. 8. Nam ſi tubæ clangor ſit ignotus & incertus, ita ut neſciat miles an ad pugnam inſtaurandam vocetur, an canatur receptui; quis accinget ſe prælio. *Verſ.* 9. Ita & vos, ſi linguâ adſtantibus ignotâ loquimini, quis vobis morem geret? imò quid aliud, quàm aërem inani ſtrepitu ferietis? *Verſ.* 10. Tam multa nimirum toto orbe paſſim ſunt genera idiomatum, & nulla lingua eſt tam barbara, quæ non aure percipiatur. *Verſ.* 11. Sed ſi mihi verborum ejus, qui loquitur, ſignificatio ignota ſit, ille viciſſim meæ linguæ ſit ignarus, alter alteri Barbari erimus. *Verſ.* 12. Uno verbo igitur, hoc probo quod dona Divina ſectamini; ſed velim vos iis inhiare potiſſimùm, quæ in totius Eccleſiæ bonum cedunt. *Verſ.* 13. Ergo ne putet abundè ſe habere, qui dono linguarum pollet, ſed à Deo precibus efflagitet, ut & linguâ populo notâ poſſit animi ſenſa promere. *Verſ.* 14. Si enim oro linguâ mihi ſoli notâ, populo ignotâ: animo quidem apud me oro, ſed ii, qui adſtant, nullum fructum percipiunt ex mente, id eſt, *ſignificatione intelligentia meorum verborum.* *Verſ.* 15. Quid igitur mihi faciendum eſt? Ita agam, ut non egomet ſolus animo mea dicta percipiam, & apud me orare poſſim; ſed ita ut ab aliis intelligar, canam, &c. *Verſ.* 16. Alioqui, ſi ita agis, ut ſolus animi tui ſenſa percipias, qui linguæ tuæ ignarus eſt, quomodo *Amen* ſuccinet ad finem tuæ gratiarum actionis, & ſuffragio ſuo confirmabit id, quod percipere nefas illi fuit. *Verſ.* 17. Agis quidem gratias, ſed in tui ſolius, non in alterius uſum. *Verſ.* 18. Ne verò quis putet me, ut linguarum imperitum, dono linguarum minùs favêre, Deo gratias ago, quòd hac in parte vos omnes ſuperem. *Verſ.* 19. Malo tamen hoc donum latêre, aut nonniſi inter privatos parietes promere; mihi quippe potiùs eſt quampaucula verba in cœtu ſanctorum ſic loqui, ut ab aliis intelligar, quàm myriades verborum ignotâ aliis linguâ proferre. *Et ſic deinceps.*

Quiſquis aliter inſtituet hujus capitis analyſim in hiulca multa, in multa ἀσυνακόλουθα, quandoque etiam in ἀτοπήματα quædam, ni fallor, incidet. Tuum erit judicare; neque enim facile ſit ſingulorum ſententias in medium proferre, & refellere. Néve quis miretur Apoſtolum tam multis probare id, quod per ſe cuivis planum eſt, Melius eſſe orare eâ linguâ, quæ ab omnibus intelligatur, quàm ignotâ; notandum eſt jam tum inter Judæos eundem errorem inoleviſſe, qui hodie inter Pontificios. Credebant nempe nefas eſſe aliter preces concipere, quam Hebraicâ linguâ; quamvis plerique nonniſi Syriacam intelligerent. Id habetur expreſsè in Talmudis Tract. Berachoth cap. 3. לעלם אל ישאל אדם בלשון ארמית, &c. *In æternum ne oret quiſquam linguâ Syriacâ*, &c. Hunc ergo errorem hic refellere ſtudet Apoſtolus.

Venio ad ſecundum illum locum, de quo me jubes ferre ſententiam; 1. Cor. 16: ỳ. 22. *Quisquis non amat Chriſtum, ſit ἀνάθεμα μαρὰν ἀθά.* Scopus Apoſtoli patet; cùm nimirum multa graſſarentur vitia, multi errores inter Corinthios, quos antea Apoſtolus cenſoriâ virgulâ notaverat; cùm potiſſimùm inter ipſos Paſtores multi inani quâdam grandiloquentiâ turgêrent, quâ ſe ut proprii nominis proxenetæ gerebant; non ut veros Chriſti præcones decebat; quibus id ſolum in votis eſſe debet, ut per ignominiam & gloriam Chriſti cognitionem pro virili promoveant, & longè latéque diffundant: poſtquàm litteras ſuas proprio Chirographo communivit Apoſtolus, hoc genus hominibus propriâ manu dicam ſcribere ipſi viſum eſt, & dirum anathema in eos vibrare; qui quantumvis ſeſe Chriſti ſervos eſſe profiterentur, & Euangelii propagandi cupidos, & ſpecioſos titulos, & fucos inanes conatibus ſuis prætexerent, revera tamen inſano laudis amore inter cutem laborabant, & propriæ gloriæ ſtudio omnia ſúſque deque vertebant. Is ergo eſt hujus interminationis ſenſus. *Si quis erit inter eos, qui Chriſtum profitentur; inter Paſtores præcipuè, qui arctiore ſacramento Chriſto devincti ſunt, utpote ejus παράνυμφοι, & ad ejus Verbi Miniſterium delegati; ſi quis, inquam, erit inter eos, qui Chriſti amorem falsò obtendat impiis conatibus, proprii nominis ſtudioſus; cum is Chriſti nomine abutatur indignis modis; cùm in ea Eccleſia, ad quam ædificandam à Deo vocatus eſt, ſit ulcus & carcinoma; cum Dei verbum cauponetur, & Sacrum illud Miniſterium, quod ei pro ſumma ſua indulgentia commiſerat Deus, pedibus proculcet ſacrilegâ audaciâ, is ſit anathema, Maranatha, id eſt, ultimo graviſſimóque excommunicationis telo feriendus cenſeatur.* Vix enim eſt ullus, qui neſciat tria fuiſſe Excommunicationis genera apud Judæos נדוי, חרם & שמתא 1. & leviſſima erat נדוי, id eſt, ſeparatio ex cœtu ſacro; נדה in Lege vocatur mulier à cœtu ſeparata propter menſtrua; ſed latior cœpit eſſe hujus vocis ſignificatio tempore Regum Judæ, 2, *Chron.* 29: ỳ. 5. *Eſd.* 9: ỳ. 11. *Eſa.* 66: ỳ. 5. & omnis ejectio ex cœtu piorum ad tempus à Lege præſcriptum, ſeu propter corporis ſeu propter animi vitia & ſordes, נדוי dicta eſt. Hoc ipſum eſt quod in N. T. vocatur fieri ἀποσυνάγωγος. Atque hoc anathematis genere percuſſum fuiſſe Cain Judæi putant, neſcio quo fundamento ſubnixi. Legitur in Talmude, in libro Muſar 95. 1. Solomonem præter vaſtas illas Templi fores, quæ univerſo populo patebant, duas alias ſtruxiſſe, Doloris unam, alteram Lætitiæ; per hanc admiſſos in templum νεογάμους, quibus acclamaret ſacerdos in ipſo limine; *Is qui colitur in hac æde faciat te numeroſa prole beatum.* Ad illam ſediſſe προκλαίοντας, in quorum gratiam diceret ſacerdos; *Is qui colitur in hac æde, te exhilaret & reficiat*; & מנדים excommunicatos hîc, quâ diximus, Excommunicationis ſpecie; quibus ſubinde hæc verba ingeminaret, *qui colitur in hac domo faciat ut animum attentum præbeas ad ea, quæ hic docentur.* Unde conſtat his licuiſſe, ſi non ingredi, ſedêre vel ſtare ſaltem ad fores Templi, ut olim in Veteri Eccleſia iis, qui dicebantur ἀκροώμενοι & ὑποπίπτοντες.

2. Excommunicationis genus dicebatur חרם: quæ vox in Lege ſignificat deletionem ad internecionem uſque. Unde Num. 21: ỳ. 3. urbs צפת חרמה *Horma* ab argumento; quia ejus habitatores יחרמו ad internecionem deleverunt Iſraëlitæ. Deinde hac voce etiam in Sacris uſurpatâ ſignificari cœpit ea Excommunicatio, quâ alicujus nomen eradebatur ex libro Domûs Iſraël, *Ezech.* 13: ỳ. 9. & quaſi ex albo expungebatur, & ipſi igni & aqua interdicebatur; & arcebatur ab aditu non in Templum modò, ſed & in totam terram Iſraël, *Ezech.* 13: ỳ. 9. Id verò erat ἀφορίζειν & ἐκβάλλειν τὸ ὄνομα ὡς πονηρὸν; ut habetur *Luc.* 6: ỳ. 22. Hæc eſt illa Excommunicatio, quæ in Nov. Teſtam. libris paſſim ἀνάθεμα dicitur. Sic enim 70. Interpretes paſſim reddiderunt vocem חרם. Hoc fulmen in fratrum ſuorum gratiam in proprium caput accerſivit Moſes, *Exod.* 32: ỳ. 32; & Paulus *Rom.* 9: ỳ. 3. Abſit enim, ut putemus illos impiorum pœnis æternùm ſe devoviſſe, & Dei hoſtes fieri voluiſſe. Hoc ipſum vibratur in ipſos Angelos, ſi quicquam Euangelio addiderint, *Gal.* 1. Cæterùm, ſi fides eſt Judæis oſſa in corpore humano ſunt 248. (quem numerum exprimunt litteræ vocis חרם) nugantur per חרם omnia oſſa,

quaſi

quaſi conteri; ſed ita ut per רחם, id eſt, per Dei miſericordiam, reficiantur: quia nempe רחם eaſdem habet litteras, ſolùm inverſo ordine, quas habet חרם, atque eundem numerum exprimit. Eadem hæc Excommunicatio, voce creſcente per litterarum ſervilium additionem, Chaldaicè dicta eſt מחרמתא *maarametha*; inde etiam Nonnulli levi mutatione *μαραναθὰ* deductum putant, ut utraque hac voce *ἀνάθεμα* & *μαραναθὰ* idem ſignificaverit Apoſtolus; quam geminationem ejuſdem vocis diverſis linguis putant non carêre ſua emphaſi, cujuſque adeo exempla etiam alibi occurrunt. Sic *Abba Pater*, *Marc.* 14: 16. *Rom.* 8: 15. *Gal.* 4: 6. & *Apoc.* 19: 1. Halleluiah *honor & gloria Deo*, &c. Quibus in locis vides eandem vocem Hebræis & Latinis verbis ingeminari ad majorem emphaſim.

Sed veriſimilius eſt per Anathema Maranatha deſignari tertiam illam Excommunicationis ſpeciem, quæ alio nomine שמתה dicebatur ab Hebræis; quia, inquiunt, שם מתה, *ibi mors*; at verius, ut à viris Doctis obſervatum, quod à שם אתא, *Dominus venit*, procedat. Id enim ipſum ſignificatur voce *Maranatha* apud Syros ܡܪܢ ܐܬܐ, *Dominus venit*; & ſic plane ſcribitur à Syro Interprete antiquiſſimo. Arabs ſic habet פליכן מפרוזא מאראנאתא, *ſit anathemate percuſſus ex expectatione Domini*. Crediderim ego hæc verba *Maranatha* prima fuiſſe verba horrendi Anathematis, quo feriebantur peccatores, de quorum ſalute conclamatum eſſe videbatur: ut illis nil aliud ſupereſſet quàm formidabilis expectatio judicii & ignis vehementis adverſarios conſumpturi. Solemne enim eſt apud Hebræos & orationes & libros etiam nuncupare ab iis verbis, unde illis eſt initium. Et verò tale eſt initium imprecationis illius, quâ utitur Henoch in hujuſcemodi homines, *Jude* 15. *Dominus venit*, &c. Atque hoc ipſum minitari videtur Malachias ultimis illis V. T. verbis, *Venturum Dominum & terram Anathemate percuſſurum*, quæ Judæis terrori ſunt; atque adeò ut in Bibliis à ſe excuſis poſt ultimum hunc verſum apponant majoribus characteribus proximè antecedentem; ne Sacrum Bibliorum Volumen per diras illas imprecationes deſinat.

Sed, ut è diverticulo redeamus in viam, tertia hæc Excommunicatio à prima in eo differebat, quòd illâ nullum feriebant, niſi poſtquàm ſpes omnis pœnitentiæ intercidiſſet; tum quòd ſecundam in ſolos Iſraëlitas, tertiam etiam in exteros vibrabant. Sic *Cant.* 2. in Thargum legitur Hamalec hoc anathemate percuſſum fuiſſe, תברו ית עמלק וית עמה בשמתא די"י *Fregerunt Hamalec & populum ejus in Samatha Domini.* Et in Sepher Thanhuma legitur, (ut refert Druſius) Judæos ſolitos fuiſſe quotannis Cuthæos, hoc eſt, Samaritanos, iiſdem diris devovere. משמת, id eſt, Samatha percuſſus, in Lib. pręcept. 28. 3. *Maledictus*, inquiebant, *quiſquis edit panem Cuthæi*, & *ex Cuthæis nemo ſit proſelytus in Iſraël*, *neque illis ſit ulla pars in reſurrectione juſtorum.* Ad hoc anathema pronunciandum conveniebant 300. Sacerdotes cum totidem tibicinibus ſuper montem Hebal, ut non ſine cauſa magnum inter Judæos & Samaritanos odium intercederet; ut conſtat ex *Joh.* 4: 9. & 8: 48. Porro ab Hebræo שמתה verbum Arabicum שמת eſt probris omnibus aliquem inſectari. Ex quibus abunde patet quàm dirum in Chriſti aut oſores aut contemptores anathema intentet hìc Apoſtolus. Omiſeram quod obſervant Nonnulli, מר & מרן non tam *κύριον*, quàm בעל *δεσπότην*, aut etiam Tyrannum ſignificare, hoc eſt, eum qui durum exercet & herile imperium; unde & מרוא Tyrannidem ſignificat. Tum vocem אתה, licet vulgarem Chaldæis & Syris, in uſu non eſſe apud Hebræos, niſi cùm volunt *σεμνύνεσθαι ἐν λόγοις*: quod vel inde liquet, quòd ea nonniſi in iis locis occurrit, quibus de adventu eo agitur, qui aut eſt magnificus, aut certè terribilis; alioqui Hebræi utuntur verbo בוא; ſed verbo אתא illuſtri illo adventu veniſſe dicitur Deus *Deut.* 35: 2. Et venturus Chriſtus *Eſa.* 41: 25. *Mich.* 4: 8. Et magnates *Deut.* 33: 21. *Pſ.* 68: 32. *Eſa.* 45: 11. Et eæ res quæ terrorem incutiunt, & tumultus, *Eſa.* 21: 12. Feræ voraces *Eſa.* 56: 9. *Jer.* 12: 9. Pavores *Job.* 3: 14 Mors *Job.* 16: 22. Excidium *Prov.* 1: 27. Fulgura *Job.* 37: 22. אתה alio ſenſu Hebręis occurrere non puto, ut utraque hæc vox & מרן & אתה ad terrorem ſit comparata. Sed implevit numeros pagina noſtra ſuos Videſque egiſſe me properantius, quàm par fuiſſet; unde in hiſce *ἀταξία* quædam, nonnullaque forſan *σφάλματα*.

E I D E M.

Traditur ſenſus ℣. 9. cap. 2. Epiſt. ad Coloſſ.

Ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς.

Siquidem in eo habitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter.

Itemque

Verſ. 4. cap. 2. 1 Epiſt. ad Timoth.

Ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ἐλθεῖν.

Qui vult omnes homines ſervari, & ad cognitionem veritatis venire.

Varias congeſſi, Vir amantiſſime, & plures fortaſſe, quàm oportuit, ſententias de ſenſu verborum Pauli 1 *Cor.* 15: 29. Sed congeſſi, ut ex tot Doctorum conflictu emicaret veritas. Quod jam ſpectat *v.* 9. 2 *c. Epiſt. ad Coloſſ.* de cujus ſenſu me interrogâſti, velim certè pro argumenti dignitate eum explanare; at neſcio an nunc valeam; ſiquidem aliò vocer. Itaque paucis agam. Scopus Apoſtoli patet. Coloſſenſium ingenia pruriebant; & quaſi non ſatis fuiſſet unum Chriſtum nôſſe eumque crucifixum, commentis hominum avidè inhiabant; atque, ut Moſe abſente ſibi novos Deos fingunt Iſraëlitæ; ſic Iſti continuò poſt Pauli, cujus miniſterio ad cognitionem veritatis adducti fuerant, diſceſſum novos cultus comminiſcuntur. Id ergo agit Apoſtolus, ut doceat quàm plena ſit, quàm omnibus numeris abſoluta doctrina, quæ Euangelio continetur; ut ne vel Angelo aliud docenti fidem debeant adhibere. Probationem ſic inſtituit, Chriſtum edocti eſtis, & quicquid pertinet ad Chriſti fidem; quorſum igitur ad Elementa mundi & humanas traditiones avertimini; *cùm in Chri-*

ſto lateant omnes theſauri ſapientiæ; *cùm ipſe ſit Deus & unus cum Patre.* Itaque *quiſquis fatetur Filium, habet etiam Patrem*, 1. Joh. 2: 23. Sed verba ſigillatim expendenda ſunt. *In ipſo*, &c. hoc eſt, in Chriſto homine, qui & Deus eſt in ſæcula.

In hoc igitur homine *habitat*, non commoratur tantùm; κατοικεῖ, non παροικεῖ, ישב non גור, *omnis plenitudo Deitatis corporaliter.* Dixerat antea, *in illo habitare omnem plenitudinem*, cap. 1. ỳ. 19. addiderat ſuperius, capit. hujus 2. ỳ. 3. *in eo latere omnes theſauros ſapientiæ & ſcientiæ*: jam pergit ulterius, vireſque acquirit eundo, & evehitur per gradus ad ſummum uſque Jacobeę ſcalæ faſtigium; donec Cœlum, imò Deum ipſum attingat. Sic accidit nimirum iis, qui defigunt oculos in Divinæ veritatis myſteria, & gloriam Domini facie retecta contemplantur; *transformantur tandem ex gloria in gloriam in eandem imaginem*, 2. Corinth. 3: ỳ. 18. & Epheſ. 5: ỳ. 18. Spiritu Dei pleni, ac penè dixerim ebrii, in intima Veritatis adyta penetrant magis ac magis. Sed hæc obiter notâſſe ſufficiat, ut ſciamus, quo æſtu abreptus, & quibus gradibus ad hanc ſublimitatem evectus fuerit Apoſtolus.

Jam & illud obſervandum, quod *Deitatem*, non *Divinitatem*, θεότητα non θειότητα, ut Rom. 1: ỳ. 20. habitare dicit in Chriſto. Hoc enim potiùs attributa, illud naturam ipſam Dei deſignat, quę non eſt niſi in ſolo Chriſto. Dicit quidem 2. Petr. 1: ỳ. 3, 4. nos fieri θείας κοινωνοὺς φύσεως; ſed participem eſſe naturæ Divinæ non idem eſt atque participem eſſe naturæ Dei. Divinum enim dicitur non id modò, quod eſt Dei proprium, ſed quodcunque divinis qualitatibus præditum eſt. Certè ſi Ipſius Dei Naturæ nos participes futuros innuere voluiſſet Petrus, addito articulo dixiſſet, τῆς θείας ut verſ. proximè antecedenti τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ; at θείας tantùm dixit; ut Pętus in Litteris ad Artaxerxem de Hippocrate ſcribens; οὗτος, inquit, θείας φύσεως κέχρηται, καὶ ἐκ μικρῶν καὶ ἰδιωτικῶν εἰς μεγάλα καὶ τεχνικὰ προήγαγε τὴν ἰατρικήν, γίνεται μὲν ὢν ὁ θεῖος Ἱπποκράτης. Hoc ab interpretibus animadverſum non fuiſſe miror, qui verterunt, *Naturâ Divinâ* præditus eſt, cùm debuiſſent vertere, *Naturâ quâdam Divinâ*, &c. Quæ vides, quàm immenſum differant.

Addo majus eſſe, quod *Naturam Dei* dicit habitare in Chriſto, quàm ſi dixiſſet, *Deum ipſum*: neque enim in illis omnibus, quæ *hominis* appellatione donamus, adeſt propterea natura ipſa humana, quæ non eſt niſi in vero homine; ſic neque Natura Dei iis ineſſe poteſt, *qui Naturâ non ſunt Dii*; ut loquitur Apoſtolus *Gal.* 4. Deus quidem dicitur habitare in nobis, non Natura Dei, ἡ θεότης; ut eum eſſe Deum neceſſe ſit, in quo eſt Natura Dei.

Sed neque hoc omittendum; quòd cùm Naturæ Divinæ tantùm *participes* fieri dicamur; Chriſto Naturæ Dei *tota plenitudo* ineſſe dicitur; quod magnam habet emphaſin. Nam apud Hebræos plenitudo perfectionem ſignificat; ſic argentum *plenum*, Gen. 23: ỳ. 9. eſt perfectum; & *implere poſt Dominum*, eſt integrum eſſe coram eo, Num. 14: ỳ. 24. & 32: ỳ. 11. Deut. 1: ỳ. 36. Joſ. 14: ỳ. 8, 9. & 1. Reg. 11: ỳ. 6. Domini terra eſt & *plenitudo ejus* Pſ. 24: ỳ. 1. id eſt, terra, quanta quanta eſt; & 1. Sam. 28: ỳ. 20. Saul cecidiſſe dicitur מלא קומתו *plenitudine ſtaturæ ſuæ*; id eſt, quantus quantus erat. Sic *plenitudo Deitatis* Deum ſignificat, quantus quantus eſt.

Cavillatur Socinus, Nos dici *plenos omni plenitudine Dei*, Eph. 3: ỳ. 19. Sed ibi loci agitur de cognitionis, non de Naturæ Divinæ, plenitudine; ut patet cuivis legenti. Et certè verſu ſuperiori dixerat, *Chriſtum habitare in nobis per fidem*, hoc eſt, foveri in cordibus noſtris per cognitionem illam, quæ cum fiducia juncta eſt; at hîc ait, Deum habitare in Chriſto σωματικῶς: qua voce ſine dubio quicquid ſignificatur, magnum eſt & Chriſto peculiare.

Multi putant σωματικῶς nihil aliud eſſe, quàm *veraciter*; quia veritas typis opponitur, quomodo *Corpus* umbræ; alii *corporaliter*, id eſt, in Chriſti corpore. Utriuſque interpretationis Autor eſt Auguſt. *De Præſentia Dei cap. 19. Non ideò corporaliter, quia corporeus ſit Deus; ſed aut verbo tranſlato uſus eſt, quaſi tanquam in Templo Manufacto, non corporaliter, ſed umbraliter, habitaverit*; id eſt, *præfigurantibus ſignis. Nam illas omnes obſervationes umbras futurorum vocat etiam Ipſe tranſlato vocabulo: aut certè corporaliter dictum eſt, quia & in Chriſti corpore, quod aſſumpſit ex Virgine, tanquam in Templo habitat Deus.* Sic ferè *Ep. 57. ad Dardanum.* Sed neutra interpretatio ſatisfacit; non prima, quia non typicè tantùm, ſed & verè habitavit in Templo Hieroſolymitano, & glorioſæ præſentiæ ſuæ ſigna edidit inter Cherubinos. Itaque nihil hîc vel parum dixerit Apoſtolus. Nec placet poſterior; nam, ut concedamus Chriſti corpus eſſe veluti Deitatis Templum; tamen in eo dici non poteſt Deus habitare corporaliter; uti neque anima in corpore corporaliter eſſe dicitur. Id enim reſpicit habitationis modum, non locum. Putavi aliquando corporaliter idem eſſe, quod ὅλως, *totaliter*; quòd eadem ſit ratio corporis ad membrum, quæ totius ad partem; ſed jam in alia ſum ſententia, & Hebraiſmum eſſe deprehendi, quo ſignificatur Deum ipſum, quoad eſſentiam ſuam, habitare in Chriſto. Hoc ſenſu Hebræi non rarò corpus tribuunt etiam rebus incorporeis. Centies in Scriptura reperies בעצם היום הזה, *in corpore ejus diei*, pro eo quod diximus, *in illa ipſa die.* Exempla habes *Gen.* 7: ỳ. 13. & 17: ỳ. 23. *Exod.* 12: ỳ. 17. *Lev.* 23: ỳ. 14. &c. Quare & Apoſtolus quandoque corporis ſui nomine ſe ipſum innuit, ut *Philipp.* 1: ỳ. 20. *& Gal.* 6: ỳ. 17. Unde factum, ut voce *corporis* rei eſſentia denotetur. Sic *Job.* 21: ỳ. 23. *Moritur in corpore puritatis ſuæ*, corpus puritatis eſt ipſa puritas: Et *Rom.* 6: ỳ. 6. *corpus peccati* eſt peccatum ipſum: Et *Rom.* 7: ỳ. 24. *Corpus mortis* eſt ipſa mors: & Col. 1: ỳ. 18. *Corpus Eccleſiæ* eſt ipſa Eccleſia; ut patet ex collatione loci hujus cum *Eph.* 1: ỳ. 22. Illic enim dicitur *caput corporis Eccleſiæ*, hîc verò *caput Eccleſiæ ipſius.* Eadem planè ratione Deus dicitur habitare in Chriſto σωματικῶς, id eſt, *Ipſe in eſſentia ſua*, ita ut eſſentialis unio intercedat inter Patrem & Filium, quomodo in ſolo Chriſto habitat. Nam & in nobis habitat & veraciter 1. *Corinth.* 14: ỳ. 25. ὁ θεὸς ὄντως ἐν ὑμῖν ἐστιν, & totaliter, *Eph.* 3: ỳ. 19. *pleni ſitis omni plenitudine Dei*; & corpus noſtrum eſt ipſius templum 1. *Cor.* 3: ỳ. 17. & 6: ỳ. 19. Sed in nobis habitat tantùm ἐν πνεύματι, hoc eſt, per virtutem diffuſam in ſuis, ut habetur *Eph.* 2: ỳ. 22. Nos συνοικοδομούμεθα εἰς κατοικητήριον τοῦ θεοῦ ἐν πνεύματι. At in Chriſto σωματικῶς. Jam patet ratio oppoſitionis. Dei quidem Eſſentia ubique diffunditur; ſed hîc *habitare* aliquantò plus eſt, quàm adeſſe. Habitare eſt uniri, & communi vinculo ſociari. Sic 2. *Cor.* 5: ỳ. 1. & *Job.* 4: ỳ. 9. & 2. *Petr.* 1: ỳ. 14. corpus dicitur eſſe animæ *habitatio*; quia eſſentiale vinculum inter illa duo intercedit. Talis eſt copula inter Chriſtum hominem & Deum: nam *verbum caro factum eſt.* Itaque Deus habitat in Chriſto non ſimpliciter ἐν πνεύματι, hoc eſt, virtute diffuſa; ſed σωματικῶς, hoc eſt, οὐσιωδῶς. Sic Apoſtolus ſupra ỳ. 5. dixerat, ſe adeſſe quidem τῷ πνεύματι; ſed abeſſe τῇ σαρκί; hoc eſt, Non adeſſe, ut ipſe ait 2. *Cor.* 10: ỳ. 10. τῇ παρουσίᾳ τοῦ σώματος, ſeu eſſentiali præſentia. Quod de præſentia ſua dicit Apoſtolus,

lus; id nos de Eſſentię Dei habitatione dicimus. Notandum hîc venit, quod advertit Elias in Methurgeman, in hæc Jeremiæ verba *cap.* 7: 12. שמתי חה כרו שמי שם, *habitare feci nomen meum ibi*, להרחיק הגשמות ממנו ית עלאה, *& hoc eſt, ut removeatur corporeitas, ſeu corporea habitatio, à Deo excelſo*: quod nempe dicit, non ſe ipſum, ſed nomen ſuum, habitaſſe Jeroſolymis in Templo. Propter habitationem iſtam addit Deum à Patribus vocatum fuiſſe שכינה, hoc eſt, *habitationem*; quo nomine hodiéque vulgo vocatur à Rabbinis. Sed hæc illius verba imprimis notanda ſunt; ואולי יש נרא טעם אחר לבעלם הקבלה ואני לא ידעתי *Tamen alia eſt ratio* (cur vocetur Deus habitatio) *quæ traditur à Magiſtris; quam ego quidem ignoro.* Ea nempe vera eſt ratio, cur *habitatio* dicatur, quam ignoravit Elias: Quia habitat & Pater in Filio: & Filius in nobis, ut ſit עמנואל; & *habitet nobiſcum in æternum*, Apoc. 21: 3. Quæ quidem Myſteria latent Magnum Doctorem in Iſraël; ſed quia velum illius oculis oppanſum eſt in lectione V. T. 1 *Cor.* 3: 15.

Dices forſan, me oſtendiſſe quidem עצם nonnunquam rei eſſentiam denotare apud Hebræos; ſed oſtendendum quoque fuiſſe τὸ עצם adverbialiter ſumi, adeò ut ſit idem, quod σωματικῶς. Verùm huic objectioni facillimè ſatisfieri poteſt; reſpondendo vix Hebræos ulla habere adverbia; Nominàque apud eos Adverbiorum vice ſungi, præpoſitâ ב particulâ. Sic pro eo, quod Latini dixerint *eſſentialiter*, Græci οὐσιωδῶς, vel phraſi Hebraicâ σωματικῶς, Hebræi dicerent בעצמו, hoc eſt, *in corpore*, ſeu *eſſentiâ ſuâ*. Sed inſuper quid hoc ad rem? Certè ſi σῶμα *Eſſentiam* phraſi Hebræâ ſignificat, ita ut ſit idem cum עצם; σωματικῶς pari jure ſignificabit *eſſentialiter*. Nullus hęc negaverit.

Hactenus conatus ſum verba explicare; ſupererat, ut & res perpenderem, & de modo illius habitationis contra Socinum & Ubiquitarios diſſererem; ſed id cogor in aliud tempus rejicere, & quæ me urget; feſtinatio facit ut nil poſſim hîc in medium proferre præter pauca quædam cruda & indigeſta, nullâ ordinis habitâ ratione.

Secundus locus, quem proponis, habetur 1. ad Timoth. cap. 2: v. 4. his verbis; *Qui vult omnes homines ſervari, & ad cognitionem veritatis venire.* Sciſcitaris tacitè, quis ſit ejus ſenſus; tum expreſſe objicis eum in ſpeciem ſavêre Novatoribus; nam, inquis, Deus vult ſeriò non ſolùm ſervare credentes & illuminatos; ſed vult ipſam conditionem; vult enim omnes homines venire ad veritatis cognitionem.

Reſponſio 1. Poſſet diſtingui Dei voluntas in voluntatem *decreti* & voluntatem *mandati*; quarum prima pertinet ad Dei Providentiam, ſecunda ad ejus Juſtitiam; Illa diſponit eventus, Hęc regit actiones. Per voluntatem mandati Deus vult omnes homines ad cognitionem veritatis venire; atque hoc pacto ſervari; per voluntatem decreti vult non omnes, ſed eos ſolos ſervari quos ex Beneplacito ſuo elegit. Nam pro iis ſolis rogat Chriſtus, non pro mundo, *Joh.* 17: 9. Et pro iis ſolis dedit animam, *pro ovibus*, *Joh.* 10: 11.; Pro amicis, *Joh.* 15: 13. pro Eccleſia, *Eph.* 5: 25.

Reſponſio 2. Poſſet etiam dici *omnium* nomine ſępe in Scriptura multos duntaxat intelligi. Exempla vide *Matth.* 10: 22. *Joh.* 10: 8. *Phil.* 2: 21. & 1 *Cor* 10: 23.

Reſponſ. 3. Sed non video, quid poſſit excipi contra vulgatam illam reſponſionem, quæ in ore omnium eſt; ſępe per omnia intelligi *non ſingula generum*, ſed *genera ſingulorum*; ut cùm *Act.* 10: 12. *Omnia* πάντα (id eſt παντοδαπὰ) τὰ τετράποδα τῆς γῆς dicuntur fuiſſe in linteo, quod Petro cœlitùs demiſſum eſt. Sic *Matth.* 9: 35. Chriſtus ſanabat *omnem morbum*, & *Luc.* 11: 42. decimatis mentham, rutam, & *omne olus*. Sic Deus vult omnes homines venire ad cognitionem veritatis; hoc eſt, omnis generis & conditionis. Quod patet ex iis, quæ præcedunt. Juſſerat orari pro Regibus; continuò additur hæc ratio, *Deum velle omnes*, id eſt, *cujuſvis conditionis* homines ſervari; nec ullam ſortem aut vitæ genus homines excludere à ſalute; *Tit.* 2: 11. Eodem ſenſu dicitur gratia Dei *omnibus hominibus* illuxiſſe; ut ſciamus etiam ſervorum ſaluti Chriſtum conſuluiſſe. Id enim de ſingulis intelligi non poſſe apparet, ex eo quod addit Apoſtolus *v.* 14. *Chriſtum ideò ſe dediſſe pro nobis ut haberet populum peculiarem*; at cujus omnis ſunt ex æquo, nihil illius eſt peculiari jure. Sic *Rom.* 11: 37. dicitur Deus *omnibus* miſericordiam facere; ſed de populis agitur, non de ſingulis. Sic *Coloſſ.* 3: 11. Chriſtus dicitur eſſe omnia *in omnibus*; id eſt, in *quibuſvis cujuſcunque gentis aut conditionis.* Sic enim Paulus ipſe ſe ſe explicat, cùm ait *in Chriſto nec eſſe Græcum nec Judæum*, &c. Sic 1 *Cor.* 12: 13. eodem modo explicat, quod dixerat *omnes* baptiſari in eodem Spiritu. Hæc inculcat ſubinde Apoſtolus; quis olim & Gentis & Conditionis & Sexûs ratio habebatur. Sub lege Gentis; nam cum ſolis Judæis; Conditionis, nam cum ſolis liberis, *Levit.* 25: 44. fœdus contraxerat Deus; Sexûs item aliquo modo; nam ſoli mares circumcidebantur. Has diſtinctiones ſub Euangelio ita ſublatas fuiſſe docet, ut etiam Gentibus, Servis, Regibus, qui tum erant Ethnici omnes, ſalutis ſpes eſſe poſſit. Opponit ergo ſuum ſæculum antegreſſis; quaſi dicat, Olim non jubebantur Paſtores pro quibuſvis hominibus preces concipere, quia doctrina ſalutaris non quibuſvis hominibus offerebatur: Hodie verò cùm velit Deus quoſvis ſervari, ſic & orare pro omnibus jubet.

Addo ad illuſtrationem 1. Reſponſionis hîc agi de Paſtorum officio, quos *vult*, id eſt, *jubet* Deus id dare operam, ut omnes ſerventur, & veniant ad cognitionem veritatis per ſuum miniſterium. Deus ergo vult omnes homines ſervari, &c. nempe quatenus id per eos fieri poteſt: nam & Paſtorum eſt ſervare ſuo modo, ut ait *cap.* 4: 16. & 1 *Cor.* 9: 22. Sed puto objectioni abunde ſatisfactum fuiſſe, locumque ſatis explicatum.

AD

AD AMPLISSIMUM

SARRAVIUM,

Senatorem in ſuprema Curia Pariſienſi integerrimum.

Expenditur Commentatio ad Loca quædam Novi Teſt. quæ de Antichriſto agunt, aut agere putantur, *Amſtelodami ann.* 1640. *edita.*

VERSIO.

Cùm ex ordine meo, Vir Ampliſſime, decurrente hac hebdomade mihi ſit frequenter concionandum; Sacra etiam Cœna mox veniat ſecundâ vice celebranda; nuper adhæc novas interim ædes noviterque acquiſitas, in quibus omnia artificum reſtituentium ac accommodantium fragoribus & tumultu, Muſæo meo nequidem excepto, perſtrepunt; libri demum mei ſchedæque in eodem Muſæo confuſiſſima jaceant; jure certè potuiſſem tacêre, quid ſentiam de *Commentatione* illa, quam ad me transmittere dignatus es, etſi roges, ut aperiam; vel ſaltem meam ea de re ſententiam in illud tempus differre, quo futurus ſim quietus; ſed tot & tanta ſunt tua erga me merita, ut nihil quicquam audeam tibi denegare. Cùm itaque probè ſciam, Te mihi ultro feſtinationis nimiæ errata condonaturum, malim eapropter juſtiſſimæ tuæ petitioni utcunque ſatisfacere, quàm debita debitis cumulare, quibus tandem obruerer.

Ut ergo & Tibi & mihi obſecundarem; *Commentationem* illam percurri, multáque, ut dicam quod res eſt, in ea reperi laude digniſſima. Stylus terſus eſt ac elegans; multa ineſt Humaniorum Literarum, Hiſtorię, Theologię, &c. ſcientia. Variæ interſperſæ ſunt Notæ Criticæ, eęque acutiſſimæ. Denique tanta elucet in toto Libello, imò etiam iis in locis, qui à vero longiùs abeunt, induſtria, ut credam penitus eum non potuiſſe ab alio prodire, quàm à viro reconditæ eruditionis, & ingenii prorſus mirabilis. At neſcio, quo Ille conſilio limites à Veteribus præfixos voluerit emovêre, alienáſque adeò expoſitiones iis omnibus Novi Teſtamenti locis comminiſci; quibus Eccleſia univerſa de Antichriſto ſermonem haberi conſentit. Id libenter ipſi remitterem, ſi Catholico-Romanus foret; quia è re ſua eſſet ut hos locos ſic detorqueret; at *Tractatus de Fide & Operibus*, qui *Libello de Antichriſto* adjunctus eſt, teſtatur ipſum Arminii placitis adhærêre. Forſan cum illis eſt reponendus, qui unionem aliquam inter Reformatos & Pontificios molientes, Religionis Romanæ errores pro viribus emolliunt ac diſſimulant, quo iis ſenſim aſſueſcamus; at qualiſcunque ſit; ſi novas ejus ſuprà dictorum locorum interpretationes non admittam, invictæ adſunt rationes propter quas non approbem. Cognoſces, ſpero, ex eo ſpecimine, quod ſubjicio; etſi primum duntaxat *Commentationis de Antichriſto* caput expendam.

Totum caput illud eò tendit, ut oſtendat Illuſtre illud Pauli 2. *ad Theſſ. cap.* 2. Vaticinium *Antichriſtum* minimè reſpicere, uti hactenus vulgò creditum; ſed *Caligulam*; qui adorari voluit, quaſi fuiſſet Deus; opeque omni eſt annixus, ut ſui imago Templo Hieroſolymitano inferretur; itemque *Simonem Magum*; qui, cùm id ambiiſſet, ut per aërem volitaret ſublimi curru, ſpectante populo Romano, devectus, ad D. Petri verbum præceps ruit, & ita ruit, ut crus ejus fuerit fractum. (Ita ſaltem Veteres multi referunt.) Jam autem, cùm Caligula tertio demum Imperii ſui anno hæc affectârit; ſupponit *Commentationis hujus Author* Poſteriorem hanc ad Theſſalon. Epiſtolam anno proximè antecedenti, hoc eſt, Caligulæ imperantis ſecundo, fuiſſe perſcriptam. Hincque prima mali labes, erroriſque initium. Conſtat enim ſeriùs longè fuiſſe ſcriptam, imperante nimirum Claudio, Caji ſucceſſore. Proinde ſi Pauli prædictio Cajum ſpectet, Paulus erit ridendus; quippe qui inducatur prænuntians, quæ jam ante prænuntiationem eveniſſent. Ut autem hæc demonſtrentur, contendo Priorem ad Theſſalonicenſes Epiſtolam ſcriptam eſſe ante Poſteriorem; ſiquidem in Poſteriori mentio fiat Prioris, *Poſt. cap.* 2. *verſ.* 55. *Retinete traditiones, in quibus fuiſtis edocti, ſive ſermonibus noſtris, ſive Epiſtolâ noſtrâ.* Jam verò in Priori Epiſt. diſertè ſermo habetur profectionis Paulinæ Philippos, Theſſalonicam, & Athenas; quę demum anno Claudii 8. eſt inſtituta; uti conſtat ex enarratione variarum ejus profectionum, *Act.* 16. & 17. Ergo Poſterior neceſſariò ſcripta fuit circa octavum Claudii annum; proinde ſi quid de Caligula prænuntiet, tum præterita prænuntiabit. Quòd ſi quis contendat, uti facit *Commentat. Author*, hallucinatam eſſe Eccleſiam totam, cùm eam appellat Priorem Epiſtolam, quæ revera ſit Poſterior; quæque poſt decem demum annos ſit perſcripta; audacior certè eſt aſſertio ejuſcemodi, ut fidem apud quemquam impetret. Quin & facilè poteſt everti. In Poſteriori enim, quemadmodum in Priori, mentio fit aliquoties Apoſtolici ad Theſſalon. adventûs. *Retinete*, ait cap. 2. verſ. 15. jam laudato, *traditiones, in quibus fuiſtis edocti ſermonibus meis.* Item cap. 3: 7, 8. *Non egimus intra Vos inordinatè; neque gratis à quoquam panem manducavimus; ſed nocte diéque cum labore & fatigatione operati ſumus, ne Veſtrûm quenquam gravaremus.* Loca hæc, ſimiliáque alia, palam faciunt Epiſtolam hanc poſt Pauli ad Theſſalonicenſes acceſſum, ad ann. præter propter Claudii 8. fuiſſe exaratam. Fingit *Libelli Author*, ut hiſce occurrat, Theſſalonicenſem Eccleſiam ex Judæis exulibus fuiſſe conflatam; & quidem ex Syria paulò antè profugis; quibuſcum Paulus inibi erat verſatus; quoſque ad Euangelii profeſſionem advocârat. Quæ ſi admittantur; neceſſe eſt, quando Paulus Theſſalonicam venit ad annum Claudii 8. annuntiaturus Euangelium, ea in urbe jam tum extitiſſe Eccleſiam; cùm tamen Lucas *Act.* 17. nudè referat, Judæorum Synagogam inextitiſſe. Neque ulla ex parte pateat, Judæos illos recens eò conveniſſe; dúmque oppoſitum nobis non demonſtratur, in hac merito ſtabimus opinione, Judæos illos ex eorum fuiſſe numero, qui multò antè inter Gręcos, *Joann.* 7: 35. fuerant diſperſi. Quò & videntur referenda, quæ Philo *ſua ad Caium Legatione* perhibet, varias tum extitiſſe in Macedonia, ubi poſita erat Theſſalonica, Judæorum Colonias. Id quoque præ primis notandum, Securidam

ma, inchoari, *Paulus, Sylvanus, & Timotheus Theſſalonicenſ. Eccleſiæ, &c.* Conſcripta eſt igitur poſt tempus illud, qun Sylvanus, vel Sylas, & Timotheus Paulo fuère adjuncti: hi autem Paulo ſuère anno tantùm Claudii 6. vel 7. adjuncti, uti ex *Act. Apoſt. cap.* 15. *verſ.* 40. & 16. *verſ.* 1, 2, 3. colligitur. Uno verbo, ſi Paulus, ut ſtatuit *Commentat. Auth.* Poſteriorem ad Theſſalon. ſecondo Caligulæ anno ſcripſit, inde concludendum illum eam ante ſuam ad Chriſtum converſionem ſcripſiſſe, ſiquidem anno demum ſubſequenti, hoc eſt, Caligulæ tertio fuerit converſus, uti eruditè oſtendit circa *Hiſt. Apoſtol. p.* 5n. Doctiſſimus Capellus. *Commentat. Author.* Epiſtolam hanc ad paucos tantummodò, qui Eccleſiam nondum conſtituiſſent, miſſam fuiſſe cnncludit ex eo, quod illis non injungat Apoſtolus, quemadmodum injungit Corinthiis, ut inordinatè & licenter viventes excommunicent; ſed duntaxat ab iis ſecedant. Verùm, cùm Apoſtolus Theſſalonicenſium *Eccleſiæ* Epiſtolam diſertê inſcribat, eo apertè ſatis oſtendit, illos in Eccleſiaſticam ſocietatem tum conveniſſe. Unde etiam non modò mandat, ut à flagitioſis diſcedant, ſed inſuper eoſdem *notent*, cenſuris nempe & excommunicationibus: uti & locum hunc cum multis aliis *Auguſtin.* interpretatur, quibus accedit *Beza.*

Everſis Authoris hypotheſibus, ſingulas Textûs partes jam expendamus. *V.* 1. *ἐρωτῶμεν, à vobis petimus*, pro *vos precamur*, non tam eſt Latina locutio, quàm Hebraica: ſiquidem apud Hebręos שאל eadem laboret ambiguitate. Apoſtoli autem ſtylum ab Hebræis potiùs, quàm à Græcis vel Latinis mutuantur. Ut ut ſit, hæc loquendi ratio ab uſu plebis eſt deſumpta, quæ minus de vocum proprietate ſolet eſſe ſollicita: quandoquidem Hermogenes περὶ μεθόδου δεινότητος locutionem minimê propriam eſſe ſtatuat: ſi quis ἐρωτῶ pro δέομαι uſurpet. Sed hæc obiter; ſiquidem longè leviora ſunt ſequentibus. *Ibidem ſuccedunt, ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ᾽ αὐτόν: per adventum Domini noſtri J. Chriſti, & noſtram ad eum congregationem*, &c. Is Chriſti adventus non eſt *Judicium adverſus Hieroſolyma brevi exercendum*, ut fingit *Author*, ſed *Judicium Ultimum.* Eſt enim idem illud judicium, de quo toties Epiſtola Prior: imò & hęc Poſterior, *Cap. ſuperiori verſ.* 7, 8, 9, 10. *Juſtum enim apud Deum, vobis dat relaxationem nobiscum in Revelatione Domini J. Chriſti è cælis cum Angelis virtutis ſuæ*, &c. Quæ certè ad ultimum Chriſti ſub finem mundi adventum unicè ſpectant. Ad hæc huic Chriſti adventui continuò ſubjungitur *Noſtri ad Eum congregatio*; quæ ultima demum die fiet, ex *Matth. cap.* 24: *v.* 31. *Marci cap.* 13: *verſ.* 27. 1 *Theſſ. cap.* 4. *cap.* 16.

Verſ. 2. *εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοός, μήτε θροεῖσθαι*, &c. *Ne citò à mente dimoveamini, ac turbemini, quaſi inſtet dies Chriſti*, &c. Si præſignificata iſthæc *Dies* Hieroſolymitanum excidium notat, quamobrem, quæſo, ipſam exhorreſcerent tantopere Theſſalonicenſes Chriſtiani; quibus Judęi Hieroſolymitani hoſtes eſſent infenſiſſimi? An verò Gallorum fiduciæ & ſecuritati cautiſſimè conſuleretur; ſi quis eos ſic aſſaretur, Ne timeatis, ſiquidem non tam citò exſcindentur Hiſpani? Præterea, qui jure poteſt Apoſtolus inficiari, Judæorum excidium imminêre, cùm reipſa jam adeſſet; uti liquet ex *Prioris Epiſtola c.* 2. *v.* 16. *Prohibent nos*, Judæi, *ne Gentes alloquamur, ut ſerventur, ad hoc ut impleant peccatorum ſuorum modum; indéque pervenit ad eos ira in finem.*

Verſ. 3. *Μή τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον*, &c. *Ne quis vos ullo modo ſeducat*, &c. Sic interpretatur *Comm. Author*; *Nequis vobis perſuadeat Hieroſolymam brevi exſcindendam eſſe*; ſiquidem poſt 20. aut 30. annos ſit ſolummodò exſcindenda. At leve iſtud fuiſſet admodum, etſi aliquis priùs ſubvertendam iis perſuaſiſſet; neque verò perſuaſio ejuſmodi fuiſſet appellanda ſeductio. *Ibidem Ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, Siquidem ni priùs advenerit defectio.* Apoſtaſiam illam *Author* in Caligulæ tempora transfert. Verùm non poteſt transferri; quandoquidem ille non potuerit deficere, quippe qui Chriſtianiſmo nunquam adhæſerit. Neque vox פשע, quâ *Daniel.* 8: 12. Antiochi impietas notatur, *defectionem* aut *ἀποστασίαν* ſignificat; ſed in genere *transgreſſionem, perfidiam, prævaricationem*; quin & Commentator ipſe *Commentation.* pag. 17. per *Meditatam malitiam* vertit. Sed eſto, loco Danielis jam allegato פשע defectionem ſignificet; hæc Jaſoni Summo Pontifici potuit aſcribi aliiſque Judæis, qui, Antiocho regnante, à Lege defecerunt, 2 *Macabæor.* 1: 12. itemque 2 *Macab.* 4: 10. *Joſeph. Antiq. lib.* 12. *cap.* 6. Imperante autem Caligula nihil quicquam tale contigit.

Verſ. 4. *ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν, ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ ὡς θεὸν καθίσαι. Elatus ſupra omnem dictum Deum; aut Numen; ita ut ipſe Dei inſtar in Templo Dei ſedeat.* Hiſce *Author* ſignificari putat, Optâſſe Caligulam, imò & in id allaborâſſe, ut ſtatua ſua Hieroſolymis in Templo collocaretur, ibique ipſe a Judæis adoraretur. Verùm à Chriſti obitu Templum Hieroſolymitanum nunquam ab Apoſtolis Templum Dei vocatur: & ſi quando de Dei Æde, vel Templo ſermonem habeant, tum vel Eccleſiam in genere, vel ſingularem quemque fidelem, iis vocibus intellecta volunt; aiuntque præterea Deum nequaquam ædes manu factas inhabitare. Adhæc Caligula nuſquam in Dei Templo ſedit; id quidem habuit propoſitum, ut in eo reponeretur ſui effigies; at in eo propoſito non perſtitit; Philone in *Legatione ſua* teſte; cui certè tutiùs fides, quàm alteri cuiquam, adhibeatur. Ille enim Regis Agrippæ precibus exoratus, id ipſi conceſſit, *τὸ μηκέτι γίνεσθαι τὴν ἀνάθεσιν; Ne ſtatuæ ſuæ conſecratio fieret*: indéque ad Petronium Syriæ Pręſidem reſcripſit, *μηδὲν ἐπὶ τῷ ἱερῷ τῶν Ἰουδαίων ἔτι νεώτερον κινεῖν; ne quicquam in Templo Judæorum innovaret.*

Verſ. 5. *οὐ μνημονεύετε, ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν; Nonne meminiſtis, quòd cùm eſſem apud vos hæc vobis dicebam.* Græcè habetur *πρὸς ὑμᾶς, apud vos*; inter vos; uti & vertunt *Interpres Vulgatus, Syrus, & Arabs*; Theſſalonicæ nempe, ubi erant. Ne quis ergo ſibi fingat, aliquem eo loco commemorari in Syria Pauli & illorum occurſum.

Verſ. 7. *Τὸ γὰρ μυστήριον ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας; Myſterium enim iniquitatis jam nunc paratur.* Eo Myſterio intelligendum putat *Commentator* nefarium illud Caligulę propoſitum, quod animo fovebat; Ut ſcilicet Numinis ad inſtar adoraretur; Myſteriumque vocari ait, quia tum arcanum eſſet & occultum; idque ea voce juxta Chryſoſtomum importari. Verùm, quod Myſterium ſolet appellari, id non tam eſt *ἀγνοούμενον*, quàm *ἐν τῇ γνώσει χαλεπὸν*, propter obſcuritatem ſuam vel altitudinem. Omne igitur Myſterium ex natura ſua incognitum eſſe largiamur; verumtamen quicquid eſt incognitum non ideò eſt Myſterium; ſecus cogitationes noſtræ omnes Myſteria forent, uſque dum manifeſtarentur. Ad hoc ergo, ut Caii propoſitum illud habeatur pro Myſterio, non requiritur tantùm ut ſit occultum;

tum; neceſſe eſt inſuper ſingulare quoddam & profundum conſilium includat. Nedum autem hæc Caji propoſito ineſſent, ut contrà uno ſtultitiæ & faſtûs impulſu divinos honores affectaret; vimque unam, miſſa omni dexteritate, adhiberet, quo eos à plebe obtineret. Neque aliò ducunt *Myſterii* deſcriptiones, à Chryſoſtomo locis ab *Authore noſtro* notatis allatæ. Sic enim ait in *cap. 11, 25. Epiſt. ad Rom. Apoſtolus hoc loco Myſterium appellat* τὸ ἀγνώμενον καὶ ἀπόῤῥητον, καὶ πολὺ μὲν τὸ θαῦμα, καὶ παράδοξον ἔχον; *Quod ignotum & inexplicabile, magnopere mirandum, & paradoxum.* Sic verò in 1. ad Corinth. caput 11: 51. Myſterium eſt φρικτόν τι, καὶ ἀπόῤῥητον, καὶ ὃ μὴ πάντες ἴσασι? *Terribile quid, ineffabile; quodque omnes non norunt. Eodem verſ.* Μόνον ὁ κατέχων ἄρτι, ἕως ἐκ μέσου γένηται, *ſolùm Is, qui nunc tenet*, tenebit, *donec de medio fiat.* Horum hic eſt *ex Commentatore noſtro* ſenſus. *Vitellius, qui jam Judæam Imperatoris authoritate tenet, eam tenebit, donec à Caligula revocetur, ejuſque in locum Petronius ſufficiatur.* Ille, *inquit*, magna authoritate apud Cajum pollebat, in Judæos optimè erat affectus, eóque Cajus nihil eſt auſus adverſus eos tentare, donec revocaretur. Verùm hæc interpretatio omni deſtituta eſt probabilitate. Id enim ſtatuamus, Vitellium tum temporis Syriam, atque unà cum Syria Judæam *tenuiſſe*; nuſquam tamen Paulus in Græciam ad Græcos longè ſemotos ſcribens dixerit, *Qui tenet*, de Syriæ vel Judææ Præfecto, qui nullam omninò in eos obtinebat poteſtatem. Adhæc Vitellius Judæam vel Syriam non obtinuit, *uſque dum è medio tolleretur*; (quo modo verba Apoſtoli ſunt explicanda;) diu enim poſthęc vixit; diúque ſub Claudio floruit, imò & ampliſſimis muneribus Cenſoris, Conſulis, &c. eſt defunctus; tandemque filium etiam habuit Imperatorem. In eo etiam fallitur *Author*, quòd credat Vitellii probitatem reverentiam quandam Caligulæ inſpirâſſe, adeò ut Imperator ille eâ teneretur, ne conſilium ſuum aperiret, donec is revocatus eſſet, aliuſque in ejus Præfecturam fuiſſet ſubrogatus. Tantùm enim abeſt, ut Caligula Vitellii gravitatem ac virtutes revereretur: contrà Vitellius turpiſſimus erat adulator; cujus blanditiis Imperator præ omnibus aliis fuerat & corruptus & dementatus. Audiamus quibus coloribus eum deſcribat Suetonius in *Vitellio cap. 2. Is mirè in adulando ingenii primus Cajum Cæſarem adorari ut Deum inſtituit; cum reverſus ex Syria non aliter adire auſus eſſet, quàm capite velato, circumvertenſque ſe, deinde procumbens.* Quibus ſubdit, *Claudium uxoribus, libertiſque addictum, ne qua non arte demereretur, pro maximo munere à Meſſalina petiit ut ſibi pedes præberet excalceandos; detractumque ſocculum dextrum inter togam tunicaſque geſtavit aſſiduè, nonnunquam oſculabundus. Narciſſi quoque & Pallantis*, Libertorum, *imagines aureas inter Lares coluit.* Indéque Tacitus, *Annal. lib. 6.* ut infamem hominem, abominandæque adulationis exemplum, ipſum indigitat.

Verſ. 8. καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος; *Et tunc revelabitur Ille iniquus.* Libelli Author eò redactus eſt, ut *Iniquo* iſto alium intelligeret, quàm Caligulam, nempe Simonem Magum; quia Caligulæ non potuit accommodare, quæ ſequuntur; quippe quæ in Imperatorem aliquem non quadrent, ſed in Doctorem, qui mendaciis ſuis, falſiſque miraculis populos ſeducat. At luce meridiana clarius eſt, *Iniquum* illum, de quo Paulus, eundem eſſe eum eo *Homine peccati*, *Filióque perditionis*, quem ſuprà memoraverat: Neque illi poſſunt pro diverſis hominibus exhiberi, quin contextûs compages tota diſſolvatur; abrumpaturque ſeries. *Dies ille*, ait, *non adveniet, ni primus Homo peccati, Perditioniſque filius reveletur. Nôſtis autem, quid eum teneat, ne ſuo tempore prodeat. Jam nunc enim Iniquitatis Myſterium ſenſim movetur. Solummodo qui obtinet, obtinebit, donec aboleatur; tumque Iniquus ille manifeſtabitur.* Quis credat *Iniquum* illum alium eſſe ab eo de quo mox fuerat locutus? Hiſce addas, Simonem Magum minimè fuiſſe revelatum, quando Vitellius ex Syria fuit revocatus; quin contrà eo tantùm tempore Euangelii profeſſionem amplexus. Quod autem habet D. Hieronymus, D. Petrum anno Claudii 2. Romam contendiſſe, ut Simoni adverſaretur, id nequit omninò admitti, niſi ab illis, qui Actuum Apoſtol. Librum minimè expendêre; ex quo invictis colligitur argumentis, Petrum in Judæa ad 6. vel 7. Claudii annum commoratum eſſe. Quibus ſi addas, (uti probabile admodum) Eum, relictâ Judæâ, ſeptennium Antiochiæ egiſſe, Romam tum demum acceſſit, cùm ad finem inclinaret Claudii Imperium. Revera quidem, Philaſtrius *de Hæreſ. lib. 7.* Severus Sulpicius *Hiſtor. lib. 2. cap. 8.* Proſper Aquitanus *de Promiſſ. cap. 13.* Gregorius Toronenſis *lib. 1. cap. 25.* Damaſi Pontifie. 1. *Petro*; ſuppoſititius Hegeſippus *lib. 7. cap. 2.* Oratio in Pet. & Pauli Martyrium, quæ vulgò S. Ambroſio tribuitur, *Sermone in Feſto Pet. & Paul.* itemque D. Auguſtino, *De ſanctis, ſermon. 17.* Maximóque Taurinenſi, *Homil. 5. in Natal. Pet. & Pauli*, Nicephorus *Hiſtor. lib. 2. cap. 36.* Multique alii, Pugnam illam, quæ vulgò D. Petrum inter & Simonem Magum commiſſa creditur, ad Neronis, Claudii Succeſſoris, Imperium revocant. Jam verò ſi Petrus Martyrium, (ut ſcribunt plerique) ſuſtinuit anno imperantis Neronis XI, vel XII. mortique fuit adjudicatus ob ea, quæ in Simonem eſt executus, atque continuò quàm executus eſt; tum 26. aut 27. anni interceſſêre inter Vitellii à Syria deceſſionem & D. Petri certamen cum Simone; quod ex *Authore noſtro* notant hæc Apoſtoli verba; *Túmque manifeſtabitur Iniquus ille, cujus adventus cum efficacia Satanæ fiet.* Horumque adeò iſte erit ſenſus. *Aſpectante Nerone Simon Magus varia edet Miracula falſa, verùm à D. Petro profligabitur; iſthæcque omnia tum evenient, cum à Syria avocabitur Vitellius*; hoc eſt, viceſimo poſt hanc avocationem anno. Quæ certè interpretatio haudquaquam huic loco quadrat. Neque reſpondeatur, hanc particulam τότε, vel *Tunc*, plerumque de diuturno temporis ſpatio explicari. Cùm enim Paulus ſuprà inficiaretur, Diem Chriſti eſſe proximam; *Author* hæc ultrò ad Hieroſolymitanam exciſionem transfert; quæ anno 30. vel 32. ſequenti erat ſubſecutura. Nunc autem, cùm agitur de Simonis Magi revelatione, vel potiùs de *Iniqui* manifeſtatione, quam Paulus affirmat mox ſecuturam; in ſpeciem quidem aſſentitur *Author*, concedat tamen neceſſe eſt eam annor. 25. ſpatio ſummotam, ex eo quòd vocula τότε nonnunquam longam ſatis temporis intercapedinem ſignificet. An verò in eodem orationis contextu annorum 30. intervallum fatebitur pręlongum; 25. autem intervallum dicet tempus proximè inſtans? Hęc profectò non videntur apta & congrua. Pręterea, ſi hęc verba *vſ.* 6. *Ut ſuo tempore reveletur*, ea notent, quę anno proximè ſuccedente Caligula erat acturus; qui fit, ut ſequentia, *Túmque Iniquus ille manifeſtabitur*, qui fit, inquam, ut poſteriora iſthęc ad ann. 25. amendentur? Quòd ſi quis regerat, tametſi Apoſtolus enuntiârit Futuro Tempore quę tantùm ſummota ſunt anni unius ſpatio. Eundem tamen licitè poſſe Pręſentis Temporis vocibus ea exprimere, & tanquam adſtantia exhibêre, quę tamen 25. annorum intervallo diſſita ſunt; ille profectò Apoſtolum inducet in verbis ludentem, eoque loquendi gene-

re

re uteutem ; quod minimè velit iutellectum.

Eodem verſ. 8. ὃν ὁ Κύριος ἀναλώσει τῷ πνεύματι τοῦ ςόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ; *Quem Dominus profligabit ſpiritu oris ſui, & abolebit illuſtri apparitione Adventus ſui.* Juxta *Authorem* hæc ſic ſonant, *Dum Simon Magus, inſpectante Populo Romano, per aërem ſublimis curru feretur, Petrus Chriſti virtute deturbabit præcipitem, eóque lapſu crus franget.* Commentator nuper Adventum Chriſti interpretabatur Judicium in Judæos Hieroſolymitanos immittendum, nunc autem eo adventu Judicium in Simonem Magum exercendum commeotatur: eáque ratione pro duplici Chriſti adventu, qui in Script. Sacra commemorantur, tot numerandi venient, quot in homines exercebuntur judicia, hoc eſt, infiniti propemodum. Mitto, quod *Noſter* velit, hæc verba, *Quem Deus profligabit ſpiritu oris ſui*, ex ſequentibus, *& abolebit adventûs ſui ſplendore*, explicanda eſſe; quaſi unum & idem eſſeot. Hoc eſt quidem leviſſimum, at raro, quæ ad aliorum illuſtrationem in Script. Sacra afferuntur, aliis illis ſunt obſcuriora. Cæterum ſi cui crus frangatur, is non ideò cenſeri poteſt cootinuò deletus & extinctus: Simonque fracto crure, (ſi vera ſit narratio) potuit eo etiam ſtatu iu humanum genus exitialiter graſſari. Verùm, ut jam apertè fatear, quod ſentio, parùm omnino veroſimilis mihi videtur hæc narratio. Si quid enim ioſigne adeò Romæ contigiſſet, in conſpectu numeroſiſſimi cœtus, imò & Neroois, vel Claudii, (Magum nempe à Diabolo ſubvectum per aëra volitantem ad Apoſtoli cujuſdam mandatum hinc ſubito in terram ruiſſe;) tanti hujuſce miraculi commemoratio quædam temporis illius monumentis & hiſtoriis foret inſcripta; nulla tamen uſquam apud Ethnicos Authores occurrit. Inter Chriſtiaoos vero qui primus memorat, eſt ſuppoſitiuus Clemens; cujus liber ſabulis totus ſcatet. Unde & D. Auguſt. *Epiſtol. ad Caſulan.* rem ſit attingit, *Eſt quidem & hæc opinio plurimorum, quamvis eam perhibeant falſam plerique Romani quod Apoſtolus Petrus cum Simone Mago Die Dominico certaturus, propter ipſum magnæ tentationis periculum, pridie cum ejuſdem urbis Eccleſia jejunaverit*, &c. Idque notatione digniſſimum, quòd, quanquam omnes Patres ſæpius de Simone Mago meotionem injiciant, tribus tamen prioribus ſæculis ne unus quidem reperiatur, qui hanc narret hiſtoriam; ſi unum excipias Clementem, authorem fabuloſum, & commentitium. Juſtinus Martyr *Apolog.* 2. id ſolùm ait, Eum Magicis artibus eò uſque inclaruiſſe, ut ipſi erecta fuerit ſtatua cum hoc titulo, *Simoni Deo Sancto.* Verùm, ut pridem notavêre complures docti, accepit *Simoni Deo Sancto*, pro *Semoni Deo Sanco, vel Sango*; qui poſterior eſt Romanorum Deus, de quo Varro de *Ling. Latin. lib.* 4. Propertius *lib.* 4. Ovid. *Faſt. lib.* 6. &c. Et certe Baroo. in *Annal. ad ann.* 44. teſtatur ſuo tempore effoſſas fuiſſe Romæ binas inſcriptiones admodum affines; quarum altera ſic haberet, *Semoni Deo Sango*; altera, *Sango ſancto Semoni Deo.* Ut ut ſit, narratio tam parum certa non poteſt Paulinæ Prophetiæ fidem cooferre. Adhæc iu Simone Mago hanc non deprehendo omnipotentiam, hanc Sataoæ efficaciam Iniquitatiſque ſeductionem illam, quas Apoſtolus *Iniquo* illi, de quo agit, tribuit deinceps. Tam paucos obtinuit ſectatores, ut ducentis poſt annis vix ulli apparereut; ſi fides Origeni *contra Celſum. lib.* 6. *Nunc nuſquam gentium extant Simoniani; quamvis Simon, quo plures ſibi pararet Diſcipulos, ſuſtulerit è ſua doctrina mortis periculum, quod Chriſtiani docebantur contemnere, dicens indifferentem eſſe idololatriam.*

Si per negotia licêret alia Commentatoris in alios quoſdam Script. Sac. locos, in quibus Antichriſtus delineatur, commenta expeodere, lubens expeoderem; ſed hæc ad Libelli dijudicationem ſatis ſuut. Vale.

GENEROSISSIMO VIRO N. N.

SALUTEM

SAMUEL BOCHARTUS.

Quid ſint Piſti, de quibus Joſephus, Antiq. lib. 18. cap. 2.
An Iiar fuerit primus anni menſis apud Judæos a Simonis Maccab. morte ad Veſpaſiani obitum.
Quid ſignificet προσευχὼν apud Joſeph. Antiq. lib. 6. cap. 5.

VERSIO.

Cùm Literas tuas, *Vir Humaniſſime*, proximo tantùm die ante feſta hęcce mox præterita, quibus ad alia vocabar, acceperim, ad eas citiùs reſpondêre non potui; unde & fui coactus, quamquam maximè iuvitus, gratias meas de tuâ erga me humanitate, officiiſque generoſè adeò oblatis, in hanc uſque horam differre. Quod unicè rependere poſſum, illud eſt, ut tam fauſtum in Hollandiam ſit iter, quàm nuper in Angliam fuit; quod certè ex animo voveo. Non poteras illud in meliori ſuſcipere comitatu quàm Celeberrimi Thuani, quippe qui ſit vir excellentiſſimus & genere illuſtriſſimus: cui tamen omnes ingenii ſui vires eruntadhibendę, quo munere à Rege ipſi collato fœliciter fungatur. Gens quippe, ad quam mittitur, in varias diviſa eſt factiones, ejuſque Rectores diverſis aguntur rationibus. At ea, Vir Nobiliſſime, cominùs videbis; eorumque forſan nobis aliquando hiſtoriam narrabis; vel te talem intra paucos annos præſtabis, qui Illuſtriſſimi Thuani locum dignè occupes; poſtquam ſtudium, peregrinationes, tuaque cum doctis & Politicis commercia, Te ad maximi quæque momenti negotia idoneum effecerint. Quod ad meas attinet occupationes, quandoquidem dignatus ſis de iis petere, libenter reſpondebo, Me in adornando de *Animalibus Opere* adhuc diſtineri; Meque ad hujuſce anni finem uſque occupatum iri. Poſtquam couſectum erit, ſi peritum reperirem Typographum; quæ in hanc materiam elaboravi, ea ultro iu lucem ederem. Verùm timeo,

ne, poſtquam in hoc *Opere* adornando multùm deſudavero, Muſæolo meo diu prematur; quoniam pauciſſimi ſunt Typographi, qui iis omnibus, quæ ad ejus editionem neceſſaria ſunt, muniantur. Caracteribus enim Græcis, Hebraicis, atque Arabicis opus erit. Spiſſum quoque erit volumen: impenſæque magnæ ad ejus Impreſſionem erunt faciendæ. At ſi craſſitudo eos, qui illud excudere vellent, terreat, in partes dividere poſſem; modòque Tractatum *de Quadrupedibus*; modò ſubſequentem de *Avibus*; poſtea tertium de *Serpentibus*, &c. ſeorſim in lucem edere. Forſan Tibi, Vir humaniſſime, moleſtus ſim dum minutias haſce ita perſequor; at, ut ita perſequar, ſingulari quadam ratione moveor, hàc ſcilicet; quòd cùm nulli ſint hodie (quod quidem ſciam) accuratiores Typographi, quam Blavei & Elzevirii, Tibi forſitan, dum in Hollandia diutiuſculè, uti putas, moraturus es, offeretur occaſio eorum Bibliopolia inviſendi, atque ex ea occaſione inquirendi, num illud ſuſcipere onus vellent. Quam ſortem habiturum ſit Opus ignoro, multúmque reformidare debeo, ne in eo plurima deſiderentur; (novi enim infirmitatem meam;) confidenter tamen dixerim, Ipſum & omnibus ferè ſæculi hujus operibus futurum laborioſius, & novis refertiſſimum obſervationibus. An verò hæ ad rem ſint, nec ne; Tui, *Vir doctiſſime*, tibique ſimilium judicare erit. Celeberrimum Voſſium Patris maximi filium digniſſimum, brevique Opus aliquod ſe dignum editurum, Hagæ invenies: Amſtelodami verò Clariſſimum Morum, ingenio ſummum, doctrinâque eminentem, utrumque mihi conjunctiſſimum: ſpondeo Illis virum dignitate clarum, qualis Tu, nôſſe fore gratiſſimum. Leydæ omnium Arabicæ linguæ ſtudioſorum princeps eſt illuſtriſſimus Golius. Inibi etiam doctiſſimum Clementem, qui Summi Salmaſii Epiſtolas typis excudendas curavit, pulcherrimamque præfationem præfixit; qui in Plauto illuſtrando brevi etiam allaboraturus eſt, poteris inviſere. Hos omnes tibi laudo, tum quoniam me ſuâ dignantur amicitiâ, tum quia meritis ſuis omni laude ſunt digniſſimi.

Nunc autem me confero ad tres tuas quæſtiones. Prima ſpectat Δακῶν τοὺς Πλείστους λεγομένους, eos *homines, qui inter Dacos Pliſti dicuntur*; prout refert Joſephus *Antiq. lib.* 18. *cap.* 2. Petis, *Quinam Authores horum populorum mentionem faciant.* Atque adeò duo ſuppoſnis de quibus inter doctos non convenit; prius ſcilicet, *eos eſſe gentem aliquam*; poſterius verò, *Alios Authores præter Joſephum eorum meminiſſe*.

Quantum ad prius, Pliſtos gentem fuiſſe non puto, ſed quandam hominum Sectam, *Eſſæis* vel *Eſſenis* Judæorum, quibuſcum eos confert Joſephus, non abſimilem. Novi quidem & Plinium & Solinum de Eſſenis, tanquam de gente ab aliis diſtincta, loqui. En quid de illis Plinius; *Gens ſola, & in toto orbe præter cæteras mira, ſine ulla fœmina, omni venere abdicatâ.* Item, *Gens æterna eſt, in qua nemo naſcitur.* Sic etiam Solinus; *Incredibile dictu, gens æterna eſt ceſſantibus puerperiis.* At, licet eos *Gentem* appellent; nihilominus tamen oſtendunt illos gentem verè ſic dictam nequaquam fuiſſe; cùm ipſos dicunt à fœminarum commercio prorſus abſtinuiſſe. Quomodo enim ii poſſunt populus cenſeri, qui genus ſuum non propagant? aut quomodo abſque uxoribus propagari poteſt? Contendo igitur & Plinium & Solinum voce *Gentis* abuti, cùm Eſſenos gentem nuncupant, quo eorum propagatio mirabilior videatur. Jam verò, quod de Eſſenis aſſero, idem illud *Pliſtis* in eo ſimilibus applicari debet. Idque ex Joſepho evidenter patet; cùm enim Eſſenos & uxoribus & ſervis, &c. caruiſſe retuliſſet; protinus addit, eorum vivendi rationem nullatenus differre, ſed prorſus convenire cum *Pliſtorum* inter Dacos agendi conſuetudine. Ζῶσι δὲ οὐδὲν παρηλλαγμένως, ἀλλ᾽ ὅτι μάλιστα ἐμφέροντες Δακῶν τοῖς Πλείστοις λεγομένοις.

Nec etiam inter doctos convenit alios Authores, præter Joſephum, de Pliſtis hiſce mentionem facere; contra verò in hanc uſque diem creditum, Joſephi locum modò citatum unicum eſſe apud Authores, qui eos commemoret. Hoc etſi ſupponamus, nihil erit, quod mireris: gens quippe Dacorum & barbara & parum cognita fuit, pauciſſimaque ejus monumenta Antiqui nobis reliquêre. Sunt etiam ejuſdem naturæ permulta, quæ ab uno tantum authore referuntur. Ex. gr. Priſci Galli procul dubio multo celebriores erant Dacis, eorum tamen *Saronidæ* ex uno Diodori; *Semnothei* ex unico quoque Laërtii; *Eubages* denique ex uno itidem Ammiani Marcellini loco nobis innoteſcunt. Nullibi quoque mentio de Ægyptiorum *Harpedonaptis* habetur, præterquam in unico Clementis Alexandrini loco. Euſebium enim non moror, quoniam ex Clemente tantummodo loquitur. Solus itidem Herodotus eorum attingit *Cabaſiros*; ut & ſolus Hieronymus eorumdem *Sanſes & Remoboros*, qui genus erant Monachorum quoddam. Quis alius præter Epiphanium de *Taſcodrugitis*, quaſi diceres, *Paxillo-naſonibus?* Sunt hæretici linguâ Phœniciâ ita dicti, quod inter orandum digitum naſo apponerent. Quis etiam præter Laërtium de Ἀστράμψυχοις, qui Magorum apud Perſas Secta erant? Quis præter Heſychium eorundem Ἀζαραπατεῖς, ſive Εἰσαγγελεῖς, hoc eſt, *Admiſſionum Magiſtros*, quis Δίφραγας etiam, militum genus quoddam, memorat? Quis præter Æmilium Probum de *Gardatis*, qui eorundem illorum erant pedites? Quis itidem præter Q. Curtium de *Gangabis*, aut *Gargabis*, illorum bajulis, verba facit? Nullus quoque præter Herodotum retulit, Reges Scythiæ Παραλάτας nuncupatos fuiſſe. Nullus præter Simocattam eorum Sacerdotes, & Magos, vocatos Βολολαβεζᾶς. Apud quem, præterquàm apud Strabonem, reperies Καπνοβάτας, Myſorum ſectam quamdam, ab omni prorſus carne ex ſuperſtitione abſtinentes; melléque lacte ac caſeo unicè victitantes? In quo obiter monebo, loco vocis καπνοβάται, quæ per *Scanſores fumi* ineptè vertitur, legendum eſſe, meo quidem judicio, καπανοβάται; vel ſyncope quadam καπνοβάται, quaſi καπανοβάται, quemadmodum γλακτοφάγοι pro γαλακτοφάγοι. Jam verò καπνοβάται ſignificat *ſcanſores benna*. Ita vocabantur autem, quia ἁμαξοικοὶ erant, quo nomine paulò poſt in eadem ipſa pagina Strabo eos appellat. Καπανοβάται autem vox eſt compoſita ex καπάνη *currum* apud Theſſalos ſignificante, & βάτης à βατέω vel βαίνω. Xenarchus in *Scythis apud Athenæum, lib.* 10. A. ἑπτὰ δὲ καπάνας ἔφερον εἰς ὀλυμπίαν. B. τί λέγεις? A. καπάνας δὲ Θετταλοὶ, πάντες καλοῦσι τὰς ἀπήνας. B. μανθάνω. Sic ille. Putem autem ego καπάνην propriè ſignificaſſe *bennam*, quæ ſecundum formam ad præſepe accedit; nam præſepe κάπη vulgò dicitur, imò & aliquoties καπάλη, vel potiùs καπάνη. Heſychius, κάπαλαι, κάπηλοι, φάτναι (lege καπήλου φάτναι; *Cauponis præſepia*.) Idem: καπανικώτερα, ἀπὸ τῆς φάτνης, χορτασμάτορα. Τινὲς δὲ ἀντὶ ξ, (Μείζονα:) καπάνας γὰρ ἀπήνας λέγουσι. Hæc autem de καπνοβάται inſerenda judicavi, quòd neque Caſaubonus, neque alii vocis hujus originem ac ſignificationem veram attigerunt; uti neque vocis κτίσαι, quæ lineâ proximè ſequenti habetur; de qua etiam infrà dicturus ſum.

Poſſem utique in hiſce de *Pliſtis* ſuperſedêre, nihil-

hilominus tamen ut tibi quantum potero ſatisfaciam, tentabo num poſſit vox illa ulteriùs explicari. Quandoquidem πλεῖστοι Græcè notat *plurimos*, difficultas facilè expediretur*, ſi Joſephus ſimpliciter dixiſſet, Eſſenos affines eſſe Δακῶν πλείστοις, *Dacorum plurimis*; at, quoniam habet Δακῶν τοῖς Πλείστοις λεγομένοις, neceſſario vertendum, *Iis inter Dacos, qui Pliſti nuncupantur*. Itaque inquiri poteſt ulteriùs, Num vocabulum *Pliſti* Græcum ſit vel Barbarum. רבים, *Rabbim*, Hebraicè prima ſignificatione notat *plurimos*, deinde *Magnates*, ac ſi qui Magnas eſt, inſtar plurium è vulgo habendum ſit; tum *Magiſtros* aut *Doctores*: unde oritur vocabulum Gallicum *Rabbin*, quo Doctor Judęus notatur. Hinc Joh. 1: 38. Ῥαββί, ὃ λέγεται ἑρμηνευόμενον διδάσκαλε. An non fieri poteſt etiam Dacos aliquo ejuſdem ſignificationis nomine Doctores ſuos inſigniviſſe, quod Græci Πλεῖστοι vertiſſent? Hæc profectò conjectura parùm veriſimilis mihi videtur, nec Hebraicæ linguæ phraſes in Dacica quærendas facilè mihi perſuaſerim. Nullatenus ergo dubitem, quin Dacica ſit hæc vox. Verùm alia de re dubitari poteſt, ſcilicet, Num benè ſic ſcribatur. Siquidem videantur Joſephi *Pliſti* à Strabone Κτίσαι, *Ctiſta*, nominari. Is quippe poſt Poſſidonium refert, *lib.* 7. pag. 296. *Edit. Caſaub. Lutet. Anno* 1620. Εἶναι τινὰς τῶν Θρακῶν, οἳ χωρὶς γυναικὸς ζῶσιν, οὓς Κτίσας καλεῖσθαι, ἀνιερῶσθαί τε διὰ τιμὴν, καὶ μετ᾽ ἀδείας ζῆν: *Eſſe etiam quoſdam Thraces, qui abſque mulieribus vivant; eoſque Ctiſtas vocari, & ſacros honoris gratiâ haberi, multiplicique gaudere immunitate.* Jam autem quinam poſſunt eſſe hi *Ctiſta*, de quibus nihil alibi reperitur, niſi Joſephi *Pliſti*? Vides eos eſſe ſimiliter homines ſacros, cœlibes, quod tamen inter Ethnicos rarum, ſi quoſdam excipias ſacerdotes. Unde fit ut Plinius atque Solinus hac de cauſa Eſſenos tantoperè admirentur; Joſephuſque in Daciam uſque excurrat, inventurus homines, qui cœlibem cum illis vitam agant. Nec te moretur, quòd *Pliſti* inter Dacos, *Ctiſta* verò inter Thraces recenſeantur; nec hinc concludas diverſas Sectas, diverſaſque gentes eſſe. Præterquam quod enim in ſcriptura eſſe poteſt erratum, & Δακῶν pro Θρακῶν, vel contrà Θρακῶν pro Δακῶν, forſan ſubſtitutum fuit, quoniam hæ voces ſunt admodum affines: Thraces inſuper, Daci, atque Getæ gentes ſunt regionibus, linguâ, origine, & moribus ſic conſentientes, ut ſępiſſimè confunduntur. Quoad regiones, patet ex Ptolemęo quòd, ſi Thraciam, ut plurimi faciunt, ſumas, quatenus Myſiam, vel Mœſiam, complectitur; nihil eam inter & Daciam interjacet quàm Danubius. De Linguæ conformitate judica ex hiſce Strabonis *lib.* 7. *pag.* 303. Ἔτι γὰρ ἐφ᾽ ἡμῶν γοῦν Αἴλιος Κάτος μετῴκισεν ἐκ (lege ἐκ) τῆς περαίας τοῦ Ἴστρου πέντε μυριάδας σωμάτων παρὰ τῶν Γετῶν, ὁμογλώττου τοῖς Θρᾳξὶν ἔθνους, εἰς τὴν Θρᾴκην. *Equidem noſtrâ ætate Ælius Catus ex ſitis trans Iſtrum partibus à Getis, quæ gens eodem cum Thracibus ſermone utitur, in Thraciam quinquaginta hominum millia traduxit.* Quantum ad eorundem Originem, Stephanus Getas Θρακικὸν ἔθνος fuiſſe dicit, quod à Strabone quoque *lib.* 7. pag. 295. confirmatur: Οἱ τοίνυν, inquit, Ἕλληνες τοὺς Γέτας Θρᾷκας ὑπελάμβανον: *Proinde Græci Getas exiſtimaverunt eſſe Thraciam gentem.* Hi porrò Getæ ſæpiſſimè cum Dacis confunduntur. Xiphillinus (vel Dion) *in Domitiano pag.* 219. Δάκους δὲ αὐτοὺς προσαγορεύω, ὥσπερ οὖν καὶ αὐτοὶ, ἑαυτούς; καὶ οἱ Ῥωμαῖοι σφᾶς ὀνομάζουσι, οὐκ ἀγνοῶν ὅτι Ἑλλήνων τινὲς Γέτας αὐτοὺς λέγουσι: *Eos autem Dacos nomino, ſicut illi ſe ipſos & Romani eos nuncupant, quamvis non ignorem Græcorum quoſdam ipſos Getas appellare.* Unde fit ut idem Cotiſon modò Dacorum, modò Getarum Rex vocetur. Horatius lib. 3. Ode 8.

Occidit Daci Cotiſonis agmen.

Suetonius *in Auguſto c.* 63. *Marcus Antonius ſcribit primùm eum Antonio filio ſuo deſpondiſſe Juliam; deinde Cotiſoni Getarum Regi.* Regio itidem Dacorum Getica dicitur apud Silium *l.* 1. *v.* 324.

Dacus & armiferis Getica telluris in oris.

Cùmque Strabo *l.* 7. *p.* 298. de Monte quodam apud Getas ſacro hæc habet, παρὰ δὲ τοῖς Γέταις ὁ ἱερὸς ὀνομάζεται Θεὸς, καὶ τὸ ὄρος ὑπελήφθη ἱερόν, καὶ προσαγορεύουσιν οὕτως, Getæ ſunt procul dubio Daci; nam is eſt mons, de quo Statius in *Lacrymis Hetruſci lib.* 3. *Sylv.*

Quaque ſuum Dacis donat clementia montem.

Statius idem ſæpe per Getas intelligit quoque Thraces; *ut lib.* 4. *Theb. v.* 652.

Marcidus edomito bellum referebat ab Æmo
Liber, ibi armiferis gemina jam ſydere bruma
Orgia ferre Getas;

Id eſt, *Thraces*. Geticum quoque perpetuò ſumptum reperias apud eundem pro Thracio; hujus exempla proferre poſſem quàm plurima; de Venere enim verba faciens in *Epithalamio Stellæ* dicit;

Amplexu duro Getici reſoluta mariti:

Getici ibi evidenter ſtat pro *Thracii*, quandoquidem per maritum intelligat Vulcanum ejus virum ex Lemno inſula prope Thraciam oriundum. Eodem ſenſu Hæmum & Phlegram, Thraciæ montes, *Geticos* nominat, *Theb.* 5. 275. & 2. 595. & 9. 532. Sic plectrum & citharam Orphei in Surrento Pollii Getica vocat.

Getici cedat tibi gloria plectri.

Item in *Hercule Surrentino*,

An Geticâ venêre Lirâ.

Hiſce rationibus conſtat *Pliſtes*, vel *Ctiſtas*, poſſe indiſcriminatim recenſeri inter Dacos aut inter Thraces. Verùm unde factum, ut Authorum, qui eorum meminêre, Unus vocet *Ctiſtas*, alter verò *Pliſtos*? An duobus hiſce inſigniebantur nominibus, vel Scribarum oſcitantiâ unum pro altero ſcriptum fuit? Poſtremam hanc amplector opinionem, quoniam inter voces Κτίσαι & Πλεῖστοι nullum ferè notatur diſcrimen, præterquam in duabus primis, ex quibus componuntur, literis, κ & τ prioris vocis, & πλ poſterioris. Jam autem non impoſſibile eſt, ut κ mutetur in π, & τ in λ; vel contrà π in κ & τ in λ; quandoquidem hæ literæ, nempe π & κ; λ & τ. figurâ non multùm differant. Quantum ad π & κ, eorum mutatio apertè confirmatur ex hiſce Canteri verbis, *Libro de ratione Emend. Græc. Author.*; Π *in* κ, inquit ille, *corrumpitur*, *Scribendum igitur* διπᾶς *pro* δικὰς *in Athenæi fragmento: nec hic eſt in literis magna diſſimilitudo, nam* π *ad latus inverſum fit* κ. De mutua autem τ & λ permutatione, audi Salmaſium *in Solinum pag.* 1271. *Plinius fortaſſe* ἀσυνίδα *&* ἀσυλίδα *confundit. Aliàs facilè potuit irrepere* ἀσυλὶς *pro* ἀσυτὶς; *nam* τ *&* λ *non multum differunt; & ſolâ inclinatione vel erectione alterum ex altero fieri poteſt.* His adde, quod mutationes hujuſmodi faciliùs etiam irrepant in barbaris nominibus, ab Exſcriptoribus non ſatis intellectis. Eo igitur poſito, mendum in nomine Πλεῖστοι, vel Κτίσαι ineſſe, quęres forſan, quęnam harum vocum ſit pręoptanda? Ad hanc quęſtionem tutò reſolvendam neceſſaria eſſet ſane Dacicę, ſive Thracię, linguę intelligentia. Quamvis tamen nihil ejus teneam, pręter viginti aut triginta vocabula, quę apud vetuſtos leguntur Authores; nihilominus conjecturam meam tibi aperiam. Eligerem Πλεῖστοι, 1. Quia Joſephi locus, in quo Πλεῖστοι habetur, quoad antecedentia & ſubſequentia eſt integerrimus. In Strabone vero, ubi eſt Κτίσαι, locus in

iiſdem illis eſt mendoſiſſimus. V. g. vox καπνοβάται lineâ præcedenti depravata eſt, ut jam notavi; ſicque plurima alia in eadem pagina ſupra vel infra Κτίσαι. Variæ, quibus ſignata eſt pagina, ſtellulæ illud teſtantur, ut & hæc & ſimilia à Caſaubono in margine adnotata; *Lege*, &c. modò, *Suſpectus locus*; deinde *Manuſcripta aliter*; poſtea *Malim*, modò *Fortaſſe*, &c. Quia & in eadem reperias magnos hiatus, quos replere deſperans in notis ait; *corruptiſſimum locum aliis ſanandum libenter relinquo*, &c. 2. Vocabulum Πλεῖστοι ſumptum pro certis Thraciæ Religioſis alludit, ut mihi quidem videtur, ad Πλειστωρ☉ nomen Dei cujuſdam in eadem Thracia, qui ſanè Numen apud Thracos maximè venerandum erat; quandoquidem ipſi homines ſacrificarent. *Herodotus lib. 9. cap.* 118. Οἰόβαζον μὲν νῦν ἐκφεύγοντα ἐς τὴν Θρηΐκην Θρήϊκες Ἀψίνθιοι λαβόντες ἔθυσαν Πλειστώρῳ ἐπιχωρίῳ θεῷ, τρόπῳ τῷ σφετέρῳ: *Oebazum in Thraciam fugâ elapſum, Thraces Abſinthii exceptum, Pleſtoro indigenæ Deo ritu ſuo immolaverunt.* Suſpicor hunc Abſinthiorum Thracum Deum, *Pleſtorum* dictum, eundem eſſe cum Græcorum *Baccho Omeſte*: primùm, quia huic Baccho Omeſti eadem offerebantur ſacrificia; nam Athenienſes ipſi paulò antè immolaverant tres Sandauces Xerxis Sororis Liberos, ut Plutarchus in *Vitis Themiſtoclis, Pelopidæ, atque Ariſtidis* refert poſt Phaniam antiquum Scriptorem, Ariſtotelis olim Diſcipulum. Deinde, quoniam alii teſtantur Abſinthiorum Numen fuiſſe Bacchum; Dionyſ. Perieg. ꝟ. 575. ἐν ὕτῳ Θρήϊκες ἐπ' ὄχθαις Ἀψινθοῖο Βιστονίδες καλὰ μὲν ἐρίβρομον εἰραφιῶτην: *Thraces fœminæ tot non fundunt preces Baccho ad ripas Abſinthii fluminis in Thracia.* Et Feſtus Avienus.

> *Non ſic Abſinthi prope flumina Thraces, & almæ*
> *Biſtonides, non quà celeri ruit agmine Ganges,*
> *Indorum populi ſtata curant feſta Lyæo.*

Ab hoc fluvio Abſintho denominati ſunt Abſinthii populi vicini, itemque urbs Αἶνος Abſinthus, dicta; hinc Stephanus, Αἶνος πόλις Θρᾴκης, Ἄψινθος καλουμένη.

Quòd primam tuam quæſtionem minùs intelligebam, eapropter neceſſe fuit prolixiorem adhiberem reſponſionem; majorque mihi danda fuit opera, ut meam ea in re mentem clarè explicarem. At in ſubſequentibus aliis duabus brevior ero, quoniam res mihi notior. Eorum altera menſem *Iiar* ſpectat, quem Capellus, *in Chronologia ad Annum ante Chriſtum* 142. aſſerit menſium primum, à morte Simonis Macchabæi ad tempora Veſpaſiani, id eſt, per ducentos annos & plures. Quæris ergo, nunc hæc aſſertio aliquibus fulciatur argumentis, quoniam nihil ſimile neque in *Libro Macchabæorum*, neque apud *Joſephum* occurrat. Poteras addere, neque in *Thalmude*, neque in *Tractatu Ros Haſchana*, id eſt, *anni principium*; neque in *ſecundi Templi Chronico*, neque in *Seder Olam*; neque apud *Joſephum ben Gorion*, neque in *Sepher Juchaſim*, neque in *Tzemach David*; neque tandem in *Chocmas Hammazaloth*, id eſt, *Judæorum Computatione*, Baſileæ Ann. 1527. editâ: Qui tamen libri, ſi quiquam alii, ejus meminiſſe debebant. Legere eſt equidem 1. *Macchab.* 13: 41, 42. *&* *apud Joſephum Antiq. lib.* 13. *cap.* 7. anno Seleucidarum 170. cœptum fuiſſe Iſraëlitis Inſtrumentis publicis adſcribere *Anno primo Simonis Imperantis*, &c. Verùm nullibi diſertè reperias Judæorum annum incœpiſſe à menſe אייר *Iiar*: hoc tamen probat Scaliger de *Emend. Temp. lib.* 5. *cap. de initio Simonis, Judæorum Ethnarchæ, pag.* 436. *Edit. Genev.* 1629. ex eo, quòd Joſephus dicat Hieroſolymam captam fuiſſe a Pompejo, menſe tertio ἐν νηστείᾳ, id eſt, durante Jejunio, quod celebrabatur 17. die menſis Thamuz; qui tertius non fuiſſet, ni annus ab Iiar incœpiſſet. Confirmatque ex eo, quòd idem Joſephus Thebets, nonum menſem, & Adar undecimum alibi nominet; quibus quoque ſupponitur, annum ab Iiar fuiſſe inchoatum.

Petis denique, quid ſignificet vox προσυχὼν, cùm Joſephus *Antiq. lib* 6 *cap.* 5. narrat, quòd, cùm Samuel Saüli promiſiſſet ipſum in Iſraëlitas omnes regnaturum; Saül προσυχὼν reſponderit, *At, Domine, nimium ſum abjectus, qui talia ſperem, neque ea eſt mea Tribus quæ reges proferat, & familia mea humilior eſt aliis familiis.* Heſychius vocem hanc per ἀπαντήσας, *occurrens*, id eſt, *reſpondens*, explicat; quo ſenſu ſæpius apud Ciceronem extat; *Chryſippus illi rationi ſic occurrit*; item, *Huic loco ſic ſolent occurrere.* Ille autem in eo Græcos imitatur, qui verbum ἀπαντῆσαι eadem ſignificatione uſurpant. Iſocrates in Buſyride: Ἴσως ἂν τοῖς εἰρημένοις ἀπαντήσειας; *Fortaſſe iis, quæ dicta ſunt, occurres*; id eſt, *reſpondebis.* Philo *de Mundo*, vel quiſquis alius eſt Tractatûs author, ἀναγκαῖον δὲ πρὸς τὴν τοσαύτην εὑρεσιλογίαν ἀπαντῆσαι, μήτις τῶν ἀπειροτέρων ὑπαχθῇ. *Neceſſe eſt huic ſubtilitati reſpondere, ne quis rudis eâ ſeducatur.* Plutarchus quoque: Πρὸς ἃ οὐ χαλεπὸν ἀπαντῆσαι, *Quibus occurrere non eſt difficile*, id eſt, *reſpondere.* Idem in *Politicis pag.* 803. *Edit. Francof. Ann.* 1620. agens de jocoſis verbis, quæ aliquando civilibus orationibus inſeruntur; μάλιστα δὲ εὐδοκιμεῖ τὰ τοιαῦτα περὶ τὰς ἀμείψεις καὶ τὰς ἀπαντήσεις; *Maximè autem hæc probantur in reſponſionibus, atque objectionibus.* Et paulò inferiùs, Δεῖ δὲ ὅμως καὶ πρὸς τὰς ἀπαντήσεις τὸν λόγον εὔστροφον ἔχειν, καὶ γεγυμνασμένον, *Interim oportet Oratorem ad reſponſiones promptum eſſe, atque in iis exercitum.* Joſephus ergo eodem ſenſu uſurpavit vocem hanc προσυχὼν: quamvis ὑποτυχὼν ſæpius uſurpari à ſcriptoribus ſoleat. Hinc Plutarchus in *Apophthegmat. Lacon.* De Dercyllida ait: ὑποτυχὼν εἶπεν. Et *in Conſolatione ad Apollonium*: Ἀλλ' ἴσως ὑποτυχὼν ἂν φαίης; *At forſan repones*; itemque, *de Pythiæ oraculis*, ὑποτυχόντος Διονομένου, *cùm Dynomenes reſpondiſſet.* Sic Hippocrates, *ad Demag.* ὑποτυχὼν δ' ἔφην ἐγὼ, *Ego verò reſpondi*, &c.

Vale.

EXIMIO

EXIMIO VIRO
ISAACO VOSSIO
S. D.
SAMUEL BOCHARTUS.

De erroribus Hornii in Obſervationibus ad Sulpitium Severum.

VERSIO.

QUid ſentiam de libro; quem ſcripſiſti *de vera ætate mundi*, dicam ingenuè, quandoquidem à me petiiſti. Styli elegantiam, & rationes ingenioſas, quas in patrocinium ſententiæ tuæ excogitâſti, prope miratus ſum: ſed, ne in partes tranſeam, obſtat Ebręum Autographum, quod in re tanti ponderis corruptum ac depravatum uſque adeo fuiſſe, ut credam, animum nequeo inducere. Verumtamen, quia rationibus, quæ à veri ſpecie non multum abſcedunt, ſententia, quam tueris, innititur, nec nova eſt, ſed primis ſæculis credita & recepta, ut prava & periculoſa damnari non meruit; præſertim ſi tibi ſatis fuerit eam nobis exhibuiſſe ut probabilem conjecturam, potiùsquàm ut certam firmamque demonſtrationem. Cæterum, ſi tantos ſibi ſumat ſpiritus Is, cujus oomen legi in tuis ad me miſſis Litteris, ut librum tuum confutandum aggrediatur, nullus ego dubito, quio identidem apertum latus tibi ſit præbiturus; eſt enim homo indoctus ſimul & arrogans, ac proinde ad labeodum turpiter ac paſſim pronus & obnoxius, quod ſatis demonſtrant ipſius ſcripta: pauca quidem legi, ſed, quid poſſit ejus ingenium, inde me ſatis habere compertum arbitror. Quibuſdam foliis commiſeram nonnullos errores maximè conſpicuos, & graves, quos eum turpiter errâſſe animadverteram, ſed evanuerunt hęc ſolia, nec quęrenti mihi reperta ſunt. Interim, vice ſpeciminis, non paucos hîc habebis, quibus ſcatent illius Obſervationes in Severum Solpirium, errores. Vide, quæſo, quàm ſagacem & naſutum io vocabulorum etymis evolvendis ſe præbuerit: Pag. 4. a. Θεὸς, *Deus*, Ζεὺς, & *Teut*, à vulgò credito Scythico *teu*, aut *tzeu*, quod ſignificat tempus, & à veſtro vulgari *tcit*, Germaoicè *zeit*, Anglicè, *tide*, duxit originem. Pag. 33. b. *Sarracens* vocem à *Sarra* deſertum, & *Sakan* habitare deduxit, quia incolæ erant deſerti. Pag. 78. & 79. Mare קלזם *Kelzem*, id eſt, rubrum, ex קלזם quod ſignificat, inquit, *ſubmergere*, quod falſum, ignorans nempe *Kelzem* id ipſum eſſe, quod Græcis *cliſma*, ſeu *clyſma*, ut probavi alibi. Pag. 84. a. *Mo Ægyptiis aqua*, & *Moſa flumen Galliæ*, ex eadem, ſi ei credas, deducuntur origine. Pag. 104. a. ſudarium à Jeroſolymitano סודרא *ſudara* derivatur. P. 242. a. Æthiops, non ab aduſto vultu, ſed ex *Cope*, unde Ægyptus. Pag. 269. a. Ex ſtatua Danielis Poëtæ ſua quatuor ſæcula duxerunt, quaſi Heſiodus legiſſet Danielem, ipſo juniorem pluribus ſæculis. Pag. 269. b. *Cæſaris nomen eſt ex Perſico Coſra, quod Imperatorem ſonat*: neſcius Julii Majores *Cæſaris* nomine donatos multo antè, quàm Imperium is eſſet adeptus. Ex eodem ſonte deducit *Cyri* nomen, & ſuaviter ridet hujus vocabuli varias origines à Græcis inventas: interea ſui immemor, pag. 288. a. b. *Procul dubio*, inquit, *nomen illud regium fuit, vel à ſole, vel ab imperio deductum, ku ipſis princeps, &c.* Et pag. 288. a. *dictus eſt Cyrus à fluvio Cyro*, cùm cootrarium dicat Strabo lib. 15. fluvium nempe Cyri nomen à Cyro Rege, non Regem à fluvio ſortitum eſſe. Pag. 396. b. *Gog eſſe Antiochum ex nomine apparet, nam ex Antiochus fit Joch, unde Gog, &c.* Pag. 545. a. *Bigerrigam veſtem quaſi variegatam*; neſcit enim Bigerram unam eſſe ex noſtris urbibus, quæ ad hunc uſque diem permanet, unde huic veſtium generi, quæ ſunt pellitæ, nomen inditum: Paulinus ad Auſon. Epiſt. 2.

Dignaque pellitis habitas deſerta Bigerris.

Fortunatus de S. Mart.

Induitur Sancto hirſuta Bigerrica palla.

Gloſſæ: *Bigerra, veſtis gruſſa, id eſt, velluta.* Suam inſcitiam in Poëſi prodit pag. 272. a. ubi hæc Rutilii verba pro verſu habet, *Atque utinam nunquam Judæa victa fuiſſet*: quaſi Quantitatis leges paterentur, ut *victa* pro *ſubacta* pooeretur.

Quàm ſit verſatus in Hiſtoria, docebunt ſequentes obſervariones: Pag. 9. a. *Enoch, Caini filius*, inquit, *eſt Inachus, qui primam urbem ædificavit, nimirum Argos.* Debuit igitur Argos ſita eſſe ad Orientem Edenis, ubi hæc prima urbs, de qua Geneſeos cap. 4. v. 16. & 17. exſtructa fuit. Pag. 11. a. Enoſum Sethi filium confundit cum celebri illo Enocho, qui ad cœlum raptus eſt. Pag. 12. a. *Siſithrus Abydeno eſt Saturnus*: cùm contrà ab Abydeno exſertè diſtinguantur, dicente, *Saturnum prædixiſſe diluvium Regi Siſithro.* Ibidem: *Siſithrus Perſis Adam Haſſani, ſecundus Adam*: putans *Haſſani*, pro *ſecundo*, nomen eſſe Perſicum, cùm ſit Arabicum. Pag. 79. a. *Miraculi inſtar eſt, per tot ſæcula nullum ex Ægypti Regibus bellum Iſraëlitis intuliſſe*: contrà 1 Reg. 14: 25. & 2 Paralip. 12:2. & ipſe in Notis, pag. 198. b. & 202. a. Pag. 185. *Videtur Batſabea fuiſſe fœmina non impudica, ſed quæ ſpe dominationis nihil abnueret.* Neque enim illi impudica eſt mulier, quæ nihil abnuit. Pag. 211. b. Octo in univerſum reſuſcitationes memorat, in quibus ille omittitur, qui tactis Eliſęi oſſibus reſurrexit, 2 Reg. 13:21. de quo tamen ipſe. Pag. 219. b. ubi non dubitat, quin ſit ille *Eris* Armeoius, de quo Plato: at ſi Platonem legas lib. 10. Polit. videbis nihil eſſe ſimile. Pag. 223. a. *Voſſio & aliis miratur in mentem non veniſſe Adadum, Damaſci Regem, τῷ Jehu & Eliſæo, eſſe Ἄδωδον Regem Deorum, de quo Sanchoniathon*: quaſi Sanchoniathon potuerit de Rege agere tot ſęculis poſteriore. Pag. 264. b. Pro more Judęorum manus ſuas capiti Suſannę impoſuerunt, Levit. cap. 24: verſ. 14 Atqui ſolis blaſphemis

id fiebat ; ut Lex docet : & Maimonides de Idololat. cap 2. ſect. 10. Pag. 269. b. poſtquam ocgavit ad Ninum referri ſtatuæ caput aureum, de eodem Nino addit cootinuo poſt: *Auro comparatur, tum ob antiquitatem, tum ob opulentiam.* Pag. 295. ait ſecundùm Cteſiam diem ultimum obiiſſe Cambyſem Ecbatanæ; cùm cootrà Cteſias Babylone obiiſſe narret : vide Excerpta Photii. Pag. 300. b. Cadaver Ochi Bagoas felibus objicit. Ælianus Var. lib. 6. cap. 8. τοῖς αἰλιέροις, cùm legendum ſit αἰλούροις, ut à me fuſe probatum eſt alibi. Pag. 312. b. *Regis Aſſyria ſolium circumſtabant lictores cum ſecuribus & haſtis, ut ſi quis non vocatus ingrederetur, eum occiderent; teſte Herodoto, & Ammiano 14 & aliis :* Nugæ ac figmenta, quorum ne una quidem vocula deprehenditur apud Auctores, quos citat, neque locorum alibi. Pag. 400. b. negat Euſebium eſſe Arrianum, quod tamen eſt certo certius. En alius generis errores & inſcitias! Pag. 265. b. *Arabs & Syrus variant. Pro* ὑπὸ σχῖνον, *ille habet ſub arbore terebinthi, hic ſub piſtacio. Pro* ὑπὸ πρῖνον, *ille ſub arbore mali, vel amygdali, hic ſub malogranato.* Non legi Syriacum, ſed Arabs vertit πρῖνον סמאק *ſumak*, quod ῥοῦς eſt Græcorum, & σχῖνον סנדיאן *ſandian*, quod non intelligo. Pag. 421. hæret in his verbis: *Arriani tam edenium de induſtria vacantem*; ubi legendum eſſe patet evidentiſſimè : *Arriani junctam Ædem tum de induſtriâ vacantem.* Pag. 276. a. legit apud Plinium, *boloſpyten*, pro *boloſphyraton.*

Quàm peritus ſit Geographiæ, ſequentia te docebunt. Pag. 19. a. Jupiter Ammon in Libya cultus, & Regio Καμεσήνη apud Strabonem & Suidam : atqui nulla eſt Cameſene apud alterutrum; ſed apud Strabonem Καμεσήνη eſt in Italia; & apud Suidam Καμασηνοί: eſt ἐθνικὸν : nihil præterea. Num autem his evincitur, *Cameſenen* eſſe in Africa, quod tamen erat evincendum? Pag. 23. a. *Sem dicitur pater omnium filiorum Eber, id eſt, omnium Tranſeuphratenſium.* Atqui Medi trans Euphratem Japheti filii erant, non Semi: & cis Euphratem Lud & Aram è Semi filiis. Pag. 86. a. de Jethro, qui Madiane degebat : *Ab eo veri Dei notitiam habuerunt Æthiopes.* Pag. 89. Ebræorum nomine Chananæos vult intelligi, qui Ebræi dicti ſint, quia Jordaoem trajecerant. Pag. 115. contendit falſam eſſe opinionem, à duobus fontibus Jordanem oriri, quod Hieronymus & Suidas volunt, quia Joſephus unicum illi fontem aſſignat. Imo aſſignat plures, Aotiquit. lib. 1. c. 11. & de Bello Jud. lib. 1. cap. 16. & lib. 3. cap. 2. Pag. 293. b. Ammianum exhibet dicentem *Scytharum* nomen fuiſſe olim proprium incolis Cherſoneſi Tauricæ; quod tamen ibi fruſtra quæras. Idem in Præfatione ad Origines Gallicas Boxhornii, Hiſpanos collocat inter Hyperboreos. Ibidem, *Kiti populi Scythiæ, circa mare Caſpium apud Strabonem :* gerræ. Ibidem, *Æoles pro Kithis* Σκύθας *dixerunt, quemadmodum, Stephano teſte, pro* Κίμβροις Σκίμβρους : Iterum gerræ; nec Strabo de Kithis, nec de Cimbris Stephanus loquuntur. Ibidem, ut probet ἱξαμαξιτὸς, ſeu ἁμαξάμαξιτος vocem Scythicam, apud Herodotum ſignificare ἱερὰ ὁδοὶ, *Apud Euripidem*, inquit, *in Oreſte extat* Ἁμαξήρη, *quod Scholiaſtes ex Leophoro* ὁδὸν δημοσίαν, *id eſt, publicam viam explicat.* Prodigium inſcitiæ! Verſus quem citat eſt c. 1253. Τὴν δ' ἁμαξήρη τρίβον : in quæ Scholiaſtes ait, κατὰ τὴν λεωφόρον ὁδὸν, τὴν δημοσίαν. At ignariſſimus homo, qui ne litteras quidem novit, legit κατὰ τ Λεωφόρον, & putavit Leophorum eſſe nomen cujuſdam Auctoris, eumque Auctorem uſurpâſſe vocem ἁμαξήρη pro *via publica*, unde ille cuncludit, à Scythico ἁμαξάμαξιτος derivari, cùm neſciat, ἁμαξήρης ab ἅμαξα originem trahero; quæ coagmeotatio eſt & cuncatenatio ineptiarum tam turpium, ut ſi quis ἐξ ἁμάξης injurias in eum conjiceret, eum eo tamen non ageret pro meritis. Sed perge, reperies linea ſequenti mendum longè gravius : *In Etymologico magno*, inquit, Σειληνὸς *eſt* χοιροβοσκός. *Silenum* putat ſignificare *ſubulcum*, reſpiciens ad Scythicum, ſive Germanum, in quo ſchwein ſignificat porcum, & probat ex Etymologico, quod *Silenum* explicat per χοιροβοσκός. Homo ineptiſſimus, qui neſcit, Χοιροβοσκὸς eſſe nomen Auctoris; quem paſſim citat Etymologicum, imò in eadem pagina, in verbis Σεύς, & Σειραχθεῖα, & ſequentibus in voce Σιμωνίδης, Σόλοικοι, Σίσυφος, Στεφανίτης, Σκοπιάς. &c. Aliquot Opuſeula habeo hujus Grammatici vetuſtiſſimi, qui & Onomaſticon elaboraverat citatum ab Stephano in Ταμίαθις, cujusque mentionem fecit Etymologicum in voce Κίκριμα, ſub hoc titulo, τὰ ῥήματα τοῦ Χοιροβοσκοῦ : ſed Afinus hic clitellatus, qui harum omnium rerum eſt ignarus, ſibi videre viſus eſt in nomine Χοιροβοσκὸς interpretationem nominis Σειληνὸς, & fictitio fundamento ſomnia ſuperſtruit. Miſerrimum eſt, Cathedras, in quibus ſedêre Heinſii & Voſſii, occupari ab imperitis ejusmodi hominibus, hinc merito verendum, ne in priſtinam barbariem relabamur : Et

Æternam timuerunt ſecula noctem.

Has tecum communicare libuit paucas obſervationes, quas ex uno aut altero librorum olim excerpſeram tanti Auctoris, quibus tu ipſe uteris in poſterum, ſicuti opportunum videbitur : ea lege tamen quæſo, & conditione, ut meam epiſtolam, & nomen reticeas, ne cogar confligere cum adverſario, qui ne quidem dignus eſt, cui iraſcar, & quo eum congredi non poſſem, quin mihimet ipſi injurius forem. Ad litteras tuas ut meam reſponſionem aliquantiſper differrem, hęc ſolùm cauſa fuit, quod prorſus neſcirem, qua inſcriptione uterer in litteris meis mittendis ad Abbatem Bigotium, quem mihi ſcripſiſti curaturum eſſe illas, ut perveniant recte. Vir Cl. Le Moine, familiaris noſter operâ utebar & officio, qui ipſe hæret ne Pariſiis, an alibi locorum, per duos menſes ignoravi. Librum meum exſcribo negotiis propemodum infinitis circumſeptus, ſed ſpero tamen fore, ut dimidiam partem ad te mittam poſt unum aut alterum menſem, ſi Deus dederit, quæ pars erit poſterior ; ſed ab ea exſcribendi initium feci, quia nonnulla ſunt corrigenda & addenda in priori, quod otio majori efficere potero interea, dum poſteriori tempus & operam impendet typographus, à qua illi inchoandum erit ſub titulo *Secunda pars.* Fac obſecro, ut quocum de imprimendo libro typographo pactus fueris, tot mihi exemplaria dono, quot impetrare poteris ac reliqua mihi vendat æquo pretio, quæ inter amicos ſpargenda mihi erunt, non paucos enim habeo amicos, quibus id officii præſtandum mihi neceſſariò eſt. Non deſuot, ut audio, in Anglia typographi, qui libri mei editionem ſuſcipere velint, ſed etſi non debeo illos ſpernere, quippe qui nuper magna Biblia emendatè, & intra breve temporis ſpatium evulgârunt, non tamen charta, nec characteres cum veſtris Belgicis ſunt æquiparandi : ne dicam, me multum ab amicitia tua, & quo polles favore ſperare : Ita ut nullus mihi ſit ſcrupulus, quin omnia benè ſucceſſura ſint, *te duce & auſpice.* Novi ex tuo Mela pag. 73. te rarum theſaurum poſſidere, *Ixeutica*, nempe, *Dionyſii Characem :* quæ Paraphraſis eſt Ixeuticorum Oppiani, quæ perierunt; nobiſque ſimul exhibes ſpecimen eorum, quæ ſcripſit *de Catarracte.* Pergratum mihi foret ac perutile, ſi cætera, quæ narrat hac de

de ave, mecum velles communicare, quę apud Geſnerum Latinè ſcripta invenio. Librario, qui haec exſcriberet pactam pecuniam libenter ſolverem: nullus enim eſt alius in toto orbe Scriptor, qui hanc avem accuratè plenéque deſcripſerit. Plura de illa tradidere nobis Arabes, quàm Ariſtoteles; ſed prę iſto pauca, quę tamen exhiberi mea intereſt; nullus autem dubito quin ſit hęc ipſa avis quę Ebręis nominatur שלך: ut veteres omnes Interpretes exiſtimârunt, uno excepto Hieronymo, qui mergum arbitratus eſt, quique ſequaces habuit omnes novos Interpretes, parum doctos naturam *Catarractes*, ejuſque convenientiam non ſolùm cum voce Ebręa, ſed & quoque cum Chaldaica & Arabica. Neque ea eſt quędam ſpecies lari, ut tu opinaris, at prorſus aliûs naturę, ut videbis apud tuum Autorem. Intra meas ędes veluti recluſus morbo per menſem integrum, ut hanc, de qua nunc ſermo eſt, operis mei partem abſolvam, ad te continuò eam miſſurus, ſi me certum feceris ad eam excudendam paratum eſſe typographum. Nondum accepi Chronologiam, quam ad me mittis per D. Bigotium, quo dono, etſi nondum ad me pervenerit, multiſque aliis officiis me tibi in ęternum devinxiſti.

Vale.

Cadomo Hagam tranſmiſſa hac Epiſtola Maii 26. An. 1659.

V. C.

SAMUELIS BOCHARTI,
DE QUÆSTIONE
NUM ÆNEAS
UNQUAM FUERIT IN ITALIA,
EPISTOLA
AD
V. CL. DE SEGRAIS,

Ex Gallico in ſermonem Latinum verſa

à

JOHANNE SCHEFFERO,

ARGENTORATENSI.

PRÆFATIO.
LECTORI BENEVOLO

S. D.

Cum hæc diſſertatio non ita pridem per amicum unà cum Virgilio Gallicè verſo communicata intidiſſet in manus meas, facturum me ſperavi operæ pretium, ſi horis pauculis eam verterem Latinè, quo & illi poſſent legere, quibus Lingua Gallica non ſatis nota eſt. Habet enim, ſicut omnia Bocharti, profectò non pauca eruditionis prorſus raræ ac reconditæ, & quæ non Gallicè ſolummodo legi merentur. Illud præcipuè, quod hic uno contuitu occurrant, collecta undiquaque, quæcunque de lingua rebuſque Phrygum apud Veteres reperiuntur. Quæ gens, cùm ſit celebris vel propter Trojam ſuam, Romanoſque, qui ſe oriundos ex ea gloriabantur, non profectò contemni poteſt accuratior notitia eorum omnium, quæ de ipſa nobis ſunt relicta. Ut de locis quibuſdam veterum Scriptorum taceam, qui in hoc Opuſculo ingenioſè ac feliciter ſunt emendati. Poterat hoc idem meliore ſucceſſu facere alius: ſed quia per annos novem nemo eſt inventus, veniam ſaltem apud æquos bonoſque impetrabo laboris innoxii, & in quo ſpectavi nihil, præter gloriam amiciſſimi, dum viveret, Auctoris, & commodum alienum. Vale. Scr. Upſaliæ a. d. 7. Mart. M. DC. LXXII.

VIR ERUDITISSIME,

Quandoquidem in pręfatione Verſionis tuę prorſus admiranda, qua Æneidem interpretatus es, videris ſuſcepiſſe hoc negocium, ut defenderes Virgilium adverſus omnia, quę ipſi poſſunt objici, ſive propoſitum ejus in univerſum, ſive formam, qua id executus eſt, concernant: exiſtimavi, reſpondendum etiam ad id, quod nonnulli, nec id ſine multa veri ſimilitudine dicunt; quod, cum Homerus ſit origo vera omnis veteris Mythologię:

- - ex quo ceu fonte perenni
Vatum Pieriis ora rigantur aquis;

Vir-

Virgilius Heroem ſuum ex Troja ducere in Italiam minime debuerit, contra ſententiam Homeri. Noviſti ſatis, quod Neptunus, qui ſalutem ejus habebat cordi, cum conſervaverit, cum Achilles vellet interficere; prædixeritque ipſi, fore, ut extincta Priami poſteritate (quam Jupiter proſequebatur odio) ipſe regnaturus ſit ſuper Trojanos, & poſt ipſum omnes ejus poſteri. Prædictionis ejus verba ſunt hujuſmodi lib. XX. Iliad. *Nunc Jupiter odio proſequitur genus Priami, & deinde fortis Æneas imperabit Trojanis, & liberorum ejus liberi, qui poſt eum venient.* Eſtque hæc una rationum, quibus pertrahere Anchiſem in amorem ſui quærit Venus in Hymno, quem Homero tribuunt. Ecce verba: *Filium habebis charum, qui tenebit imperium inter Trojanos, ipſe filiique ejus, qui unquam ex eo naſcentur, nomenque ejus erit Æneas.* Inde eſt, quod Aeuſilaus Græcus Hiſtoricus, antiquiorque, quam eorum quiſquam, qui ſuperſunt hodie, ſcribat; quod vulgatum fuerit oraculum, quo denunciabatur fore, ut poſt deſtructum Priami imperium, familiamque, qui orti eſſent ex Anchiſe, imperium ſint habituri in Trojanos: Venerem igitur, quod haberet filium ex Anchiſa, qui jam erat ætatis inclinatæ, quodque Æneæ eſſet mater, quæſiviſſe occaſiones maturandi exitum filiorum Priami. Eoque fine Paridi injeciſſe amorem Helenæ, poſtque raptum ejus ſimulaſſe ſe, quaſi pugnaret pro Trojanis, ita caſum eorum differens, metu, ne per deſperationem reddere Helenam compellerentur. Atque hæc eſt illa objectio, quam propoſui tibi, ſperavique ejus abs te aliquam ſolutionem, quæ non mihi modo, ſed & publico eſſet ſatisfactura. Sed illius loco, Vir Clariſſime, poſtquam aliquoties teſtatus es, te reſponſurum difficultati huic, video te petere dilucidationem ejus, quod exigam, cum reprehenſione quadam tacita, quaſi ſolis inſtar ſim in menſe Martio, qui facit vapores, quos non poteſt deinde vi ſua diſpellere. Atqui error hic à me commiſſus ideo, quod intelligam vires tuas, & quod ſit tuarum partium, ut hæ difficultates ſolvantur: tuarum, inquam, qui tam exacte cognitum habes Virgilium, & Poëtas cœteros, eoſque tam feliciter imitaris; cum ex adverſo, quicquid eorum mihi innotuerat, id exciderit; vereque poſſim dicere, ſicut Mœris Poëtæ tui:

Nunc oblita mihi tot carmina; vox quoque Mœrin
Deficit ipſa.

Nihilominus quia exigis à me, ut ſententiam meam proferam de propoſita tibi difficultate, obtemperabo, ea tamen lege, ut id faciam verbis pauciſſimis, quoniam ſum occupatus rebus magis ſeriis, ut noſti, quæ non niſi exiguum permittunt mihi tempus ſtudiis impendere, quæ tu ad voluptatem per otium ſoles tractare.

Jubes me obſervare rem, quæ non deſtituta eſt colore ſuo, ſcilicet, quod, tametſi Æneas non tenuerit imperium Trojæ ſecundum Virgilium, nihilominus imperare non deſtiterit Trojanis, hoc eſt, illis, qui ſupererant ex multitudine Trojana, quam abduxit ſecum in Italiam: fierique poſſe, ut nil aliud Homerus dicere voluerit. Et hoc ipſum eſt, quod ad verba præcedentia reſpondet Dionyſius Halicarnaſſenſis ante annos plus quam mille & ſexcentos. Poſtquam enim ea attuliſſet, vide quid reſpondeat illis, qui exiſtimant Æneam ex Italia reverſum Trojam, ut Virgilium Homero concilient. *Nonne poterat Æneas imperare Trojanis, quos ducebat ſecum, licet alibi novam inſtitueret rempublicam?* Idem ſequitur Euſtathius, Commentator celebris Homeri, cujus ecce verba: *Hæc verba Homeri reſpiciunt Imperium Romanum, cujus veriſimile eſt quod Poëta quandam habuerit notitiam per Oraculum Sibyllinum, vel ipſe per ſe praviderit. Una enim eſt de virtutibus Poëtæ, res futuras poſſe divinare, & velut è longinquo monſtrare aliis.* Sed obſerva, quod ad hanc ſententiam ſtabiliendam duas res ſupponat, quarum neutra poteſt eſſe vera. Prima, quod Homerus viderit Oracula Sibyllina, quæ origines Romanas deducunt ex poſteris Æneæ, verbis hiſce, quæ leguntur lib. V. Oraculorum, quæ Sibyllæ tribuuntur: *Erit ex progenie ſanguineque Aſſaraci, qui generabit eum, quem non lædet incendium Trojanum*; hoc eſt, Æneam, qui ſic ait lib. II. Æn.

—— ducente Deo flammam inter & hoſtes
Expedior: dant tela locum, flammæque recedunt.

Smyrnæus pariter ſic loquitur lib. XIII. *Cum feſtinaret Troja egredi, ignis ſeſe penitus ſubjecit pedibus ejus, flammæque violentis Vulcani circa ipſum ſeſe diviſerunt.* In illis ipſis Verſibus Sibyllinis per eos, qui naſcentur ex Aſſaraco, Romulus & Remus debent intelligi, illo ipſo enim loco nominantur, *duo qui nutrientur à beſtia, quæ conſumere ſolet oves*, quoniam in fabulis nutriti fuiſſe à lupa dicuntur. Cœterum non eſt poſſibile, quod Homerus viderit iſta Oracula Sibyllina, ut vidiſſe volunt; quoniam poſt ejus tempora mille, vel mille & ducentis annis, commento nimis craſſo, & ſic ſecundo demum poſt Chriſtum ſeculo, ſunt conficta: quod Auctores pluſculi monſtrârunt tam validis rationibus, ut de eo nemo hodie dubitationem moveat. Euſtathius igitur, qui ſatis intellexit, nihil ſolidi ſe habere in hac ſuppoſitione, affert rationem aliam, quæ tamen nihilo plus valet, quod nimirum Poëtæ ſunt divinatores; quódque, quatenus ſunt tales, futura proſpiciant; & quod ex hac virtute præviderit Homerus, Æneæ poſteros prima jacturos fundamenta imperii Romani, aut illos ipſos aliquando imperaturos, quod exiſtimatur in Julio Cæſare eveniſſe. Sed tu, V. Cl. propria noviſti experientia, non eſſe hac virtute præditos Poëtas, ſic enim & ipſe magnus fores Propheta, ſi virtutes Poëtæ excellentis & Prophetæ à ſe mutuo non poſſent ſeparari. Ex quo concludo, quod quando Neptunum Homerus inducit prædicentem futura, quod nimirum Æneas, illiusque poſteri regnaturi ſint in Trojanis, non Romanos cogitaverit, quorum nunquam ulla ratione habuit cognitionem: quando ipſe mortuus eſt, priusquam Roma conderetur: verum facit, ſicuti Poëtæ omnes ſolent, introducit veterem aliquem, quem facit prædicentem ea, quæ vidit, vel ſcivit eveniſſe. Itaque prædictio, quam tribuit Deo maris, fundata fuit in notitia, quam habuit de Ænea ipſiusque poſteris: quod imperium tenuerint, aut adhuc ætate ipſius tenerent in multitudinem reliquam ejus regionis incolarum, deleta urbe, quæ illius fuit caput. Si enim ſimpliciter voluiſſet dicere, Æneam imperaturum coloniæ alicui Trojanorum, in longinquis regionibus, dixiſſet id, quod ipſi commune fuit cum Antenore, Aceſte, Capy, Heleno, & nonnullis aliis. Nunc cum opponat promiſſionem iſtam imminenti exeidio eorum, qui erant de genere Priami, qui regnabat Trojæ, videtur innuere, quod qui naſcentur ab Ænea, eo ipſo in loco ſedem ac imperium ſuum ſint capturi. Eſtque difficile, ut accipiantur aliter verba Veneris, quæ non modo dicit Æneam imperaturum *τρώεσσιν Trojanis*, verum *ἐν τρώεσσιν ἀνάξει, in Trojanis regnabit*, hoc eſt, ea in regione, ubi ſunt Trojani. Hinc eſt,

quod

quod Strabo, unus, ut videtur mihi, ex Scriptoribus antiquis, qui judicio maxime pollet, ubi eum Homeri locum examinat lib. XIII. ad eundem modum exponat, ſicut ego. Atque ut ſententiam Homeri explicet, expreſſe hoc adducit, *quod Æneas manſerit in terra Trojanorum, quod ſucceſſerit in imperium, ſucceſſionemque ejus reliquerit ſuis poſteris, exſtirpata Priami progenie.* Verum quidem, quod obſervat ipſe, nonnullos, quo verba Homeri referant ad Homerum, ea immutare, proque Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει, *virtus Æneæ*, id eſt Æneas præditus virtute, *imperabit Trojanis*, legeret mutatis duobus vocabulis, Αἰνείαο γένος πάντεσσιν ἀνάξει, *progenies Æneæ omnibus imperabit hominibus.* Et haud dubie hinc accepit Virgilius, quod prædicere Regi Annium ſacerdotem Apollinis facit lib. XIII. Æneid. Domus Æneæ regnabit omni terræ, & natorum ex eis nati, quique ex ipſis naſcentur.

Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.

Nec enim melius potuiſſet exprimere verſus Homeri poſteriorem ſequendo lectionem. Longeque rectius hoc obſervaſſet Servius, quam quod dicit, Homerum accepiſſe ab Orpheo (qui tamen nunquam extitit) poſtremos duos verſus, Orpheum vero ab Oraculo quodam Apollinis Hyperborei, quod alterum eſt mendacium. Quidquid vero ſit, mutatio, quam fecerunt in primo duorum illorum verſuum, meo propoſito conducit, nec enim fuiſſet facta, ſi relicta lectione veteri locus accommodari potuiſſet ad iter Æneæ & Aſcanii in Italiam. Poſtremo ne quis poſteriori lectioni fidem tribuat, tanquam ſit vera, tria obſervanda veniunt: Primum, quod nullus ex illis libris omnibus Homeri, qui ſuperſunt, ſive typis editis, ſive manuſcriptus extet, qui lectionem illam ſequatur. Deinde, quod licet conceſſero, Romulum & Julium Cęſarem eſſe de progenie Æneæ, veroſimile tamen non ſit, Homerum credere potuiſſe, progeniem ejus mundo univerſo aliquando imperaturam, ex eo, quod duobus tribuſve oppidulis imperaverit, ſive in Troade, ſive in Italia. Hæc enim conjectura major eſt, ac longior à veriſimilitudine, quàm ut venire poſſet in Poëtæ animum, niſi ejus quandam habuerit revelationem de cœlis. Tertium, quod, tametſi Homerus prævidiſſet, per mutationem, qualem nemo poteſt animo concipere, futurum, ut progenies Æneæ aliquando acceptura ſit imperium totius orbis, aut partium ſaltem optimarum Europæ, Africæ atque Aſiæ, non auſus tamen hoc fuiſſet prodere in Iliade ſua. Nec enim Poëma hoc compoſuit, niſi ut per id demereret gratiam Principum ſuæ gentis, dum in lucem edit tam multa egregia facta ſuorum majorum in celeberrima obſidione Trojana, quos offendiſſet omnes, ſi mundi imperium pollicitus fuiſſet generi Græcis inimico, & cui tota Græcia per annos decem bellum atrox intulit. Verum ecce novas rationes quibus comprobetur, quod Æneas filiusque ejus Aſcanius, & filii filiorum ejus nunquam Aſia ſint egreſſi. Agathocles Cyzicenſis, Feſto in voce *Roma* laudatus, mentionem facit plurimorum auctorum, qui dicunt *Æneam eſſe ſepultum in urbe Berecyntia, proxime flumen Nolon* (lego *Gallum*) non longe à Troja. Sed & obſervari poſſunt loca plurima illius regionis, quæ habent nomina à nomine filii ejus, velut lacus Aſcanius, & fluvius ejuſdem nominis, & regio quædam parva, item inſula, quæ utraque dicta eſt Aſcania. Item urbs, de qua Stephanus Geographus poſt Nicolaum Damaſcenum, hoc modo: *Aſcania urbs Troadis, condita per Aſcanium, filium Æneæ.* Mela dicit, Antandrem vicinam, ita nominatam fuiſſe, quod Aſcanius, qui regnavit ibi, captus a Pelagiis eam dederit in ſolutionem ſuæ captivitatis. In Troicis Hellanici Æneas confugit in Thraciam & Pallenen, Aſcanius vero permanet in Troade, ibique imperat. Quod ex Dionyſio Halicarnaſſenſe accepi. Quod ſi credimus Straboni, urbs Scepſis, quæ vicina quondam fuit Trojæ in ſummo montis Idæ, inde fuit tranſlata ad ſexaginta ſtadia *per Scamandrum filium Hectoris, & Aſcanium filium Æneæ, dicunturque duæ illæ familiæ longo tempore tenuiſſe imperium urbis.* Addit & hoc, quod cum ſubſequentibus temporibus mutata ibi eſſet forma reipublicæ, & ex Monarchica facta Oligarchica, & poſt Democratica, *nihilominus illarum familiarum progenies ſe nominarit Reges, honoremque ſervaverit ſingularem (qui ei ſpeciatim tribuebatur.)* Atque hic eſt verus eventus prędictionis à Neptuno factę, cujus mentionem facit Homerus. In promptu ſunt & conjecturę alię, quę multum efficiunt, ut habeam pro fabula illud omne, quod eſt proditum de itinere Ænee in Italiam, & progenie ipſius ad Romulum, qui eſt conditor urbis Romę. Ut nimirum, ſi veniſſet pius Æneas ille in Italiam, ſine dubio commendaſſet plurimum cultum Veneris, quam dicebat matrem ſuam. Sed illius nullum eſt veſtigium in Roma veteri. Scaliger ad Feſtum in voce *aperta* dicit, eſſe Deam Romanis peregrinam, idque nomen ejus indicare. *Venus enim*, inquit, *a veniendo, quaſi dicas ἐπηλυτὸν θεὸν*, id eſt Dea exterius advecta. Cujus quidem rei non dat rationem, liquet tamen evidenter ex loco quodam Macrobii, qui eſt lib. I. Saturn. cap. 12. *Secundum menſem (Romulus) nominavit Aprilem, ut quidam putant cum aſpiratione, quaſi Aphrilem à ſpuma, quam Græci vocant ἀφρὸν, unde orta Venus creditur, & hanc Romuli aſſerunt fuiſſe rationem, ut primum quidem menſem à patre ſuo Marte, ſecundum ab Æneæ matre nominaret. Et hi potiſſimum anni principia ſervarent, a quibus eſſet Romani nominis origo; cum hodie quoque in ſacris Martem patrem, Venerem genetricem nominemus.* Huc uſque dices cum favere ſententię, qua Æneas dicitur veniſſe in Italiam; ſed quę ſequuntur, ea ipſam penitus ſubvertunt. *Sed Cincius in eo libro, quem de Feſtis reliquit, ait imperitè quoſdam opinari, Aprilem menſem quoſdam a Venere dixiſſe, cum nullus dies feſtus, nullumque ſacrificium inſigne Veneri per hunc menſem a majoribus inſtitutum ſit. Sed ne in carminibus quidem Saliorum Veneris ulla, ut cæterorum cœleſtium laus celebratur. Cincio etiam Varro conſenſit, affirmans nomen Veneris ne ſub Regibus quidem apud Romanos, vel Latinum vel Græcum fuiſſe, & ideo non potuiſſe menſem a Venere nominari.* Locus Varronis ſumptus eſt ex libro quodam perdito ipſius. Verum ecce alium non multum recedentem, ſumptum ex ejuſdem Varronis lib. V. de LL. *Menſium nomina ſunt aperta fere, ſi à Martio, ut antiqui conſtituerant, numeres. Nam primus à Marte, ſecundus (ut Fulvius Flaccus ſcribit & Junius Gracchus) à Venere, quod ea ſit Ἀφροδίτη, cujus nomen ego antiquis litteris quod nuſquam inveni, magis puto dictum, quod ver omnia aperit, Aprilem.* Ad quem locum Scaliger accuſat Ennium, quod erraverit, quando dixit ab initio Annalium,

Te nunc, ſancta Venus, precor, & genetrix
patris noſtri.

Nam in primo illo libro, ait, in quo agitur de initiis urbis Romę, neminem debuit introducere, quiſquis foret, invocantem Venerem, quip-

quippe quæ tum Romæ fuerit ignota. Verum quando nobis nihil ſupereſt illius libri, præter verſus aliquos, quorum ſenſus non cohæret, non bene ſcimus, utrum invocationem hanc tribuerit perſonis temporum illorum, quorum ibi tradit hiſtoriam, an utrum ipſe illa utatur ex conſuetudine Poëtarum, qua in ſui operis initio ponunt preces aliquas. Quomodo Lucretius libros ſuos ſex de Natura orditur hujus ipſius Veneris invocatione:

Æneadum genetrix, hominum divûmque voluptas
Alma Venus, ----

Qui & eam orat, ut ſe adjuvet in conficiendis ſuis verſibus:

Te ſociam ſtudeo ſcribendis verſibus eſſe,
Quos ego de rerum natura pangere conor.

Id quod Ennius majori ratione potuit facere, dum Annales ſcribit Romanorum, quia vulgo fuit perſuaſum, Romulum eorum conditorem ortum ex Venere traxiſſe. Itaque & invocationi Veneris adjuncta invocatio Tiberini, qui fluvio Tiberi nomen ſuum dedit, cum prius Albula diceretur, itemque Romuli uxoriſque ejus:

Te nunc ſancta Venus precor & genetrix patris noſtri,
Ut nos de cœlo viſas cognata parumper.
Teque pater Tiberine tuo cum flumine ſancte,
Teque Quirine pate rveneror, Horamque Quirini.

Poſt Venerem inter præcipuos Trojanorum Deos puto fuiſſe Apollinem, de quo Ovidius libro I. Triſtium:

Mulciber in Trojam, pro Troja ſtabat Apollo.

Pergami habebat templum, hoc eſt, in arce civitatis, ubi Homerus fingit quod Apollo abſconderit Æneam, curarique fecerit per Latonam matrem ſuam, & Dianam ſororem vulnera, quæ accepit in certamine cum Diomede. *Apollo*, ait, *captum Æneam ex conflictu portavit in Pergamum ſanctum, ubi ei templum condiderat, inque adytum ſpacioſi ejus ædificii Latona & Diana, quæ gaudent intendere arcum, ibique eum honorarunt*, id eſt, honore curationis eum affecerunt. Cum ergo hoc ſingulari nomine devinctus Apollini fuerit Æneas, qui fit, quod illius nullum extare voluerit indicium in Italia, ſi in eam venit? Quodque primi Romani non majorem ipſius, quam Veneris notitiam habuerint? Id quod nos docent verba iſta Arnobii libro ſecundo. *Non doctorum litteris continetur Apollinis nomen Pompiliana indigitamenta neſcire?* Hoc eſt: *Nonne docent monumenta ſapientum, quod Apollo non reperiatur in indice Deorum factorum a Numa?* Scaliger rejicit opinionem Feſti, qui ait, quod olim Romæ dictus fuerit *Aperta*, *quod patente cortina reſponſa ab eo dabantur*, adſertque ad id *Aperta* vocabulum conjecturas plurimum diverſas, ſcilicet, quod *Aperta* derivetur ab Æolico ἀπερώτα pro ἠπειρώτης, quodque Tarentini eum ſic vocarint, quod eſſet Deus peregrinus & transmarinus. Inter numina Trojana numerari quoque poteſt Rhea vel Cybele Mater Deorum lib. III. Æn. bonus Anchiſes Teucerum ait Cretæ dominum, unde orti ſunt Trojani, ex inſula Creta deportaſſe ipſam in Phrygiam.

Creta Jovis magni medio jacet inſula Ponto:
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula noſtra
Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.
Maximus unde pater, (ſi rite audita recordor)
Teucrus Rhœteas primum eſt advectus ad oras,
Optavitque locum regno. Nondum Ilium, & arces
Pergameæ ſteterant: habitabant vallibus imis.
Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaque æra;
Idæumque nemus; hinc fida ſilentia ſacris,
Et juncti currum dominæ ſubiere leones.

Poſtquam vero Dea hæc transvecta eſt in Phrygiam, omni tempore ibi fuit culta ſuperſtitione majori, quam unquam antea in Creta inſula. Cumprimis vero in quibuſdam montibus in Troade aut vicinia, ut Ida, Dindymeo, Berecyntho & Cybele, unde quoque nomen Cybeles accepit. Stephanus Geographus ait, urbem priſcam Scepſin olim conditam in monte Ida, ſic vocatam fuiſſe, *quoniam ibi Rhea, ut deciperet Saturnum, ſimulaverit peperiſſe lapidem pro infante.* Id quod locum dedit fabulæ, quaſi Σκέψις apud Græcos ſimulationem aut fictionem ſignificet, quoniam ſacerdotes ejus deæ eſſent eunuchi & effeminati. Libro IX. Æn. Numanus Remulus, affinis Turni, argumentum illud habet inſultandi Trojanis.

O vere Phrygiæ, neque enim Phryges, ite per alta
Dindyma, ubi aſſuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vos buxuſque vocant Berecynthia matris
Idææ; ſinite arma viris, & cedite ferro.

Et libro X. hæc ipſa Dea naves Trojanorum mutat in Nymphas.

---- quas alma Cybele
Numen habere maris, Nymphaſque è navibus eſſe
Juſſerat. ----

Eadem eſt, quam invocat Æneas eodem loco his verbis:

Alma parens Idæa Deum, cui Dindyma cordi
Turrigeræque urbes, bijugique ad fræna leones.
Tu mihi nunc pugnæ princeps, tu rite propinques
Augurium, Phrygibuſque adſis pede, diva, ſecundo.

Umbra Creuſæ offert ſe Æneæ libro ſecundo, eique dicit, quod ab illa Dea fuerit retenta in Troade.

Sed me magna Deum genetrix his detinet oris.

Libro undecimo Chloreus, olim dedicatus Cybelæ, & ſacerdos ejus, invaditur à Camilla,

Forte ſacer Cybelo Chloreus, olimque ſacerdos.

Quod ſi ergo Æneas venerit in Italiam, qui fit, quod ibi non conſtituerit miniſterium hujus Deæ in familia ſua? quod Roma nil de ea audiverit usque ad annum 550. à quo fuit condita? quo ex imperio certi alicujus oraculi avecta fuit ex Peſſinunte oppido Phrygiæ, permittente Rege Attalo, & adducta Romam magna pompa. Inque honorem ejus celebrata Megalenſia, quoniam Dea ipſa vocabatur μεγάλη θεὸς, Dea Magna; quemadmodum T. Livius commemorat lib. XXIX. & poſt ipſum plures alii ſcriptores, ut Ovidius lib. IV. Faſt. Valerius Maxim. lib. 8. c. 15. Cornel. Nep. in Scipione Naſ. & Solin. c. 7. Præterea & Minerva Veſtaque inter Deos Trojanorum nominantur, inque incendio ſecundum Poetam Caſſandra vi extracta eſt ex prioris templo:

Ecce trahebatur paſſis Priameïa virgo
Crinibus a templo Caſſandra, adytiſque Minervæ.

Helena vero ſeſe occultaverat in templo alterius:

Jamque adeo ſuper unus eram, cum limina Veſtæ
Servantem, & tacitam ſecreta in ſede latentem
Tyndarida aſpicio ----

Addo, quod exiſtant, qui ſcribant Æneam abſtuliſſe duas iſtas Deas ſecum in Italia cum Penatibus aut diis domeſticis ſuis. Quibus Solinus jungit Venerem, alii Cabiros, quos olim Danaus tranſtulit Trojam ex inſula Samothracum. De quo ecce loca diverſorum. Dionyſius Halicarnaſſenſis lib. X. Numam ait ædificaſſe templum Veſtæ inter Capitolium & montem Palatinum, verum locum ignorari. Quod obſervat, & idcirco varias ſuas affert conjecturas. Ecce ipſa ejus verba: *Quidam dicunt, quod*

fit

ſit pars quædam rerum ſacrarum ex Samothracia, quam ſervaverit Æneas, quod res ea tranſlata fuerint per Dardanum ex certa quadam inſula, quam condiderit, cumque rebus aliis delata ſit in Italiam, cum eo fugeret ex Troja patria ſua. Alii aſſeverant eſſe Palladium, (aut imaginem Palladis) quod delapſum de cælo fuerit apud Trojanos, ablatumque ſit ab Ænea, qui id bene habuit cognitum, cum id, quod abſtulerunt Græci, fuerit ad ſimilitudinem hujus factum. Et Solinus cap. 2. ait, quod Æneas, cum appuliſſet in Italia cum 600. hominibus, altero anno poſt captam Trojam ſecundum Heminam, conſederit in agro Laurentum: *Ubi dum ſimulacrum, quod ſecum ex Sicilia deduxerat, dedicat Veneri matri, quæ Frutis dicitur, à Diomede Palladium accepit.* Ubi recipit à Diomede Palladium, poſtquam dedicaverat Veneri matri ſuæ, quæ habebat cognomentum Frutis, imaginem, quam ſecum ex Sicilia attulerat. Et apud Virgilium umbra Hectoris exhortatur Æneam, ut ſe ſervet ex flammis Trojanis cum Diis ſuis Penatibus, & Veſta, æternoque ejus igne. Verba extant libro ſecundo:

Sacra, ſuoſque tibi commendat Troja Penates,
Hos cape fatorum comites, his mœnia quære,
Magna pererrato ſtatues quæ denique Ponto.
Sic ait, & manibus vittas, Veſtamque potentem,
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Æneas de ſe ipſo ait primo libro:

Sum pius Æneas, raptos qui ex hoſte Penates
Claſſe veho mecum - -

Et libro tertio:

Effigies ſacra divum, Phrygiique Penates,
Quos mecum à Troja, mediiſque ex ignibus urbis
Extuleram.

Ad poſtremum Poëtę propoſitum unicum ab initio libri primi fuit, ut monſtret, quid pertulerit:

- - dum conderet urbem
Inferretque Deos Latio - -

Quod fundamentum eſt Macrobii, cum ait libro II. Sat. c. 4. manifeſtum eſſe, quod Veſta ſit una ex diis Penatibus domeſticiſque, vel ſaltem in conſortio eorum. Ex quo evenit, ut Conſules, Prætores, Dictatores, cum ingrederentur magiſtratum, ſacrificia facerent Penatibus unà cum Veſta in Lavinia urbe. Et apud Lucanum lib. IX. Julius Cæſar iter faciens per Troadem ſacrificium facit diis patriæ illius, hacque invocatione utitur.

Dii cinerum, Phrygias colitis quicunque ruinas,
Æneæque mei, quos nunc Lavinia ſedes
Servet, & alba Lares, & quorum lucet in aris
Ignis adhuc Phrygius, nulliſque aſpecta virorum
Pallas in abſtruſo pignus memorabile templo.

Cui ſervire poteſt inſtar commentarii alia precatio ſimilis, quam fundit libro primo Pharſaliæ.

- - O magne qui mœnia proſpicis urbis,
Tarpeja de rupe Tonans, Phrygiique Penates
Gentis Juleæ, & rapti ſecreta Quirini:
Et reſidens celſa Latialis Jupiter Alba,
Veſtaleſque foci - -

Et hi verſus Statii Silv. lib IV.

Donec Troicus ignis, & renata
Tarpejus pater intonabit aula.

Item hi Sidonii, Car. 9.

Non divos ſpecialibus faventes
Agris, urbibus inſuliſque canto
Thebis Ericon, Iliοque Veſtam.

Et Ovidii lib. XV. Metamorph.

- - Quæque ignes Troica ſervât
Veſta ſuos - -

Et illi lib. VI. Faſtor.

Vidimus Iliaca transferri pignora Veſta
Sede, putant aliquos ſcilicet eſſe Deos.

Et ipſe de Palladio eodem libro Faſtorum:

Creditur armiferæ ſignum cæleſte Minervæ
Urbis in Iliacæ diſſiluiſſe jugo.
Cura videre fuit. Vidi templumque locumque.
Hoc ſupereſt illic Pallada, Roma tenet.

Apparet ex his locis omnibus, quod communis opinio Romanorum, & præſertim Poëtarum fuerit, Æneam ſecum adportaſſe Deos illos in Italiam. Sed id omne facile poteſt deſtrui. Primum enim ſi per Deos illos intelligunt eorum imagines, hoc non convenire poteſt Veſtæ, quæ nullam imaginem habebat. Quod expreſſe dicit Ovidius lib. VI. Faſtorum.

Eſſe diu ſtultus Veſtæ ſimulacra putavi,
Mox didici curvo nulla ſubeſſe tholo.
Ignis inextinctus templo celatur in illo,
Effigiem nullam Veſta, nec ignis habet.

Quapropter Veſtæ vocabulo nil Ovidius intelligit, niſi ignem æternum.

Nec tu aliud Veſtam, quam vivam intellige flammam.

Et revera Chaldaica אשתא ſignificat ignem, vixque poteſt dubitari, quin hinc nomen Græcum Romanumque Ἑστία & *Veſta* deſcenderit. Interea Virgilius diſcrimen facere videtur inter Deam, & æternum ejus ignem, quando ait:

- - Manibus vittas, Veſtamque potentem:
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Quod ſi ponatur, non intelligo quid innuat per illam Veſtam, quæ fertur manibus, cum Veſta non habuerit imaginem. Sed & alia eſt difficultas hoc in loco, quod nimirum Veſta adoretur per univerſam Gręciam, ubi nulla erat urbs, quę non haberet templum ejus & Prytanæum cum lucerna perpetuo ardente, in honorem Veſtæ. Id quod multis probat Caſaubonus ad cap. 19. lib. XV. Athenæi. Apparetque ex Heſiodo, Pindaro, & aliis, quod Gręci eam fecerint filiam Rheæ, ſororem Jovis ac Junonis. Et in Hymnis, qui Homeri eſſe dicuntur, atque licet ſint ſuppoſititii, tamen admodum ſunt antiqui, Dea iſthæc plurimum attollitur, tanquam feſtis omnibus admodum neceſſaria, ipſique eam adorant Poëtę, & in Scholiaſte Pindari in undecimo Nemæorum οἱ Πρυτάνεις, qui ſunt Magiſtri & Scabini urbium, exhibentur *ſacrificantes huic Deæ, priusquam aliis Diis ſacrificia faciant.* Non autem invenio Troję aliquem ei cultum exhibitum.

Quapropter dubitat Prudentius, ubi ſcribit contra Symmachum ſect. 8. lib. 2. utrum originem ignis Veſtalis petere ab Athenienſibus, an Trojanis debeat, aitque:

- - In his Veſtalis origo favillæ
Urbibus, ut memorant, primo de fomite ſumpta eſt,
Sacravitque focos aut Phryx, aut Grajus alumnus,

Quaſi diceret, eſſe unam ex his urbibus, de quibus ſit locutus, unde originem duxerit ignis Veſtalis, uti ſcribitur, & vel Trojanos, vel Gręcos ignem eum conſecraſſe. Quanquam poſterius mihi vero videatur propius, ob rationes, quę à me allatæ ſunt. Ut nunc taceam, certiſſimum eſſe, quod Græci vetuſtiſſimi miſerint in Italiam & Latium colonias, cum non appareat, Trojanos unquam illuc intuliſſe pedem, niſi teſtimoniis admodum ambiguis. Venio ad Palladium Trojanum. Græci ac Romani omnes ſcribunt, quod facultatem habuerit, ne urbs, in qua eſſet, cadere poſſet in manus hoſtium. Id quod tam conſtanter credidit Metellus, ut cum videret flagrare templum Veſtæ ignibus, cui Palladium Romani habuere incluſum, ipſe cum periculo vitæ intraverit, idque ex mediis ignibus eduxerit, ob quam rem à Senatu Populoque

gloriam eſt conſecutus, quaſi eo rempublicam conſervaverit. Quæro igitur, utrum, cum Græci urbem Trojam caperent, Palladium in ea fuerit, an non fuerit? Si dicerent fuiſſe, ridiculum eſſet credere, quod ſit ſervaturum Romam, cum Trojam ſervare non potuerit, quo minus caperetur ab hoſtibus ſuis. Quod ſi vero non fuit Trojæ, quî potuit Æneas inde ſecum abſtuliſſe? Præterea in hoc Romani cum Græcis non conveniunt, qui ajunt Ulyſſem cum Diomede intraſſe urbem clanculum, idque abſtuliſſe furto, abſque quo non potuiſſet Troja capi. Et hoc eſt, ob quod Ulyſſes ſeſe præfert tantopere Ajaci in admirando judicio, quod nobis exhibet Ovidius lib. XIII. Metam.

Eripui Phrygia ſignum penetrale Minervæ
Hoſtibus è mediis, & ſe mihi comparat Ajax?
Nempe capi Trojam prohibebant fata ſine illo?
Fortis ubi eſt Ajax? ubi ſunt ingentia magni
Verba viri? cur hic metuis? cur audet Ulyſſes
Ire per excubias, & ſe committere nocti?
Perque feros enſes? non tantum mœnia Troum,
Verum etiam ſummas arces intrare, ſuaque
Eripere æde Deam, raptamque efferre per hoſtes?
Quæ niſi feciſſem; fruſtra Telamone creatus
Geſtaſſet lævâ taurorum tergora ſeptem.
Illa nocte mihi Troja victoria parta eſt,
Pergama tum vici, cum vinci poſſe coëgi.

Quod Ovidius cum conſtanter aſſeruiſſet, ubi Ulyſſem facit loquentem, nihilominus lib. VI. Faſtorum, abreptus torrente eorum, qui pro Ænea loquuntur, rem facit incertam, atque ignorari, utrum Diomedes, an Ulyſſes, an vero Æneas ceperit Palladium:

Seu genus Adraſti, ſeu furtis aptus Ulyſſes
Seu pius Æneas, eripuiſſe ferunt:
Auctor in incerto eſt.

Et Solinus ait, quod Diomedes captum à ſe tradiderit Æneæ. Nempe prorſus vero conſentaneum, rem tam precioſam tradere voluiſſe ſuo inimico! Dionyſius Halicarnaſſenſis alio utitur modo minus adhuc accommodato, quando Græcos ait Palladium cepiſſe fictitium. Nam ſi hoc eſt verum, quod in urbe manſit, non habuit meliorem virtutem, quam falſum, quippe quum non conſervaverit ipſam. Quod Venerem attinet cognomento Frutin, cujus imaginem Æneas ex Sicilia portaſſe dicitur in Italiam, fabula eſt, quæ præter Solinum neminem habet auctorem, cujus nimis ſimile teſtimonium eſt, quam ut tot vetuſtioribus auctoribus, & ſine comparatione doctioribus opponi poſſit, qui teſtantur, Venerem primis Romanis penitus incognitam fuiſſe. Quos inter ſunt Cincius, & Varro, quorum prior eſt vetuſtiſſimus, & citatus Tito Livio libro XXI. ut auctor graviſſimus. Poſterior ab orbe univerſo habitus eſt pro doctiſſimo Romanorum. Salmaſius ad eum locum Solini obſervat, ejus verum nomen in Sicilia fuiſſe *Erucis* vel *Erycina*, non *Frucis*; quodque hanc ob cauſam apud Feſtum pro *Frutinal*, aut *Frucinal templum Veneris Frutis*, ſcribendum ſit, *Erucinal*, & *Erucis.* Verum quia hoc non ſpectat ad præſentem quæſtionem, ei non diutius immorabor. Supererat, ut agerem de Deis Samothracibus, qui Cabiri ſunt dicti. Sed de iis prolixe diſſerui in Phaleg meo pag. 426. Nec eſt opus hic de ipſis agere, quoniam, de quibus loquitur Dionyſius Halicarnaſſenſis, quod ferant, Dardanum portaſſe ex Samothracia, & Æneam è Troja in Italiam, homines ſunt ignoti, & quos nominare omiſit, unde nec meretur audiri. Certum enim eſt, quod Dei illi, qui ex Phœnicia venerunt in Samothraciam, ibi inde ab Argonautarum temporibus permanſerint, quodque Philippus, pater Alexandri Magni, pluresque alii viri clari & ante & poſt illa tempora, noſſe eos voluerint, ſacriſque ipſorum initiari. Nuſquam vero reperitur, quod habuerint eos Trojæ aut Romæ. Et præter rationes omnes ſpeciales, quas adſero contra eorum ex Troja in Italiam tranſportationem Æneæ tributam, ecce unam generalem. Nimirum quod, ſi Æneas imagines quaſdam Deorum ſecum in Italiam tuliſſet, Romulus, qui fuit ex progenie ipſius, ſicut dicitur, eas obſervaſſet, curaſſetque Romam deferri ſive Lavinio ſive Alba, vel ad earum ſimilitudinem aliquas fieri. Hoc vero adeo non factum, ut nos Varro doceat, Romanos per annos 170. deos adoraſſe abſque ulla imagine. S. Auguſtinus lib. IV. de Civ. Dei c. 31. librum Varronis adducit. Idem refert Plutarchus de Numa in vita ipſius, *Prohibuit*, ait, *Romanis facere imagines Deorum forma humana vel beſtiarum, priſciſque temporibus apud eos nulla fuit imago Dei neque ficta neque picta. Sed primis 170. annis templa ædificabant & ſacraria ſine ulla imagine in eis, ut qui putarent, res meliores non eſſe repræſentandas per res deteriores, neque poſſe Deum aliter, quam mente concipi.* Idem memorat & Clemens Alexandrinus pæne de verbo ad verbum libro primo Strom. pag. 304.

Poſt has diverſas ſuſpiciones, quæ videntur ſatis validæ ad convincendum, non poſſum omittere, quod lingua Latina ceperit vocabula plurima ab omnibus populis, quibuſcum Latini habuere commercium, ut Græcis, Siculis, Tuſcis, Sabinis, &c. quin & ipſis Phœnicibus Galliſque. At quod acceperit aliqua à Phrygibus antiquis, id vero non poteſt monſtrari. Res fiet clarior recenſione eorum, quæ ſuperſunt de lingua Phrygia.

Jupiter in Phrygia Βαγαῖος & Μάζευς vocatur. Primum horum duorum vocabulorum ſignificat magnum, abundantem, feſtinum, μέγας, πολὺς, ταχύς. Alterum compoſitum eſt ex Μᾶ & Ζεὺς, quod eſt Jovis nomen Græcum. Item Μᾶ in lingua Carica, Lydiaque, quæ proxime accedit ad Phrygiam, ſignificat Rheam, Matrem Deûm. Μᾶ quoque dicebatur ancilla Rheæ, quæ nutrivit Bacchum, Μάσαρις à Caribus vocata.

Mater Deorum plura alia habuit vocabula apud Phrygas; communiſſimum erat Cybele, à Cybelo, qui eſt mons Phrygiæ, ubi extructum habuit templum: & Berecynthia, & Dindymene, à Berecyntho & Dindymeno, aliis ejuſdem regionis montibus: & Idæa, à monte Ida, Trojæ vicino. Erat & oppidum in parte quadam Phrygiæ, Berecynthia dictum, quæ omnia veniunt à Βρίκες. Priſci enim Phryges, Briges nominabantur aut Brekes. Hinc dæmon quidam Βρεκύντας, Βρεκῦνας, Βερεκύντας. Ajunt & præcipuum Deæ Cybeles ſacerdotem nominari Berecynthum. Philoſtephanus dicit, montem Dindyme ſic eſſe vocatum, quod haberet διδύμους μαστούς, duplicem ſummitatem. Strabo vero ait, quod non habeat niſi unam, quodque ſit ὄρος μονοφυὴς mons cum uno vertice. At ego cenſeo cymbala eſſe nominata *dindum* in Phrygia, ut in Syria *Zinzum*, indeque factum nomen Δίνδυμον, quia inventio cymbalorum Phrygibus tribuitur, privatimque Deæ huic, ſecundum Diodorum lib. III. Hinc fit, ut feſtum ejus in eo monte celebretur magno ſtrepitu cymbalorum & tympanorum. Unde Poëta:

—— Matri quate cymbala circum.

Ἴδη ſignificat ſylvam aut montem arboribus conſitum, ἴδη δρυμῶν ὄρος. Oblitus ſum annotare, quod

quod mons Dindyme admodum vicinus extiterit urbi Peſſinunti, ubi præcipuum ſuit templum Cybeles, & unde deportatum Romam An. 550. poſtquam eſſet conditum. Strabo ait lib. 12. quod ſit appellata Ἀγγιδύεις, & lib. 10. Ἀκίεις. Sed recte obſervarunt viri docti, corrupta eſſe duo iſta vocabula, quodque Ἀγδίςυς legi oporteat, ut apud Heſychium. Phryges enim Ἀγδὶς Agdus nominarunt rupem ingentem Pbrygiæ, unde capti lapides, quibus uſi Deucalion & Pyrrha ad reparationem generis humani poſt diluvium. Et ex eadem rupe *etiam magna mater informata*, ut ait Arnobius lib. 5.

Etiam Κυβήβη Dea hęc appellabatur, qnod κυβηβᾷν ſignificet præcipitare ſe in caput, quod Græce dicitur θεοφορεῖσθαι & κορυβαντιᾷν, quoniam ſacerdotes ejus Deæ acti ſurore ſe boc modo ſolebant præcipitare. Hinc factum ut Κύβηβοι appellarentur: ſæpius tamen *Curetes*, *Corybantes* & *Galli*, ex nomine fluvii, qui per urbem Peſſinuntem currebat. Mater horum Curetum ſeu Corybantum eſt κομβη. Præcipui eorum *Idæi Dactyli* nominabantur, ratio & cauſa ignoratur. Quicquid enim affertur, abſurdum eſt. Plurimi ajunt id ex eo eſſe, quod ſint decem ſecundum numerum digitorum, indeque dactylos dici. Sed *in Phronidis auctore non invenio nominari, niſi tres; Kelmin, Damnameneum magnum, & ſuperbum Acmonem*: & Apollonius in ſuis Argonauticis non novit niſi duos, Fitiam & Cyllenum. Marſyas, qni ſuit excoriatus ab Apolline, Phrygius ſuit heros, educatus una cum Cybele. Atys vel Attis delicium ejus ſuit, qui deinde Papè dictus eſt, neſcio quam ob cauſam. Invenio tamen apud Herodotum & Origenem, quod Παπαῖος in lingua Scythica ſignificat Jovem. Quod nomen Atys attinet, de eo dicit Arnobius, ſignificare caprum, atque ſic עתוד Hebræis & Arabibus, de quo non abludit multum *Atis*, *Atidis* in genitivo. Εὐοῖ, Σαβοῖ, ὕης ἄττης καὶ ἄττης ὕης. *Evæ*, *Sabæ*, *Hyes Attes & Attes Hyes* clamor eſt bacchantium ſecundum quoſdam, qoi ſecundum alios edebatur in honorem Matris Deûm. Magna erat affinitas inter has Deas doas, quod reperiri puto apud Demoſthenem & Strabonem.

Baccbus in Phrygia dicebatur Σαβάζιος, & Σαβάζειν, ſecundum eos ipſos, eſt εὐάζειν, hoc eſt celebrare ſacra Bacchi, ejuſque miniſteria σαβασμὸς: ſacerdotes quoque ejus locaqne ſacra σάβοι. Unde Plutarchus ridicnle derivavit vocabulum Hebræum Sabath, ut à Lyſius & Evius, Levita. Sicut hodieque ſunt, qui Jobacchus alluſionem cenſent eſſe ad nomen Jehova. Apollodorus ait de hoc Baccho lib. III. quod cum iter faceret per Cybele oppidum Pbrygię, expiatus fuerit per Deam, & eruditus in cerimoniis ſuis, quodque primam ei dederit ſtolam. Et Stephanus ſcribit, quod Jnpiter Baccbum nutriendum dederit uni de ancillis Cybeles, quæ vocata fuerit Μᾶ, quodque Cares Baccbum vocent *Maſaris* vel *Maſares*, hoc eſt Mars illius Μᾶ, quoniam cum Juno interrogaſſet eam, cujus eſſet puer, quem nutriret, ea reſpondebat filium eſſe Martis.

Ἀδαγῦος Deus Phrygiorum eſt Hermaphroditus, qui fortaſſis eſt ille ipſe, qui ſecundom fabulas natus fuit ex Mercurio & Venere; poteſtque fieri, ut Phryges Ἀδαγῦος corrupte dixerint Græcum vocabulum Ἀνδρόγυνος.

Ἀγγῦτας lamia eſt Phrygiæ ſecundnm Heſychium. Phavorinus ſcribit Ἀεγδῆτας.

Etiam Cabires Samothracum pro Phrygibus habentur Diis, ſic à monte Cabiro in Phrygia vocati; ſuntque, qui exiſtiment fuiſſe tantum duos, Jovem videlicet ac Bacchum. Steſimbrotus ait, quod mons Cabire, unde nomen iſthoc accepere, fuerit ἐν τῇ Βερεκυνθίᾳ, in Berecynthia. Mnaſeas ait, ſuiſſe quatuor, qnibus barbara tribuit vocabula, *Axioros*, *Axiokerſa*, *Axiokerſos*, & *Kaſmilos*, quorum prima Ceres, ſecunda Proſerpina, tertius Pluto, quartus Mercurius. Sacerdos eorum ſecundum Heſycbium dicebatur *Coes*, vel *Coas*. Verum probo in Phaleg meo, pag. 427, 428, 429. omnia hæc vocabula eſſe Phœnicia.

Oblitus eram, quod incolę Amaxitus orbis in Troade Templum habuerint ſtructum in honorem Apollinis, dicti Σμίνθιος aut Σμινθεὺς, quod liberavit regionem ipſorum à muribus, qui abſumebant omnem annonam. Lingua enim eorum σμίνθος eſt mus.

A Diis venio ad ſaltationes & cantilenas, quæ habebantur ſæpe in honorem Deorum, Ἀδωνυμαειδὲς & βώριμος vocatas. Cantiones erant operariorum Mariandinorum in Bithynia, quales babuerunt & Pbryges, quas vocabant Λιτυέρσας, ex nomine Lityerſas, qui filius ſuit Midę, unius ex ipſorum Regibus. Ἁρμάτειος μέλος cantio eſt quædam apud Euripidem in Oreſte, quæ diverſimode exponitur, pars maxima credit eſſe Pbrygiam. In Etymologico Magno Palamedes ait, cantilenam eſſe militarem, ita dictam de vocabulo Ἅρμαν, quod in Phrygia bellum denotet. Et Methodius vocat cantum, qui cantatur à Phrygibus ad hortandos ſtabularios, ut tegant equos.

Βρικίσματα ſaltationes ſunt Pbrygiæ apud Heſycbium. Quod nritur à βρίκες, quod ſignificat idem ac Βρίγες aut Βρύγες, id eſt Phryges. Νινίατος νόμος παιδαριώδης καὶ φρύγιος Heſychius, & Pollux τόδε νινίατόν ἐστι μέλος φρύγιον. Quod ſignificat, in Pbrygia Nineatos aut Neniaton eſſe cantilenam infantum, ut & in Latina lingua Nenia. Horatius Epiſt. 1. lib. 2.

Roſcia dic ſodes melior lex, an puerorum eſt
Nenia, quæ regnum rectè facientibus offert?

Eſt & cantilena ſunebris, qua utebantur in funeribus, & de qua Cicero, Quintilianus, Feſtus, Nonius, Porphyrio ad Horatium, Diomedes Grammaticus, & Gloſſarium vetus. Nec tamen ſequitur, Romanos accepiſſe à Trojanis: potuerunt enim babuiſſe à Græcis, qui & ipſi ea utebantur, ut eſt aoctor Hipponax Polluci laodatus, quod ne Cicero quidem tradidit oblivioni, qui ait lib. II. de Leg. quod fiant orationes in laudem gentis honorarę, quodque cantentur ad ſonum tibiæ cantu, qui vocatur *Nenia*, *quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant*.

De origine vocabuli Σίκιννις plurimæ ſunt ſententię, quod ſpeciem ſaltationis denotat. Quidam ajont ab Athenienſibus profectum à quodam Sicinno, præceptore Tbemiſtoclis; alii à Cretenſibus; alii à Perſis. Inveniuntur tamen etiam, qui dicant nomen ſuum accepiſſe ex quadam Nympbe Cybele, Pbrygeſque cœpiſſe uti eo genere ſaltationis in feſto Sabatii.

Venio ad res naturales. Κίκλη apud Phrygios ſignificat Urſam ſydus cœleſte. Plato loquens de voce πῦρ, quæ ignem ſignificat, ita de hac re: *Certum eſt, Phryges, ut ſignificent ignem, aquam, canes, & res multas alias, uti vocabulis nil abeuntibus à Græcis, quum ignem vocent pyr, aquam hydor, canes vero kynas*. Tale eſt, quod Clemens Alexandrinus poſt Didymum ait, Phryges aquam vocare βεδὺ, quodque Orpheus & Dion uſurparint eandem vocem hac ſignificatione. Sed Neanthes Cyzicenus & Philydeus (vel potius

Philiſcus) Poëta Comicus acceperunt pro aëre. Nominavit omnes quatuor Clemens lib. V. Stromat. Ζευμανθὴ fons eſt in eadem lingua, & Βερεκυντίας venti ſpecies. Γλουρὶς ſecundum Heſychium, vel Γουρὶς ſecundum Phavorinum, ſignificat aurum. Sed apud utrumque Γλουρὸς legendum, inde enim deducunt Γλούρεα, quæ interpretantur χρύσεα, aurea. Μάκαιρα lapis eſt ferro ſimilis in monte Berecynte, cujus ea conditio, ut qui ipſum invenerit, quam primum miniſteria magnæ Deę celebrantur, vertatur in furorem, ut narrat Plutarchus de fluminibus in Marſia. Neminem ſcio lapidem ferro ſimilem, niſi Biſaltum, qui ſecundum Plinium naſcitur in Æthiopia. Credo dictum eſſe Barſaltem, quoniam ferrum in lingua Hebręa vocatur בַּרְזֶל, & in Chaldaica, פַּרְזֶל. Romani vero, ut ſonum facerent ſuaviorem, R abſtulerunt.

Herbæ juſculis ſervientes ſeu olera Phrygia lingua vocantur ζέλκια ſecundum Heſychium, & lilia σίσον ſecundum Etymologicum voce Σίσιον μύρον, quod & ipſum eſt vocabulum Hebraicę originis.

Quod attinet ad animalia, Pluto ſuperius nos docuit, quod in Phrygia canes nominentur voce vicina Græcè κύνες. Et Ælianus, Clemens, & Scholiaſtes Homeri murem ajunt vocari σμίνθος. Μὰ apud Heſychium ſunt oves. *Atagi* apud Arnobium hirci lib. III. Euſtathius lib. I. Iliad. ſcribit ἄττηγοι, aitque vocem eſſe Ionicam. Erinacium vocant ἴξιν, & vulpem κανῦν, indeque compoſita eſt vox Ἰξκανῦν, quod id ſignificat animal, quod Græcis ἐχιναλώπηξ. Ab hoc vocabulo Ἰξκανὺν oppidum Phrygiæ dictum eſt, quod Græce vocabatur Ἀζανοὶ *Azani*, quod ad placandum Deos, qui famem regioni immiſerant, factum ibi ſacrificium ex vulpe & erinacio. Id quod poſt Hermogenem Stephanus commemorat. Δάος ſignificat lupum. Quo referendum oraculum Sibyllinum videtur, quo dicitur, *quod lupi aliquando habitaturi ſint Bithyniam.* Nam lupi illi Turcæ ſunt, quos jure optimo licet vocare Δάοι, quod & lupi ſint rapaces, & quoniam orti ex populo Scythiæ ab altera parte fluminis Jaxartes, quem Veteres vocavere Daos, qui perperam confunduntur cum Dacis, qui nimis longe diſtant.

Rex lingua Phrygia dicitur Βαλλὴν, ut apud Epheſios Ἐσσὴν, apud Lydios Πάλμυς & Κοάλδειν: apud Cares Γέλα ζέμελον mancipium barbarum erat. Ἄκρισις fur femina. Mons eſt Phrygiæ, qui à Βαλλὴν vocatur βαλλήναιον ὄρος, id eſt, mons regius. Plutarchus in libello de fluminibus, locum ejus facit vicinum fluvio Sagari. Videtur autem βαλλὴν derivari ex Hebræo בַּעַל, quod dominum ſignificat. Γελαρὸς fratris uxor, ſicut apud Græcos γάλως, & Latinos *glos* ſoror mariti. Ἄδαμνα *Amicus*, & Ἀδαμνεῖν *amare*.

Strabo ait ſervos Phrygas apud Athenienſes plerumque appellatos Midas aut Manes, ſicut qui ex Paphlagonia erant oriundi Tibios. Interim Midas & Manes imperia in Phrygia tenuere, priorque fuit clarus propter ſuas divitias ingentes, alter vero propter ſuas expeditiones. Inde fit, ut hodieque appellentur Manicæ expeditiones magnæ. Nunquam vero ſervis impoſitum eſt nomen Hectoris, quia nimirum viſum id ita profanari. Heſychius ait, quod ſignificet prudentem, ſicut apud Perſas nomen Darii. Caſaubonus obſervat, quod apud Athenæum *Sambas*, *Adan*, *Telus*, *Celon*, *Cadalus*, *Babys* nomina ſint ſervorum apud Phrygas, ſicut Heſychius ait Γάλαρος eſſe nomen Phrygium, quo utantur Lacedæmonii.

Invenio & ædificiorum quædam nomina apud Phrygas, ut *Xenones*, de quo dixi, & πέργαμος, nomen arcis Trojanæ in loco editiſſimo conſtructæ. Unde fit, ut Iones in univerſum cuncta loca edita appellent Pergama. Videturque Germanorum vocabulum Berg eo etiam alludere. Invenio & veſtimentorum vocabula, ut Βάμβαλον vel Βάμβαλες pallium aut veſtis contra frigora. Κυβήκη genus quoddam femoralium. Σίκχες calcei Phrygii. Invenio & res alias, ut νώρικον uter, ῥίσκος capſa è corio, τασκὸς paxillus. Ex quo factum, ut Montaniſtæ dicerentur τασκοδρουγῖται, quaſi quis diceret *Paxillonaſones*; quoniam, quando orabant, ſub naſo ponebant digitum, ut eo viderentur ſanctiores, ſicut Epiphanius obſervat.

Vocabulum celebre Βὲκ, Βεκὸς, vel Βέκκος, mihi neſcio quomodo ſe ſubduxit, quod panem denotat in lingua Phrygia. Narrant Herodotus & alii, quod infantes duo, quos Rex Pſammetychus educari fecit per paſtorem mutum, de ſe ipſis protulerint ea vocabula, indeque Rex collegerit, linguam Phrygiam eſſe antiquiſſimam omnium linguarum, & ibi homines loqui ſecundum ductum naturæ. Ab hoc vocabulo, & Gręco σελήνη, quod Lunam ſignificat, compoſitum eſt vocabulum Βεκκεσέληνος, quo irridentur Phrygii & Arabes, quorum alteri antiquitatem ſuam probabant per hoc vocabulum, quod ſe dicerent eſſe προσελήνους, id eſt, luna vetuſtiores.

In his omnibus, quibus, quidquid ſupereſt linguæ Phrygiæ, ſtudui conducere ex libris antiquis, (excepto Nenia vocabulo, de quo jam actum eſt) nihil poſſum videre, quod Latinę linguæ ſit vicinum, niſi forte *ſocci* & *ruſcus*. Primum vulgare eſt; Terentius uſurpat alterum in Eunucho. At hæc nihil huc conducunt, non magis, quam vocabulum Nenia. Nam vox *ſocci* oritur ex Hebræo שׁוֹק, quod ſignificat crura, item calceationem, ſicut thorax ſignificat pectus, & illius ferreum munimentum. Unde fit, ut duellum שׁוֹקַיִם in verſione Junii & Tremellii redditum ſit per *cothurnum*, Proverb. cap. 26: v. 7.

Quod vero ῥίσκος attinet, eſt id Græcum quoque. Ariſtophanes id uſurpavit ſæculis nonnullis ante Terentium; & Grammatici Græci, qui vocabulum hoc proferunt, ut Pollux & Heſychius, non notant eſſe Phrygium. Unicus eſt Donatus, qui hoc dicit, qui erraſſe potuit. Et ego ſat multis probavi, vocem eſſe Phœniciam, in libro meo de Animalibus pag. 369. ex quo fit, ut ſit incertum, unde Latini acceperint, utrum à Phœnicibus, an Phrygiis, num vero Græcis.

Ex quo concludo, linguam Latinam & Phrygiam nihil inter ſe habere commune, ac idcirco nec veriſimile eſſe, quod Latini orti ſint à Phrygiis, quoniam nulla unquam reperta eſt colonia, quæ non reliquerit, ſi non integram linguam, partes ſaltem quaſdam & vocabula quædam ejus, eo in loco, quem incoluit.

Atque ita de prædictis omnibus repeto, iter Æneæ nullum habere fundamentum in rei veritate. Interim video duo poſſe adſerri ad defenſionem Virgilii. Primum, quod ſit Poëta, non Hiſtoricus. Poëtas vero non eſſe alligatos ad veritatem eventuum, ſicut illi, qui hiſtoriam ſcribunt: ſed ad proferenda ea, quę poſſint delectare. Atque ut Horatius dicit in Arte Poëtica,

Ficta voluptatis cauſſa ſint proxima veris;

Id quod de eis tradit omnis pęne veterum Philoſophorum numerus. Ita Plato dixit, *quod Poëtica conſiſtat in confingendis fabulis*, quod non conveniat

veniat Poëtæ *commemorare res geſtas, ſed quæ geri* potuerint, & ſimiles ſint veris. Quo nititur & Plutarchus in libro ſuo, ubi docet, quomodo legi debeant Poëtæ, oſtenditque, ſeſe non adſtringere ad narrationem veritatis. *Satis ſcimus*, ait, *ſacrificia, in quibus nec ſaltationes ſunt, nec tibiæ; poëſin vero ſcimus nullam ſine fabulis & commentis.* Idem ait, *Neque verſus, neque vocabulum eſt, neque ſtylus grandior, nec metaphora conveniens, neque compoſitio tam ſuavis ulla & grata, ſicut commemoratio fabulæ bene excogitata.* Unde eſt in ea ſententia, neque Homerum, neque Pindarum, neque Sophoclem certas habuiſſe res, quas commemorarent: Corinnaque, quam ob præſtantiam artis in ſumma habuerunt admiratione, Pindarum reprehendit, quod ſuis verſibus fabulas admiſceat nullas, id quod proprium eſſe dicit Poëſeos. Socrates parvo tempore ante mortem ſomnio admonitus, ut verſus ſcriberet, cum ſe ſentiret ineptum excogitandis fabulis, quippe qui vita tota certavit de veritate, argumentum cepit verſuum ſuorum fabulas Æſopi, *quod poëma nullum ſit ſine aliquo commento*, id quod ex Phædone Platonis ſumptum eſt. Cicero ab initio libri de legibus, de certo quodam loquitur poëmate à ſe facto, aitque imperitè illos facere, *qui in iſto opuſculo, non ut à Poëta, ſed ut à teſte veritatem exigant.* Ad hæc omnia nihil afferri poteſt elegantius, quam is locus Petronii, quem ſuggeſſit mihi excellens amicus noſter M. de Brieux. *Non enim res geſtæ verſibus comprehendendæ ſunt, quod longe melius Hiſtorici faciunt; ſed per ambages, Deorumque miniſteria, & fabuloſum ſententiarum tormentum præcipitandus eſt liber ſpiritus, ut potius furentis animi vaticinatio appareat, quam religioſæ orationis ſub teſtibus fides.* Unde fit, quod nonnulli Lucanum, & Silium Italicum ejiciant è Poëtarum numero, quia nimis ſeſe alligarunt ad veritatem. Quod & Plutarchi judicium eſt de Empedocle, Parmenide, Nicandro, & Theognide. Licet enim verſibus ſcripſerint, tamen pro Poëtis non habentur, quoniam in eorum ſcriptis nullum eſt figmentum. Quin & ipſum Poëtæ vocabulum fictorem denotat. Sed & priſcis temporibus in provincia noſtra Poëtæ nominabantur *Trubadoves*, id eſt, *Inventores*, ut quorum profeſſio ſit invenire ea, quæ non ſunt. Quare ſi Virgilius etiam hoc fecit, nemo eum poterit reprehendere, utpote qui ſecutus ſit viam libere tritam ab ipſis, qui eum anteceſſerunt.

Ad hoc generale reſponſum addo aliud ſpeciale; quod, ſi Æneæ iter in Italiam fabuloſum eſt, id in Virgilio reprehendi non debeat, quippe qui primus non excogitarit eam fabulam; ita namque creditum fuit à Romanis ab immemorabili tempore. Id quod indicat Dionyſ. Halicarn. libro I. verbis expreſſis. *Romani omnes adventum Æneæ in Italiam, & Trojanorum comprobant.* Omnes, dicit, Romani, hoc eſt, omnes qui hiſtoriam Romanam ſcripſerunt, qui in hoc ſicuti ſunt eos, qui præceſſerunt. Neque numerus horum fuit exiguus Virgilii temporibus. Nam cum ſcriberet Æneidem ſuam, anni circiter ducenti erant elapſi, ex quo hiſtoria Romanorum ſcripto cœpit comprehendi. Fabius Pictor, quem Livius laudat aliquoties, cœterorum antiquiſſimus, Annibalis floruit temporibus, & belli Punici ſecundi. Paulo poſt ſecutus eſt L. Cincius Alimentus, quem ille ipſe Livius maximum Auctorem nominat. Poſt Ennius Poëta celebris, qui verſibus & libris octodecim complexus eſt id, quod oratione proſa priores conſignaverant. Quem in hoc imitati ſunt Actius vel Attius, & Furius à Macrobio citati. Sed hoc longius poſt factum; cum Cato Cenſorius ſcriberet, ſicut Ennius, inter primum & ſecundum bellum Punicum libros ſeptem hiſtoriarum, quorum primus comprehendebat ſolam originem gentis Romanæ, idque quod geſtum fuit ſub Regibus; duo ſequentes origines totius Italiæ; quatuor ultimi bella Punica primum & ſecundum, aliaque ejus temporis.

Poſtquam magni hi Scriptores ſexto ſæculo muniverunt viam, ingens agmen ortum ſæculo ſeptimo, qui Annales vel Hiſtorias ſcripſere, ut Scribonius Libo, Poſthumius Albinus, Calpurnius Piſo Frugi, Caſſius Hemina, Q. Fabius Maximus Servilianus, C. Fannius, ob veritatem ſuam à Salluſtio commendatus, C. Sempronius Tuditanus, Sextus vel Cnæus Gellius, Q. Quadrigarius, Valerius Antias, qui volumen ingens condidit, laudantur enim libri ejus uſque ad LXXIV & LXXV, Licinius Macer, Lucius vel Cajus Cæſar, qui ſcripſit libros Pontificum, Domitius, Marcus Octavius, & plures alii, quorum etiam nomina non plane nihil valent.

Semibarbara hæc ſæcula excepit ſæculum optimum Julii Cæſaris & Auguſti, ſub quo vixit Virgilius. Sed & alii viri magni ſumebant ſibi pro ſcriptionis ſuæ argumento Hiſtoriam Romanam. Ut Pomponius Atticus, magnus Ciceronis amicus, libro uno complexus breviter eſt Hiſtoriam Romanam annorum 700. quibus Roma ſtetit, in quo duas res præcipue monſtrandas ſibi ſumſit, temporis ſeriem, & origines præcipuarum familiarum, de quibus & peculiare opus compoſuit. Eodem tempore Q. Lutatius de eodem argumento ſcripſit libros plurimos, in quibus agit de Antenore & Ænea, vultque oſtendere, Romam fuiſſe conditam anno ſecundo Olympiadis ſeptimæ. Scripſit & Varro Annales, libroſque Antiquitatum, Vitamque populi Romani, & Familiarum ex Troja oriundarum. Ælius Tubero Q. Ciceronis in Aſia vicarius plurimum laudatur à Dionyſio Halicarnaſſenſi, quod in eodem argumento meritam adhibuerit diligentiam. His addidiſſe ſuffecerit tres ſat notos Hiſtoricos, quorum primus eſt, Cornelius Nepos, de quo Catullus ita loquitur,

Jam tum, cum auſus es unus Italorum
Omne ævum tribus explicare chartis.

Ad tres libros ejus Chronicorum reſpiciens, quos laudant Gellius, atque alii. Secundus eſt Salluſtius, qui ſecundum Tacitum eſt *Rerum Romanarum florentiſſimus Auctor*, & ſecundum Martialem *Romana primus in Hiſtoria.* Tertius eſt Titus Livius, quem nominaſſe ſufficit. Atque hi ſunt auctores, quos innuit Dionyſius Halicarnaſſenſis, quando ait, Romanos omnes teſtari adventum Æneæ Trojanorumque in Italiam.

Fuerunt & Græci quidam, qui ſcripſerunt ante Romanos, ut Diocles Peparęthius, ex quo Fabius Pictor ſumpſit fere omnia, quæ ſcripſit de origine Romæ, ſi Plutarcho credimus in vita Romuli. Item Cephalon Gergitthius, ſcriptor admodum antiquus, ſecundum Dionyſium Halicarnaſſenſem. Quibus poſſunt adjungi plures alii, ut Demagoras, Agathyllus, Damaſtes Sigeenſis, & Dionyſius Chalcidenſis, omnes Dionyſio Halicarnaſſeo laudati. Ipſeque Halicarnaſſeus, Alexander Epheſius, ab Aurelio Victore citatus, vel auctore libelli de origine gentis Romanę, quiſquis fuerit, Apollodorus in Euxenide, Hyperochus, vel incognitus auctor Hiſtorię Cumanę; & Agathocles, qui de Cyzico ſcripſit, quos laudavit Feſtus in vocabulo *Roma.* Et Appianus à Photio laudatus cod. 57. & *Æ*-

lianus

Digitized by Google

lianus in Hiſtoria varia lib. VII. cap. 16. & Smyrnæus & Tryphiodorus ambo Poëtæ ſatis noti.

Licet autem nobis pauci bonum Scriptorum ſint reliqui, tamen ſufficiunt ad confirmandam meam ſententiam. Nævius Poeta, qui vixit ante omnes eos, qui Annales condidere Romanos, quique miles fuit bello primo Punico, primumque opus ſuum in theatro exhibuit annis ducentis fere, priusquam Virgilius Æneidem ſuam ſcribere ſuſciperet, de itinere Æneæ in Italiam locutus eſt. Teſtatur id Servius ad lib. 1. Æneid. *Nævius & Ennius Æneæ ex filia nepotem Romulum conditorem urbis tradunt.* Et ad III. *Nævius inducit uxores Æneæ & Anchiſæ cum lacrymis illos relinquentes his verbis; Amborum uxores noctu de Troja exibant capitibus opertis, flentes ambæ, abeuntes lacrymis cum multis.* Et ad librum IX. *Nævius in primo belli Punici Prochytam (inſulam Puteolani ſinus) de cognata Æneæ nomen accepiſſe dicit.* Quæ adſcro ſolius antiquitatis cauſa. Nam loci ſubſequentes clariores erunt. Virgilius Æneam facit ſomniare cuncta, quæ ipſi perferenda. Sic per ſomnium eum Hector monet, ut ſecum auferat Deos Penates & Lares, quæratque locum condendæ urbi idoneum trans mare. Similiter lib. XIII. Dii Penates ei indicant, ut fugam capiat in Italiam, ubi ei pollicentur, ſe progeniem ejus ad cœlos uſque evecturos, & in urbem miſſuros, cujus imperium futurum ſit ampliſſimum. Libro IV. Mercurius ei monſtrat periculum, in quo verſetur, omniaque mala, quæ metuenda haberet, ſi Carthagine non diſcederet, & tandem lib. VIII. Deus Tiberinus ei prædicit, fore, ut urbs Alba conderetur eo in loco, ubi porcus alba porcellis triginta ubera præbebit, cumque monet, ut fœdus faciat cum Evandro adverſus Latinos. In quo Virgilius ſequutus eſt & Fabium Pictorem, qui eum facit per quietem videre omnia, quæ in vita ipſi ſint eventura. Id quod teſtatur Cicero his verbis lib. I. de Divin. *Hujque adjungatur etiam Æneæ ſomnium, quod in Fabii Pictoris Annalibus ejuſmodi eſt, & omnia, quæ ab Ænea geſta ſunt, quæque illi acciderunt, ea fuerunt, quæ ei ſecundum quietem viſa ſunt.* Plutarchus in vita Romuli narrat ex Diocle, ac hoc ipſo Fabio Pictore hiſtoriam prolixam de nativitate Remi & Romuli, quæ incipit his verbis: *Succeſſio Regum Albanorum ab Ænea deſcendens venit ad fratres duos, Numitorem & Amulium.*

Servius Catonem facit dicentem, primos Italiæ habitatores *Aborigines* fuiſſe dictos, poſt adventum vero Æneæ junctos cum Phrygiis vocatos eſſe Latinos, Æneamque una cum patre ſuo veniſſe in Italiam, & quoniam certam partem regionis occuparint, bellum ei natum cum Latino & Turno, quorum eum prior cæſus eſſet in acie, Turnum refugium habuiſſe ad Mezentium, cujus potentia confiſum renovaſſe bellum, & utrumque Æneam & Turnum ibi occubuiſſe, bellumque duraſſe inter Mezentium & Aſcanium, alias Ilum vocatum, à nomine Ili, qui Rex vetus fuerit Trojanorum, unde urbs ipſa Ilium ſit dicta. Aſcaniumque ſive Ilum, admodum juvenem, & cui barba primum creſcere inciperet, occidiſſe in duello Mezentium, poſteaque nomen Ili mutaſſe in Juli, quod ἴουλος Græce ſignificet *lanuginem.* Auctor, qui ſub nomine Aurelii Victoris ſcripſit originem gentis Romanæ, adducit hiſtoriam triginta porcellorum & Lavinii exſtructionem, bellumque, quod ex eo natum.

Et quoniam hic auctor videtur cum judicio ſequutus veteres auctores Romanos, qui iter Æneæ tradiderunt in Italiam, ſicut Dionyſius Halicarnaſſenſis Græcos, meretur, ut conſideremus eum propius. Verum quidem eſt, primum, quem laudat auctorem hujus itineris, eſſe Græcum, nempe Alexandrum Epheſinum, qui libro primo belli Marſici aut Socialis ait: Æneam cum patre, noctu Troja urbe egreſſum, quem geſtaverit in humeris, & filio, quem tenuerit manu, tanta miſeratione ſui commoviſſe Græcos, ut ei veniam diſcedendi darent, quoquo vellet; ita claſſem fabricaſſe in Ida monte, & ſexus utriusque collegiſſe multitudinem, oraculoque monitum veniſſe in Italiam. Hoc eſt quod commemorat is Græcus, qui videtur tempore Auguſti, vel paulo ante, floruiſſe. Nam mentionem ejus facit libro XIV. tanquam Scriptoris recentis. Cæteri vero ſunt Latini, omnesque longe vetuſtiores.

Primus eſt Lutatius, Conſul Romanus An. 650. qui & ipſum iter commemorat libro ſuo primo, pæne eodem modo, ſicut prædictus, niſi quod eum incuſat criminis fœdi, quod patriam prodiderit cum Antenore. Quod plane non convenit illi pietati, quam in eo ille ipſe prædicat. Libro ſecundo memorat hiſtoriam triginta porcellorum & Lavinii urbis exſtructionem. Libro tertio Regem Latinum ait pepigiſſe fœdus cum Ænea, & interfectum fuiſſe in prælio contra Turnum, factumque Æneam eſſe Regem Latinorum conſenſu communi, quem ſecutus eſt Virgilius.

Secundus eſt Cæſar, cujus prænomen diverſimode ſcribitur; Nam modo vocat eum Cajum, modo Julium, modo Lucium Cæſarem. Quidquid horum fuerit, citatur ab ipſo, tanquam auctor librorum vel annalium Pontificiorum. Is dicit libro primo, quod Æneas occuparit terras juxta Bajas & lacum Avernum, Miſenum ibi tubicinem ſuum amiſerit, qui ibi fuerit ſepultus, locuſque ex nomine ejus ita vocatus. Extat ibi hoc quoque, quod Cajeta non fuerit nutrix Æneæ, ſed quod hoc ei datum ſit cognomentum à Græco καίειν, quod *urere* ſignificet, quia tædio longæ navigationis concitarit mulieres Trojanas, ut cremarent naves Æneæ. De Lavinio id ipſum prodit, quod Lutatius. Et libro ſecundo, quod Aſcanius bellum geſſerit contra Mezentium, eumque ſuperarit, & filium ejus Lenſum occiderit, Mezentiumque compulerit ad petendam pacem. Id quod Aſcanio tantam pepererit admirationem, ut originis divinę crederetur eſſe. Et lib. IV, urbem Albam triginta annis poſt Lavinium condiderit, duabuſque vicibus eo tranſtulerit Penates ſuos, ſed quod utraque vice reverſi fuerint Lavinium. Et, quia bis hoc acciderit, neminem auſum inde eos movere. Eo ipſo & ſequenti libro occurrit hiſtoria Regum Latinorum uſque ad Romulum. Ego quis ille Cęſar ſit ignoro, ſed quia uno loco ante Lutatium ponitur, in alio etiam ante Tuberonem, & in aliis ante Sempronium, cum pro antiquo ſatis habeo.

Tertius & quartus Vulcatius & Aulus Piſo loquuntur de Sibylla quadam in urbe Cimbarion, quam Æneas conſuluerit, quę prohibuerit ipſum ſepelire cognatam ſuam Prochytam in Italia, quam reliquerat ſanam, reverſus vero offenderat mortuam, & in vicina ſepelivit inſula, quę adhuc nomine ejus vocatur; ego puto pro *Cimbarion*, *Cimmerion* legendum, convenit enim ſitus, neque vocabulum longe diſcrepat, nec eſt quisquam alius, qui Cimbarionis faciat mentionem. Forte & pro *Vulcatius*, *Lutatius* legendum, & *Calpurnius Piſo*, pro *Aulus Piſo*, nam hunc poſteriorem nusquam invenio. Sed *Calpurnius Piſo* ſatis notus eſt, nominatque ipſum cum Fabio Pictore, Cincio, & Catone, Dionyſius Halicarnaſſenſis, tanquam omnes quatuor ſcripſerint de nativitate Remi & Romuli. Ille ipſe addu-

adducit Piſonem, quo confirmet Amatam, uxorem Regis Latini, ſeipſam interfeciſſe ob dolorem, quem acceperit ex morte Regis Latini mariti ſui, & Turni, qui fuerit filius patrui ipſius. Hic Piſo cum eſſet Tribunus plebis An. 605. primus auctor extitit legis Calpurniæ de pecuniis reperundis, de qua Cicero in Officiis ait, nondum eſſe annos 100. quod fuerit lata.

Quintus auctor eſt Sempronius, Conſul An. 624 cum Marco Aquilio, qui de Cajeta dixit, quod jam ſupra attuli.

Sextus eſt Domitius, qui cum dixiſſet Æneam, cum occupaſſet Laurentum, locum Romæ vicinum, conſitum lauris, cognoviſſe ait, eum eſſe locum, ubi commorari debeat ſecundum fatum Oraculo proditum, quoniam ibi conſumſiſſent menſas ſuas. Verum id non narrat, ſicut cœteri auctores, quod menſa fuerit panis latus, cui impoſuerint cibos ſuos, ſed quod lectus fuerit ex petroſelino, quod ibi copioſe proveniebat, ipſiſque menſæ mappæve loco fuerat. Credo fuiſſe ἑλειοσέλινον, petroſelinum paluſtre. Addit namque, quod locus is fuerit in medio ſtagnorum duorum aquæ ſalſæ, indicatorum etiam per Oraculum, quod juſſerat Æneam urbem condere, *ubi duo maria inveniſſet, prandiumque cum menſa comeſſet*. Ibique inveniſſe maria, & comediſſe, ubi recumbebant, etiam menſas. Idem Domitius paulo inferius eſt adductus, ubi agitur de morte Aremuli Sylvii cum Annalibus Pontificiis, & Piſo, & Anfidius, quorum poſtremus vixit ſub Auguſto. Alias nihil habeo cognitum de hoc Domitio.

Septimus eſt M. Octavius, qui ait Æneam, cum ſacrificaret in littore prope Laurentum, conſpexiſſe claſſem Ulyſſis in mari, metuentemque, ne cognoſceretur, caput obvelaſſe linteo, ſicque ſacrificium perduxiſſe ad finem: Id quod deinde venerit in conſuetudinem. Unde Feſtus aſſerit, aram Saturni, quæ eſt in monte Capitolino, ei fuiſſe conſecratam ante bellum Trojanum, ex eo, quod ibi ſacrificia fiant capite nudo. Dicit enim: *Italici auctore Ænea velant capita, quod is, cum rem divinam faceret in littore Laurentis agri Veneri matri, ne ab Ulyſſe cognitus interrumperet ſacrificium, caput adoperuit, atque ita conſpectum hoſtis evitavit.* Simile quid dicit Gabius Baſſus de ara Herculis apud Macrobium III. Satur. cap. 6. Marcum hunc Octavium colligo eſſe vetuſtum ex eo, quod in eodem opuſculo alibi poſitus eſt ante Licinium Marcum, qui Quæſtor fuit Romæ An. 665.

Octavus Cato eſt, vel origines ipſius, è quibus adducitur locus prolixus, qui agit de Lavinii oppidi exſtructione, & jam adductus eſt; item alius, quod Aſcanius poſt victorias egregias cognomentum Juli acceperit, *à quo Julia familia manavit*.

Nonus eſt Aulus Poſthumius, qui Romę fuit Conſul cum Licinio Lucullo An. 603. Hic librum compoſuit *de Adventu Æneæ* in Italiam, quo Auctor noſter utitur ad probandum, quod Aſcanius, cum petitus bello eſſet ab exercitu Mezentii, qui numero longe prævalebat, ex neceſſitate virtutem fecerit, omnibusque ejus copiis occiſis, & filio ejus interfecto, pacem cum petere compulerit. Idem dicit Servius lib. IX. Æn. Sed locus ille admodum eſt corruptus, & pro *Poſtuimus de adventu Ænea, & Lutatius communium hiſtoriarum, Bojam Euxini &c.* legendum non multum diſſimiliter, hoc modo: *Poſthumius de adventu Ænea, & Lutatius communium Hiſtoriarum Lib. I. ibi ſepultam fuiſſe tradit Bajam Euxini comitis Æneæ nutricem*

Decimus eſt Sextus Gellius, vel potius Cn. Gellius, cujus Annales ſubinde laudati ſunt à Dionyſio Halicarnaſſenſi libris ſeptem primis, & ab aliis pluribus. Noſter eo utitur, ut oſtendat, poſt Æneæ mortem uxorem ejus relictam gravidam occuluiſſe ſe in ſylva, & in occulto peperiſſe Sylvium. De qua multus rumor fuerit inter alios, quod interfecta crederetur cum fœtu ſuo ab Aſcanio, qui eam cum cura juſſit inveſtigari, ac ab inventa liberatus fuit à crimine, quod ipſi falſo imputabatur. Et hic ille Sylvius, filius Ænee ac Laviniæ, qui ſucceſſit ipſi in imperio, non vero Julus vel Aſcanius.

Undecimus & duodecimus ſunt Cincius & Tubero, qui, ut Cæſar Scriptor Annalium, memorant, Aſcanium, fundato Alba oppido, duabus vicibus eo deſerri curaſſe Deos Lavinio, ubi tum erant, non vero auſum tertia vice id facere, quia duabus prioribus ultro reverſi fuerant Lavinium. Dictum jam eſt, Cincium vixiſſe tempore belli Punici ſecundi, & Tuberonem fuiſſe Legatum Quinti Ciceronis in Aſia. Multos auctores alios prætereo, qui & ipſi laudantur illo in opuſculo, quia nihil habent neque de Ænea, neque de Aſcanio, verum aliis recentioribus aut vetuſtioribus.

Ad hanc claſſem referri poteſt Ennius, qui eadem memorat cum Nævio, Romulum videlicet, conditorem urbis Romæ, filium eſſe filiæ Æneæ, id quod & Servius nos docet ad lib. I. Æneid. & lib. VI. ſcribit: *Romulus ſecundum Ennium refertur inter Deos cum Ænea, dicit namque, Iliam fuiſſe filiam Æneæ.*

Jungi & his Caſſius Hemina poterit, qui apud Plinium lib. XIII. cap. 13. vetuſtiſſimus auctor Annalium nominatur, quique ſcripſerit res prorſus antiquas. Plures certe Patres teſtantur, loquutum de Saturno, monſtraſſe, quod revera fuerit homo, & Gellius lib. XVII. c. 21. ejus utitur teſtimonio, ut monſtret, Homerum & Heſiodum vixiſſe *Sylviis Albæ regnantibus, annis poſt bellum Trojanum plus centum atque ſexaginta.* Aurelius Victor locum ejus adducit, qui agit de Recarano, Hercule & Caco. Ille ipſe Hemina facit mentionem adventus Æneæ in Italiam, dicitque cum appulſum cum hominibus 600. quod teſtantur verba hæc Solini, c. 2. *Non omiſſum ſit, Æneam, æſtate ab Ilio capto ſecunda, Italicis littoribus appulſum, ut Hemina tradit, ſociis non amplius ſexcentis in agro Laurenti poſuiſſe caſtra.*

Idem Solinus mentionem facit alicujus Coſconii, qui fuerit in eadem ſententia, quod liquet per ea, quæ ex ipſo refert: *Par ſententia eſt inter auctores, à gubernatore Æneæ appellatum Palinurum; à tubicine, Miſenum; à conſobrina, Leucoſiam inſulam; à nutrice, Cajetam; ab uxore, Lavinium, quod poſt Trojæ excidium, ſicut Coſconius perhibet, quarto anno exſtructum eſt.* Varro citat hunc Coſconium in libris ſuis de lingua Latina.

Etiam Varro non eſt omittendus. Ipſe namque eſt, qui ait, *Deos Penates, quadam ſigilla lignea, vel marmorea, ab Ænea in Italiam eſſe adducta. Et hos Deos Dardanum ex Samothracia in Phrygiam, ex Phrygia Æneam in Italiam portaviſſe.* Et libro II. rerum divinarum. *Ex quo de Troja eſt egreſſus Æneas Veneris, eum per diem quotidie ſtellam vidiſſe, donec ad agrum Laurentum veniret, in quo eam non viderit ulterius, qua re cognovit terras eſſe fatales.* Id quod Servius commemorat ad illa verba Poëtæ: *Matre Dea monſtrante viam.* Quaſi Venus ſtellam ſuam ante ipſum fecerit ambulare, ut ei viam monſtraret.

Non addam, niſi Titum Livium, qui lib. I. ait, *poſt captam Trojam Æneam primum in Macedoniam veniſſe, inde in Siciliam quærentem ſedes delatum: ab Sicilia claſſe Laurentum agrum tenuiſſe, Troja & huic loco nomen eſt. Ibi egreſſi Trojani, ut* qui-

quibus ab immenſo prope errore nihil, præter arma & naves, ſupereſſet, cum prædam ex agris agerent, Latinus Rex Aborigeneſque, qui tum ea tenebant loca, ad arcendam vim advenarum, armati ex urbe atque agris concurrunt. Reliquum nimis longum eſſet exſcribere, neque adeo conducit, quam ut monſtretur, hiſtoriæ ſeriem duobus narrari modis, unumque ex illis eſſe, qui cum iis, quæ Virgilius dicit, conveniat.

Supereſt, ut ad Græcos veniam, inter quos Diocles & Cephalon Gergitthius ſunt antiquiſſimi. Et prioris quidem jam monſtravi antiquitatem per Plutarchum, qui ait *Dioclem Peparethium primum apud Græcos conſignaſſe, quod præcipuum fuerit in hiſtoria de origine Romæ, atque Romuli; & Fabium Pictorem eſſe antiquiſſimum inter Hiſtoricos Romanos, qui eum ſequutus ſit in pleriſque* Hinc ex profeſſo ex utroque prolixsm inſtituit narrationem de nativitate Remi & Romuli, de qua dictum eſt in præcedentibus.

Jungi poteſt Cephalon Gergitthius, de quo Feſtus in voce *Roma*, quod *de adventu Æneæ in Italiam videatur conſcripſiſſe.* At Dionyſius hoc ſolum ait ſcripſiſſe, quod poſt generationem decimam poſt captam Trojam urbs Roma fuerit condita per eos, qui fuga ex Troja ſe ſalvarint cum Ænea, fundatoremque ejus fuiſſe Romum, ducem coloniæ, unum filiorum Æneæ, quos dicit habuiſſe quatuor, Aſcanium, Eurileum, Romum, & Remum. Gergitthius vocatur, quod eſſet oriundus ex Gergitho urbe Myſiæ vel Troadis, facitque eum παλαιὸν πάνυ, h. e. admodum vetuſtum. Dionyſius equidem non dicit, Æneam ipſum veniſſe à Troja, à quo tantum abeſt, ut alibi ſcribat, mortuum in Pallena peninſula, quæ eſt inter Thraciam & Macedoniam. Vult tamen Romam accepiſſe nomen ſuum ab uno filiorum ejus. Addit, quod Demagoras, & Agathyllus, & plures alii ſint in eadem ſententia, quod ducem & caput coloniæ concernit. Quorum poſterior Poeta eſt ex Arcadia, qui de Ænea: *Feſtinabat ire in Italiam, filiumque procreaverat nomine Romulum.* Quis vero ſit Demagoras, ignoro, putoque legendum Xenagoras, de quo alibi ſic ſcribit: Xenagoras Hiſtoricus ſcripſit, *ex Ulyſſe ac Circe natos filios tres, Romum, Antiam, Ardeam, qui tres condidere urbes ipſis nomine ſimiles.* Niſi forte Romus hic nihil habeat commune cum altero Cephalonis, niſi ſolum nomen, cum unus deſcenderit ab Ænea, alter ab Ulyſſe. Sed vide in eodem Scriptore magis huc faciens aliud: *Is, qui collegit nomina Sacerdotum Argos, quique unicuique tempus aſſignavit ſuum,* (id eſt Heraclides Lembus, ſi qua Scaligero fides) *ait, Æneam, cum veniſſet cum Ulyſſe ex Moloſſorum terris in Italiam, condidiſſe urbem, eamque nominaſſe Romam, de nomine mulieris Trojanæ.* Addit, Romam iſtam, longa navigatione feſſam, adhortationibus ſuis compuliſſe fœminas reliquas, ut incenderent claſſem, inque eadem ſententia eſſe Damaſtem Sigæum. Suidas ait, Damaſtem hunc ſcripſiſſe de iis, qui ad Trojam depugnarunt, & Herodoti eſſe æqualem, diſcipulumque Hellanici; unde colligitur de antiquitate ipſius. Poteſt addi his Dionyſius Chalcidenſis, qui amplius apud noſtrum Dionyſium dicit, Romum, qui condidit Romam, ſecundum quoſdam filium eſſe Aſcanii, ſecundum alios Hemathionis.

Apud Feſtum voce *Roma* cumulus eſt diverſarum ſententiarum apud Græcos de origine Romæ, quorum ecce quoſdam, qui eam referunt ad Æneam, licet aliis atque aliis viis. *Apollodorus in Euxenide* (hoc vocabulum ſuſpectum eſt) *ait, Ænea & Lavinia natos Mayllem, Mulum,* (lego Romulum) *Romumque, atque ab Romo urbi tractum nomen. Alcimus ait, Tyrrhenia Ænea natum filium Romulum fuiſſe, atque ab eo ortam Albam, Æneæ neptem, cujus filius nomine Romus condiderit urbem Romam. Hiſtoriæ Cumanæ conſcriptor, &c. Aborigenes, &c. montem Palatium, in quo frequentiſſimi conſederint, appellaviſſe a viribus regentis Valentiam. Quod nomen adventu Evandri Æneæque in Italiam cum magna Græce loquentium copia interpretatum, dici cœptum Romam. Agathocles Cyzicenorum rerum conſcriptor ait, vaticinio Heleni impulſum, Æneam Italiam petiviſſe, portantem ſecum ſuam neptem, Aſcanii filiam, nomine Romam, eamque, ut Italia Phryges ſint potiti, & iis regionibus maxime, quæ ſunt vicina urbi, primam omnium conſecraſſe in palatio Fidei templum, &c. Ait quidem Agathocles complures eſſe auctores, qui dicunt Æneam ſepultum in urbe Berecynthia, proxime flumen Nolon,* (lege Γάλλον) *atque ex ejus progenie quendam nomine Romum veniſſe in Italiam, & urbem Romam nominatam condidiſſe.* Non ſcio, quid intelligat per Euxenidem Apollodori. Alcimus eſt Siculus, qui ſcripſit de Sicilia & Italia. Duo hæc ejus opera nominat Athenæus lib. X. & XII. Auctor Hiſtoriæ Cumanæ eſt Hyperochus ſecundum Pauſaniam in Phocicis. Verum Athenæus lib. XII. rem facit dubiam. *Hyperochus* ait, aut qui ſcripſit Cumana, quæ ipſi tribuuntur: Agathocles Babylonius, quæ de Cyzico ſcripſit, laudantur à Cicerone, Athenæo, Solino, & aliis.

Nihil vero eſt, quod ſuperet id, quod habet Dionyſius Halicarnaſſenſis, qui Romæ vixit ſub Auguſto, eodem, quo Virgilius, tempore, quique facit, quantum poſſibile fuit, ut iter hoc fabuloſum Trojanorum in Italiam probaret, eaque de re inſtituit ſermonem longum, cujus initium tale: *Æneam & Trojanos veniſſe in Italiam confirmant omnes Romani, & ſolemnia, quæ obſervant in feſtis ſuis & ſacrificiis, hoc oſtendunt, & oracula Sibyllina, itemque Apollinis, multaque alia, quæ nemo poteſt rejicere, utpote quæ bene ſunt fundata. Nam & apud Græcos ſuperſunt ad hunc diem documenta plurima, & portuum notitia, in quibus appulere, longoque ſubſtiterunt tempore, quod tempus ipſum non eſſet navigationi.* Et hoc conatur probare per ea omnia, quæ ſequuntur.

Prætereo Alexandrum Epheſium, ab Aurelio Victore laudatum, quia de eo loquutus ſum in præcedentibus. Ælianus Variæ Hiſtor. lib. 7. c. 16. ait, Romam conditam à Romo & Remulo, filiis Martis & Serviæ, quæ fuit de progenie Æneæ. Appianus ſcripſit lib. XXIV. Hiſtoriæ Romanæ, quorum primus, qui amiſſus eſt, hoc habuit initium: *Æneas filius Anchiſis, & nepos Capyi, qui florebat tempore belli Trojani, poſtquam longo tempore huc illucque erraviſſet, appulit in loco quodam Italiæ, Laurentum dicto, ubi adhuc campus ejus monſtratur, & fluvius dicitur Troja de ipſo*, quod auctoritate Photii firmatur. Non addo, niſi duos Poëtas; Tryphiodorum, qui libro de excidio Trojano ait: *Venus occultabat Æneam & Anchiſem commiſeratione patris & filii, ut ipſis aſſignaret ſedem in Italia longe à patria ſua, & impleret conſilia Deorum. Jupiter id approbavit, quo filius & nepos Veneris Martiſque haberent imperium æternum.* Et Smyrnęus, qui libro III. Paralipomenon Calchantem facit proferre verſus viginti, futura continentes, quibus Æneas impedivit Gręcos ad nocendum ſibi, monſtrando eis, quod Dii decreverint condere ſuperbam urbem prope Tyberim, ubi gentis ſuę homines imperium habituri ſint in longinquo, in pręmium pietatis, quam teſtatus ſit erga patrem ſuum & filium. Verum hi Scriptores eo minus ęſtimandi, quia poſt Virgilium ſcripſere.

Satis

Satis multos, & fortaſſis plus ſatis adduxi, per quos probari poſſit, non eſſe Virgilium primum, qui ſabulam hanc invenerit, quandoquidem vulgata eſt tanto numero Scriptorum Grędcorum pariter & Romanorum, qui ante ipſum ſcripſere. Nec Poëtas ſolum, ſed & Hiſtoricos ipſos fidem ei feciſſe, eoque magis reddidiſſe credibilem, multisque circumſtantiis locupletaſſe. Imo fuiſſe Hiſtoricos, qui Æneæ eſſent loco metatorum, omnesque ſtationes totius itineris deſcripſiſſe. Ita enim volunt in tranſitu per Thraciam condidiſſe Ænon urbem, per Pallenem Æneam, utramque de ſe nominatam, quarum poſterior ſteterit ad tempora Caſſandri, Regis Macedoniæ, qui ejus incolas in Theſſalonicam tranſtulerit. Quodque inde venerit in Delon inſulam, poſteaque in Cytheram, in quarum prima monſtratur regia, in qua Anius Rex ejus inſulę ac ſacerdos Apollinis eos exceperit, in altera templum Veneris extructum, ut ajunt, à Trojanis. Et à regione in terra continenti Cimæthion promontorium, ubi ſepultus fuerit Cimethus, unus ex amicis Æneæ. Et ulterius in Arcadia urbs Capya, condita per Capyn Trojanum, ut & Capua in Italia. Sic, ut porro monſtrent, quod venerit per Zachyntum, Leucada, Actium, Ambraciam, portum Buthroti, ubique oſtendunt templa Veneri ædificata ab Ænea, ſi quis locorum illorum ſacerdotibus volet credere. Imo in Ambracia ſacellum cernitur cum imagine Æneæ, antiquo modo facta, cui ſacrificiis offerunt certæ ſacerdotes, Amphipoles dictæ, alias ſervientes. Et ſacerdotes Dodonæi confirmant, quod venerit ad conſulendum Oraculum, per certa quædam vaſcula ærea, quibus nomen ejus eſt inſcriptum, ipſis ab eo donata. Neque multo inde à Buthrote portus eſt Anchiſis, ita nominatus ab Æneæ patre, qui ibi appulit cum claſſe, dum filius proficiſcitur oraculum Dodonęum conſultum, & inviſit Helenum. Ita nominatur portus Veneris, portus Povillæ, ubi Trojani quidam egreſſi ſunt in terram. In Sicilia, quo eos conjecit tempeſtas, templum habuit admodum celebre ſuper montem Erycem, quod hodieque tribuitur Æneæ. In Italia Palinurum & Miſene promontoria fuere, aut portus ita dicti, de quibuſdam Trojanis, ibi mortuis aut ſepultis, ſicut Epityche, Cajeta, Leucaſia, & Protyche de nominibus ſeminarum Trojanarum, nutricum aut conſanguinearum Æneæ. Inter Lavinium & mare prope portum Laurentium monſtrabatur locus, Troja dictus, quod in eo Trojani, cum veniſſent in Italiam, morati fuiſſent.

Res alia adhuc fabulam hanc reddidit illuſtriorem plurimumque eam promovit, quod nempe Cæſar credi voluerit ſe ortum ex progenie tam antiqua, & ab initiis ſui generis Deam habere collocatam. Atque hanc ad rem multum contulit operæ, ut glaucoma objiceret oculis populi, falſo hoc rumore. Hinc eſt, quod omiſerit nihil eorum, quæ videbantur poſſe fidem rei huic conciliare. Cum adhuc eſſet juvenis, orationem funebrem habebat in mortem amitę ſuę, qua genus ejus maternum deducebat à Regibus, Anco Martio videlicet, paternum vero à Diis, hoc eſt, Venere, matre Æneæ. Ecce verba ejus, deſumpta ex Suetonio cap. 6. vitæ ejus; *Amita mea Julia maternum genus ab Regibus ortum, paternum cum Diis immortalibus eſt conjunctum. Nam ab Anco Martio ſunt Martii Reges, quo nomine fuit mater, à Venere Julii, cujus gentis eſt familia noſtra. Eſt ergo in genere ſanctitas Regum, qui plurimum inter mortales pollent, & cerimonia Deorum, quorum ipſi in poteſtate ſunt Reges.* Eadem eſt cauſa, ob quam veſperi ejus diei, quo prælium Pharſalicum inſtabat, *poſtquam ad mediam noctem ſacrificaſſet, invocavit Martem & Venerem matrem ſuam. Credebatur enim Julia familia deſcendiſſe ab Ænea, & a Julio filio ejus accepiſſe nomen, concipiebatque votum, ſi eventum fortitus eſſet felicem, ſe templum ædificaturum Veneri Victorioſæ, in agnitionem opis, quam occaſione iſta ab ea accepiſſet.* Quę ſunt verba Appiani in lib. II. bell. civ. Sic poſt omnes ejus victorias idem ait: *Conſecravit templum Veneris matris, quod voverat eo momento, quo ire in pugnam Pharſalicam debebat.* Similiter & Dion lib. XLIII. p 143. *Poſt exſtructo templo Veneri, quia eſſet origo & radix familiæ ſuæ, ſtatim illud conſecravit per diverſa gladiatorum certamina, ludosque alios, & ſpectacula, quæ exhibuit in Amphitheatro.* Et alibi ait, *quod omnia retulerit ad Venerem, cunctisque perſuadere voluerit, ſe ipſi debere, quod adhuc ſit in florenti velut ætate, ideoque ferebat ſecum icunculam Veneris Armatæ, & plerumque in negotiis gravioribus nomen teſſeram militibus dabat.* Sic in acie Pharſalica ſecundum Appianum, *Cæſar & Pompejus teſſeram conſtituerant: alter, Venus Victorioſa, alter, Hercules Invictus.* Et in ea ad Cordubam iterum *Venerem ſymbolum dabat.* Et videtur ea fabula, qua dicebatur à Venere ortus, ne quidem ab inimicis ejus negata. Cicero namque in Epiſtola quadam, qui alias oſtendit ſatis, ſe non amare ipſum, *florem ætatis à Venere orti, in Bithynia fuiſſe contaminatum*, puta per Regem Nicomedem, qui abuſus eſt Cæſare in ætate juvenili, ſicut plures hoc de eo prodidere. Et Pompejus fuit liberatus à cura ſua per aciem Pharſalicam, quam habebat in ornando templum Veneris ſpoliis multis. *Metuent*, inquit Plutarchus, *gloriam dare ac ſplendorem familiæ Cæſaris, quæ pertinebat ad Venerem.* Qua in re confirmari poterat per tabulam quandam æream, quæ inventa dicebatur in ſepulchro Capys Trojani, Capuæ conditoris, paulo ante mortem Cęſaris, cui fuit inſcriptum, *quandocunque oſſa Capys detecta eſſent, fore, ut Julio progenitus manu conſanguineorum necaretur.* Sueton. cap. 31. Ex hac ratione inter honores Cæſari oblatos poſt mortem, hic primarius fuit, quod ei exſtrueretur ædes inaurata in templo Veneris matris prope ſimulachrum ejus, & in ea lectus eburneus, tectus auro purpuraque, in quo imago Cęſaris cum trophęo ad caput, eodem cum veſtitu, quo erat, cum occideretur. Verba Suetonii hæc ſunt: *Pro roſtris aurata ædes ad ſimulachrum templi Veneris genetricis collocata, intraque lectus eburneus, auro ac purpura ſtratus, & ad caput trophæum, cum veſte, cum qua fuerat occiſus.*

Addam hoc ſolum, quod, præter Poëtas & Hiſtoricos, & Cęſaris familiares, Senatus ipſe totuſque populus Romanus origines ſuas referret ad Trojanos. Hoc enim fundamentum omnium privilegiorum & immunitatum, quas Romani ab uno tempore in alterum indulſere Ilienſibus, aut pro eis rogaverunt. Quarum prima lineamenta comparent in literis quibuſdam à Senatu Populoque Romano ſcriptis ad Regem Seleucum, neſcio quem. Eis ipſi promittunt ſœdus & amicitiam cum ipſo futuram, *ſi conſanguineos ſuos* Ilienſes ab omni onere immunes pręſtitiſſet. Et poſt in tractatione pacis cum Antiocho Anno V. C. DLXV, Ilienſibus concedunt urbem Rhetum & Gargithum, non tam ob nova quędam merita eorum, quam in recordationem originis. Eodem modo loquitur Livius l. XXXVIII. & poſt defectionem Mithridatis, ſecundum Appianum libro, quem appellat Mithridaticum, *Sylla liberos faciebat Ilienſes, edictoque publico pronunciabat amicos Romanorum.* Quo refertur, quod ait Strabo lib. XIII. quando con-

ſolatur Ilienſes *ob bona plurima quæ acciderint ipſis.* Eadem privilegia Julius Cæſar *eis firmavit & amplificavit, dedit eis regiones & libertatem, omniaque onera ab eis ſuſtulit, quibus omnibus hodieque gaudent*; quæ verba ipſe ſcripſit ſub Tiberio & Claudio, ubi cum eſſent, qui ſpoliare ipſos mallent illis privilegiis, Nero gener Imperatoris, qui tum erat annorum ſedecim, eos defendit in Senatu, Græca lingua magna facundia, iisque impetravit immunitatem perpetuam omnium onerum publicorum ex cauſa, quæ jam dicta eſt. Cujus rei teſtem Tacitum habemus, lib. XII. Annal. & Suetonium in vita Claudii, c. 27. & Neronis, c. 7. Quo reſpexit Plinius lib. 5. c. 30. *Ilium,* ait, *immune, unde omnis rerum claritas.* Et Juriſconſultus Calliſtratus tit. de excuſationibus l. non tantum 17. §. 1. *Ilienſibus & propter inclytam nobilitatem civitatis, & propter conjunctionem originis Romanæ, jam antiquitus & Senatuſconſultis & conſtitutionibus principum, pleniſſima immunitas tributa eſt, ut etiam tutelæ excuſationem habeant, ſcilicet eorum pupillorum, qui Ilienſes non ſunt.*

His ita ponderatis, exiſtimo valde ridiculum eum fore, qui in re tam parvi momenti Virgilium dicet debuiſſe ſe opponere illi, quod tanto tempore creditum eſt à Romanis, univerſalique conſenſu, tam Imperatorum, quàm Senatus Populique, & ab omnibus memoratum Poëtis, & ab Hiſtoricis omnibus, Oratoribus, Antiquitatum indagatoribus, Criticiſque, Æneam nempe coloniam duxiſſe in regionem Latinorum, ex qua ortus ſit populus Romanus, Cæſareſque eſſe de progenie Veneris & Æneæ. Probum neceſſariumque eſt, opponere ſe quantum eſt poſſibile populi erroribus, quando pertinet ad Dei gloriam, & utilitatem religionis. In univerſum iis in rebus, quæ magni momenti ſunt, & quibus non poſſumus ſubſcribere, niſi ut ſalutem noſtram in periculum aliquod conjiciamus. Quis vero ſit tam ſtolidus, qui ſubire ultima velit ſupplicia, ut hujuſmodi deſtruat errores, quorum fides eſt indifferens, nec cuiquam damno, quocunque modo ſeſe habeat? Cumprimis quando populus eo gaudet, mendacioque delectatur, fertque moleſtè, ſi eo eximeretur. Et ſi refutandi eſſent, Hiſtoricorum hoc foret officium, non Poëtarum. Cujus rei exemplum habemus illuſtre apud nos ipſos, qui diu cum multis aliis populis, eâ delectati ſumus ſtultitiâ, ut deducere origines noſtras à Trojanis conaremur. Unde fit, ut omnium annalium noſtrorum Scriptores putaſſent in medio ſe hæſuros itinere, niſi ſcrutando antiquitates noſtras veniſſent ad Trojam, & inde petiſſent Pariſum & Francum, filios Herculis, quorum poſterior nomen dederit genti, alter urbi præcipuæ totius regni. Verum quidem, quod poſt renatas literas, à centum inde, aut centum & viginti annis, inventi ſint longe ſubtiliores animi, quam ut conſentire poſſent in fabulam, quæ tam longe abit ab omni etiam ſpecie veritatis, quodque Hiſtorici, qui ex eo tempore ſcripſerunt, eam neglexerint. Ronſardus tamen, qui inter præſtantiſſimos Poëtas noſtros numeratus eſt, non intermiſit ſequi veterem illam fabulam in Franciade ſua. Quam ob cauſam tamen non exiſtimo à quoquam eſſe culpatum. Longe minor foret ratio reprehendendi Virgilii, qui eſt abſolutiſſimus Poëtarum omnium, quod argumentum poëmatis ſui ceperit fabulam, quam Romani omnes usque ad ipſius ætatem crediderunt. Neminem ſaltem invenio ex ipſis, qui aſſerat contrarium, aut in dubium vocet, ſolo Livio excepto, qui hanc rem magna cautione tractat, dum ait, rem eſſe, quam nec confirmare velit, nec refellere. Quodque condonandum vetuſtati ſit, ſi primordia ſua quærat facere clariora, divina humanis miſcendo. Et ſi quis populus ſit, cui permiſſum eſſe debeat, ut initia ſua referat ad Deos, cum eſſe populum Romanum debere, qui res tantas geſſerit, populoſque, qui ſe velint recte imperio ipſius ſubjicere, non debere hanc hiſtoriam in dubium trahere. Hoc eſt, credendam eſſe, licet nihil ei ſubſit.

In quo finiam, poſtquam me excuſavero, quod te tanto tempore detinuerim re, quæ non erat tanti, ut de ea profunderem tantum verborum. Sed ſi lectio tam diverſorum tibi fuerit moleſta, te ipſum incuſes, qui me compuliſti dicere plura, quam propoſueram. Et confido, altera vice te non reverſurum, metu, ne poſt primam hanc diſſertationem, in qua legenda non profecto parum fatigabere, ſubjungam aliam, quæ te redigat ad incitas, id quod tamen longiſſime abeſt ab animo meo, cum ſim toto pectore

Domine

humillimus obſequentiſſimusque ſervus tuus

Cadomi 20. Decembr. 1663.

BOCHART.

EXPLICATIO HORUM VERBORUM
PHILOSTRATI
IN
APOLLONIO
Lib. 4. cap. 6.
Α'ΜΑΖΟ'ΝΩΝ Α'ΣΜΑ.

Philoſtrati verba in Apollonio *l. 4. cap.* 6. ſic ſe habent, Μειράκιον τῶν ἁβρῶν οὕτως ἀσελγὲς νομιζόμενον, ὡς γενέσθαι ποτὲ καὶ Ἀμαζόνων ᾆσμα. *Adoleſcens è mollibus, qui putabatur ita laſcivus, ut olim fuerit etiam Amazonum Cantilena.* Quæritur quid in his verbis ſit, γενέσθαι Ἀμαζόνων ᾆσμα; *eſſe*, vel, *fieri Amazonum Cantilenam.* Ut huic quæſtioni ſatisfiat, convenit, ut à facilioribus ordiamur. Eum *eſſe* vel *fieri Cantilenam* dicimus, qui eſt vel fit *Cantilenæ* materia & argumentum. Hinc apud Propert. *lib.* 1. *Elegiâ ad Gallum*;

Quam citò de tanto nomine rumor eris?

Id eſt, Rumoris argumentum. Et in Tibullo *lib.* 1, *Eleg.* 4.

Parce puer, quaſo, ne turpis fabula fiam.

vel, ſicut alii volunt, *turbis*. Et lib. 2. Eleg. 3. de Apolline;

Fabula nunc ille eſt, ſed qui ſua cura puella
Fabula ſit mavult, quam ſine amore Deus.

Et in Horatio Epodôn Ode XI.

Heu me, per urbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui?

Et Epiſt. 13. l. 1. ad Vinnium Aſellam,

- - - Aſinaque paternum
Cognomen vertas in riſum, & fabula fias.

Fabula, id eſt, Fabulæ materia & argumentum. Et Juvenal Satyrâ 10.

— I, demens, & ſævas curre per Alpes,
Ut pueris placeas, & declamatio fias.

id eſt, argumentum declamationis.

Sed & Sacri Scriptores paſſim ita loquuntur; ut Job. 17: 6. והציגני למשל-עמים, *poſuit me in Proverbium populorum.* LXX. Ἔθου δέ με θρύλημα ἐν ἔθνεσι. Et Job. 30: 9 ועתה נגינתם הייתי ואהי להם למלה. LXX. Νυνὶ δὲ κιθάρα ἐγώ εἰμι αὐτῶν, καὶ ἐμὲ θρύλημα ἔχουσι. Vulg. *Nunc in eorum Canticum verſus ſum, & factus ſum eis in Proverbium.* Et Pſalm. 69. (al. 68.) 12. ואהי להם למשל. LXX. Ἐγενόμην αὐτοῖς εἰς παραβολήν. Vulg. *Factus ſum illis in parabolam:* id eſt, in Proverbii, Cantici, & Parabolæ materiam. Sic igitur ᾆσμα γενέσθαι dicitur, qui Cantilenæ fit argumentum.

Ἆσμα porrò hîc intelligi non quodvis, ſed σκωπτικὸν, res ipſa docet: quomodo ᾆσμα quandoque ſumitur. Cùm Peloponneſiorum & Bœotiorum millia ſexaginta in Atticum agrum irrupiſſent; Athenienſium Dux Pericles Fabii inſtar cunctabatur, & hoſtes malebat morâ frangere, quàm cum tanto numero ſubire pugnæ aleam, & Reipub ſalutem in diſcrimen adducere. Quam illius cunctationem cùm multi ſecus interpretarentur, ἦδον ᾄσματα καὶ σκώμματα πρὸς αἰσχύνην, ἐφυβρίζοντες αὐτοῦ τὴν στρατηγίαν ὡς ἄνανδρον, καὶ προϊεμένην τὰ πράγματα τοῖς πολεμίοις. *Cantilenas canebant & ſcommata in ducis contumeliam, illius Imperium ut parum virile ſuggillantes, quodque hoſtibus proderet Rempub.* Ut habet *in Pericle* Plutarchus. Quibus verbis ᾄσματα ideò per σκώμματα exponitur, quia ᾄσματα erant σκωπτικὰ, Cantilenæ deriſoriæ & cavillatoriæ, quibus Vir de patria benè meritus immeritò proſcindebatur. Atque hæc nemini non ſunt obvia.

At quorſum Cantilena talis à Philoſtrato Ἀμαζόνων ᾆσμα dicatur, quærere eſt operæ pretium; cùm in eo nodo Viri Maximi duo, Cœlius Rhodiginus & Eraſmus, fruſtra inſudaverint. Et prior quidem ſic habet *Antiquarum Lect. lib.* 9. *cap.* 12. *Amazones pro pauperioribus, tenuiori promiſcuoque victu utentibus, apud Græcorum ſcientiſſimos reperias, veluti qui mazam non habeant*, &c. *Ex his verò deducere poteſt, quo ſenſu iſtud proverbium enunciarent Veteres*, Ἀμαζόνων ᾆσμα; *in quo non tam mulieres intelligo, quam pauperes ſimpliciter, quibus mos eſt opulentiores frequenter convellere, ac lautos præcipuè, in neceſſariorum inopiâ ſæpe ipſi conſtitutis.* Nempe in Etymologico in voce Ἀμάζονες legerat Rhodiginus, λέγονται δὲ οὕτω καὶ οἱ πένητες, οἱ μάζαν μὴ ἔχοντες: *Etiam pauperes ita dicuntur, qui mazam non habent.* Huic accedit Jeſuita Alcazar *in Apocalypſ.* Amazones, ait Paulo V. ſic appellabantur quod eſſent pauperes, ἄνευ μάζης. Sed cùm Scriptorum, quotquot extant, nullus ſit, qui Amazonum vocem ita uſurpet, non puto alibi repertam, quam in aliquo Comicorum, qui pauperes ſic appellaverit ſcurrili alluſione ad vocabuli Etymon, quia ſunt ἄνευ μάζης, *ſine maza*: Ac ſi ex *Abiorum* gente eoſdem eſſe dixeris, quia βίος ſeu victus iis non ſuppetit, aut ad *Aboram* natos, quia βορὰ pabulum deeſt. Quas Comicorum alluſiones in Philoſtrato quis ferat, ſcriptore valdè ſerio; quique adeò de ſermonis elegantiâ cum Priſcis poſſit certare?

Meritò igitur Eraſmus in Adagiis, Adagio, *Amazonum Cantilena*, hoc Rhodigini commentum rejicit tanquam, *inſigniter frigidum*; quamvis ipſe Rhodigino meliora non afferat. *Quid ſibi velit Amazonum Cantio*, inquit, *fateor mihi nondum ſatis compertum apud idoneos authores; niſi ſi cui placet ut accipiamus, Amazones ludibrii cauſâ in molles viros cantilenas ſolere celebrare.* Quæ mera divinatio eſt, cùm de Amazonibus tale nihil occurrat apud Veteres. In Plutarch. *Hellenicis Quæſt.* 56. reperio in Samo Inſulâ τὸ φρεάτιον ἐπ' ἐκείνων ῥαγῆναι φθεγγομένων μέγα τι καὶ διάτορον, *Philæum ab iis ruptum eſſe cùm magnâ & contentâ voce clamarent.* Sed illas aut ceciniſſe, aut viros molles dicteriis & conviciis inceſſiviſſe nuſpiam legi: neque verò id a quoquam ſcriptum eſt. Proinde ipſe Eraſmus huic conjecturæ diffiſus aliud affert, nempe, pro Ἀμαζόνων legi poſſe μαζονόμων. *Sic enim*, ait, *appellant lancis genus prægrande, quo cibi inferuntur in convivium. Mos autem erat antiquitùs, ut epulæ lautiores tibicine præcedente inferrentur, ut acipenſer.* Quæ quidem vera ſunt, ſed non ad rem. Acipenſerem allatum fuiſſe μετ' αὐλῶν καὶ στεφάνων, *cum tibiis & coronis*, poſt Archeſtratum ſcribit Athenæus *l.* 7. *c.* 12. Et apud Macrobium Saturnal. *l.* 3. *c.* 16 ita loquitur Sammonicus Serenus in litteris ad Severum Imperatorem: *Dignatione veſtra cum interſum convivio ſacro, animadverto hunc piſcem à coronatis miniſtris cum tibicine introferri.* Sed αὐλητικὸς fuit is Cantus, non ᾠδητικὸς, flatilis, non vocalis. Finge tamen fuiſſe vocalem; non debuit eſſe σκωπτικὴ, ſed ἐπαινετικὴ cantio, quâ commendarentur fercula, quæ in menſam inferebantur.

bantur. Acipenſeris denique peculiarem cantionem *Acipenſeris cantionem* appellâſſent Veteres, non in genere μαζονόμων ᾆσμα, id eſt, *mazonomorum* ſeu *lancium Cantilenam*. Itaque hic Eraſmi ςοχασμὸς ne ſpeciem quidem habet veri.

Sed ne Lectorem diutiùs ſuſpenſum teneam, Μαισώνων ᾆσμα ſcribendum eſſe conjicio pro Α'μαζόνων: ut ſenſus ſit, dici hunc Juvenem γενέσθαι ποτὲ καὶ Μαισώνων ᾆσμα, *olim Maſonum etiam cantum fuiſſe*; quia tam vitioſæ & flagitioſæ vitæ fuerat, ut Mæſonum ſeu Mæſonicis cantilenis & ſcommatibus aliquandiu fuerit obnoxius. Eam igitur Philoſtrati vocem Exſcriptores, quia non intelligebant, depravaverunt & corruperunt, *Maſon*, apud Feſtum, *perſona Comica appellatur aut Coci aut Nautæ, aut ejus generis*. Calepinus revocat ad Græcum μέσον quaſi medium ſignificet; *quia Coquorum*, inquit, *Nautarum atque ejuſmodi Opificum perſona media ſunt; ut quæ neque ſerviles videantur; quum libera ſint opera; neque omninò libera, quum mercenaria*. Ineptè & ridiculè. Neque enim per ε ſcribitur μέσων, ſed μαίσων per αι. quod Romani efferunt per æ. Sed neque Greca vox μαίσων originis eſt ſatis certæ. Quidam ἀπὸ τοῦ μασᾶσθαι, *a mandendo*, deducunt. Heſychius; Μαίσων μαγειρεῖον (lege μάγειρος) ἄλλοι βόρον ἀπὸ τοῦ μασᾶσθαι; *Maſon alii Coquum explicant, alii Helluonem, à mandendo*; ſequuti ſcilicet Chryſippum Philoſophum, de quo Athenæus *lib.* 14. *cap.* 22. Χρύσιππος δ' ὁ Φιλόσοφος τὸν Μαίσωνα ἀπὸ τοῦ μασᾶσθαι οἴεται κεκλῆσθαι, οἷον τὸν ἀμαθῆ καὶ πρὸς γαστέρα νενευκότα; *Chryſippus Philoſophus Maſonem a mandendo appellari autumat, velut rudem & ventri deditum.* Sed alii melius *Maſonis* nomen ad hujus perſonæ inventorem rêferunt, *Maſonem Megarenſem*. Feſtus, *Dici ab inventore ejus Maſone Comœdo ait Ariſtophanes Grammaticus*. Athenæus, Μαίσων γέγονε κωμῳδίας ὑποκριτὴς, Μεγαρεὺς τὸ γένος, ὃς καὶ τὸ προσωπεῖον εὗρε τὸ ἀπ' αὐτοῦ καλούμενον μαίσωνα, ὡς Α'ριστοφάνης φησὶν ὁ Βυζάντιος ἐν τῷ περὶ προσώπων. *Maſon fuit Comœdiæ Hiſtrio genere Megarenſis, inventor perſonæ, quam ab eo Maſonem vocant, ut dicit Ariſtophanes Byzantius in libro de Perſonis.* Idem ex Polemone conſtat, ſcriptore pervetuſto, qui Mæſonem hunc ex Sicula Megara fuiſſe docet, non ex Niſæa propè Athenas, in qua regnavit Niſus. Idem Athenæus, τὸν δὲ Μαίσωνα Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Τίμαιον ἐκ τῶν ἐν Σικελίᾳ φησὶν εἶναι Μεγαρέων, καὶ οὐκ ἐκ τῶν Νισαίων. *Maſonem* definit Feſtus perſonam Comicam Coci aut Nautæ. At in Græcis ſcriptoribus nonniſi Coqui perſonam ſuſtinet *Maſon*. Heſychius, Μαίσων μάγειρος, &c. Athenæus de Mæſone Megarenſi & Ariſtophane Grammatico, εὑρεῖν αὐτόν φασιν καὶ τὸ θεράποντος πρόσωπον καὶ τὸ τοῦ μαγείρου; *Eum inveniſſe dicunt & Servi perſonam & Coqui*, id eſt, *Maſonis*. Quin Coquorum duo genera fingebant Comici Poetæ, Ruſticos, & Urbanos, quorum illi *Tettiges*, hi *Maſones* dicebantur. Heſychius, Τέττιξ, οὐχὶ τὸ συνήθες ζῷον παρὰ Α'ττικοῖς οἱ τῶν μαγείρων ὑπηρέται ξένοι, οἱ δὲ ἐντόπιοι μαίσωνες. *Tettix præter commune animal*, id eſt Cicadam, *apud Atticos Coquorum peregrini ſervi, Indigenæ verò Maſones.* Quæ ſumpta ſunt ex his Athenæi; Ε'κάλουν δ' οἱ παλαιοὶ τὸν μὲν πολιτικὸν μάγειρον μαίσωνα, τὸν δ' ἐκτόπιον τέττιγα. *Veteres quidem urbanum coquum Maſonem appellabant, peregrinum autem Tettigem.* Hinc in Polluce *lib.* 4. *cap.* 19. §. 5. inter τὰ δούλων πρόσωπα κωμικά, *ſervorum perſonas comicas*, deſcribitur θεράπων Τέττιξ μέλας, φαλακρὸς, διάστροφος τὴν ὄψιν, δύο ἢ τρία βοστρύχια μέλανα ἐπικείμενος, καὶ ὅμοια ἐν τῷ γενείῳ; *ſervus Tettix, niger, calvus, torvis oculis, nigros in* capite *cincinnos duos aut tres habens, & in mento totidem.* Sed oppoſitus Tettigi *Maſon* ibidem eſt omiſſus. Etiam variante ſcripturâ pro Μαίσων ſcribitur Μέσων. Heſychius, Μέσωνες οἱ κορυφαῖοι τῶν μαγείρων, καὶ οἱ τεχνῖται; *Maſones præcipui coquorum & artifices*. Legerim καὶ οἱ Τέττιγες, *non autem Tettiges*, qui ſunt his inferiores. Urbani enim Ruſticis præſtant, niſi quis pro καὶ οἱ τεχνῖται legendum putet οἱ τε ναῦται, *& Nautæ*, ut Heſychio cum Feſto conveniat, cui *Maſon* tam eſt Nautæ, quàm Coqui perſona.

Ut ut ſit, ad rem noſtram maximè pertinet quod ex Ariſtophane Byzantio addit Athenæus, καὶ εἰκότως καὶ τὰ τούτοις πρέποντα σκώμματα καλεῖται μαισωνικά: μάλιστα γὰρ εἰσάγονται οἱ μάγειροι σκωπτικοί τινες, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Ε'πιτρέπουσι (lege Ε'πιτρόποις) *Et meritò Maſonica vocantur quæ ſcommata his perſonis conveniunt: maximè enim irriſores introducuntur coqui, ut apud Menandrum in Tutoribus.* Proinde apud Philoſtratum laſcivus adoleſcens, cùm luxuriæ nomine Mæſonicis dicteriis laceraretur, quæ plebecula paſſim cantitabat, factus fuiſſe dicitur μαισώνων ᾆσμα, non *Amazonum*, quæ tot ſeculis vetuſtiores de illo juvene nequidem cogitârunt. Miror rem ita obviam Eraſmo aut Rhodigino de hoc loco laborantibus in mentem non veniſſe, cùm neuter ignoraverit quid eſſent *Maſonica ſcommata.* De his enim ita Rhodiginus *Lectionum Antiq. lib.* 6. *cap.* 17. *Quoniam vero in Comica verſamur pragmatia, relatu dignum haud quaquam omiſerim; Maſona fuiſſe comicum hypocriten patriâ Megarenſem, qui Perſonam excogitavit primus, quam de ejus nomine Maſona vocant: quod Byzantius Ariſtophanes prodit in Commentatione de perſonis, ab eo juventam ſcribens ſervi perſonam, necnon coqui. Scommata quoque, quibus id genus homines præcipuè ſcoptica mordaceſque utuntur, Maſonica vocantur.* Et Eraſmus *Adagio* 4654. *Dicteria petulantius jacta Priſci Maſonica vocabant*, σκώμματα μαισωνικά, *à Maſone quodam Hiſtrione Comœdiarum Megarenſi, cujus inventum eſt perſona, quam à repertore Græci μαίσωνα vocabant. Reperit enim perſonam famuli & coqui; quin & veteres Græci coquum urbanum μαίσωνα vocabant, externum* Τέττιγα; *in Comœdiis autem ſemper inducuntur coqui dicaces, præſertim apud Plautum*, &c.

Convenit cum Hipponactio præconio *Adag.* 2156. Quo ſcilicet pro infami nota utitur Tullius in Epiſtolis, quia Hipponax Poëta fuit Jambographus amarulentus, ac notæ mordacitatis, qui Bupalum & Anthermum, quod ab his deformi ſpecie pictus eſſet, verſibus Jambicis inſectatus eos ad laqueum compuliſſe creditur; quamvis id verum eſſe neget Plinius *lib.* 36. *cap.* 5.

Jam ſi quis ſcire velit accuratiùs, cujuſmodi fuerint Mæſonica ſcommata & dicteria, legat Plautum in *Pſeudolo Act.* 3. & paſſim; & Athenæum *lib.* 3. *cap.* 22. *& lib.* 7. *cap.* 11. *& lib.* 9. *cap.* 5. *& lib.* 14. *cap.* 22. quibus locis μαγειρικὰς (ſeu quod idem eſt, μαισωνικὰς) ῥήσεις, eaſque benè longas, & ad lectorum ſanè tædium & faſtidium mirâ patientiâ deſcripſit ex Damoxeno ἐν Συντρόφοις, Hegeſandro ἐν Δελφοῖς, (aut ut emendat Caſaubonus Hegeſippo ἐν Α'δελφοῖς,) Nicomacho ἐν Εἰλειθυίᾳ, Philemone Juniore ἐν - - - - - - -, Dipſilo ἐν Ζωγράφῳ, Archedico ἐν Θησαυρῷ, Sotade Maronite ἐν Ε'γκλειομένοις, Poſidippo ἐν Χορευούσαις & Α'ποκλειομένῃ, Euphrone ἐν Συνεφήβοις & ἐν Δικαστῇ, Soſipatro ἐν Καταψευδομένῳ, Dionyſio ἐν Ο'μωνύμοις & in Α'κοντιζομένῳ, Stratone ἐν Φοινικίδῃ, Alexi ἐν Λέβητι, Menandro ἐν Ε'πιτρέπουσι & ἐν Κόλακι, Athemone ἐν Σαμοθρᾳξίν, Anthiphane ἐν Φιλώτιδι, Battone ἐν Εὐεργέταις, Nicoſtrato ἐν Α'πελαυνομένῳ, & ἐν Μαγείρῳ, & ſi qui alii diligentiam noſtram effugêrunt.

SANT-

SANT-AMANTII AD

SAMUEL. BOCHARTUM EPISTOLA,

Ad hunc tum ſcripta, cùm Poëma ſuum,

MOSES SERVATUS,

illi tranſmiſiſſet

VERSIO.

Priusquàm, *Vir Clariſſime*, gratias, quas nunc ago, Tibi ob cariſſimam & officioſiſſimam quam de *Moſe meo* reſcribere dignatus es Epiſtolam, exhiberem, acutiſſimas tuas in *Opuſculum illud* Annotationes expendere, Tibique reſponſionibus quibuſdam, quantum poſſem, ſatisfacere volui. Verùm cùm pauei nunc adſint mihi libri, neque aliunde conquirere aut per otium aut per pigritiam meam liceat; æquo animo, quæſo, accipias, quæ debilis memoria, tenue Judicium, Authoresque aliquot ſuccurrentes mihi ſuppeditavêre.

Primùm itaque cum debita reverentia reſpondebo, etſi eorum, quos laudas, librorum pleroſque legerim, probéque meminerim illorum quoſdam Ægyptiacam Aulam Tſohane Tecum collocare, me tamen haud temere acturum putaviſſe; *ſi cum vulgari ſententia eam Memphi ponerem:* quandoquidem nec ibi deſint arundines, quibus omnes propemodum Ægypti fluvii præcinguntur. Unde & Bartaſius noſtras, Vir certè eruditus, ibidem conſtituit, cùm de Tenebris illis, quæ Ægyptum totam, Metropolim potiſſimùm, inumbravêre, ſic canit;

> *La palpable noirceur des ombres Memphitiques,*

Hoc eſt, palpabilis umbrarum Memphiticarum nigredo &c. Neque hoc uno loco eam in urbe Memphi locat, alio etiam reponit; quando nempe de Moſe a Pharaonis filia adoptato ſic loquitur:

> *Et celui-là, qui doit d'un bras haut eſlevé*
> *Foudroyer ſur Bubaſte, & de honte eternelle*
> *Fleſtrir la Cour de Memphe, eſt aggrandi par elle.*

Iſque, qui elata manu debet fulminare Bubaſtem, opprobrioque æterno obſcurare Aulam Memphiticam, ab ea tamen exaltatur. Arbitratus eſt igitur Pharaonis Aulam in urbe Memphi ſediſſe. Quæ ſi cum illo ſenſerim; nihil vel apud *Joſephum*, vel apud *Philonem Judæum*, vel apud alios permultos reperio, quod hiſce repugnet.

Ad hæc, ſi alicubi innuo, *Moſem trecentis amplius annis poſt ingreſſum Iſraelitarum in Ægyptum natum eſſe*, id mihi profectò condonandum; cùm ſolus non ſim, qui id inouat, idemque illud ex *Joſepho* ſumpſerim, qui *lib. 2. pag. 56.* refert, *Hebræos in Ægypto per 400. annos fuiſſe afflictos.*

Neque etiam putem, (pace tua dixerim,) eo, quem ſuppoſui, *Merari*, me hue adigi, ut quæ eam in rem à Te ſunt allata, adoptem. Pręterquam quòd enim complures eo nomine appellari potuêre, mere ſuppoſititius eſt ille, quem adduxi, uti & *Eliſaphus* iſte, quem memoravi. Abſit ergo, ut Merarim illum ita adduxerim, quaſi ex tribus Levi filiis unum exiſtimaverim. Ut ut ſit, Celebratiſſimus ille Virgilii circa Didonis tempora Anachroniſmus mihi patrocinatur, juſque Poëtis quibuslibet ad parem licentiam facit in Poëmatibus Heroicis. Replicabis forſan, Poëma Meum id nominis præ ſe non ferre; Verùm cùm hoc eadem illa, quæ in Poëmatibus Heroicis, eodemque prorſus modo, pertractet, eo titulo potuiſſem meritò inſignire, tum maximè, ſi Eruditos quoſdam ea in re audiiſſem.

Quod Hyperbolem illam, *Viâ omnium duriſſimâ*, &c. attinet; eam non usque quaque probas; ſed an obmurmurabis, ſi illuſtrium tot Poëtarum in hiſce praxim, frequenteſque hyperbolas attenderis, meâ multò audaciores? Quænam eſt hæc, ex. gr. apud *Arioſtum*, Poëtam illum tam celebrem; in qua haſtæ cujuſdam fragmenta ad Ignis uſque Sphæram reſiliiſſe, tumque in terram etiam tum ardentia recidiſſe, canit? Quidnam hæc noſtra, ſi cum Capanei furoribus, apud Statium ad Thebana mœnia fulminantis, conferatur? Unde & Tumet ipſe, *Vir Graviſſime*, arti noſtræ iſthæc utcunque permiſſa fateris. At Ego, non modò ex indulgentia quadam, ſed ex jure ſtricto, conceſſa contendo. Ni enim in Poëmatibus noſtris & hæc, & alia ejuſdem generis nonnulla, extarent, nihil in illis penè ſupereſſet, quod legentium vel audientium animos admiratione percelleret. Quid, quod & eadem hęc huic Scriptorum generi ſingulari quodam modo congruunt, nulli alteri eodem jure communia. Auſimne Viro me in hiſce longè peritiori memorare, in ipſamet etiam Script. S. pleraque ejuſmodi vel dicta, vel dicendi genera, occurrere, quæ vexanda non ſint; Eamque frequentiſſimè eaſdem illas uſurpare figuras? Cùm, ex. gr. narrat Samſonem mille homines unicâ exterminaſſe maxillâ; id equidem puto veriſſimum; at primo aſpectu videtur hyperbolicum & duriuſculum. Adſunt & alia nonnulla, quæ hyperbolem & prodigium longè excedant intervallo. Id quidem conſtat evidentiſſime, Samſoni ſub Deo adjuvante, nihil prorſus fuiſſe impoſſibile; verùm nonne idem ille Deus, qui Samſoni adſuit, potuit etiam Illi ipſi, quem pro Moſe fideliſſimo Dei ſervo dimicantem produco, pari prorſus modo adeſſe? Adeò ut ambos eadem virtute muniverit? Detur ergo juxta illos Hiſtorię Naturalis Scriptores, quos laudas, crocodili ſquamas plagis quibuslibet eſſe impenetrabiles; an verò illi hęc certiùs, quàm nos, ſcivêre? Sed eſto, longè certiùs ſciverint; hinc profectò pręclarum illud facinus quod repręſento, tanto mirabilius evadit, tantóque illuſtrius; quę volo.

Succedit jam *palma mea*, de qua nonnulla annotâſti. Eâ autem palmâ *Dactyliferam* non intelligo, ſed *Cocciferam*; quanquam & hęc multò procerior ſit, quàm vulgò perhibeant Veteres. Paſſim porrò reperitur iu Ægypto. Alia verò palma, ex qua *vinum palmeum*, mihi eadem illa eſt, de qua Tu loqueris; quęque ejuſdem cum tua proceritatis exiſtit. Ex aliorum autem relatione non memoro, ſed ex privato aſpectu, quippe qui multoties hiſce meis oculis uſurpârim. Neque verò incredibile eſt, jam tum ad Nili ripas ſucreviſſe. His addas, quod ſuppoſitiones ejuſmodi nequeant jure damnari in iis, quibus quidlibet audendi, impunéque mentiendi, poteſtas jam pridem conceſſa ſit.

Quantùm ad *Sabam, & ad ea*, quę de Moſe

aio,

Digitized by Google

aio, *Illum nempe, cùm ex ea urbe diſceſſiſſet, ad Nilum rediſſe*, probè novi, ipſi ab ea minimè diſcedendum fuiſſe, ut ad Nilum accederet, quandoquidem Saba Nilo proximè ambiatur. Et certe craſſiſſimus foret in rebus Geographicis error, ſi ignorârim hanc Sabam, quam Cambyſes poſtea ex Sororis ſuæ nomine Meroëm appellavit, ſitam fuiſſe in inſula, cui ex Ioſepho proximè circumfunditur cum Aſtapo, & Aſtabora, Nilus. At error inde eſt natus; quòd, cùm quibuſdam de cauſis multos Verſus ex hoc loco ſuſtuliſſem; atque inter reliquos, qui minimè contemnendi, hoſce;

Cette grande Saba, dont les tours faſtueuſes
S'eſlevent fierement ſur les eaux tortueuſes,
De trois fleuves profonds, qui formans ſon foſſé,
Font voir dans leur chryſtal ſon orgueil renverſé;

Qui ſic Latine ſonant, *Ingens hæc Saba, cujus excelſa turres ſuperbè aſſurgunt ſupra trium profundiſſimorum fluviorum, qui, dum foſſas ejus implent, inverſam ejus ſuperbiam oculis oſtentant, undas flexuosè circumeuntes; hæc ſcilicet ingens Saba.* &c. Quòd, inquam, cùm Verſus illos ſuppreſſiſſem, móxque in morbum gravem, dum Poëma typis mandaretur, incidiſſem, ejus Corrector vocem quandam, in Autographo propter illam Verſuum illorum ſuppreſſionem obelo transfixam non attenderit, typiſque exſcribi ſiverit, quæ tamen erat excludenda; neque ipſe Ego deinceps id adnotaverim; ſecus inter *Errata* commemoraſſem. Sic itaque legendum, *Memphim rediit.*

Pharaonis hyperbolica hęc loquendi ratio, *Quid agitur? Orbis univerſus*, &c. eſt exceſſus ex arte procedens, ſiquidem de induſtria eum ſic loquentem exhibeo, ejus ut inſaniam & faſtum tanto meliùs patefacerem. Attendas etiam, quæſo, ex quibus figuris ſermo ejus ſit contextus, quàm interrupti ſint ejus affectus; quanta extent arrogantiæ, indignationis, & inſolentiæ ejus indicia. Certè eo conſpirant univerſa, ut inſolentiſſimum hominem, ſuique prorſus impotem, exhibeant.

Ex eo, quòd Hebræos vocet, *fœdos & infames circumciſos*, ipſum ſuppono *incircumciſum*. Cùm autem Ipſe Tu ea in re ſis dubius; quicquid eandem in rem Herodotus & Diodorus Sicul. de Colchis & Ægyptiis afferant; me tamen in eo erraſſe animum non poſſum inducere meum. Adhæc, ut ut circumciſi eſſe potuerint Ægyptii, ſingulari tamen ratione Hebræi tales reputari poterant, quibus ſcilicet circumciſio variis mandatis, pœnîſque ſeveriſſimis, fuerat à Deo impoſita. Proinde, ſi quæ eandem in rem paulò liberiora habeat Operis mei Præfatio, hac obſervatione excuſantur univerſa.

Ex vulgari opinione *Erythræum Mare rubens finxi; ideóque rubens; quòd exæſtuans ejus arena hunc refundat colorem, quoties radiis ſolaribus illuſtratur*; verùm ex eo principio ſum ratiocinatus; quòd res rara & mirabilis videatur, campumque aperiat ad loquendum patentiorem. Cæterùm non ignoravi, quæ Tu de Edomo profers; à quo Mare illud ſuam ſumpſiſſe appellationem, ſive dicatur *Idumæum*, ſive *Erythræum*, ſive *Rubeum*, nullus dubito; ſiquidem tria iſthæc idem ſonent.

Quando Moſem ſic loquentem profero, *Deleat me citius*, &c. ad D. Paulum reſpexi; qui, ni fallor, *Rom.* 9: 3. optat Anathema fieri pro fratribus; & quæ tua eſt indulgentia, iſthæc mea benigniſſime interpretaris.

Quoad Rachelem, cùm aio, *Eam camelo ſuo inſidentem eos habere Teraphim*, ita locutos ſum; ne, ſi elitellam memorarem, id aſininum quid redoleret; maluíque ab hiſtoriæ fide tantillùm diſcedere, innuendo Rachelem in procinctu ad viam camelo inſidere, quàm aſini ullam ingerere ideam; quandoquidem ea, quá Rachel tum laborabat, infirmitas non exigebat, ut lecto affigerem. Si tamen peccatum meum putes utcunque grave, locum hunc facilè emendabis; hiſce, *ſub lecto aſſervatos habebat*, aut ejuſcemodi aliis, ſubſtitutis.

Animalia illa, quæ Jacobus ad Eſavum mittit, ſumpta ſunt ex Joſeph. Antiquit. l. 1. c. 19. ubi ſic habet; *Præmittit quoſdam ad fratrem cum muneribus. Ea conſtabant jumentis multis ac variis quadrupedibus, accipienti placituris propter raritatem.* Cętera autem ſunt Poëtæ figmenta, ab eo, tanquam ab induſtrio pictore, addita ad argumenti illuſtrationem & magnificentiam. Jam autem difficillimè mihi oſtenderetur, pardos ad venationem inſtitutos poſteriorum ſæculorum eſſe inventa & artificia. Sufficit ergo mihi, ſi res jam tum fieri potuit, etſi reipſa minimè fuerit facta. Præterea, quando Jacob. *Geneſ.* 32: 5. ad fratrem mittit, nuntiat quidem ſibi adeſſe boves, aſinos, oves, ſervos, ancillas; verùm iſthæc potiùs offert, quam tranſmittit: certum tamen ipſi quoque camelos, capras, imò & canes adfuiſſe; quandoquidem & adeſſent arietes. Quoniam autem iſthæc omnia neque ignota, neque inſueta Eſavo mihi videantur; munera fore congruentiora judicavi, ſi venatori celeberrimo, qualis erat Eſavus, convenirent. Indéque ad venationem apta & facta cenſui mittenda.

Si locum inſpicere digneris, in quo de *Vulture* verba facio, reperies me adjicere, *vel potiùs Dæmon*; uti & alibi aio, *quum primo aſpectu nanime quid arbitraretur*, &c. Hæc, ni fallor, ſatis me à culpa præſtant immunem. Quamvis autem vultures & lupi exercitus ſectentur, ut cadavera inibi crebriora invadant; ex eo tamen nequaquam ſequitur, eos cadaveribus unicè paſci. Rem aliter ſe habere probe noſti.

De cætero, Vir Celeberrime, ſi ante Operis mei Editionem Te de illo conſulere datum fuiſſet; iis, quæ notas, vitiis pluribuſque aliis procul dubio careret. At hoc certò ſcio, quòd, ſi Mei adverſus Te patrocinium ex ſingulari generoſitate tua velis ſuſcipere, per Te facilè de Viro inter hujus ſęculi principes eminentiſſimo, & ferè primo, ego ſim indubiè triumphaturus. Omnium oculi non ſunt æquè acres ac tui; omnes ad primas & altiſſimas rerum Origines, uti Tu, non aſcendunt; reliqui ut plurimum ſat habent, modò ex rivulis exilioribus, & a prima ſcaturigine remotioribus, rerum veritatem poſſint delibare. Excuſatum igitur me habeas, quæſo, Vir Eruditiſſime; ſiſque potiùs mihi patronus, quàm judex; neque dubites, quin tibi ſim, quantum omninò eximiæ tuæ virtutes, vaſtiſſima eruditio, diffuſiſſimum nomen, pridemque ſancita inter nos amicitia, exigunt, addictus & conſecratus. Vale.

Rothomagi dabam ex Vitriaria, 3.
Non. Mart. Ann. 1654.

SANT-AMANTII EPIGRAMMA, AD SAM. BOCHARTUM,

ex ea occaſione natum,

quòd, cùm illius Poëma ad Sam. Bocharti Paſtor. Cadomenſis ædes deferendum eſſet, ad Illuſt. Boucharti Rothomagenſis Patroni domum fuerit ex errore quodam delatum.

Mon livre avec grande raiſon
M'A, pris au lieu de ta maiſon,

Celle

Celle d'un autre de Pratique.
Il a connu le delicat,
Qu'il luy faloit, non un Critique,
Mais bien plûtôt un Avocat.

Latinè.

Meritiſſimè Libellus meus

Adiit pro ædibus tuis
Alterius cujuſdam, nempe Cauſidici, ædes.
Senſit ſcilicet catus ille,
Sibi opus eſſe, non Critico,
Sed potius Cauſidico & Patrono.

SAMUELIS BOCHARTI

AD CLARISSIMUM

SANT-AMANTIUM

RESPONSIO.

VERSIO.

ET mihi & Tibi, *Vir Clariſſime*, gratulor animitus ex eo, quòd pauca quædam in Poema tuum annotârim; cùm pauca illa effecerint, ut eruditam & elegantem illam adornares Apologiam, quam ad Me dediſti: in qua ingenioſe adeo tua tueris, ut pauci omnino extent, qui eodem, quo Tu, modo ceſpitare imò & labi, recuſent; ſi pari Tecum ſucceſſu erigi ſe, parique cum laude reſurgere ſe poſſe ſperarent. Erraſſe alicubi videris, at errata iis exornas coloribus, ut prorſus ſplendeſcant, virtuteſque videantur. Etſi nonnulla fere omiſeris, quæ ad Tui excuſationem omnium erant aptiſſima; hæc nempe, quæ ex celeberrimo Artis Magiſtro in *Arte Poët.* præſto aderant,

Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.

Item.

- - - *Quandoque bonus dormitat Homerus.*

Ex quibus patet, neminem quenquam paucis illis nævis, qui vel ex negligentia, vel ex ἀβλεψίῃ quadam in Poëmata cæteroquin excellentiſſima nonnunquam irrepunt, offendi debere. Cùm itaque Tuum ab iis omnibus, qui neque invidia, neque ullo ſimili affectu ducuntur, horum numero accenſendum ſit, non eſt, quod in ſingulis quibuſque defendendis & excuſandis labores. Et verò, in quibuſdam vel Hiſtoricis vel Phyſicis à vero aberraveris; quid inde? Quædam eſſe, quæ tu forſan ignoraveris. Quaſi verò aliquis ſit, qui nihil ignoret. An Scaligeri, Salmaſii, aliique Sæculi hujus eruditiſſimi, omnia novêre? Non obſtabunt certè pauca quædam σφάλματα, eaque leviſſima; quin ſedem inter nobiliores quoſque Poëtas babeas eminentem: quibus certe id minimè proprium (quicquid nonnulli vulgò contrà pertendant) ut omnia ſciant. Eorum eſt quidem res quaſque aptè, ingenioſè & venuſtè exprimere; at ſi ipſis omnia eſſent neceſſariò ſcienda, & fideliſſimè repræſentanda, ad hoc ut pro Poëtis haberentur, nulli unquam extitiſſent Poetæ. Cùm itaque, quod eorum eſt, ſummo gradu (ſincerè dico) obtineas; uniuſque hujus laudem & gloriam debeas affectare; hancque tibi pari, ſin potiori, jure cum aliis quibuſlibet temporis hujus Poëtis putem adjudicandam; ſpero, quæ eſt æquitas tua, futurum omnino, ut patienter feras, ſi Te de pauculis quibuſdam, quæ ex conditione & profeſſione mea paulò diligentiùs indagare neceſſe habui, modeſte & amicè ſubmoneam. Neque dubito, quin continuò oculis obverſetur memorabile illud celebratiſſimi illius Apellis factum, qui æquiſſimo animo ſutorem audivit monitorem, dum ultra crepidam non eſt evagatus. Hâc fretus fiduciâ primas meas in eximium tuum Opus animadverſiones tibi auſus ſum tranſmittere, eaſdemque etiamnum inni-

xus audeo iiſdem illis poſt Reſponſum tuum inhærere, eaſque fuſiuſculè deducere; quoniam brevitas mihi mea utcunque nocuit, fecitque quibuſdam in locis, ne mentem meam ſis ſatis aſſecutus.

Primum de quo inter Nos, ſi probè meminerim, (nulla enim Epiſtolarum autographa aſſervo,) quærebatur, locum ſpectabat, in quo Moſis tempore ſedebat Pharaonis Aula, juxta quem locum Moſes expoſitus a Pharaonis filia eſt inventus, quemque poſtea tot miraculis celebravit. Tu Aulam illam Memphi, ego Tani colloco. Qua in re ſi uterque erramus, levis admodum utrinque error; cùm de iis agatur, quæ tot ſeculis abſunt à nobis, ut pauciſſima eorum nunc extent monumenta. Hæ ſunt rationes, quibus innitor.

Prima, imo & præcipua, ducitur ex eo, quod David Pſalm. 78: 12. 43. bis aſſerat Moſis in Ægypto miracula edita fuiſſe in agro Tſohanitico, vel Tanitico, ſive, ut loquuntur Ægyptii *in Nomo Tanitico.* Quod non conſtaret, ſi Memphi, quæ inde longe diſtat, edita fuiſſent. Diceturne de eo quod Lutetiæ accidit, illud vel in Caletenſi, vel in Conſtantienſi agro contigiſſe? Quare quotquot unquam extiterunt Doctores Latini, Græci, Hebræi, Arabes, qui hæc Davidis verba penſitârunt, Tani Pharaonis Aulam collocârunt. Ex Recentioribus multos, ſi liberet, aſſerrem, verùm ex Veteribus binos ex quatuor hiſce Nationibus adducam; cùm in ore duorum aut trium teſtium ſtet omne verbum. Ex Latinis, D. Hieronymus in Eſa. lib. 5. cap. 19. hæc habet: *Declarat Pſaltes Tanim eſſe caput Ægypti; quia Moſes ibi multa ſigna edidit, quæ in Exodo recenſentur.* Et lib. 9. cap. 30. *Tanis, in qua Regia Pharaonis.* Et in Ezech. 36 *Tane, quæ eſt urbs regia conteretur Ægypti ſceptrum.* Et in Pſalmos, (ſi revera hoc Opus compoſuerit) *In agro Tanitico, ubi erat idololatria, ubi erat Rex Ægypti; ubi erat exercitus, ubi Jannes & Jambres erant.* Et Iſidorus Origin. lib. 15. cap. 1. *Tanis Ægypti caput, ubi erat Pharao, & ubi Moſes omnia, de quibus in Exodo, miracula edidit.* Ex Græcis ſic Theodoretus in Pſalmos, *Tane ſtabat ſedes regia Pharaonis* Sic quoque Suidas; *Tanis eſt nomen loci, in quo Regia Pharaonis.* Quidam ex Dorotheo Tyri Epiſcopo, in Jeremiæ vita, hocce laudant; *A populo lapidibus obrutus, obiit Tani urbe Ægypti, ſepultuſque jacet in eodem loco, ubi Pharao habitabat* Sed flocci facio hunc locum, quia ex libro ſuppoſito. Ex Hebræis R. Salomo in Numer. cap. 13. ait, *Eſſe ſedem Regum* Et Kimchi in Pſalm. 78 *Urbem eſſe regiam Ægypti.* Ex Arabibus Pentateuchi Interpretes ambo, quorum alter Lugduni Batavorum, alter Lutetiæ excuſus fuit, vocant Tanim *Ægypti caput.* Numer. 13: 23.

Secunda ratio ducitur ex temporis convenientia. Nullus enim dubitabit, Tanim Moſis tempore extitiſſe, cùm David, imò & Moſes de illa tanquam de antiquiſſima urbe loquantur. Moſes enim maximam Hebroois, quam incolebat Abrahamus, antiquitatem aſſerturus, ait *Numer.* 13: ℣. 23. illam ſeptem annis ante Tanim Ægypti, conditam fuiſſe. Ergo Tanis non modo Moſis, ſed & Abrahami ævo ſtabat. Quod vix de Memphi probaretur, cujus ex Scriptoribus ſacris Eſaias primus, ex Prophanis Herodotus meminêre: horum autem prior poſt Abrahamum 1000. vel 1100. annis, poſterior vero 1300. vel 1400. annis floruêre. Si igitur caput Ægypti per totum illud tempus Memphis fuit, amplaque, & magnifiea, uti poſt Diodorum exhibes; quare, cùm plerique Prophetarum poſteriores, ut Eſai. 19: ℣. 13. Jerem. 2: ℣. 16. Ezech. 30: ℣. 13. Et Oſeas. 9: ℣. 6. de ea frequentiſſimè locuti ſint, Prophetæ priores omnes illam ſileot omoino? Adhæc ſi Thebas urbem in Continenti longè remotiorem memoret Homerus, quî ſactum ut Memphis & propior, & illuſtrior, & ſitu opportunior eidem illi fuerit ignota? Diodorus *lib.* 1. Memphim vocat ἐπιφανεστάτην τῶν κατ' Αἴγυπτον, & dicit ad illius ſitum electum fuiſſe τόπον ἐπικαιρότατον ἁπάσης τῆς χώρας. Juxta eundem Thebæ 140. ſtad. Memphis verò 150. patebant. Adhæc juxta ipſum poſt hujus conditum Reges Thebis Memphim migravêre: indéque ἤρξατο ταπεινοῦσθαι μὲν τὰ περὶ τὰς Θήβας, αὔξεσθαι δὲ τὰ περὶ Μέμφιν, *Thebæ obſcurari & minui cœpêre, Memphis verò augeri.* Cùm de civitatibus illis ſic loquatur, mirum qui ſactum quod Homerus Memphim prorſus ignorârit. Si reſpoodeatur, Eum Tanim æquè ac Memphim tacuiſſe. Reſpondeo nullam eſſe paritatem, quia, etſi aliquandiu Ægypti Caput fuerit Tanis, nihil in ea eximium fuit, quo commendaretur, uti erat tum Thebis cùm Memphi. Eaque de cauſa Geographis Straboni, Steph. Byzantino, & Hermolao hujus Compendiatori, Tanis eſt μεγάλη πόλις, oihilque ampliùs. Imò etiam ex Homero videtur Ægypti Aula Tani extitiſſe; ſiquidem apud illum Menelaus, *Odyſſ. lib.* 4. dicat Pharum ab Ægypto diſtare,

---- ὅσσον τε πανημερίη γλαφυρὴ νηῦς
Ἤνυσεν, ᾗ λιγὺς οὖρος ἐπιπνείῃσιν ὄπισθεν.
---- *quantum tota die cava navis*
Confecit, cui ſtridulus ventus aſpirat à puppi:

Hoc eſt (ſecundum Ariſtidem *in Oratione Ægyptiaca*) διακοσίους καὶ χιλίους σταδίους, quæ ſunt 150. milliaria, quo ſerè ſpatio Pharus diſtabat à Tanitico fluento, ad quod tunc illi, quibus res erat apud Aulam, appellebant. Neque verò per Ægyptum intelligi poſſunt Loca Pharo proximiora; quandoquidem ad hæc horæ ſerè ſemiquadranti appellebatur, cùm Pharus à Continenti unico tantùm milliario diſtaret. Geographi, Homerique Commentatores, qui per Ægyptum aliud quid intellexerunt, inaudita & aliena prorſus commenti ſunt, quibus opinioocm ſuam tuerentur, Ægyptum nempe Homeri ævo unius diei navigatione Pharo abſuiſſe, poſteaque Nili exundationibus accreviſſe. Qua in re ſibi non conſtant iſti Geographi; volunt enim urbem Canopen à Canopo Menelai nauclero prope Pharum conditam fuiſſe. Falſiſſimum eſt etiam Nili exundationibus Ægyptum ampliorem factam fuiſſe; Herodotus enim, cum aliis Geographis, quos laudat Strabo, talem planè, qualis ounc eſt, ante duo annorum millia deſcripſerunt. Jam autem ſi ab Homero ad Herodotum, hoc eſt, per 400. aonos, unius diei navigatione Ægyptus creviſſet Nili exundationibus, per easdem exundationes ab Herodoto ad nos *Cyprum Inſulam uſque* jam extenderetur.

Sed, ut preſſiùs agamus, hi oobis audiendi ſunt, qui de Memphidis Origine ſcripſerunt. Circa quam quatuor extant Eruditorom Opiniones. Prima, quæ apud Euſebium legitur, ſtatuit Memphim ab Api, anno poſt Abrahamum natum 270. hoc eſt, circa Jacobi ætatem fuiſſe conditam. At hæc nequit omnino ſtare; cùm Apis ille, qui eo tempore vivebat, Argis non in Ægypto regnaverit; neque probabile ſit, unum quendam unius Græciæ regiunculæ Regulum Ægypti totius Metropolim extruxiſſe. Error procul dubio inde eſt natus, quòd Argorum Rex ille Apis idem habitus fuerit cum Api altero, qui iiſdem ſerè temporibus in Ægypto imperabat, quique alio nomine Epaphus appellabatur; cui reipſa multi, cujuſmodi Euſebius; Apollodor. *Bibliotheca lib.* 2. Hygin. *fab.* 149. & 175. Iſidor. *Origin. lib.* 15. *cap.* 1. Memphis fundationem aſcribunt. Fundationem autem hanc Euſebius ad ann. poſt Abrahami Natalis 525. refert; quo tempore Iſraëlitæ in Deſerto peregrinabantur. Aliam opinionem ſequitur Herodotus, ſiquidem aiat Memphim à Mena, primo Ægyptiorum Rege, inſtitutam; ad cujus intelligentiam notandum ab Herodoto Menam iſtum primum Ægyptiorum Regem vocari, quòd primus eorum Regum fuerit, quos Ægyptii Deorum numero non aſcripſêre, uti & Vetuſtiores omnes aſcripſerunt, inter quos propterea annumeratus fuit Epaphus, quem ſub Apis nomine adorabant; fatente ipſo Herodoto, *lib.* 2. *cap.* 15. ὁ δὲ Ἆπις κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶτταν ἐστὶ Ἔπαφος; *Græcorum idiomate Apis eſt Epaphus.* Itemque, *lib.* 3. *cap.* 27. ὁ Ἆπις, τὸν Ἕλληνες Ἔπαφον καλέουσι; *Apis, quem Græci Epaphum nuncupant.* Quibus accedit Ælian. *lib.* 4. *Animal. cap.* 10. dum ſic loquitur, Ἕλληνες αὐτὸν καλοῦσιν Ἔπαφον, *Græci Epaphum vocant.* Itaque Ægyptii Regibus ſuis Deorum generationes 16. præponebant; quibus ſucceſſêre, qui merè homines. Quibus omnibus cùm ſtatuæ apud Ægyptios erigerentur; hiſce omoibus id inſcriptum legebatur, πίρωμιν ἐκ πιρώμιος γεγονέναι, *hominem hunc eſſe ex homine prognatum*; ſiquidem Linguâ Ægyptiâ etiamnunc *pyromi* hominem ſonet; non καλὸν, καὶ ἀγαθὸν, *honeſtum*, & *beneficum*, uti contendit Herodot. *lib.* 2. *cap.* 143. Idque apertè ſatis innuit Syneſius *Lib. de Provid.* quo loco refert, complures Deos in Ægypto regnâſſe, πρὶν ὑπ' ἀνθρώπων ἀρχθῆναι τὴν γῆν, καὶ γενεαλογηθῆναι τοὺς βασιλέας, πίρωμιν ἐκ πιρώμιος; *antequam ab hominibus regeretur Terra, atque in Regum genealogia & ſerie ex pyromi deduceretur pyromis*; hoc eſt, *Homo ex homine*, minimè vero ex Deo Deus, vel ab heroë heros. Si igitur ædifieata fuit Memphis ab illorum Regum uno, qui fuerit merè homo, uti vult Herodotus, neceſſe eſt ædificata fuerit poſt Epaphum.

At, ſi fides Diodoro Siculo, longè recentior eſt cenſenda. Poſtquam enim *Menam* memoravit, qui poſt Deos primus in Ægypto potitus eſt imperio; tum ad *Tnephactum*, vel Gnephactum, quendam deſcendit; qui *multis poſtea generationibus*, πολλαῖς ὕστερον γενεαῖς, in throno ſedit, & ad filium ejus *Bocchorim Sapientem*; quibus ſucceſſêre *Reges numero* 52. ignavi adeò, ut nihil quicquam commemoratione digoum egerint: quos deinceps excepit *Buſiris primus*, octavaque ſubinde generatione *Buſiris ſecundus*, Thebarum conditor, quem denique generatione itidem octava ſubſecutus eſt *Vechoreus*, à quo Memphis fuit condita. Sic habent Græca, τῶν δὲ τούτου τοῦ βασιλέως ἀπογόνων ὄγδοος, ὁ ἀπὸ τοῦ πατρὸς προσαγο-

ρευθεὶς

μυθεῖς Οὐχορεὺς, ἔκτισε πόλιν Μέμφιν. Latinè autem ita ſonant; *Octavus autem inter poſteros regis hujus*, Buſiridis ſecundi, *qui & à patre appellatus eſt Vechoreus, Memphim ædificavit.* Ex ea voce Græca, ὄγδοος, (Latinè, *Octavus*) Latinus Interpres, & poſt eum complures alii finxerunt Memphim à Rege quodam, cui nomen *Ogdous*, fuiſſe conditam, immemores ſcilicet, aut fortè neſcii, apud Græcos ὄγδοος ſignificare *Octavum*.

Ex ſuperiùs deductis quivis facilè intelligit, Diodorum Memphidis originem ad tempora revocare, Moſe longè poſteriora. In quo majorem mihi videtur mereri fidem, quàm qui vel ad Epaphum vel ad Menam transferunt, ob rationes ſuprà à me allatas. Et certè, ſi Memphis tamdiu floruiſſet, Ægyptique fuiſſet Metropolis, uti volunt, id non ignoràſſet Homerus; neque omiſiſſent Scriptores Sacri, Eſaia antiquiores. Porrò ſic poſt Ariſtot. ratiocinor; qui *Meteor. lib.* 1. *cap. ultim.* obſervat, *Homerum Thebarum meminiſſe, Memphidis verò minime*; ὡς οὔπω Μέμφιδος οὔσης, ἢ ὅλως ἢ τηλικαύτης; *ſive quod Memphis non eſſet, ſive quòd non eſſet omnino talis.* Quibus adde, momentum quoddam in eo futurum fuiſſe, ſi antiquior haberi potuiſſet, quàm revera eſſet. Eo enim figmento jucundiſſime demulcebatur Ægyptiorum faſtus; qui ſibi longiſſimam arrogabant antiquitatem; Græciſque perpetuam objectabant infantiam: iſtudque potiſſimum iis placebat, utpote honorificentiſſimum, quòd perhiberetur à Deo, nimirum ab Epapho, ædificata: cùm contrà nihil eos moveret, ut recentiorem facerent, quàm reipſa foret. Præterea quiſquis Diodorum conſuluerit, is advertet facillimè, illum multa de Memphi, quæ alii ignorabant, afferre, in hiſque videri multò inſtructiorem. Idque ſemper obſervatum eos, qui de Ægypto poſteriùs ſcripſère, quales Strabo, Diodor. & alii, multò certiores eſſe, quàm qui priùs; cujuſmodi Hecatæus, Herodotus, &c. Eò quòd priores illi ex vulgi rumore ſcripſerint; cùm contrà poſteriores ſua hauſerint ex variis Ægyptiorum libris in linguam Græcam, dum regnarent Ptolemæi, transfuſis. Sed demus Memphim, regnante Mena, vel etiam Epapho, fuiſſe extructam, inde tamen non ſequetur, eam tum extitiſſe, cùm Moſes in Ægypto miracula ſua patraret; quandoquidem eorum uterque ſit aliquantò Moſe poſterior.

Hoc etiam locorum ſitus, ſatis, in genere ſaltem, exploratus, validè confirmat. Nullus enim neſcit, Ægyptum in Superiorem & Inferiorem dividi (unde Hebraicè Duali numero מצרים dicitur) Superioremque Ægypti partem ſupra ſectionem Nili extare, Inferiorem verò infra ſtare; intra Delta, quod nomen apud Græcos ex figura ſortita eſt, incluſam. Memphis autem in ſuperiore Ægypto ad Nili occaſum ſita erat, tribus ſupra Delta ſchœnis ſecundum Strabonem; vel juxta Plinium 15. milliaribus, id eſt, quinque vel ſex leucis. Tanis verò in inferiore Ægypto ad interiora τοῦ Delta poſita erat, haud procul à mari, ad ſecundum Orientem verſus Nili alveum; qui inde Taniticus dictus eſt. Ibi etiam magnus fuſus eſt Lacus, vel Palus, ejuſdem cum Tani nominis, quo illa circumcingebatur. Nubienſis Geographus ſic illam *Tertia parte tertii Climatis* deſcribit; *Lacus Taniticus eſt magnus & patentiſſimus lacus, qui tantum tribus milliaribus à mari Salſo*, hoc eſt, Mediterraneo, *abeſt. In eo inter varias inſulas, præter oppidum Tanim, eſt inſula Heiſn almas, Pharma verſus; quouſque pervenit Rex Baldainus, qui Syriam in Mahummedanos occupavit, ibique una cum equo aquis periit.* Paulò inferiùs, *Quum Nilus tempore æſtivo ex loco erumpit, dulcis eſt aqua Tanitici Lacûs, ſed quum hyeme in alveum redit, aqua maris prævalet, & tunc fit ſalſus. Multa oppida Lacus ille quaſi Inſulas circumvallant, qualia Nable, Tana, Samma, Heiſn-almas, quæ non poſſunt, niſi per naviculas, adiri.* Benjaminus eam in Itinerario eodem modo deſcribit, cùm de Damieta locutus dicit, דרך ים יום למנים, id eſt, *Inde Tanim uſque unius diei navigatio interjacet*: & paulò pòſt, והוא אי בתוך ים, *eſt inſula in medio maris.* Caſſianus eadem ferè habet ſub nomine *Theneſi*, *Collat.* 2. *cap.* 1. *Thenneſum Ægypti urbem appulimus, cujus incolæ ita mari vel ſalſis lacubus cinguntur, ut præ agrorum inopia commercium unicè exerceant, mariſque opportunitate diteſcant; quin etiam ſolo, niſi aliunde navibus adſportetur, ædibus ædificandis egent.* Hinc haud dubiè Tanis nomen habet צען, *Tſohan*, quæ vox *lacum* vel *paludem* ſignificat: uti & צעגן, a quo Plurale צעננים *Joſua* 19: ℣. 33. eſt nomen urbis in Tribu Nepthali; quod Interpres Chaldæus אגניא reddit, hoc eſt, *Lacus*, vel *paludes*. Hæc urbs ita vocatur propter ſitum. Sic in Græcia Urbes *Helos*, & *Limna*, ſic in Italia Urbs *Velia*, nomina à vicinis paludibus ſortitæ ſunt. Ex Tſohane, vel Thſahan, factum eſt Tanis, ut Τύρος vel *Tyrus* à צור, mutando צ in T. Nam ridiculum ſe præbet Iſidorus *Origin. lib.* 15. *cap.* 1. quum vult Tanis dici pro Titanis, quia nempe à Titanibus ſit condita. Neque magis ſapiunt, quibus צען eſt *mandatum humile*, vel *mandans humilia*, quaſi componeretur à צוה, *mandare*, & ענה *humiliari*; quibus etiam variæ hiſce allegoriæ ſuperſtruuntur; quales Philo, D. Hieronymus *de Locis Hebraicis*, & Auguſtinus in *Pſalm.* 77.

Ex iis, quæ hactenus de ſitu Tanis obſervavi, hac ratione colligo; non Memphi ſed Tani Moſem fuiſſe expoſitum, & à filia Pharaonis inventum. Nempe in Textu legitur, illum fuiſſe expoſitum בסוף *in ſuph*: & inventum בתוך הסוף *in medio ſuph.* Jam autem, ut rectè vox illa סוף intelligatur, tenendum Hebraicum סוף *extremitatem* ſignificare. Sic *Dan.* 4: 19. (aliis 22.) סוף ארצא *extremitatem terræ*, & 2. *Paralip.* 20:16. סוף הנחל *extremitatem*, vel *oſtium*, *torrentis* ſignificat. Inde igitur סוף dicuntur junci, vel arundines, quæ in terræ limitibus ad mare, vel in fluviorum oris ad oſtia maximè excreſcunt. Eamque ob rem Hebræi reddunt *Algam*, quæ Normanis *Urac*. Sic quando Jonas, *Jon.* 2: 6. è viſceribus magni illius piſcis exclamat, סוף *alligatum fuiſſe capiti ſuo*, per סוף intelligit *Algam* ſeu noſtrum *Urac*. Indéque Mare Rubrum plus quàm viginti V. T. locis vocatur ים סוף *mare algoſum*, quia ad ejus littora magna *Algæ* copia. Hoc etiam ex Strabone diſcitur, qui poſt Artemidorum ait, quibuſdam in locis ποάζειν τὴν ἐπιφάνειαν διαφαινομένου τοῦ φύκιου καὶ τῆς φοίνικος, ὅπερ πλεονάζει κατὰ τὸν πόρον; *Superficiem ejus herbaceo colore vireſcere, quia in illo freto alga copioſa, multæ arundines aquis ſuppoſitæ tranſluceant.* Diodorus pariter, Mare illud quibuſdam in locis viride videri, non ex natura ſua, ἀλλὰ διὰ τὸ πλῆθος τοῦ διαφαινομένου καθ' ὕδατος φύκιου καὶ φύκους: *ſed propter algæ & arundinum copiam, quæ per aquam videntur.* Apud Agatharchidem quoque Ichthyophagi, qui Maris illius littus accolunt, *habitant* ὑπὸ ταῖς τῶν ἰχθύων πλευραῖς, φύκια ἐπιβάλλοντες αὐτοῖς *ſub piſcium coſtis, quibus algam ſubſternunt.* Quod Diodorus *lib.* 2. *pag.* 109. fuſiùs deſcribit. Noſtroque tempore Vincentius le Blanc *Itinerarii. lib.* 1. *cap.* 8. *ait*, *Juxta Mare Rubrum magnam arundinum copiam creſcere, quibus progreſſu temporis procreantur inſulæ; indeque ad littus laborioſè appellitur.* Quoniam autem in Ægypto arundi-

nes,

nes ex quibus fiebat olim papyrus, algæ inſtar habentur; inde fit, ut quum de Ægypto agitur, Interpretes vocem סוף pro arundinibus papyraceis ſumant. Sic eo loco, in quo Eſaias contra Ægyptum vaticinatur, *cap.* 19: 6. Hebræum סוף Græci *πάπυρον* reddiderunt, Syrus ܦܦܘܪܐ, Arabs קצב, Chaldæus גומא, id eſt, *papyrus.* Quin & eo ipſo, de quo agimus, loco Moſes juxta Hieronym. Verſionem, expoſitus fuit *in papyrione*; & juxta Verſionem Arabicam ab Erpenio editam, תאבות ברדי *in papyro*, & ſecundum Jonathanis Paraphraſim Chaldaicam בגו גומיא *in medio papyrorum* Arca ipſa, cui impoſitus eſt, erat papyracea; quod Arabice ſignificatur per תאבות ברדי & apud Joſephum per *πλέγμα βύβλινον*; & apud LXX. per *θίβην παπύρου* in quibuſdam Editionibus; in aliis verò per *θίβην* ſimpliciter; quia *θίβη* ſolitariè poſitum *κιβωτὸν παπύρου* ſignificat juxta Scholiaſtem Græcum; vel juxta Suidam, *κιβώτιον ἐκ βύβλων πλεκτὸν, ὡς κοφινώδες*, Arculam papyraceam in caniſtri formam; vel ſecundum Clementem Alexandrinum *Strom. lib.* 1. *ἐκ βίβλου τῆς ἐπιχωρίου σκεῦος*, *Vas ex papyro eo loci naſcente*; vel ex Origen. *Homilia* 2. *in Exodum*, *Genus tegminis ex virgis aut ex papyro contextum*; vel ex Freculph. *in Chronico lib.* 2. *cap.* 8. *vaſculum de papyro factum.* Quæ omnia Hebræo גומא reſpondent, quod D. Hieronymus *papyrum* interpretatur, *Eſai.* 18: 2. & LXX. *ibid.* & *Job* 9: 4. Jam verò iſthæc locis Tani circumſtantibus, minimè vero Memphidi, conveniunt. Nam etiamſi, ut objicis, arundines propriè dictæ ubique creſcant, non ubique tamen alga, arundineſque papyraceæ naſcuntur. Utræque mari ſolummodò accreſcunt. De alga conſtat; quantum verò ad arundines papyraceas, teſtantur Veteres omnes, eas in paludibus Nili juxta oſtium, vel in Paludibus Mareoticis juxta mare pullulaſcere. Sic Strabo *lib.* 17. ait, papyrum creſcere *ἐν τοῖς κάτω μέρεσι τοῦ Δέλτα*, *in partibus τοῦ Delta inferioribus*; & ante illum Herodotus *lib.* 2. *c.* 29. *τὴν δὲ βύβλον τὴν ἐπέτειον γινομένην ἀνασπάσαντες ἐκ τῶν ἑλέων*, *poſtquam ex paludibus extraxêre papyrum*, *quæ ibi ſingulis annis creſcit.* Et Plinius *lib.* 13. *cap.* 2. *Papyrus naſcitur in paluſtribus Ægypti*, *aut quieſcentibus Nili aquis*, *ubi evagata ſtagnant*, *duo cubita non excedente altitudine gurgitum*, quod aſſerit poſt Theophraſtum *Hiſt. Plant. lib.* 4. *cap.* 9. Achilles verò Statius de paludibus in Nilo inferiore ſitis, verba faciens, ubi ſunt *αἱ τῶν Βουκόλων νομαὶ*, quæ *Bucolion* vel *Bucolia* dicebant Veteres, *In mediis*, inquit, *iſtis paludibus inſulæ hinc & illinc ſunt diſſeminatæ*, quarum quæ deſertæ ſunt & incultæ *παπύρῳ πεφυτευμέναι* ſunt, hoc eſt, *arundinibus papyraceis conſita.* Et Caſſianus *Collat.* 1. *cap.* 23. quum dixiſſet Monachos Deſerti Scythienſis juxta Nili alveum Heracleoticum jacentis incolas ſedilia & pulvinaria ex iſtis arundinibus papyraceis contexere, addit ea leviſſimo pretio parari, eò quòd papyrus ad Nili ripas paſſim proſtaret, poſſentque quilibet inibi nullo prohibente in uſus ſuos aſſumere. Quapropter ex Heſychio *Ναυκρατίτης στέφανος ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας Ναυκράτεως ὁ βύβλινος*, dicebatur; *corona ex papyraceis arundinibus Naucratica vocabantur ex nomine Naucratis oppidi Ægypti in eadem regione ſiti.* Philo quoque *adverſus Flaccum* dicit papyrum eſſe Alexandrinis *σύγχωρον*, id eſt, conterraneam. Palladius itidem *Hiſtoria Lauſiaca cap.* 150. *In palude Mareotide*, *ubi charta naſcitur.* Et Plinius refert inter papyri ſpecies *Sebenniticam*, *Amphitheatricam*, *Saiticam*, *Taniticam*, ita dictas à locis ubi naſcuntur. Iſta autem loca proximè mari adjacent. *Sebennitica* ab urbe Lacúque Sebennito, à quibus Sebenniticum unum ex Nili oſtiis; ſicut & altera *Saitica* à Saide oppido in Delta appellantur. Quoad *Amphitheatricam* & *Taniticam*, Guillaudinus putat legendum *Athribitica* & *Tanitica*; ſed utrumque immeritò. *Amphitheatrica* enim papyrus prope Alexandriæ Amphitheatrum oriebatur, juxta alveum illum, qui à portu ad Paludem Mareoticam ducebat. Sic Strabo illum circumſcribit. Tanitica autem papyrus eſt *Teniaca*. Illi enim Teniæ nomine eum limbum terræ appellabant, qui inter mare & Paludem iſtam Mareoticam interjacebat. Itaque papyrus in locis Ægypti mari finitimis gignebatur, non verò Memphi ſupra Delta. Nullus ſaltem papyri, quæ Memphi oriatur, præter Iſidorum meminit, qui ait *Memphim eſſe urbem*, *ubi charta naſcitur*: ſed præterquam quòd Author iſte eſt recentior, adhæc nimium errori eſt obnoxius, ut ipſi credatur in re, quæ tam parum Vetuſtiorum teſtimoniis conſentit. Putem illum hoc Lucani verſ. *lib.* 4. fuiſſe deluſum;

Conſeritur bibula Memphitis cymba papyro;

in quo Memphitica navigiola vocat, quæ ex papyro conflabantur. Verùm etſi Memphide iſtis navigiolis papyraceis uterentur, non ſequitur illa ex arundinibus, quæ Memphide creviſſent, facta eſſe.

Sunt & quædam in Ægyptiorum fabulis, ex quibus Moſem juxta Tani expoſitum, & inter papyraceas arundines inventum fuiſſe elucefcat aliquatenus. Gerardus Voſſius inter doctiores Seculi hujus Viros eminens permulta in Fabula Bacchi, quem Ægyptii Oſirim dicebant, ex hiſtoria Moſis ducta obſervat; Eum nempe *Διμήτωρα*, quaſi ex duabus matribus natum appellatum fuiſſe; In Ægypto natum in Arabiam migrâſſe; Arcæ incluſum in Nilum fuiſſe projectum; Eximiâ formâ eundem præditum; Bello præclara facinora geſſiſſe; A mulieribus in exercitu comitatum; Canem extitiſſe ejus aſſeclam; (כלב *Celeb* autem nomen eſt *Calebi*, qui Moſis fuit comes;) Cum cornibus, ſicuti Moſem, pictum fuiſſe; Ab Orpheo *Μίσην*, quæ vox à *Moſe*, appellari; Ut & *θεσμοφόρον*, hoc eſt, *legiſlatorem*; Illique *δίπλακα θεσμὸν*; *Legem duabus inſcriptam tabulis*, tribui; Nonnullos eidem Thyrſum, vel virgam aſcribere, quæ ſerpens fieret, fluvios divideret, aquam ex rupibus eliceret, melque & lac è terra educeret. Inter has autem omnes analogias hoc ſingulari ratione notandum, quod legitur apud Plutarchum Tractat. *de Iſide & Oſiride*, Nempe, juxta Tanim Oſirim arcâ incluſum, & in Nilum projectum, in mare delatum fuiſſe *διὰ τοῦ Τανιτικοῦ στόματος, ὃ διὰ τοῦτο μισητὸν ἔτι νῦν, καὶ κατάπτυστον ὀνομάζειν Αἰγυπτίους*; *Per Oſtium Taniticum*, (quod juxta Tanim) *quod etiamnum hodie execrandum habetur*, *deteſtandumque ab Ægyptiis vocatur.* Addunt etiam hanc Arcam maris æſtu ſenſim Biblon Phœniciæ oppidum fuiſſe delatam. Idem Lucianus *libro de Dea Syra* narrat. At mera eſt fabula ex vocis *βίβλος* ambiguitate nata, quæ ut hanc urbem ita & arundinem papyraceam ſignificat. Verum igitur eſt hanc Arcam *ἐν τῇ βίβλῳ* inventam, ſed per vocem *βίβλος* arundinetum papyraceum, non *Biblus* oppidum, intelligendum venit; neque fingendum arcam illam ad hanc urbem à mari devectam, quo res mirabilior eſſet. Forſan & famoſiſſima illa Tenæ Cygni filii fabula, qui arcâ incluſus in littore maris repertus eſt, inde duxit originem, eò quòd *Tenes* accedat ad *Tanim*, juxta quam in fluminis ora inventa eſt Arcula, cui Moſes erat impoſitus. De hac Tenis fabula conſulantur, ſi lubet, Heraclid. Ponticus in *Politia*; Strab. *l.* 13. Plutarch. *in Hellen.* Conon. apud *Phot.* Serv. *in* 12. *Æneid.* Euſtath. *in lib.* 1. *Iliad.* &c.

Ut hoc magis adhuc illuſtretur, hic quæſtio ſolvenda venit, *Utrum ſcilicet*, *in Ægypto plyas*, *nec non*

nec non. Hîc autem varias in partes Doctores abeunt. Quum enim Ovidius iſtud hoc narrâſſet tanquam prorſus inſolens, nempe imperante Buſiri per novem annos non pluiſſe in Ægypto, continuo addit Thraſium quendam authorem fuiſſe Buſiri, ut aliquem ex ſuis hoſpitibus mactaret, quo Diis placatis pluviam è cœlis obtineret; Buſirim autem eundem illum, qui ſibi id dederat conſilii, immolâſſe; quo facto mox ſolito more pluiſſe. At hęc ſunt ejus verba *lib. 1 de Arte amandi, verſ.* 649. &c.

Dicitur Ægyptus caruiſſe juvantibus arva
Imbribus, atque annis ſicca fuiſſe novem.
Cùm Thraſius Buſirin adit, monſtratque piari
Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Jovem.
Illi Buſiris, fies Jovis hoſtia primus,
Inquit, & Ægypto tu dabis hoſpes aquam.

Item *Libro in Ibin, verſ.* 347.

Ut qui poſt longum ſacri monſtrator iniqui
Elicuit pluvias victima caſus aquas.

Multi tamen aſſerunt nunquam in Ægypto pluere. Sic Oenopides Chius, Philoſophus antiquiſſimus, quem laudat Theophilactus Simocatus *Hiſtor. lib. 7. cap.* 17. Ὄμβρους κατὰ τὴν Αἴγυπτον μὴ γίνεσθαι, ait, *Nullas eſſe in Ægypto pluvias.* Apollonius quoque in *Argonautis lib. 4. verſ.* 269.

Καὶ ποταμὸς Τρίτων καλλίῤῥοος, ᾧ ὕπο πᾶσα
Ἄρδεται Ἠερίη. Διόθεν δὲ μιν οὔποτε δεύει
Ὄμβρος ἅλις προχοαῖσι δ' ἀναςαχύουσιν ἄρουραι;

id eſt, *Pulchrifluens autem ille Triton*, Nilum intelligit) *quo Ægyptus tota rigatur. Pluvia eam à Jove nunquam illam aſpergit: ſed agri exundationibus humeſcentes magnam edunt ſpicarum copiam.* Et Xiphilinus in *Auguſto Edit. Græc. pag.* 63. de prodigiis verba faciens, quæ Ægyptum quondam Romanorum ditioni ſubjiciendam fore portendêre, ὗσε τε γὰρ οὐχ ὅπως ὕδατι ἔνθα, μηδὲ ἐψεκασέ ποτε, ἀλλὰ καὶ αἵματι; *pluit ibi, non aquâ, nunquam enim ibi eſt vel guttula pluvia, verùm ſanguine.* Sic quoque Tibullus, *lib. 1. Eleg.* 8. Nilum affatur

Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres,
Arida nec pluvio ſupplicat herba Jovi.

Valerius pariter Flaccus de Ægyptiis loquendo *Argonautic. lib.* 5. quos Seſoſtris in Colchidem tranſvexerat,

— Arſinoen illi, trepidéque requirunt
Otia lata Phari, pinguemque ſine imbribus annum.

Et Claudius *Poëmate de Nilo*;

— Ægyptus ſine nube ferax.

Philo itidem *de Vita Moſis lib.* 3. τῆς χώρας οὐχ ὑετῷ καθάπερ αἱ ἄλλαι νιφομένης, ἀλλὰ ταῖς τοῦ ποταμοῦ πλημμύραις εἰωθυίας ἀνὰ πᾶν ἔτος λιμνάζεσθαι; *Agro Ægypti, non ut alii, pluviis irriguo, ſed fluminis inundationibus ſingulis annis aſſueto.* Indéque *lib. de Exulib.* Nilum ait habere facultatem ἀντίμιμον οὐρανοῦ, *Cœli æmulatricem*; quia quod alibi Cœlum imbrium beneficio, hoc Nilus in Ægypto eluvionibus præſtat. Quò alludit Heliodorus *Hiſtor. Æthiop. lib.* 9. *Ægypti Nilum maximum Deum exiſtimant, eumque tanquam* ἀντίμιμον οὐρανοῦ, *imitatorem cœlo colunt*, οἷάδε δίχα νεφώσεων καὶ ὑετῶν ἀερίων τὴν ἀρουμένην αὐτοῖς ἄρδοντος, *eò quod ſine nubibus nec pluviis eorum agros irriget.* Ariſtides verò ait Sapientiâ & Providentiâ ſuâ Deum, illic, ubi ἤμελλε ἔσεσθαι ὕειν, τὸν Νεῖλον ἐπήγαγε μιμητὴν τινα ἑαυτοῦ, *ubi futurum eſſet, ut non plueret, Nilum in pluviæ locum ſuffecit, qui Ipſam quodam modo imitaretur.* Martialis Nilum vocat *imbriferum.* Apollodorus, *plaudit imbrifer Nilus*; quia, quod alibi imbres, hoc in Ægypto inundationes, *lib. 7. c.* 19. Theodoretus quoque in Exodum, *Quæſt.* 10. Μέγα ἐφρόνουν ἐπὶ τῷ ποταμῷ, καὶ τὸν Θεὸν ἐνόμιζον, τὴν τῶν νεφῶν αὐτοῖς παρέχοντα χρείαν. *Ægyptii multùm de fluvio ſuo gloriabantur, & Deum eſſe ſentiebant; eò quòd ipſis nubium defectum, (vel uſum,) ſuppleret.* Suidas in vocem Τέθης. Ἐν Αἰγύπτῳ δοκεῖ οὐ ὕειν, *in Ægypto pluere non creditur.* Poſtremòque Selomo Jarki in Gen. 41: 1. אין גשמים יורדין במצרים הדיר כשאר ארצות *Non deſcendunt imbres in Ægyptum, ad eam pinguefaciendam ut alias regiones.*

Hæ autem duæ ſententiæ facilè componentur, diſtinguendo Superiorem & Inferiorem Ægyptum. Si per Ægyptum enim Inferior Ægyptus ad Mare intelligatur, verum eſt ibi aliquando pluere. Hoc Philo his verbis innuit *lib. 1. de Vita Moſis*, τῆς μὲν πρὸς θαλάττῃ μόναις ψεκάσιν ἀραιαῖς λιπαινομένης. *Cum ſoli Ægypti loci mari adjacentes exilibus pluviis pinguefcant.* Ita Ariſtides in *Oratione Ægyptiaca*, ὅτι τοίνυν καὶ τὰ κάτω τῆς Αἰγύπτου λαμπρῶς πολλάκις ὕεται, *Quin etiam ſæpè & multùm in Ægypto Inferiori pluit.* Proſper Alpinus *de Medicin. Ægypt. lib* 1. *c.* 7. *Alexandriæ Peluſiique, & in omnibus locis mari adjacentibus, pluit largiſſimè & ſæpe.* Ibid. *Loca mari proxima aëre utuntur minus calido & minus ſicco, & in omnibus locis mari propinquis largiſſima & frequentiſſima depluit pluvia.* Hæc de Inferiori Ægypto. Quoad Superiorem, Herodot *l. 3. c.* 10. hoc diſertè affirmat, nunquam pluere; οὐχ ὕεται τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτου τὸ παράπαν; & tanquam φάσμα μέγιστον, *magnum & ſingulare prodigium*, refert; quòd regnante Pſammenito Thebis pluerit, ὕσθησαν, inquit, Θῆβαι αἱ Αἰγύπτιαι, οὔτε πρότερον μηδαμὰ ὑσθεῖσαι, οὔτε ὕστερον τὸ μέχρι ἐμεῦ, ὡς λέγουσι αὐτοὶ οἱ Θηβαῖοι, *Thebis Ægyptiacis nulla ex parte pluit; ubi nulla unquam ex ipſis Thebanis, nec ante, nec poſt, ad noſtram uſque ætatem pluvia viſa eſt.* Seneca itidem affirmat, *ſuperiora Ægypti pluviâ carere, Nat. Quæſt. lib. 4. c.* 2. Ariſtides quoque teſtatur ſe per tres continuos, quibus ἐπ' ἄνω τῆς Αἰγύπτου, *in Superiori Ægypto verſatus eſt*, ne minima quidem nubila vidiſſe, ἀλλὰ εἱστηκότα ἀχλυοῦν τὸν ἀέρα, ὥσπερ τὰ γεγραμμένα, *ſed verum aërem, pictorarum inſtar, ſemper quietum.* Quò autem tibi pateat, perpetuam iſtam ſerenitatem Memphim uſque diffundi, Poëta Bachylides, quem Athenæus laudat *l.* 1. Memphidem vocat *urbem imbribus deſtitutam*, ἀχείμαντον. Et Horatius *l. 3. Od.* 26.

Memphin carentem Sithonia nive.

Benjaminus quoque *in Itinerario* pag. 116. Edit. Lugd. Bat. 1633. ſic deſcribit מצרים, id eſt, *Magnam Kairum*, quæ ex ejus dimenſione duobus tantùm milliaribus ab antiqua Memphide diſtat ולא יורד שם מטר ולא קרח ולא שלג לא ראו בעולם. *Eo nec pluvia unquam deſcendit; nec pruina aut nix unquam apparuêre.* Denique Proſper Alpinus *de Medic. Ægypt.* ait, circa Kairum tantummodò rorem pro pluvia, imò & rariſſimè, conſpici.

Hinc autem evincitur Moſem miracula ſua in Inferiori Ægypto mari adjacente patrâſſe. Conſtat enim ea miracula à Moſe perpetrata in eo loco, ubi aliquoties plueret. Teſtis eam in rem adhibeatur Propheta ipſe *Exod.* 9: 18. *Ecce Ego*, inquit Deus, *demittam pluviam & grandinem gravem valde, cui par non fuit in Ægypto, ex quo fundata fuit.* Quibus apertè ſignificatur eò multoties pluviam tenuiorem, grandinemque exiliorem, cecidiſſe. Ingenuè quidem fatebor ex loco Philonis, cujus aliquot verba modò laudabam, huic objectioni in ſpeciem poſſe ſatisfieri: ſi enim perlegatur, ita ſe habet: τῆς μὲν πρὸς θαλάττῃ μόναις ψεκάσιν ἀραιαῖς λιπαινομένης, τῆς δ' ὑπὲρ Μέμφιν, τὸ βασίλειον Αἰγύπτου, μηδὲ νιφομένης τὸ παράπαν; *Cùm loca mari adjacentia tenuibus tantùm pluviis pinguefcant, ea verò, quæ ſupra Memphim Ægypti Metropolim poſita ſunt, ne minima quidem nubes irroret, &c.* Hiſce innuit quidem Memphin roribus quibuſdam aſpergi; at loca Memphide ſuperiora nullatenus. Verùm ut hic locus componatur cum Bachylidis, Horatii & Benjamini locis,

qui nec pluviam, nec ullam nivem Memphide nec omninò in Superiori Ægypto ſupra Delta, delabi aſſerunt; imo ut Philoni cum ipſo Philone conveniat, qui ait nullam extare in Ægypto pluviam præterquam in locis mari proximis, à quibus 40. vel 50. milliaribus diſtat Memphis; forſitan pro ὑπὲρ Μέμφιν, *ſupra Memphim*, περὶ Μέμφιν, *circa Memphim*, legendum. Quæ correctio ſi admittatur, ex hoc loco patebit juxta mare, non autem circa Memphida, pluere. Quod meam confirmabit ſententiam.

Si objiciatur ex Martiale, pluvias, quibus Siene irroratur, Romæ ountiari ſolêre ut quid ioſolitum; quum ſic Philomuſum alloquitur,

---- *Quoties Pharyo madeat Jove fuſca Siene.*

Reſpondeo Martialem Philomuſum iſtum ut nugatorem exhibere; ſic enim ille exorditur,

---- *His ſemper cœnam Philomuſe mereris,*
Plurima dum fingis, ſed quaſi vera refers.

Unicâ adhuc ratione Moſem in τῷ Delta ſua edidiſſe miracula confirmabo. Scriptura Ægypti partem, quæ Moſis miraculis quaſi obruta fuit *Rahab* vocat. Sic *Pſalm.* 89: 11. *Tu Rahabam non ſecus quàm hominem confoſſum contriviſti*, & Eſai. 51:9. *An non Tu ille es, qui fregiſti Rahab, quique Draconem transfodiſti?* Et Job. 26: 12. interprete R. Salom. *Virtute ſua diſrupit mare, & induſtriâ ſuâ Rahab confregit.* Jam autem alibi me probâſſe arbitror *Raab* eſſe ipſummet Ægypti *Delta*, Ægyptiacè *Rib* vel *Ribi* dictum, quod pyrum ſignificat; uti & apud Græcos vocatur quoque Delta, utrumque propter Tractûs hujuſce figuram. Quare *Athribis*, id eſt, καρδία ἀπίε, *pyri umbilicus* vocantur tum Urbs tum Nomus, quæ in ipſo Tractûs meditullio ſita eraot. Sic explicat Orion antiquiſſimus Grammaticus Ægyptius io Etymologico Magno ad vocem, Ἀθρίβις, laudatus. Hebræi autem pro *Rib* dicunt רהב, uti & pro Ægyptio, *Nilus*, נחל, *Naal*; pro ὄφις, נחש, *Naas.*

Cùm ergo tot argumentis demonſtraverim, Aulam Ægypti Moſis tempore Tani ſediſſe, Memphimque ea Aulâ longè recentiorem eſſe, in ſolatium tuum addam tamen, multos pro Memphidis antiquitate ſtare; inprimis verò Poëtas & Mythologos, qui omnes uno ore Memphida antiquiſſimam civitatem aſſerunt. Apud Valer. Flacc. *Argonaut. lib.* 4. Tiſiphone Junonis juſſu Memphidis, totiusque Ægypti aditu Ionen prohibet.

Aſt Erebi virgo ditem volat æthere Memphin,
Præripere, & Phariâ venientem pellere terrâ.

In Diodoro Ægyptii ταφῆναι λέγουσι τὴν Ἴσιν ἐν Μέμφει, *dicunt Iſidem*, quæ eſt Iö, *Memphide ſepultam fuiſſe.* In Nonno *Dionyſiac. lib.* 3. inquirit Neptunus Lybiam Epaphi filiam Μέμφιδος ἄχρι, *Memphidem uſque.* Et *l.* 4. Agenor,

Μέμφιδος ἐνναέτης ἑκατόμπυλον ᾤκισε Θήβην, *dum Memphide habitaret, urbem Thebas centiportam condidit.* Sic quoque Germanicus *Commentar. in Arati Phænomena cap. de Capricorno*; *Python fulmine interficitur ab Apolline in templo Ægypti Memphis; ubi mos fuit ſolio regio decorari Reges, qui regnabant.*

Hiſce Mythologicis Authoribus Artapanum jungere licet, qui in Hiſtoria, quam Judaicam appellare ipſi placuit, Hiſtoriam Sacram fermè totam, præcipue verò Moſaica, in fabulas convertit. Moſem enim adoptatum fingit à Merrhide filia Palmanotis Inferioris Ægypti Regis, Chenephretiſque uxore, τῆς ὑπὲρ Μέμφιν τόπων βασιλεύοντος, *ut regionibus imperantis, quæ ſupra Memphim jacent.* Eundemque ait Moſem eſſe Græcorum Muſæum, Orphei præceptorem, eumque Ægyptios armorum, variarum machinarum, naviumque fabricandarum artem, ut & Philoſophiam docuiſſe; Ægyptum in 36. Nomos, vel Provincias diviſiſſe, ibique Deum quendam nomine Σιφ (fortè Joſephum intelligit) ad cultum ſacrâſſe, Sacerdotibus characteres Hieroglyphicos dediſſe, agroſque ſingulis diſtribuiſſe. Quibus omnibus tantum ſibi nomen comparavit, ut ad Deos evectus, adoratuſque ſub Mercurii nomine fuerit. Quarum rerum invidiâ motus Chenephres Moſem tollere eſt aggreſſus, indéque illum cum paucis, iiſque male inſtructis militibus, ut ea in expeditione ſuccumberet, adverſus Æthiopes ablegavit, qui tunc temporis Ægyptum armis infeſtabant. Verùm præter Regis ſpem omnia Moſi fœliciſſimè ceſſerunt. Æthiopiæ enim partem ſubegit, urbem ibi à ſe Hermopolim dictam condidit, in qua & Ibin ſacravit adorandam; ſimulque & Æthiopes & AEgyptiorum Sacerdotes ad circumciſionem induxit. His bellè præmiſſis tum lepidus ille Autor Moſem per AEthiopiam, Memphim, & Arabiam, paſſim circumagit. Ex his autem ſpeciminibus patet, quàm parùm fide dignus ſit. Bella tamen hæc fabula longe latéque pervagata eſt. Ex hoc enim fonte Joſephus ait Moſem à Pharaone in AEthiopas miſſum, *qui*, προέβησαν ἄχρι Μέμφεως καὶ τῆς θαλάττης, *Memphim uſque, & ad mare jam progreſſi fuerant.* Idem habet Euſtathius *in Hexaemeron*, ut & Freculphius *l* 2. *Chronic. c.* 8. *Æthiopas nempe, quos profligavit* Moſes, *uſque ad Memphim, civitatem Ægyptiorum nobilem, proceſſiſſe.*

Verùm, ut quid hac de re Joſephus crediderit, propiùs attendamus, Tu tantummodo dicis, *Nihil Te in ejus Antiquitatibus animadvertere, quod ſententiæ tuæ de Memphidis antiquitate adverſetur.* Ego vero ulterius progredior, & contendo eum credidiſſe, Memphim, non ſolùm tempore Moſis, ſed & ante Abrahamum, Aulæ Ægyptiacæ ſedem fuiſſe. *Antiquit. enim libro* 8. *cap.* 2. dicit Regem Minçum (Menam intelligit) Memphidis conditorem ἔτεσι πολλοῖς ἔμπροσθεν γένετο Ἀβράμου, *Multis annis ante Abrahamum vixiſſe.* Item, *lib.* 2. *cap.* 5. ſcribit Judços ex Ægypto ductu Moſis exeuntes Latopolim, ubi nunc Babylon extat, tranſiiſſe; quibus ionuit eos Memphide diſceſſiſſe, ſiquidem Babyloo Memphidi proximè adjacebat, ad viam, quà Memphide ad Mare Rubrum itur, poſita. Aſt hæc Joſephi ſententia opinione alia à vero longiùs abeunte innititur; Tanim nempe & Memphidem unam eandemque urbem eſſe. Hoc falſum conjicio ex *lib.* 1. *Antiquit. cap.* 9. ubi, quum ex Moſe retuliſſet, *Hebronem ſeptem annis Tani antiquiorem*, eadem ferè de Memphide aſſerit, *lib.* 5. *de Bello Judaico*, *cap.* 7. *Eſt*, inquit, τῆς ἐν Αἰγύπτῳ Μέμφεως ἀρχαιοτέρα, *antiquior Memphide, urbe Ægypti.* Eo autem magis mirum videtur Joſephum iſtum in errorem lapſum eſſe, quod ipſemet ſub ejuſdem libri finem Veſpaſiani iter Alexandriâ Cæſaream deſcribens, aiat illum Nicopoli, Mendeſo, Tmuide, Tani, Heracleâ, Peluſio, &c. tranſiiſſe. (Idem habet Egeſippus, niſi quòd pro *Tmuide*, & *Tani* malè legitur *Thonis* & *Tamua.*) Verùm bonus ille vir in Geographicis ſæpiſſimè hallucinabatur. Ex. gr. primus omnium ille Nilum, Gangem, Tigrim, & Euphratem hortum Hedenis irrigâſſe ait *Antiquit. lib.* 1. *cap.* 2. Sabam ex Arabia Fœlice in Æthiopiam tranſtulit, *Antiq. lib.* 2. *cap.* 5. quaſi eadem eſſet cum Meroë. Sic *Antiquit. lib.* 7. *cap.* 5. Sobam Damaſco vicinam in Sophenem Armeniæ regiooem ad fontes Euphratis ſummovet. Primus adhuc Lyciæ vel Piſidiæ Solymos, de quibus Homerus & Cherillus, cum Hieroſolymorum Solymis confundit, *Antiquit. libro* 7. *cap.* 3. quæ Hieroſolyma olim *Salem*, vel *Solyma* dicerentur; ſed à Templo condito Hieroſolyma vocata ſint, quòd ἱερὸν Græcè templum ſignificet: quaſi totius

Judææ

Judææ Caput nomine ſemi-Græco fuerit appellatum. Eodem ferè errore *Pharan* montis nomen *Deut.* 32: ℣. 2. *& Habac.* 3: ℣. 3. pro φάραγξ, *vallis*, uſurpat, *Antiquit. lib.* 3. *cap.* 13. dum ait Moſem Iſraëlitas deduxiſſe εἰς τὴν καλουμένην φάραγγα; *in vallem & fauces.* Niſi quis malit ea voce intelligi *Pharan* montem, quem Joſephus Græca voce φάραγξ appellârit. Sed hiſce repugnare videtur Joſephus ipſe *de Bello Jud. lib.* 5. *cap.* 7. Arbitratur quoque Meſum vel Meſam Arami filium Meſenis id nominis dediſſe; cùm eorum regio Græcè Μεσήνη dicatur, id eſt, Mediana Regio, eò quòd inter duos Tigris alveolos ad Mare Perſicum interjaceat; *Antiquit. lib.* 1. *cap.* 7. Ex eodem etiam Joſepho *Antiquit. lib.* 18. *cap.* 12. Niſibis ad Euphratem poſita eſt, cùm reverà flumini Mygdonio aſſideat ſecundum *Procop. Perſic. lib.* 1. *cap.* 29. bidui ſpatio à Tigri, ad quem quidam illam collocant, *Theodor. lib.* 2. *cap.* 26. quia ibi Migdonius fluvius Tigrim influit. Idem pariter ſcribit *lib.* 9. *cap.* 2. Piſcem, qui Jonam Joppem inter & Tarſin abſorpſit, triduo poſt in Pontum Euxinum 800. Milliar. diſſitum evomuiſſe, in quo etiam Ponto nulli ejuſmodi piſces occurrunt, ſi fides Ælian. *Hiſt. Animal. lib.* 9. *cap.* 29. Oppian. *Halieut. lib.* 1. *verſ.* 60. Ammian. *lib.* 22. Gillio de *Boſphoro Thrac. lib.* 3. Idem *contra Apion. lib.* 2. negat in Idumæa ullam eſſe urbem, nomine *Dora*; hujus ſcilicet immemor, quòd ter aut quater aliis in locis expreſsè meminerit civitatis cujuſdam Idumeæ, quæ *Dora* vocaretur, *Antiquit. lib.* 5. *cap.* 1. *& lib.* 13. *cap.* 17. *& de Bell. Jud. lib.* 1. *cap.* 3. Et præ omnibus *Antiq. lib.* 13. *cap.* 11. ubi habet Tryphonem per Idumæam Hieroſolyma perrecturum Doram usque veniſſe, Idumææ oppidum. Sed ne longiùs abeamus, adverte quantùm fallatur in paucis illis, quæ de Ægypto quibuſdam in locis memorat. Juxta illum *Antiq. lib.* 5. *cap.* 11. Ægyptus in longitudinem 2000. ſtad. Peluſio Syenem usque porrigitur: in latitudinem verò 3600. à Plinthyne Peluſio tenus. Ex ejus igitur opinione Ægyptus altero fermè tanto eſt latior, quàm longa. Cùm contrà certiſſimum ſit eam tertio tantò eſſe longiorem, quam ſit lata. Ibidem aſſerit ad Orientem Ægypti Mare Rubrum Copton uſque perduci, quod nullum poteſt ſenſum ſanum admittere. Coptos enim non eſt ad Mare Rubrum ſita. Si autem per Copton intelligantur quæ ad Mare Rubrum Copto ſunt oppoſita, tum ulteriùs longè Mare Rubrum excurrit. Is etiam *lib.* 8. *Antiquit. cap.* 2. Eſiongaber, quæ in Idumæa, vertit in Berenicem urbem Ægypti, illamque proxime Elanam collocat. Et *lib.* 13. *cap.* 5. unum idemque templum Leontopoli, Heliopoli, & Bubaſtæ locat, quaſi Lutetiæ, Rhotomagi, Cadomi, adeſſe idem Templum dixeris. Leontopolis enim, Heliopolis, & Bubaſta ſunt tres civitates vel Provinciæ, longè à ſe invicem diſſitæ. Et *lib.* 1. *contra Apionem* Ditionem Saidis extra Delta ad Orientem fluenti Bubaſtici collocat, cùm longiſſimè ad Occaſum Heracleotico adjaceat. Cùm itaque Joſepho Ægyptus tam bellè nota eſſet; nihil mirum, ſi Memphidem & Tanim unam eandemque eſſe civitatem putârit.

Eodem modo peccat Benjaminus *in Itinerario, Edit. Lugd. Bat.* 1633. *pag.* 115. Ægypti enim Sultanum exhibet, יושב בארמון צען מצרים המדינה והיא עיר המלוכה לכל בני ערב *habitantem in Palatio Tſohanis civitatis Muſraim, qua eſt omnium Arabum Metropolis.* Per מצרים *Cairum*, & per צען Regis Baſilicam intelligit. Quod etiam ex ſequentibus clariùs patet, ubi ait Regis ſolium eſſe *Tſohane*; quod muris quidem, minimè verò *Muſraim*, cingitur. Ita ex illo Rabbino nihil aliud eſſet Tſohan, quàm Cairi Regia. Ignoravit enim *Tſohanem* idem eſſe cum Tani. Tanim autem arbitratur eſſe Haneſum, uti ex hiſce ejus verbis colligere eſt ומשם דרך יום יום לצנים היא חנס. hoc eſt, *& inde* (*Damiatâ ſcil.*) *diurna unius navigationis Tanen uſque, qua eſt Haneſus, interjacet ſpatium.* Haneſus eſt Ægypti oppidum, quod Eſaias Prophetiar. 30: 4. ſic diſtinguit à Tſohane, *Tſohanen adiere principes ejus legatique Haneſum uſque pervenerunt.* Interpreti Chaldaico & R. Salomoni Jarchi *Haneſus* hæc eſt *Taphnes*, quæ Græcè *Daphna Peluſiæ* dicitur. Quoniam vero de illa *Haneſo* nulla fit alibi mentio, D. Hieronymus oppidum arbitratur eſſe remotiſſimum, imo ad fines uſque Æthiopiæ; eò quod aiat Propheta legatos illos *Haneſum* uſque perveniſſe. *Haneſum*, inquit, *urbem Ægypti in alio loco non legimus; ſed ex eo quod dicit, Nuncii ius uſque ad Haneſum pervenerunt, intelligit ſummotam aliquam eſſe ad Æthiopas & Blemmyas Ægypti civitatem.* Quæ D. Hieronymi ratio eſt certè leviſſima: ſufficit enim ut Haneſus longe Hieroſolymis diſtet, ut dicantur qui Hieroſolymis profecti ſunt Haneſum uſque deveniſſe. Quod ad *Taphnem* autem vel *Tanim* ſpectat, ad hoc, ut harum urbium appellationes ab *Hanes* deriventur, neceſſe foret ut *T* & *H* permutari poſſent, quod nullo exemplo probari poteſt. Alia igitur mihi mens eſt, *Haneſum* nempe eſſe oppidum, quod Græcis Ἄνυσις dicebatur. Sic Stephanus Ἄνυσις πόλις Αἰγύπτου, *Anyſis urbs Ægypti.* Quod habet ab Herodoto qui *lib.* 2. *cap.* 137. ait poſt Mucerinum Ægypti Regem βασιλεῦσαι ἄνδρα τυφλὸν ἐξ Ἀνύσιος πόλεως, τῷ οὔνομα Ἄνυσιν εἶναι; *regnâſſe cæcum quendam ex Anyſi oppido, cui & ipſi nomen Anyſis erat*; ſive oppidum nomen Regis, ſive Rex nomen oppidi, unde eſſet oriundus, mutuaverit. Hæc urbs Nomi, vel ditionis cujuſdam caput erat, quæ cum aliis multis Calaſiriorum cohortibus, qui genus militiæ apud Ægyptios erat, aſſignata fuit. *Calaſiriis*, inquit Herodotus *lib.* 2. *cap.* 166. alii Nomi dati ſunt, nempe Θηβαῖος *Thebanus* (legerem ego Ταβαῖος *Tabaus*, ex *Taba* Deltæ oppido, in quo omnes ferè Nomi ſequentes.) *Buſiriites*, *Aphthiſites*, *Taniticus*, *Mendeſius*, *Sebennyticus*, *Athribiticus*, *Pharbethitanus*, *Thmuiticus*, *Onuphiticus*, & Ἀνύτιος, *Anyticus*. (vel ut legit Laur. Valla Ἀνύσιος *Anyſianus*,) cujus Anyſis caput erat. Quæ urbs alioquin obſcura ex Rege Anyſio, cujus ille civis, quamque (ut credere fas eſt) frequenter adibat, nomen & famam obtinuit. Indéque Eſaias Iſraëlitas refert Legatos *Tſohanem* & *Aneſum* mittentes ad Ægyptiorum auxilium impetrandum. Obſervatu autem dignum eſt Eſaiam tempore illius Regis Anyſii ſcripſiſſe. Narrat enim Herodotus Sennacheribum Aſſyriæ Regem Sethoni ejus ſucceſſori bellum intuliſſe. Jam autem ille eſt ipſemet Sennacheribus, qui Ezechiam bello eſt aggreſſus; jamque illo regnante Eſaiam ætate fuiſſe provectum conſtat, quippe qui regnantibus Ozia, Jothane, & Achazo, Ezechiæ anteceſſoribus, Anyſii coævis, vaticinari incepiſſet.

Patiaris, quæſo, hanc digreſſionem, in quam ex Eſaiæ vocabulo malè intellecto ſui abreptus. Locus ſic jacet apud Eſai. *cap.* 30 ℣. 4. כי היו בצען שריו ומלאכיו חנס יגיעו. Interpretes autem Græci hoc miſerè reddiderunt, dum alii pro חנס legerunt חנף. *Impius*; alii verò חנם, *pro nihilo*; quæ duo ſignificata LXX. adhibuerunt, ſic locum Eſaiæ ſuprà laudatum vertentes, ὅτι εἰσὶν ἐν Τάνει ἀρχηγοὶ, ἄγγελοι πονηροί. Μάτην κοπιάσουσι, &c. *Sunt Tani Principes, impiique Legati. Pro nihilo laborabunt*, &c. Syrus & Arabs priorem depravationem amplectuntur; eò quòd ignorârint, quæ de *Haneſo*, vel *Anyſi*, ex Græcis obſervavi.

Jam

Jam ſupereſt, cætera quæ ad defenſionem tuam faciunt, ſubjungam. Quatuor aſſeram Authores pro Memphide ſtantes. Primus ſit D. Auguſtinus, qui *Quæſt.* 136. *in Geneſim* ait Heliopolim pluſquam 20. milliaribus diſtare Memphide, *ubi Pharaones, id eſt, Reges maximè commanebant*, tempore nimirum Joſephi, de quo illic agitur. Secundus eſt Gregorius Turonenſis, qui Babylonem ob utriusque viciniam per Memphim interpretatur, cùm ſic habet, *De hac civitate Rex ad perſequendum Hebraes cum exercitibus curruum ac multa pedeſtri manu directus eſt.* Tertius eſt Geographus Arabs. *Climat.* 3. *part.* 3. juxta quem ad meridiem Foſtat, alias *Meſr*, vel *Kair*, ſita eſt מנף urbs Menf, vel Memphis; ad Aquilonem verò כדינת אלשכש urbs Ain-Semes, id eſt, *Heliopolis*, &c. *Et dicuntur eſſe loca, in quibus Pharaon, cui Deus maledixit, animum relaxabat.* Id eſt, ille, qui vivebat, quum Moſes miracula ſua edidit. Ita enim illum indigitant Arabes omnes Scriptores, quin & ipſemet hic Geographus, quum *in fine Capitis* locutus fuiſſet de Jethran, loco Maris Rubri periculoſiſſimo, & navibus malefido; *creditur*, inquit, *ſubmerſum fuiſſe eo loco Pharaonem, cui maledixit Deus.* Alcimus Avitus *de Tranſitu Maris Rubri* dicit, Nilum in ſanguinem mutatum totam Ægyptum cruentâſſe,

---- Quâ patet ampla Canopi,
Et portentoſa tellus vaſtiſſima Memphis.

Idem de Pharaone, qui demerſus eſt;

Quin & conſpicuus princeps Memphitidis Aula.

Et lib. 1. *ad Sororem de Joſepho*,

Quem cùm olim ſervum tellus Memphitis haberet.

Aurel. Prudentius *Hamartigen.* verſ. 527.

Nonne fuit melius ſævum Memphitidis Aulæ
Imperium tolerâſſe Patres, penitùsque ſiniſtris
Adſèdiſſe focis? poſitos Pharaonis iniqui
Sub pedibus, limo & paleis ſervire paratos? &c.

Hæc omnia adſcribo, ut videas pleroſque Scriptores tecum Pharaonum Aulam tum tempore Moſis, tum ante, Memphide collocâſſe, ne ampliùs unius Bartaſii authoritate nitaris. Cave tamen ne ob tot in tui gratiam teſtes argumenta mea ſine diſquiſitione rejicias. Nihil mirum ſi, quemadmodum poſt Romam conditam Alba Julia, Romanæ Gentis Origo, obſcurata latuit, ita ex ſplendore Taneos a Memphide obliterato Tanis oblivione quaſi ſepulta jacuerit. Intereà tamen Tanis etiamnum hodie inter clara Ægypti oppida recenſetur, dum Memphidis vilia tantùm rudera ſuperſunt. Quare Geographus Arabs leviter tantùm de Memphide, fuſiùs verò de Tani 12. *vel* 15. *locis* loquitur; ejus accuratè ſitum deſcribit; quantumque accedat, vel diſtet ab omnibus circumjacentibus oppidis; imo & quoddam panni genus, ex quo pretioſæ veſtes conficiuntur, quæ ab Arabibus Scriptoribus, *veſtes Tanitica dicuntur*, memorat.

Dixeris forſan, cùm Patres ipſi, & antiquiſſimi Eccleſiæ Doctores de loco, ubi Regum Ægypti Baſilica ſteterit, non conveniant, totidemque ferè pro Memphide ſtent, quot pro Tani, ex duabus iſtis ſententiis Poëtæ licêre eam eligere, quæ ſibi magis arrideat; neque eum ſcrupuloſè teneri inquirere utra magis ad veritatem accedat. Sed, quominus huic aſſentiar rationi, vetat Pſalmi locus, ex quo patet Moſem Tani miracula ſua edidiſſe. Hic enim locus ex eo libro ducitur, qui, præterquam quòd in omnium manibus adeſt, adhæc in hiſce ita eſt perſpicuus, ut nulla ſubtilitate alio deflecti poſſet. Verùm diutiùs duobus iſtis oppidis immoratus ſum; ſi in reliquis tamdiu hærerem, iter ſuſciperem nimis diuturnum.

Defenditur Ila. in Sacr. Amant. Poema Avnos.

Secundum, de quo inter nos quærebatur, hoc eſt; *Num ſcilicet Iſraëlitæ, quum natus eſt Moſes, trecentis annis*, ut tu diſertè affirmas, *in Ægypto ſervuiſſent.* Ne autem hac de re varias diſquiram ſententias, id unum conabor demonſtrare, Moſem natum circiter annum 135. ex quo Jacobus Ægyptum ingreſſus eſſet. Joſephus, cui innitens, *lib.* 2. *Antiquit. cap.* 6. ſtatim ab initio refert, *Iſraelitas Ægypto exiiſſe* 430. *annis ab Abrahami adventu in Canaan*; 215. *poſt deſcenſum Jacobi in Ægyptum, quum Moſes annum ætatis* 80. *& frater ejus Aaron* 83. *ageret.* Hæc ſunt totidem Chronologiæ eſſata, quæ facile ex ipſiſſimis Scripturæ verbis probari poſſunt. Eorum primum, *Iſraëlitas nimirum Ægypto exiiſſe* 430. *annis, poſtquam Abrahamus in Cananæam deveniſſet*, probatur ex Paulo ad *Gal.* 3: ỷ. 17. affirmante, *Legem datam eſſe* 430. *annis poſt illum cum Abrahamo fœdus.* Quod idem eſt omninò, ſed aliis verbis enuntiatum. Fœdus enim Deus cum Abrahamo pepigit, quum Chanaanitidem ingreſſus eſt, Legemque dedit eodem anno, quo Iſraelitæ Ægypto egreſſi ſunt, ut omnes agnoſcunt. Secundum, *Iſraëlitas ſcilicet Ægypto exiiſſe* 215. *annis, poſtquam Jacobus in Ægyptum deſcendiſſet*, hoc modo probatur. Quum Deus cum Abrahamo Chananæam regionem primùm ingreſſo fœdus pepigit, promiſitque ſe ipſi benedicturum, patremque gentis magnæ facturum; quin imo in ipſius ſemine omnes terræ nationes benedicendas; Abrahamus annos 75. natus erat, *Gen.* 12: ỷ. 1, 2, 3, 4. Annis ab hinc 25. Abrahamus 100. ann. natus Iſaacum genuit, *Gen.* 25: ỷ. 5. Iſaacus verò 60. ætatis ann. Jacobum genuit, *Gen.* 25: ỷ. 26. Jacobus, quando Pharaoni Ægyptum mox ingreſſus aſtitit, annum ætatis 130. agebat, *Gen.* 47: ỷ. 9. Jam verò ſi tres illi numeri in unum colligantur; ſcilicet 25. *ann.* ab ingreſſu Abrahami in Chanaan ad natum Iſaacum, & Iſaaci 60. *ann*, quos erat aſſecutus, quando Jacobum genuit; & Jacobi 130. *ann.* quos obtinebat, quando Ægyptum acceſſit, ex tribus illis numeris 215. anni exſurgent. 215. autem illi anni ſunt 430. annorum pars dimidia. Totidem ergo ſuperſunt, id eſt, 215. anni ab ingreſſu Jacobi in Ægyptum, uſque ad Iſraëlitarum exitum. Unde luce meridiana clarius ſequitur, ſolummodo Iſraëlitas in Ægypto 215. annis commoratos fuiſſe. Tertium axioma, *Moſem* 80. *annos, Aaronem verò fratrem* 83. *natos eſſe*, quando Pharaonem adiêre, variiſque editis miraculis Iſraelitas Ægypto eduxerunt, id totidem verbis legitur *Exod.* 7: ỷ. 7. Unde Moſem 80. annos natum fuiſſe colligitur, priuſquam Ægypto Iſraelitæ exirent; quos 80. annos ſi demas ex 215. annis, quibus Iſraëlitæ Ægyptum incoluerunt, ſuperſunt tantùm 135. Ideóque poſt 135. ann. ab ingreſſu Iſraëlitarum in Ægyptum natus eſt Moſes. Quod erat demonſtrandum.

Quanquam hæc ſatis ſint declarata; poſſunt tamen ulteriùs firmari. Priuſquam Levi Ægyptum ingrederetur, nati erant tres ejus liberi *Guerſom, Kaath & Merari*, qui cum ipſo ingreſſi ſunt, *Gen.* 46: 11. Kaath verò in Ægypto Amramum genuit, Amramus autem Moſem & Aaronem, *Exod.* 6: 18, 20. Jam autem ſi 300. anni inter Kaathi in Ægyptum ingreſſum, & Moſis natales ſint interlapſi; qui fieri poteſt ut unus Amramus tantum compleverit ſpatium? Ut dilucidè oſtendam id

fieri

fieri non poſſe; quacunque demum ætate Kaathus Ægyptum ſubierit, unum ad minimum annum excegerat, cùm Merari ipſo natu minor foret. Qua verò ætate ſuppones Kaathum genuiſſe Amramum? item quâ Amramum genuiſſe Moſem; ad hoc ut ab ingreſſu Kaathi in Ægyptum ad Moſis ortum 300. anni intercurrant? Si 300. annos hipertiaris, Kaathus anno 151. Amramum, Amramus verò anno 150. imò & ulteriori, Moſem genuerit. Quòd certè ſtare nequit. Nam, præterquam quòd per temperamentum iſtius ævi hominibus, utpote provectioribus, liberos procreare non licuit, adhæc nec Kaathum nec Amramum anno 150. gignere potuiſſe ex eo oſtenditur, quòd eam ætatem non attigerint. Moſes enim, qui optimè ætatem & Patris & Avi callebat, dicit Kaathum an. ætatis 133. Amramum verò anno 137. obiiſſe, *Exod.* 6: 18, 30. Cùm itaque multis poſt obitum annis liberos gignere noo potuerint, inter ingreſſum Caathi in Ægyptum & Moſis nativitatem 300. anni noo potuêre intercurrere.

Sed res clariùs pateſcet, ſi ad matrem Moſis Jocabedam, ipſimet Levi io Ægypto natam, *Num.* 26: 59. Amrami viri ſui amitam, *Exod.* 6: 20. ſororemque Kaathi, Amrami patris, accedamus. Concipi enim omninò nequit filiam Levi 300. annis, poſtquam Levi ejus pater in Ægyptum ingreſſus eſt, parere potuiſſe. Sed ut hæc clariora evadant, obſervandum eſt, Joſephum, quum è cuſtodia eductus eſt, ſeſeque Pharaoni ſtitit, annum ætatis agere 30. *Gen.* 41: 46. Hanc eductionem 7. fertilitatis anni exceperunt, quibus totidem ſucceſſerunt ſterilitatis, ſecundo quorum in Ægyptum venit Jacobus, *Gen.* 45: 6. hoc eſt, 9. annis, ex quo Joſephus ad ſummos honores fuit evectus. Quo tempore 39. Joſephus, Levi verò 44. vel circiter, agebat annum. Siquidem id ex hiſtoria ortûs utriuſque *Gen.* 29. & 39. pateat, Levi annis quinque aut circiter Joſepho præcurriſſe. Obiit autem annos 133. natus *Exod.* 6: 16. quibus ſi demantur 44. quos vixit in Chanaan; ſupererunt 93. quos in Ægypto tranſegerit. Supponas autem Levi ultimo vitæ tantùm anno Jocabedem genuiſſe, neceſſe tamen eſſet illam Moſem ætatis ſuæ anno 207. peperiſſe, ſi Moſes 300. annis, poſtquam eſſet Jacobus Ægyptum ingreſſus, editus eſt. Quod miraculum longè mirabilius erit quàm Iſaaci ex matre nonagenaria generatio; quam tamen inter mirabilia Dei Moſes ipſe annumerat.

Habenda quoque eſt ratio Regum; qui à Joſepho ad Iſraëlitarum exitum Ægypto imperârunt; trium autem tantùm meminit Moſes; quorum primo Joſephus notus & aliquot annis ſuperſtes fuit, ad mortem ſcilicet Joſephi fratrum, *totiuſque iſtius generationis*; hoc eſt, eorum omnium, qui cum Jacobo in Ægyptum acceſſerant, *Exod.* 1: 6. Hunc *excepit novus Rex ſuper Ægyptum, qui non agnoverat Joſephum*, *Exod.* 1: 8. quo regnante Iſraëlitæ primùm vexari cœperunt, Moſeſque eſt natus & ab ejus filia educatus, donec annum ætatis quadrageſimum attigiſſet, *Actor.* 7: 23. Cùm ſubinde Moſes rixantem cum Iſraëlita Ægyptium necâſſet, in Madianitidem aufugit, ubi 40. alios annos eſt verſatus; 80. enim annos natus erat, cùm in Ægyptum eſt reverſus, *Exod.* 7: 7. Dudum autem poſt fugam Moſis in Madian Rex, qui perſecutionem in Iſraëlitas moverat, obiit: (ſunt ipſiſſima Prophetæ verba *Exod.* 2: 23.) Cùm enim ipſe eſſet de nativitate ſua, educatione, fuga Madianitica, matrimonio, progenieque locutus, addit, *fuit autem multis poſt diebus, ut moreretur Rex Ægypti, ſuſpirârintque Iſraëlitæ præ ſervitute ſuâ*, hoc eſt, querelas ſuas ingeminàrint, lenioremque conditionem ineunte novo Rege præſumpſerint. Verùm ſecus longè evenit, alius enim ille, qui ſucceſſit, jugum aggravavit, & ſcuticis minimè nudis, ſed aculeatis caſtigavit. Tum verò Deus clamoribus & gemitibus eorum commotus Moſem ipſis liberatorem excitavit; eumque in Ægyptum revocavit, *ſiquidem obiiſſent, qui quærebant animam ejus*; *Exod.* 4: 19. id eſt, & Rex ipſe, & illi omnes, qui ſuaſerant, ut Moſem exterminaret. Tertius autem iſte Rex ille ipſe fuit, qui Moſi ad tempus reſtitit, minas, quas illi à Deo intentabat irriſit, aquiſque tandem ſubmerſus fuit. Hinc colligitur, Moſem, paulò poſtquàm novus iſte Rex in Solium evectus fuiſſet, in Ægyptum rediiſſe. Sed eo poſito, quòd 22. annos (nempe mediam 40. annorum partem, quibus Moſes in Regione Madian moratus eſt) regnaverit, inde ſequetur Regem immediatè præcedentem annos 60. poſt natum Moſem regnâſſe, Iſraëlitarumque perſecutionem non multo ante Moſis ortum incepiſſe; cùm ſub hoc ſecundo Rege ioehoata videatur. Nullatenus ſaltem credibile eſt hunc Regem qui unus Iſraëlitas ad minimum 60. annis, vivo Moſe, perſecutus eſt, ante alterum illum, qui fluctibus ſuffocatus eſt, ſuam illam perſecutionem 300. aonis ante natum Moſem inchoâſſe: vixiſſet enim ille Rex 400. propemodum annos, iiſque ſeculis, quibus hominum ætas io ſummum ad 120. vel 140. annos pertingebat.

Hiſce omnibus opponis unum aliquod Joſephi caput, 5. *nempe lib.* 2. *Antiquit.* cujus hęc ſit Inſcriptio; *Hebræorum in Ægypto per* 400. *annos afflictiones.* At verò iſtud foret leviſſimum, ſi nihil in capite ipſo ſubeſſet, quod poſſet etiam opponi. Ipſi enim Authores libris ſuis aut librorum capitibus titulos non ſemper præfixêre; ſed alii multi, qui, cùm Authorum mentem non ſatis haberent perſpectam, in errorem inducunt: adeò ut tum libri, tum variæ eorum ſectiones ſint medicamentorum pyxides, quæ plerumque alia offerant, quàm quæ pollicentur, eóque exitialiter aliquando fallant. Verùm, quòd longè deterius, ipſemet Joſephi Textus habet, Iſraëlitas Τετρακοσίων μὲν ἐτῶν χρόνον ἐπ' αὐταῖς διάγειν ταῖς ταλαιπωρίαις, *annos* 400. *totos in afflictionibus ejuſcemodi exegiſſe.* Siquis tamen verbis hiſce innitatur, is in putridum paxillum, caſſamque arundinem, quæ manum etiam transfodiat, recumbet. Locus enim eſt depravatus, idque conſtat; ni velimus Joſephum ſibimet ipſi imprudentiſſimè adverſari. Ab eo nuper didicimus, Iſraëlitas in Ægypto 215. annos tantùm habitâſſe. Idem ille *libri hujus ſecundi cap.* 4. imò & ſub *quinti hujuſce capitis initium*, Eoſdem Iſraëlitas exhibet opibus & gloriâ circumfulgentes majori annorum horumce 215. parte, dum nempe & Joſephus & fratres vixêre; ex quibus Levi *annos* 100. alii quidam fortaſſe plures, poſt eorum in Ægyptum ingreſſum ſupervixeruot; ſiquidem Scriptura Sacra illorum fatalem annum non adnotaverit. Itaque ſecundum Joſephum tota hac ætate tranquillè & beatè vixerunt. Præterea hanc eandem Iſraëlitarum εὐδαιμονίαν Ipſe idem ad ſuccedentes aliquot annos perducit; donec χρόνου μῆκος, *Temporis longitudo aliqua*, Joſephi in Ægyptios merita deleverit. Quibus apertè ſatis ſignificat, Hebræos majorem illorum 215. annorum partem proſperè in Ægypto egiſſe; indéque adeò à proſperitatis hujus termino ad Moſis natales vix 30. annos interceſſiſſe, quibus Hebræi fuerint ab Ægyptiis vexati. Et certè Judæi ipſi ſeptem duntaxat annos internumerant; perhibentque *Mariam* Moſis ſororem, Moſis ipſius ſeptennio majorennem, eo nomine, ærumnam & acerbitatem ſonante, donatam fuiſſe; ex eo, quòd Judæorum calamitates tunc temporis in-

inceperint. Hoc ſaltem negari non poteſt, eo tempore recens fuiſſe cruentum illud edictum de enecandis Hebræorum maſculis, quotquot deinceps naſcerentur; quandoquidem nulla ex parte appareat Moſis parentes tantopere fuiſſe ſollicitos de Aarone neci ſubtrahendo, quantopere ſubinde fuêrunt de Moſe; etſi Aaron triennio duntaxat fuerit Moſe major. Ubinam ergo ſtarent *quadringenti præter propter* anni illi, quibus ante Moſis ortum Iſraëlitæ in Ægypto eo ſervitutis jugo, iiſque calamitatibus fuêre oppreſſi? Quisve putaverit, Joſephum in ſupputationibus ſuis aliàs ſatis accuratum in hac craſsè adeò cæſpitâſſe? Eumque *pro 7. annis*, aut *ad ſummum pro* 30. ſubſtituiſſe incautè adeò 400? Eum denique duobus capitibus proxime contiguis, *lib.* 2. *Antiquit. cap.* 4 & 5. tam apertè ſibi contradixiſſe? Non ignoro quosdam eſſe Doctos, qui ad Joſephum in hoc loco erroris convincendum, iſtud *ex primo ejus adverſus Appionem lib.* adducunt, eundem nempe, cum Chæremone, qui Joſephum & Moſem coætaneos ſtatuebat, diſputantem, id tueri, Joſephum quatuor generationibus, (hoc eſt, ex ejusdem ſupputatione, 170. annis, aut circiter,) Moſe antiquiorem eſſe. In quibus, *ajunt illi*, inſignis eſt aberratio; quandoquidem inter Joſephi obitum & Moſis nativitatem vix intercedant anni 60. Verùm non attendunt Docti illi, ad hoc, ut duo quidam homines habeantur coætanei, non requiri ut eo tempore, quo alter naſcitur, alter denaſcatur; ſed id omninò neceſſarium eſſe, ut & ortûs & occaſûs tempora ferè concurrant, illa ſaltem parvo diſtent intervallo; absque quo nequeunt illi homines verè haberi coævi. Ex hiſce autem ſequitur, Joſephi inter & Moſis coëxiſtentiam quatuor generationes utcunque interjectas fuiſſe; aut ſaltem inter utriusque cùm ortum tum deceſſum 170. annos ad minimum interfluxiſſe. Interfluxêre utique pluſquam 170. inter utriusque Natales; 180. autem inter amborum fata; eò quòd Moſis ætas annis decem Joſephi ætatem exceſſerit.

En igitur quid conjectem de eo Joſephi loco, *Antiquit. lib.* 2. *cap.* 5. ad quem alludis. Scripſerat ille *Iſraelitas in Ægypto*, πολλῶν ἐτῶν χρόνον, &c. *Multorum annorum ſpatio acerbiſſimè fuiſſe tractatos*; Semi-doctus autem aliquis Codicis margini appoſuit τετρακοσίων, *annorum* 400. Deinde verò vox illa margini appoſita in Textum irrepſit; indéque depravatio. Porrò, ni fallor, τετρακοσίων illud ex hoc fonte manavit. Deus Abrahamum hiſce verbis *Geneſ.* 15: ℣. 13. affatur; *Noveris iſtud, Poſteros tuos in regione non ſua peregrinaturos, inibique duro ſervitio duriſque calamitatibus per* 400. *annos premendos eſſe*. Hiſce autem ſignificatur, Abrahami Poſteros per 400. annos inter exteras gentes cùm in Canaanitide tum in Ægypto habitaturos; ibidemque majorem temporis hujus partem ſub ſervitute gravi oppreſſionibusque acerbis tranſigendam. Revera quidem, ab Iſaaci ortu ad Abrahamitarum ex Ægypto exitum 405. anni intercurrêre. Scriptura autem ex hiſce annos quinque omittit, quia erant parum in eo inſigni numero memorabiles; indéque numerum plenum duntaxat memorat. Jam verò Abrahami Poſteri totos 405. annos in exteris terris egêre. Licet enim ex deſtinatione divina in Canaanitidem jus haberent, reipſa tamen non poſſidebant, ſed tanquam extranei incolebant, uti notat Apoſt. *Epiſt. ad Heb. cap.* 11: ℣. 9, 13. Horumque quatuor ſeculorum poſtremo toto graviſſima ſervitute acerrimisque ærumnis fuêre vexati. Verùm cùm Sciolus aliquis arbitraretur peregrinationem pari ſpatio cum ſervitute & afflictionibus eſſe definiendam, nempe 400. annorum duratione; eam ob rem idem illud apud Joſephum contineri ratus eſt, eaque ſua fallaci præſumptione Joſephum in contradictionem induxit immanem, quâ univerſa Hiſtoriarum ejus compages perturbatur; quæque aſtruxit omnia ſubvertuntur.

Ex Joſepho, quamquam ſibi videatur contrarius, oſtendimus, quid ſentiendum ſit de Hebræorum inter Ægyptios commoratione; Joſepho jam poſſemus *Africanum*, *Euſebium*, *D. Hieronym. D. Auguſtin. Bedam*, *Rupert. & Euſtathium in Hexaemeron*, *pluresque alios Recentiores*, qui omnes commorationem illam intra 215. annos definiunt, adjungere. Poſſemus etiam utrumque *Seder olam*, *Majorem & Minorem*, magnæ inter Judæos authoritatis libros; *Rabbi Eliezeris Capitul. Patr. cap.* 48. *Davidis Ganz Chronologiam*, *Aben-Eſram in Ex.* 31: 3. qui illud temporis ſpatium etiam contrahunt, intra 210. ano. includentes, ut Patres ſuos quadringenteſimo poſt natum Iſaacum anno ex Ægypto præcisè educant. Quam opinionem ex eo potiſſimùm amplectuntur, quod vox ea רדו, *deſcendite*, quâ Jacob *Geneſ.* 42: 2. filius mandat in Ægyptum deſcendant, juxta vim conſonarum ejus ἀριθμητικὴν 210. notet. Quæ ſanè ratio hominibus hiſce digniſſima. Verùm non opus eſt hominum advocentur teſtimonia in iis, quæ apertè adeò Dei Oracula atteſtantur. Adhæc, cùm quæſtiones Chronologicæ fermè ſemper ſint ingratæ, ſtrictiùs meo judicio ſunt perſequendæ.

Tibi quoque objeceram *Merarim unum ex Actoribus tuis, quem ſenem juvenili robore exultantem exhibes, ad minimum tum temporis annos* 300. *attigiſſe, ſiquidem ille in vivis eſſet, quando Jacobus Ægyptum advenit.* Reſpondes *tuum illum Merari non eſſe Merari eum, qui juxta Moſem à Levi duxit originem; ſed Actorem ſuppoſititium, uti & tuum Eliſaphanem.* Ad hoc, cum bona tua venia, dicam, etſi mens tua tibi notior ſit, quàm mihi, neutram tamen earum Perſonarum Hiſtoriæ Sacræ peritis viſum iri ſuppoſititiam. Secundum Te tuus Eliſaphan eſt Mariæ, indéque adeò Moſis, conſanguineus, & Merari amborum patruelis. Memorat autem Hiſtoria Sacra Eliſaphanen quendam Moſis conſanguineum, Uzielis Moſis patruelis filium, *Lev.* 10: 4. & *Exod.* 6: 18. Meminit quoque Meraris cujuſdam Moſis & Eliſaphanis conſanguinei. *Conſanguineus* is erat Eliſaphanis, utpote qui Kaathi avi ſui frater eſſet; *conſanguineus* quoque eandem ob cauſam Moſis & Mariæ; at horum præterea *conſanguineus*, quòd genuinus eſſet matris eorum frater: adeò ut idem eſſet Moſis & Mariæ *propatruus* ſimul & *avunculus*. Jam autem ſi variæ hæ conſanguineitatis ſpecies fortuitò acciderint, ſilenda erit deinceps fortuita penicilli illius in tabellam projectio, ex qua tam aptè delineata ſit equini oris ſpuma: ſiquidem hìc majus quid occurrat. Quid enim ſtudioſius advocâſſes, ſi genuinos Merarim & Eliſaphanen exhibere animus fuiſſet? Aliquod quidem diſcrimen inter has voces *Eliſaph* & *Eliſaphan* interponere ſtudes; verùm Poëtis nomina, & inprimis barbara quæ eorum ſtylus, quem *Divinum* vocant, ferre recuſat, carminibus ſuis aptare ſemper licuit. Neminique mirum videbitur, quòd ex Matre Moſis *Jocabed* tu *Jocabel* effeceris; quò nomen lenius flueret; ſorſan quoque Amrami patris nomen in *Ambramum*, ut ſuavius eſſet, commutare præſtitiſſet, Græcorum more, apud quos litera *M* non anteit literæ *R*, niſi *B* interjaceat: hinc *Nembrodus*, pro *Nemrodus*, *Mambre*, pro *Mamre*, & *Zambri* pro *Zamri* paſſim apud eos leguntur. *Eliſaph* ergo tuus & *Eliſaphan verus* pro uno & eodem homine à peritis habebuntur, etſi Eliſaph dixeris pro Eliſaphan.

Defenditur Illa in Sant-Amant-Poëma Avant.

Hoc quoque ad Poëmatis tui defenſionem adhibes

hibes argumentum; Quod nempe *Poëtis liceat Anachroniſmis quibuſdam uti ad narrationum ſuarum convenientiam; quandoquidem Virgilius ipſe unum aliquem in Æneide admiſerit, cujus ope Didonem & Æneam* 300. *annis disjunctos ſociaret.* Sed ex eo, quòd Virgilius hanc ſibi ſumpſerit licentiam, nolim certè colligere id licitum eſſe. Quanquam ille Poëtarum Latinorum princeps vulgò habeatur, potuit tamen errare aliquando, neque ejus errores leges ſunt poſterioribus impoſitæ, quas neceſſariò ſequantur. Unde etiam in eo minimè veniam meruit, uti neque obtinuit, quod Palinurum ex Veliæ portu cum Ænea colloquentem inducat. Accuſat eum Hyginus, quod hęc *inſcitiſſimè* ſcripſerit; quoniam Velia pluribus poſt Æneæ in Italiam adventum ſeculis fuerit condita. Affinia multa in eodem Virgilio poſſent obſervari, dum Æneas itinera ſua percenſens *Megara*, *Gela*, *Acragantis*, *Selinuntis*, &c. meminit; ſiquidem omnes hæ urbes Gręcanicæ eo Æneę adventu ſint poſteriores. In quibus ſi Virgilius potuit hallucinari, multò magis potuit in Phœnicorum Chronologia, quæ Romanis longè ignotior, quam Gręcorum. Quòd ſi illa nobis jam nunc ſit notior, quàm Romanis, hujus hæc eſt ratio; quòd, cùm ex Judæorum cum Tyriis ſocietate & vicinia magnam Chronographiæ Sacræ lucem affundat; inde factum ſit, ut in eam diligentiùs inquiſiverimus, & cum Judæorum hiſtoria contulerimus; ut ex ea lucem illam hauriremus. Quibus auxiliis cùm deſtitueretur Virgilius, eo forſan factum eſt, ut in præfato Anachroniſmo ex ignorantia quadam veriùs quàm ex conſilio errârit. Erroriſque fons is eſſe videtur. Carthago bis variis temporibus fuit condita. Tyrii prima ejus jecêre fundamenta eodem ſeculo, quo Troja everſa fuit; trecentis verò pòſt annis acceſſit Dido, quæ amplificavit, & arce munivit, quam appellavit Tyriorum idiomate בצרא, *Boſra*; ex quo *Βύρσα*, *Burſa*, ſuum Gręci fecêre. Virgilius autem utramque illam Carthaginis ædificationem unam & eandem crediḋiſſe videtur. Sed, eſto, ex conſilio ille in Chronographiam peccaverit, adhoc ut in idem ſeculum Æneam & Didonem conjungeret, atque ex ea conjunctione potiorem & elegantiorem hiſtoriæ ſuæ partem, utriuſque amores, Punicorum Bellorum Originem; quia nempe ęterna Tyrios inter & Romanos odia expirans Dido hiſce verbis apprecata ſit

> *Littora littoribus contraria, fluctibus undas*
> *Imprecor, arma armis; pugnent ipſique Nepotes:*

ſimiliaque alia deduceret; demus, inquam, illum ex propoſito in Chronologiam incurriſſe, ejus tamen authoritate nequaquam Te tueberis, niſi ex anachroniſmo tuo parem aliquam excipias utilitatem; quam tamen non videris percipere. Ex eo enim, quòd Iſraëlitarum calamitates ad 300. annos, cùm ad 30. tantùm deberes, extenderis, Poëma tuum nullum omninò ornamentum, nullumque decus accipit: quin & videri poſſis inhumanus, qui tandiu miſerrimam illam Gentem horrendis calamitatibus nulla de cauſa ſubjicias, in eoque Supremi Numinis conſiliis contraire; quippe quod propter electos judiciorum ſuorum diuturnitatem ſoleat moderari.

Defenditur Obſervatio IVa. in Sant. Am. Poema.

Ad eam meam Obſervationem, in qua notaveram, *Te contra Hiſtoriæ fidem adducere Jacobum Templum in Bethele extruentem*, reſpondes Te per templum altare intelligere. Verùm opus eſt aliquo Authore, qui hoc ſignificatu vocem *templum* uſurpârit. Si Jacobus hunc locum, *Bethel*, id eſt, *Dei domum*, vocavit, hujus cauſâ non fuit altare inibi extructum, ſed ſingularis Dei apparitio, ut ipſiſſima verba Prophetæ *Gen. cap.* 35: *verſ.* 7. teſtantur. *Jacobus extruxit ibi altare, locumque illum vocavit Deum fortem Bethelis. Inibi enim Deus ipſi viſus fuerat, quum fugeret metu fratris ſui.* Jacobus ipſe ſic loquitur poſt ſuam ipſius viſionem *Gen. cap.* 28: *verſ.* 16, 17. *Revera eſt hic Jehovah*, &c. *Hic nihil niſi domus Dei eſt.* Quod ibi vocat domum Dei, id non poteſt eſſe altare: ſiquidem illud 20. demum poſt annos fuerit erectum; ſed id nominis dat loco ubi Deum viderat.

Defenditur Obſervatio Va. in Sant. Am. Poema.

De Crocodilo, *quem & via & parte omnium duriſſima transfoſſam ais*, monueram Authores, qui de Crocodilo ſcribunt, uno ore omnes aſſerere ejus tergus & ſquamas inſtrumentis quibuslibet eſſe impenetrabilia. Verbis conceptis Ariſtoteles poſt Herodotum affirmat Crocodilum habere *δέρμα ἄῤῥηκτον*; quod hoc modo interpretatur Plinius, *Cutem contra omnem ictum invictam.* Seneca quoque deſcribit, *ſuperiorem partem corporis duram & impenetrabilem, etiam majorum animalium dentibus.* Solinus itidem illum *circundari maxima cutis firmitate, ita tantum ut ictus quævis tormento adactos repercutiat.* Quibus accedit Ammianus Marcellinus aiens, *cutem ita validam gerere, ut ejus terga cataphracta vix tormentorum ictibus perforentur*; vel, ut alii legunt, *ut ejus tergoris cataphracta vix tormentorum ictibus perferetur.* Euſthatius quoque Antiochenus, illum tergus habere adeò duris ſquamis munitum, *ὥςε καὶ τὸ ὀξύτατον σίδηρον ἐπαναχθέντα ἀμβλύνεσθαι*, *ut acutiſſima quævis ferri acies retundantur & hebeſcant.* Iſidorus, *tantâ cutis duritie eſſe armatum ut lapidum quamvis fortium ictus tergo repercuſſos* (al. tergore percuſſus) *non ſentiat.* Et Alkazuinius Author Perſa, qui de Naturę mirabilibus Arabicè ſcripſit, *Ejus tergus eſt quaſi teſtudinis cochlea, in quam nihil quicquam ferrum valet.* Sed Jobi teſtimonium hiſce omnibus eſt longè validius, ſic enim Crocodilum ſub Leviathanis nomine nobis deſcribit *cap.* 41: 17, 18, 19, 20. *Aſſequentis eum gladius non conſiſtet, haſta, telum, nec lorica. Reputat ut paleam ferrum; ut lignum putre chalybem. Non fugat illum ſagitta, in ſtipulam convertuntur ei lapides fundæ. Ut ſtipula reputantur baliſtæ lapides, & ridet ad vibrationem lanceæ.* Cùm tot tamque inſignes Authores diſertè adeò affirment, ſquamas ejus eſſe prorſus impervias, Tormentorumque quorumvis ictus eludere, nec quicquam Belli machinas quaſque in eum poſſe: ſi duriſſimas corporis ejus partes transfoſſas voluiſſem exhibere, tum certè non piſcatoris cujuſdam ſenio confecti, cujuſmodi ſupponitur Merari; neque paſtoris alicujus etiam imberbis, qualis Eliſaphus; ſed Achillis nonnullius, illiuſque Cyclopicis armis pugnantis, vires adhibuiſſem. Sin verò ſic egeris, ut mirabile quid & divinum in eo eluceret, lectori notis quibuſdam id ſignificare debuiſſes, ne eo prodigio offenderetur. Sic ſaltem Scriptura agit. Dum v. g. illa memorat, quę tu de Samſone refers, Eum aſini maxillâ 1000. homines occidiſſe, ut pręclarum hoc facinus, Dei, non Samſonis ipſius virtuti, totum debeatur, Sacer Author obſervat *Judic. cap.* 15. *verſ.* 14. *inceſſiſſe eum Spiritum Jehovæ.* Sic quum Deus *in Lege* promittit, *quinos centenos, centenoſque myriadas perſecuturos*, Levit 26: 8. hanc hujus reddit rationem ℣. 12. *Quòd in medio eorum ſit Ipſe ſeſſurus*, &c. *indeſinenterque inter illos ambulaturus, ac Deus ipſis futurus.* Sic *Joſuæ.* 23: *v.* 10. legitur *Unus ex vobis perſequetur mille, quia Jehovah Deus veſter is eſt, qui pugnat pro vobis; quemadmodum locutus eſt vobis.* Hâc etiam virtute fretus David *Pſalm.* 3: 6, 7. dicebat, *Quia Jehovah ſuſtentat me, non timebo à myriadibus hominum, quas diſpoſuerint metatores contra me.* Hoc modo, aut alio ſimili, Deum advocâſſem, quo hominem nul-

lis virtutibus conſpicuum adjuvaret, adhoc ut Crocodilum partibus illis, qui præ cæteris ſunt impenetrabiles, transfigeret; cùm potentia nulla naturalis id præſtare queat.

Defenditur VIa. Obſervat. in Sant-Am. Poema. In iis, quæ de Palma tum majori tum minori ad Tui defenſionem reponis, duo aut tria obſervo, quæ cum Naturæ Hiſtoria non ſatis convenire videntur. Primum iſtud eſt, quod juxta Te Ægypti palmæ ad ſtupendam proceritatem aſſurgant; cùm juxta Plinium in Ægypto non altiùs quàm ad hominis magnitudinem aſcendant. Secundum hoc eſt, quòd palmam, quibus in locis Moſes tuus erat, optimis ſtuctibus feraciſſimam fingas contra Strab. *lib.* 17. Καθ' ὅλην δὲ τὴν Αἴγυπτον τοῦ φοίνικος ἀγεννοῦς ὄντος, καὶ ἐκφέροντος καρπὸν οὐκ εὔβρωτον ἐν τοῖς περὶ τὸ Δέλτα τόποις, καὶ περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ὁ ἐν τῇ Θηβαΐδι φοῖνιξ ἄριστος τῶν ἄλλων φύεται, *Cùm palma degeneret per totam Ægyptum, fructumque ad veſcendum ineptum circa Delta & Alexandriam ferat, Palma Thebaica cæteris præſtat.* Tertium iſtud eſt, quòd in eadem Ægypto palmulas iſtas colloces, quarum ſucciditur truncus, ut hinc potus eliciatur; at arbuſtum illud in aliis quidem Africæ regionibus, minimè verò in Ægypto occurſat, ex Veteribus ſaltem conſtat hanc arborem in Ægypto non reperiri. Quæ ratio, ut ut negativa, certa tamen eſt, quia nullam regionem Veteres tantâ cum diligentiâ deſcripſerunt (quoad ea præcipuè quæ peculiaria illi ſunt, quæque nec in Græcia, nec in aliis Europæ regionibus reperiuntur) quantâ Ægyptum deſcribunt. Reponis Poëtis quidlibet fingere, immò & mentiri impunè licere. Hoc generale nimium eſt. Si enim in hiſtoricis licet aliquando à vero diſcedere, neceſſe eſt tamen in iis, quæ unicuique regioni ſunt ingenita, veri ſpeciem quantùm fieri poteſt ſequantur. Nôſti Virgilio, quòd Cervos in Africa, & Cedros in Italia naſci: Oppiano, quòd arcus ex ebore, quod tamen flecti nequit, aptari: Pindaro & Anacreonti, quòd Cervas, non ſecus quàm cervos, cornigeras aſſeruerint; Nonnulliſque quòd Achillem ſuum medullâ Leonum, quorum oſſa plenè ſolida ſunt, medullæque omnis expertia, aluerint; hæc in vitium fuiſſe verſa. Uno verbo, Poëtis circa naturalia mentientibus nulla fides habetur; niſi naturalia hæc ea ſint, quibus Vulgus & Antiquitas pondus & momentum dederint. Cujus generis ſunt, quæ de Cygnorum cantu, de Electro populis adnaſcente dictitantur, quæ tamen irridet Lucianus *Tractatu de Electro & Cygnis.* Cujus quoque ordinis, quæ de lauro ſulgure intactâ, ejuſque ad donum prophetandi conferendum virtute, ſi maſticetur; quæ de gruibus Pygmæos bello inſectantibus; de lopis mutos illos efficientibus, quos primi aſpexerint; de Phœnice & gryphibus auri cuſtodibus; de Baſiliſco viſu ſolo enecante; de Salamandra intra ignem vivente; de Chameleonte aëre veſcente; de bombycino arboribus ſuccreſcente, &c. paſſim circumferuntur. Iſta quidem ſunt fabulę à rerum natura abludentes, ſed iis Poëtæ uti poſſunt; quoniam cùm temporis tum inſignium aliquorum Authorum fide invaluerunt.

Explicatur VIIa. Obſervatio in Sant-Am. Poima. Quando *Moſem inducis Sabâ ad Nilum redeuntem*, putabam primò Te veram Sabam, quæ eſt in Arabia Fœlici longè à Nilo poſitam, in animo habere. Sed cùm advertiſſem Joſephum Sabæ nomen tradere Meroæ, qui error eſt craſſiſſimus, quemque prolixè in meo Phaleg refuto, tum exiſtimavi Te potuiſſe eundem cum illo errare errorem. At mens tua mihi jam nota; gratulor, quòd fabulæ ejuſmodi ſola Joſephi authoritate invectæ renuntiaris.

Defenditur VIIIa. Obſervat. in Sant-Am. Poema. Miratus eram, quòd Pharaonem finxiſſes dicentem, *Nullum eſſe Regem, nullam in toto terrarum orbe Poteſtatem, quæ ipſius ſceptro non ſubeſſet*; ſiquidem non minùs inſaniiſſet, quàm Athenienſis ille, qui naves omnes, quæ Pyræum appellebant, ſuas eſſe credebat. Reſpondes Te illi *inſanum hunc faſtum ex conſilio ſuppoſuiſſe, ut eo oſtenderes hominem hunc arrogantiâ ſuâ eſſe dementatum; reliquoſque ejus ſermones ejuſmodi faſtu eſſe referres.* Hoc tamen non animadverto. Deinceps quidem Tyranni & Athei ad morem loquitur, minimè verò ad inſani alicujus modum: uti neque inſanus erat. Sed veſtigia prædeceſſoris premebat, qui *Exod.* 1:10. dicebat; *Sapienter nos geramus adverſum illum, ne augeſcat, neve eveniat, ſi quando inciderint occaſiones belli, ut adjungat ſe hoſtibus noſtris, vel pugnet contra nos, vel diſcedat ex hac terra.* Hæc ſunt politicæ reflexiones, quæ ſtolido nulli, qualis foret rex Ægypti, qui orbem totum ſibi ſubjici putaret, conveniunt. Nonnulli, ut te excuſarent, mihi objecerunt hunc Senecæ Tragici locum, in quo Atreus Argorum Regulus, quaſi Orbis totius Monarcha ſibi videretur, ſic loquitur; *Thyeſtis Act.* 5.

Æqualis aſtris gradior, & cunctos ſuper
Altum ſuperbo vertice attingens polum, &c.

Et paulò pòſt

—— ô me Cœlitum excelſiſſimum,
Regumque Regem! Vota tranſcendi mea, &c.

Verùm Atreus in hæc verba non erumpit, niſi quum fratrem ſuum Thyeſtem pro votis eſſet immaniter ultus, ejuſque filios ipſi edendos præbuiſſet. Adhæc hiſce duntaxat ſe, cùm affectibus ſuis plenè ſatisfecit, longè eſſe beatiorem, quàm ſi toti Orbi imperaret, ſignificat.

Defenditur IXa. Obſervat. in Sant-Am-Poëma. Monueram, *Pharaoni minimè convenire, ut Hebræos Infames Circumciſos appellaret, cùm ille ipſe videretur circumciſus, Ægyptiique circumciſionem venerarentur.* Ais autem *Te eum ſuppoſuiſſe incircumciſum, neque quicquam à Me allatum, quo à ſuppoſitione tua diſcederes, præterea Hebræos eminenti quadam ratione habere potuiſſe præputiatos.* Sed tuent iſthæc omnia facilè, ſi iis, quæ jam ſubnotaveram, iſthæc ſubjungantur. Et primò quidem Phœnicios & Ægyptios Ariſtophanes *in Avib.* ψωλοὺς, *impræputiatos*, diſertè vocat. Herodotus *lib.* 2. *cap.* 36. Αἰγύπτιοι δὲ περιτέμνονται, *Ægyptii circumciduntur*, & *cap.* 104. μοῦνοι πάντων ἀνθρώπων Κόλχοι καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Αἰθίοπες περιτέμνονται ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα: Φοίνικες δὲ, καὶ Σύριοι, οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ καὶ αὐτοὶ, ὁμολογέουσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι, *Colchi, Ægyptii, & Æthiopes ſoli ſunt inter homines, qui à primis quibuſque temporibus circumciduntur; Phœnices enim & Syri, qui Palæſtinam incolunt, profitentur ſe id ab Æthiopibus accepiſſe.* Diodorus quoque *lib.* 1. *pag.* 17. *Ægyptii probant Colchos & Judæos à ſe oriundos, & à ſe accepiſſe*, τὸ περιτέμνειν τοὺς γεννωμένους παῖδας, *liberos à ſe natos circumcidere.* Et *pag.* 35. de iiſdem Colchis ſcribit, ὅ δὲ τοῦτο τὸ γένος Αἰγυπτιακόν ἐστι, σημεῖον εἶναι τὸ περιτέμνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους παραπλησίως τοῖς κατ' Αἴγυπτον: διαμένοντος δὲ νομίμου παρὰ τοῖς ἀποίκοις, καθάπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις: *Hunc populum ex Ægypto ortum eſſe, hanc eſſe notam, quòd ſicut Ægyptii homines circumcidant: hac praxi adhuc inter iſtos Colonos, ut apud Judæos perſeverante.* Item Strab. *lib.* 17. καὶ τοῦτο δὲ τῶν ζηλουμένων μάλιστα παρ' αὐτοῖς: τὸ πάντα τρέφειν τὰ γεννώμενα, παιδία καὶ τὸ περιτέμνειν, καὶ τὰ θήλεα ἐκτέμνειν, ὅπερ καὶ τοῖς Ἰουδαίοις νόμιμον; καὶ οὗτοι δὲ εἰσὶν Αἰγύπτιοι τὸ ἀνέκαθεν. *Hoc etiam inter ea recenſetur, quæ Ægyptii maximè conſectantur, natos ſibi omnes liberos educare; mares circumcidere, feminas etiam excidere, quod apud Judæos quoque lege ſancitum: unde & Judæi ſunt Ægyptii origine.* Itidem Philo *lib. de Circumciſione*; γελᾶται δ' ἡ τῶν γεννητικῶν περιτομή; πρᾶγμα σπουδαζόμενον οὐ μετρίως καὶ παρ' ἑτέροις ἔθνεσι, καὶ

μάλιστα

μάλιϛα τῷ Αἰγυπτιακῷ, *Ridet enim Circumciſio natorum noſtrorum*, vel Majorum; *quod tamen non mediocriter affectatur inter alias Gentes, inter Ægyptios præcipue.* Celſus, quem laudat Origenes *lib.* 5. *contra Celſum, Nec ideò Judæi ſanctiores ſunt cæteris, quia circumciduntur, hoc enim priores fecerunt Colchi & Ægyptii.* Et ipſemet Origenes *in Epiſt. ad Rom. lib.* 2. *Apud Ægyptios nullus aut Geometria ſtudebat, aut Aſtronomia; &c. niſi Circumciſione ſuſcepta. Sacerdotes apud eos, Aruſpex, & quorumlibet Sacrorum Miniſter; vel, ut illi appellant, Propheta, omnis circumciſus eſt. Literas quoque ſacerdotales veterum Ægyptiorum, quas Hieroglyphicas appellant, nemo diſcebat niſi circumciſus. Omnis Hierophantes, omnis Vates, omnis Cæli, ut putant, Infernique Myſtes, & Conſcius apud eos eſſe non creditur, niſi fuerit circumciſus.* Horus Apollo *Hierogly. lib.* 1. *cap.* 14. de Cynocephalo, γεννᾶται δὲ περιτετμημένος· ἣν καὶ οἱ ἱερεῖς ἐπιτηδεύουσι περιτομήν. *Naſcitur cum circumciſione, quam Sacerdotes Ægyptii maximè commendant.* D. Ambroſius *lib.* 2. *de Abrahamo cap.* 3. *Ægyptii quarto decimo anno circumcidunt mares, & fœminas apud eos eodem anno circumcidi ferunt; quòd ab eo videlicet anno incipiat flagrare paſſio virilis, & fœminarum menſtrua ſumant exordia.* Theodoretus Sermone primo, Φασὶ δὲ τὸν Πυθαγόραν καὶ περιτομὴν ἀνασχέσθαι, τοῦτο παρὰ Αἰγυπτίων μεμαθηκότα. *Dicunt Pythagoram Circumciſionem paſſum, hanc ab Ægyptiis edoctum.* Quod ex his Clementis Alexandrini verbis hauſiſſe videtur, *l.* 1. *Strom.* περιετέμετο Πυθαγόρας, ἵνα δὴ καὶ εἰς τὰ ἄδυτα κατελθὼν τὴν μυστικὴν παρ' Αἰγυπτίων ἐκμάθοι φιλοσοφίαν. Uno verbo, Ægyptii inter Gentes circumciſas recenſentur; *Jerem.* 9: 25, 26. quem in locum vide D. Hieronymum & Theodoretum. Ex omnibus hiſce locis patet Circumciſionem apud Ægyptios, non minori ſtudio ac reverentiâ, quàm inter Judæos, obſervari. Imò & Ægyptios hujus originem ſibi arrogare, & affirmare tum Judæos tum Gentes alias eam à ſe ſumpſiſſe. Qua igitur ratione potes tueri Pharaonem Judæos *infames circumciſos* ideò appellare quòd ſingulari quodam jure eſſent circumciſi? Tales reverà erant, ſed ex opinione Ægyptiorum minimè. Quamvis autem Ægyptii eos tales reputâſſent, illos eam ob rem coluiſſent, & magni feciſſent, non contrà probris & contumeliâ affeciſſent.

Quid quod ex eo, quod tot populi extra fœdus Dei degentes circumciſionem admiſerint, ea illa evertuntur, quę in Operis tui Pręfatione aſſeris; *Nempe ſolam Circumciſionem totum ferè cultum, cerimoniaſque omnes Religionis Judaicæ conſtituere; & per eam Judaiſmum à Gentiliſmo potiſſimum diſterminari.* Nam ſi hoc daretur, omnes illi Idololatræ, qui Circumciſionem admittebant, eundem ferè cum Judæis cultum obſervâſſent; & Abrahami Religio, priuſquàm ipſi Circumciſionem Deus præſcripſiſſet, eadem ferè cum aliorum Nationum Idololatria fuiſſet. Præcipuum quod inter Judæorum & Gentilium Religionem diſcrimen intereſt, in eo eſt ſitum; quod Judęi verum Deum colerent, Alii verò *in templis ſuis mendax & infernum Numen ſumma cum reverentia venerarentur*, ut optimè in Memphidis deſcriptione canis,

Des temples, où la noire & fauſſe Deité
Attiroit des mortels la vaine pieté.

Repetitur Xa. Obſervat. in Sant-Am. Poëma.

Quandoquidem Edomum, aliàs Erythram, Mari Rubro vel Erythræo id nominis indidiſſe ultrò agnoſcas; non verò aquarum vel arenarum rubedinem; ut id tot Poëmatis tui locis innuis, conveniens erat, ut ea de re in Præfatione tua Lectorem pręmoneres; ne quis deinceps exiſtimaret Te eo vulgari errore teneri, cui etiam ultimis his ſeculis *Stephanus a Gama, Johannes a Barros, Fernandes a Corduba*, &c. patrocinati ſunt.

Fulcitur XIa. Obſerv. in Sant-Am. Poëma.

Ad id, quod Moſes tuus Deum precatur, *Ut potius è libro vitæ ſe deleat, in quo Electorum nomina æternum ſunt perennatura*, non potui mihi temperare, quin monerem verum Moſem de hoc libro non locutum eſſe. Quia ex Electorum libro nihil deletur, *Fundamentum Dei firmum ſtat, habens hoc ſigillum, novit Dominus, qui ſunt ſui*, 2 *Tim.* 2: 19. *Jeſus Chriſtus dat vitam æternam ovibus ſuis, nunquam peribunt, nulluſque eas ex manu ſua rapiet, Joh.* 10: 28 Licet autem id fieri poſſet, vix unquam mihi perſuaſerim, Moſem in gratiam fratrum, voluiſſe à Deo in ęternum ſejungi: ſic enim ſupra Deum, qui tamen vult ſupra omnia amari, illos dilexiſſet. Arbitror itaque librum, ex quo ſe deleri aſſentit, illum eſſe cui, tanquam Catalogo, eorum nomina, qui tunc in terris cum Populo Dei degebant, erant inſcripta, quique Cananitidis brevi obtinendæ ſpe allectabantur. Hoc ſenſu quoque D. Paulus pro fratribus *Anathema fieri*, & à Chriſto ſeparari, optat; nempe quoad communionem hujus vitæ exteriorem. In duorum iſtorum locorum interpretatione mihi ſuccenturiatur D. Hieronymus, *Epiſt.* 151. *ad Algaſiam, Quæſt.* 9. *Optat*, Paulus, *anathema eſſe à Chriſto, & perire, ut alii ſalvi fiant; ſed ſi conſideremus Moſis vocem rogantis Deum pro populo Judæorum, atque dicentis, Dele me, &c. perſpiciemus eundem & Moſis & Pauli erga creditum ſibi gregem affectum, &c. Cujus utriuſque hoc eſt votum; dum ſic Deum alloquuntur, Optabam anathema eſſe a Chriſto, & Dele me de libro. Qui enim delentur de libro viventium, & cum juſtis non ſcribuntur, Anathema fiunt à Domino. Simulque cerne Apoſtolum quanta charitatis in Chriſtum ſit, ut pro illo cupiat mori, & ſolus perire, dummodò omne credat in illum hominum genus. Perire autem, non in perpetuum, ſed impræſentiarum.* Et paulò pòſt; *Vult ergò Apoſtolus perire in carne, ut alii ſalventur in ſpiritu; ſuum ſanguinem fundere, ut multorum animæ conſerventur.*

Defenditur XIIa Obſervatio in Sant-Am. Poëſ.

Fateor equidem *cameli clitellas non ſatis Heroici Poëmatis gravitati reſpondere*, uti ais; ſed nec quoque Rachelem *camelo inſidentem exhibere voluiſſem*; quia id non convenit cum Hiſtoria Sacra, quæ eam in Tabernaculo ſuo ſedentem repræſentat; *Gen.* 31: 33. Hæc etiam ægrotanti non ſatis conveniunt: quia ægrotus alibi, quàm in cameli dorſo quietem ac levamen quæritat. Neque porro Rachelis, ſimulacra Labanis ſub ſe celare volentis, propoſito ſunt ſatis accommodata: ſiquidem ea quæ camelo imponuntur omnibus pateant. Neque demum illis, quę patri cauſatur eò quòd ei non aſſurgat, *Gen.* 31: 35. Nullus enim veniam deprecabitur, ſi dum camelo inſidet illis non aſſurrexerit, quibus voluerit honorem exhibere; ſed potiùs, quod nequeat deſcendere. Hinc Rebecca, accedente Iſaaco, ex camelo honoris gratiâ deſcendit, *Geneſ.* 24: 65. Hinc Abigail & Acſa ex aſinis deſcendunt, cùm occurrit alteri David, 1 *Sam.* 25: 23. alteri pater Caleb, *Joſua* 15: 18. Cæterum hæc non tam adverſus Te, qui iis acquieſcis, quàm adverſus R. Aben Eſram urgeo; qui, cùm eandem, quam tu nuper, habeat opinionem, in eo laborat, ut in Textu Hebręo eum, quem ſubindicâras, ſenſum inveniat.

Defenditur XIII. Obſerv. in Sant. Am. Poëma.

Id quoque annotâram, *Jacobum apud Moſem ad Eſavum fratrem nihil tranſmiſiſſe præter vulgaria quædam animalia, oves, jumenta*, &c.; ex Te autem *præmiſiſſe Elephantem varia ſupellectili pretioſa onuſtum, cum pardis duobus, totidemque leonibus, ad venationem quancunque factis*; &

Deux leopars couplés, qui marchoient ſur les traces,
De deux nobles lions, inſtruits à toutes chaſſes;

Iſthacque à vero longiſſimè abeſſe, neque loco, tempori, & perſonis ullatenus convenire. Et certè è Meſopotamia veniebat Jacobus, nulli autem aderant in ea regione Elephanti; neque tunc temporis, (quicquid fingas,) pardorum ac leonum uſus ullus erat ed venationem, qui ante ſecula aliquot demum invaluit. Quibus adde, Jacobo ipſi, qui, dum in Meſopotamia eſt verſatus, in paſcendis Labanis gregibus ſemper fuit occupatus, nullatenus vacâſſe, rara iſtbæc & ſingularia ſibi parare. Reſpondes *Te à Joſepho hac ſumpſiſſe*, qui *Antiq. lib. 1. cap. 19.*, ſic habeat, ὑποζύγια δὲ ἦν τὰ πεμπόμενα, καὶ πλῆθος τετραπόδων ποικίλων, ἃ δὴ τίμια τοῖς ληψομένοις ἔμελλεν ἔσεσθαι, παρὰ τὸ σπανίζειν αὐτοῖς. *Miſſa munera erant jumenta, & multitudo variorum quadrupedum; quæ accepturis futura erant pretioſa, & jucunda, eò quòd eſſent rara.* Sed multa occurrunt in tua borumce verſione ſuperaddita, quæ mera figmenta. Quin & Joſephus ipſe in ſua borum narratione pleraque Script. Sacræ adjicit; quæ non modò ejus hiſtoriam, plusquam par ſit, amplificant, ſed & ipſi apertè adverſantur. Nedum enim Script. Sacra referat, quæ Jacobus dedit Eſavo, illa ipſi fuiſſe præ caritate magnopere commendabilia, refert contrà hæc ipſi affatim adſuiſſe; quo fit; ut ea munera primùm recuſet. *Eſt mihi ſatis*, ait ille *Geneſ.* 33: ℣. 9. *mi frater, eſto tibi, quod tuum eſt.* Revera quidem dona iſthæc erant capræ; oves, cameli feminæ, boves, aſini, &c. *Geneſ.* 32: 14, 15. Quæ omnia in Canaanitide paſſim occurrebant; iiſque procul dubio abundabat Eſavus; quippe qui filius eſſet Iſaaci horum *locupletiſſimi*, Ducisque cujusdam Choræorum, Sebirem totam obtinentis, gener; *Geneſ.* 36: ℣. 2, 3. *&c.*

Quod verò reſpondes, *Hac animalia veriùs fuiſſe Eſavo per nuntios oblata, quam reipſa miſſa*, id diſertè ex ipſa Moſis narratione refellitur; *Geneſ.* 32: *à vers.* 13. *ad* 21; ſiquidem inibi ſusè habeatur per quos, & quo ordine, à Jacobo fuerint præmiſſa; quove demum modo primùm recuſata repetitis ſubinde Jacobi urgentis ſupplicationibus ab Eſavo acceptata, *Geneſ.* 33: 8, 9, 10, 11. Porrò quanquam Jacobus id habuiſſet propoſitum, ut fratri ſuo animalia quædam in Judæa rara largiretur, eam in rem neque leones, neque pardos elegiſſet. Nulla eſt enim in toto terrarum Orbe regio, in qua pardi & leones ſint frequentiores quàm in Judæa. Audiatur ea de re Diodor. *Biblioth. lib.* 2. dum de ea Arabiæ parte, quæ Syriæ, hincque adeò Judææ, eſt contermina, loquitur. Θηρίων τε πλῆθος ἀλκίμων ἡ προσορίζουσα τῇ Συρίᾳ τρέφει. καὶ γὰρ λέοντας καὶ παρδάλεις ἐν αὐτῇ πολὺ πλείστας καὶ μείζους, καὶ ταῖς ἀλκαῖς διαφέρεις πεφυκέναι, ἤπερ ἐν τῇ Λιβύῃ, συμβέβηκε. *Quæ Syriæ eſt finitima, feras multas, eaſque acerrimas, nutrit, ita ut in ea multò plures multoque robuſtiores in ea naſcantur & leones & panthera, quàm in Africa.* Huic accedit Plinius variis in locis, apud quem ſingulare iſtud occurrit, quod hujus generis animalia ſint in Syria atri coloris, cùm in aliis quibuslibet regionibus ſint fulvi. Idem de pantheris & pardis ſic loquitur. *Nunc Varias, & pardos, qui mares ſunt, appellant in eo omni genere creberrimo in Africa Syriaque.* Hiſce adjungere poſſemus *Agatharchid. lib. 5. cap. 33. Strabonem lib. 16. Oppian. Cyneget. lib. 3.* ſed mittimus, ut Script. ipſam ea in re audiamus. *Cantic.* 4: 8. Amana, Senir & Hermon *leonum habitacula, pardorumque montes* vocantur. Hincque Deus 2. *Reg. cap.* 17. *in Samaritanos, qui verum Deum non colebant, leones immittit.* Hinc Samſon *Jud.* 14. David 1. *Sam.* 17. &c. leones ſibi occurſantes occidunt. Quibus omnibus liquet animantia iſthæc paſſim in Judæa verſari. Quod non eadem facilitate de Meſopotamia, ex qua veniebat Jacobus, uſquam oſtenderis; ſiquidem nulli in hac regione occurrant pardales, nullique forſan leones; etſi *Ammian. Marcell lib.* 18. innumerabiles occurrere perhibeat, quibus culices tantopere infeſtent oculos, ut eos ſibi confodiant, quo animalculorum ejusmodi morſus effugiant. Sed, præterquam quòd hæc oculorum ſuffoſſio non videatur admodum probabilis, quæ hoc loco de infeſtatione illa ab Ammiano memorantur, hæc ab Agatharchide *lib. 5. cap.* 22 Diodoro *lib.* 3. & Strabone *lib.* 16. perhibentur de leonibus, inter Rhizophagos, Æthiopiæ populos radicibus veſcentes, graſſantibus, quos culices illi acerrimè vexant. Si igitur voluit Jacobus ſingularia quædam & rara è Meſopotamia ducere, quæ fratri donaret, alia quàm leones & pardi tibi erant fingenda.

Quòd ſi regeras, *hoſce pardales & leones id habuiſſe ſingulare & inſolitum; quod eſſent ad venationem inſtituti*; jam præoccupavi, inſtitutionem illam in Jacobi tempora nullatenus convenire; quibus homines erant rudiores quàm ut artem ejusmodi callerent, tantoque ſtudio immanes adeò feras ad venationem informarent. Times in Præfatione Operis tui, ne cui mirum videatur, quòd priſcis illis temporibus Sculptoriæ Phrygionicæque Artis peritiam ſingularem aſcribas; verùm & Sculptura & Phrygionica longè ſunt hac venandi ratione antiquiores. Si enim de leonibus agatur, nullus omninò legitur leones feciſſe mansuetos ante Hannonem illum, de quo Plinius, quem Carthaginenſes morte multandum cenſuêre, quod leonem manſueſeciſſet; veriti ſcilicet, ne vir tam ingenioſus laboriſque patiens quæcunque vellet exequeretur, ſuamque in libertatem quidpiam attentaret. Hęc ſunt Plinii verba lib. 8. cap. 16. *Primus hominum leonem manu tractare auſus, & oſtendere manſuefactum, Hanno è clariſſimis Pœnorum traditur; damnatusque illo argumento; quia nihil non perſuadere vir tam artificis ingenii videbatur; & malè credi libertas ei, cui in tantum etiam ceſſiſſet feritas.* Idem addit, inter Romanos Marc. Antonium primum fuiſſe, qui currui auſus ſit eos adjungere; quod etiam in malorum, quę ſecuta ſunt, omen fuit acceptum. A leonibus ad pardos & tigres ſubinde eſt deventum, uti teſtatur Martialis *Epig. lib.* 1. *Epig.* 105. his verſibus,

Picto quod juga delicata collo
Pardus ſuſtinet, improbaeque tigres
Indulgent patientiam flagello, &c.

Neque verò ulteriùs progreſſi ſunt Romani. In Oriente natus eſt eorundem ad Venationem uſus. Hujus originem Ælian. *Hiſt. Anim. lib.* 17. *cap.* 26. tribuit Indis, *quorum leones*, ait, γίνονται γὰρ ῥᾷστα τιθασσοί, ὡς ἄγειν τε ὑπὸ ῥυτῆρος καὶ κατὰ κυνηγεσίας ἐπὶ θήρας κεμάδων καὶ ἐλάφων καὶ συῶν καὶ ταύρων καὶ ἀγρίων ὄνων. εἰσὶ γὰρ ῥινηλατῆσαι, ὡς ἀίω, δεινοί, *facillimè manſueſcunt, ita ut ad modum canum ducantur ſub loro a Venatoribus ad capreарum, cervorum, aprorum, bubalorum, & onagrorum venationem. Illi enim, ut audio, ſunt in odorando acres.* Ex Arabibus diſcimus, quis primus hunc in uſum adhibuerit leopardos. Sic enim ea de re ſcribit Damir *lib.* 1 *de Animal Tractatu de* אלפהד *Phebed, ſeu Leopardo.* אול מן צאר בה קליב בן ואיל ואול מן חמלה עלי אלחיל יזיד בן מעויה *primus eâ ferâ uſus eſt in venatione Chalib Waili filius; & primus illum in equo tulit Jazad filius Maavia.* Itaque, ſi ejus ſtetur teſtimonio inventum iſtud ab Arabibus propius proceſſit; ut ut ſit, hęc venandi ratio ab aliquot

quot ſeculis in Oriente invaluit, uti ex variis Authoribus colligitur. Sic ex. gr. Raſis *lib. de Animal.*; *Alphehed cicuratur aliquando, & venationi aſſueſcit ut canis; cum autem errat in venatione retrograditur iratus.* Sic quoque Albertus Magn. *de Leopardo*; *Aliquando cicuratur hoc animal, ducitur ad venandum, & niſi ei admodum blandiatur Venator, retrocedit & occidit homines & canes.* Similiter Vincentius Bellovacenſis *in Speculo Doctrinali lib.* 16. *cap.* 90. Leopardus *domeſticatur ad venandum. Itaque cùm ad prædam in venatione ducitur, relaxatur; quam ſi quarto vel quinto ſaltu capere nequiverit, ferociter iratus ſubſiſtit; & niſi ſtatim Venator furenti beſtiam aliquam obtulerit, in ipſum Venatorem, vel in quoslibet obvios irruit. Impoſſibile enim eſt eum placare, niſi ſanguine. Sed in hoc providi ſunt Venatores, ut agnos penes ſe vel alia animalia habeant, quibus iratos placant.* Idem ab anonymo quodam barbaro Authore, qui de *Natura rerum* ſcripſit, *Paulo Veneto videl.* narratur; ſiquidem aiat apud Magnum Cham & pardos & leones ad venationem inſtitui. *Duci*, inquit, *lib.* 1. *cap.* 65. *ſecum pardalim domeſticum, quem in cervos & damas immittit.* Item *lib.* 2. *cap.* 17. *Habet leopardos cicuratos, qui venationi mirum in modum inſerviunt, multaſque beſtias capiunt; habet & lynces non minùs ad venandum induſtrios; magnoſque leones & pulcherrimos ad idem illud factos, qui magnopere Venatoribus ſubſerviunt ad capiendos apros, cervos, urſos, capreas, onagros, bubalos. Eſque eſt mos, quando ad venationem itur, ut duo ejuſmodi leones curru vehantur, quorum unicuique accedit catellus,* &c. Nullum quenquam novi, qui hujus venandi rationis ante eos, quos jam adduxi, mentionem faciat; quorum vetuſtiſſimus eſt Ælianus, qui tamen annis bis mille Jacobo eſt poſterior. Ex quo infero, hanc venationem non ita eſſe antiquam, ac tu putas. Nam ſi iis ſeculis, quibus tu innuis, viguiſſet in Oriente, quædam illius veſtigia extarent in libris eorum, qui *de Animal. lib.* ſcripſere; *Ariſtotelis* videlicet, *Plinii*, *Plutarchi*, *Athenæi*, &c. vel qui *de Venatione* in ſpecie tractârunt, cujuſmodi *Xenophon*, *Oppian. Gratius*, *Nemeſianus*, &c. Conſtat porrò Ariſtotelem de hiſce nihil quicquam inaudiiſſe; cùm *ab ipſo primo capite Hiſtor. Animalium* pardos inter animalia, quæ manſuefieri nequeant, *ζῶα ἀεὶ ἄγρια*, *ſemper fera*, annumeret.

Firmatur Obſervat. XIVa. In id, quod de Vulture ais, pag. 201, & 202. *Eum nempe agnum è grege raptum auferre*, annotaveram, *Vultures cadaveribus duntaxat veſci*; quandoquidem manes nihilominus in priori tua opinione; nonnullaque adducis quo eam emollias aut tuearis; Annotationem fuſius paulò firmabo. Si Homerum primò audiamus, illi certè enectis & mortuis tantummodò paſcuntur; indéque tam ſæpe apud eum hæc aut ſimilia legas,

> Τῶν ἤτοι αὐτῶν τέρενα χρόα γῦπες ἔδονται.
> *Horum profectò tenera corpora vultures vorabunt.*

Iliad. l. 4. *v.* 237. Item *lib.* 16. *verſ.* 836.

> Σὲ δέ τ' ἐνθάδε γῦπες ἔδονται.
> *Te autem hic vultures comedent.*

Item *lib.* 11. *v.* 161, 162.

> --- οἱ δ' ἐπὶ γαίῃ
> Κείατο, γύπεσσιν πολὺ φίλτεροι, ἢ ἀλόχοισιν.
> --- *hi in terra*
> *Jacebant, vulturibus gratiores, quàm uxoribus.*

Homero accedat Herodotus Ponticus apud Plutarch. *in Rom. Quæſtion.* 93. qui ſic de vulturibus loquitur, γὺψ οὐδενὸς ἅπτεται ζῶντος, οὐδ' ἀποκτίννυσιν ἔμψυχον οὐδὲν, ὡς ἀετοὶ καὶ ἱέρακες καὶ τὰ νυκτινόμα, χρῆται δὲ ἄλλοις ἀποθανοῦσι. *Vultur nihil animatum tangit, aut necat, ut aquila & accipitres, & aves nocturnæ, ſed ſolis cadaveribus veſcitur.* His aſſentitur Lucret. *de Rerum Natura l.* 4. *v.* 608. 609.

> *Mellis apes quamvis longè ducuntur odore,*
> *Vulturiique cadaveribus.*

His quoque Ovid. *Triſt. l.* 1. *Eleg.* 5.

> *Aut ut edax vultur corpus circumſpicit & quod*
> *Sub nulla poſitum cernere poſſit humo.*

Adjungendus etiam Plutarch. *Lib. de Utilitate ex hoſtibus percipienda*, καθάπερ, inquit, οἱ γῦπες ἐπὶ τὰς ὀσμὰς τῶν διεφθορότων σωμάτων φέρονται, τῶν δὲ καθαρῶν καὶ ὑγιαινόντων οὐκ αἴσθησιν ἔχουσι; &c. *Ut vultures corporum fœtentium odore ducuntur, ex integris autem & ſanis nullo ſenſu afficiuntur, &c.* Item Ælianus *lib.* 2. *c.* 46. γὺψ νεκρῷ πολέμιός ἐστιν, ἐμπεσὼν ὡς εἰς ἐχθρόν. *Vultur eſt rei mortuæ inimicus, eamque vorat, quaſi in hoſtem irruens.* Plinius verò ait exercitibus præire, *Triduóque ante, aut biduo volare eos, ubi Cadavera futura ſunt.* Quod à multis Patribus ut mirabile quid adnotari ſolet in Creationis Hexameron. Hincque D. Baſil. in Homil. 8. τίς τοῖς γυψὶ προαπαγγέλλει τῶν ἀνθρώπων τὸν θάνατον, ὅταν κατὰ ἀλλήλων ἐπιστρατεύωσιν; ἴδοις γὰρ ἂν μυρίας ἀγέλας γυπῶν ταῖς στρατοπέδοις παρεπομένας, ἐκ τῆς τῶν ὅπλων παρασκευῆς τεκμαιρομένων τὴν ἔκβασιν. Quæ D. Ambroſ. *l.* 5. *in Hexaemeron c.* 23. ſic vertit. *Interrogabo te, mihi autem reſponde, unde vultures mortem hominum ſignis quibuſdam annuntiare conſueverint. Quo indicio edocti atque inſtructi ſunt, ut, cùm bellum lacrymabile inter ſe adverſa acies inſtaurant, multo prædicta volucres ſequantur agmine, & eo ſignificent quanta multitudo hominum caſura ſit bello, futura præda vulturibus.* Hinc quoque Euſtath. ἡνίκα δὲ, φασὶν, ἄνδρες εἰς πόλεμον παρατάσσονται, ἐπακολουθεῖ αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἀφίσταται σαρκοβόρος ὤν. *Cùm homines, aiunt, ad certamen diſponuntur, ipſos ſequitur, neque diſcedit, quia carnivorus eſt.* Indéque κληροθῆραι appellantur vultures. Sic apud Senecam *Epiſt.* 95.

> *Vultur eſt, cadaver expectat;*

Et apud Martial. *l.* 6. *Epig.* 62.

> *Cujus vulturis hoc eſt cadaver?*

Cùm vultures nobis ſint tam inviſi, mirum certè qui factum ſit, ut Hiſpani nonnulli heroum ſuorum cadavera vulturibus honoris gratiâ objicerent, uti refert Silius Ital. *l.* 3.

> *Venêre & Celtæ ſociati nomen Iberis.*
> *His pugnâ cecidiſſe decus, corpuſque cremari*
> *Tale nefas; cœlo credunt, ſuperiſque referri,*
> *Impaſtus carpat ſi membra jacentia vultur.*

Et *l.* 13.

> *Tellure, ut perhibent, is mos antiquus Iberâ,*
> *Exanima obſcænus conſumit corpora vultur.*

Hi populi vocantur apud Ælianum *l.* 10. *Hiſtor. Anim. cap.* 22. Βαρκαῖοι, *Barcæi*; ſed putem legendum eſſe Βακκαῖοι, *Baccæi*; qui ſunt Hiſpaniæ populi, de quibus *Plin. Ptolom. & Steph.* cùm Barcæi in Cyrenaica ſint ſiti. Utut ſit, perhibet Ælian. gentes illas in dedecus & probrum cremare corpora eorum, qui ex morbo in lecto ſuo deceduot, quaſi ἀνάνδρως καὶ μαλακῶς, *muliebriter & ignaviter ſint defuncti*; at eos, qui in bello cecidêre, ὡς καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ ἀρετῆς μετειληχότας γυψὶ προβάλλουσιν, ἱερὸν τὸ ζῶον πεπιστευκότες: *ut illuſtres, honeſtos & ſumma virtute ornatos vulturibus objiciunt vorandos, quòd credant eas aves ſacras eſſe.* Eò referenda, quæ Phavorinus ad vocem τυμβοδέας; Eſſe nempe Oratores quoſdam, qui vultures vocent τάφους ἐμψύχους, *ſepulchra viva*, quos irridet Hermogenes *de Stylo ſublimi*; *Vocant*, ait, *vultures ſepulchra viva, quibus certè maxime digni eſſent; ſiquidem his, aliiſque*

que ejuſmodi locationibus frigidiſſimis utantur. τάφυς γὰρ ἐμψύχεις τὰς γύπας λέγεις, ὥσπερ εἰσὶ μάλιςα ἄξιοι; καὶ ἄλλα τοιαῦτα ψυχρεύονται πάμπολλα.

Ut te excuſes, quod opinioni adeò veræ & receptæ renuntiaris, Vultures nempe unicè veſci cadaveribus; *Vulturem tuum exhibes tanquam Dæmonem quendam; eoque putas te poſſe ipſum fingere vivum animal auferentem*; eamque in rem affers primos Narrationis hujuſce tuæ verſus,

En ce tems un Vautour d'une grandeur enorme,
Ou plutoſt un Demon d'une eſtrange forme, &c.
Tam Vultur magnitudinis enormis,
Vel potius Dæmon ſtupenda forma, &c.

Verùm, quamvis vultur ille tuus ſupponeretur eſſe Dæmon, qui vulturis formam aſſumpſerit; is tamen Dæmoo perſonam ſibi à te impoſitam debuit ſuſtinere, vulturiſque imitari acta, cùm ejus figurâ eſſet indutus; nihilque adeò vivum invadere. Alibi quidem ais, *Ipſum errore quodam animal illud rapuiſſe, quod ſcilicet inanime ipſi videretur*; ſed illud in alio prorſus negotio affers, neque affioe quicquam in tua agni rapti narratione animadverto. Adhæc, ſi vultut ille tuus ſit Dæmon, nullatenus veriſimile eſt, cum in rei dijudicatione falſum fuiſſe, corpuſque animatum inanime & mortuum cenſuiſſe. Neque ipſis etiam vulturibus ſic illuditur, etſi illuſionis hujus exemplum aliquod apud Cononem *Narrat.* 35. extet. Sed ex ipſa διηγήσεως hujus lectione continuo elucet eam eſſe merè fabuloſam. Ejus ſumma hæc eſt. *Cum paſtores duo ad Lyſſi um Epheſinæ agri montem apum examen aliquod in profundo quodam & ad deſcendendum perdifficili antro vidiſſent, alter ſportulam ad deſcendendum ingreſſus eſt, alter verò eam fune ſuſpenſam demiſit. Cum autem, qui deſcenderat, mellis & auri ingentem copiam reperiſſet, impoſitum ſportulæ enus attrahi juſſit, viceque triplici eſt extractum. Auro deinde deficiente, ſeipſum deinceps ſportam ingredi acclamavit. Sed, cùm perfidiam aliquam in comite ſuſpicatus lapidem pro ſe ſubſtituiſſet extrahique juſſiſſet, eum alter ad ſpeluncæ oram ferè adductum ſubito remiſit præcipitem, ſocium ratus eo præcipitio plenè extinguendum; qui ſanè in ea ſpecula periiſſet, ni ſuccurriſſet Apollo, in ſomnis præcipiens, ut acutis lapidibus corpus laceraret, tumque quietus jaceret. Paruit ille monenti, ſubinde* γύπες οἱ ἐπὶ νεκρὸν ἐφιπτάμενοι, καὶ τὰς ὄνυχας οἱ μὲν εἰς τὴν χαίτην, οἱ δ' εἰς τὴν ἐσθῆτα πηξάμενοι, ἐκήειραν, καὶ κατέθηκαν αὐτὸν ἀπαθῆ ἐπὶ τὸν ὑποκείμενον αὐλῶνα; *Vultures tanquam ad cadaver advolantes, unguiſque alii comæ, alii veſti infigentes, in ſublime hominem ſuſtulerunt, illæſumque in ſubjectam vallem avexerant.* Fabuloſa hæc hiſtoriola, Poëtarumque vultur, Promethei vivi jecur indeſinenter in Caucaſo corrodens, potiſſima ſunt argumenta, quæ mihi in tui defenſionem jam ſuccurrant. Niſi fidem velimus adhibere Cretenſibus ex Apoſt. *ad Titum cap* 1. *verſ.* 12. mendaciſſimis, ex quorum relatione Belonius narrat, vultures quoſdam in altioribus Cretæ montibus habitare, qui aliquando agnos, lepores, & hædulos abripiant vivos. Sed ptobabile eſt admodum Cretenſes vulturibus hiſce intelligere γυπαιέτους, ſeu *vultur-aquilas*, quemadmodum & intelligunt aliquando in Scriptis ſuis Arabes. Vultur-aquilæ autem ſic appellantut, quod ſint aquilæ vultutis ſpeciem referentes. Hujus generis autem aves io viva non ſecus quàm in mortua involant.

Tamdiu in prioribus meis Notis tuendis vel explicandis immoratus ſum, ut verear ne prolixitate mea tibi fuerim moleſtus; eamque ob rem vix audeo prioribus illis poſteriores haſce, ut ſpicilegium aliquod poſt meſſem, ſubjungere. Subjungo tamen, teque pari cum præcedentibus affectu eas accepturum ſpero.

POSTERIORES QUÆDAM IN SANT-AMANTII POEMA NOTÆ.

NOTA I.

Pag. *Poëmat.* 26. & ſequentibus *Judæi Jacobi Patriarchæ ſui Natales ſolenni ritu celebrant*; nullibi tamen legitut Hebræos veteres id unquam in Patriarchæ cujuſquam, aut parentis, honorem factitâſſe. Pii equidem nonnulli, cujuſmodi Jobus *lib. cap* 3, 3. *Jeremias Prophetiar. cap.* 20: 14. nativitatis ſuæ diem execrati perhibentur; at qui eum ſacraverit, ſolennemque fecerit, nullus omninò reperitur. Unde & Selomo ioter eos divinâ ſapientiâ celeberrimus diſertè pronuntiat diem mortis natali die potiorem eſſe, & præoptandum; *Eccleſ.* 7: 2. Eò quod dies natalis variis calamitatibus in hac mortali vita neceſſariò patiendis, innumerabilibuſque peccatis neceſſariò committendis, nos ſubjiciat; quibus omnibus fatali die liberamur. Fateor quidem vetuſtiſſima eſſe intet Ethnicos natalitia, eaque ante Moſem in Ægypto legi inſtituta, & ſervata; ſiquidem Pharao ille, qui è carcere eos eduxit, quorum ſomnia Joſephus fuerat interpretatus, *Eos inde eduxerit ſolenni natalium ſuorum recurſu, quo cum Domeſticis convivabatur*, *Geneſ.* 40: 20. At idem illud apud Judaicam Gentem ante ſecula ejus poſteriora obſervatum nuſquam deprehendo; ex quo conjicio id ab Herode vel filiis, utriſque ſemi-Ethnicis, inſtitutum fuiſſe. Hincque D. Matth. *Evang.* 14: 6. notat, *Joann. Baptiſtæ caput Herodiadi ab Herode in eo ipſo convivio, quod Natalibus ſuis celebrabatur, fuiſſe promiſſum.* Quibus ſubjungit D. Marcus *Evang. cap.* 6: 21. eodem illo die, *Ipſum cœnam feciſſe Proceribus ſuis, Chiliarchis, & Galilææ Primariis.*. Romanis porrò horum quædam nota fuiſſe patet ex hiſce Perſii *Satyr.* 5. verbis, *Herodis venere dies*; ad quę ſic Cornutus vetus Scholiaſtes; *Herodis ergo diem natalem Herodiani obſervant.*

Quod ſi quis ad ſimile quid inter veteres Iſraelitas oſtendendum hæc afferat ex *Ozea* 7. *verſ.* 5. juxta Pagnini Verſion. *Die natali ejus Regem noſtrum ægrotare fecerunt Principes utre pleno vino*; Reſpondeo in Textu Hebræo haberi duntaxat *in die Regis noſtri*, non verò *in die natali Regis noſtri*, יום מלכנו. Jam autem eo die Hebræi diem inunctionis non nativitatis intelligunt. Sic R. Schelomo, ביום שאנו ממליכין את מלכנו, *eo die, quo Regem noſtrum ſacravimus.* Sic quoque Aben-Eſra, יום שמליכו מלכם, *illa die, qua Regem ſuum elegère.* Sic denique David Kimchi יום שהיו ממליכים מלך, *ea die, qua Regem conſtituere* In quibus Chaldęum Paraph. ſecuti ſunt, יומא דמניו עליהון מלכהון *die eo, quo præpoſuerunt ſuper ſe Regem ſuum.* Non diffiteor quidem diem illum, quo Rex ſacratut, aliquando natalem illius diem vocari; unde & Balſamon in Photii *Nomocanonem* ſic ait; γενέθλια δὲ εἰσὶ τὰ τῶν Βασιλέων γενέθλια, καὶ ἡ τούτων ἀνάῤῥησις: *Imperatorum natales ſunt & tempus nativitatis, & tempus Electionis, ſeu proclamationis.* Inde etiam apud Spartianum *Adrianus Imperator natalem adoptionis celebrari juſſit*; hoc eſt, diem illum, quo à Trajano fuit adoptatus, ut ad Imperium ſuccederet. Ex eo quoque fonte, quod apud Conſtantini Naiſſo quam in Thracia locat Stephanus, ſed ex Conſtantino Porphyrogen. *lib.* 2. *them.* 8 & aliis multis in Dacia prope Thraciam eſt potiùs reponenda) oriundi panegyriſtem extat, *Illum nempe Angliam nobilitaſſe illic oriendo*, hoc eſt, accepto illic Imperio: ſiquidem apud Anglos in patris Conſtantii locum fuerit ad Imperium evectus. Ex eadem quo-

quoque origine, quod *Pſ.* 2. primùm de Davide, ſubinde de Chriſto dicitur; *hodie genui te*; quod certè de utriuſque in Reges conſecratione intelligendum eſt; generatio tamen appellatur; quaſi utriuſque conſecratio ſecunda foret generatio. Eoque tempore, quo Saul in Philiſtęos bellum eſt molitus, is ipſe dicitur 1 *Sam.* 13:1. *tum fuiſſe unius anni filius in regno*; eò quòd ab unico anno regnaret. Verùm non arbitror hęc reſpexiſſe Pagninum; quando diem illum, quò Iſraelitarum Rex in regnum evectus eſt, natalem ejus diem appellavit.

NOTA II. Ad 30. *Poëmatis Pag.* Eſavus *cùm venatione capreas, cervos, & apros cepiſſet, exquiſitiſſimis hiſce dapibus menſas ſuas profuſiſſimè onerabat.* Il faiſoit

— regorger ſa maiſon
Des biens, que donne au gouſt l'exquiſe venaiſon.

Epulantem hoc modo inducis Eſavum; verùm noluiſſem apros inter ejus delicias repoſuiſſes; eò quòd Judæi hiſce non veſcerentur; quippe qui non ignorarent aprum eſſe Suis ſpeciem. Unde & *Pſalm.* 80:14. vocatur חזיר היער *Sus ſylveſtris*; itemque apud Arabes חנזיר אל־גבל *Sus montanus*, ex quo inter Hiſpanos *Javals*, hoc eſt, *Montanus*. Neque vero objici poteſt, Suis eſum fuiſſe tum ſolùm prohibitum, quando diſcedentibus ex Ægypto Iſraelitis Lex Ceremonialis fuit à Moſe impoſita; ab ipſis enim Noachi temporibus mundorum ab immundis diſtinctio vigebat, uti ex *Gen.* 7:2. colligitur evidenter.

NOTA III. *Pag.* 35. *Iſaacus & Rebecca decernunt ut filius ſuus Jacob ad Bathuelem* Avum *dimittatur*. *Pag* autem 36. *ad avum proficiſcitur*. Doctores tamen Hebræi omnes ſentiunt, Eum illo ipſo jam tempore, quo Abrahamus ſervum ſuum ad ipſum miſit, centum præter propter annis antè, ſenio ita confectum fuiſſe, ut ab omni vacaret negotio; indéque Milca ejus uxor, filiuſque Laban, omnia egêre, quæ Iſaaci & Rebeccæ Matrimonium attinerent, illo vix in hiſce quicquam operante. Legatur *Geneſ. cap.* 24. *à verſ.* 29. *ad* 60. in quo matrimonii hujus conſilia & proceſſus referuntur, inibi certè nulla fit Bathuelis mentio, niſi *verſ.* 50. ubi Bathuel & Laban memorantur ambo Abrahami ſervum alloquentes; ſed eo ordine, ut Bathuel Labano filio poſtponatur; quaſi eo ſolùm propoſito Bathuel illic adſtaret, ut filii promiſſis annueret. Quid quòd & multi reperiuntur Doctores Hebręi, qui aiunt Bathuelem patrem etiam tum fuiſſe defunctum; cum autem Bathuelem, qui in illo verſu Labano poſtponitur, eſſe minorennem quendam Labani fratrem. Quicquid ſit, parum profectò probabile eſt Bathuelem tum in vivis fuiſſe, cùm Jacobus meſopotamiam adivit. Prętерquam quòd enim vitali aura diutiùs, quàm ulli ſeculi hujus homines, fruitus eſſet, nulla in tota Jacobi hiſtoria Bathuelis extat mentio. Quando igitur Iſaacus *Geneſ.* 28:2. Jacobum his verbis affatur, *Vade ad Bathuelis domum*, *domus* nomine *familiam* notat, minimè verò ædes, in quibus tunc verſaretur Bathuel. Quo modo *Exod.* 2:1. *egreſſus eſt aliquis ex domo Levi*, id eſt, *ex Levi familia*. Simili ratione *Joſ.* 17:17. *Joſue domum Joſephi eſt affatus*, hoc eſt, *ejus poſteros*. At præ omnibus ad rem iſthæc faciunt, quæ *Geneſ.* 28:9. leguntur; *Eſavus Iſmaëlem adit, filiamque ejus Machalatam ducit uxorem*. Hoc loco certè *Iſmaël* nihil aliud poteſt ſignificare, quàm ejus progeniem; cùm ex *Geneſ.* 25:17. Iſmaël ante 14 annos, anno ſcilicet ætat. 137. eſſet mortuus.

NOTA IV. *A Pag.* 41. *ad* 44. Jacobus exit è domo patris, ut in Meſopotamiam tendat, *Variis camelis, argenteis vaſis, Nebure, literato homine & domeſtico, concomitante, &c. inſtructus & ſtipatus.* Non video quomodo dives ille apparatus cum iis quadret, quæ idem Jacob rediens ait, *Cum baculo meo ſolo trajeci Jardenem iſtum, nunc autem acierum duarum effectus ſum dominus.* Ex quibus D. Chryſoſt. *Sermon.* 58. *in Geneſ.* concludit, quòd βακτηρίαν μόνην ἐπιφερόμενος abierit; *ſcipionem ſolum ſecum deferens*: Cyrill. verò *Glaphyr. lib.* 5. *Nihil quicquam ex ædibus deportans præter virgam*, αὐτὴν μόνην τὴν οἴκοθεν ἔχων ῥάβδον. Theodoret. pariter *Quæſt.* 83. *in Geneſ.* ἀποδιδράσκει, καὶ μόνος ἀποδημεῖ: *Aufugit, ſolúſque abit.* Revera quidem Textum ſic μεταφράζει Onkelos, יחידי עברית ית ירדנא, *ſolus tranſivi Jardenem*; ſicque Jonathan, בחוטרי בלחוד, *cum ſolo baculo meo.* Quæ fuſiùs deducit R. Schelomo Jarki, לא היה עמי לא כסף ולא זהב ולא מקנה אלא מקלי לבדו. *Neque mecum erat aurum, neque argentum, neque pecudes, ſed dumtaxat baculus.* Hiſce accedit Baal Hathurim, cùm in explicatione ſua myſtica & Cabbaliſtica obſervat literas vocis hujus במקלי, *cum baculo meo*, eundem reddere numerum, quem vocis iſtius יעקוב, *Jahacob*; nempe 182. ex quo colligit במקלי ſignificare בגופי לבדו *cum perſona mea ſola.* Concedo quidem in Midraſch. Agad. verbis Contextûs Hebræi alium omninò ſenſum ſupponi, *Jacobum* nempe *baculum ſuum Jardeni appoſuiſſe, moxque illum fuiſſe diviſum*, נתן מקלו בירדן ונבקע הירדן. Sed ſi is ſenſus admittatur, nulla foret horum cum proximè ſuccedentibus oppoſitio; *Virga mea Jardenem diviſeram, nunc autem in duas acies excrevi.* Standum igitur in priori interpretatione, quæ longè communior, longéque facilior; hæc autem Jacobo in Meſopotamiam contendenti magnificum illum, quem illi tribuis, comitatum adimit.

Pag. 64. Prædicit Vates aliquis, *Moſem Iſidis gloriam obſcuraturum.* Itemque *Pagin.* 246. Dicit Pharao, *Corpora ſeptem vaccarum pinguium, quæ ipſi inter ſomniandum objecta ſunt, adeò fuiſſe elegantia, formoſa & plena, ut Iſis ipſa præ illis emaciata & deformis habenda fuiſſet.* NOTA V.

Sembloient eſtre ſi gras, ſi polis & ſi frais,
Que celuy d'Iſis meſmes eut paru laid auprés.

Sed Iſis eſt Io, quæ juxta Africanum, Euſeb. alioſque Chronographos, in Ægyptum ſolummodo acceſſit anno Moſis in Madianitidem exceſſum proximè ſubſecuto. Non negamus quidem eoſdem illos Chronologos, quo ambages quaſdam Chronologicas expediant, alteram fingere Iſidem priori illa antiquiorem; eóque Iſides duas ingerere, tametſi Ægyptii nunquam duas coluerint. Proinde in fictione tua quædam occurrunt paulò duriora. At & Vates & Pharao Tui ad ſui defenſionem poſſunt objicere, quòd apud Plautum in *Amphitryone Scen.* 1. Soſia juret per Herculem, priuſquàm Hercules natus eſſet; *hoc quidem Hercle haud reticebo tamen*: ut & ea, quæ Phœnix Colophonius in *Jambis* vel potiùs *Scazontibus* ſuis habet; dum aſſerit Ninum, priuſquam moreretur, Epitaphium ſuum feciſſe; in quo exhibetur ajens, *Hoſtes oves ſuas ablaturos*, ὥσπερ ἔριφον ὠμὸν αἱ Βάκχαι, *quemadmodum hædum crudum abſtulêre Bacchantes.* Qua loquendi ratione Ninus de Bacchis mentionem facit, longè antequam ortus eſſet Bacchus; *apud Athenæum lib.* 12. *cap.* 17.

Eadem *Pag.* 64. refers Moſem tuum *Deſertum pervadere ſylvis & aquis prorſus deſtitutum, in quo avium quarundam*, hoc eſt, Ibium, *auxilio dracones exterminat ac delet.* NOTA VI.

Il traverſe un deſert privé de bois & d'eaux,
Il en vainc les Dragons *avec des Oiſeaux.*

Subſtitue, ſi mihi credis, *ſerpentes draconibus*; ſiquis

quidem dracooes magnitudine ita ſint ſtupendi, ut avis nulla auſit invadere, multo minus ſuperare poſſit; ni fortè fictitiam Arabum *Alkuch* velis excipere, quæ Elephantos uncis correptos nonnunquam avehat. Obiter porrò tibi aperiam, quid de ſabulæ hujus, quam attingis, origine conjiciam. Perhibet Artapanus *Moſem ὑπὸ τ̃ ἱερέων ἰσοθέυ τιμῆς καταξιωθέντα προσαγορευθῆναι Ἑρμῆ, cum à Sacerdotibus Ægyptiis Deorum numero fuiſſet adſcriptus, vocatum fuiſſe Mercurium*; quod certè à vero longè non abludit. 1. Mercurius vulgo dicitur Majâ natus; jam autem מיא, *Maja*, aquas ſignificat; Moſes porrò ex aquis fuit eductus. 2. Mercurii Caduceo ſeu Virgæ circumligari ſolent ſerpentes; ex eo utique, quod Moſis Virga fuerit in ſerpentem verſa. 3. Caducei hujus virtute

—— Animas ille evocat Orco
Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit.

Moſes autem Iſraëlitas ex Ægypto tanquam ex Orco eduxit; contrà verò Ægyptios in Maris Rubri Tartara detruſit; iſthæcque per Virgam ſuam eſt operatus. Cùm enim ejus ope aquas diviſiſſet, ut Iſraelitæ tranſirent; ejuſdem quoque tactu easdem illas 10 Ægyptios inſequentes revolvit, eosque illis ſubmerſit. 4. Mercurius Scientiarum Deus eſt habitus; ideò ſcilicet, quòd Moſes omni Ægyptiorum Diſciplina eſſet excultus, *Act.* 7: 22 atque in eo cæteris omnibus excelleret. 5. Deus quoque ſurum eſt reputatus; quia nimirum Hebræi ſub ejus ductu Ægypto exeuntes hoſpitum & vicinorum ſuorum ſupellectilia abſtulêre: *Exod.* 3: 22. & 11: 2. &c. 6. Viis & itineribus præfuit, quoniam Moſes variis itineribus Iſraelitas per Deſertum mirabili ſolertia deduxit. 7. Mercurio lacte & melle ſacrificabatur; Εἰνόδιος ἑρμείας, &c. Antipater Sidonius. *Anthol. lib.* 1 *cap* 38; quoniam Moſes tam ſæpe Iſraelitis terram lacte & melle affluentem pollicetur. 8. Conſtat etiam Ibim Mercurio, (quem Ægyptii *Thoth*, quemadmodum Galli & Hiſpani *Theutaten* nuncupabant) fuiſſe ſacram. Teſtatur Plato in *Phædro*, dum ait ſe accepiſſe prope Naucratim Ægypti civitatem vetuſtum quendam Deum, *Theut nomine*, adorari; eumque Scripturæ, Arithmetices, Geometriæ, & Aſtronomiæ Inventorem; ὧ καὶ τὸ ὄρνεον τὸ ἱερὸν, ὃ δὴ καλοῦσι ἴβιν; *cui avis quædam ſit ſacra, quam Ibim appellant*. Cujus rei variæ proferuntur rationes, ſed univerſæ propemodum futiles. Ælianus ex. gr. *Hiſtor Anim. lib.* 10. *cap.* 29. ait, *Eam Mercurio ſermonis parenti in amore eſſe; quod orationis ſpeciem aliquam gerat; ſiquidem penna in ejus alis nigra cum tacito adhuc & nondum emiſſo ſermone comparari queant: contra verò orationi prolata, quæ jam auditur, interiorum ſermonum enuntiatrici, candida poſſint conferri.* Horus autem Apollo *Hieroglyph. lib.* 1. *cap* 34. ait Ibin eſſe Mercurio conſecratam, *quòd Mercurius ſit cordis & ratiocinationis præſes, Ibis autem ſit magna ex parte cordi adſimilis.* Quæ ruríus diverſa ratiooe explicantur. Plutarchus enim *Sympoſ. lib* 4. *quæſt.* 5. eam in rem ſcribit, *Vulgò perhiberi Ibim recens ex ovo excluſam duas appendere drachmas, quantum etiam recens nati infantis cor appendit. Item eandem quoque pedum diductione, eorumque inter ſe & cum roſtro comparatione*, (in quibus Mathematicum quid & Logiſticum apparet) *triangulum æquilaterum repræſentare.* Adhæc trianguli hujus figura ad cordis formam aliquatenus accedit. Addit Ælianus *loco ſuperius citato*, *Eam quum in pennas, quæ ſub pectus exiſtunt, collum & caput abdiderit, cordis figuram exprimere.* Alii ad fabulas confugiunt, narrantque, cùm Gigaotes adverſus Deos bellarent, & Deorum unusquisque animantis alicujus ſpeciem præ metu induiſſet, Mercurium Ibidis figuram aſſumpſiſſe, uti fabulatur Ovid. *Metamorph. lib.* 5. *fab.* 5.

Piſce Venus latuit, Cyllenius Ibidis alis.

Quæcunque ſit conſecrationis hujus cauſa, quemadmodum Artapanus contendit Moſem eſſe Ægyptiorum Mercurium, ita quoque illi Ibidis adſcribit conſecrationem; ajens eum peractâ ſuâ Æthiopicâ Expeditiooe Hermenopolim condidiſſe, καὶ τὴν ἶβιν ἐν αὐτῇ καθιερῶσαι διὰ τὸ αὐτὴν τὰ βλάπτοντα ζῶα τοὺς ἀνθρώπους ἀναιρεῖν, *ibique conſecraſſe Ibin, quod animalia homines lædentia*, hoc eſt, ſerpentes, *interimat.* Quod idem cauſantur alii cùm quæritur, quam ob cauſam Ibis in Ægypto adoraretur. Hinc Herodotus, poſtquam ejus adverſus ſerpentes uſum memorâſſet, ſubdit continuo, *Arabes referre, illam ab Ægyptiis eadem de cauſa ſummopere honorari: Ægyptioſque ipſos fateri ſe eapropter aves ejusmodi colere*; τὴν ἶβιν διὰ τοῦτο τὸ ἔργον τετιμῆσθαι λέγουσι Ἀράβιοι μεγάλως πρὸς Αἰγυπτίων· ὁμολογέουσι δὲ καὶ Αἰγύπτιοι διὰ ταῦτα τιμᾷν τὰς ὄρνιθας ταύτας; *libro* 2. *cap.* 75. Accedit Diodorus Sicul. *Colunt*, inquit, *quia* χρησίμη ὑπάρχει πρὸς τοὺς ὄφεις, καὶ τὰς ἀκρίδας, καὶ τὰς κάμπας, *utilis eſt adverſus ſerpentes, acrides, & erucas.* Tullius etiam, *Ægyptii nullam belluam, niſi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, conſecraverant. Ibes maximam vim ſerpentium conficiunt, &c.* Hiſce ſuperſtructa ſunt, quæ de Moſe feruntur, Illum nempe eo bello, quod in Æthiopas geſſit, Ibes in ſerpentes adhibuiſſe. Neque univerſum iſtud bellum ſtabilioribus ſtat fundamentis; cùm deducatur ex iis, quæ *Numer.* 12: ℣. 1. leguntur; quo loco Verſiones omnes habent, illum *uxorem duxiſſe Cuſchitam, ſive Æthiopicam.* Quemadmodum enim Hebræi ad Abrahami commendationem & gloriam aſſerunt Agarem fuiſſe Pharaonis Ægypti Regis filiam; pari prorſus figmento iidem illi ad majorem Moſis dignitatem Cuſchitam illam Regis Æthiopiæ natam contendunt. Fabuloſa vero alia, quæ ſequuntur, ea partim ex Artapano, partim ex proprio cerebro ſumpſerunt. In Hebræo tamen Contextu nequaquam legitur Moſis conjugem fuiſſe לודית, *Lydiam*; quod ſi legeretur, tum habenda foret Æthiops, uti fusè alio loco oſtendi; ſed כושית *Cuſchitam*, fuiſſe legitur. Maria & Aaron in Moſem inſurgentes Sephoram contemptûs cauſâ eo nomine appellant, *Madianiticam* intelligentes; appellant autem quod Cuſchitæ & Madianitæ, quanquam origine diverſi, ſede tamen & habitatione forent confuſi. Ex quo fit, ut aliquoties, uti *Habacuc.* 3: ℣. 7. tanquam una & eadem gens exhibeantur.

Sed, ut ad Ibides regrediamur, ne eas deinceps adverſus dracooes adhibeas, obſtant, quæ de illarum miniſterio apud Veteres occurrunt. 1. Juxta Solinum *cap.* 35 *Serpentium populatur ova gratiſſimamque ex his eſcam nidis ſuis affert.* Juxta Iſidor. *lib.* 12. *Origin. cap.* 7. *Serpentium ovis veſcitur, ex iis eſcam gratiſſimam nidis ſuis deportans.* 2. Occurſat, noo draconibus, ſed anguiculis è limoſis quibuſdam paludibus ad Ægyptum naſcentibus, indéque certo tempore in Ægyptum magnâ copiâ evolaotibus. *De ſerpentibus*, ait Mela *lib.* 3. *cap.* 8. *Memorandi maximè, quos parvos admodum, & veneni præſentis, certo anni tempore ex limo concretarum paludum emergere, & magno examine volantes Ægyptum tendere; atque in ipſo introitu finium, ab avibus, quas Ibidas appellant, adverſo agmine excipi, pugnaque confici traditum eſt.* Ex Cicerone *lib.* 1. *de Nat. Deorum* ex Libya accedunt, *Volucres angues ex Libya vaſtitate vento Africo junctas conficiunt, atque conſumunt.*

ſument. Juxta Herodotum ex Arabia; λόγος δὲ ἐςὶ, inquit, *lib.* 2. *cap.* 57. ἅμα τῷ ἔαρι πτερωτοὺς ὄφις ἐκ τῆς Ἀραβίης πέτεσθαι ἐπ' Αἰγύπτου, τὰς δὲ ἴβις τὰς ὄρνιθας ἀπαντώσας κατακτείνειν. *Aiunt vulgò ineunte vere ex Arabia in Ægyptum avolare ſerpentes quoſdam alatos, Ibideſque avium genus quoddam, eos interficere intercurrendo.* Herodoto aſſentitur Amm. Marcellin. *lib.* 22. biſce verbis: *Occurrunt eadem volucres pinnatis agminibus anguium, qui ex Arabicis emergunt paludibus venena malignantes; eoſque, antequam finibus ſuis excedant, præliis ſuperatos aëriis devorant.* Adſtipulatur etiam Philes *de Anim. Propriet. cap.* 15. in quo de Ibide; ἀνεῖλε, ait, γοργῶς τοὺς ὑποπτέρους ὄφεις ἥκοντας εἰς Αἴγυπτον ἐκ Ἀραβίας, *ſubtiliter pinnatos ſerpentes ex Arabia in Ægyptum advolantes occidit.* Duas has opiniones componit utcunque Ælianus, dum ſic *Hiſtor. Anim. lib.* 2. *cap.* 28. loquitur. Καὶ τούτων αἱ μέλαιναι μὲν πτερωτοὺς ὄφεις ἐκ Ἀραβίας εἰς Αἴγυπτον παρελθεῖν οὐκ ἐπιτρέπουσι, τῆς γῆς τῆς φίλης προπολεμοῦσαι. αἱ δ' ἕτεραι τοὺς ἐκ Αἰθιοπίας κατὰ τὴν τοῦ Νείλου ἐπίκλυσιν ἀφικνουμένους ἀπαντῶσαι διαφθείρουσιν. *Et Ibium quæ nigra ſunt, anguium volucrum catervas ex Arabia in Ægyptum ingredi non permittunt, pro amica terra propugnantes. Aliæ verò Ibes*, albę videlicet, *alios ex Æthiopia ad Nili alluviones in Ægyptum ingruentes occurſando conficiunt.* Quibus addit Strabo *l.* 17. Alexandriæ vicos Ibidibus eſſe plenos, ibidemque ſerpentes omnes, & immunda quæque alia vel in plateis vel in macellis obvia, congerere; ex quo fit, ut Græci ὄρνεον ὀφιοφάγον, *ſerpentivorum* vocent.

NOTA VII. *Pag.* 103. de Amalek ita loqueris, *quaſi tibi Rex aliquis videretur;*

Cependant Amalec Roy puiſſant & barbare, &c.

Cùm tamen certum ſit eſſe Nationis nomen, cujuſmodi *Ammon*, *Moab*, *Madian*, &c. Nullius autem cujuſquam memini, qui eo nomine fuerit appellatus, pręter Hamalekum Gentis hujus Authorem, ab Eliphaſo Eſavi primogenito natum; de quo *Geneſ.* 36: 10, 12. qui Hamalekus iis temporibus, quæ Tu notas, pridem obierat; uti ex Chronologia facillimè perſpicitur. Si quando igitur vel in hoc loco vel in hiſtoriis ſequentibus Amaleki mentio quædam injiciatur; tum neque Rex aliquis, neque privatus quidam homo ſignificantur; ſed certa natio ab Amaleko oriunda. Complures tamen ſunt; qui, non ſecus quam Tu, ſingularem quendam Regem ea voce notari volunt, *Exod. cap.* 17. quòd inibi, *verſ. nempe* 13. expreſſè habeatur, *Joſuam Hamalekum cum populo ſuo fregiſſe.* At ita volunt, quia ad ſuccedentia iſthæc non ſatis attenderunt; *Jehova Moſi dixit, ... Hamaleki memoriam è terris prorſus delebo.* Item, *Quia manus in Jehova ſolium eſt elata, bellum Jehova adverſus Hamalekum ab ætate in ætatem eſt futurum.* Quæ ſingulari cuidam homini nequeunt omninò convenire; ſiquidem bellum ab ætate in ætatem adverſus hominem quendam ſingularem nequeat prorogari; cùm ille ſuam duntaxat poſſit ætatem vivere. Unde & comminatio illa ſuum tantummodo obtinuit complementum, quum Saul multis pòſt ſeculis regno potiretur; 1 *Sam.* 15: 2, 3. Verùm, ſi Hamaleki vox nationem ſignificet, non Regem; cur Moſes Hamalekum à populo ſuo diſtinguit, dicens *Joſuam Hamalechum cum populo ſuo fregiſſe*? Nonnullis *Hamalek* ſunt veri Hamalekitæ, *Ejus verò populus* ſunt gentes vicinæ, quę Hamalekitis in hoc bello aderant: ſiquidem ex Joſepho *Antiq. lib.* 3. *c.* 2. ἀλλήλους τε καὶ περιοίκους ὑπὸ τὸν πρὸς Ἑβραίους πόλεμον παρεκάλουν, *Tum ſeipſos invicem, tum vicinas Gentes, ad bellum cum Hebræis gerendum concitârint.* Sed nuſquam memorat Scriptura Sac. Amalekitas eo in bello populos circumjacentes advocâſſe; cenſeòque Joſephum ſua illa ex hoc Scripturę loco unicè ſumpſiſſe; in quo certè nihil apparet, ex quo hæc ejus explicatio eliciatur. Hamalek enim & populus ejus nihil aliud ſunt, quàm gens Hamalekitica, quæ hoc modo denotatur juxta hanc ſermonis figuram, quæ apud Grammaticos ἓν διὰ δυοῖν, *Hendiadys*, vocatur. Sic Hekronitæ 1 *Sam.* 5: 10. clamant, *Duxerunt ad me Arcam Dei Iſraëlis ad morte afficiendum me & populum.* Sic etiam 2 *Samuel.* 3: 37. *Agnoſcebat enim totus populus ejus, & totus Iſraël die illo, non profectum fuiſſe à Rege, ut quis morte afficeret Abnerum filium Neri.*

Ad pag. 245. vaccę, quas Pharao in ſomnis eſt contemplatus, *ab ignoto quodam fluvio aſcendunt*; ſed fluvius ille nequaquam erat ignotus. Qui in ſomnis ea contemplatur, eſt Rex Ægypti. Is ad fluvii ripam ſitus ſibi videtur. Unicus eſt in Ægypto tota fluvius, nempe Nilus. Ex eo igitur fluvio omnibus cognito vaccę illæ aſcenderant. Quapropter Interpres Arabs Pariſienſis Pharaonem ad Nili ripam locat, ad *Geneſ. cap.* 41. *verſ.* 1. 2. 3. aitque vaccas illas ex Nilo emergere. *Verſ.* 1. עלי שאטי אלניל *ſuper alveum Nili.* Item *verſ.* 3. קד צעדן וראהן מן אלניל *aſcendentes poſt pingues à Nilo.* Rabbi autem Schelomo Jarchi obſervat in Hebræo contextu vocem יאר haberi; quæ propriè *rivum* ſignificat; *ex omnibus verò fluminibus Nilum unum ſolere eâ voce notari; eò quòd Ægyptus univerſa variis ſit alveis interſciſſa, quos Nilus ad regionis hujus irrigationem, in qua ſcilicet deſint imbres, pervadit & implet.* כל שאר נהרות אינם קרוים יאורים חוץ מנילוס מפני שכל הארץ עשוים יאורים בידי אדם ונילוס עולה בתוכה ומשקה אותם לפי שאין גשמים יורדין במצרים. In quo quidem errat, Tigris enim יאר quoque appellatur, *Daniel.* 12: 5, 6, 7. At quanquam Tigris eo nomine hoc loco ſignetur, ſtat tamen utcunque Jarchii obſervatio; ſiquidem eo unico loco Tigris per eam vocem ſignificatur; cùm contrà Nilus eâ paſſim denotetur, extentque appellationis hujuſce in Veteri Teſtamento exempla pluſquam quadraginta. Verùm, quod ea in re præcipuum nobis videtur, iſtud eſt; quòd, ſi Pharao ſeptem illas vaccas pingues ex ignoto fluvio aſcendentes intuitus fuiſſet, in ignota itidem regione fertilitatem prenuntiâſſent futuram; cùm contrà ex eo, quòd à Nilo intueatur emergentes, colligendum veniat, fertilitatem illam promitti Ægypto, quam variis ſuis flexibus flumen illud pererrat, ac pinguefacit. NOTA VIII.

Pag. 253. & 254. Termuthidis Pharaonis filiæ *currus ab Amazone quadam gubernatur, atque à tribus trahitur Monocerotibus, quos Princeps Arabs, loci illius, in quo Pharao undis demerſus fuit, accola tributarios ad ipſum tranſmiſerat.* Hęc ſanè acutè & jucundè excogitata ſunt, ſed duriuſcula, neque ſatis locorum & temporum conditioni conſentanea: ſiquidem ex Juſtino *lib.* 2. & Oroſio *lib.* 1. *cap.* 15. deducatur, Amazonas tum demum veniſſe in lucem, cùm vel Priamus adventaret; vel floreret Alcmenæ filius Hercules, qui Moſe tercentis, aut circiter, annis eſt recentior. Nonnulli quidem vetuſtiores eſſe perhibent; qualis Palęphatus, dum ait Cadmum Amazonem quandam habuiſſe uxorem. Κάδμος, *inquit*, ἔχων γυναῖκα Ἀμαζονίδα, ᾗ ὄνομα Σφίγξ, ἦλθεν εἰς Θήβας. Sed & hęc Moſe longè ſunt poſteriora. NOTA IX.

Pręterea, ſi in rerum natura extent Monocerotes quidam, de quo urgens mihi dubitandi ratio; ignoro prorſus, quibus argumentis eos Tu ex iis locis accerſas, in quibus Iſraëlitæ Erythręum Mare tranſiêre; cùm omnes propemodum, qui de Monocerotibus ſcribunt, in India ponant. Narrat quidem Vartomannus *Navigat. lib.* 1. *cap.* 19. ſe

duos ad Meccam Arabiæ civitatem vidiſſe; ſed qui eò ex Æthiopia fuiſſent adducti. Quibus adde, quod ex ea, quam affert, eorum deſcriptione probabile admodum videatur, eos veriùs eſſe Oryges, quàm Monocerotes.

NOTA X. Thermutidis Accipitrarius *pag.* 261. *Aquilam geſtat pugno inſidentem:* aſſerit tamen Albertus Magnus, Aquilam ſub Herodii nomine deſcribens, hoc fieri non poſſe. *Herodius*, inquit, *cicur ſuper manu ſedens geſtari non poteſt; ſed potius brachio toto ſuſtineri debet, ab humero ultra manum, pelle cervina munito. Et cum volare conatur dimittendus eſt, ne brachium geſtantis lædat.* Hiſce adſtipulatur Petrus Creſcentienſis. *Qui aquilam*, inquit, *ad venationem effert, debet eſſe robuſtus, ut pondus ejus ſuſtinere poſſit.* Sed ea de re penes rei accipitrariæ peritos judicium eſto.

NOTA XI. Iis, quæ à Te de illa Aaronis Virga, quæ flores emiſit, *pag.* 114 memorantur, *Eam nempe aliàs in ſerpentem fuiſſe transformatam*, omnes in universum non aſſentientur; quandoquidem hanc ſupponas eandem fuiſſe cum Virga alia, quæ fuerat in anguem mutata, quæque à Moſe deinceps ad varia miracula fuit uſurpata. Quotquot ſaltem penes me ſunt Scripturæ S. Commentatores, alteram ab altera diſtinguunt. Altera, *ajunt*, appellatur *Virga Dei*, *Exod* 4: 20. itemque 17: 9. &c. &. *Eſai.* 10: 26. Vel *Virga Moſis*, *Exod.* 4: 2. &c. Altera verò *Virga Levi & Aaronis* dicitur, ut *Numeror.* 17: 3, 6, 8. Prior varias edidit virtutes; Moſeſque ſemper geſtavit; Poſterior, cùm hanc unam edidiſſet, coram Teſtimonio fuit repoſita, *Numer.* 17: 10. vel forſan in Teſtimonio ipſo, ſeu Arca, cum Urna aurea, cui inerat Manna, Legiſque tabulis; ut inibi in perpetuum ſervaretur. Id ſaltem innuere videtur Apoſtol. *Hebræor.* 9: 4. Quòd ſi hæc fuiſſet eadem cum Moſis Virga, eamque Moſes Aaroni ſuppeditâſſet, tum minùs ſtupuiſſent adſtantes, quod floruiſſet; dum aliarum Tribuum Virgæ manebant ſteriles & ſiccæ; quandoquidem omnibus continuò in mentem veniſſet, eandem eſſe Virgam, quæ in Moſis manu tot feciſſet paulò ante miracula; cùm contrà Virgæ aliæ vulgares eſſent, nullâque ſingulari virtute commendabiles. Indéque adeò, quos emiſit flores, eos ſtatim facultati à Deo prius acceptæ, nequaquam autem ſpeciali cuidam Dei Aaronem præ aliis quibuslibet ad Sacerdotium præoptantis favori, imputâſſent. Uno verbo; Virga Moſis, ſi Judæorum Doctoribus fides hebeatur, ex Edene ab Angelo quodam fuerat delata, ex arbore vitæ deciſa, Jehovæque nomine inſcripta; cùm contrà Aaronis Virga ex Amygdala quadam occurrente fuiſſet decerpta, Aaroniſque ipſius nomine ſignata. Sed rationum harum omnium pondus nequaquam impedit, quominus in tuam deſcendam opinionem, cujus facilè veritas patebit, ſi ea omnia attendantur, quæ de Aaronis Virga *Numer. capitib.* 17. & 20. memorantur. Primùm enim *Numer. cap.* 17. narratur ad hoc ut Iſraelitarum Moſem & Aaronem, quorum alter Reipublicæ alter Eccleſiæ regimini fuerat præfectus, obmurmurationes compeſcerentur, Deum præcepiſſe in Tabernaculum pro Levitica Tribu, cujus Principes erant Moſes & Aaron, virgam unam; pro duodecim aliis Tribubus virgas duodecim inferri, ſingulorum Tribus cujuſque Primatum nominibus ad diſtinctionem inſcriptas; eaſque coram Teſtimonio, hoc eſt, coram Arca, collocari; Eundemque promiſiſſe futurum, ut ejus, quem elegiſſet, virga germinaret. Quanquam autem Moſes & Tribus Leviticæ, & Gentis totius Iſraeliticæ, Princeps foret; ipſi tamen à Deo fuiſſe mandatum, ut Aaronis fratris nomen (ſive quòd hic eſſet natu major, ſive quòd de Sacerdotii in eorum familia confirmatione ageretur, cui Core, Dathan, & Abyran cum aſſeclis, uti ex cap. antecedenti liquet, obnitebantur) Leviticæ virgæ inſcriberet. Arcæ igitur appoſitæ ſunt tum Familiæ Leviticæ Virga, Aaronis nomine; tum duodecim aliæ, familiæ cujuſque Primarii, appellatione ſignatæ; prout à Deo fuerat præſcriptum. Cumque poſtera die patuiſſet, Aaronis virgam non modò flores, uti Deus fuerat pollicitus; ſed etiam germen, imo & amygdala fudiſſe, ultrà quam pollicitus erat; quievere murmura penitus, ſinguliſque familiarum ducibus reſtitutæ ſunt Virgulæ ſuæ; verum Aaronica ex Dei juſſu in Tentorium fuit reportata, *ibique coram Teſtimonio poſita, ut in ſignum adverſus rebelliones deditos ſervaretur.* Hæc de Virga iſta *Numer. cap.* 17: 10, 11. leguntur. Jam autem *cap.* 20. *ſubſequentis* additur, quòd, cum populus in Deſerto Cadeſch ſiti urgeretur, atque ex aquarum inopia obmurmuraret, Deus Moſi juſſerit ut virgam *à conſpectu Jehovæ*, hoc eſt Arcæ, acciperet, eâque rupem aliquam adſtantem percuteret; quâ percuſsâ exilierint aquæ multæ, quibus reſtincta populi hujus ſitis. Hæc habentur *cap.* 20: 8. 9. 10. 11. Affineque eſt miraculum iſtud alteri illi, quod ante annos 38. ad Rephidim fuerat patratum. Cùm enim hoc etiam loco quererentur Iſraelitę de aquarum inopia, è rupe eduxit Moſes, pulſatâ itidem ex Dei pręſcripto illâ rupe, *Exod* 17: 6. Jam verò nulla prorſus ratio ingerit, Moſem ad duo iſthęc miracula adeò ſimilia diverſas adhibuiſſe virgas. Si enim illam penes ſe habuit, quæ in ſerpentem fuerat converſa, quę Ægyptum tot plagis flagellaverat, quæ Mare diviſerat, quæque demum pari in caſu aquas antea è petra expreſſerat; non eſt profectò, cur Deus Moſi injunxerit hanc dimitteret, aliamque è Sanctuario ſumeret; Itaque ſi Deus jubet, virgam aſſumat, quę in Tabernaculo erat, ideò jubet, quòd illa ipſa eſſet, cujus miniſterio tam multa priùs mirabilia feciſſet; quodque mirabilibus hiſce pręſtandis foret quaſi aſſueta; nullâque demum par alia adeſſet. Quę porrò in oppoſitum aſſeruntur, ea nullius omninò ſunt momenti.

Objicitur, binas adfuiſſe Virgas, quarum altera *Dei & Moſis*, altera verò *Levi & Aaronis* diceretur; verùm una & eadem poterat quatuor hiſce nominibus notari. 1. *Dei* Virga dicebatur; quia Dei virtute & concurſu operabatur. 2. *Moſis*, tum quod, cùm primùm Deus ipſi apparuit, *Exod.* 4: 2. eam manu teneret; tum quòd ad Miracula ſua adhibere ſolitus eſſet. 3. *Aaronis*; quoniam Aaronis nomen ipſi fuerat inſcriptum, quando in Sanctuarium delata fuit; quoniam etiam Aaron Moſi adſiſtens eandem illam ſoleret geſtare, quoties edenda venirent ſtupenda quędam. Aaron igitur ferre ſolitus erat. Indéque is ipſe in terram abjecit, quando *Exod.* 7: 10. in conſpectu Pharaonis in anguem mutata fuit. Is quoque ad Moſis mandatum eodem baculo Ægyptias aquas *Exod.* 7: 19. tetigit, quo in ſanguinem verterentur. Is eodem illas eaſdem *Exod* 8: 5, 6. ut ex his Ranę aſcenderent. Is eodem telluris pulverem *Exod.* 8. 16. 17. ad hoc ut in pediculos abiret. Hincque baculum iſtud *capit.* 6. &. 7. in quibus enarrantur Moſis in Ægypto prodigia, ſexies *Aaronis baculum* appellatur; uti contrà illud, quod Moſes è Sanctuario petivit ad rupis percuſſionem; quodque vulgò Aaronis baculum putatur, *Moſis baculum* vocatur *Numer.* 20: 11. Quapropter nihil omninò ex hac appellationum varietate duci poteſt ad baculorum horum diverſitatem inferendam. Vocatur demum baculus iſte *Baculus Levi*, quia Sanctuario

ɼtuario pro Tribu Levitica cum duodecim aliis fuit illatus.

Quod objicitur 2ò, Iſraëlitarum murmura minimè fuiſſe deſitura, ſi, dum pro aliis Tribubus vulgares Virgæ Sanctuario inferrentur, pro Levitica Moſis Virga tot miraculis illuſtris, fuiſſet importata; huic enim germinationis & florum prodigium fuiſſet continuò aſcriptum: hoc, inquam, ſuperioribus longè quidem eſt ſpecioſius, pari tamen cum illis facilitate diluitur. Tametſi enim hæc Virga multa edidiſſet in Moſis & Aaronis manibus miracula; nulla tamen unquam extra eorum manus fecerat; uti fecit eorum Arca. Adhæc probabile eſt admodum, familias reliquas Virgas ſelegiſſe virides, recenſque ex arbore deciſas, pro ſe quaſque Tabernaculo importandas, pro Levitarum autem familia Moſem ſuam pridem aridam & exuccam intuliſſe; in quo familiarum aliarum conditio longè potior fuit quam Leviticæ. Quæ ſi ita ſeſe habuere, (uti veriſimile eſt) eventus mirabilitate ſua omnium animos ita perculit, ut nullus quiſquam vel tantillum obmurmurare auſus ſit. Quid enim excogitari poteſt prodigioſius, quàm virgulæ alicujus jam pridem aridæ & prorſus ſterilis extemporanea germinatio? Eunuchi ſe ſe ligno arido pares aiunt *Eſa.* 56: 3. quo ſe ad generationem quancunque prorſus ineptos probent: Poëtæque, fictitiis miraculis luxuriantes ipſi, nobis ut quid impoſſibile prorſus exhibent, aridam Virgam floreſcere. Hincque apud Poëtarum Principem *Iliad.* 1. *verſ.* 234. &c. Agamemnon jurat per ſceptrum, quod nulla unquam emittet folia, eò quòd à matrice fuerit exciſum, eſſetque ſiccum.

> *Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους*
> *Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,*
> *Οὐδ' ἀναθηλήσει. περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε*
> *Φύλλα τε καὶ φλοιόν.*

Quæ ſic imitatur, ac vertit Virgilius, *Æneid. l.* 12.

> *Ut ſceptrum hoc, (dextrâ ſceptrum nam fortè gerebat)*
> *Nunquam fronde levi fundet virgulta, neque umbram,*
> *Cùm ſemel in ſylvis imo de ſtirpe reciſum*
> *Matre caret, poſuitque comas, & brachia ferro.*

D. Cyrillus porrò *in Caten. ſuper Numer.* ait, Virgam illam Aaronis Amygdalas emiſiſſe, ut iis adumbraret vigilantiam & promptitudinem in Dei Miniſtris requiſitam; eò quòd inter Hebræos vigilantia & Amygdala eadem ferè voce ſignificentur; ſiquidem שקד, *Amygdala*, derivetur à שקד, *vigilare, properare*; eâque voce Amygdalina arbor notetur; quoniam, ut agnoſcit Plinius *lib.* 15. *cap.* 25. *Floret prima omnium menſe Januario, Martio verò poma maturat.* Indéque Etymologici Mag. Author, putavit Amygdalæ fructus Græce vocari *Θασια*, eò quòd fructuum omnium ſint primi; à *θᾶσσον citius.* Θάσια, inquit, *τὰ ἀμύγδαλα, ἀπὸ τοῦ θᾶσσον τὸν καρπὸν ποιεῖν· πρώϊμα γὰρ ὑπὲρ τὰ λοιπὰ δένδρα. Thaſia ſunt Amygdala; eò quòd hi fructus citò prodeant; & quòd præ cæteris arboribus præcoces ſint earum arbores.* Sed in eo videtur errare; ſiquidem ab inſula Thaſo nomen acceperint, in qua magna & fructuum & arborum harum copia. Utut ſit, Deus *Jerem.* 1: 11, 12. ramum Amygdaleum Prophetæ præmonſtravit, ut eo ſignificaret, ſe maturare verbi ſui executionem. Quæ ſic interpretatur Theodoret. *ἡ δὲ ἀμυγδαλίνη ῥάβδος τὸ ταχὺ τῆς τιμωρίας αἰνίττεται. πρὸ γὰρ τῶν δένδρων ἄλλων τοῦτο τὸ δένδρον ἀνθεῖ. Ramus hic Amygdalinus caſtigationis celeritatem ſignificat; arbor enim iſta ante alias flores emittit.* Quo in loco notandum obiter, D. Hieronym. Hebraicę vocis ambiguitate in errorem fuiſſe inductum, cùm pro *Virga Amygdalea* verterit, *Virgam vigilantem.* Hic forſan ſubſiſtendum foret, ſed temperare mihi non poſſum, quin addam apud Cabbaliſtas iis Amygdalis, quas edidit Aaronis Virga, Haſamonæos intelligi; eò quod, dum regnârunt, Iſraeliticum Sacerdotium refloruerit, ita ut nunquam fere fuerit illuſtrius. Hujus autem ſuæ explicationis ratio hæc eſt, quod voces Hebrææ שקדים *Amygdala*, & חשמנים, *Aſamonæi*, eundem efficiant numerum, nempe 454.

Sed non adverto, & chartam & tempus mihi deeſſe, quibus te rogem humillimè, ut hanc meam, quâ in cenſendo Opere tuo uſus ſum, licentiam mihi condones; quandoquidem ex eo uno affectu procedat, quo velim, ut in ſecunda aliqua ejus Editione ea omnia temperares, quæ difficiliores quoſque fortean offendant, eóque modo calumniæ cuivis occurreres. Quanquam porro ingenue fateor Annotationes haſce meas ita eſſe leves, ut, etiamſi ſcitæ & ſolidæ forent omnes, vix quicquam tamen Poëmatis tui dignitati detrahant. Qui enim ipſum ſunt lecturi, hi in eo neque rerum Naturalium Hiſtoriam, neque Antiquitates Judaicas, &c. requirent; ſed ſtyli elegantiam, fictionum gratiam & varietatem, carminum venuſtatem, ſimiliaque alia ſectabuntur, quibus omnibus ita ſatisfacis familiaribus tuis & amicis, ut vel ſeveriores concedant ultro nihil quicquam in Opere tuo deſiderari. Indéque nunquam profectò paſſurus ſum, ut quiſquam tantillum ejus induſtrię, venuſtati, & merito deroget: & ſi qui audeant, ſciant illi, me eodem prorſus ſtudio ipſis adverſaturum, quo Tibi & tuis omnibus, Vir Celeberrime, ſum deinceps adhæſurus & fauturus. Vale.

Cadomo perſcriptum 4. Calend. Maji anno Salut. M. DC. LIV.

IS. CASAUBONUS

Epiſt. 494. ad Scaligerum.

Legebam ſuperioribus diebus apud Baronium in anno Dn. 415. *fabellam oppido lepidam; in qua plura ſunt vocabula Syriaca: quorum partem facilè aſſequor, partem non ſatis capio. Utinam in Euſebianis tuis locus occurrat attingendæ illius τερατώδους hiſtoriæ: ſin eſt aliter, eſto, δέομαί σε καὶ λιτανεύω, hoc argumentum unius Epiſtolæ ad nos tuæ.*

SCALIGER

reſpondet Epiſt. 109.

Inſpexi fabulam Annal. ſub A. Ch. Dionyſianum 415. *Ibi ridiculè Conſulatu Honorii* X. *Theodoſii* VI. III. Kal. Decembr. *dicitur Paraſceue fuiſſe, cum fuerit feria* II. *Sed puto* VI. *Kal. non* III. *Kal. legendum. Nam proclivis eſt lapſus in ejuſmodi.* Caphargamala *non eſt villa Gamalielis, ſed villa Cameli,* כפר גמלא *καμηλοκώμη. Rectè* delagabri *τὸ τοῦ Θεοῦ ἀνδρῶν,* גברי דאלהא. Dabatalia *ἀνδρῶν ἀγαθῶν, falsò.* דאבא טליא, *τὸ ἀβαταλία, verè Judaicum nomen, quod ex* אב טליא Ab talia *poteſt dici. Sed alterum uſitatius καὶ ἰȣδαϊκώτερον.* Celiel *ſervus Dei, nuga.* כלי אל, *Θεοῦ σκεῦος, Hebr. non Syriacum.* Apaan, Dardan, *nomina propria; non autem Nicodemus, ut nugatur: ut verè de eo Lectorum luſerit, qui tam frivola commentus eſt; & majores nugas egerit, ſi pro Nicodemi ſepulchro, Apaan & Dardan Judæorum Chriſti hoſtium reliquias adorandas propoſuerit.*

Prov. 14: ỷ. 15.

פתי יאמין לכל דבר וערום יבין לאשרו.

PLUTARCHUS

De Audiendis Poëtis.

Βλὰξ ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ φιλεῖ ἐπτοῆσθαι.

Et *Lib.* de Auditione.

Καὶ τὸν Ἡράκλειτον ἐκ ἐλέγχεις εἴποντα; βλὰξ ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ ἐπτοῆσθαι φιλεῖ.

PHOTIUS.

Photius Autore CLXXI. pag. 383. *ex Chryſippo Hieroſol. Presbytero de Gamaliele & Nicodemo hiſtoriam adducit, eumque de Luciano hæc ſubjungit.* οὗτος δὲ ὁ Λυκιανὸς ἐν μιᾷ τῶν νυκτῶν περὶ τρίτην ὥραν, καθ' ὕπαρ, ἀλλ' ἐκ ὄναρ, λέγεται τὰ προειρημένα μυηθῆναι: ἐπιστάντα γὰρ αὐτῷ τὸν Γαμαλιὴλ ταῦτα ἐμφανίσαι; ὡς εἴη μὲν αὐτὸς Γαμαλιὴλ, καὶ ὡς ἐβαπτίσατο καὶ ὑφ' ὧν: εἴη δὲ καὶ Ἄβιβος ὁ παῖς, καὶ ὡς θήκῃ αὐτὸν μιᾷ συναποτεθεῖνται, εἴη δὲ καὶ Στέφανος ὁ πρῶτος Μαρτύρων κατὰ τὴν ἀνατολικὴν τεθησαυρισμένος θήκην. ὁ παρὰ τὰς πόδας ἐν ἑτέρᾳ θήκῃ Νικόδημος, ὅσα τε πάθοι καὶ ἐφ' οἷς, καὶ ὑπὸ τίνων. ἡ δὲ μετὰ ταῦτα θήκη αὐτῦ τε καὶ τῦ παιδὸς εἴη. ταῦτα εἴποντα τὸν Γαμαλιὴλ ἐπισκῆψαι τῷ Λυκιανῷ μὴ ἀμελεῖν ἐπὶ τῶν λειψάνων, μὴ δὲ ἐᾶν ἡλίῳ καὶ ὄμβροις διαφθείρεσθαι, σεισμόν τε γίνεσθαι σύνδρομον τῇ ὀπτασίᾳ, καὶ πολλὰς πολλῶν νοσημάτων ἰάσεις ἐπιτελεσθῆναι, τοῦ πρωτομάρτυρος μάλιστα τῆς θήκης τὰ ἰάματα προσχούσης. *Hic Lucianus nocte quadam, horâ ferè tertiâ, in vera viſione non in ſomnio, dicitur ea quæ diximus, didiciſſe. Hæc enim aſtantem ipſi Gamalielem omnia revelâſſe: verum nimirum eſſe ſe Gamalielem, à ſupradictis Apoſtolis, unà cum Abibo filio baptizatum, & in eadem capſa collocatum. Eſſe & Stephanum Protomartyrem in theca Orientem verſus conditum, atque ad ejus pedes in altero ſcrineolo Nicodemum jacere, quæ item per quos, & ſub quibus paſſus eſſet, indicavit: thecamque poſt hæc proximam ſuum ac filii corpus continere. His dictis Gamalielem præcepiſſe Luciano, ne poſthac reliquias illas in Sole, & pluvia corrumpi per negligentiam ſineret. Terræ motum inſuper ad hoc viſum exortum, multáque plurimorum genera morborum hic curata eſſe, Protomartyris maximè theca medelam adferente.*

NOTÆ

N O T Æ
In LUCIANI Caphargamalenſis Presbyteri
S C R I P T U M,
De inventis D. Stephani Protomartyris Reliquiis,
Q U A L E
A Baronio Annal. Tom. 5. ad ann. Ch. 415. exhibetur.

Inclinante ſeculo quinto Gennadius Maſſilienſis Presbyter ad D. Hieronymi exemplum Scriptorum Eccleſiaſticorum *Catalogum* conſcripſit, quem Gelaſio I. Romanorum Epiſcopo dedicavit. Catalogi autem hujus *cap.* 46. hæc leguntur; *Lucianus Presbyter, Vir ſanctus, cui revelavit Deus temporibus Honorii & Theodoſii Auguſt. locum ſepulchri & Reliquiarum corporis S. Stephani Martyris primi, ſcripſit hanc Revelationem ad omnium Eccleſiarum perſonas Græco ſermone* Capite verò 47. hæcce de Scripto illo Græco ſubdit, *Avitus Presbyter, homo Hiſpanus genere, antè relatam Luciani Presbyteri ſcripturam in Latinum tranſtulit ſermonem, & additâ Epiſtolâ ſuâ, per Oroſium Occidentalibus edidit.* Jam verò hæ Aviti tum Tranſlatio tum Epiſtola etiamnum hodie ſuperſunt; ſi fides Baronio, qui magnificè & confidenter eas nobis exhibet *Annal. Tom. 5. ad ann. Chriſt.* 415. cùm ex Surio tum ex quatuor Bibliothecæ Vaticanæ Manuſcriptis ſedulo & fideliter, ait, inter ſe collatis deſumptas. Intereſt autem quàm maximè ſciat quiſque an Scripta iſthæc legitima ſint, & fide digna; quandoquidem Eccleſia Romana hæc præfidenter ad Sanctorum & Reliquiarum cultum ſtabiliendum afferat. Et certè Aviti Epiſtola in eo toto verſatur, ut quaſdam ſancti Stephani Reliquias commendet, quas per Oroſium ad Balchonium Bracharæ, hodie *Braga*, in Gallœcia Hiſpaniæ provincia ſitæ, Epiſcopum tranſmittit. Luciani verò libellus nihil eſt, quàm hiſtorica quædam narratio, Avito prolixè deducta, in qua recenſet, quàm mirabiliter inventæ fuerint hæ Reliquiæ. Hujus hæc eſt ſumma.

,, Lucianus Presbyter Eccleſiæ, quæ erat in Ca-
,, phargamala, in territorio Hieroſolymorum, die
,, Paraſceue, hoc eſt, feriâ ſextâ tertio Non. Decem-
,, bris, Conſulatu Honorii decies, & Theodoſii ſe-
,, xies, Auguſtorum, dormiente eo in cubili ſuo
,, in loco ſancti Baptiſterii, in quo conſuetudo erat
,, illi dormire, quaſi in extaſi ſemivigilans vidit vi-
,, rum ſenem, longum, dignum Sacerdotem, canum,
,, prolixam barbam habentem, palliatum albâ ſtolâ,
,, cui inerant gemmulæ aureæ hebentes ſignum Cru-
,, cis. Is ſtetit ad dexteram ejus, & aureâ virgâ pul-
,, ſavit eum; & dixit ei Græco ſermone, Vade in Ci-
,, vitatem, quæ dicitur Ælia, (quæ eſt Hieruſalem)
,, & dic Joanni, qui eſt in ea Epiſcopus: Quandiu
,, clauſi ſumus & non aperis nobis? Et maximè quòd
,, in temporibus tui Sacerdotii oportet nos revelari.
,, Aperi nobis feſtinanter monumentum ubi negli-
,, gentiâ poſitæ ſunt Reliquiæ noſtræ; ut per nos ape-
,, riat Deus & Chriſtus ejus, & Spiritus Sanctus oſti-
,, um Clementiæ ſuæ in mundo. Periclitatur enim ſæ-
,, culum ex multis caſibus, qui fiunt in eo quotidie.
Reſpondit autem ei Lucianus, dicens, ,, Quis es tu,
,, Domine, & hi, qui tecum ſunt? *Cui replicavit Viſio,* ,, Ego ſum Gamaliel, qui Paulum Apoſtolum
,, Chriſti & legem docui in Hieruſalem: & qui me-
,, cum in parte Orientali monumenti jacet, ipſe eſt
,, Dominus Stephanus, qui lapidatus eſt à Judæis fo-
,, ris portam, quæ eſt ad Aquilonem, qui dicitur ad
,, Cedar, ubi die ac nocte jacuit projectus, ut ſepultu-
,, ræ non daretur, ſecundum mandatum impiorum
,, Principum, ut à feris conſumeretur corpus ejus.
,, Ex Domini autem voluntate non tetigit eum u-
,, num ex his, non fera beſtia, non avis, non canis.
,, Ego Gamaliel, compatiens Chriſti miniſtro, feſti-
,, navi habere mercedem in Domino. Miſi per no-
,, ctem quantos poteram religioſos Chriſtianos, &
,, neceſſarias ſubſtantias miniſtravi, & perſuaſi illis
,, ire occultè, ut portarent corpus ejus meo vehicu-
,, lo in Villam meam Caphargamala, quod interpre-
,, tatur, Villa Gamalielis, viginti millia habens à
,, civitate, & ibi feci illi planctum fieri diebus ſep-
,, tuaginta, & poni in meo monumento in Orientali
,, theca. Ipſe autem Dominus Nicodemus in alia
,, theca poſitus eſt, qui venit ad Salvatorem Jeſum
,, noctu, & catechiſatus eſt ab eo; & abiens baptiſa-
,, tus eſt à Chriſti diſcipulis. Et cognoſcentes Ju-
,, dæi amoverunt eum à principatu ſuo & anathe-
,, matiſaverunt eum, & de civitate exulare fecerunt.
,, Sed ſuſtuli in agrum meum, & alui & veſtivi uſ-
,, que ad finem vitæ ejus, & defunctum ſepelivi juxta
,, ta Dominum Stephanum. Similiter Abibus filius
,, meus dilectiſſimus, qui mecum Baptiſmum Chri-
,, ſti accepit, viginti annorum exiſtens mortuus eſt,
,, in tertia theca excellentiori jacet in qua & ego po-
,, ſtea defunctus ſum applicitus. Mea verò uxor E-
,, thna habens nomen, & Ledemias primogenitus
,, meus, quia noluerunt eſſe Chriſti fidei cultores in
,, alia villa matris ſuæ ſepulti ſunt, hæc eſt in Ca-
,, pher ſemelia. *His porrò auditis Lucianus Gamalielem interrogavit ubinam quærerentur. Cui Gamaliel,* ,, In
,, Proaſtio, quod poteſt intelligi, agro ſuburbano;
,, qui eſt proximus Villæ ager, qui dicitur Delaga-
,, bri, id eſt, Virorum Dei. Tum evigilavit Lucia-
,, nus & deprecatus eſt Dominum, ut, ſi hæc Viſio
,, ex illo eſſet iterum ac tertio appareret ſibi. Cùm i-
,, gitur cœpiſſet jejunare & ſiccas eſcas ſumere uſque
,, ad aliam paraſceüen, iterum Dominus Gamaliel
,, eadem ſimilitudine apparuit ipſi dicens, Quare ne-
,, glexiſti ire & dicere S. Epiſcopo Johanni? Cui re-
,, ſpondit Lucianus, timui, domine, mox ire à prima
,, viſione, ne viderer ſeductor eſſe. Huic autem Ga-
,, maliel dixit acquieſce, acquieſce mihi. Et quoni-
,, am requiſiſti de Reliquiis ſingulorum, quomodo
,, & ubi poſitæ ſint, appone ſenſum & vide diligenter
,, quæ oſtendentur tibi, & ſtatim attulit quatuor cala-
,, thos, tres aureos & unum argenteum. Tres eorum
,, pleni erant roſis; duo albas roſas, tertius rubicundas
,, habebat; quartus verò argenteus erat plenus croco
,, benè olente: lipſana noſtra ſunt, dixit. Qui
,, rubeas habet roſas, ipſe eſt Dominus Stephanus,
,, qui à dextris poſitus eſt ad Orientem ab introitu
,, monumenti. Secundus calathus eſt Dominus
,, Nicodemus poſitus contra oſtium. Tertius ve-
,, rò ipſe eſt meus. Quartus ille argenteus Abi-
,, bus filius eſt meus, qui immaculatus ex utero
,, matris ſuæ exceſſit è mundo; propterea in ſimi-
,, litudinem argenti mundiſſimi apparuit. His di-
,, ctis evanuit Gamaliel. Lucianus autem exper-
,, gefactus gratias egit Deo omnipotenti, & con-
,, ſuetis jejuniis operam dedit uſque ad tertiam
,, revela-

,, revelationem. In tertia igitur ſeptimana eadem
,, die & horâ venit ſuprà dictus vir comminans &
,, fremebundus, dicens; quare usque nunc diſſi-
,, mulâſti & noluiſti pergere? Numquid non vides
,, quanta ſiccitas eſt & tribulatio in toto mundo, &
,, tu negligenter agis? Exurge igitur & dic Johan-
,, ni, ut aperiat nobis & faciat locum Orationis, ut
,, interceſſione noſtrâ miſereatur Dominus populo
,, ſuo. Ad hæc verba intremiſcens Lucianus re-
,, ſpondit, Domine mi præſtolabar tertium adven-
,, tum tuum. Nunc verò hinc craſtinâ die pergam
,, omnia, quæ mandâſti mihi, dicturus. Tum Lu-
,, cianus viſus eſt ſibi quaſi altero mentis exceſſu de-
,, veniſſe Hieroſolymas, & Johanni narrare omnem
,, Viſionem; hæcque audire à Johanne; Si hæc ſic
,, ſe habent, ut dicis, Cariſſime, oportet me colli-
,, gere de poſſeſſione illa bovem illum maximum a-
,, ratorem, qui & carro & aratro aptus ſit, & di-
,, mittere tibi poſſeſſionem cum omnibus cæteris.
,, Ad quem continuò ait Lucianus, Ut quid mihi
,, poſſeſſio, ſi non habeo bovem, per quem regatur
,, & aretur poſſeſſio? Et dixit illi Epiſcopus; Ita
,, placuit, Cariſſime, quoniam Civitas noſtra ve-
,, hiculis miniſtratur & unum bovem illum maxi-
,, mum ad carrum minus habemus, quem tu dice-
,, ris in poſſeſſione tua cælare; oportet namque ut
,, in civitate celeberrima ſit magis quàm in parvula
,, poſſeſſione. Nunquid tibi non ſufficiunt duo re-
,, ſidui boves minores ad excolendam terram vehi-
,, culo tuo? Poſt hanc extaſim Lucianus experge-
,, factus benedixit Dominum & perrexit ad Johan-
,, nem, narravitque omnia præter viſionem bovis,
,, exſpectans quid audiret ea de re ab eo. Intellige-
,, bat nempe? quia S. Stephanus ipſe eſſet bos ma-
,, ximus; carri illi ſanctæ eſſent Eccleſiæ; & Sion
,, prima Eccleſia carrus major eſſet; & quia ſanctus
,, Epiſcopus habebat ab illo petere Stephani Reli-
,, quias. Cùm autem hæc audiſſet Johannes lachry-
,, matus eſt præ gaudio & dixit, ſi hæc, ut dicis,
,, Deus tibi revelavit; oportet me inde transferre
,, beatum Stephanum. Vade itaque & fode in acer-
,, vo, qui eſt in ipſo agro, & ſi inveneris nuntia
,, mihi, tuncque Lucianum dimiſit. Cùm Lucia-
,, nus reverſus eſſet ad villam miſit præcones, ut o-
,, mnes habitatores villæ diluculo ſurgerent & fo-
,, derent in acervo. Eadem verò nocte apparuit Ga-
,, maliel cuidam Monacho nomine Nygetio, inno-
,, centi & ſimplici viro, eadem ſimilitudine quâ an-
,, teà, & dixit ad eum; Vade, dic Luciano; vanè
,, laboras in acervo illo: modo ibi non ſumus: ſed
,, tunc ibi poſiti fuimus, cùm lamentarentur nos;
,, propter quod ibi acervus in teſtimonium planctûs
,, factus eſt. Sed quære nos in alia parte, quæ eſt in
,, Boram, & loco qui dicitur Syrâ Linguâ Dabata-
,, lia, quod interpretatur in Græco Ἀνδρῶν ἀγαθῶν,
,, quod nos poſſumus dicere, Virorum fortium.
,, Subinde hymnis dictis cùm Lucianus vellet ire ad
,, acervum illum, quidam dixêre, audi primùm
,, quid dicat Monachus Nygetius. Hic autem ad-
,, vocatus univerſa ſigna quæ viderat, & quemad-
,, modum vidiſſet contra Auſtrum agrum ſitum, in
,, quo erat monumentum quaſi neglectum & rui-
,, noſum, ubi vidiſſet tres lectos aureos ſtratos, &
,, unum ex his altiorem cæteris, in quo erant duo
,, jacentes, unus ſenex & unus juvenis, & in aliis
,, duobus erant ſinguli: & quemadmodum ſibi man-
,, datum fuerat, diceret Luciano, ſi vellet magnum
,, & juſtum invenire; ipſum ab Orientali plaga po-
,, ſitum eſſe. Quibus auditis Lucianus in acervo
,, nihil invenit, ſed in monumento, quod Monacho
,, apparuerat, invenit tres thecas, ſecundum quod
,, apparuerat ipſi in typo calathorum. Invenit igi-
,, tur altiſſimis litteris ſcriptum lapidem obrutum,
,, habentem Celiel, quod interpretatur Servus Dei;
,, & Appaan, & Dardan, quod interpretatur Nico-
,, demus & Gamaliel. Hoc interpretatus eſt Papa
,, Johannes, ſicut audivit ab ipſo Lucianus. Hæc
,, ergo ſtatim renuntiata ſunt Epiſcopo, cùm eſſet in
,, Lydda, quæ eſt Dioſpolis, ſynodum agens. Qui
,, aſſumpſit ſecum duos alios Epiſcopos Eleuthe-
,, rium de Sebaſte, & Eleutherium de Jericho, &
,, venerunt ad locum. Qui cùm aperuiſſent Domi-
,, ni Stephani thecam, ſtatim terræ motus factus,
,, & tanta ſuavitas & fragrantia odoris inde egreſſa
,, eſt, quantam nullus hominum ſe meminit vel au-
,, diſſe vel ſenſiſſe. Cúmque multitudo populi ad-
,, eſſet, inter quos plurimi infirmi, ipſâ horâ mox
,, de odore ſuavitatis ejus 72. animæ curatæ ſunt;
,, ab aliis fugati Dæmones: Aliorum fons reſtinctus
,, eſt ſanguinis: Alii ſtrumis & furunculis libera-
,, ti; Alii à ſtringio ſanati; Alii & tertianis & quar-
,, tanis: Alios febris reliquit; Alios morbus Re-
,, gius; Alii à cephalea curati & hemicranea: Non-
,, nulli à viſcerum occulto dolore liberati: & mul-
,, tas alias curationes ſenſerunt homines; quas enu-
,, merare longum eſt. Johannes cum ſociis exoſcu-
,, lantes Reliquias clauſerunt, & cum pſalmis &
,, hymnis portaverunt Reliquias beati Stephani in
,, ſanctam Eccleſiam Sion. Derelinquentes autem
,, Luciano de membris ejus parvos articulos, imò
,, maximas Reliquias, terram cum pulvere, ubi o-
,, mnis caro ejus conſumpta eſt, cætera adſportave-
,, runt. Ex his ergo Reliquiis Lucianus transmiſit
,, ad Avitum rogans, ut eùm ſuſceperit oret pro e-
,, xiguitate ſua ut dignus inveniatur in conſpectu
,, Domini, fultus beatiſſimi Martyris meritis. Tran-
,, ſlatæ ſunt Reliquiæ 6. Calendas Januarii, & tunc
,, in tempore jugis & infinita ſiccitas erat; ſed eâ-
,, dem horâ pluvia magna deſcendit & abundanter
,, inebriata eſt terra.". *Hæc ſcilicet Lucianus.*

Quamvis concederemus Scriptum illud, quod nobis obtruditur, Luciani Libelli genuinam eſſe tranſlationem ab Avito adornatam, iſtud certè magna non polleret authoritate. Quis enim eſt Lucianus niſi *omnium hominum*, ut ipſe ait, *minimus?* Quid unquam præſtitit quo tantillam fidem meruerit? Adhæc quod adfertur non eſt ejus textus, ſed verſio quædam facta ab Avito Sacerdote Hiſpano, qui cùm Hieroſolymam petiiſſet, inde redierat ſomniis Origenianis plenè imbutus, teſte Oroſii ad Auguſtinum de eodem Avito Epiſtolâ; ex qua patet eum erroribus hiſce fuiſſe implicitum: *Mundum eſſe æternum*; tumque *tantum apparere incœpiſſe, cum factus dicitur:* Angelos unius & ejuſdem *cum humanis animis eſſe ſubſtantiæ:* Deum *in eum unicè finem Mundum produxiſſe, ut animas noſtras purgaret à peccatis, quæ commiſerant, priuſquam corporibus jungerentur*; Ignem æternum, *de quo Evangelium, neque verum ignem, neque revera æternum eſſe, eoque igne Conſcientiæ cruciatus intelligendos*; Diabolum, *cum ipſius malitia penitus fuerit per ignem conſumpta, tandem aliquando pœnis exolvendum:* Jeſum Chriſtum *Dei filium Angelorum naturam aſſumpſiſſe, priuſquam noſtram ſibi conjungeret, utramque poſtea depoſuiſſe*; Hæc fermè erant Aviti iſtius dogmata; quæ Auguſtinum impulerunt ad librum adverſus eum ſcribendum, in quo ipſum prolixiſſime refellit, atque impudentię & erroris accuſat. Nihilominus tamen Lucianus eum *Sanctum Dei cultorem* nuncupat: unde meritò credetur (modò hęc Luciani Epiſtola ſuppoſititia non ſit) Lucianum ipſum iiſdem imbutum fuiſſe erroribus; Orthodoxus enim de homine tot hęreſibus ſcatente non ita ſenſiſſet.

At valida inſuper adſunt argumenta, quibus Libelli iſtius veritatem ſuſpectam habeam, cumque alio ſeculo ſcriptum putem. Primùm hanc mihi ingerit ſuſpicionem craſſiſſima ſtyli barbaries; In eo enim reperies, *In quantum valeo; Inceſſabiles lachrymas; inceſſabiliter; Viſio, qua apparuit mea puſillitati neceſſarium duxi pandere.* Nomen *viſio* indeclinabile, vel neutrum, uti patet, conſtituit, Gręci

ἱερμα adinſtar. Item, *Die paraſcene*, pro *die paraſceues*; *Longum ſacerdotem* pro *procerum*, quoniam in Græco textu erat μακρὸς; *Palliatum ſtola*, pro indutum vel veſtitum; *Gemmula aurea*, pro *auro incluſa*; *Periclitatur ſæculum ex multis caſibus, qui fiunt in eo quotidie*; *Quantos poteram Religioſos*, pro *quamplurimos*; *In villam meam viginti millia habens a civitate*; *Et feci illi planctum fieri*. In eo quoque Scripto legere eſt, *Hunc ſuſtuli eum*; *Miſereatur Dominus populo ſuo*; *Bovem, per quem regitur poſſeſſio*, pro *colatur*; Item, *Civitas noſtra vehiculis miniſtratur* pro utitur; *Ad excolendam terram vehiculo tuo*, pro *aratro tuo*; *Manda mihi per Diaconum*; *A ſtringio ſanati*; num velit *a ſtranguria*, haud ſcio; ac denique *Tunc in tempore* pro *tum temporis*. Stylus certè redolet poſtremorum ſeculorum barbariem; ſaltem parum veriſimile eſt Theodoſii ſeculo, hominem uſque adeo ignarum ad ſacerdotium fuiſſe admiſſum, taliaque ejuſque ſcripta minimè ſuppreſſa: eo, inquam, ſeculo, quo & Divus Hieronymus & Symmachus elegantiſſimas illas, quas habemus, ſcribebant Epiſtolas: utne Claudianum, & Auſonium, Prudentium, atque Sedulium, Poëtas eximios commemorem. Mitto quod προάστιον, *ſuburbanum*, vocet campum villulæ cuidam finitimum. Sed & hoc etiam fraudem arguit. Spurius enim ille Lucianus, qui ſancti Stephani Reliquias adinveniſſe ſe jactat, tempus ipſum, quo inventæ fuerint, ignorat. Duo ſancti Stephani Feſta obſervantur; alterum in Martyrii honorem, alterum verò in oſſium Inventionem; horumce autem Feſtorum unum celebratur die tertia, aut quarta Auguſti; alterum verò menſis ad Decembris diem Chriſti Natales proximè ſubſequentem. Poſterius procul dubio in Martyrii honorem obſervatur. Id enim diſertè Auguſtinus, vel potiùs Fulgentius, primo eorum Sermonum, qui D. Auguſtino vulgo adſcribuntur, *Celebravimus heſterna die Natalem, quo Rex Martyrum natus eſt in mundo: hodie celebramus Natalem, quo primicerius Martyrum migravit ex mundo*. Similiter in ſecundo, qui verè Auguſtini eſt; *Poſt heſternum feſtiviſſimum diem, quo Salutaris noſtri Chriſti nobis nativitas illuxit; jam hodiernus dies beati Martyris Stephani Coronâ illuſtratur*. Vide & quintum. Exſtat etiam Gregorii Nyſſeni, qui ſub quarti ſeculi finem, longè ante harum Reliquiarum inventionem, mortuus eſt, in Sanctum Stephanum Sermo poſtridie Natalis Chriſti habitus, qui ſic incipit: ὡς καλὴ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀκολουθία! ὡς γλυκεῖα τῆς εὐφροσύνης ἡ διαδοχή! ἰδοὺ γὰρ ἑορτὴ ἐξ ἑορτῆς, καὶ χάριν ἀντιλαμβάνομεν χάριτος. χθὲς ἡμᾶς ὁ τοῦ παντὸς δεσπότης εἱστίασε· σήμερον ὁ μιμητὴς τοῦ δεσπότου. *O pulchram bonorum ſeriem, ſuavemque lætitiæ ſucceſſionem! Ecce enim feſtum ex feſto, gratiamque ex gratia accepimus. Orbis totius Dominus epulis nos heri beavit, hodie verò, à Domini imitatore magnificè ſatiamur*. Cùm ergo paſſionis feſtum ad Decembrem celebraretur, ſupereſt ut alterum, quod Auguſto menſe agebatur, Reliquiarum Inventioni fuerit conſecratum. Nihilominus tamen ſpurius iſte Lucianus tres ſibi oblatas viſiones ſuáque Hieroſolymam & Dioſpolim itinera, quæ ſunt Epiſcopo ſuo referenda, ita diſponit; ut ipſum tandem ad ſepulchrum, quo reconditæ erant hæ Reliquiæ, deducat, ut præciſè *VII. Kalendas Januarii*, id eſt, die Natales Chriſti proximè ſequente, effodiantur. Eoque modo tempus Inventionis harum Reliquiarum cum paſſionis tempore confudit; quem in errorem ipſe, qui illas detexiſſet, Lucianus nequaquam incidiſſet. His adde hanc Scaligeri Epiſtolâ ad Caſaubonum 109. obſervationem; nempe, Suppoſititium hunc Authorem perbibere, Gamalielem ſibi apparuiſſe *feria ſextâ tertio Kal. Decembris, Conſulatu Honorii decies & Theodoſii ſexies Auguſtor.*. At hoc verum eſſe non poteſt; anno quippe Conſulatûs Honorii & Theodoſii, qui Annus à Ch. n. 415. *tertius Nonas Decembris*, hoc eſt, menſis hujuſce tertius, *erat feria ſecunda, non ſexta*; dies Lunæ, non autem Veneris: qua in re haud erráſſet Author, cui exhibita fuiſſet ejuſmodi Revelatio. Verùm errori huic conſuluit Baronius ultimâ Annalium Editione; nam pro *tertio Kalend.* reſcripſit, *tertio Nonas Decembris*, quę feria revera Veneris dies erat.

En alteram ejuſdem ſpeciei Obſervationem. Lucianus narrat quod, cùm magna prius eſſet ſiccitas, *Eâdem tamen horâ, quâ apertum fuit Sancti Stephani ſepulchrum, pluvia magna deſcendit & abundanter inebriata eſt terra; & homines glorificabant ibi Dominum propter Sanctum Stephanum*. Hæc ſanè Chriſti Natalitiis parum omninò congruunt. Quis enim imbres eo tempore tantoperè deſideràrit? At æſtati optimè conveniunt, quà ſcilicet in regionibus calidis terra eſt ſicciſſima; fructuſque humoris defectu matureſcere nequeunt. Anthol. *l. 2. c. 47. Ep. 4.*

Οὐδὲ γὰρ ἐργοπόνοισι μετ' εὐχίω ὄμβρος ἄκαιρος
Χρήσιμος, οὐ ναύταις ἐν λιμένι Ζέφυρος.

Quemadmodum in temporibus ſic quoque in locis circumſcribendis Author aberravit. Scribit enim Divum Stephanum ad Hieroſolymæ portam, quæ ad Aquilonem ſpectat, lapidatum fuiſſe: verùm, ſi unum excipias Brochardum, qui eum ſecutus eſt, omnes alii ratum habent, Stephanum *ad Gregis portam* lapidibus fuiſſe obrutum; Urbem inter & Oliveti montem; quin & in hunc uſque diem hæc porta Stephani nomine inſignitùr; Martyriique inibi locus magna eſt in veneratione. Jam autem locus ille ad Hieroſolymę Orientem, nequaquam verò ad Aquilonem, ſitus. Teſtatur Villalpandus *Apparatu de Hieroſolyma ejuſque Templo, part. 1. lib. 3. cap. 7.* dum deſcribit Portam gregis, quę Orientalis. *Eam*, inquit, *nunc Peregrini, atque Hieroſolymis degentes, portam vocant S. Stephani, prout tradit* l. 3. Del Viaggio. *Zuallardus; probaturque ex eodem porta ſitu, quæ hodie egredientes in vallem Joſaphat ducit; in qua locus maxima veneratione colitur, protomartyris Stephani ſanguine conſecratus. Quocirca hallucinatum credimus Brochardum, &, qui eum ſecutus eſt, Adrichomium; qui portam Ephraim, quam ad Aquilonem urbis ſitam fatetur, portam S. Stephani dictam putavit; cùm vallis Joſaphat, in qua lapidatus fuit S. Stephanus, monſque Oliveti ad Orientem urbis exiſtat.* Fallitur tamen, cùm Adrichomium annumerat iis, qui dicunt D. Stephanum ad Hieroſolymorum Aquilonem lapidatum fuiſſe; contrà Adrichomius idem prorſus cum illo ea in re ſentit. Quod patet ex ipſius verbis *in Deſcriptione Hieroſolymæ Art. 165. Porta vallis nomen inde trahens, quod in vallem Joſaphat viam faceret, &c. quæ & ob hoc etiam Porta gregis appellari meruit, quod per hanc immolandi in Templo greges in Forum pecuarium venales adducerentur. Nunc verò a Protomartyre, qui per eam civitatem eductus eſt, & non longe ab eadem lapidatus, S. Stephani porta nominatur.* Quod & ipſe agnoſcit Villalpandus *c. 12.* ubi poſtquam Brochardum refutâſſet, hæc addit; *Cùm in valle Joſaphat peregrini verò & Chriſtiani omnes locum venerentur, Protomartyriſque ſanguine & martyrio ſacrum, &c. accuratius multò ac veriùs Adrichomius Portam gregis teſtatur nunc a Protomartyre, qui per eam extra civitatem eductus eſt, & non longè ab eadem lapidatus, S. Stephani portam dici.* Suam confirmat ſententiam Adrichomius plurimorum recentiorum Authorum ſuffragiis; ſed ſunt etiam antiquiores, qui ipſi ſuffragantur; ſic Joannes Phocas in *Deſcriptione Palaſtinæ*, circa annum 1150. Imperante Manuele Comneno exarata. Sic enim *pag. 19.* dum vallem ad Hieroſolymæ Orientem ſitam, id eſt, vallem Joſaphat, deſcri-

ſcribit. τὸ δ' ὕπερθεν ταύτης ἐστὶν ὅλον ὑπάμπελον, ἐν ᾧ καὶ ὁ λιθασμὸς τοῦ πρωτομάρτυρος, ἁγίου Στεφάνου, ἐγένετο. Τὸ δὲ τούτου εὐώνυμον, καὶ τῆς φάραγγος περαιτέρω, τὸ τοῦ Ἐλαιῶνος ὄρος ὑπάρχει: *ſuperior hujus vallis pars tota eſt vineis conſita; ibi etiam lapidatus fuit S. Stephanus Protomartyr: ad ſiniſtram autem & trans vallem eſt Oliveti mons.* Adſtipulatur etiam Perdiccas, Epheſinus Protonotarius, qui Hieroſolyma politicis verſibus, eadem fermè circa tempora, deſcripſit,

> Καὶ τόπος ἔνθα Στέφανος ὁ πρῶτος τῶν μαρτύρων
> Μικρὸν ἐκτὸς τῆς πόλεως λιθόλευστος γεγόνει.
> *Et locus, in quo Stephanus Protomartyr*
> *Paulum extra urbem lapidibus fuit obrutus.*

Patet eundem locum deſignari ex hiſce ſuccedentibus,

> Μετὰ δὲ ταῦτα πάρεισι κοιλὰς ἡ τοῦ κλαυθμῶνος
> Ἡ διαιροῦσα τὴν Σιὼν ἀπὸ τοῦ Ἐλαιῶνος:
> *Deinde occurrit vallis lachrymarum,*
> *Quæ inter Sionem, & Olivetum interjacet.*

Eſt & aliud novitatis ſignum in iſto ſpurio Luciano, iſtud nempe, quod hanc portam, quam Hieroſolymis ad Aquilonem collocat, juxta quam S. Stephanum paſſum exiſtimat, *Portam ad Cedar nominet*, id eſt, *portam quâ ad Cedar* itur. Eo nomine nullus non intelligit, *Cedar* Arabiæ civitatem illam, de qua tam ſæpe Scriptura, nequaquam ſignificari: cùm enim Arabica Cedar ad Hieroſolymæ Meridiem ſit poſita, ad eam per portas boreales, id eſt, oppoſitas, non itur. Aliam ergo Cedar intendit, Galilæanam videlicet, Hieroſolymis Aquilonarem, quatuor præter propter leucis Corazain diſtantem; de qua Eugeſippus *Libro de diſtantiis locorum Terræ Sanctæ; pag.* 108. *Quinque millia à Corazain Cedar*; nec non Brochardus *cap.* 4. *A civitate Corazain verſus Orientem quatuor ſunt leucæ ad civitatem Cedar in alto monte ſitam.* Jam autem verus Lucianus hujus civitatis Cedar mentionem facere non potuiſſet; ea quoniam ipſius ſeculo ignota erat. Euſebius enim, Luciano paulo antiquior, Hieronymuſque ipſi æqualis, qui Terram Sanctam totam peragrârunt, nobiſque ejus deſcriptiones accuratiſſimas exarârunt, adeò ut plurimos illius viculos commemorent, de hac Cedar prorſus ſiluerunt: quæ tamen utcunque memoranda fuiſſet, ſi Hieroſolymorum biduo, vel plus, diſtantium portæ nomen dediſſet. Quin & de illa nihil quicquam apud authores ad Eugeſippum uſque modò laudatum reperio. Is autem anno 1040. ſcripſit, hoc eſt, ſexcentis circiter annis poſt ſuppoſititium hoc Luciani Scriptum. Fateor quidem Eugeſippum perhibere eandem eſſe Cedar, de qua *Pſalmo* 120; Brochardumque contrà eſſe Gamalam. Verùm uterque fallitur; ut facillimè oſtenderem, ſi hic eſſet locus. Licet porrò Ceder eadem eſſet civitas cum Gamala; ſupereſſet adhuc demonſtranda nominis *Cedar* antiquitas. Hoc autem recens eſſe, neminemque illud uſurpâſſe, niſi multis poſt verum Lucianum ſeculis, contendo.

Pſ. 120 5. *Cant. Cant.* 1: 5. *Eſa.* 21. 16. 17. & 42: 7. & 60: 7. *Jerem.* 2: 10.

Nec verius eſt quod Gamalieli affingit, hunc nempe juſſiſſe cadaver Stephani, è Hieroſolymorum vicinia, ubi fuerat lapidatus, Caphargamalam, villam ſuam Hieroſolymis viginti millia diſtantem, adveheretur. Non diffiteor crediddiſſe Veteres Gamalielem S. Stephanum ſepeliendum curâſſe. At nemini, præterquam huic ψευδολόγῳ in mentem venit, eum tam procul tranſtuliſſe. Creditur vulgò, nec ſine magna veriſimilitudine, illum paſſionis loco fuiſſe adſepultum. Juxta Hieroſolyma in valle Joſaphat conditum aſſerit Adrichomius, *Sepulchrum*, (inquit *num.* 23.) *S. Stephani Protomartyris, Nicodemi, Gamalielis, & Abybonis hujuſce filii, quorum corpora cùm plus minus* 360. *annis prope Hieroſolymam in valle*, (ut videtur,) *Joſaphat, in obſcuro ac ſordido loco, jacuiſſent, ſub Honorio Imperatore, &c. hic* [illegible] *ne canaculum, & urbis mœnia, honeſtiùs tumulata ſunt.* Quam in rem teſtes affert in margine *Martyrologium Bedæ, Guillelmum Tyrium, Breindenbachium, Salignacum, Johannem Peſcham*, &c. Sed audiamus quo fundamento velit illuſtris hic Author noſter, S. Stephani corpus Gamalielis juſſu *Caphargamalam* fuiſſe tranſlatum, ibique ſepulchro mandatum. Hôc ſcilicet, quod *Caphargamala* (ſi ei fides) *villam Gamalielis* notet. Poſtquam autem rem adeò ridiculam commentus eſt; Gamalielem è cœlo educit ad hæc revelanda, qui quanquam in terris fuerit Pauli præceptor, adeò indoctus in cœlis factus eſt, ut ſui etiam nominis ignoret rationem, *Gamalamque* pro Gamaliele ſumat; quæ tamen longè differunt, Gamaliel enim nomen viri eſt, imò & illuſtre nomen, cujus hæc analytica ſignificatio, *Deus eſt retributio mea. Gamala* verò nomen eſt belluæ: ſic Syri *Camelum* appellant, quemadmodum Hebræi גמל *Gamal.* Cujus nomenclationis alibi rationem dedi, ex qua pateat primum hominem ſingularis in eo ſapientiæ, mirabiliſque animalium cognitionis ſpecimen exhibuiſſe, dum Camelum eo nomine ſignavit. Neque verò Græcis ignotum fuit hoc nomen; apud Heſychium enim reperias Γαμάλη, κάμηλος παρὰ Χαλδαίοις; Varro quoque ab eo ducit *Camelus*; *Camelus*, inquit, *in nomine Syriaco in Latium venit*; *De Lingua Latin. lib.* 4. Quæ aptiora certè quàm quæ finxerant priſci Grammatici, qui volunt κάμηλος dici pro κάμμηρος, quoniam incedendo μέσους κάμπτει τοὺς μηρούς, *flectit media femora.* Jam autem ex bruti hujus nomine varia nuncupata ſunt loca. Sic Joſephus *lib.* 4. *de Bello Judaico cap.* 1. dicit *Gamalam* civitatem ad montes Galilææ εἰκάζεσθαι καμήλῳ τὸ σχῆμα, παρ' ὃ ἐν αἰνίμασται, *Cameli formam habere, ut & inde nomen ſumpſit.* Plutarchus quoque *in Vita Alexandri* ſcribit *Gaugamelam* Aſſyriæ vicum ſignificare οἶκον καμήλου, *Cameli domum*; reſcriberem potiùs, גבי גמלא *gave gamela* (*Cameli tributa*,) ut Hermolaus legit in vetuſtis Plinii Exemplaribus. Teſtatur enim ipſe Plutarchus priſcum quemdam Aſſyriæ Regem eodem in loco aſſignâſſe τινὰς προσόδους, *aliqua tributa*, in cujuſdam Dromadis, quâ ſervatus fuerat, pabulum. Apud Plinium *lib.* 5. *cap.* 31. fit pariter mentio Inſularum *Camelidum* in Ionia, non procul à Mileto; item apud Diodorum *lib.* 18. *pag.* 645. Caſtelli alicujus in Ægypto, καμήλων τεῖχος, *Camelorum murus*, dicti. Sicut & apud Cantacuzenum *lib.* 3. *cap.* 90. *Cameli pontus*, Conſtantinopoli propinqui. Quin & integræ ſunt Gentes, quæ à Camelo duxêre nomen; ut *Camelitæ* juxta Euphratem, apud *Strabonem lib.* 16. uti *Camelocomi* in intimo Arabiæ Fœlicis receſſu, apud Stephanum *ex Uranio in* χατραμωτίτης; & *Camelobosci* in Carmania apud Ptolemæum, *lib.* 6. *cap.* 8. Non eſt ergo, quòd miremur quemdam Judææ vicum hinc deſumpſiſſe nomen.

Lucianei hujus Scripti novitatem hoc etiam arguit, quod Gamaliel dicat, ſe S. Stephani cadaver Caphargamalam vehiculo ſuo deportandum curâſſe. Iſtud enim in hominis vero Luciano coætanei mentem nequaquam veniſſet, Gamalielem Legis doctorem vehiculo uti ſolitum; tunc temporis enim vehicula erant adeò rara, ut ſoli Magnates haberent. Divus Chryſoſtomus, qui paulo antè mortuus eſt, licet Conſtantinopolis, alterius Romæ, Patriarcha foret, aſino tamen uno vehebatur; quod & nonnulli faſtuoſum murmurabant, objicientes; ἀλλὰ καὶ οἰκέτας ἔχει τοὺς διακονουμένους αὐτῷ, καὶ ἐπὶ ὄνου ὀχεῖται. τινὸς ἕνεκεν μὴ προῖεται;

vis; Domeſticos et miniſtrantes habet, & aſino vehitur; cur ergo mihi prefertur? Sic plebeculæ murmura 1. *Concione in Epiſtolam ad Titum* refert; 2. *verò in Epiſtolam ad Philip.* inter pravos Epiſcopi mores recenſet, quòd *equo feratur*, ἐπὶ ἵππω φέρεται. Hinc Ammianus Marcellinus *lib.* 27. arguit Romanos Epiſcopos, quòd *procedant vehiculis inſidentes*. Nec in Scriptura Sacra ullos reperias vehiculis utentes, præter Reges, vel Regibus potentiſſimis dignitate proximè ſuccedentes; quales *Joſephus* in Ægypto; *Naamanus* in Syria; & *Eunuchus Reginæ Candaces* in Æthiopia. Veriſimillimum eſt igitur, hanc Epiſtolam, quę Legis Doctori vehiculum tribuit, ſcriptam fuiſſe tempore, quo luxus multò major, vehiculorumque uſus frequentior erat, quàm veri Luciani ętate.

Novitatem rurſus demonſtrat, quod narrat, ſe adiiſſe Johannem Hieroſolymorum Epiſcopum, *cum eſſet in Lydda, quæ eſt Dioſpolis, Synodum agens:* hæc enim ſolummodo de legitimo Synodi Præſide, convocandæque jus habente, aſſerri poſſunt. Jam autem certum eſt, hoc jus tum temporis non pertinuiſſe ad Johannem Hieroſolymorum Epiſcopum, ſed ad Eulogium Cæſareę Archiepiſcopum, totiuſque Palæſtinæ Metropolitanum. Unde fit, ut Auguſtinus de eadem Synodo ſermonem habens, *libro primo adverſus Julianum Apoſtatam c.* 5. Eulogium recenſeat primum in Catalogo quatuordecim Epiſcoporum, qui adſuerunt; poſtea verò Johannem & cæteros. *Habemus*, inquit, *alios Orientales Epiſcopos quatuordecim, Eulogium, Johannem, Ammonianum*, &c. At Imperante Juſtiniano Anno 553. inverſus fuit hic ordo in Concilio Conſtantinopolitano; Epiſcopo enim Hieroſolymitano ad Patriarchalem dignitatem evecto ſubordinatus eſt Cæſareæ Archiepiſcopus Ab eo autem tempore Synodorum cogendarum facultas Epiſcopo, vel Patriarchæ Hieroſolymitano ceſſit. Patet igitur Libelli noſtri Scriptorem poſt hanc immutationem vixiſſe, atque ad ſuæ ætatis conſuetudinem reſpexiſſe, cùm dicit, *Hieroſolymorum Epiſcopum Dioſpoli ſuam Synodum egiſſe.* Quę iterum confirmantur ex eo, quod addit, *Eum ſecum duos alios Epiſcopos aſſumpſiſſe*; quia nempe jus habebat, quoſcunque vellet, aſſumendi, ſecumque ducendi.

Fictæ iſtius Epiſtolæ ſuppoſitio intelligitur quoque ex Authoris errore circa nomina horumce duorum Epiſcoporum. *Aſſumpſit*, inquit, *ſecum duos alios Epiſcopos, Elembersum de Sebaſte* (Samariæ;) *& Eleutherium de Jericho*: quorum alter neceſſe eſt ſit commentitius. Auguſtinus enim in Catalogo quatuordecim Epiſcoporum, qui huic adſuerant Synodo, unicum recenſet Eleutherium. Indéque Baronius pro *Elemberio de Jericho Euthonium* cenſet ſubſtituendum.

His adde, quòd quamvis ſeculo quinto invaluiſſet admodum ſuperſtitio, Sanctorumque Invocatio ac Cultus percrebreſcerent; Libelli tamen hujuſce Scriptor aliis omnibus ævi illius authoribus longe ſuperſtitioſior quibuſdam in locis videatur; uti, v. g. cùm ſub Epiſtolæ finem petit, *Ut dignus inveniatur in conſpectu Domini, fultus S. Martyris Stephani meritis*; hacque ratione Sanctorum merita Chriſti ipſius merito, ex quo uno dignitas omnis noſtra derivatur, ſubſtituit. Item quando Gamalieli hæc ſuggerit, *Aperi nobis feſtinanter monumentum*, &c. *ut per nos aperiat Deus oſtium clementiæ ſuæ in hoc mundo:* quaſi Dei miſericordia eò uſque fuiſſet oſtium aliquod clauſum, tum demum humano generi recluſum, cùm Martyris illius ſepulchrum fuit apertum. Quin & hæc non profert S. Stephanus, ſed Gamaliel, qui inter illuſtriores Sanctos nunquam fuit adſcriptus. Quibus affinia ſunt, quæ Gamaliel ipſe adjungit, *Dic illi* (Epiſcopo Johanni) *ut aperiat nobis, & faciat locum Orationis, ut intercesſione noſtrâ Dominus miſereatur populo ſuo:* cùm Apoſt. ex Catholico-Rom. opinione princeps Cornelium hiſce verbis erigat, *Surge, ipſe ego etiam homo ſum*; *Act.* 10: 25, 26. Pauluſque & Barnabas ſua lacerent veſtimenta, cùm ipſis divini exhibentur honores; *Act.* 14: 14, 15. Angeluſque non patiatur, ut coram ſe procidat Johannes, ipſum adoraturus; contrà verò illum ſic increpet *Apoc.* 19. 10. *Cave ne feceris, conſervus enim ſum tuus, Deum adora.* At Gamaliel invocari vult, ſibique Orationis loca conſecrari, ut per interceſſionem ſuam Deus miſereatur populi ſui. Denique nullum reperio illius ævi Scriptorem, qui de Sanctis defunctis verba faciens Dominorum elogio honeſtârit, dicens, *Dominus Petrus, vel Dominus Paulus*; uti facit hic noſter, apud quem perpetuo invenias, *Dominus Stephanus, Dominus Nicodemus, Dominus Gamaliel*, &c. Indubitatum ergo habeo Scriptum illud multò recentius eſſe quàm adſcriptum tempus notet, neque illud eſt, de quo Gennadius; ſed eo, cujus meminit Gennadius, deperdito, iſtud aliud pluribus pòſt ſeculis neſcio quis ſubſtituit, vel ad ſuperſtitionem in genere fovendam, vel ſingularem aliam ob cauſam. Et certè, ſi ſit quidam locus *Caphargamala* dictus, Hieroſolymis viginti millia diſtans, fieri poteſt illius Presbyterum hoc Scriptum ſuppoſuiſſe, ad Parœciæ ſuę famam conciliandam, eòque peregrinatores cum oblationibus advocandos. At ſi hoc fuit ipſius intentum, ſpe prorſus cecidit: nullus eſt enim qui noverit ubinam ſit *Caphargamala*; neque ex tot Scriptoribus, qui in Judæam iter fecerunt, eamque deſcripſerunt; ullum reperias, qui id notet. Quod Libelli ineptiis imputari poteſt adeò inanibus, ut vix cuiquam fucum fecerint, niſi forſan ſeculorum poſteriorum quibuſdam, quibus neceſſe fuit, omnia ad errores ſuos tuendos adhiberent.

Præter ea omnia, quæ jam notavi, in eo vitiis ſuccedunt & hęc alia non minus notanda. Poſtquàm Author falsò adſcripſit diem Epiſtolæ, ſic incipit, *Adveniente nocte*, &c. *horâ tertiâ noctis*, quod quàm maximè ridiculum. Nam *adveniente nocte* notat noctis initium, quod Græci ἀκρονυχίαν nominant; tertia verò noctis hora eſt *nox intempeſta*, νὺξ ἀκμάζουσα, καὶ ἤδη πολὺ προϊοῦσα. Impoſſibile eſt ergo eandem rem fieri adveniente nocte, & tertiâ noctis horâ.

Gamalielem vocat *Sacerdotem dignum*; quod nec fuit unquam, nec eſſe potuit: nam Sacerdotes ex Tribu Levi & familiâ Aaronis ſumebantur; at Gamaliel ex Tribu Judæ, & familia Davidis erat. In Talmude *Tractat. Cetuvoth* habetur, Hillelem à Davide per Sebathiam Abithelis filium originem duxiſſe; ut notant Abrahamus Zacuth in *Libro Juchaſin*, & R. David Ganz in צמח דוד, ad Annum 728. quarti millenarii. Adduntque ad millenarii ejuſdem Annum 768. *Rabban Gamalielem ſeniorem* (is eſt de quo ibi agitur) *accepiſſe Cabalam a patre ſuo Rabban Simeone filio Hillelis.*

Huic rurſus Gamaliel, *Vade in civitatem, quæ dicitur Ælia, quæ eſt Hieruſalem*; quod ineptum non ſecus quàm ſi quis Pontœſiano cuidam diceret, *Vade in civitatem, quæ dicitur Lutetia.* Fateor Virgilium ſcripſiſſe, *urbem, quam dicunt Romam*; at eâ uſus eſt loquendi ratione, in Ruſticorum irriſionem, qui notiſſima quæque ſępius videntur ignorare.

Idem Gamaliel non minus abſurdus, quando huic Presbytero ſignificat Caphargamalam Hieroſolymâ viginti millia diſtare. Is enim ſacrificulus Caphargamalæ ſitum nôſſe debebat, quandoquidem tunc locum hunc incoleret. Quaſi verò Pontœſiano homini in ipſa Pontœſiæ civitate quis dixerit, Hoc mitto Pontœſiam, quæ eſt Oppidulum Pariſiis ſeptem millia diſtans?

Addit Reliquias in Monumento eſſe *in negligentia poſitas.* Itaque defunctum in ſepulchrum reponere reputabitur ipſius neglectus. Qui Chriſtum ſepelierunt, eum ex hiſce neglexerunt. Stylus iſte à Græcorum ſermone plurimum ſanè diſſert, Illi enim pro *mortuum ſepelire*, κηδεύειν νεκρὸν, *ejus curam habere*, dictitant. Sic quoque Vulgata Act. 8: 2. *Curaverunt Stephanum*, hoc eſt, ſepulchro mandârunt; cùm contrà Auth. noſter dicturus fuiſſet, *Stephanum neglexerunt.*

Idem adjungit, S. Stephanum die unâ atque nocte ſuper terra jacuiſſe ex Principum decreto, qui eum ſepeliri vetuerant, quo ſcilicet à feris voraretur. *Die*, inquit, *ac nocte jacuit projectus, ut ſepultura non daretur ſecundum mandatum impiorum Principum, ut a feris conſumeretur corpus ejus.* Iſtud quoque falſum, atque impoſſibile eſt. Lex enim jubebat capite plexorum cadavera eâdem quâ plexi fuerant die ſepeliri, ne iis contaminaretur terra; *Deut.* 21: 23. Vide *Joſ.* 8: 29. item *Johan.* 19: 40. Fateor hanc legem præcipuè de iis latam qui è ligno pendebant: verùm Judæi analogicè ad ſupplicia quævis feralia transferebant. Quod autem Judæorum Principibus falſo adſcribit Scriptor iſte, illud ipſum Gentibus, tanquam barbariem horrendam, exprobrat Eccleſia Judaica, *Pſ.* 79: 2, 3. Præterea clarum eſt S. Stephanum ſtatim poſt mortem fuiſſe ſepultum. Hoc expreſſè ſatis in ipſo Textu habetur, *Act.* 8: 2. Συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς, *Extulerunt Stephanum homines Religioſi*, ut ſcilicet eum ſepelirent, ut; addit Syriaca Verſio [Syriac text], *& poſitum in capulum ſepelierunt in Stephanum*, &c. hinc quoque Phocas *pag.* 20. μετὰ τὸ λιθασθῆναι ὁ πρωτομάρτυς Στέφανος τέθαπται; *Protomartyr Stephanus, poſtquam fuiſſet lapidatus, ſepultus fuit.* Nullum interponit tempus inter mortem & ſepulturam. Nec aliter Oecumenius, εὐλαβεῖς οἱ θάψαντες Στέφανον; *Religioſi homines, qui Stephanum ſepelierunt.* Ac reverâ, hæc eſt vis vocis, συνεκόμισαν, quâ uſus eſt Lucas. Teſtatur Æſchyli Scholiaſtes his verbis; τὸ συγκομίζειν, καὶ ἐκκομίζειν, καὶ ἀνακομίζειν ἐπὶ νεκρῶν λέγεται. Aliquod equidem diſcrimen ſtatuit inter eas voces, ita ut συγκομιδὴ ſit ἡ πρὸ τῆς ταφῆς πᾶσα ἐπιμέλεια, *omnis, quæ erga mortuos ad habetur cura, priuſquam ſepeliantur*; ἐκκομιδὴ autem ἡ πρὸς τὸν τάφον ἀναγωγή, *eorum ad ſepulchrum deportatio*, ἀνακομιδὴ denique ἡ ἐκ τοῦ τάφου εἰς τάφον μετάθεσις, *ex uno ſepulchro in aliud tranſpoſitio.* Verùm eadem promiſcuè ſignificatione συγκομίζειν & ἐκκομίζειν uſurpata reperies. Sic in Sophoclis *Ajace verſ.* 1072. Menelaus utitur eorum priore,

> Οὗτος, σὲ φωνῶ· τόνδε τὸν νεκρὸν χεροῖν μὴ συγκομίζειν,
> *Heus tu, te appello, ne hunc mortuum manibus efferas.*

Schol. in Æſchyli Sept. ad Theb. verſ. 950.

Heraclides verò in Politiis poſterius uſurpat, cùm de Locrenſibus narrat, apud ipſos illicitum propter mortuos lacrymari; ſed eos *lautè epulari poſtquam ſepelierunt*, ἀλλ' ἐπειδὰν ἐκκομίσωσιν εὐωχοῦνται. Plutarchus quoque in vita Romuli de Alcmena ait, τὸν Ἀλκμήνης ἐκκομιζομένης νεκρὸν ἄδηλον γενέσθαι, *ejus corpus elatum evanuiſſe.* Item in Timoleonte, ipſum ὑπὸ τῆς τύχης προεκκομισθέντα ἀναίμακτον καὶ καθαρὸν, *elatum fuiſſe manibus fortunæ purum, mundúmque ſanguinolentum*, ante eas calamitates, quibus afflicta fuit Græcia. Appianus pariter *lib.* 4. *Civil.* de Icilio, νεκροῦ σῶμα ἐκκομιζόμενον ὑποδύς, *cadaveri, quod efferebatur ſuppoſitus*, ut nempe huic efferendo ſubſerviret. Eodem ſenſu ſumitur quoque παρακομίζειν; ut apud Eunapium *in Jamblici vita*; νεκρὸς ἐντεῦθεν ἔναγχος παρακεκόμισται, *mortuus hinc elatus fuerat paulò antè.* De Antiocho ſimiliter 2. *Macc.* 9: 29. παρεκομίζετο τὸ σῶμα Φίλιππος ὁ σύντροφος αὐτοῦ: *Philippus, qui cum eo nutritus fuerat, illius corpus efferri juſſit.* Quin & radix κομίζειν eandem obtinet ſignificationem, Sophoclis Ajace, verſ. 1419.

> Κεἴ τινα στρατοῦ θέλεις κομίζειν·
> *Si vis, ut à quopiam exercitûs efferatur:*

Iſæi *pag.* 64. *Edit. Stephani.* ἥκει γὰρ ἐγὼ κομιούμενος, ὡς θάψων, ἐκ τῆς οἰκίας τῆς ἐμαυτοῦ, *veni ex domo mea aſportaturus & ſepulturus.*

Inſuper Gamaliel iſte, utut eximius Legis Doctor, quaſi Judaicas Cæremonias ignorârit, ait, *& ibi feci illi planctum fieri diebus* 70. Ægyptii certè Reges ſuos 72. diebus plangebant, teſte Diodoro *lib.* 1. *pag.* 46. Πάντες οἱ κατὰ τὴν Αἴγυπτον κοινὸν ἀνῃροῦντο πένθος, καὶ τὰς μὲν ἐσθῆτας κατερρήττοντο, τὰ δ' ἱερὰ συνέκλειον, καὶ τὰς θυσίας ἐπεῖχον, καὶ τὰς ἑορτὰς οὐκ ἦγον ἐφ' ἡμέρας οβ'. *Omnes per Ægyptum, luctu communi ſuſcepto, lacerare veſtes, ſacras ædes claudere, ſacrificia inhibere, nec ulla feſta celebrare per* 72. *dies ſolebant.* Idem honos Jacobo fuit exhibitus in gratiam Joſephi, Ægypti Proregis. *Ægyptii ſeptuaginta diebus planctum ei fecerunt*, *Gen.* 50: 3. At Joſephus ipſe ſeptem dierum tantùm Patri luctum inſtituit, *Gen.* 50: 10. Unde Sirachides, *Eccleſiaſtici* 22: 12. πένθος νεκροῦ ἑπτὰ ἡμέραι: *Luctus mortui ſeptemdialis eſt.* Et Maimonides *in Jad. Tract. de Luctu cap.* 1. משה רבנו תקן להם לישראל ז׳ ימי אבלות, *Moſes Doctor noſter Iſraëlitarum luctum ſeptem diebus definivit.* Itaque, cùm Iſraëlitæ Moſi & Aaroni planctum per menſem integrum fecerunt, *Deut.* 34: 8. & *Num* 20: 29. luctus ille fuit extraordinarius; non ſecus quàm planctus 30. dierum, quem Hieroſolymitani Joſepho duci ſuo inſtituerunt, cùm cum Jotapatæ occiſum fuiſſe fama fuit. *Joſeph de Bell. Jud. lib.* 3 *cap* 15. Quod autem bello captis ab Iſraëlitis menſis concedebatur, quo parentibus planctum facerent, priuſquam matrimonium inirent, id nihil commune habebat cum vulgari Iſraëlitarum planctu.

Succedit error alius. Gamaliel prædicat ſe nutriviſſe & veſtiviſſe Nicodemum, ex quo Judæi è conventibus eum ejecere, eò quòd Chriſtum adiiſſet *Joh.* 3: 1. ad vitæ extrema: *Hunc ego Gamaliel*, inquit, *ſuſtuli in agrum meum, & alui & veſtivi uſque ad finem vitæ ejus.* Nullatenus autem veriſimile, & victum & veſtitum defuiſſe Nicodemo, qui centum Myrrhæ atque Aloës libras emit, ut iis J. Chriſti corpus condiret, *Joh.* 19: 39. cujuſque filia hæredibus reliquit *Aureorum mille millia*, juxta traditionem Judæorum. Super his adeatur Druſius *in Johannis cap* 3. audianturque ea, quæ ex libris *Muſar* & *Juchaſin* eam in rem adducit. Nunc ſequitur quid inauditum, Abibum nempe eadem cum patre Gamaliel theca fuiſſe collocatum; *ſimiliter Abibus filius meus dilectiſſimus in tertia theca excellentiori jacet, in qua & ego ipſe poſtea defunctus ſum applicitus.* Sed quî iſtud fieri potuit, quandoquidem loculi ad corporum reponendorum menſuram exactè ſolerent efformari. Unde & Loculi dicebantur, quoniam corpora in illis maximè coarctata erant; item *Capulum à capiendo*, quoniam tanta ſolùm erant quanta corpori excipiendo ſufficerent. Verùm nihil impoſſibile videtur iis, qui dimenſionum penetrationem, & duo corpora in eodem ſimul loco ſtare poſſe arbitrantur.

At commenti hujuſce ſtultitia ex eo uno pateſcit, quod Judæi feretris non uterentur, quibus corpora reconderent in ſepulchris. Aſſumebant equidem ad ea ſepulchris inferenda, *Luc.* 7: 14. Verùm cùm ad ſepulchrum venerant, è feretris illis corpora educebant, eaque intra monumentum lapideis quibuſdam vel lateritiis caveolis ad corporum magnitudinem & figuram attemperatis imponebant. Hinc in hiſtoria Reſurrectionis Jeſu Chriſti, vel Lazari, mentio fit linteorum & faſciarum,

rum, quibus fuerant obvoloti; feretri verò nequaquam. 2. *Regum* 13: 20, 21. cadaver ſepulchro feſtinanter injectum, eò quòd hoſtes inſtarent, cùm Eliſæi anno præcedente ibidem ſepulti oſſa tetigiſſet, reſurrexit. Jam autem cadaver illud Prophetę oſſa non attigiſſet, ſi feretro quodam fuiſſet incluſum. Quod cùm præſenſiſſet Baronius, ideo ait tribus iſtis thecis, in quibus repoſiti fuerant S. Stephanus, Nicodemus, unàque cum filio Gamaliel, nihil aliud deſignari, quàm tres loculos in rupe excavatos, qui *thecarum inſtar eſſent.* At nomen θήκη ſæpe quidem uſurpatur pro feretro, velut apud Thucydidem *lib.* 3. Platonem *Leg. lib.* 12; Xenophontem *Cyrop. lib.* 7; Pauſaniam *in Attic.* Suidam, &c. θῆκαι quoque apud Heſychium & Favorinum; neminem autem huc usque legi, qui pro alveolo in ſaxo excavato ſumpſerit unquam. Adhæc quid thecis hiſce ſuis Author noſter velit intellectum, is aperte ſatis notat; cùm pro thecis tribus alibi tres lectos ſubſtituit, eoſque cum calathis roſis albis vel rubicundis plenis conſert.

Addit quoque lapidum acervum ſupra illorum corpora fuiſſe in luctûs notam congeſtum. *Hinc ibi poſiti fuimus; propter quod ibi acervus in teſtimonium planctûs factus eſt*; aſſeritque Baronius Hebręos acervis ejuſcemodi ſepulchra ſignare ſueviſſe, hujuſque conſuetudinis multa in Scriptura reperiri exempla. Verùm ne ullum quidem formę hujus acervum deprehendo, niſi cùm de facinoroſorum tumulatione agitur; qui ejuſmodi lapidum aggeribus ſolebant obrui; hincque Achan *Joſua* 7: 26. Rex Hai *Joſua* 8: 29. & Abſalom 2. *Sam.* 18: 17. eo modo fuère obruti.

Quod ea ſpectat, quæ de Johanne Hieroſolymitano, duobusque illius ſociis, refert, eos, cùm ad monumentum ſe contuliſſent, S. Stephani thecam aperuiſſe, Nicodemi & Gamalielis thecas miſiſſe, mirum ſanè illos tam parvi feciſſe revelationem Gamalielis, qui & Nicodemi & Sui, non ſecus quàm S. Stephani, liberationem petierat. *Quandiu clauſi ſumus, & non aperis nobis? Et maximè quod in tempore ſacerdotii tui oportet nos revelari? Aperi nobis feſtinanter monumentum, ut per nos aperiat Deus*, &c. rogâratque ſibi in univerſum omnibus locum orationis conſtrui. Forſitan Epiſcopi illi Gamalielem cenſuère arrogantiorem, quod hos ambiret honores, illisque eum indignum judicavère.

Quando ſubdit, quod, *cùm aperuiſſent Domini Stephani thecam, ſtatim terra motus factus eſt*, in eo D. Matthæum 27: 51, 52. imitari voluit; at in contrarium abiit. D. enim Matthæus ſcribit terræ motu aperta fuiſſe Sanctorum ſepulchra; Hic contrà, terræ motum poſt ſepulchri apertionem factum fuiſſe. Nec minùs à Scriptura aberrat, quando terræ motus gratiæ Divinæ ſignum ſtatuit; ſiquidem Scriptura terræ commotiones inter indignationis Divinæ argumenta ſoleat recenſere, ut *Pſ.* 18: 8. *Joel.* 3: 16. *Apoc.* 6: 12. &c.

Quod ſequitur notatu digniſſimum eſt: *Tanta*, inquit, *ſuavitas & fragrantia odoris inde egreſſa eſt, quantam nullus hominum ſe meminit vel audiviſſe vel ſenſiſſe, ita ut putaremus nos in amœnitate Paradiſi eſſe poſitos.* De Lazaro dicitur, *Joh.* 11: 30. *Jam fœtet, quatriduanus eſt*; at S. Stephani corpus, quod ferè per quadringentos annos jacuerat ſepulchro incluſum, nedum ullum emitteret fœtorem, ſuaviſſimum contrà exhalabat odorem: quodque longè mirabilius, *De odore ſuavitatis ejus* 73. *animæ curatæ ſunt, ab aliis fugati dæmones*, &c. horumque tanta eſt multitudo, ut neſciam, an Chriſtus omneſque Apoſtoli & Prophetæ plures ſanaverint per quatuor annorum millia. Quin & fragrantia illa Dæmones fugavit, non ſecus quàm odor piſcis à Tobia concremati, *Tobia* 8: 4. Verùm, cùm hæc accidiſſe dicantur coram ingenti hominum cætu tribus inſuper adſtantibus Epiſcopis à Synodo delegatis, qui ea ſanè ad Synodum retulêre, qui fit, ut eorum memoria adeò ſit obſcura, nullusque alius proferatur teſtis, quàm ignobilis quidam Caphargamalæ ſacrificulus? Qui locus, in quo hæc peracta ſunt, adeò eſt ignotus? Gennadius ſcribit Oroſium haſce Stephani Reliquias primùm in Occidentem tranſtuliſſe, Epiſtolamque Luciani ab Avito tranſlatam vulgâſſe, unde eſt autem, quòd Oroſius rei adeò miræ nullam in Hiſtoria ſua mentionem fecerit? quam tamen Auguſtini hortatu in Ethnicorum inſtitutionem conſcripſit. Is certè de miraculis illis, ſi vera ſint, maximâ cum confidentia verba facere potuit; utpote qui in Judæa verſaretur Anno 415. quo perhibentur edita; annoque proximè ſequenti inde reverſus ſit, dum recens erat eorum memoria; hiſtoriamque ſuam ad 417. à Chriſt. nat. annum ſit perſecutus.

Neſcio, quomodo prætererim, quod Gamaliel de Abibo filio memorat, *Immaculatus ab utero matris è mundo exceſſit.* Hoc Pelagianiſmum maximè redolet, nec convenit cum hiſce *Job. cap* 25: 4. *Quo pacto mundus eſſet natus ex muliere?* Item *Pſalmi* 51: 7. *In iniquitate formatus fui, & in peccato fovit me mater mea*; ac *Eſaia* 48: 8. *Vocavi te defectorem ab utero*; & Pauli *ad Epheſios*, 2: 3. *Naturâ filii iræ eramus, quemadmodum alii.*

At præ cæteris omnibus notanda Authoris noſtri prudentia, qui cùm linguarum Hebraicæ & Syriacæ ſit planè ignarus, nihilominus tamen ſe earum peritiſſimum oſtentat. Craſſiſſimum ejus errorem circa vocem *Caphargamala* jam demonſtravimus; ſimilem adnotare poſſem in nominibus tum uxoris Gamalielis, quam *Ethnam*, cùm filii natu majoris, quem *Ledemias*, nec non loci in quo ſepulti ſunt, quem *Capharſemelias* appellat. Neque enim vel *Ethna* vel *Ledemias* nomenclationes ſunt Hebraicæ. *Ethna*, אתנה ſcorti quidem mercedem notat *Oſea* 2: 12. Verùm nulla unquam mulier hoc nomine, uti nec vir ullus *Ledemias*, vel vicus *Capharſemelias* aut *ſemelia* vocata ſunt. Omnia ſiquidem nomina propria Hebraica, quæ terminantur in *ia*, hanc terminationem à יה Dei nomine obtinent: jam autem nullum eorum occurrit, quod ſignificationem rationi conſentaneam non habeat: ſed hæc duo nequaquam. *Ledemias* enim nihil prorſus ſignificat, Capharſemelia verò aut *Idoli Dei*, aut *Veſtis Dei vicum* deſignaret; quod ridiculum atque impium eſt.

Sed forſan tria hæc nomina ex Scribarum, non verò Authoris, imperitiâ ſunt corrupta. Pro *Ethna* v. g. ſcripſerat Author *Edna* עדנה, quod venuſtam notat, quo nomine nuncupabatur Raguelis uxor, *Tobia* 7: 15, 18. & pro *Ledemias Selemias* שלמיהו, quod nomen in Scriptura frequentiſſimum, *pacem Dei*, vel *retributionem Dei* ſignificat. Unde in Legenda Aurea *Capite de Inventione Reliquiarum S. Stephani*, pro *Ledemias Celemias* legitur. Quando igitur Author noſter perhibet illum ſepultum fuiſſe in *Capharſemelia*, procul dubio legendum eſt *Capharſelemia*, id eſt, *in vico Selemia.* Hęcce admiſerim facile, neque etiam jurârim, quòd *dalagabri*, *virorum Dei* non ſit interpretatus; vocum enim ordo ſolummodo invertendus, atque גברי דאלה, *Gabrei de Elahah* reſcribendum, ut vera ſit ejus interpretatio. Ultro quoque dederim, in hiſce verbis, *Quare nos in alia parte, qua eſt Boran*, in quibus nulla eſt conveniens ſignificatio, quod *Boran* nihil ſignificet, errorem partim in Interpretum, & partim in Scribas eſſe rejiciendum; Textumque habuiſſe, *In alia parte ab ea, qua eſt ad Borram, πρὸς Βοῤῥᾶν, ad Aquilonem:* quod cùm non aſſequerentur Interpretes aut Scribæ, repoſuêre Boran. Conjectura hæc confirmatur ex eo, quòd paulò pòſt addit, Corpora illa reperta

fuiſſe *contra Auſtrum*, id eſt, in ea agri parte, quæ aquilonari, in qua priùs quęſita fuerant, eſt oppoſita. In hiſce ergo Authorem ipſum facilè excuſarim.

Verùm quanam de cauſa *Dabatalia* per ἀνδρῶν ἀγαθῶν *virorum bonorum* explicat? cùm ſi D. genitivi notam demas, quod ſupererit אבאטליא, *Abatalia*; aut אבטליא *Abtalia*, nomen viri ſit apud Syros frequentiſſimum, παιδαγωγὸν, *liberorum Patrem*, ſignificans. At quod ſequitur longè adhuc abſurdius. *Invenimus*, inquit, *altiſſimis litteris ſcriptum lapidem obratum, habentem Celiel; quod interpretatur ſervus Dei; & APAAN, DARDAN, quod interpretatur Nicodemus & Gamaliel. Hoc interpretatum eſt Papa Johannes, ſicut audivi ab ipſo ſancto Epiſcopo.* Extat quidem *Jerem. cap.* 36: 26. nomen quoddam compoſitum, quod *ſervum Dei* notat, עבדאל *Abdeel*, ex quo Arabes ſuum *Abdalla* deſumpſerunt. Gamaliel itidem Hebraicè ſcribitur גמליאל *Gamliel*, *Num.* 1: 10. Nicodemus apud Rabbinos נקדימון *Nacdimon*. At hæc cum *Celiel*, *Apaan atque Dardan* nihil commune habent. כליאל *Celiel* hebraicè, *vas Dei*, fortaſſe nomen viri cujuſdam erat, ſiquidem Paulus *Act.* 9: 15. *vas Electionis*, fideleſque *vaſa miſericordiæ*, improbi contrà *vaſa iræ Rom.* 9: 22, 23. dicantur: Suidaſque Soſibium quemdam, unius ex Ptolemæis Architriclinum σκεῦος αἴσχιον καὶ κακοποιὸν, *vas callidum atque malignum*, denominat. Quod ſanè ab antiquo quopiam Græco Authore hauſit. At *Paan* & *Dardan* mihi videntur duæ voces Syriacæ corruptæ, ſicque legendæ אבהן דדרן *Ababan Dedaran*. Hæ autem hebraicè redderentur אבות דורנו *Abbot Dorenou*, id eſt, *Patres generationis, vel familiæ, noſtræ*. Nam hebraicè דור & אב; Syriacè verò דר & אבא opponuntur, quemadmodum liberi patribus. Sic *Prov.* 30: 11. dicitur, דור אביו יקלל, *generatio, quæ patri ſuo maledicit*; item *Deuter.* 29: 22. הדור אחרון בניכם *generatio futura*, id eſt, *filii veſtri*; & *Pſalm.* 73: 15. דור בניך *generatio filiorum tuorum*. Si ergo in quodam ſepulchro inventus eſt lapis, cui hæ voces, primò כלי אל *Celiel* disjunctæ, deinde אבהן דדרן, *Ababan Dedaran*, inſcriptæ fuerint; *Celiel* poterit eſſe nomen ejus penes quem ſepulchrum, ſequenteſque aliæ duæ, ſignificabant hujuſce *Celiel* Parentes inibi jacère. Jam autem pro דדרן *Dedaran* legerunt דרדן *Dardan*, ד *Daleth* & ר *Reſch* ex ſimilitudine permutatis. Sic ſaltem conjicio, in quo poſſim errare: hoc tamen indubium, *Celiel ſervum Dei* nullatenus ſignificare. Si penes me fuiſſent Martyrologia, itemque Beda, Nicetas, Metaphraſtes, Uſvardus, Surius, & Lipomanus, ſuperius annotata facilè potuiſſem & latius deducere, & firmare, additiſque aliis augere; at, ex iis, quę allata ſunt, ſatis conſtat Fabellæ hujus authorem non modò fuiſſe imperitum, ſed & impudentiſſimum; qui rem adeo ridiculam & ab omni ſpecie alienam auſus ſit vulgare. Ex quibus intelligitur, quanti habendę ſint tum horumce tum ſimilium quorumvis miraculorum fictiones.

N O T Æ

In Eccleſiæ Gallicanæ decreta quædam in Judæos ſancita,

P R O U T

Apud Laurent. Bochell. Decretor. Eccleſiæ Gallicanæ Lib. 1. *Tit.* 13. *extant.*

V E R S I O.

Cap. 23.

Odo Pariſienſis in Synodo. *Probibeant Sacerdotes per Excommunicationem, & maximè tempore vindemiarum, ſingulis diebus dominicis, ne aliquis Chriſtianus retineat apud ſe marthum vindemiarum, quem Judæi calcant; aliquomodo propter illam horribilem immunditiem, quam in contemptum Sacramenti Altaris faciunt. Et ſi remanſerit, detur porcis, vel extendatur ad opus pro fimo.*

Cap. 24.

Idem in dicta Synodo. *Sacerdotes prohibeant per Excommunicationem ſæpe, ne Carnifices permittant Judæos lanіare carnes ſuas, niſi totum detineant Judæi.*

Pariſiis à Clariſſimo Halley per literas mihi ſignificatum eſt, Eruditum quendam, qui Pariſiorum hiſtoriam ſcribit, variaſque urbis hujus ampliſſimę Antiquitates conquirit, optare, ut ſibi aperiam, quid de duobus hiſce Canonibus ſentiam. Quæ certè miror; cùm centum vel plures Pariſiis adſint longè me peritiores, qui omnes ejus circa eos Canones ſcrupulos facilius & doctiùs, quàm ego poſſim, eximant: ſiquidem & libri, & otium, & eruditio, quibus plenè ipſi ſatisfaciam, mihi deſint. Conſultiùs igitur & cautiùs egiſſet, ſi Eruditionis Scaturigini, cui adſtat, adhæſiſſet; quam cùm ad rivulos, neſcio quos, longè ſummotos & ferè ſiccos excurrit:

Tutiùs ex ipſo fonte bibuntur aquæ.

Præterea per Clariſſ. Halley nullatenus mihi indicatum eſt, quid perplexum & obſcurum Erudito illi Viro in Canonibus hiſce videatur; quidve controverſum putet; quo fit, ut illa mihi ſint quaſi divinanda.

Si quæratur, Undénam Canones illi ſunt deſumpti, reſponſio eſt in promptu. Conciliorum *Colon. Ann.* 1598. *Editor. tom.* 3. *part.* 2 *pag* 656. Itemque Biblioth. Patrum, *Pariſ.* 1624. *tom* 6. *pag.* 409. extat Libellus, cujus Titulus, *Odonis Pariſienſis Epiſcopi Synodica conſtitutiones*; iſque, fatente ipſo Bochello, *Pariſ apud Sennium ann* 1578. excuſus eſt. Jam autem in eo Libello *capite ultimo*, cujus hæc eſt inſcriptio, *Communia præcepta Synodalia*, ad Act. 37. & 38. hi Canones continentur.

Si verò inquiratur, quonam tempore iidem illi Canones concepti fuerint, huic Libello præfixa eſt præfatio, magnam partem ex *Pet. Bleſenſis Epiſtolis* 126, 127. *&c* deducta; quâ habetur Odonem Epiſcopum Pariſienſem, qui eorum ſanctionem in Synodo quadam Pariſienſi curavit, *ad*

annum

annum uſque 1175. vixiſſe. At Demochares a Bochello citatus Odonem illum refert ad Aoo. 1208. regnante Philip. Auguſto, mortuum. Horum poſteriori fides potiùs adhibenda, quàm priori. Vincentius enim Bellovacenſis, qui *Speculum* ſuum *Hiſtoriale* ſcripſit, regnante Ludovico VIII. Philippi Auguſti filio, ait Odonem illum in Mauricii locum Pariſienſem Epiſcopum *Anno Chr.* 1196. fuiſſe creatum; Petrumque antea Turonenſem Quæſtorem in eodem Epiſcopatu *Anno Chr.* 1208. illi ſucceſſiſſe. Eum adeas *Speculi Hiſtor.* capit. 58. & 101. Quibus non adverſantur, quę apud Petr. Bleſenſem *Epiſtolâ* 126. extant, ſiquidem is non aiat Odonem vixiſſe tantùm ad Annum Ch. 1175. uti in Præfatione libelli ſuperius memorati aſſeritur; ſed ſe illum Romæ vidiſſe etiam tum adoleſcentem eo tempore, quo Gregorius VIII. Urbano III. ſubſtitutus eſt, ad Ann. Ch. 1187. *Cùmque jam in ejus facie*, ait, *pubeſcentis adoleſcentiæ lanugo vernaret, Sedem Apoſtolicam viſitavit, eo ſcilicet tempore, quo Gregorius octavus ſucceſſit Urbano. Eram tunc in Curia, & vidi, nec invidi, quòd honor ei à Summo Pontifice, Patribuſque Conſcriptis exhibitus non multùm inferior Epiſcoporum reverentiâ videbatur.* Ex his itaque Romam adiit Odo ad Ann. Ch. 1187. ætatis verò 20. vel 25. Jam autem elapſis ab hinc 9. annis ad Epiſcopatum vocatus eſt, Ann. Ch. 1196. fatoque functus Anno 1208. poſtquam annos 12. Epiſcopatum exercuiſſet. Hincque adeò Canones illi potuêre circa Æræ Chriſt. Annum 1200. ſanciri; hoc ſaltem conſtat eos Annum 1196. inter & 1208. fuiſſe conſtitutos.

Si jam inquiratur, quamnam ob cauſam fuerint conſtituti, ob hancce mihi videntur fuiſſe inſtituti. Judæos è Gallia ad Ann. Ch. 1183. Philippus Auguſtus ejecerat, imò & ad Ann. 1191. juſſit 80. ad Bibracem comburi; quòd in Chriſti deriſionem Chriſtianum quendam ſpinis coronatum è cruce ſuſpendiſſe accuſarentur. Nihilominus tamen Anno 1198. Menſe Julio *contra omnium opinionem*, ait Vincentius Bellovac. *lib.* 30. *cap.* 60. *& contra ſtatuta ſua*, Judæos eoſdem Pariſios revocavit. Quod procul dubio & Epiſcopus & ejus Clerus ægerrime tulêre; ſed, cùm Regis voluntati non auderent apertè reclamare, probabile eſt admodum ipſos ſanxiſſe hos Canones, quibus Judæos diffamarent, illoſque plebi inviſos redderent.

Horum porrò Canonum ſenſus is eſſe nobis videtur. Primus Parochis præſcribit, ut familiaribus ſuis ad populum orationibus inter ſacra, Dominicis quibuſque habitis notum faciant, idque maximè ſub vindemiarum tempeſtatem, Chriſtianis omnibus, interpoſita Excommunicationis mulcta, prohibitum eſſe, *Ne retineant apud ſe marcbum vindemiarum, quem Judæi calcant, aliquomodo propter illam horribilem immunditiem, quam in contemptum Sacramenti Altaris faciunt, & ſi remanſerit, detur porcis, vel extendatur ad opus pro fimo.* Ea igitur ſanctione Chriſtianis quibuslibet vetatur, ne uvæ à Judęis ad vini expreſſionem calcatæ ad cibum vel potum aſſerventur; poſſent enim ad utrumque illum uſum adhiberi. Judæos olim ad cibum uſos fuiſſe oſtenditur ex eo, quòd Deus *Numer.* 6: 4. Naſiræis prohibet, ne quicquam è vite procedens edant, *ab acinis ad uſque corticem*, hoc eſt, ad marcum & vinacea; vel ut habent Septuag. Interpretes cum aliqua verborum inverſione, ἀπὸ στεμφύλων ἕως γιγάρτου, *à corticibus uvæ aduſque acinum.* In quo Deus vel viliſſima quęque ex vite prodeuntia interdicit; eadem hac loquendi ratione, quâ utitur Abrahamus *Geneſ* 14: 13. cùm ait, ſe nihil omnino à Sodomæorum Rege accepturum, *à filo uſque ad calces corrigiam.* Gręci quoque eſitabant, teſte Suida his verbis, στέμφυλον eſt ἔνδυμα τῆς σαφυλῆς, ἢ τῶν ἐλαιῶν, οἷς ἀντὶ ὄψου ἐχρῶντο; *eſt uvarum vel olearum exuviæ*, ſeu retrimenta, quę ſuperſunt poſt has calcatas, & expreſſas, *quibus opſoniorum loco* Veteres *utebantur.* Quod ex Ariſtophane *in Nubibus* videtur ſumpſiſſe, quo loco ruſticus Strepſiades inter vitę agreſtis delicias id connumerat, quod eſſet, βρύων μελίτταις, καὶ προβάτοις, καὶ στεμφύλοις, *abundans apibus, ovibus, & uvarum vel olearum retrimentis.* Cui affine, quod *in Equitibus* ait, Athenienſes cogituros quantas delicias bellum interverterit,

> ἐ δὲ ποτ' εἰς ἀγρὸν οὗτος ἀπελθὼν εἰρηναῖος διατρίψῃ,
> καὶ χίδρα φαγὼν ἀναθαῤῥήσῃ, καὶ στεμφύλῳ εἰς λόγον ἔλθῃ,
> γνώσεται οἵων ἀγαθῶν αὐτὸν τῇ μισθοφορᾷ παρεκόπτου.
> *Ubi verò in agrum hic digreſſus pacificè degerit avum*
> *Seque leguminibus recreârit, & vinaceorum rationem habuerit,*
> *Tum denique comperiet, qualia bona tu illi præcideris propter militiæ ſtipendia.*

Sic στέμφυλον cum Heſychio, Suida, Ariſtophaniſque in utrumque allatum ejus locum Scholiaſte, vertendum puto. Neque ulli non notum, ex aqua marco, uvarumque fæcibus affuſa villum exprimi quo ſervi ſoleant potari. Hujus apud Veteres crebra mentio. Vocabant Græci δευτερίαν οἶνον, & ποτιμον. De eo vino Dioſcorides *lib.* 5. *cap.* 13. ὁ δὲ καλούμενος δευτερίας, ὅν ἔνιοι ποτιμον καλοῦσι, σκευάζεται τοῦτον τὸν τρόπον: εἰς τὰ στέμφυλα, ἀφ' ὧν ἐξεθλίψας οἴνου μετρητὰς λ', βάλε ὕδατος μετρητὰς γ' &c. *Vinum, quod vocatur ſecundarium, & à quibuſdam dulciculum & bibulum, hoc modo paratur: vinaceis, ex quibus triginta vini metretas expreſſeris, tres aquæ metretas affunde, &c.* Appellabant alii τρυγοφάνιον, quaſi diceres fæces redolens. Sic Pollux *lib.* 6. *cap.* 2. ὁ μέντοι δευτερίας, (οἶνος) καὶ τρυγηφάνιος ἐκαλεῖτο. *Vinum ſecundarium vocatur, certè etiam fæcatum.* Item lib. 7. cap. 32. τὸ δὲ ἐκ τῶν στεμφύλων πιεσθέντων ἀποῤῥέον λέγεται τρυγηφάνιον. *Quod ex vinaceis preſſis fluxit, dicitur fæcatum.* Gręci recentiores θάμνα appellant. Hinc Anatolius *Geoponicor. lib.* 6. τὰ στέμφυλα, τοῦτ' ἔστι τὰ γίγαρτα, μετὰ τὴν τοῦ γλεύκους ῥύσιν ἐκβλητέα παραχρῆμα, καὶ εἰς πίθους ἐμβλητέα, καὶ καταπατητέα, ὁ γὰρ ἐκ τούτων, ὃν ἐπιχωρίως καλοῦσι θάμναν, οὐκ ἀηδὲς πόμα τοῖς ἀγροίκοις γίνεται. *Uvarum retrimenta, ſive fraces, continuò poſt muſti eductionem ejicienda ſunt e laca, & in cados immittenda, atque calcanda. Quæ enim, ex iis exprimitur, lora, quam vulgo vocant Thamna, potio fit ruſticis non inſuavis.* Eadem illa potio varia obtinuit inter Latinos nomina. Antiquiſſimum omnium eſt *floces*, quod uſurpatum fuit à Cęcilio, quodque ab Aulo Gell. *Vini fæx è vinaceis expreſſa, ſicut fraces ex oleis*, explicatur. Illud verò Auli Gellii temporibus adeo erat peregrinum, & ignotum; ut, cùm à quodam in foro pronuntiatum fuiſſet, ad Equitis cujuſdam Romani ſordidum & tenuem vivendi modum ſignificandum, hoc dicterio, *Apludam edit, & floces bibit*, ejus peregrinitas & barbaries adſtantibus omnibus riſum moverit, quaſi hęc fuiſſent Thuſca vel Celtica. Uſitatiùs erat *Lora*, longéque familiarius. Plin. *lib.* 14. *cap.* 10. *Non poſſunt jure dici vina, quæ Græci δευτερίας appellant, Cato & nos Loram, maceratis in aqua vinaceis: ſed tamen inter vina operaria numerantur. Tria eorum genera*, &c. Varro ſimiliter *de vita popul. Rom. lib.* 1. *Antiquæ Mulieres majores natu bibebant Loram.* Et *de Re Ruſt. lib.* 1. *cap.* 54. *Expreſſi acinorum folliculi in dolia conjiciuntur iiſque aqua additur. Ea vocatur Lora, quod lota acinacea, ac pro vino operariis datur hieme.* Accedit Columella lib. 13. cap. 40. *Lora optima quomodo fiat. Quan-*

Quantum vini uno die feceris, ejus partem decimam, quot metretas efficiat, conſiderato: & totidem metretas aquæ dulcis in vinaceis, ſed quibus unius diei vinum expreſſum erit, addito, &c. Capite proximè ſuperiori *Briſæ* cujuſdam meminit, *ſabullam briſam prælo ſubjicere, &c.* Creditur vulgo per eam *briſam* ipſum vinaceorum maſſam intelligere, ex qua villum elicitur. At & hoc penè omiſeram, ſecundarium iſtud vinum ægrotis aliquoties propinari ſolitum, quando vinum ſitirent, quo eorum ſitis utcunque levaretur, inordinatæque cupiditati ſatisfieret; Ἁρμόζει δὲ ἐφ᾽ ὧν διστάζομεν οἶνον διδόναι, ἀναπαζομένων δι᾽ ἐπιθυμίαν ὁ νοσοῦντος: *Convenit porro agris ſiquando dubitemus ipſis vinum indulgere, ad hoc inducente ægrotantis cupiditate*, &c. *lib* 5. *cap.* 13.

Ex his igitur omnibus teſtimoniis palàm eſt, Antiquiores vinaceis cùm ad cibum cùm ad potum uſos eſſe. Vetat autem Canon, ne ſi quando à Judæis fuerint calcata; in eos uſus ſerventur: decernit contrà, ſi ſerventur, ſuibus paſcendis aut ſtercorandis agris deſtioeotur. Et certe familiare erat admodum, ut ſues aliaque animalia illis iiſdem ſaginarentur. Hinc *de Rê Ruſt.* Varro *lib.* 2. *cap.* 4. *ſi fundus miniſtrat*, bis porcis *dare ſolent vinacea, & ſcapi ex uvis.* Cato verò de *Re Ruſt. cap.* 25. bobus adminiſtrari vult. *Eos conculcatos*, ait, *in dolia picata indito, vel in lacum vinarium picatum. Id benè jubeto oblini, quod des bubus per hiemem.* Quibus affinis Columell. *lib.* 7. *cap.* 3. dum de boum pabulo, *Licet autem, ſi ſit inopia leguminum, & eluta, & ſiccata vinacea, quæ de lora eximuntur, cum paleis miſcere. Nec dubium, quin ea longè melius, cum ſint folliculis, antequam eluantur, præberi poſſint: nam & cibi & poti vires habent, nitidumque & hilare & corpulentum pecus faciunt.* Anatolius equis dentur præſcribit, Αὐτό τε λοιπὸν τὰ ἐναπεμφθέντα γίγνεται ἱκανὴν τροφὴν παρέξει τοῖς ἀλόγοις, *Ipſa etiam reliqua, vinacea ſcilicet remanentia, idoneum equis ſuppeditabunt pabulum.* Varro autem edicit anatibus objiciantur; *pabulum iis*, ait lib. 3. cap. 11. *triticum, hordeum, vinaces, uva.* Adhibebantur etiam ad vites impinguandas. *Si macra erit vinea*, inquit Plin. lib. 17. cap. 22. *circum capita addito ſtercus, paleas, vinaceas, aut aliquid horumce.* In eos igitur uſus uvæ à Judæis calcatæ ex Canone illo poterant uſurpari; ad hominum verò cibum nequaquam; *propter illam*, ait, *horribilem immunditiem, quam in contemptum Sacramenti Altaris faciunt.*

Non explicatur, quænam fuerit illa immundities; ſed hujuſce infamiæ videntur accuſati, quòd in lacus vinarios, quibus uvæ calcatæ indebantur, immingerent, idque in vioi ad Euchariſtię Sacramentum adhibendi odium ac probrum. Objicietur forſan, ſi hæc admitterentur, vino non ſecus quàm vinaceis abſtinendum fuiſſe. Verùm nequaquam par eſt utriusque ratio. Dum enim vinum efferveſcit ſpumam exuit omnem, eâque efferveſcentiâ ita mundatur, ut immunditiès nulla remaneat; non ſic vinacea; quibus fæx plurima ſemper adhæreſcit.

Affini aliqua ratione nititur Canon alter, qui ſequitur, *quo per Excommunicationem prohibetur, ne carnifices permittant Judæos laniare carnes ſuas, niſi totas detineant.* Prohibitio iſthæc boum propriè arietum vel hœdorum femora reſpicit, quibus non veſcebantur Judæi, *ex Geneſ.* 32: 32. Quoties ergo illi vel boves, vel juvencos, vel arietes, vel agnos, &c. mactabant, coxendices hæ periture erant, niſi Chriſtianis tranſmiſiſſent. Eo autem Canone interdicitur Chriſtianis, ne emant. Interdictum porrò iſtud rationibus quibusdam minimè contemnendis ſubnixum eſſe vel ex eo conſtat, quod apud Celeb. Buxtorfium *Synagog. Jud. cap.* 27. legitur; ubi de coxis verba faciens, (quas non ſatis aptè *armos poſteriores* appellat; cùm deberet, vel *femora*, vel *coxas*, vel *coxendices*, &c.) ſic ait, *Armos poſteriores Chriſtianis vulgo vendunt. Verum qui hanc carnem libenter ab illis emunt, perpendant id, quod ab omnibus Judæis ad Chriſtianam fidem converſis unanimi conſenſu ſcribitur, illos hanc carnem primum inquinare, ab illorum filiis & filiabus urinâ conſpurcari, diriſque & devotionibus ejuſcemodi illam Chriſtianorum eſui deſtinare; Diram mortem*, מיתה משונה, *carnis hujus eſus Chriſtiano afferat.*

Unum ſupereſt paucis explicandum; iſtud nempe, *ſtatuta ejuſmodi debere potius Authoritate civili quam Eccleſiaſticâ ſanciri; multamque pecuniariam potius interponendam, quam Excommunicationem*; cùm veriùs corporis valetudinem, quàm animi ſalutem reſpiciant. In quo, omiſſa *Juris* quæſtione, circa *Factum* id unum reſpondebo, ante Odonem alios benè multos ſimilia edixiſſe; illucque Concilia gradatim deveniſſe. In Gallis ex. g. *Venetenſe* Ann. Ch. 465. primum fuit, à quo conſtitutum fuerit, Ne cum Judæis Chriſtiani comederent; at ejus conſtitutio Clerum unicè ſpectabat. Id legere eſt *Can.* 12. *Omnes deinceps Clerici Judæorum convivia evitent; nec eos ad convivium quiſpiam excipiat.* A multis deinceps ſæculi ſexti Conciliis Interdictum firmatum fuit, & ad Laicos extenſum. Sic enim *Agathenſe* ad Ann. Ch. 506. *Can.* 40; *Omnes deinceps Clerici, ſive Laici, Judæorum convivia evitent.* Item *Epaonenſe*, Ann. 517. *Can.* 15. *A Judæorum conviviis etiam Laicos conſtitutio noſtra prohibuit. Aurelian.* 3. ſimiliter *Canon.* 13. ad Ann. 358. *Chriſtianis convivia interdicimus Judæorum, in quibus ſi fuiſſe probantur, annali Excommunicationi pro hujuſmodi contumacia ſubjacebunt.* Accedit demum *Matiſconenſe Can.* 15. ad Ann. 581. *Nullus Chriſtianus Judæorum conviviis participare præſumat.* Sed prohibitiones ejuſmodi vix ultra ſæculum 8. proceſſêre. Siquidem ſæculo 9. Agobardus Lugdunenſis Epiſcopus, Vir, ut pleraque ejus facta teſtaotur, acerrimus, & coram Imperatore, & coram Galliæ Rege, Ludov. Pio, eſt poſtulatus, eo quòd Judæos intra Diœceſim ſuam degentes vexârit, eóque maximè, quòd Chriſtianis vetuerit, *Ne carnes immolatas ab ipſis emerent, vinumque eorum biberent*, hoc eſt, ne ex eorum macellis carnem, neve ex eorundem œnopoliis vina pararent. Quæ pro viribus à ſe amolitur duplici adverſus eos oratione aſperrima, utrâque Imperatori *ad Ann.* 850. ioſcriptâ; quarum hi ſunt Tituli, *De Judæorum inſolentia*, item *De Judaicis ſuperſtitionibus.* Concilium tamen *Meldenſe Ann. à Chriſt. nato* 845, eos omnes Canones *cap.* 57. colligit, qui ſuperioribus Synodis in Judæos fuerant conditi, eoſque renovat, ac firmat. Concilium quoque *Metenſe*, Ann. 888, *Canone* 7. ſic ſtatuit, *Nemo Chriſtianorum cum eis manducet, & bibat, vel quicquid comedi aut potari poteſt, ab iis accipiat*; quæ Odonis definitionibus admodum affinia, ſed minimè duriora.

Fuêre quædam deinceps Concilia, quę addidêre, eorum Medicos non eſſe advocandos; Ita enim Hiſpanienſe *Palentium*, Ann. 1322 habitum, *Ne Chriſtiani eos in infirmitatibus ſuis vocent, aut ab iis recipiant medicinam.* Item, *Prælati præcepta canonum tam circa prædicta, quàm circa eorundem vitanda cibaria, per cenſuram Eccleſiaſticam faciant inviolabiliter obſervari.* Similiter Mediolanenſe primum 1565, ſub Cardinali Borromæo, *Ne Chriſtiani Judæos medendi cauſa ad ſe accerſant.* At hoc poſterius Interdictum extat *Can.* XI. *ſextæ Synodi univerſal.* Conſtantinopolim coactę, μηδεὶς ἰατρείας παρ᾽ αὐτῶν λαμβανέτω. *Ne quis medicationes ab iis accipiat.* Sed ex teſtimoniis hiſce *factum* abundè demonſtratur.

NOBI-

NOBILISSIMO

SALMASIO
EQUITI
S. D.
SAMUEL BOCHARTUS.

VERSIO.

Nova in dies, *Vir Nobiliſſime*, ſingularis tui erga Me amoris argumenta cumulas, noviſſiméque luculentiſſimum certè mihi dediſti; cùm officia quævis mihi es pollicitus, ſi in ſedem quandam in Hollandia nunc vacantem inclinarem. In quo non alio modo poſſum reſpondere, quàm quo fit in Normania Inferiori, *Velim*, *nolim*, quidve optem neſcio. Tot enim rationum momenta me utrinque verſant, ut nihil quicquam certi ea in re decernere queam. Ex una parte hic innumerabilibus vinculis detineor. Hic enim, quantum ſors mea exigat, diligor & toleror, hic non contemnendæ facultates, cognationes, neceſſitudines, &c. adſunt. Ex altera verò parte, quod mihi proponis ita me allicit, ut vehemens exinde oriatur tentatio; etiamſi nullo quidem alio emolumento, niſi perpetuâ Tuâ familiaritate, mihi omnibus theſauris longè chariori, fruerer. Hoc in conflictu per Te, quæſo, mihi liceat Deum, amicoſque conſulere: interea ut ut indigno, favere mihi pergas. Aliâ viâ ad Clariſſ. Rivetum de re perſcribo, quoque tutiùs conſiliis ſuis me juvet ſingula fusè expono. Hoc præteribam, me in primis vereri, ne muneri, quod tot Heroes tam honorificè ſuſtinuêre, impar omninò ſim futurus. Quoad cætera, de *Animalium Libro*, cæteriſque ſuſceptis ac propoſitis cogitare nequeo, quin priùs de *Editione alterius Libri*, in quem omnia mea ſtudia, omnem operam; induſtriam denique omnem confero, tanquam ex graviſſimo onere levatus ſim. Si per amicum quempiam detur opportunitas, eorum, quæ jam typis mandata ſunt, nonnulla veluti primitias tranſmittam, ſed ea lege, ut priuſquam opus totum in lucem prodeat, ea cenſurâ Tuâ digneris. Ne duobus Tuis M. S. Arabibus, quæ mihi parùm propter negotia evolvere licuit, egeas vereor. In hiſce regionibus Liber tuus *de Primatu* magni fit. Deus Te diu incolumem ad gloriam ſuam ſervet, otiumque & facultatem abundè largiatur, quibus eximia illa opera, quæ elaboras, plenè abſolvas. Vale.

Cadomi Martii 19. 1646.

EIDEM.

VERSIO.

Jure de mea indiligentia quereris, quod tandiu poſt acceptas tuas epiſtolas, & gratiſſima, quibus comitabantur, munera ſiluerim. De eximio illo loquor Opere, quod pro *defenſione Regis Angliæ* edidiſti. Acceptum illud ſummâ cum voluptate perlegi; eoque inprimis vehementer lætatus ſum, quod cùm idem, quod Tu in potioribus ſaltem ſentiam, munitam deprehenderim ſententiam meam tot argumentis, quæ me prorſus fugerant in levi illo affini Scripto, quod eam in rem deproperaveri, eo potiſſimùm conſilio ut Angliæ Parricidium Eccleſiis noſtris exſecrandum videri demonſtrarem, Presbyteranoſque Anglos (qua una in re à te diſſentio) oſtenderem longiùs ab eo crimine abfuiſſe, quam putes. Vis enim illos pariter cum *Independentibus* conjurâſſe, ego verò, qui illos uſquequaque à culpa eximere non aggredior, ſed dolens præſcriptos fines in quibuſdam tranſiliiſſe fateor, à cæde tamen Regia immunes contendo; vellemque moderatiùs paulò tractâſſes, tum quòd ſint fratres noſtri, tum quòd ejus, quod in crimine caput eſt, inſontes mihi videantur, tum denique quòd Regis interſit, ut cum illis adverſus *Independentes* coeat, eoque pacto faciliùs reſtituatur in regnum. Verùm non obeſt hæc noſtrum utriuſque diſſenſio, quin multi tuum librum faciam, Deumque laudem, qui Tibi dederit, ut argumentum illud ornatè adeò & doctè exequereris. Totum orbem Liber peragrabit; illoſque ab errore avertet, qui incautè miſeris illis rationibus decepti ſunt, quibus optimus Rex reus conſtitutus, Regnóque & vitâ & contra jus, & contra receptas omnes in Regno ſormulas privatus fuit. An quod, aiunt, verum? Te ſcilicet iter in Sueciam, ad Auguſtam illam Reginam, meditari. An per Arthritidem, quâ Te ſępiuſculè laborare audivi, viam tam longam ſuſcipere licebit? Si hoc apud Te conſtituiſti, Deum ex animo precor, eò te feliciſſimè ducat. Comitem me forſan haberes, ſi eodem tempore loca duo occupare valerem. De Auguſtiſſima enim illa Principe vix unquam cogito, quin in ejus rapiar admirationem: neque in hiſce terris plenè erit mihi ſatisfactum, donec Auguſtam ejus Majeſtatem datum ſit intueri. Mihi Clar. Voſſius ſcripſit, illam optare ut *meo de Animalibus libro* finem imponam. Hoc verò ago, etſi vix credi poſſit, quàm ſæpe, & quàm gravibus negotiis in dies abſtrahar.

Diebus hiſce præteritis luſtravi *Nomenclatorem* vel Lexicon Coptum Kircheri. Is profectò in Latinis, Gręcis, Coptis & Arabicis mihi videtur parùm verſatus. Vix paginam in toto ipſius libro abſque graviſſimo errore reperias, ſive in ipſa Arabica & Coptica vocum ſcriptione, ſive in earum verſione, quæ plerumque ridicula. Si & otium & Characteres ſuppeterent, facilè graviſſimos illos errores emendares, cùm Tibi ad manus ſit ejuſdem libri Manuſcriptum aliquod exemplar caſtigatius. Arabica ferè omnia poſſem corrigere, verùm in Copticis ea tantùm intelligo, quę vel ex eodem ipſo Libro, vel ex Prodromo depromere valui. Vera ea comperio, quæ mihi de iſto Idiomate ſcripſiſti, in illo nempe multas veteris Ægyptiaci ſermonis reliquias

liquias ſupereſſe; quin & idem ſermo haberetur, niſi multùm à Græcis corruptus eſſet. Ibi etiam Arabica, plura quàm prima fronte videantur, extant, in iis præſertim vocibus, in quibus ab Hebræa lingua differt Arabica. At forſan & otio & patientiâ tuâ abutor, eáque, quam in Te alloquendo percipio, voluptate abreptus extra limites excurro; condones, quæſo, ſi te fatigem. Sum ex animo tuus. Vale.

Cadomi 17. Mai. 1650.

CLARISS. VOSSIO,

Reginæ Sueciæ Conſiliario & Bibliothecario.

HOLMIAM.

VERSIO.

Quanquam & Literæ tuæ, *Vir Clariſſime*; & eximia, quibus Sereniſſima Regina me beavit, munera; & varia cùm ſacræ Ipſius Benevolentiæ, tum ſingularis erga me affectus Tui ſuperaddita argumenta ampliſſimam mihi obtulerint gaudii materiam; animus tamen meus ægritudine penè eſt confectus ex jam nunc allato ad nos Celeber. Riveti, affinitate quidem duntaxat avunculi, ſed alterius reipſa parentis, triſtiſſimo exceſſu. Hunc quippe, præter varias illas generales, quibus tum ſuis, tum exteris, venerandus erat, cauſas, adhæc ex pluribus aliis ſpecialibus unicè diligebam, & ſummopere venerabar. Cùm itaque dilectiſſimæ illius uxoris, materteræ meæ, acerrimis doloribus mihi ſit, quantum pote, intercurrendum, eámque in rem literæ quædam exarandæ veniant; neceſſe eſt, ut temporis illius, quod Tibi deſtinâram, partem aliquam intercipiam, hincque adeò & Sacratiſſimæ Reginæ & Tibi properantiùs paulò perſcribam. Nullus dubito, quin per Clariſſ. Viquefortium acceperis, quas ante 15. vel 20. dies ad Te dederam ex eo, quòd querebaris, me nullas omnino ad te dediſſe, ex quo ſejuncti ſuimus, tametſi ſæpiùs ad me dederis. Quod certè obſtupui; quandoquidem, etſi nullas abs te acceperim præter eas, quæ Auguſtiſſimæ Reginæ Epiſtolam comitabantur, ternas, probè memini, ad te miſerim; atque ex his poſteriores duas per Viquefortium noſtrum; à quo mihi reſcriptum, haſce meas viâ tutiſſimâ ad Te transmiſſas, neque eas ullatenus periiſſe; quandoquidem ſuis quibusdam eodem faſciculo incluſis fuerit reſponſum. Vix autem conceperis, quantopere doluerim ex eo; quòd tibi adeò viſus ſim inurbanus, & agreſtis, ut miſſas fecerim Sereniſſ. Reginæ Literas, neque iis dignatus ſim reſpondere; quod ſanè non modò ruſticitas quædam, ſed grande & atrox foret nefas. Abſit à me ſtupiditas ejusmodi, neque adeò ſum ſaxeus, ut tam Auguſtæ & Magnificæ Reginæ muneribus & dignatione nullatenus afficiar. Quidvis aliud ergo tibi fingas, vel interceptas fuiſſe literas meas, vel graviſſimo morbo me lecto affigi, vel omninò mortuum; potiùs quàm vel tantillum ſuſpiceris me tam ſanctis officiis deeſſe. Iſthæc omnia fusè habes enarrata in poſterioribus meis, quas jam nunc tibi redditas eſſe convenit, ſi modo eodem, quo priores aliæ, exitiali fato non perierint. Sed hæc dimitto gravia & moleſta, ut ad jucundiora alia transeam. Non ſatis profectò aſſequor Auguſtiſſ. Reginæ benignitatem, quæ, cùm juſtiſſimas habeat de me conquerendi cauſas, me non modò ſereno vultu aſpiciat, ſed & variis inſuper beneficiis cumulet. Numiſma ad me tranſmiſſum cum literis tuis accepi, brevi, ſpero, afferetur Effigies; ſiquidem ex Bidallio reſcierim per literas, navem eam, quâ affertur, nuper ab Anglis detentam, ab iiſdem fuiſſe dimiſſam, moxque ad oras noſtras appulſuram. Impatienter admodum expectabo; ſiquidem in Numiſmatibus lineamenta vultûs non ſatis compareant, color autem & vivacitas nullatenus. Mihi itaque non fuerit plenè ſatisfactum, quin Effigiem fuerim intuitus; in quibus mihi erit quodammodo quieſcendum, usque dum liceat Sacratiſſimæ Majeſtatis, quam orbis totus veneratur, præſens vultum contemplari. Quod non dabitur credo ante Majum vel Junium, tum quia nolim hinc diſcedere, quin Liber meus ſit confectus, tum quia honeſtè nequeam, quin priùs diſceſſionis hujus facultatem à Synodo noſtra impetrârim, quę eo demum tempore convocabitur. Cęterum eorum probè meminero, quę de Religione mones, neque eam in rem quicquam muſſitabo, cùm alię ſat multę profectioni meę rationes poſſint facillimè prętexi. Longè plura, longéque excellentiora, quàm quę penes Celeber. Petavium, habituri eſtis Manuſcripta; ſi, quod ajunt, verum eſt, Clariſſimum nempe Galminum Reginę ſuam donâſſe Bibliothecam: quandoquidem omnibus Orientalium opibus ſit locupletata. Verùm pręter iſta muta oracula, vivum aliud, Celeber. nempe Salmaſium, poſſidebitis. Vereor ut non ipſi ſcribere queam. Da, quęſo operam, ut excuſatum ille me habeat. Penes me ſunt illius M. S. C. duo Arabica, quibus frequentiſſimè, poſſum & addere, fructuoſiſſimè, utor. Commodavit mihi Eminentiſſimus Cardinalis Mazarinus *Damirum de Animalibus*, in multis quidem ejus Damiro ſimilem, in multis tamen diſſimilem. Adeſt Eminentiſſ. Cardinalis Gratięportui propter eas, quas audiiſti, rationes: indéque Principes eodem tempore exierunt, qui libertate donati Rothomagum, dein Pariſios, inter publicas omnium acclamationes profecti ſunt. Si ſciviſſem non optâſſe Reginam, ſuę cuiquam literę communicarentur, uti obiter Ampliſſ. Sarravio ais, multis quidem, uti feci, non oſtendiſſem. Sed concivibus noſtris nullum cum Suecia commercium. Quibus officiis me ſis demeritus probè memini, proinde gratias ago ampliſſimas. Officia illa nedum rependam, ut nequidem patiaris evulgem. Horum omnium Deus meminerit, Teque diutiſſimè ſervet incolumem precor. Vale.

Cadomo perſcriptum 13 *Cal. Mart.*
Ann. Chriſt. nat 1651.

NOBI-

NOBILISSIMO ET CELEBERRIMO

SALMASIO,

EQUITI.

LUGDUNUM BATAVORUM.

VERSIO.

Utcunque profectò me pudet, quòd ſecundam hodie ex te acceperim epiſtolam, cùm priori tuæ, quam ab hinc 15. diebus accepi, nondum reſponderim. Verùm neque ea die, quâ mihi à præſtantiſſimo tuo Filio data eſt, potui ſatisfacere, quia eo momento, quo mihi reddita eſt, Tabellarius abiret; neque itidem ſubſequenti hebdomade potui, quia, quum ſcribendum erat, mihi ex privatis meis ædibus in Regiam, ubi jam habito, fuit demigrandum. Summa cum voluptate laudes perlegi, quibus Auctorem libri, cui titulus *Clamor Regis ſanguinis*, elegantis certè & ingenioſi, extollis: verùm abſit iis aſſentiar, quæ Tu aſſera, illum nempe plus hoc libello præſtitiſſe, quàm Te eximio illo *Defenſionis Regiæ* Libro. Hic enim nulli eſt ſecundus, eóque omnibus idem aggreſſuris ſpem ſucceſſus quamcunque præripis, ni veſtigiis tuis inſiſtant: ſi quis verò inſtiterit, de eo Tecum collato dici poterit, *proximus huic longè, ſed proximus intervallo*. Hanc ſemper ego de Tua *Defenſione* ſententiam tuli, cujus ſi Milton argumenta conatus eſt infringere, validiſſima tamen intacta reliquit, imò & nunc & in perpetuum magno ejus pudore ſtabunt. Optârim tamen, cùm in Regum, tum in Tui gratiam ipſi reſpondiſſes: ſunt enim nonnulli, qui illi ut ut imbelli & infirmo, quaſi de Te triumphâſſet, applaudunt. Cur tamen faciant, vix conjicio; niſi vel ex ignorantia, vel ex invidia, vel denique ex illa malignitate, qua Viros quoſque eminentes carpere ſolent, eo impellantur. Dum inter Rempublicam tuam & Angliam ſervet bellum, quælibet edere Tibi liceret: ſi autem vera dicendo in Te alicujus offenſionem concites, taceas nomen; etſi tamen vix poſſis, cùm vel ex ſtilo, vel ex nervoſiſſima ratiocinandi facultate Tibi familiari & propria, ſtatim dignoſcaris, *loquere, ut te videam*. Ulteriùs progredi non auſim, quia te ipſum alloquor. Quibuſcum familiariter verſor, nôrunt illi quomodo limites iſtos tranſiliam, quoties de Te incidit ſermo. Verùm quidquid in hiſce effundam, nunquam plenè mihi ſatisfacio, longiuſque excurrit affectus, quanquam tamen ſis frequentiſſimum colloquiorum noſtrorum argumentum, eorum in primis, quibus Auguſtiſſima Regina adeſſe dignatur, quæ & Ipſa oblata quacunque occaſione, quanti Te faciat, apertè oſtendit; uti & heri ſingulari quadam ratione oſtendit; iis verbis, quę non auſim chartis committere, ſed auribus aliquando, ſi detur, liberrimè committam. Hoc porrò Tibi ſoli dictum velim. Si hoc Tibi ingratum non foret, Cl. Voſſium monerem Te de ejus calumnia queri, quo illum, vel ad ſui juſtificationem, ſi poſſim; vel ad peccati confeſſionem & emendationem perducerem. Reus enim eſſet admodum, ſi, quę Tibi relata ſunt, conſtarent. Hæc habet ex Holmia, quibus lætetur, Regina nempe, quæ jam dudum illius oblita videbatur, abhinc tribus aut quatuor menſibus de illo honorificè locuta eſt, imò & de ejus ſilentio conqueſta: mihi mandavit ut monerem ad ipſam ſcribere pergeret, certioremque facerem, etſi ejus reditum nondum permittat, futurum tamen, ut ſolita & benevolentiæ & liberalitatis ſuę argumenta excipiat. Quum verò hunc apud me alioſque ſermonem aliquoties habuiſſet, illud idem Ampliſſimo Beuningio repetiit, qui procul dubio ejuſdem rogatu idem eſt ſcripturus. Dolebo quàm maximè donec reſtituta ſit inter vos amicitia; & cùm vos animo oculiſque feram, veſtra diſſidia non minus ægrè fero, quàm Rebecca Jacobi & Eſavi in ſuis ipſiuſmet viſceribus conflictum. At, quemadmodum Tu ita nec ego ullum amplius ad hoc remedium novi, præter preces, quas apud Deum ardentiſſimè fundo, ut veſtrum amborum animos in mutuos affectus inducat, diſſenſioque deinceps *amoris redintegratio evadat*. Sunt procul dubio mali quidam, qui cùm hanc diſcordiam componere deberent, illam potiùs calumniis accendere ſtudent atque fovêre. Teſtis eſto, quod Tibi dictum fuit, Celeber. Voſſium meditari in Te librum conviciis & fraudibus refertum. Hoc vix crederem: neceſſe eſt prius immoderatis affectibus fuerit excęcatus. Novit ſcilicet quæ labes famæ ſuæ adhæſerit ex unica privata in Te epiſtola, an verò auderet in Te librum & ſcribere & edere? An non pręſentit fore, ut apud Reginam gratiâ omninò cadat, ſi pro ſatisfactione, quam illi impoſuit, Libro edito contumelias & probra rependerit. Pręterea ſi amicos tantilli facit, qui indeſinenter ipſi, quanti Te faciant fortiſſimè exponunt, nonne eorum precibus & conſiliis obſequi præſtaret tui gratiam ambiendo, quàm eos offendere, & abalienare, indignationem tuam in ſe concitando? Nullus itaque dubito, quin iſtud à quodam, qui veſtros animos diſſociare ſtudet, excogitatum ſit; conſultiuſque tibi, meâ quidem ſententiâ, foret, ſi ſpiritui cuilibet non crederes. Si nihil eminus exequi valeo, quum reverſus fuero, aliquid tentabo: ſi verò fruſtrà ſit, ſaltem maximum inde ſolamen percipiam, quòd hoc ſcandalum pro viribus amoliri ſim conatus.

Jurgio, quod inter Te & N. N. excitatum eſt, magis adhuc perculſus fui. Illum tibi conjunctiſſimum arbitrabar, eumque, ſi ex infirmitate aliquid peccâſſet, illud ex tuis conſiliis emendaturum. Quum huc carmina ſua miſit, illi quaſi familiari tuo omnem operam ſtudiumque ardentiſſimè navavi: verùm, auditis iſtis rumoribus ſcribere deſtiti, & tacêre decrevi, donec ejus apud te juſtificationem acceperim.

Scribis iterum me eſſe unum ex illis in quos oculos conjicit *Lugdunenſis Academia*. Honori iſti me imparem agnoſco; quo fit ut eò plus illis, qui de me cogitant, debeam. Verùm, cùm hujuſce rei eventus me planè lateat, hoc unum ſanctè profitebor, quòd, ſi res feliciter cedat, & me illùc Deus vocet, ita inter vos ſim verſaturus, ut Te vocationis meæ nunquam pœniteat. Nullum enim quenquam pluris quàm Te facio, unde & ex conſiliis tuis lubentiſſimè pendebo, quandiu iis me juvare dignaberis. Id in perpetuum vovet Tui addictiſſimus

S. BOCHARTUS.

Holmiæ datum Ann. Ch. 1652.

SAMUELIS BOCHARTI

Juvenilis quidam Luſus Poëtici.

E L E G I A

In diſceſſum Amici Dilectiſſimi, D. FABRICII, fideliſſimi Verbi Divini præconis.

Téne ego pars noſtri melior, pars optima noſtri,
 Téne ego longinquas ire videbo vias?
Te videam? te perpetiar diſcedere? Nunquam.
 Aut ſequar: aut nunquam te procul ire ſinam.
Te licet efferrent ſuper ęthera terga draconum,
 Gorgoneoque licet deveherêris equo,
Me nunquam fugies? quis fallere poſſet amicum?
 Lumen amicitię ſemper ubique videt.
Me vigilans non fallet amor: licet omnia fallant:
 Ergo tuum fruſtra quid meditaris iter?
Quid gero? quid meditor? quid dico? meumne jubere eſt,
 An parere? animos comprime Muſa tuos.
Ah fuge, curre procul, tibi ſi diſcedere certum eſt:
 Ne mea quàm vereor vota moreotur iter.
Chare, vale: prępone meis tua gaudia, ounquam
 Diſplicuêre mihi quę placuêre tibi.
Cùm tamen hinc exis noſtri violaotur amoris
 Vincula, non ulla comminuenda die.
Ergo ſequar, mihi dentur equi, diſcedere malo:
 Pręſtat abire ſimul: quid remoratur iter?
Quid remoratur iter? crudelia fata morantur.
 O facinus! fato quid renuente geram?
Diſrumpar medius, rigidis hinc ducor amoris
 Viribus, hinc fati vincula dira trahunt.
Quo ferar ambiguus? non eſt violabile fatum,
 Quod neque Dii violant: nec violandus amor.
Eſt violandus amor, quis fato obſiſtere poſſet?
 Cùm ſic fata velint, eſt violandus amor.
Sed tantum facinus morş impia ſolvat, adeſte
 Protinus ultrices, me cupiente, Deæ:
Eumenides properate, mihi eſt optabile fatum:
 Innumeras mortes quæque dat hora mihi:
Diva Megæra faces & flagra iotentet Alecto,
 Tiſiphone colubros vibret in ora ſuos.
Danaidum cuperem dolium, volucremque Promethei,
 Æolidiſque petram, Tantaleamque ſitim.
Quid moror has pœnas? hæc parvi ponderis eſſent;
 Si mea Lethæis cura latêret aquis.
Eumenides properate, meos ſedate dolores,
 Eſt mihi vita malum, mors mihi meta mali.
Jamque vale longum, Phœbo chariſſime Paſtor:
 Paſtor Apollineis ſemper amate choris:
Paſtor oviſque Dei, Paſtor rectiſſime, notus
 Ingenuâ veterum ſimplicitate virûm:
Hæc ſi quando legas perſtrictâ carmina fronte,
 Carmina Cygnæis flebiliora modis;
Fortè dabis lachrymas, luctûs inſignia, ooſter
 Fortè tibi memori mente recurret amor.
Et dices, hic ille fuit, qui mœſtus & ęger
 Tabuit inſolito victus amore mei.
Sed quid alo luctum lachrymis? quid ſpargo pudendis
 Lumina fluminibus, flumina luminibus!
Poſtremum tibi dico vale; vah, lancinor, angor,
 Rumpor, diffindor, diſcrucior, morior!
Supremum tibi dico vale, cœleſtis Apollo,
 Tu quoque Muſarum turba, valete diu.

A P O L L O.

Quid tibi? quid mortem, quid fata noviſſima tentas?
 Fatorum leges antevenire cupis?

B O C H A R T U S.

Heus abit hinc, abit hinc, abit hinc chariſſimus ille,
 Quem colo, quem veneror, quem vehementer amo.
Hei mihi longinquas procul hinc proficiſcitur oras,
 Suſcipit, heu! vereor, ooo rediturus iter.

A P O L L O.

O vatem egregium! oum ſunt tibi conſcia fati
 Numina? tene aliquis noſſe futura docet?

B O C H A R T U S.

Mens mea (ſit quamvis mihi nulla peritia rerum)
 Flebile portendit, ſed recitare nefas.

A P O L L O.

Quis timor eſt, quæ cura tibi? quid aoilia profers
 Somnia, apud vetulas vix habitura fidem!
Poſtquam orbem germana ſuum perfecerit, ultro
 Continget fauſto tecta relicta pede.
Hioc dolor, hinc fletus, gemituſque & cura faceſſat:
 Si reducem cupias, mox erit ille redux.

B O C H A R T U S.

O mihi fœlices ſuperos! o Numina fauſta!
 O fortunatum terque quaterque diem!
Jam me lethiferis mors circumvolverat atra
 Caſſibus, & Stygia compede vinctus eram;
Cynthius attentas advertit quæſtibus aures,
 Meque iterum magno lucis honore beat.
Virbius hinc merito dicar, quem rurſus in auras
 Extulit ex Erebi faucibus ipſe Deus.
Hinc merito Phœnix dicar, qui feſſus ab annis
 Vivifico vitam quærit io igne novam.
Mors mihi vita fuit, mirum! jam lætior aura
 Veſcor, ubi licuit mortis adire domos:
Imple dicta Dei, Dilecte, hic atra manebit
 Te fugiente lues, te redeunte quies.
Accelerato gradum, Vir dilectiſſime nobis,
 Si tibi cura Dei, ſi tibi cura mei.

IN NUPTIAS

NOBILISSIMI CLARISSIMIQUE VIRI,

D^n. J. CAPPELLI, *Paſtoris apud Sedanenſes vigilantiſſimi, affiniſque chariſſimi:*

ET

NOBILISSIMÆ VIRGINIS

CARLOTTÆ BERGERIÆ, *Patruelis ſuæ Dilectiſſimæ,*

EPITHALAMIUM

SAMUELIS BOCHARTI.

ELoquar, an taceam, quę ſunt mihi viſa? ſilêrem,
Si quicquam invitis poſſem præſtare Camœnis;
Da veniam, Cappelle, loquaci ſervio turbę,
Quę ne quid taceat veris mendacia miſcet,
Ex illis ſperesſne aliud? quod fœmina novit,
Crede brevi lippis notum & tonſoribus iri.
Hæc novêre Novem gens garrulitate Sorores
Eximia, illarum mihi juſſa capeſſere fas ſit.
Jam plenum eructat vivacia carmina pectus
Conjuge digna tuâ, te conjuge carmina digna.
Poſtquam Vittriaci generoſâ cuſpide teli
Concidit, & juſto laceratus membra furore
Irato pœnas populo dedit impiger olim
Miles amoris, iners bellis, Concbinius: infans
Aliger irarum prægrandi percitus œſtro,
Vixque ſui compos miſerum deflebat adempti
Militis exitium, & prodens per verba furorem
Tales magnanimo fundebat pectore voces.
Siccine contemni mea numina, ſiccine vulgus
Inſanum furere in noſtros; an crimen amari
Crimen amare fuit? nimia eſt patientia nobis,
Ignavuſque furor nimis; in vos tela refundam
Veſtra, reos faciam cunctos, ſi crimen amare eſt.
Dixerat interrupta vomens convitia paſſim,
Moxque fori mediâ furibundus in arce reſedit,
(Hic ubi dimidiam regalis dividit urbem
Sequana, tot populos mediis qui ſuſtinet undis)
Quæque ſagittiferâ deprompſit tela pharetrâ
Spargit in iratum vulgus; plus mille dolori
Succumbunt, ſenſimque vagâ ſua viſcera flammâ
Exedi, inque imis lugent defixa medullis
Tela rudes, aliuſque ſubit furor intima cordis.
Quiſque ſuum celat vulnus, læſuſque recedit.
Gaudet amor plauditque ſibi, vacuamque pharetram
Aſpicit, & vacuam tantis rumoribus urbem.
Nil niſi tela duo centum ſervata per annos,
Dulce onus ex humeris pendentia tela ſuperſunt,
Aurea tela duo, nitido queis purior auro
Emicat ignoto cuſpis pretioſa metallo,
Vel Lyncis fugiens oculos tenuiſſima cuſpis:
Materiam ſuperabat opus; Venus addidit illis
Nectaris haud minimam partem, quin fellis amari
Nonnihil addiderat, ne ſit medicabile vulnus.
Hoc dum opiſex oſtentat opus rarumque recenſque,
Cypridis implentur Diis concurrentibus ædes,
Omnibus ars miranda placet pariterque timenda eſt.
Huc quoque fatorum venit præcantor Apollo,
Saturnum is digito monſtrans ſic eſſe loquutus
Dicitur; hæc ſerva donec ter verterit orbem
Ille ſenex, tardamque totam jam flectere quartò
Cœperit, Iſta tuis accedet fama trophæis
Maxima quod rigidique viri rigidæque puellæ
(Cor quibus horridius ferro ac adamante reſiſtet)
Vincta maritali conſtringes ora capiſtro.
Adveniſſe ſciens prædictum ab Apolline tempus,
Quos tamen innuerent tenebroſa oracula neſcit
Parvus amor; quid agat? dubiæ committere ſorti
Ter voluit ſua tela furens, arcumque fidelem
Tendere, conſilii ter pœnitet; hæccine tela
Inſcius eventûs mittat caſura repente,
Aut lęſura aliquem è vulgo? nil ſtultius. Ergo
Famam adit ut veri quid nuntiet audiat, illi
Aerea perpetuò reboantia tecta coluntur
Murmure; nil clauſum; domus undique pervia ventis,
Mille oculos, aures tot habet; mille ora loquuntur.
Hîc amor ad Moſam Paſtorem degere diſcit
Cappellum, in ſtudiis nocteſque dieſque fovendis
Sudantem, cui nulla quies niſi parta labore
Aut etiam ipſe labor; cui libri tota ſupellex,
Muſęumque, domus, vires, arx, area belli,
Patria, rura, ſolum: calamus ſimul enſis & umbo;
Hôc arcêre lupos pius audet, oveſque tueri,
Intrepidus medio ruit hôc armatus in hoſtes,
Appenditque Deo victor ſpolia Orbis opima,
Hôc & terrigenas proſtravit ſæpe Gigantes
Aggreſſos ſuperius Chriſtum detrudere regnis.
Totus in his curis pridem vale dixit amori
Hîc etiam vaga fama refert habitare puellam,
Pectore quæ caſto fugiens genus omne virile,
Atque velut crimen tædas exoſa jugales,
Virginitate frui ſemper decreverit: illi
Vota preceſque pias & ſacra volumina dixit
Eſſe jocos, riſus, luſus, connubia, tædas.
His amor auditis metuit ne vincere tantam
Duritiem nequeat, mediis conatibus impar
Deficiens. Quid tum? nihil hoc tentâſſe nocebit:
Audentes fortuna juvat; contraria ſi ſit,
In magnis voluiſſe ſat eſt: Oracula Phœbi
Implebuntur, ait, tandem: mox remige pennâ
Dividit inſtabiles, Euro velocior, auras,
Et pedibus jam Moſa ſubeſt, jam parva Sedanum,
Urbs bene culta tamen generoſo Principe fœlix.
Atque ibi, quam telis repleverat ante, pharetram
Exonerare juvat, laudis dum cernere poſſit
Materiam tantæ ferrato pectore binos:
Sedulus illorum cuſtos circumvolat ædes,
Ipſaque tecta ſubit, fruſtra dum detinet illum
Arx ſua Muſęum, fruſtra dum detinet illam
Interior domus: hîc nullæ, quibus irruat, ales
Rimæ, nulla patet puero via, nulla feneſtra,
Tota dies effluxit iners, ſed noxia plebi,
Quarta coronat opus; jam nunc ſuccurrite Muſæ.
Dicta dies fuerat, nobis qua falſa Baroni
Dicta probarentur, viſuri inſigne duellum
Conveniunt ad caſtra novi de more tyrones:
Cappellus prodit, replebat charta ſiniſtram,
Charta inſtar clypei dominum tectura ruentem
In medios hoſtes, in confertiſſima tela,
Charta Giganteos debellatura furores,
Charta tamen ceſſura brevi Cui? viribus hoſtis
Undique cincti armis? non. Cui? (mirabile dictu)
Infanti tenero, nudo, cui debilis arcus
Fœmineæque manus, cui lumina lumine caſſa;
Cui caro fluxa, olei quam guttula læſit; Amori
Denique, conſpecto qui cominus hoſte recedit,
(Fortius ut feriat librata per aëra denſum
Dira ſagitta diu) quóque haud locus aptior ullus;
Occupat horarum ſpatiis ubi ſigna notandis
Tecta; ſuum totis mox tendens viribus arcum
Spemque metumque inter mittit per inane ſagittam
Huic ſervatam operi; celeres volat illa per auras,
Et ferit innocuam ſpatioſo vulnere chartam,
Et ferit innocuum Cappelli pectus; at ille
Attonitus trepidanſque, velut qui fulmine bruto
Sternitur, obſtupuit, variiſque tumultibus intus
Hinc illinc agitatur, abit, redit, ardet & alget;
Flet, ridet; rubet, & pallet; gaudetque doletque;
Odit, amat; ſperat, timet; averſatur & optat:
Errat in hanc & in hanc, partemque vagatur in illam:
Et tamen ignarus quò tendat, quidve requirat,
Euridices poſt fata ſuæ miſer artis amandi
Oblitus, Venerisque oblitus; oblitus amorum.
Miramur, petimus quid tam citò? quò ruat? unde?
Noſtra ope num ſit opus? ſequimur, vetat; advocat, imus;

Nos pellit, revocat, mittit, vocat atque remittit,
Huic iterum ſpondemus opem rurſusque rogamus:
Is nihil, aut aliena; amor hæc ridetque videtque,
Accedensque ſuis audax ſucceſſibus artus,
Intimaque exurit miſeri præcordia; jamque
Incipit in medias penetrare per oſſa medullas
Flamma recens; ſatis eſt pœnæ puer improbus inquit,
Tu modo diſce meum victus cognoſcere robur.
Ioerat interea io templum caſtiſſima virgo
Oratura Deum: redeuntem conſpicit ales
Laſcivus, ſimilíque ferit pia pectora telo:
Hoc inter coſtas intacto corde remanſit,
Vix nociturum aliquid, nî telum immobile dextrâ
Admotâ pulſâſſet Amor. Sic fiſſile lignum
Infixis cuneis penetratur cortice ſolo;
Si tamen artificum vi multâ malleus inſtet,
Interius penetrant cunei, lignumque rebelle
Finditur, haud aliter repetitis pulſibus urget
Dirus amor, donec penetralia cordis in ima
Telum adigat, virgoque morâ laſſata fatiſcat.
Quis luctus fluctuſque animi, quis triſtia cantet
Gaudia mixta metu? quis inenarrabile fando
Certamen dicat variorum affectuum in imo
Corde retentorum? pudor hincque modeſtia pugnant,
Inde amor; effictis heu quod ſuſpiria cauſis
Continuo fudit gemitu, injuſsoque cadentes
Lumine lacrymulas voluit compeſcere fruſtra!
Heu quoties ſecreta rubor detexit amaotis!
Læſi ubi paulatim ſævus deſæviit ardor
Pectoris, atque ſuas cœpit cognoſcere flammas,
Carlottam Cappellus adit (nam nomen amatæ
Tale fuit) viſâque ſtupet: quid dicat amatæ?
Hæc quid? uterque ſilet: quæ prima vel ultima verba?
Ter voluêre loqui, muto ter lingua palato
Hæſit ioers, mentemque ſequi ter liogua recuſat,
Spéne an viocta metu? forſan ſpe vincta metuque.
Da veniam (Cappelle) tuæ, retinetur amore,
Da veniam (Carlotta) tuo, retinetur amore.
Tu tamen, ô Cappelle, tuam ſpreviſſe videris,
Ecquid enim cauſæ eſt cur hæſeris? inquiet illa,
O qui flexanimo ouper ſermone regebas,
Mobilis atteotas populique & Principis aures,
Saxea qui quondam moviſti pectora dictis,
Incutiantne metum teneræ tibi virginis ora?
Tuque adeo, Carlotta, tuum ſpreviſſe videris;
Ecquid enim cauſæ eſt cur hæſeris? inquiet ille,
Innato tibi more viros quod reſpuis omnes,
Hunc etiam diceris amans cootemoere amaotem.
Dum ſtant ambo pari dejecta fronte pudore,
Atque ut ſaxa ſtupent ſine motu, provida mater
Virginis adveniens, quamvis vix credere poſſet,
In vultu geſtuque tamen legit intima læſi
Cordis; amatis, ait, mihi ne celetis amorem.
Tum pavitante ſono languentis ſenſa revelat
Cordis uterque piæ matri, quæ, jungite, dixit,
Jungite fœlici cupieotes omine dextras,
Dum veniat jungenda thoris lux commoda veſtris.
Aurea vox, ô vox æterno marmore digna!
Vox io Moemoſynes fano ſculpenda, ſeniſque
Falcigeri è morſu ſervanda in ſæcula mille!
Hac quis voce putet dudum languentibus ægris
Affectam rediiſſe animam, rediiſſe ſalutem,
Afflictiſque ſuum membris rediiſſe vigorem?
Unanimi affectu dextras atque oſcula jungunt,
Inque ſinu largo fundentes lumine fletus
Manſuræ fidei dant accipiuntque viciſſim
Mutua ſigna ſuæ; moniti (lætiſſima turba)
Cognati adveniunt, promiſſaque mutua firmant
Majeſtate ſua, ſponſam deducere certi
Cum ter quinta dies effluxerit. Hei mora quanta eſt
Quam vellent veniſſe diem; prævertere tempus
Si liceat, quàm grata boni præſentia nobis:
Hei quàm ſollicitè lucem hanc, finemque futuri
Temporis, & longo venientes ordioe noctes
Expectant, tardumque nimis Solem ire queruntur.
Jam dolor & fletus valeant triſteſque querelæ,
Lux toties optata venit; ſignanda lapillo
Candidulo lux alma venit; lux gaudia nobis
Mille ferens: ô lux, quâ toto pulchrior anoo
Non priùs effulſit; noſtris quàm proximus oris
Cyothius accedit ſolito formoſior orbem
Leotius ire jubens; ſolito fœcundior omnes
Frugiferæ Telluris opes natura recludit,
Fraga rubeot, ceraſumque, roſæ candentque rubentque
Mitior Hippotades ſolito Boreamque Notumque
Vulturnumque gravem ferrato carcere clauſit;
Reſpirat ſolus fragrante Favonius aurâ,
Cuncta favent, Carlotta, tibi; tibi cuncta, Capelle;
Quidni etiam linguiſque animiſque favebimus omnes?
Eheu quàm lepidis implentur cantibus aures,
Theſpiades video Muſas Helicone relicto,
Parnaſſique jugis tua viſere tecta, Capelle,
En laurus, eo ſerta gerunt, virideſque corollas,
Perpetuique notas veris violaſque roſaſque:
Et quidquid Pindi viridanti creſcit io horto.
Tibia quid Muſis cantantibus obſtrepis? omnes
Inſolitâ ſiluêre ſoni dulcedine capti.

Calliope utriuſque capiti lauream coronam imponens.

Parva Cappello, ſed honeſta dona;
Pauca Carlottæ damus, at libenter;
Quæ comas cingant meritas virentem
Sumite laurum.

Clio utrumque aquâ Caballinâ donans.

Ne gravis venti nimio rigore,
Ne gravis Phœbi nimio calore,
Marceat laurus, dabit hæc perennem
Unda virorem.

Erato virgini pampineum ramum offerens.

Ut viduæ præſtat vitis quæ jungitur ulmo;
Sic præſtat viduo juncta puella viro.

Thalia viro myrteam coronam offerens.

Myrtus amat Venerem, Veneri quoque myrtus amatur,
Myrtea ſit thalamo grata corona tuo.

Melpomene virgini dans bederam.

Perpetim creſcunt bederæ ſequaces
Rite quas jungit paries fidelis;
Sis viro ſemper bene juncta, creſcet
Stirps tua in ævum.

Terpſichore ſponſum lyrâ donans.

Hæc lyra, quę chordis concordibus allicit aurem
Eſt ingrata eadem chordis diſcordibus auri.
Concordi ſi corde eritis, quæ vita placebit,
Diſcordi ſi corde eritis, deſpecta jacebit,

Euterpe viro ramum oleva ferens.

Martis equo prælata fuit nota pacis oliva,
Hanc cole, cultorem pax beat alma ſuum.

Polyhymnia virgini roſas largiens.

Accipe, virgo, roſas, dum flos novus & nova pubes:
Et memor eſto ævum ſic properare tuum.

Urania viro magnetem lapidem offerens.

A ferro magnes trahitur, tu à virgine, Tili:
Interea ut magnes ſuſpice grate polum.

EPILOGUS.

His dictis Helicona ſuum ſacra turba reviſit;
Cuncta virent ubicunque Deæ veſtigia figunt.
Ambroſioque viæ late ſparguntur odore.
Nympharum, Charitumque choros, riſuſque, jocoſque
Cypridaque, & longo venientes ordine amores,
Quæque nimis tardo nuptus convitia Soli
Dixerit, & nuptæ metuentis gaudia; quamque
Movit honeſtati litem laſcivior hymen,
Quamque pudor Veneri, nocturnaque prælia lecti
Liberiore metro canerem, niſi Muſa pudore
Victa puellari me cogeret iſta ſilêre,
Quæ melius vates mihi proximus aurea flavo
Tempora præcinctus myrto canet; ille juventa
Fervidus eſt, nulloque regit ſua carmina ſuco.

Anno 1617 ad Diem 5. Cal. Aug.

D. SMITH

D. SMITH PRÆCEPTORI SUO COLENDISSIMO HÆC CARMINA modulabatur SAMUEL BOCHARTUS,

cùm ille ex Aquis Spadanis poëta evaſiſſe videretur.

Qui modo, dum noſtra degebas mœſtus in urbe,
Lenta querebaris metra venire tibi;
Nunc, ut & ipſe refers, ignoto percitus æſtro
Cogeris invitâ ſcribere metra manu.
A te ſcripta mihi ter venit epiſtola raptim,
Raptim, ſed caruit carmine nulla ſuo.
Non vacat (eſt brevius ſpatium) ſermone ſoluto
Scribere; ſed chartam carmen utramque replet.
Tum volat & plusquam celeri manus impete fertur,
Atque oculos ſallit mobilitate ſua.
Lentius Aonios non ſundit penna liquores,
Quam Rhodanus rapidas irrequietus aquas.
Nuntius inclamat, properato, moraris iturum;
Incipis, in medium jam ruis, ecce ſiles.
Unde novus calor? unde ſuror? quo pectora thyrſo?
Quo tibi ſonte ſapor? quo tibi monte ſopor?
Dicite, quæ ſontes Aganippidos Hipprocrenes,
Grata Meduſæi ſigna tenetis equi:
Pandite, Pinde, Helicon, Tempe, Parnaſſe, Cythæron,
Veſtráne Fabricius viſus adire juga eſt?
An prærupta putem, jugaque ardua, celſa, remota,
Ægrotum ſpatio jam peragraſſe brevi?
Inviſum ante tibi credam miſer eſſe Bochartum:
Canonico credam pocla moleſta tuo.
Unde igitur tibi tanta venit facundia linguæ?
Unde venit calamo copia tanta tuo?
Nunc ſcio. Spadanis debes hæc munera lymphis,
Hic Heliconiades, hic & Apollo bibunt:
Jam, fateor, verum poteras dixiſſe, Bachanti,
Si talis mediâ curreret unda Scholâ.
Unde, cui præſit medicuſque & vates Apollo,
Unda medelaris, ſed tamen apta metris.
Inſcius huc nuper gelidâ mirabar ab Arcto
Toto diviſos orbe venire viros:
Et tibi mirabar cur tanta cupido bibendi,
Lucis & unius cur mora longa foret:
Innotuit jam cauſa mihi, ſons verſibus aptus,
Lætaque perpetuo corda ſurore rapit.
Tu tamen; ô noſtris (quis crederet) invide rebus?
Dum cupis eximio ſolus honore frui:
Diſſimulas, ſontis vires, muſamque rigere.
Conquereris: quare? nil tibi præter aquam.
Scilicet, ô miſerum vatem, cui ſola bibenti
Eſt aqua! ſed qualis? qualis equina fuit.
Non bene diſſimulas (regnis inhiare caveto)
Nam tua facta probant quæ tua dicta negant.
Quid loquor? unum & idem dicit contraria carmen,
Sicque cadunt ſophiæ principia ipſa tuæ:
Se calido frigêre canit metrum impete fervens,
Se canit inflato turpe jacêre ſono.
Carminibuſne tuis credam, an tibi? quæſtio dura eſt,
Credere utrique ſimul vix queo; credo tamen.
Tu quoque ſi præſens aliquis ſe dicat abeſſe,
Si quis ſe mutum dicat, habeto fidem.
Si tibi vis credam, mihi par te credere; credo
Metra jacêre tibi, metra rigêre tibi:
Turgida ſic nimium nimiumque calentia noſtra
Metra jacêre volo, metra rigêre volo.
O ſontis nimium celebrata Aganippidos unda,
Tuque Caballini quem genuêre pedes;
Nil mihi vobiſcum, rigidis agaſonibus iſte
Nunc melior, melior nunc erit alter equis:
Sat mihi ſi potum dederit Spadanus Apollo,
Hîc volo Canonico more levare ſitim.
Quot mihi ſundentur cyathi, tot carmina ſundam,
Carmina, quæ Naſo non neget eſſe ſua.
Fœcundis latet in cyathis facundia, fruſtra
Sobrius Aonidum numina ſacra vocas.
Si latet in vino verum; contraria vero
Fictio in Ambroſiis repperietur aquis.
Aurea dum quæram vatum mendacia in undis,
In vino verum, Teuto moroſe, pete:
Falſo ego dives ero, doctus, bonus, omnia: Teuto
Se ſciet ex vero ſcire & habere nihil.
Dum loquor, en Spadam feror, ô grave corpus anhela!
Corpus iners, tardum, cur remoraris iter:
Jam rivos video, miſer eſt color; hæccine Muſis
(Delphica da veniam) flumina ſacra putem?
Unde mali guſtus, livensque rubigine tota eſt;
Hinc ferrugineam ſulphureamque vocas:
Nil tibi cum ferro & cum ſulphure, nec mihi, non hoc
Credideram: fugio, ferrea lympha vale.
Quò fugio? fortaſſe latent in ſulphure vires,
Nec virtute ſuâ dura metalla carent.
Sulphure ferveſcit, ferro durabile carmen
Redditur, & fluidâ quod fluit eſt ab aqua.
Ibo iterum, rurſuſque bibam, rurſuſque bibendo
Atque bibendo iterum tempus inane teram:
Hic tibi, Phœbe, ſacer cyathus, ſacer iſte Maroni,
Sacra novem Muſis pocula ſumo novem:
Proh dolor! hoc quanto torquentur viſcera niſu!
Quantoque diſtento tormina ventre mihi!
Sulphuris uſta rogo, ferrum mihi perforat exta,
Finditur abdomen vi penetrantis aquæ.
Lancinor, angor, agor; quò me trahis? ibo libenter.
Fumificis cerebrum triſte repletur aquis.
Jam mihi jam multo deſudat Apolline pectus,
Mentem animumque ſequi lingua gravata nequit.
Nemo mihi obtundat; ſi quis mihi, fervidus illi,
Tincta Lycambeo carmina felle dabo.
Tu quid in Auſonium? magnus fuit ille Poëta,
Et decus Aonii præſidiumque chori.
Anne doles noſtri quod ſit munimen amoris,
Quem fulcro, per ſe cum ſtet, egêre negas?
Sat ſcio quanta tuum firmet conſtantia pectus,
Quam pia ſimplicitas, quanta in amore fides:
Sed diffido tamen nolens, diffidere amici eſt.
Res eſt ſolliciti plena timoris amor,
Immerito, fateor, ſcio me diffidere: verum
Quiſne ſuam in vinclis poſſit habere fidem:
Nec tamen immerito metuo; mihi quid ſit amandum
Neſcio, ut æterno jungar amore tibi:

A

A me quod timeas non eſt, te cogor amare,
A te uti diffidam me mea culpa jubet.
Ardet amor noſter tuus & meus, ardet & ignis,
Sed ſubito in oihilum, ni foveatur, abit.
Quî melius foveam? do, quem mea patria jactat,
Tu tua quem vatem prædicat ante dabas.
Nec tamen hunc, quod ſit divini carminis author,
Nec quod ſit patriæ gloria prima, dedi;
Hæc ad amicitiam nihil; & ſi fulcra petiſcit,
Non bene fulcitur carmine verus amor.
Do tibi, quòd fuerit ſyncerus amicus, amorem
Communem exemplo muniat ille ſuo.
* Iſto nemo fuit magis officioſus amicis,
Iſto nemo magis ferre paratus opem.
Hæc exempla mihi decies repetita placebunt,
His dubium ex animo pellitur omne meo:
Inclitus iſte licet, Conſul licet iſte Quiritum,
Me magis iodignos fertur amâſſe viros:
Quis fuit Heſperius, Paulinus, Tetradiusque?
Sola ſed Auſonio nomina dante, legis.
Si ſim indignus amore tuo, tu dignus amare es,
Ut ſemel inceptum perficiatur opus,
Dilectusque ſemel tibi, nunc ſum dignus amari,
Ne ſemel inceptum deſtituatur opus:
Neve meo minuas defectu motus amorem
Paulini fies Auſoniique memor:
Si fuit Auſonii dignus Paulinus amore,
Eſt etiam hic (dices) dignus amore meo.
Turribus æratis muro & ſeptemplice cinctus
Noſter io aprico ſic ſtatuatur amor.
Si tamen hæc rejicis munimina, fretus amoris
Robore & affectûs iotegritate tui,
Ne tibi tam fidi quæ laus debetur amoris
Integra per partes attenuata cadat;
Utere pro libito, per me licet, hoc rogo tantùm
Quàm bene ſemper amas, tam bene ſemper ames:
Sint monimenta mea non munimenta favoris,
Sint monimenta aliis non monimenta tibi.
Sed reputa, quod fulcra velim dare, labe ruinæ
Se tuus aſperſum quàm malè dicat amor.
Quem ſcio firmatum rurſus firmare laboro,
Sic lambit nitidos felis inepta pilos.
Eſt, fateor, vanus labor hic, nunquamque futurum
Velle arcêre malum, provida ſtultitia eſt.
Sicuti ſublimes portas ſubit anſer, ad altas
Allidi metuens deprimit ora trabes.

* *Petrus Crinitus lib. 5. de Poëtis Latinis cap. 87.*

Stultus ego dicar, labem aſperſiſſe ruinæ
Quæſo tuæ nunquam dicar amicitiæ.
Si tibi ſtat firmo hæc ſententia corde, viciſſim
Judicium de te dic mihi quale feram?
Hîc quæ liquiſti Gandavi carmina Vatis,
Mnemoſynon me vis ſemper habere tui;
Das mihi μνημόσυνα, quaſi ne tua munera cernam,
Cernam oculis, poſſim non meminiſſe tui.
Immemorem me huc usque putas? (Heu quam malè ſentis!)
Ut tua mox animo cedat imago meo!
Ni dum luſtro oculis libros, occurrat amandum
Heinſi opus, & dicam, Smetius iſta dedit:
Eſt mihi ſic animi labes adſperſa ſupini,
Vox Elegis decies emaculanda decem.
Sint divina licet Vatis, quo Ganda ſuperbit,
Carmina, cuique loco ceſſit Apollo ſuo;
Non mihi ſunt tanti, ut memorem me reddere poſſint,
Sed graviora jubent me meminiſſe Tui.
Hæc ego, ſi tecum vellem contendere, verùm
In melius voces cogere malo tuas.
Sit tibi mnemoſynon Gandavæ gloria Gentis,
Sit tibi mnemoſynon Burdegalenſis honos.
Attamen haud meminiſſe Tui volo munera propter;
Muneris at propter Te meminiſſe Tui.
Tu noli Auſonium propter meminiſſe Bocharti,
Auſonii at propter Me memor eſto Mei;
Illius in ſylvis dum tu venabere gryphos,
Eque uno viſes oppida multa loco.
Hujus ego io ſylvis inveſtigabo lepôres,
Atque leves quinis ſex pedibusve feras;
Ibit juncta tuo lateri pulcherrima virgo
Biſſula, dum noſtrum Roſſa levabit iter.
Hinc quoque materies ſurget mihi carmiois apta,
Materies ſurget carminis inde tibi.
Dum vaga tantorum Vatum argumenta ſequemur,
Tu propiùs ſtringes, ibi remotus ego.
Materiam nobis ſi ſuppeditare recuſent,
Materiam Vatem ſumet Uterque ſuum.
Dum verſus ſundes in Burdegalenſis honorem,
Juſtius Heinſiadi debita metra canam.
Quid loquor? ah tantis jam fiſtula rumpitur impar
Nominibus, triſti & murmure fracta ſtrepit.
Pectus quod multo Phœbo ſudare putavi,
Jam vix, vix flatus dat recipitque ſuos.
Hei quam plura velim, at tremit & trahit ilia Muſa
Languida, vixque poteſt addere triſte Vale.

FINIS.

SAMUE-

SAMUELIS BOCHARTI
DE
ANTON. GOSSELINI Veterum Gallorum Hiſtoria, Cadomi apud Pet. Poiſſon Anno 1638 excuſa, Judicium.

AD NOBILISS. BRIEUXIUM.

Etiamſi pro Chriſti Tribunali cum D. Hieronymo, eò quòd Ciceronem legiſſet, flagellatus non fuerim; neque cum Divo Gregorio unum ex noſtris Epiſcopis, tempus & operam in litteris Humanioribus legendis impendentem omninò coarguam; attamen iis abhinc decem annis & amplius quodammodo valedixi. Me enim munus meum aliò vocat, & quantulumcúnque mihi ſupereſt otii, illud Antiquitati ſacræ, potiùs quàm prophanæ conſecrandum eſſe duco. Linguam Moſis & Prophetarum, quàm Linguam Evandri Matris Veterumque Druidarum intelligere malo: iſtæ enim prę linguâ in Paradiſo terreſtri uſitatâ ſemper novæ habebuntur. Parum ergò idoneus ſum qui de Libro, Antiquitates tantùm Gallicas & Romanas tractante, ſententiam feram: quare miror ego, cur id meo arbitratui & judicio demandatum velis.

Verùm quis meliùs iſta cognoſceret, quàm Tu, qui in duobus celeberrimis Parlamentis adeò illuſtribus argumentis Te conſpiciendum præbuiſti, quique cùm in altero Purpurâ tuâ, & in altero animi tui eximiis dotibus enitueris, honorificentiſſimum tamen munus, quo totus abſque avocatione ſtudio incumberes, depoſuiſti.

Cùm tamen adeò vehementer nôſſe exoptes quid ego de Libro, cujus mihi copiam feciſti, ſentiam; poſtquam tertiam partem & amplius hâc illâc legiſſem prout hæc vel illa mihi magis arriſerunt, dicam mihi ubique maxima Antiquitatis argumenta occurriſſe: quin & cenſeo eos omnes, qui Litteras colunt, maxime verò in noſtra Gallia, Authori plurimùm debere, quòd argumentum tam arduum, & tam neceſſarium tractaverit, unde Nos delectationem, decus, & emolumentum accepturos confido.

De delectatione neminem mecum diſceptaturum arbitror; ſi enim in genere cujuſvis hiſtorię nos lectio delectet, maxime noſtræ, & in primis hiſtoriæ, quæ originem, intimáque ſuperiorum ſeculorum ſecreta rimatur, ut infinitam rerum penè obliteratarum multitudinem inde hauriamus.

Honorificum quoque nobis eſt, ex eodem iſto Libro originis noſtræ nobilitatem, majorumque magnanimitatem accipere, qui ſolius naturæ luce politicarum virtutum cumulum ferè attigerunt. Diſciplinam eorum politicam centies miratus ſum, quippe cùm eorum ditio in ſexaginta & ampliùs, vel exigua regna, vel Reſpublicas divideretur, ut ſeſe tamen tuerentur, in idem tamen corpus conveniebant, & ſingulis annis de pacis aut belli rebus, vel de componendis inter nationes vicinas diſſidiis, vel de Rege, ſi id opportunum videretur, eligendo, comitia habebant. Quo autem quiſque illis ſtatutu tempore intereſſet, inclementer qui ultimus venerat neci dabatur, niſi juſtas morę ſuæ cauſas proferret.

Ipſorum ſobrietas vel ex hoc probatur, quòd mercatoribus, ne vinum, cæteraſque delicias, quibus hominum animi diffluere ſolent, in tertiam Galliæ partem adveherent, interdicebatur. Si quis verò ventri indulgeret nimium, mulctâ plectebatur.

Advenas hoſpitio nulla mercede certatim excipiebant, eoſque ut Divos reverebantur; ſi quis autem illos offendiſſet duplò in eum animadvertebatur.

Ingenui & fortes erant, nulloſque, etiam in bello, dolos admittebant, hoſtes virtute ſolùm vincendos rati.

His legibus adhærentes finitimis debellatis, Italiam, Græciam, intimamque Aſiam Minorem bello petierunt, nullumque in toto Oriente bellum, quin priùs advocarentur, aliquandiu geſtum eſt. Ut enim habet vetus quidam Author, tanti fiebant eorum arma, vel etiam ipſorum nomen tantum terrorem incutiebat, ut abſque Gallis Orientis Reges ſe ſtare poſſe non putarent. Bellorum Africanorum tempore Cæſaris Hiſtoriæ ferunt triginta Gallos equites bis mille Mauros deleviſſe. Invictos Parthos ſemper habitos fuiſſe ſcribunt alii, donec cum Gallis decertaſſent. Romanis verò Gallos ita formidandos fuiſſe conſtat, ut, quum illis bellum denuntiatum eſſet, nullę ſtarent immunitates, omneſque & ſenes, & ſacerdotes pecunias in id conferre tenerentur: quin imò in ærario publico certa pecuniæ ſumma aſſervabatur, cui manus admovere, niſi cum bellum in Gallos gereretur, ex voto vetitum erat.

Eorum in primis inter alias gentes miror fidelitatem, qui quum ſe clari alicujus viri obſequio addixiſſent, illum nunquam nec in vita nec in morte deſerebant, nec ullum, inquit Cæſar, inter illos invenies, qui illius amicitiæ cui ſe totum devoverat ſuperſtes eſſe voluerit.

In eorundem etiam cæcitate videre eſt, illos vel in hoc ſuam Religionem teſtatos, quod Diis, quę haberent maximè cara, voverint. In unico Toloſæ templo centum & decem mille auri, ter quinquies mille argenti pondo aſſervata ſunt. Ingens ſanè argenti copia, & forſan quæ unquam in orbe congeſta fuerit maxima: monetę enim noſtræ pluſquam decies centena florenorum millia conficit. Sed quod mirum; tanti theſauri incuſtoditi, omnibuſque obvii, intacti tamen, patebant.

His adde venerationem qua ſuos proſequebantur Druidas. Eorum ut Numinis conſilio ſtabant, iiſque velut arbitris in ſuis diſſidiis utebantur, adeò ut aliquando exercitus duo, inter ſe prælium ſtatim commiſſuri, ad eorum nutum arma depoſuerint. Sic autem venerabantur, quòd, ſi quis Druidarum conſilia neglexiſſet, is nefarius, infamis, à cujus omnes abhorrebant conſortio, haberetur.

Hæc Majorum noſtrorum indoles, quorum virtus, ſi non exemplo, nobis probro erit maximo, & quondam contra nos in judicium ſurgent; cum enim majora longè acceperimus, majora etiam à nobis aliquando exigentur; quæ exempla eo magis permovere nos debent, quod domeſtica ſint, pluriſque, quàm aliorum, horti noſtri fructus faciamus.

Quod ſi hunc Librum tanti quoad argumentum

faciam ; eundem non minoris quoad methodum duco. Accurata eſt, teſtimonia ſelecta, ex gravibus ſcriptoribus ducta, ſermo purus, elegans & verè Romanus. Scio quoſdam inibi antiqua & obſoleta vetuſtate vocabula ægrè ferre, cujuſmodi ſunt iſti Apulei, Plauti, Feſti & Varronis, *Capillus ligatura*, *Relicina*, *Samare tela*, *Oblivius*, *Subdiuus*, *Loqueraliter*, *Imago ſempervivа*, *Anguſtitas*. Verùm non ita ſum delicatulus, ut ad iſtas voces nauſeem. Argumento dictionem accommodare, & antiqua vetuſtis vocabulis deſcribere licet. Una eademque opera duo præſtantur, cum moribus voces vetuſtæ exhibentur, quæ duo & rem & animos magis attentos præbent.

Obſervavi quædam, Editoris fortè, errata in iis quæ legi, cujuſmodi variorum locorum laudationes, item contra Gallos in Italia octingenta equitum millia, pro octoginta millibus, arma ſumpſiſſe; ſic tribus vel quatuor in locis *Drache* pro *Drachs* ſcribit, & pagina 27. *Valerianam* pro *Valentiniano* nominat. Quod verò ſcribat *Gallia* pro Hebraico גלים, reddatque illud vocabulum *inundationem*, cùm *fluctus* ſignificet, ab Annio Viterbio deceptus eſt: adeò ut hæc omnia Authori non tribuam.

Verùm cùm multa afferat ut incerta, de iſtis cum bona ejus venia, donec mihi pateant, dubitabo. Si enim omnia notari luberet, alter ſanè liber ſcribendus eſſet; ex octo vel decem primis capitibus, quæ ſunt veluti ad priorem partem manuductio, quædam exempla protuliſſe ſufficiet.

Ad Cap. I. Annot. Caput primum miro paradoxo orditur, Julium nempe Cæſarem Commentariorum, quæ ſub ejus nomine feruntur, non eſſe authorem, quia eorum ſtylus mollis, inæqualis, impeditus, nulloque modo famę Cęſaris ut elegantis ſcriptoris reſpondens. Credo primum illum eſſe, qui ita indignè de Cęſaris Commentariis ſcripſerit. Nam etſi quidam Authorem diſſimulâſſe verum accuſent, nullus, quod ſciam, ſtylum vituperavit. Contrà omnes Docti Commentaria illa propter Latinitatis ingenuitatem ſingulari pretio habent, Authoremque noſtrum in hanc ſententiam venturum ſpero, ſi attentè illa relegere dignetur. Reverà ibi non ſermonis floſculi, non vocum ampullæ occurrent, omnia illic plana, ac ſine pigmentis & fuco proſtantia, qualia decent commentaria & materiem ad hiſtoriam parata. Verùm ſecundum me ex hoc ipſo Cæſari debentur, quia ejuſmodi ingenium Cicero illi impertitur his verbis; *Nuda ſunt recta & venuſta, omni ornatu orationis tanquam veſte detracta.* Nec objiciendum, ibi non occurrere locum, quem Servius ex Cæſaris Commentariis profert: ibi enim Ephemerides, hoc eſt, diarium, non Commentaria Cæſaris, laudat Servius. Diarium autem & Commentaria differunt: in altero quæ ſingulis diebus contigerant ſcribebat, Commentaria verò erant hiſtoriæ contextus, in quem præcipua, & memoriâ digniora referebat. Prætereà etſi partem quamdam Commentariorum Cæſaris temporis injuriâ amiſſam eſſe daretur, hinc tamen illius non eſſe quæ ſuperſunt nequaquam ſequeretur. Quia Faſtorum Ovidii pars amiſſa eſt, ideo quæ extat illi non eſt abjudicanda. Me quoque alia objectio non moratur, Margaritam nempe Poëtarum, Johannem Saliſburienſem, Vincentium & Rodrig. Xantonem hunc locum non ex Julio Cæſare, ſed ex quodam Julio Celſo proferre: Iſti enim authores non digni ſunt, qui in hoc argumento audiantur. Verùm nequis deinceps in hæc impingat, hinc eſt erroris origo. Quidam Julius Celſus Conſtantinus Julii Cæſaris Commentaria recenſuit, & ſuo modo, ſtylo ſcilicet longè diverſo, in Epitomen contraxit. Hæc Epitome Coloniæ anno 1473. graſſante barbarie edita libentiùs, quia facilior, quàm ipſamet Julii Cæſaris Commentaria ; deſcribebatur & legebatur. Hanc forſan Epitomen Authores ſuprà laudati proferunt, quæ reverà Celſo, nequaquam verò Cæſari debetur, inquit Voſſius, Hiſt. Lat. lib. 1. & Inſtit. Orat. lib. 5. cap. 3. qui eam διὰ πασῶν, id eſt, per omnia, recenſuit. Caſaubonus quoque, cui Bongarſ. ejus particulas oſtenderat, opus eſſe cujuſdam Monachi arbitratur. *In Suetonium Cap. 56.* In Manuſcriptis tamen *Vir Clariſſimus* indigitatur. Hæc vera ſint necne, fides ſit penes auctores.

Lipſium quod ſpectat, quem iis annumerat Author, qui hoc ſcriptum Cæſari abrogant, ab illis ita diſſidet, ut Epiſtolicarum Quæſtionum libro 2. Epiſt. 2. hanc ex Certionis animo ſententiam evellere nitatur. Et in Epiſtola, quâ ſuas in Tacitum notas Maximiliano Imperatori dicat, ut Tu met ipſe obſervâſti, hæc Commentaria, tanquam verè Cæſaris commentaria, laudat, eorum ſtylum ut facundum, purum, ſine fuco, Muſiſque Romanis digniſſimum extollit. Si verò de iis alibi frigidiuſculè loquatur, à Lipſio ad ipſummet Lipſium provoco, qui quamvis periſſimus audaciùs paulo aliquando ſententiam profert. In iſtius rei teſtimonium adduco Senecæ Troadem, quam ut nullius momenti & à rudi ſtudioſo ſcriptam profert. Verùm Scaligero, cui non minùs quàm Lipſio ſtylus Latinitatis ſapit, longè alia mens eſt. Ait enim eſſe opus præſtantiſſimum, extra imitationem poſitum, & inter alia Senecæ opera optimum. Unde duabus in Epiſtolis, quarum altera ad Salmaſium, altera ad Gruterum, in Lipſium invehendi anſam arripit.

Quidquid ſit, etſi quoquo modo, num Cæſaris de Bello Gallico Commentaria ſint reverà Cæſaris, dubitari poſſet, non obſervat Author, dum in novum auctorem, & planè ignotum illa transfert, ſemetipſum libri ſui, qui inde maximâ ex parte excerpitur, pretium convellere. Hæc enim in Præfatione habet ; *Cum ex iſtis Commentariis præcipua morum apud Gallos uſitatorum teſtimonia ducantur, videamus quanti facienda ſint.* Poſteà his Commentariis fidem & authoritatem abrogare, ut impuro ſtylo ſcriptis, & ab Authore recente compoſitis, qui reverà quædam habeant à vero Cæſare, ſed ſucciſa & ad libitum mutata, nonne idem eſt ac ſi Lectori diceres; ne plurimi meum librum facias, quæ enim teſtimonia præcipua exhibeo, ex imperito auctore, nulliuſque momenti ducuntur. Qui fit ut Doctor iſte, quod omnibus patet, ſibi ipſi injurium eſſe, non animadvertit?

Ad Cap. II. Annot. Pergo ad Caput II. quod iſtis verbis orditur; *Tribus olim nominibus, ut poſtea videbitur, Celtarum, Gallorum & Francorum Gens Gallica inſignaebatur.* Inter duo priora nomina aliquid diſcriminis erat; quos enim Romani Gallos, ii ſe ipſos Celtas, non verò alio nomine, vocitabant. Sunt ipſiſſima Cæſaris verba, *ipſorum Linguâ Celtæ, noſtrâ Galli appellantur.* Græci, qui illos pro Gallis, Galatas appellabant, idem diſcrimen Celtas inter & Galatas obſervant. Pauſanias in Atticis, ὀψὲ δέ ποτε αὐτοὺς καλεῖσθαι Γαλάτας, ἐξενίκησε, Κελτοὶ γάρ ποτε τὸ ἀρχαῖον καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ὠνομάζοντο. *Serò vicit uſus Galatas illos nominari, quippe olim Celtarum nomen cùm inter ipſos, tum inter exteros receptum erat.*

Quod ad iſtius *Celtarum* denominationis originem attinet, Author tuus quaſdam jure reprobat, verùm quam aliis prætulit, illa vero minùs accedere videtur. *Hanc*, inquit, *denominationem oriundam arbitror ex voce Gelt, quâ etiamnum hodie utuntur Rheni incolæ, ut militarem ſtipem deſignent.* Quorſum Majores mercenariis illis militibus, quibus ſtipendia malè penduntur, ſimiles eſſe crediderit, qui indeſinenter ſtipendium, ſtipendium,

dium, ſtipendium vociferabantur? Hoc poſito, ipſorumque finitimos id nominis Geltarum, vel Celtarum ipſis indidiſſe, id ſanè defugiſſent, & haud dubiè injutiam duxiſſent. Verùm nimiùm nobis probata ipſorum magnanimitas eſt, ut illos pecuniæ adeo avidos arbitremur; Valerius pecuniam poſt obitum tantùm reddendam credidiſſe illos aſſerit, quod vel eam, minoris quam nos, duxiſſe ſufficienter teſtatur; præterea nondum conſtat uſum pecuniæ apud eos æquè ac Celtarum nomen antiquitùs invaluiſſe; vetuſtiori enim nomine inſignitos illos non reperias; plerique verò Celtam Gentis auctoris nomen eſſe autumabant. Illos autem pecuniâ ſemper uſus non fuiſſe, vel inde probari poteſt, quòd finitimi ipſorum Germani eâ tantùm Cornelii Taciti tempore ineſcari occipiebant. Qui, *inquit*, ad Rhenum incolunt, *ob uſum commerciorum aurum & argentum in pretio habent, formaſque quaſdam noſtræ pecuniæ agnoſcunt atque eligunt: interiores ſimplicius & antiquius permutatione mercium utuntur.*

Ad Cap. III. Annot. Caput tertium ſequitur, in quo ejus quod ſuperiori capite dixerat, *Gallos*, nempe, *tribus tantùm nominibus inſignitos fuiſſe*, oblitus, duo alia *Galatarum* & *Gomeritarum* addidit. A Joſepho enim aſſerente Gomerum vel Gomarum Gomaritarum, quos Græci Galatas vocant, patrem fuiſſe, hæc habet: ſed quæſtio huc redit, ſcilicet, Num potiùs Galatas Aſię Joſephus intelligat, vel, quod etiam tropicè vulgò occurrit, populos quos Galatæ ipſorum ſedibus expulerant: quidquid Joſephus intellexerit, veros Gomaritas Aſiam incoluiſſe probabile ſatis eſt, illoſque eſſe Gomaros vel Chomaros, quos Ptolemæus, ad fluvios Jaxartem & Oxum in Mare Caſpium influentes, collocat; Gomaritis enim Moſes, *Magogos*, quos *Maſſagetas* arbitrantur, & *Madas*; id eſt, *Medos*, adjungit; eundem autem apud Ptolemęum Maſſagetæ ad Gomaram, Medi verò juxta Mare Caſpium ad Oxi oſtium ſiti ſunt. Ibidem quoque Tubal & Meſec ut finitimæ Gentes referuntur. Per Tubal autem Joſephus Iberios intelligit, per Meſec Moſchios vel Moſchos, quos Geographi omnes cum Colchis Maria inter Caſpium & Hircanium collocant. Strabo lib. 11. Ἡ δ' οὖν Μοσχικὴ, ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν, τριμερής ἐστι, τὸ μὲν γὰρ ἔχουσιν αὐτῆς Κόλχοι, τὸ δὲ Ἴβηρες, τὸ δὲ Ἀρμένιοι.

Idem de Gallorum nominis origine agens, Galliam ex *Wal* ducit, quam vocem poſt Bodinum *Sylvam* reddit; ſed illum Bodinus decepit Wal pro Wald, cum d. in fine, accipiens; unde fit Wild, h. e. ſylveſtris. Wal planè aliud ſignificat, nempe *murum*, quin imò eſt vocabulum recens, quod à Latino Wallum originem habet; cùm Anglo-Saxones hoc nomine primi deſignaverint ingentem illum Angliæ murum, quem Romani Vallum quaſi munimentum dixerant; hinc fit ut Wal omne muri genus ſignificaverit: ſed nullibi vocabulum illud ſylvam indigitâſſe occurrit. Cæterum fruſtra in Gallorum lingua *Galli* & *Gallia* nomina quæras, cùm ex Cęſare illa tantùm apud Romanos in uſu fuiſſe conſtet; unde verò ea habuerint Romani aliud eſt: forſan ex Gręco *Galata* vocabulo contraxerunt, ut Pœni ex Phœnicibus, & Gades à Gadira. Vox autem *Galata*, ſecundùm me, eſt *Celta* vocabuli depravatio. C. & G. facilè inter ſe permutari omnibus notum eſt, & Auctor ipſe noſter Celtas ex voce *Gelt* educebat: verùm nonne præſtaret Camdeni ſententia, qui illam Galliæ aut Gallorum denominationem à voce *guelt* vel *gualt*, h. e. cæſaric, traxit; unde fit ut Gallia Celtica, Belgica, & Aquitanica, *Comata*, incolæque Comati, vel capillati dictitarentur. Hoc omnes nòrunt.

Ad Caput IV. Annot. Hìc habes alia longè paradoxa. Poſtquam ſuperiori capite eorum ſomnia rejeciſſet, qui Francorum à Francione Hectoris filio, hujuſque Francionis nomen à Φρυγὸς ortum volunt, vult fabulam eam rem haberi, quam Antiquitas tota veram eſſe uno ore teſtata eſt, Francos nempe à Franconibus Germanię ortos eſſe; *Sane*, inquit, *Gallia Francos ex Germania Franconia originem duxiſſe, ex porta eburnea ſomnium eſt, h. e. fabuloſiſſimum.* Certè me ita attonitum præſtiterunt hæc verba, ut ſolâ in Auctorem reverentiâ ductus librum non clauſerim; ſed crevit adhuc ſtupor, lectis duobus argumentis, (ſi vocanda ſunt argumenta duo alia quæ nullâ nixus authoritate protulit) quibus novum hoc ſuffulcire nititur: Alterum Gallos ab omni ævo Francos vocatos fuiſſe, pluribus etiam ſeculis antequam Rhenum Franci trajeciſſent: Alterum Francos, qui ducibus Pharamundo & Merovæo venerunt, origine Francos fuiſſe.

Ut primum tamen ex iſtis duobus argumentis ulterius probet, hæc tria affert loca. Primum ex Nazarii Panegyrico de Francis à Conſtantino Magno victis ductum ſic ſe habet; *Franci ſupra alios in bello ſævientes, vi furoris ſui trans Oceanum abrepti, ipſiſmet armis Hiſpaniæ littora depopulabantur.* Vult autem Author noſter, nullâ ratione abhibitâ, Francos illos fuiſſe Gallos, cum contrà certiſſimè conſtet Nazarium de Francis Germanis fuiſſe locutum, de quibus Eutropius *libro decimo* aſſerit, illos imperante Gallieno piraticam artem exercere: & Oroſius *libro* 7. ſub eodem Imperatore Gallieno *Germani abraſa potiti ſunt Hiſpania.* Nazarium autem de iiſdem Francis, non verò de Gallis loqui pluribus rationibus evincitur. Primò, quia illis eadem facta adſcribit. Secundo, quia illos præter cęteros ſævos appellat, prout Zozimus *l.* 1. de iiſdem Francis verba faciens ait; Ὁ[illegible] δὲ ὁ Γαλλιηνὸς [illegible] τὰ γινόμενα χαλεπώτερα. Tertiò adde Nazarium dicere Conſtantinum adhuc juvenem illos deleviſſe, eorumque Reges captivos abduxiſſe; jam autem hanc cladem accepiſſe Germanos ſcriptores alii prodiderunt, qui altero ex Rheni alveis trajecto, Batawiam inſulam, Hollandiæ partem, Rhenum inter & Wahalem occupaverant. Author Panegyrici ad Maximianum & Conſtantinum de patre ejus Conſtantio verba faciens hæc habet; *Occidit, expulit, captiváque abduxit multa Francorum millia, qui Franci Bataviam, aliosque citra Rhenum agros invaſerant: Tu verò ipſorum Reges, præteritáque crimina plexiſti.* Sic Euſebius de vita Conſtantini *l.* 1. ὡς ἂν ἐπὶ τῆς βασιλείας ἱδρυθεὶς, quum primum Imperii habenas capeſſiſſet, Barbaris omnibus Rhenum, Oceanumque Occidentalem incolentibus, ad ſeditiones concitandas propenſis, ſubactis & domitis, feros illos prius & indociles, manſuetos & faciles præſtitit. Quartò, validiſſimum eſt inter omnia quod apud Nazarium ſequitur, Francos nempe armis Conſtantini ita fractos fuiſſe, ut illos ſtirpitus delere potuiſſet, niſi inſtinctu Divino hanc filio gloriam reſervâſſet; quæ verba ad memorandam illam victoriam referuntur, quam filius ejus Conſtans de Germaniæ Francis anno 342. reportavit Quâ de victoriâ etiam Socrates *lib.* 2. & Sozomenus *lib.* 3. Hiſtoriarum Eccleſiaſticarum loquuntur. Addam quintò & ultimo, omninò fieri non poſſe, ut quę Nazarius de Francis aſſerit, ea de Gallis intelligantur: de his enim dicere haud potuiſſet, illos eſſe populos ſævos & immanes præter cęteros, cum jam à longo tempore, tum à nativâ ſuâ animi propenſione, tum à Romanorum commercio humani & urbani facti eſſent: & ridiculum fuiſſet dicere Gallos vi ſui furoris trans Oceanum & in Hiſpaniam abreptos, cum Gallia & Hiſpania con-

 tiguæ

tiguæ ſint. Ut brevi abſolvam, de Conſtantini & filiorum ejus adverſus Gallos bellis hiſtoria non loquitur, adeò ut qui de Gallis verba Nazarii intellexerit, hiſtoriam funditùs evertat.

Duos præterea alios Auctores, Ciceronem nempe & Sidonium profert, quos ut de Francis in Gallia teſtes laudat; & ex Cicerone quidem epiſtolam decimam libri 4. ad Atticum affert, in qua iſtius rei ne vola quidem: verùm in citatione error eſt, & pro 4. legendum 14. in cujus 10. epiſtola juxta quaſdam editiones hæc habentur, *Redeo ad Thebaſſos ſervos Francones*, &c. Alii aliter legunt, eaque verba decem ad minimum variis modis exhibent, quia hic locus obſcurus & valdè corruptus habetur. Nihiln tamen minus quæ aliis præſtant exemplaria Frangones, non verò Francones, legunt; Frango autem unus erat ex iſtis militibus quos, ut teſtatur Dio *lib.* 48. ad Senatoriam dignitatem promoverat Cæſar. Eodem modo promoti fuerant Baſſius, Scæva, Curtilius, Cenſorinus, Meſſala, Planchnus, & Poſthumius, de quibus in eadem epiſtola mentio fit, quique tantâ freti authoritate, plurimis plebem exactionibus gravabantur. Hac de re iſtâ imò & ſextâ Epiſtolâ queritur Cicero, quâ de causâ ita amicum alloquitur, *Redeo ad tuos Baſſos*, &c. *Scævos & Frangones, de quibus mihi mentionem injeciſti*. Præcedentia & ſequentia hanc expoſitionem confirmant. Verùm etſi hâc in Epiſtolâ vox Francones extaret, an exinde Ciceronem de Gallis verba facere conſtaret? Nequaquam: quicunque enim Francones legunt, pro *tuos Baſſos* habent Betaſios, Scævas, & Suevos, vel alia Germaniæ populorum nomina. Sed hæc omnia planè immeritò; hac de re enim non agitur, quippe de Francis, vel Franconibus, in ipſamet Germania, nonniſi trecentis vel paulò minùs poſt Ciceronem annis mentio habita eſt.

Supereſt alter, quem laudat ex Sidonii *Narbone*, locus, quem haud dubiè non legerat: quomodo enim probare contendiſſet, Francos Gallos fuiſſe, eorumque priſtinas ſedes cis Rhenum poſitas, his verbis, quæ illos non modò trans Rhenum, ſed & trans Viſurgim & Albim, mediâ in Germania, collocant,

Tu Tuncrum & Vahalin, Viſurgin, Albin
Francorum & penitiſſimas paludes
Intrares venerantibus Sicambris.

Ad id, quod ſecundò illi probandum fuit, Francos nempe ſub Merovæo ex Germania egreſſos, ex majoribus Gallis oriundos eſſe, nihil profert præter unum Cæſaris locum, ex quo patet, Gallos olim trans Rhenum colonias deduxiſſe. Verùm Cæſar non dicit Gallos illos Francos, vel Francos ex iſtis Gallis oriundos fuiſſe. Quàm infirmum ſit hoc argumentum habeas illud in forma: Coloniæ Gallorum trans Rhenum deductæ ſunt; Ergo Franci Galli erant. Hoc argumentum nihil probat, quia conſtat ex merè affirmatis in ſecunda figura: quaſi quis ſic argumentaretur;

Homo eſt animal,
Equus eſt animal,
Ergo Equus eſt homo.

Nunc autem quæri poteſt, unde oriundi ſint illi Franci, qui quum per centum & quinquaginta annos vel ampliùs bellum tam acre Romanis intuliſſent, eos tandem ex Gallia cedere coëgerunt, hodiernamque potentiſſimam Monarchiam in ea conſtituerunt. De his enim nec Plinius, nec Strabo, nec Tacitus, nec Ptolemæus in ſuis Germaniæ Deſcriptionibus loquuntur; nec eorum ullum, ante Gallienum circa 250. Ch. annum, veſtigium mihi videre contigit? Reſponſio facilis eſt, hoc nempe *Francorum* nomen, non unius populi, ſed factionis denominationem eſſe, multaſque gentes Rhenum inter & Albim inter ſe mutuo fœdere coiiſſe, quo Romanorum jugum excuterent, hocque ſe Francorum, aſſerendæ libertatis causâ, nomine inſigniiſſe. Hoc habemus ex Sulpitio Alexandro, quem Gregorius Turonenſia *lib.* 1. *cap.* 9. laudat, ubi inter Francos recenſet *Bricleros, Chamavos, Am ſivarios, & Chattos*, omnes origine Germana Rhenum inter & Albim populos. Denique hoc fœdus, hæc ſocietas brevi tempore ita crevit, ut Germania ipſa antiqua Germaniæ nomine amiſſo, Francia dicta fuerit, ut D. Hieronymus in vita Hilarionis, his verbis teſtatur; *Apud Hiſtoricos Germania, nunc verò Francia vocatur*; unde fit ut Rheno ab ipſis trajecto, eodemque nomine Galliæ impoſito, habita ſit diſtinctio Franciam inter Orientalem & Occidentalem, Ciſrhenanam Franciam & Tranſrhenanam, Franciam Germanam & Romanam: hoc enim nomine ea quam nunc incolimus deſignabatur, tum quia Romanâ linguâ utebantur, tum quia Romanis ablata fuerat. Hac de re conſule Ottomanum, Paſquierium, & alios. Uno verbo abhinc ampliùs ſexcentis annis in Oriente tota ferè Europa nomine *Francia* indigitatur; ad hæc diſertiſſima ſunt Interpretis Arabis ad finem D. Marci verba; *Hic explicit Evangelii ſecundum Marcum Verſio, quod inter Urbis Romæ Romanos Francos ſcripſit:* & in Collatione Arabica Doctoris Chriſtiani cum Mahummedano hæc habentur; *Textus Bibliorum Hebraicus*, inquit Chriſtianus, *verbo ad verbum Græco & Franco convenit*, hoc eſt, Latino. Hæc duo argumenta ut parùm vulgaria à me proferuntur.

Magna opera ſtudióque quærit quinto Capite, cur ſe à *Dite Patre*, qui divitiarum Deus credebatur, natos profiterentur? Sed ego arbitror illum *Ditem-patrem*, à quo ſe natos dicebant, fuiſſe potiùs *Dieſpiterum*, eóſque ex Hebræo די, vel ex Græco Διὸ., aliquod hujuſmodi nomen formâſſe, quo Magnum Deum deſignarent. Hoc innuere videtur Auſonius his verbis; *Ad Cap. V. Annot.*

Divona Celtarum linguâ fons addite Divis.

Quaſi id ſibi vellet Celtarum linguâ vocem *Divona* fontem Dei ſignificare; hodierni autem Britones fontem idiomate ſuo dicunt *vonan*; supereſt *Di* Deum denotare, quem iidem iſti Britones *Di* efferunt. Inde etiam oriri poſſunt noſtræ affirmationes *Oui dea*, id eſt, *imò*, quæ à Græcis νὴ τὸν Δία facile deducuntur. Hoc ſenſu Galli dicere potuerunt *Di*, vel, *Du* ipſos genuiſſe, hoc eſt, ipſos fuiſſe Διὸς γένος, quæ eſt ipſiſſima Arati ſententia, quam opportunè adeo laudat D. Paulus Act. 17:28. Διὸς κεχρήμεθα πάντες, τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. Hoc veteris doctrinę reſiduum erat, Deut. 32: ℣. 18. *Rupis quæ te genuit oblitus es.* Verùm quia *Dis* Latine de Plutone dicitur, Romani ſimilitudine vocis decepti, alieno planè ſenſu acceperunt, quod ſe Galli à Dite Patre natos profiterentur.

Meritò dicit Author noſter Gallos per noctes, non verò per dies, ſupputaſſe tempora, non quidem in honorem Plutonis, ut Cæſar arbitratus eſt, ſed quia in Geneſi dictum eſt, *ſic fuit veſpera, ſic fuit manè*; ſed id non probo quod ad conſuetudinem iſtam refert, plebem noſtram etiamnum dicere *ennuict*. h. e. hoc die: ſcribitur enim & pronuntiatur *en huy*, quæ vox compoſita eſt ex *huy*, ſicut *aujourd'huy*, hodie; non verò ex *nuict* nox. Dicere igitur præſtitiſſet in hoc Cæſarem deceptum eſſe, ſi hanc tempora per noctes ſupputandi peculiarem Gallis fuiſſe conſuetudinem arbitratus ſit. Idem in uſu eſſe apud Germanos Tacitus docet, *Nec dierum numerum ut nos, ſed noctium computant:* & Nicolaus Damaſcenus apud Stobeum in Sermone de legibus, & conſuetudinibus idem refert de Numidis Africana

na Gente, *οἱ Νομάδες τῶν Λιβύων ἐ ταῖς ἡμέραις, ἀλλὰ ταῖς νυξὶ, διαμετροῦσι τὸ χρόνον*, *Lybes Numida tempora, non à diebus, ſed à noctibus computant.* Quem morem etiamnum hodie imitantur Arabes. Elmacinus Arabicus Scriptor Saracenicæ Hiſtoriæ capite primo, Mahumedem ęgrotare cœpiſſe notat duabus ante finitum menſem Sapharum noctibus, hoc eſt, vigeſima octava die, adeo ut duę tantùm noctes, ut menſis integer evaderet, ſupereſſent. Camdenus quoque Britones pro octo diebus *with nos*, octo noctes; & pro 15. diebus, *pinteh nos*, quindecim noctes dicere aſſerit. Egomet ipſe obſervavi Anglos pariter *ſeven night* ſeptem noctes, & *four night* quatuordecim noctes, h. e. duas hebdomades, numerare. Neque mirandum adeò diffuſum fuiſſe huoc morem: nam pręterquam quòd Scriptura in Mundi creationis Hiſtoria veſperam matutino pręponat: Ethnicorum antiquiſſimi id ſuerunt imitati. Ex Chao Erebum, nigramque noctem, & ex nocte Cœlum, diemque egreſſa fuiſſe ait Heſiodus:

> Ἐκ Χάεος δ' ἔρεβός τε μέλαινά τε νὺξ ἐγένοντο
> Νυκτὸς δ' αὖτ' αἰθήρ τε καὶ ἡμέρα ἐξεγένοντο.

Qui ordo idem ferè eſt cum Moſis ordine; hoc enim Chaos, hic Erebus, hęc Nox, eſt veſpera, quam Moſes ערב vocat; quamque dies & lux, ex mediis iſtis tenebris à Deo educta, exceperunt. Orpheus pariter, vel ſub ejus nomine, Onomacritus, dicit Deum quę ad noctem priùs, deinde quę ad diem pertinebant, creaviſſe,

> Ἔκτισε μὲν νυκτὸς, ἠδ' ἔπειτα ἤματος αὐτός.

Thales itidem interrogatus, quis pręcederet, utrum dies, aut nox, *ἡ νὺξ, ἔφη, μιᾷ ἡμέρᾳ προτέρον*, *nox*, inquit, *uno die vetuſtior eſt.* Ideò in compoſitione vocis Νυχθήμερον potiorem locum nox occupavit. Varro quoque, & Macrobius aſſerunt Athenienſes cum Hebręis diem ab occidente ſole incepiſſe, *A ſolis occaſu ad ſolem iterum occidentem omne in medio tempus unum diem eſſe dicere.* Macrobius Saturnal. *lib.* 1. *cap.* 3. alias *cap.* 2. Plinius *lib.* 2. *cap.* 77.

Ad Caput VI. Annot. De variis Gentibus ex Gallis originem ducentibus agit Caput ſextum, quarum longum texit catalogum; quę cùm deberent ex Hiſtoria deſumi, nonniſi nominum quadam ſimilitudine & convenientia utplurimum nituntur. Ut, inquit, à Gadenſibus initium faciam, eorum oppidum *Calis* ipſorum originem ſufficienter teſtatur; nempe *Calis* incolas ex Gallis eâ de cauſâ oriundos autumat, quòd quędam inter vocem *Calis* & *Galli* intercedat ſimilitudo: cùm contrà *Calis* à Gadibus formatum eſſe cuivis pateat, ut *Ulyſſes* ex Ὀδυσσεὺς, *lachryma* ex δάκρυον, *Melica* gallinę ex Μηδικαὶ, & *Vilaine* in minore Britannia fluvius ex Vidiana apud Ptolemęum, & vox Italica *Burla* ex *Bourdes*. *Gades* autem oritur à גדר *Gader* voce Hebraica vel Carthaginenſi, quę ſeptum ſignificat. Hęc vox in textu Veteris Teſtamenti Hebraico frequenter occurrit: imò & ab Ethnicis nobis explicatur. Plinius ait, *Noſtri Tarteſſon appellant, Pœni Gadir, ita Punicâ linguâ ſeptum ſignificante.* Solinus eodem modo; *Pœni ſuâ linguâ Gadir*, id eſt, *ſeptum nominârunt.* Item Rufus Avienus;

> *Pœnus quippe locum Gadir vocat undique ſeptum.*

Et reverà omnes Græci Γάδειρα pro *Gades* ſcribunt, quotquotque extiterunt veteres Geographi Calis incolas Phœnicum eſſe coloniam uno ore teſtantur. Conſule Eratoſthenem, Strabonem, Dionyſium, Marciam & Stephanum de Urbibus, Euſtathium, Melam, Plinium, Solinum & Iſidorum, qui omnes idem unanimiter confirmant. Contra tot allatos teſtes, num vox *Calis* ex voce *Gallia* deducenda ſit, judices licet. Addit prætereà Galleciam & Portugalliam à Gallis nomen habere: dubito, nam olim Gallecenſes *Callaici* dicebantur, & etiamnum extat in Portugallia portus, cui nomen eſt *Calles*, id eſt, *Callaicorum portus*: inde *Gallecia* & *Portugallia* nomen habent. Hiſtoria autem iſtos Callaicos origine Gallos fuiſſe non aſſerit. Verùm id Auctor majori cum ſpecie proferre potuiſſet, Gentem nempe *Celticorum* valde diffuſam in iſtis fuiſſe regionibus; horum alii *Celtici cognomine Neria*, alii Celtici cognomine *Praſamarci* dicebantur. Plinius *lib.* 4. *cap.* 20. *Caput finis terra*, omnium totius Hiſpanię magis ad Occaſum vergens ex iſtis Celticis, *Nerium* & *Celticum* vocabatur. Hos Celticos à Capite finis terræ ad Liſbonam uſque totum Hiſpaniæ littus occupaſſe refert Mela *lib.* 3. *cap.* 1. Hos autem Celticos, Celtas vel Gallos fuiſſe, tum ex ipſo nomine patet, tum ex iis quæ Eratoſthenes habet ſecundo Strabonis libro, Gallos nempe totum iſtud Hiſpanię littus incolere.

Quod ſequitur, Angliam ab Albigenſibus, *Albion* nomen ſuum accepiſſe, parum veriſimilitudinis ſecundum me præ ſe fert, quippe cùm Albigenſes tam longè a mari diſliti ſint, ſola nominis ſimilitudo ad id probandum minimè ſufficit. Nam præterquam quod in Anglia nomen iſtud *Albion* nunquam agnitum fuerit, nullibi niſi in Græcorum & Romanorum ſcriptis occurrit, qui Angliam *Albion* æquè meritò ex ſuo ἀλφὸς duxerint, ac quidam Argonauticorum Auctor illam λευκαῖος χέρσον, terram albam, & νῆσον λευκὴν, inſulam albam, propter rupium quibus cingitur albedinem, appellaverit. Hoc etiam nomen *Albion* forſitan ex Poetarum fabulis deducere non abs re erit, qui inter Neptuni filios Albionem quemdam recenſent.

Ad Gallovidiam vel Gallowaniam Scotiæ Provinciam quod attinet: ex Hiberniæ vicinia, frequentibuſque Hibernorum in Scotiam, præcipuè verò in Gallowaniam, freto ab Hibernia tantummodò disjunctam, excurſionibus credere eſt, Scotiæ Gallowanos, ex Gallecia in Hiſpania oriundos, Hiberniæ Gallowanis nomen ſuum indidiſſe.

Verùm ne hęc diſceptandi cauſa, néve eo animo ut aliquid per me de Gallorum honore decedat, in medium proferri credantur, inferiùs Walliam non ſolùm & Gallowaniam, ſed & Angliam totam, ex Gente noſtra oriundam eſſe demonſtrabo.

Nunc Auctoris veſtigia premo, qui ex Anglia in Germaniam transfretando, ibi multas, nulla ſuadente veritatis ſpecie, Gallorum colonias collocat, de quibus omninò Hiſtoria ſilet: ſi unum id excipias, quod ex Tacito habet, ex Boiis, quos nunc Borbonenſes vocamus, ortos eſſe Bohemos. A Franconia orditur, quam Gallorum coloniam eſſe aſſerit; cùm contra Franci in Gallias, ut jam vidimus, colonias miſerint. Deinde Weſtphaliam ex eadem origine deducturus, ejus nomen Latinè *Weſtwaliam* ſcribit, illudque, inſigni errore, Galliam Occidentalem reddit; Weſtphalia enim ad Galliæ ortum ſita eſt: unde ſi ex Gallia originem duceret, ſequeretur illam Orientalem, non Occidentalem Galliam dicendam eſſe. In Ruſſiam uſque, quæ nunquam ad Germaniam pertinuit, digreditur, ut ejus originem à Ruthenis, hodie *Rhodez*, deducat. Ut ſibi autem ſcribendi materiam faciat, Ruſſiæ nomen Rutheniam effert; *Ruthenia*, inquit, *qua nunc Ruſſia.* Ego vero nego Ruſſos ſe unquam dixiſſe Ruthenos; Illos Germani *Ruſſen*, ipſi verò ſe *Ruyaci* nominant. *Roxi* à Veteribus dicti videntur; qui ſupra Paludem Mœotidem Roxolanos, nomine ut videtur ex Roxis & Alanis compoſito, collocabant. Ex Ruſſia ad Carnes, Carinthiam verſus, regreditur, quos à Carnutibus, hodiè *Chartres*, deducere intendit: cùm illos eandem quam nunc, ab omni ævo, ſe-

dem occupaſſe, Hiſtoriæ doceant, quin imò jam Plinii tempore omnium edax tempus eorum duo oppida deleverat.

In primis capere non poſſum, eur Longobardos ex Lingonibus & Bardis, vel Gallorum Poëtis, deducat. Juxta Authoris mentem Longobardi Lingonenſes Poëtas denotarent; quaſi alicujus loci Poëtæ in regiones exteras, colonias condituri, convenirent. Ut verò ejus congrueret Etymologia, ipſi *Langones* in *Langones* permutandi fuerunt. Verum in novis Etymologiis effingendis deſudare quid opus eſt? Jam ante 800. vel 900. annos Paulus Diaconus, origine Longobardus, Deſideriique Longobardorum Regis Cancellarius, eorum veram nos docuit Etymologiam. *Conſtat*, inquit, *Longobardos ſic dictos ab intacta ferro barba longitudine.* Ipſorum enim linguâ *lang* longum, & *bard* barbam, ut & etiamnum hodie apud Germanos, ſignificat. Hoc eò magis in illis notandum, quòd alii Germani barbam abraderent, vel nonniſi in ſuperiori labro tantillam alerent, ut Diodorus *lib.* 6. obſervavit. Reverà de Cattis notat Tacitus, illos intactam ſiviſſe barbam, illamque à juventute ſuâ aluiſſe, donec in bello hoſtes cædendo fortitudinem ſuam probâſſent; ſed de Longobardis narrat Paulus Diaconus, nunquam illos barbam depoſuiſſe: ita ut hoc Longobardorum nomen idem ſignificet quod Μακροπώγωνες, quæ Aſiæ Gens ad Paludem Mæotidem ſita, de quâ Strabo *lib.* 11. Quâ ex Gente fieri poteſt ut Longobardi in Germaniam venerint.

Adeſt & altera allucinatio, *Ex nobis quoque*, inquit, *egreſſi Celto Scythæ ſunt*; laudatque Strabonis 11. librum, qui planè contrarium affirmat, nempe veteres Græcos Scriptores vulgò Scythas, & Celto-Scythas ἅπαντας τοὺς προσβόῤῥους omnes ſeptentrionales populos appellâſſe: adeò ut ex ipſorum ſententiâ, hoc non peculiaris cujusdam Gentis à nobis ortæ, ſed Gentium omnium Borealium nomen eſſet; quod, inquit idem Strabo *libro* 11. διὰ τὴν ἄγνοιαν, *per ignorantiam*, admittebant, quâ varias Gentes ſub uno eodemque nomine intelligebant.

Porrò, ut quæ narrat Polybius confirmet, Galatas nempe, vel Gallo-Græcos à nobis oriundos eſſe, diúque in Græcia, Aſiâque illos imperaſſe, conſtare illos narrat Syriam, Imperiumque Conſtantinopolitanum rexiſſe; verùm duas inter iſtas hiſtorias commune nihil, neque altera alterius veritatem confirmare valet, diu enim ante Chriſtum Galli Græciam Aſiamque occupaverant: & ipſemet Polybius hujus Hiſtoriæ ſcriptor ante Chriſtum annis circiter 180. florebat: Galli verò in Syria, & Conſtantinopolitano Imperio penitùs abhinc 500. vel 600. annis ſua bello acquiſivere.

In toto hoc ſexto Capite Gallos ubique effuſos demonſtrâre decreverat; ſed valdè miror quòd pleraſque eorum colonias non recenſuerit. Id de Hiſpania demonſtravi; ad Angliam quod attinet: etſi quiſque gentis ſuæ antiquitatis ſit ſtudioſiſſimus, oſtendam tamen Anglorum doctiſſimos fateri ſe Gallis originem debere. Germaniam quod ſpectat, aliaſque Orientales Nationes, quàm ampla dicendi materia illi ſuppetebat, etſi fruſtrà in nominum Etymologias non excurreret! Omnia ſcrutanti, ſeries ferè continua Gallorum Populorum a Rheno uſque ad Euphratem, littora Danubii, Pontique Euxini per 700. vel 800. milliaria legendo, occurret. Primi adſunt Helvetii, dein Bavari, Bohemique, ſub Bojorum nomine noti. Sic Tacitus, *Inter Hercyniam ſylvam Rhenumque, & Mænum amnes, Helvetii, ulteriora Boii, Gallica utraque gens, tenuere.* Idem de Helvetiis apud Cæſarem, Dionemque *libro* 38. extat. Infra Bavaros extabant Tauriſci, qui in Vindelicia & Norico ab Helvetiis Auſtriam usque porrigebantur. In Auſtria, & Hungaria, hoc eſt, Pannonia, erant Cordiſci, vel Scordiſci, & Tauriſci, utrique Galli. Strabo *lib.* 7. *Thracibus cis Danubium incolentibus Gentes Gallicæ admiſcentur, nempe Boii, Scordiſci, & Tauriſci.* Idem Poſidonius & Athenæus narrant, qui aſſerunt præterea, illos ex iſtis Gallis oriundos eſſe, qui duce Brenno Delphorum templum invaſerunt. Ad Scordiſcorum Ortum Baſtarnæ vel Peucini degebant, qui à Scordiſcis, & Hungariâ ad Pontum uſque Euxinum extendebantur. Eam enim ob cauſam Peucini dicebantur, quia eorum pars inſulam Peucen, ad Danubii oſtium, occupabat; jam autem cum Plutarcho Titus Livius hos Baſtarnas Gentibus Gallis annumerat. Inde ex Europa in Aſiam trajicienti occurrent Galatę, qui Pontum, Phrygiam, Bithiniam, Cappadociam, cæteraſque provincias, ferè ad uſque Euphratem invaſerunt, ut Geographorum vetuſtiſſimi teſtantur. Gothinos in Moravia omiſimus, qui *ex ſua linguâ*, inquit Tacitus, *Gallis dignoſcebantur*: omiſimus itidem Gallos iſtos, quos Rhenum & Danubium inter collocat, qui *decumatos agros arabant*, hoc eſt, qui ex Romanorum conceſſione agros arabant præſtationi decumarum aſtrictos. Geographorum Germanorum doctiſſimus Philippus Cluverius hoc Gallos occupaſſe arbitratur ſedes, quas olim Marcomanni & Seduſii Danubium inter Rhenum & Mœnum tenuêre, variiſque probat argumentis dictos illos fuiſſe *Allemannos*, hoc eſt, omnis generis gentes, utpote quæ ex variis Galliæ Provinciis collectæ: hinc denique uſu factum quòd nomen *Allemannia* toti Germaniæ inditum fuerit: ne nobis aliquid exprobrarent Germani: nam ſi ab his Francorum nomen accepimus, illi ex variis noſtratibus Gentibus Allemannorum denominationem habuerunt.

Ad Caput VII. pergo, in quo Author noſter de Galliarum diviſione *in Braccatam & Comatam* acturus, ait Provinciam Romanorum dictam fuiſſe Braccatam ab uſu Braccarum, *quæ ſunt pelles villoſæ & intonſæ.* Mira veſtis definiendæ ratio! materiam docet, formam verò & uſum ſilet; quaſi dicerem, ex pellibus vaccinis, vel ex hircino corio ocreas, aut ex cervinis, vel hœdinis pellibus chirothecas conſtare, docerem-ne hoc modo quid ocreæ, quid chirothecæ ſint? Quin imò, iſtius materiæ portiunculam tantùm memorat. Eſto enim hujus gentis tenuiſſimos villoſis atque crudis coriis uſos fuiſſe, quis dubitat ditiſſimos deterſas pelles, vel cannabinas, aut laneas veſtes, ut & alia indumentorum genera admiſiſſe? Saltem de Francis *lib.* 2. narrat Agathias, ἀξυρίδας οἱ μὲν λινᾶς, οἱ δὲ καὶ σκυτίνας διαζωννύμενοι τοῖς σκέλεσι περιαμπέχονται, *alii braccis coriaceis cinguntur, alii lineis utuntur, quibus crura obtegunt.* Veſtes illas Xenophon vocat ποικίλας, vel ὑσγινοβαφεῖς, *variatas, vel cocco tinctas. lib.* 1. *Anabas.* & *lib.* 8. *Cyropæd.* Sic Propertius Elegiarum penultima Viridomarum Gallum ejuſque milites *virgatis braccis* deſcribit. Vix autem illos de pellibus villoſis loqui arbitrer. Iſidorus quoque *Origin. lib.* 19. *cap.* 23. veſtes illas *lineamenta* dicendo illas potiùs ex lino quàm ex pellibus conflari docet. Quæ etiam Author noſter ex Heſychio laudat, *Bracca*, αἰγῶν διφθέραι, *caprarum pelles*, ibi non occurrit; Re quidem vera ſic Heſychius interpretatur Βαρακκαι; ſed diſcrimen eſt inter *Braccas* & Βαρακάκαι. Quod ad vocem *Bracca* vel Βράκαι, illam reddit ἀναξυρίδες, quæ ſunt nautico more femoralia ad infima crura porrecta. Quod, ſi hic quæreretur, facilè probari poſſet.

Ad Caput VII. Anim.

Dicit

Dicit Pagina ſequente Sidonium *Lib. 7. Epiſt. 6.* Provinciam Romanorum Gothiam dicere. Verùm nec iſtic, nec alibi de Gothia loquitur Sidonius. Solummodò *limitem Gothicæ ſortis* appellat non Romanorum Provinciam ſolùm, idque quod Arelatenſe regnum vocamus, ſed quodcunque tunc Gothorum Rex Evarix occupabat, ſcilicet Galliam Aquitanicam. Vaſconia enim, Languedocia, Aquitania propria, Cadurci, Rutheni, Petrocorii cum Lemovicibus ipſi ſubjiciebantur, ut ex eâdem Epiſtolâ patet.

Languedociam addit eſſe vocem corruptam ex *Land Goot*, id eſt, Gothorum ager. Id contra analogiam eſt hujuſmodi compoſitionum, in quibus *Land* ſemper ſubſequitur, ut in his nominibus *Ingland*, *Polland*, *Iſland*, *Groenland*, *Holland*, *Zeeland*, &c. Longè ergò veroſimilius eſt Languedociam vocem eſſe contractam ex Gothi linguâ, cùm præſertim obſervet Paſquerius, veteres omnes Scriptores Gallos, qui de hâc Provinciâ egerunt, illam Latinè *Linguam Gotticam* appellaſſe, ſive ibi omninò Linguâ Gotticâ uſi fuerint, quod vix ego crederem; ſive Gottorum, qui ibi diutius dominati ſunt, commercio, lingua hîc plus quam alibi corrupta fuerit.

Eodem Capite ex voce Græcâ χωνὶς *Cadomum*, *Chinonum*, & *Cenomanum* deducit, ſupponendo incolas olim ibi Græcè locutos fuiſſe. Alio quidem loco ad ſui excuſationem ait ſe hæc conjecturâ ſimpliciter auguratum eſſe, duaſque alias profert nominis *Cadomi* origines, alteram ex Roberto Cœnali, *Campodomum*, domum ruralem interpretante; alteram ex Wilhelmo Aremorico Poëta, *Caidomum* exponente, Cadomnm conditum fingendo à quodam Cajo Regis Artuſii Oeconomo. Vix iſtis adſtipulor; tum quia in Hiſtoriis noſtris ſimile nihil extat, tum quia *Cajus* nomen eſt Romanum, quod tamen Aremoricum hominem ſignificâſſe contendunt. Adde quod Artuſius in Gallia, in qua nihil omninò poſſidebat, oppida condere non poterat. Prætereà oppidis *domus* nomen nonniſi infauſto omine imponitur. Teſtantur carmina in Neronem, Romam hortos ampliandi causâ populantem, *Roma domus fiet*, &c. Si verò Cadomum ex nomine *domus* oriatur, quî fit ut neutrius generis terminatio ſit. Ego verò arbitrer hanc terminationem *omum*, ut in nominibus *Condomum*, & *Bergomum*, deduci ex *hom* vel *om*, quod ex quadam Linguæ Germanicæ dialecto, uti notat in Germaniæ deſcriptione Cluverius, *lib. 1. cap.* 13. ſedem in quodam loco ſignificat. Unde fit ut multa oppidorum nomina ſic terminentur; ut & alia in *Heim* deſinunt, qualia *Spanheim*: alia in *Hem*, ut *Arnhem*, *Haerlem*: alia in *Ham*, ut *Durham*, *Walſingham*, aliaque ejuſmodi multa in Anglia. Verùm inter Gallos *Hem* iſtud in tribus ſaltem à me memoratis id ſignificat. *Bergomum*, hodie *Bergame*, *montis habitationem* deſignat. *Condomum*, hodiè *Condom*, forſitan pro *Kindhom*, eſt *habitatio jucunda*. Et *Cadomum*, quod veteri Gallico ſermone *bellicoſam ſedem* deſignabat, fortaſſe propter arcem, quæ ipſomet oppido vetuſtior exiſtimatur, ita dictum eſt. Verùm, num ſemper Cadomum ſcriptum fuerit, dubito, quia in Anſelmi vitâ, & in Gothofredi Normaniæ Ducis Hiſtoria, à quodam Johanne Monacho Cœnomanenſi ferè ante 500. annos ſcriptâ, invenio Codomum, non verò Cadomum. Jam autem Saxonum Linguâ hoc *Codomum* Dei habitationem deſignaret. Cluverins enim obſervat illos, pro *God*, *Cod*, vel *Codan* dixiſſe: unde factum ut *mare Balticum Codanum fretum*, hoc eſt, *Divinum*; unamque ex Inſulis Danicis *Codanam* vel *Codaniam*, id eſt, *Divinam*, referente Mela, vocârint. Sed & ab illis, qui *Goth* pro *God* pronuntiabant, *Gothi* & *Teutones* vel Germani, ab ipſorum Deo *Teuth*, vel *Teutate*, dicti ſunt, ut & Dani à *Dano*, uno ex ſuorum Deorum, nominantur. Unde patet illos & locis & nationibus Deorum nomina imponere ſolitos fuiſſe. Abſurdum autem non eſt Saxones Cadomum condidiſſe, cùm ante 1000. vel 1100. annos Belloçaſſium agrum in Neuſtriâ occupaverint. De iis Gregorius Turonenſis libris quinto & decimo loquitur, illoſque *Saxones Bajocaſſinos*, hoc eſt, *Seſnes Bajocenſes* vocat, prout veteres noſtri Normanni efferebant. Hanc ætatem potuiſſe Cadomum attingere mihi veroſimile, ſi enim antiquius multò eſſet, Romani de eo locuti fuiſſent, ibique Epiſcopium potiùs quàm Bajoceis, ſiquidem ſitus ſit haud dubiè commodior, collocatum fuiſſet. Non multò autem recentius eſſe, vel exinde patet, quòd Normanni, qui Saxonibus ſucceſſerunt, conditum invenerint, & ſolummodo ampliaverint. Hæc tantùm de hujus oppidi origine augurari mihi contigit: verùm quæcunque tandem illa ſint, certi ibi nihil ineſſe perſpicio, & libenter cuivis vero ſimiliora docenti aſſenſurus ſum.

Tribus ſequentibus *Capitibus* 8, 9, 10. Author noſter de veteri Gallorum linguâ diſputat, nihilque planè definit, aſſerere contentus, quòd etſi Græci ſermonis aliquid & Germani in ea occurreret, linguam tamen iſtam ipſis omninò peculiarem fuiſſe. Interim digna ſunt hæc Capita, quę attentiùs paulò perpendantur. Primùm duo Cæſaris loca interpretatur, in quorum altero hæc occurrunt; *In Helvetiorum caſtris tabulæ repertæ ſunt Græcis litteris confectæ*: in altero verò hęc leguntur, *Druides in publicis privatiſque rationibus Græcis litteris utuntur*. Ut faciliùs illis reſpondeat, qui ex iſtis duobus locis Gallos linguâ Græcâ uſos fuiſſe arguunt, dicit *litteras Græcas*, Græcos tantummodò characteres, non ſermonem ipſummet Græcum, ſignificare. Vult ergo duobus iſtis locis probari Druidas, alioſque Gallos, characteribus tantùm Græcis fuiſſe uſos, dum eodem tempore genuinis ſuę linguæ vocibus uterentur. Sed varia me ab iſtâ interpretatione dehortantur. Primò quod Strabo dicat Maſſiliam Academiâ erectâ φιλέλληνας κατεσκεύασε τοὺς Γαλάτας, ὥστε καὶ τὰ συμβόλαια ἑλληνιστὶ γράφειν, *tantum linguæ Græcæ Gallis amorem indidiſſe, ut contractus Græcè ſcripſerint*. Ibi certè non de characteribus, ſed de ipſomet ſermone loquitur. Addit, Gallorum nobiliores quoſque Maſſiliam, non Athenas, litteris operam daturos, petere, Gallos omnes id imitatos, & privatos & civitatum ſocietates mercede conductos habere Philoſophos, qui publicè ſcholas haberent. 2. Lucianus de Philoſopho Gallo verba faciens, ait, ἀκριβῶς ἑλλάδα φωνῆ, *optimè Græcè callere*. 3. Sed quod caput eſt: *Litteræ Græcæ* apud Latinos ſemper, non characteres nudos, ſed ipſummet Gręcum ſermonem ſignificant. Hoc multis locis probat Hottomannus; en quędam. Juſtinus *libro.* 20. *cap.* 5. circa finem, *Facto ſenatus-conſulto, ne quis poſteà Carthaginenſis, aut litteris Græcis, aut ſermoni ſtuderet; ne aut loqui cum hoſte, aut ſcribere ſine interprete poſſet*. Titus Livius *libro* 28. ſub finem ait, Annibalem aram conſecrâſſe *cum titulo Punicis Græciſque litteris inſcripto.* Nihil autem variis characteribus eaſdem ejuſdem linguæ voces exarare profuiſſet. Sic quadrageſimo libro ad medium, *litteris Latinis, Græciſque utraque ara inſcripta erat*. Sic & Tacitus libro de Moribus Germanorum notat, in Germanorum, Rhætiorumque finibus, *tumulos quoſdam Græcis litteris inſcriptos adhuc extare*, hoc eſt, ſermone Græco; iis enim utebantur, ut Ulyſſem illâc tranſiviſſe demonſtrarent. Verum ne lon-

Ad Capita VIII. IX. X. Auveri.

Digitized by Google

longiùs teſtimonia arceſſam, unum ipſe Autbor noſter, eò notatu dignius ſuppeditat, quòd ex ipſomet Cæſare petatur. Is enim, ne interceptis ſuis epiſtolis arcana vulgarentur, miſit *epiſtolam litteris Græcis conſcriptam*, ad ſuum in *Nervus*. hodiè *Tornacenſibus*, Legatum. Ipſemet Author noſter hunc locum eo conſilio affert, ut Gallos ſermonem Græcum ignoraſſe demonſtret, quandoquidem Cæſar, ne illis paterent arcana ſua, Græcè ſcripſerit. Ita aperta contradictione implicatur; nam cùm in Cęſare negaverit, *Litteras Græcas* pro ſermone ipſo uſurpari, Ipſe idem in eodem Cęſare hoc eodem ſenſu eas interpretatur.

Minimè igitur id negandum, quod à priſcis Scriptoribus clariſſimè aſſeritur, Græcâ nempe lingua Gallos in contractibus, aliiſque alicujus ponderis inſtrumentis, fuiſſe uſos: verùm non inde ſequitur Græcum ſermonem, ſaltem extra Agrum Maſſilienſem, plebi familiarem fuiſſe. Eum minimè vulgarem fuiſſe, vel ex eo evidentiſſimè patet, quod ſtudio & labore addiſceretur. Ab hinc tantùm quádringentis annis Germanicè inter Germanos, ut à multis obſervatum, ſcribi cœptum eſt: antea Latinus ſermo apud Germanos eodem in uſu, quo Græcus olim apud Gallos, fuerat. Quis inde concludat quondam in Germania plebem Latinè locutam fuiſſe. Adde quod fieri facilè potuerit, ut Strabonis ævo, qui ſub Auguſto florebat, Græcus ſermo vulgatior factus fuerit, hoc enim Druidas ſolos uti Cæſar obſervat. Conſtat quoque Divitiacum, ut ut nobilem, eam linguam planè ignoráſſe; quandoquidem Cæſar illum, nonniſi per interpretem, alloqui nequeat. Quin imò etiamnum hodiè tanta eſt Nobilium plerorumque inſcitia, ut aliquid latinè ſcire probroſum putent.

Quæritur, cùm Græcus ſermo apud Druidas, id eſt, apud Sacerdotes & Pbiloſophos, uſu receptus fuerit, quomodo Cæſar Druidis ubique occurrentibus ad Quintum Ciceronem, ſuum apud Nervios Legatum, Græce ſcribens, Gallos conſilia ſua celare potuerit? Reſponderi poteſt iſtos Nervios, cùm origine Germani eſſent, prout Cæſar, Tacitus, & Strabo expreſſè teſtantur, Gallis pleriſque indoctiores fuiſſe. Nam, ut ipſiſſima Taciti verba ſonant, *In Germania Litterarum ſecreta viri pariter ac fœminæ ignorant*. Cùm verò Cæſar, ne ab iis intelligeretur, Latinæ Linguæ renuntiet, fortaſſè quidam inter illos Latinam Linguam intellexere, ſed nondum Græcas litteras attigerant.

At verò mirabile prorſus eſt, Authorem noſtrum, poſtquam ex Cæſare Gallos cbaracteribus Græcis fuiſſe uſos docuerit, ſententiamque ſuam variis argumentis comprobare nixus fuerit, opinionem illam ſuam continuo abjicere, contràque aſſerere, Græcos à Gallis characteres ſuos mutuatos eſſe, noſtroſque Druidas, vel Semnotheos, uſum Litterarum & Philoſophię ipſis impertitos eſſe. Si ita ſe res haberet, Cęſari, non characteribus Gręcis Druidas, ſed contrà Gallicis Gręcos uſos eſſe dicendum fuiſſet. An ex amore patrię in ſententias à veritate tam aberrantes incidere convenit? Quandónam Galli Gręcos, qui tot libros ediderunt, priuſquam ſcirent, num extarent in Orbe Galli, Gręcè inſtituerunt? Si Homero Galli noti fuiſſent, quare de illis ęquè ac de aliis, veluti de Cyclopibus in Sicilia, de Circes in Italia Palatio, & de Campis Eliſęis, quos cum Strabone in extrema collocat Hiſpania, mentionem non injeciſſet? Orpheus, vel quicunque tandem ſit Author Operis, quod ſub ejus nomine circumfertur, illuc haud dubiè Argonautas ſuos, cum omnibus poſterioribus Poëtis ejuſdem itineris ſcriptoribus, duxiſſet. Uno verbo, Gręcos aliquid de Gallis inaudiviſſe ante Phocenſium ad Maſſiliam appulſum, ſexcentis circiter ante Chriſtum annis, demonſtrari non poteſt. Quin imo aſſerit Polybius quadringentos poſt annos nihil ipſis notum fuiſſe ultra Narbonem, vel Galliam Narbonenſem: indéque eorum cognitio non longè ultra Maris Mediterranei littora penetravit. Denique quis neſcit ad nos ſcientias ex Oriente quaſi per manus acceſſiſſe; Ortas illas apud Chaldæos, Ægyptios, Phœnicios, in Gręciam à Cadmo Phœnicio allatas, inde ad Romanos, Gallos, cęteroſque Occaſûs populos perveniſſe? An ordinem naturę invertemus, ut litteras, ſcientiaſque ſuadeamus apud nos natas, qui nihil de Majorum noſtrorum rebus geſtis quicquam ſciremus, niſi Gręcis & Romanis id ſcripto mandare placuiſſet?

Hanc tamen alienam adeò ſententiam Autbori condono, dummodo, quod pertendit, gravis quidam Scriptor ipſi in eo pręiverit. Verùm tantum abeſt; cùm Diogenes ipſe Laertius, quem unicum ſententię ſuę teſtem adfert, contrarium planè doceat. Accipe ejus verba, ſtatim ab initio; *Philoſophiam a Barbaris initia ſumpſiſſe, plerique autumant. Nam Perſis Magos, Babyloniis & Aſſyriis Chaldæos, Indis Gymnoſophiſtas, Celtis, ſeu Gallis Druidas, & qui Semnothei appellabantur, ejus rei fuiſſe authores, ut Ariſtoteles in Magico, & Sotion in decimo tertio Succeſſionis libro*, &c. *Sed hi profecto per imprudentiam Græcorum rectè facta inventaque Barbaris applicant. Ab iis enim non ſolum Philoſophia, verum ipſum quoque hominum genus initio manavit*. Tumque mentione facta Lini, Muſęi, Anaxagorę, aliorumque Gręcorum, quos Philoſophiam in Orbem introduxiſſe contendit, ſię concludit; *Itaque Philoſophia non à Barbaris, ſed a Græcis initium habuit, cujus & ipſum nomen Barbaram omninò abhorret appellationem*. Ita ſententię Authoris noſtri adverſam omninò ſententiam Diogenes amplectitur. Is tamen ſe optimè iſto Diogenis dicto munitum arbitratus affirmat, paginâ 208. *ſe Linguam & Litteras Gallicas Græcis & Latinis eſſe antiquiores eviciſſe*, & eâdem pagina, *Laertium id demonſtrare*. En tibi & alterum inconſtantię ſpecimen, ex quo conjicio illum hoc caput, priuſquam certi aliquid apud ſe conſtituiſſet, ſcripſiſſe; ſententiamque ſcribendo mutaſſe. Nam poſtquam negaſſet, Druidas etiam in ſcriptis ſuis Gręco ſermone uſos fuiſſe, aſſeruiſſetque tantum inter Gręcum & Gallicum ſermonem diſcrimen interfuiſſe, ut qui Gręcè ſcirent, Gallice non intelligerent, *Tamen*, inquit, *Gallicum, niſi idem fuerit, proximè ad Græcum ſermonem acceſſiſſe fatendum eſt, ut infinitis dictionibus, loquendique formulis, liquet, quibus etiamnum hodie utimur*. Et rurſus pagina ſequente; *ſunt innumera vocabula, quæ Græcam linguam Gallis vulgarem fuiſſe demonſtrant*. Si lingua Gręca ipſis vulgaris fuit, boc eſt, ſi ipſamet plebecula Gręcè loqueretur, quare Druidas ipſos Gallorum doctores Gręcè ſcripſiſſe negat? Quare Cęſaris verba detorquet, ut unius gentis Doctoribus linguę cognitionem tribuat, quam paucas poſt lineas toti Genti familiarem fuiſſe docet? Et quomodo Gręcum intelligi ſermonem, Gallico non intellecto, aſſerit, ſi tunc in Galliis Gręcè plebs ipſa loqueretur? Hanc ipſe contradictionem animadvertit, illamque hac diſtinctione nititur amovere, Gręcum nempe ſermonem circa Maſſiliam fuiſſe quidem vulgarem, alibi verò nonniſi Druidis notum fuiſſe. Igitur affirmare non debebat Gallicum idioma ad Gręcum, niſi idem eſſet, proximè accedere. Gręcum enim hoc idioma circa Maſſiliam familiare non erat Gallica lingua: ut hodie inferiorum Britonum ſermo, etſi in uſu ſit in Gallię angulo quodam, non eſt tamen ſermo

Digitized by Google

mo Gallicus. Vernacula regionis alicujus lingua dieitur, quæ ibi ab omnibus recepta eſt & uſitata. Nec quoque Druidas Græce ſcripſiſſe, ipſi negandum ſuit, cùm Græcum ſermonem ipſis notum ſuiſſe conceſſerit.

Adeſt & altera ejus allueinatio. Ut probet antiquum ſermonem Gallicum proximè ad Grçcum acceſſiſſe, 20. vel 30. Gallica vocabula proſert, quibus ad Græcam linguam alludi videtur; in quo à quæſtione longè evagatur; non enim de hodiernâ, ſed de veteri Gallorum linguâ, à noſtrâ planè diversâ, quæſtio agitatur.

Si apud Nos quædam hodiè vocabula Græca occurrant, illa à veteribus Gallis arceſſere neceſſe non eſt; faciléque auguror Argonautas noſtros Gallicos illa ſecum ex Oriente duxiſſe, quum in Græciâ Cypro & Syriâ, ubi in multis locis Græcus ſermo familiaris erat, imperabant. Frequens enim tunc temporis Gallos inter & Græcos erat commercium, unde fit etiamnum ut in hodierno ſermone Græco multi Gallieiſmi extent. Exempla ſunto hæc recentioris ſermonis Græci vocabula.

Grçcè.	Gallicè.	Latinè.
Φαλιάζειν,	*Faillir*,	Falli.
Φύλλειν,	*Fouller*,	Calcare.
Καπιτανεύειν	*Eſtre Capitaine*	Capitaneum eſſe.
Ῥόκζα	*Roche*,	Rupes.
Κύρβη	*Crouppe*,	Equi vel montis tergum.
Ῥοντίλλε	*Rondelle*,	Clypeus.
Φιρδιλῆεις	*Fleur de Lys*,	Liliorum flos.
Λάκες	*Laquais*,	Pediſſequus.
Γύβεττον	*Gibet*,	Patibulum.
Μαρτζάδες	*Marchands*,	Mercatores.
Καπουτζίον	*Capuchon*,	Capitium.
Καστελλανίκιον	*Chaſtellenie*	Caſtellania.
Βυττᾶν	*Botter*	Ocreare.
Πρόγγη	*Proche.*	Prope.
Τρέβα vel Τρεύα	*Treves*	Induciæ.
Ῥέντες	*Rentes*	Reditus annuus.
Τορνίσιον	*Tournois*,	Ludicrum certamen.
Ὁμάτζια	*Hommages*	Homagia.
Ναντίζειν	*Nantir*	Occupare.
Κουρελλάρειν	*Quereller*	Queri, quiritari.
Τζόση	*Choſe*	Res, cauſa.
Τζόργη	*Charge*	Invaſio.
Κόλκα	*Couche*	Cubile.
Περτζανὴ	*Pertuiſane*	Haſta velitaris.
Φρέριος	*Frere*	Frater.
Βαριτίζες	*Pages*	Pueruli.
Τζάμβρα	*Chambre*	Camera.
Ταφατὰ	*Taffetas*	Bombycina.
Καρέκιον	*Caroſſe*	Carruca.
Γαρτζόνιος	*Garçon*	Puer.
Κομπανία	*Compagnie*	Cœtus.
Κομουνία	*Des Communes*	Communitas.
Μαρκίον	*Marché.*	Mercatus.
Βουλγίδιον.	*Bougette*	Exigua bulga.

Multa iſtis ſimilia occurrunt. Fieri ergo poteſt, ut eùm hi recentiores Græci vocabula quędam noſtra acceperint, nos quoque quædam ab iis mutuaverimus; adeo ut non opus ſit, tot vocabulorum in linguâ noſtrâ Græcorum originem ulterius petere.

Prætereà, ſi ad Grammaticam veniendum ſit, pleraſque, quas proſert, dictiones ex Græco ſermone oriundas eſſe, non concedemus; multæ enim eò quoad ſonum, potiùs quàm quoad ſenſum, referuntur, Græcéque aliud quàm Gallice ſignificant. Exempli gratiâ, ἄγριος, *ruſticum*, non *acre*, *aigre*, ut contendit, ſignificabat; ἀμβλεύειν, *obtuſum efficere*, non *volutario gradu incedere*, *ambler*; ἄρεστον, *id quod arridet*, non decretum aut *Senatus-conſultum*, *arreſt*; ἀτύζειν, *turbare*, non *igni titiones admovere*, *attiſer*; Βαττόλογος *verboſus*, non *hiſtrio*, *Batteleur*; Γέῤῥον *bellum*, nec *arma* in genere ſignificat, ſed Perſico more clypeum ex vimineis cratibus confectum. Sic δεῖπνον non *prandere*, *diſner*, ſed apud omnes Auctores *cœnare* denotat; θύειν non *occidere*, non *tuer*, ſed ſacrificare; πέκειν *pungere*, *picquer*, ſed *pectere*; ῥαίειν, *non Gallicè*, *raier*, ſed *diſtrahere*; παραλαλεῖν non in genere *parler*, *loqui*, ſed *imprudenter loqui*; χάρμη, non *eſcarmouche*, *velitatio*, ſed *internecinum prælium*, vel potiùs *alacritas & fortitudo militum pugnam ineuntium*; ἐμβράζειν verò *embraſer*, *accendere*, non eſt in uſu, ſed ἀναβράζειν, quod *fervefacere*.

Facile quoque aliunde hæc vocabula deduci poſſunt: nam dictio *aigre* à Latino *acer* oritur; ut *maigre* à *macer*; *alaigre* ab *alacer*; *ambler* ab *ambulare*, quia qui volutario gradu equitat æque molli gradu incedit, quàm qui pedibus ambulat, *arreſter*, *cohibere*, *detinere*, eſt aliquid firmum & immotum efficere, à primitivo *ſtare*, unde itidem dictiones *ſtatus*, & *ſtatutum* oriuntur. Iſtis dictionibus pręfixæ ſunt particulę *ar*, & *re*, quæ vocabulorum noſtrorum compoſitioni inſerviunt. *Baſteleur*, hiſtrio, eſt Italica vox *Bagatelero*: quæ ex dictione *Bagatelle*, *res frivola*, deducitur. *Guerre* bellum eſt *Ger* vetus Saxonica dictio, quâ etiamnum hodie Angli utuntur, ut & veteres Galli, qui inde *Germanos*, *Gensdarmes*, *Gens de guerre*, milites dixerunt primos, qui Rhenum trajecerunt. Id teſtatur Tacitus; *Germania vocabulum recens, & nuper auditum, quoniam qui primi Rhenum tranſgreſſi Gallos expulerunt, ac nunc Tungri, tunc Germani vocati ſunt. Diſner*, prandere, apud Italos eſt *deſinare* pro *deſinere*, cibus enim ille ſumitur, præſertim in Italia, unde à nobis deſumpta iſta vox eſt, quum ab opere matutino ceſſatur: & quia cibus hic ab operariis, tunc quum alii quieſcebant, ſumebatur. Inde fit ut utraque res, & cibus meridianus & quies, eàdem dictione deſignetur; ut & Latine *meridiare* ambo ſignificat, nempe *cibum ſumere, & tempore meridiano quieſcere. Picquer Pungere* venit ex Germano *Picken*. *Becquer* Hiſpani dicunt *Picar*; eorumque, ut & minorum Britonum linguâ *Pic* ſignificat *Bec* roſtrum. *Rayer* eſt à *Radere*. *Parler*, loqui, & *Parole*, loquela, ut Hiſpanice *Palabra*, deducitur à *Parabola*, quam Scriptores Eccleſiaſtici aliquando pro *ſermone* in genere accipiunt, ut Maldonatus in Matthæum obſervavit. Vocabulum *Eſcarmouche*, proluſio, ad cujuſque linguam deflexum per totam ſere Europam in uſu eſt; oritur à Germano *Schirmen*, hoc eſt, *eſcrimer*, digladiari: Itali *Schermir* efferunt. Sic *Bavard* inſulſus, blatero, oritur a *Bave*, quę ex ore effluens pituita, non a βαύβαξ, ut voluit Author noſter: *nettoyer*, mundare, eſt a *net* nitidus, non verò a νίπτειν. *Heureux* fœlix venit ab *hora*, non ab ὥρος; quia, ſecundum Aſtrologos, omnes fœlicitates a nativitatis momento pendent, quod Latine *hora* dicitur. Manilius; *Cali naſcentis ab hora ſidere, quem memorant Horoſcopon. Brouter* carpere videtur quidem eſſe Græcum, ſed ſecundùm me potiùs a βρύττω, quam ex βρύκω deducitur: Heſychius, βρύττειν, ἐσθίειν, δακνῶν καταπίνειν exponit, hoc eſt, *mordere*, *devorare*, quod optime ſignificationi Gallieę *brouter* congruit. Hæc quoad voces, quas ex Græco ſermone deducit, quarum ſic cenſitarum numerus valde imminutus eſt.

Germanica Lingua mihi ſatis non cognita eſt, ut facile dijudicarę queam de vocibus, quas inde capite ſequente & aliis deducit. Non tamen arbi- *Ad Cap. IX. Annot.*

tror eum poſſe vocem noſtram *Berger* Paſtorem ex Germano Berg, monte, ducere; cum facile ſit demonſtrare *Berger* Paſtorem, *Bercail* ovile, *Brebis* ovem, tres eſſe ejuſdem originis dictiones: nam pro *verveces* recentiores Latini dixerunt *Berbices*, indéque *Berbicale*, *Berbicarius*, *Berbigarius*, & contractè *Bercale*, *Bercarius*, *Bergerius*. Tit. 49. Lege Alleman. *Si quis gregem de porcis aut de vaccis vel de berbicibus in pignus tulerit; & 3. & quod de Berbicario aut Vaccario ſit*, *&c.* Et in placitis Edwardi tertii, *pro Vaccariis & Bergariis oppidum extruxit.*

Nec pariter poſſum cum illo dubitare, num dictio *Marquis* Marchio oriatur à *Marck* equo; quandoquidem ipſe agnoſcat *Marche* limitem ſignificare; indéque Regionum confinium Præſides dictos fuiſſe *Marchiones*; una enim eademque vox à duabus ita diſcriminatis originibus derivari nequit. Neſcio quoque, cur noluerit *Poix* picem deducere à Voce Pix, ut *Croix* à Cruce, *Noix* à Nuce, & *Voix* à Voce; ut neceſſe non ſit ſcribere *de la poüe* ut oriatur, ſicut putat, à *Paduâ*. Itidem me fugit, quare *loyal* hauſerit à *Leud* potiùs quàm à *Legalis*, ut *Royal* à Regalis: nec quare ex dictione *vaſſal* Cliens, vocem *vaſlet* ſervum, puerum, deducat, quam veteres Scriptores *Varlet* ſcripſerunt ut contractam à Varolet & diminutivam à *Varo*, vel *Baro*, qui olim mercenarium ſignificabat. Iſidorus, *Mercenarii ſunt accepta mercede iidem & Varones.*

Ut hoc eodem Capite oſtendat, quanta ſit Germanicum inter & veterem Gallicum ſermonem convenientia, infinita ferè pro Germanicis nobis obtrudit vocabula, quæ ne Germani ipſi reſpuant, valde metuo. *Germani*, inquit, *exercitus imperatorem Vergobretum, & currum Rhedam etiamnum hodiè vocant.* Neutrum, donec mihi validiſſime probatum fuerit, credam. Saltem hoc ſcio, Lipſium origine Germanum, & inter Germanos doctiſſimum, non ita fuiſſe laboraturum in enucleanda voce *Radwagon*, quæ in vetuſtiſſimo Pſalterio Germanico ante 700. annos compoſito pro *plauſtro* occurrit, ſi *Rheda* fuiſſet vox Germanica: Cluveriumque, qui probare nititur veteres Gallos Dialecto Germanicâ locutos, neutrum omiſſurum fuiſſe. Equidem de Gallo *Rheda* loquitur, ait ut originem illius, non uſum inter Germanos quærat.

Quod ſequitur apud Authorem noſtrum, Germanos equum *marck*, equiteſque *Marckomannos* etiam tum vocare, non minùs incertum. Contrarium affirmat in ſuis ad Caroli Magni Conſtitutiones notis Amerbachius, vocem nempe *marck* pro equo nullibi, etſi pro equa in Germania aliquoties, uſurpari. Ad Marckomannos quod attinet, populi fuerunt Bohemiæ, de quibus Ptolemæus & Strabo, non, ut ait Author, equites.

Quod addit *Mar* vel *Meir*, civitatis præfectum, & *Rix* Regem veteri Gallico idiomate ſignificare, nullibi invenitur. Hoc tamen ſuppoſito audaciùs paulò Senecæ locum aliquem corrigit, qui, ut ait, ipſi debet quod intelligatur.

Plurimùm quoque dubito, num *hard* veteri Germanicâ Linguâ vel Gallicâ *audacem* & *robuſtum* ſignificaverit; indéque deducatur *Bernard* fortis ut urſus, & *Leonard* vis populi, voce compoſitâ ex Græco λεὼς & Gallo *hard*; quæ compoſitionis ratio eadem, quæ Cœnomanni, quam vocem, ut vidimus, per *hominem novum* exponit, quaſi ex Græco καινὸς & Germano Man conflaretur. Has expoſitiones æque parum certas putem, ac iſtas Legendæ, quæ Bernardum *puteum nardi* interpretatur, ex Hebræo באר & נרד, itemque Leonardum *bonum odorem populi*, ex Græco λεὼς & *Nardus*; vel *legentem ardua.* Quidquid ſit, nullus mihi vitio vertet, ſi in horum nominum expoſitione, plus Camdeno credam, qui quotquot extant veterum Saxonum monumenta perſcrutatus erat. Is autem Capite ſexto de veterum Saxonum Regum nominibus diſſerens, ait *Ard* in compoſitione, *naturam* vel *naturalem* ſignificare. Quo poſito *Godard* Naturam Divinam, *Reinard* ſinceram indolem, *Giffard* naturâ liberalem, *Bernard* filialem indolem, exponit. Verùm *Ric*, fortem & potentem ibidem vertit; hinc *Alaric*, omnipotentem; *Athalaric*, nobilem potentem, & *Chilperic* potens auxilium, explicat. Hæc expoſitio verſibus Fortunati veteris Poëtæ Galli confirmatur, qui ſic ante 1000. vel 1100. annos Chilpericum alloquitur;

Chilperice potens, ſi interpres barbarus adſit,
Adjutor fortis, hoc quoque nomen habes.

Sic in *Trium ſtrennorum Fabula Romanica*, (Roman des troix preux,) librorum omnium Britannica lingua conſcriptorum vetuſtiſſima, Carataucus Britonum Rex, qui imperante Claudio florebat, appellatur *Caradauch rich fras*, Carataucus brachio forti. Ex hiſce aliqua lux affulget nominibus Gallicis, *Dumnorix*, *Orgetorix*, *Cingetorix*, quod multùm ad Germanum *Guntherich* accedit.

A vocabulis cùm Germanis tum Gallis communibus Author noſter tranſit ad ea, quæ Gallis peculiaria arbitratus eſt; incipitque à *Batuere*, voce quidem Latina, ex qua Gallicum *battre* oritur: ſed nuſquam dictionem illam fuiſſe Celticam me legiſſe memini. Quem laudat ex Suetonio locum id non aſſerit, neque, quod ſciam, ullus Author. Sequuntur *Benna*, *Bennean*, & *Bulga*, Gallice *Bougette*, & *Carrum* Gall. un *Char*, quæ reverà Gallica ſunt, ſed Gallis ea fuiſſe peculiaria, nollem aſſerere; ſiquidem & utantur Germani. Cluverius *Germ. lib.* 1. *cap.* 8. *Hodièque apud Germanos genus carri, id eſt, vehiculi duarum rotarum, dicitur benne*; Item, *Etiam hodiè Germani ſaccos ſcorteos vocant Bulgen:* Item, *Carruca dicitur etiam nunc omnibus Germanis Karren, ſive Karré.* Idem dici poteſt de voce *Marge*, margo, quam Gallis propriam fuiſſe contendit. Camdenus enim, Cluverius, & Paſquerius in *Diſquiſitionibus Gallicanis lib.* 8. *cap.* 2. adhuc in uſu eſſe hanc vocem in Anglia & Germania aſſerunt. Vox *Patu*, vel *Pataut*, hoc eſt, pedatus, quam *ruſticum* interpretatur, noſtro idiomate ſimile nihil denotat: ſed Patu, vel Pataut, vocamus omne animal craſſis pedibus præditum. Nullus etiam veterum Gallorum propriam fuiſſe vocem aſſerit. Quos duos laudat Auctores, hi contrà utuntur eo vocabulo tanquam Græco, *divitem*, vel *divitias* ſignificante. En verba Queroli; *Si dives fueris, patus appellaberis, ſic noſtra loquitur Græcia:* Et apud Nicetam, ubi vetus ſermo Græcus habet παῦτος, *Libro de vita Alexii Duca*, vertitur id hodierno Græco πάτος. His obſervatis, ſuperſunt tantùm in ejus Catalogo duo vocabula Gallis peculiaria, *Alodium* vel *Alaudum* nempe, & *Padua.* Quorum prius ipſe alio loco ex *Loeud* voce mere Germanica deducit. Sic ruit quod probare inſtituerat, ſermonem nempe Gallicum alium eſſe à Germanico: nam unica hæc vox *Padua* linguam unam aliquam conſtituere nequit. *Una hirundo non facit ver.*

Haud fœlicius ſtatim ab initio Capitis hanc validiſſimam eorum, qui Gallos olim Germanice locutos fuiſſe contendunt, objectionem repellit. Hæc objectio ex Divo Hieronymo petitur aſſerente, Aſiæ Galatas eodem fere ſermone cum Treviris, Germanis, non verò Gallis, fuiſſe locutos. Nam unice contrà reſpondet Treviros Gallos fuiſſe, taleſque ab Hieronymo fuiſſe habitos.

Quod

Quod nullibi apud Hieronymum occurrit; quippe qui ſolùm aiat, Galatas linguâ ſibi propriâ uti, *eadem penè qua Treviros*, ſilens omnino, num Germani, an Galli extiterint. Et reverâ Divus Hieronymus, qui diu Auguſtam Trevirorum incoluerat, de eorum origine meliùs erat inſtitutus, quàm ut illos Gallis ſnnumeraret: in quo Tacitum mendacii arguiſſet, qui de Treviris ſic aiat, *Treviri & Nervii circa affectationem Germanicæ originis ultrò ambitioſi ſunt.* Hæc igitur objectio falsâ illâ negatione non potuit dilui. Sed quemadmodum Francis è Germania Galliam ingreſſis brevi lingua noſtra cognita fuit; ſic Treviris Rhenum tranſgreſſis paulatim Gallorum, inter quos habitabant, & ſermo & mores potuere fieri familiares. Et certè per otium facillimè potuere tempore Divi Hieronymi, qui plusquam 400. annis poſt Cæſarem, florebat: nam ejus tempore Treviri cum Gallis, idem corpus, eandemque Rempublicam conſtituebant.

Ad Caput decimum pergo, in quo Britones Vaſconum linguâ uſos fuiſſe contendit. Id verò ex Bodino probat, qui ſibi finxit Vaſcones visâ eminùs Angliâ in has ſuæ linguæ voces erupiſſe, *Bret Bret*, hoc eſt, *Terra Terra*, indéque ortum Angliæ *Britanniæ* nomen. Allucinatio certè abſurda, tantóque Viro indigna. Nulli enim ſingulari cuiquam regioni ſingulare *Terra* nomen tribuitur, fruſtraque id nominis privatæ regioni imponeres; quo ab aliis regionibus non ſecerneretur. Hęc præterea ſententia nullo nititur fundamento, quippe ex nulla Hiſtoria evincitur, Vaſcones unquam in Angliam penetrâſſe. Infirmis tantummodo rationibus conjicit Tacitus, Siluros olim, Auſtralem Walliæ Provinciæ incolentes, ex Hiſpania veniſſe. Verùm (quod eſt hac in re præcipuum) tantùm abeſt, ut Britonum ſermo a Vaſconibus ortus ſit, ut contrà nulla ſint in toto Orbe diſſita adeo idiomata. Eo tamen fundamento ſulcit Auctor noſter placitum, quod probatione ſingulati egetet; *Britonum*, nempe, *& Gallorum linguas, eaſdem non fuiſſe.* Et quia ſorſan ſibi objici poſſe præſentit, tantam olim inter Gallos Druidas & Britones fuiſſe familiaritatem, ut idem utrorumque ſermo inde facilè conjiciatur; audias, quæſo, quomodo hunc Cæſaris locum *l.* 6. interpretetur; *Diſciplina Druidum in Britannia reperta, atque inde in Galliam tranſlata eſſe exiſtimatur: & nunc qui diligentiùs eam rem cognoſcere volunt, plerumque illuc diſcendi causâ proficiſcuntur:* quibus ſcilicet aſſeritur, Gallorum Druidas vulgò Angliam petiiſſe, ut accuratius aliquid ab Anglorum Druidis addiſcerent. Vult nempe Britanniam, non Angliam, (ut ubique apud omnes iſtius temporis ſcriptores fit) ſed minorem Britanniam, tunc Aremoricæ in Gallia Provinciæ partem ſignificare. Nec vidit ſe hac expoſitione graviſſima duo incommoda incurrere: Quorum prius hoc eſt; cùm hæc minor Britannia ſit Galliæ pars, aſſerere Druidum diſciplinam ex Britannia in Galliam tranſlatam fuiſſe, idem eſt ac ſi dicerem, quemdam Cadomo profectum fuiſſe ut in Normaniam tenderet. Poſterius eſt, quod velit Armoricam, tempore Cæſaris, *Britanniæ* nomen habuiſſe, quod tamen poſt quingentos duntaxat annos ſortita eſt, quum nempe metu Saxonum Britones ex Anglia egreſſi in Armoricam pervenerunt. Hoc Anachoreta Brito, Geſtorum Artuſii ante 720. annos ſcriptor, nos docet. Idem & accipimus ab alio Britone, qui eodem circiter tempore Wingalophi vitam deſcripſit; *Genus*, inquit, *Britonum, trajecto mari Britannico, in hanc regionem appulit, quo tempore Barbara Saxonum gens eorum regionem occupavit.* Iis præiverat Sapiens Gildas, qui paulò poſt hanc invaſionem inter Britones in Anglia eminebat. His enim ipſiſſimis verbis de modo, quo à Saxonibus excepti ſunt, loquitur; Alii in montibus ex improviſo jugulabantur, alii ſenſim fame pereuntes ſeſe hoſtibus, illis ad vitam mancipia dedebant, alii trans mare Armoricam, vel Minorem Britanniam petebant, magnis ululatibus clamantes, *Tu nos inter gentes ſparſiſti*, Pſalm. 44: 12.

Indéque fit, ut ante hanc temporis periodum, Scriptorum nullus de Britonibus in Armorica loquatur, cum eorum poſtea crebra occurrant veſtigia. Anno CCCCLXI. in primo Turonenſi Concilio Manſuetus Britonum Epiſcopus ſtatim poſt Rhedonenſem Epiſcopum ſubſcribit. In ſecundo poſt ſex annos habito, quia forſan Britones Epiſcopi à Turonenſi, cui ſubjacebat Armorica, pendere, nec ab eo vocationem accipere nolebant, nono Canone interdictum eſt, *ne ullus in Armorica Brito aut Romanus Epiſcopus* (diceremus hodie Anglum vel Gallum) *non aſſentiente Metropolitano, admittatur.*

Hoc ſeculo proximéque ſequenti Jornandes & Gregorius Turonenſis frequentiſſimè de iſtis Britonibus verba faciunt, Sidoniuſque ad eorum Regem Riothamum ſcripſit epiſtolam. Hoc expreſſè adverſus Paſquierium obſervo, qui in dubium vocare videtur, num Britones iſti ingreſſi in Galliam ſint. Verum etiamſi hac de re Hiſtoria ſileret, lingua tamen, quæ etiamnum ibi eſt in uſu, id evidentiſſimè demonſtrat. Hoc argumento Paſquierius nititur, Britanniam nempe noſtram ſic ſemper dictam fuiſſe, Pliniumque de ipſa ſic olim fuiſſe locutum: verum in eo deceptus fuit, quòd revera *Britanni*, de quibus Plinius, intimam Picardiam, Bononiam inter & Ambianum, incoluerint. Solus præterea de iſtis Britonibus vel Britannis locutus eſt, & in pleriſque exemplaribus legitur *Brianni* pro *Britanni*. Utrumque vocabulum ſuſpectum habeo, quia nullum, nec in Strabone, nec in Ptolemęo, nec etiam in Julio Cæſare, cujus tamen præcipuæ in Gallia Belgica fuerunt expeditiones, Gentis nomen, quod ad hæc accedat, mihi occurrit. Ex hoc ſpecimine vides, me, ſi ulterius in iſtius Libri examine progredi animus eſſet, longiſſimè excurſurum; ferè enim alium jam compoſui librum, necdum tamen ea capita, quæ ſunt veluti prioris partis Prolegomena, prætergreſſus ſum. Patieris, quæſo, Vir illuſtriſſime, retrocedam, ubi ſemel quæſtioni tuę de veteri Gallorum ſermone, ſatisfacere conatus ſuero; cùm ab Authoris noſtri opinione diſcedam.

De Veteri Gallorum Idiomate

AD

ANTON. GOSSELINI

ea de re Librum.

NUm veteres Galli unâ eâdemque linguâ uſi ſint dubitari poteſt: nam preterquam quòd Maſſilienſes *Trilingues* à Varrone dicantur, quòd non modò privatâ linguâ, ſed Latinâ & Græcâ loquerentur; Cæſar Marcellinuſque ſcribunt, tres Galliarum populos, Belgas, Celtas, & Aquitanos, ſermone inter ſe diſſonâſſe. Quod pręcipuè de Aquitanis Strabo confirmat, quum dicit illos, *magis quàm alios Gallos, & ſermone, & vultu ad Hiſpanos acceſſiſſe.* Quod & innuit Divus Hieronymus dum aſſerit, *Treviris aliquid ſingulare fuiſſe, Galataſque in Aſia ferè Trevirorum idiomate fuiſſe locutos.* Quod mirum videri non debet; cùm Treviri origine Germani eſſent, hincque adeo Gallorum ſermoni nativo ægrè aſſueſcere potuerint.

Idem judicium eſto de magna parte Belgarum, qui Germanis immixti, ex eorum familiaritate ſermonem ſuum depravare potuerunt, ut & Aquitani ſuum ex Hiſpanorum vicinia. Itaque Celtarum mediam regionem incolentium, atque inter Gallos principum, & unde cæteri fuerunt ab illis appellati, ſermo purior eſt cenſendus.

Tamen cùm Galli omnes unam eandemque Rempublicam conſtituerent, ſuáque comitia ſingulis annis haberent, ad quæ ex tota Gallia abſque interpretibus, uti ſaltem ſilentio ſuo indicant Hiſtoriæ, concurrerent, varias illas linguas, quibus ab antiquis uſi dicuntur, exiſtimo fuiſſe varias ejuſdem Linguæ dialectos, ut etiamnum ſunt Vaſconum & Normannorum idiomata, neque tantam fuiſſe varietatem, quin familiariter converſari poſſent. Ab iſta ſententia non procul abeſt Strabo, quum ipſiſſimis verbis de Belgis & Celtis ſcribit, illos etiamſi omninò non fuerint *ὁμόγλωττοι ejuſdem linguæ*, fuiſſe tamen *μικρὸν παραλλάττοντας ταῖς γλώτταις, linguâ parum diverſos.* Quæritur autem quinam fuerit peculiaris ille ſermo, qui lapſu temporis evanuit. Quidam illum apud Gentes, tunc temporis Gallorum finitimas, quidam apud Græcos Maſſilienſes, quidam apud Germanos, quidam denique apud Britones in Anglia, inveſtigant.

Prima, quam ſequitur Author noſter, ſententia aliquid commodi præ ſe fert; ejus quippe fautores ab omni difficultate ſeſe facillimè expediunt. Dum enim nihil approbant, quæſtionem per quæſtionem ipſam ſolvunt, quærentibuſque, quinam fuerit priſcus noſter ſermo, reſpondent ſermonem illum prorſus interiiſſe, hodiéque ignorari. Verùm ex illa reſponſione nihilo ſum doctior, neque plus mihi ſatisfactum fuit, quàm ſi cui amiſſam crumenam quæritanti reſpondeatur, illam in abyſſum, unde nequeat ullatenus hauriri, demerſam eſſe. Hanc tamen ſententiam, niſi in aliis veriſimilius aliquid nobis occurrat, amplecti conabimur. Hoc autem ex examine patebit.

Ut ab illis ordiamur, qui Gallicum ſermonem vel Græcum fuiſſe, vel proximè ad Græcum acceſſiſſe arbitrantur, jure illos explodit Auctor noſter, ejuſque rationem ſolidam profert; nempe Cæſarem, ad Quintum Ciceronem, ſuum in Nerviis, hodiè *Tornacenſibus*, Legatum Græcè ſcripſiſſe, ne epiſtolæ à Gallis interceptæ intelligerentur. Sed quia, hos Nervios origine Germanos fuiſſe, reſponderi poteſt, neque inde ſequi, etſi Græcè non loquerentur, idem de Gallis fuiſſe ſtatuendum, duos ex idoneis Auctoribus profert locos, qui disertè Græcum à Gallico ſermonem diſtinguunt. Priorem ex Varrone, Maſſilienſes tribus idiomatibus, Græcè nempe, Latinè, & Gallicè, fuiſſe locutos. Poſteriorem ex Divo Hieronymo affert, Galatas, præter Græcum ſermonem, alio quoque privato, eodem ferè cum Trevirenſibus, uſos fuiſſe. Illud autem idioma, aliundè quàm à Gallis, hauſiſſe non potuerant. In Gallis igitur alius quàm Grçcus ſermo. Revera Cæſar Græci ſermonis peritiſſimus Divitiacum Æduum per interpretem tantùm alloquitur. Id etiam quod Strabo notavit, plurimos Gallos, ad imitationem Maſſilienſium, Græco ſermoni ſtuduiſſe, abundè hunc ſermonem ipſis nativum non fuiſſe demonſtrat. Quòd ſi à Druidis intelligeretur, variiſque in Galliæ locis, ut à nobis probatum fuit, contractus eo ſermone conſcriberentur, inde non ſequitur fuiſſe vernaculum, ſiquidem in multis Chriſtianiſmi regionibus eundem uſum habeat Lingua Latina, quæ tamen in illis minimè vernacula.

Adverſus illos, qui Gallos Germanicè fuiſſe locutos affirmant, duos itidem, quibus nihil reſponderi poteſt, locos profert; alterum ex Tacito, qui Gothinos, quamvis interiorem Germaniam incolentes, Germanos non fuiſſe probat, quòd Gallicè loquerentur; alterum ex Cæſare, qui quum Arioviſtum gente Germanum dicit continuo 14. annorum uſu Gallicum ſermonem didiciſſe, probat hunc non fuiſſe ipſi congenitum. Sed & tertium non minùs validum ex Suetonio laudare poterat; *Caligula*, inquit, *Gallos aliquos ſermonem Germanicum addiſcere, & nomina Barbarica efferre coegit*; ut nempe illos pro Germanis in triumpho de commentitiâ contra Germaniam victoriâ duceret.

Hactenus igitur Author noſter validiſſimè Gallos, nec Græcè, nec Germanicè locutos fuiſſe probavit. Verùm, quum eorum ſermonem Brittannicum non fuiſſe ipſi demonſtrandum eſt, quid ſimile profert? An quiſpiam ex Veteribus Gallicum ſermonem à Brittannico, ut à Græco & Germanico, idiomate diſtinguit? Hoc nondum oſtendit, tantúmque ad hoc Bodini ſomnio nititur, qui ex alluſione vocis Vaſconicæ *bret* Vaſconicè Brittones locutos fuiſſe contendit. Quod, quam abſurdum ſit, ſuperiùs à me demonſtratum eſt.

Hâc igitur ſententiâ, tanquam frigidâ & minùs probabili, repudiatâ, Beathi Rhenani, Geſneri, Hottomanni, Camdeni, Breverodi, doctiſſimorumque aliorum virorum ſententiam amplector, qui veteres Gallos idiomate priſcorum Angliam incolentium Brittonum ſermoni valdè affini uſos fuiſſe arbitrantur. Hæc Taciti, Brittones cum Gallis veteribus conferentis, ipſiſſimo dicto nituntur, *Sermo eorum haud multum diverſus*, inquit. Jam autem optimè illos noverat Tacitus, utpote qui in Gallia Belgica, hoc eſt, in Galliarum parte Angliæ propiori, cui tunc Julius Agricola ejus ſocer, cujus deſcripſit vitam, præerat, diu Imperatoris Procurator fuerit. Unde fit ut ex uno Tacito plura veterum Anglorum monumenta, quàm ex omnibus ad Gildam & Bedam uſque Scriptoribus habeamus.

Verùm, ut ut conſtet hæc ſententia, ut tamen ulteriùs confirmetur, obſervandum quoties ex una regione in aliam Gentes quædam feruntur, eas ſuum ſoeum ſermonem deferre. Conſtat autem ex Galliis in Angliam multas Colonias migrâſſe; quin imò fieri poteſt, ut primi Angliæ incolæ ex Galliis orti ſint. Hoc verò ex hiſce colligimus. 1. Ex viciniâ, veriſimile enim admodum inſulas quaſque à propioribus gentibus fuiſſe occupatas; ſeptem autem tantummodo milliaribus Dubris & Caletum diſtant, & intra centum & quinquaginta milliaria vicina adeo ſunt utriuſque regni littora, ut parum ab his deflectas, quin in illa incurras.

Quin imò ſunt quidam, qui olim Galliæ Angliam iſthmo ad Bononiam contiguam fuiſſe autumant, qui vel terræ motu, vel vi maris, (uti quondam iſthmus, quo Italiæ Sicilia adhærebat, Græciæ Nigropontus, Hiſpaniæ Barbaria,) abruptus fuit. Hoc vel exinde probatur, quòd in freto Caletenſi littorum oppoſitorum tanquam alias cohærentium ſolum ejuſdem coloris ſit ejuſdemque conditionis. Adde quod interjacens mare tribus vel quatuor orgyis tantùm, nunquam verò plus quàm quindecim aut viginti altum ſit, cùm utrinque extra fretum ſit immenſè profundum. Ejus fundus inſuper terrenus eſt, non, ut in alio mari, arenoſus. Uno verbo *Withzan* pagus juxta Caletum, qui olim *Iccius portus* dicebatur, à voce *Wit*, vel *With*, quæ Brittonicè *diſſitum*, vel *ſeparationem* ſignificat, nomen ſumpſiſſe videtur, uti apud Hebrços בדל *Litera diverſus*. Hoc igitur nomen *Withzan* factam olim duarum iſtarum regionum ſepara-

ſeparationem etiamnum ſignificabat, ut & *Rhegium* in Italia oppidum ita dictum; quod Italiam inter & Siciliam juxta locum, in quo conditum fuit, terræ Oceano fuerint interruptę: unde ſecundum Servium Virgilius dixerit, *Diviſos orbe Britannos*; Britannos ab orbe diviſos fuiſſe, quia olim, inquit, *Anglia juncta erat continenti.*

Quidquid ſit, cùm Galli mirum in modum fęcundi eſſent, coloniaſque in omnes finitimos, in Germaniam, Italiam, & Hiſpaniam, deduxerint; cum ſeſe in Sclavoniam, Hungariam, Thraciam, intimamque Aſiam Minorem, diffuderint, credi vix poteſt, illos Angliam & proximam, & optimam regionem neglexiſſe. Verum omiſſis iſtis conjecturis, adſunt eorum in ea inſula babitationis argumenta longè certiora.

Veteres legantur Geographi, inter Anglos occurrunt, non ſecus quàm inter Gallos, *Belgæ*, *Pariſii*, *Cœnomanenſes*, *Pictones* & *Atrebatii*; Inter oppida *Vinconia*, *Segodunum*, *Vernometum*, *Lactodurum*, *Condate*, *Brigantinum*, *Noviomagus*, *Cæſaromagus*, omnia oppida Gallica. Deprehenduntur ibidem *Andates* proximè ad *Andes*; *Bibroci* ad *Bibracte*; *Eboraci* ad *Eburovices*, & *Eburones*; *Glanibanta* ad *Glanum*; *Lemani* ad *Lemanum*; *Segontium* ad *Seguſios*, *Venodotia* ad *Venetum*, *Uxella*, ad *Uxellum*, vel *Uxellodunum* accedentia; quę omnia oppidorum Anglicorum nomina ex Gallicis oppidis, uti videtur, deducta. Uno verbo, Anglicorum oppidorum nomina ad formam noſtrorum compoſita eſſe videntur ex *Dunum*, *Durum*, *Ritum*, *Magus*, *Briva*, &c. Singula iſta nomina ſcorſim accepta, minus quidem ponderis haberent; verum tot populorum, & oppidorum nomina Gallis & Britannis communia caſu & fortuito non potuere rebus imponi.

Quòd ſi Galli, ut ex Joſepho arbitratur Author noſter, ex *Gomero* oriundi, indéque Gomeritæ dicti ſint, non amplius quærendum, cur ſe etiamnum hodiè Brittones *Kumerios*, ſuumque idioma *Kumerack*, appellent.

Verum hoc in primis notandum; Veteres aliquando ſub Celtarum nomine Brittones intellexiſſe. Mela in Celticis; *Aliquot inſulæ ſunt, quas, quia plumbo abundant, uno nomine omnes Caſſiteridas appellant: plumbo*, id eſt, *ſtanno.* Ex iſtis autem inſulis præcipua eſt Anglia, cujus ſtannum ubique celebratiſſimum eſt. Sic Ariſtoteles de ſtanno Anglico verba faciens, illud Celticum vocat, τ̃ κασσίτερον τ̃ Κελτικὸν, *Libro de Mirabilibus.* Magnus item Etymologus Brittones à *Celtis* deducit, Βριτανοὶ ἔθνος ἀπὸ τ̃ Κελτῶν. Eſt igitur vetuſtiſſima ſententia, Brittones à Celtis vel Gallis oriundos eſſe, etiamſi Tacitus Gallos iſtam regionem, ut finitimam, occupâſſe timidiuſculè aſſerat.

Nec omittendum magnam inter ambas iſtas Gentes morum ſimilitudinem obſervatam ſemper fuiſſe. Utráque gens braccata & comata erat, annulóſque in medio digito geſtabat. Curris & armis paribus bellnm petebant, eodem modo ædificia conſtruebant, eâdem ferè diſciplinâ politicâ regebantur, unique Regi parebant; ſic Cęſaris tempore Galliæ parti & Angliæ imperabat Divitiacus. Ad ingenium quod ſpectat, Antiqnitas utroſque ut ſimplices & credulos, interea vero ad ſcientias honeſtatem & Eloquentiam aptos, nec non in bello fortes iodncit.

In Religione itidem omnia ferè paria. Britanni enim iiſdem, quibus Galli, Diis gaudebant, eadem ſacrificia uſurpabant; utriſque ſui erant Druidæ, exquiſitioris ſcientiæ famâ celebres: unde fit ut Gallorum Druidæ in Angliam, diſciplinæ ſuæ myſteria inde petituri, proficiſcerentur, & vice verſâ Britanni Galliam Jus & Facundiam quæſituri peterent,

Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos.

Ideo priſci Authores raro de Britonibus loquuntur, quin eodem tempore eos, ut gentes ferè ſimiles, cum Gallia conferant. Cæſar, *Qui Cantium regionem incolunt, parum à Gallorum conſuetudine diſſiti ſunt; moribus Gallis ſimiles ſunt, niſi quod ſimpliciores ſint, & magis barbari. Britones Gallis proximi ſunt, ut* & *ipſis ſimiles*; & alibi, *Eadem apud Britones, quæ apud Gallos, ſacrificia uſurpantur, parúmque diverſus ſermo: eadem in periculis adeundis audacia. Britones ex curribus more Gallico armati præliantur: feruntque Gallos & Anglos in medio digito annulum geſtâſſe.*

Tot ergo argumentis adductus duas has Gentes ex eadem radice ortas, eodem ferè ſermone uſas fuiſſe exiſtimo, minimumque quod intererat diſcrimen, à Gallis potius ortum eſſe, qui Anglia civibus frequentata, aliis Gentibus, Hiſpanis videlicet, Græcis, & Germanis admixti, ſermonem ſuum vitiare potuerunt: cum contrà priuſquam Romani in Angliam penetraſſent, Britones, uti ſaltem conſtat, nonniſi cum Gallis familiaritatem coluerint; niſi velimus dicere, id etiam ſuſpicante Tacito, *Siluros* Hiſpanorum, & Caledonios Germanorum colonias fuiſſe. Ulyſſem enim, referente Solino & Scotiam penetraſſe; Amilcarum Carthaginienſem, notante Avieno, Angliam detexiſſe; Alexandrum magnum ibi, aſſerente Cedreno, mille naves condendas curaſſe, &c. fabulam redolent; ſiquidem Anglia à Græcis & Romanis tardiſſimè cognita fuerit. Polybius, qui ducentis paulo minus ante Chriſtum annis florebat, etſi cum Scipione variis in locis fuiſſet diverſatus, de illa nihil uſquam acceperat; *Ex iis*, inquit, *quæ ad Septentrionem Tornam inter & Narbonem intervergunt, nihil planè cognitum eſt. Quicunque de illis loquuntur, tantummodò ſomniant.* Et Dion, & poſt illum Xiphilinus, priſci Gręci & Romani, num in orbe Britannia quædam eſſet ignorabant; imoque illos ſecuti, inſuláne foret an continens, dubitaverunt. Verùm paulo poſt ſub Procuratore Agricolâ, & poſteà imperante Severo, omninò inſulam eſſe patuit. Agricola autem 70. Severus verò 200. poſt Chriſtum annis florebat. Cum igitur Britanniæ notitia ita recens eſſet, fieri facilè non potuit ut Gentes remotiores ante Julium Cæſarem eo uſque excurrere tentarint, ita ut optimè concludere inde poſſimus, nihil obſtitiſſe quominus ejus incolæ priſtinum ſuum ſermonem ſervaverint.

Jam autem hunc ſermonem per Britannicas, vel Gallicas Colonias, longè latéque diffuſum fuiſſe, conſtat.

Sic *Æſtiaos*, hoc eſt, Pruſſos & Livonios, Britannico, Gothinos ad Moraviam Gallico ſermone uſos fuiſſe, teſtatur Tacitus; ſuperiuſque ex Hieronymo audivimus Galatas in Aſia idiomate proximè ad Trevirorum ſermonem accedente locutos fuiſſe. Notat Titus Livius Baſtarnas ad Pontum Euxinum ſitos, eadem lingua, qua Scordiſci in Hungaria, Gallica ſcilicet, loqui, illos enim Gallos omnes eſſe aſſerit. Verùm contrà dicit Tacitus, eorum ſermonem eſſe Germanum; ſed fieri poteſt ut familiari conſuetudine admixti ſint hi ſermones. Quidquid ſit, his exemplis patet, Gentes illas, utpote fœcundiſſimas, ſermonem coloniis ſuis latè propagaſſe, donec per tempus omnium edax non modo in remotiſſimis locis, ſed & in Anglia & Galliis, ex quibus primùm proceſſerat, ſermo ille omnino interierit. Et ad Gallias quod attinet, conſtat eorum Linguam Latinę à Romanis ſecum illuc delatę ceſſiſſe. Nam cùm anteà

Romani præ linguæ ſuæ amore illius tamùm uſum familiaribus amicis conceſſiſſent (adeo ut Cumani hanc conceſſionem inſignem prærogativam duxerint) ſubinde autem ex ea conceſſione dominationem ſuam potentiſſimè firmari advertiſſent, omnibus viribus eam quaquaverſus diffundere conati ſunt. Quo autem modo hoc, tum in Gallus, tum alibi factum ſit, paucis, ſi placet, aperiam.

Primò 29. Colonias in Gallias deduxerunt, variis in locis Scholas, ut Lugduni, Toloſæ, Auguſtoduni, Burdigalæ, Veſuntione, ejus docendæ cauſa erexerunt; Provinciæ à Proconſulibus & Prætoribus regebantur, uti & à variis Legatis: jam autem coram illis non niſi Latinè cauſæ dici poterant. Verùm tum maximè Lingua Latina Noſtratibus neceſſaria, quum Romam jus ſuum perſecuturis proficiſcendum erat. Uno verbo privilegia ſervare, honores aſſequi, ad Reipublicæ Præſides nemo facilè accedere poterat, abſque ſermonis Latini notitiâ. Prætereà cùm Druidæ, cæteroquin non admodum docti, nihil ſcripſerint, inde multi Librorum Latinè conſcriptorum ſtudio flagravere. Huic quoque rei inſervuit Religio, quam ex Italia in Galliam tranſlatam cùm Doctores latinè tractarent, eódemque ſermone divinum cultum peragerent; hinc nova idiomatis hujus diſcendi lex impoſita.

His rationibus jam Latinus ſermo tempore Strabonis in Gallia Narbonnenſi vulgaris erat; *Non amplius*, inquit, *Barbari ſunt, ſed pleríque ſermoni moribuſque Romanis ſubjiciuntur*; hinc quaquaverſus propagatus eſt, ut ex ſcriptis Divi Hilarii, Salviani, Sidonii, potiſſimúmque ex Cæſarii concionibus accipimus, qui poſtremus Latine concionatus non fuiſſet, niſi omnes Latine calluiſſent.

Verùm quantumcúnque adlaborarint Romani, ex natali ſolo Gallicum ſermonem expellere haud potuerunt. Adhuc enim ævo Irenæi, ad Ann. Ch. 174. perſtabat, cùm ſic ajat, *Ne à nobis inter Gallos degentibus, eloquentem, facundúmque ſermonem expectes, utpote qui ut plerumque Barbarum idioma teramus.* Unde & Lampridius ait, mulierem Druidam Alexandrum Severum, per Gallias anno Chriſti 237. tranſeuntem Gallice allocutam fuiſſe. Unde fit, ut in Digeſto lex ejuſdem temporis occurrat, quâ ſtatuitur *Fides commiſſa* quâvis linguâ, Latinâ, Græcâ, Carthaginienſi, Gallica, &c. poſſe conſignari. Ut inferiùs quoque deſcendamus, Gallicus forſan Romę æque ac Latinus vitiatus à Pacato in Theodoſii Panegyrico, ſeculo quarto exeunte, *rudis & incultus Tranſalpini ſermonis horror*, vocatur. Sermonis enim Gallici veſtigia ſeculo etiam quinto apud Sulpitii Severi dialogum extant: ibi Poſtumianus Monachum re & nomine Gallum circiter annum 390. ſic alloquitur, *Si mavis, Celticè vel Galicè loquaris, dummodo apud nos de Divo Martino ſermonem habeas.* Sic 50. vel 60. annis poſteà in Sidonii ad Hedicium Epiſtolâ Arverni Nobiles multùm laudantur, quòd *nuperrimè Celtici ſermonis quiſquilias depoſuerint, Barbarique eſſe deſiverint; Latini facti.*

Quemadmodum igitur Galatæ à finitimis Græcè edocti, & à Majoribus Gallicè, utroque idiomate loquebantur; utque Maſſilienſes Græco & Latino patrium ſermonem Gallicum intermiſcebant: ſic in reliqua Gallia, vel ſaltem majori parte, à Cęſaribus ad quinti ſeculi exitum utrumque in uſu ſermonem fuiſſe exiſtimo, Latino in dies Gallicum obſcurante, adeò ut penitùs illum tandem fuiſſet perempturus, ſi Romani Gallus paulo diutiùs imperâſſent.

Sed, quia Romani hoc quinto ſeculo, Deo ita concedente, penitùs Galliarum imperio partim à Gothis & Wandalis, partim à Francis & Burgundis exuti ſunt, ceſſavitque Latini ſermonis neceſſitas, nullo ampliùs Gallos inter & Romanos intercedente commercio; ſermoque Latinus cùm quantulocúnque veteri Gallico ſuperſtite, Barbarorum, qui tunc regnum invaſerunt, ſermonibus admixtus eſt; ex hiſce omnibus paulatim idioma Gallicum ita conflatum eſt, ut Latinus ſermo primas ſemper habuerit, tum quòd eo tempore frequentior eſſet, & ſuavior; tum quòd, Romanis Galliâ etiam expulſis, admiſſus fuerit tamen in Eccleſiam & in Forum is ſermo, adeo ut ante 100. annos quibuſdam in locis cauſę Latinè agerentur, uti ex Franciſci Primi Edicto anni 1539. patet, quo cautum eſt, ut in poſterum Gallice dicerentur.

Itaque cùm Romani ſermonem noſtrum ſuo plane abolere vix potuerint, ita tamen eum concuſſerunt, ut diu ipſis ſuperſtes non fuerit: ſed in Anglia id obtinere non valuerunt, tùm quòd illa remotior eſſet, tùm quod illis nec plene, nec per tot annos, nec ita quiete ſubdita fuerit. Adde quod in Anglia quatuor tantùm Colonię, nullęque, quod ſciam, ad docendam Latinam linguam ſcholę extiterint. Sed, quum Saxones totam fere iſtam regionem occupaſſent, facillime veterem ſermonem, omnes nempe incolas delendo, ex locis ſibi ſubditis exterminarunt; ſi modò Walliam & Cornubiam excipias, in quibus loca quędam naturâ ſatis munita, rupium aſperitas, montium altitudo, paludum profunditas eos, qui ſe illuc receperant, ab hoſtium furore exemit. Et quia anguſta hæc loca omnes capere non potuerunt, eorum pars in Armoricam, poſteà Minorem Britanniam, ut a nobis ſuprà obſervatum, navibus pervenit.

Mirum autem eſt, Britones ante 1200. ferè annos Galliam ingreſſos etiamnum hodiè priſtino ſuo idiomate loqui, Angloſque Britones intelligere, etſi a tot ſeculis ſint ab illis dejuncti, perpetuoque alii cum Gallis, alii cum Anglis & Saxonibus verſati ſint. Quod validiſſimum eſt argumentum, eos ferè priſco ſermone uti: utrique enim ſe ſe non intelligerent, ſi quadantenus ſermonem ſuum mutâſſent.

Illos tamen eodem planè ſermone uti non affirmo. Nam à longo tempore Angli Britones noſtros ſermonem ſuum depravaſſe contendunt. Notarum in Nonnium Auctor Anglo-Britannus id bis verbis teſtatur, *eos linguâ noſtrâ* Lhethwidion, hoc eſt, *ſemimutos vocamus, quia confuſè loquuntur.* Reverà ipſorum linguâ minor Britannia, *Leth wid*, id eſt, *Littoralis* vel *Aremorica* regio, uti olim, dicitur. Verùm hic Auctor iſtius vocabuli orthographiam depravavit, ut id ad ſermonis vitium referret: quin & antiquam eam in rem Anglo-Britannorum fabulam narrat; Britannorum nempe noſtrorum Majores Gallicis uxoribus ductis linguas amputaſſe, ne ipſorum liberi Gallicum ſermonem addiſcerent; ſed malum evitare volentes in aliud lapſos, liberos nempe ex matribus iſtis mutis ſtetiſſe adhuc *Lethwidion, ſemimutos*, Mediamque ſermoni Britannici partem retinuiſſe. Intereà tamen conſtat, idque ab iis in Angliâ accepi, qui eum utriſque verſati ſunt, tantum non eſſe diſcrimen, quin, dummodò diſtinctè loquantur, alii alios intelligant. Et certè ſi Angli non capiant Noſtrates, id exinde procedit, quòd plerumque ita rapidè loquuntur noſtri, ut pleræque vocabulorum ſyllabæ vix auribus excipiantur.

Jam autem cùm conſtet, etiamnum Britones eodem ferè, quo olim Romanorum ævo, ante 1200. annos, uti ſermone; cumque ſermonem ad Gallicum proximè acceſſiſſe, quod multis me argumentis, præter ipſiſſimum Taciti teſtimonium,

confir-

confirmâſſe arbitror, nihil obſtat quin concludam, ſin ut quid certiſſimum, ſaltem ut vero ſimillimum, latum inter veterem Gallicum, & hodiernum Britannicum ſermonem, diſcrimen non intereſſe.

Reverà, quod eſt prorſus invictum, Camdenus Anglus, qui diligenter ſermonem Brittannicum didicerat, libroſque multos antiquos & novos hoc idiomate conſcriptos legerat, doctiſſimorumque Anglo-Britannorum familiaritate uſus fuerat, Camdenus, inquam, ait in Lingua Britannica omnia fere Gallica ignotæ originis vocabula reperiri. Sic *Guerir*, ſanari, inter Brittannos eſt *Gueris*; *Accabler*, obruere, *Cablu*; *un batteau*, ſcapha, *bad*; *un Gourmand*, guloſus, *Gormod*; *un Baſton*, baculus, *Paſtwim*; *un Havre*, Portus, *Aver*; *une Moine*, ſodina, *Mina*, vel Moina.

Eoque modo enucleantur pleraque antiqua Gallica vel Brittannica, quę apud vetuſtiores Auctores. Id vero ſingulari animadverſione digniſſimum, quod ex vetuſtiſſimo illo ſermone multa locorum & Populorum nomina, de quibus apud veteres Galliæ & Angliæ Geographos mentio fit, facillimè poſſunt explicari.

Ne quis autem hæc à me temerè prolata cauſetur, centum iſtorum vocabulorum exempla proponam, quæ hinc & illinc ex Camdeni Britannia excerpſi. Longè quidem plura peti poſſent, verum qualiſcunque fuerit numerus, rem certè non evincet, ſi is non faciat. Camdeni paginas, ex quo has obſervationes hauſi, diſertè adſcripſi, ut quiſque conſulere poſſit.

Veterum Gallor. & Britton. Vocabula, Itemque Gallica hodierna.

1. Camden. pag. 693. *Aber*, Gallicè *Havre*, portus.] *Abravanus* eſt apud Ptolemæum Scotiæ locus in Gallowania ſitus ad oſtium fluminis, cui hodie *Rian*, olim verò *Ruan*, nomen: adeò ut *Abravanus* ſit *Aber Ruan*, Ruani portus. Hoc nomen in Hiſpaniam tranſiiſſe videtur, eoque *Cantabri* videntur populi ex anguli portu, *Cant* en in angulum ſignificat. Inde etiam Artabri populi ad mare ſiti.

2. Pag. 689. *Adain*, *Aile*, *Ala*.] *Edenburgus* Scotię oppidum, ſic ab alis πτερύγια dictum Hęc interpretatio ex Ptolemæo clara eſt, illud enim oppidum vocat, ϛρατόπεδον πτερωτὸν, *Caſtrum latum*, & quaſi in alas expanſum.

3. Pag. 838. *Ader*, *Oiſeau*, *Avis*.] *Edros*, vel *Aadres* in Plinio, *Edri* in Ptolemæo, nomen Inſulæ Angliam & Hiberniam interjacentis, quam Angli hodiè *Birdſes*, avium inſulam, vocant.

4. Pag. 14. *Allan*, *eſtranger*, *extraneus*, *alius*, ἄλλ☉. Vide *Brog* inſerius.] *Alla* veteri ſermone Gallico *aliud* ſignificabat, ut vetus Juvenalis Scholiaſtes, explicando vocem *Allobroges*, obſervat. Vide Brog infrà.

5. *Ar*, *ſur*, *proche*, *vers*, ſuper, prope, verſus: vel *Are*, *ſuper*, *propè*, *verſus*.] Armorica oppida, h. e. *Ar mor*, ad mare. Cæſar. lib. 1. *Univerſis civitatibus, quæ Oceanum attingunt, quæque eorum conſuetudine Armorica appellantur*. Plinius *lib. 4. cap. 17. Inde Aquitania Armorica ante dicta.* Vox *Aquitania* eſt Latina, aliamque explicat: nam prior à vicinia *aquarum*, poſterior à *maris* deducitur. *Arverni*, *les Auvergnats*, hoc eſt, *prope Vernam*; populi ad *Garumnam* ſeu *Wernam*. *Arelate Arles*, quia in ſolo humido ſitum. vide Laith. *Argathelia* Scotiæ Provincia, prope *Garthel* in Hibernia.

6. Pag. 565. *Arar*, *lent*, *tardif*, *doux*, *lentus*, *tardus*, *lenis*.] *Arar*, la Saone, qui, inquit Cæſar, fluit *incredibili lenitate, ita ut oculis in utram partem fluat judicari non poſſit*. Claudianus *lentus Arar*, *Rhodanuſque celer*. Seneca, *Arar dubius quò ſuos curſus agat*. *Arus*, *Are*, alius fluvius in Eboracenſi Provincia fere immobilis, admodum flexuoſus & contortus. Camdenus ſepties intra milliarii dimidium trajici illum aſſerit.

7. Pag. 252. & 426. *Arden*, *foreſt*, *ſylva*; *Coit*, vel *Coet* ſæpius dicunt.] *Arduenna*, Ardennes, ampliſſima in Galliâ Belgicâ ſylva, unde nomen accepit *Ardenbourg* Flandrię oppidum, ad ſylvam illam olim poſitum. In antiquis inſcriptionibus, *Diana Ardonia* pro *Nemorenſis*. Et in Comitatu Warwichenſi in Anglia *Arden*, hodie *Woodland*, hoc eſt, Nemorum regio: reverà eſt totius Angliæ ampliſſima ſylva.

8. Pag. 253. *Aven*, vel *Avon*, fluvius. Pag. 375.] *Abone*, vel *Avone* quaſi *fluminea*, oppidum in Glocestria antiquum, hodie *Aventon*, hoc eſt, oppidum ad flumen ſitum. Inde videntur compoſita oppidorum nomina deſinentia in *Abum*, *Awum*, *Awium*, *Genabum*, *Gandavum*, *Pictavium*. *Aon* flumen in Britannia Minori. *Anſona*, fluvius in Northamptonia.

9. Pag. 11. *Bard*, *Poeta*. Pag. 14. *Cantor*, *Hiſtoriarum*, vel *Genealogiarum ſcriptor*.] *Bardi*, veteres Gallorum Poetæ. Neſcio quid in Auctorem noſtrum deliquerint, ut illos Galliâ ejiciat, vel cum Druidis confundat; cùm contrà ſemper à Veteribus diſtincti ſint, hos *ſacerdotes*, illos *Poetas* dicentes. Poſidonius, τοὶ δὲ ἀκούσματα αὐτῶν εἰσὶν οἱ καλούμενοι Βάρδοι, ποιηταὶ δὲ οὗτοι, τυγχάνουσι μετ᾽ ᾠδῆς, ἐπαίνους λέγοντες. Strabo, Βάρδοι μὲν ὑμνηταὶ, καὶ ποιηταί. Diodorus, εἰσὶ δὲ παρ᾽ αὐτοῖς καὶ ποιηταὶ μελῶν, οὓς Βάρδους ὀνομάζουσιν. Lucanus,

Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Marcellinus, *Bardi quidem fortia virorum illuſtrium facta, heroicis compoſita verſibus, cum dulcibus lyræ modulis cantitârunt*. Feſtus, *Bardus Gallicè Cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit*. Heſychius, Βάρδοι αἱ ὁδοὶ παρὰ Γαλάταις (haud dubie pro αἱ ὁδοὶ παρὰ Γαλάταις legendum μελῳδοὶ, vel potiùs ἀοιδοί.) Miror quòd tot viri docti hunc errorem inemendatum dimiſerint. Cęterum ſi hi teſtes, Bardos à Druidis diſtinctos fuiſſe, probare non valeant, quid apud Veteres conſtabit?

10. *Baſcauda*, *Panier*, *Caniſtrum*; vel *Corbeille*, *ſporta*, Anglice *Basket*.] Martialis *Lib. 14. Epigram. 99.*

Barbara de Pictis veni baſcauda Britannis:
Sed me jam mavult dicere Roma ſuam.

11. Pag. 14. *Beichiad*, *Ruſtici* vel *ſubulci*.] *Bacchauda*, alias *Bagauda*. Ruſticorum nomina, qui tempore Diocletiani in Galliis rebellârunt. Euſeb. Chronic. anno 289. *Ruſticorum multitudine oppreſſâ, qui factioni ſuæ Bacchaudarum nomen indiderunt*. Vide Oroſium *lib. 7.* Salvianum *lib. 5.* Ubi male.

12. Pag. 71. 12. *Belin*, *Blond*, *flavus*, dicitur quoque *Felin*, & *Melin*, oritur à Græco μέλιν☉.] *Melinus*, *Belinus*, Apollinis apud Gallos nomen. Vid. Goſſelinum cap. 30. Inde herba Hyoſcyamus dicitur Latine *Apollinaris*, & veteri ſermone Gallico *Belinuntia*. Dioſcorid. *lib. 4. cap. 59.* Noſcunt omnes Apollinem uti flavum propter radios ſuos à poëtis repręſentari.

13. Pag. 15. *Betoin*, *Betoine*, *Betonica* herba.] *Vettonica*, herba, *Betoine*, *Betonica*. Plin. *lib. 25. cap. 8.* Wattonica dicitur in Gallia, in Italia autem *Serratula*.

14. Pag. 14. *Bew* vel *Beda*, Gallice *Bouleau*] *Betula*, Latine. Plin. *lib. 16. cap. 18. Betula Gallica arbor mirabili candore.*

15. *Bren*, vel *Brennus*, Rex.] *Brennus*, ita

dicti

dicti ſunt duo inſignes Galli duces, quorum alter Romam, alter Delphos occupavit. Potiùs forſan dignitatis, quàm proprietatis nomen fuit.

16. Pag. 19. *Brith*, *Peinct*, *Pictus.*] *Brite*, *Britannus*, *un Breton*, id nominis ipſis inditum, quia ſe glaſto pingebant, ut teſtatur Cæſar, *Omnes vero ſe Britanni glaſto inficiunt, quod ceruleum efficit colorem:* & Plinius, *ſimile Plantagini Glaſtum in Gallia vocatur, quo Britannorum conjuges, aeruſque toto corpore oblita.* Herodianus; *notant corpora picturâ variâ, & omnifariam picturis animalium cruſtâ, vitro, glaſto, corpora infecti.* Inde in Martiali, *& aliis*, *Picti Britanni.* In Oppiano αἰόλοι.

17. Pag. 296. *Brig*, *Pont*, *Pons.* Pag. 369. Anglicè Bridge, Belgicè **Brugge.**] *Briva*, vel *Briga*, *pons*, vel *tranſitus.* Briva Oderæ, oppidum in Minore Britannia ad Oderam. *Briva Iſaræ Pontoiſe*, *Pontæſia.* *Samarobriga* vel *Samarobriva*, *Pons ad Somnam*, hodiè *Ambianum*, *Amiens.* *Durobriva*, hodiè Dornford, hoc eſt, vadum fluminis. *Durocobriva*, *Pons ad aquas rubras.*

18. Pag. 14. *Bro*, vel *Brog*, *campus* vel *regio.*] Vetus Juvenalis Scholiaſtes, ideo dicti ſunt Allobrogæ, quia Broga Galli agrum dicunt. *Alla* autem *aliud*; dicti igitur, quia ex alio loco tranſlati.

19. Pag. 13. *Cad*, *guerre*, *Bellum.*] *Cateia* haſtæ, vel jaculi genus, quo Galli in bello utebantur. Iſidorus *lib.* 18. *cap.* 7. *Cateia genus eſt Gallici teli*, &c. Vid. Servium in *lib.* 7. Æneid.

20. Pag. 140. & 346. *Cam*, vel *Camb*, *Courbé*, incurvatus.] *Camboritum*, in Cantabrigienſi Provincia oppidum ad fluvium *Cam*, vel Cambd, ſic à flexionibus dictum. Ob eandem rationem alius in Cornubia fluvius *Camel* dicitur, vel *Camballan:* & *Moricambus* in Ptolemæo eſt oppidum, ubi mare admodum incurvatur. *Moricambe* quoque maris flexum ſignificat.

21. Pag. 229. Cant, *Coin*, Angulus. *Kanton*, vicus. *Chanteau*, ſegmentum.] *Cantii*, vel *Cantæ*, populi angulum Angliæ Caletum verſus incolentes, hodiè *Kent.* Vide *Aber*, *Cantabri.*

22. *Cantroed*, menſura agri centipedalis; item centum vicorum pagus.] *Candetum*, agri 100. vel 150. pedum menſura. Columella *lib.* 6. *cap.* 1. *Galli Candetum appellant in arvis urbanis ſpatium centum pedum, in agreſtibus autem* 150.

23. Pag. 13. *Caterfa*, militum turma.] *Caterva*, ſex mille Gallorum legio. *Caterva propriè Gallorum, in qua ſex millia.* Veget. in *lib.* 2.

24. Pag. 296. *Coch*, *Rouge*, ruber; *Eſcarlate*, Coccineus color.] *Coccum*, granum ex quo Coccineus fit color, ſic dictum à Galatis, apud quos maxima copia erat. Dioſcorid. *lib.* 4. *cap.* 43. Κόκκος βαφικὴ, ἄριστα ἐστὶν ἡ Γαλατικὴ. Plin. *lib.* 9. *cap.* 41. *Coccum Galatiæ rubens granum in maxima laude eſt.* Pauſanias in Phocicis aſſerit illud Galatas dicere ὕσγη, *hyſge*, unde *hyſginus* pro *Coccineus*; Γαλάται δὲ οἱ ὑπὲρ Φρυγίας φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ σφίσιν ὀνομάζειν ὕσγην. Forſan arbor hoc granum producens, *aquifolii* ſimilitudinem refert, quod in Gallia notiſſimum. Nomina enim *Houx*, aquiſolium, & ὕσγη non multum ab eodem *Coch* differunt. Antoninus vocat *Durocobrivam*, ad aquas rubras pontem, Angliæ oppidum quod etiamnùm hodiè *Rodborn*, rubrum flumen dicitur.

25. *Cowain*, Curru vehere.] *Covinus*, bellicus currus apud Gallos & Britannos uſitatus. Mela de Britannis *lib.* 3. *cap.* 6. *dimicant bigis & curribus gallicè armatis, Covinos vocant.* Lucanus *lib.* 1.

Et docilis rector monſtrati Belga covini.

Inde *Covinarius* pro *auriga*; Tacitus in Agricola.

26. Pag. 16. & 534. *Craig*, *une pierre*, lapis; vel *roche*, rupes.] *La Craux* eſt campus ſex vel ſeptem milliaria patens Narbonam inter & Maſſiliam, ita lapidibus aſperſus, ut iis illum tanquam pavimento conſtratum diceres. Strabo *lib.* 4. πεδίον λιθῶδες. Plinius *lib.* 3. *cap.* 4. *Campi lapides.* Mela *lib.* 2. *Litus lapideum, in quo Herculem contra Albionem & Bergiona Neptuni liberos dimicantem, quum tela defeciſſent, ab invocato Jove, adjutum imbre lapidum ferunt: credas pluiſſe, adeò multi paſſim & late jacent.* Hæc fabula ad exemplar Hiſtoriæ Sacræ, Joſuæ 12. condita eſt. Eadem fabula ab Æſchylo & Solino narratur; verùm hunc campum ad Ligures collocant, quia Ligures prope Maſſiliam ſiti erant.

27. Pag. 49. & 403. *Crucoline*, hoc eſt, *collis ad occaſum ſitus.*] *Crocolana*, *Ancaſter*, Angliæ oppidum, in colle ſitum. *Crocietanum*, *Croſſi*, Pagus in Normandia antiquus; olim oppidum, cujus arx colli impoſita eſt. Ptolemæus illud malè ad Bajoccas poſuit.

28. Pag. 14. *Cucullus*, *Manteau*, pallium.] *Cucullus* latinè eſt capitis tegmen, ſed veteri Gallico ſermone pallium ad nates uſque deſcendens ſignificat. Hoc ex ejus compoſito *Bardocucullus* patet. Martial. *lib.* 14. *Epigramm.* 128.

Gallia Santonico veſtit te Bardocucullo
Cercopithecorum Gallia nuper erat.

Irrident hanc veſtem nates uſque attingentem, ut ſimiæ ſagulum: Romani vero veſtibus longis veſtiri gaudebant, *Genſque togata* dicebantur; quare alibi Martialis, *Lib.* 1. *Epigr.* 93.

Dimidiatas veſtes Gallica palla tegit.

& ejuſdem *libri Epigram.* 54. Lingones hac veſte fuiſſe uſos aſſerit.

Urbica Lingonicus Tyrianthina Bardocucullus.

29. Pag. 14. *Kumero* & *Kimero.* *Briso*; Cambria vel Cumbria Angliæ Provincia Britannicè *Kimri.*] *Cimbri* ſunt ſæpiſſimè Dani, ſed juxta Camdenum aliquando Britones & Angli hoc eodem nomine intelliguntur. Sic Thucydides ille, qui *Britannus* in Virgilii Catalectis dicitur, apud Quintilianum *Cimber* vocatur. Appianuſque in Illyricis, *Celta ſive Galli, quos Cimbros vocant.* Vox *Galli* tantùm in verſione extat, & Cicero ait, *Marius Gallorum copias repreſſit:* Alii legunt *Cimbrorum.* Hæc omnia Camdenus ad Gomer refert, quod minus probo.

30. *Deilen*, *une feuille*, folium, vide *Pempe.*] *Dula*, vel *Dulon*, folium, unde componitur vox *Pempedula*, vel *Pempedulon.* Herba Quinquefolium, vide *Pempe.*

31. *Deru*, *un Cheſne*, *Quercus.* Græcè δρῦς.] *Druida* Gallorum Philoſophi, qui ſub quercubus philoſophabantur, ſacrumque habebant quercûs viſcum. Plinius in fine *libri* 16. *Nihil habent Druida viſco & arbore in qua gignitur, modò ſit robur, ſacratius. Jam per ſe eligunt roborum lucos, nec alla ſacra ſine eâ fronde faciunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græcâ, imò Gallicâ, Druidæ videantur.* Eandem ob cauſam à Diodoro *Saronides* Σαρωνίδες dicuntur. Nam *Saron* quercum ſignificat, ut ex iſtis Plinii verbis liquet *lib.* 4. *cap.* 5. *Sinus Saronicus olim querno nemore redimitus, unde nomen; ita Græciâ Antiquâ appellante quercum.* Quod quum fugerit Auctorem noſtrum, vocem illam *Saronides* in Diodoro *vocabulum nihili* appellat.

32. Pag. 303. *Dinas*, Urbs, vel Caſtellum.] *Longdinum* vel *Longidinum*, Navium oppidum. vid. *Long.*

33. *Diw*, *Dieu*, Deus, Pag. 12. & 33.] *Divona*, fons Divinus, ſic interpretatur Auſonius. Vide *vonan.* Inde Cæſar Gallos à *Dite*, ſeu, ut arbitratur,

tratur, à *Plutone* ortos dicit, ſed eorum linguâ *Deum* ſignificabat.

34. Pag. 16. 403. 665. *Dun*, *Dune*, *colline* vel *Butte de terre*, Collis.] *Dunum* multorum oppidorum compoſitionem ingreditur, quæ omnia in locis ſublimibus condita ſunt, ut *Lugdunum*, *Uxellodunum*, *Axelodunum*, &c. Excelſumque locum Δῦνον Plutarchus vocat.

35. Pag. 153. *Dureau*, *riviere* fluvius.] *Durum*, ex hoc vocabulo multa populorum & oppidorum nomina componuntur, quæ omnia ad aquas vel maritimas vel fluviales ſita ſunt; ut *Durecaſſes*, *Durocotterum*, *Duranius*, *Durolitum*, *Duromellum*, *Divodurum*, *Breviodurum*, &c. *Durotriges*, qui in Dorcheſtria prope aquas incolunt. (Vide *Trig.*) *Durobriva*, hodiè *Dornford*, vadum aquæ; *Durocobriva*, vadum aquæ rubræ, hodiè *Redborn*; Duroveium, *Cantorberi* propter fluminis *Stura* interſecantis rapiditatem. Vide *Werne*. In primis notandum, in Sommerſetiæ Provincia, paulò infra Briſtolium eſſe oppidum ab Anglis Bathonia dictum, quaſi quis diceret *Bagnoles*, propter aquæ calidæ balnea. Brittones illud oppidum *Caër Pallad dur* nominant, aquæ Palladis oppidum, haud dubiè quòd hæc olim balnea Palladi vel Minervæ ſacrarentur. Solinus enim hoc ipſiſſimis verbis aſſerit, *In Britannia*, inquit, *calidi ſunt fontes opiparo exculti apparatu, ad uſus mortalium, quibus fontibus eſt Minerva Numen.*

36. Pag. 13. *Dub*, *aſſidu* aſſiduus, continuus. Anglicè *Th* in fine quaſi ſibilando pronuntiatur, veluti *S.*] *Duſii*, Incubi Dæmones, ſic à Gallis ex nocendi affectu & aſſiduitate dicti. Iſidorus *lib.* 1. *quos Dæmones Galli Duſios nuncupant, quia aſſiduè hanc peragunt immunditiam.* Hoc ex Divo Auguſtino *lib.* 15. de Civitate Dei, *cap.* 23. Iſidorus, & Divus Auguſtinus ex Varrone, ni fallor, ſumpſere.

37. Pag. 571. *Eb*, *ſur*, ſuper; *près* prope: ſignificat quoque *ſans*, ſine. Vide ſequens vocabulum. *Eburovices*, oppidi *Evreux* incolæ, quia *eb Ur* ad fluvium *Euram* ſiti ſunt; ut *Eburones* Leodii incolæ, utpote *Urtium* flumen accolentes: *Eboracum*, Yorch, ad fluvium Ouzam, qui olim *Urus* dicebatur.

38. Pag. 847. *Eid*, *Bled*, frumentum.] *Ebudes*, quaſi ab *Eb Eid*, ſine frugibus. Inſulę ſunt ad Scotiæ occaſum ſitæ, olim frumentum ſteriles. Solinus; *incolæ neſciunt fruges, piſcibus tantum & lacte vivunt.*

39. Pag. 339. *Eiſteney*, *Eſtendaë*, porrectio, extenſio.] *Eaſtonneſte*, porrectionis Promontorium, quia in mare valde porrigitur. Ptolemęus illud Ἐξοχὴ *porrectionem* vocat, Gręcè vocem Britannicam interpretatus. Extat in Regione Suffolck in *Icenis*.

40. Pag. 136. *Elin*, *Coude*, Cubitus.] *Helenum*, in Cornubia flexum ad inſtar cubiti Promontorium. Plinius eandem nominis *Ancona* in Italia rationem affert, orti à Gręco ἀγκὼν cubitus; *lib.* 3. *c.* 13. *Ancona oppoſita promontorio Cumerio, in ipſo flectentis ſe oræ cubito.*

41. *Galvus*, fortis, validus & immenſæ ſtaturę homo.] *Galba*, homo denſus & pinguis. Suetonius Galbam Imperatorem ita dictum fuiſſe narrat, *quod perpinguis fuerit viſus, quem Galbam Galli vocant. Cap.* 3.

42. Pag. 15. *Garw*, *Rapide*, rapidus; alii ſcribunt *Guer*, & Werne.] *Garumna*, flumen rapidiſſimum. Claudianus, *pernicior unda Garumna*; Sidonius,

Irriguâ quâ rupe Garumna rotatus.

43. Pag. 13. *Gedoch*, *quitter* vel *laiſſer*, deſerere, dimittere, relinquere.] *Ketos*, vel *Cetos*, *quitte*, *laiſſe*, dimitte, relinque. Servius in Æneid. 11. ait, *Ceto Cæſar*, *quod Gallorum Linguâ dimitte ſignificat.*

44. Pag. 138. *Geneu Entrée*, aditus, *Emboucheure* oſtium.] *Geneva*, oppidum in exitu Lacûs Lemani; *Cenno* apud Ptolemęum nomen oſtii, vel magni ſinûs in Cornubia, ubi hodiè ſitum *Tregene*, oſtii oppidum.

45. Pag. 669. *Glan*, *Rivage*, Littus.] *Glanoventa*, apud Antonin. Urbs *Venta*, littoralis. Sic prope Maſſiliam ad Maris littus Mela loquitur de oppido, cui nomen *Glanon*, *in littoribus Olbia & Glanon. Lib.* 2. *cap.* 5.

46. Pag. 14. *Glas*, *Bleu*, Cęruleus color.] *Glaſtum*, *du Voide*, vel *du Gueſde*, unde Cęruleus color efficitur. Plinius *libro* 22. *ſimile Plantagini Glaſtum in Gallia vocatur.* Cęſar *lib.* 5. *omnes verò Brittanni ſe Glaſto inficiunt, quod cæruleum efficit colorem.*

47. Pag. 15. *Glans*, *Luiſant*, Lucidus. Vide *Marga.*] *Glice*, *Blanc*, albus, vide *Marga* inferiùs.

48. Ibidem *Guat*, *Chevelure*, *Perruque*, Capillitium, Cęſaries.] Galatę vel Celtę, quia capillitio longo gaudebant; inde Gallia comata, *Gallè capillati.* Plinius. *lib.* 19. *cap.* 20. Lucianus *lib.* 1. *Galli per colla effuſi crines.*

49. Pag. 13. *Guaſſe*, *Dewr*, *un brave homme*, Vir fortis.] *Geſſi*, *des vaillans hommes*, viri fortes. Servius in Æneid. *viri fortes Geſſi nominabantur.*

50. Ibid. *Gueſſin*, *Mercenaire*, Mercenarius.] *Geſſata*, Γαισάται, Galli mercenarii milites, vel qui tantùm ſtipendii causâ bellum petebant. Polyb. *lib.* 2. aſſerit id hoc verbo ſignificari, illoſque dici Γαισάτας διὰ τὸ μισθῷ στρατεύειν, ἡ γὰρ λέξις αὐτὴ σημαίνει τοῦτο κυρίως. Plutarchus quoque in Marcello, οἱ διὰ μισθῷ στρατευόμενοι, interpretatur.

51. Pag 14. *Guvef*, *Genge*, fabri lignarii inſtrumentum.] *Guvia*, *une Gouge*, lignarii fabri inſtrumentum. Iſid. *lib.* 19: *cap.* 19. *Canterium* Gallicè Guvia.

52. Pag. 20 *Gwyn*, *Blanc*, albus.] *Laginum*, Elleborum album Gallicè ſignificat. Dioſcorides 14. 133. Hoc nomen videtur compoſitum ex *la* Elleborum, & *Gin*, album.

53. Pag. 197. *Gwith*, vel *With*, *Divorce*, divortium, *ſeparation*, ſeparatio.] *Vecta*, inſula With, Britannicè *Gwith*, adeò Anglię finitima, ut inde abſciſſa videatur. *With-San* olim *Iccius Portus*, ad Caletum pagus ſic ob eandem rationem dictus. Et in Scotia *Gwids* oppidum in Inſula continenti ferè contigua.

54. Pag. 329. *Iken*, *un Coin*, Cuneus ad lignum diffindendum.] *Iceni* in Ptolemęo, Suffolcii in Anglia, quorum regio ad littus maris in formam cunei porrigitur ad Promontorium Ἐξοχὴν, de quo ſuprà. Sic in Hiſpania Promontorium Sacrum & vicinus ager ob eandem rationem apud Melam & Strabonem Cuneus, incolę quoque Cunei dicebantur. In Appiano & Strabone τὴν προσεχῆ τούτῳ χώραν τῇ Λατίνῃ φωνῇ καλοῦσι κούνεον, σφηνὰ σημαίνειν βουλόμενοι.

55. Pag. 15. *Iſcaw*, *du Sus*, ſambucus.] *Scobies*, *Sus* vel *ſuzeau*, veteri Gallorum ſermone, Latino *ſambucus* dicitur. Dioſcorid. *lib.* 4. 155.

56. Pag. 111. 546. 701. *Kaled*, *dur*, durus, *raboteux*, confragoſus.] *Calodonii*, Montani Scoti, ſic vel à rupium & montium aſperitate, vel etiam ab agreſtibus moribus dicti. Alii eorum nomen à *Kelden*, hoc eſt, à Corylis deducunt, quia ibi multa nemora, & coryleta viſuntur. Ibi quoque oppidum *Dunkelden*, corylorum tumulus, extat.

57. Pag. 524. & 569. *Keven*, *le Dos*, dorſum.

Sæpè etiam montis jugum ſignificat. *Kevin*, Eboracenſis Provinciæ mons.] *Cebenna*, vel *Gebeana*, *les Cevenes*. Longa eſt montium in Languedocia ſeries, quæ à Monte-Albano ad Rhodanum uſque & Helvios porrigitur. Strabo montes iſtos Commerios vocat.

58. Pag. 579. *Kil*, vel *Ikil*, *un Promontoire*, Promontorium.] *Ocellum* apud Ptolemæum, Promontorium eſt in Eboracenſi Provincia.

59. Ibid. *Lair*, *Milieu*, medium.] *Loire*, Latinè *Ligeris*, fluvius medias Gallias in duas ferè partes æquales ſecans.

60. Pag. 16. *Lauh*, *Humide*, humidus locus.] *Arelate*, Gallicè *Arles*, nomen ex *Arlauh* compoſitum, quia Arelate in loco ſita eſt valdè humido. Hodiè ad Rhodani oram tota, ſed olim Rhodanus mediam ſecabat, & magna ex parte à Turone fluvio cingebatur.

61. Pag. 15. *Lech*, *Pierre*, lapis.] *Leuca*, Gallicè *Lieüe*, propriè ſignificat 1500. paſſuum ſpatium. Jornandes de Rebus Geticis, *cap.* 60. Leuca autem Gallica mille & quingentorum paſſuum quantitate metitur. Heſychius, λεύγη μέτρον τὶ Γαλακτ῀; lege μέτρον τὶ Γαλάταις. Iſidorus Origio. *lib.* 15. *cap.* 16. *menſuras viarum nos Milliaria dicimus*, *Græci Stadia*, *Galli Leucas*, nempe quia lapidibus eas, ut milliaria Itali, finiebant.

62. Pag. 404. *Lin*, *Lac*, lacus.] *Linternum* in Italia, *Lindaw* in Helvetia, *Lindum*, hodie *Lincoln*, in Anglia, oppida ſunt ad Lacus ſita.

63. Pag. 856. *Lis*, *Goufre*, gurges.] *Liſia* apud Antooinum exigua inſula ad extremam Cornubiam ſita, quæ tum tantùm, quando mare oon eſt admodum altum, videtur, quæque ab Anglis *The Goulphe*, *le Gouffre* Gallicè, Latinè *Gurges* dicitur.

64. Pag. 303. *Long*, *un Navire*, Navis.] *Longidunum*, in priſcis Auctoribus, & contractè *Londinum*, *Londres*, navium oppidum. Nam *Dinas* oppidum ſignificat. Britannicè Poëtæ urbem illam *Long Porth*, navium portus, Græcè ναύσταθμον, vocant.

65. Pag. 47. *Mar* vel *Marre*, *grand*, magnus.] *Condomarus*, *Civiſmarus*, *Combolomarus*, *Judicomarus*, *Viridomarus*, *Teutomarus*, &c. Principum Gallorum nomina ex *Mar*, magnus, compoſita.

66. Pag. 15. *Marck*, *un cheval*, eqnus.] *Marka*, *cheval*, equus. Pauſan. in Phoc. *Duo ſunt circa unumquemque equitem; ejuſmodi ordinem Trimarkiſiam Galli vocabant voce indigena; & equorum nomen ſciat aliquis eſſe Markam apud Gallos.* In Lege Boiar. *Si quis aliqua de equo ſuo depoſuerit, quem Marck Galli vocant.*

67. Pag. 5. *Marla*, *de la Marne*, *Marga.*] *Marga*, vel *Marla*. Plin. *lib.* 17. *cap.* 6. Alia eſt ratio, quam Britaooia & Gallia invenêre, alendi terram, gipſi genus eſt, quod vocaot Margam, &c. *Cap.* 8. *Tertium genus candida Gliſômargon*, quia Britonibus gluis *eſt lucens & inſigniter albus.* Pro *Margâ*, *Mallam* ubique habent vetuſtiſſima exemplaria MSS. Londinenſis Bibliothecæ, ut teſtatur Cluverius Germ. *lib.* 1. *cap.* 8.

68. Pag. 8. *Marw*, *la Mert*, Mors.] *Moremaruſa*, *la Mer Morte*, Mare Mortuum. Plin. *lib.* 4. *cap.* 13. Philemon *Moremaruſam* à Cimbris vocari dicit, hoc eſt, Mare Mortuum. Vide *Mor*.

69. Pag. 133. *Meina* & *Mina*, *une Mine*, fodina.] *Danmonii*, Cornubenſes apud Ptolemæum, ubi multæ valles ſodinis refertæ, ex quibus egregium illud Angliæ ſtannum hauritur. Vox iſta ex *Dan*, vallis, & *Meina*, ſodina, componitur.

70. Pag. 14. *Mor*, *la Mer*, Mare.] *Morini*, Britannicè *Morinw*, Maritimi, qui in Flandria & Bononia ad mare ſiti ſunt. *Glamorgan* Angliç Provincia, quam Britones *Glad Morgannu*, & *Glad Vorganau* dicunt, regio maritima. Sic olim *Morlaix* Morlaſia Britanniæ Minoris oppidum. *Morganium* & *Vorganium*, *Moridunum* Angliæ oppidum, hodiè *Scaton* oppidum maritimum. *Moricambe*, *Courbure de mer*, maris flexio, aliud in Brigantibus oppidum, ubi mare curvatur. Sic *Armorica*, Aquitania, *la Guienne*, Britannia Minor, *la Bretagne*, quia ad mare poſitæ ſuot.

71. Pag. 298. *Nant*, *une Vallée*, vallis. Item *un Ruiſſeau*, rivus.] *Nantuates*, *le pays de Vaux*, Vallium regio propè Rhodanum: *Trinoantes*, *Eſſexia* & *Middleſexia* Provinciæ, in quibus plurimæ valles. *Treinant*, vallium oppidum; *Neantes*, Gallowæi in Scotia regionem vallium incolentes. *Namwalle*, Vallis vel rivus in Trinoantibus, in qua Lucius Gallus deletus fuit. *Nantolium*, *Nantueil en valée*, Abbatia ad Carentonum, *Charente*, à Carolo Magno condita.

72. Pag. 521. *Oarre*, *ſur* ſuper, *vers* verſus, *proche* prope. Idem eſt ac *Or* vel *Ar*. Vide ſuprà.] Sic *Ordevices* ſunt Anglorum populi duos fluvios Devia dictos accolentes; ſic quoque dicuotur qui ſuot ad *Iſcam* fluvium, *ſur l'Eſck*: *Orcades* Inſulæ prope *Cath* in extrema Scotia promontorium.

73. *Pedwar*, *Quatre*, quatuor. vel Petor.] *Petor*, *Quatre*, quatuor. Ridet Grammaticum Gellius *lib.* 15. *cap.* 20. qui *Petoritum* currus genus à Græco πέτομαι *volo*, & *rota* deducebat, volucreſque rotas interpretabatur; quis Varro vocem à Gallico ſermone ortam eſſe teſtatur: & Feſtus, *Petoritum Gallicum vehiculum eſſe, & nomen ejus dictum exiſtimat à numero quatuor rotarum*; alii *eſſe*, *quòd ii quoque* Petora, *quatuor*, *vocant*: alii Græcè, *ſed* Αἰολικῶς *dictum*. Eadem ferè Paulus.

74. Pag. 134. *Bell*, *Loin*, longè.] Bellerium. Sic apud Diodorum vocatur remotiſſimum illud Promontorium, quod in Cornubiç excurſu prominet.

75. Pag. 140. *Pen* vel *Penne*, *le ſommet d'une montagne*, montis vertex. Multi in Anglia montes hoc nomioe indigitaotur.] *Penninus*, *Apenninus*, ſunt celſiſſimi montes in Alpibus, & in Italia, ut *Alpes Pennina*, id eſt, ſummç Alpes. Livius *lib.* 31. Earum nomina cenſes orta à tranſitu Pœnorum, ſed ab eo, quem in ſummo ſacratum vertice Penninum montani appellant.

76. Pag. 15. *Pic*, *un Bec*, roſtrum.] *Bec*, vel *Beccum*, Gallinacei roſtrum. Suetonius in Vitellio *cap.* 18. Cui Tholoſç nato cognomen in pueritia Becc fuerat. Id Gallinacei roſtrum ſonat.

77. Pag. 14. *Pemp*, *Cinq*, quinque. Vide *Deilou*, *feuille*, ſolium, ſuprà.] *Pempo*, *Cinq*, quinque. Hinc herba Quinquefolium Gallicè *Pempedula*, vel *Pempedulon* dicebatur. Apulejus de virtutibus Herbarum *cap.* 2. *Græci Pentaphyllen*, *Galli Pempedulon*, *Itali Quinquefolium*, *&c. Daci Pempedulam appellant.*

78. Pag. 15. *Rhedin*, *de la Fougere*, Filix.] *Raten*, vel *Ratis*, *de la Fougere*, Filix. Dioſcor. *lib.* 4. *cap.* 186. *Filicem Galli Ratin vocant.*

79. Pag. 13. 15. *Rhedec*, *courir*, currere. *Rhedurd*, *courſe*, curſus.] *Rheda*, *Chariot*; currus, à *Rhedec*, *courir*, currere; ut currus à currendo. Quintilianus *lib.* 1. *cap.* 5. *Plurima à Gallico valuerunt, ut Rheda, Petoritum quoque, quorum altero Cicero, tum altero Horatius utitur.* Inde pariter nomen habet Rhodanus,

Qui properè in pontum latè ruit, incitus alveo.

Sil. Italicus, *lib.* 3.

80. Pag. 446. *Rich*, *fort*, fortis; *puiſſant* potens. Liber Triadum Britann. *Curadanck vrich.*

Fras

Digitized by Google

Frat Caratacus, forti brachio.] Inde *Rix* in nominibus Gallicis deſumitur; Eporedorix, Ambiorix, Viridorix, Vercingetorix, Orgetorix, Cingetorix. *Rich* quoque Germanicè idem ſignificat, Teſte Poeta Fortunato, *libro* 8. Ubi nomen Chilperici *fortem adjutorem* interpretatur.

81. Pag. 240. 326. *Rith*, *Paſſage de riviere*, fluminis tranſitus.] *Rithumagus*, vel *Rothomagus*, *tranſitûs Oppidum*, ubi Sequana trajiciebatur. Camboritum in Antonino, *Vadum ad Cambum*, vel *Camum* fluvium; ita urbs Cantabrigia vocatur, hoc eſt, *Pons ad Camum*. Sic *Auguſtoritum*, *Divoritum*, &c. & *Ruthupis portus* apud Antoninum eundem, *Portus vadi arenoſi*, deſignat oppidum Sandwich. Vide *Tuſith*.

82 Pag. 856. *Saipt*, *ſept*, ſeptem.] Saidal, vel Saidar, apud Antoninum ſeptem prope Jerſey inſulæ.

83. Pag. *Soudwn* vel *Soudiown*, *Soldats* milites.] *Soldurii*, devoti milites. Vide Cæſarem *lib.* 3. & Athenæum, de Silodunis. Nicolaus Damaſcenus Grecè reddit Εὐχωλιμαίους, *Devotos*, Poſſidonius Παράσιτους.

84. Pag. 113. *Thaith*, *Chemin* via.] *Tentates*, nomen unius Gallorum Dei. Lactant. *lib.* 1. *cap.* 11. *Galli Heſum atque Tentatem humano cruore placabant*. Lucanus *lib.* 1.

Et quibus immitis placato ſanguine diro
Tentates.

Titus Livius *lib.* 26. ait, eſſe Mercurium, *Scipio in tumulum obverſus, quem Mercurium Tentatem appellant*; vel eſt idem cum *Teut* Germanorum Deo, *à quo Teutones*; vel eſt vocabulum à *Teut Tait* compoſitum, quaſi *Deus viarum*. Viis enim præerat Mercurius. Illi in compitis ſtatuæ erigebantur, quare Græci illum ὅδιον, ἐνόδιον, dicebant. Vide Heſychium, Stephanum de Urbibus, Theocrit. *Idil.* 25. *verſ.* 58. Eraſmum in Adagio, ἀμφιτριοδίτης Ἑρμῆς.

85 Pag. 12. *Taran*, *tonnerre*, tonitru.] *Taran* vel *Taranes*, *tonnerre*, tonitru. Jupiter Deus tonitru, ζεὺς βροντᾶος, ζεὺς ὑψιβρεμέτης. Refert Dionyſius Halicarnaſſ. Auguſtum *Jovi Tonanti* templum dicâſſe. Germani 𝔇𝔬𝔫𝔡𝔢𝔯 vocant, indéque dies Jovis, *Jeudy*, 𝔇𝔬𝔫𝔡𝔢𝔯-𝔡𝔞𝔠𝔥, dies tonitru, Anglis *Thor*, unde *Thurſday* dictus. Antiqui Saxones *Thor*. Adam Bremenſ. ubi de Sueonibus, ſive Suevis; *Thor præſidet in aëre, qui tonitrua, & fulmina, ventos, imbreſque, ſerena, frugeſque creat*, &c. Jovem exprimere videtur.

86. Pag. 13. *Tarian*, *une Targe*, clypeus, ſcutum.] *Thireos*, vel *Thyreon*, Clypeus Gallicus. Pauſanias in Phocicis de Gallis Brenno duce, *ſcutis patriis, quos Tyreos vocant, pro ratibus utentes.*

87. Pag. 718. *Tarvit*, *fin*, finis.] *Tarviſium*, apud Ptolemæum eſt extremum Scotiæ Promontorium ad Aquilonem, ſic dictum, quia ibi extremus Scotiæ finis eſt.

88. Pag. 20. 53. 641. *Teg*, vel *Tec*.] *Lucotecia*, *Lugotecia*, & contractè *Lutetia*, *Paris*, hoc eſt, egregiæ turres. *Lucum* enim, vel *Lugum* turrim ſignificabat juxta Camdenum, qui Melam laudat, in quo tamen ſimile nihil reperi.

89. Pag. 16. *Telen*, *une Harpe*, Cithara] *Telenum*, vel *Telonum*, *Toalon*, oppidum prope Maſſiliam, ſitum in Promontorio, quod Plinius, aliique Antiqui Citharíſton vocant, hoc eſt, *Cithara Promontorium*, adeo ut & Promontorium & Oppidum eodem nomine inſignirentur.

90. Pag. 398. *Traith*, *un Gouffre ſablonneax*, Gurges arenoſus.] *Metarus* apud Ptolemæum Matthraiticus Gurges, Item *Tatroſtabiam*, Britannicè *Traith-Taf*, Gurges arenoſus ad oſtium Tagi. Malè legitur Ratoſtabium.

91. Pag. 13. 15. *Tri*, *Trois*, tres.] *Trimarkia*, tres jugatorii equi. vide *Marck* ſuprà. *Tripetia*, *Tripie*, tripus. Sulpicius Severus dialogo 2. *cap.* 1. *Quas nos ruſtici Galli Tripetias, vos Scholaſtici Tripodas nuncupatis.*

92. Pag. 153. *Trig*, *habitant*, incola, inde *Tre*, Civitas.] *Durotriges*, ſecundum aquam habitantes. Illi ſunt qui *Dorceſtriam* incolunt. Indidem Galli Bituriges, & Caturiges.

93. Pag. 240. *Tuſith*, *Sablenneux*, arenoſus.] *Rhiturpis*, Antonino Rhiturpia; aliis Britannicè Rhiturphic, *Gaé ſablonneux*, vadum arenoſum; Anglicè *Sandwich*, *Gouffre ſablonneux*: eſt Angliç portus prope *Dubrum*, *Douvres*, ad colles arenoſos.

94. Pag. 155. *Vair*, *Paſſage*, tranſitus.] *Durnevaria*, fluminis tranſitus; oppidum Anglicum ad fluminis littus. *Iſaura-varia*, id eſt Iſauræ tranſitus.

95. Pag. 389. *Vaur*, *Grand*, magnus.] *Ver*, *grand*, magnus. Fortunatus *Lib.* 1. de *Vernemete* Urbe, *Vernemetum voluit vocitare Vetuſtas, quod quaſi fanum ingens Gallicâ linguâ ſonat.* Vox ex *Wer*, *grand*, magnus, & *Nemetum*, *temple*, templum componitur; ut Græce inverſione litterarum ex τέμενος templum.

96. Pag. 16. 138. *Uchel*, *Haut*, *eſlevé*, in altum porrectus] *Uxella*, vel *Uzella* Cornubiæ oppidum celſo monti impoſitum. *Uxellodunum* Galliarum urbs ſublimi rupi inſidens. Cæſar *lib.* 8. in quo monte poſitum erat preruptum undique oppidum Uxellodunum. Hodie *Cadenat* vocatur.

97. Pag. 14. *Viriad*, *des larrons*, latrones.] *Vargi*, *des larrons*, fures; *Brigands*, graſſatores. Sidon. *Epiſt.* 4. *lib.* 6. *Vargorum nomine in Arvernis latrunculos nuncupant.*

98. Pag. 12. *Vonan*, *une fontaine*, fons.] *Divona*, *Celtarum linguâ fons*; hinc Auſonius, *fons addite Divis*. Vox conflatur ex *di* & *Venan* θεοπηγὴ.

99. Pag. *Veank*, frumenti candidiſſimi genus. Northfolcenſes pronuntiant *brank*.] *Brance*, candidiſſimi frumenti genus. Plinius *lib.* 18. *cap.* 7. *Gallia quoque ſuum genus farris dedêre, quod illic Brance vocant, apud nos ſandalum; aliter ſandalum, genus nitidiſſimi grani.*

100. Pag. 237. *Werne*, *rapide*, rapidus, ut Garw.] *Werna*, Garumna, olim Werna a werna, ſeu rapiditate, ut Garumna à Garw dicta videtur, Indéque dictos fuiſſe Arvernos, qui hodie Arverniam non procul à Garumna incolunt; ſic *Duravernum Canterberi* dictum quoque videtur ob *Stura*, *Stour*, fluvii interſecantis rapiditatem.

Ita centenarium, quem mihi propoſueram, numerum implevi. Uberiorem fortaſſe vocum ejuſmodi catalogum contexere potuiſſem, ſi tam bene quàm Camdenus hoc Britannicum Idioma habuiſſem exploratum. Quin & ab illis, quas ab eo mutuatus ſum, longe plura deduxiſſem, ſi in Etymologiis pari cum Authore noſtro acumine verſatus eſſem. Probat enim Libri ſui paginis 231, 232, 233. ex voce Gallicâ *Greves*, glareis, vocabulum *Bottes*, ocreas, fluere, idque iis argumentis, quę certe nunquam excogitâſſem. Potiùs verò vocabula *bottes*, ocreas, & *bottines*, ocreolas, à Gręco Βύτινα, Calceamenti genere apud Suidam, duxiſſem.

Quandoquidem hoc acumine caream, multa eſſe vetera vocabula Gallica, quę ex Britannico ſermone haurire non potui, ingenue profiteor. Ex eorum numero ſunt, quę ſequuntur.

Abrana, *Singes*, Simię, vel cercopiteci. Heſychius Ἄβρανας.

Alanda, *une Legion*, Legio, Plinius.

Alpes, *lieux élevez*, loci excelſi ſecundum Iſidorum. *Paſſages eſtroits*, Anguſtæ viæ juxta Procopium. Alii hanc denominationem ab *albus blanc* deducunt, ab albedine nivium, quibus ſemper ferè teguntur.

Aloſa piſcis, *une aloſe*, *Calliſthenes* apud Stobęum & Plutarchum de fluminibus.

Ambacts, *Mercenaires*, Mercenarii; Gloſſæ Philoxeni.

Barnacaca, *Peaux de Chevre*, Caprinæ pelles. Heſychius.

Benna, *Banneau*, *Combennones*, *compagnons*, ſocii, quaſi in eadem *benna* ſedentes. Feſtus.

Bodincus, *Profond*, profundus. Plinius, *lib.* 3. *cap.* 16.

Bracca, *des Braies.* Varro.

Bulga, *Bougette.* Feſtus.

Calyccius, lapidis genus in Alpibus. Heſychius.

Carnon, *une Trompette*, Tuba. Heſychius.

Carrum, *un Char*, Cæſar.

Cervisia, *Cervoiſe*, Cereviſia. Plinius.

Cetra, *Cetre*, Clypeus. Tacitus.

Crupellarii, *Gens d'armes*, milites, equites Cataphracti. Tacitus *lib.* 3.

Curmica, *Curma*, *de la biere*, Cereviſia. Dioſcor. *lib.* 2. *cap.* 110.

Circia, ut Cetræ, *Bouchers* Lanii. Heſychius, in ἐντριτον.

Eperodica, *bons Eſcuyers*, *Gens bien à cheval*, equites. Plinius.

Eſſedum, *ſorte de Chariot de guerre*, currûs bellici genus. Virg. *Georg.* 3.

Garſum, *Geſum*, *Geſſum*, *une pique*, haſta. Servius & alii.

Lancea, *Lance*, vel *javelot*, pilum. Diodor. *lib* 5.

Linna, *ſorte de ſaye*, ſagi genus. Iſidor.

Lugum, *une Tour*, turris, Mela, ſi Camdeno fides.

Lugus, *un Corbeau* corvus. Clytophon apud Plutarch. de fluminib.

Madares, magna carnis fragmenta. Heſychius.

Mater, *Materis*, *ſorte de dard* jaculi genus. Cæſar.

Ogmius. Herculis nomen. Lucianus.

Patera, Apollinis Sacerdotes.

Plavarats, aratrorum rotatorum genus. Plin. *lib.* 16, 18.

Raphius, *un Loup cervier* Lupus Cervarius.

Reno, villoſum ex coriis inelaboratis velamen. Varr. Cæſar, Iſidor.

Sagum, *un Saye.*

Sparum, minimi generis jaculum.

Spata, *une epée*, enſis. Vegetius 2. 15.

Tragula, jaculi genus. Cæſar.

His addantur Plantarum nomina, quæ ex Plinio, Apulejo, & Dioſcoride excerpuntur, vel etiam ab Authore, qui Synonyma, ſed pleraque depravata, addidit Dioſcoridi.

Albolum, *Pulegium.* Dioſcorides in Noth. ad pag. 186.

Alum, Conſolida. Apulejus de herb. virib. *cap.* 59.

Baccar, Aſarum, *Cabaret.* Dioſcorides.

Betitole, Perſonaria. Apulejus.

Bellicocandium, vel *Bellicoſcandum*, Milleſolium Dioſcor. Apul.

Boluſſellon, Hedera nigra, *Lierre noir.* Apul.

Dicone, Ebulum, *Hieble.* Dioſcor. Apul.

Galatone, Gaphalium. Dioſcorid.

Hamatites, Heliotropium *Tourneſol.*

Halus, herba Venetiis dicta coniella, ſatureiæ ſimilis.

Junibarum, Limonium. Dioſcorid.

Laginum, Elleborum album. Dioſcorid.

Menta, Mentaſtrum, *de la Mente.* Apul.

Meriſimorium, Apiaſtrum, *Meliſſe.* Dioſcorid.

Pades, *Peſſe*, arbor piciſera.

Pona, vel *Pone*, Artemiſia. Dioſcorid.

Rhodora herba, quam Plinius fuſiſſimè deſcribit. *lib.* 4. *cap.* 19.

Samolus, forſan Anagallis herba, quâ Druidæ boves ſanabant, & porcos ægrotantes. Plin. *l.* 24. *c.* 2.

Sapana, Anagallis. Dioſcorid.

Serago, quibuſdam *Camphorata*, aliis Muſci terreſtris ſpecies; Druidæ herbam illam maximi faciebant. Plin. *lib.* 24. *cap.* 11.

Subites, Hedera, *Lierre.* Dioſcorid.

Tarbidolatium, Arnogloſſon, *Plantain.*

Theximum, Glycyrriza, *Regliſſe.* Dioſcorid.

Thona, Chelidonia major, *grande Eclaire.*

Velarum, Irion, Eriſſymus *Bled Sarrazin*, frumentum Saracenicum. Plin. *lib.* 22. *cap.* 25.

Uſibis, idem quod Eugudis. Dioſcor. Apulejus.

Sed forſan doctiſſimus quidam Brito horum vocabulorum pleraque enuclearet. Multa etiam lapſu temporis evanuerunt. Verbi gratiâ vox *Magus* uſitata erat apud Britones, quod ex hiſce oppidis *Scitomagus*, & *Noviomagus*, patet. Idem judicium eſto de voce *Curmi Biere*, Cereviſia. Dioſcorides enim aſſerit, uberrimum eſſe in Anglia hunc potum. Quinimo *Cerevisia* vocabulum in Britonicum Curw, quod & Cereviſiam ſignificat, mutatum videtur. Ejuſdem generis ſunt Voces ſequentes; vox *bracca* deducta ex iſto Martialis Carmine,

Quam Veteres Bracca Britonis pauperis.

Et vox *Eſſedum* ex iſto Propertii verſu,

Eſſeda calatis ſiſte Britannia jugis.

Uti & *Ebod*, quod profundum ſignificabat, ex *Dob*, *Dub* per inverſionem aliquam. *Dutten* enim Britonicè etiam hodie *profundum* notat. Angli *Deep* efferunt, unde oppidi noſtri *Dieppe*, & *Diepedalis* prope Rothomagum, nomen oritur, quod ultimum *profundam vallem* ſignificat, denominatione ſitui optimè congruente. Arbitror quoque Veteres etiam indifferenter *Dob* vel *Bod* pronuntiâſſe, eoſdemque populos, qui Oxonienſem & Gloceſtricas valles incolebant, apud Ptolemæum *Diobuni*, & apud Dionem *Boduni* dictos inde fuiſſe. Quidquid ſit, mirum non eſt, ſi temporis lapſu linguæ noſtræ mutationes quaſdam paſſæ ſint, hoc enim quibuſque ſæculis & contigit aliàs, & quondam eveniet. Hoc verò pręcipuum eſt; cùm Galli variarum aliarum Gentium, veluti Germanorum, Græcorum & Hiſpanorum, quibus nulla cum Britonibus conſuetudo intererat, familiaritate fuerint uſi, fieri maximè potuit, ut eorum ſermo valdè admixtus aliorum ſermoni fuerit; in eoque totum diſcrimen Gallicum inter & Britannicum ſermonem ſitum fuiſſe.

Hoc verò mihi nunc demonſtrandum ſupereſt; quomodo nempe hic ſermo voces extraneas, quibus tandem obrutus eſt, paulatim acciverit. Ab Hebræis initium faciam, qui omni dubio procul ſunt vetuſtiſſimi, ſive hæ voces Gentibus illis, ab antiqua ante Babylonicam Diſperſionem, origine ſuperſint, ſive à Phœnicibus in Gallias allatæ ſint, qui totam olim Hiſpaniam ad Pyrenæos uſque montes, quos & aliquando ſuperârunt, occupavere; Annibal enim v. g. ex Hiſpania Italiam petiturus, per Gallias tranſivit. Ut ut ſit, hìc ſubjecta habentur varia vocabula, quę ab Hebraico, vel Phœnicio ſermone ducta videntur.

Gallica

Digitized by Google

Gallica & Britannica Vocabula.

Alpes, montes ſic a nivium albedine dicti.
Ar, prope, ſuper, verſus.
Arar, lentus, unde Arari fluvio lentiſſimo nomen.

Bara, panis, *Bar* frumentum.
Baracaca, Caprinæ pelles.
Bardus, Cantor, quaſi Partus.
Bre, Campus.
Carnout, Tuba.
Caer, Oppidum.

Cetra, Clypeus.
Craig, lapis, vel rupes.

Di vel *Diw*, Deus.
Dinas, Oppidum.

Eſſedum, Currus.
Galba, Pinguis.
Garw & *Garaw*, rapidus, inde Garumna fluvius.
Geſſum, vel *Geſum*, haſta, vel pili genus.
Gewir, homo.
Gerowar, Gaerre unde *Germani*, milites.

Gwith, divortium, ſeparatio.
Gad, bellum.
Kaled, durus, unde Caledonii.

Keven, vel *Keben*, Montis dorſum, unde *Cevenna* vel *Gebenna*.

Laith, humidus, unde *Arelate*.
Machera, enſis, vox, quam quidam Gallicam eſſe putant.
Magum, Græce *μάγος*, Urbs, vel habitatio.

Mar, Magnus, unde *Cendomarus*, *Viridomarus*.

Marck Equus, literarum inverſione.
Pelt, procul, niſi potiùs vox Græca ſit, ut a me inferius notabitur.
Pen, vel *Penne*, Promontorium, Montis apex; item Jovis nomen in Alpibus Penninis, ita dictis, inquit Titus Livius *ab eo, quem in ſummo ſacrarum vertice* Penninum (lege Pennum) appellant. Hic mons hodie *Mont Devi*, Italice verò *Mont Jove*, mons Jovis dicitur; & in multis Germaniæ locis *Pinsdag* Diem Jovis ſignificat.
Rheda, Currus.

Ross, id eſt, Caput, vel Promontorium, unde nomen habet Roſſia Scotię Provincia. Camdenus, pag. 716.

Samolus, herba, quam Druidę ſiniſtrâ tantùm manu colligunt Plinius *lib.* 24. *cap.* 11.
Tarvis finis: unde *Tarviſium*, extremum Scotię Promontorium.
Tyreos, Clypeus, Græce *θυρεός*.

Hebraica vel Chaldaica Gallicis & Britannicis reſpondentia.

אלבן Chald. Albedo, cum articulo Arabico אל.
על, prope, ſuper, verſus.
אחרי, lentus, piger. Proverb. 28: 23, אחר moratus eſt, tardavit.
ברא, comedere, בר frumentum.
ברח Chaldaicè hircus.
פרט, modulari, Amos 6: 5.
בר, Campus, Chaldaicè.
קרנא Chaldaicè Tuba.
קרתא, Oppidum. Armeni dicebant *Certa*; unde *Tigranocerta*.
קשרא vel כתרא Chald. Proverb. 6: 2. Clypeus.
כרך Chald. *rupes*, vel Arx rupi impoſita. Brocard. in Deſcriptione Terræ Sanctæ, *c.* 5. *Tranſibis terram Moab uſque ad petram deſerti, quæ nunc Crac dicitur*, In Steph. de Urbibus Κaρακμώβa, i.e. *Petra Moab*.
די, Sibi ſufficiens, unum ex Dei nominibus.
כרינא Hebraicè Provincia. Oppidum in Arabia. Prima ſyllaba non pertinet ad radicem.
סרן Chaldaicè Currus. Jerem. 18: 3.
חלב, Pinguedo. Inde חלבנה Galbanum.
גרף Jud. 5: 21. de torrente dicitur, qui omnia everrit.
חץ, Sagitta.
גביר, homo.
גרה, jurgari, concitare bellum. Deut. 2: 24. 9: 24. & Daniel 11: 25. Sept. Interpretes reddunt *συνάπτειν πόλεμον*, concitare bellum.
גט, propriè divortii libellus, Deuter. 24: 1.
גד, Turma, exercitus.
גלד, obdureſcere, Chald. dicitur proprie de eo omni, quod congelatur.
גב, dorſum, Hebraice. Et Chald. גבנא vel גבינא, faſtigium montis. Syr. *Luc* 4: 29. Et alti & gibboſi montes dicuntur Pſ. 68: 17. הרים גבננים.
לחב, humiditas, Syriace.
מכרה, Jacobus hac voce uſus eſt, Gen. 49: 5.

מעון, Habitatio, Domicilium. Effero ע ut in Chaldaico עזא, Gaza, &c.
מר Chaldaice Dominus, ſeu quod Gallice dicimus *Sire*, מרן Dominus, unde מרן אתא 1 Cor. 16: 22.
רכך, Equa.
פלא, ſeparare, amovere.

פנה, Angulus, extremitas, vel quidquid in anguli formam porrigitur. Sophon. 1: 16. גבהות פנות, *Anguli excelſi*, hoc eſt, ędificia ſuperba. 1 Sam. 14: 38. עם פנות, *Plebis anguli*, hi ſunt Principes, Primores & Capita populi.

רדון Chaldaice Rhedæ, Currus, Exod. 14: 25. in Jonathane.
ראש, Caput, montis culmen & faſtigium. Lxx. ſcribunt *ῥώς*, 2 Samuel. 16: 1. Inde *Ῥῶσος* in Ptolemæo Syriæ oppidum ad Promontorium conditum, quod *ὁ σκόπελος ὁ ῥωσικὸς*, *ſcopulus Roſſicus*, dicitur.
שמאל, ſiniſtra manus.

טרף, finis, extremitas, Arabice.

תרס, Chaldaice, Clypeus.

Hoc quoque Hebraicum ſermonem redolet; quòd inter eos, non ſecus quam inter Hebręos, *De Henharth* partem orbis dextram ſignificet, ſcilicet Meridiem. Hinc Cæſar aſſerit, illos in omnibus ſuis ſupputationibus a nocte orſos fuiſſe: omniſque eorum Theologia ab Oriente ducta videtur. Hercules enim ille, quem Galli ita venerabantur, Tyriorum Numen, ab ipſis *Tentates*, ab Ægyptiis, notante Platone, in Phædro & Philebo. &c & Cicerone *lib.* 3. de Nat. Deorum, *Teuth* dicebatur. Apollinis Sacerdotes *Pateres*, hoc eſt; *interpretes*, vocabant, ab Hebr. פתר, res obſcuras interpretari: Inde Joſephus Gen. 41. פותר nuncupatur, eò quòd ſomnia interpretaretur. Nomen Heſus, quo Martem indigitabant ad עזיז גבור, quo apud Syros inſigniebatur, proxi-

mè accedit. Hoc ſonant Juliani Apoſtatæ in 4. Oratione verba; *Incolæ regionis Edeſſæ ab omni ævo Soli conſecrata* Μόνιμον αὐτῷ καὶ Ἄζιζον συγκαθιδρύουσι; *Monimum & Æzizum aſſeſſores illi aſſignant*; & Interprete Jamblicho; *Monimus, Mercurius, & Æzizus Mars* habetur. Præterea Ἄζιζος Mars, id eſt, fortis & potens, à Syriis Edeſſæ incolis nuncupatur. Inſuper *Owana* nomen; quod pro Minerva uſurpatur in veteri quadam editione, de qua Scaliger in ſuis ad Auſonium Lectionibus, a nomine *Honga*, quod Phœnicii Minervæ Thebis indidêre, derivari videtur. Quia Chaldaice אגיח *aggiah* bellum movere ſignificat. Heſychius, ὄγκα ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Θήβαις. Stephanus Byzantius ex Euphorione, ὄγκα ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ Φοίνικας. Malim ὄγγα. Vide Heſychium: & ab hoc *Onga* Galli *Owa* ducere potuerunt; (*v.* enim & *γ.* facilè permutantur) & poſtea *Owana*. Sic quia in Ægypto Minerva, notante Platone in Timæo, *Neith* dicebatur, de Gente in Hiſpania loquitur Macrobius, quæ Martem *Netos* appellabat. Sic ab *Aſtarte* Phœniciorum Dea, primò Illyrii, poſteà Germani *Aeſtar*, vel *Aeſter*, nomen cujuſdam Deæ deduxerunt. In cujus memoriam Angli à Saxoonibus orti etiamnùm *Aeſter* menſem Martium, vel Aprilem, appellant, quo Paſcha celebratur; quia ſacrificia, quæ huic Deæ fiebant, hác eâdem tempeſtate olim offerebantur. Beda de Temporibus capite duodecimo, *Aprilis, Aeſter, Monath, qui nunc Paſchalis menſis interpretatur, quondam a Dea illorum, quæ Aeſter vocabatur, & cui in illo feſta celebrant, nomen habuit.* Forſan huic eidem Deæ à Saxonibus, ut ſuperiùs demonſtravi, olim Bellocaſſi agri incolis, loca proxima dicata ſunt, quæ nomine *Eſterhan* inſigniuntur; Saxonicè enim Eſteræ domicilium ſignificant, quæ olim illorum Dea extitit. Quin etiam nomen God, vel Wod, vel Wodan, primò Mercurio, poſteà vero Deo inditum videtur, à גד Ethnicorum Numine deductum, de quo Eſai. 65: 11. Eorumque *Mennus*, vel Meni, à מני ibidem.

Unum, quod notaru digniſſimum eſt, omittebam; Ægyptios nempe, ſecundum Diodorum τριμερέσιν ὥραις in tres tempeſtates, τῇ ἐαρινῇ, καὶ θερινῇ, καὶ χειμερινῇ, vernam, æſtivam & hyemalem, annum diviſiſſe. Tacitus idem de Germanis aſſerit, illos has tres tempeſtates hyemem & ver & æſtatem tantummodo agnoviſſe; *Intellectum ac vocabula habeat autumni; perinde nomen ac bona ignorantur.* Sic hodiè apud Anglos *Winter* hyemem, *Spring* ver, *Suerver* æſtatem ſignificant. Sed nullum eſt Autumno nomen; nam vox *harneſt*, quâ utuntur, propriè *meſſem* ſonat.

Sequuntur quædam vocabula vel à Græco idiomate deducta, vel proximè ad ipſum accedentia; *Alla* ἄλλος; *Bod* βύτος; *Cadier* καθέδρα; *Calcius* χάλιξ; *Chok* κόκκος; *Derw* δρῦς; *Dtw*, aqua, ὕδωρ; *Elin* ὠλένη; *Eb* ἐπὶ; *Hellas* ἅλς; *Cam* καμπή; *Lawes* λαβὴ; *Lann* λίμνη; *Marw* μοῖρα vel μορὸς; *Melin* μύλινος; *Petora* πέτερα pro τέσσαρα; & *Pempe* pro πέντε; *Pele* procul, pro τῆλε; forſan quoque *Tin* ſtrictus ex voce τινὸς, ut & *Uxella* excelſus ab ὑψηλὸς ducta ſunt.

Frequentiùs occurrunt voces Latinæ, ut *Arat*, aratrum; *Cand* vel *Cans* centum; *Cucul* cucullus; *Eiſteney* extenſio; *Ken* cuncus; *Kill* cella; *Latiner* interpres, quaſi *Latineur*, Latinè loquens; *Leue* littus; *Lettay* littoralis; *Lurd* lividus; *Mor* Mare; *Nos* nox; *Ter* terra; *Wal* vallum; *Verub* viridis: Forſanque Priſci, qui vocem *Duſis* ab *aſſiduitate* deducunt, credidere Gallos *Duſis* pro *durus* à *durando*, ut Thuſcos *fuſis* pro *furis*, pronuntiâſſe.

Ulteriùs, quàm oporteat, progreditur Cluverius, qui omnia vocabula ad Germanum ſermonem referre nitirur. Attamen hic multæ adſunt Germanicæ voces, quæ veterem Gallicum ſermonem redolere videntur. *Ambracht, offieier*, muneris publici admioiſter, ab *Ambartus* videtur fluere, quò refert & Italicam vocem *Ambaſciatore*, *Ambaſſadeur* Legatum: *Bec* à Beecum; *Boden fonds* fundus à *Boding* profundus; *Brughe* pons à *Briga*; *Bulge*, *Bougette*, à *Bulga*; *Carra* Currus, a *Carrum*; *Gugel* à *Cucullus*; *marg* à *margue*, quaſi terræ medulla, *Marle*; *Perd* equus, ab *Epoderica* equitandi magiſter: *Plougrath* currûs rota, à *Plaurats*, ut vult in Plinio legi pro *Plavarats*, currus minoribus quibuſdam rotis inſtructus; *Rheno* pellina penula a *Rhenen* Succiæ animali, ex quo penulas ſuas confeciſſe Succos ſuo tempore aſſerit Paulus Diaconus; *Sjar* vel *ſpeare*, pili genus; *Ward* bellum, à *Ger*; unde Germanus.

Nec quoque dubitandum, quin Gallico ſermoni quædam Hiſpanicæ & Vaſconicæ voces admixtæ ſint, aſſerente Strabone Aquitanos dimidia ex parte ſermone Hiſpanico uti. Sic vox *Aber*, *havre* portus, in vocabulis *Artabri* & *Cantabri* occurrit. Vox quoque *Cant*, ex qua Cantabri, pro angulo uſurpatur; adeo ut Cantabri ii eſſent, qui Anguli portum incolerent. Quod optimè regionis ſitum exhibet, quæ in Angulo ad maris littus ſita eſt. Caſaubonus pariter nos ab Hiſpanis vocem *Briga* mutuâſſe arbitrarur, quia in Hiſpania plura ſunt, quam alibi, oppidorum nomina, quæ in *Briga* deſiount; voxque *lanco* lancea, *haſta*, quæ juxta Diodorum Gallica, juxta Varronem Diodoro vetuſtiorem Hiſpaoica eſt; quod vocabulum ab Hiſpania ortum eſſe teſtatur. Ita, quòd Galli Betonicam *Vetonicam* appellarent, habebant à *Vectonibus* Hiſpaniæ populis, ex quorum regione, juxta Plinium plantam illam advexerant. Sed Vaſconicus ſermo, quod nolim, mihi addiſcendus eſſet, ſi plura de eo velim afferre.

Britannico tamen & Gallico ſermoni mulra inſunt peculiaria vocabula, ut cuivis ex Catalogo, quem ſuperiùs contexui, facilè patebit, quæ aliunde deduci poſſe non arbitror, niſi quis Authoris noſtri ingenium & acumen plenè obtinuerit. Ut enim à voce *greve* vocabulum *botes* derivarum eſſe oſtendat, dicit ex *greve* factum eſſe vocabulum *ocrea*; pro *ocrea* poruiſſe Græcos pronuntiare *othrea*, ut dicunt *othris*, pro *ocris*, & ex vocabulo *othrea*, quod nunquam extitit, factum eſſe *rothes* per tranſpoſitionem, & præponendo B. *Brothes*; ex quo demum Botes, demptis *r* & *h*.

Cæterum iſtos errores non ideo notavi, ut Tibi vel Autboris vel Libri faſtidium quoddam inſtillem, mihi enim doctus viderur: ſed ut oſtendam eum cautè legendum eſſe, ne plurima credantur certa, quæ ipſum primâ Editione correcturum arbitror. Omnia tamen Tuo judicio committo, etſi tamen ab eo ad indulgentiam tuam confugiam; ut ſcilicet crimen condones, quòd Te à melioribus avocem, ut prolixam iſtam legas Epiſtolam, quam claudo ſincera hac ſpooſione, Me in æternum tibi fore addictiſſimum,

Cadomi 8. Kalend. Febr. 1637.

SAM. BOCHART.

Abſoluta fermè erat Operis hujus Editio; cùm Erudiſiſſima hac Hiſtoria Veterum Gallorum ab Anton. Goſſel. conſcripta διάκρισις a Celeberr. D. Jurieu, Vigilantiſſimo Eccleſiæ Roterodamenſis Paſtore, Doctiſſimoque ibidem Theologiæ Profeſſore, Bocharti Noſtri affini digniſſimo, nobis fuit ſuppeditata; proinde aliam hæc non potuit ſedem in Opere obtinere, quam obtinet. Neque id nobis ullatenus grave & moleſtum; ſiquidem exquiſitiori diſſertatione Opus hoc non potuerit coronari.

A D

AD
ILLUSTRISSIMOS
PRINCIPES AC DOMINOS
DOMINOS
LUDOVICUM PHILIPPUM,
COMITEM PALATINUM RHENI,
DUCEM BAVARIÆ, &c.
ET
FRIDERICUM MAURITIUM
TURRÆUM,
SEDANENSIUM PRINCIPEM,
Sedano in Palatinatum profecturos, circa Non. Mart. An. M. DC. XVIII.

PROSOPOPOEIA { SEDANI. MOSÆ. ACADEMIÆ.

Sedanum.

NUMINE dum charo, claro dum lumine pręſens
Mi Ludovice faves, me Friderice foves;
Vernat hyems, ventique jacent, volucreſque canoræ
Aonio lactant murmure dulce nemus,
Terra viret, gramenque ſinu telluris aperto,
Jamque erat agrorum flos oriturus honos.
Nominis at noſtri, noſtri dum liminis, abſens,
Te Lodovice pudet, te Friderice piget;
Ver hyemat, volucreſque tacent, ventique ſonori
Æolio jactant turbine triſte nemus.
Terra riget, gramenque ſinu telluris operto,
Jamque erit agrorum flos moriturus onus.
Méne fugis Ludovice, fugis Friderice, nec unquam
Nomina noſtra feres, limina noſtra teres?
Uſque tamen Ludovice, tamen, Friderice, Sedanum
Numina chara colet, lumina clara volet.

Moſa Amnis.

Dum colis, ô Lodovice, colis Friderice Sedanum,
Poſſideo in riguis florida regna vadis.
Dum ſugis, ô Lodovice, fugis Friderice Sedanum,
Poſſideo in rigidis arida regna vsdis.
Et mea, quæ tantum vobis præſentibus arva
Utilis unda rigat, futilis unda riget.
Fluctibus ut fluctus, ſic luctus luctibus inſtant,
Cum fluctu fletum fundo, fleoque fluens.
Flumina ſed flentem fugiunt & lumina, jamque
Flumine ſiccus eo, lumine cæcus eo:
Flere libet, nec flere licet, jamque arida deſunt
Flumina luminibus, lumina flumioibus.
Da lugere mei luctus tu fautor & author:
Fac Lodovice fluam, fac Friderice fleam.
Obturant aures, obdurant corda, preceſque
Excluſas rigidis auribus aura rapit.
Cuncta neges Lodovice, neges Friderice nec unquam
Flumina noſtra colas, Numina veſtra colam.
Forſan honos onus eſt renuentibus, ultio cultus,
Nolenteſque colens cultor & ultor ero.

Academia Sedanenſis.

Moſa & Muſa rigent, & Moſa & Muſa queruntur
Flumen ſtare ſuum, lumen abire ſuum.
Vos fœlix quoties Academia ſentit adeſſe,
Clangentem Phœbum ψάλμα vel ἄλμα tenet.
Turba novena tumet; ludunt, gens culta, Poetæ;
Ridet avena, viget vena, Camœna canit.
Infœlix quoties Academia ſenſit abeſſe,
Plangentem Phœbum languor & angor habet.
Turba oovena timet; rudunt, gens ſtulta, Poetæ;
Stridet avena, riget vena, Camœna cadit.
Vos niſi Moſa movet fluctu, luctuque Sedanum;
Commovest fletu Muſa miſella ſuo.
Eſt mage Moſa, ἰδανῇ Muſa eſt mage digna Sedano:
Moſa ſali, Urbſque ſoli eſt incola, Muſa poli:
Incola Muſa ſoli eſt, cœli prius incola; quoque
Numina veſtra colat, lumina veſtra colit.
Vos Moſam & Muſam fugitis; linquetis, ut abſint
Numina noſtra procul, limina veſtra procul.
Languida pro luctu cultum, pro crimine carmen
Muſa dat & melius carmine ſi quid habet;
Dumque dolor nobis in pectore, pallor in ore;
Vos ridere cupit, voſque redire cupit.

Illuſtriſſimi Principis Ludovici Reſponſio.

Non fugio, ut fugiam tua Numina, flumina Moſæ,
Cum Muſa ad Moſam ſit mihi cauſa viæ;
Nominis haud capiunt faſtidia, blanda Sedanum,
Tædia nec rapiuot liminis ulla tui;
Æternum prædulcis erit mihi clara Sedanum,
Moſaque cura mihi, Muſaque chara mihi.
Æternum tamen externo lare degere nolo;
Mente manet patrius fumus humuſque meâ;
Rhenus arenoſus, regnatque ubi Mœnus amœnus;
Neccar Nectareos lambit & ambit agros:
Hoſpitibus Muſis ne Moſa ſuperbiat unus,
Caſtæ Caſtalides hic quoque caſtra locant.
Has ſolis capiunt, ſapiunt mage dolia, lymphis
Vina, vadiſque cadi & pocula nigra Nicri:
Huc vocor, hîc eſt natus ἥρως, hîc eſt ſatus heros;
Me patruum, fratrem qui facit eſſe patrem.
Hîc ſtatio rata grata mihi, dum merſus Olympi
Limpidiore puer flumine terſus eat:
Quæ pellit vellitque animis & vulnus & ulcus,
Ut Styge lux, Stygiis hæc aqua præſtat aquis.
Ut cœlum cœno præſtantius, hæc aqua præſtat
Flumine Moſa tuo, flumine Muſa tuo.
Nuper at exorto rapior qui lumine Nicri,
Forte iterum capiar flumine Moſa tuo.

Illuſtriſſimi Principis Sedanenſis Reſponſio.

Me fugere has ædes, in queîs ſedemque pedemque
Figere & ætates degere mille velim!
Me patrium flumen Moſam, limenque Sedanum,
Et lumen Muſam deſeruiſſe meam!
Me Moſæ fluctum, me fructum ſpernere Muſæ,
Et fugere externo tecta paterna ſolo!
Plus muſarum opus, ærifero plos flumine Moſa;
Pluſque gregum patrio murmure culta domus,
Quàm Muſivum opus, aurifero quàm flumine Ganges,
Quàm Regum Pario marmore fulta domus.
Fas tamen Heroem agnato de ſanguine natum
Viſere, lætitiæ fas dare ſigna meæ:
Eſt vix nata, licet ſit adhuc ſine nomine, nota
Chara polo ſoboles, clara ſolo ſoboles.
Stirps agnata mihi ſoli eſt ignota; quod illam
Inviſam inviſo, ſit procul invidiâ.
Me viſu & riſu noſcat puer, à duce Chriſto
Nomina eum capiet, nomina eumque dabit:
Vivaque dum faciem, mentem dum Diva ſacrati
Fluminis unda lavat, flaminis aura levat.
Mox ego mox ἰδανῶς repetam vada chara Sedani,
Et Moſæ & Muſæ cultor ut ante meę.

Academiæ Spes.

Hanc ſpero ſpiroque diem, quę ſola Sedanum
Eſt ſedare potis, quę mihi ſola ſalus:
Omnia tum riſu, luſu, plauſuque ſonabunt:
Indicium populi clamor amoris erit.
Fontibus eximiis & frondibus aurifer omnis
Tum lacus & lucus, laurifer omnis erit:
Ambroſii ad vada ſootis oves balare, volare
Umbroſi cernes ad juga montis aves.
Tum quoque florifero fructu dum terra vigebit
Rorifero fluctu Moſa rigabit agros:

Moſa

Moſa rigabit agros, Moſam quoque Muſa rigabit,
  Sidoniis Sedanum Muſa rigabit aquis.
Et quæ nunc flatus vix vix trahit, aëra pulſans
  Debilibuſque ſonis, flebilibuſque modis,
Tum fluctus, tum ſaxa trahet, lucoſque, lacuſque,
  Et rupes rapiet Muſa, feretque feras.
Quæ nunc pauca dedit vobis & carmina rauca,
  Carmina tarda dedit, carmina barda dedit:
Tunc & multa dabit vobis & carmina culta,
  Carmina prompta dabit, carmina compta dabit;
Et generoſa teret facta, & vos inſeret aſtris,
  Inque polum, auſa polum Muſa ferire, feret.

CELSITUDINUM veſtrarum

Subditiſſimus cliens

SAMUEL BOCHARTUS.

Clariſſimis & Reverendis

VIRIS

D. JOACHIMO MOLINÆO V. D.

Apud Aurelianenſes emerito,

ET

D. PETRO MOLINÆO

Apud Pariſienſes fideliſſimo Miniſtro, illi Avo, huic Avunculo ſuo, filiali amore colendis, dicat conſecrat & offert Theſes, quas præſide,

D. JOH. SMITH V. D.

Miniſtro, & in Sedanenſi Academia Profeſſore tuendas ſuſcepit SAMUEL BOCHARTUS Rothomagenſis.

Munera quanta dabo vobis, Ave, Avuncule? multa
  Debeo, ſed nihil eſt, ergone nulla dabo!
Munera nulla Theſes vereor dare; nullane? fallor:
  Eſſe negem doctis munera *digna* Theſes?
Sed dare verba malum eſt. Abſit fallacia dictis;
  Res latet in verbis; ſic dare verba bonum eſt.
Debita ſolvo, nihil dono, ſed ſolvere ſponte
  Eſt dare; cùm ſolvam debita, dono tamen.
Nil niſi veſtra dabo, cùm ſint mea veſtra: Minerva
  Mi dedit hæc: igitur, nil niſi *noſtra* dabo.
Parva dabo, dum noſtra dabo: ſed agente Minerva
  Dum quoque noſtra dabo, munera *magna* dabo.
Sed duo munus idem nec Avus, nec Avunculus optant.
  Quin uni potiùs munera *plura* fero.
Hos etenim natura duos prope cogit in unum,
  Quotque ego dono Theſes, tot dare dona teor.

Ergo *dignaque*, *noſtraque*, *magnaque*, *pluraque* dona
  Ingenio faciles accipitote pari.
Maxima ſic fient *digniſſima*, *plurima* dona
  Quæ prius hæc fuerant inferiore gradu.

S. BOCHARTUS.

Nepos addictiſſimus. 1615.

Ad optimæ ſpei Adoleſcentem

FRANCISCUM FABRUM,

CUM

Theſes de Principiis, ſub præſidio

D. JOHAN. SMITH V. D. M.

Et in Academia Sedanenſi Philoſ. Profeſſoris, tueretur.

Si cupis optatam curſu contingere metam,
  Quod facis, à primis incipe principiis.
Quisquis in inſtabili ſibi tecta parabit arena,
  Flante Noto caveat ne ſua tecta ruant.
Aut Borea, aut bacchante mari, tua tecta manebunt:
  Sic doctum decuit tecta parare Fabrum.

S. BOCHARTUS

Rothomagenſis Ann. Ch. 1616.

Ad nobiliſſimum adoleſcentem

ISAACUM NOYENTELLUM,

CUM

De Mundo Theſes ſub præſidio

D. JOHANNIS SMITH V. D. M.

Et Philoſ. in Academia Sedanenſi Profeſſoris, ſuſtineret.

rbis orig
rnatus, ſitus, ord,
lympus ipſe in parvul
rdine pingitur hoc libell,
nunc, quiſquis es, aggredi cavet,
pemque potius, ferre ſi potes, fert
rbe vel extorris fugies, extorris olimp:
rcúſque ſolus ſupererit tibi miſer
lſacc, metum mente repellit
rbem quippe tegit tuus umb,
rbis aderit tibi mutu,
ppones validum tu
rbem inimic.

Amoris ergo ſcripſit
SAMUEL BOCHARTUS,
A. 1616.

Ut ſchematis hujus artificium intelligatur, tria aut quatuor ſunt prænotanda. 1. Mundi, de quo in Theſibus diſputatur, figuram & modum eo ſchemate denotari. 2. Circularem lineam ſchema circumſcribentem; vel potius, ſchema ipſum quoad figuram orbiculare, ex ſua cum litera O conformitate, litera hujus defectum ſupplere ad verſus cujuſque initium ac finem. 3. Alluſione ad Mundi per eam figuram repræſentati ſtabilitatem Theſium Argumentum iſtud tractantium firmitatem ſignificari. 4. Cùm eadem illa figura aliquam umbonis præ ſe ferat ſpeciem, inde authorem inferre nihil Noyentello timendum, quippe qui potentiſſimè tum ſoliditate materiæ tum eruditione Præſidis, &c. tanquam duplici umbone, defendatur.

FINIS.

GENE-

GENERALIS
RERUM ET VERBORUM,

Quæ in utraque Operis parte, *Phaleg*, & *Phœniciis*, habentur,

INDEX,

In quo c. notat columnam, l. verò lineam.

A.

Aleph, ἄλφα c. 451. l. 51. א eliſum & per Dageſch compenſatum c. 730. l. 64. א *aleph* initiale rejicitur c. 745. l. 40. &c. & c. 758. l. 9. א *aleph* Hebr. Ægyptii in I mutant c. 260. l. 1. &c.
A in E ἀρχαϊκῶς c. 399. l. 51.
Abacenum à celſo ſitu dictum oppidum Siciliæ c. 518. l. 15.
Abacoancini Siciliæ para ibid. l. 30.
Abaddir vel Abdir, idem quod Bætylus c. 708. l. 39.
Abaddires Punica Numina in Auguſtino c. 765. l. 68.
Abalites ſinus & emporium, vide Obal.
Abana fluvius Damaſci c. 79. l. 56.
Abana, vide Amana.
Abantes cur dicantur Euboenſes c. 401. l. 72.
Abara Phœn. vadum c. 482. l. 4. Abaræ quædam in Africa ad aquas ſitæ ibid. l. 9. Beth-Abara ibid. l. 20.
Abaris Scytha laudatus c. 173. l. 73.
Abaſeni vel Abyſſini ex Arabia migrarunt in Africam c. 126. l. 51 Iidem Nubæi ibid. l. 2. & Homeritæ ibid. l. 56.
Abaſenorum regio aromatifera c. 106. l. 45. & c. 109. l. 4. Abaſeni in Arabia prope Sabæos & Chatramoras, unde Abyſſini c. 106. l. 50. *Abyſſinorum Rex* falſo creditos Preſtigiani c. 272. l. 36.
Abdara, Abdera, & Audera Bæticæ urbs quomodo Phœn. c. 617. l. 40.
Abeliani vel Abeloitæ hæretici, Pœnis Abelonii, qui abuxoribus abſtinebant, unde dicti c. 767. l 70. &c.
Ἀβέλιος Sol Cretenſibus c. 663. l. 40.
Abellio Deus in Convenis ibid. l. 43.
Aber & Abravanus unde c. 681. l. 10. &c.
Abibalus Beryti Rex cui Sanchoniathon inſcripſit opus ſuum, antiquior Abibalo Tyri Rege Hirami patre c. 772. l. 23. Abibalus aliis Abelbalus perperam ibid. l. 37.
Abii juſtiſſimi c. 173. l. 46.
Abila mons Phœnicii nominis, una è columnis Herculis c. 477. l. 71. & c. 732. l. 46. &c.
Abimael Arab. *Abumail* vel *Abumâl*, id eſt, pater Mali ſeu Maliitarum: *Abi* ſic ſæpe præfigi c. 127. l. 26. &c.
Abirminæa, vide myrrha.
Aboras vel Chaboras, ut Alybe vel Chalybe c. 103. l. 26. & c. 256. l. 1.
Abraham Hebrone ſepultus & qui præterea c. 300. l. 6. Abrahæ bilii cum Hercule profecti adverſus Antæum c. 388. l. 20.
Abraham Zacuth author libri Juchaſim quando ſcripſerit c. 114. l. 61. & c. 310. l. 42.
Abraxas unde Galli ſimias appellaverint c. 675. l. 30.
Abrotonum herba, Arab. *caiſum*. c. 481. l. 70.
Abrotonum Africæ oppidum, ubi ſitum ibid. l. 72. Abrotonum pro Abaritano ex *Abara* ſeu vado ad vicinum lacum ibid. l. 73.
Abſitris fl. idem qui Adiavas c. 242. l. 67. & c. 243. l. 18.
Abyla vel Abila, Africæ mons ad Gades c. 731. l. 46. Abila, id eſt, mons altus, vel ſylva alta. עב *ab* Hebr. denſa nubes, deinde locus celſus inſtar nubium, Syr. ſylva ibid. l. 52. &c. & c. 733. l. 6. &c. Abila mons & celſus, & arboribus opacus ibid. l. 20. עב *ab* etiam pro columna, unde ibidem columnæ Herculis ibid. l. 26. 34.
Abyſſini, vide Abaſſeni.
Acabe fons dictus à ſitu in extrema Africa c. 487. l. 51.
Acchad vel Archad, multa hujuſmodi c. 237. l. 38. Hinc Argades fluvius ibid. l. 61. Babyloniæ pars Attacena, fortè Arcatena vel Arcadena c. 238. l. 39. &c.
Acco, id eſt, Ptolemais, unde dicatur. Fabella ridicula c. 360. l. 26.
Ace, vide Ptolemais.
Aceſta ubi ſita & unde dicta c. 512. l. 65. & 513. l. 9.
Ἀχάνη, menſura quædam Bœotiis, Perſis & Ægyptiis, אכנ Talmudicis c. 437. l. 10.
Achates lapis in Achate Siciliæ fl. c. 549. l. 40. Achates lapis quomodo Phœn. ibid. l. 52. *aked* quid propriè Hebr. ibid. l. 54. &c. Achates ἀδιάφορος c. 550. l. 23. Achates quam varius lapis ibid. l. 33.
Achæmenes ubi ſiti & unde dicti c. 284. l. 66.
Ἄχι vel ἄχει quid Helleniſtis c. 758. l. 20.
Achillea Pœnis *aſterchillos* herba Chillis, id eſt, Achillis c. 757. l. 40.
Achiman, vide Anakæi.
Achivi cenſentur ab Homero inter incolas Cretæ c. 757. l. 56.
Acis Siciliæ fluvius a rapiditate dictus c. 529. l. 45.
Aconitas, quomodo Hebr. & Arab. c. 102. l. 73.
Acra, Africæ urbs ab Hannone condita ubi ſita & unde dicta c. 641. l. 47. &c.
Acracanas, Euphratis alveus, vide Euphrates.
Acragas urbs, vide Agrigentum.
Acrages fl. ubi & cur ita dictus c. 554. l. 9. &c.
Acueodi verba Phœnices ad diſciplinas transferunt c. 368. l. 35.
Ad pro in c. 724. l. 6.
Ἀδὰ Tyriis ſalix, ut *adan* vel *idan* Talmudicis c. 737. l. 16. &c.
Adad, id Macrobio unus, Solis nomen circa Heliopolim, unde deducatur c. 731. l. 20. &c. Adad & Atergatis in Macrobio junguntur, ut in Philone Adodus & Aſtarte ibid. l. 40.
Adam unde dictus c. 51. l. 5. Adam Hebrone ſepultus ut creditur & quinam alii c. 300. l. 3. 6. Adamum poſt Abelis necem ab uxore ſe continuiſſe per annos CXXX c. 768. l. 23.
Adamas cur anachites & anancites c. 650. l. 8. 17.
Addermuch veſtis genus, vide *Darmuch*.
Addir DEI epithetum c. 766. l. 4. Et Pœnis DEUS aliquis ibid. l. 15.
Aden c. 101. l. 32.
Ἄδης vel Ἀΐδης c. 20. l. 27.
Adiabene, vide Aſſyria & Diava.
Adiabeni cur Saccopodes in Strabone c. 246. l. 20. &c. fortè legendum Σακκοφόροι, id eſt, ἀσκοφόροι ibid. l. 28.
Adiavas fl. πολυώνυμος c. 242. l. 64. Adiavas cur dictus c. 243. l. 52. Hujus nomina omnia ſumi à præcipiti curſu ibid. l. 1. &c.
Adodus, vide Adad.
Adoneus Bacchi nomen unde c. 440. l. 72.
Ἀδωνιασμὸς Maryandinorum ruſticum carmen, unde dictum c. 737. l. 70.
Adonis unde ibid. l. 28. dicitur eſſe κύρις vel κιρὶς & unde ibid. l. 51. &c. Phœniciè dominus ibid. l. 52. cur idem Γίγγρας ibid. l. 30. & Gingras c. 727. l. 7. & c. 728. l. 7. Ubi cultus c. 355. l. 7.
Adonia Africæ fluvius c. 640. l. ult.
Adramitæ, id eſt, Hadbramauth c. 100. l. 39. & c. 503. l. 29.
Adramyta regio aromatifera c. 105. l. 37.
Adramyttium, vide Atramyttium.
Adrano, Siciliæ pagus c. 556 l. 62.
Adranos Sicil. fl. ubi Adrani DEI fanum, cui ſacri mille canes, qui fures diſcerpunt. Hujus Palici filii c. 530. l. 18. 40. 45. &c. Falluntur qui Adranum cum Adriano Imp. confundunt ibid. l. 60. Adrani nomen Syrum ibid. l. 62.
Adrapanautæ Ecbatanorum Regia à Tigrane exciſa c. 197. l. 50. quid notet ibid. l. 52.
Adrianopolis Thraciæ cur olim Oreſtias c. 360. l. 31.
Adriaticum mare in Africam uſque porrigi c. 503. l. 20 &c.
Adrumeti Cothon c. 469. l. 30. Adrume vel Adrumetum Phœnicum colonia c. 478. l. 5. 10. Byzacii metropolis ibid. l. 23. Non habet a morte nomen, ut volunt, ſed a centeſimæ frugis incremento ibid. l. 29. &c.
Adyrmachidæ ab Ægyptiis ſola veſte diverſi, a qua dici potuère, quia *Addermuch* vel *Darmuch* eſt genus veſtis c. 283. l. 62. &c.
Aea, vide Oea.
Aeæa Circes inſula ubi ſita c. 591. l. 48. Ibi Auroræ domus & chori quorſum ibid. l. 51. &c.
Æetes Colchidis Rex filius Solis, ut Rameſtes Ægypti c. 228. l. 2. Ita etiam Æthiop. Reges ibid. l. 7.
Æduorum *Vergobretus* c. 665. l. 47.
Æga Æolidis promontorium c. 403. l. 27.
Æga inſula prope Eubœam Neptuno ſacra ibid. l. 22. & Eubœæ oppidum ibid. l. 26.
Ægea Amazonum Regina in Ægeo mari periit ibid. l. 31.
Ægeon idem cum Briareo ibid. l. 36.
Ægeum mare unde dictum, variæ ſententiæ ibid. l. 21. &c. Vera origo nominis c. 404. l. 28. Ægeum mare navigatu cur difficile c. 403. l. 63. &c. De eo Proverbia c. 404. l. 18. &c. Idem mare inſuloſum c. 405. l. 32.
Ægeus Theſei pater in mare Ægeum ſe dedit præcipitem c. 403. l. 32. Ægeus Neptuni cognomen ibid l. 35.
in Ægina inſula quot incolæ c. 253. l. 40.
Ægis bellua ignivoma in Phrygia à Pallade occiſa c. 571. l. ult.
Æguſa inſula Sicula qualis c. 509. l. 68. unde dicatur Catria c. 510. l. 12. &c. Eadem Aponiana ibid. l. 29. Vide & c. 562. l. 7.
Ægyptus terra cymbali orarum, id eſt, ſiſtri c. 212. l. 20. &c. trans flumina Chus ibid. l. 57. Imagines in vaſis papyraceis mittit ibid. l. 28. pro Nilo c. 625. l. 2. ſuperior & inferior, vid. Miſrajm. Naturali ſitu munitiſſima c. 259. l. 1. &c. Non eſt ποταμόχωστος, ut volunt c. 261. l. 30. 47 Ægypti loca antiquiſſima, quæ extabant ævo Abrahæ & Iſidis & Ori ibid. l. 55. Ægyptus ſemper fuit in eodem ſitu ibid. l. 47. Ipſius fontes amaros eſſe falſum eſt c. 262. l. 25. Conchylia in ipſius montes non invexit Nilus, ſed generale Diluvium ibid. l. 30. Multa de Ægypti Nomis c. 260. l. 55. &c. Ægyptus olim terra Cham & Chamia vel Chemia, non à nigredine, ſed à

Chamo

a

Digitized by Google

Chemo c. 7. l. 46. &c. Chemi hodie Copbtitis ibid. l. 62. Indidem Hermochymios, Chemmis, Pſochemmis, &c. ibid. l. 59. &c. Ægyptus cur dicatur Raab c. 58. l. 72. &c. Ægypti ſolum nigrum c. 7. l. 53. In Ægypto quot hominum myriades c. 277. l. 70. Ægypti Regum à Miſraimo ad Pharaonem Moſis fabuloſa ſeries c. 316. l. 15.

Ægyptii cur dicantur gens tracta c. 186. l. 4. &c. Ægyptiis uti moribus pleroſque Africanos ab Ægypto ad Tritonem fl. c. 294. l. 52. &c. eodem modo armari c. 296. l. 4. Ægyptiorum clypei ad pedes uſque porrecti c. 295. l. 46. &c. Ægyptii Iſraelitis barbari c. 700. l. 11. In Ægypto Phœnicum paſtorum dynaſtiæ c. 357. l. 43. &c. Ægyptii *Hycſos* vocabant, id eſt, Reges paſtores ibid. l. 54. Hi fuère immaniſſimi; inde Paſtores Ægyptiis execrandi ibid. l. 60. Regum nomina explicata ibid. l. 65. &c. habuerunt litteras ſacras c. 773. l. 52.

Ægyptini dicti Æthiopes c. 271. l. 65.

Ægyptia lingua Hebræis barbara c. 58. l. 57. Tamen quædam habuit cum Hebræa communia ibid. l. 68. &c. Græcæ matrix non fuit, ut volunt, ſed ab ea diſſimillima c. 60. l. 10. &c. Ægyptiæ voces in V. T. c. 58. l. 57. &c. Ægyptiorum ſapientia c. 59. l. 72. Ægyptia nomina in Græca tranſtulit Solon c. 60. l. 28.

Ægyptia faba cur Hebr. *Lubi* dicta c. 296. l. 70.

Ænaria inſula, vel Enaria potiùs non dicitur ab Ænea, ſed ab enaribus, id eſt, ſimiis c. 592. l. 15. &c. Vide & Pithecuſa.

Æneæ & Uliſſis peregrinationes collatæ c. 561. l. 43.

Ænos urbe ab Ænea condita in Ciconibus ibid. l. 53.

Æoliæ ſeptem inſulæ c. 519. l. 12.

Æolus cur Rex ventorum c. 594. l. 55. &c.

Æris uſus olim pro ferro c. 445. l. 13.

Æs ex Javan c. 154. l. 70. Æs Moſſynœcum c. 182. l. 36. &c. Paphlagonicum ibid. l. 45. Æs quod urinando è mari effoditur c. 506. l. 11.

Æſar Deus Tuſcis, *Æſi* Dii c. 184. l. 26.

Æſculapius Cabirorum octavus, cur Eſmunus Phœnicibus c. 711. l. 34.

Æſtar in Germania culta quæ Dea c. 676. l. 50. Hinc Paſcha Anglis *Eaſtertime* ibid. l. 54.

Ætates quatuor c. 226. l. 45. &c.

Ætatis hominum inſigne decrementum c. 95. l. 64.

Æthalia, vide Lemnne.

Æthiopes pro Colchis, & Æthiopia pro Colchide c. 286. l. 53. Æthiopum arma ſagittæ & arcus c. 266. l. 11. Perſarum arcus prægrandes, tamen Æthiopum majores ibid. l. 23. &c. Sagittæ tamen breviſſimæ, quibus pro mucrone ſmyris ibid. l. 50. &c. Et radiorum inſtar capiti circumligatæ ibid. l. 66. Has in nubis ſpeciem crebertimas jaculabantur c. 267. l. 15. &c. Niſicaſtas vocat Plinius, potiùs Miſicaſtae ibid. l. 40. &c. Etiam averſi jaculabantur ibid. l. 48. Ex ictu mors præſentiſſima, quia ſagittæ venenatæ ibid. l. 53. &c. Æthiopibus ad Occaſum eadem arma c. 268. l. 22. Et Mauris ibid. l. 28. Æthiopum ad fidem vocatio prædicta & impleta c. 270. l. 40. &c. Æthiopes Ægyptiorum coloni. Multa utriſque communia c. 271. l. 6. &c. Utrique habebant literas ſacras c. 773. l. 52. De antiquitate certamen inter illos, ſed Ægyptiorum cauſa potior c. 271. l. 35. &c. Ægyptini Æthiopes ibid. l. 65. Æthiopes anthropophagi c. 272. l. 65. Edendi legem non habent, niſi naturalem c. 273. l. 25. Aſini Æthiopici ibid. l. 40.

Æthiopiæ tbus c. 104. l. 53. Æthiopiam in Arabia fruſtrà quæri c. 211. l. 8. &c. Æthiopiæ ſub Ægypto nomen Hebræum hactenus ignotum. Probatur id eſſe Lud, decem rationibus c. 264. l. 58. &c. Vide Lud. Æthiopiæ caput Meroe c. 272. l. 7.

Ætna Phœn. *attana* fornax, vel *etuna* caligo, quorſum c. 526. l. 6. &c.

Æx ſcopulus inter Tenedum & Chium c. 403. l. 28.

Africæ varia nomina c. 7. l. 33. Africæ nominis falſæ originationes c. 488. l. 55. &c. Vera ibid. l. 36. Africa fit ex *feric*, id eſt, ſpicâ, mutatione analogica ibid. l. 53. Cur à ſpicis dicta. De ejus incredibili fertilitate Veterum teſtimonia ibid. l. 70. & c. 489. l. 1. &c. Africæ ſpicis craſſior culmus c. 490. l. 4. Ipſius Symbolum mulier ſpicigera ibid. l. 10. Africa Romam ſuſtentabat ibid. l. 16. Africæ loca fertiliſſima c. 491. l. 1. &c. Africam à Necone miſſi Phœnices circumnavigarunt c. 639. l. 32. In Africa pauca metalla c. 171. l. 30 Africæ Periplus ab Hannone Punicè ſcriptus c. 640. l. 56.

Afri Diſperſi & Nomades, inde Africa pantheræ pelli ſimilis c. 296. l. 23. 31. Africani utuntur moribus & armis Ægyptiis c. 283. l. 62. & c. 296. l. 3.

Agolletor Tuſcis puer c. 585. l. 4.

Aganippe vel Enippe Bœot. fons a vitore crateris dictus c. 428. l. 45. &c. Muſis ſacer c. 429. l. 56.

Agar Pharaonia ſcil. filia c. 316. l. 34. 57.

Agar Gal. 4. montes prope Petram Arab. c. 276. l. 6.

Agareni ab Agar, Gr. Agrei, quàm divites pecore c. 225. l. 57. 63.

Agathurium vel Agathymum Siciliæ oppidum unde dictum c. 517. l. 67. &c.

Agathyrſi, vide Trauſi.

Agbatana, vide Ecbatana. Origo vncis c. 196. l. 20

Aglibelus Sol dictus Palmyrenis, id eſt, rotundus dominus c. 731. l. 54. &c.

Agrigentum Siciliæ urbs, olim Acragas, habuit CCM incolarum c. 553. l. 46. &c. Nomen ab amne Acragante ibid. l. 67. Et amni ab urbe vetuſtiſſima c. 554. l. 11. &c. Agrigenti quot incolarum millia c. 253. l. 30. &c.

Ἀγρώτης Deus, id eſt, שדי c. 706. l. 70.

Aibad vel Jabad ſeges hordeo ſimilis, unde Jabadiu inſula dicta c. 692. l. 27.

Aila, Ailana, Ela, Elan, Elath, Eloth, portus in aditu Maris Rubri c. 685. l. 10. unde ſinus Ælanites, &c. ibid. l. 22. Cur nomen variè flectatur ibid. l. 19. Iter inde Meccham, & Petram & Gazam ibid. l. 40. 50. Aila jam erat tempore Moſis ibid. l. 51. Sæpe mutavit dominos ibid. l. 61. &c. Durabat adhuc cùm Nubienſis ſcripſit c. 686. l. 4. Fulleri error Ailam eand. eſſe cum *Leucecome* ibid. l. 12. &c.

Alabus Siciliæ fl. ubi Hybla & mel Hyblæum à dulcedine dictus c. 538. l. 7.

Alaſda, vide Alauda.

Alalcomenæ, id eſt, invictæ; Nomen urbis Bœoticæ ob Minervæ reverentiam ſemper intactæ c. 434. l. 67.

Alalia vel Aleria & Valeria Phocenſium urbs in Corſica à Pœnis dicta Calaris vel Calarac. 578. l. 42. 62. Fortè etiam Aradis ibid. l. 64.

Alani circa Tanaim c. 16. l. 31. &c.

Alauda legio Gallicana unde dicta c. 667. l. 48. &c.

Alauſa Gallie olim clupea c. 676. l. 5. 18.

Albionis & Bergionis contra Herculem pugna c. 657 l. 42.

Albogon pulegium Gallis, ut Mauris alvegen c. 676. l. 69.

Alborak Mahumetis jumentum, mediæ naturæ inter mulum & aſinum c. 274. l. 23. Vide & *Βεριχ*.

Alcababa Mecchæ templum unde dictum c. 11x. l. 24.

Alcahira Ægypti urbs unde dicatur c. 136. l. 27.

Alcaçar Hiſp. Acropolis unde c. 37. l. 13.

Alchymia, vide Chemia.

Aldus aut Aldemius Juppiter Gazæ cultus, fortè ab *Alda*, id eſt, ſæculo c. 748. l. 34. Aliter Græci ſumunt ibid. l. 35.

Ἀλείφωσι ſeu ſtagnatura c. 649. l. 62.

Alep, olim Beroea c. 79. l. 19.

Aleſia Galliæ urbs ab Hercule condita c. 657. l. 21.

Aletes in Hiſp. Carthagine cultus propter inventa argenti metalla, unde dictus c. 622. l. 39.

Alexander Rex Javan. c. 154. l. 24.

Alexander Balla ubi cæſus c. 102. l. 17. Cur à lattonibus cæſus dicatur ibid. l. 42.

Alexandria non eſt No-Amon c. 6. l. 16. Olim Racotis ibid. l. 35. &c. Copbtitis Racot hodieque c. 7. l. 62.

Algaur Arab. Cœleſyria c. 349. l. 56.

Algauta pro valle Damaſcena c. 79. l. 52. Vide Gauta.

Algerameka, Algiormok, vide Giormok.

Algiar, vide Egra.

Aljeman Arabiæ pars Auſtralie c. 114. l. 66. Aljeman & Sabæorum regnum idem c. 317. l. 34. 56. Vide & Jeman.

Alilæi Arab. Fœl. populi dicti à Dea Alilas, prope Caſandres vel Caſſanitas quorum regio aurifera c. 109. l. 53.

Alilat Arabum Dea Urania ſeu Luna, hodiè *Hilal* plur. Ahalil, in magno cultu c. 110. l. 15. Inde Alilæi qui Hebr. *Jerachei*, & Arab. *filii Hilal* ibid. l. 56. &c.

Aliſa, Siciliæ fons exultabundus, quod nomen ſonat c. 516. l. 72. &c. Ibidem Alæſa urbs & Alæſus fl. ibid. l. 23. &c.

Alfium pars Elidis c. 255. l. 43.

Alkaſib, palatium Belkis uxoris Solomonis in urbe Marab. c. 133. l. 39.

Allobroges unde dicti c. 677. l. 66.

Allophyli ex Philiſtæis c. 346. l. 31.

Allumeotæ, vide Almodad.

Allupb, vide *Aleph*.

Alma, virgo Pœnis c. 421. l. 25. & c. 765. l. 27.

Almandab, vide Bab-Almandab.

Almeſiſa, id eſt, Mopſveſtia c. 155. l. 40.

Almodad ex quo Almodæi, Græcis Allumeotæ c. 99. l. 51. &c. Inventor Geometriæ ibid. l. 58.

Almon Bœot. urbe, unde dicta c. 434. l. 42.

Almulal cur pro Aſſur c. 73. l. 67.

Aloe Hadramitica & Socotrina c. 101. l. 33. & c. 108. l. 69.

Alon Deus Pœnis, *Alonim* Dii c. 584. l. 24. & c. 721. l. 18. &c.

Aloni Aſſyriæ populi, unde dicti c. 245. l. 60. &c.

Alontium Siciliæ oppidum vetus à fitu dictum c. 527. l. 43. &c.

Alpes à quo Herculi ſuperatæ c. 657. l. 53. & c 658. l. 5. &c. Aræ ibi Herculi ſacræ ibid. l. 23. Unde dictæ c. 678. l. 2. &c.

Ἄλφα bos, caput, & navis unde fabula de Europa à tauro rapta c. 738. l. 35. 43. Vide & c. 717. l. 34.

Alpha & Aleph Hebr. c. 451. l. 13.

Alphabetbi Samaritani ſeu Phœnicii & Hebr. cum Græco collario ibid. l. 31.

Alpheus è Tenedo fluere cur fingatur c. 387. l. 28. &c. fabulæ de ipſius aquis c. 541. l. 31. unde dicatur ibid. l. 56.

Alquitran Hiſp. pix, us Arab. *Kitran*, nobis *goudran* c. 597. l. 65.

Alumen ubi optimum c. 27. l. 56. Pallium aluminatum ibid. l. 34. &c. Uniones exaluminati ibid. l. 67. Alumen plumeam ibid. l. ult. In Melo nobiliſſimum c. 418. l. 56. &c.

Alus in deſerto c. 309. l. 13.

Alybee, vide Chalybes.

Amages Sauromatidis geſta c. 190. l. 49.

Amana vel Abana Damaſci fl. c. 101. l. 25. & c. 360. l. 55.

Amanitæ ex Tribu Jectan iidem qui Homeritæ c. 98. l. 29. Amanitæ dicuntur pro Jemanitie c. 99. l. 12.

in Amano multæ feræ ut in Amana c. 359. l. 41. Tamen mons alius pars Libani, unde Amana vel Abana fl. c. 360. l. 6. Amanus & Amana à firmitate dicti, non ab Oreſte à *μανίας* liberato ibid. l. 22.

Amantes populi, ubi ſiti & unde dicti c. 284. l. 58.

Amarum pro falſo ſæpe ſumi c. 552.

Digitized by Google

552. l. 63. quia vicini ſunt ſapores c. 553. l. 21. &c.

Amathus, Phœnicia in Cypro urbs ab Amath c. 354. l. 66. Adonis ibi cultus c. 355. l. 7. Amathuſa Cinyræ mater, imò Pharnace ibid. l. 16. Amathuſii cur Ceraſtæ ibid. l. 22. Horum meminit Chald. Paraphraſis c. 354. l. 68.

Amazones unde dictæ c. 190. l. 4. Amazonum à Baccho interemptarum oſſa in Samo oſtenſa c. 378. l. 65.

Ambubaia unde dicantur c. 218. l. 70.

Amenanus vel Amenas, Sicil. fl. cujus curſus per intervalla cohibetur unde dictus c. 529. l. 53. 66. &c.

Ἀμίνιον, vide minium.

Ameſtratus, vide Muſiſtrata.

Amiantus officinis cur alumen plumeum c. 27. l. ult. &c. Ex eo telæ in igne purgantur c. 28. l. 13. Ubi reperiatur ibid. l. 37. Ex eo Brachmanum & Serum veſtes ibid. l. 41. 53.

Amica vallis Damaſcena c. 79. l. 53. & c. 81. l. 7. & c. 350. l. 20.

Amida, oppidum c. 59. l. 22.

Aminnæa, vide myrrha.

Ἀμμὰ mater unde c. 372. l. 10.

Ammon Κεραΐτης, quia locus ubi templum Ammonis patuit arietis indicio c. 284. l. 42. Ammonii Ægyptiæ orig. olim Anamæi dicti ibid. l. 57. &c.

Ammon Dei nomen, unde c. 204. l. 25.

Ammonis nomen ubi notum c. 7. l. 20. Ammon fl. Ammonium promontorium, Ammonii populi, Ammonis delubrum, Ammoniaca regio, Ammonis oraculum, Ammonia vel Ammonis, id eſt, Africa ibid. l. 22. &c. Vide & c. 203. l. 52. &c. Ammon Æthiopum, Arabum & Indorum Deus c. 7. l. 41.

Ammuneæ Phœnicum ſacræ literæ quæ templis peculiares c. 773. l. 20. Sic Ægyptiis, Æthiopibus, Babyloniis ſacræ literæ de quibus ſcripſit Democritus ibid. l. 49. &c. Hebræis etiam ut multi volunt, & Græcis in Theodoreto, qui forte ſignificat Ethnicos quoſvis ibid. l. 53. 60. 67.

Amomum ubi c. 19. l. 48. &c. Gr. ἀμώμητον, utrumque nomen à columbini pedis ſimilitudine c. 741. l. 1.

Amomum, Aſſyrium gramen c. 240. l. 70.

Amon Jupiter c. 5. l. 68. Amon, Ammon & Amus pro Hammone ibid. l. 58. &c. De Amone tria Scripturæ loca ibid. l. 69. &c. Amon de No, Amon-No, & No-Amon eſt Dioſpolis, non Alexandria, ut volunt c. 6. l. 15. &c.

Ἀμοῦν Ægyptiis κρυπτὸς & ἀφανὴς ab Hebr. Almoni c. 204. l. 8. 10. 21.

Amorgus, aliis Sporadum, aliis Cycladum una unde Amorginæ veſtes, id eſt, purpureæ. Ab Hebr. argaman, ut volunt, id eſt, purpura, quia Ἀμόργη multis purpura; At aliis byſſi ſpecies, quod verius c. 156. l. 30, & c. 414. l. 13. &c. Amorgon à texturæ artificio dici c. 415. l. 6. Amorge cur pro purpura fumatur ibid.

Amorrhæi ubi ſiti. Horum robur & proceritas; Kephaim illis permixti; Og Rex Baſan Amorrhæus c. 304. l. 56. &c.

Ampelos Sami mons c. 378. l. 54.

Ampeluſia, vide Cotes.

Amphisbæna, & amphiſmæna c. 101. l. 28.

Ἀμφιτρίτη Oceanus & quorſum c. 638. l. 15.

Ampſaga Numidiæ fl. unde dictus c. 484. l. 42. &c.

Amyca, vide Amica.

Amygdalum cur Hebr. Saked c. 628. l. 43. Probatur id ipſum eſſe Luz Arab. ibid. l. 54. κάρυον pro amygdala c. 629. l. 12. &c. Loca Phœnices ab amygdalis dicta ibid. l. 33. Ita etiam Luſitania, & quorſum ibid. l. 36. Luſus cur Bacchi comes: Vino cum amygdalis bellè convenire ibid. l. 60. &c. Cur in vitibus conſerantur amygdali c. 630. l. 29. Amygdala Thaſia c. 628. l. 50 Amygdalo piſtacium inſeri c. 389. l. 64. Amygdalus cur ſymbolum feſtinationis c. 848. l. 50.

Anach אנך Hebr. ſtannum vel plumbum c. 649. l. 47. Cur Theodotion reddat τηκόμενον ibid. l. 49. Et Aquila ἀδάμαντα ibid. l. 62.

Anacharſis Scytha unus è ſapientibus c. 573. l. 69.

Anachites & anactites adamas c. 650. l. 8. 17.

Anææ vel Anaitidis templum c. 595. l. 34. & c. 196. l. 41. & c. 245. l. 3. Anæa ubi culta ibid. l. 16. Ejus ſacerdos Aſpaſia ibid. l. 20. Cur Anaitis al. Venus, al. Diana ibid. l. 25.

Anagallis quâ ſuccurritur ἰσχιάδικοις, cur Pœnis Aſirriſue c. 753. l. 26.

Anak, vide Anakæi.

Anakæi Phœnicum nobiliſſimi. Horum robur & moles c. 347. l. 50. Urbes præcipuæ Hebron & Debir ibid. l. 53. Gentis proceres c. 348. l. 2. &c. Anakæi Judæis quàm terribiles ibid. l. 20. 32. Tamen à Joſua victi migrarunt ad Philiſtæos ibid. l. 34. Anakæi gigantes ibid. l. 37. Cur dicantur filii Rapha ibid. l. 43. Anakæorum urbes Gath, Gaza & Azotus ibid. l. 50. Aſcalon non item, quamvis id ferat Græca Verſio ibid. l. 54. Eorum oſſa Hebrone & Damaſci ibid. l. 62. In Aſteria Inſula gigas, cujus pater Anax, id eſt, Anakæus ibid. l. 70. Carthago Chadre Anak c. 347. l. 41. Anakæorum pater Arba unde dictus, conjecturæ duæ ibid. l. 62. 70. Ejus poſteri quatuor valde inſignes c. 348. l. 1. &c. Anak Arbæ filius unde dictus ibid. l. 4. Anakis filii tres. Achiman, Seſai & Thalmai unde dicti ibid. l. 6. &c.

Anamæi circa Ammonitidem, fortè à paſtu, victu & veſte ovium, quia ענם eſt ovis; & quia locus ubi templum Ammonis arietis indicio patuiſſe dicitur. Et Ammon ipſa eâ figurâ cultus c. 284. l. 27. &c. Ammonii forte pro Anamiis dicti, tanquam ab Ammone ibid. l. 47.

Anaphe unde dicta c. 425. l. 19. 54. Anaphæ & Delo quæ communia ibid. l. 34. &c. Aaphæl facta Apollinis cum conviciis celebrant c. 426. l. 5. Iiſdem periculum à perdicibus ibid. l. 50.

Anapus, Siciliæ fl. ab uvis c. 540. l. 53. Ibi Cyclopes juxta Theocritum ibid. l. 56. In Syracuſarum magnum portum ſe exonerat c. 541. l. 14.

Anas Hiſp. fl. an ab ovibus dictus c. 627. l. 43. potiùs Arab. Hanas, quia ſe condit in terram & ex ea rurſus emergit c. 628. l. 2. 53.

Anax pater Aſterii gigantis in Aſteria inſul. Inde Miletus Anactoria c. 348. l. 70. & c. 349. l. 1. Anax nomen ſacrum & auguſtum ibid. l. 8. Dioſcuri Anaces ibid. l. 10.

Ancæus Argonauta Phœnicis ex Aſtypalæa nepos Sami regnavit c. 377. l. 35. & Lelegibus imperavit ibid. l. 45. Fuit Aſtrologiæ peritus c. 380. l. 43. &c. Ab eo natum Proverb. Multa cadunt, &c. c. 381. l. 1. Idem nauclerus in Argo nave c. 739. l. 48.

Anchiale condita ab Japeti filia Anchiale c. 579. l. 59.

Anchuſa Pœnis bunesfath aut buteaeſath, ut Arab. abujeleſa c. 757. l. 16.

Ancile ab anciſu dictum c. 742. l. 11. &c.

Andas, Boreas Tuſcis c. 584. l. 60.

Anderica, vide Erec.

Andraſte vel Adtaſte, Dea, Victoria Britannis, forte Aſtarte c. 664. l. 31. 48 &c.

Andrus inſula unde dicta c. 409. l. 1. &c.

Angeli Chymici ſcilicet c. 207. l. 28. & magiæ inventores c. 504. l. 40. & c. 205. l. 55. Angeli gentibus præfecti ex opinione Judæorum c. 53. l. 10.

Anius Deli rex & Apollinis ſacerdos Trojani belli tempore, unde dictus c. 406. l. 48. è ſtirpe Cadmi ibid. l. 49. Ejus filiæ tres Oenotropæ ibid. l. 61.

Anna Perenna Romæ culta & ad fontem Numicii amnis, credita eſſe ſoror Didûs c. 581. l. 49. Hæc fabula refellitur c. 583. l. 1. &c. Variæ de hac Anna ſententiæ ibid. l. 8. &c.

Annacus, vide Enoch.

Annibal quomodo Tyri exceptus c. 467. l. 2. An Britanniam adierit c. 653. l. 68. Galliæ partem diu tenuit c. 660. l. 18. Quâ parte Alpium ſit ingreſſus in Italiam c. 678. l. 4.

Anniceris Cyrenæus quàm aurigandi peritus c. 299. l. 12.

Anobret eſt Sara Phœnicibus c. 712. l. 18.

Antæus Tingim condidit c. 475. l. ult. &c. Ejus corpus LX cubitorum c. 476. l. 13. Origo fabulæ ibid. l. 23. &c.

Anthemis ut Gr. χαμαίμηλον ab odore mali dicitur, ita Punicè aſterſiphe, id eſt, herba mali c. 755. l. 28. Et Gallis veteribus ovalidia vel avalitica ibid. l. 34. Anthemidis florum deſcriptio c. 756. l. 24.

Antiphani & Eubulo tributus idem locus c. 387. l. 24.

Antiquiſſimum quodque veriſſimum c. 1. l. 3.

Anthropophagi in Æthiopia c. 272. l. 65.

Anubis Græcè Κύων, cur idem cum Saturno c. 59. l. 64.

Ἄορνος, vide Libyſtinus lacus.

Apamia ubi; Alcatſar hodiè c. 34. l. 48. Apamia Cibotos prope Celenas c. 15. l. 62. &c. Cur dicta Cibotos c. 16. l. 4. &c. non ab arca Noæ ibid. l. 59. Apamiæ plures quæ aquis circumfunduntur unde nomen c. 83. l. 43.

Ἀπαιτεῖν pro Hebr. פתה pata c. 549. l. 15.

Apertus oculis, id eſt, Propheta c. 434. l. 21.

Aphaca unde dicta c. 353. l. 55. Aphaca, Libani locus prope fl. Adonim inter Heliopolim & Byblum Veneris templo à Conſtantino ſubverſo celeberrimus c. 748. l. 44. Ibi Nachis oppidum ibid. l. 62. Borth ſtagnum ubi filia Veneris in piſcem mutata c. 749. l. 2. Et Venus lugubri habitu ibid. l. 9. Ignis ibi certa die è Libani vertice in Adonim cadens ibid. l. 16. Deæ cultores ibidem omni libidinum genere ſe polluebant ibid. l. 36. &c. Aphaca ab amplexu dicta, quia credita Venus in Adonidis amplexus ibi ruiſſe ibid. l. 58. Cur eadem Venus Architis ibid. l. 70. Mulieribus formam conciliare credita c. 750 l. 25.

Ἄφαιστος eſt Vulcanus, & unde c. 399. l. 42.

Ἄπιος radix formâ piri, thorphath jadoe, id eſt, raphanus ſylveſtris Pœnis unde dicatur c. 768. l. 54. &c. Apium buſtis ſuperinjici mos vetus c. 557. l. 53. Apio coronabantur in Iſthmiis. Hinc omen Timoleontis ibid. l. 66. Crimiſus & Selinus Siciliæ fl. ab apio dicti ibid. l. 30. &c. & c. 558. l. 37.

Apollo, Puth vel Pythius, Hammonis filius, in Africa vixit c. 11. l. 6. Apollo Gallis Belenus & unde c. 663. l. 33. &c. Apollinis Hylatæ templum, ubi c. 355. l. 47. Ejus ſacra conviviis celebrabantur, à quo & ubi c. 426. l. 5.

Apologus Babyloniæ urbs unde purpura c. 28. l. 64.

Ἀπὸν patet, unde c. 372. l. 12.

Aprorum impetus. Horum proprium συμφύσις c. 243. l. 33. 40.

Ἄπυρον, vide aurum.

Apruchus vel Aurruchus quis c. 584. l. 1. Vide Naphtuhæi.

Aqua dulcis trahitur è fundo maris per tubos c. 306. l. 5. Aqua perjuris gravis c. 533. l. 62. &c. & c. 535. l. 13. &c. Aquæ pro muro c. 6. l. 56. & c. 7. l. 19. Aquæ pro populis c. 254. l. 5.

Ara Britannis lentus unde c. 681. l. 38.

Ara vel Hara 1. Paralip. 5. id eſt, Aria, al. Ariania Mediæ pars montana, unde Medi Arii c. 594. l. 16. &c.

Arabes, vide Armeni. Arabes à Syene uſque Meroem c. 126. l. 64. Syri dicti ibid. l. 71. Arabes genuini & Arabes facti c. 146. l. 57. Arabes nigri c. 216. l. 1. unde dicti ibid. l. 5. &c. Arabes à Cadmo deducti in Eubœam c. 405. l. 70. Bacchi inſtas

ſtat tonderi in orbem; quod obſervant Jeremias & Herodotus c. 362. l. 10. 16.
Arabiæ pars Meſopotamia c. 17. l. 31. Et cur c. 31. l. 50. Arabiæ Felicis νῆσ☉ c. 99. l. 25. Et ἀυχὴν ibid. l. 68.
Arabicæ linguæ antiquitas, amplitudo & uſus c. 58. l. 10. &c. Ipſius Auctor c. 97. l. 72. & c. 100. l. 58. In maſculinis habet denominationem fœmininam c. 215. l. 4.
ex Arabiſmo quædam explicata in Scriptura & in Thargum c. 246. l. 49. &c. Arabiſmis referti ſunt Scripturæ libri Poetici, Jobi maximè c. 58. l. 13.
Araboth, vide Aſarmoth.
Aracos Tuſcis accipiter c. 585. l. 24.
Aradii & Aradus, vide Arvadæi.
Aradis urbs Corſicæ munitiſſima c. 578 l. 64. Vide Alalia.
Aradus Perſici ſinûs inſula in qua Phœnicia templa, in Ptol. Tab. *Arachos* c. 689. l. 12. 34.
Aræ Herculi ſacræ in Alpibus c. 658. l. 23.
Aram: Loca ſex in Scriptura quibus præponitur, vel poſtponitur nomen Aram c. 76. l. 31.
Aram-Beth-Rehob ubi c. 79. l. 60. Non eſt Saul-Rehoboth. c. 80. l. 1.
Aram-Dammeſek, id eſt, Syria Damaſcena, vallis inter Libanum & Antilibanum κοιλὸ-συρ☉ c. 79. l. 44.
Aram-Maacha eſt Ptol. Epicæros ibid. l. 61. Non Comagena. ibid. l. 72.
Aram Naharajim. c. 76. l. 36. Vide Meſopotamia.
Aram Soba vel Suba inter Euphratem & Syriam Damaſcenam c. 78. l. 68. &c. Ibidem Palmyra c. 79. l. 12. Soba non eſt Sophene ibid l. 18. Nec circa Berocam aut Alepum. ib. l. 20. Soba Ptol. Sabe ibid. l. 29. Sobæi Servio Sabæi, & Plinio Nubei. ibid. l. 33. 36.
Aramæus ſæpe ſumitur pro Gentili c. 75. l. 34. &c.
Arambys Africæ urbs ab Hannone condita, ubi ſita & unde dicta c. 645. l. 67. &c.
Arar fl. unde dictus c. 681. l. 40.
Ararat Armenia c. 16. l. 52. & c. 310. l. 69.
Ararat montes celſiſſimi c. 15. l. 33. & c. 21. l. 29. In quibus arca ſubſtitit c. 53. l. 66. & c. 21. l. 53. Non ſunt in Phrygia circa Marſyam c. 13. l. 70. &c. Nec circa Tanaim c. 16. l. 31. &c. Sed in Armenia ibid. l. 53. &c. Non tamen circa Araxem c. 17. l. 42. Sed in Gordyæis ibid. l. 61. &c. Ad Aquilonem Babyloniæ c. 30. l. 59.
Araxes Ptolemæo Rhogomanes c. 71. l. 59.
Arba, vide Anakæi.
Arbela ubi ſita c. 244. l. 28. Unde dicta ibid. l. 35. &c.
Arbores multis locis nomen dediſſe c. 23. l. 53. &c.
Arca Noæ ubi fabricata c. 21. l. 54. &c. Ex cedris circa Sodomam c. 300. l. 24. Ubi ſubſtiterit c. 13. l. 66. &c. & c. 21. l. 30. 53. Arcæ reliquiæ in Gordyæis c. 19. l. 17. Fanum ex iis extructum. ibid. l. 38. Arcæ reliquiæ pro theriaca c. 310. l. 70.
Arca Bacchi ab Eurypilo aperta quid ipſi acciderit c. 466. l. 50.
Arce, vide Petra.
Archaleus Phœnicis filius Gades condidit c. 358. l. 3. & c. 609. l. 50.
Architis Venus ab Arca vel Archa in Libano c. 749. l. 70. & c. 750. l. 12.
Ἄρμυ☉ vel ἀρκτομῦς Pœnis *zegeris*, muris ſpecies, vulgo *criquet*, in Palæſtina frequens. c. 714. l. 25. &c.
Archuæi qui c. 237. l. 19.
Arcus prægrandes Perſis, majores tamen Æthiopibus c. 266. l. 23.
Arcus Creſicus c. 423. l. 64. Cydonius, Gnoſſius, Gortyniacus c. 424. l. 5. &c.
Arderica, vide Erec.
Arc & Catacecaumene eadem inſula c. 688. l. 53.
Arelate ubi ſita & unde dicta c. 680. l. 57.
Arem, agger in urbe *Marab* altitudinis immenſæ, quo rupto urbs ſubverſa c. 533. l. 3. &c.
Areopolis ex Ar Moabitarum c. 346. l. 32.
Arethuſa Sicil. fons c. 541. l. 25. De ea & Alpheo prodigioſa commenta ibid. l. 30. &c. Origo fabulæ ibid. l. 55. &c. Arethuſa in Ortygiæ littore ibid. l. 60. Arethuſa etiam Cypara dicta c. 542. l. 47. Utrumque nomen Syrum ibid. l. 41. 49. Arethuſa incredibili magnitudine ibid. l. 55.
Arga, vide Egra.
Argæus mons Cappadociæ c. 177. l. 36.
Arganthonius Tarteſſi Rex quàm longævus, & unde dictus c. 607. l. 42.
Argenteus vel Argentarius mons unde fluit Bætis, unde dictus, & cur aliis Oroſpeda c. 602. l. 49. 55. &c.
Argenti fodinæ Carthagine Spart. quam fœcundæ c. 622. l. 53. &c.
Argillæ cryptæ Cimmeriorum c. 591. l. 29.
Argo navis unde dicta c. 739. l. 9. Prima navis longa apud Græcos ibid. l. 10. Quàm fuerit longa ibid. l. 24. Vocis fabuloſæ origines ibid. l. 29. &c. Ancæus nauclerus ibid. l. 47. Cur in puppi vocale lignum ibid. l. 51. &c.
Argyra metropolis inſulæ Jabadiu c. 692. l. 11.
Aria ubi! c. 96. l. 67. &c. 97. l. 30.
Aria & Ariania Media unde c. 194. l. 57. 29. 34 &c.
Ariarathea, lacus ſalis in Armenia c. 57. l. 25.
Ariel virorum fortium nomen in Moabitis c. 416. l. 19.
Aries index templi Ammonis c. 284. l. 42. Non immolatur, ubi! c. 287. l. 70.
Arima Homero (non Inarime) buæ inſula Pithecuſa, & Enaria aliis, à ſimiis, qui enares ſunt ſeu ſimi. c. 592. l. 20. &c. *Harim* Syris ſimus. & *harum* Hebr. ibid. l. 54. Ἄριμ☉ Tuſcis ſimia ibid. l. 51. Ibi Typhœus vel Japetus jacent c. 593. l. 3. Et ignes è monte Epopeo erumpentes ibid. l. 5. &c.
Arimaſpi unde dicti c. 289. l. 78.
Arimi Tuſcia ſimiæ unde dicti c. 585. l. 23.
Arion fl. Illyrici unde dicatur c. 461. l. 34. 58.
Ariſtæi in Sardiniam fabuloſa migratio quorſum conficta c. 572. l. ult. &c. 573. l. 1. &c.
Ariſtarchus inſignis Criticus c. 655. l. 40.
Ariſtophanes quando vixerit c. 596. l. 35.
Arka à Tripoli quantum diſtet c. 317. l. 12.
Arkæi in Libano Arkam tenuêre, inde Venus Architis c. 305. l. 27. &c.
Arma Æthiopum arcus & ſagittæ c. 266. l. 11.
Armacales & Armalchar, Euphratis alveus, vide Euphratica.
Armeni, Syri & Arabes ſermone, vita & habitu ſimiles c. 20. l. ult. & c. 21. l. 1. &c. Armeni partim Syri, partim Phryges c. 82. l. 5.
Armenia unde dicta c. 20. l. 16. &c.
Armenochalybes, vide Chalybes.
Armoth, author linguæ Arab. c. 100. l. 58. Vide Aſarmoth.
Armuzia quando & à quo condita c. 250. l. 53. Armuziæ Chronicon, Regis Torunxa ibid. l. 56.
Arne Bœot. urbs, unde dicta c. 434. l. 46. &c.
Arnogloſſum, vide plantago.
Aromata pleraque ut cinnamomum, caſſia, canna, myrrha, λίβαν☉, χαλβάνη, aloe, bdellium, nardus, cyprus, κίναμον, Phœnicia habent nomina quæ in Scriptura leguntur c. 713. l. 18. &c.
Ἀῤῥα arrhabo unde l c. 347. l. 6.
Arphaxad, unde Arphaxitis, quæ Ptol. Arrapachitia c. 74. l. 4. Non eſt pater Chaldæorum ibid. l. 6.
Arſabes Perſa, in Græcos dimicaturus, quid fecit c. 299. l. 20.
Arſalus, Atyus & Troſibius duces & Dii Solymorum c. 364. l. 59. &c. Varia lectio c. 365. l. 10. &c.
Arſe verſe averte ignem Tuſcis c. 585. l. 17.
Arſinoe, vide Clyſma.
Artaba menſura Perſica & Ægyptia c. 437. l. 25. &c.
Artæorum & Cephenum fabuloſa nomina c. 225. l. 3. &c.
Ἀρτὴς, Ἀρταῖοι, Ἀρταῖοι, Artabanus, Artaxerxes, quid Perſicè c. 224. l. 8. &c. & c. 225. l. 7. &c.
Artiereon nomen herbæ in Apulejo c. 762. l. 7.
Arvadæi vel Aradii in Arado & circa Aradum c. 305. l. 54. De Aradiis multa Strabo ibid. l. 65. &c. Ibi aqua dulcis per tubos trahitur ex fundo maris c. 306. l. 5. Ibidem Romanæ cohortes vivæ combuſtæ ibid. l. 19. Aradiorum remiges ibid. l. 35. Tripolis partim ex Aradiis ibid. l. 40. Alii Aradii ibid. l. 51. &c.
Arviſium vel Ariuſium vinum à Chii promontorio c. 384. l. 16. &c. Vox explicatur ibid. l. 39. &c.
Arybas in Homero Azrubal c. 410. l. 64. &c.
Aryus, vide Arſalus.
Aſabo, vide Sabo.
Aſarmoth à quo Arabes in Veterum ſcriptis, idem Sarmoth, Armoth, Atermoth, Araboth, pro Arabico Hadhramauth c. 100. l. 26. &c. Is eſt Author linguæ Arabicæ c. 58. l. 10. & c. 100 l. 58.
Aſbamææ aquæ juxta Tyana Cappadociæ perjuris graves, unde dictæ c. 535. l. 21. &c. Ibi Jupiter Aſbamæus ibid. l. 40.
Aſbeſtinum linum, vide linum.
Aſbolus Centaurus c. 220. l. 35. &c. Scripſit ante Homerum ibid. l. 49.
Aſcalon an à Lydis ſit condita c. 87. l. 73. &c. An Anacæorum urbs c. 348. l. 54 &c.
Aſcenaz Hebr. Germania c. 314. l. 33. Aſcenaz variæ interpretationes c. 575. l. 72. &c. Aſcenaz Bithynia, Troas & Phrygia minor, ubi Aſcanius ſinus, lacus & fl. Aſcania regio & urba, Aſcaniæ inſulæ &c. c. 173. l. 4. &c. Inde Pontus Aſcenaz, Gr. Ἄξεν☉ ibid. l. 13. Cùm Ponti accolæ fuerint omnium juſtiſſimi ibid. l. 43. &c. Aſcenaſæi contra Babylonem in Jeremia, id eſt, Phrygiæ minoris incolæ c. 574. l. 31. &c.
Aſcitæ an Arab. *Haſec* c. 106. l. 22.
Aſcra Bœot. urbs unde dicta c. 434. l. 55. &c.
Aſdrubal vel Azrubal, quomodo idem ſonet quod Gr. *Clitomachus* c. 744. l. 20. &c. Aſdrubal conditor Spart. Carthaginis c. 622. l. 17.
Aſel ubi c. 217. l. 47.
Ἀσελγεῖς impudici unde dicti c. 364. l. 10.
Aſia unde dicatur c. 298. l. 22. &c.
Aſima quid ſit c. 675. l. 40.
Aſinatus, vide Aſſinarus.
Aſines, id eſt, frigidus, nomen amnis in Sicilia frigidiſſimi c. 525. l. 50. &c.
Aſini Cappadocii c. 178. l. 30. &c. Æthiopici c. 273. l. 40.
Aſiongaber, vide Eſiongaber.
Ἀσίσιον anagallis Pœnis unde c. 753. l. 26.
Aſleg vel *aſlengi* quid ſit c. 419. l. 62. De ea voce nugæ Rabbinicæ ibid. l. 73. &c.
Aſpaſia ſacerdos Anaitidis, Cyri olim concubina c. 245. l. 20.
Aſphaltites lacus unde dictus c. 39. l. 68. Cur Heſychio Rubrum mare c. 40. l. 56.
Aſſaremoth, atria mortis c. 502. l. 4.
Aſſinarus vel Aſinarus, Hebr. אסינר, Siciliæ fl. alti & præcipitis alvei c. 543. l. 58. &c.
Aſſorus Siciliæ urbs in colle, ut Aſſor Judææ c. 532. l. 12.
Aſſur Græcis Thuras c. 73. l. 31. Ab eo Aſſyres vel Aſſyrii. Quàm latè pateat hoc nomen c. 72. l. 18. &c. Syri et Aſſyrii promiſcuè ſumpti ibid. l. 32. etc. Aſſyria arbor et Aſſyrium amomum ibid. l. 23. 26. Aſſyria propriè dicta etiam Adiabene ibid. l. 68. Hadiab Hebræis ibid. l. 72. Et Aturia c. 73. l. 15.
Aſſyria terra Nimrod c. 229. l. 67. etc. 248. l. 37.

Aſſyria mala, id eſt, citrei c. 240. l. 69.
Aſſyrium gramen, id eſt, amomum ibid. l. 70.
Aſſyrii odores, id eſt, unguenta aromatica ibid. l. 71. Aſſyrius lapis; Aſſyriæ literæ; Aſſyriæ veſtes ibid. l. 72. &c.
Aſſyrii hominum omnium beatiſſimi c. 241. l. 3. Aſſyres, id eſt, Aſſyrii ibid. l. 8.
Aſſyrii εὐβροῖδαι c. 247. l. 19.
Aſſyrii pro Syris unde dicti c. 305. l. 50. His nihil commune cum Aſſyriis filiis Aſſur ibid. l. 65.
Aſſyria quibus fertilis c. 240. l. 66. &c. Regio beatiſſima c. 241. l. 3. Eden ibi quæſitus ibid. l. 4. Atyria & Aturia dicta ibid. l. 15. Et Adiabene, non quod ſit ἀδιάβατος, ſed à Chald. *Hadiab* ibid. l. 44. &c.
Aſta & Meneſtei unde dicti c. 614 l. 10. &c.
Aſtaboras Nili ramus c. 525. l. 24.
Aſtaroth commune nomen ad armenta & greges c. 709. l. 40.
Aſtare inſula in ſinu Arab. c. 688. l. 42.
Aſtarte Juno Pœnis c. 584. l. 29. & c. 766. l. 67. Vel Venus ibid. l. 72. Aſtarte Venus armata & belli præſes c. 664. l. 56. Aſtartes inſignia caput Tauri c. 709. l. 34. Aſtarte mater Phœnicum, in bovem mutata, eadem quæ Græcè Io ibid. l. 57. Tamen ſumitur pro Venere ibid. l. 63. Quomodo conſecravit Tyrum ibid. l. 70. &c.
Aſterias, aquilæ genus, cujus ſanguine Tyrus conſecrata c. 710. l. 2. &c. Firmandi vim ejus ſanguini Phœnices cur tribuerint c. 711. l. 1. &c.
Aſterii pro Tenediis, & Aſterium Tenedi promontorium, ubi cancri ſecurigeri c. 386. l. 54. &c. Inde nomen c. 387. l. 2. Vel ab origano ibid. l. 7.
Aſterium in Apuleio *derdan*, imò *cherdan* vel *eberdan* c. 762. l. 65. Eryngium & aſterion Arabes cur promiſcuè ſumant ibid. l. 71.
Aſterius Europâ raptâ quò appulerit c. 420. l. 72.
Aſtroarche in Herodiano perperam pro *Aſtarte* c. 728. l. 50.
Aſtrologiæ inventor primus quis fuerit c. 89. l. 44. Aſtrologiam primus in inſula Co docuit Beroſus c. 376. l. 18.
Aſturco Macedonicus c. 27. l. 27.
Aſtures Hiſp. populi unde dicti c. 621. l. 2.
Aſtypalæa Sami portio: Item inſula circa Cariam ab Aſtypalæa dicta Phœnicis filiâ & Ancæi matre c. 373. l. 29. &c.
Aſtypalæa urbs Coæ inſulæ unde dicta c. 375. l. 52.
Aſtypalæ Cycladibus adſcripta c. 414. l. 38.
Aſumes Mercurius Pœnis, quia miniſter Deorum c. 762. l. 34. Vide Camillus.
Ἄτας crater Phœnicibus unde c. 738 l. 47.
Atabyrius Rhodi mons, Appiano Ταβύριον, id eſt, Thabor c. 369. l. 3. 39. Vox ex Heſychio explicatur ibid. l. 54. Inde Rhodus Atabyria ibid. l. 33. Ibi templum Jovis Atabyrii, in quo cur mugire dicantur boves cùm calamitas imminet ibid. l. 4. 23. &c.
Ataſop Tuſcis vitia arbuſtiva c. 585. l. 31.
Atalla, vide Entella.
Atergatis, id eſt, Aſtarte, vide Adad.
Atermoth, vide Aſarmoth.
Ath את cur vocetur Deus à Cabaliſtis c. 745. l. 9.
Ath vel *Eth* cor Ægyptiis c. 259. l. 62.
Athel fl. eſt Rha ſeu Volga c. 313. l. 52.
Athenarum ambitus c. 195. l. 64. Athenis quot cives & ſervi c. 253. l. 17.
Athenienſes nauticæ peritiſſimi c. 299. l. 6. Athenienſes & Athenienſium coloni omnes Iones dicti & cur c. 253. l. 49. &c.
Athribis Ægyptiis cor pyri c. 59. l. 4. & c. 259. l. 55.
Athyras portus, ſinus, & fl. circa Byzantium c. 152. l. 21.
Atlas, vide Enoch.
Atramentum quomodo Hebr. Chald. & Arab. c. 758. l. 41.
Atramitæ quàm humani c. 116. l. 46. &c. Atramitæ, vide Hadhramauto.
Atramitæ vel Chatramitæ c. 103. l. 30.
Atramyttium vel Adramyttium urbs, cui vicinæ Thebæ Hypoplaciæ; Multi eandem faciunt. Utrumque nomen à luto c. 377. l. 50. &c.
Attegiæ ab attegendo, ut καλύβαι ἀπὸ τοῦ καλύπτειν c. 734. l. 9.
Attes Bacchi nomen unde c. 445. l. 2. &c.
Atthobo nomen regum Hadhramauth & Homeritarum quò pertineat c. 101. l. 40.
Attica quo ſenſu Ἀκτὴ c. 487. l. 22.
Aturia vel Atyria pro Aſſyria c. 73. l. 15.
Atymnus Europæ frater cultus à Gortyniis c. 420. l. 73. Atymnus, id eſt, Teman c. 421. l. 4.
Atzicurur in Apuleio quid c. 762. l. 41.
Avalitarum pars Nubæ ſeu Nobæ qui & Pygmæi c. 524. l. ult. & c. 525. l. 7. &c.
Avalites ſinus & emporium, vide Obal.
Aucelos aurora Tuſcis c. 585. l. 16.
Audera, id eſt, propugnaculum c. 167. l. 43. & c. 617. l. 43.
Aven vallis pro Damaſcena c. 79. l. 49. און *Aven*, id eſt, Heliopolis c. 293. l. 20.
Avernus lacus, vide Libyſtinus.
Auguſti jocus de palma Tarracone nata ad ipſius aram c. 624. l. 22.
Avo Phœniciè ſalve, *Audoni* ſalve domine c. 725. l. 41. &c.
Auricula muris cur Phœnicib. *labatbalabat* c. 753. l. 46.
Auroræ domus in Ææa Circes inſula quorſum? c. 591. l. 47. &c.
Aurum veſtibus intexere mos vetus c. 30. l. 32. &c. Aurum in Arabiæ Gaſandis quale & quantâ copiâ c. 138. l. 48 &c. Aurum ἄπυρον ibid. l. 64. &c. Aurum obryzum c. 139. l. 13. Æri triplum, ferro duplum, argento decuplum auri repnſum ibid. l. 53. &c. Aurum in multis Arabiæ locis c. 141. l. 1. &c. Sabæis unde c. 132. l. 38. Aurum unde Colchis c. 290. l. 8. Auri fodinæ in Tarbellis c. 625. l. 62.
Aureum ſæculum quando c. 37. l. 60. Aurea mala in Africa aſſervata à Dracone, fuerunt opes ibi congeſtæ c. 477. l. 51.
Aurunci ubi ſiti c. 589. l. 53. Italiæ populi vetuſtiſſimi, iidem qui Auſones ibid. l. 58. Ibi Læſtrygones ibid. l. 41.
Auſitis ubi Job & Auſitæ c. 81. l. 17.
Auſones, vide Aurunci.
Auſter unde dictus c. 21. l. 73.
Auſtri Regina, vide Saba.
Auxumitæ Æthiopes c. 98. l. 44.
Αὔασις, Oaſis, Oeaſitæ unde dicantur c. 283. l. 15. &c.
Auxa vel Auzate Africæ urbs ab Ishobalo condita c. 482. l. 23.
Auzara Arabiæ urbis nomen quid ſonet c. 167. l. 47. & c. 617. l. 44.
Axadiez Hiſp. Schaccorum ludus unde ſic dictus c. 114. l. 12.
Ἄξενος cur mutatum in Εὔξεινος c. 368. l. 66.
Axieros cur dicatur Ceres c. 395. l. 6. & c. 747. l. 24.
Axiokerſos cur Pluto dicatur, & Proſerpina Axiokerſa c. 395. l. 18. & c. 584. l. 48. & c. 747. l. 26.
Axones & Cyrbes, id eſt, leges Solonis quomodo ſcriptæ c. 453. l. ult.
Aza capra Phœnicibus. c. 404. l. 44. & c. 584. l. ult. Inde deduci perperam Azoti nomen c. 742. l. 66. &c.
Azirgozol Pun. Verbenaca, ratio nominis c. 761. l. 32.
Azizus & Monimus Edeſſæ Soli aſſident c. 731. l. 70. Azizus, id eſt, Mars ibid. l. 73. Origo vocis c. 732. l. 9.
Azotus unde dicta. Nugæ Stephani, vera origo c. 742. l. 61. &c.

B.

Beth, βῆτα Græc. 451. l. 13. 15. ב *Beth* ſervile ſumptum pro radicali c. 82. l. 49. ב *Beth* & מ *Mem* literæ promiſcuæ c. 501. l. 57. & c. 218. l. 5. &c. & c. 774. l. 33. B & P Græcum ſæpe confundi c. 543. l. 59. ב *beth* Hebr. expreſſum per φ c. 347. l. 1. &c. ב *Beth* ante נ *Nun* Græci mutant in μ c. 398. l. 70. &c. ב *Beth* & ו *Vau* permutabiles c. 416. l. 5. &c. & c. 475. l. 64. ב *Beth* finale mutari in P c. 494. l. 4. &c. B & G permutare Æoles c. 551. l. 66. ב *Beth* & פ *Pe* permutantur c. 713. l. 14 ב *Beth* Hebr. duplex ſeu dageſſatum exprimitur per M B c. 718. l. 70. &c. & c. 774. l. 33.
בעל *Baal* vel בל Bel Sol c. 663. l. 28.
בעל Baal quandoque fœminini generis c. 775. l. 39.
Baal Jupiter Pœnis c. 766. l. 66. Ex Baal nomina Punica compoſita c. 767. l. 19.
Baal Berith idolum ſtatim à morte Gedeonis cultum, id eſt, Beryti Dea, unde Sanchoniathon c. 775. l. 53. &c. Berith eadem Dea quæ Beroe, de qua Nonnus lib. 41. &c. ibid. l. 31. Berith ſemper fœmininum ibid. l. 47. Berith vocatur Deus ut & Aſtarte, quia Hebræi Deorum ſexus neſciunt ibid. l. 58.
Baalſamen Punicè cœli dominus c. 663. l. 32. & c. 766. l. 70.
Baaltis Saturni uxor, quæ & Dione c. 394. l. 51. & c. 708. l. ult.
Baarſares, Euphratis alveus, vide Euphrates.
Baaa nox c. 706. l. 34.
Bab-almandab, vulgo *Beb-elmandel*, fretum in Arabici ſinûs oſtio quàm anguſtum c. 126. l. 27. Unde nomen Almandab ibid. l. 25.
Babel pro Balbel, primo L. Extrito; Exempla hujuſmodi c. 61. l. 55. &c. Babel unde dicatur c. 51. l. 4. & c. 61. l. 60.
Babel turris non fuit circa Chalanem, ut Græci, nec circa Borſippam ut Hebræi volunt, ſed in ipſa Babylone c. 36. l. 1. 35. Errorum fontes ibid. Turris pro propugnaculo c. 37. l. 15. Turris Belo conſecrata, non ſubverſa ſtatim, ut volunt ibid. l. 25. Turris Babel quando extructa ibid. l. 50. &c. Conditores qui fuerint, qui non fuerint ibid. l. 70. &c. Vide Beli turris.
Babia Syris Damaſcenis infantea à Dea Babia dicti, *babus* Arab. infans, Angl. *babe* vel *babie*, Ital. bambino & bambolo c. 585. l. 10.
Babylone cum Suſis & Ninive & Bagdad perperam confunditur c. 32. l. 30. &c.
Babylon & Ninus initio eoſdem habuêre dominos c. 229. l. ult. Babylonis figura & ſitus c. 230. l. 44. Muri, turres, foſſæ, ambitus ibid. l. 46. &c. Domus, vici, crepidines, muri & portæ ad Euphratem ibid. l. 56. &c. Lacus vicinus ibid. l. 67. Pons ibid. l. 73. Regiæ duæ c. 321. l. 51. Horti penſiles ibid. l. 20. Beli templum & turris, obeliſcus, porticus in qua jus dicebatur, Calliſtus ſuburbium ibid. l. 33. &c. Babylonis elogia ibid. l. 67. Babylonem non condidit Semiramis, ut vult Cteſias, ſed Belus, id eſt, Nimrod c. 232. l. 34. 41. A quo diverſus & recentior Belus Tyrius contra Dorotheum & Herennium ibid. l. 51. &c. Nabuchodonozor Babylonis reparator c. 233. l. 41. Quid ab illo præſtitum ibid. l. 62. &c. Babylon non videbatur poſſe deſtrui c. 234. l. 28. &c. Sed Propheſarum minas impleri oportuit ibid. l. 37 Ejus præter rudera nihil ſupereſt ibid. l. 45. Quomodo diruta fuerit & exhauſta ibid. l. 70. &c Qualis fuerit ævo Strabonis, Curtii & Pauſaniæ c. 235. l. 12. &c. Et Hieronymi & Theodoreti ibid. l. 38. &c. De ejus excidio Luciani vaticinatio ibid. l. 57. Babylonis amplitudo c. 43. l. 43. &c. Ambitus c. 44. l. 29. &c Murorum altitudo, latitudo & craſſities ibid. l. 46. &c. Ejus muri lateritii c. 38. l. 73. Ex bitumine ferruminati c. 41. l. 15. &c. Babylone quæ materies fabricandis navibus c. 23. l. 28. Ad Babylonis occaſum ſtagnum ingens c. 35. l. 24. Babylonis flumina ubi ſalices ibid. l. 34. Babylonia vallis ſalicum ibid. l. 38. Babylone feſtum

que

quo ſervi dominorum loco c. 3. l. 70. Vinum ibidem quod occtar vocant c. 12. l. 29. Babylon Hebrææ linguæ fatalis c. 52. l. 27. Babylonia ſeu Chaldæa Pontus & Pontica terra ſeu Bottica dicitur c. 24. l. 25. Babylone alumen optimum c. 27. l. 56. Babylonica purpura ex Apologo c. 28. l. 64. Babylonii veteres purpuram unde petierint c. 29. l. 10. Babylonica textura ibid. l. 20. &c. Quàm immenſi pretii ibid. l. 49. In quem uſum ibid. l. 59. &c. Babylonica purpura variis coloribus intexta c. 30. l. 16. Babylonica lingua Judæis ignota c. 700. l. 26. Babylonii habuerunt literas ſacras c. 773. l. 52. Babylonii haruſpices vocantur *Thya* c. 440. l. 42.

Baccha, idolum Meccha, an Bacchus c. 214. l. 72. &c.

Bacchæ Thyades c. 440. l. 42. Bacchæ à luctu dictæ c. 445. l. 22. Earum mentio in Epitaphio Nini c. 439. l. 54.

Baccharis Ludorum unguentum c. 87. l. 9.

Bacchus utriuſque ſexûs c. 215. l. 10. Bacchi nomen unde c. 12. l. 4. Bacchus Jovis filius ibid. l. 7. Unde illi tigres & nebris ibid. l. 10. Cur Nebrodes dictus & Zagreus ibid. l. 17. Et in Arabiæ Niſa natus ibid. l. 20. Et vitium præſes ibid. l. 25. Et in Indos geſſiſſe bella ibid. l. 30. Bacchus Arabum lapis quadratus informis c. 112. l. 8. Bacchi comites Silenus c. 443. l. 34. Pan ſeu Faunus c. 444. l. 10. Satyri ibid. l. 25. Cobali ibid. l. 63. Mulieres c. 445. l. 11. Bacchæ, Thyades, Mimallonides ibid. l. 20.

Bacra, vide Bagradas.

Bactriani cur deducantur è Gethere c. 82. l. 44.

Bæcula vel Obulcum Bæticæ urbs c. 602. l. 49.

Bætis fl. olim Tarteſſus c. 601. l. 44. Ejus fontes ubi ibid. l. 48. Cur cum fragore fluat circa Caſtulonem c. 602. l. 53. &c. Duo Bætis oſtia c. 604. l. 56. Circa oſtia lacus ibid. l. 60. Et æſtuaria c. 605. l. 18. Bætis Pelagus prope Cordubam c. 606. l. 2. In Bætis fontibus lacus ibid. l. 22. Bætis Punicè *Betſi*, ab accolis *Perca* vel *Percee* dictus ibid. l. 24. &c. Corruptè Livio Certis ibid. l. 34. Utrumque nomen à ſtagno l. 24. 31. Bætis languenti vado c. 605. l. 24.

Bætica ubi c. 599. l. 11. Olim Tarteſſis & Turditania ibid. l. 15. &c. Quàm beata regio ibid. l. 20. &c. Bæticæ amnes & æſtuaria ibid. l. 69. &c. Ibidem campi Elyſii c. 600. l. 8. Quot urbes ibid. l. 27. In Bæticam quando primùm Phœnices & Pœni appulerint ibid. l. 30. &c.

Bætogabra, vide Eſiongaber.

Bæturia Hiſp. regio metallifera circa Anam unde appellata c. 628. l. 24. &c.

Bætulia lapides animati quorſum dicantur c. 707. l. 53. &c. Hos moviſſe dæmonem ibid. l. 61. Lapis à Jacobo erectus & unctus in Bethel. Inde origo cultûs ibid. l. 70. &c. Bætylus lapis Saturno pro Jove datus c. 708. l. 30. Cur idem *Abdir* dicatur vel *Abaddir* ibid. l. 39. Bætyli rotundi ibid. l. 49. Bætylis, id eſt, ceraunis rotundis quæ vis tribuatur ibid. l. 64.

Bagaudæ, ii Gallorum qui ſub Diocletiano rebellarunt, & *bagauda* rebellio ex Hebr. *bagad* rebellare c. 668. l. 58.

Bagdad proxima Seleuciæ c. 32. l. 72. Olim cis Tigrim, nunc trans Tigrim c. 33. l. 7. &c.

Bagradas, al. Bacra & Bragadas fl. dictus à ſtagno prope oſtium c. 485. l. 15. 45. &c.

Bahairæ clima circa Bætim. c. 605. l. 28.

Βαιδομλέ arare Bœotis c. 438. l. 39.

Baiſar-Jectan Arabiæ urbs à Jectane dicta c. 98. l. 12.

Balænæ & φαλαῖναι ex Syro *baalenun* c. 347. l. 3.

Balari in Sardinia unde dicti c. 575. l. 32. &c.

Baleares unde dictæ c. 717. l. 21. Baleares ſeu Gymneſiæ inſulæ duæ c. 632. l. 35. Cur ſeptem eſſe creditæ ibid. l. 40. Baleares nec Rhodiæ nec Bœoticæ originis ibid. l. 43. Balearium mores incondici ibid. l. 56. &c. Quàm periti funditores ibid. l. 73. Edocti nempe à Phœnicibus c. 633. l. 14. Baleares nec quaſi Valeriæ, nec à Balco dictæ, nec ἀπὸ τοῦ βάλλειν, ſed à Punico בעל ירה ibid. l. 63. &c. Cur iidem Gymnetes & γυμνήσιοι c. 634. l. 37. 48. Balearium oppida ibid. l. 60. &c. Porrus χοιράδιος c. 635. l. 28. Animalia & ſolum ibid. l. 30. Cur Limoſiæ pro Gymneſiis ibid. l. 36.

Balſamen vel *Beelſamen* Sol c. 706. l. 44.

Balſamene herba ibid. l. 47.

Balſamum planta Arabica non Æthiopica c. 235. l. 22. In Ægyptum recens allata ibid. l. 50.

Βάμβαξ, Gr. vulg. βάμβακι & *bambagine* Ital. goſſipium unde dicatur c. 690. l. 57.

Bambotus Africæ fl. in quo hippopotami, ubi ſitus & unde dictus c. 643. l. 45. &c.

Βαῖον cur Bœotis mulier c. 438. l. 29.

Baptiſmon Pœni ſalutem vocant c. 768. l. 46.

Bara Briran. panis unde c. 677. l. 20.

Baracacæ cur Gallis hircorum aut caprarum pelles c. 675. l. 34.

Batathena Ptol. Hebr. Berothai c. 79. l. 30.

Barathra circa Peluſium c. 275. l. 26.

Barbaria eadem cum Troglodytica c. 124. l. 20. &c. Barbaria, id eſt, Phrygia c. 576. l. 52. Barbaricarii, Phrygiones ibid. l. 68.

Barce non eſt Ptolemais. Utriuſque ſitus c. 496. l. 61. &c. Barcæorum nomen quantum pateat c. 497. l. 7. Barcæi currus ibid. l. 39.

Barcino à quo condita & unde dicta c. 624. l. 46.

Bardæa vel bardala alauda Gall. unde c. 675. l. 65.

Bardæi Illyrici populi unde cuculli Bardaici c. 674. l. 35.

Bardi Gallorum Poetæ & cantores unde dicti c. 666. l. 27. Eorum organum lyræ ſimile ibid. l. 48.

Bardiacus, bardocucullus, Talmud. *bardes*, Arab. *borda*, Auguſtino *burda*, unde c. 673. l. 70. & c. 674. l. 2. &c.

Bargeza balyætus c. 675. l. 72.

Barbaddaja ſpecies accipitris ibid. l. 72.

Barin Bæticæ urbs ad Tarraeon. fines unde dicta c. 617. l. 68.

Barjucne avis magna Judæis apponenda in epulo Meſſiæ c. 675. l. 73.

Barn, vide Brenni.

Barygaza Indiæ portus c. 244. l. 60.

Baſan & Batan ſeu Batanæa id. c. 241. l. 18.

Baſilidianorum nugæ c. 209. l. 10. &c.

Baſſareus Bacchi nomen à vindemia ut Βασσαρεὺς c. 441. l. 58.

Baſtitani ſeu Baſtuli Bæticæ populi littorei c. 618. l. 1. &c. Unde dicti ibid. l. 32. Cur iidem Blaſti, Blaſturi, Blaſtophœnices ibid. l. 39.

Batnan, vide Matnan.

Batrachium Punicè *Atzicurur*, imò *Atzir curra* herba ranæ c. 762. l. 41.

Beb-elmandel, vide Bab-almandab.

Bebon cur Typhon Ægyptiis c. 10. l. 38.

Beccha, vide Meecha.

Behemoth eſt hippopotamus c. 643. l. 48.

Bel & Beelſamen Sol Phœnicibus c. 663. l. 30. &c.

Βίλα Sol Laconibus ibid. l. 39.

Bela, vide Gela.

Belenus vel Belin, Apollo c. 663. l. 13. 21.

Belinuntia, herba Apollinaris, vulgò hyoſcyamus ibid. l. 25.

Beliſama quæ Dea ibid. l. 57.

Belkis uxor Solomonis c. 134. l. 31. Aliis Nicolaa c. 133. l. 3. Vel Nicaula c. 135. l. 58. Vide Regina Saba.

Bellerophon Cadmo poſterior c. 450. l. 59. &c. Literæ illi datæ ibid. l. 73.

Bellua ignivoma in Phryg. à Pallade occiſa c. 171. l. ult.

Bellum à Belluis c. 329. l. 6.

Belo Hiſp. urbs à Tingi quid diſter c. 477. l. 68.

Belus Babylonius, id eſt, Nimrod c. 232. l. 41. 68. Ab hoc diverſus & recentior Belus Tyrius ibid. l. 51. Nimrod cur dictus Belus c. 233. l. 28. &c. Beli templum ex latere & bitumine c. 42. l. 58. Beli turris ſeu Babylonica quàm longa, lata & alta c. 45. l. 25. De eadem fabulæ Veterum cum hiſtoria ſacra collatæ ibid. l. 67. &c. Quo conſilio erecta c. 47. l. 38 &c. Belum non eſſe Ægyptium c. 357. l. 21. Belus Jupiter Saturni filius c. 708. l. 71. Belos ſeu Nimrod pro lurcone Deo habitus c. 440. l. 36. Belus Phœnices & Cypri Rex condidit Citium & Lapethum c. 353. l. 14. Pygmalionis idem & Didûs pater, Methres dictos & Margenus ibid l. 22. 29. &c. Belus alius antiquior ibid. l. 34.

Benna Gallici vehiculi genus unde dictum c. 671. l. 4.

Ber Phœn. puteus, à באר puteus, fons c. 743. l. 3.

Berbar, vide Merbat.

Bered Eluſa potiùs quàm Petra c. 688. l. 33. &c.

Berenice, vide Eſiongaber.

Bergion, vide Albion.

Berith, vide Baalberith.

Berœa ſeu Alep c. 79. l. 20.

Beroſus magni momenti ſcriptor c. 233. l. 18. Beroſi fragmentum inſigne de montibus Armeniæ vel Ararat c. 16. l. 65. Beroſus in inſula Co primus Aſtrologiæ ſcholam aperuit c. 376. l. 18.

Berothai, Ptol. Barathena c. 79. l. 30.

Beruth vel Berith quæ Dea c. 707. l. 19.

Beryllus unde dictus c. 416. l. 22.

Berytus unde dicta & ubi ſita c. 743. l. 7. & c. 775. l. 55.

Βήσσαλον pro latere unde dicatur c. 42. l. 57.

Beſor fl. Chus c. 212. l. 61.

Βῖσσα ab Hebr. בצה c. 541. l. 4.

Betagon Saturnus Etymologo c. 750. l. 27. Imò Bethdagon, templum Dagonis ibid. l. 34.

Beth-Abara, vide Abara.

Beth-Eden pro valle Damaſcena c. 79. l. 49.

Beth haaraba nomen urbis in Tribu Benjamin c. 256. l. 21.

Beth-Rehob, vide Aram Beth-Rehob.

Bethſaida unde dicta c. 302. l. 40.

Bethſan, vide Scythopolis.

Betius fl. Sapphiri c. 214. l. 60.

Biblinum vinum, vide Naxus.

Βίκαι, ſphinges c. 433. l. 14.

Birtha urbs ad Tigrim unde dicta c. 256. l. 31.

Bithyni prius Mariandyna, cur à Phœnice Bithynia dicta c. 388. l. 17. &c. Etiam *Pontus* dicitur ibid. l. 40.

Bitumen Hebr. חמר c. 39. l. 44. 60. Pici ſimile c. 40. l. 9. Sulphureum c. 42. l. 45. &c. Alibi lutum, alibi terra c. 40. l. 34 Rubrum aut nigrum ibid. l. 41. Glutinoſum & tenax ibid. l. 63. Bitumen arcæ ad amuleta c. 41. l. 5. Ejus in ædificiis uſus ibid. l. 14. Cur dicatur ἀσφαλτος ibid. l. 49. Mœnia Babylonis bitumine ferruminata ibid. l. 58. Bitumen ex Gordiæis pro amuleto c. 17. l. ult.

Blaſti, Blaſturi, Blaſtophœnices, vide Baſtitani.

Blemyes cur dicantur ſine capite c. 280. l. 34.

Βλίτον quid propriè c. 442. l. 57.

Bochri vel Bocchorum, Majoricæ oppidum unde dictum c. 634. l. 65.

Bœoti ad gymnaſticas artes ſe applicant c. 299. l. 7.

Boeth ſtagnum prope Aphaca, in quod decidens filia Veneris in piſcem eſt mutata c. 749. l. 2.

Bombycina ubi inventa c. 374. l. 33.

Bomo Heſychio Macris, id eſt, Eubœa c. 401. l. 22. &c.

Bohmo Arab. pecudes ſonat ibid. l. 53.

Boodicia, vel Bundovica, Britannica Amazon c. 664. l. 32.

Boradi vel Borades, gens Scythica, fortè Boreades c. 176. l. 32. 40.

Berith

Digitized by Google

Borith herba fullonum pro *asleg* ſumitur c. 419. l. 54. &c.

Borrico, vide *Bœuris*.

Borſippa urbs Babyloniæ & unde dicta c. 36. l. 35. &c.

Borymus Maryandinorum ruſticum carmen c. 737. l. 62.

Boſphorus, vide Sepharad.

Bottica terra pro Chaldæa c. 24. l. 26.

Boves ſolis, quos occidere nefas, fuiſſe boves aratores c. 519. l. 7. Boves calamitatum indices ubi c. 369. l. 14.

Βαρφαδίς ſcripſiſſe Græcos c. 453. l. 49.

Braccæ unde dictæ c. 674. l. 40. Vide & c. 416. l. 10.

Brachmanum veſtes ex amiantho c. 28. l. 40.

Brachtan, lapis niger quem colunt Arabes in templo Alcahaba Meccbæ c. 112. l. 14. Significatio vocis ibid. l. 48.

Braſalendi, vide Kapbar aljehudi.

Bragadas, vide Bagradas.

Braſſica ſylvatica, vide cynanche. Braſſica canina, vide cynocrambre.

Brè pix Francogallis, & Hiſp. *brea*, unde *brear* picare c. 596. l. 47.

Brenni duo Gallis celebres c. 665. l. 32. *Breun* rex Cambris, *barn* judicare Britan. unde ibid. l. 37. &c.

Βρέττιοι Sabinis fugitivi unde c. 596. l. 41. &c.

Breve idem quod parvum c. 505. l. 5. &c.

Briareus Enceladus unde dictus c. 528. l. 70. Alludit ad Belial Hebr. Heſychio *Βελίαρ* c. 529. l. 9. &c.

Bœuris Africanis aſinus, ut Hiſp. *borrico*, & Arab. *alborak* jumenti ſpecies, inter mulum & aſinum media c. 274. l. 15. &c.

Brin Britan. turris unde c. 682. l. 29.

Britannicæ inſulæ, vide Caſſiterides. E Britannia ſtannum quà allatum c. 648. l. 49. *Βρεττανοί* unde dicta ibid. l. 64. Britannia jam olim nota contra Camdenum c. 652. l. 33. &c. A Pythea, Dicæarcho, Eratoſthene & Polybio deſcripta c. 653. l. 2. De ea quid Orpheus, vel Onomacritus veterios ibid. l. 16. 24. An Britanniam adierit Annibal ibid. l. 68. Britannica inſula, in qua Samothracum ritus c. 650. l. 51. Britanni braccati ibid. l. 63.

in Britannico ſermone Gallici veteris reliquiæ c. 660. l. 29. &c.

Britomartis Diana, id eſt, virgo dulcis c. 743. l. 44.

Britones ad Ligerim filii Riphat c. 599. l. 9.

Broga Gall. ager, ut *bro* Britan. c. 677. l. 63. &c.

in Brutiis Italia olim ferè tota c. 595. l. 22. &c. Brutia pix nobiliſſima ibid. l. 63. Brutiorum origo & nomen c. 596. l. 40. &c. Brutiæ picis ſylva ferax ibid. l. 58. Brutia pix quomodo cuti nitorem præſtiterit ibid. l. 53.

Bruttare cur inquinare Italis ibid. l. 49.

Bryttinum linum c. 414. l. 69.

Bubaſtus ex Hebr. Pibeſeth c. 293. l. 21. & c. 336. l. 30.

Buccinna ſeu Phorbantia, inſula Sicula, cur *Jabeſa* dicta c. 510. l. 58. &c.

Bucra, id eſt, agger Syr. Siciliæ promontorium c. 548. l. 4.

Budas vel Buddas Manetis præceptor, vide Terebinthus.

Bagin cur Gallis cereus, & Mauris ſimia c. 491. l. 22.

Buglosſum Pœnis *Ἀἰσμαάιφ* imò *Ἀυσμααλήφ* lingua bovis c. 760. l. 56.

Bumadus, Bumelus & Boumello fl. idem qui Adiavas c. 243. l. 5.

Bunium Punicè *zigar* c. 714. l. 21. cur vocetur *βούνιον* ibid. l. 31.

Bunium *Zigar* & *Thepſa* Pœnis, an ab Africæ urbibus *Zugar* & *Thapſo* c. 760. l. 43.

Buphthalmum Pœnis *Balſamene* à Solis ſimilitudine, & *narat* à colore igneo c. 756. l. 3. &c.

Burda in Auguſtino quid. c. 674. l. 19.

Burgbumath quid Arab. vide Chryſocome.

Buſiridem à *ξενοκτονία* Iſocrates, & Medeam à *παιδοκτονία* abſolvit Ælianus c. 258. l. 70.

Buſiris Ægypt. urbs antiquiſſima c. 261. l. 61.

Buſtis olim injiciebatur apium c. 557. l. 63.

Buſus, vide Ebuſus.

Buteo in Balearibus in honore menſarum c. 635. l. 32.

Buthoe vel Butua Illyrici urbs à Cadmo condita c. 460. l. ult. & c. 461. l. 2. &c.

Butna piſtacium, & *butna* Syris terebinthus, vicinæ voces, ut arborum tota facies c. 389. l. 42. &c.

Butzutzim in Apul. Cynocrambe & cur ita dicatur c. 763. l 42. 59.

Buxus Corſicæ c. 558. l. 51.

Byblii ex Gebal c. 346. l. 31.

Byrrhus, cantharus poculi genus Tuſcis, Gallicè *burs* c. 585. l. 30.

Byrſa pro Boſra c. 346. l. 29. De eo nugæ Grammaticorum c. 736. l. 2. &c.

Byrſa pars Carthaginis c. 469. l. 72. Ejus deſcriptio ibid. l. 73. &c. Fabula de corio &c. exploſa c. 470. l. 16. &c. Byrſa *Boſra* ibid. l. 19.

Byſſus & purpura cur promiſcuè ſumpta c. 156. l. 39. & c. 415. l. 4. Byſſus in Elide, alibi in Græcia nuſquam c. 156. l. 57.

Byzacium Africæ regio ubi Libyphœnices c. 491. l. 42. Byzacitis regio duplex, una inferior, altera maritima ibid. l. 62. &c. Hujus ambitus ibid. l. 69. &c. In Byzacio Adrumetum, Leptis, &c. c. 492. l. 33. &c. Mira ibi fertilitas ibid. l. 42. Annibalem & Cæſarem eò iviſſe frumentatum ibid. l. 47. 61. Byzacii nomen unde ibid. l. 73. Mamma urbs in Byzacio c. 493. l. 15.

Byzantes & Zygantes vel Gyzantes diverſi populi in Africa c. 491. l. 4. &c.

C.

C Caph *כ* c. 451. l. 14. *כ* Caph & *ג* Gimel literæ promiſcuæ c. 237. l. 57. & c. 715. l. 18. C pro G c. 416. l. 11. C vel Ch in G mutatur c. 153. l. 44. & c. 237. l. 52.

Cabalaii Solymorum regio unde dicta c. 363. l. 18.

Cabarni cur dicti Cereris in Paro ſacerdotes c. 413. l. 12. &c.

Cabiri Dii Samothracum. Cur eorum myſteriis imbuti plerique heroum, & Alexandri pater Philippus c. 394. l. 33. &c. Iidem Dii Phœnicum, Beryti culti. *Cabir* magnus, Cabiri Divi potes ibid. l. 46. &c. & c. 707. l. 13. & c. 711. l. 34. & c. 747. l. 23. Unde ſic dicti, & quinam ſint ibid. & c. 110. l. 24. & c. 394. l 62. Cabirorum ſimulacbra ridicula c. 396. l. 56. Cabirorum ſacerdos *κοίης* c. 397. l. 7. & c. 747. l. 31. Cabirorum numerus & nomina c. 394. l 68. &c. Cabiris ſacra Zerynthus c. 397. l. 29. Et Imbros c. 398. l. 2.

Caccabe, id eſt, caput equi c. 471. l. 30. Vocis origo ibid. l. 46. Vide Carthago & c. 584. l. 69. & c. 743. l. 66.

Cacirum in Sicilia, id eſt, planities c. 541. l. 6.

Cacra vel Odyſſeum Siciliæ promontorium c. 546. l. 50. &c.

Cacyparis Siciliæ fl. in magnum ſinum ſe effundens, unde dictus c. 543. l. 46.

Cadme, vide Priene.

Cadmei Bœotiâ pulſi ſe conferunt ad Encheleas in Illyrico c. 460. l. 38.

Cadmelus & Cadmilus, vide Camillus.

Cadmi heroum Spartæ c. 457. l. 85. A quibus & cur erectum ibid. l. 58.

Cadmia cur dicatur æroſus lapis c. 447. l. 71.

Cadmus unde dictus c. 305. l. 8. Cadmum non eſſe Ægyptium c. 357. l. 12. Cadmus in Leſbo, id eſt, Cadmilus c. 385. l. 61. 69. A Cadmo ad Herculem decem generationes c. 393. l. 47. Cadmi poſterorum longa ſeries c. 457. l. 60. &c. Cadmus, cur Bacchi pater eſſe fingitur c. 439. l. 49. Cùm ſit Baccho recentior ibid. l. 52. Cadmus regis Tyri filius, vel, ut alii, coquus, id eſt, *ἀρχιμάγειρος* & magiſter ſatellitum c. 447. l. 83. &c. *Kadmoni* fuit, id eſt, è Cadmonæis circa Hermonem, unde uxor Hermione vel Harmonia ibid. l. 39. &c. Iidem in ſerpentes mutati, quia Hevæi ibid. l 51. Explicatur fabula de ſerpentis dentibus à Cadmo diſſeminatis ibid. l. 55. Cadmus repertor æris ibid. l. 69. & c. 594. l. 46. Idem literas Græcis dedit c. 448. l. 67. &c. Vide literas. Cadmo redditum oraculum c. 450. l. 62. Cadmus in Africa condidit centum urbes c. 467. l. 64.

Caduſii non ſunt è Judæis oriundi c. 194. l. 51. &c. Eorum geſta ibid. l. 62.

Cænepolis c. 619. l. 31. Vide Carthago.

Caer vel *Cair* quid Britannis c. 682. l. 26.

Cæron regio Gordyæorum amomifera, ubi arcæ reliquiæ c. 19. l. 41. &c.

Cæſar elephas Pœnorum linguâ, imò Maurorum c. 735. l. 53. Nec inde Cæſarum nomen, ut volunt, ſed à cæſarie ſumptum ibid. l. 52.

Cahran, à quo Ptol. Catanitæ, idem qui Jectan c. 97. l. 70. & c. 98. l. 8.

Caieta in Auruncis c. 589. l. 39.

Caio unde dictus c. 51. l. 7.

Cainan in Luca inſertus inter Arphaxad & Sala c. 89. l. 62. Lucas non ſequitur LXX. Interpretes c. 90. l. 2. &c. Nec Cainan ab Hebræis omiſſus eſt ibid. l. 20. Sed nos Cainan irrepſit errore librariorum ibid. l. 63. Non tamen ideò actum de fide c. 91. l. 61.

Cairo urbs, unde nomen, & à quo ædificata c. 136. l. 27.

Calab Hebr. pix, unde Calabria, quæ & *Peucetia* *ἀπὸ τῆς πεύκης* à piceis, non à Peucetio heros c. 598. l. 7. &c.

Calach, caput Calachenes, incolæ Claſſiræ Plinio, fortè idem quod Chalach per cheth, quò deportati Iſraelitæ c. 256. l. 56. &c.

Calaminiba Phœnicum urbs in colle c. 483. l. 30.

Calamus aromaticus in Arab. c. 117. l. 16. &c. Calami Cretici c. 423. l. 72.

Calaris Sardiniæ urbs, vide Caralis. Calaris Corſicæ urbs, vide Alalia.

Calaſiris quid ſit, & unde dicatur c. 416. l. 24

Calduba Bæticæ urbs unde dicta c. 603. l. 19. 23.

Caled Britan. durum, unde derivetur c. 679. l. 68.

Caledonii unde dicti ibid. l. 67.

Calingæ Indiæ populi, hodie *Calicut* c. 694. l. 11.

Callinisum in Ammiano pro Callinico à Seleuco Callinico c. 239. l. 11.

Callipolis Sicil. urbs, cur Bidus dicta c. 526. l. 2.

Callitrichos Punicè *neſſo eſſe ſade*, imò *neſſath baſſade*, capillitium agri c. 762. l. 58.

Calpe mons concavus in orcæ modum c. 615. l. 8. Unde nomen Phœn. *Galpha* ibid. l. 18. Calpe urbs ibidem Carteia potiùs ibid. l. 25. 39.

Calta Bellota in Sicilia, id eſt, arx quercuum c. 556. l. 60.

Calydnus vel Calicadnus Ciliciæ fl. in Cetide ortus c. 358. l. 55.

Calymna vel Calydna inſula prope Cariam melle fœcunda, unde nominata c. 373. l. 21. &c.

Calzem, vide Clyſma.

Camarina Siciliæ palus unde eruitur *חמר* *Chomer*, id eſt, lutum ex quo lateres c. 548. l. 60. &c.

Camdeni ſententia Britanniam nonniſi ſero fuiſſe cognitam, pluribus refellitur c. 652. l. 26. &c.

Cameſene, id eſt, Latium & quorſum c. 161. l. 36. &c.

Camets expreſſum per ò Syro more c. 514. l. 56. & c. 523. l. 38.

Camicum caſtrum in Agrigentinorum agro, Minois fato nobile c. 555. l. 22. 30. A Dædalo in rupe conſtructum ibid. l. 17. Flexuoſo aditu unde nomen ibid. l. 42. Per quinquennium fruſtra obſeſſum ibid. l. 55.

Camilla ſacrorum præminiſtra c. 395. l. 66. &c.

Camillus, Caſmillus, Cadmillos, Cadmelus, Phœniciè miniſter Deorum Mercurii nomen ibid. l. 42. &c.

Camillus Tuſcis Mercurius unde dictus c. 585. l. 41.
Camirus Rhodi oppidum unde dictum c. 368. l. 69.
Campi Elyſii, vide Elyſii.
Camulodunum Cynobelini Regia unde dicta c. 680. l. 20. &c.
Cana Galilææ, quomodo Hebr. c. 530. l. 14.
Cancri ſecurigeri c. 386. l. 63.
Canes ex Epiro c. 26. l. 59. Hecatæ immolabantur in ſpelunca Zerynthο c. 397. l. 29. Canes ſacri fures diſcerpunt c. 530. l. 47.
Cannacus, vide Enoch.
Canobus qui Menelaus appulit, à Pharo quantum diſtet c. 261. l. 64.
Canthele, id eſt, Saturni vicus, ubi ſita c. 483. l. 40.
Caphareus unde dictus c. 409. l. 54. Græcorum è Troiano bello redeuntium claſſis ibi diſſipata eſt ibid. l. 6. Vide & c. 403. l. 18.
Caphthor an Damiata c. 316. l. 15. 44.
Caphthoræi vicini Casluchis, Philiſtæi ab utriſque orti c. 290. l. 57. Caphthor Veteribus omnibus Cappadocia ibid. l. ult. Nempe Cappadociæ pars Colchis proxima, id eſt, Side c. 291. l. 15. 27. Side Gr. malum Punicum ut Caphthor Hebr. ibid. l. 25. Caphthoræorum iter in Colchidem, & inde reditus in Palæſtinam ibid. l. 14. &c. & c. 292. l. 1. De eo quid Poetæ ibid. l. 5. &c.
Capita aut navis, *croix ou pile* c. 4. l. 44.
Capitis muliebre integumentum *clauſtrum pullorum* Hebr. dictum c. 435. l. 41. Aliud *urbes* vocatum ab urbis ſimilitudine ibid. l. 44.
Cappadocia equis nobiliſſimis fœcunda c. 177. l. 5. &c. Ad Imperatorum uſum ibid. l. 61. Mulis item c. 178. l. 11. Et aſinis ibid. l. 29. Vide Thogarma.
Cappadocum ingenia quàm ſervilia c. 182. l. 29. Inde mancipia ibid. l. 10. &c. Cappadocum ſermo impuriſſimus c. 535. l. 48.
Cappares Pœnis in Dioſcoride ἰεϐιμαθὰν, imò חנבאז c. 753. l. 22.
Capra vox Tuſcorum c. 585. l. 5. Capræ ex Scyro c. 26. l. 59.
Capius fl. id eſt, Adiavas c. 243. l. 31.
Capſa Numidiæ urbs, cujus conditor Hercules Phœnix, non eadem cum Capſa Ptol. & Nub. Geogr. c. 482. l. 52. &c. Origo vocis c. 484. l. 16.
Captivus Rex Sabæorum qua ratione c. 132. l. 43.
Capua à Tuſcis condita c. 582. l. 64.
Capys falco Tuſcis, unde Capua ibid. l. 71. & c. 585. l. 25. Unde dictus ibid. l. 37.
Caralis vel Calaris Sardiniæ urbs c. 576. l. 40. Carnalis Pauſan. ibid. l. 48. Urbs urbium ibid. l. 52. A Pœnis condita ibid. l. 55. Stephano Charmis c. 577. l. 2. Unde dicta ibid. l. 22.
Carbas, Chald. *garbith*, quis ventus c. 354. l. 20. Boreas Phœnicibus c. 584. l. 59.
Carbaſia vel Carpaſia urbs Cypri unde dicta & ubi ſita c. 354. l. 53. 20.
Carbi Arab. Fœl. populi c. 109. l. 61.
Carcemis, vide Cercuſium.
Carchedon, Carthago c. 468. l. 68. Vide Zorus, & Carthago.
Carcoma, vide Chalce.
Carda, quid Perſis c. 223. l. 57.
Cardaces Perſis militum genus ibid. l. 54.
Cardameoe inſula in Mari Rubro, c. 688. l. 50. An inde Cardamomum ibid. l. 51.
Carduchi & Cardiei, vide Gordyæi.
Cardynus mons, id eſt, Gordyæus c. 19. l. 14.
Cares in Ægypto c. 60. l. 40. Cares ejuſdem cum Lydis originis c. 86. l. 50. Cares Græca vocabula multa uſurpaſſe ibid. l. 56. Cares βαρβαρόφωνοι ibid. l. 61.
Caria & Carum portus inter Boſphorum & Danubium c. 392. l. 55. Caria Phœnice dicta c. 366. l. 60. Caria & Cares unde dicti c. 376. l. 47.
Caricæ non ſemper è Caria c. 27. l. 26.
Carmaniæ pars una fœcundiſſima vitibus maximè & uvis portentoſæ magnitudinis, unde illi nomen c. 228. l. 38. 46.
Carmiunó, columba œnas c. 741. l. 15.
Carna Minæorum metropolis, hodiè *Carno-Imanazili*, id eſt, cornu habitationum, vel habitatio in cornu ſeu bivio c. 120. l. 70. & c. 121. l. 4. 11.
Carnon tuba Gallis unde c. 671. l. 38.
Carpaſia, vide Carbaſia.
Carpathus inſula unde dicta c. 372. l. 22. Carpathus dicta Porphyris à purpuris c. 156. l. 16.
Carpeſſus à conchis dicta c. 616. l. 22. Ibi buccinæ & purpuræ maximæ ibid. l. 25.
Carrhæ, vide Charan.
Carrus unde dictus c. 671. l. 60. &c.
Carteia urbs ad columnas Herculis unde dicta c. 615. l. 60. & c. 709. l. 27. Carteia olim Heraclea & Melcarteia à Melcartho vel Melicerta, id eſt, Hercule c. 615. l. 43. &c. Carteia cum Tarteſſo perperam confunditur ibid. l. 68. &c. Cur dicatur Carpeſſus c. 616. l. 14. &c.
Carthada unde dicta c. 717. l. 38. Vetus nomen Carthaginis c. 468. l. 69.
Carthago nova, Hiſpaniæ urbs, quantum argenti ibi effoſſum in dies c. 170. l. 7. Carthago Pœnis *Carthada*, ſeu nova civitas c. 167. l. 52. & c. 468. l. 70. & c. 620. l. 5. Carthagine quot civium millia c. 253. l. 29. Carthago *Chadre Anae* c. 725. l. 40. Carthaginis nomen à quadam urbe Cartha ineptè deducit Servius c. 735. l. 59. &c. Carthago idem quod Cænepolis c. 746. l. 73. Carthago Didone antiquior c. 468. l. 45. Carthaginem non condidere Zorus & Carchedon ibid. l. 63. *Carthada* nomen Phœnicium. ibid. l. 70. Καρχηδὼν & Carthago, quomodo inde deflexa c. 469. l. 2. &c. Carthaginis tres partes, prima Cothon ibid. l. 21. Secunda Byrſa ibid. l. 72. Tertia Magalia c. 470. l. 87. Carthaginis ambitus, latitudo, muri, numerus incolarum & ſubditarum urbium c. 478. l. 2. &c. Caccabea, id eſt, caput equi conditores offendiſſe ibid. l. 16. &c. Carthago ſub Suffetibus c. 472. l. 67. &c.
Carthago quæ & Cænepolis, Punica urbs in Hiſp. c. 619. l. 31. Ejus laudes ibid. l. 32. &c. Cur dicta Cænepolis ibid. l. 70. &c. *Carthada* Punicè nova urbs c. 620. l. 5. Eadem Spartaria à ſparto ibid. l. 11. Cur Teucer Salaminius putetur hanc condidiſſe ibid. l. 53. &c. Verus conditor c. 621. l. 10. Appiani næniæ de Sagunto & Carthagine ibid. l. 27. &c. Deſcriptio Carthaginis ibib. l. 51. &c. Dii Punici ibi culti c. 622. l. 29. Ibidem argenti fodinæ à quo repertæ ibid. l. 40. Quàm fœcundæ ibid. l. 53. Spolia ex Carthagine quam multa ibid. l. 67. &c. Carthago vetus circa Iberum c. 623. l. 38.
Caryſtus, Eubœæ urbs, ubi tela quæ in igne purgabatur, unde nomen c. 403. l. 9. Ægea Caryſtia ibid. l. 24.
Caſeus Cythnius c. 408. l. 9.
Caſia in Arabia c. 117. l. 17. Ex Moſyllo c. 124. l. 55.
Casluchi, id eſt, Colchi, quos Ægyptii generis eſſe multa ſuadent c. 285. l. 35. &c. Vide Colchi.
Caſmenas Siciliæ urbem tenuêre Gamori pulſi è Syracuſis c. 547. l. 20. Caſmenæ unde dictæ ibid. l. 53.
Caſmillus, vide Camillus.
Caſpium mare Arab. mare Chozar c. 199. l. 41. & c. 353. l. 55.
Caſſanitarum ſitus & oppida c. 540. l. 9. &c. Unde dicti c. 138. l. 34.
Caſſiterides inſulæ olim ſolis Phœnicibus notæ c. 648. l. 34. & c. 561. l. 38. Gentis opes ſtannum, plumbum, coria ibid. l. 39. &c. Eædem cum Britannicis ibid. l. 55. Heſperides etiam dictæ & Oeſtrymnides c. 651. l. 32. &c. Herodoto ignotæ ibid. l. 54. Nauta Phœnix quid fecerit, ne eas Romanis aperiret ibid. l. 40. Plumbum inde quis primus apportaverit c. 648. l. 45. & c. 651. l. 48.
Caſſiotæ non à Casluchis, ſed à Caſſio monte dicti c. 293. l. 63.
Caſſius mons prope lacum Serbonidem unde dictus c. 292. l. 45. Ibi Caſſii Jovis templum malum Punicum manu ferentis ibid. l. 50.
Caſtalia, fons in Phocide dictus à murmure aquarum, in quo aliquid fatidicum c. 429. l. 58. &c. Caſtalia, fons alius prope Antiochiæ Daphnem, eaſdem habet vires c. 430. l. 15. &c. Vera origo nominis. Aliæ rejectæ ibid. l. 54. Hunc ab Adriano obſtructum recludere conatus eſt Julianus ibid. l. 64. &c. Caſtalia alias Daphne vel Daphnis c. 431. l. 17. &c. An de eo fonte Moſes egerit ibid. l. 20. &c.
Caſtulo Bætica urbs à Caſtalio Phoc. dicta c. 621. l. 8.
Caſtulo Oretanorum maxima urbs ad Bætin, in Bæticæ finibus unde dicta c. 602. l. 9. &c. Ibidem argenti fodinæ ibid. l. 44.
Caſus inſula prope Rhodam unde dicta c. 372. l. 30.
Catabanes ſeu Cattabenas Eratoſthenes ad ſinum Arabicum Ptolemæus ad Perſicum ponit c. 105. l. 52. &c.
Catabani & Gebanitæ iidem populi c. 126. l. 6. Cur eorum regio dicatur thurifera ibid. l. 18. Horum ſitum perperam deſcripſit Ptolem. ibid. l. 20. Catabani & Gebanitæ cur dicti ibid. l. 30. &c. Horum avaritia in aromatum deſcriptione & vectigalium exactione ibid. l. 35. Catabania ubi thus c. 105. l. 44. Regio thurifera ſub Cattabenis ibid. l. 49.
Catacecaumene, vide Gomer.
Catada vel Carthada fl. dictus de nomine urbis Carthadæ ſeu Carthaginis c. 486. l. 7.
Catana Siciliæ urbs à parvitate dicta c. 530. l. 9.
Caranitæ Arabiæ Fœl. populi c. 98. l. 8.
Cataractæ cœlorum in Diluvio quomodo apertæ c. 436. l. 57.
Catarichias vel potiùs Cata Tarichias inſulæ nomen in Africa c. 494. l. 26. 44. Vide Meninx.
Catarractes, vide Marſyas.
Cateia, quod teli genus & unde dictum c. 670. l. 30. 37.
Catelli Melitenſes c. 501. l. 39.
Caterva legio Gallorum unde dicta c. 667. l. 72. & c. 668. l. 4. Caturſa idem Britan. ibid. l. 12.
Carria, vide Ægnſa.
Caucana Siciliæ portus unde appellatus c. 548. l. 8.
Caucaſus unde dicatur c. 787. l. 44.
Caunace, vide Gaunacum.
Cea vel Ceos, Cycladum una prope Atticam c. 405. l. 58. In qua imperavit Ariſtæus Cadmi gener ibid. l. 65. Eadem Cos, Cea, Cia Cianos c. 407. l. 12. &c. Ab aduſtione dicta ibid. l. 18. Cur Ceos à Sole aduſta ibid. l. 22. &c. Cur ibi ſacrificia quotannis ad Eteſias impetrandos ibid. l. 46. &c. Cythnius dictus caſeus è Ceo c. 408. l. 25.
Cebennæ, vide Gebennæ.
Cecrops cur διφυὴς c. 60. l. 20.
Cedrium quid propriè, & unde nomen c. 597. l. 66. Aliud cedria ibid. l. 72.
Celænæ ad Mæandri & Marſyæ fontes c. 54. l. 59. &c. Celæna, & Celænæ ibid. l. ult. Celænæ aliæ in Bœotiæ & Atticæ confiniis c. 15. l. 13.
Celenderis Ciliciæ aſperæ portus, Phœnicib. *geled-erets*, id eſt, dura regio c. 358. l. 70.
Celtæ, vide Galatæ.
Cemainum oppidum ab illis octo conditum qui ex arca exiverunt c. 17. l. 55. Vide Thémaninus & Thamanorum pagus.
Cenæ ſeu Cœnæ antiſtites in inſula Oſiſmica c. 666. l. 20. &c.
cenizæi c. 307. l. 57.
Centauri docti c. 210. l. 50.
Centeſimæ frugis incrementum c. 478. l. 44. &c.
Centrites fl. fortè Gethri ex Gether c. 82. l. 53.
Centuripæ aratorum urbs c. 531. l. 22.

Ceos,

Ceos, vide Cea.
Cepa Samothracia c. 287. l. 19.
Cephalenia, id eſt, Διλῆμι, quia bifariam diviſa c. 464. l. 27. Hanc tenuère Taphii ſeu Telebnæ ibid. l. 40.
Cephalœdiz vel Cephalud, id eſt, rupes flexa, Siciliæ urbs à ſitu dicta c. 515. l. 72. & c. 516. l. 6.
Cephiſſus Bœot. fl. unde dictus c. 428. l. 4.
Cercina Africana inſula, ubi & unde dicta, quanta, quam dives, &c. c. 495. l. 60. &c.
Cercopes mutati in ſimias, & in Pithecuſam tranſlati c. 592. l. 31.
Cercuros navis genus c. 463. l. ult.
Cercuſium ubi ſita c. 255. l. 61. Hebr. *Carcemis* c. 256. l. 4.
Ceres una è Cabiris cur dicatur Axieros c. 395. l. 6.
Cerygi Drudion, lapides Druidarum ubi c. 679. l. 49.
Ceroe ex adverſo Carthaginis c. 642. l. 31. Cernes ſitus & ambitus ibid. l. 36. Cerne non eſt ad ortum Africæ, nec ead. cum Menuthiade ibid. l. 43. &c. Cerne unde dicta ibid. l. 49. Nihil eſſe navigabile ultra Cernen falsò creditum ibid. l. 58. &c.
Cerpathon in Abaſenis quale aroma c. 109. l. 9.
Certis, vide Bæris.
Cervi è monte Amano c. 359. l. 42. Cervi in Africa nulli, ſed capreæ frequentes c. 755. l. 15.
Cerynia vel Corinæum Cypri urbs, fortè Karnajim c. 354. l. 25.
Cetia Latii urbs magna & populoſa c. a 59. l. 7.
Cetis Ciliciæ pars c. 157. l. 55. Quibuſdam Cetbim c. 358. l. 51.
Cetra, καίετρα, κύρτια, Gall. clypei unde dicti c. 672. l. 10. &c.
Cerus al. Silatos, fl. circa Cumas c. 159. l. 15.
les Cevennes, vide Gebennæ.
Chablaſii, vide Chavila.
Chabor mons, id eſt, Chaboras Ptol. c. 194. l. 6. Chabor pertinere ad Hadiab ſeu Adiabenem c. 241. l. ult.
Chabor fl. è monte Chabora oritur c. 360. l. 10.
Χαβεὶρ χιμὲξ, vide Eſiongaber.
Chabal Hieronymo quaſi germeo c. 715. l. 48. Joſepho ἐπὶ ἀρέσκον, Hebr. conſtrictum, Græcis melius ἐπὶ, id eſt, כבל, *caph* & *gimel* ut paſſim permutatis c. 714. l. 64. &c. & c. 715. l. 2. &c. Chabulon Ptolemaidis & Galilææ terminus ibid. l. 25. Malè legi Zabulon ibid. l. 32.
Chadre Anak, vide Carthago.
Chalach, id eſt, Chalaccoa Ptol. c. 194. l. 4.
Chalane vel Chalne, an ibi turris Babel c. 35. l. 72. & c. 36. l. 2. &c. Vide & Chalne.
Chalce Phœnicium oppidum inter Iol & Gades, ubi æris fodina, *Carcoma* Ptol. c. 483. l. 57. &c.
Chalcedon, vide Phœnices.
Chalcia vel Chalce inſula prope Cariam dicta ab agri fœcunditate c. 372. l. 65. &c.
Chalcis Eubœæ urbs a diviſione ibi facta appellata c. 435. l. 70.
Chalcis, metropolis Eubœæ, quæ ibi bæſiſſe dicitur Aulidi Bœotiæ, & maris impetu abſciſſa, unde nomen c. 402. l. 53. &c.
Chaldæi, vide Chalybes.
Chaldæi Paraphraſtæ recentiores quàm creditur c. 158. l. 36.
Chaldaica lingua omnium antiquiſſima falsò c. 51. l. 22. Antiquitas ejus, uſus & nobilitas c. 57. l. 46. &c. Simillima eſt Syriacæ ibid. l. 63.
Χάλυξ & Χάλαλξ, vide Cilicia.
Chalne, Chalno & Channe c. 238. l. 63. &c. Non eſt Calliniſum, nec Callinicum c. 239. l. 31. &c. Sed Chaloniridis caput Cteſiphon, unde Chalonitæ populi ibid l. 28. 61. Græcum nomen Pacorus indidit ibid. l. 69. An ibi turris Babel c. 240. l. 2. &c.
Chalonitis & Chalonitæ, vide Chalne.
Chalybes & Alybes c. 103. l. 28. Chalybes prope Tibarenos c. 180. l. 72. Chalybes alii qui & Armenochalybes prope Phaſim c. 181. l. 10. &c. Chalybes unde chalybs c. 182. l. 57. Primi ferrum cuderunt ibid. l. 60. Chalybs nullibi præſtantior c. 183. l. 6. Chalybis quatuor genera, quorum princeps Chalybdicum ibid. l. 19. Chalybes habitabant promiſcuè cum Moſſynœcis & Tibarenis ibid. l. 32. Chaldæi dicti ibid. l. 59. Fortiſſimi ibid. l. 71. Efferi c. 184. l. 8. Ipſorum arma c. 185. l. 66.
Chalybs non ſemper è Chalybibus c. 27. l. 25.
Cham Amon vel Hammon eſt Juppiter c. 5. l. 56. 69. & c. 9. l. 67. A fervore dictus ut Ζεὺς ibid. l. 71. Fratrum minimus c. 5. l. 53. & c. 8. l. 5. A patre maledictus & ſervus ſervorum c. 3. l. 72. Patris verenda vidit c. 4. l. 9. & c. 8. l. 22. Sub Jovis Hammonis nomine in Africa diu cultus c. 5. l. 56. Quæ illi in ſortem obtigit c. 8. l. 13. Cur dicatur patrem execuiſſe ibid. l. 21. Cham condidit Hebronem c. 300. l. 32. Chami portio c. 203. l. 40. E Chami ſtirpe Arabes ibid. l. 46. Terra Cham Ægyptus ibid. l. 47. Chami nominis veſtigia in Africa & Ægypto ibid. l. 49. &c. Cur Cham ita dictus ibid. l. 64. Ammon & Chemia inde c. 204. l. 25. &c. Noa ab eo devotatus ibid. l. 59. Cham non eſt Zoroaſtres ibid. l. 37. &c. Nec Magiæ inventor ibid. l. 58. Nec Chimiæ vel Alchymiæ c. 206. l. 64. Nec Propheta c. 208. l. 34. Chami poſteri quando ſervi ſervorum c. 3. l. ult.
Chamæleontes ubi c. 495. l. 54.
Chanaan, idem qui Mercurius. Uterque filius Cham ſeu Jovis, & a mercibus dictus, &c. c. 11 l. 16. Chanaan Gr. *Chna*, à quo Phœnices; de eo Philo & Eupolemus c. 300. l. 66. &c. Chanaan cur pro Chamo maledictus & è Chananæorum familiis undecim cur ſex evaſerint c. 308. l. 22. &c.
Chananæa habitata, et in ea conditæ urbes à tribus Noæ filiis c. 300. l. 30.
Chananæa Matthæo, quæ Marco Syrophœniſſa ibid. l. 61.
Chananæi cur ejecti è Palæſtina. Epiphanii ſententia refellitur c. 62. l. 70. et c. 63. l. 2. etc. Chananæorum et Phœnicum nomen promiſcuè uſurpatum c. 300. l. 43. Chananæi ſpecialiùs ſic dicti ubi ſiti c. 307. l. 50. Chananæorum fines c. 308. l. 36. &c. Chananæi a Judæis pulſi quo ſeceſſerint, & quas urbes condiderint c. 309. l. 27. &c. Chananæum Poetam citavit Moſes c. 304. l. 60. Chananæos ſe eſſe agnoſcunt ruſtici Carthaginenſes c. 467. l. 10. Chananæi in Tripoli ibid. l. 24. In Tingitana ibid. l. 12. & c. 476. l. 28. &c.
Chanani Pœnum ſignificat c. 467. l. 18. & c. 767. l. 60.
Chanclei, vide Chavila.
Channa, id eſt, planta c. 59. l. 8.
Chaos ἐρέβωδες initio rerum c. 705. l. 52.
Charan ſeu Carrhæ cum fl. ejuſdem nominis, ſedes Thare & Nachor c. 95. l. 10. &c. Charrhæi non ſunt coloni Macedonum ibid. l. 30.
Charidemi promontorium in Bætica, hodiè *Capo de Gates*, ratio utriuſque nominis c. 617 l. 50. &c.
Charmis Sardiniæ urbs c. 576. l. 41. A quo ſic dicta ibid. l. 66. Fortè eadem quæ Caralis c. 577. l. 2.
Charybdis unde dicatur c. 523. l. 61. Charybdes plures ibid. l. 70. &c.
Charramis & Chatramititis, regio quæ Arab. Hadhramauth vel Chadhramauth; incolæ Chatramotæ, Chatramotitæ, Chatrimmitæ, Chatrimmititæ, Chatramonitæ, &c. c. 100. l. 27. &c.
Chatramotitis, vide myrrha.
Chavila a quo Chavilæi, Gr. Chaulotæi & Chablaſii, Plinio Chaoclei pro Chavelei, ubi ſiti c. 225. l. 29. &c.
Chavilæ duo c. 142. l. 39. Chavilæ Jectanis filii ſedes Chaulan ibid. l. 42. Ptol. Hyela vel Hyæla c. 143. l. 30.
Chaulan Chavilæ ſedes c. 142. l. 42. Hujus ſitus ibid. l. 62. Chaulanitæ Veteribus Cerò & Cerbani, quia bellicoſiſſimi hodiéque ibid. l. 63. 73. & c. 143. l. 6 &c. *Chond* horum caſtrum ibid. l. 20.
Chaulotæi, vide Chavila.
Chebrodlapſon Tyrii edullii ſpecies in Athenæo c. 726. De eo Caſauboni conjectura c. 727. l. 5. &c. Noſtra ibid. l. 20. &c.
Chek lub ubi Cyclopes c. 509. l. 65
Chemi, Chemia, Chemmis, &c. vide Ægyptus.
Chemia Ægyptus unde c. 204. l. 28
Chemiæ nomen vel Alchymiæ a Chamo peti perperam c. 206 l. 64. &c. De Chemia vel chymia nugæ ſimiles. Moſis, Mariæ, Hermetis, Oſthanis, Democriti, Ori chymica. Jaſonis vellus aureum, liber chymicus ibid. l. 68. &c. Chymici libri in Ægypto a Diocletiano conquiſiti & exuſti c. 207. l. 12. Tobalcainus Chymiam ab Angelo edoctus ibid. l. 22. Chema liber Chymicus ab Anglis traditus ibid. l. 34. &c. Alchymiæ nomen quàm recens ibid. l. 40. Et unde ſumptum ibid. l. 50. &c. Chymia ars occulta ibid. l. 56. Chymia Scripturæ prælata ibid. l. 73. De ea locus Euſebii ſuſpectus c. 208. l. 6. etc.
Chenoſiris, id eſt, planta Oſiridis c. 59. l. 9.
Cheth ח omiſſum c. 5. l. 57. Expreſſum per χ c. 7. l. 41. *cheth* ח *caph* כ et *coph* ק permutari c. 256. l. 72. et c. 257. l. 2. etc. *Cheth* ח et ἐπι c. 258. l. 16. *Cheth* ח in C vel K mutatum c. 368. l. 71. et c. 401. l. 2. c. 406. l. 45. et c. 494. l. 3. etc. 641. l. 33. *Cheth* ח mutari in ע *ain* c. 749. l. 56. et 758. l. 70.
Chetim loca maritima pleraque c 157. l. 34.
Chi χ initio vocis omitti c. 103. l. 26 χ et γ facilè permutantur c. 237. l. 53. χ et θ permutata c. 469. l. 2. et c. 620. l. 6.
Chilias pro quovis numero; et Chiliarcha pro quovis duce ſumuntur c. 667 l. 69.
Chilperichus, adjutor fortis c. 605. l. 72.
Chimæra quid ſignificaverit, Conjecturæ Veterum; Authoris ſententia c. 365. l. 23. etc.
Chingari incolæ inſulæ *Zeilan* unde dicti c. 696. l. 60.
Chios non eſt maſtice Syris, ut putat Iſidorus c. 382. l. 40. Fons erroris ibid. l. 73. Chios vel Chia a ſerpente dicta, qui *chivia* Syris, non à nive, nec a Chione c. 383. l. 72. et c. 384. l. 5. etc. Vide Arviſium et Pelinas.
Chitis, topaziorum inſula c. 211. l. 28.
Chittim nonnullis Citii c. 157. l. 29. Aut Ciliciæ Cetis ibid. l. 55. Aut Macedonia quæ et Macetia ibid. l. 72. Potiùs Latini et Romani c. 158. l. 7. 12. etc. Corſica in inſulis Chittim ibid. l. 51. Alludunt Italiæ locorum nomina, Cetia, Echetia, Cetus, Cocinthus c. 159. l. 7. etc. Chetim Arab. latens, ut Latium a latendo ibid. l. 48. 69. etc. Camerene idem c. 161. l. 36. Chittim vel Cuthijim in Babylonia, id eſt, Cuthæi vel Ciſſii ibid. l. 12.
Choa, Chanaan et Phœnice regio, unde Chnai Chananæi c. 301. l. 5. et c. 711. l. 54 Chna Phœnicum primus, id eſt, Chanaan ibid. l. 51.
Chobar Euphratis alveus de quo Ezechiel a Chobare præfecto dictus c. 34. l. 35. Vide Euphrates.
Χίλλαξ, vide Cilicia.
Choloberene, Cholimma, Choluata, Cholus, etc. Vide Hul.
Χόνδρος granum ſæpe de thure, unde *chonder* ibus Arab. c. 104. l. 12.
Chonuphis prophetarum Ægyptiorum doctiſſimus conſultus de tabula reperta in Alcumenæ ſepulchro c. 454. l. 26.
Chorſaci Scythis Perſæ c. 225. l. 13.
Choſar, vide Caſpium.
Choſroene et Oſroene c. 103. l. 27.
Chremetes, Hannoni Chretes perperam, Africæ fl. circa Atlantem, à vitibus dictus c. 643. l. 6 etc.
Chretes, vide Chremetes.
Chryſocolla ubi c. 506. l. 18. etc.
Chryſocome Pœnis *dahath* ab aureis corymbis, et *barchumath*, ut Arab. *burghumath* herba quævis vertice

Digitized by Google

vertice rotundo & multis foliis 758. l. 54. &c.

Chryſor Vulcanus quorſum? c. 706. l. 56.

Chub quis populus? an qui circa Paliurum c. 295. l. 33.

Chudud Afr. quid c. 758. l. 7. 52.

Chulum Afr. Polygonum, & quare c. 756. l. 36.

Chureſtan pro Elam c. 71. l. 22. Chureſtan pro Chuzeſtan ibid. & c. 102. l. 35.

Chus alii Æthiopiam Jonathan ſolus Veterum Arabiam rectè exponit c. 210. l. 56. 65. Chuſan & Madian *ἰνδιανισμοῦ* ibid. l. 71. Chuſini, id eſt, Madianitis c. 211. l. 2. Topazius Chus ibid. l. 25. Ægyptus a Syene ad Chus ibid. l. 37. Naves ex Ægypto in Chus ibid. l. 58. Bella regum Chus in Judæos ibid. l. 66. Philiſtæi & Arabes vicini Chuſæis ibid. l. ult. Ægyptus trans flumina Chus c. 212. l. 57. Chuſæi iidem qui Scenitæ & Saraceni c. 213. l. 16. & c. 315. l. 59. & c. 318. l. 43. Gens valde potens, tamen deſpectiſſima c. 815. l. 51. &c. Chutæi iidem qui Chuſæi ibid. l. 85. Chuſæorum vocatio, converſio, & defectio ibid. l. 27. &c. A nomine Chus [Hebrew] converſio ad Arabiſmum ibid. l. 35. Chuſæi quàm fuſci ibid. l. 56. &c. Mauri vocantur c. 216. l. 36. An iidem cum Kedarenis ibid. l. 17. De Chuſi filiis Veterum hallucinationes ibid. l. 71. &c. Pleroſque habitaſſe circa Mare Perſicum c. 217. l. 64.

Chutæi iidem qui Ciſſii c. 161. l. 14.

Chuzeſtan, vide Chureſtan & Suſiana.

Chymia, vide Chemia.

Chymica ſcripta Veterum, ut volunt c. 206. l. 67. & c. 208. l. 8. &c.

Cibotos, vide Apamia.

Cibyra, Piſidica urbs ambitus centum ſtadiorum, Phœnicibus *Cebira*, id eſt, magna c. 363. l. 52. &c.

Cicynethus, inſula *chek-ainoth*, id eſt, ſinus fontium, quia in Pagaſæo ſinu a fontibus ſic appellato c. 400. l. 73. & c. 408. l. 2.

Cyus vel *Cios* Saturnos c. 59. l. 61. & c. 443. l. 26.

Ciliciæ nomen primò inditum parti aſperæ c. 359. l. 12. Hebr. *challekim* lapides, unde χάλιξ, χάλιξ, χάλιξ, *coclace*, & mons Chelka, id eſt, glaber & petroſus ibid. l. 17. &c.

Cilia à quo Cilices Cadmi frater c. 358. l. 48.

Cimmerii Homeri circa Cumas & Baias c. 591. l. 83. Cur degere fingantur in perpetuis tenebris ibid. l. 34. Cimmerii alii circa Boſphorum ibid. l. 26.

Cimolus Cycladibus adſcripta c. 417. l. 5. Unde dicta c. 420. l. 20. E Cimolo Cimolia cretæ ſpecies c. 419. l. 23. Cimolia creta quem uſum habuerit ibid. l. 29. &c. Cur nitrum & Cimoliam promiſcuè ſumant Talmudici ibid. l. 52. Cimolia ex Siraph c. 420. l. 11. De Cimolia nugæ Rabbinorum ibid. l. 2. &c.

Cinæi populi c. 307. l. 57.

Cinctus pro ſtrenuo, ut diſcinctus pro eo qui ad militiam eſt inhabilis c. 744. l. 30.

Cinnamomum ex Moſyllo c. 524. l. 59. Cinnamomum vel Cinnamum Phœnicia vox c. 713. l. 27. & c. 751. l. 55. Cur ex avium nidis decuti credatur, & privatim phœnicis c. 713. l. 21.

Cinyphus Africæ fl. dictus ab hyſtricibus c. 486. l. 45. &c.

Cinypis agri fœnus tercenteſimum c. 493. l. 39. Cur ſubventana & Arzugum dicatur hæc regio ibid. l. 49.

Cinyras Cypri Rex quando Adonim ex Mirrha genuerit c. 352. l. 60. Cinyras Muſicus ibid. l. 71. Agamemnoni æqualis ibid. l. ult.

Cinyræ etymon ridiculum c. 728. l. 65. Verum ibid. l. 67. Cinyra lugubris Phœnicibus c. 729. l. 3. Læta Hebræis ibid. l. 6. Cinyras Cypri Rex muſicæ peritiſſimus, non tamen inventor Cinyræ, ſed Jubal Gen. 4. ibid. l. 49. &c.

Circe ubi regnaverit c. 558. l. 10. Latinum ex Ulisse generavit ibid. l. 41. Cur dicatur eſſe venefica ibid. l. 43. &c. Ubi ſepulta c. 589. l. 6. Circe & Medea Colchæ c. 288. l. 25.

Circæa urbs ubi regnavit Circe c. 588. l. 10.

Circeium terminus navigationum Uliſſis ibid. l. 8. Circeium Latii promontorium cur dicatur eſſe inſula ibid. l. 14. &c. Ipſius ambitus ibid. l. 34.

Circes inſula, navigationum Uliſſis terminus ad Occaſum c. 598. l. 46. Cur dicatur ad Ortum ibid. l. 49. &c. Ibi Elpenoris tumulus ibid. l. 55.

Circeſium an a Gergeſæis conditum c. 304. l. 73.

Circumciſio apud Colchos quando cœperit eſſe in uſu c. 287. l. 20. 32. Apud Sabæos c. 138. l. 57.

Ciſſia, vide Suſiana.

Cithæron Bœotiæ mons Penthæi & Actæonis clade nobilis a petris dictus c. 431. l. 44. &c.

Citibæna regio aromatifera c. 505. l. 38.

Citiei pro Macedonibus c. 157. l. 65.

Citii vel Citiæi & Citium in Cypro patria Zenonis ibid. l. 30. Citiæi pro Cypriis ibid. l. 45. Citii unde Romani & Latini c. 159. l. 38.

Citium ab Cethim c. 353. l. 72. Citium ortu Zenonis celebre & Cimonis obitu c. 354. l. 2. Incolæ Phœnices ibid. l. 8.

Citrim Romani c. 158. l. 20. & c. 201. l. 7.

Claſſitæ, aliis Calachitæ vel Calacheni c. 846. l. 9.

Claudius Iolaus, al. Iulus & Julius Phœnices hiſtoriam ſcripſit, ſed valde fabuloſam c. 779. l. 33. Ex eo tres fabellæ ibid. l. 34. &c. Unde Judæos deducat c. 458. l. 9.

Cleopatris, vide Clyſma.

Clibanarii Perſarum equites à clibanis dicti c. 190. l. 70. &c. κλίβανος thorax c. 191. l. 3. Vox Perſica & Chaldaica propriè lorica ex ſquamis conſerta ibid. l. 28. &c.

Climax Arab. Fœl. mons, Moſi Saphar, quàm extenſus, & quot gentium terminus c. 145. l. 19. &c.

Clupæa Gall. piſcis, qui cum Luna mutatur, unde dictus c. 676. l. 1. &c.

Clupea & Aſpia idem c. 688. l. 61.

Clypei Ægyptiorum ad pedes porrecti c. 295. l. 46. Conferuntur cum Gerrhis Perſarum ibid. l. 52. Clypeo inſignes Phutæi ibid. l. 41. Clypeus Argolicus c. 423. l. 71.

Clyſma Ægypti urbs ad Mare Rubrum, a qua ſinus denominatus c. 107. l. 37. & c. 108. l. 5. De eadem loca Veterum non ſatis intellecta c. 107. l. 44. &c. Clyſma Arab. *Calzem*, unde Arab. Mare Rubrum mare *Calzem* ibid. l. 56. & c. 508. l. 10. Hanc urbem quæ inſigniant c. 507. l. 57. &c. Ibi alveus è Nilo ductus ibid. l. 60. Fortè eadem cum Arſinoe ſeu Cleopatride ibid. l. 66. Clyſma potiùs quàm Clyſma, & quorſum ibid. l. 71. &c.

Co inſula Carica. In Co, non in Ceo Atticæ veſtes ſubtiliores à mulieribus texi ſolitæ c. 374. l. 23. &c. Ibi naſcuntur bombyces ex quibus bombycina ibid. l. 45. Co unde dicta c. 375. l. 15. &c. Eadem Caris & unde c. 376. l. 67. Hippocrates in ea natus c. 375. l. 9. Ipſius ſitus ibid. l. 57. &c. Ibi Beroſus primam Aſtrologiæ ſcholam aperuit c. 376. l. 18.

Coa purpura c. 156. l. 4.

Cobali, Bacchi dæmones impoſtores c. 444. l. 63. Hinc κοβαλεῖν, aſtus, impoſtura ibid. l. 69. Origo utriuſque ibid. l. 70. &c.

Coccus & purpura differunt, attamen promiſcuè ſumuntur c. 28. l. 70.

Coche, vide Corche.

Coclacæ, vide Cilicia.

Cocinthus, ſeu *chec Cithim*, id eſt, terminus Cittæorum, extremum Italiæ promontorium c. 159. l. 20.

in Cœlum uſque, pro valde celſo, hyperbole c. 47. l. 10.

Cœleſtis ſeu Urania Dea Carthaginenſium c. 769. l. 29. Ratio nominis ibid. l. 61.

Cœleſyria propriè dicta ubi c. 350. l. 2. Cur dicatur Amyca ibid. l. 20. Et Algaur c. 349. l. 57.

Cœnæ, vide Cenæ.

Coes, ſacerdos Cabirorum c. 397. l. 7. & c. 747. l. 31.

Colæus Samius primus Græcorum navigavit Tarteſſum c. 607. l. 37. & c. 655. l. 65. & c. 638. l. 28. & c. 658. l. 50.

Colchi iidem qui Caſlochi c. 285. l. 37. Colchi Ægyptiæ originis ibid. l. 42. Fuerunt diu ante Seſoſtrim c. 286. l. 24. Seſoſtris ab iis victus ibid. l. 26. Colchi atri coloris & criſpi capillitii ibid. l. 43. Æthiopes dicti, & Colchis Æthiopia ibid. l. 53. Colchi circumciſi quando c. 287. l. 10. &c. Colchi & Ægyptii eodem modo linum elaborant ibid. l. 43. Vita omnis & lingua apud utroſque ſimilis ibid. l. 59. Ipſorum Dii quinam ibid. l. 62. &c. Reges filii Solis c. 288. l. 2. Apud eos Magia in multo uſu ibid. l. 14. Ibi etiam Philoſophia floruit ibid. l. 34. Colchi Geographiæ ſtudioſi ibid. l. 46. etc. Immaniſſimi deſcribuntur à Poëtis ibid. l. 62. Sed illud falſum ibid. l. 70. Extra Romanorum ditionem nulla gens cultior Colchis c. 289. l. 15. Colchi ex Caſluchis ibid. l. 26. Lacus à Colchis dici maria ibid. l. 60. etc. Aurum ipſis abſolutiſſimum ex ramentis fluminum c. 590. l. 28. Colchica lingua quædam habuit communia cum Hebræa c. 289. l. 24. Colchi Indiæ populi, hodiè Cochin c. 694. l. 9.

Colias Saxitanus, piſcis de quo Talmudici c. 617. l. 2. etc. Quid à ſcombro differat ibid. l. 16.

Colocaſiam Hebræi quomodo vocent c. 741. l. 28.

Colœphryx mons prope Tanagras, id eſt, κολοφρύγων, et Colœphryges galli c. 435. l. 82. etc.

Colpias ventus, ex quo facti primi homines c. 706. l. 29.

Colpitis, vide Phœnice.

Colubrariæ ſitus c. 637. l. 6.

Columbæ Arab. nomen à calore c. 740. l. 73. Columbas cur fingat Homerus Jovi ferre ambroſiam c. 741. l. 50. De hac quæſtione Ariſtoteles et Chiron Amphipol. ab Alexandro conſulti ibid. l. 47. Columbarum nomine ſacerdotes intelligi, qui Diis cibos ſubminiſtrant, id eſt, ſacrificia ibid. l. 58. Scripturam ipſam ſic loqui l. 64.

Columnæ Phœniciæ in Tingitana erectæ de Chananæis à Joſua fugatis c. 166. l. 47. et c. 476. l. 45.

Columnæ Herculis Indis proximæ, ut vult Ariſtoteles c. 169. l. 16.

Conchylia in montibus ſigna Diluvii c. 262. l. 59.

Conditores gentium Moſes non ſemper appellat vero nomine, ſed regionis aut gentis quam condiderunt c. 13. l. 1.

Conſtantinopolis, quomodo Hebr. et Arab. c. 314. l. ult. et c. 315. l. 1.

Conſtructum pro abſoluto c. 721. l. 4.

Contractio Hebræis familiaris, cùm ex nomine compoſito prior pars omittitur c. 128. l. 18.

Convitiis celebrabantur ſacra Apollinis ubi c. 426. l. 5.

Conyza quomodo Arab. c. 760. l. 10.

Cophtitæ vetuſta nomina pertinaciſſimè retinent c. 7. l. 60. Quomodo Ægyptum et Alexandriam appellent ibid. l. 62.

Coram Domino, id eſt, valde, quam maximè c. 227. l. 68.

Corbilo ad Ligerim à Polybio deſcripta c. 652. l. 66.

Corche Eutropii ad Tigrim, an ſit Alcorch Arabum prope Bagdad. Corche etiam Colche et Coche c. 33. l. 43. etc.

Corcyra cur Harpe et Drepane vel Drépanum c. 8. l. 47. etc. Corcyræ falx, quâ vel Saturnus vel Saturni pater exciſi ibid. l. 57. etc. Corcyra et Melita prope Illyricum c. 463. l. 10. Corcyra Epirotica unde dicta ibid. l. 15. Eadem Scheris, et unde ibid. l. 44.

Cor-

Corcyræi montes, vide Gordyæi.
Corduba unde dicta c. 602. l. 56. Trapeta & olivæ circa Cordubam ibid. l. 62. Corduba cum Venafro confertur c. 603. l. 6. Ibi Regum Arabum Regia ibid. l. 38.
Cordueni & Cordyæi, vide Gordyæi.
Coriandrum Afris *goed* ut Hebr. *gad* c. 754. l. 61.
Corma & *Curmi* zythum Gall. unde c. 677. l. 22. &c.
Corodamum promontorium & Codoramum pro Hadoramo c. 113. l. 57.
Coronæ Victoris ex apio, ubi c. 557. l. 66.
Corſi in Sardinia unde dicti c. 575. l. 32. 51.
Corſica Gr. Cyrnus à Cyrno Herculis filio c. 571. l. 55. Corſica vel Corſis à Corſa bubulci ſerva, de qua fabula ibid. l. 65. &c. Corſicæ buxus unde tranſtra navium in Ezechiele c. 158. l. 51. & c. 578. l. 72. Cyrnus Phœniſſa ibid. l. 73. & c. 579. l. 2. E Corſica Phocenſes Pœni ejecerant, Pœnos Scipio ibid. l 13. 17. Corſica κύρνος, κίρνος & Κορσικῆ Punicè quaſi Κορσικὴ dicta a frequentibus promontoriis ibid. l. 29. 50. Corſis quia ſylvoſa ibid. l. 63. De Corſicæ animalibus c. 580. l. 40. &c.
Cory promont. Indiæ, bodiè *Comorin* c. 694. l. 8.
Corycus mons Ciliciæ ubi croceus, unde dictus c. 360. l. 39.
Corymbus in planris quid propriè c. 759. l. 7.
Corys fl. Chus c. 212. l. 64.
Coſingas ſimulat ſe per ſcalas in cœlum aſcenſurum c. 47. l. 44.
Coſroes Perſis & Arab. Nuſirrawan c. 114. l. 35.
Coſyra inſula prope Melitem vel à parvitate vel à ſterilitate dicta c. 505. l. 1. &c.
Cotes promont. Gr. Ampeluſia, ubi ſitus & unde dictus c. 644. l. 11. &c. Cotes etiam urbs & ſinus ibid. l. 24.
Corhun Carthaginis una pars c. 469. l. 10. &c. Cothon Adrumeti ibid. l. 30. Cothon vel Cothonum portus manufactus ibid. l. 40. Origo vocis ibid. l. 43. &c. Cothon Carthaginis Tunetem uſque productus ibid. l. 59.
Corinuſa, vide Gades.
Cottana in pretio apud Tyrios unde dicta c. 726. l. 24. &c.
Covinus Belgici currûs genus unde c. 671. l. 71.
Crag vel *Craig* petra Britannis unde c. 657. l. 51. & c. 679. l. 44. &c. Unde *La Crau*, campus lapideus ad oſtia Rhodani ibid. In Moabitis Petra deſerti, nunc *Crac* ibid. l. 57. In Cilicia Κράγος πέτρα ibid. l. 62.
Creth, vel Ceritha, vel Cretha, Palæſtinæ regio, cujus incolæ Cererbti & Cretes c. 422. l. 7. &c. Hi ſagittis maximè valuere c. 423. l. 13 &c. Quæ eadem arma Cretenſium ibid. l. 31.
Cretenſium arma ſagittæ & arcus ibid. Quod apud illos antiquiſſimum ibid. l. 50. Creticus arcus ibid. l. 64. Cretici Calami ibid. l. 72. Sagittandi ſtudium ad ſitum regionis referri c. 424. l. 12. &c. Inde Cretes dicti ut *Crethim* ſagittarii Palæſtinæ ibid. l. 9. 25.
Cribell Britannis criſta galli, ut Hebr. *Cirbel* c. 676. l 63.
Crimiſus fl. ab apio dictus, ut Selinus proatmus c. 557. l. 51. Timoleontis omen ex apio ad Crimiſum ibid. l. 61. Vites ibidem uberrimæ, quò fortaſſe pertinet Crimiſi nomen ibid. l. 70. &c.
de Crotone & Syracuſis oraculum c. 540. l. 32. &c.
Crupellarii, Gallorum gladiatores Cataphracti, unde dicti c. 668. l. 50.
Creſias vanus ſcriptor, nec cum Beroſo conferendus c. 232. l. 17.
Cteſiphon Parthorum Regia, olim Chalne caput Chalonitidis c. 239. l. 27.
Cuarius Bœotiæ fl. unde dictus c. 428. l. 3.
Cabar quæ Dea c. 110. l. 25.
Cucullus, *cucul*, *cucla*, quæ veſtis c. 674. l. 26.
Cunæ in myſteriis Jacchi c. 442. l. 23.
Cuniculi in Hiſpania quantâ copiâ, & quàm noxii c. 168. l. 6. & c. 631. l. 13. &c. Hiſpaniam inde dici ibid. l. 6. Baleares adverſus Cuniculos auxilium militare ab Auguſto petiiſſe ibid. l. 46. Cuniculus nomen Hiſpanicum c. 632. l. 20. *Aſpreis* Maſſilienſium, unde laurix ibid. l. 24. 31.
Cypreſſetum Aſſyriæ locus, *Gopher* Hebr. ubi ſitus: Ibi arcam Noæ videri fabricatam c. 23. l. 57. & c. 245. l. 43.
Cupreſſus materies firmiſſima c. 22. l. 27. Qui pro patria occubuerant cur in arcis cupreſſinis conditi ibid. l. 37. Jovis ſceptrum è cupreſſu ibid. l. 44. Cupreſſeæ Epheſini templi valvæ quandiu incorruptæ ibid. l. 54. Naves è cupreſſu c. 23. l. 4. &c. Nulla alia materies in Babylonia ibid. l. 38.
Cuprum non ſemper è Cypro c. 27. l. 24.
Curium Cypri oppidum, an à Curico Cinyræ filio c. 355. l. 33.
Curmi, vide *Corma*.
Cuſimezar in Apuleio quid c. 760. l. 64. & c. 763. l. 38.
Curtius Thalaſſus in Arado cum quatuor cohortibus vivus combuſtus c. 306. l. 19.
Cus, vide Suſiana.
Cuth & Cus idem c. 241. l. 19. Vide Suſiana.
Cuzeſtan pro Elam c. 71. l. 19. Vide Suſiana.
Cyamoſorus Siciliæ fl. unde dictus c. 531. l. 36.
Cyanum ubi c. 506. l. 5. &c.
Cybira urbs Piſidiæ unde dicta c. 363. l. 52. 61.
Cychreus ex Salaminis draconem ibi occidit c. 456. l. 19. Ipſe à nonnullis pro dracone habitus ibid. l. 54.
Cyclades omnes inſulæ Ægei maris numero LIII, ſed propriè quæ circa Delum c. 405. l. 42. &c.
Cyclas quomodo Phœnicibus c. 420. l. 29.
Cyclopes in Sicilia indigenæ c. 561. l. 29. &c. Horum ſedes circa Hyperiam c. 549. l. 19. Et Lilybæum & Drepanum c. 561. l. 69. Æguſa iis proxima c. 562. l. 7. Cyclopum ſedes in *chek-lub*, id eſt, in ſinu Libyco, unde nomen ibid. l. 56. &c. Cyclopum oſſa in Sicilia eruta c. 561. l. 27.
Cydnus Tarſi fl. unde dictus c. 179. l. 20.
Cylices Illyrici locus ubi Cadmus & Harmonia verſi in angues c. 460. l. 42. Cauſa nominis ibid. l. 46. Fictitium ibi miraculum ibid. l. 67. Heroes & viri magni in locis cellis conditi ibid. l. 52.
Cyllyrii ſervi Syracuſis c. 547. l. 49.
Cymbali forma qualis c. 212. l. 39. Cymbalum orarum, id eſt, ſiſtium ibid. l. 28. Cymbala ærea in ſacris Magnæ Matris & cur c. 448. l. 32. Cymbala audiuntur noctu ubi c. 520. l. 56.
Cynanche vel braſſica ſylvatica, quæ canes, lupos, vulpes, pardales ſtatim enecat; Pœnis *batzutzim*, imò *bats-zizim*, id eſt, mors repentina ferarum c. 763. l. 40. &c.
Cynobellini Regia c. 680. l. 20.
Cynocrambe vel braſſica canina, Mercurialis ſpecie caule & foliis ſubalbidis, Punicè herba *aſames laban*, id eſt, herba Mercurii alba c. 761. l. 47. &c. Cur eadem dicatur *barmas* ibid. l. 57.
Cynnſura Phœnice cur dicta c. 380. l. 66.
Cynthus Deli mons, in quo Latona edidit Apollinem, unde dictus c. 406. l. 38.
Cypara vetus Arethuſæ nomen, quid ſonet c. 542. l. 48. &c.
Cypariſſiræ tabulæ de Thule Tyri eſtoſſæ c. 656. l. 45.
Cyphous, vide Cythnus.
Cypra Juno Tuſcis c. 584. l. 22.
Cyprus inſula à cypro frutice, non a Cypro Cinyræ filio vel filia c. 356. l. 30. 51. Ceraſtis cur appellata c. 355. l. 23.
Cyprus frutex, Hebr. *copher*, Arab. *alhenna*, non eſt liguſtrum c. 356. l. 53.
Cyprus, muliebre nomen non virile ibid. l. 36.
Cyranis Africana inſula quibus fertilis c. 505. l. 52. De nomine conjectura ibid. l. 55. &c.
Cyrbes, vide Axones.
Cyre fons à quo Cyrene dicta è monte Cyre oritur c. 360. l. 41. & c. 496. l. 19. &c.
Cyrenæi ad Curulem artem ſe applicant c. 299. l. 8.
Cyrnus, vide Corſica.
Cyrus Perſis olim ſol c. 61. l. 30. & c. 641. l. 35.
Cythera in Laconico ſinu inſulam Phœnices occupant c. 458. l. 39. Uraniæ ſeu Veneris fanum ibi vetuſtiſſimum ibid. l. 56. Cythera à petris dicta c. 459. l. 2. Eadem Cranae ab aſperitate & Porphyruſa à purpuris ibid. l. 10. &c. & c. 156. l. 17. Ibi Phœn. portus c. 459. l. 30. Solum & incolæ quales ibid. l. 34.
Cythnus una Cycladum c. 405. l. 59. Inde Cythnius caſeus valde celebris c. 408. l. 9. &c. Inſulæ nomen inde ibid. l. 36. Cythnii ab Amphitryone mulctati, unde prov. ibid. l. 52. Cythnus pro Cyphnus ibid. l. 38. &c.

D.

Daleth ד Hebr. Δέλτα δ Gr. c. 451. l. 13. D & Z permutari c. 85. l. 12. D in G mutant Hiſpani c. 469. l. 6. & c. 620. l. 7. ד & ל permutantur c. 508. l. 64. ד finale per T expreſſum c. 706. l. 3. ד geminatum ſæpe reſolvitur in N & D c. 751. l. 43.
Daces bodiè Patzinacitæ c. 199. l. 44.
Dædali Colymbetræ c. 528. l. 20.
Dæii Thaſii cur dicti c. 393. l. 38.
Dagbès in D mutari in N, in B & P in M c. 751. l. 43. 49.
Dagon Gr, Σίτων vel Ζεὺς ἀρότριος c. 707. l. 39.
Dagon templum Dagonis, qui Saturni frater fuit c. 750. l. 39. &c.
Damaſcus, vide Uts & Aram Dammeſec. Damaſcus pars Syrophœnices c. 349. l. 42.
Damiata Ταμίαθις, non Peluſium c. 263. l. 51. & c. 293. l. 10.
Damnus equus Tuſcis c. 584. l. 72.
Dan Britan. inferius, unde c. 679. l. 24. Hinc dicti Danmonii ibid. l. 27.
Daniel Echatanorum Regiæ conditor creditus c. 196. l. 72. Suſis ſepultus c. 197. l. 8.
Daphnæ Peluſiæ, Æg. urbs, Hebr. Taphnes c. 277. l. 18. & c. 346. l. 30.
Daphne vel Daphnis lacus & fons, vide Caſtalia.
Daphnis ubi natus, vide Heræi montes.
Dare Perſis porta unde c. 671. l. 7.
Darius cur dicatur ἐρξείης c. 61. l. 34.
Darmuch vel *Addermuch* veſtis genus c. 289. l. 70.
Daſcon in Syracuſarum magno portu quid ſit c. 541. l. 14. Unde dicatur ibid. l. 19.
Datus aurifera. Datus bonorum c. 393. l. 3. &c.
Dea, Rhea Tuſcis c. 685. l. 15.
Dea Germanorum, vide Æſtar.
Debæ unde dicti c. 141. l. 6. Ibi amnis aurifer ibid. l. 4.
Debebæ Arab. Fœl. populi c. 109. l. 61.
Debir, Anakæorum urbs, literarum ſedes, unde *Kirjath-ſepher*, *Kirjath-Sanna*, & *Kirjath-arebe* dicta c. 347. l. 55.
Dec דה Perſis ſonat decem c. 113. l. 63.
Dedan prope Rhegma, hodiè *Daden* c. 219. l. 35. Alia Dedan in Idumæa ibid. l. 49. Utrinſque conditores & merces ibid. l. 51. &c. Pro Dedan Græci Rhodan legunt c. 220. l. 1.
Dei genus ſumus omnes c. 665. l. 18. Dei luctationes, Deicaligo, Dei montes, &c. pertinent ad αὔξησιν, ut *guddubal* Pœnia attractio Dei pro leontopodio, cujus miræ vis ἑλκτικὰ c. 762. l. 21. &c. Deorum ſexus neſciunt Hebræi c. 775. l. 58.
Delli Palicorum lacus perjuria graves, unde dicti c. 533. l. 58. &c. et c. 535. l. 2.
Delo et Anaphæ inſulis quæ communia c. 425. l. 34. &c.
Delphin cur Tyrrhenus Poeris c. 583. l. 41. Vide Tyrrheni, et Ulyſſes et Turſio. De Delphino hiſtoria c. 475. l. 3.
Delta Hebr. *Raab*, Æg. *Rib*, id eſt, pyrum. Vide Miſraim.

Delus

Delus in centro Cycladum c. 405. l. 57. Nominis origo fabuloſa c. 406. l. 15. &c. Vera ibid. l. 30. Vide Inopus, Cynthus & Anius.

Democriti chymica c. 206. l. ult. & c. 208. l. 17.

Demoneſus inſula non Καρχηδόνιον, id eſt, Χαλκηδόνιος; ibi cyanum, chryſocolla & æs c. 506. l. 5. &c.

Dertoſa Hiſp. urbs, hodiè *Tortoſa*, unde dicta c. 623. l. 41.

Devotati, defixi, obligati in Apuleio, qui ad mulierem ooo poſſunt affectari c. 762. l. 36.

Deucalionis diluvium, arca & columba c. 5. l. 17. &c.

Deus autor omnis boni c. 66. l. 6. &c. Quomodo Deus Eccleſiæ c. 67. l. 12. Sub hac promiſſione quæ bona contineantur ibid. l. 24. Opera bona non ex nobis, ſed ex Deo c. 66. l. 7. Deus Syris *Dahal*, id eſt, timor c. 406. l. 20. Timor pro Deo ibid. l. 21.

Dia Michion pro Vulcano, quorſum c. 706. l. 59.

Diabolus Dei ſimia c. 406. l. 72.

Dianæ oraculum, unde myrrha Dianitis c. 113. l. 49. Dianam Græci plurimum colunt c. 663. l. 62.

Diarrhytus, id eſt, irriguus c. 474. l. 64. Vide Hippo.

Diava & Adiava Aſſyriæ amnes, unde Hadiava vel Adiabene ipſa Aſſyria dicta c. 242. l. 8. &c. *Diaaa* Chald. lupus. Gr. λύκος, malè Ptol. λάδας, ibid. l. 20. Xenophonti Zabates & corruptè Zates, quod à Fullero perperam acceptum ibid. l. 25. &c. Zaba idem c. 243. l. 53. Et Anzaba ibid. ult. Zaba & Diava ſola dialecto differunt ibid. l. 69.

Dicæarchus Ariſtotelis diſcipulus Britanniam deſcripſit c. 653. l. 2. &c.

Dido ab Euſtathio explicatur ἀνδροφόνος, quod Eliſſæ potius convenit c. 746. l. 67. Dido à divagando dicta c. 750. l. 58. Unde oriunda c. 736. l. 1. Servio Virago ibid. l. 29. Imò Virago eſt אשה *iſſa*, quo alludit Eliſſa ibid. l. 34. Didonis nomen explicatur c. 472. l. 13. &c. Eliſſa priſcum ejus nomen ibid. l. 7. *Origo* an ſit Didonis nomen ibid. l. 6. Dido condidit Byrſam c. 466. l. 47. Didûs amor Æneæ pro loto c. 561. l. 58. Didus pater, vide Belus.

Dii Gallorum, vide Galli. Dii Sabæorum Sol & Luna c. 532. l. 54.

Dii Phœnicum hiſtorici fragmenta de Phœnices regibus & judicibus c. 778. l. 56.

Dikla, id eſt, palma vel palmetum c. 118. l. 25. Minæorum regio ubi palmæ plurimæ c. 119. l. 14. Vide Minæi.

Diluvii ſigna conchylia in montibus c. 262. l. 29. &c.

Dinas quid Britan. c. 682. l. 27.

Diodas, vide Hercules.

Diognetus Punicè Maharbal c. 744. l. 47.

Dione, vide Baaltis.

Διόνυσος Bacchi nomen unde factum c. 440. l. 53. &c.

in Dioſcoridis Auctario herbarum nomina pleraque corruptiſſima corriguntur & explicantur c. 752. l. 62. &c.

Dioſcoridis inſula pro *Diu-Socotora*, id eſt, inſula *Socotora* c. 246. l. 36. Hodiè Socotra c. 106. l. 68. Unde aloe c. 501. l. 35.

Dioſcurias ſeu Sebaſtopolis Colchidis urbs, ubi CCC nationes diſſimilibus linguis c. 286. l. 67.

Dioſcuri Anaces c. 349. l. 10.

Dioſpolis, id eſt, Thebæ Ægyptiæ c. 6. l. 60. Dioſpolis minor in mediis aquis, ubi ſepultus Demetrius Phalereus ibid. l. 74. Dioſpolis magna cur dicatur habitare in fluminibus ibid. l. 55. Quando excisa ibid. l. 30. Vide Amon.

Diphat, Paphlagonia, ubi Tobata & mons Tibius, &c. c. 174. l. ult. & c. 175. l. 1. &c.

Dirce fonti prope Thebas nomen ab aquis nitidis & cæruleis c. 428. l. 12. &c.

Dis quomodo Pater Gallorum c. 665. l. 17.

Diſperſio gentium, vide Gentium diſperſio.

Dithyrambus, vide Thriambus.

Divona Gallicè fons Divinus c. 665. l. 10.

Diurnum iter, μονή, manſio ferè XX mill. c. 252. l. 43. &c.

Dodanim Chald. Dardani: At Rhodanim lectum ab Eſdra & Samaritanis & Græcis c. 561. l. 73. & c. 162. l. 1.

Dole Britann. planities unde c. 679. l. 37.

Domus menſurarum, id eſt, magna c. 221. l. 50. Domus ſuprema, id eſt, ſepulchrum c. 547. l. 1.

Doore Angl. unde c. 671. l. 7.

Dora urbs Phœnices qualis c. 659. l. 55.

Dorienſes habitarunt locos Oceani confines c. 659. l. 8. Iidem Herculis comites, Phœnices fortè ex urbe Dora ibid. l. 54. Alluduot Dorius, Duranus, Dordona, &c. c. 660. l. 6.

Doſareni, unde myrrha Duſaritis ab Arabum Deo Duſare, c. 118. l. 10. &c.

Dracones alibi innoxii, in Libya peſtiferi. Horum veneno Æthiopes tela imbuunt c. 267. l. 72. &c.

Drecanum, locus in inſula Co unde dictus c. 376. l. &c.

Drepanum urbem in Sicilia nobiliſſimam condidit Amilcar c. 510. l. 65. Nec à falce Cereris aut Saturni, nec à curvo ſitu dici, ſed ab acumine promontorii c. 511. l. 8. &c.

Drilon Illyrici fl. unde dicatur Arion & Oriundes c. 461. l. 34. &c.

Druides unde dicti c. 666. l. 65. &c.

Druna principatus Tuſcis c. 584. l. 62.

Drymus Bœot. urbs unde dicta c. 435. l. 48. &c.

Du Britan. niger c. 758. l. 44.

Duglar quid ibid. l. 49.

Dun collis Gall. unde Laudunum, Juliodunum, &c c. 679. l. 5. &c.

Dunaam Judæus Rex Sabæorum c. 132. l. 62. Dunaam, id eſt, Chariſius ibid.

Duris & Dyris, vide Enoch.

Durius Hiſp. fl. à Dorienſibus, non Græcis, ſed Phœnicibus c. 627. l. 4. &c.

Duſares Arabum Deus à quo Doſareni, & Duſaritis myrrha, & Duſare ſcopulus c. 111. l. 15. Non eſt Θεὸς Ἄρης, ſed Bacchus ibid. l. 26. &c. Duſares quomodo Arabicè. Origo vocis ibid. l. 50. &c. Vide & c. 443. l. 19.

E.

Eaſter, vide Æſtat.

Ebenus Meroitica c. 272. l. 4. &c.

Ebræi ab Ebere c. 318. l. 26. & c. 93. l. 23. Non ab Abrahamo c. 92. l. 64. &c. Nec à trajectu Euphratis c. 93. l. 11. &c. At tamen illi ſoli dicuntur Ebræi qui Ebræam linguam ſervarunt incorruptam, nec in remota loca diſperſi fuat ibid. l. 36. &c. Libros nominant à voce prima, ita & cantiones, ut conſtat ex Pſalmorum titulis c. 738. l. 2. Familiarem eis eſſe contractionem, vide Contractio. Voces aliquot Ebrææ habitu Græco velatæ c. 346. l. 29. Habent literas ſacras & propbanas c. 773. l. 53. Neſciunt ſexus Deorum c. 775. l. 58. In nominibus propriis ſæpe quippiam elidunt c. 347. l. 23. &c.

Ebræa lingua omnium antiquiſſima c. 50. l. 47. Etyma nominum omnium uſque ad diſperſionem inde petita ibid. l. 73. Dicta ab Ebero c. 51. l. 49. Ejus veneres aliæ linguæ non aſſequuntur ibid. l. 65. Floruit uſque ad Captivit. Babylonicam c. 52. l. 9. In Babylonia cur potius corrupta quàm in Ægypto ibid. l. 15. Fatalis ei fuit Babylon ibid. l. 27. Vocatur Lingua Canaan c. 58. l. 49.

Ebur ex Abalite ſinu c. 123. l. 61.

Ebura vel Ebora cur Cerealis c. 614. l. 64. &c. Eburæ plures in Hiſpania l. 70.

Ebuſus vel Buſus Arab. *Jabiſa* c. 635. l. 44. &c. Inſula vitibus & oleis fœcunda & ficubus præſtantiſſimis, quæ exſiccatæ inde exportabantur ibid. l. 57. &c. Inde dicta Ebuſos c. 636. l. 7. Colonia Carthaginenſium in eam quando deducta ibid. l. 45. Cur eadem Ereſus & Pityuſa dicatur ibid. l. 47. &c. Ebuſi ſitus c. 637. l. 1. Ebuſus fugat ſerpentes ibid. l. 9. Ebuſi montes è continente videri ibid. l. 18.

Ecbatana vel Agbatana, Mediæ Metrop. c. 195. l. 26. Omnium urbium opulentiſſima ibid. l. 29. Ambitus, theſauri, ſepulchra regum ibid. l. 30. &c. Muri in libro Judith ibid. l. 36. Aliis urbs ἑπτάχρωμος ibid. l. 54. Arcem ambibant mœnia ſeptem diverſicoloria ibid. l. 57. 69. Inde nomen c. 196. l. 4. Regiæ magnificentia ibid. l. 30. &c. Conditor Daniel creditus ibid. l. 72. Ejus cuſtodes Judæi c. 197. l. 19. Cur recens ævo Joſephi ibid. l. 37. Ecbatanis dies æſtivos agebat rex Perſarum c. 196. l. 61. De ſitu multa c. 197. l. 58. &c. Vide Adrapanauta.

Ecbetia vel Echetra Volſcorum urbs c. 159. l. 10.

Echetla, Siciliæ urbs munitiſſima unde dicta c. 550. l. 55.

Edco hortus unde dictus c. 51. l. 1.

Edeſſa Soli ſacra c. 663. l. 1. Ubi ſita c. 306. l. 69. Unde dicatur c. 546. l. 4. Eſt nomen Eſtheræ ibid. l. 34.

Ediſſa Siciliæ portus, id eſt, myrtetum ibid. l. 30. Gr. Ὀδύσσεια ἄκρα tanquam ab Ulyſſe ibid. l. 49. Cur Hecubam ibi ſepultam eſſe fabulentur ibid. l. 63.

Edom ſanguis Punicè, ut Ebr. דם *dam* c. 769. l. 18.

Egeſta, Segeſta vel Aceſta Elymorum urbs in monte ſita c. 569. l. 73. & c. 570. l. 31. &c. & c. 512. l. 51. Unde dicta ibid. l. 53. &c. Ibi confluunt Xanthus & Simois ibid. l. 66. Calidæ aquæ circa Egeſtam deſcribuntur c. 513. l. 15. &c.

Ἐγκέλαδος, vide Enceladus.

Egra vel Arga hodiè Algiar urbs maritima prope Medinam c. 214. l. 40. &c.

Egreſſus Aſſur pro in Aſſur, phraſis Ebræa frequens c. 230. l. 6. Egreſſus ſupp. ad bellum phraſis Ebræa & Arab. ibid. l. 10. &c.

Eith frumentum Britan. unde c. 677. l. 10.

Elagabalus, vide Heliogabalus.

Elamitæ alii ab Elanitis c. 70. l. 27. Elamitæ ſunt Elymæi ibid. l. 31. Elymaidis ſitus ibid. l. 43. Elymæi truces & bellicoſi ibid. l. 47. Elymæorum Reges & arma ibid. l. 55. 60. An Magiæ dediti c. 71. l. 4. Suſii an ab his diverſi ibid. l. 11.

Elana, Hebr. Elath vel Eloth, urbes prope Eſiongaber c. 70. l. 28.

Elaphoboſcon Afris *aſtaacaa* vel *aſcacco*, id eſt, amor capreæ c. 755. l. 8. &c.

Elath, Eloth, Ela, Elan, vide Aila.

Elcethium Siciliæ urbs unde dicta c. 558. l. 38.

Eleleus Bacchi nomen unde c. 440. l. 73.

Eleph Ebr. chilias pro quovis numero, & *alluph* chiliarchus pro quovis duce c. 667. l. 68.

Eleutherus Siciliæ fl. cur Orethus dictus c. 554. l. 30.

Ἐλιεύς, Jupiter Thebis unde dictus c. 437. l. 72.

Elion Phœnicum Deus: Verum Deum hoc nomine coluit Melchiſedech c. 353. l. 41. &c. *Elion*, id eſt, ὕψιστος, genitor cœli & terræ c. 707. l. 17. &c.

Eliſa aliis Hellas, & Æolis & Elyſii campi, &c. potiùs Elis aut Peloponneſus cum vicinis inſulis c. 155. l. 38. Ex Eliſa purpura ibid. l. 44. &c.

Eliſa, inſula Archipelagi c. 314. l. 62.

Eliſſa Didûs priſcum nomen quid ſonet c. 472. l. 7.

Ellipſis Ebræis frequens c. 636. l. 9. &c.

Elohim Saturni commilitones unde ſic dicti c. 707. l. 45. *Lelohim* Deo ἐπιλήψιμοι c. 351. l. 21. &c.

Elpenoris tumulus in Circe inſula extrema c. 592. l. 55. Hominis figuram exprimit ibid. l. 72. Ibi myrtus primùm viſa ibid. l. 68. Elpenoris nomen aliò tranſlatum à Phœnicibus c. 592. l. 1. &c.

Elulæi expeditio in Citiæos c. 353. l. 60. &c. Elulæi nomen Phœnicium ibid. l. 68.

Digitized by Google

Eluſa, ubi Venus & Lucifer à Saracenis culti c. 309. l. 18. &c. Pro Leſa in Arab. Paraph. ibid. l. 24. Eluſa quomodo Hebr. c. 688. l. 36.
Elyma, vide Erya.
Elymæi, vide Elamitæ.
Elymais regio quàm latè extenderetur c. 71. l. 24. &c. Elymais urbs metropolis, in qua Dianæ templum, a Perſepoli quàm diverſa ibid. l. 37. 56.
Elymas, id eſt, Magus ibid. l. 6.
Elymi Phœnicum ſocii c. 569. l. 17. Hos è Troia multi deducunt ibid. l. 30. Troiani tamen non ſunt, ſed pars Sicanorum quæ cum Phœnicibus iniit fœdus ibid. l. 66. Elymi in montibus degebant unde nomen ibid. l. 68. Horum tres urbes in montibus ibid. l. 71. & c. 570. l. 51. &c. Iidem à ſitu dicti *Phoucanim*, quod Phocenſes interpretati ſunt ibid. l. 51. &c.
Elyſii campi ubi ſiti c. 167. l. 22. & c. 600. l. 8. & c. 605. l. 51. Unde dicti ibid. l. 11. &c.
Emmaus duplex, una prope Tiberiadem, altera ſolùm LX ſtad. ab Hieroſolymis diſtat c. 764. l. 67. & c. 765. l. 5. Emmauntis nomen quid ſonet ibid. c. 764. l. 72.
Emeſa ubi ſita c. 307. l. 2. Ejus Reges ibid. l. 3.
Emporia regio fertiliſſima circa Leptim & Cinypem c. 481. l. 31. &c. & c. 493. l. 21. Allaſin Punica ad Emporia c. 481. l. 59.
Emporicus Africæ ſinus in quo Phœnices Auguſti ævoc. 643. l. 70. & c. 644. l. 2. &c. Idem Saguti dictus vel Saguri ibid. l. 3.
Enaris, id eſt, ſimia, quia ſine naribus, unde Enaria inſula c. 592. l. 44. Vide Ænaria & Pithecuſa & Arima. Vide & c. 688. l. 62.
Enceladis Ætnæ ſuppoſitus, qui draconum ſpiris Jovem implicare conatus eſt; Diabolus ſerpens *acalathon* ſeu tortuoſus c. 526. l. 69. &c. et c. 527. l. 35. Idem Typhon ibid. l. 72. Et Briareus c. 528. l. 70.
Enchelees Illyrici populi quomodo Phœniciè c. 461. l. 16. &c.
Engonaſis, vide Ingeniculum.
Enguium Siciliæ, ubi Deæ matres cultæ; à fonte dicta in media urbe c. 559. l. 31. etc.
Enippe, vide Aganippe.
Enna urbs in Siciliæ umbilico Cereri ſacra c. 532. l. 21. Ennaam Punicè dicta propter fontes amœniſſimus ibid. l. 29. Inde rapta Proſerpina ibid. l. 33. etc.
Enoch unde dictus c. 55. l. 11. Enoch vel חנוך Chanoc, Ethnicis Annacus et Cannacus, qui patris et filii hiſtorias permiſcent c. 88. l. 69. etc. Idem corruptè Nannacus c. 89. l. 33. Enoch Aſtrologiæ inventor, Eupolemo Atlas, Arabibus Idris, ut Atlas mons Pœnis, Duris et Dyris ibid. l. 44. etc. Enochi liber Apocryphus c. 205. l. 57.
Entella vel Atalla Elymorum urbs à ſitu in monte c. 558. l. 9. etc. Urbes in Judæa, etc. vicini nominis ibid. l. 23. etc. Vide et c. 270. l. 12. etc.
Enucaddires Sacerdotes Pœnorum, unde c. 766. l. 19.
Eoa, vide Oea.
Epaminondæ tumulo draco inſculptus quid ſignificaverit c. 457. l. 20. 50.
Epicæros eſt Maacha c. 79. l. 61.
Epigranea Bœotiæ fons unde dictus c. 428. l. 29.
Epigri Gr. ἐπίουροι, clavi lignei, ſubſcudes c. 647. l. 41. 50.
Ἐπίουρος vel ... in prora navis c. 752. l. 72. Aliud tutela in puppi ibid. l. 73.
Ἐπίουροι ſubſcudes c. 647. l. 41. Epigri ibid. l. 50. Secundus Sopbiſta cur dictus Ἐπίουρος ibid. l. 43.
Epopeus mons in Arimis ſub quo Typhœus, unde dictus c. 593. l. 6. Ignes inde erumpentes ibid. l. 5. &c. Telebnæ in Capreis à Phœnicibus oriundi ibid. l. 39. Capreæ inſula Tiberii ſeceſſu nobilis ibid. l. 29. Inculæ Telebnæ ibid. l. 31. In ea Pharus ibid. l. 34.
Equus primus è petra natus in ſabalis cur Scyphius dictus c. 299. l. 30. &c.
Equi Cappadocum nobiliſſimi c. 177. l. 5. &c. Imperatorum uſibus ſervati ibid. l. 61. Divina animalia ibid. l. 62. Palmati ibid. l. 65. Equi Mazeces ibid. l. 39. &c. Equi Tuſci c. 189. l. 29. 35.
Equi Phœniciæ naves Gadibus c. 712. l. 71.
Equitandi ars à Neptuno c. 299. l. 27.
Equites cataphracti apud Scythas c. 590. l. 60. Retiarii apud Medos c. 223. l. 64.
Ἐρχεῖς manipulus Bœotia unde c. 438. l. 45.
Eratoſthenes deſcripſit Britanniam c. 653. l. 2.
Erec non eſt Edeſſa, ſed Arecca vel Arecha Suſianæ unde Areccæi campi, ubi naphtæ fontes c. 236. l. 6. &c. Eadem Herodoti Arderica vel Anderica ibid. l. 34. Vox explicatur c. 237. l. 9. Erec quam longa ibid. l. 15.
Erembi qui, & unde dicti c. 216. l. 8. & c. 253. l. 52.
Ereſus, vide Ebuſus.
Erez Ebr. pro pino & generale nomen ad omnes arbores reſiniferas c. 636. l. 62.
Ergimul, vide Giurmuk.
Erineus Siciliæ fl. al. Orinus c. 543. l. 5.
Errif Ægypti pars, vide Miſraim.
Eruca cur ... Pœnis c. 753. l. 10.
Eryces fl. in Sicilia oritur ex monte Eryce c. 360. l. 12. & c. 533. l. 31. &c.
Eryngium cur Afris *Cherdon* c. 753. l. 54. An à carduo, quia cardui ſpecies, vel à חרד ſtupere, & cur ibid. l. 55. &c. & c. 754. l. 18. Malè Eryngio tribui quod de Eryngo vel aruncu ſcripſerat Philoſophus ibid. l. 68. &c.
Erythiæ Tyrii conditores c. 611. l. 64. Erythiæ ſitus c. 612. l. 7. Ibidem urbs ibid. l. 51. Fabula de bobus ab Hercule inde abactis ibid. l. 59. &c. An Geryon ibi regnarit ibid. l. 44. Oves in Erythia ibid. l. 71. Erythia contra Luſitaniam c. 613. l. 12. De Erythiæ variis nominibus ibid. l. 22. Erythiam abſorpſit mare ibid. l. 42. Erythia unde dicta c. 683. l. 43.
Erya mons altiſſimus, aliis Elyma, utrumque nomen ab altitudine c. 511. l. 26. 49. Erycina Venus à Phœnicibus culta c. 512. l. 11. 24. Erya oppidum ibid. l. 40. Erya fabuloſus ibid. l. 45.
Eryx vel Elyma Elymorum urbs in monte c. 569. l. 72.
Eſiongeber, Aſiongaber, Gaſiongaber, Aſia & Eſſia Chald. *arx galli*, quaſi גבר ſit gallus c. 687. l. 30. &c. Quin Eſiongaber eſt ſpina viri Gr. ῥαχις ibid. l. 28. Cur ſic dicta ibid. l. 40. Eſiongaber non eſt Berenice, nec Bætogabra, nec Χαβρίου χάραξ, ſed Idumææ portus ad mare Rubrum prope Ailam ibid. l. 67. & c. 688. l. 1.
Eſmunus, id eſt, Æſculapius c. 394. l. 61.
Eſſedum Gallici carrûs genus unde dictum c. 672. l. 50.
Eſtancher Gall. vide ſtagnare.
Eſther cur Haſſada dicta c. 546. l. 41.
Eſubopes & Salauces Colchorum Reges ditiſſimi c. 290. l. 20.
Eteſiæ quomodo & cur impetrati c. 407. l. 46.
Eth, vide *Ath*.
Ethan regio fictitia c. 312. l. 4. Ethan Solomonis prædium ibid. l. 13. Ethan quid Ebr. ibid. l. 19.
Etruria & Etruſci, vide Tyrrheni.
Eva unde dicta c. 51. l. 6.
Eval Arabiæ locus, à quo Evalei c. 127. l. 4.
Evan, vide Evoe.
Eubages vel *Euvages* Philoſophi Gallorum: de voce conjectura c. 667. l. 15. &c.
Eubœa cur Macris dicta c. 401. l. 23. Et Bomo ibid. l. 52. Et Ἀσοπὶς ibid. l. 58. Et Ocha c. 402. l. 27. Et Chalcis ibid. l. 53. Et Abantis vel Abantias & incolæ Abantes c. 401. l. 71. Eubœa longa ibid. l. 37. Anguſta ibid. l. 40. Hærens olim continenti c. 402. l. 59. Paſcuis & bobus fertilis, albis maximè c. 401. l. 58. &c. Arabes habuit incolas à Cadmo deductos ibid. l. 70.
Eubulus, vide Antiphanes.
Eucaddires in Pœnorum ſacerdotibus recenſet Auguſtinus, fortè legendum *Enucaddires* c. 765. l. 68. & 766. l. 19.
Eudipne Africana inſula, fortè Udenoe c. 505. l. 30.
Eudoxi navigatio è mari Rubro in Indiam c. 639. l. 25.
Euhemeri lucus de Neptuno c. 9. l. 12. Ejus hiſtoria unde collecta ibid. l. 14. Euhemeri figmentum de Panchaiæ inſula c. 104. l. 61. Quid de Cadmo c. 447. l. 26.
Euhodus Antonini Caracallæ pædagogus, *Torpejon* Afris dictus, id eſt, תרביין *turbejan* pædagogus c. 770. l. 35. &c.
Evoe, Evius & Evan in Bacchi ſacris unde ſumpta c. 445. l. 50. &c.
Euphratis quinque alvei c. 33. l. 69. Primus Seleuciam prætermeabat, & in Tigrim influit è regione Bagdad ibid. l. 70. & c. 34. l. 11. Secundus Tſartſar ad urbem cognominem Veteribus ignotus c. 33. l. 73. Tertius Regius fl. non prætermeat Cteſiphontem, ſed in Tigrim influit infra Apamiam vel Alcatſar c. 34. l. 19. 43. &c. Quartus per Suram & Babylonem, unde amnis Sar non Sud ibid. l. 53. &c. Idem propriè Euphrates ibid. l. 54. Quintus per Cupham Acracanus, al. Narragas, Baarſares, Maarſares, Marſias, quæ ſingula explicantur c. 35. l. 13. 18. &c.
Euphratis Regius alveus, aliis Regia foſſa, Naarmalcha, Armacales, Armalchar, Narmalchas & Chobar, Arab. Almelic c. 34. l. 59. &c.
Eupolemi de Chamo & filiis locus inſignis c. 210. l. 8. &c.
Euripus inter Eubœam & Bœotiam c. 402. l. 67. &c.
Europa magnarum terræ partium minima, ſed cultiſſima c. 147. l. 28. E Japheti poſteris quinam in Europam ſe contulerint c. 151. l. 44.
Europa regio & Europa Cadmi ſoror unde dicta c. 298. l. 26.
Europa Cadmi ſoror, id eſt, λευκοπρόσωπος c. 421. l. 5. Junonis pigmento perùncta faciem ibid. l. 10. Cur *Helloria* dicta, & ejus corona *Hellotis*, & feſtum *Helloria* ibid. l. 13. &c. An ab Ebr. *hallosh*, id eſt, Epithalamium canere ibid. l. 32. &c. A tauro rapta c. 542. l. 12. & c. 738. l. 41.
Euxinus Pontus, vide Pontus.
Exael Angelus qui docuit ſcilicet metallorum conflaturam unde dicatur c. 207. l. 22. & c. 395. l. 11.
Extremum pro Occidentali c. 605. l. 47.
Euanum Phrygiæ locus à vulpibus dictus c. 616. l. 40.

F.

Faba Ægyptia dicitur Hebræis *Lubi* & cur c. 256. l. 70.
Facere milites Ebr. id eſt, conſcribere c. 447. l. 62.
Falæ unde dictæ c. 584. l. 56.
Falando cœlum Etruſcis ibid. l. 57.
Fauni in Hieronymo pro Hebr. איים quorſum c. 169. l. 42.
Faunus, vide Pan.
Faunus in Bacchi copiis c. 581. l. ult. Faunus idem qui Pan Arcadum Deus, perpetuus Bacchi comes c. 583. l. 49. Bicornis uterque & capripes ibid. l. 50. Pinus utrique ſacra ibid. l. 54. Ab utroque φόβος ibid. l. 59. Pan, Sylvanus, Inuus, & Faunus ibid. l. 65. Fauni, id eſt, Panis cultum in Latium primus intulit Euander Arcas ibid. l. 72.
Femur pro pudendo c. 442. l. 37. Femur montis pro latere ibid. l. 44.
Ferrum ex Javan c. 155. l. 2. Ferrum primi cuderunt qui c. 181. l. 3.
Fertilitas Africæ incredibilis c. 488. l. 70. & c. 489. l. 5. &c. Byzacii c. 492. l. 42. &c.
Filius phraſi Ebræa dicitur, qui verè eſt nepos c. 80. l. 20. Filius pro fratris filio c. 723. l. 14.

Filiæ apud Ebr. pro mulieribus genere c. 438. l. 30.
Finis terræ promontorium in Artabris c. 313. l. 23.
Flavus color, vide Gallia.
Fluvius in terra ſe condens & rurſus emergens c. 628. l. 13. Frigidiſſimus c. 525. l. 50. Oblivionis c. 605. l. 61.
Fluvii & urbes cognomines, circa Babylonem id frequens, & in Sicilia c. 237. l. 62. Fluvii & montes ſæpe cognomines c. 350. l. 8.
Fœmininum pro neutro Pœni & Ebræi uſurpant c. 768. l. 72. Quia utrique neutro carent c. 704. l. 24.
Fons cæruleus c. 428. l. 16. &c. Mirabilis c. 611. l. 36. Amarus ſeu ſalſus c. 552. l. 28. 51. &c. Tepidus ſeu dulcis ibid. l. 27. 43. & c. 515. l. 9. & c. 308. l. 61. Exultabundus c. 516. l. 72. &c. Fons vini c. 568. l. 71. Fons ſeu puteus qui cum æſtu maris accreſcit & decreſcit c. 603. l. 61. Fontes amaros eſſe in Ægypto negatur c. 262. l. 25.
Formiæ olim Hormiæ ubi Lami Regia & Læſtrigonea c. 589. l. 39. &c.
Franci ad Sequanam filii Gomer c. 198. l. 71. Francos tonderi ἀσέϐημα c. 362. l. 10.
Fundæ habena cur Gr. αὐλὸν c. 633. l. 32. Quomodo Ebr. ibid. l. 31. Funda ἀγκυλὸν, μεσάγκυλον, βραχύαυλον ibid. l. 44. 48. Funditores, vide Baleares. Hæc ars in Phœnice pridem in uſu ibid. l. 50.

G.

Gimel ג & Caph כ facilè permutantur c. 167. l. 45. & c. 237. l. 57. & c. 363. l. 19. & c. 403. l. 39. & c. 663. l. 48. & c. 715. l. 28. &c. & c. 739. l. 8. Gimel ג & Koph ק permutari c. 191. l. 43. Gamma ג & Tau ת ſcribarum imperitia ſæpè confunduntur c. 667. l. 20. & c. 759. l. 53. &c. Gamma ג & Chi ח permutabiles c. 237. l. 52. & c. 495. l. 52. G & Z c. 445. l. 58. G et V c. 663. l. 51. G Arabum ſonat ut J conſonum c. 477. l. 26. Gim et Chu apud eoſdem quid differant c. 208. l. 21.
Gabbara, vir procerus ex Arabia, unde ſic dictus c. 227. l. 43.
Gabbatha vox explicatur c. 747. l. 39. etc.
Gabirea, vide myrrha.
Gad fortuna Phœnicibus c. 584. l. 37. Gadareni pro Agarenis c. 225. l. 61.
Godara, vide Gadir.
Gadareni pro Agarenis c. 225. l. 61.
Gaddir ſeu Gades inſula unde dicta c. 608. l. 21. Græcè cur Cotinuſa ibid. l. 43. Gades extra orbem ibid. l. 46. Gadium ſitus ibid. l. 49. Urbs quam vetuſta ibid. l. 68. etc. Archaleus ejus conditor c. 609. l. 10. Quam fuerit inſignis, populoſa et opulenta ibid. l. 20. etc. Gaditanæ puellæ ibid. l. 36. etc. Gaditani Dii ibid. l. 61. etc. Mors ibi culta, id eſt, Pluto ibid. l. 71. et c. 610. l. 1. Ibidem Herculis templum ibid. l. 20. etc. Et fons mirus c. 611. l. 36. Et Geryonis arbores ibid. l. 47. Gadira ſeu Gades condidère Phœnices c. 167. l. 26.
Gadir, Gadira et Gadara, id eſt, ſepium ibid. l. 30. et c. 608. l. 30. et c. 734. l. 12. etc. Ejuſdem vocis etyma ridicula ibid. l. 30 etc. Vide et c. 738. l. 57. et c. 747. l. 34.
Gaditani navigii fragmenta in Orientali Oceano c. 639. l. 27.
Gæſatæ et Gæzatæ, vide Geſatæ.
Gæſum, vide Geſſum.
Galactophagæ bellicoſæ c. 190. l. 36.
Galactophagi juſtiſſimi c. 174. l. 12.
Galatæ orti ex Gallis c. 164. l. 50. Galatæ et Celtæ unde dicti c. 565. l. 51. etc.
Galba Gall. pinguis unde c. 676. l. 59.
Galea Bœotica c. 423. l. 70.
Galei ſeu Galeotæ vates Siculi, quomodo Pœnis c. 538. l. 33. 50. etc.
Galeotis, vide Hyblæ.
Galiarii et guliarii gaujats, id eſt, lixæ et calones Gallis c. 669. l. 6. etc.
Galilæorum dialectus c. 57. l. 73. Vide et Lingua Syra. Galilæorum ſermo quam inconditus c. 701. l. 49.
Gallia et Galli. Herculis iter in Galliam c. 657. l. 11. Qua parte Gallias invaſerit c. 658. l. 58. etc. Inter Gallos et Pœnos plurimum commercium c. 660. l. 10. E Gallia Pœnorum mercenarii milites quod prohibuit Scipio ibid. l. 14. Galliæ partem Annibal diu tenuit ibid. l. 18. Gallicum ſermonem cum Phœnicio in multis conveniſſe ibid. l. 38. et c. 662. l. 10. etc. Gallorum Dii ibid. l. 16. et c. 663. l. 68. Dianam Galli maximè colunt et Mercurium ibid. l. 62. 68. Galli tam eloquentia quam fortitudine clari c. 664. l. 24. A Dite patre quomodo nati c. 665. l. 5. Dignitatum nomina Gallis ibid. l. 28. &c. Militaria vocabula c. 667. l. 25. &c. Arma c. 669. l. 28. &c. Nomina curruum c. 671. l. 42. &c. Veſtium c. 672. l. 34. &c. Animalium c. 674. l. 70. &c. Herbarum c. 676. l. 65. &c. Geographicæ voces c. 677. l. 38. &c. Lingua in quibuſdam ſimilis tamen à Punica diverſa c. 682. l. 47. Galli unde dicti c. 564. l. 33. &c.
Γαλαται an ſepes Phœnicibus c. 734. l. 41. & c. 750. l. 48.
Gamori qui propriè c. 547. l. 23. &c.
Gapus Tuſcis vehiculum c. 585. l. 29.
Garaw Brit. rapidus unde c. 681. l. 49.
Gargaphie fons ad radices Cithæronis, ubi Dianam vidit Actæon, a præcipiti curſu dictus c. 418. l. 58. &c.
Garſiæ Toletani obitus c. 495. l. 20. &c.
Garumna fl. unde dictus c. 681. l. 51.
Gath Anacæorum urbs c. 348. l. 41.
Gaudos, circa Cretam inſula, quæ & Caudo, & Claudos & Claude c. 504. l. 42. &c.
Gaulus navia Phœniciæ genus penè rotundum c. 738. l. 70.
Gaulus Phœnicum inſula c. 504. l. 4. &c. Eadem Gaudus & Glauconis & Calypſus inſula ibid. l. 10. &c. Situs, forma, nomen ibid. l. 13. &c. De ea res mira, vel de vicina Galata ibid. l. 31. Ab hac diverſa Gaudua prope Cretam ibid. l. 41.
Gaunacum vel Caunace, ſagum majus villoſum, gunca Chald. c. 673. l. 36. &c.
Gauſapa, Talmud. guſpak ibid. l. 59.
Gauta vel Alguata vallis Damaſcena c. 79. l. 52. Sumitur aliquando pro quavis valle ibid. l. 62.
Gauzania, vide Gozan.
Gaza vox unde c. 138. l. 41. Gaza Palæſtinæ muniſſima urbs, à munitione dicta, non ab Azone, nec à gaza Jovis ibi ſervata c. 743. l. 16. &c. Gaza Minoa dicta, tanquam à Minoe rege c. 422. l. 47. Vera ratio nominis c. 556. l. 40. &c. Gaza Anacæorum urbs c. 138. l. 50.
Gazandes unde dicti c. 138. l. 33. &c.
Gazatæ, vide Geſſatæ.
Gebanitæ unde dicti c. 116. l. 31.
Gebennæ vel Cebennæ, Gall. les Cevennes, unde dictæ c. 678. l. 66. &c.
Gela Siciliæ urbs celebris, à quo & quando condita c. 551. l. 8. Gela nec a gelu, nec a Gelone, nec à riſu, ſed a Gela fl. dicta, qui Pœnis Bela propter vortices ibid. l. 14. 58. Ænles b & g permutaſſe ibid. l. 66.
Gelæ in Media unde dicti c. 194. l. 54.
Γέλων quis c. 706. l. 62.
Gelaſanem Gall. gnaphalium unde dictum c. 677. l. 1.
Gematria c. 50. l. 54. & c. 53. l. 30.
Gentes LXX. Al. LXXII. Al. LXXV. Al. mille, &c. c. 53. l. 9. 43. &c. & c. 54. l. 26. & c. 55. l. 15. &c. Gentium termini juxta numerum Angelorum aut filiorum Iſraelis c. 56. l. 58 &c. Gentium diſperſio ex linguarum confuſione c. 62. l. 16. &c. Diſperſionis termini c. 63 l. 41. Diſperſio fortuita reſpectu hominum non Dei c. 64. l. 3. 14.
Geographiæ ſtudium jam olim in Ægypto & in Colchide c. 288. l. 30. &c.
Georgeſtan & Georgi populi ex Guirgaſæis c. 317. l. 9. 20.
Gephyræi Ariſtogiton & Harmodius c. 455. l. 4. Gephyræi è Phœnice oriundi Tanagris pulſi Athenas diverterunt ibid. l. 10. Horum templa ibid. l. 12. &c. Gephyræa Ceres ibid. l. 19. Gephyræi unde dicti ibid. l. 23. &c. Γεφυρεῖς, γεφυρίζειν, γεφυρισμὸς, γεφυρισταὶ ibid. l. 42. &c.
Gerara urbs cur nobilis c. 308. l. 46.
Gergeſæi citra Geraſa vel Gadara non in Africa: Solo nomen ab argilla c. 304. l. 67. &c.
Germani qui propriè & unde dicti c. 667. l. 35. Siut ne Chananæi c. 462. l. 68. In Germaniam penetraſſe coloniam ex Ægypto ibid. l. 72. Coluerunt Deum Æſur c. 676. l. 50.
Germanica lingua an habeat cum Perſica communia c. 61. l. 40.
Gerra urbs in inſula Meninge, quæ & Thoiar. Explicatur utrumque nomen c. 494. l. 59. &c.
Gerrha Perſarum clypei c. 295. l. 57.
Gerrhæ, id eſt, pudenda pro faſcino, ut in infantium collo, & curru triumphantium c. 525. l. 13. &c.
Gerrhæi Arabes ex Babylonia advenæ quàm opulenti c. 221. l. 58. &c. Unde dicti c. 222. l. 17.
Gerri in Media unde dicti c. 194. l. 55.
Geryon ubi regnavit c. 612. l. 28. In Epiro ibid. l. 45. &c. & c. 658. l. 8. A Græco Hercule victus non fuit in Hiſpania, ſed in Epiro c. 167. l. 11.
Geſſatæ, Gæſatæ, Gæzatæ, Gazatæ Gallorum milites mercenarii unde dicti c. 668. l. 13 &c.
Geſſum, geſum et gaſum Gallorum haſtile unde dicatur c. 669. l. 55. etc.
Getara pro Gagara c. 82. l. 31.
Getber creditus Carum, Acarnanum et Bactrianorum pater ibid. l. 36. Fortè inde Getri ſeu Centrites fl. ibid. l. 53. Vide Centrites et Giormok.
Gether pro Jatbir ibid. l. 30.
Gethuria Laconiæ ibid. l. 34.
Gettæ, vide Girtæ.
Gigantes γίγαντες, de iis fabula unde orta c. 46. l. 44. 65.
Gilbunar Perſis eſt eques cataphractus c. 191. l. 50.
Gingri vel Gingrainæ tibiæ lugubres in luctu Adonidia, qui Phœniciè Gingrus, id eſt, Dominus c. 727. l. 62. et c. 728. l. 1. etc.
Giormok, Algiormok, Algeramcka, Ergimul locus muſco fœcundus, pro Getber in Arab. Paraphraſi c. 82. l. 67.
Girba cur dicatur Meninx c. 495. l. 50.
Gitta vel Gettæ Palæſtinæ urbs unde dicta c. 641. l. 43.
Gloria pro multitudine c. 254. l. 13.
Guis Tuſcis grus c. 585. l. 24.
Gobolitæ et Gomolitæ c. 102. l. 27.
Goed Afris coriandrum c. 754. l. 61.
Gog et Magog, equi et equites Gog et Magog, id eſt, Scytharum c. 189. l. 39. etc. Eorum arcus ibid. l. 54. Equites cataphracti c. 190. l. 53. Excidium c. 192. l. 23. etc.
Gogarene Armeniæ pars unde dicta c. 187. l. 48.
Golgos vel Golgi Cypri urbs Veneri ſacra a Golgo Adonidis filio, vel à Phœn. Golgol c. 355. 51. etc. Golgis templum Veneris Paphio antiquius ibid. l. 61. Venus Golgia c. 356. l. 5.
Gomer Phrygia utrumque nomen ab adustione c. 171. l. 66. etc. et c. 172. l. 10. 23. 29. etc. Quia Phrygiæ pars κατακεκαυμένη ibid. l. 67. Veterum interpretationes eò poſſe referri ibid. l. 47. etc.
Gomer et Magog non ſunt idem populus c. 313. l. 33.
Gomolitæ, vide Gobolitæ.
Γόμορα terminus unde c. 740. l. 20.
Gopher eſſe cupreſſum c. 22. l. 22. vel cupreſſetum c. 23. l. 53.

Gordyæi

Gordyæi montes ubi ſubſtitit arca etiam Coreyræi dicti c. 8. l. 35. & c. 17. l. 61. Gordyæorum nomen variè ſcribitur ibid. l. 62. De eorum ſitu c. 18 l. 56. &c. Ibi arcæ reliquiæ c. 29. l. 17.
Gorgus fl. idem qui Adiavas c. 243. l. 26.
Gorylle, vide Gurulis.
Goſſampinæ arbores in Tylo inſula c. 690. l. 32.
Goſſipium cur Talmudicis *lana vitis* ibid. l. 44. Goſſipium non eſt calamus, ſed frutex c. 697. l. 22.
Goudran, vide *Alquitran*.
Goujats guliarii. Vide Galiarii.
Gozan Ptol. Gauzania c. 194. l. 10.
Græci circa Trojam fame urgente ab Oenotropis diu ſuſtentati c. 406. l. 65. Peregrina nomina quomodo emolliant c. 111. l. 2. Habuerunt literas ſacras c. 773. l. 60. Sripſerunt βουστροφηδὸν c. 453. l. 49. Eorum naves rotundæ, prima longa Argo c. 739. l. 10.
Gramen Afris *Jebal* & Syris, ut *Jebul* Ebr. c. 757. l. 25.
Gramen Aſſyrium eſt Amomum c. 240. l. 70.
Gratiarum collis Punicè *Zuchobari* c. 487. l. 53.
Gravii vel Grurii Hiſp. populi unde dicti c. 621. l. 3.
Graviſcæ in Etruria à gravitate aeris dictæ c. 539. l. 73.
Gudubbal Pun. Leontopodium & cur ita c. 762. l. 17.
Guerra bellum unde derivetur c. 667. l. 35. 44
aa Guirgaſæis Georgi c. 317. l. 20. &c.
Gutb Britan. divortium unde c. 681. l. 30.
Gurulis urbs Sard. unde ſic dicta c. 577. l. 43. Alias Ogrylle vel Gorylle ibid. l. 41. Qui conditores ibid. l. 36. Vide & c. 574. l. 37.
Gutturalis defectum Ebræi compenſant per *Dagbès*, id eſt, per geminationem literæ ſequentis c. 730. l. 64. Initio vocis a Phœnicibus ſæpe neglecta c. 745. l. 40. & c. 758. l. 9.
Gyarus ab עכבר *acvar*, id eſt, à muribus, qui fugatis incolis etiam ferrum rodebant c. 415 l. 66. & c. 416. l. 2. &c. In Gyaro purpura c. 256. l. 23.
Gyara vel Guata prope Syracuſas regio mediterranea c. 543. l. 41.
Gymneſiæ & Gymnetes, vide Baleares.
Gytta, Africæ urbs ab Hannone condita ubi ſita & unde dicta c. 641. l. 38.
Gyzantes, vide Zygantes.

H.

H Perſæ & Carmani ut χ vel ꭓ efferunt c. 213. l. 60.
Habitatio univerſitatis, id eſt, Arabicè ſepulchrum c. 513. l. 9.
Hadiab, vide Adiabene.
Hadoram unde Drimati verſus fretum ſinûs Perſici c. 113. l. 5. &c. Cum bis confundi perperam Chatramitas ibid. l. 10. &c. Regio non eſt thurifera, ut volunt, ſed myrrhifera ibid. l. 38. &c.
Hadrac pro valle Damaſcena c. 79. l. 50.
Hadramauth, Arabum regio myrrhifera & thurifera, ubi ſita c. 100. l. 71. Metropolis Sabota ibid. l. ult. Hadramauth urbs, unde aloë Hadramitica, ubi ſita c. 101. l. 35. Regum nomen *Atsboba* ibid. l. 40. Hadramauth, id eſt, regio mortis ibid. l. 46. Loca ubi thus mortifera ibid. l. 72. Ibidem myrrha, aloe, caſia, cinnamomum, &c. & frequentiſſimi ſerpentes c. 102. l. 49. &c. Ebr. *Hatſarmaveth*, Patribus Aſarmoth, Sarmoth, &c. Græcis, Chatramis, Charramotæ, &c. Atramitæ Adramitæ c. 100. l. 27. &c.
Hadramautica dialectus linguæ Arab. maximè contempta & barbara ibid. l. 65.
Hadramoth locus ubi ventus multos interficit c. 103. l. 19. Vide Hadramauth.
Hagiar Jemamæ metropolis, forte Omanorum Petra Sabe c. 221. l. 26. &c. Vide & Recam.
Hal & *Hel* Punicè Sol Servio, unde ἥλιος & addito digamma *Belus*, inepte c. 736. l. 14. &c.
Halys fl. portæ c. 244. l. 58.
Halycus fl. ſalſus in Sicilia c. 555. l. 59.
Halyntium mulſum in Sicilia c. 568. l. 54.
Hamadan & Hammedena, vide Media.
Hamathæi ab Hamath quæ aliis Antiochia al. Epiphania quod verius c. 307. l. 59. &c *Hama* hodiè ibid. l. 25. Ibi terræ ſanctæ terminus ibid l. 26.
Hammanientes populi ubi ſiti & unde dicti c. 284. l. 59.
Hamon eſt Jupiter ut Amon c. 5. l. 68. &c.
Hamon-No, vide Amon-No.
Hanas Diabolus Arabicè, quorſum c. 628. l. 2. &c.
Hanno è Gadibus profectus ut Auſtrales Africæ partes exploraret c. 639. l. 19. Quando vixerit c. 640. l. 25. Pro Deo haberi voluit ibid. l. 36. Hannonis Periplus Punicè ſcriptus ibid. l. 47. Hannonis navigatio percurritur ibid. l. 51. &c. Ejuſdem fabuloſa c. 643. l. 57. &c.
Hara, vide Ara.
Harma Bœot. locus ab execratione dictus propter Amphiaraum ibi abſorptum c. 436. l. 2.
Harmodius, vide Gephyræi.
Harmonia unde dicta c. 305. l. 9. & c. 447. l. 49. Harmonia vel Hermione Cadmi uxor è Samothracia c. 394. l. 26. Harmoniæ Cadmi uxoris amore incenſi Libyes & Mauruſii c. 467. l. 45.
Hatſarmaveth ſervavit nomen c. 118. l. 37. Vide Hadramauth.
Havila unde dicatur c. 13. l. 15. Vide & Chavila.
Havre quid & unde c. 681. l. 15.
Hauvæi è Palæſtina pulſi Euphrate trajecto, ab Aſſyriis Samariam poſt multa ſecula tranſlati c. 305. l. 24.
Hebræi, vide Ebræi.
Hebron Anakæorum urbs, belli arx c. 347. l. 53. Eadem *Kirjath Arba* ibid. l. 60. Dicta ſcilicet a viris quatuor ibi ſepultis c. 300. l. 5. Hebron a Chamo condita ibid. l. 32. Quàm vetus c. 347. l. 54.
Hecatæ in antro Samothraciæ Zerynthio canes immolabantur c. 397. l. 20. &c.
Hecubæ Cenotaphium in Sicilia fabuloſum unde c. 546. l. 63. &c.
Hedera cur Baccho ſacra c. 440. l. 29.
Hegiaz cur dicta regio Saracenorum c. 214. l. 6. Hujus metropoles Medina & Meccha ibid. l. 14.
Hel, vide Hal.
Helbeſus in Sicilia prope Egeſtam, fons calidarum aquarum heroum ævo jam notus, unde dictus c. 513. l. 28. &c.
Heliadæ Rhodi primi incolæ c. 262. l. 55. & c. 368. l. 51. Ea Rhodo pulſi à Phœnicibus c. 367. l. 18.
Helicon ab ambulatione vel à celſitudine dictus c. 432. l. 13. &c. Helicon Parnaſſo æqualis ibid. l. 33.
Heliogabalus al. Elæagabalus al. Alagabalus, &c. Sol Emeſæ cultus ſub hoc nomine, quaſi Deus conditor c. 717. l. 40. &c. Malè redditur Sol Gabalitarum ibid l. 71.
Heliopolis in Sippatis ubi c. 22. l. 50. Eſt Aven vel On. c. 293 l. 20.
Heliotropium in Syro non erectum a Pherecyde, ut volunt, ſed multo antiquius c. 412. l. 9. &c. In Heliotropio Regis Achaz non receſſit ipſe ſol, ſed umbra ſolis ibid. l. 44. &c.
Hellotia Europa, *Hellotis* ejus corona, *Hellotia* feſtum, Hellotis Gortyna. An ab Ebr. *hallotb* c. 421. l. 13. &c. & c. 750. l. 65.
Helleſpontus quaſi Eliſæ Pontus c. 315. l. 4.
Hendiadys figura c. 156. l. 41. & c. 548. l. 67.
Ἕρμαιον quid ſignificet c. 399. l. 42.
Heraclea, vide Macara & Minoa.
Heræa, vide Hybla.
Heræi montes in Sicilia c. 558. l. 73. Horum ubertas & amœnitas c. 559. l. 3. Nympharum ibi lucus, ubi Daphnis natus ibid. l. 5.
Herbarum nomina Punica & Africa ex Auctario Dioſcoridis & Apuleio c. 752. l. 20. &c.
Herbeſſus, id eſt, mons exciſus, Siciliæ oppidum in monte cavernoſo c. 540. l. 65. &c.
Herbeſſus Sicanorum urbs, Polyæno Veſſa c. 554. l. 62. &c. Ratio utriuſque nominis ibid. l. 69.
Herbita Siciliæ oppidum munitiſſimum unde dictum c. 559. l. 15. &c.
Hercules qui Gadibus colebatur Phœnix vel Ægyptius, non Græcus c. 166. l. 61. &c. De ejus templo multa ibid. l. 65. &c. Quando navigaverit in Hiſpaniam ibid. l. 40. Ubi lanatus ab hydræ morſu c. 360. l. 30. Herculi Tyrio decimas ſolvebant Carthaginenſes c. 466. l. 50. Hercules Φοίνιξ c. 531. l. 34. Hercules Dioſas cur à procis invocatus c. 472. l. 36. &c. Hercules Maceris in Libya Sardi pater, profectus dicitur Delphos c. 571. l. 39. Unde ſic dictus ibid. l. 45. Hercules Phœnicibus Melcarthus Gr. Melicerta ſeu Palæmon c. 655. l. 45. 55. &c. & c. 658. l. 50. Herculis Phœnicii aut Ægyptii, non Græci, templum Gadibus c. 610. l. 13. &c. Illius templi ſitus & antiquitas ibid. l. 49. Ligna in eo ἄσηπτα ibid. l. 53. Fatales columnæ ibid. l. 58. Sculpturæ & donaria ibid. l. ult. & c. 611. l. 1. &c. Oſſa Herculis ibid. l. 6. Ritus in cultu ibid. l. 15 &c. Simulachra nulla ibid. l. 30. Fœminæ ea fano excluſæ ibid. l. 38. Vide & Gaddir. Herculis iter in Galliam c. 657. l. 11. Geryon & Tauriſcus ab eo occiſi ibid. l. 30. Et Aleſia condita ibid. l. 21. Et Nemauſus ab uno è liberis ibid. l. 35. Ejuſdem pugna contra Albionem & Bergionem ibid. l. 42. Alpes ab eo ſuperatæ ibid. l. 53. Hæc ad Phœnicium Herculem pertinere c. 658. l. 6. &c. Hercules Ogmius ibid. l. 19. Aræ in Alpibus Herculi ſacræ ibid. l. 23. Herculis Monœci portus ibid. l. 29. Hercules Phœnix Tarteſſi cultus ibid. l. 42. Qua Gallias invaſerit ibid. l. 58. Hujus monumentum in Cœlis Ingeniculum ibid. l. 69. Dorienſes Idem deduxit ad Oceanum c. 659. l. 8.
Hercyna fons à cataracta dictus, qua apertâ ſubito erupit c. 436. l. 47. &c.
Hermata, id eſt, ſaxa ab Hercule in mare conjecta, vel ad arcenda cete, vel ad ſiſtendum maris impetum c. 644. l. 45. Vox Phœnicia ibid. l. 63.
Herminne ubi purpura c. 255. l. 67. Vide Harmonia.
Hermon in Oriente terræ Chanaan c. 447. l. 44.
Heroes unde dicti c. 443. l. 29. Plerumque in locis excelſis conditi c. 460. l. 51.
Heroum urbs ex Horæis c. 346. l. 31.
Heroopoliticus ſinus à Clyſmate denominatus c. 108. l. 6.
Heſperidum incolæ Iberi in Dionyſio c. 651. l. 63. Ibidem tres urbes ibid. l. 73. Vide Caſſiterides.
Heſus, Mars Gallis, ut Syris *Azizus* c. 662. l. 58. &c.
Hetthæi vel Citthæi promiſcuè ſumuntur à Joſepho c. 157. l. 35. & c. 304. l. 30. Hetthæi, vide Hitthæi.
Hevæi cur *Cadmonim* c. 305. l. 1. & c. 447. l. 44. Ubi ſiti ibid. Quid ſignificet nomen ibid. Eorum coloniæ c. 305. l. 14. Hevæi & Hauvæi quid differant ibid. l. 18. &c.
Hexi Bœticæ oppidum, hodiè *Motrel*, à fleau terræ dictum, al. Sex & Sexi c. 616. l. 63. &c. Vide Sex.
Hiberniæ nomen quid ſonet c. 654. l. 12. De ea locus Orphei ibid. l. 22.
Hiera inſula montoſa circa Siciliam, cur Maritima dicta c. 550. l. 36. &c.
Hieracium majus quo accipitres & aquilæ ab oculis obſcuritatem diſcutiunt *ſitheleas* Afris, quia *ſethel* eſt aquila c. 754. l. 66. &c.

Hieracon Inſula Arab. Fœl. prope Caſſanitas non ab accipitribus ſed a Jerachæis dicta c. 510. l. 69.
Hierapolis etiam Magog dicta c. 12. l. 59. Conditor Prometheus Deucalionis filius ibid. l. 62. Ibi templum Deæ Syriæ ibid. l. 63.
Hieronymus Phœnix Tyri Rex Tertulliano, aliis Ægyptius, nec Tyri aut Phœnices Rex, ſed præfectus ſub Antiocho c. 778. l. 32.
Hieroſolymis Paſchæ tempore quot hominum millia c. 253. l. 60.
Himeræ fluvii duo in Sicilia c. 514. l. 63. &c. Non oriuntur ex uno fonte, ut creditum ibid. l. 65. & c. 552. l. 11. Alius a ſapore dicitur, alius ab amaritudine ibid. l. 43. 50. &c. Hic unus è maximis Siciliam dividit ferè mediam ibid. l. 4.
Himerâ dirutâ Pœni Therma condidêre c. 555. l. 1. 9. Himera unde dicatur ibid. l. 38.
Himilco Pœnus è Gadibus profectus ut Aquilonarem Oceanum exploraret c. 629. l. 18. Ejus navigatio ad Oeſtrymnides inſulas c. 652. l. 13. &c. Iter ab ipſo deſcriptum male à Camdeno haberi pro fabuloſo ibid. l. 26. &c.
Hippace quid Gr. c. 180. l. 28.
Hipparis Ptol. Hiparis Sicil. fl. ita dictus, quia Camarinam paludem permeat c. 548. l. 71. & c. 549. l. 1. &c.
Hippocrates ubi natus c. 375. l. 9.
Hippocrene fons Bœotiæ, nomen & fabula explicantur c. 428. l. 37. &c.
Hippones duo c. 474. l. 4. Hipponem Diarrhytum qui condiderint ibid. l. 15. Hippuactam aliqui vocant & Hippagretam ibid. l. 30. 44. Hipponenſe ſtagnum ibid. l. 68. Hippo Regius c. 475. l. 4. Regiæ in utroque Hippone ibid. l. 6. Hippo Phœnicie *Ubbo*, id eſt, ſinus & ſtagnum ibid. l. 27. Hippuacra in intima Syrti ibid. l. 36. Hippo Regius Auguſtini ſedes ibid. l. 39.
Hippotoxotæ in Scythis c. 189. l. 55.
Hirminius Siciliæ fl. unde dictus c. 547. l. 62.
Hiſpal, Hiſpalis & Spalis urbs Bæticæ c. 603. l. 39. Quando & à quo condita ibid. l. 48. Situs ibid. l. 52. Puteus mirus ibid. l. 61. Dies ibi maxima ibid. l. 64. Quàm inaſſueta ſpectaculis ibid. l. 67. Ratio nominis ibid. l. 72. & c. 604. l. 3.
Hiſpania, Spania dicta, id eſt, cuniculoſa c. 168. l. 1. &c. & c. 631. l. 5. Omnis generis metallis fœcundiſſima c. 169. l. 31. &c. Fabulæ de ſole in Hiſpania centuplo majore & cum ſtridore occumbente & de nocte ſtatim ab occaſu c. 168. l. 73. & c. 169. l. 1. &c. Ultra Hiſpaniam loca ſcilicet ἄβυσσα, chaos, tenebræ deſerta, mundi finis c. 168. l. 30. &c. In ea Phœnices latinas c. 599. l. 1. Ejus tres partes ibid. l. 9. &c. Hiſpaniam an ſubjecerit Nabuchodonoſor c. 601. l. 25. Græcæ fabulæ de populorum & urbium in Hiſpania origine c. 625. l. 1. &c. Ejus una pars ad Oceanum, ubi majores quinque amnes, altera ad mare internum Iberia propriè dicta, ubi unus Iberus c. 624. l. 72. Hiſpaniæ amnes piſcoſi c. 627. l. 17. Vide & Spania.
Hiſter vel *hiſtrio* Tuſcis ludio c. 585. l. 18.
Hitthæi ubi ſiti & quàm terribiles c. 304. l. 18. Arba & Anakæi ex illa gente ibid. l. 25. &c.
Hoba, id eſt, Damaſcena vallis c. 79. l. 48.
Holmius & Permeſſus rivi Heliconis, ille a dulcibus, hic ab uberibus aquis dicti c. 429. l. 9. &c. Muſis ſacri ibid. l. 44.
Homerus quando natus c. 638. l. 59. Ubi ſepultus c. 415. l. 13. 30. Homerus Italicas fabulas didicit à Phœnicibus c. 587. l. 54. Præceſſerunt eum multi Scriptores c. 210. l. 49. & c. 588. l. 4.
Homeritæ ex Tribu Jectan iidem qui Amanitæ c. 98. l. 28. Ubi ſiti ibid. l. 38. &c. & c. 99. l. 53. Iidem cum Sabæis c. 98. l. 55. &c. Eorum urbs Mareb ibid. l. 73. Arabum numeroſiſſimi c. 99. l. 8. Homeritæ dicuntur quoque Abaſeri vel Abiſſini c. 126. l. 55.
Homines primi circa Babylonem & Aſſyriam c. 21. l. 50. Longævi, & quorſum c. 310. l. 73.
Hormanus amnis in Arab. Fœl. unde dictus c. 547. l. 66.
Horti penſiles ubi & quales c. 231. l. 20.
Hoſpitales, Phaſiani c. 289. l. 3.
Hul Joſepho Otrus in Armenia fortè Otus, unde Otene, al. Morene & Totene c. 81. l. 42. &c. Ad Hul vel חול *Chul* alludunt Cholobetene, Cholut, Choluata, Cholimma, Colſa, Colana, loca Armeniæ ibid. l. 58. 68.
Hungari pro Agarenis c. 225. l. 61.
Hyblæ tres c. 510. l. ult. & c. 535. l. 2. & c. 538. l. 24. Hybla, id eſt, regio ſeu plaga, ita Ebræi & Antoninus c. 531. l. 13. Hybla Heræa, id eſt, plaga montana c. 548. l. 13. &c. Hybla Megaris unde mel Hyblæum, Siciliæ urbi ad fl. Alabum c. 537. l. 65. &c. Eadem Galeotis à vatibus Galeis ſeu Galeotis c. 538. l. 33.
Hye Ægyptiis ſonat Rex & unde c. 137. l. 36.
Hyccara Siciliæ unde dicta c. 381. l. 34. Hyccara, id eſt, ſinus piſcoſus c. 513. l. 67. Non deducitur ab Hycca ibid. l. 63.
Hyde pro Lyde Lydiæ Metrop. c. 88. l. 29.
Hyes Bacchi nomen unde c. 441. l. 2.
Hyllus Illyrici Rex Herculis & Melites filius c. 499. l. 26.
Hymettius thymus c. 387. l. 20.
Hyoſcyamus Punice *ginga* in Apuleio, imo גנג *binga* ut Arab. c. 761. l. 22.
Hyperia, Siciliæ regio in qua olim Cyclopes c. 549. l. 19.
Hypbaſis fl. fontes ubi thus c. 104. l. 51.
Hypſæ Siciliæ fl. circa Agrigentum nomen à deliciis c. 554. l. 38. Illa regio quàm ſit beata ibid. l. 42. Ibi Lotophagi nonnulli ibid. l. 47. Alius Hypſa cur pueri imagine cultus c. 556. l. 68.
Hypſicrates Sanchoniathonis hiſtoriam Phœnic. continuavit c. 777. l. 21. Hujus interpres Lætus ibid. l. 55. Hypſicrates quomodo Phœnicie ibid. l. 31.
Hyſtrices in Africa c. 486. l. 66. &c. inde Cinypho nomen ibid. l. 68.

I.

Jod י Hebr. *Iôta* ι Gr. c. 451. l. 13. 15. *Jod* י & *Vau* ו ab Hebr. ſæpe permutari c. 269. l. 55. & c. 551. l. 6. I Syrum in A mutant Phœnices c. 58. l. 73. & c. 260. l. 1. & c. 412. l. 22. & c. 542. l. 3. &c. 728. l. 29. & c. 737. l. 20. *Jod* י initiale abjicitur c. 369. l. 64. & c. 461. l. 47. & c. 745. l. 46. *Jod* י initiale Arabes mutant in *Vau* ו c. 769. l. 12.
Jabadiu, hodie Java inſula unde dicta c. 692. l. 20.
Jabeſa, vide Buccinna.
Jabiſa, vide Ebuſus.
Jacob & quinam præterea Hebrone ſepulti c. 300. l. 6.
Jacchus, id eſt, puer lactens ut rectè Suidas, unde ἰακχὸς, id eſt, cunæ in ejus myſteriis c. 442. l. 13. &c.
Jalyſus olim Achæa: Vetus nomen à mœrore, recens à lætitia c. 368. l. 43. &c. Jalyſi Phœnices, & Neptuni templum à Cadmo conditum c. 367. l. 5.
Jamblichus, Malchus, Malichus, &c. idem c. 719. l. 26. 58.
Jamnia ex Jabne vel Jabneel c. 346. l. 35.
Jamno vel Jammona Minoricæ oppidum ubi ſitum & unde dictum c. 634. l. 70. & c. 635. l. 5. &c.
Janes & Jambres Magi Ægyptii qui Moſi obſtiterunt c. 253. l. 15.
Japetus in Arimis c. 593. l. 4.
Japetus ſeu Japhet Græcorum conditor c. 9. l. 63. Neptunus Veterum ibid. l. 1. &c. & c. 147. l. 63. Ejus portio in inſulis & peninſulis c. 9. l. 4. Ipſi pars Aſiæ & Europa obtigit c. 547. l. 27. Græcis Japetus ibid. l. 35. Decrepiti ſenes cur Japeti ibid. l. 37. *Japeto vetuſtior*, proverb. ibid. l. 52. Japeti bella in Jovem ibid. l. 60. Japhet fratrum natu maximus, tamen illius benedictio ſecundaria, &c. c. 548. l. 11. &c. Portio ejus cur ampliſſima c. 149. l. 63. &c. Quomodo habitet in tabernaculis Semi c. 153. l. 57. &c. Ejus poſteros conſtituere magnam partem Eccleſiæ c. 151. l. 38. Quinam filiorum ejus in Europam ſe contulerint ibid. l. 44. Condidit Joppem c. 300. l. 33. Ejus filii & populi ex eo oriundi juxta Joſephum Ben-Gorion c. 198. l. 41. &c. Ejus poſteri in Cilicia c. 179. l. 1. &c.
Iao Bacchi nomen unde c. 440. l. 63. Quomodo ex יהוה c. 384. l. 6. & c. 773 l. 73.
Jar יער lignum Pœnis, ut ſylva Ebr. c. 769. l. 5. &c. Item particula dubitantis, quod explicatur ex Arabiſmo ibid. l. 51.
Jarach in Arab. Fœl. terra Jerachim ſeu Jerachæorum, qui iidem Alilæi et filii Hilal c. 109. l. 51. etc. Ubi habitent c. 110. l. 59.
Jaſonis vellus aureum, liber Chymicus c. 206. l. ult.
Jathreb Jatbrippa, Jatbrippum, mendoſè Atthribem et Latbrippa, id eſt, Medina c. 214. l. 18. etc. Ratio nominis ibid. l. 54.
Javan Græcis Jovao à quo Iaones et Iones c. 153. l. 61. Alexander rex Javan c. 154. l. 23. Javan oppidum Arab. Fœl. Javanæi ex Uzal in Ezechiele c. 116. l. ult. Javan in Arab. Fœl. c. 155. l. 20. Ex Javan mancipia, id eſt, Ionica et Græca c. 154. l. 34. Ex Javan æs, id eſt, Euboicum ibid. l. 70. Ex Javan ferrum, id eſt, Macedonicum et Bœoticum c. 555. l. 2.
Iberia, id eſt, extrema terra c. 168. l. 18. Ibi maris et terræ terminus ibid. l. 33. etc. Iberia Hiſp. pars ad mare internum c. 624. l. 53.
Iberi unde dicti c. 625. l. 5. Iberi alii ad mare internum, alii ad Oceanum ibid. l. 24. Phœnices circa Iberum c. 623. l. 32.
Iberus majorum Hiſpaniæ amnium unus ad mare internum c. 624. l. ult. Iberus unde dictus ibid. c. 625. l. 5. Sol in Ibero mergi dicitur ibid. l. 17. Iberus alius ad Oceanum ibid. l. 30.
Ibyllæ in Hiſpania auri et argenti fodinæ c. 160. l. 40.
Icarius in Atticam à Baccho miſſus ut vitium culturam doceret, cur cæſus et unde dictus c. 407. l. 23.
Icarus inſula non ab Icaro, ſed Phœnicio nomine vel à paſcuis dicta ut Gr. Ichthyuſa c. 381. l. 9. etc.
Ichana Sicil. urbs, Pœnis *Iencam*, à ſtructuræ amœnitate appellata c. 544. l. 67. et c. 545. l. 4.
Ichthyophagi Ebr. *Sijim*, quibus Leviathan, id eſt, cete in cibum c. 281. l. 46. etc. Hi coram Solomone et Chriſto ſe incurvarunt c. 282. l. 10. 15. In horum littore receſſit mare Rubrum, ita ut fundum appareret ibid. l. 31. etc. Arabes ſunt non Ægyptii c. 283. l. 42.
Icos inſula ubi ſita et unde dicta c. 400. l. 30. etc.
Idalium Cypri oppidum Veneri factum c. 356. l. 12. Origo fabuloſa nominis ibid. l. 13. Alia verior ibid. l. 22. Idalia Venus ibid. l. 12.
Idathyrſus rex Scytharum c. 152. l. 31.
Idris, vide Enoch.
Jebab Arab. deſertum c. 143. l. 62.
Jebal Afr. et Syris eſt gramen c. 757. l. 25.
Jebuſii Hieroſolymis: David illorum Sarcaſmis irritatus quid regeſſerit c. 304. l. 36. Nominis Jebuſiorum an reliquiæ in Ebuſo ibid. l. 53.
Jectan ſeu Cahtan Arabum pater, et repertor linguæ Arabicæ c. 97. l. 70. et c. 100. l. 61. Inde *Baiſat-Jektan* c. 98. l. 11. Jectan vel Joctan non habitavit circa Cophenem fl. in ora Indiæ c. 56. l. 43. &c. De filiis Jectan ſenten.

ſententia Veterum c. l. 34. &c.
Ieira, vide Syria.
Jeman vel Aljeman, .bia aromatifera c. 134. l. 18. &c.
Jemama regina Arabum, unde Jemama regio ibid. l. 69.
Jemama & Jemanitæ ubi ſiti c. 221. l. 17. A conditore Saba ibid. l. 20. Metropolis *Hagiar*, id eſt, Petra, ubi habitavit regina Jemama ibid. l. 26.
Jemim ימים Gen. 36. 24. Cur aquas calidas tanquam ea lingua Punica reddat Hieronymus c. 764. l. 45.
Jerachæl, vide Jaracb.
Juria, vide Syria.
Jerichunte palatia Regis Babyloniæ c. 25. l. 45.
Jerombalus ſacerdos Dei *Iao* à Sanchoniathone conſultus c. 705. l. 41. Jerombalus ſeu Jerubbaal in Sanchoniathone, id eſt, Gedeon c. 774. l. 29. &c. Qui & Jerubbeſeth dicitur ibid. l. 47. (Nempe & בשת & בעל ſunt ſynonyma ibid. l. 49.) Gedeon cur pro Sacerdote habitus ibid. l. 66. &c.
Jeruſalem, vocis etymologiæ tres ineptæ c. 755. l. 61. & c. 716. l. 6. 12. Confer Hieroſolyma.
Jetas Siciliæ fl. & urbs c. 513. l. 42. c. 558. l. 34.
Jeud Saturni filius unigenitus, Hebr. יחיד *Jehid*, Iſaaci epithetum c. 711. l. 70.
Ignes noctu lucentes, ubi c. 520. l. 20. &c. Quotidie è Libano in Adonim cadunt c. 249. l. 16. Igne purgantur telæ, quæ c. 28. l. 14. &c.
Ignetes Rhodi indigenæ, fortè iidem qui Telchines c. 371. l. 53.
Il vel *Ili* quid ſignificet in Ilipa, Ilipula, Iliberi, Ilirurgi, Ilerda, Ilurone, &c. c. 604. l. 27. 52. &c.
Ilerda Hiſp. Tarracon. urbs, ubi ſita & unde dicta ibid. l. 47.
Ilienſes, Sardiniæ populi, vidi Iolaenſes.
Ilipa Bæticæ urbs ubi ſita & nomen quid ſonet ibid. l. 16. An eadem cum Italica ibid. l. 21.
Ilipula nomen montis & urbis in Bætica ibid. l. 33.
Iliturgis ubi ſita & unde dicta ibid. l. 37.
Illyrius Cadmi filius fabuloſus c. 461. l. 69. &c.
Illyriorum quæ pars ſit Gallicæ originis c. 462. l. 14.
Iluro Hiſpaniæ urbs in Pyrenæis unde dicta c. 604. l. 46.
Ilus, id eſt, Saturnus & unde c. 707. l. 33.
Imachara vel Emichara Siciliæ urbs unde ſic dicta c. 532. l. 5. &c.
Imbarus, vide Lubar.
Imbraſus Sami fl. unde Imbraſia Juno c. 377. l. 41.
Imbros Cabiris ſacra inſula leporibus ſcatet c. 398. l. 9. Inde nomen ibid. l. 18.
Imilce uxor Annibalis c. 528. l. 68.
Inamenes vel Jomanes fl. regni Semiramidis terminus ad Orientem c. 109. l. 22.
Ioarime perperam pro Arimis c. 592. l. 20.
Inceſſus mollis vitæ mollitiem argoit c. 246. l. 34. &c. Id ad aſtra refert Firmicus c. 247. l. 40.
Indi vi tempeſtatum in Germaniam abrepti c. 638. l. 2.
Ineſſa vel Enneſia urbs in aſcenſu Ætnæ, unde dicta c. 529. l. 20. &c.
Ingeniculum vel Engonaſis quis aſteriſmus c. 658. l. 69.
Iuna fons ad quem Silenus à Mida captus, unde dictus c. 533. l. 14.
Inopus Deli fl. Ebr. *Ain Ob*, id eſt, fons Pythonis, è Nilo derivari creditus c. 406. l. 35.
Inſula Carthaginenſium maxima ad occaſum Libyæ, vel fabuloſa, vel pars novi orbis c. 645. l. 26. &c.
Inſulæ majores ſeptem c. 384. l. ult.
Inuus, vide Faunus.
Inycus Cocali Regia c. 557. l. 4. Vitiſera urbs ibid. l. 13. Unde dicta ibid. l. 21.
Job ubi vixerit c. 81. l. 17. Vide Jopas.
Jobabitæ prope Sachalitas (Ptol. perperam Jobaritæ) unde dicti c. 134. l. 53. &c.
Jobachus ex torrente Jabok c. 346. l. 33.
Jobacchus Bacchi nomen unde c. 440. l. 72.
Joctan, vide Jectan.
Jol, vide Julia Cæſarea.
Iolaenſes & Ilienſes in Sardinia fruſtra diſtingui, cùm ſint idem populus c. 574. l. 35. 68. Origo ex Africa, non è Troia ibid. l. 56. & c. 575. l. 23. Ratio nominis ibid. l. 26.
Jomanes, vide Inamanes.
Ion Xuthi filius unde dictus c. 153. l. 45.
Iones Aſiatici habuerunt quatuor dialectos c. 154. l. 13. Iones in Ægypto c. 60. l. 40. Iones non dicti ab Ione Xuthi filio, ſed ab alio antiquiore, id eſt, Javan c. 153. l. 58. Ionum nomen quàm latè pateat ibid. l. 68. &c. Iones è Thracia uſque ad Iſthmum c. 154. l. 22. Ionum colonia in Aſia non ea ſolis Athenienſibus ibid. l. 4. Ionia Peloponneſo oppoſita in columna à Theſeo erecta ibid. l. 25. Ionium mare ibid. l. 1.
Jonicus quartus Noæ filius, ut quidam volunt c. 311. l. 3. Hæc fabula multis refellitur ibid. l. 16. &c.
Jopas apud Virgil. eſt איוב Job c. 494. l. 7.
Joppe à Japhetho condita c. 300. l. 33.
Jordanes permeat lacum Tiberiadis c. 549. l. 9.
Ios al. Sporadum, al. Cycladum una c. 454. l. 29. Ios Ebr. יוֹן à lapidibus c. 415. l. 21. &c. Homerus ibi in ſaxo ſepultus ibid. l. 30.
Joza Hiſp. urbs unde dicta c. 477. l. 59. & c. 654. l. 59. &c. Aliis Traducta ibid. Ratio utriuſque nominis ibid.
Iphiclus quo ſtratagemate Phœnices ex Rhodo ejecerit c. 367. l. 31.
Irak Alagemi pro Perſide c. 133. l. 54.
Iſaac & quinam alii Hebrone ſepulti c. 300. l. 6. Vide *Jeud*.
Iſburus Siciliæ fl. unde dictus c. 556. l. 52.
Iſis in Germania culta c. 676. l. 48.
Iſis fluvius c. 287. l. 67.
Iſlandia, vide Thule.
Iſmeno fl. Bœotiæ unde nomen c. 427. l. 63. Cur idem dicatur Cadmi pes ibid. l. 67.
Iſrael Phœnicibus Saturnus c. 712. l. 63.
Iſmaelitæ Saraceni & Chuſæi c. 213. l. 70. &c.
Iſſa, vide Lesbos.
Iſtos Inſula Punicè *Kellararſath*, imò *Chehlaraphſad*, id eſt, malus navis c. 505. l. 33. &c. & c. 743. l. 61.
Ἰτέαι clypei, quia olim ſaligni c. 737. l. 32. &c.
Ἴταλος Adonis quorſum dictus ibid. l. 30.
Italia unde dicatur, Veterum ſententiæ c. 594. l. 70. & c. 595. l. 1. &c. Italia olim ferè tota in Brutiis ibid. l. 13. &c. Itaria Phœnicibus, id eſt, piccaria regio c. 597. l. 22. Italia Phœnicii generis populos nullos habuit c. 582. l. 37. In Italiam quinam mari appulerint c. 4. l. 53. &c. Confer Citiim.
Italus Tuſcis taurus c. 585. l. 21. & c. 594. l. ult.
Itamus עיתם Cretæ urbs Phœnicia c. 421. l. ult.
Itanus Cretæ urbs à Phœnice Itano, id eſt, Ethan ibid. l. 69.
Itar, *Itra* & *Itran* pix Ebr. inde *Itaria* & poſtmodum Italia, id eſt, piccaria dicta Brutiorum regio c. 597. l. 50. &c.
Itis Tuſcis Idus c. 585. l. 17.
Ithaca à ſoli aſperitate dicta c. 464. l. 78.
Irhobalus, vide Auza.
Ἰτύκη, vide Utica.
Juchaſin liber à quo & quando conſcriptus c. 350. l. 39. Gentium origines inde petitæ ibid. l. 48. &c.
Judæi buaci c. 215. l. 57. Facti c. 546. l. 65. Judæi in Media c. 193. l. 69. &c. In Saba c. 132. l. 60. Judæi & Spartiatæ cur fratres c. 457. l. 73. Fabula de Judæo Spartone in Bacchi copiis c. 458. l. 50.
Juleppum eſt ex Arab. גלאב *giuleb* c. 494. l. 8.
Julia Cæſarea olim *Jol*, hodiè *Algezira* & *Alger* c. 483. l. 63.
Julia Traducta cur Joza dicta c. 477. l. 18. & c. 614. l. 59.
Junonis promontorium Bæticæ caput & Gaditani freti finis ibid. l. 53.
Jupiter cur Ζεὺς c. 7. l. 72. Saturni filiorum minimus c. 8. l. 6. Cœli dominus ibid. l. 12. Patrem excæcuit ibid. l. 21. &c. Fala ejus Corcyræ ibid. l. 49. Jupiter Labradenſis c. 87. l. 60. Atabyrius c. 369. l. 47. Icmæus c. 407. l. 63. Ἐλιεὺς Thebanis c. 437. l. 75. Καρνεῖος ſive Arietinus c. 438. l. 2. Asbamæus c. 535. l. 40. Aldus vel Aldemius c. 748. l. 34.
Juſti, Ponti accolæ, Abii, Galactophagi c. 173. l. 43.
Ἰζάνη Satyrica veſtis c. 444. l. 59. Unde dicta c. 742. l. 71.

K.

Kadmilus aut Kaſmilus Mercurius c. 747. l. 29.
Καιρία, vide Cerra.
Κάνδαυλος vel Κάνδαυλος cibus Lydorum proprius c. 87. l. 7.
Kaphar aljehudi c. 40. l. 47.
Κὰρ ovis vox Ionum & Ebræorum c. 376. l. 43. Item caput c. 471. l. 50.
Καρνεῖος Jupiter Bœotis & unde c. 436. l. 2.
Kardynus, vida Cardynus.
Karicunticbus Africæ urbs ab Hannone condita ubi ſita & unde dicta c. 645. l. 26.
Κάρυα pro amygdalis c. 389. l. 34.
Κάρυκα cibus Lydorum proprius c. 87. l. 6.
Kedareni unde dicti c. 216. l. 57. &c.
Kedron torrens Gr. τῶν κέδρων cedrorum c. 346. l. 33.
Kellararſath, vide Iſtos & Udenoe.
Kijun, vide Cijun.
Κεφαλαιώτης LXXII in libro Juchaſin, cùm alii Ebræorum ſolùm LXX numerent c. 311. l. 6. & c. 313. l. 6.
Kir de qua Eſaias & Amos, Chaldæo קיר, an Kir è Gedroſia, aut Curena Mediæ ad Amardum fl. aut Cyrus vel Cyrnus Iberiæ fl. c. 193. l. 35. &c.
Kirjath Arba, vide Hebron. Kirjath-arbe Kirjath-ſanna & Kirjath-ſepher idem eſſe c. 771. l. 71.
Kiſon torrens Gr. τῶν κισσῶν picarum c. 346. l. 34.
Κίμιρας & Κίδνιρας unde c. 9. l. 33. & c. 527. l. 44.
Kitran, vide *Alquitran*.
Κλῆρος unde c. 416. l. 22.
Κληροῦχοι & γαμόροι c. 547. l. 23. 30.
Κόβαλοι Bacchi comites unde ſic dicti c. 444. l. 63. etc.
Kobtim à quo Cophtiræ c. 316. l. 59.
Κόης & κοίης Ebr. *Cohen* Cabirorum ſacerdus, κοιᾶσθαι ἱερᾶσθαι c. 397. l. 7. &c.
Χάλλα Heſychio bellaria ex melle; fortè idem קליא *Kalia* Chald. c. 346. l. 19.
Κολαβρὶς & Κολαβρίζειν ſinus c. 592. l. 57.
Κόσμος in Polybio muliebris mundi ſp. inter novæ Carthaginis ſpolia, fortè Ebr. כמז, id eſt, faſcia pectoralis, quod probatur ex Arabiſmo c. 718. l. 15. &c.
Kopb Ebr. expreſſum per ϙα c. 527. l. 45.
Korban in Theophraſto unum è peregrinis ſacramentis quæ Tyriorum leges probibent c. 716. l. 31. &c. Pro magno habitum hoc Sacramentum Matth. 23. et 55. ibid. l. 39. &c.
Κορώνεια cur ὑπηρείτις Pœoia c. 753. l. 4.
Κοῖ non eſt ovis, ſed vellus c. 376. l. 51.
Κελαδεῖν generare Bœotis c. 438. l. 39.
Κόρτος, vide Cetra.
Kupba ubi c. 35. l. 13.

L.

Lamed ל Hebr. λάμβδα λ Gr. c. 451. l. 14. 26. *Lamed* ל notae in c. 724. l. 7. *Lamed* ל ſervile ſumitur pro radicali c. 258. l. 25. etc. Quandoque ſuppletur c. 230. l. 6. Abſorbetur c. 204. l. 22. In geminatis excidit c. 62. l. 55. etc. et c. 400. l. 25. et c. 420. l. 30. etc. et c. 594. l. 60. et c. 728. l. 12. etc. Inſ-

tiale rejectum c. 88. l. 30. Finale rejectum c. 435. l. 33. & c. 603. l. 23. Permutatur cum *Daleth* ד c. 508. l. 64. Cum N c. 228. l. 2. & c. 520. l. 34. & c. 767. l. 40. Cum *Reſch* ר vel R c. 180. l. 38. & c. 597. l. 30. &c. & c. 670. l. 27. & c. 689. l. 40. L & B tranſponuntur c. 376. l. 38. L & R c. 416. l. 20. & c. 575. l. 53.

Labium pro ſermone c. 50. l. 53.

Labrekin, vide Lubdekis.

Labrys geſtamen Regum Lydiæ, unde Jupiter Labradenſis c. 87. l. 59.

Lac libatum Mercurio, & cur c. 11. l. 70.

Laccius Syracuſarum portus minor c. 541. l. 22.

Lachman Syriaci libi ſpecies c. 786. l. 53. *Lachmanjoth* placenta genus, Gall. *oublies*, id eſt, *oblutæ* vel ἰθελίας ἄρτ☉ ibid. l. 60.

Lacter promontorium Inſulæ Coæ, unde dicitur c. 375. l. 67.

Lacus perjuris graves, vide Delli.

Ladanum in Pſittacene c. 838. l. 29.

Ladon, Pactolus, Lydiæ fl. aurifer c. 88. l. 24.

Læna & linna quid differant c. 673. l. 28.

Læſtrygones populi anthropophagi in Auruncia circa Caietam & Formias c. 589. l. 41. Cur regio dicatur eſſe compaſcua c. 590. l. 30. 71. Cur ibi breviſſimæ noctes ibid. l. 43. Cur eos ponat Crates ſub cauda Draconis ibid. l. 51. Læſtrygones iidem qui Leontini a ferinis moribus dicti c. 563. l. 8. &c. Læſtrygon Punicè *lais tircau*, id eſt, leo mordax ibid. l. 10. Læſtrygonum cum Cyclopibus & Sicanis cognatio ibid. l. 24.

Lætus Phœniciæ hiſtoriæ interpres, malè in Tatiano Chœtus, & in Euſebio Aſitus c. 777. l. 60. Lætus & Menander Pergamenus de Europæ raptu, & Menelai adventu in Phœnicem, & Hiramo & Solomone ibid. l. 64. &c.

Laith Brit. humidum unde derivetur c. 680. l. 56.

Lama maſtices vel ſpinæ genus in Arabia unde maſtice c. 382. l. 60. *Lama* quid Arabice ibid. l. 64.

Lamia Monſtrum humanæ carnis avidum c. 589. l. 61. &c. Mulier Africana Beli & Libyæ filia ibid. l. 71. Nata in Automolis c. 590. l. 10. Unde dicta ibid. l. 16.

Lampas, Lopaduſa, &c. Africana inſula Phœn. *Leppide* c. 504. l. 57. &c. Magnitudo & ſitus ibid. l. 66. 71. Ibi turres & portus commodus ibid. l. 62. 68.

Lamus Rex αἰθιοπίας☉ ut Lamia unde dictus c. 589. l. 61. & c. 590. l. 16.

Lana vitis quid Talmudicis c. 690. l. 44.

Lanæ Mileſiæ, Selgicæ, Altinæ, Calabræ, Apulæ, Tarentinæ c. 36. l. 53. &c. Lanæ circumligatæ vel intectæ ne inquinentur c. 37. l. 7. De iis jocus Diogenis ibid. l. 10.

Lanaria herba c. 419. l. 64.

Lanath Afr. clymenum & cur ita c. 757. l. 2. 13.

Lancea unde dicta c. 670. l. 22.

Laodicea cur olim Ramatha c. 744. l. 58. Multa oppida hujus nominis ibid. l. 68.

Lapethus vel Lepethis Cypri urbs unde dicta c. 354. l. 33. &c.

Lapideus campus inter Arelatem & Maſſiliam hodie *La Crau* c. 657. l. 48. & c. 679. l. 53.

Lar fl. Arab. Fœl. c. 99. l. 55.

Larim boves c. 612. l. 57.

Lariſſa Aſſyr. urbs magna, fortè Reſen Moſis c. 257. l. 50. &c. Nomen Græcum eſt: Urbs Græca in Arabia & in Syria quæ Sizara Syris ibid. l. 70. &c. & c. 258. l. 7.

Laſa vel Leſa ubi aquæ calidæ c. 308. l. 51. &c. Verus ſitus c. 309. l. 2. Vel Lyſa Ptol. Luſa Joſepho ibid. l. 8.

Later coctus ex quo Babylon c. 38. l. 73. c. 39. l. 13. &c. Later crudus ex quo mœnia c. 43. l. 3. 10.

Lathrippa, vide Medina.

Latium à latendo c. 159. l. 48. &c. Herbis veneficis cur ſcatere dicatur c. 588. l. 44. Ebr. *latin* incantationes ibid. l. 72.

Laurix cuniculi fœtus unde dicatur c. 631. l. 27. &c.

Lazurd cœruleum pigmentum c. 88. l. 30.

Λαβηρὶς, vide cuniculi & Spania.

Lebinthus inſula circa Cariam unde dicta c. 376. l. 22. 33. &c.

Lebabæ, id eſt, Libyægyptii unde ſic dicti c. 279. l. 45. &c.

Lelegum pleroſque ponit Homerus in Adramytteno ſinu c. 377. l. 46.

Lelohim, vide Elohim.

Λείριον planta Orchomenii lacûs à candore floris ſic dicta, non à ſquamis, ut volunt c. 398. l. ult. & c. 399. l. 1. & c. 437. l. 50. &c.

Lemnon adiit Philoctetes à ſerpente morſus, propter Lemniam terram, cujus vi labra vulnerum coaleſcunt in veneuato morſu: An hinc Arab. *Lem naas* c. 398 l. 55. &c. Aut Lemnos potius pro *Lebno* a candore terræ Lemniæ, vel ſaxorum, vel ignium, unde & Æthalia ibid. l. 68. & c. 399. l. 8 13.

Lentes Peluſiacæ c. 217. l. 36. &c.

Leonorius & Lutarius Galatarum duces c. 178. l. 70.

Leontini Siciliæ ager fertiliſſimus c. 537. l. 5. &c.

Leontopodion Pœnis *gadubbal* attractio Beli, id eſt, validiſſima, propter δυνάμεις ἑλκυστικὰς c. 762. l. 17. Tale, *luctationes Dei*, *montes Dei*, &c. ibid. l. 24.

Leonum pelles in inſula Cerne vendi ſolitæ c. 642. l. 18.

Lepethis, vide Lapethus.

Lepidin in precio apud Tyrios unde dicatur c. 726. l. 24. &c.

Leptes duæ, parva prope Adrumetum, magna in Tripoli c. 480. l. 28. &c. Leptim magnam alii ad Tyrios, alii ad Sidonios, omnes ad Phœnices referunt ibid. l. 58. &c. Lepti ſermo Punicus & Numidicus c. 481. l. 1. 16.

Leptis, id eſt, ſtatio ibid. l. 59. Leptis vectigal diurnum ibid. l. 28. Ibi regio fertilis Emporia ibid. l. 32. &c.

Leptis, vide Tripolis & Neapolis.

Lesbus è ſeptem majoribus inſulis ultima, inde nomen c. 384. l. 73. et c. 385. l. 1. etc. Iſſa olim, ibid. l. 67. Cadmus ſeu Cadmilus ibi habitavit ibid. l. 61.

Λέσχαι cœnacula Bœotis unde c. 438. l. 26.

Lethes ſeu oblivionis fl. qui et Limæa vel Limius, in qua parte Hiſpaniæ c. 605 l. 61.

Leuca Gallica vox unde nata c. 677. l. 40. 55. etc.

Λεύγαρα et λευκία, vide Spartum.

Leucothea in Colchis aries non immolatur c. 287. l. 70.

Libanus unde dictus c. 678. l. 48. E Libani vertice ignis certa die in Adonim fl. cadens c. 749. l. 15.

Λίβαν☉ thus unde dicatur c. 104. l. 14.

Liber, pro Baccho unde c. 443. l. 22.

Λίβυς Græcè niger c. 297. l. 5.

Libya palus ubi, et unde dicta c. 456. l. 14.

Libyes Ebr. *Phut* et *Lubim* c. 279. l. 42. Vide et Lub.

Lybiægyptii cur Lebabim ibid. l. 46.

Libyphœnices qui c. 466. l. 49. Libyphœnices in multis Africæ locis c. 491. l. 42. etc.

Libyſtinus lacus ad Bætim al. Liguſtinus et Libyſticus c. 604. l. 55. et c. 605. l. 40. Unde dictus ibid. l. 30. Ibi urbs cognominis ibid. l. 33. Liguſtinam Græci vocant tanquam à Liguribus ibid. l. 34. idem lacus cur Ἄορν☉ ſeu Avernus appelletur ibid. l. 42.

Licnites, Bacchi epithetum c. 442. l. 85.

Λίκνον, id eſt, cunæ in Bacchi myſteriis ibid. l. 22. etc.

Licnophorus Bacchus cur in ſphæra Lunæ ibid. l. ult. et c. 443. l. 1. etc.

Lignum Pœnis *jar* unde c. 769. l. 5. etc.

Liguria Gallicana c. 657. l. 38 In Liguria pugna Herculis, et lapideus campus, ibid. l. 41. 50.

Lilith Regina Zmargad et Bartinnum c. 134. l. 58.

Lilium Punice *abiblabon*, id eſt, caulis albus c. 755. l. 22.

Lilybæum Siciliæ promontorium, id eſt, ad Libyam c. 507. l. 72. et c. 297. l. 55. etc.

Lilybæum Phœnicum urbs in Sicilia munitiſſima, quando condita et aucta c. 508. l. 15. etc. et c. 297. l. 65.

Lilybæus puteus cur dictus c. 508. l. 57.

Limæa vel Limius fl. vide Lithes.

Limneſiæ inſulæ, vide Baleares.

Lindi lebes Minervæ a Cadmo conſecratus cum Phœnicia inſcriptione c. 367. l. 7.

Lindus in Auſtrali mucrone Rhodi unde *Linda* Phœniciè. Eò appuliſſe Danaum c. 368. l. 10. etc.

Lingua olim unica c. 50. l. 23. Brutis ſcilicet et hominibus communis ibid. l. 31. Quænam omnium antiquiſſima ibid. l. 40. Linguarum confuſio à ſolo Deo invecta c. 51. l. 31. Eadem virtus Dei aliàs emicuit ibid. l. 54. De numero linguarum multa à col. 53. uſque ad col. 58. Ea Hebræorum ſententia LXX linguæ, gentes, & Angeli illis præfecti c. 51. l. 9. &c. Ex mente Græcorum & Latinorum Patrum LXXII ibid. l. 43 &c. Ægyptios idem docuiſſe c. 54. l. 66. &c. Alii LXXV. & al. CXX. c. 55. l. 15. 33. Linguæ XXII in regno Mithridatis, & CCC in una urbe ibid. l. 42. 46. Veterum ſententia de linguarum numero refellitur ibid. l. 54.

Lingua Ægyptiaca, vide Ægypt.

Lingua Arabica, vide Arab.

Lingua Azotiorum qualis, & ex ea voces c. 60. l. 52. &c.

Lingua Chaldaica, vide Chald.

Lingua Colchica, vide Colch.

Lingua Ebræa, vida Ebræa.

Lingua Perſica, vide Perſ.

Lingua Syra, vide Syr.

Linnæ ſaga mollia unde c. 673. l. 30.

Linum asbeſtinum quàm precioſum c. 28. l. 19. Linum ex calamis in Colchide ut in Ægypto c. 287. l. 46. Linum byſſinum c. 414. l. 69. Linum Afris ζιρφίν lege ζιρφουνὶ, id eſt, ſemen lini c. 752. l. 66.

Lipara & Liparæ, olim Meligunis vel Melogonis c. 519. l. 15. Ratio utriuſque nominis c. 520. l. 1. 43. &c. Ignes ibi noctu lucentes ibid. l. 10. &c. Et tympanorum cymbalorumque ſonus auditur ibid. l. 56. Et Cyclopum ictus cùm ferrum cudunt ibid. l. 67. &c.

Liſſus Leontinorum fl. quomodo Phœniciè dictus c. 563. l. 17.

Literæ Samaritanæ cum Græcis conferuntur c. 451. l. 40. Literæ ſacræ fuerunt multis gentibus c. 773. l. 52. &c.

Lityerſas Phrygum carmen c. 737. l. 63.

Lixus Africæ fl. & urbs, al. Lizus, Lixa, Linx c. 641. l. 3. &c. Lixus alius c. 642. l. 51.

Lobatalaphaib Pœnis, auricula muris c. 753. l. 47.

Λοβοὶ auris partes infimæ, unde ἐνώβιον inauris ibid. l. 50.

Loca à proventu fructuum nominata c. 629. l. 30. Loca vocari de poſſeſſorum nominibus c. 248. l. 29.

Loci communes, id eſt, ſepulchra c. 509. l. 26.

Longævus c. 607. l. 43. Longævi homines primi & quorſum c. 310. l. 73.

Loti ſpecies rutilæ ziaypho ſimillima: Ebr. *pharid*, unde Pharidis inſula, ead. quæ Lotophagitis c. 495. l. 40. &c.

Lotophagitis inſula, vide *Meninx*.

Lub Libya & Lubæi Libes c. 296. l. 54. Lub eſſe Ægyptum Ebræi quam ineptè probent ibid. l. 67. *Lub* Arab. ſitis & ſiticuloſum eſſe, ut Ebr. *laab*. Talis Xerolibye Arab. *Lubia* c. 297. l. 9. &c. De horum equis & equitibus multa c. 298. l. 40. &c.

Lubar mons Cardyæorum in quo ſubſtitit arca c. 18. l. 34. Imbarus & Nibarus mons alibi ſitus c. 21. l. 10. &c.

Lubdekis, Talmudicis aſinus è terra, qualis c. 273. l. 34. Conjectura de hoc nomine c. 274. l. 13. Variè ſcribitur ibid. l. 8. &c.

Lubi faba Ægyptia c. 296. l. 70.

Lucania latè ſumpta etiam Brutios complectitur c. 596. l. 38. et c. 597. l. 2.
Lucta Bacchi cum Pallene collata cum lucta Angeli cum Jacobo c. 446. l. 44.
Lucumo Rex Tuſcis c. 584. l. 63.
Lud a quo Lydi c. 84. l. 10. Loci nomen non viri c. 86. l. 18. Vide Mæander et Lydi.
Lud ut Lydiæ ita etiam Æthiopiæ nomen Ebræum, quia ut ibi Mæander, ita hic Nilus valdè ſinuoſus c. 263. l. 62. etc. Ludæi arcubus inſignes quæ Æthiopum arma ſunt c. 266. l. 2. etc. In Eſaia Phul & Lud vicina loca, id eſt, Philæ at Æthiopia c. 268. l. 40. etc. Ludæos ad fidem ſtatim vocandos prædictum in Eſaia, quod Act. 8. impletum c. 270. l. 40. etc. Miſrajim genuit Ludim, nempe Æthiopes ſunt Ægyptii generis c. 271. l. 6. etc. Pro Ludæis Targum habet Mareotas, ſed legendum eſſe Meroitas probatur ex Elia ibid. l. 70. etc. Lud Æthiopes reddidit Græcus Interpres aliquis c. 272 l. 48. etc. Ludæi in Talmude ſunt antropophagi, ita etiam Æthiopes ibid l. 61. etc. Ludæi ſtatam edendi horam non habent, ut nec Æthiopes c. 273 l. 8. etc. Æthiopicos aſinos Græci celebrant, et Ludæos Talmudici ibid. l. 28. etc.
Ludbricin, vide Lubdekis.
Ludioth Talmudicis placentæ genus c. 87 l. 4. Et cadorum ſpecies ibid. l. 12. Lydi caupones ibid. l. 14. Ludo, ludio, ludus à Ludis c. 86. l. 60.
Lug corvus Gallis unde c. 675. l. 50. 62.
Lugdunum unde dictum ibid. l. 50. Et qua occaſione conditum ibid. l. 54.
Luna culta ab Arabibus. Oratio Arabum ad Lunam. Luna ead. quæ Venus. *Chabar* Luna. Anathematiſmus in Lunæ cultores. Lunulæ Iſmaelitarum Jud. 8. Lunæ corniculatæ effigies in templorum faſtigiis c. 110. l. 17. etc.
Luſitania ubi c. 599. l. 13. An à Luſo dicta c. 621. l. 6. Non dicitur à Luſo Bacchi comite, ſed à Phœn. *Luz* quod amygdalum ſonat c. 625. l. 38. &c. Cur ſic dicatur c. 629. l. 28. etc. Elogium Luſitaniæ c. 627 l. 25. Ipſius metropolis ibid. l. 33.
Luſus Bacchi comes c. 628. l. 37. Et quorſum c. 629. l. 60. etc.
Lutarius, vide Leonorius.
Lychnadus vel Lychnidus vel Lichnidus Illyrici urbs à Cadmo prope paludem condita unde dicatur c. 462. l. 19. 39. etc.
Lychnites vel Lychneus lapis ubi ſumatur et unde appelletur c. 451. l. 67. et c. 413. l. 3. etc.
Lycurgus armatus ut Sçamgar ſtimulo boum c. 446. l. 37.
Lydi, vide Mæander, Lud, Cares, Myſi, Labrys, Baccharis, Caryce, Κάσδαλος, Aſcalon, Ladon, Hyde.
Lydi olim Mæones vel Meones c. 84. l. 18. etc. A Rege Meone patre Cybeles ibid. l. 36. Vel Lydi à Lydo Atyis filio ibid. l. 52. Ab utroque Attalyda urbs ibid. l. 66. Meon et Lydus Reges commentitii ibid. l. 71. Lud, id eſt, Lydia à Mæandri flexibus dicta, ut Æthiopia quæ *Lud.* Ebr. à Nili flexibus c. 85. l. 10. etc. Lydia ad Mæandrum ibid. l. 28. Lydi pro Ludis unde ludus, ludo, ludio c. 86. l. 60. Lydi ludorum inventores ibid. l. 61. Lydorum antiquitas, amplitudo, fortitudo c. 87. l. 26. etc. Arma ibid. l. 42. Luxus ibid. c. 88. l. 16.
Lydia dicitur Lud propter Mæandri flexus c. 265. l. 60.
Λυδιάζειν λυδοπαθῶς, λυδοφόνιν unde c. 88. l. 18.
Lyſa ubi et unde dicta c. 309. l. 8.
Lyſius Bacchus, cur in ſphæra Veneris c. 443. l. 2. 15.
Lythirambus, vide Thriambus.

M.

Mem מ Hebr. μῦ μ Gr. c. 451. l. 14. 16. *Mem* ם finale ablatum c. 532. l. 66. *Mem* מ & *Nun* נ ſervilia quandoque ut radicalia exprimi c. 570. l. 45. 48. *Mim* & *He* Arab. ut *Mem* מ & *Beth* ב Hebr. atque M & B literæ permutabiles c. 101 l. 17. & c. 218. l. 5. &c. & c. 418. l. 30 & c. 485. l. 31. & c. 763. l. 18. &c. *Mem* מ & *Nun* נ permutantur etiam apud Ægyptios c. 277. l. 27. & c. 408 l. 72. & c. 718. l. 31. &c. & c. 719. l. 14. *Mem* מ & *Pe* פ permutari c. 557. l. 41. &c.
Maacha, vide Aram-Maacha.
Maarſares Euphratis alveus, vide Euphrates.
Macæ ubi & à Carmanis quid diſtent c. 153. l. 3. &c.
Macara, vide Minoa.
Macedones Ebr. Chetim c. 557. l. 70.
Macer è Barbaria ſeu Troglodytica c. 124. l. 38.
Maceris (Herculis Libyci cognomen) unde dictus c. 571. l. 42.
Macetæ Macedones, Macetia, Macedonia c. 157. l. 73.
Macoraba Ptol. id eſt, *Mecchaʼrabba* ſeu magna c. 214. l. 58.
Macpela ſpelunca etiam Caphelia & Dijotaron c. 464. l. 35.
Macris Eubœa dicta, non à Macri Bacchi nutrice, ſed à longitudine c. 401. l. 24. &c.
Macuaci gens fictitia c. 180. l. 10.
Madai Medorum pater, non à Medo Medeæ filio, ut volunt c. 193. l. 47.
Μάδυγας, vide Matara.
Madianitæ Saraceni c. 213. l. 74.
Madunin, vide Maro.
Mæander fl. ad quem Lydia, quàm ſinuoſus c. 85. l. 28. &c. Mæander equeſtris ludi & picturæ genus ibid. l. 72. & c. 86. l. 3. Mæandri vafra conſilia ibid. l. 9. Mæander Ebr. *Lud* ibid. l. 15. &c. *Lud* fl. cur Mæander & Lydi cur dicti Mæones ibid. l. 26. Mæandri fontes circa Celænas c. 82. l. 19.
Mæonia & Mæones, vide Lydi.
Mænoba Bæticæ urbs unde dicta c. 603. l. 20. 27.
Magazin unde dicatur c. 238. l. 43.
Magalia unde dicantur c. 736. l. 39.
Magalia, Magaria vel Megara: Pœnis *Magor*, Ebr. *Magur* quæ pars Carthaginis c. 470. l. 27. &c.
Magdulos Ebr. *Migdol* in aditu Æg. c. 277. l. 10.
Magiæ inventor an Cham aut Zoroaſtres c. 204. l. 37. &c. Aut Angeli ante Diluvium ibid. l. 41. & c. 205. l. 58.
Mago Minoricæ oppidum ubi ſitum & unde dictum c. 634. l. 70. & c. 635. l. 10.
Magog optimè Scythas reddi, nempe qui ſunt circa Caucaſum c. 187. l. 42. &c.
Magog Hierapolis cur dicta c. 192. l. 56. &c. Alep hodiè ibid. l. 56. Vide Gog.
Magog, id eſt, Prometheus c. 12. l. 31. & c. 192. l. 63.
Magnes Ἡρακλεία λίθος c. 646. l. 3. Non tamen ab Hercule ibid. l. 6. Sed ab Heraclea Magneſiæ, quæ Lydiæ pars ibid. l. 33. &c. Indidem Magnes & Lydius Lapis & Heracleoticus ibid. l. 67. &c. De Heracleo lapide Ptolemæi locus aſſertus c. 647. l. 29. &c.
Magum in nominibus Rhotomagi, Neomagi, &c. quid ſonet c. 682. l. 1. &c.
Magyni à Magog c. 189. l. 35.
Maharbal Gr. Diognetus c. 744. l. 47.
Mahazia, vide Sura.
Mahomet Dramku Sabæus Armuzæ conditor c. 220. l. 50.
Mahomet Proph. jumentum *alborak* medium inter mulum & aſinum c. 274 l. 13.
Maiatæ quinam & unde dicti c. 680. l. 12.
Majorica ſeu Balearis Major inſula maxima poſt ſeptem magnas c. 638. l. 36. Ejus oppida c. 634. l. 60.
Μάκαρ, vide Matara.
Malaca vel Malacha, Bæticæ oppidum à ſalſamentis dictum, cum fl. ejuſdem nominis c. 167. l. 55. & c. 616. l. 44. &c.
Malachbelus, id eſt, Sol c. 731. l. 54.
Malaciæ vox cur mutata in bonaciam c. 368. l. 68.
Malchus Rex Phœnicibus c. 384. l. 62. & c. 719. l. 26.
Malea Laconicæ promontorium Phœnicii *Malica*, cur μαμφαλῆ ἴνα Lycophroni c. 459. l. 38 &c.
Malea & Maleæ c. 15. l. 5. Multa hujuſmodi ibid.
Maleventum cur mutatum in Beneventum c. 368. l. 67.
Mali Arab. aromatiferæ pars in Minæis c. 127. l. 40. &c. Inde Malitæ, qui & Manitæ regio myrrhifera ibid. l. ult. & c. 128. l. 1. &c. Horum pater *Abimal* vel *Abimael*, ibid. l. 26. & c. 127. l. 38.
Mali Regio aromatifera c. 105. l. 38.
Malic, vide Melcarthus.
Malica, Hercules Amathuſiis c. 355. l. 30.
Malichæ, Reges Nabathæorum c. 719. l. 43.
Maltha & malthare, quid propriè c. 500. l. 48. 65. &c.
Malum Punicum cur Caphthorœorum ſymbolum c. 291. l. 57. Mala Aſſyria, vide Aſſyria.
Mammon lucrum Pœnis & Syris c. 767. l. 26. &c. Origo vocis ibid. l. 40.
Mamphula panis Syriaci genus unde dictum c. 727. l. 49.
Man Ægyptiis quid ſignificet c. 59. l. 46.
Mancipia Cappadocica c. 182. l. 4. &c. Ex Ponto c. 181. 71. Ex Javan c. 154. l. 34. &c.
Maneros Ægyptiorum carmen c. 737. l. 63.
Margæ, Mangana, mangonalia unde dicta c. 671. l. 24. &c.
Maniacum monile, aut torquis unde dictum c. 674. l. 53. &c.
Mannus Tuitonis filius c. 676. l. 36.
Mantiſſa Tuſcis additamentum c. 585. l. 25.
Mantus Pluto Tuſcis unde Mantua c. 584. l. 49.
Manus, id eſt, poteſtas c. 723. l. 30.
Maon, id eſt, habitatio, plur. *Meonim* & *Meunim*: Multa loca hujus nominis; Græci *Minæos* reddunt, Arab. *Almanazilo*. Inde *Carno-Imanazili* & Carna Minæorum, idem oppidum c. 121. l. 57. &c.
Mapalia Pœnorum caſæ unde dictæ c. 733. l. 44. &c.
Mappa, Punicum vocabulum, quomodo deductum à Syro מפא, & hoc rurſus ab Ebr. נפה c. 730. l. 17. &c.
Mar Syr. dominus. *Maur* Brit. magnus, unde Condumarus, Viridomarus c. 665. l. 57.
Marab vel Mariaba urbs, olim Saba c. 130. l. 68. & c. 131. l. 12. &c. Sabæorum metropolis c. 99. l. 3. &c. 131. l. 38. Incolæ Homeritæ c. 98 l. ult. & c. 131. l. 19 Quomodo ſubverſa ibid. l. 16. ibi palatium Belkis uxoris Solomonis ibid. l. 40.
Marc Gall. & Brit. equus unde μάρκαν τριμαρκίσιαν, *mark ſchalck*, &c. c. 675. l. 1. &c.
Mare pro lacu Colchis & Ebræis c. 286. l. 59.
Mare Choſar, vide Caſpium.
Mare tenebroſum Arabibus, id eſt, Septentrionale c. 655. l. 43.
Mare Rubrum, vide Rubrum.
Marcotæ pro Meroitis in Jeroſol. Paraphraſi quod ex Elia probatur c. 271. l. 71. & c. 272. l. 1. etc. Simile mendum in Lucano ibid. l. 12.
Mariæ Chymica c. 207. l. 69. et c. 208. l. 10.
Mariandyna, vide Bithynia.
Μάρω Syris dominum c. 743. l. 52.
Maritima, vide Hiera.
Marium Cypri urbs, an à Marieo Cinyræ filio c. 355. l. 33.
Marmahor Arabibus apiaſtrum c. 676. l. 72.
Marmarica pro Bar-Barca, id eſt, deſerto Barces c. 496. l. 45.
Marnas Gazæ cultus pro Jove Cretenſi c. 421. l. 61. etc.
Marnas Jupiter cur dictus c. 743. l. 39.
Maro, hodiè Madunin, Siciliæ mons, quomodo Phœniciè c. 553 l. 35. 42.
Maronitæ pro Meroitis c. 272. l. 33.
Marpeſſus Pari mons unde dictus c. 413. l. 11.
Mars Copticus ex Moloch c. 59. l. 51.
Marſias Euphratis alveus, vide Euphrates.

Marſyæ fontes circa Celænas c. 14. l. 19. Marſyas Herodoto Catarractes ibid. l. 53. Olim Midæ fons c. 15. l. 30. In colle oritur ibid. l. 43.
Marſyas Philoſophus e Colchide c. 258. l. 38.
Martis Virgo Creten ſibus unde c. 743. l. 41.
Mas, al. Meſech ad montem Maſium & Maſcam fl. c. 83. l. 13. Non eſt Mæonum pater, nec Meſanæorum ibid. l. 28. &c.
Maſca fl. al. Saocoras ibid. l. 25.
Maſcbane Scenitarum urbs c. 185. l. 17.
in Maſculinis Arab. Fœminina terminatio c. 215. l. 2.
Maſius mons & Maſiani populi c. 83. l. 19.
Maſſagerides bellicoſæ c. 190. l. 45.
Maſſicytus vel Maſſicytes cur dicatur mons prope Phaſelidem c. 362. l. 49.
Maſſilienſium Dialectus Æolica c. 671. l. 54. Eorum urbes in Hiſpania c. 623. l. 28.
Maſticem fundens lentiſcus fortè *meſſik* Phœnicie c. 382. l. 51. &c. Vide & Lama.
Matara, mataris, materis, μάδαρις, μίδας, μάδαρς, &c. *matras*, *mastraſſer* unde c. 670. l. 46. &c.
in Magnæ Matris ſacris cur ærea cymbala c. 448. l. 31.
Matgenus, vide Belus.
Matnan & Batnan c. 101. l. 24.
Mauri in ingreſſu Colchidis c. 287. l. 5. Mauri pro Chuſæis ſeu Saracenis c. 256. l. 36. Mauri unde dicti c. 469. l. 15.
Mauvia Regina Saracenorum ſub Valentiniano Imperatore ad fidem converſa c. 134. l. 60. & c. 215. l. 29.
Maraca Cappadociæ Metropolis c. 177. l. 37.
Mazara Sicil. urbs & fl. terminus Punicæ ditionis, unde nomen c. 558. l. 44. &c.
Mazekes equi c. 177. l. 39. *Mafik* Arab. equi genus ibid. l. 40.
Μάζωνες epulæ Bacchi, *mazoa* Ebr. obſonium c. 445. l. 63.
Meath Brit. planities & unde c. 680. l. 15.
Meccha Metropolis terræ Hegiaz ubi Chuſæi c. 214. l. 54. &c. Unde dicta ibid. l. 66. Macoraba Ptol. ibid. l. 58. Meccha & Beccha ibid. l. 65. & c. 101. l. 22. Vide & c. 318 l. 30. 42.
Meccha pro Meſa c. 146. l. 30.
Medamma, id eſt, Meſopotamia c. 76. l. 38.
Medea, vide Buſiris & Circe.
Medi, Parthi & Sarmatæ affines c. 198. l. 28. Medi unde dicti c. 193. l. 48.
Media quomodo hodiè dicatur ibid. l. 25. &c. Regio quam eximia c. 194. l. 73. & c. 195. l. 2. &c. Mediæ caput Ecbatana ibid. l. 26. Mediæ pars montana Hara vel Ara, unde Medi Arii c. 194. l. 26. &c. Vide Ara.
Media urbs, quæ Medena, Hammedena, Hamadan c. 193. l. 63. Ibi Judæorum L M. eorum reliquiæ, quos in Mediam deportavit Salmanaſſar ibid. l. 68.
Media hodiè *Servan* c. 313. l. 60.
Mediis humanis non fidendum c. 48. l. 64.
Medina Arab. *Jathreb*, Veteribus *Jatrippa* & Jatbribum, mendoſè Aitbribum c. 214. l. 18. 22. 37. Et Ptol. Latbrippa ibid. l. 52. Vide & c. 318. l. 52.
Medina pro Saphar c. 146. l. 30.
Megalopolis cur collata cum Babylone c. 235. l. 12.
Μεγαρα unde dicta c. 349. l. 62.
Megara, vide Magalia.
Mel libatum Mercurio c. 11. l. 70.
Melata Ebræis non eſſe *μηλωτὴν*, ſed lanam Mileſiam aut quamvis aliam molliſſimam ac puriſſimam c. 25. l. 60. &c.
Melcarthus ſeu Melicerta Hercules Phœnicius, Amathuſiis Malica c. 615. l. 45. 54. & c. 709. l. 19.
Melchiſedech non eſt Sem c. 69. l. 9. &c.
Melcagrides in Troglodyris, Ebr. fortè חבים quod Æthiopes reddit Joſephus, & quorſum c. 281. l. 27.
Melicerta ſeu Palæmon Tenedi cultus puctorum victimis c. 382. l. 20.
Meligunis vel Melogunis Liparæ inſulæ vetus nomen unde factum c. 519. l. 15. & c. 520. l. 43.
Melita unde nobilis c. 498 l. 14. Phœnicum ibi colonia & ſermo ſemi-Punicus aut Arabicus potiùs ibid. l. 19. 25. 47. Et Junonis fanum & Herculis, & inſcriptiones Punicæ ibid. l. 53. Inter Phœnices & Græcos Melitæ imperium diu alternaſſe ibid. l. 67. &c. Melita unde dicatur c. 499. l. 23. &c. Melitenſia lintea, id eſt, goſſipina c. 501. l. 8. Melitenſes catelli ibid. l. 39.
Melite duplex Illyrica & Africana ibid. l. 63. 68. Ad utram appulerit Paulus. Pro Illyrica objectiones ibid. l. 72. & c. 502. l. 5. &c. Pro Africana rationes ibid. l. 17. &c. Objectiones ſolvuntur c. 503. l. 57. &c. Meliten à melle dici, aut melle fuiſſe fertilem Veterum nemo ſcripſit c. 499. l. 38. Melita in medio ſpatio inter Tyrum & Gades & ultro citroque navigantibus refugium ibid. l. 72. & c. 500. l. 3. &c. Melitæ domus ſplendidæ & albario opere exornatæ, unde nomen ibid. l. 70. Melites primus, id eſt, præfectus c. 502. l. 45. &c.
Melite nympha ex qua Hyllum genuit Hercules c. 499. l. 25.
Melitta Africæ urbs ab Hannone condita, ubi ſita & unde dicta c. 641. l. 61.
Melos Sporadum una Cycladib adſcripta c. 417. l. 3. Inſula *στρογγύλη* ibid. l. 7. Nec à mali rotunditate dicitur, nec à Melo Phœnice ibid. l. 20. Sed ab Ebr. *melo* pro repletione ibid. l. 24. Quia terra effoſſa ſtatim repleri credita ibid. l. 31. & c. 418. l. 34. Vel pro ubertate & maturitate, quia ibi fruges uberrimæ quam ſtatim matureſcunt c. 417. l. 40. &c.
Melos cur Mimallis & Memblis & Byblis dicta ibid. l. 8. & c. 418. l. 29. &c. Et Zephyria ibid. l. 50. Ibi ſulphur & alumen nobiliſſimum ibid. l. 56. &c. Judæi multi ibid. l. 71. Melia terra c. 419. l. 2. &c. Melinum album, & melinus color luteus ibid. l. 13. 20.
Melote quid ſit propriè c. 25. l. 67. &c.
Membliarus vel Membriarcus, Phœn. *Mambre baros* Cadmi cognatus in Thera inſula c. 424. l. 31.
Membliarus inſula prope Theram quæ & Anaphe c. 425. l. 4. &c.
Memblis eſt Melos, vide Melos.
Memnonis ſtatua a ſole contacta crepabat c. 278. l. 34.
Memphis ex *Moph* c. 346. l. 29.
Mena urbs Africæ in lacu Tritonide circa Syrtes c. 468. l. 13.
Menais, Menæ, Menænum, vide Palici.
Menander Pergamenus, vide Lætus.
Menandri Epheſii Phœnicum hiſtorici fragmenta quatuor de Phœnices regibus & judicibus c. 778. l. 10. &c.
Menas primus Ægypti Rex c. 676. l. 40.
Meneſthei portus, vide Aſta. Fabula de Meneſtheo in Hiſpania c. 614. l. 40.
Meninx vel Menix inſula Afri eadem quæ *Catarichias*, Lotophagitis, etc. c. 494. l. 27. 34. Nomen habet ab urbe metropoli ibid. l. 51. *Menix* ab aquarum receſſu aut defectu dicta c. 495. l. 10. etc. Ipſius amplitudo c. 406. l. 2. etc.
Menois, urbs Palæſtinæ prope Gazam c. 422. l. 57.
Menuthias inſula, non Cerne, ſed Madagaſcar c. 642. l. 45.
Meonia et Meones, vide Lydi.
Merbat ubi thus c. 106. l. 53. etc. Fortè Ptol. Mæphat in Adramitis ibid. l. 70.
Merbat et Berbat c. 105. l. 21.
Mercurius ſeu Chanaan unde dictus c. 11. l. 16. Servus ibid. l. 20. etc. Vits præfectus, et futurus Deus ibid. l. 45. Eloquentiæ Pater et aſtronomiæ repertor ibid. l. 51. 57. Jovi laſciviæ miniſter ibid. l. 66. Lac et mel illi libata ibid. l. 70.
Mercurialis Pœnis herba *aſumes* miniſtri ſuppl. Deorum, id eſt, Mercurii, qui ob id ipſum appellatur *Cadmilus* c. 765. l. 26. etc.
Merimorion Gall. *meliſſophyllon*, ut Arab. *marmabor* c. 676. l. 71.
Merodac et Berodac c. 101. l. 28.
Meroe Æthiopiæ urbs et inſula quam divea c. 272. l. 2. etc.
Meroen Cambyſes condidit, et de matris nomine appellavit c. 536. l. 57. 65.
Meſa Moſi, aliis Muſa vel Muza Arabiæ Aromatiferæ portus ad mare Rubrum, unde iter ad Sapharitas c. 144. l. 26. etc. Meſa non eſt Meccha, ſed Muſa c. 318. l. 40.
Meſech non eſt in Arabia Kedarena c. 184. l. 25. Id ex Davide probari perperam ubi *meſech* planè aliud ibid. l. 28. etc. Vide Rhos. Meſech et Thubal ſemper in Scriptura juncti c. 179. l. 65. etc. Id eſt, Moſchi et Tibareni, qui eodem modo junguntur in Herodoto c. 180. l. 21. &c. Tamen Meſech & Tubal latius patent quam Moſchi & Tibareni c. 181. l. 28. &c. Inde mancipia ibid. l. 70. & c. 182. l. 1. &c. Et vaſa ærea ibid. l. 25. Vel Chalybea ibid. l. 50. &c. Hi populi terribiles & fortiſſimi c. 183. l. 65. &c. Vide Mas.
Meſene, & Meſanæi c. 83. l. 35.
Meſer, hodiè *Alcairo*, Æg. metropolis c. 258. l. 62.
Meſopotamia in Oenotris c. 76. l. 46. Meſopotamia Syriæ ibid. l. 42. Priſciano Medamna ibid. l. 38. Ebr. *Aram-Naharajim* ibid. l. 35. *Paddan-Aram* ſeu *Sade-Aram*, id eſt, Meſopotamiæ culta pars incultæ oppoſita c. 77. l. 13. &c. Utriuſque limites & deſcriptio ibid. l. 22. &c. Xenophonti prior *Syria*, poſterior *Arabia* ibid. l. 58. Et *Suſoba* Epiphanio ibid. l. 66. Vide Paddan & Ur. Meſopotamia terra Chaldæorum c. 71. l. 1. &c. Hujus pars Babylonia ibid. l. 28.
Meſori Ægyp. quid c. 258. l. 64.
Meſpilum aronium Gr. *ἀρώνιον* Arab. *zarur* c. 139. l. 34. Meſpilum *ἀνθηδὼν* ibid. l. 35.
Meſraem, Meſtrem, Meſraim, vide Miſrajim.
Meſſabatæ, ubi ſiti & unde dicti c. 223. l. 30. &c.
Meſſana, vide Zancle.
Meſſapius mons Bœot. à ſpecula dictus c. 432. l. 43.
Meſſe unge Pœnis & *Meſſias* unctus c. 768. l. 40.
Meſſiæ imperii fines c. 869. l. 23.
Metalla plerumque in locis infrugiferis c. 599. l. 42.
Metatheſis c. 261. l. 20. & c. 400. l. 2. & c. 414. l. 25. & c. 420. l. 36.
Μεταμειψιάνες Perſis in uſu c. 223. l. 53. &c.
Methres, vide Belus.
Methuſela unde dictus c. 51. l. 83. Methuſela & Sela unde dicti c. 88. l. 53. 63.
Mozar & Mezara peregrinus c. 760. l. 65.
Μίλχος, id eſt, Vulcanus unde hoc nomen c. 706. l. 59.
Midacritus aut Melcarthus potiùs, plumbum ex Caſſiteridum inſulis primus attulit c. 648. l. 45. & c. 655. l. 48.
Migdol Æg. urbs Magdolos c. 277. l. 10. &c.
Mileſiæ lanæ quàm pretioſæ c. 26. l. 45. &c. De iis Græci & Chald. Ezech. 27. c. 27. l. 3. &c. Mileſia lana dicitur etiam quæ non eſt è Mileto ibid. l. 22. &c.
Mileſium naſturtium c. 387. l. 20.
Miletus *Anactoria* olim dicta c. 349. l. 2.
Miliaria Gallorum vocabula, vide Galli.
Miltine vel Miniacea orbs in Africa c. 485. l. 13.
Milyæ cur Solymi dicti, *Mulia* tumulus Talmudicis, & *Mulae* loca montoſa c. 363. l. 70. & c. 364. l. 2.
Milyas regio Solymorum montoſa cur ita dicta c. 363. l. 65. & c. 364. l. 2.
Mimallis, vide Melos.
Mimallonides a loquacitate dictæ, vel, a *mamal*, id eſt, torculari, ut Alunj c. 445. l. 27.

Minxis

Minæis fertiles agri palmetis c. 119. l. 14. &c. Per Minæos thus evehitur ibid. l. 28. Ibidem Myrrhæ proventus ibid. l. 45. &c. Minæorum metropolis Carna c. 120. l. 70. Minæi non dicuntur à Minoe, ſed à *Meunim* c. 121. l. 34. 57. &c. Vide *Maon.*
Minerva dicitur Ægyptiis *Neith* c. 136. l. 16. Minerva Beliſama c. 663. l. 57. &c.
Minium Punicè *manin & ſammanin* Græc. *ἀμμίνιον* c. 626. l. 44.
Minius Hiſp. fl. an à minio pigmento, vel contrà ibid. l. 35. &c.
Minoa ſeu Heraclea olim *Macara*, id eſt, exciſa dicta c. 555. l. 60. & c. 556. l. 12. 25. &c.
Minoa, vide Gaza.
Minorica ſeu Balearis minor c. 632. l. 36. Ejus oppida & unde dicta c. 634. l. 69.
Minyas Ebr. מני *Minni*, Armenia vel Armeniæ pars c. 20. l. 10. Inde Armenia dicta ibid. l. 16.
Miſraim & Phut Africam inter ſe diviſerunt c. 294. l. 45. Miſraim filii ſeptem qui fuerint juxta Veteres c. 262. l. 72. & c. 263. l. 3. &c. *Miſraim* duale pro *Meſorajim* à ſingulari *Maſor*, id eſt, Ægyptus c. 258. l. 65. *Maſor*, id eſt, munitus locus. Nulla regio naturali ſitu tutior c. 259. l. 2. &c. Vel ab anguſtiis facta vox ibid. l. 26. Miſrajim duale, quia duplex Ægyptus ibid. l. 33. Superior Pathros ſeu Thebais & Heptanomus, inferior Delta ibid. l. 39. 47. Hæc Ebr. *Raab*, Ægyptiis *Rib* vel *Rif*, id eſt, pyrum ibid. l. 70. &c. & c. 58. l. 71. &c. Unde Athribis, id eſt, cor pyri, nomus in Deltæ medius c. 259. l. 54.
Mocrotum ex Moſyllo c. 124. l. 52.
Moloch, Mars Coptitis c. 59. l. 51. Moloch idolum in cujus honorem pueri in ignem conjecti c. 528. l. 57.
Monœcus, vide Hercules.
Monobazus Rex Adiabenes c. 19. l. 42.
Montes et urbes cognomines c. 145. l. 20. &c.
Monymus et Azizus Edeſſæ Solis aſſeſſores c. 731. l. 70. Monimus eſt Mercurius ibid. l. 72. Origo vocis c. 732. l. 11.
Mons ignivomus c. 593. l. 6.
Moph et *Noph* Ebr. Memphis c. 277. l. 20.
Mors culta Gadibus, id eſt, Pluto c. 609. l. 71.
Moſal ubi c. 19. l. 19.
Moſcha in Adramitis portus thuriferæ regionis c. 106. l. 37. Moſcheni ubi ſiti c. 83. l. 26.
Moſchi non ſunt Moſſyni vel Moſſynœci c. 180. l. 47. Ubi ſiti ibid. l. 55. Non dicuntur ab arcûs tenſione, nec à Moſcho Sidonio, ſed a tractu montium c. 185. l. 60. 71. et c. 186. l. 4. etc. Horum arma c. 185. l. 63.
Moſcovitæ unde orti, vide Rhos.
Moſele Neptunus Ægyptiis c. 10. l. 3.
Moſis nomen quid ſonet c. 59. l. 35. Moſis Chymica c. 206. l. 68. Moſis hiſtoria cum Bacchi fabula collata c. 445. l. 71.
Moſychlus mons in Lemno in quo Vulcani fornax, unde dictus c. 399. l. 27. &c.
Moſſyni vel Moſſynœci unde dicti c. 180. l. 48 Non ſunt Moſchi ibid. l. 51. Ubi ſiti ibid. l. 65. Æs ibi ſplendidiſſimum c. 182. l. 36. Fortiſſimi c. 184. l. 2. &c. Maximè feri ibid. l. 7.
Mῶτ, id eſt, materia ex qua omnia c. 705. l. 73. & c. 706. l. 9.
Motene, vide Hul.
Motha pagus unde dictus c. 102. l. 6. ibi non cæſus Antigonus, ſed Alexander Balla ibid. l. 16. *Motho*, vide *Muth.*
Morrel, vide Hexi.
Motuca vel Motye Siciliæ urbs non procul à Pachyno c. 546. l. 53. & c. 547. l. 10. &c.
Motychanus Siciliæ fl. ibid. l. 9.
Motye Phœnicum oppidum opulentum in Sicilia, cujus ſitus qualis Tyri c. 509. l. 27. 48. Ratio nom. ibid. l. 56.
Much מוך vernaculè *bambaco* c. 690. l. 54.
Mugil Symæthius non Hymetthius c. 531. l. 70.
Muli inſignes in Balearibus c. 635. l. 31. Muli Henetici, Galatici, Cappadocici c. 178. l. 21. Mulæ in Cappadocia pariunt ibid. l. 22.
Mulier ſpicigera ſymbolum Africæ c. 490. l. 10. Mulieres Sacarum bellicoſæ c. 590. l. 42. Mulieres in bello, ita moris in Oriente c. 445. l. 11.
Murænæ Tarteſſiæ c. 607. l. 46.
Mures in Gyaro roſiſſe ferrum c. 485. l. 71. Murium in Africa genera tria c. 713. l. 61.
Muſa *Mim* unde deriventur c. 731. l. 5.
Muſchus unde vide Giormok.
Muſtela unde Hebræis חולד c. 622. l. 49. Muſtelæ Tarteſſiæ c. 607. l. 46.
Muſulum cinnamomum ex Muſulo ſeu Moſylo c. 124. l. 58.
Muth Pluto Phœnicib. c. 395. l. 58. & c. 584. l. 48. *Muth* mors & Pluto c. 610. l. 2. & c. 711. l. 10. *Motho* idem ibid. l. 15. Vide & c. 102. l. 8.
Mutiſtrata vel Ameſtratus Siciliæ urbs unde dicta c. 557. l. 15. &c.
Myconus, Mucon Phœn. ab inopia dicta. De Myconiorum paupertate adagia c. 410. l. 2. &c.
Mylæ, ubi boves Solis, ab armentis ita vocatæ c. 518. l. 32. 74.
Myrrha Duſaritis c. 51. l. 12. Dianitis c. 113. l. 50. In Abaſenis c. 106. l. 45. & c. 109. l. 4. Atramitica c. 108. l. 66. In Manitis ibid. l. 64. Myrrha Troglodytica ex Avalite ſinu, &c. omnium præſtantiſſima c. 119. l. 46. & c. 123. l. 62. &c. Cur Plinio barbara c. 124. l. 53. Myrrha ex Moſyllo ibid. l. 57. Ab hac diverſa Aminnæa c. 119. l. 59. Atramitica & Auſaritis ad Minæam pertinent ibid. l. 65. Abirminæa circa Muſam & Gabirea unde dictæ ibid. l. 71. & c. 120. l. 37. &c. Ebræis quid ſit myrrha עובר *Ober* ibid. l. 7. 43. &c. Myrrhæ locus medius inter Minæos & Manitas ibid. l. 56.
Myrtilus Cadmili filius Myrtoo mari nomen dedit c. 396. l. 15.
Myſi Lydorum fratres c. 86. l. 56.
Myſor Syria quid c. 707. l. 5.

N.

Nun נ Hebr. Nῦ Gr. c. 451. l. 14. 16. *Nun* נ per Syncopen vel Apocopen ablatum c. 347. l. 23. & c. 412. l. 22. & c. 737. l. 17. & c. 751. l. 70. Sæpe latet in puncto *Dagbes* c. 442. l. 1. &c. & c. 486. l. 53 *Nun* נ pro *Jod* · Syris c. 722. l. 19. *Nun* נ finale in nominibus Hebræis format accuſativos Græcos c. 397. l. 11. *Nun* נ & *Gimel* ג permutantur c. 262. l. 23. *Nun* נ permutatur cum *Lamed* ל c. 128. l. 2. & c. 520. l. 34. &c. & c. 767. l. 40. N & M Ægyptii permutant c. 277. l. 27. N ante B mutatur in M c. 398. l. 19.
Naarda ubi c. 35. l. 1.
Naarmalcha, fl. Regis c. 719. l. 40.
Naarmalcha & Narmalchas Euphratis alveus, vide Euphrates.
Nabatææ Petra ubi ſita c. 225. l. 72. Nabatæi filii Nebaiot primogeniti Iſmael ibid. l. 55.
Nabla vel nablium, Sidonium inventum c. 728. l. 22. Sonis duodecim ibid. l. 36. Pulſatur digitis & inter pulſandum vertitur ibid. l. 37. Inſtat utris ibid. l. 41. David primus meminit ibid. l. 43. Nablium Heſychio diſſonum, aliis contrà ibid. l. 46. Nablium Phœnicium organum lyræ vel citharæ ſimile c. 666. l. 41.
Nabuchodnoſor an Hiſpaniam ſubjecerit c. 601. l. 25. De Nabuchodonoſoro Philoſtrati locus inſignis c. 778. l. 9. Nabuchodonozor Babylonis non tam conditor quàm reparator c. 233. l. 45. Quid ab illo præſtitum ibid. l. 62. Nabuchodonoſori geſta quædam fabuloſa c. 160. l. 61. &c. An Ninivem deleverit, aut ſubegerit c. 254. l. 28 45.
Naclit oppidum ubi ſitum c. 748. l. 63. Quando conditum ibid. l. 64. Et unde dictum ibid. l. 68. *Naclis* ut Nicolaus Ebr. palmulæ ſpecies ibid. l. 70.
Namphanio Punicè in Auguſtino boni pedis homo, imò *Namphamo* c. 766. l. 20.
Nannacus, vide Enoch.
Nanæa pro Anæa c. 245. l. 36.
Nant Brit. vallis unde c. 679. l. 29.
Nantuates unde dicti hodiè *Pais de Vaux* ibid. l. 33.
Nanas erro, Ulyſſis nomen apud Tuſcos c. 555. l. 32.
Naphtæ fons ubi c. 245. l. 1.
Naphtuæis nomen à Nephthy. Montium abrupta ad mare ſic Ægyptii appellant c. 280. l. 24. &c. Hos fuiſſe in Marmarica ibid. l. 48. Aptuchi fanum huc alludit c. 283. l. 73.
Narat Afris eſt buphthalmus & unde c. 756. l. 32.
Nardus Sampharitica c. 546. l. 27.
Naron Illyrici fl. unde dictus c. 461. l. 21.
Narragas, Euphratis alveus, vide Euphrates.
Narycia pix non Neritia vel Naryſia c. 597. l. 7. 15. Narycii Locri ibid. l. 10. Naryx vel Narycus patria Aiacis Oilei ibid. l. 12.
Naſamones unde dicantur c. 284. l. 56.
Naſturtium Mileſium c. 387. l. 20.
Navis Saturni ſymbolum c. 4. l. 30.
Naves Phœnicum partim rotundæ partim oblongæ c. 739. l. 33 &c. Navigiis cum vaſis multæ voces communes ibid. l. 1. Naves Græcæ rotundæ, primaque longa Argo ibid. l. 9. Naves *λαφυρόφοροι* c. 586. l. 27. Naves papyraceæ in Ægypto c. 213. l. 5. Naves Naxiæ c. 412. l. 44.
Nautæ peritiſſimi Athenienſes c. 299. l. 6.
Nαῦς, *νάϊς* & *ναῦς* quid Gr. c. 412. l. 6. &c.
Naxuana urbs Armeniæ ad Araxem c. 17. l. 52.
Naxus urbs Siciliæ c. 525. l. 16. Una Cycladum c. 405. l. 60. Nomen eſſe Phœnicium probatur ex Grammaticis c. 411. l. 70. & c. 412. l. 23. Quam opulenta ibid. l. 30. &c. Figura qualis ibid. l. 47. Baccho ſacra c. 568. l. 32. Biblinum vinum à Bibline Naxi fl. ibid. l. 46. Naxium vinum nectar ibid. l. 50. Bacchi & Ariadnes amores Naxi ibid. l. 63. Naxus à Pholo Centauro Baccho data ibid. l. 68. Naxiarum partus octimeſtris ibid. l. 70. Fons vini Naxi ibid. l. 72. Thebanos vitem à Naxiis redemiſſe c. 569. l. 8. Naxus Siciliæ minor dicta ibid. l. 13.
Nea inſula prope Lemnum ubi morſus Philoctetes unde dicta c. 399. l. 47.
Neapolis & Tripolis urbs Africæ eadem. Leptis diverſa c. 450. l. 52. Neapolis cur olim Parthenope c. 594. l. 1.
Nebriſſam dictam fabulantur à Bacchi nebride c. 613. l. 71. Vera vocis origo c. 614. l. 2.
Neco, vide Africam & Phœnices.
Nectar Babylone c. 52. l. 27. Naxi c. 568. l. 50.
Neetum, *Νέητον* Siciliæ urbs in aſpero ſolo, unde dicta c. 544. l. 17. &c.
Neides vel Neades feræ in inſula Samo, quarum barritu ſolum diffindebatur c. 378. l. 43. Oſſa earum oſtenſa, eadem fortè quæ Amazonum ibi à Baccho interemptarum ibid. l. 65. De Neadibus Prov. ibid. l. 63. Terræ motus intelligi c. 379. l. 12. &c. Neides unde dicantur c. 380. l. 18. *Nid* Ebr. commotio & *nad* verbum de motu terræ ibid. l. 19.
Neith Minerva Ægyptiis c. 136. l. 16.
Nemauſus à quo condita c. 657. l. 35.
Nepotes filii dicuntur c. 80. l. 20.
Neptunus maris Deus idem qui Japhet c. 9. l. 1. Regnavit in inſulis & locis maritimis ibid. l. 19.

l. 10. Unde dicatur ibid. l. 68. & c. 284. l. 7. Vide [illegible]. Equos currui jungere primus docuit c. 399. l. 24. Ægyptiis dicitur *Moſele* c. 10. l. 3.
Nιφθυs Ægyptiis terræ extrema ad mare c. 9. l. 71. & c. 280. l. 28. & c. 284. l. 9.
Nerium in Artabris finis terræ c. 169. l. 26. & c. 313. l. 23.
Neſſe eſſe ſade in Apuleio non capillum Veneris, ratio nom. c. 762. l. 59. &c.
Nibarus, vide Lubar.
Nibras, vide Lipara.
Nicaule vel Nicolaa regina Saba c. 134. l. 3. & c. 135. l. 58.
Nilus ſupra Ægyptum ut Mæander anfractuoſus c. 264. l. ult. Nili Ancones c. 265. l. 9. Nili flexus deſcribuntur ibid. l. 55 Nilus cur oriri creditus circa Moſylon, & Avalitem ſinum, & Pygmæos babitaſſe circa fontes c. 125. l. 17. &c. Nili alveus è Nilo ductus ad Mare Rubrum quando inchoatus & perfectus c. 107. l. 60.
Nimrod, vide Belus. Nimrod quid habeat commune cum Baccho c. 13. l. 3. &c. Gigas ſcilicet [illegible] & e Semi ſtirpe c. 312. l. 42. &c. Chuſi filius c. 226. l. 42. Ab eo incipit ætas ænæa ibid. l. 44. Saturnum, id eſt, Noam è regno ejicit c. 227. l. 10. &c. Nomen à rebellione ibid. l. 16. Hujus geſta ad Ninum referunt qui babuit Arabum exercitum, id eſt, Chuſæorum ibid. l. 18. His indulta Suſiana quæ inde Cus & Cuth dicta ibid. l. 25. Nimrodi [illegible] ſupra fratres ibid. l. 30. Quorſum vocetur *gibbor*, id eſt, potens, non gigas, & *venator coram Domino* ibid. l. 36. &c. Venatio illi fuit gradus ad Monarchiam c. 228. l. 27. Hoc prætextu comites ad belli labores induravit ibid l. 28. &c. Regni initium in terra Sinbar c. 229. l. 36. Inde in Aſſur egreſſus ædificavit Ninivem, &c. ibid. l. 37. Verba Moſis ſic explicanda ibid. l. 40. &c. Cur Belus dictus c. 233. l. 28.
Ninus & Babylon initio eoſdem habuêre Dominos c. 229. l. ult.
Niſæus campus, ubi equorum myriades XV vel XVI c. 94. l. 30. Vide Ragau.
Niſibis nomen quid ſonet c. 745. l. 58.
Niſyrus dicta Porphyris à Purpuris c. 156. l. 12.
Niſyrus fragmentum inſulæ Coæ. De ea fabula c. 373. l. 60 &c. Origo vocis c. 374. l. 10. Mons Prion, id eſt, ſerra in parte Coæ unde Niſyrus abrupta ibid. l. 57.
Nitocris una Babyloniæ, duæ Ægypti Reginæ, vox explicatur c. 135. l. 73. & c. 136. l. 2. &c.
Nitrum, vide Cimolia.
No Amon, vide Amon-No.
Noa Saturnus Veterum c. 5. l. 26. Juſtus, juſtitiæ præco ibid. l. 32. In omnes homines naturale babuit imperium c. 2. l. 17. *Iſte conſolabitur nos* c. 3. l. 2. *Vir terræ* ibid. l. 28. Plantavit vineam ibid. l. 40. Vino ſuccubuit ſemel ibid. l. 56. Cur Chamo maledixerit ibid. l. 72. & c. 4. l. 7. Ex diluvii aquis emerſit ibid. l. 29. Prædixit diluvium c. 5. l. 17. Damnavit mundum ibid. l. 16. Tres liberi ſuperſtites ibid. l. 49. Inter eos de primatu contentio c. 65. l. 23. Nullos generavit liberos poſt diluvium c. 31. l. 17. etc.
Noba et Nobæi ubi c. 79. l. 40.
Nod terra unde dicta c. 51. l. 3.
Nola Campaniæ urbs à Tyriis condita juxta Solinum c. 581. l. 46. Potiùs à Thuriis, vel à Tuſcis ut vicina Capua c. 582. l. 43. etc.
Nomen pro Deo c. 48. l. 26. Nomen [illegible] primitivum c. 649. l. 29.
Nomi XXXVI in Ægypto Regna vocat Eſaias. Græci nomos interpretantur, quod aliter acceptum c. 260. l. 15. etc. Nomi in Judæa et Perſide ibid. l. 48. Nomus quid propriè ibid. l. 52. Nomi vox nec Græca, nec Libyca, ſed Ægyptia et ſemi-Syra ibid. l. 64 etc.
Noph et *Moph* Ebr. Memphis c. 277. l. 20.
Nora Sardiniæ urbs, quam condidiſſe fertur Norax Hiſpanus c. 573. l. 64. Contrà Noræ nomen Punicum c. 574. l. 9.
Notus et Auſter unde dicti c. 21. l. 70.
Nubæ ſeu Nobæ in Avalitis, id eſt, Pygmæi c. 125. l. 7. etc. Nubæ alii prope Nilum, id eſt, Abyſſini, in quorum copiis C M equitum ibid. l. 64. 72.
Nummi in quibus Saturni caput et navis c. 4. l. 30. etc.
Nyrtia Fortuna Tuſcis c. 584. l. 42. Dea Volſineoſium et Sutrinorum ibid. l. 46.
Nyſa mons Arabiæ unde dictus c. 440. l. 61. Nyſa ubi c. 12. l. 20.

O.

O in A mutant Arabes c. 123. l. 15.
Oanus Siciliæ fl. à earectis dictus c. 549. l. 28. 33.
Oaſis vel Auaſis unde dicta c. 480. l. 1. &c. Vide [illegible].
Obal, Arab. *Aubal* vel *Abal*, nomen fecit emporio et ſinui Abaliti vel Avaliti, unde ebur, teſtudo et myrrba Troglodyt. omnium optima c. 123. l. 12. 20. etc.
Obareni in Armenia c. 81. l. 49.
Oblivionis fl. vide Lethes.
Obruſſa quid propriè c. 139. l. 16.
Obryxum aurum unde dicatur ibid. l. 13.
Obulcum, vide Pæcula.
Oceanum terram cingere probatur ex Sileno, Orphæo, etc. et ex Thargum c. 637. l. 49. et c. 638. l. 5. Inde Arab. *mare ambiens*, et Gr. [illegible] ibid. l. 14. Item [illegible] et quare ibid. l. 67. Oceanus a Græcis ſerò navigatus ibid. l. 17. Tamen Homero notus ibid. l. 21. etc. Edocto nimirum à Phœnicibus, qui circa Solomonis tempora cœperunt Oceani remotiora frequentare ibid. l. 50. 60. etc. Oceani quas partes exploraverint c. 639. l. 16. etc.
Ocelis, vide Ocila.
Ocha Eubœa cur dicta. Nugæ Grammaticorum c. 402. l. 27. &c. Ocha Eubœæ mons altiſſimus & vetuſta urbs ibid. l. 32.
Ocila vel Ocelis portus Gebanitarum c. 115. l. 64.
Odores Aſſyrii, unguenta aromatica c. 240. l. 71.
Odryſarum regnum quantum patuerit c. 152. l. 69. Vide Teres.
Oea, Eoa, Æa, &c. Africæ urbs in Tripoli Phœn. [illegible] c. 479. l. 67. Magoa urbs c. 480. l. 18. De ſitu error ibid. l. 12.
Oebalum Laconum Regem perperam confundi cum Obale de quo Moſes c. 458. l. 25.
Oenas columbæ ſpecies quæ *Carminno* Syris c. 747. l. 49. 54.
Oenotropæ tres Anii filiæ, Oeno, Spermo & Elais, qua vi pollere creditæ, & origo fabulæ c. 406. l. 61. &c.
Oeſtrymnides inſulæ, id eſt, Caſſiterides c. 651. l. ult. & c. 652. l. 1. Pœnorum & Himilconis in eas navigationes ibid. l. 6. &c. Vide Caſſiterides.
Ogeni domus c. 209. l. 7.
[illegible] vel [illegible] eſt Pallas, ratio nominis c. 427. l. 41. 52. & c. 745. l. 67.
[illegible] & [illegible] Oceanus cur dictus c. 635. l. 67. &c.
Ogmius, Gallis cur Hercules c. 663. l. 73. Ejus habitus peregrinus c. 664. l. 4. Idem eloquentiæ magiſter ibid. l. 13. &c.
Ogrylle, vide Gurulis.
Olba Solymorum urbs, non Olbia c. 363. l. 9. 15.
Olbia Sardiniæ urbs, à quibus condita & unde dicta c. 574. l. 36. & c. 577. l. 36. Quomodo à Romanis capta ibid. l. 53.
Oleum Venafranum c. 603. l. 9. &c.
Oltarus fortè Ariel c. 416. l. 18.
Oliſippo Luſitaniæ metropolis ubi ſita & unde dicta c. 627. l. 33.
Om fl. Lar Ptol. *Phalg* Nub. Geographo c. 221. l. 15.
Omanitæ circa Om fl. ibid.
Omanus, id eſt, Sol c. 245. l. 29.
On [illegible], vide Heliopolis.
Onca Minerva Phœniciè, & Oncæ Thebarum portæ unde dictæ c. 427. l. 40 & c. 663. l. 48. & c. 745. l. 67.
Onoba Bæticæ urbs, unde dicta c. 603. l. 28. Ubi ſita c. 613. l. 59. Cur Liſturia cognominata ibid. l. 64.
Onohala Siciliæ fl. qui & Tauromenius c. 524. l. ult. & c. 525. l. 1. Ad ejus oſtium fanum Veneris, & gerrhæ, id eſt, pudenda pro faſcino ibid. l. 13 *Onbola* quid Arab. ibid l. 46.
Onvana Minerva Gallis, ut *Onga* Phœnicibus c. 663. l. 51.
Ophir, ò miſſæ claſſes Solomonis & Hirami c. 691. l. 38. &c. Ophir duplex, una in Arabia, altera in India, nempe Taprobana c. 138. l. 31. & c. 691. l. 49. Horum nomin [illegible] ibid. Cujus portus Hippuros eſt Ophir c. 691. l. 33. Vide Taprobana. Ophir Arab. *Auphar*, id eſt, locus ditiſſimus c. 137 l. 74. & c. 138. l. 14. Fœmin. *Uphre* pro quo Urphe in Eupulemo ibid. l. 17. Aurum ibi quàm facilè, quàm purum, quantà copià effodiatur, quam vili precio comparetur ibid. l. 58. &c. De Ophir Arabiæ loca Scripturæ c. 140. l. 58. &c. Ophir Solomonis c. 141. l. 18. &c. De ejus ſitu variæ ſententiæ, verior quæ in Arabia ponit ibid. l. 30. &c. Ophir à Cophene plurimum diſtat c. 97. l. 28.
Ophiuchus, vide Rhodus.
Ophiuſa quæ & Colubraria una è Pityuſis c. 637. l. 6.
Novus Orbis an Pœnis cognitus c. 645. l. 26. &c.
Oreſtes ubi à mania liberatus c. 360. l. 24. &c.
Orethus Siciliæ fl. vid Eleutherus.
Orgia Chald. *orzaja* c. 445. l. 58.
Ori Chymica c. 206. l. ult.
Oribaſii legatio ad Apollinem c. 430. l. 72.
ex Oriente profecti primi homines cur dicantur Gen. 11. variæ ſententiæ c. 30. l. 58. &c.
Origanum Tenedium c. 387. l. 14. 21. Origanum quomodo Syris & Arabib. ibid. l. 10.
Origo in Euſebio pro virago c. 478. l. 71.
Orinus in Sicilia, id eſt, albus fons c. 543. l. 52.
Orion Zanclo Regi Zancles portum extruxit c. 524. l. 11.
Oriundes fl. Illyrici unde c. 461. l. 35. 44.
Oroba Aſſyriæ urbs unde dicta c. 256. l. 11.
Orolpeda, malè Ptol. Ortoſpeda, id eſt, mons Argenteus, quorſum c. 601. l. 49. &c.
Ortygia inſula prope Syracuſas c. 539. l. 27. & c. 541. l. 55.
Oſiridis caput dæmonia vi Byblum ex Ægypto delatum nave papyracea c. 283. l. 5.
Oſſa Amazonum à Baccho occiſarum in Samo c. 378. l. 66. Anakæorum Hebrone & Damaſci c. 348. l. 61. 65.
Oſroene, vide Choſroene.
Oſſon in Abaſenis aroma quale c. 106. l. 45. & c. 109. l. 6.
Oſſonoba Luſitaniæ urbs unde dicta c. 603. l. 29.
Oſſum pro Oſſe in Auguſtino fortè ex Punico [illegible] c. 766. l. 28. 36.
Oſthanis Chymica c. 206. l. 73. & c. 208. l. 24.
Otrus, Otus, Otene, vide Hul.
Oves in Bætica prope Bætim rutili velleris c. 627. l. 45. &c. Oves in Erythia c. 612. l. 78.
Oſyarcs Perſis *Achaſueros*, vulgo *Aſſuerus* c. 395. l. 9.
Oxyartes Nino æqualis, Bactrian. Rex c. 205. l. 45.
[illegible] Pœnis *ebudua* pro *achudua*, id eſt, juncus niger c. 757. l. 64. & c. 758. l. 2. &c.

P.

Pe פ Hebr. [illegible] Gr. c. 451. l. 14. 16. Pe פ & *Beth* ב mutantur c. 191. l. 44 & c. 545. l. 64. Pe פ dageſſatum exprimitur per M P c. 718. l. 72. Pe פ & Mem מ permutari c. 557. l. 41. &c. פ & T & P & T ſæpe confundi c. 277. l. 39. & c. 415. l. 58. &c. & c. 636 l. 27. Vide & literam *Beth* ב
Pachynus Siciliæ promontorium Punicè *Bachun* à turri ſpeculatoria c. 545. l. 56. &c. Pachyni portus c. 546. l. 23.

Digitized by Google

Pactolus, vide Ladon.
Paddan-Aram non eſt Meſopotamia Syriæ, nec gemina Syria, ut volunt, ſed Meſopotamiæ culta pars c. 76. l. 42. 54. & c. 77. l. 54. &c. *Paddan* vel *Phaddan* eſt ager ſativus c. 76. l. 57. *Paddan-Aram* etiam *Sede Aram* c. 77. l. 4. Vide Meſopotamia.
Pagaſæus ſinus idem qui Pelaſgicus c. 400. l. 46. A Pagaſis ubi largi fontes, onde nomen, non ab Argo nave ibi compacta ibid. l. 58. 70. In eo ſinu inſula cur Cicynethus appelletur ibid. l. 48. & c. 401. l. 2.
Palæmon, vide Melicerta.
Palætyrus de qua Juſue c. 302. l. 64.
Pales ruſtica Dea unde c. 733. l. 67.
Pallas occidit belluam ignivomam in Phrygia c. 175. l. ult.
Pallium *Sinbar* Joſ. 7. 21. quale c. 25. l. 32. &c. Pallium aluminatum quale c. 27. l. 34. &c.
Palicorum in Sicilia ædes & lacus *Delli* perjuris graves c. 533. l. 55. &c. Ibi Oraculum & aſylus c. 534. l. 20. Palici Pœnis *Palichim*, id eſt, ἐπανελ ibid. l. 52. Origo vocis fabuloſa ibid. l. 29. &c. Adrani filii c. 530 l. 51. Palicorum fons Menais c. 535. l. 56. Ibidem urbs Palice quæ & Menæ & Menænum ibid. l. 58. &c.
Palmifera loca plurima c. 118. l. 28. & c. 119. l. 1. &c.
Palmyra à Solomone condita in Hamath Soba c. 79. l. 12.
Pammenis Chymica c. 208. l. 21.
Pamphila Latoi filia veſtes retexere rurſuſque texere invenit c. 374. l. 39.
Panchaiæ thus c. 104. l. 58.
Pan cur terrores Panicos dicatur immittere c. 444. l. 10. &c. Faunus itidem ibid. l. 17. Confer Faunus.
Pangæus Thraciæ mons ubi metalla reperit Cadmus c. 392. l. 73. & c. 393. l. 1.
Panaag quid in Ezechiele c. 346. l. 11.
Panodorus Monachus Chymicus c. 208. l. 29.
Panormus Phœnicum in Sicilia metropolis quomodo Punicè c. 514. l. 16. 27.
Pantagius vel Pantacias, Sicil. fl. qui Cereri filiam quærenti obſtrepuit unde dictus c. 537. l. 29. &c.
Panthera ex Cilicia c. 359. l. 62. &c.
Papaver corniculare Pœnis *ſiſmaca*, id eſt, ſeſamum nigrum: quorſum vocetur ſeſamum, quorſum nigrum? c 759. l. 16. &c. Papaveris & ſeſami promiſcuus olim uſus in panificiis ibid. l. 22.
Paphlagonia onde dicta c. 392. l. 12.
Paphus Pygmalionis ſucceſſor Paphum condidit c. 353. l. 44. De Paphiæ Veneris templo multa Tacitus ibid. l. 46. Paphus, Epaphus, & Ahib ibid. l. 58.
Papyraceæ naves in Ægypto c. 213. l. 5.
Παραπέμπω pro oppoſito ſumi c. 087. l. 6.
Παρέμπορος, vide ἔμπορος.
Parcarum fabola unde c. 375. l. 29.
Parchor Propheta c. 208. l. 37.
Parma Punicum ſcutum quale & unde dictum c. 741. l. 70. & c. 742 l. 2. &c.
Παρνάσιος pro magoo c. 432. l. 40. Parnaſſus & Parnes montes unde appellati ibid. l. 61.
Paronomaſiæ in Scriptura c. 148. l. 26. &c.
Parthenium ſeu Tarſus à quo condita c. 179. l. 22. Parthenium Punicè *thamacath* ut Ebr. תמכה *thamca*, Syr. תמכתא *thamcetha*, Rom. tamnacum, vulgò *tanacetum*, vernac. *tanniſie* c. 755. l. 48. &c. Hujus uſus in eſu agni Paſchalis ibid. l. 57.
Parthenope Sirenum una Neapoli condita c. 594. l. 1.
Parrhi, Medi & Saroiatæ affines c. 198. l. 28.
Parus Zacynthus dicta quia montoſa c. 412. l. 53. Ibi marmor Lychnites ex terræ cavernis ad lucernas eruitum ibid. l. 65. Paro inde nomen c. 413. l. 5. Cur eadem Cabarnis ibid. l. 29.
Paſabo, vide Sabo.
Paſargadæ unde dicti c. 224. l. 21.
Paſcha Anglis eſt *Eaſtertime* unde c. 676. l. 54.
Paſi ſinus & Phaſis fl. in Taprobana unde aurum in *pae* c. 141. l. 60.
Paſtinaca ſylveſtris quam volunt eſſe daucum, Punicè *ſicham* à nigredine radicis c. 754. l. 36.
Paſtores cur Ægyptiis execrandi c. 357. l. 56. &c.
Patæci Dii Phœnicum, Herodoto in prora, Heſychio in puppi navium ubi tutelæ locus c. 712. l. 54. &c. Quâ formâ ibid. l. 56. Unde dicantur. Scaligeri ſententia c. 715. l. 3. Noſtra ibid. l. 6. Vide & c. 740. l. 41.
Pater, id eſt, conditor c. 13. l. 27.
Πατικὸς quid ſignificet c. 295. l. 2.
Pateræ ſacerdotes Apollinis unde dicti c. 666. l. 3. Paterius ibid. l. 16.
Pathros non eſt Peluſium c. 275. l. 9. &c. Nec Pharuſit ibid. l. 58. Nec Arab. Petra ibid. l. 64. Nec Ægypti villa Phatures ad unum è Nili oſtiis c. 276. l. 9. Sed provincia Thebais, quæ modò cenſetur Ægypti pars modò ab ea diſtinguitur ibid. l. 12. &c. Ægyptii Ezech. 20. reducendi in terram *Pathros*, id eſt, in Thebaidem, quæ maximè fuerat afflicta ibid. l. 48. &c. Pathros aliis Phatures, unde Phaturites nomus Plinio c. 277. l. 33. Et Pathyris Ptol. perperam Ταθυρὶς ibid. l. 38.
Pathures, vide in Pathros.
Patmo inſulæ nomen à terebintho qui *batbmo* Syris c. 381. l. 40. &c.
Patumos Ægyp. urbs Moſi *Pitom* c. 277. l. 16.
Patzinaciræ, Daces c. 199. l. 44.
Pelagus pars Bætis fl. circa Cordubam c. 606. l. 1.
Pelinas, Pelinæus & Pelinnæus, mons altiſſimus in Chio c. 383. l. 4. Mons *peli naas*, id eſt, mitandi ſerpentis à dracone ubi latente ibid. l. 26. 53. &c. Peliona, urbs Theſſaliæ ibid. l. 36.
Pelorum Siciliæ promontorium c. 552. l. 56. Pelori Græcum nomen cur dici putetur à Peloro gubernatore Annibalis ibi ſepulto ibid. l. 57. & c. 523. l. 15. &c.
Peluſiacæ lentes c. 217. l. 36. &c.
Peluſium Ebr. *Sin* c. 275. l. 12. Utrumque nomen à luto ibid. l. 19. Robur & clavis & oſtium Ægypti ibid. l. 23. &c. Sinæi Eſaiæ ſunt Peluſiotæ ibid. l. 37. Peluſium Æg. urbs antiquiſſima c. 261. l. 63.
Pempedula Gall. quinque folium unde c. 677. l. 12.
Pen Gall. unde c. 678. l. 1.
Penninum jugum in ſummis Alpibus unde dictum ibid. l. 18.
Πέντηχος Bœot. vaſis genus quomodo Ebr. c. 437. l. 39.
Peparethus etiam Evœnus c. 400. l. 9. Unde dicatur ibid. l. 20.
Perca, vide Bætis.
Percus, Pergus, Pergula, locus prope Ennam ubi Proſerpina rapta unde dictus c. 533. l. 22.
Perdices infeſtant periculoſè quos c. 426. l. 12.
Pericionius Bacchus cur in Saturni ſphæra c. 443. l. 4. 14.
Periclymenon Pœnis *lanath* ab emolliendo, aut quia לן *lan* eſt pernoctare, nam legebatur noctu c. 756. l. 52. &c.
Periſtereon ſeu verbenaca Pœnis *azirgozol* herba pulli columbarum, & *zimicam*, imò *zibicum*, id eſt, herba columbarii c. 763. l. 9. 32.
Permeſſus, vide Holmius.
Perſarum arcus prægrandes c. 266. l. 23. Perſarum clibanarii, vide clibanarii. Perſæ & Aſſyrii ἀβέρβατοι c. 247. l. 17. H ut χ vel κ efferunt c. 113. l. 61. Nomen eis ab equitatu & equis c. 224. l. 34. His Cyro autore primum aſſueverunt ibid. l. 47. Itaque tum demum Perſæ dicti ibid. l. 57. Antea Perſis Cuth & Elam ibid. l. 48.
Perſica lingua an ad Germanicam accedat c. 61. l. 40. Ejus voces in libris Danielis Eſræ & Eſtheræ ibid. l. 6. &c. Hujus reliquiæ in Perſica hodierna ibid. l. 38. Uſitata in ea παμμιξίαι c. 223. l. 53. &c.
Peſitana herbæ genus Talmudicis c. 9. l. 35.
Πίσυρες, πέσυρες, πίσυρες Æol. quatuor, unde *pedwar* & *pedar* Britan. c. 671. l. 56.
Petoritum Gallici vehiculi genus unde dictum ibid. l. 52.
Petra, vide Recam & c. 275. l. 66. &c.
Peucetia, vide Calab.
Φ & Π permutabilia c. 347. l. 1.
Φ & Θ permutari c. 408. l. 40.
Phacas Phœnix quomodo vocetur Ebr. c. 367. l. 44.
Phacuſa vel Phacuſæ pagus Ægypti ubi ſitus & unde dictus c. 217. l. 27.
Phæaces, id eſt, eminentes quorſum Corcyræi dicti c. 464. l. 6. &c.
Phala Sidonius dux claſſis Memnoniæ Rhodi ſubſtitit cum ſuis et ibi cæſus eſt c. 367. l. 48. &c.
Phalacrocorax in Balearibus c. 635. l. 34.
Φάλαινα, vide balænæ.
Phalantus Phœnicum dux quomodo Ebr. c. 367. l. 31. 42.
Phaleg unde dictus c. 91. l. 15. Quando natus c. 2. l. 15. & c. 37. l. 52. An ab eo Phalga urbs c. 93. l. 52. Phaleg ſe cum Ragau contuliſſe in Europam figmentum eſt c. 95. l. 44. Tria ejus ortum inſigniunt ibid. l. 64. Facta illo naſcente non moriente gentium diſperſio ibid. l. 70.
Phalga urbs ad Euphr. media inter duas Seleucias, quid nomen ſonat c. 93. l. 56. 61.
Phallus unde dictus c. 445. l. 47. Phalli in Bacchi honorem quorſum erecti c. 446. l. 62.
Phanace Bacchi nomen à fremendo ut Bromius c. 441. l. 56.
Phanturites, vide Pathros.
Pharaonis nomen quid ſignificet c. 59. l. 31. & c. 137. l. 28. Pharaones cur Abrahæ, Joſepho & Moſi ἀνώνυμοι c. 316. l. 31. 40. 48.
Pharis inſula eadem quæ Meninx unde dicta c. 494. l. 38. & c. 495. l. 29.
Pharmarus Angelus Magiæ inventor c. 205. l. 62.
Pharus quantum diſtet ab Ægypto c. 268. l. 42. 65. Fabulæ Homeri de eo ibid. l. 67. &c.
Parphar fl. Damaſci c. 79. l. 56.
Phaſeoli cur Arab. *loba* & *lobia* c. 296. l. 73.
Phaſianæ Deæ habitus c. 287. l. 63.
Phaſiani quàm hoſpitales c. 289. l. 3. &c. Nulla gens cultior ibid. l. 14.
Phaſianus non ſemper è Phaſi c. 27. l. 26.
Phaſis unde dictus c. 289. l. 29.
Pharnace Cinyræ mater c. 355. l. 12.
Phattaga crocodili ſpecies c. 501. l. 46.
Phatures, vide Patros.
Pherecydis Syrii allegoriæ c. 208. l. 45. De eo multa & de altero Pherecyde Babyis filio ibid. l. 55. &c. Pherecydea terræ motum quomodo præſenſerit c. 380. l. 31. Pherecydes Syrius è reconditis Phœnicum libris Philoſophiam didicit, & apud Græcos primus docuit c. 480. l. 70. De ejus heliotropio multa c. 411. l. 12. &c.
Pherezæi in montanis c. 307. l. 41.
Phicius mons Bœot. à Sphinge quam Φίκα Bœoti vocant c. 432. l. 65. &c.
Philæ unde c. 269. l. 35. Vide & Phul.
Philaſtrii hæreſes, non verè hæreſes c. 63. l. 21. 38.
Philiſtæorum dialectus qualis c. 701. l. 69.
Philocandrus, vide Pholegandrus.
Philoctetes à ſerpente morſus cum Lemnon iverit c. 398. l. 25.
Phineus à Phœnice ſeptimus Bithyniæ Rex Argonautis æqualis c. 391. l. 13. Ab eo Phineum & Phinopolis ibid. l. 57. Phineum in Thracia regnaſſe quidam volunt c. 392. l. 1.
Φώκαινα delphini ſpecies c. 586. l. 11. &c.
Phocenſes in Sicilia, vide Elymi.
Phœnice & Phœnicum ſedes prope Phaſelidem c. 362. l. 37. &c. Phœnice occidentalis circa Carthaginem & Syrtes c. 746.

745. l. 14. &c. Orientalis circa Libanum ibid. l. 48. Magni ſinus in utraque ibid. l. 16. 55. Quandoque eam includit Syria, quandoque ab ea diſtinguitur c. 349. l. 26. Licet terrarum anguſtiſſima tamen colonias emiſit ferè per totum orbem c. 351. l. 15. &c. Variæ cauſæ migrationum ibid. l. 17. Phœnicum coloniæ quam multæ ibid. l. 46. Phœnice pro Caria c. 366. l. 60. Phœnice prope Rhodum ibid. l. 65. Phœnix mons & vicus ibid. l. 67. Phœnice inſula in ſinu Matyandinorum c. 392. l. 4. Phœnice cur Rabbotin & Colpitis c. 746. l. 6.

Phœnices à Chananæis orti c. 300. l. 58. Phœnicum & Chananæorum nomen promiſcuè uſurpatum ibid. l. 43. Phœnices nec a palmis, nec à puniceo colore Maris Rubri dici c. 301. l. 12. 23. Phœnicum nomine etiam Judæos intelligi ibid. l. 34. Cur Chananæorum nomen Phœnices abjecerint ibid. l. 45. Phœnices in Oceano c. 638. l. 51. A Necone miſſi totam Africam circumnavigarunt c. 639. l. 35. In Occaſum converſi ſolem habuère ad dextram ibid. l. 39. Phœnicum Indicæ navigationes & in magnam inſulam ultra Gades ibid. l. 47. Ex Rhodo pulſi à Caribus c. 367. l. 20. Cum ſuis coloniis Ebraiſmum ubique diſſeminarunt c. 345. l. 25. E Mari Rubro veniſſe multi tradunt c. 301. l. 20. & c. 683. l. 12. Quomodo in Judæos id quadret ibid. l. 52. Et in Idumæos & Amorrhæos ibid. l. 63. 72. Id a Perſis jactari reſpectu Cuthæorum c. 684. l. 23. Nihil tale in Phœnicum annalibus, nec ſibi conſtant qui id referunt ibid. l. 16. An tenuerint Byzantium & Chalcedonem c. 393. l. 51. Metallorum conflatores c. 594. l. 44. Phœnicum & Ægyptiorum ſacra diverſa c. 357. l. 28. Ex ſyderibus navigationem dirigebant c. 350. l. 50. Aſtronomiæ periti c. 411. l. 42. Quando navigarint in Hiſpaniam c. 166. l. 38. Quas orbes condiderint c. 167. l. 24. &c. Auro Hiſpanico in immenſum locupletati c. 170. l. 20. &c. Loca nuper detecta vetuſtis nominibus cohoneſtarunt c. 142. l. 29. Quando extra Columnas egreſſi c. 468. l. 48. Claſſes eorum partim ex gaulis, id eſt, rotundis navibus, partim ex triremibus c. 739. l. 33. &c. Genus eorum Athenis c. 456. l. 3.

Phœnicum nominis variæ origines c. 345. l. 36. Ebraicè quam variè ſcribatur c. 346. l. 4. &c. Forte ex *bene* vel *phene Anak* ibid. l. 39. Vide Anakæi & Syrophœnices.

Φοινίκιον ψεῦδος, Phœnicium mendacium Prov. c. 457. l. 34.

Phœnicia & Punica ex Apollonii Scholiaſte c. 747. l. 20. Apuleio c. 752. l. 22. & c. 762. l. 4. &c. Athenæo c. 726. l. 21. &c. Auguſtino c. 763. l. 71. & c. 765. l. 39. Aurelio Victore c. 718. l. 6. Dioſcoridis Auctario c. 752. l. 21. 62. &c. Etymologico magno c. 748. l. 4. 34. &c. Eunapio c. 719. l. 24. Euſtathio c. 746. l. 56. 67. &c. Feſto c. 717. l. 26. & c. 732. l. 30. 47. &c. & c. 734. l. 13. Herodiano c. 728. l. 2. 10. Herodoto c. 712. l. 49. &c. Heſychio c. 737. l. 31. &c. Hieronymo c. 764. l. 32. &c. Jamblicho c. 731. l. 72. Inſcriptione veteri ibid. l. 50. Joſepho c. 714. l. 65. &c. Julio Capitolino c. 718. l. 5. Livio c. 717. l. 26. Macrobio c. 731. l. 18. Paulo c. 716. l. 56. & c. 733. l. 46. Pindari Scholiaſte c. 747. l. 4. Plauto c. 720. l. 14. &c. Plinio c. 734. l. 20. Plutarcho c. 717. l. 34. Polybio c. 718. l. 15. Quintiliano c. 730. l. 14. Sanchoniathone c. 705. l. 40. &c. Servio c. 735. l. 8. &c. Solino c. 717. l. 37. & c. 734. l. 22. Stephano c. 717. l. 30. & c. 742. l. 57. &c. Strabone c. 717. l. 20. Tertulliano c. 770. l. 16. Trogo c. 717. l. 30. Tzetze c. 719. l. 32. & c. 747. l. 33. Varrone c. 734. l. 49.

Phœniciæ hiſtoriæ reliquiæ habent quidquid eſt antiquiſſimum c. 345. l. 56.

Phœnicium & Punicum ſermonem Ebræo fuiſſe affines multis probatur c. 699. l. 47. &c. Locorum nomina in terra Canaan ferè Ebræa ibid. l. 49. Lingua Phœnicia & Chanaan pro Ebræa c. 700. l. 41. In Phœnicii ſermonis reliquiis pleraque Ebraica c. 701. l. 4. Phœnicius ſermo non tamen idem qui Ebræus ibid. l. 23. Nonnihil etiam à Punico diverſus c. 703. l. 42. Refelluntur objectiones Fulleri c. 705. l. 4. &c. Auguſtini, Hieronymi & Priſciani de eo teſtimonia c. 703. l. 68. & c. 704. l. 12. &c.

Phœnicon, id eſt, palmetum in Scenitis c. 118. l. 38. 52. Phœnicones alibi ibid. l. 69.

Phœnicus portus Cytheris c. 459. l. 30.

Phœnix duxit coloniam in Bithyniam c. 388. l. 12. &c. Phœnicem non eſſe Ægyptium c. 357. l. 15.

Pholegandrus vel Philocandrus ferrea inſula, item lapidoſa inſula unde dicta c. 416. l. 29.

Phorbantia, vide Buccinna.

Phorbas, vide Rhodus.

Phul in Eſaia, id eſt, Philæ, urbs in inſula Nili ambigui juris inter Ægyptios & Æthiopes c. 268. l. 50. &c. Origo vocis fabuloſa c. 269. l. 29. Vera, *Phil*, id eſt, elephas, ut proximæ Elephantines, huic tam ſimilis ut promiſcuè ſumantur ibid. l. 35. &c. Eſaias cur pro *Phil*, *Phul* ſcripſerit & Chald. *Phulae* ibid. l. 54. 63. Refellitur Vir doctus, cui *Phul* eſt Cyrene, quia ibi regnavit Aphulas, imò Ophellas de quo plura ibid. l. 65. &c.

Phut & Miſrajim Africam inter ſe diviſerunt c. 294. l. 45. &c. Ad Phut vel Put alludunt, Purea, Phthia, Pythis & Phthemphut locorum Africæ nomina c. 295. l. 6. 25. Phutæorum pars Ægypto vicina ibid. l. 30. Phutæi clypeo inſignes ut Ægyptii ibid. l. 41. Phot, idem quod *phutz*, ſparſus c. 296. l. 13.

Phraſis Ebræa et Punica ab Auguſtino obſervata c. 766. l. 70. Phraſis alia Ebræa non abſimilis in Africanis ſcriptoribus ibid. l. 53.

Φρέαρ ex Ebr. *beer* c. 347. l. 3.

Phrygia Barbaria dicta c. 176. l. 50. Cur nigra c. 15. l. 19. Vide & Gomer.

Phyſcus & idem qui Adiavas c. 242. l. 65. & c. 243. l. 1. [illegible]

Pibeſeth, vide Bubaſtus.

Pica cur Baccho ſacra c. 440. l. 28.

Picati quorum pedes formati ſunt in ſpeciem ſphingum c. 433. l. 11.

Pici oraculum unde dictum c. 434. l. 26. 39.

Pictores vetuſtiſſimi hominem quomodo pingebant c. 364. l. 22.

Picol, vide Pœcilus.

Pietas non eſt hæreditaria c. 66. l. 43.

Pigres, id eſt, Tigris c. 18. l. 70.

Pileus Laconicus c. 423. l. 70.

Pineus fructus, id eſt, chamæpyris c. 636. l. 53.

Pinus & pineæ reſinæ præſtantiſſimæ in Pityuſis ibid. l. 56 &c.

Piſces in Luſitania c. 627. l. 27.

Piſidæ quondam Solymi c. 361. l. 4. Fortiſſimi c. 395. l. 68.

Piſſaſphaltus rubrica Scythica c. 40. l. 54.

Piſtacia, vide Pſittacia.

Piſtacium Ebr. *boten* c. 358. l. 45. In nucibus primas obtinet ibid. l. 51. Inde biſtacium Perſis qui regem vocant *biſtaca* ibid. l. 64. Piſtacium Syriæ penè peculiare ibid. l. 67. Loca inde dicta c. 389. l. 5. &c. A ventre prominulo *boten* Ebr. dicitur ibid. l. 14. Amygdalis ſimile ibid. l. 27. Arbor terebintho ſimilis ibid. l. 42. Inde terebinthus pro piſtacio in Talmude et Græcis ibid. l. 46. Piſtacium amygdalo inſeritur ibid. l. 61. *Boten* quàm variè exponitur c. 390. l. 17. etc. Etiam pro avellana ſumi ibid. l. 50. Pontus unde terra *Botno* ibid. l. 55. Piſtacium, biſtacium, et phiſtacium c. 347. l. 9.

Piſtrix ex πρίστις c. 631. l. 30.

Pithecuſa prope Campaniam inſula non dicitur à doliis, ſed à ſimiis ut in Africa Pithecuſæ c. 542. l. 15. 25. Eadem Enaria ab enaribus ibid. l. 45. Et Arima, quia Syris *hurim* eſt enaris ſeu ſimus ibid. l. 54. etc.

Pithom, Gr. Patumos Æg. urbs c. 277. l. 16.

Pityuſæ vel Pityodes duæ c. 635. l. 41.

Pix ubi, vide Brutia, Calab, et Narycia, et Syla.

Plantago ſeu arnogloſſum Afris ἀρνόγλωσσον in Dioſcor. *artieræon* in Apul. lege *Atir erkin* herbam nervorum, quia eſt πολύνευρος c. 752. l. 68. et c. 765. l. 7.

πλίνθος later unde dicatur c. 376. l. 37.

Plumbum è Caſſiteridibus quis primus apportaverit c. 648. l. 45. & c. 651. l. 48. Stannum Veteribus plumbi ſpecies c. 649. l. 11. Utroque fœcunda Britannia ibid. l. 13. Plumbum maximè fuſile ibid. l. 12.

Pluto dicitur *Axiokerſos* propter imperium mortis quod diabolo tribuit Paulus c. 395. l. 58. Idem *Muth* Phœnicibus ibid. l. 38.

Pœcilus, id eſt, Picol Membliari pater c. 424. l. 54.

Pœni bilingues, migdilibes, biſulci linguæ dicti, quia Punicum & Libycum idioma in Africa fuère in uſu c. 720. l. 30. Inter Pœnos & Gallos commercium c. 660. l. 9. Pœnorum mercenarii milites è Gallia ibid. l. 17.

Pola urbs in Iſtriæ & Italiæ confiniis, à quibus condita & unde dicta c. 289. l. 45.

Πόλις λίαν ἐκ πόλεως c. 283. l. 21.

Polygonum *chulum* Punicè; imò *chulim* articuli, internodia, ut Ebr. חוליות c. 756. l. 36.

Polymnia, mare quod multam algam habeat c. 283. l. 9.

Pombeditha c. 35. l. 9.

Pontus pro Babylonia c. 24. l. 25. Pontus pro Bithynia & mari vicino c. 388. l. 40. Pontus Phœnicie terra *botno*, ab ubertate avellanarum quæ inde Ponticæ & Heracleoticæ Arab. *bondok*, Ebr. *Pondekin* c. 390. l. 56. &c.

Pontus Euxinus unde ſic dictus c. 173. l. 26. &c.

Poplonium Tuſcis ferrum aut æs ex Æthalia vel Ilua Etruſca inſula c. 585. l. 28.

Porphyrio in Balearibus c. 635. l. 24.

Ποσειδῶν, id eſt, Neptunus nomen Africanum à latitudine factum c. 9. l. 29. Idem quod Japhet ibid. l. 64.

Præda pro prædone c. 723. l. 29.

Prænetum & Prenetum, vide Pronectus.

Prepeſinthus Sporas, tamen Cycladib. adſcripta c. 415. l. 50. Unde dicatur ibid. l. 57.

Preſtigiani vel Pretegiani ubi regnaverit c. 272. l. 35.

Priene Ioniæ urbs cur Cadme & Prienenſes Cadmii dicti c. 436. l. 61.

Primæ literæ geminatio in Ebr. & Gr. nominibus c. 428. l. 67. &c.

Primus Melitenſium, id eſt, præfectus c. 502. l. 45.

Proceri Sabæi c. 131. l. 60.

Prolepſis, figura in Scriptura frequens c. 74. l. 27.

Prometheum eſſe Magog c. 12. l. 33. 60. Prometheus Caucaſo affixus ignem è cœlo detulit, metalla reperit ibid. l. 35. Cor ab aquila illi roditur ibid. l. 48.

Promuſcis & proboſcis c. 101. l. 29.

Pronectus vel Prænetum, Bithyniæ urbs à Phœnicibus condita & unde dicta c. 395. l. 37. 52.

Prophetæ pro inſanis habiti c. 760. l. 40. Prophetæ dicuntur id facere quod futurum prænunciant c. 5. l. 38.

Prophetia Chami c. 208. l. 37.

Proteus Phœniciæ originis c. 454. l. 49.

Proſerpina, vide Axiokerſos.

Pſalmorum tituli unde ſumpti c. 738. l. 6. Pſalmorum Punica verſio c. 766. l. 39.

Pſittace, vide Sittace.

Pſittacia ſeu piſtacia in Pſittacene c. 238. l. 20.

Pſontomphanech, Joſephi nomen Ægyptium quid ſignificet c. 59. l. 20.

Pſyllium

Pſyllium ſeu pulicaris herba *vargugum* Pœnis, imò *vargutum*, quia Arab. *barghuth* eſt pulex c. 759. l. 41. &c. Cur Hiſpan. *zargatona* l. 760 l. 13.

Pſyra inſula, Syriacè *bſira* deſpecta, in vilitatis proverbium abiit c. 384. l. 50. &c. In Pſyram Bacchum aut Spartam agere, prov. ibid. l. 60.

Pterophoros Scythiæ regio c. 655. l. 27.

Ptolemais olim *Ace* ut Ebr. *Accho*, Syr. *Acchu*, Arab. *Accha*, Joſepho Ἄκη, hodiè *Acre* c. 779. l. 53.

Pugio Laconicus c. 423. l. 71.

Punicas voces quæ miſericordiam, pietatem & fidem ſignificant, quorſum ſimiles aut diſſimiles dixerit eſſe Auguſtinus c. 765. l. 48. &c.

Punicum proverb. *Nummum quærit piſtilentia, &c.* c. 769. l. ult. & c. 770. l. 2. Confer Phœnicia lingua.

Purpuræ petris gaudens c. 459. l. 20. Purpura Gallis *virga* & unde c. 674. l. 61. Purpura Babylonica ex Apologo c. 28. l. 64. Tyria & Hermionica c. 29. l. 11. Purpura ex Eliſa c. 151. l. 44. &c. Laconica & circa Anticyram ibid. l. 49. 64. Hermionica, Coa, è Niſyro, Carpatho, Cytheris, Rhodo, Gyaro, Amorgo, & ibid. l. 68. & c. 156. l. 4. &c. Purpura & byſſus cur promiſcuè ſumpta ibid. l. 39. Confer Coccus.

Put, vide Phut. Put eſt Apollo Pythius c. 11. l. 6.

Puteus pro fonte c. 429. l. 22. Vide fons.

Pygmalionis pater, vide Belus. Pygmalion unde dictus c. 353. l. 39.

Pygmæi qui & Nobæ in Avalite ſinu c. 125. l. 7. Ad Oceanum & Nili ſcaturiginem, id eſt, Aſtaboræ, qui creditur eſſe Nili ramus ibid. l. 11. 28. 24. &c. Iidem Troglodytæ ibid. l. 37. Homines ibi ſtaturæ breviſſimæ ibid. l. 54.

Pyrenæi à Pyrene Bebrycis filiâ ab Hercule vitiatâ c. 625. l. 41. Vel à Pyrenæi ſaltûs incendio ibid. l. 48. Potius à Punico *puram*, quaſi ramoſum dixeris, quia cacumen ſylvis opacum c. 626. l. 5.

Pyxis nautica an olim à Phœnicibus reperta c. 645. l. 58. &c.

R.

Reſch ר finale quandoque pertinet ad formam nominis c. 191. l. 50. & c. 674. l. 52. *Reſch* ר poſt ſecundam radicalem pro *Daghes* c. 237. l. 39. *Reſch* ר finale in vocibus Hebr. ſæpe ablatum c. 438. l. 17. & c. 484. l. 57. & c. 730. l. 71. & c. 731. l. 1. &c. *Reſch* ר alſerum in geminatis perit c. 400. l. 24. & c. 728. l. 10. *Reſch* ר & *Lamed* ל tranſpoſita c. 416. l. 20. *Reſch* ר & *Lamed* ל, item P & Δ & R & L permutantur c. 180. l. 38. & c. 510. l. 42. & c. 597. l. 30. & c. 670. l. 27. & c. 689. l. 38. *Re* ר & *Ze* ז Arab. ſæpe confundi & cur c. 102. l. 32. &c.

Raab vel Rabah quæ pars Ægypti, vide Miſrajim.

Rabilus pro Zabelo c. 102. l. 18. 32.

Radhua mons in quo vivere creditur Mahomet c. 687. l. 23.

Radicula vel radix quæ herba c. 419. l. 64. Vide Struthium.

Ragau filius Phaleg unde campus Ragau, qui & Niſæus, ubi Ragæ, Ragiæ, Ragæ, vel Ragau, urbs c. 94. l. 23. 37. &c. Vide Phaleg.

Rahaba ſeu Rehoboth ad Euphratem ubi ſita c. 33. l. 71.

Ramatha, vide Laodicæa.

Ranunculus quomodo Arab. c. 762. l. 43.

Rapha pro quovis gigante c. 348. l. 47.

Raphanus cur Pœnis *thorphath* c. 761. l. 22.

Recube equus Phœnicibus c. 584. l. 69.

Recam, Recem, Arecem, Arce, Hagiar, Petra idem c. 658. l. 7. &c. Arabiæ Petrææ metropolis, à quo condita ibid. l. 64.

Regius fluvius & Regia foſſa, vide Euphrates.

Regina Sabæ, vide Saba.

Rehob, vide Aram Beth-Rehob.

Rehoboth una urbium quas circa Ninum condidit Nimrod c. 255. l. 38. Refelluntur qui aliter ſumunt ibid. l. 39. &c. Alia urbs Rehoboth ad Euphratem infra Cercuſium ibid. l. 57. &c. At hæc non procul à Nino. An Oroha? c. 256. l. 11. Potiùs Birtha, quia Birtha & Rehoboth ſunt ſynonyma ibid. l. 29. Expoſitio Talmudica ibid. l. 37. &c.

Rephan Cophtitis Saturnus, ut *Cijun* Ebræis c. 59. l. 50. 59.

Rex Sabæorum ſemper captivus qua ratione c. 232. l. 41. &c. Reges qui ditiſſimi c. 290. l. 20. Regum Ægyptiorum nomina explicata c. 357. l. 65. &c. Rex Ægyptiis *Hyc* ibid. l. 54. Rex ventorum cur Æolus c. 594. l. 52.

Rha ſeu Volga, Arab. *Ethel* c. 599. l. 37. & c. 313. l. 53.

Rhabbotin, vide Phœnice.

Rhacot & Rhacotis, vide Alexandria.

Rhadinace quid Perſis c. 236. l. 70.

Rhæſena, Rheſena, Reſaina, Meſopot. urbs Gordiani Imperat. monumento nobilis c. 257. l. 29.

Rhagæ in monte c. 197. l. ult. Parthorum Regia c. 198. l. 18. Mediæ urbium maxima ibid. l. 16.

Rhamba רמבא teli genus Phœnicious c. 718. l. 70.

Rhammæi Arabes non dicuntur à Rhadamantho c. 121. l. 35.

Rhamnus Aſtis *atadim* c. 752. l. 62.

Rhaphius quale animal & unde dictum c. 675. l. 15. &c.

Rhaſenæ, vide Tyrrheni.

Rhea Saturni uxor mater Deorum & hominum c. 1. l. 30. Vide & c. 287. l. 67.

Rhebas vel Rhebæus, Bithyniæ fl. Rhebæi et Rhebantii populi, Rhebantia regio, Moſi Riphat c. 175. l. 23. 50.

Rheda Gall. currus genus c. 672. l. 26.

Rhegma urbs & ſinus Arabiæ in mari Perſico c. 219. l. 1. &c. A quo condita ibid. l. 12.

Rhene cur Celaduſa dicta c. 408. l. 64. Rhene pro Rheema ibid. l. 72.

Rheno Gr. *ῥηνὸ* ibid. l. 36. Aliter in Scaligero ibid. l. 38.

Rheſen; Duæ urbes in Meſopot. vicini nominis. Sed hæc inter Ninivem & Calach c. 257. l. 23. 32. Rheſen eſſe *Λάρισσαν* Xenophontis, magnam urbem in eodem ſitu ibid. l. 36. &c. Quomodo ex Rheſen Lariſſam fecerit c. 258. l. 14.

Rhinocoluræ jactæ ſortes de terrarum diviſione ex Epiphanii ſententia quæ refellitur c. 62. l. 29. &c.

Rhinocoruræ torrens fl. Chus c. 212. l. 62.

Rhiſina ubi ſita c. 257. l. 25.

Rhodanim non ſunt Rhodii, ſed Rhodanenſes qui Rhodano & Rhodanuſiæ fecère nomen c. 162. l. 59. &c. & c. 163. l. 60 Alludunt Rodumna, Rhedones, Ruteni, &c. ibid. l. 69. Rhodanim a flavo colore dici c. 164. l. 29. Qualis Gallorum fuit ibid. l. 35. Rhodanim gentis nomen, non viri ſingularis ibid. l. 3. &c.

Rhodanus non dicitur a Rhoda Maſſilienſium oppido trans Syrenæos c. 163. l. 3. &c. Sed à Rhodanim accolis ibid. l. 68. Ejus fontes à Polybio deſcripti c. 652. l. 65.

Rhodia purpura c. 156. l. 21.

Rhodanuſia urbs ad Rhodanum, fortè Lugdunum c. 163. l. 44. 56.

Rhodus unde dicta c. 162. l. 6. &c. Serò nota ibid. l. 28. Rhodi primi incolæ ibid. l. 55. Rhodus olim Ophiuſa propter ſerpentum copiam ibid. l. 20. & c. 369. l. 70. &c. Phorbas bis deletis & magno Dracone occiſo in cœlum tranſlatus ſub Ophiuchi nomine c. 370. l. 20. &c. Inde Rhodus dicta, quia *jarod* vel *rod* eſt Draco c. 369. l. 63. &c. Rhodus *ἀσπίνθους* dicta & cur c. 368. l. 2. Et Stadia, & Telchinis c. 370. l. 62. & c. 371. l. 4.

Rhomæi populi in Africa nuſquam c. 217. l. 6.

Rhos ראש Ezech. 38. 2. aut appellativum pro initio c. 187. l. 16. &c. Aut proprium pro loco, ut quæ ſequuntur Meſech & Tubal ibid. l. 54. Nulla ratione id negat Hieronymus ibid. l. 55. &c. Rhos, id eſt, Araxes fl. ubi populi Rhoſſi ibid. l. 70 & c. 188. l. 18. Ibi olim Scythæ & Sacæ ibid. l. 32. 46. A Rhos & Meſech Ruſſi & Moſcovitæ ibid. l. 65. Rhos pro Taurica Cherſoneſo ibid. l. 69. Rhoxalani c. 189. l. 17.

Rib vel *Rif*, vel *Errif*, Ægypti pars, vide Miſrajim.

Ric, Arab. vis, & *raic* primus, *ric* Britan. & German. fortis, potens, unde *Sinorix*, *Dumnorix*, &c. c. 665. l. 63. &c.

Riphat in Eſdra Diphat c. 174. l. ult. Fortè Rhebas Bithyniæ fl. c. 175. l. 23.

Riphæi montes nuſpiam c. 174. l. 62.

Rit Gall. vadum, Brit. *Ryd* unde c. 681. l. 64. &c.

Ritum in numinibus Auguſtoritum, Camboriti, &c. quid ſonet ibid. l. 68.

Romæ quot civium capita cenſa c. 253. l. 12.

Romani è Citiis c. 159. l. 32. Romanorum cohortes vivæ combuſtæ ubi c. 306. l. 19.

Rubrica fabrilis in Africa celebris c. 484. l. 64.

Rubricatus Africæ fl. ibid. l. 63.

Rubrum mare in Ichthyophagis receſſiſſe ita ut fundum appareret Ethnicos non latuit c. 282. l. 30. &c. Ibidem algæ copia, unde Ebr. mare *Suph*, id eſt, algoſum ibid. l. 43. &c. & c. 283. l. 5. Unde dicatur Rubrum c. 305. l. 24. Ejus aquæ aſperæ c. 403. l. 57. Rubrum mare vel Indicum circa Merbat mirè tranquillum, ut author Avicenna c. 107. l. 2.

Rupes pro Deo c. 665. l. 22.

Ruſpina urbs Africæ fœcunda ficubus unde dicta c. 636. l. 21.

Ruſſi & Moſcovitæ unde orti, vide Rhos.

Ruta Phœnic. *churma*, & ruta ſylveſtris *churmas emmaked*, quorſum? c. 754. l. 24. &c.

Rutilus tam flavum quam rufum ſonat, ut Græc. *ξανθὸ* c. 165. l. 28. &c.

S.

Sajin, vide in Z.

S initiale ſæpe excidit c. 626. 66. &c. S et R. permutantur c. 589. l. 29. S et R apud Græcos non continuantur c. 470. l. 20. *Samech* ס et *Tſade* צ literæ promiſcuæ c. 146. l. 15. etc. *Schin* ש et *Thau* ת facilè permutantur c. 870. l. 61. et c. 245. l. 17. et c. 513. l. 37. et c. 606. l. 39. et c. 671. l. 16. *Schin* ש per צ effertur c. 641. l. 10. Per Z c. 206. l. 48. et c. 763. l. 29.

Saba, Sabo, Sabas, Sabæ, Sabæorum metropolis c. 130. l. 33. 64. Ibi regio non eſt thurifera ibid. l. 52. Eſt aromatifera c. 105. l. 37. Saba etiam Mariaba c. 130. l. 62. A dominatione c. 131. l. 22. Aliæ metropoles hujus nominis ibid. l. 30. Saba unde dicatur ibid. l. 48. etc. Saba non eſt Meroe c. 136. l. 56. Regina Saba ex urbe Marab quæ et Saba c. 143. l. 27. Regina Auſtri, id eſt, Alieman c. 636. l. 13. Ea intulit balſamum in Judæam c. 135. l. 35.

Sabactent in Africa nuſquam c. 217. l. 7.

Sabæ Dionyſii in India, aliis Sibæ et Sobæi c. 97. l. 14. Sabæ populi vicini Paſargadis c. 220. l. 47.

Sabæorum gentes quatuor ex totidem conditoribus c. 128. l. 55. Eorum nomen totam Arabiam aromatiferam quandoque complectitur c. 529. l. 59. et c. 132. l. 5. Sunt filii Jectan ad mare Rubrum inter Minæos et Catabanes c. 129. l. 54. 70. Iidem Sabatæ dicti c. 130. l. 11. Horum oppida ad mare Rubrum ibid. l. 22. Metropolis Saba quæ et Mariaba ibid. l. 32. 69. Sabæi proceri, ſuperbi, Arabum principes, beatiſſimi c. 131. l. 60. et c. 221. l. 36. Sabæorum opes partim aro-

mata

mata c. 132. l. 7. Partim aurum & gemmæ ibid. l. 15. Nulla gens opulentior ibid. l. 22. &c. Sabæorum Rex cur ſemper captivus ibid. l. 52. Sabæorum Dii Sol & Luna ibid. l. 53. Circumciſio, & Judæi admixti, & Rex Judæus ibid. l. 55. &c. Sabæis imperare mulieres c. 134. l. 46. 66. Sabæi in terræ finibus c. 135. l. 2. Sabæis aurum unde c. 139. l. 39. & c. 140. l. 32. 52. Sabæi Abrahæ poſteri in aditu Arab. Fœl. non procul a Nabatæis c. 222. l. 30. &c. Inde in Jobi greges irruunt ibid. l. 61. Sabæi Sarvio pro Sobæis c. 79. l. 33. Sabæi Melæ prope fretum Perſicum c. 220. l. 32. Poſteri Seba filii Rhegma ibid. l. 39. De eo loca Scripturæ ibid. l. 60. In Sabæis agger viginti orgyiarum c. 547. l. 73.
Sabaſius & Saboe in Bacchi ſacris unde c. 448. l. 53.
Sabis Arabum Deus, id eſt, Sol. Sabis pro Samis c. 101. l. 6. 18.
Sabis urbs, & Sabis fl. Carmaniæ c. 220. l. 45.
Sabo montes prope fretum Perſicum, al. Aſabo & Paſabo c. 220. l. 35.
Sabota, al. Sabbatha, Saubatha, & Sabam, metropolis terræ Hadhramauth, quàm munita & vaſta c. 100. l. ult. & c. 101. l. 1. Ad eam thus convehitur, ibidem. l. 2. 55.
Sabrata Africæ in Tripoli c. 480. l. 6. Nomen Phœn. ibid. l. 9. Urbs magna ibid. l. 28.
Sabrheca vel Sabirbace, Græc. Samydace c. 228. l. 20.
Sabtha Chuſi filius, Veteribus Sabatha c. 223. l. 20. Ab eo conditæ Saphta Arab. urbs, & Sophtha Perſ. inſula ibid. l. 24. &c. Et Meſſabarene, & Sabtæi populi Peni. Stabæi ibid. l. 30. 50.
Sacæ juſtiſſimi c. 173. l. 60. Sacarum mulieres bellicoſæ c. 190. l. 45.
Sacea vel Saccarum feſtum unde dictum c. 113. l. 64. Regis in eo imago ludicra ibid. l. 67. &c.
Sacerdotes dici magnates Judæorum c. 774. l. 72.
Sachalites ſinus ubi c. 101. l. 58. Sachalites ſinus profundiſſimus, ad quem regio thurifera c. 106. l. 28.
Sacra Apollinis cum convitiis celebrabant, qui c. 426. l. 5.
Sacrificia ad Eteſias impetrandos ubi c. 407. l. 40.
Sacramentum corporis Chriſti Pœni vitam vocant c. 768. l. 47.
Sadrace Darii Hyſtaſpis Regia c. 244. l. 72.
Sagartii Medorum equites retiarii unde dicti c. 223. l. 62. &c.
Sagittæ Æthiopum perbreves, quibus pro mucrone eſt ſmyris c. 266. l. 51. Venenatæ c. 267. l. 54. Sagittæ Cretææ & Cydonææ c. 424. l. 5.
Sagum quid propriè Gallis c. 672. l. 51. De eo quid Baal Aruch c. 673. l. 3. Sagum mœroris ut Ebr. שק ſac ibid. l. 8. 13.
Saguntum, Græc. Ζάκυνθος, ſitus & conditores c. 623. l. 25. &c. De Sagunto & Carthagine Oppiani nænia c. 621. l. 30. &c.
Saguti, vel Sagori potiùs ſinus in Africa, qui aliis Emporicus, ubi Phœnices c. 643. l. 71. & c. 644. l. 3.
Salapeni c. 99. l. 66. Vide Saleph.
Salæ incolæ Salicæ, id eſt, inſ. Zeilan c. 691. l. 70.
Salamis inſula Atticæ, in qua Bœoti, vel Phœnices c. 456. l. 6. Salam Arab. εἰρήνη ibid. l. 17. Salamis unde dicta ibid. l. 10. Draco ibi cæſus a Rege Cychreo ibid. l. 19. &c.
Salauces, vide Eſubopes.
Salduba Bæticæ unde dicta c. 603. l. 25. Cæſaraugusta etiam Salduba dicta c. 623. l. 34.
Salem a Semo condita c. 300. l. 31. Salem ubi fuerit c. 317. l. 69.
Saleph, à quo Salapeni c. 99. l. 66.
Salganeus cur à Perſis interfectus ad Euripum Chalcidicum c. 523. l. 12.
Salices, & vallis ſalicum, in Babylonia c. 35. l. 36.
Salmanaſſar Judæos in Mediam deportavit c. 193. l. 69.
Salmon mons umbroſus c. 364. l. 29.
Salmyca urbs Hiſpaniæ prope Columnas c. 620. l. 45.
Salſum ſæpe dicitur amarum c. 552. l. 63.
Saltiatarum texta c. 599. l. 33.
Salus Punicè tres, ut Ebr. *ſalos*, in ea voce myſterium c. 479. l. 17. & c. 767. l. 56.
Samadracar, Ebr. morio, μανδραγόρας *ſarmadacas*, fortè deflexum ex Samothrace c. 396. l. 63. & c. 397. l. 1.
Samatho, id eſt, Magna inſula Lyciæ vicina potiùs quam Lybiæ c. 531. l. 51. & c. 745. l. 25.
Samaræi à Samaritanis re & ſcripturâ diverſi c. 306. l. 55. Samaræi Orthodoxi c. 307. l. 9.
Sambuca lyrophœnix citharæ ſpecies c. 728. l. 54.
Samemi umor, ſeu ὑψουράνιος c. 706. l. 5. & c. 377. l. 70.
Samen cœlum Phœnicibus, & *Balſamen* Sol c. 584. l. 54.
Samolum, herba quam Druides ſiniſtra manu legebant unde dicta c. 677. l. 27.
Samos prope Ithacam ὑψηλοτάτη c. 378. l. 20. Samni Elidis ſuper montem ibid. l. 23.
Samothracia inſula unde Cadmi uxor Harmonia c. 394. l. 25. Ibi myſteria Cabirorum ibid. l. 33. &c. Samothracum lingua in ſacris peculiaris, fortè Phœnicia c. 398. l. 4. Eſt inſula montoſa c. 378. l. 1. Cepa Samothracia c. 387. l. 19.
Samothracum ritus in inſulam Britannicam unde invecti c. 650. l. 51.
Sampharitica vel Sapharitica nardus c. 146. l. 27.
Samus Ionica inſula Junoni ſacra c. 377. l. 34. *Sama* eminere Pœnis, & *Samen* cœli; inde celſa loca σάμοι ibid. l. 65. &c. Sami quatuor in Græcia, omnes in celſo ſitu ibid. l. 66. Samus tota montoſa c. 378. l. 13. Diu deſerta propter Neides ibid. l. 42. Amazones a Baccho in Samo interemptæ ibid. l. 66. Sami terræ motum præſenſit Pherecydes c. 380. l. 31.
Samydace, urbs Carmaniæ ubi ſita c. 218. l. 21. Samydacus, fl. ibid. l. 23.
Sanaa metropolis regni Jeman, *Uzal* Ebræis c. 318. l. 35. Sanaa Arab. Fœl. urbs inſignis, Ebr. *Uzal*, ejus deſcriptio & ſitus c. 114. l. 65. &c. Regio aromatifera & Damaſcenæ ſimilis c. 115. l. 24.
San vel *Sanaa* Phœnicié, & *ſunna* Arab. doctrinam ſonat c. 771. l. 67. Origo vocis Ebrææ c. 772. l. 3.
Sanchoniathon Berytius, bello Troiano vetuſtior Græcè à Philone verſus, Phœnicum hiſtoriam ſcripſit Jerombale conſulto ſacerdote Dei *Jao* c. 705. l. 43. Ejus fragmentum in Euſebio ibid. l. 47. Sanchoniathon, id eſt, φιλαλήθης juxta Theodoretum c. 771. l. 56. Vox explicatur ibid. l. 65. Suniathon corruptè in Athenæo c. 772. l. 22. Berytius non Tyrius ibid. l. 20. Abibalo Berytio inſcripſit opus ſuum ibid. l. 23. Vir doctus & curioſus, apprimè verſatus in Ægyptii Taauti libris ibid. l. 43. &c. Phœnicum hiſtoriam octo libris complexus eſt Phœnicio ſermone ſcriptis ibid. l. 63. Cur Euſebius novem numeret ibid l. 70. Hujus fragmentum in Euſebio ex verſione Philonis Byblii, in quo multa inſignia c. 773. l. 1. &c. Hiſtoria hæc eruta ex urbium & templorum monumentis ſcriptis Ἀμμουνέων γράμμασιν ibid. l. 53. &c. Partim ex commentariis Jerombali ſacerdotis Dei *Jao* ibid. l. 70. &c. De Sanchoniathonis ætate in Porphyrio εὐσεβῶς c. 776. l. 2. &c. Eum Troiana tempora præceſſiſſe ibid. l. 12. Refellitur objectio Scaligeri ibid. l. 31. &c. Sanchoniathonis hiſtoriam qui ſcriptores continuarint c. 777. l. 26. &c. Vide & c. 58. l. 46.
Sandocus Cinyræ pater c. 358. l. 64.
Sandyx, vide ſory & ſyricum.
Sanguis uvæ pro vino, phraſis Tyria & Ebræa c. 440. l. 14.
Saniſera Minoricæ urbs ubi ſita & unde dicta c. 634. l. 70. & c. 635. l. 21.
Saocoras, vide Maſca.
Saoces mons Samothraciæ c. 378. l. 8.
Saphar Moſi mons Orientis, unde Saphar urbs, Homeritarum metropolis & Sapharitæ populi c. 144. l. 34. &c. Saphar Ptolemæo Climax c. 145. l. 19. Saphar urbs quomodo vocetur a Recentioribus ibid. l. 59. Inde nardus Sampharitica c. 146. l. 27.
Saphtha Arab. Fœl. urbs, vide Sabtha.
Sapo Gall. inventum c. 165. l. 9.
Saponaria terra, id eſt, cimolia c. 420. l. 22.
Sara cur vocetur *Anobret* c. 712. l. 18.
Saraballum quid propriè c. 27. l. 37. Saraballum aluminatum ibid. l. 34.
Saraca vicus c. 213. l. 55.
Saraceni, vide Chuſæi & Scenitæ. Saraceni, id eſt, latrones ibid. l. 51. &c. Saracenos tonderi in orbem c. 352. l. 20.
Sardinia Gr. Σαρδὼ dici putatur a Sardo Herculis filio c. 571. l. 25. Vetus nomen ab humani veſtigii figura *Ichnuſa* & *Sandaliotis* c. 572. l. 9. &c. Sic Ebr. *ſaad* veſtigium unde Σαρδὼ inſerto R, de more linguæ; quod probatur multis exemplis ibid. l. 32. &c. Ariſtæus in Sardinia ibid. l. ult. & c. 573. l. 3. &c. Et Norax dux Hiſpanorum ibid. l. 64. &c. Et Iolaenſes vel Ilienſes c. 574. l. 34. &c. Iidem Balari & Corſi, id eſt, feri & ſylveſtres dicti c. 575. l. 38. Sardiniæ pars ad Aquilonem montoſa quam hi tenebant, altera cultior ubi Pœni ibid. l. 60. &c. Horum colonia vetuſtiſſima c. 576. l. 24. Et urbes ibid. l. 40. &c. Sardi plerique Carthaginis coloni c. 577. l. 57. Sardorum lingua Punica ibid. l. 66. Pœnorum ibi clades ibid. l. 68. Fructus extirpati c. 578. l. 12. Inſulæ magnitudo ibid. l. 17.
Sardoi & Etruſci maris inſulæ omnes penes Phœnices c. 579. l. 11.
Sardonia quomodo Arab. c. 762. l. 52.
Sardus Herculis Maceridis filius coloniam ex Lybia in Sardiniam dicitur deduxiſſe c. 571. l. 36. &c.
Sareptæ unde nomen & ubi ſita c. 303. l. 25.
Σαργάνη unde c. 224. l. 2.
Sarmadacar, vide *Samadracar*.
Sarmaræ Medorum ſoboles c. 198. l. 21. Sarmaræ, Parthi & Medi affines ibid. l. 28. Sarmaræ unde dicti ibid. l. 30.
Sarmoth, vide *Aſarmoth*.
Σαρὼς & Σαρωνὶς quercus, unde Saronicus ſinus & Saronides iidem qui Druides c. 667. l. 1. &c.
Sarra Tyrus dicta à piſce *Sar*; ita Servius ineptè c. 735. l. 10. &c. Sidon potiùs à piſcatione ibid. l. 37. 41.
Sarug abavus Abrahæ, à quo urbs Sarug prope Carrhas c. 95. l. 34.
Saſo inſula, id eſt, excidii, quia vadoſa c. 464. l. 21.
Satrachus, vide Seſtrachus.
Saturnus idem qui Noa c. 1. l. 26. Uterque omnium parens & juſtitiæ Præco ibid. l. 28. 32. Sub utroque ætas aurea c. 2. l. 19. Et pax ibid. l. penult. Et terra unius ſermonis c. 3. l. 17. Uterque vir terræ ibid. l. 28. Et agricola & vinitor ibid. l. 40. Cur Saturnus ebrietatis præſes ibid. l. 59. Cur in Saturnalibus comeſſationes, & ſervi Dominorum loco ibid. l. 68. Saturni lex quæ prohibet Deos videre nudos c. 4. l. 11. Saturnus & Rhea ex Oceano & Thetide nati ibid. l. 27. Navis Saturni ſymbolum ibid. l. 30. Nummi Saturni ibid. l. 48. &c. Saturnus prædixit diluvium ibid. l. 67. & c. 5. l. 15. Vocavit omnes liberos tribus exceptis ibid. l. 31. Cœlum patrem exſecuit c. 8. l. 20. 50. &c. Saturni fals ubi abſcondita ibid. l. 49. & c. 524. l. 13. Vocatur *Cyon* c. 59. l. 61. & c. 443. l. 26. Saturnus

nos à Jove ejectus, origo fabulæ c. 227. l. 10. Ejus vicus, vide Canthele. Dicitur *El* & *Ilus* c. 707. l. 33. Uxor ejus Baalitis c. 708. l. ult. Filius Belus ibid. l. 71. Inſigne quatuor oculi, duo aperti duo clauſi c. 711. l. 25. Aliàs *Iſraël* ibid. l. 63. Filium Jebud immolavit & circumciſus eſt cum ſuis; itaque idem qui Abraham ibid. l. 69. & c. 712. l. 5. &c.

Satyri hircorum ſpecies c. 444. l. 25. Dæmon Ebr. hircus ibid. l. 26. Hirci formâ diabolus ſibi placere creditus ibid. l. 35. Zabios ita credere ibid. l. 28. Τράγου φάσμα ibid. l. 31. Satyri cur ſalaces ibid. l. 44. Et ἰσχυρός ibid. l. 52. *Satra* vel *Saturα*, Ebr. Satyrus ibid. l. 57. Satyrica veſtis ... & ... ibid. l. 59.

Σαυνάκη & σαυνίζοντες, quid propriè c. 247. l. 20. &c.

Saul Rehoboth ad Euphratem c. 80. l. 8.

Sauromatides bellicoſæ c. 190. l. 24. &c.

Sawarakia vicus ubi c. 213. l. 61.

Saxetioc falſamenta c. 617. l. 2.

Scandaria promontorium Coæ inſulæ continenti proximum unde dictum c. 375. l. 58.

Scandia, vide Thule.

Scaptenſula, vide Thaſus.

Scenæ pro Succoth c. 185. l. 22. Multa oppida hujus nominis ibid. l. 25.

Scenitæ iidem qui Chuſæi & Saraceni c. 213. l. 26. Horum ſitus ibid. l. 32. Ratio nominis ibid. l. 50.

Sceva per O expreſſum c. 9. l. 31. Paſſim tranſit in ſequentis vocalis ſonum c. 461. l. 11. & c. 514. l. 58. Expreſſum per A c. 556. l. 32.

Schac Perſis eſt Rex inde *Schac mat* quid c. 113. l. 64. & c. 114. l. 13.

Schaccorum ludus unde dictus ibid. l. 10.

Scheria eſt Corcyra & unde ſic vocetur c. 463. l. 44. &c.

Schetlandia una Orcadum, vide Thule.

Sciathus inſula Macedonica, unde dicta c. 400. l. 2.

Sclavi è filiis Chanaan c. 461. l. 66.

Scolus, ubi Pentheus diſcerptus, unde dicatur c. 436. l. 8. Σκῶλος quid Græcis ibid. l. 23. & c. 523. l. 59.

Scripturæ veritas quomodo teſtimoniis humanis firmari poſſit c. 228. l. 11. &c. Ex Scriptura petitum aut detortum quicquid in gentibus antiquiſſimum c. 2. l. 17. Scripſiſſe Græcos ſiniſtrorſum & βουστροφηδόν c. 453. l. 49. Verſus inde dicti ibid. l. 57. Solonis leges ſic ſcriptæ & Olympiæ vetus inſcriptio ibid. l. 63. & c. 454. l. 1.

Scylax Geographorum vetuſtiſſimus c. 474. l. 18.

Scylla unde dicta c. 523. l. 53.

Scyphios primus equus qui è petra editus c. 747. l. 4. Scyronites cur idem dictus ibid. l. 15. Ortus è Neptuni ſemine in ſaxo dormientis c. 299. l. 30. &c.

Scyrus petroſa inſula unde dicta c. 399. l. 71. Σκῖρος eſt λατύπη ibid. l. 65.

Scythæ quàm juſti c. 173. l. 55. Semper equis vecti c. 189. l. 42. Arma eorum ſagittæ & arcus ibid. l. 54. *Schutten* Germanis ejaculari ibid. l. 72. Mulieres quàm bellicoſæ c. 190. l. 3. &c. Equites ἀπ' ἵππων ibid. l. 62.

Scythia nec mulos habet, nec aſinos c. 176. l. 28.

Scythopolis unde dicatur c. 192. l. 30. Vetus nomen Bethſan ibid. l. 37.

Sebe, vide Saba.

Sebaſtopolis, vide Dioſcurias.

Securis Tenedia, vide Tenedia.

Segeſta, vide Egeſta.

Seger vel *Sagar* ubi thus n. 106. l. 55. Potiùs *Sachar* unde Sachalites ſinus c. 108. l. 22.

Seilan vel Zeilen inſula eſt Taprobane Veterum c. 692. l. 59.

Sela unde dictus c. 88. l. 54. Sela Suſianorum conditor, ubi Sela orbs c. 92. l. 9. 18.

Selambina Bæticæ oppidum quomodo Phœn. c. 617. l. 20.

Selandive Perſis dicitur inſ. Seilan c. 692. l. 68.

Selem צלם umbra Ebr. & imago, quorſum c. 364. l. 17.

Seleucia Babylonia & Babylon cur dicta c. 32. l. 62. Quàm procul a Babylone c. 33. l. 3. Seleuciæ quot incolæ c. 253. l. 7.

Selga orbs ubi & unde dicta it. ἀσελγεῖς unde c. 364. l. 7. 11.

Sem condidit oppidum Salem c. 300. l. 31. Quando natus c. 65. l. 38. Ex gratia prælatus Japheto primogenito ibid. l. 29. Cur Noe Deo Semi benedixerit ibid. l. 60. Quomodo Deus fuerit Deus Semi c. 67. l. 56. &c. Semi prærogativæ ibid. l. 65. & c. 68. l. 31. Semi ſervus Chanaan ibid. l. 45. &c. Sem non eſt Melchiſedech c. 99. l. 9. &c. & c. 317. l. 53. Semi filii c. 69. l. 71. Semi nomen Idololatris cur inviſum c. 20. l. 17. Dominus ejus Deus ibid. l. 30. Eccleſia in ejus familia ibid. l. 12. Sem cur Pluto & Ἅδης ibid. l. 29. Semi nomen quid ſonet ibid. l. 23. Semi tabernacula, id eſt, Eccleſia, quorſum c. 151. l. 10. &c.

Semiramis, id eſt, columba montana c. 740. l. 45. &c. Id fruſtra doctis ſuſpectum ibid. l. 55. &c. Ubi expoſita c. 741. l. 27. Ejus regni terminus ad Orientem Indicus fl. ad Meridiem regio thurifera & myrrhifera c. 109. l. 22. Non condidit Babylonem c. 238. l. 24. &c.

Senaar & Sennaar, vide Sinhar.

Senes decrepiti Japeti dicuntur & unde c. 147. l. 38. Senes decrepitos præcipitabant Tibareni c. 184. l. 12.

Sepharad cur Hieronymus Boſphorum reddat c. 82. l. 50. Sephared Ebr. Hiſpania c. 314. l. 1.

Sephela, campeſtris regio c. 604. l. 3.

Septentrionis penetralia cur tenebroſa c. 655. l. 25. In Septentrione major hominum fœcunditas c. 150. l. 1.

Serandib Arabibus eſt Seilan c. 692. l. 70.

Seres unde arbores c. 26. l. 55.

Seria, vide Syria.

Sericum non ſemper è Serum ſolo c. 27. l. 25.

Serindivi Ammiani, id eſt, Seilan, Perſis & Arabibus hodiéque *Serandib* dicta c. 692. l. 68. 73.

Seriphus una Cycladum c. 405. l. 60. Inſula viliſſima & aſperrima c. 484. l. 5. De ea Stratonici jocus ibid. l. 10. Tota ſaxum ibid. l. 15. Homines ibi in ſaxa mutati ibid. l. 24. Origo nominis ibid. l. 26.

Serpentis venenum in capite aut in felle, inde ... Ebræis c. 753. l. 37.

Seroach arx Solomonis in Homeritarum urbe Marab c. 133 l. 32.

Seſai, vide Anakæi.

Seſami & papaveris promiſcuus uſus in panificiis c. 759. l. 22.

Seſamus à Phineo condita & Caribus & Phœnicib. c. 392. l. 24. &c. Eadem Amaſtris ab Amaſtri Darii nepte ibid. l. 33. Origo vocis ibid. l. 41.

Seſoſtrim Colchos ex Ægypto non deduxiſſe, ut volunt c. 286. l. 19. Seſoſtris, Seſac Roboamo æqualis, Colchis & Jaſon vetuſtiorea ibid. l. 22. Seſoſtris in Colchide victus ibid. l. 26.

Seſtrachus, Satrachos, Setrechus, Cypri fl. unde dictus c. 353. l. 52. Ibi lavabatur Venus cum Adonide ibid. l. 50.

Setabis ubi ſita c. 623. l. 6. Unde dicta ibid. l. 12. Telæ & ſudaria Setaba ibid. l. 15. Chartæ ibidem eximiæ ibid. l. 23.

Seth unde dictus c. 51. l. 10. Seth cur Typhon Ægyptiis c. 10. l. 33. Sethi columnæ ante diluvium ſcriptæ c. 47. l. 52.

Sethroitis & Sethroni ubi & unde nomen c. 293. l. 65.

Setrechus, vide Seſtrachus.

Sex & Sexi unde Sixarina & Coliss Sexitanus vel Saxitanus c. 616. l. 71. & c. 617. l. 1. &c. Vide Hexi.

Sexus Deorum neſciunt Ebræi c. 775. l. 58.

Sibæ, vide Sabæ.

Sibylla Cumæa cur credatur Lilybæi ſepulta c. 508. l. 70. Sibylla Noæ nurus c. 14. l. 8. Sibyllarum oracula ſuſpecta c. 15. l. 25.

Sicani Cyclopum cognati c. 563. l. 34. In Siciliæ indigenæ ibid. l. 26. Sicanus fl. in Hiſpania nullus ibid. l. 59. Sicanorum origo fabuloſa ibid. l. 67. &c. Sicani שכנים, id eſt, vicini ii dicti, qui Phœnicibus propiores c. 565. l. 14. Sicanos Lilybæum verſus, cum Pœnis habitaſſe ibid. l. 30. &c. Sicanorum pleraque oppida in montibus c. 570. l. 36.

Σίκινα Afris paſtinaca ſylveſtris, unde c. 754. l. 36.

de Siciliæ priſcis incolis fabulæ c. 560. l. 11. Cyclopes, Læſtrygones, Sicani, Siculi, Phocenſes, Elymi gens eadem ibid. l. 63. In Sicilia tres linguæ & tres gentes ibid. l. 70. Siculorum quos volunt ex Italia transvectos origo commentitia c. 564. l. 17. &c. Sicilia fortè Phœn. inſula *Seclul*, id eſt, perfectionis dicta, quia inſularum optima c. 565. l. 57. Vel *Segulaja*, id eſt, botrorum c. 566. l. 23. &c. E Sicilia Carthaginenſes vina & uvas comparabant ibid. l. 30. Sicilia ab Homero & aliis vitibus fœcunda deſcribitur ibid. l. 56. &c. Vina in plurimis Siciliæ locis c. 567. l. 20. &c. Siciliæ littora diu tenuêre vel è Carthagine Pœni vel è Tyro Phœnices c. 507. l. 17. 34. 46. &c.

Sicinus Cycladibus adſcripta c. 405. l. 63. & c. 416. l. 28. Inſula pauperrima Ebr. *ſiccen* indigere ibid. l. 67. Olim Oenoe ibid. l. 47. Utrumque nomen peti è fabulis ibid. l. 56.

Siculæ urbes ab amnibus dictæ c. 548. l. 42.

Σίδη Bœot. malum Punicum, ut Arab. *ſidra* c. 438. l. 10. & c. 445. l. 56.

Sidda, Muſicæ genus c. 709. l. 17.

Side, Sidene, Sidenes populi. Sidenum fl. c. 291. l. 27. Vide Chaboræi.

Sideritis Pœnis *udedonia*, quia *hadid* eſt ferrum c. 757. l. 30.

Sidon virgo cantata ex Ponto nata, quæ odeo reperit unde dicta c. 709. l. 10. &c.

Sidon urbs ab ubertate piſcium dicta ut Bethſaida c. 302. l. 28. & c. 717. l. 30. Cur Sidon vocetur ejus conditor c. 302. l. 44. Sidon Tyro multo antiquior & poetis longè notior ibid. l. 53. &c. Magna ibid. l. 70. Ipſius deſcriptio c. 303. l. 20. Quomodo πολύχαλκος ibid. l. 32. Incolarum induſtria, ſcientiæ & artes ibid. l. 37. &c. Quàm pacatè diu vixerint ibid. l. 55.

Sidonii pro Phœnicibus c. 301. l. 73.

Sierra Hiſp. mons unde c. 740. l. 68.

Sijim Ebræis qui in deſertis degunt & ſiticuloſis locis c. 383. l. 12. Vide Ichthyophagi.

Sil pigmenti ſpecies c. 410. l. 45.

Sila, vide Syla.

Sileni colloquium cum Mida c. 637. l. 53. Fabula unde orta c. 443. l. 34. De eo quid Juſtinus Martyr. ibid. l. 38. Nomen unde, & prophetiæ de Silo horrenda depravatio ibid. l. 46 &c. Silenus Bacchus cur in ſphæra Mercurii ibid. l. 2.

Silices Aſſyriæ populi unde dicti c. 246. l. 2.

Silures Britanniæ populi unde dicti c. 416. l. 23. & c. 651. l. 10. Ex Iberia in Britanniam c. 650. l. 60. Silura inſula c. 651. l. 16. Silurum vel Sillenæ inſulæ, hodiè *Silly* vel *Sorlinge*, pars Caſſiteridum ibid. l. 18. 22.

Similitudines ex rebus notis c. 6. l. 21.

Simius quia ſimus c. 592. l. 43.

Simois, vide Xantus.

Simyra prope Orthoſiam c. 307. l. 7.

Sinapi Cyprium c. 387. l. 20.

Sin & Sinæi, vide Peluſium.

Sinæ Eſaiæ ætate ignoti c. 275. l. 42.

l. 42. Sinæorum ſitus quàm incertus c. 305. l. 38. Videntur eſſe Peluſiotæ ibid. l. 50.

Siadon à Sidone dici putatur tanquam ibi inventus c. 758. l. 18. Tamen צידון *Sidon* & סדון *ſindon* ſcripturâ multum differunt ibid. l. 32. Materia è lino aut byſſo ibid. l. 36.

Singara, vide Sinbar.

Sinbar, Senaar, Sennaar, Singara, idem c. 24. l. 17. 66. Interpretib. Pontus, Babylon, Bagdad ibid. l. 18. &c. Babylon urbs in terra Sinhar ibid. l. 44. 45. Singara urbs, Singarena regio, Singaraamons ibid. l. 66. &c. Unde dicatur ibid. l. 56. De pallio Sinbar c. 25. l. 31. &c.

Siphnus una Cycladum c. 405. l. 60. Ibi auri & argenti metalla & opes immenſæ, unde nomen c. 453. l. 41. 71. &c.

Sippara vel Sipphara ubi ſita & unde dicta c. 22. l. 50.

Siraph urbs Perſidis ubi ſita c. 420. l. 12.

Sirbes vel Sirboa fluv. Lyciæ unde dicitur c. 245. l. 68. &c. & c. 363. l. 1. &c.

Sirenes multi ſtatuunt prope Pelorum c. 521. l. 39. Illis à cantu nomen ibid. l. 59. & c. 443. l. 45. Sirenes ejuſdem originis cujus Teleboæ c. 593. l. 46. Ad Acheloum & circa Capreas ibid. l. 51. Ab iis Surrentum & Sirenuſæ dictæ ibid. l. 55. &c.

Siſara palus à rubrica dicta c. 484. l. 73. & c. 485. l. 2.

Σισαρον Afria papaver unde c. 759. l. 16.

Siſoe, ציצית, κρώβυλος, cirrus, πλοκαμος, &c. c. 362. l. 2. &c. De ſiſoe Heſychii locus à Casaubono reſtitutus ibid. l. 23. Unde hæc vox Phaſelitis ibid. l. 27.

Σισυρνοδῖται, vide Baleares.

Σισυρνα, quomodo Ebraicè c. 672. l. 41. 45.

Siſtrum à vulgari cymbalo quid differat c. 212. l. 38. Iſiacorum proprium ibid. l. 52.

Σιτάνιον, meſpili ſpecies c. 539. l. 35.

Σιτων eſt Dagon c. 707. l. 39.

Sittace vel Pſittace, ubi ſita, & unde dicta; ejuſdem deſcriptio c. 238. l. 59. &c.

Σμυ cur Typhon Ægyptiis c. 10. l. 33.

Soaib eſt Jethro c. 685. l. 36.

Soanum torrentes in Colchis multum auri deferunt c. 290. l. 9.

Soba, vide Aram Soba.

Sobei, vide Sabæ.

Socotra inſula olim Dioſcoridis c. 506. l. 68. Unde aloe c. 101. l. 35.

Socrates unde oriundus c. 616. l. 36.

Sodomorum incendii qui meminerint c. 308. l. 50.

Sol, Deus Sabæorum c. 532. l. 54. Sol an receſſerit ævo Ezechiæ c. 411. l. 50. Solem ad dextram qui habuerint in Occaſum converſi c. 639. l. 39.

Solanum Punicè *Aſtriſmnai* herba Octavi, id eſt, Æſculapii, qui *Eſmuni* ſeu Octavus Punicè vocabatur, quia octavus Cabirorum c. 760. l. 15. &c. Apollinem hanc herbam Æſculapio dediſſe ibid. l. 21. Cur dicatur Apollinaris ibid. l. 23. Ejus in vaticiniis uſus ibid. l. 27.

Solœciſmus unde dictus c. 376. l. 64.

Soloia Africæ promontorium unde dictum c. 641. l. 15. 22.

Solon tranſtulit Ægyptia nomina in Græca c. 60. l. 27.

Solus vel Solois Siciliæ urbs in rupe, cui inde nomen c. 376. l. 63. & c. 514. l. 41. &c.

Solymi iidem qui Piſidæ c. 361. l. 4. His ſermo Phœnicius ibid. l. 9. Solymi montes prope lacum ibid. l. 20. Solymi prope Lycios ibid. l. 41. Ad Ieroſolymitanos fruſtra referri quæ in Homero de Solymis ibid. l. 45. &c. Solymi ἁγνὴν κρέας quod Judæis vetitum ibid. l. 65. Eorum regio Cabalais c. 363. l. 18. Solymis unde nomen c. 364. l. 16. &c. Hodiè dicuntur *Tzelymi* ibid. l. 45. Dii Solymorum qui fuerint ibid. l. 51. &c. Cur iidem Lyciis exoſi ibid. l. 65. &c.

Sonoba Bæticæ urbs unde dicta c. 603. l. 26.

Sophene ubi ſita c. 79. l. 28. Diverſa à Soba ibid.

Sophir pro Ophir in Græca Verſione c. 141. l. 44.

Sophtha, inſula Perſica, vide Sabtha.

Sora, vide Sura. Sora Phœnices urbs, fortè Tyrus c. 735. l. 25 &c.

Sorbiodunum, hodiè Sarisberia, unde dictum c. 650. l. 44.

Sory, ſyricum & ſandyx pro eodem c. 410. l. 50.

Spania dicta à Pane c. 621. l. 9. & c. 630. l. 31. Spania pro Hiſpania ibid. l. 42. &c. Non à Pane, ſed à cuniculis dici multis probatur c. 631. l. 4. &c. Cuniculi in Hiſpania quantâ copiâ & quam noxii ibid. l. 13. &c. Cuniculus nomen Hiſpanicum c. 632. l. 20. Leberis Maſſilienſium, unde lauriæ ibid. l. 23. 31. Spanoia, id eſt, cuniculoſa c. 368. l. 3.

Sparta an dicatur ἀπὸ τῶν σπαρτῶν à viris à Cadmo ſeminatis c. 457. l. 22. &c. Spartæ heroum Cadmi ibid. l. 25. Spartiatæ & Judæi cur dicantur eſſe fratres ibid. l. 72. &c. Sparta potiùs à Sparto Phoronei filio, vel à Sparta uxore Lacedæmonis ibid. l. 45.

Spartonem Judæum perperam confundi cum Spertone vel Sparto Spartone c. 458. l. 22.

Spartum unde Carthago Spartaria & Spartarius campus in Hiſpania c. 610. l. 9. &c. Cur Gr. σπάρτον & λύγον ibid. l. 22. Quis uſus ibid. l. 13. &c. Ubi creverit ibid. l. 12. Cur ſalaminium dicatur in Oppiano ibid. l. 41.

Sparum Gallici teli genus unde dictum c. 670. l. 11.

Spatha vel *ſpata*, gladius Gallicus anceps unde dictus c. 669. l. 30.

Sphinx Bœot. dicitur φὶξ & cur c. 433. l. 41.

Spbud veru Chald. *Spedo* Ital. *Spit* Belg. c. 669. l. 44.

Sponſas coronandi mos antiquiſſimus c. 425. l. 50. Ejus in Scriptura veſtigia ibid. l. 61. &c.

Sporas quomodo Phœnicibus c. 420. l. 34.

Stadia pro Tſadia, id eſt, deſolata, Rhodus cur dicta c. 370. l. 64.

Stagnare, στεγανοῦν, *ſtancare*, Gall. *eſtancher* c. 649. l. 66. & c. 650. l. 2. &c.

Stagnum cur dicatur mare in ſinu Carthagin. c. 541. l. 23.

Stancare, vide ſtagnare.

Stannum è Britannia quà allatum c. 648. l. 52. Stannum Veteribus plumbi ſpecies c. 649. l. 11. Utroque fœcunda Britannia & inde dicta ibid. l. 13. 26. &c. Stannum quomodo Ebr. Arab. & Talmud. c. 648. l. 70. &c. & c. 650. l. 38. Celticum valde fuſile c. 649. l. 58. Stannum unde dicatur ibid. l. 65.

Staphylus in Aſſyria Bacchi ſucceſſor c. 440. l. 34.

Statua Memnonis à ſole tacta crepabat c. 278. l. 34.

Stemmata nobilium cur urſi, tigres, leones, &c. c. 229. l. 9.

Stomalimne quid c. 176. l. 8.

Strabo ubi natus c. 182. l. 33. Strabonis cujuſdam mira perſpicacitas c. 508. l. 20.

Struthium quæ herba c. 419. l. 63. Struthium ſeu radicula cur σεφὶς Pœnis c. 753. l. 13.

Stygis fons in Arab. Fœl. c. 145. l. 41.

Sabites hedera Gall. ut *baſub* Ebr. c. 676. l. 68.

Subventana regio, vide Cinypis.

Subulo tibicen Tuſcis c. 585. l. 20.

Sue opp. ubi & unde dicta c. 246. l. 5. &c.

Succha Ebr. ſpelunca, & Succhæ urbs Succhæorum ſeu Troglodytarum, hodiè *Suachen* c. 280. l. 72. & c. 281. l. 5. &c. Vide Troglodytæ.

Succoth oppidum Gr. Σκηναὶ c. 185. l. 24.

Suel Bæticæ oppidum à vulpibus c. 616. l. 28.

Suevi Iſidi ſacrificant c. 462. l. ult.

Suffetes Carthagine qui judices, & unde dicti c. 472. l. 67. & c. 473. l. 21. &c. Minora etiam oppida habuiſſe ſuos Suffetes ibid. l. 33. Suffetum potentiam quomodo retuderit Annibal ibid. l. 7. Vide & c. 584. l. 67. & c. 717. l. 26.

Sulchi Sardiniæ urbs c. 576. l. 41. Ubi ſita & unde dicta c. 577. l. 5.

Sulphur in Melo nobiliſſimum c. 418. l. 48. Sulphur pro bitumine c. 42. l. 45.

Somes Mercurius & unde c. 761. l. 33. 61.

Suntiarum optimus ducit virginem quamcunque vult c. 174. l. 21.

Supercilia ſtibio illita c. 592. l. 68.

Sur & Chavila deſerti termini oppoſiti c. 226. l. 3.

Sur vel Sud Euphratis alveus, vide Euphrates.

Sora vel Sora urbs ubi c. 34. l. 66. Mabazia eadem c. 35. l. 5.

Suſa Ptolemæus à Tigri nimia removit c. 237. l. 3. Unde nomen c. 751. l. 70. Suſis dicabyberuos agebat Rex Perſarum c. 196. l. 62. Ibi quàm immenſus calor ibid. l. 69. Suſarum Regia ibid. l. 30. 54.

Suſa vel ſuſan lilium, onde Suſa urbs & Suſinum unguentum c. 751. l. 55. 68. &c.

Suſaacæi pro Suſiis c. 71. l. 15.

Suſiana cur Curb & Cus dicatur & Ciſſia & Chuzeſtan c. 237. l. 27.

Suſia equi c. 752. l. 15.

Suſii an & quatenus diverſi ab Elymæis c. 71. l. 21.

Suſium vel Suſinum unguentum; id eſt, lilinum c. 751. l. 55.

Suſoba Epiphanio Meſopotamiæ, aliis Scythiæ pars c. 77. l. 65.

Syagrum promontorium ubi portus, & apotheca thuris c. 106. l. 23. Unde thus Syagrum ibid. l. 28.

Sybaris Colchorum Regia unde dicta c. 289. l. 32. Sybaris quot armatorum millia inſtruxerit c. 253. l. 21.

Sydyk Jupiter c. 707. l. 7. & c. 711. l. 34.

Syene ubi c. 211. l. 40.

Syla vel Sila, ſylva in Brutiis picis ferax c. 596. l. 67.

Symæthus Sicil. fl. maximus ut inſula Samatho, dictus à magnitudine c. 531. l. 46. 50. Symæthius mugil ibid. l. 65.

Syme inſula in angulo Cariæ unde dicta c. 372. l. 45.

Syraco palus prope Syracuſas à fœtore dicta, malè Tyraca Vibio c. 539. l. 57. &c.

Syracuſarum ambitus c. 195. l. 67. Syracuſæ Græcarum urbium maxima & pulcherrima c. 539. l. 19. Syracuſarum conditor ibid. l. 21. Partes quatuor, portus duo, fontes, flumen, ambitus ibid. l. 22. &c. Opulentia ibid. l. 33. Syracuſæ unde dicantur ibid. l. 40. &c. De Syracuſis & Crotone oraculum c. 540. l. 32. &c.

Syri, vide Armeni. Syri unde dicti c. 301. l. 53. Syri & Aſſyrii promiſcuè ſumpti c. 75. l. 32. Syros Euphrates vel Tigris dividit ab Aſſyriis ibid. l. 61. Syri in Africa ad Oceanum c. 126. l. 69.

Syria, Seria, Ieira, Icria, Indiæ, id eſt, Aria c. 96. l. 55. 59. 63.

Syriaca lingua quando nata c. 57. l. 46. 61. Simillima Chaldææ ibid. l. 63. Chriſtum & Apoſtolos eam uſurpaſſe ibid. l. 66. Variæ ejus dialecti ibid. l. 71. Dialectus ejus Galilæa impuriſſima ibid. l. 73. Syriaſmi uſus c. 58. l. 2.

Syricum è Syro fit ex ſinopide & ſandyce mixtis, Ebr. *ſircon* c. 410. l. 48. 56.

Syris quæ herba & unde dicta c. 419. l. 67.

Syrophœnices populi mixti vel medii inter Syros & Phœnices c. 349. l. 24. Damaſcus pars Syrophœnices ibid. l. 42. Syrophœniſſam Marc. 7. Arabs deducit ex *Algaur* ibid. l. 55. Non fuit vere Syra c. 80. l. 8. Vide Chananæa. Syrophœnices, id eſt, Phœnices è Syria Africanis oppoſiti c. 350. l. 19. Syrophœnia pro Tyro ibid. l. 37. Syrophœnices pro Cœleſyria ibid. l. 60.

Syron Ebræi non intelligebant c. 700. l. 20.

Syrus,

Syrus, Syra, Syrie una Cycladum, dives & beata inſula, unde nomen c. 405. l. 60. & c. 450. l. 23. 37. &c. Scyros pro Syro perperam & Scyricum pro Syrico, Ebr. *ſecon* ibid. l. 39. 45. 56. Phœnices in Syro ibid. l. 60. Pherecydes Syrius ibid. l. 70. Heliotropium in Syro à Pherecyde erectum, ut volunt, imò multo antiquius c. 451. l. 10. &c. Syri ſitus ibid. l. 29.

Syrus pagus & Syrorum oppidum in Ægypto ubi c. 358. l. 20. 25.

T.

Teth ט Hebr. *Θῆτα* θ Gr. c. 451. l. 13. 16. & c. 406. l. 44. *Teth* ט permutatur cum *Tſade* צ c. 80. l. 53. & c. 546. l. 13. & c. 306. l. 14. & c. 746. l. 10. Θῆτα θ & Xi Ξ permutantur c. 469. l. 1. Θ & Φ c. 408. l. 40.

Thau ת Hebr. Ταῦ τ Gr. c. 451. l. 14. 17. *Thau* ת geminatum excidit c. 670. l. 43. *Thau* ת expreſſum per Δέλτα δ c. 9. l. 33 & c. 527. l. 43. & c. 551. l. 2. *Thau* ת & *Schin* ש facilè permutantur, vide literam S. *The* ת & *Be* ב Arabum ſolis punctis differunt c. 297. l. 51. τ & σ permutantur c. 759. l. 53. τ & π paſſim confundi, vide lit. P. T & N tranſponuntur c. 388. l. 43. T & R c. 510. l. 50.

Τάαυτος Mercurius Phœnicibus c. 662. l. 37.

Taautus Ægyptius, Græcis Hermes, ſcripſit libros XLII, quorum catalogus in Clem. Alex. c. 772. l. 57.

Τάβαλα tympani Parthici genus c. 572. l. 52.

Tabraca pro *Tavraca*, id eſt, *Θυμῶν* c. 475. l. 52. 60. Saltus in vicinia ibid. l. 55. *Tavraca* & Tabraca idem, ut Tauriz & Thabriz, Auranitis & Abranitis, &c. ibid. l. 64.

Tabyrium, vide Arabyrius.

Tacape quibus fertilis c. 493. l. 57. Quomodo Punicè dicta c. 494. l. 3.

Tænarus vel Tænar rupes Laconicæ Phœn. nominis c. 459. l. 65. Ibi lapidicinæ, purpuræ piſcatio, & via ad Inferos ibid. l. 71. & c. 460. l. 2. 7.

Tagus fl. a *dag* ſeu piſce dictus, quia piſcoſiſſimus c. 627. l. 15.

Taira non eſt columba Arabicè, ut vult Tzetzes, ſed avis quælibet, unde *tejar* Syris augurium c. 747. l. 66. &c.

Tamaſſus Cypri urbs, ubi æris fodinæ, unde dicta c. 356. l. 65.

Ταμιάθις, vide *Damiata*.

Tamna, Thomna, vel Thumna caput Gebanitarum, urbs templorum LXV c. 155. l. 63. & c. 116. l. 12.

Tanagræ Bœot. urbs, cui nomen a gallis c. 435. l. 11. 31. &c.

Tanis ævo Moſis extabat & multo antè c. 261. l. 48.

Tapharon, Taphron, Tarpharon, olim Saphar c. 145. l. 59. & c. 546. l. 1. &c.

Taphii ſeu Teleboæ populi Phœniciæ originis a rapinis dicti c. 464 l. 40. 69.

Taphnes Æg. urbs, Gr. Daphnæ Peluſiæ c. 277. l. 58.

Tapboſiris Æg. urbs antiquiſſima c. 261. l. 62.

Taprobana eſt Solomonis Ophir c. 141. l. 46. Unde dicta ibid. l. 66. Phœn. תף פרון *Tapb Parvan*, littus Parvan ſeu Parvain, ibi aurum, ebur, gemmæ, pavones, & in proximo continente cercopitheci, & Paſi ſinus, & Phaſis fl. unde aurum *Par & Uphaz* Ebr. ibid. l. 51. &c. & c. 691. l. 51. Et portus Hippuros, id eſt, Ophir c. 692. l. 33. Jabadiu eſt hordei inſula, non Taprobanæ, ut legitur in Stephano ibid. l. 7. 15. In Taprobana cultus Hercules, Rex Bacchi, cæteri Arabum cultu ibid. l. 43. Taprobana aliis *Sumatra*, aliis *Ceylan* vel *Seilan*, quod verius eſſe probatur XXI rationibus ibid. l. 49. &c. Olim Salica & incolæ Salæ ibid. l. 70. Hodiè *Salandib* & *Sarandib* & Ammiani *Serindivi* ibid. l. 67. &c.

Taprobanenſes Romæ quid mirari potiſſimum c. 639. l. 43.

Tapſus urbs ubi ſita & unde dicta c. 558. l. 66. & c. 559. l. 14.

Taramis, *Ζεὺς βρονταῖος* c. 662. l. 20.

in Tarbellis auri puriſſimi fodinæ c. 625. l. 62.

Tarentinæ nuces c. 598. l. 18.

Tarichiæ unde Meninx dicta *cata Taricbias* c. 494. l. 45.

Tarpharon, vide Tapharon.

Tarraco Ebr. regia vel arx c. 623. l. 46. Arx Tarracone ibid. l. 52. Tarraconis laudes ibid. l. 61. Conditor c. 624. l. 5. Vina eximia ibid. l. 13. Ara & templum Auguſto ſacra ibid. l. 22. 28. Tarraco à Francis expugnata ibid. l. 40 Oroſius è Tarracone ibid. l. 44.

Tarraconenſis Hiſpaniæ pars ubi c. 599. l. 13. In ea pauca Phœnicum monimenta c. 619. l. 28.

Tarſeium pro Tarteſſo c. 171 l. 1. &c.

Tarſis in India ibid. l. 18. Vide & Tharſis. Tarſis, id eſt, Tarteſſus c. 170. l. 59.

Tarſus quibuſdam Tarſis c. 358. l. 50.

Tartari nomen quò alludat c. 605. l. 53. Tartarus, id eſt, aer tenebroſus ſub polis c. 655. l. 50.

Tarteſſus aliis Carteia, al. Gades, al. verius inſula & urbs inter duo Bætis oſtia c. 170. l. 52. &c.

Tarteſſus fl. ſeu Bætis c. 601. l. 44.

Tarteſſus inſula & urbs inter duo Bætis oſtia c. 604. l. 57. Ebr. *Tarſis* c. 606. l. 38.

Tarteſſus urbs magna ibid. l. 46. Tarteſſus triplex ibid. l. 68. Tarteſſum propriè dictam Phœnices non condidère ibid. l. 51. Sed Tarſis filius Javan c. 607. l. 5. Tarteſſus omnibus metallis dives ibid. l. 9. Qui Græcorum in Tarteſſum navigaverint ibid. l. 37. Tarteſſiæ murænæ & muſtelæ ibid. l. 46. &c. Tarteſſus non eſt Gaddir c. 608. l. 4. &c. Tarteſſi nomen pro Gadibus c. 606. l. 52.

Tarhyris, vide Pathros.

Tauriſens Galliæ tyrannus ab Hercule occiſus c. 657. l. 30.

Tauromenium Siciliæ oppidum in Tauro monte qui *tur* Pœnis c. 524. l. 52.

Tauromenius fl. vide Onobala.

Taurus & *ταυρόμορφος* Bacchus unde c. 441. l. 27. 38. &c.

Taurus mons unde dictus c. 524. l. 53.

Taxea laridum Gallis unde c. 675. l. 45.

Tdapbar olim Sapbar c. 146. l. 5.

Tearus Thraciæ fl. c. 152. l. 38.

Tebama Arabiæ pars ubi c. 142. l. 60.

Telæ in igne purgantur quæ c. 28. l. 13.

Telchines, quando in Rhodum feceſſerint c. 371. l. 6.

Telchines magi à Phœnicio *Tolchis* ibid. l. 13. 44. Telchin & Telchis ibid. l. 47.

Telchinis, vide Rhodus.

Teleboæ, vide Taphii.

Telen Brit. cythara unde dicta c. 680. l. 62.

Telephaſſa Europæ mater Thaſi obiit c. 393. l. 45.

Tellus ſeu Rhea Saturni uxor c. 4. l. 37.

Telmiſſus non Termiſſus, Lyciæ urbs in ſitu unde dicta c. 363. l. 24. 45.

Telo vel Tolo Gall. urbs ad Citharitem promont. unde dicta c. 680. l. 62. &c.

Telus inſula Carica, id eſt, תל *tel* tumulus c. 372. l. 49. &c. Telinum unguentum inde dici Plinius falſo aſſerit ibid. l. 56. Telus etiam Agathuſſa ibid. l. 61.

Temeſa Brutiorum urbs ære dives unde dicta c. 356. l. 72.

Temeſen in Brutiis, de qua Homerus, Phocenſes invaſerunt circa Troiana tempora c. 594. l. 12. &c. Tam Italica quam Cypria Temeſe metallifera ibid. l. 34. Utrique nomen Phœnicium ibid. l. 39.

Temnicus Bœot. mons ab altitudine; ibi Temmices populi c. 432. l. 45.

Tenedia ſecuris c. 387. l. 44. Tenedius Apollo bipennifer: ſecuris in nummis Tenediis ibid. l. 54. Tenedia vaſa in precio c. 386. l. 40. Tenedium origanum c. 387. l. 14.

Tenedos non eſt *Tiro iddo*, ut volunt, ſed inſula *tin edom*, id eſt, luti rubri ad figulinas c. 385. l. ult. &c. 386. l. 37. &c. Vide Alpheus, & Aſterii, & Origanum

Tenes Tenedi pro Deo cultus ibid. l. 4. Tibicines cur ex ejus fano excluſi & nomen Achillis in eo proferre nefas ibid. l. 20. De Tene nihil poetæ vetuſtiores, nec pleriqne mythologi ibid. l. 26. &c.

Tenos inſula Phœn. *thannoth*, id eſt, draconum aut anguium; indidem Ophiuſa & Hydruſa c. 409. l. 39 &c. Unde & vipera *Tenia* ibid. l. 53. Tenus alia Theſſaliæ ubi ſerpens magicis cantibus exanimatus ibid. l. 56. Tenia allia ibid. l. 59. Aquæ Teni mirabiles ibid. l. 60. Tenus inſula non magnæ rei ibid. l. 73.

Terebinthi in Cycladibus, inde nomen multis inſulis c. 381. l. 44. 53. Terebinthus pro piſtacio uſurpatur ab Ebræis & Græcis c. 389. l. 48. 72. Terebinthi fructus non nux, ſed granum ibid. l. 56.

Terebinthus Manetis præceptor cur Perſis *Budas* c. 532. l. 70.

Teres Sitalcis pater Rex Odryſarum c. 152. l. 58. Primus regnum Odryſarum amplificavit c. 153. l. 1. &c. Teres alius Sitalcis filius ibid. l. 9.

Terias Siciliæ fl. ad Leontinos à negotiando cur dictus c. 536. l. 41. 53. &c.

Termiſſus, vide Telmiſſus.

Terra ut *omicron* juxta Veteres c. 638. l. 8. &c. Terra unius ſermonis c. 3. l. 17. Terra pro incolis c. 50. l. 9. Terræ motus terram diffindunt & omnimodos emittunt ſonos c. 279. l. 12. &c. Terræ motus *μυκηθμῶν*, *χασματίαι*, *βράσται* ibid. l. 40. Exempla terræ motuum cum fragore & mugitu ibid. l. 60. &c. Tale aliquid Sami c. 380. l. 12. Terræ motum Sami futurum præſenſit Pherecydes ibid. l. 31. &c.

Tereus Rex Thracum vetuſtiſſimus c. 152. l. 54.

Teſtudo ex Abalite ſinu c. 123. l. 61.

Teucer Salaminius cur Carthaginem condidiſſe putetur c. 620. l. 53. 72.

Teucri Cyziceni libri quinque de Tyro c. 779. l. penult.

Teutates, Mercurius, & *Taautos*, *Thouth*, *Theuth*, *Thoth* c. 662. l. 36. Vide & c. 622. l. 36.

Thabor, vide Atabyrius. Thabor in Occaſu terræ Chanaan c. 447. l. 46.

Thalli Syriaca c. 779 l. antepen.

Thalmæi, vide Anakæi.

Thamacath Afris tanacetum vulgo *tanaiſie* c. 755. l. 48. 71.

Thamanorum pagus ab illis octo conditus qui ex arca exierunt c. 18. l. 53. Vide Cemainum & Thſemaninur.

Thamneri Mediæ ſunt Arii Meridionales, ratio nominis c. 594. l. 31.

Thapſia Pœnis herba *boeden*, id eſt, בדן torcularium, quia ſuccus ejus torculari exprimebatur c. 760. l. 69. & c. 761. l. 10. *Boed* pro *bad* torcular, ut *goed*, pro *gad* coriandrum ibid. l. 11.

Thapſus Siciliæ peninſula pro inſula habita & Sporadum una c. 538. l. 66. & c. 539. l. 3. 51. Ratio nominis ibid. l. 15.

Tharſis non eſt Tharſus nec Carthago, nec Africa, ſed Hiſpania c. 566. l. 30. &c. & c. 171. l. 27. Vide Tharſis.

Thaſus olim Chryſe propter auri metalla c. 393. l. 10. 31. Thaſus bonorum, proverb. ibid. l. 9. Thaſi & Scaptenſulæ proventus annuus ibid. l. 13. *Thas* Syris bractea; ab auri bracteis Thaſo nomen, non à fabuloſo Tharſo ibid. l. 17. 22. Thaſus cur Odonis olim & Thaſii Dæri ibid. l. 34. 38. Vide Telephaſſa.

Theba bos Syris ſcilicet c. 751. l. 7. Thebæ Phœniciè *Thebes* à luto dictæ, quia urbs tota *πηλόχυτος* c. 426. l. 58 &c. Ejuſdem vocis variæ originationes ibid. l. 70. &c. Thebæ Hypoplaciæ c. 377. l. 51. Thebia Ægyptiis quut incolæ ætate mul-

militari c. 253. l. 8. Vide Dioſpolis.
Thebais, vide Pathros.
Thebaidis caput Thebæ urbs, Ebr. *Amon-No* & *No-Amon*, Gr. Dioſpolis c. 277. l. 44. Portas habuit centum & currus bellicos XX M c. 276. l. 62. &c. quot incolæ, longitudo, ambitus, ſitus, mœnia, domus, aulæ, templa, donaria, coloſſi, obeliſci, ſepulchra Regum, Oſimandyæ ſepulchrum, hortus penſilis, Memnonium c. 277. l. 54. & c. 278. l. 11. &c. Ejus quatuor vaſtationes prima à Nabuchodonoſoro, poſtrema à Corn. Gallo ibid. l. 40. 68. Deinceps ſemper jacuit c. 279. l. 6.
Theras à Cadmo octavus Theræ nomen dedit c. 424. l. 56. Thera inſula Cretica ibid. l. 29. Ibi Phœnicum colonia duce Membliaro Cadmi cognato ibid. l. 32. Aut ut alii plebeio ibid. l. 68. Theras e Cadmi ſtirpe primus migravit Spartam c. 457. l. 66.
Therita Mars cur vocetur c. 152. l. 51.
Therma condidêre Pœni ad calidas aquas Heroum ævo jam notas c. 515. l. 9. 16.
Thero nutrix Martis c. 152. l. 52.
Theronis naves Gadibus exuſtæ c. 612. l. 9.
Therops Rex Thracum Lycurgi loco à Baccho conſtitutus c. 152. l. 56.
Therſitæ pro Tarteſſiis c. 571. l. 15.
Theſei columna de Ionia & Peloponneſo c. 154. l. 25.
Theſſali equeſtres c. 299. l. 7.
Theath Mercurius Ægyptiis, vide *Thouth*.
Thiras, id eſt, Thrax c. 151. l. 65. Hinc *Threſſa* mulier & Thraſia Ebr. pro Thracia ibid. l. ult. & c. 152. l. 3. Ad idem nomen variæ alluſiones in Thracia & vicinis locis ibid. l. 21. &c.
Thogarma decem familiæ ad Volgam & Danubium c. 199. l. 26. 34. Thogarmæ ſitus c. 176. l. 51. Inde equi & muli Tyrum advecti ibid. l. 13. Thogarma non eſt Germania, nec Turcomannia, nec ulla pars Scythiæ ibid. l. 20. &c. Sed Cappadocia c. 177. l. 2. &c. Thogarma Gr. Torgama unde Trogmi, Trocmeni, Trogmades, &c. c. 178. l. 39. 54.
Thoiar, vide Gerra.
Thomna & Thumna, vide Tamna.
Thor Phœniciè bos c. 717. l. 36. *Thor* Succotum Deus c. 662. l. 26. Idem qui Jupiter ibid. l. 29.
Thorax Atticus c. 423. l. 70.
Thouth, *Theuth*, *Thoth*, Mercurius Ægyptiis c. 662. l. 38 &c.
Thracia, vide Thiras.
Thraſum tractus Thraciæ c. 152. l. 25.
Thriambus, Lythirambus & Dithyrambus Bacchi nomina idem ſonans c. 441. l. 63.
Thſemaninus pagus quem extruxit Noe c. 18. l. 40. Vide Cemaninum & Thamanorum pagus.
Thule vel eſt Scandia, vel Iſlandia vel Schetlandia una Orcadum c. 654. l. 48. 55. 62. Vel quod extremum in Aquilone ibid. l. 66. Thule indicata à Phœnicibus ibid. l. 70. *Thule*, id eſt, umbra vel tenebræ ibid. l. ult. Rat. nom. c. 655. l. 54. &c. Vada caligantia Thules ibid. l. 58. Thule nigra & nigrans ibid. l. 60. &c. Soles in ea impuri, noctes obſcuræ & perennes, confuſio pulmoni marino ſimilis ibid. l. 66. &c. De ea mendacia c. 656. l. 16. &c. Nominis falſæ originationes ibid. l. 22. &c. Incredibilium libri de Thule ibid. l. 40. Thulis Æg. rex à quo Thule dicta ibid. l. 25. Cypariſſinæ tabulæ de Thulu Tyri effoſſæ ibid. l. 45. &c.
Thumiaterium, Phœniciè Dumathiria, urbs ab Hannone in Africa condita, à vicino campo dicta c. 640. l. 53. &c.
Thur unde c. 678. l. 2.
Thuras, Mars c. 152. l. 45. Thuras Rex Aſſyriorum vetuſtiſſimus, fortè idem qui Aſſur vel Athur c. 73. l. 31. 56.
Thurifera regio ubi c. 101. l. 50. &c.
Thurius à bove dictus, qui *thor* Phœnicibus c. 431. l. 54. &c.
Thus à candore *lebona* Ebr. unde Gr. λίβανος c. 103. l. 71. & c. 104. l. 14. Arab. *chonder* ex Gr. χόνδρος ibid. l. 18. Lat. *thus*, quaſi θύος ſeu θυμίαμα ibid. l. 32. Thus nec ex India nec ex Æthiopia affertur, nec ex Panchaia, nec ex Libano, ſed ex Sabæis ibid. l. 47. 70. De loco thuris quid Theophraſtus, Eratoſthenes & Ptolemæus c. 105. l. 31. 43. &c. Thus ut myrrha in Chatramotiti ibid. l. 65. &c. Circa Canam emporium ibid. l. 69. Et Syagrum prope ſinum Sachalitem c. 106. l. 23. Ubi Moſcha thuris portus ibid. l. 36. Et in Abaſenis ibid. l. 45. Thus atomum aut Syagrum ibid. l. 28. Thus peraticum c. 124. l. 57.
Thyades à divagando dictæ c. 445. l. 24. &c. Vide Bacchæ.
Thymiaterium, vide Thumiaterium.
Thyæ Babylone c. 440. l. 43.
Thymbris mare in Theocrito c. 543. l. 1. &c.
Thyoni cur plurimi circa Tarteſſum c. 607. l. 69. Quàm ſepore gaudeans c. 608. l. 1.
Thyrſus è pinu quæ Ebræis thirza ibid. l. 33.
Θύαλλα vitis folia aut rami cum fructu appenſo, qui *totla* Syris c. 445. l. 42.
Tibareni ubi ſiti c. 180. l. 70. Populi inter Moſchos & Tibarenos medii c. 181. l. 4. Tibarenis quod ſummum bonum c. 183. l. 46. Quàm ſint generoſi ibid. l. 73. Senes præcipitabant c. 184. l. 13.
Tiberiadis aquæ calidæ ad Emmauntem c. 764. l. 60.
Tibia, Phrygia c. 175. l. 14. Tibius Paphlagonicum nomen, & Tibius mons Phrygiæ vel Paphlagoniæ ibid. l. 2. 13.
Tigres è monte Amano c. 359. l. 53. &c.
Tigris dividebat Aſſyriorum imperii partes in Orientales & Occidentales c. 31. l. 45. Tigrim quomodo trajecerint primi poſt diluvium ibid. l. 64. Quando maximè tumeat c. 32. l. 2.
Tilgamus Aſſyriæ Rex in horto repertus unde dictus c. 741. l. 36.
Tiphuſius mons Bœotiæ à feracitate dictus c. 432. l. 42. &c.
Timagenes Syrus ſcripſit de rebus Gallicis c. 659. l. 35.
Timoleontis omen ex apio c. 557. l. 62. &c.
Timor, vide Deus.
Tingi ab Antæo conditum c. 475. l. 78. Græcos eò eſſe tranſlatos fabulorum c. 476. l. 22. &c. Chananæorum ſeu Phœnicum ſoboles. Tingitani ibid. l. 27. 46. Hi è Tingi in Hiſpaniam tranſlati ibid. l. 56. Tingis quomodo Phœniciè c. 477. l. 57. A Belone quid differt ibid. l. 68.
Tingis uxor Antæi c. 476. l. 59.
Tiris Thrac. nomen c. 153. l. 11.
Tiriſſaſis, vide Tyriſſaſis.
Tiſſa urbs ubi ſita & unde dicta c. 525. l. 59. &c.
Tobata Paphlagoniæ urbs c. 174. l. ult.
Toliſtobogi Galatiæ populi unde orti c. 178. l. 63.
Tolo, vide Telo.
Tophet Ebr. ignis gehennæ c. 528. l. 53.
Totene, vide Hul.
Torpaion Afr. Pædagogus unde c. 770. l. 54.
Torunxa rex Armuziæ author Chronici Regum Armuziæ c. 220. l. 57.
Torus collis prope Agrigentum unde dictus c. 554. l. 56.
Traducta, Transducta, Juliæ Traducta ubi ſita, quando condita, cur *Julia Joza* dicta c. 476. l. 70. & c. 477. l. 1. 19. &c.
Tragii ſpecies quæ in ſola Creta naſcitur Pœnis *Achæoſim*, id eſt, Græcorum: Achivi in Creta apud Poetam c. 757. l. 45. 56.
Trajanus fl. Chus c. 212. l. 62.
Trama unde dicta c. 375. l. 26.
Trauſi Thraciæ populus ad Hæmum montem iidem qui Agathyrſi c. 152. l. 27.
Tre quid Britan. c. 682. l. 28.
Tremithus Cypri urbs à terebinthis dicta c. 356. l. 91.
Τετραγωνα, vide *mare*.
Tripolis urbs Phœnices ab Aradiis, Tyriis & Sidoniis condita c. 306. l. 40. Tripolis Phœnicum in Africa colonia ubi tres urbes, Oea, Sabrata & Leptis c. 479. l. 21. 33. In Synodis è Tripoli unus Epiſcopus ibid. l. 43. Tripolis urbs, eadem quæ Neapolis, Leptis diverſa ibid. l. 61. & c. 480. l. 53.
Triton Africæ fl. à paſcuis dictus c. 486. l. 13. 23.
Trocmus dux fabuloſus, Trocmi, Trocmeni, Trocmades unde dicti c. 178. l. 57. 61. Vide Thogarma.
Troglodytica eadem quæ Barbaria c. 124. l. 18. &c. Inde mocrotum, caſia, thus peraticum, cinnamomum ibid. l. 44.
Troglodytæ etiam Trogodytæ c. 280. l. 63. & c. 281. l. 10. Cur Ebr. *Succhijim* c. 260. l. 72. Arabes ſunt non Ægyptii c. 283. l. 48. &c.
Trogodytæ, vide Troglodytæ.
Trophonii antrum & oraculum conſulentium conſternatione c. 436. l. 26.
Troſibius, vide Arſalus.
Tſade צ mutatur in *Teth* ט c. 80. l. 53. &c. c. 296. l. 15. *Tſade* צ & *Samech* ס promiſcuæ literæ c. 246. l. 15. *Tſade* צ Hebræum Græcè expreſſum per ST. c. 370. l. 68. & c. 735. l. 32. *Tſade* צ per Z expreſſum c. 418. l. 69. *Tſade* צ per duplex SS effertur c. 441. l. 61.
Tſarſar, urbs & alveus Euphratis c. 33. l. 73. De quo Veteres ſilent c. 34. l. 9.
Tſelem Ebræis umbra & imago & quorſum c. 364. l. 17. 21.
Tubal Ponti regio, ubi ferrum & Chalybes c. 182. l. 57. *Tubal* Arab. ſquama ferri & æris ibid. l. 58. Gens Tubal unde dicta c. 186. l. 16. &c.
Tubal & Meſech, vide Meſech & Tubal. Tubal & Meſech pro Tuſcia c. 200. l. 5. 11.
Tubalcain Chymicus c. 207. l. 20.
Tubalcainus multis Vulcanus c. 583. l. 2.
Tubo trahitur aqua dulcis ex fundo maris c. 306. l. 11.
Tude vel Tyde Hiſp. oppidum unde dictum c. 621. l. 3.
Tuiſto & Mannus Germanorum conditores qui c. 463. l. 4.
Tunis à Carthagine quantum diſtet c. 469. l. 70.
Turditani ſeu Turduli in Bætica quam divites c. 599. l. 19. 44. &c. Horum φάτναι ἀργυραῖ ſunt præſepia non laquearia ibid. l. 56. Idem in Tarteſſide c. 600. l. 67. Unde dicti ibid. l. 69. Docti jam olim, ſed vaniſſimi c. 601. l. 9.
Turditania, vide Bætica.
Turgatans Mæotidis geſta c. 190. l. 48.
Turſio delphini ſpecies, Gr. φώκαινα c. 586. l. 11. Vide Tyrrheni.
Tuſci, vide Tyrrheni. Tuſcum ſermonem à Phœnicio multum differre. Utriuſque linguæ multæ voces inter ſe collatæ c. 584. l. 21. &c.
Tuſelæ navium in puppe c. 740. l. 4.
Tylus vel Tyrus c. 689. l. 2. 34. Perſici ſinus inſula in qua Phœnicia templa ibid. l. 19. Situs incertus ibid. l. 40. Tylus major & minor quæ eſt Aradus ibid. l. 48. Quando explorata & quàm celebris ibid. l. 52. De Tylo multa Theophraſtus, & ex eo Plinius cum auctario ibid. l. 62. & c. 690. l. 20. Quædam alia ex Juba ibid. l. 30.
Tympana audiuntur noctu ubi c. 520. l. 55.
Thymus Hymettius c. 387. l. 20.
Typhœus in Arimis c. 593. l. 3.
Typhon vel Typhœus Enceladus unde dictus c. 527. l. 72. &c. Typhon quem ex Ægypto ad Caucaſum penetraſſe, & ibi à Jove fulmine ictum fugiſſe in Palæſtinam fingunt, quis fuerit c. 292. l. 7. Typhon Ægyptiis *Smy*, *Seth*, & *Bebon* c. 10. l. 38. Typhon quicquid in natura noxium ibid. l. 52.
Θυρεὸς, Syr. *thera* ex Ebr. c. 671. l. 6.
Θυρεὸς, clypeus oblongus vox ignota Græcis ante Polybium: Chald. *theres*, Arab. *thurs* c. 670. l. 59. &c.

Tyrias

Tyrias Bithyniæ fl. Gallus unde Galli Cybeles c. 152. l. 42.
Tyriſtaſis vel Tiriſtaſis urbs in Thraciæ Cherſoneſo ibid. l. 24.
Tyrrhenis imperaſſe legitur Bacchus c. 581. l. 68. Cum ſolùm in Tyrrhenos piratas inciderit c. 583. l. 38. Eos non eſſe Tyriæ originis, ut vult Fullerus c. 582. l. 11. & c. 584. l. 13. Tuſci gens indigena ibid. l. 17. Sermo Tuſcus a Phœnicio valde diverſus ibid. l. 21. Multæ voces inter ſe collatæ ibid. l. 24. &c. Sacra diverſa c. 585. l. 50. Illis deatra cœli pars quæ bis ſiniſtra ibid. l. 53. Artes in Etruriam unde invectæ ibid. l. 54. Tyrrhenos à Tyro non dici ibid. l. 67. Tyrrheni olim ... ibid. l. 71. Vocis origo c. 586 l. 8. Eò alludit Turſio delphini ſpecies ibid. l. 10. Hinc fabula de Tyrrhenis ſeu Tyrſenis in delphinos ibid. l. 15. Tyrrheni Tyro antiquiores ibid. l. 38. Hos Romani Tuſcos & Etruſcos, ipſi ſe Rhaſenas vocabant ibid. l. 44. Tyrrheni in Lemno & Imbro, &c. ibid. l. 53. Iidem cum Pelaſgis c. 587. l. 7. &c. Hi cùm Tyrrheniam occupaſſent, etiam Etruſci his admixti Tyrrheni dicti ibid. l. 19 30.
Tyrſes ... Tuſcis ædificia muris clauſa c. 585. l. 26.
Tyrus quando Sidon par fuerit aut etiam præferenda c. 303. l. 5. Tyri deſcriptio ibid. l. 10. Tyrus Sidonis æmula & valde antiqua c. 302. l. 49 Quando & à quibus condita ibid. l 56. &c. Tyrus quid Hebraicè c. 735. l. 40. Tyrus quomodo conſecrata c. 709. l 70. Tyrus in Phœnice quadruplex c. 776. l. 32. 52. Quarum Palætyrus jam extabat ævo Joſuæ ibid. l. 58. De iſta Tyro non de inſulari egiſſe Sanchoniathonem, in loco quem objicit Scaliger ibid. l. 65. &c. Tyri nomen unde c. 777. l. 12.
Tyriorum caſtra circa Memphim c. 358. l. 11. Ubi Venus peregrina fortè Aſtarte ibid. l. 15. Tyriorum trecentæ urbes ad Oceanum c. 643. l. 64.
Tzelymi, vide Solymi.

V.

Vau ו Hebr. ... Gr. c. 451. l. 13. 16 Vau ו permutatur cum Beth ב c. 416. l. 5. & c. 475 l 64. Cum Jod י c. 269. l. 55. & c. 551 l. 6. Vau ו Cholem à Pœnis mutatur in U c. 479. l. 13 Alias in G c. 551. l. 2. & c 647. l. 50. U conſonum omittitur c. 384. l. 5.
Vacca unde dicatur c. 384. l. 5.
Vagedruſa Siciliæ fl. unde dictus c. 550. l. 68. &c.
Vargi cur latrunculi Arvernis c. 668. l. 42.
Variaes Perſis c. 224. l. 17.
Uber & ... regionibus pars fœcundiſſima c. 493. l. 6. 9.
Vdedou Afris eſt ſideritis & unde c. 757. l 30. &c.
Udenoe Africana inſula quæ & Iſtos & Kellararſath Stephano, vox emendatur & explicatur c. 505. l. 30. &c. Vide Iſtos.
Vecta inſula unde dicta c. 681. l. 38.
Vellus aureum, fabula Colchica unde ſumpta c. 289. l. 71. &c.
Veneſranum oleum c. 603. l. 9.
Venationes ferarum, belli rudimentum & præludium c. 228. l. 48. &c. Plerique duces & heroes ſic inſtituti ibid. l. ult. & c. 229. l. 1. &c. Venatio eur olim maxime neceſſaria ibid. l. 20. Venatio Nimrodo gradus ad monarchiam ibid. l. 26.
Venenum ſerpentis ubi c. 753. l. 39.
Veneris filia in piſcem ubi mutata c. 749. l. 2.
Venus Architis c. 305. l. 30. & c. 749. l. 70. Venus Zerynthia in antro Samothracum Zerynthο culta c. 397. l. 70. Venus armata Cythcræis & Spartania & ἔγχειος baſtata Cypriis c. 664. l. 50. &c. Venus victria Romæ ibid. l. 68. Vide Aphaca & Boeth.
Veneti ea Paphlagonia c. 314. l. 41.
Ventus ex quo facti homines c. 706. l. 29.
Verbenaca, vide periſtereon.
Vergobretur, magiſtratus annuus apud Æduos unde dictus c. 665. l. 47.
Veritas prior mendacio c. 1. l. 8. Veritatis nota antiquitas ibid. l. 13.
Verſe ignis Tuſcis c. 585. l. 17.
Verſoria quid Plauto c. 647. l. 6. Vertere vela ibid. l. 21.
Veſtium nomina Gallica, vide Galli.
Vezires Perſia c. 224. l. 17.
Victoria Dea Britannis Andraſte c. 664. l. 31.
Victores coronabantur apio c. 557. l. 66.
Videns, id eſt, Propheta c. 434. l. 24.
Vina in Sicilia Agrigentina c. 567. l. 65. Catanenſia ibid. l. 54. Eurellana c. 568. l. 11. Inyctinu vel Inyeina ibid. l. 6. 8. Mamertina c. 567. l. 20. &c. Murgentina ibid. l. 63. Potalina vel Potulana ibid. l. 36. 40. Syracuſana ibid. l. 65. Tauromínitana ibid. l. 48. Tricalina ibid. l. 72.
Vinum, frumentum, & oleum in decimas & primitias Deo offerri juſſa c. 406. l. 73. Inde nata fabula de tribus Oenotropis ibid. l. 61. Vinum cum amygdalis benè convenit, inde amygdali inter vites c. 629. l. 61. & c. 630. l. 17.
Vipio, id eſt, grus minor ſeu Balearica, cirros in capite habens c. 635. l. 35.
Vir mcoſuræ, id eſt, procerus c. 221. l. 41. Vir terræ, id eſt, agricola c. 3. l. 28. Similes locutiones ibid. l. 29. &c.
Virga Gallis purpura unde dicta c. 674. l. 61.
Virgilii anachroniſmus c. 468. l. 50.
Vitis in Africa portentoſæ magnitudinis c. 642. l. 8.
Ulyſſes ἀλφιτάμοιϐος cur c. 586. l. 30. Ulyſſem naufragum repertum circa Charybdin Phœnices in Cretam deduxerunt c. 587. l. 57. Ex horum fide fabulas de Italia narrat Ulyſſes c. 588. l. 2. &c. Terminus navigationum Ulyſſis ibid. l. 8. &c. Ulyſſis & Æneæ peregrinationes collatæ c. 561. l 43.
Ulyſſea vel Ulyſſipon oppida Hiſp. an ab Ulyſſe dicta c. 621. l. 5.
Umacorum caſei cur probibiti c. 180. l. 16.
Uniones aluminati c. 27. l. 65.
Vocatio ad fidem Æthiopum prædicta, & impleta c. 270. l. 40. Chuſæorum vocatio c. 215. l. 27.
Volema Gall. pyra grandia c. 677. l. 34.
Volga, vide Rha.
Ur Chaldæorum ubi c 38. l. 18. Ur in valle, ut nomen indicat c. 74 l. 22. Ur Chaldæorum Meſopotamiæ pars quæ Aſſyriæ propior eſt c. 78. l. 1. Ur Ammiano in via è Tigri Niſibim c. 38. l. 21. & c. 74. l. 23. & c. 78. l. 4. Ura vel Uria aliis Camarina in Babylonia ex Eupolemi ſententia ibid. l. 12. &c. Uru Plinii ubi ibid. l. 18. Et Auranitis Ptol. ibid. l. 24. Ur Ammiani Abrahami natale ſolum ibid. l. 35.
Uraniæ urbis Cypri cives in ſtellas mutati: Inde Urania dicta; imò ab Uraniæ cultu c. 354. l. 49. &c.
Urbes & fluvii cognomines c. 237. l. 61. &c. Urbes vicinis montibus cognomines c. 145. l. 20. &c. Urbes ab orbe c. 283. l. 21.
Urotal eſt Arabum Bacchus c. 111. l. 43. 71. & c. 443. l. 19.
Urpe & Upbre, vide Ophir.
Uſticæ inſulæ nomen à depreſſione factum c. 515. l. 54.
Utica vel Ityca Phœnicia urbs in Africa maxima & vetuſtiſſima, ubi ſita, quando condita, unde dicta c. 473. l. 43. & c. 474. l. 1.
Uts Damaſci conditor c. 80. l. 44. Uts cur Arab. Gaut, Gauta, vel Algauta ibid. l. 28. Uts à quo Auſitis ubi c. 81. l. 17. Uts in Idumæa ibid. l. 20.
Uvæ portentoſæ magnitudinis in Carmania c. 218. l. 36.
Vulcanus unde dictus c. 399 l. 45. Cur idem Græci Ἥφαιστος ibid. l. 41. Ejus ſimulachra ridicula c. 395 l. 55. Cur fingatur è cœlo lapſus in Lemnon c. 399 l. 9. Vulcani ſtatua Memphi qualis c. 712. l. 50. &c.
à Vulpibus loca nominata c. 616. l. 30. &c.
Vuar Brit. bellum onde c. 667. l. 34.
Uzal, id eſt, Sanaa c. 114. l. 60 &c. Uaal Arab. Auzal, Gr. Auſara, unde Myrrha Auſaritis c. 515. l. 47. &c. De Uzal quid Ezechiel c. 116. l. 68. &c.
Uaita urbs Africæ, dicta ab oleis c. 482. l. 44.

X.

Xi ξ pro Samech ס in alphabetho Phœnicio c. 151. l. 65. & c. 451. l. 58.
Ξανθός quis color c. 165. l. 27.
Xanthus & Simois confluunt prope Egeſtam Siciliæ c. 522 l. 65. Xanthos Lydiæ fl. cur Sirbes & Sirbos c. 362. l. ult. & c. 363. l. 1. &c.
Xiſuthrus Aſſyriæ Rex quomodo ca diluvio evaſerit c. 4. l. 70. Ejus arca, & aves ab eo emiſſæ c. 5. l. 10.
Xuthus Hellenis filius, Deucalionis nepos, Ionis pater c. 153. l. 41.

Z.

Zain ז & Daleth ד permutantur c. 85. l. 12. & c. 428. & c. 617. l. 46. Ze ז & Re ר apud Arabes ſæpe confunduntur c. 502. l. 32. Zeta ζ reſolvitur à Siculis in SD. c. 744. l. 20.
Zabii, vide Satyri.
Zacynthus à ſublimi ſitu dicta c. 465. l. 30. 42. Vide & Parus.
Zamæ fons à cantu dictus c. 484. l. 53. &c. & c. 731. l. 8.
Zamargad & Zabargad c. 101. l. 23.
Zancle ſeu Meſſana Siciliæ urbs vetuſtiſſima, Phœn. Zalga, quia littus habet incurvum c. 524. l. 3. 37.
Zanclus in fabulis Rex Zancles, cui Orion portum extruxit ibid. l. 15.
Zargatoua Hiſp. Pſyllium unde 760. l. 13.
Ζάψ mare unde dicatur c. 371. l. 62. & c. 372. l. 16.
Zaritus pro Diarrhyto c. 474. l. 64.
Zebra Africanum animal c. 273. l. 73.
Zegeries Libybus mures ... unde dicantur c. 713. l. 72. & c. 714. l. 12.
Zeilan, vide Seilan.
Ζεγερίαι Afric. quid ſonet c. 252. l. 66.
Zephiria, vide Melos.
Zerbis Aſſyr. fl. ubi ſitus & unde dictus c. 245. l. 68. & c. 362. l. 73.
Zeryntus ſacrum Cabiris antrum in Samothracia, ubi canes Hecatæ immolabantur c. 397. l. 20. Ibidem Venus Zerynthia culta ibid. l. 69. Origo vocabuli ibid. l. 58.
Ζεὺς ... eſt Dagon c. 707. l. 40. Ζεὺς unde, vide Jupiter.
Zibicum Pœnis quid & unde c. 762. l. 22.
Zigar, vide Bunium.
Zingiber unde dicatur c. 543. l. 31. Zingiber ea Barbaria ſeu Troglodytica c. 124. l. 32.
Zizyphus rutila loto ſimilis c. 495. l. 40.
Ζώνη, Zona, Hebr. quomodo c. 731. l. 5.
Zophaſemin animalia ... in Sanchoniathone, fortè Angeli c. 706. l. 22.
Ζόφος caligo ... Homero pro Aquilone c. 655. l. 34.
Zoroaſtres magus non eſt Cham c. 205. l. 6. &c. Sed Chamo multo recentior ibid. l. 7. Nec Bactrianorum Rex Nino æqualis, qui Cteſiæ Oxyartes ibid. l. 29. 43. De Zoroaſtris ætate Agathias ibid. l. 70. Zoroaſter, id eſt, aſtrum vivum, al. ἀστροθύτης, imò ἀστροθεάμων c. 206. l. 21. &c.
Zorus & Carchedon non ſunt virorum nomina, ſed urbium c. 468. l. 63. Zorus, id eſt, Tyrus ibid. l. 65.
Zoſimi Chymica c. 207. l. 25.
Zuchabari, id eſt, collis Gratiarum c. 487. l. 13.
Zygantes vel Gyzantes ſunt celebres propter ſimias & mel quod ipſi conficiunt c. 491. l. 8. Unde dicti ibid. l. 27. Rubricâ inficiuntur c. 484. l. 71.

S P E C I A L I S

Vocum Hebræarum, Chaldæarum, Syrarum, & Arabicarum, quæ in utraque Operis hujus parte, *Phaleg* & *Phœniciis*, explicantur; aut cum aliis conferuntur,

I N D E X,

In quo c. notat columnam, l. verò lineam.

א.

אב אדיר pater magnificus, inde *Abaddires* Punica Numina c. 708. l. 44. & 765. l. 69. & c. 766. l. 2.

אב אשתא Ἄφαιςος, pater ignis, id eſt, Vulcanus c. 399. l. 42.

אבא pater, ἄππα idem c. 372. l. 12.

אבוב לבן *abub laban*, calamus albus, Afr. ἀσέλαμβον lilium c. 755. l. 21.

אבוב רועה *abub roe*, calamus paſtoris Talmud. id eſt, dipſacus vel damaſonium ibid. l. 34.

אבובאיא ambubaia c. 718. l. 70.

אביב ſpica recens c. 488. l. 50. Inde Epaphus c. 353. l. 58.

אבה & אוה avere c. 416. l. 9.

אבוי *Evoe* in Bacchi ſacris c. 441. l. 50.

אבוגלסה *abuigeleſa* Arab. Anchuſa, Afr. βαίνινιθ c. 757. l. 18.

אביונות *abionath* cappares unde detortum ἐξόπαιδες c. 753. l. 23.

אבך extollere, unde Abacænum Siciliæ urbs in edito monte c. 518. l. 20.

אבלי, האבל Arab. ab uxore continere ſe, inde Abelonii hæretici c. 768. l. 31. &c.

אבנט ſaginator pecudum, inde *Abantes* dicti Eubœenſes c. 402. l. 18. 22.

אביר potens, Dei epithetum, etiam taurum ſonat, inde ταῦρος pro Baccho c. 441. l. 45. &c.

אביר *abir* robuſtus, inde אבירות *abirath* robur, Phœn. *berath* per aphær. ut Hebr. בירה *bira* arx pro אבירה c. 743. l. 10. &c.

אברקפין & אורקפין braccæ c. 416. l. 10. & c. 475. l. 68.

אגא pugnare, præliari vide נגע.

אגן *agan* vas, crater, אגן אבא *Agan-abba* crater viroris, inde Gr. *Aganippe* c. 428. l. 41.

אגור Arab. lateres c. 39. l. 39.

אדם Phœnicibus αἶμα αἷμα c. 706. l. 62. Syr. ſanguis, vide דם.

אדם *odem* Sardius lapis, כר אדם *char-odem* caput ſeu promontorium Sardii, Gr. *Charidemi promont.* Hiſp. *Cabo de Gates* pro *de Agatas* c. 617. l. 50. &c.

אדן *idan* vel *adan* Talmudicis felix, *ada* Tyriis idem in Heſychio c. 737. l. 16. &c. Alludit אדוני Adonis, qui ideò Gr. Γίγγρας ibid. l. 29.

אדון Dominus, inde Adonis, qui & Gingras eodem ſenſu, & Gr. Κύριος vel Κῦρις 352. l. 64. & c. 727. l. 71. & c. 728. l. 7. 16. & c. 737. l. 51. &c.

אדוני *Adonai* verè Dei, *Adoneus* Bacchi nomen c. 440. l. 72.

אדוני מדה *Adoni-mede* Phœaciæ cantionis initium, quæ Gr. Ἀδωνιασμός c. 737. l. 59. &c.

אדיר magnificus, Perſ. אדר, unde ἀδηνός Perſ. magnus & ἀδηνῖται Heroes c. 224. l. 5. 10. 13.

אדיר magnificus, veri Dei epithetum c. 766. l. 3.

אדרונגאריי drungarii c. 61. l. 10.

אדריס *Idris* Enoch Arab. c. 89. l. 55. Is fuit Græcorum Atlas, qui Pœnis *Duris* & *Dyris* ibid. l. 54.

אהל ſmegmatis genus, hinc גומאהל *gum-ahal* foſſa ſmegmatis, id eſt, Cimolus inſ. ubi γῆ σμηκτρίς c. 420. l. 19. &c.

אהלות *ahaloth* aloe, agallochon c. 713. l. 53.

אוב *ob* Pytho, Apollo; עין אוב *ain-ab*, fons Apollinis *Inapus* Deli rivus c. 406. l. 35.

אול Arab. primus, אאל præficere, provinciam regere c. 502. l. 60.

און Heliopolis c. 293. l. 20.

אור lux, item aurora; הלבין אור *halbin or* albeſcit aurora; Auroræ domus in Circeio, ubi tumulus Elpenoris, quorſum c. 592. l. 5. &c.

אור vallis c. 74. l. 20.

אורות pro varietate punctorum vel caulas gregum, vel armentorum præſepia ſonat, Fabulæ inde natæ c. 590. l. 71. &c.

אזוב hyſſopus c. 494. l. 7.

אזר propriè cingere, inde eleganti metaphora transfertur ad robur & virtutem bellicam c. 744. l. 25.

אזרבעל *azrubaal* vel אזרובעל *azrubaal* dominus accinctus, nempe ad pugnam; ita Phœn. *Aſdrubal*, qui & Καμβρόχος ibid. l. 10. 15. &c.

אזור *anzar* Arab. propugnacula, unde *Anzara* urbs ad Euphr. & Phœn. אזורא *Andera* Hiſp. urbs c. 167. l. 45. & c. 617. l. 40. 47.

אחו *acho* juncus paluſtris Gr. ἄχι & ἄχει, Afr. χοῖδαν eſt ὀξύσχοινος, cujus una ſpecies dicitur μελάγκρανις, quia ſemen habet nigrum; hæc eſt Afrorum *chadua*, id eſt, juncus niger c. 757. l. 64. & c. 758. l. 8. &c. Vide אחי.

אחו אכמן paſcuum Amon, ubi *Achæmenes* c. 284. l. 67.

אחו carectum, inde אחוא *Achates* Siciliæ fluvius a carectis c. 549. l. 33.

אחזי ארץ *Axieros* Cereris nomen in Samothrace, id eſt, *poſſeſſio mea terra* c. 395. l. 6. &c. & c. 747. l. 24.

אחזי קרץ *poſſeſſio mea mors*, inde in Samothrace Pluto *Axiokerſos*, & Proſerpina *Axiokerſa* c. 395. l. 18. 29. & c. 747. l. 26.

אחמן Achæmenes unde dictus c. 348. l. 6. 10. &c.

אחשתרנא ſcrinium c. 196. l. 26.

אחר tardare, morari, אחרוי *aharoi* lenius, *ara* Britan. idem, unde *Arar* fl. c. 681. l. 28.

אחרון *aharon* extremus & occidentalis, inde Ἄορνος lacus prope Tarteſſum c. 605. l. 46.

אחרין in Chald. Paraph. Of. 6. 4. perperam quo שחרין c. 185. l. 47. 50.

אחור poſtremum & Occidens, inde אחורין Mauri, quia poſtremi ad Occaſum c. 496. l. 15.

אחרנאה *aebernae* vel per aphær. חרנאה *ebernae* Pun. ultima habitatio: Cerne inſula inde dicta c. 642. l. 50.

אחשדרפניא Satrapæ c. 61. l. 9.

אחשתרנים olim Perſis muli, ut hodiè אסתרדא ibid. l. 27.

אטרים rhamni Ebræis & Afris c. 752. l. 63.

איבר *aibad* ſeges hordeo ſimilis jumentis ſaginandis, *Abadia* Veterib. νῆσος κρίθινη hordei inſula c. 692. l. 17. 27.

איוב *Iab* Virgilio Iopas c. 494. l. 7.

אילות *Elath* urbs ad mare Rubrum, Syr. אילא *Ela* vel *Aila* plur. אילן *Elan* vel *Ailan*, inde Gr. & Lat. *Aila*, *Elat*, *Elana*, &c. c. 685. l. 15. &c.

איש האדמה vir terræ, id eſt, agricola c. 3. l. 28.

איתן *ethan* robur, unde fluvii *ethan*, torrentes *ethan*, &c. c. 312. l. 21. &c.

איתן aſper, horridus, נוה איתן *neve ethan* Jerem. 49. *habitatio aſpera*; inde Νέητον urbs Sicil. in loco ſaxoſo & aſpero c. 544. l. 22. &c. Inde & Gr. Itanus Phœnix, à quo condita *Itanus* urbs in Creta c. 428. l. 72.

אכל edere, unde מכלת cibus pro מאכלת c. 730. l. 67.

אל Deus, inde *El* & *Ilus* Phœn. Saturnus c. 707. l. 33.

אלה גבל, vide גבל.

אל אלוה *El-eloah* nomina duo veri Dei; unde hinc *Eleleus* c. 440. l. 70.

לאלהים Deo ἀλεξικάκῳ c. 251. l. 12. 21.

אלהותם ... in Benjamino c. 698. l. 6. 13.

אלמני *almoni* cui κρύφιος & ἄδηλος Græci reddunt, Ἀμοῦν idem Ægyptiis c. 204. l. 13.

אלקושה, vide קשה.

אלף ἄλφα c. 451. l. 13. 15.

אלוף bos & dux, ut Phœn. ἄλφα c. 738. l. 34.

אלף, vide קנה.

אלף chilias pro quovis numero, & אלוף chiliarchus pro quovis duce c. 667. l. 68.

אלפא *alpha* taurus & navis: Inde eſt quod Europa fingitur à tauro rapta c. 542. l. 31. &c. & c. 738. l. 48.

אלפי *alphe* aut אלפיא *alphaja* naves; An inde Arethuſa dicta, fons in Ortygiæ littore, ad quem nautas adaquari mos erat, quod Græci deinceps ad Alpheum tranſtulerint c. 541. l. 58. & c. 542. l. 22. &c. Vide & חלף.

אלפתא *alaphata* millenarium; ab eo numero *alauda* vel *alafda* (ita enim vox ſonabat) Gallorum legio dicta c. 667. l. 65.

אלוף מנחש *doctor augur*, item *bos ex ære*, ex qua æquivocatione fabula nata c. 369. l. 29.

אלקים *Alcum* invictus, אלה אלקומה Pallas invicta Dea, unde Alalcomenæ urbs ſemper ἀπόρθητος ob Deæ reverentiam c. 434. l. 67. & c. 435. l. 1. &c.

אם אכרים mater agricolarum: inde *Imachara* urbs Sicil. in agro frumentario c. 532. l. 8.

אם ארגון, vide ארג.

אמא mater, ἀμμάς & ἀμμία idem; & Rhea mater Deorum c. 372. l. 10. &c.

אמוסא ſacerdos c. 748. l. 57.

אמיינטון amiantum c. 28. l. 29.

אמנה Amanus Ciliciæ mons à firmitate, & mons alius Libani pars, unde Damaſci fl. *Amana* qui & *Abana* c. 360. l. 2. 21. etc.

אמון Amon Jupiter, נא אמון Dioſpolis c. 5. l. 68. et c. 6. l. 14. et c. 276. l. 56.

אמיץ robuſtus, item conſtans c. 784. l. 17.

אמר, אמרא et אמרין agnus c. 597. l. 59.

אנך *anac*, ſtannum aut plumbum: ברת אנך *barat anac* ager ſtanni; Inde Britannicæ inſulæ dictæ, quæ et Caſſiterides c. 648. l. 64. et c. 649. l. 6. etc. Cur אנך Theodotion τήκοντα, et Aquila ἀδάμαντα reddat, et LXX adamantem ibid. l. 49. 61. et c. 650. l. 6. De adamante anachite vel anactite ibid. l. 8. etc.

אנק initiatus; *Enucaddires* Pœnis ſacerdotes, quaſi initiati ſacris Addiri Dei, in Auguſtino *Encaddires* c. 766. l. 16.

אנשי מדות viri menſuræ, id eſt, proceri c. 221. l. 41.

אנתהוסי Anathuſii c. 305. l. 41.

אסקנקור *iskankur* ſcincus c. 731. l. 4.

אסר vincire, inde מסורה vinculum pro מאסורה c. 730. l. 66.

אסתרנא Perſ. muli c. 61. l. 28.

אסף circumdare de aquis, unde Apamia dicta c. 81. l. 52. etc.

אפליא caligo Dei, id eſt, maxima c. 762. l. 26.

אפים

Digitized by Google

אופנים *ophaanim* rotæ; an inde *benna* Gallicum, hodiè *baa-neau* c. 671. l. 46. Sic גלגל rota & currus ibid. l. 49. Et petori-tum à quatuor rotis ibid. l. 52.
אפסר, ψάλιον, frænum c. 273. l. 29.
אפיקרוס *Epicuroe*, id eſt, Maacha c. 79. l. 65.
אפר Chald. מעפרא literis u & y permutatis, al. faſciam expli-cant, al. ſudarium, al. velum, tanquam ex מאר inverſa voce c. 730. l. 29. &c. Vide & עפר.
אפיר *Ophir*, Gr. *Hippuros* c. 692. l. 32.
אקו *acco*, ibex, caprea, rupicapra ἐλαφίβοσκον Afr. *aimaouga*, id eſt, אקו חשק *ash-acco*, ibicis amor ſeu cupediæ c. 755. l. 9.
אר *or* pro יאר *jeor*, rivus c. 369. l. 66. & c. 461. l. 47.
אר יון *Or Javan* quaſi fluvius Ju-van, inde Arion vel Oriundes Illyrici fl. ad Macedoniæ fines ibid. l. 44. 46. &c.
ארבע *Arba* per aphæreſin pro אבי ארבע *abi Arba* à πατὴρ τῆς τετράδος c. 347. l. 71.
ארג texere, ארגין אם mater texto-rum, inde dicta Amorgus, in qua texuntur Amorgina c. 415 l. 7.
ארגון *argona* purpura, Gall. *virga*.
ארגמן *argamaa* purpura, quò allu-dere quidam volunt Amorgon & Amorgina pro purpureis, c. 456. l. 32.
ארוד Aradus c. 305. l. 54.
ארז *erez* non ſolum cedrus, ſed & arbor quævis reſinifera, inde *Ereſus* urbs c. 636. l. 47. 62.
ארז oryza, non cupreſſus, ut vo-lunt, in loco quodam Geogra-phi Nub. c. 696. l. 7.
אורזיל *arzil* binnulus capræ, un-de Arſalus dux Solymorum, unum è capitibus Chimeræ c. 365. l. 48. 66.
ארי *ari* leo, hinc Aryus dux Soly-morum, unum è Chimeræ ca-pitibus ibid. l. 49. 61.
אריאל *Ariel* virorum fortium cognomen apud Moabitas; an inde dictu *Oliarus* c. 416. l. 18. &c.
ארך *Ereeb*, id eſt, Arecca Suſianæ urbs c. 236. l. 11. Arderica & Anderica idem ibid. l. 35. In-colæ ארכוי c. 237. l. 19.
ארך שנתא *Arcantho*, vel Argan-thonius Rex, id eſt, πολυχρόνιος, per quot annos vixerit c. 607. l. 42.
ארכא *arco* longitudo; inde Argo dicta, quæ prima fuit longa navis apud Græcos c. 416. l. 12. & c. 739. l. 5. 9. 43.
ארם Syria & Syri, qui Gr. Ari-mi, Arami & Aramæi c. 75. l. 7. &c. Loca ſex inde dicta c. 76. l. 32. Aramæus pro Gen-tili c. 75. l. 34. &c.
ארנבת & ארנבא lepus, unde *Imbros* inſula leporibus fœcundiſſima c. 398. l. 57.
אריח *arith* rivus, ſtagnum, inde Arethuſa c. 428. l. 66. & c. 542. l. 41.
אש ignis. De vero Deo dictum הוא אש *Ha es*, is eſt ignis; & אתה אש *atta es*, tues ignis; in-de ſumptum *Hyes*, *Attes* in Bacchi ſacris c. 441. l. 4. &c.
אישבורא *Isbura* Talmudicis locus profundus, in quo congregan-tur aquæ, Iſburus Siciliæ flu-vius inde dictus c. 556. l. 55.
אשדוד *Aſdod*, id eſt, Azotus c. 742. l. 73.
אשדדא *Eſda* vel *Aſda* ἄσχετος, *Aſta* Hiſp. urbs cur Punicè ſic dicta c. 614. l. 10. 13.
אשכנז Aſcenaz, Phrygia Minor & Bithynia, ubi Aſcanius ſinus, lacus & amnis, Aſcania regio & urbs, Aſcaniæ inſulæ, & in vicinia Pontus Euxinus olim Axenus c. 273. l. 4.
אשכרוע Tulm. buxus c. 215. l. 58.
אשלא *aſlo*, unde Gr. ἄλσος c. 420. l. 22. & c. 470. l. 21.
אשלג *aſleg*, Perſis *aſlengi*, Arab. כנרס, Gr. φύλλον, Hebr. ברית, Phœn. שורש *ſyris*, Lat. *radicula* c. 419. l. 62. &c. Vide & c. 753 l. 13.
אשר Arab. אתר veſtigium, inde Pœn. ἀνεράδης eſt Κοράνιος c. 753. l. 6.
אשרה *aſeera* lucus, inde *Aſera* c 434. l. 65.
את *ath* Dei nomen Cabaliſticum, conflatum ex prima & ultima litera alphabethi Hebr. q. d. A & Ω Apoc. 22. 12. c. 745. l. 9.
אתה אש, vide אש.
אתל *Athel* fl. id eſt, Rha ſeu Volga c. 313. l. 52.
אתונא *attuna* fornax, אתנא *atnaa* caligo, unde Ætnæ nomen c. 526. l. 6.

ב.

באב אלמנדב *Bab-almandab* (vulgo *Beb elmandel*,) id eſt, oſtium funeſtum, freti nomen in ſinu Arabico c. 126. l. 27.
באבה *Babe* Gr. Παῦφι unus ex menſibus Ægypti c. 347. l. 7.
באבום *babum* Arab. infans, Syr. βαβία infantes recens nati, commiſſi Babiæ Deæ: ſic Angl. *babe*, & Italis *bambino* infans c. 585. l. 6. 12.
באטן *baten* Arab. vide בטן.
באר inde Gr. φρέαρ c. 347. l. 3. Et Phœn. *ber* c. 743. l. 8.
באר puteus etiam pro fonte ſumi-tur c. 429. l. 22. באר מוצא *beer motſa* puteus proceſſus, ſup. מים aquarum, Hebr. phraſi, id eſt, fons uberrimus; inde *Permeſſus* fons Heliconis ibid. l. 19. &c.
בבל pro בלבל c. 61. l. 54.
בגד & בגר veſtis c. 572. l. 61.
בגד *bagad* rebellare; hinc Gallis *Bagauda* rebelles, & *begaada* rebellio c. 668. l. 58. 64.
בד *bad* torcular, בדין *baddin* torcu-laria, Thapſia Afr. herba βοιδῶν torcularium, quia ſuccum ejus Veteres torculari exprimebant c. 760. l. 69. & c. 761. l. 7. &c.
בדלח *bdeloach* bdellium c. 713. l. 54.
בהמות *behemoth* pecudes, Arab. בהם *bohmo*, inde *Bomo* Eubœa dictu ab Arabibus, quos eò de-duxit Cadmus c. 401. l. 53. 68.
בהמות *behemoth* hippopotamus Job 40. 10. Inde fl. Africæ *Ba-motum* (corruptè *Bambotas*) hip-popotamis refertus c. 643. l. 45. &c.
בהאר buphthalmus c. 756. l. 26.
בול germen, terræ proventus, gramen c. 715. l. 49.
בוץ ſincero colore fuit c. 156. l. 48. Inde בוץ byſſus ibid. l. 47.
בוץ *bute* vel *baats* Arab. mors re-pentina; Cynocrambe, quæ lu-pos, vulpes, pardales, &c ſta-tim enecat, Punicè in Apul. *butzutzim*, id eſt, בוץ זיזים *bute zizem* mors repentina ferarum c. 763. l. 48. 60.
בוש erubeſcere, בשת pudor, con-fuſio, idem quod בעל *Baal* c. 774. l. 49.
בות vel בית pernoctare, inde βαύευ nox Phœnic. c. 706. l. 36.
בזר, בזרא & בזרן ſemen c. 597. l. 60.
בזר קטונא *bazar katuna*, Hiſp. *Zargatona* pſyllium c. 760. l. 53.
בחון *bachaa* turris ſpeculatoria; ab hujuſmodi turri dici *Pachynum* Siciliæ promontorium c. 545. l. 59.
בטח confidere, בטחון literæ ſecuri-tatis publicæ quæ præſtantur iter facientibus. An inde *Pa-taci* Dii Phœn. tutelæ navis appicti c. 713. l. 6. &c.
בטח ſecuritas, הר בטח mons ſecu-ritatis; inde *Herbita* Siciliæ op-pidum in monte muniſſimum c. 559. l. 17.
בטוחה ſecura; inde *Buthoe* urbs Illyrici à Cadmo condita c. 461. l. 8.
בטמא *batmo* terebinthus; inde *Patmus* inſ. c. 351. l. 44. &c.
בוטם *butam* terebinthus; inde Manetis ſervus Terebinthus *Budas* in Perſide ſe nominavit c. 532. l. 70.
בטן *beten* venter, באטן *batin* Arab interior, an inde *Bithynia*, quæ interior fuit c. 388. l. 24.
בטנים *botnim* Gen. 43. 11. eſſe pi-ſtacia ibid. l. 46. &c. בטן *baten* propriè ventrioſum ſonat, cu-juſmodi ſunt piſtacia c. 389. l. 14. Locu inde dicta ibid. l. 5.
בטנים etiam pro Ponticis nuci-bus c. 390. l. 50. 61. Inde Pon-tus pro בטנא *Botna* dictus, pro-pter Ponticas ſive Heracleoti-cas nuces ibid. l. 56. &c.
ביזה *bizauber*, Βύζαν & Byzacium inde, fertilis ubere campus c. 492. l. 73. & c. 493. l. 2. &c.
בישמוש mus napelli c. 714. l. 27.
בירת *Bim* c. 451. l. 13. 15.
בירה urx, vide אביר.
בית אל *Bethel*, locus in quo lapi-dem unxit Jacob; inde *Batylia* & *Batyli* Phœnicibus lapides uncti, & *Batylus* lapis Saturno pro Jove datus c. 707. l. 69. & c. 708. l. 10. &c.
בית דגון *Beth Dagon* Templum Da-gonis, inde corruptum Βηδίζων, quod Saturnum abſurde expli-cant c. 750. l. 27. 34.
בית מדות domus menſurarum, id eſt, magna c. 221. l. 50.
בית עדן, Damaſcena vallis c. 79. l. 49.
בית עקב *beth-hakeb* ſuprema do-mus. Hujuſmodi inſcriptio-nem in Sicilia Græci ad *Hecu-bam* retulerunt c. 547. l. 1. 6.
ביתן ulti palatium, al. interius c. 196. l. 22. ביתן *bithan* interior, an hinc Bithynia c. 388. l. 35.
בכה *Meeeba*, unde c. 214. l. 64. &c
בכה *bacha* lugere, unde Phœn. luctus Βάκχος c. 738. l. 52. מבכות Bacchæ c. 445. l. 22.
בכיכאנה *bacicaana* conyza c. 670. l. 8.
בלל, vide בלל.
בלל *balla* Arab. rigare, בלל *bulal* ſemen; hinc *billis* Afr. eſt ſe-men humanum humi profuſum c. 734. l. 43.
בליעל *Behal*, Heſychio Βελίαρ, alludit Briareus c. 529. l. 9.
בלע abſorbere, בלע *bela* vortex a-quæ, quo naves abſorbentur; inde *Bela* Phœnic. *Gela* fl. Si-ciliæ vorticoſus, B in G muta-runt Æoles c. 551. l. 58. &c.
בלקיס *Belkis* Regina Sabæorum, uxor Solomonis c. 533. l. 30.
בלור *belur* beryllus c. 416. l. 22.
בנג *bengi* Arab. hyoſcyamum, Pœni *biagam* vocant, non gin-gam, ut Apuleius c. 762. l. 12.
בנג *baanaga* Arab. hyoſcya-mum alteri præbere deguſtan-dum ibid. l. 14.
בנות *banoth*; filiæ propriæ, ſed & in genere mulieres; inde Βάννα Bœot. mulier c. 438. l. 28. &c.
בסם, vide בשם.
בזירא *bſira* deſpecta, vilis; hinc *Pſyra* viliſſima prope Chium inſula, quæque adeò in vili-tatis proverbium abiit c. 354. l. 50. 66. &c.
בעל vel בל Sol, ut Βῆλα Laco-nibus, Ἀβέλιος Cretenſib. & Apollo Gallis *Belenus* c. 603. l. 13. 39. &c.
בעל *Baal*, inde compoſita *Cor-duba*, *Caldaba*, *Salduba*, *Sao-ba*, *Daoba*, *Manoba*, *Uſſonoba*, nomina Hiſpan. urbium, L fi-nali ablata c. 603. l. 22. Ratio compoſitionis ibid. l. 23.
בעל *Baal* quandoque fœmin. gen c. 775. l. 39. &c.
בעל ברית *Baalberith* Dea *Berith*, a qua dicta *Berith* vel *Berytus* urbs, Gr. Beroe ibid. l. 57. 31. &c.
בעל שמין *Baalſamen*, *Beelſamen*, *Balſamen*, cœli Dominus, Phœn. Sol c. 663. l. 32. & c. 706. l. 44. Inde Balſamene buphthalmus ibid. l. 47. & c. 750. l. 6. & c. 767. l. 23.
בעלת *Baalath* Domina, inde Phœn *Baaltis*, id eſt, Dione c. 708 l. ult. & c. 709. l. 5.
בץ & בצה cœnum, lutum; inde תבץ *Thebes* Gr. Thebæ urbs à luto appellata, quia πηλὸς ἦν πολλά c. 427. l. 10.
ביצי *bitſi* paludoſus, ut Tyrus fa-ctum ex *Tſor*, ita *Batie* ex *bitſi*, propter paludes quas interfluit c. 606. l. 24. Eodem pertinet Bætis alterum nomen *Perca*, id eſt, ברכה *berea* ſtagnum ibid. l. 30. Inaidem Libyſtina urbs ad Libyſtinum Hiſpan. lucum, q. d. לביצין *Lebitſin* ad paludes c. 605. l. 33.
בצע ſcindere, בצע *betſa* fracturæ terræ, fovea, lacunæ; *Herbeſſus* הר בצע mons foveæ, Siciliæ urbs in monte, cui ſubſunt altiſſimi ſpecus c. 540. l. 65. 73. & c. 541. l. 2.
בצר *baſſar* χρυσός, inde *Baſſareus*, Πορφύρας c. 441. l. 59.
בצרה *byrſa* Carthaginis arcropo-lis c. 470. l. 19. &c. & c. 735. l. 63.
בצורת ſiccitas, inde *Baturia* Bæ-turiæ regio ſterilis & aſpera c. 62. l. 33.
בקעת און, Damaſcena vallis c. 79. l. 49.
בקר *bacar*, vacca c. 484. l. 58. & c. 731. l. 6.
בוקרא *bacra* agger, inde *Bacra* Siciliæ promont. c. 548. l. 4.
בר *bar* frumentum, inde *bara* pa-nis Britan. c. 677. l. 20.
בר ברקא, vide ברקא.
ברא *bara* Syr. ager, Britan. *bro* regio, *brega* Gallis; *Allobroges* ab על & ברא, quorum celſa eſt regio c. 677. l. 63. &c.
בראום *boram*, fictilia c. 587. l. 59.
בראום *boram* Arab. ſimia, plur. אברמה *abrama*, Gallis ἀβραμίς c. 675. l. 40.

בראזי

בראיי *barari* Arab. ſolitudo, ברי *barri* ferus; hinc *Balari* pro *Bararis* in Sardinia à feritate dicti c. 575. l. 55. &c.

ברנר, vide בנר.

ברנמא, balyætus c. 675. l. 72.

ברחריא, ſpecies accipitria ibid. l. 72.

בר יוכני avis magna Judæis apponenda in epulo Meſſiæ ibid. l. 73.

ברדה *berda* Arab. veſtis variis lineis contexta c. 674. l. 12. *Barda* in Auguſtino ibid. l. 19. Sic Gen. 31. agni ברדים, id eſt, variis coloribus interſtincti ibid. l. 16.

ברדס *bardes* ſtragulum, & veſtis inconſutilis in Aruch; at aliter Talmudici ibid. l. 2. &c. An huc alludit *Bardiacus* & *bardocucullus* ibid. l. 1.

ברחא *barcha* hircus, ברחא־קרחא *barcha-karcha* hircus calvus, inde *Baracaca* Gall. caprinæ pellea c. 675. l. 34. &c.

ברחה *birbat* fuga. Βρίθιον Sabinorum linguâ δράπετης fugitivi c. 596. l. 42.

בריו ἐκβαίνειν, ברו exire forat c. 20. l. 66.

בריו רובשא lacus mellis; inde Briſæus Bacchus, quod volunt eſſe a mellis uſu; & Briſæ Nimphæ, quæ docuerunt μελιττουργίαν c. 442. l. 56. 67. &c.

בריא *baria* terminus, finis; inde *Baria* maritima urbs in extrema Bætica c. 617. l. 68.

ברית *Berith* Dea Phœnicia, quæ & Beroë à qua condita Berythus, Sanchoniathoni Βηρούτ, Jud. 8. *Baalberith* c. 775. l. 13. 35. 54.

ברך *berec* genu, inde *bracca* quæ infra genu deſcendunt c. 674. l. 43.

ברכא *braca* vel ברכתא *bractha* ſtagnum; inde *Bragadæ* Africæ fl. ſtagnante vado c. 485. l. 23.

ברכה *berca* ſtagnum Arab. unde *Perca*, id eſt, Bætis fl. ſtagnans c. 606. l. 30. Et *Percaſa* Siciliæ lacus ibid. l. 32. & c. 533. l. 30.

ברמהאת *Barmahath*, Heſych. Φαμενώθ, unus è menſibus Ægypt. c. 347. l. 8.

ברמודה *Barmude*, Heſych. Φαρμουθί ibid. l. 8.

בירן *biran* & בירנה *birna* arx, turris; ita *bria* Britan. c. 682. l. 29.

בירנתא *biranta* vel *birecta* caſtrum, palatium; inde *Praetutum* urbs Bithyniæ c. 391. l. 52.

בורני pro ליבורני liburnis c. 614. l. 35.

בורסיף *Barſippa* Babyloniæ urbs unde dicta c. 36. l. 36.

ברגומה *burghumath* Arab. berba quævis vertice rotundo & multis foliis; hinc Afr. *barchumath* Chryſocome c. 758. l. 68. &c.

ברקא *Barce*, בר ברקא *bar-barca*, ager Barcæ ſeu circa Barcen, Gr. *Marmarica*, B & M permutatis c. 496. l. 48. &c.

ברקה *Brachthaa*, lapis diſcolor in Alcababa Meccheſi, quem Saraceni colunt c. 112. l. 48.

בורית *borith* ποάτιον, berba fullonum, ſaponaria c. 27. l. 46. & c. 489. l. 54.

ג.

גב *gab* dorſum, גבן *gibben* gibboſum, גבינא *gebina* ſupercilium montis, גבנונים *gabnunim* celſi montes; inde *Gebenna* montes, vulgo *les Cevennes* c. 678. l. 67. & c. 679. l. 2. &c.

גב גמלא *Gab-gamela*, cameli tributa, *Gaugamela* in Aſſyria ab alterutro dicta c. 244. l. 53. &c.

גבא *geba* tributum exigere, unde Gebanitæ c. 116. l. 31.

גבתא *Gabbatha* eminentia, non λιθόστρωτον, ut nugatur Tzetzes c. 747. l. 39.

גבל Syr. & Arab. fingere, formare; אלה גבל *Ela gabal* ὁ θεὸς ὁ πλάστης; inde *Elagabali* vel *Heliogabali* nomen: אלגאבל plaſmator, unum è Dei epithetis inter Arabes c. 717. l. 47. & c. 718. l. 8.

אלגבאל Mediæ pars montana c. 193. l. 55. & c. 194. l. 36.

גבול Hebr. terminus, Phœn. כבול c. 715. l. 87.

גבליה *Cabalait* Solymorum montana regio c. 363. l. 18.

גבינות בית אנייקי caſei domus Uniacorum c. 180. l. 16.

גבן, גבנונים, גבינה, vide גב.

גבנוא *gabno* vel *gupbno* caſeus; inde *Cyphaus* vel *Cythnus* inſula caſeis præſtantiſſimis fœcunda c. 408. l. 36.

גבעים βουνοὶ aut colles potiùs Illyrici, in quo Cadmi cenotaphium c. 460. l. 50. &c.

מגבעות Hebr. tiaræ, Chald. כובעין c. 725. l. 21.

גבר, gallus c. 687. l. 36.

גיגלא rota pro גלגלא c. 728. l. 11.

גד *gad* Hebr. coriandrum, גידא *gida* Chald. *goed* Afr. c. 754. l. 61.

גד Fortuna c. 584. l. 37.

גדד excidere de carne c. 8. l. 27.

גדור Talmud. eminentia c. 512. l. 5. גדאר Arab. collis, גדר viæ montium ibid. l. 6.

גדב *gadaba* Arab. trabere; hinc leontopodion, cujus ſemen omnia corpori infixa extrahit, Punicè *gadubbal* גדובבעל *attractio Beli*, id eſt, potentiſſima, ut Hebr. *lactatio Dei*, &c. c. 762. l. 17. &c.

גדבריא quæſtores c. 61. l. 11.

גדול magnus, מגדלות turres ab amplitudine dictæ c. 37. l. 39.

גדום *gadum* truncus, mutilus, patvus c. 734. l. 36. *Gadon* Pœnis idem ibid. l. 35.

גדר & גדיר ſepium, inde Γάδειρα dicta & Gades c. 167. l. 33. & c. 608. l. 21. &c. & c. 734. l. 12. 24. &c.

גדיש meta frumenti, Arab. כדס c. 715. l. 21.

גוג *Gog* & מגוג *Magog*, id eſt, Scythæ circa Caucaſum c. 187. l. 41. גוג חסן *Gog-baſan* Gogi munimentum, inde Caucaſo nomen ibid. l. 44. Vide & מגוג.

גולגלתא calvaria pro גלגלתא c. 728. l. 12.

גודרא ſepes pro גודר c. 730. l. 73.

גוז trajicere, inde Julia *Joza* Hiſp. urbs Straboni, quæ aliis Traducta c. 477. l. 19. 28. & c. 614. l. 61.

גוח erumpere, luctari, *Aphel* אגח *aggah*; inde Ὄγγα vel Ὄγκα Pallas Phœn. c. 427. l. 53. &c.

גול (unde *Gaulos* inſula, & *gaulas* navigii genus penè rotundum) Phœn. rotundum ſonat c. 504. l. 26. Vide גלל.

גומא *gama* foſſa, גומא צרא *guma ſara* foſſa anguſta; hinc *Cyamoſorus* in Sicilia fl. anguſti alvei c. 531. l. 36. גום אהל, vide אהל.

גור babirare, diverſari, מגור vel מגאר habitatio; inde *Megara* vel *Magaria*, vel *Magalia* pars Carthaginis circa Byrſam c. 470. l. 52. 68.

גזא vellus, & *gaza* ſeu theſaurus; hinc fabula de vellere aureo c. 289. l. 78.

גוזין *gozia* apes, unde *Gyzantes* populi, qui mel conficiunt inſtar apum, ſi credimus c. 498. l. 27. & c. 505. l. 60.

גוזל *gozel* Hebr. pullus columbarum; Verbenaca, quæ Gr. περιστερεών, quia columbæ libenter in ea verſantur, Punicè in Apul. *azirgozol* חציר גוזל herba pulli columbarum c. 763. l. 32.

גזן Gauzania c. 104. l. 10. Al. Gaza c. 198. l. 5.

גזם et גרזם locuſta c. 572. l. 56.

גזר Arab. paſtinaca ſylveſtris c. 754. l. 48.

גט *get* Chald. divortium, Britan. *Gaith*; unde *Vecta* inſ. dicta c. 681. l. 30.

גיסא *giſa* et גיססא *giſeſa*, geſum c. 670. l. 2.

גיס *gais* Syr. (Arab. גיש) exercitus, pl. גיסתא *gaiſata*; inde *Geſatæ* Gallorum milites c. 668. l. 26. etc.

גיף et כיף littus c. 715. l. 22.

גלא *gela* Chald. migrare; inde *Gelas* apud Plinium c. 194. l. 54.

גלבא ferri ſquama ſeu lamina c. 191. l. 33. Inde גלבנה *gilbana* ſeu lorica ex ſquamis, et גלבנר *gilbanar elihanariat* ſeu cataphractus eques apud Perſas ibid. l. 50. etc.

גלאב *giuleb* juleppum c. 494. l. 8.

גלד *galad* dureſcere, גלד *geled* Arab. durities, גליד *gelid* στερέωμα, firmamentum, et Syr. cryſtallum, glacies, gelu, quod Lucretio *duramen aquarum*; *caled* Britan. durus, unde *Caledonii* c. 358. l. 73. et c. 679. l. 72. et c. 680. l. 3.

גלד ארץ *geled erets*, terra dura; hinc *Celenderis* Ciliciæ urbs c. 358. l. 70.

גלה *gala* revelare, propheticum verbum; inde *Galei* vel *Galeotæ* vates Siculi c. 538. l. 50.

גלוי עינים apertus oculis, id eſt, propheta c. 434. l. 24.

גלייר *galiar* vel גלייר *galiar*, Gallis *Galearius*, lixa, calo, hodiè *genjat* c. 669. l. 23.

גלל in orbem volvere, גל *gol* vas concavum et rotundum, גולא *gola* cyclas, *gaulas* navigii genus penè rotundum c. 738. l. 70.

גיגלא *Cyrlas* c. 420. l. 89.

גלגל *Golgos* Cypri urbs Veneri ſacra c. 355. l. 55.

גלמיתא *galmitha* collis; inde Calaminthe Libyæ urbs in colle ſita c. 483. l. 33.

גלס *galaſa* Arab. ſedere; hinc *geloſaeum* Gallis gnaphalium, quo ſedilia inferciuntur c. 677. l. 1.

גולפא *gulpha* Talm. urceus, גלף *galph* Arab. vas fictile, *Calpe* mons Hiſp. concavus in urcei modum c. 615. l. 28.

גבר et גרמיר cubitus c. 572. l. 43.

גמאשר universitas Arab. c. 509. l. 13.

גומצא et כומצא foſſa c. 715. l. 23.

גמר conſumere, et גמרא carbo c. 372. l. 23. Inde גומר *Gomer* Phrygia dicta, ut Gr. ἀπὸ τοῦ φρύγω, quia pars ejus *Κατακεκαυμένη* c. 178. l. 66. & c. 172. l. 20. 29. &c.

גנדרי Talm. lapidoſus, פלך גנדרי *phelec-gandari* *Pholegandrum*, lapidoſa inſula c. 416. l. 30.

גנז *gaza* c. 61. l. 20.

גנכא *ganca* καυνάκης, *gaunaces* c. 673. l. 47.

גנסרון orichalcum, potiùs κασσίτερος c. 650. l. 36.

גנפאן *goſphaa* covinus c. 672. l. 7.

געתה *Goata* Jerem. 31. 39. regio compaſcua à boum mugitu dicta, an indidem Γόαϑα Syracuſani agri regio fertilis, vel גאתא *gavata*, quia μυκηϑμός c. 543. l. 42.

גפיפתא, peribolus c. 747. l. 41. גפא ſepes ibid. l. 45.

גופר cupreſſus c. 22. l. 22.

גופריה ſulphur, Syr. & Arab. כובריח c. 715. l. 20.

גרבירה *Carbas* ventus, unde Carbaſia vel Carpaſia Cypri urbs c. 354. l. 20.

גרגיר ירוק granum viride, Arab. חב חצרא, terebinthi fructus c. 389. l. 57.

גרגש *garges* argilla; an inde Gergeſæi & Circeſium c. 304. l. 78.

גרדום, vide גדם.

גרה *gera* miſcere bellum; inde *war*, & *guerra*, & Germani dicti c. 667. l. 34. 44.

גרימון, Garamantes c. 284. l. 61.

גורל, κλῆρος c. 416. l. 22.

גורל *goral* ſors, agri portio; inde *Gurulis*, al. *Ogrylle* vel *Grylle* Sardiniæ urbs c. 577. l. 41. &c.

גרמיר, vide גמר.

גרמק *Giormok*, regio muſcho fœcunda circa Sinas c. 82. l. 67.

גירס, גירסא & גרסן ſtudium c. 597. l. 61.

גרף *garaph* de torrente rapido, omnia ſecum avehente, *garw* rapidus Britan. unde *Garumna* c. 681. l. 49. 56. Inde & *Gargaphie* Bœot. fons c. 428. l. 66.

גושפא & כושפא arca c. 715. l. 23.

גושפק *guſpak* gauſapa, gauſapina c. 763. l. 59.

גות *geth* pecus, plur. גתין *gitthin*; inde *Gytta* urbs in Africa c. 641. l. 38.

גתרי *Getri* amnis Gr. Centrites c. 82. l. 53.

ד.

דביונים 2. Reg. 6. 25. non ſignificat fimum columbinum, ut volunt, ſed colocaſiam c. 748. l. 87.

דבל Arab. areſcere, דבלה Hebr. maſſa caricarum, דבלים ἰσχάδες c. 636. l. 10. &c.

דבר loqui & regere ſeu moderari, עץ סודר *ligoom loquax*, vel lignum quod navem regit; inde nata fabula de ligno loquente in Argonave c. 739. l. 53. 60. &c.

דבר ductus Syr. c. 722. l. 20.

דג *dag* piſcis, inde דגי Dagepiſcoſus dictus *Tagus* fl. c. 627. l. 15.

דגון *Dagon*, Σιτων & Ζεὺς ἀρότριος c. 707. l. 39.

דהב aurum; Chryſocome Afris δουβάϑ דהובה *dehubath* inaurata, ab aureis corymbis c. 758. l. 62. &c.

דונעם *Dunaam* Chariſius c. 13. l. 62.

דו אלשרי quoddam idolum Arabibus, id eſt, *Duſares* ſeu Bacchus c. 515. l. 50. Ratio nominis ibid. l. 52. &c.
דוד amicus, amor; hinc Hercules דיודא *Diodas* in Phœnice cultus, quem proci invocabant c. 472. l. 33 &c.
דרן unde בדרינה urbs, Britan. *dinas* c. 682. l. 27.
דנא *danna* Arab. inferius, Angl. *down*, Britan. *dan*, unde Danmonii c. 679. l. 24.
דור *dur* pila, דר *dor* margarita, דיר *dir* Arab. rotundum eſſe, *Abdir* vel *Abaddir* pro אבן דיר *Eben dir* lapis rotundus c. 708. l. 47. 67. &c.
דיר, vide נדר.
דחל *dahal* δείκνυμι *deel* timor & Deus; Delus inde à Deo Apolline ibi culto c. 406. l. 19. &c.
דחירין theſaurus; inde Δαίσιος Thaſii c. 393. l. 38.
דיו *dejo* Hebr. atramentum, Chald. דיותא *dejsatha*, Arab. דויה *davia*; hinc *du* nigrum Britan. & Pœnis *chudua* juncus niger c. 758. l. 41. &c. Vide אחו.
דיופרין Talmud. ſpelunca Macpela, quaſi duplex antrum c. 464. l. 38.
דיר אגם *dir-agam* habitatio ad lacum, Gr. *Drecanon*, Coæ inſ. locus c. 376. l. 55.
דלל *dalla* Arab. indicare, דליל *delil* indicium; inde *Delli* Palicorum crateres perjuriorum indices c. 535. l. 2. &c.
דולאב δολάμενος netrium rotula c. 494. l. 9. Item rota putei c. 508. l. 63.
דליות *dalioth* frondes; hinc Gall. *dula* folium, & *pempedula* quinque folium c. 677. l. 15. &c.
דולע *daula* Arab. planities, *Dole* idem Britan. c. 679. l. 37. 43.
דלות δίαλε c. 452. l. 13. 15.
דם *dom* ſanguis Hebr. & Arab. אדם *adam* vel אידום *idom* Syr. & *edom* Pœnis c. 769. l. 18 &c.
דם ענבים ſanguis uvarum pro vino, phraſis Hebræa & Phœnicia c. 440. l. 15.
דמל Arab. agglutinare, conſolidare, de vulnere c. 398. l. 47.
דמשק & דרמשק Damaſcus c. 572. l. 39.
דמתור *dumthor* & דמאתיר *dumatbir* terra plana; inde *Lbymiaterion* urbs Africæ ab Hannone in magno campo condita c. 640. l. 53. 60.
דפסק *daſacon* ſtagnum, piſcina Arab. *Daſcon* Siculis intima pars portûs Syracuſarum ſtagni inſtar ferè undiquaque clauſi c. 542. l. 15. 19.
דקיק & דרדוק parvus vel puer c. 572. l. 45.
דק tenue, דקדוק acuta diſſertatio c. 368. l. 37.
דקליא palma c. 228. l. 25.
דרב acutum eſſe, דרבון aculeus, *Drepanum* inde dictum, quia promont. Drepanitanum in acumen deſinit c. 522. l. 20.
דרגלבה, vide מגלבה.
דרדוק, vide דקיק.
דרום meridies; inde *Drymus* Bœot. urbs ad Auſtrum c. 435. l. 56.
דרמוך *darmuch* veſtis genus, unde Adyrmachidæ c. 283. l. 69.
דרעש Perſ. ἰξὸς coercitio, unde דריוש *Darius* ἐρξείης c. 61. l. 33.
דשן ſaginare, inde *taxea* Gall. laridum c. 675. l. 45.
הדבריא, conſiliarii c. 62. l. 11.

ה.

הבהב *hibhub* vel *ibub* aſſatio & exuſtio; inde *Epopeus* mons in Arimis, quem torrent ignes ſubinde erumpentes c. 593. l. 25.
הגרים, Agareni c. 225. l. 58.
הדב Arab. properare, fluere c. 243. l. 14.
הדדי *badade* Talmud. una, ſimul, pariter, הדאד *badad* Arab. idem, ſimilis; an hinc *Adad* Solis nomen Macrobio unus c. 731. l. 37. &c. Et rea Deorum Adodus ibid. l. 44.
הדו India c. 442. l. 1. & 751. l. 45.
הדייב *Hadiab*, id eſt, Adiabene unde dicta c. 72. l. 72. & c. 241. l. 52. &c. & c. 243. l. 12. Male ſcribitur חדייב & הדייב c. 241. l. 62. &c.
הדסה *Edeſſa* Syriæ c. 83. l. 21. Et *Ediſſa* Siciliæ a vicinis myrteris c. 546. l. 30. Idem cognomen Elitheræ ibid. l. 34. Ediſſam Græci mutarunt in 'Οδύσσειαν ibid. l. 47.
הו אש, vide אש.
הלוהותא, vide in א
היה fuit, יהוה Deus, Gr. 'Ιάω c. 773. l. 71. & c. 774. l. 3. &c. Vide & c. 440. l. 63.
הליכה *halica* ambulatio; inde *Helicon* Caſaubono c. 432. l. 15. Vide חלק.
הלאל *bilal*, plur. אהליל, nova luna Arab. olim *Alilat*, unde Alilæi c. 110. l. 14. &c.
הלל laudare, תהלים pſalmi, contracte תלים & תלין *tillin*, Britan. *telen* cithara ἔργανον ψαλτικόν, Gr. ψάλτηξ & ψαλτήριον; unde *Telonem* vel *Telonem* Galli dixerunt urbem Maſſilienſis agri ad Cithariſtem promont. c. 680. l. 62. &c.
הלולות *balloth* laudare, & ὑμεναιοῦν epithalamium canere, הלולי epithalamium; hinc *Hellatia* in Creta feſta Europæ epithalamia. 'Ελλωτὶς στέφανος corona nuptialis c. 421. l. 32. &c.
המון *Hamon* Jupiter ut אמון *Ammon*, unde נא המון Dioſpolis c. 5. l. 69. & c. 6. l. 2. &c.
הנם *hanon*, aromatis genus c. 109. l. 6.
הר mons; inde in Sicilia Hybla *Heræa* in edito colle ſita c. 548. l. 26. Herbeſſus, vide בצע. Herbita, vide במה. *Heræi* montes c. 559 l. 10. &c.
הרא *Hara* Hebr. Media, ut Gr. *Aria* & *Ariana* c. 194. l. 15. &c. Thamnerii, id eſt, Arii ſeu Medii Meridionales ibid. l. 31.
הרייב, vide חרייב.
הרכני Armenia c. 10. l. 17. הרמנתא forte ibidem ibid. l. 23.
הר נאוה *bar-nae* mons amœnus; inde *Arne* Bœot. urbs in monte c. 434 l. 46.
הר ענבין *bar anbin* mons uvarum; hinc Africæ oppidum *Arambys* c. 641 l. 67.

ו.

ו ἰσότης βαῦ c. 451. l. 13. 16.
ועד & תועד Arab. in ſermone hærere vel attonitum reddi, *jar* Pœnis particula dubitantis c. 769. l. 5. &c.
ופר Arab. abundare, אופר locuples, unde *Ophir* c. 137. l. ult. & c. 138. l. 1. &c.
ופרי *Uphre* opulenta, ſup. terra, Gr. *Urphe*, id eſt, Ophir ibid. l. 56. &c. & c. 142. l. 12.
ורק folium, תורקא *Tabraca* Φελλαῖον, Africæ urbs in regione ſylvis opaca c. 475. l. 58.

ז.

זבול גמאירה habitatio univerſitatis, id eſt, ſepulchrum c. 509. l. 13. Fabula de Sybilla Cumæa in Sicilia ſepulta inde nata ibid. l. 15.
זברגד & זמרגד ſmaragdus c. 505. l. 23.
זהרה Venus Arab. Zerynthi cultu c. 397. l. 68.
זהורתא Luna à ſplendore, unde Zerynthon antrum Hecatæ ſacrum ibid. l. 58. &c.
זחבא בריא *Zachabari* tumulus opimus, Gr. λόφος χαρίτων collis Gratiarum c. 487. l. 5. 26. &c.
זחח vel זחה attolli; inde זחות *Zachuth* ſublimitas, & *Zacynthus* c. 482. l. 54. & c. 465. l. 42.
זעטא parvus pro זעור c. 730. l. 73.
זור unde מזור *muzar* alienus, peregrinus, Punicè *mezar* vel *mezara*, vide קשף
זאלף muſcæ c. 102. l. 38.
זיזים *zizim* feræ, Punicè *zuzim*, vide בוז.
זית oliva; inde *Uzita* Africæ urbs c. 482. l. 45.
זלג, inde מזלג uncinus recurvatus, quo caro ex olla trahitur, & Arab. זלאג uncinus, quo fores claudunt, & per metath. זגלא Ζάγκλη Siciliæ urbs à loci curvitate dicta c. 524. l. 37. &c.
זלג Syr. ſplendere, מזלגא ſplendens, an inde dictus *Moſychlus* Lemni mons ardens c. 399. l. 38. Vel a זליק ſcintilla ibid. l. 40.
זמר *Zamar* in *Piel* canere; *Zama* fons in Africa canoras faciens voces c. 484. l. 56. & c. 731. l. 8.
זמרגד, vide זברגד.
זנגבל zingiber c. 543. l. 37.
זנק & זנוק fluxus, rivus c. 572. l. 60.
זנר *zonar* ζώνη zona c. 484. l. 58. & c. 731. l. 4.
זערור meſpilum aronium ſive τρικοκκον c. 139. l. 34.
זרב fluere, זרב *zarb* decurſus aquæ, inde *Zerbis* Aſſyr. fl. & *Sirbes* vel *Sirbos* Lyciæ c. 245. l. 72. & c. 362. l. 71. & c. 363. l. 2.
זרקא cœrula & διαφανής, *Dirce* fons inde dictus c. 428. l. 26.

ח.

חב, vide חגבר.
חבאב Arab. ſerpens & diabolus c. 10. l. 44. Ut *Bebon* Ægypt. pro Typhone ibid. l. 43.
חבל funis, deinde portio hæreditatis, tractus ſeu regio c. 531. l. 5. Sic חבלא *Hybla* Pœnis; cujus nominis in Sicilia tres urbes. Antonius *plagam* explicat ibid. l. 23. 59. & c. 538. l. 24. & c. 548. l. 13. &c.
חבל funis & techna, dolus quo tanquam fune implicamur, חבאל magus, quaſi pedicas injiciat, חבל *chablon* diabolus, Κόβαλοι dæmones impoſtores Bacchi comites c. 444. l. 63. 70. & c. 445. l. 5. &c.
חבלהרפסד *Chebleraphſad* Punicè malum navis, inſula quæ Gr. 'Ιερὸν vel 'Ιεραῖς c. 505. l. 34. &c. & c. 743. l. 62.
חובל חרוש *bobel baros* nauclerus ducis; alludit Pelori promont. Græcum nomen ὁ Πέλωρος. Inde perſuaſum Pœnis Pelorum dictum à ducis ſui Annibalis nauclero c. 523. l. 36. &c.
חבץ & חביץ, Arab. חביץ panis ſeu farina ſubacta cum oleo aut butyro & melle aut dactylis. Radix חבץ premere, ſubigere, propriè de lacte quod ſubigunt, ut butyrum & caſeum exprimant. An compoſitiones hujuſmodi Phœn. חבצות לחבץ *chebrozb leabs* Athen. χυδρό-λαψοι c. 727. l. 24. &c.
חבק amplecti, Syr. עפק mutatis homog. c. 749. l. 50.
חבר *babar* conſociari, *Aber* Britan. *Havre* vulgo, locus ubi mari fluvii, vel duo fluvii ſimul junctis aquis conſociantur, unde *Abravanus* in Novantibus, id eſt, *Aber Raan* c. 681. l. 10. 27.
חבור Chaboras c. 194. l. 4.
חברות compoſitiones, vide חבץ.
חגאב חאגב velum dividens, id eſt, diaphragma c. 214. l. 8.
חגאז *Hegiaz* cur dicatur Arabia Saracenica ibid. l. 6.
חגל Arab. compedes, periſcelides, pedicæ, vincula pedum, albedo in pede, חגלא ovis talo albo, תחגיל alba ſigna in equis pedibus; inde Jacobi greges Ebr. עקודים, Arab. מחגלות c. 549. l. 63. & c. 550. l. 7. 14. חגלי perdices, quia pictæ, חגאל aulæa ibid. l. 46.
חדייב, vide הדייב.
חדיד *badid* Arab. ferrum, *sideron* Afr. ſideritis c. 757. l. 30. 36.
חדם διακονεῖν miniſtrare, inde חדמאל *Chadmiel* miniſter Dei Mercurius, Gr. Cadmelus, Cadmilus, Caſmilus, Camillus, &c. c. 81. l. 39. & c. 747. l. 29. & c. 761. l. 25.
חודן, Damaſcena vallis c. 79. l. 50.
חוא habitatio c. 283. l. 18. חורת צי habitatio deſerti, Ægypt. Αὔασις Oaſis ibid. l. 22. & c. 296. l. 41.
חוי Arab. colligere, circumdare, חואא oppidum vel plura tentoria, quæ in pagi vel oppidi formam coeunt, Ebr. חוות Num. 32. 41. *Ora* unde & *Oaſis* vel *Auaſis* c. 479. l. 73. & c. 480. l. 2. &c.
חוברה, Damaſcena vallis c. 79. l. 48.
חוג *bog* verbum in Scriptura coſmographicum de circuitu cœli, terræ & maris uſurpatum; inde Pœnis חוגן & Gr. 'Ωγὴν Oceanus, qui terram ambit c. 638. l. 65. & c. 639. l. 5. &c.
חויא ſerpens, inde Chios inſula c. 384. l. 3.
חויא Hevæus & ſerpens, unde Cadmus & Harmonia in ſerpentes, quia Hevæi c. 460. l. 46. ראש חויא caput ſerpentis; hinc Roſibis vel Troſibis dux Solymorum, unum è capitibus chimæræ c. 365. l. 50.
חוה ארוני Punicè *Avo doni* ſalvo domine, Αἰδων idem in Epigr. Gr. c. 725. l. 42. &c.
חוילה Chavila, hodie חולאן Chaulan c. 142. l. 43. Ptol. 'Ταίλη c. 143. l. 30.

חולי dulcis, ut חלי, Holmius Heliconis fl. quaſi חול מיא *holmaja* dulcis aquis c. 439. l. 15.
חוליית *chuliath* articuli, *chulum* Afris polygonum ſive centinodia c. 756. l. 36.
חום niger, unde Χημία Ægyptus, quia μελάγγαιος, & quod in oculo nigrum eſt c. 7. l. 46. & c. 304. l. 28.
חוף קנה *chof-cane* vel Caucana in Sicilia, portus arundinoſus c. 548. l. 11.
חור liber & princeps, unde Baccho Leberi nomen c. 443. l. 22.
חוריתא Oretbus & Eleutherus, idem amnis prope Siciliæ Panormum, quia utrumque nomen liberum ſonat c. 514. l. 23.
חור אובדן *chor-obdan*, foramen perditionis; ita Charybdin Græci definiunt c. 523. l. 61. &c.
חורא *Haura* Arab. Leuce come. Albus pagus, in Steph. Αὔαρα c. 656. l. 45. &c.
חור אפא Europa tertia pars orbis, id eſt, terra λευκοπρόσωπος c. 298. l. 16. Et Europa Cadmi ſoror inſignis formæ virgo c. 421. l. 5.
חוש in *Aphel* אחיש *achis* feſtinare; inde *Acis* Siciliæ fl. rapidiſſimus c. 529. l. 42.
חוזה videos, id eſt, vates c. 434. l. 23.
חזור *hazut* vel *hizzur*, orbis, Syr. Αὔαρα crater Phœn. à rotunda forma c. 738. l. 47.
חטה *hitta* frumentum, Britan. *hc* c. 677. l. 20.
חטיטא mollities inceſſus, חטי Arab. molli inceſſu progredi c. 246. l. 20.
חילם vide חציר
חיק עינות ſinus fontium, id eſt, Pagatæus, unde dicta Cicynethus inſ. in medio ſinu c. 400. l. 73. & c. 401. l. 1.
חירם c. 451. l. 53. 16.
חלב pinguedo, inde *Galba* præpinguis Gall. c. 676. l. 60.
חלב *Aleppum* c. 494. l. 6.
חלבא *Olba* Solymorum urbs c. 363. l. 15.
חלבנה *chelbena* χαλβάνη galbanum c. 676. l. 61. & c. 713. l. 52.
חלד vel חלדא ſæculum, בעל חלדא *baal balda* dominus ſæculi vel חלדים *baldim* ſæculorum: inde Juppiter *Aldus* vel *Aldemias* Gazæ cultus c. 748. l. 34. &c.
חלד *chuldah* חולד muſtela, animal μυοκτόνον & φιλόχρυσον. חלד *beled* Aquila χρυσοθήρας, חלד *baled* Pœnis & *Aletes* Gr. dictus is qui prope Carthaginem Spartariam argenti metalla reperit, quia in φιλάργυρον reconditas argenti venas rimabatur & ſcrutabatur c. 622. l. 43. &c.
חלה Calachena c. 194. l. 3.
חלי *cheli* dulcis de melle; hinc חלי מנח dulcis ſedes Calymna inſ. ubi mel præſtantiſſimum c. 373. l. 20
חלי dulceſcere, חלואה Arab. dulcedo; inde Alabus Siciliæ fl. ad quem Hyblæi colles melliſicio celebres c. 535. l. 7. &c.
חלל lavare, *Helbeſus* fons fervidus apud Segeſtanos, id eſt, חל פשר *Hal-paſar* lavacrum tepidum c. 513. l. 31.
חלמיש rupes, החלמיש *Telmiſſus* Piſidica urbs in loco prærupto c. 363. l. 45.
חלון vallis, unde Aloni dicti, Aſſyriæ populi c. 245. l. 61. &c.
חלף mutari; *Clapea* piſcis Gall. qui creſcente luna albus eſt, decreſcente nigreſcit c. 676. l. 5.
חלף amputare, חלף ſecuris; Alpheus è Tenedo fluere creditus, quia ibi fl. חלפי *balphe* ſecurium, ubi cancri ſecurigeri c. 386. l. 63. & c. 387. l. 30. &c.
חלפי *balphe* vel חלפיא *balphaja* ſalices. An inde Arethuſam Pœni vocarunt a ſalicibus ambientibus, unde nata ſit fabula de Alpheo in eam influente, quaſi ab Alpheo diceretur *Alpheiar* c. 541. l. 56. &c.
חלוצה Eluſa c. 309. l. 22.
חלק טהיר pars meridion. Coæ inſ. Gr. *Lacter* c. 375. l. 20.
חלקיא arvum; inde *Chalcia* inſ. arvis lætiſſima c. 373. l. 4.
חלקים, χάλικες, coclacæ, Cilicia inde dicta c. 359. l. 17.
חלקין diviſiones, *Chalcis* Eubœæ urbs in loco à continente ab ſciſſo c. 402. l. 58. & c. 435. l. 71.
חלקית Elcethium Siciliæ urbs c. 556. l. 40.
חולק *balic* Arab. mons ſublimis, inde *Helicon* c. 432. l. 20.
חלרז crocus; inde Galatæ & Celtæ dicti c. 165. l. 50.
חמם fervere, חם *Cham* fervidus, ut Gr. Ζεὺς c. 7. l. 68. &c.
חמים aquæ calidæ c. 764. l. 53
חמא id, unde *Emmaus* ibid. l. 72.
חמאם *bemam* columbæ & אמאם *emam* vel *imam* ſacerdos vicinæ voces: inde fabula de columbis Diis cibos ſubminiſtrantibus c. 741. l. 57 &c.
חמאם columba. שרי חמאם *fera bemam* mons columbarum, ut צור *ſar* vertex, שער *ſaar* ſylva, צחרא *ſabara* deſertum; itaque vox Semiramis, quam ad columbas alludere ſcribit Cteſias, & Heſychius columbam montanam explicat, ſcribebatur *ſer bemam* vel *ſar-bemam*, &c. c. 740. l. 62. & c. 741. l. 20. &c.
חמאמא *bamama* amomum, Gr. ἄμωμον a columbini pedis ſimilitudine ibid. l. 2.
חמן *Omanus* Deus, id eſt, Sol c. 245. l. 29.
חמנים *bammanim* ἀμμώνια fana, delubra, ἀμμώνια γράμματα literæ templorum ſive in ſacris uſurpatæ c. 773. l. 22. חמן *bamman* propriè templum Solis, quia Sol חמה *bamma* ibid. l. 27.
חמס iniquitas, חמסים impius c. 572. l 62.
חמצא Emiſſeni c. 317. l. 37.
חמר *chamar* lutoſum eſſe, חומר *chomer* lutum ex quo fiunt lateres; *Camarina* inde dicta, in qua terra lateraria c. 548. l. 62.
חמר rubere c. 40. l. 61. חמר *chemar* bitumen c. 39. l. 44 חומר *chomer* cæmentum, argilla c 40. l. 26. Et *Camirus* Rhodi urbs argilloſa c. 368. l. 69.
חמר *bamar* incaleſcere; inde *Himera* dicta propter vicinas thermas c. 515. l. 39.
חמרא *chamra* vinum, *corma* Gall. zythum c. 677. l. 21.
חמש vel quinque ſonat, vel eum qui ad bellum eſt accinctus. Ex ambigua voce nata fabula c. 447. l. ult. & c. 448. l. 2. &c.
חמת Epiphania c. 307. l. 24.
חמת Amathus c. 354. l. 66.
חנגר *chingar* Arab. vir timidus & ignavus, inde *Chingari* & *Chingali* dicti Zeilanenſes c. 696. l. 60.
חנט in lucem edere, חנטא *chinta* Cynthus Deli mons, in quo Latona edidit Apollinem c. 406. l. 38. &c.
חנס *banas* ita ſe proripere & occultare ut denuo te præſentem exhibeas. Inde diabolus חנאס, & ſyderum occaſus חנס, & *Anas* Bæticæ fl. qui poſtquam cuniculis ſe condidit iterum naſci gaudet c. 628. l. 2. &c.
חנוץ & חרוץ porcellus c. 572. l. 49.
חסן recondere, unde gaza, *magazin*, Gazandæ & Caſſaniæ c. 135. l. 34.
חסן רום Ἀργυρος, id eſt, Hypſicrates c. 777. l. 38.
חוסרה Coſyra inſula ab inopia dicta c. 505. l. 17.
חפיז *chaphiz* profundus, *Cephiſſus* fl. inde dictus c 428. l. 4.
חפץ deliciæ, inde *Hypſa* fl. Agrigenti, agrum amœniſſimum alluens c 554. l. 39 Et alius cum Crimiſo confluens c. 556. l. 65.
חצוב *baſab* hedera, Gall. *aſſ* c. 676. l. 69.
חציה *Aſia*, id eſt, media, quod primo de Minori dictum, quæ inter Europam et Africam media eſt c. 298. l. 22. etc.
חצן *botſen* ſinus, רב חצן *rab botſen* magnus ſinus; inde Phœnice *Rabbotin* et Κολπίτις c. 746. l. 0. etc.
חצרמאות *Adrame*, vel חצרמאות *Adramotum*, id eſt, *ager ejus centum* vel *centeſimum* ſupp. reddens c. 429 l. 1. etc.
חצרא כורי *Atramyttium*, id eſt, regio [illegible] c. 377. l. 61.
חצרי ענק, ἀλώνια τῶν Ἀνάκ c. 725. l. 40.
חציר herba, *aſir* ac Pœnis eruca, id eſt, חציר רוק *aſir ruc*, herba ruc ſeu eruca c. 753. l. 10. Vide גמל, et ירקן, et קדח, et ראש et שכן, et תמר.
חציר חילם herba *chillis* Afr. id eſt, Achillis ſeu Achillea c. 257. l. 40.
חרצר fuſcus color Arabum c. 315. 52.
חצרם in ſermone erravit, extremas vocales vocibus malè appoſuit c. 100. l. 66.
חצרמות atrium aut regio mortis; cur inde nomen Atramotitis c. 102. l. 48. et c. 103. l. 15.
חק lex מחוקק legiſlator et rex, *Hyc* Ægyptius c 837. l. 36.
חקלין Enchelii Illyrici populi, [illegible] eſt, ruſtici c. 461. l. 16.
חקרא *Acra* c. 461. l. 47.
חקרא *bacra* vel *Cacra* Siciliæ, id eſt, ara c. 540. 53.
חר שוי ardens tela, inde *Caryſtus* c. 403. l. 15.
חרא *Are* inſ. ead. quæ Catacecaumene c. 688. l 55.
חרבא *chirba* chamæleon, an inde *Girba* inſula in qua chamæleontes c. 495. l. 51.
חרג egreſſus eſt, ſupp. ad bellum c. 230. l 22. Vide ארץ.
חרד *charad* ſtupere, conſternari, *cherdan* Pœnis eryngium, quod capra cum ore ſumpſit, ſtupere dicitur et immota manere cum toto grege c. 753. l. 54. et c. 754. l. 15. Aſterion in Apul. Punicè *derdum*, lege *cherdan*, quia cum eryngio confunditur c. 762. l. 68.
חרד tremere in *Hiphil* terrere, מחריד *macharid* terribilis; Pœnos inde Herculem *Macerida* cognominaſſe c. 571. l. 48.
חרובים colocaſia, non ſimus columbinus, ut voluat c. 741. l. 16.
חריף acutus diſputator c. 368. l. 39. Vide לגבר.
חריפותא acrimonia, inde חריפה *χαρίφα* raphanus Pœnis. & ἀγρία quæ & ἄγριος שרי חריפה ἄγριον raphanus agri c. 761. l. 14. 22.
חרך cataracta, Hercyna inde quorſum c. 436. l. 55.
חרמה anathema, execratio; hinc *Harma* Bœotiæ locus execrandus, in quo abſorptus Amphiaraus c. 436. l. 2. 8.
חרום *barum* vel חרים *barim* ſimus c. 585. l. 40. & c. 591. l. 54. חרם Arab. ſimitas; inde Ἀρίμοι ſimiæ Tuſcis, & Ἀρίμων Pithecuſæ ibid. l. 71.
חרמל *charmel* ruta, Afris χαρμέλ, ruta ſylveſtris πήγανον ἄγριον, id eſt, Macedonica c. 754. l. 18.
חרכני, vide חרמני.
חרכם *chermes* Ebr. & Pœn. falx c. 734. l. 50.
חרנץ, vide חנוץ.
חרס Sol, חורש arator; ex hac homonymia factum ut lex, quæ bovem aratorem occidere vetabat, transferretur ad boves Solis c. 519. l. 3. &c.
חרש ſylva, חורשי *chorſi* ſylvoſus; inde Κορσὶς vel Corſica inſula maximè ſylvoſa c. 579. l. 63.
חרש אור *Chryſor* Vulcani nomen, id eſt, χρυσοχόος c. 706. l. 56.
חשבן & חושב procerus c. 572. l. 58.
חשמנים *chaſmanim* nobiles, magnates; an hinc *Caſmena* dicta Punicè Siciliæ urbs in quam receſſerunt viri Syracuſarum primarii c. 547. l. 53.
חשק אקי, vide אקי.
חתים, id eſt, Cetthæos & כתים Cittbæos à Joſepho promiſcue ſumi c. 157. l. 30. & c. 304. l. 31.
חתף *bataph* rapere, inde *Taphiilatrones* per Phœniciam aphæreſim c. 464. l. 69.

ט.

טטו מלאיה μετώδης ἐπαρχία Cilicia c. 359. l. 27.
טבח coquere & occidere c. 447. l. 36. שר טבחים ἀρχιμάγειρος, id eſt, magiſter fartorum, Cadmus eo ſenſu μάγειρος regis Tyri ibid. l. 29.
טבלא & רדבלא τάβαλα tympani Parthici genus c. 572. l. 53.
טלי *tale* umbræ, tenebræ, *Thule* inſ. cur inde dicta c. 654. l. 72.
טור *tur* mons, Torus mons prope Agrigentum c. 554. l. 59.
טור mons; unde Taurus c. 524. l. 53.
טוטלא *totla* racemus, uva, ϑάλλα folia aut rami vitis cum appenſo fructu in Bacchi ſacris c. 445. l. 42. &c.
טחב *tachab* locus humidus & irriguus, *Tacape* inde dicta c. 494. l. 3. 51. &c.
טטפות frontalia c. 59. l. 42.
טין אדום *tin edom* lutum rubrum ad figulina vaſa; inde Tenedos inſ. in qua celebres figulinæ c. 386. l. 37.

טירת

Digitized by Google

טירה *tira* arx, *tre* urbs Britan. c. 6`2. l. 28.
טאיר non eſt columba ut vult Tzetzes, ſed avis quælibet, unde טיר augurari, מטיר augur, &c. c. 747. l. 67.
טירא *toiro* Syr. ſeptum; *Thoiar* urbs in Meninge inſula, quæ Gr. Γίζζα c. 494. l. 59. 64.
טירה Τῖμα c. 451. l. 13. 16.
טלטול *tiltul* migratio, populi deportatio in oras longe diſſitas. *Turtuli* vel *Turduli* Hiſpaniæ populi inde dicti c. 600. l. 69.
טלם Arab. tenebræ, כחר מטלם mare tenebroſum, id eſt, Septentrionale c. 655. l. 45.
טלית pallium c. 27. l. 48.
טאמח *tamich* Arab. celſus, *Temmicas* m. Bœotiæ c. 432. l. 45.
טן *tun* Arab. quod eminet, *Dun* Gall. collis, unde *Lugdunum*, *Laudunum*, &c. c. 679. l. 5. 21.
טינרא petra pro טינר c. 730. l. ult.
טינר Ταίναρ vel *Tanarus* Laconicæ promont. id eſt, rupes c. 459. l. 65. Ibi lapidicinæ ibid l. 71.
טס *tas* bractea, inde *Thaſus* propter auri bracteas c. 393. l. 21.
טף *taph* & טפטף *taphtaph* littus ora maritima: inde טף פרון Taprobana, quaſi *taph Parvan* littus Parvan c. 141. l. 63. & c 692. l. 3.
טפוף de molli & tenero inceſſu unde ſumptum c. 246. l. 46. &c
טפל Syr. jungere c. 724. l. 4.
טרי dare, item negotiari, טרין dator, id eſt, mercator, טריא *terija* datio, commercium; inde *Terias* Siciliæ fl. ad quem Leontinorum eſt frumenti emporium c. 536. l. 53. &c.
טרכן *tarcon* regia, palatium; inde *Tarraco* dicta c. 623. l. 46.
טרטישא *tartiſa* petra, unde *Aig* *...* Hiſp. urbs ibid. l. 41. Et טרפישית *Prepeſinthus* c. 415. l. 58. 62
טרף turbari, conſternari, טרפא conſternatio. An hinc *Trophonii* antrum, in quod quiſquis deſcenderat multo terrore attonitus redibat c. 436. l 40.
טמטמא & טרמטא tenebræ c. 557. l. 46.

י.

יבאב deſertum, unde Jobabitæ dicti c. 143. l. 61.
יבול *jebul* Ebr. & Syr. יבל *jebal* gramen, Afr. item *jebal* c. 757. l. 25.
יבשה *Jabeſa* arida, inſula una ea Æguſis, quæ aqua prorſus caret, Arab. אליאבסה *Aljabiſa*, Ital. *Levenzo* c. 580. l. 60.
יבושה *Jebuſa* exſiccata ſup. ficus; *Ebuſus* inſula cur inde dicta c. 635. l. 51. & c. 636. l. 7.
יגר שהדותא *Jegar ſahadatha* Syris idem quod Ebr. גלעד *Galaad*, nempe acervus teſtimonii c. 700. l. 23.
יד manus, id eſt, poteſtas c. 723. l. 29.
ידלה *Idala*, id eſt, *Idalium* Cypri urbs Veneri ſacra c. 356. l. 22.
ידעני *novit me* poeticè pro ידע אותי c. 723. l. 70.
יהוה *Jehova*, inde *Jobacchus* formatum, ut quidam volunt c. 440. l. 71. Vide היה.
יוד Ἰῶα c. 451. l. 13. 16.

יון *Javan* urbs intimæ Arabiæ c. 517. l. 3.
יונא columba, כרמיונא *carmiune* columba cœnas c. 741. l. 15.
יחיד *Jehid* unicus, unigenitus, Phœn. Ἰεοὺδ c. 781. l. 71.
ים כחר mare *Chozar*, id eſt, Caſpium c. 313. l. 43. 55.
ימא *Jamma* occaſus, *Jammona* Minoricæ urbs verſus occaſum c. 635. l. 5.
ימאם turtur Arab. c. 740. l. 71.
הימים Gen. 36. Hieronymus ex Punica lingua explicat aquas calidas, quaſi legerit חמים c. 764. l. 48. Ejuſdem vocis variæ expoſitiones ibid. l. 43. &c.
ימין vel ימן Auſter: item Sabæorum regio; inde regina Auſtri Chriſto eſt regina Sabæorum c. 134. l. 6. 13. & c. 315. l. 27. 50.
ינקא *Janko* vel יקא *Jacco* ב latente in *Daghet*, puer lactens; hinc *Jacchus* Suidæ Διόνυσος ἐπὶ τῷ μαστῷ c. 441. l. ult. & c. 442. l. 12. &c.
יניקות *Jenikoth* propagines; *Ingycus* inde Siciliæ urbs in qua vites præſtantiſſimæ c. 557. l. 20. &c.
יסר erudire מוסר *muſar* eruditio, inde Μῶσα c. 731. l. 5.
יער *Jaar* Ebr. ſylva, Jar Pœnis lignum c. 769. l. 2. &c.
יצק fundere, inde מציק dici potuit arbor quæ fundit maſtichem c. 382. l. 56.
יצא egredi Ebr. nempe ad bellum, ut Arab. חרג c. 230. l. 10. 22.
יקנעם *Ichana* Siciliæ urbs ab amœnitate dicta c. 544. l. 67. & c. 545. l. 4.
ירד deſcendere, ריד Phœn. deſcenſus, *ryd* Britan. vadum, ut *rit* Gall. unde *Auguſtoritum*, *Vagoritum*, &c. c. 681. l. 64 &c.
ירוד *Jarod* draco, *Rhodus* cur inde dicta c. 369. l. 63.
ירה projicere (lapides) inde ראה projectio, & בעלי ראה *Baleares* ſeu funditores; ad verbum magiſtri projectionis (lapidum) c. 167. l. 68. & c. 634. l. 28.
ירחים *Alilat* c. 809. l. 58. &c.
ירך femur pro verendis c. 442. l. 37.
ירכתי femora montis, inde fab. de Baccho nato in monte Mero ibid. l. 41. &c.
ישראל *Iſrael* Saturnus Phœnicibus c. 715. l. 63.
יתר in *Hophal* abundare, ווחרא *vauthra* abundans, affluens, inde Siciliæ fl. *Vagedruſa* c. 558. l. 1. &c.
יתרב *Jathreb* Medina, Gr. Ἰάθριππα c. 214. l. 18. 36. Id eſt, terrea, quia muri & aggeres terrei ibid. l. 55. &c.

כ.

כבלה talus c. 715. l. 1.
כבול Ebr. conſtrictus, Phœn. terminus ibid. l. 1. 17. Aliæ ejuſdem vocis interpretationes ibid. l. 48. &c.
כבן oves circumligare vel integere pellibus, ne lana inquinetur c. 27. l. 6.
כבנין, vide נבנים.
כבך unde חכבוא ... quoddam ex carnibus & ovis c. 727. l. 12.
כביר *cabir* magnus, unde *Cabiri*, Dii potes c. 110. l. 24. & c. 394. l. 62. & c. 707. l. 13. & c. 747. l. 23.
כבירה magna, Cybira Piſidica urbs maxima c. 363. l. 52. 61.
כבירה *cabira* magna, inde Arethuſa fons incredibili magnitudine *Cypara* dicta c. 542. l. 45. &c.
כבאר *Cubar* quæ Dea c. 810. l. 23
כהות ערב *chabuth ereb* caligo veſpertina, redditum Gr. Χάος ἐρεβῶδες c. 705. l. 52.
כהן *coben* ſacerdos, unde ... Cabirorum ſacerdos c. 397. l. 10. & c. 747. l. 31.
כהן *coben* ſacerdos, Fœm. כוהנה *cobena*; hinc in Aremoricæ inſulâ Senâ *Cena* vel *Gena* dicebantur antiſtites Gallici cujuſdam numinis c. 666. l. 24.
כהנים ſacerdotes, & magnates c. 774. l. 73.
כוב *Chub* Paliurus oppidum Marmaricæ c. 295. l. 34.
כוה exurere, כי vel כיה cauſtio, inde *Ceos*, *Cea* vel *Cia*, Attica inſula ſub Ariſtæo à Sole aduſta c. 407. l. 18. &c.
כור *caur* piſcis, אי כורי *Icaure* inſula piſcium, *Icarus* quæ ob id ipſum Gr. dicta eſt Ἰχθυόεσσα c. 381. l. 16. 33. היקכורי *Heccaure*, Gr. *Hyccara*, id eſt, ſinus piſcoſus in Sicilia ibid. l. 34. & c. 513. l. 67.
כורי *Curium* Cypri urbs, à piſcibus c. 355. l. 42.
כורי piſcoſus, inde *Cnario* nomen fl. Bœot. c. 428. l. 3.
כוריא χώρα regio c. 722. l. 3.
כוש & כות idem c. 227. l. 26. Chuzeitao & Ciſſia idem ibid. l. 27.
כוש *Chus* vel כושן *Chuſan*, Scenitarum ſeu Saracenorum regio c. 213. l. 16. כשכשה converſio ad Saraceniſmum, migratio ad Arabiſmum c. 215. l. 35. &c.
כושי Chuſæus ſeu Ciſſius fuit Bacchus, inde Κισσεὺς & Κισσός illi ſacra c. 440. l. 30.
כייר pingere vel ſculpere, כיור *chior* tabula picta vel ſculpta c. 724. l. 38.
כיון *Cijun* Saturnus c. 59. l. 61. Inde Bacchus *Pericionius*, qui præeſt octavæ Sphæræ c. 443. l. 14.
כבלא *cucla* cucullus c. 674. l. 28.
ככר *cicar* planities, *Cacirum* Siciliæ campeſtris urbs c. 541. l. 10.
כלל complere, מכלל perfectio, מכלל לבושי de equis cataphracti c. 190. l. 53.
כלנה *Chalne* Cteſiphon, unde Chalonitis c. 236. l. 63. l. 239. l. 27. 68.
כומז *cumaz* faſcia pectoralis, quâ mulieres mammas ſuas comprimebant c. 758. l. 30. 44. &c.
כמז *come* Arabibus rei laxioris collectio & compreſſio ut rotunda fiat ibid. l. 56. Hujuſmodi faſciæ uſus à Pœnis, quibus fortaſſe כומז ut Polyb. ... ibid. l. 43.
כמי *chema* Arab. occultare, unde אלכימיה *alchemia* ara occulta c. 207. l. 50. &c.
כמס *camas* recondere, inde Larium olim *Cameſene* c. 161. l. 47.
כומצא, vide גומצא.
כמר *camar* vel *cimmer* nigreſcere, כמריר *cimrir* tenebrarum atror, Cimmerii inde dicti c. 591. l. 35.
כנא menſura quædam, medimnus, Bœotis ἀχάνη c. 437. l. 12.
כנרים ... c. 419. l. 63.

כנור *chonder* thus Arab. unde dicatur c. 104. l. 19. Χόνδρος Gr. de thure ibid. l. 20.
כנה *channa* planta Pſ. 80. 16. vox Ægyptia, unde χεννόσιρις planta Oſiridis c. 59. l. 6.
כנז gaza c. 61. l. 23.
כנען mercator & Mercurius c. 51. l. 16.
כנען *Chanaan* Χνᾶ Græcis c. 301. l. 5. & c. 751. l. 51.
כנעני *Chanaani* Chananæus; Punicè *Chanani* c. 767. l. 63.
כנענים *Chanani*, iidem qui Phœnices c. 300. l. 38. &c.
כנור *cinnor* κινύρα vel κινύρα c. 666. l. 42. Decem intenſa chordis plectro pulſatur c. 758. l. 64. &c. Apud Græcos queruli & lamentabilis ſoni, Ebræis contrà c. 729. l. 4. Cinyræ Cypri regi cur inde nomen ibid. l. 41.
כנור Cinyras c. 352. l. 62.
כסא & כורסי thronus c. 572. l. 42.
כסבר coriandrum c. 754. l. 64.
כסלחים Colchi c. 285. l. 35.
אלכעבה *Alcbaaba* Mecchæ templum à quadrata forma c. 812. l. 24.
כף κάππα c. 451. l. 14. 16.
כופא לוד *cepha lud* rupes flexa, *Cephalœdium* inde (*Cephalud* hodiè) Siciliæ oppidum in flexo rupis c. 516. l. 6.
כיפא רוץ *Cepha Ruts*, Scopulus *Ruts* ſeu contritor, id eſt, Caphareus naufragiis infamis c. 403. l. 18. & c. 409. l. 14.
עד רוץ *Ad-ruts*, id eſt, Andrus inſula ad illum ſcopulum objecta ibid. l. 1. 20.
כפל *cephal* duplicare, *Cephalenia* inſula biſariam diviſa c. 464. l. 27. *Macpela*, duplex antrum ibid. l. 35.
כופר *copher* cyprus, arbor odorata, Arab. אלחנא *albenna*, unde nomen Cypro inſulæ c. 356. l. 52. & c. 713. l. 56.
כופרית, vide גפרית.
כפתור *Caphthor* Side vel Sidene Cappadociæ pars littorea Colchidi vicina, כפתור malum Punicum Ebr. ut σίδη Gr. c. 291. l. 25. &c.
כר *car* dux & caput, ut Gr. κάρα, *Caccabe* caput equi pro כר רכבה *Car recabe* c. 471. l. 46 &c.
כר ארם, vide ארם.
כר *car* paſcuum, אי כרא *Icar* inſula paſcui, Icarus prope Samum inſula tota compaſcua c. 381. l. 10. 33.
כר *car* agnus, aries; inde *Caria* & *Cares*, & κάρ Ionibus τὰ πρόβατα c. 376. l. 45. &c.
כרא arietinus, Καρνεῖος Jovis epith. Bœot. c. 438. l. 2.
כרבל *cirbel* amicire, כרבלא *carbela* paludamentum; *Crupellarii* Gallorum gladiatores cataphracti c. 668. l. 50. &c.
כרבלת *cirbel* criſta galli, Britan. *cribell* c. 676. l. 63.
כרה excidere, inde מכרה *Macara*, id eſt, exciſa dicta Heraclea Siciliæ c. 556. l. 25.
כרך *crac*, ara, munitio, ſed & Petra, ut videtur, כרך מאב *Chrac Moab*, id eſt, petra Moab. Et in Strab. Κράγος πέτρα, *Crag* vel *careg* idem Britann. Et verſus oſtia Rhodani *La crau* Lapidoſus campus c. 679. l. 44. &c.
כרך *crac* arx; inde Acragas ſ. הכרך *baccrac* propter arcem antiquiſſi-

quiſſimam ibi conditam c. 554. l. 24.
כרכין *ceracin* ἀχυρώματα; an inde Cercinæ inſ. nomen c. 495. l. 60.
אלכרך *Alcore* Arabum prope Bagdad, an ſit Europii *Corebe* c. 31. l. 37. 46.
כרכום crocus, & *Corycus* Siliciæ mons c. 360. l. 36.
כרכומא *carcoma* æs, Chalce Africæ urbs, *Carcoma* fortè Ptol. c. 484. l. 1.
כרמאות *Chermath* Arab. vineæ, *Chremetes* fl. inde dictus c. 645. l. 32.
כרמל ſpica c. 488. l. 48.
כרפס, vide כרפסא.
כרפס *carpes* apium, fortè כרמס *carmes* Phœnicié מ & פ permutatis quod perſæpe fit, & inde Crimiſus Siciliæ fl. ab apii ubertate c. 557. l. 40. 50.
כורש Cyrus, Sol Perſis olim, ut hodiè כרשד c. 61. l. 29. & c. 645. l. 35.
כרית *Creth* Palæſtinæ pars, cujus incolæ כרתים Gr. Κρῆτες, Chald. קשתיא ſagittarii, propter ſagittandi peritiam; Creta inſula & Cretes appellati eod. nomine, quia & ipſi ſagittis maximè valent c. 422. l. 8. &c.
כרשנא, vide גושנא.
כשירא *cetra*, *ritura* c. 671. l. 16.
כרת קרבא *cat-erva* turma miſcellanea, qualis Gallorum legio *caterva* dicta c. 667. l. 72. & c. 668. l. 4.
כתבן *catban* ſcriba, unde *Catabani* populi c. 186. l. 62.
כתיים Cuthæi ſeu Suſii c. 165. l. 4. &c.
כתם Arab. abſcondere, & Ebr. Jerem. 2. 22. Alludit vox כתים, ut ad latendi verbum Latii nomen c. 159. l. 70. & c. 160. l. 12. כתים, id eſt, Latini & Itali c. 138. l. 6. Item *Citium* Cypri urbs c. 353. l. 70.
כתרא κίδαρις & κίταρις c. 9. l. 33.
כתר *catar* hoſtiles copias perrumpere & perfringere, inde *cateia*, telum quod quò pervenit vi nimia perfringit c. 670. l. 37. &c.

ל.

לאב unde הלאובות ſiticuloſa loca c. 297. l. 12. Vide לוב.
לאם *lama* Arab. agglutinare; inde *lama* in Arabia herba ità dicta teſte Plinio c. 382. l. 64.
לאם Arab. de vulnere conſolidare, agglutinare; an inde dicta *Lemnos* לאם נחש *lam nahs* propter terram Lemniam, q. d. συγκολλητικὸν φάρμακον τῆς δήξεως c. 398. l. 46. &c.
לבן candefacere quomodo in igne metalla c. 399. l. 21. Lemnos inde לבנה ibid. l. 22.
לבן albus, אלבן *alben* formâ Syrâ albeſcere; inde Alpes à candore nivium dicti, ut volunt c. 678. l. 47.
לבונה *lebona*, λίβανος, thus à candore c. 103. l. 71. & c. 713. l. 55.
לבנה *Libna* Gr. ſcribitur *Lemna*, Lemnos Phœn. *Libna* quorſum c. 398. l. 68.
לבנא Phœn. λίμνα Bœot. berba ſic dicta à candore floris c. 437. l. 64.
לבנתא *lebentha* later; inde *Lebinthus* inſul. & πλίνθος c. 376. l. 33.
לבת ſtare, morari: hinc *Lapethus* Cypri, & *Leptis* Africæ urbs à ſtatione navium c. 354. l. 36. & c. 481. l. 19.
להב & להט tam ignis acies quàm gladii c. 28. l. 57.
להבה *lebaba* æſtus, להבאן idem, unde להבים *Lebabim* Libyægyptii c. 279. l. 52.
לחש, vide להב.
להבם *labama* Arab. vorare, unde *Lamus* & *Lamia* c. 590. l. 16.
לוב *lub* ſitis, inde לוב *Lub* propriè Xerolibye c. 297. l. 9. Vide לאב.
לוב חיק vel ללוב חיק ſinus Lilybitanus in quo *Cyclopes*, qui inde dicti c. 509. l. 63. & c. 562. l. 36.
לוכרקים aſinus vel onager Æthiopicus c. 273. l. 30. 40. Quam variè ſcribatur hæc vox, & de ea conjecturæ c. 274. l. 8 &c.
לובי *labi* cur dicatur faba Ægyptia cùm eſt recens c. 296. l. 70.
לוד *Lud* Mæander à flexibus dictus, & Nili pars ſupra Ægyptum, unde *Ludim* Ebræis Lydi & Æthiopes c. 85. l. 1. &c. & c. 86. l. 55. &c. & c. 264. l. 63. &c.
לודיות *ludioth* cadorum ſpecies à Lydis, qui primi cauponariam exercuerunt; item Lydia fercula, ut Gr. καρύκη & κάνδαυλος c. 87. l. 4. &c.
לוז *luz* amygdalus, non corylus, ut volunt c. 628. l. 40. Inde nomen Luſitaniæ c. 629. l. 28. Luſus cur Bacchi comes ibid. l. 59. &c.
לוט unde לטין *latin* incantationes; inde Latium ſcatere veneficiis, & Circe ſaga credita c. 568. l. 70.
לון vel לין *lan* pernoctare; an inde *lanath* Afr. clymenum, quod noctu legebatur c. 756. l. 52. & c. 757. l. 13.
לאזורד *lazurd* Gr. hodiè λαζούριον, cœruleum pigmentum, Gall. *azur* c. 88. l. 31.
לילובאי Lilybæum, Siciliæ promont. ad Libes maximè obverſum, unde nomen c. 298. l. 4. & c. 507. l. ult.
לולאב rota putei, pro דולאב c. 508. l. 63. Fabula inde nata ibid. l. 67.
לח humidus, לחות *laath* humiditas, *laith* Britan. humidus, unde *Arelate* c. 680. l. 56.
לחמא *lachma* panis, לחמניית *lachmaniyeth* vulgo *des oublies*, λαχμάς Syris panis genus c. 720. l. 57.
לחש incantare, הלחיש *Telebis* vel *Telebin* incantator c. 372. l. 44.
לילית *Lilith* regina Zmargad c. 134. l. 57.
לין mollis Arab. c. 673. l. 33.
לין mollire, ut לאן *lana* mollem eſſe, an inde periclymenon Afr. *lanath*, quia lienem mollit c. 756. l. 52.
ליש leo, *Lixus* fl. ubi leones c. 641. l. 9.
ליש טרקן *lais tircan* leo mordax inde Læſtrygones dicti, qui iidem cum Leontinis c. 563. l. 10.
למד λάμβδα c. 451. l. 14. 16.
למד docere & acuere; eadem in aliis verbis metaphora, מלמד ſtimulus, למדוס Landus urbs in mucrone Rhodi c. 368. l. 30.
למין & מין λιμήν c. 614. l. 33.
לעז barbarus c. 700. l. 55.
לונכיא λόγχη lancea c. 670. l. 23.
לעמוד *laamudh* belluo, unde *Lamus* & *Lamia* c. 590. l. 21.
לפיד *lappid* lampas c. 718. l. 72. Lampas vel Lampidoſa inſul. cur inde dicta c. 504. l. 61.
לקותא *luccha* corvus, *lug* Gall. unde Lugdunum c. 675. l. 50. 63.
לקנות *licnoth* ad arundines ſeu paludes arundinoſas, Gr. *Lychnitas*, Illyrici urbs à Cadmo paludoſis locis condita c. 462. l. 39.
לשכה conclave, cubiculum, unde λέσχαι Bœot. c. 438. l. 24.
לשון אליף lingua bovis, Afr. לסאן אלף Ἀρνόγλωσσον, in Dioſc. corruptè Ἀσσεμαφ c. 760. l. 56. &c.
לשע Callirhoe c. 308. l. 52. 58. Lyſa c. 309. l. 8.
לתת unde מלתעה & מתלעה *mattalea* maxilla, inde *Malea*, promontorium, quod alio nomine maxillas aſini vocant c. 459. l. 41.

מ.

מאדורות Media c. 593. l. 41.
מאל plur. אמואל armenta Arab. an inde *Myla*, ubi boves Solis c. 518. l. 72.
מאל *malon* opes Arab. aurea mala, quæ in Africa draco aſſervabat, opes erant ibi congeſtæ c. 477. l. 50.
מאו Arab. extendere, expandere, מאות *mavvath* terra declivis, planities, *meath* Britannis idam, & *Maiata* campeſtres Caledoniis oppoſiti, qui montes incolebant c. 680. l. 17.
מגוג *Magog* Scythæ circa Caucaſum c. 187. l. 2. &c. Vide גוג Hierapolis מגוג *Magog* Syris c. 193. l. 4.
מגדול Magdolus c. 277. l. 55.
מגאר in Benjamine pro מגאר, id eſt, Pharus c. 262. l. 22.
מדי terminus; an inde dicta Media c. 193. l. 49.
מהרבעל *Mabarbal* Diognetus c. 744. l. 47.
מוג vel מגג (unde Magog) diſſolvi, contabeſcere, de corde; unde fab. de corde Promethei c. 12. l. 50.
מור unde מאורה plur. מואר Arab. materia, מור *mod* idem Phœnicié, quod Gr. μῶν ſcribitur c. 706. l. 2. &c.
מוחרין, vide אחור.
מוך ad paupertatem redigi; inde מוכון Mycone inſula omnium inops c. 410. l. 58.
מוך *much*, mollior omnis lanæ linique & goſſipii lanugo c. 690. l. 52.
מוליא *mulia* tumulus, מולא *mulae* loca montoſa; hinc *Mylias* Solymorum montoſa regio c. 364. l. 2. &c.
מון inuſitatum ex quo ממון *mamon* Chald. divitiæ & lucrum, ut Pœnis *mammon*. מול Arab. ditefcere c. 767. l. 36. &c.
מוסר, vide יסר.
מוף vel נוף Memphis c. 277. l. 27.
מור Myrrha cinyræ filia c. 352. l. 63. & c. 713. l. 49.
מור *mor* myrrha, Æolicè μύῤῥα ibid. l. 47.
מורת *muth* mors, Phœn. Pluto c. 711. l. 50. *Motho* pagus Arabiæ inde dictus ibid. l. 18. & c. 102. l. 51.
מחוזין *machazin* Arab. nobis *magazin* c. 138. l. 42.
מחי *mechi* machina c. 671. l. 36. Μηχεὺς Phœn. Vulcani cognomen, quaſi machinatoris c. 706. l. 59.
מחי קבל belepolis c. 671. l. 36.
מחנין caſtra; inde Menæ vel Menænum urbs Siciliæ c. 536. l. 21.
מטלן, vide מטל in טלן.
מין *min* vel מינה *mina* Arab. portus, מין אשרה *min-Aſda* portus Aſdæ vel Aſtæ, Gr. Meneſthei portus c. 614. l. 33.
מכבר pannus denſus aut cilicium c. 673. l. 54.
מלא *mela* vel מלאה *melea* plenitudo, & plena maturitas, *Melos* inſ. inde dicta, in qua xxx die fruges plenè maturefcunt c. 417. l. 24. 39. Eadem Mimallis (ממליא *memallie*) & Memblis (ממליא *mamli*) dicta, id eſt, fruges perficiens & ad plenam maturitatem ſtatim perducens c. 418. l. 26.
מלח ſale condire, inde מלחא *Malacha* vel *Malaca* Hiſp. urbs à ſalſamentis dicta c. 167. l. 37. & c. 616. l. 59.
מלט & פלט liberare c. 557. l. 43.
מליטא *melita* μελίφυλλον vel *calicata* inſula; utrumque in Melitam inſulam mire quadrare c. 500. l. 6. &c.
מלט Ebr. מלאט Arab. cæmentum ex arena & calce ibid. l. 41. מלטא incruſtatio ibid. l. 45. Maltha & malthare quid propriè. Melita inſula inde dicta ibid. l. 51. 63. & c. 505. l. 1. &c.
מלך conſilium Syr. c. 722. l. 18.
מלך בעל *Malachbelus* Palmyra cultus pro Sole c. 731. l. 60.
מלך Syr. מלכא rex, Μάλχος Phœn. ימליך *Jamlech* 1. Par. 4. 34. id eſt, Jamblichus, נהר מלכא *Naarmalcha* Regius fl. Babylone c. 719. l. 26. &c.
מלך קרתא *melech kartha* rex urbis, ſup. Sidonis; unde Hercules *Melcarthus* vel *Melicertes* c. 709. l. 19. Et per aphæreſin Calpe *Carteia* dicta, ut Gr. Heraclea ibid. l. 27. & c. 615. l. 43. 60.
ממלכות Ægypti nomus c. 260. l. 20.
מלל fricare; inde מלילות ſpicæ recentes, quæ facile manibus confricantur c. 488. l. 37.
ממללן *memallelan* Mimallonides, quaſi loquaculæ dictæ, vel à ממל *mamal* ſeu torculari, ut *Alcmij* c. 445. l. 27.
מילתא *Milata* lana Mileſia, vel quævis lana purior & mollior, non Meloite, ut volunt c. 25. l. 60.
מם μῦ c. 455. l. 14. 16.
ממון, vide מון.
ממרא הראש *Mamre barot*, Dux Mamre, Gr. *Membriareus*, & Membliarus c. 424. l. 49.
מן quid c. 59. l. 45.
מנא *mono* portio; *Nomus* inde c. 261. l. 19.
מנגנון μάγγανον machina c. 671. l. 32.
מני *Minias* Minyas c. 20. l. 10.
מניכא *meniea* torquis Gallis *maniacam* c. 674. l. 57.
מנין *manin* vel voce compoſita סממנין *fammanin* pigmentum *minii*; inde nomen amni *Minio* c. 626. l. 44.
מנע *mana* cohibera de aquis, *Amenat*

Digitized by Google

nus vel Amenanus, Siciliæ flumen, cujus aquæ certis temporibus cohibentur & deficiunt c. 529. l. 67.

מכמ *μίμοθ*, cilicium c. 673. l. 15.

מסס liquefacere de metallis, תמס *temes* liquefactio; unde *Tamaſſus* vel *Temeſa* Cypri urbs c. 356. l. 65. &c. Et Italiæ c. 594. l. 40. In utraque enim ærariæ officinæ ibid. l. 35.

מסתק mendoſè pro פסתק, id eſt, piſtacio in Pentat. Arab. c. 390. l. 20.

מעונים Minæi c. 121. l. 66. Pro quo עמונים 2. Par. 20. 1. c. 122. l. 22. Minæi Arabiæ inde cur dicti ibid. l. 40. &c.

מעכה *Maacha* in Græca Verſione *Μαχά*; inde *Mochus* nomen Punicum c. 574. l. 12.

מפה mappa c. 730. l. 17.

מציצה Mopſveſtia c. 155. l. 40.

מצר *matſar* limes; inde *Mazara* vel *Mazaras* Siciliæ fl. terminus Punicæ ditionis c. 558. l. 59.

מצור pro Ægypto c. 258. l. 66. Ratio nominis c. 259. l. 2. &c. מצרים cur in Duali ibid. l. 33.

מר *mar* Syr. dominus; hinc compoſita Gallorum nomina *Condomarus*, *Teutamarus*, &c. c. 665. l. 60.

מרי Marium Cypri urbs à dominio c. 355. l. 44.

מראה *marath* mulier Arab. an inde *μόρευ* & *θερμαμόρευ* c. 743. l. 43.

מרב *Mareb* Veterib. Mariaba c. 99. l. 2. Cur Plinius dominus omnium interpretetur ibid. l. 6. Vide & c. 130. l. 69. & c. 131. l. 22. &c.

מרד rebellare, unde Nimrodi nomen c. 227. l. 16.

מרחול, vide מסן in מנן.

מרכואי Marcoræ in Chald. Paraphraſi, mendoſè pro מרויאי Meroitis c. 271. l. 75. In Lucano ſimile mendum c. 272. l. 15.

מרמאחור *marmahor* Arab. meliſſophyllon ſeu apiaſtrum Gall. *μελιφύλλον* c. 676. l. 72.

מרונאי Maronitæ in Elia mendoſe pro מרויאי Meroitis c. 272. l. 23. &c.

מרנס Gazitarum idolum *Marnas*, id eſt, Dominus hominum c. 60. l. 63. & c. 422. l. 61. & c. 747. l. 50.

מרר amarum eſſe, המר *hemar* amarum reddere; inde dictus *Himera* Siciliæ fl. ſalſus & amari ſaporis c. 552. l. 52.

משה educere ex aquis, unde Moſis nomen c. 59. l. 40.

משיח *Meſſias* unctus Syr. & Pœn. c. 768. l. 40.

משך trahere, protrahere, differre c. 184. l. 39. &c. משך diu ibid. l. 30. Item tractus c. 186. l. 6. גוי ממשך gens protracta Ægypti, id eſt, in longum extenſa ibid. l. 22. Inde explicatur locus Pſ. 120. 5. c. 184. l. 26. &c. Moſchi cur inde dicti c. 185. l. 60. A Moſchis Moſcovitæ c. 188. l. 64.

משך *μόσχος*, pellis c. 185. l. 13.

משכי קשת trahentes arcum, Ludæorum epithetum c. 266. l. 4. Inde Niſicaſtæ dicti c. 267. l. 43.

מתא urbs, מתא־עשתרת Muriſtratum, urbs Aſtartes in Sicilia c. 517. l. 29.

מתוחה protenſa; *Motye* Siciliæ urbs cur inde dicta c. 509. l. 58.

מתר *matara* Arab. jaculati; inde *matara*, *mataris*, &c. hodiè *matrat* c. 670. l. 46. 56.

נ.

נאקה dromas c. 273. l. 29.

נבל, Syr. נבלא nablium c. 666. l. 42. Νάβλα Phœn. c. 728. l. 28. Ejus deſcriptio ibid. l. 48. &c.

נברשא *nebreſa* Syr. נברוס *aibras* Arab. lucerna; inde *Liparis* nomen Punicum, quia facis inſtar noctu lucent. Græci *aibras* in *Liparas* mutarunt c. 520. l. l. 31.

נגד nunciavit, unde ויגד *vajagged* & nunciavit Gen. 9. 22. pro quo lectum ויגד *vejaged* à Mythologis. Fabula inde nata c. 8. l. 24. &c.

נגח cornupetere, *Aphel* אנח movere bellum; inde *Ὄγκα* vel *Ὄγκη* Pallas Phœn. c. 427. l. 53. & c. 745. l. 68. &c.

נגן unde מנגנין *menaggenin*, qui pulſant inſtrumenta muſica; Liparis inde nomen, ubi ſonitus tympanorum & cymbalorum audiebatur c. 520. l. 44. &c. Id mutatum in *Melagonin* vel *Meligunin* ibid. l. 43.

נדד vagari, דיד *did* vagatio; inde *Dido* Πλανῆτις c. 472. l. 58. 61. & c. 750. l. 53. &c.

נהר און *Naron*, Illyrici fl. ad quem Onæi regio & urbs c. 461. l. 22.

נהר מלכא, vide מלכא.

נוד de terra, moveri, ניד *nid* & נידה *aida* motio; inde *Neides* in Samo feræ ſcilicet quarum mugitu terra diffindebatur, quod de motu terræ intelligendum c. 380. l. 18. &c.

נון *νῶ* c. 451. l. 14. 16.

נון piſcis, בעלי נון *baale aun* domini piſcium ſeu maximè eximii, id eſt, balænæ c. 347. l. 4.

נוף *Noph* vel מוף *Moph* Memphis c. 277. l. 27.

נור *nur* Syr. נאר *aar* Arab. ignis, Afr. *aarat* buphthalmus ab igneo colore florum c. 756. l. 32.

נחש æs & ſerpentem ſonat; inde fabula Colchica de dracone cuſtode velleris aurei c. 390. l. 3.

נחש *nahas* ſerpens; inde *Neas* vocarunt inſulam in qua Philoctetes ab hydra morſus c. 399. l. 50.

נחושה æs & chalybs c. 182. l. 49. נחוש chalibeus ibid. l. 51.

נטה *nata* inclinare; unde מטה inferius, *Nant* Britan. vallis, *Nantuates* hodiè *pais de Vaux* c. 679. l. 29. &c.

נטף *aataph* *στάζειν*, al. *σταλάζειν* & *σταλάσσειν* c. 277. l. 28. & 713. l. 57.

נכס immolare, נכסא ſacrificium, Naxus inde, ut volunt, *ὅθεν τὸ νάξαι ὁ ἐστι θύειν* c. 418. l. 71. & c. 412. l. 20. נכסא item cenſus & opes ibid. l. 28.

נכך recedere, מי נכך *Meaix* inſula ſic ab aquis recedentibus appellata, vel מינקך, vide נקך.

נס vexillum, יהוה נסי *Jehovi niſſi* Dominus vexillum meum; altare in Arabiæ monte erexit Moſes cum hac inſcriptione; inde Nyſæ nomen & *Διόνυσος* c. 440. l. 54. &c.

נסע proficiſci, נסע Hebr. *σπεῖραι*, manſio, Chald. מטלן, Arab. מרחל c. 252. l. 47.

נעם ſuavis de ſermone; inde נעים *Μίνωος* Edeſſæ pro Mercurio cultus c. 731. l. 72. & c. 732. l. 21.

נערה *Nora* Sardiniæ urbs ubi & unde dicta c. 574. l. 9. &c.

נפל cadere, מפל בר *mappal bar* deciduum frumenti; *Mamphula* panis Syriaci genus, quod in clibano antequam percoquatur decidit in carbones c. 727. l. 53.

נפתח *νέφθυς*, id eſt, ora maritima montibus intercisa c. 280. l. 37. Neptunus inde c. 284. l. 7.

נפתחים Naphtuchæi c. 280. l. 39. & c. 283. l. 59. &c. Aphtuchus Deus ibi fanum habuit ibid. l. 73.

נציב *neſib* tumulus, acervus, columna *στήλη*; plur. נציבין *Niſibis* urbs c. 745. l. 60. & c. 83. l. 21.

נצה pluma Hebr. נאציה *naſia* & נצה *neſſa* Arab. coma, cæſaries *καλλίτριχον*. Callitrichon, ſive adianton, Lat. capillum Veneris, Pœni in Apul. appellant *neſſo eſſe ſade*, lego נצת השדה *aeſſath haſſade*, capillitium agri c. 762. l. 58. &c.

נקום נוה tenere domum, אי בקום coloni novæ urbis c. 724. l. 21.

נקלים *naklis*, dactylis ſeu palmulis majoribus id nominis inditum à Nicolao Damaſceno c. 748. l. 72. Indidem *Naclis* dicta urbs in Libano prope Heliopolim ibid. l. 63.

נקך deficere, מי נקך *me-aies* aquæ defectus ſeu deficientes. *Menix* inſula & urbs ita vocatur, quia vadum, quo ab Africa disjungitur, certo tempore mare deſerit aquis recedentibus c. 495. l. 9. &c.

נרד *nerd* nardus c. 713. l. 55.

נשא tollere, הנשאה *hanniſſaa* elata; inde *Inneſa* urbs in Ætna monte c. 529. l. 26.

נשׁ אמון Naſamones c. 284. l. 57.

נשל extrahere, unde משליתא uncini, quibus caro ex olla extrahitur, Arab. מנשל c. 524. l. 43.

נשר vel נסר *σπῖνος*; *Niſyrus* inſula cur inde dicta c. 374. l. 53.

נתר nitrum c. 419. l. 14.

ס.

סאבורקון *ſabarcaa* chalybs naturalis, ut פולאד *phalad* artificialis c. 186. l. 23.

סבא *ſaba* inebriari, unde *Saboe*, *Sabazia*, *Sabazius* c. 441. l. 53.

סבכא *ſabbeca* *σαμβύκη* ſambuca c. 758. l. 56.

סגול *ſegol* & אשכול *eſcol* botrus c. 560. l. 17. Sicilia inſula סגוליא *ſegalaia* botrorum, quia vina ibi eximia, quæ Carthaginem deportabantur ibid. l. 23. &c. Indidem Naxos dicta Sicilia minor c. 569. l. 13.

סגום ſagum c. 671. l. 4.

סדין *ſedin* Hebr. *ſadia* Arab. סדון *ſedua* Syr. *ſiadoa* c. 751. l. 40. &c.

סדינן *σινδόνη*, חסין eſſedum c. 672. l. 19. &c.

סודיא *ſidea* Arab. malum Punicum, *σίδη* Bœot. c. 438. l. 37. & c. 445. l. 56.

סהר carcer c. 59. l. 26.

סיס *ſas* vel סוסיא *ſaſia* equus, *σασία* Etymologo c. 752. l. 12. &c.

סוף alga, unde Mare Rubrum Hebr. ים סוף mare algoſum, quorſum c. 283. l. 5.

סוק & צוק platea c. 146. l. 22.

סחרא *ſebara* negotiatio, *Seberia* inde Corcyra dicta c. 463. l. 44.

סטר & צטר latus c. 146. l. 22.

סין lutum *πηλός*, item Peluſium c. 275. l. 19. & c. 293. l. 20. Inde סינים Sinæi, id eſt, Peluſiotæ c. 275. l. 37.

סכותה *ſuecha* non ſolùm tabernaculum, ſed & ſpelunca, unde *Sucebai* dicti Troglodytæ c. 212. l. 5. & c. 250. l. 62. &c.

סכות *Saccoth*, id eſt, *Σκηναί* c. 185. l. 23.

סכן indigere; inde *Sicinne* miſera inſ. c. 416. l. 67.

סלם Arab. de ſerpente mordere, סלאם *ἀφιδιανός*; hinc inſula סלאמין *Salamin*, id eſt, *ἀφιδιανώσσα* c. 456. l. 14. &c.

סלע *Sela*, Hebr. Petra urbs, ut Arab. חגר *Hagar* c. 275. l. 67.

סלעים rupes; inde *Solois* Siciliæ urbs in rupe edita c. 514. l. 54. Et *Soloes* Africæ promontorium c. 641. l. 22.

סלעם deglutire c. 590. l. 22.

סלק aſcendere; inde *Silices* montani populi in Aſſyria c. 246. l. 2.

סמו Arab. celſum eſſe, eminere, סמא cœlum, ut Hebr. שמים; hinc *σάμος* Gr. *τὸ ὕψος*, & *Samos* Ionica, Thracia, &c. c. 377. l. 68. &c.

סמרדקום *σαμαρδάκος*, *ſamardacus* pro morione, unde ſumptum c. 396. l. 63. & c. 397. l. 2.

סממנין, vide מנין.

סנה *ſanna* Arab. lex, doctrina, jus canonicum, סנה *ſanaa* Phœn. idem; unde קרית סנה *kirjath ſanna* urbs doctrinæ: quæ & קרית ספר *kirjath ſepher* urbs litterarum, & קרית ארבי *kirjath arche* urbs archivorum. Hebr. שנן & Arab. סנן acuere & docere. Sanchoniathon Phœn. סן קנאתו doctrina (vera) zelus ejus Græci *φιλαλήθης* reddunt c. 771. l. 55. &c.

סנן Arab. acuere, ut Hebr. שנן; inde מסן *maſan* cos Gr. *βάσανος* c. 719. l. 16.

סנרנן *σίναπι* c. 672. l. 39.

סעום & צעום pharmacum, quo provocatur ſternutatio c. 546. l. 18.

סעל & צעלי negotium ibid. l. 19.

סעפה & סרעפה ramus c. 572. l. 38.

סעתר origanum, ut צעתר c. 146. l. 17.

ספירום *ſephidue* cucumer ſylveſtris c. 760. l. 66.

ספסרא Chal. שמשר Perſ. *σαμψήρα*, ſpathæ barbaricæ genus c. 557. l. 47.

סקול *ſeol* lethale infortunium, ut אסון; inde *Scolus* Bœot. locus pro infauſto habitus, in quo diſcerptus Pentheus c. 436. l. 8. &c. *Scylla* in freto Siculo indidem dicta c. 528. l. 53.

סקרא minium, vel ſyricum potiùs c. 410. l. 56.

סקאב & צקאב vitta ſanguinea, quam in capite geſtant Arabum mulieres, cùm inciderunt in grave aliquod infortunium c. 546. l. 21.

סרבל amicire, סרבל ſaraballum, id eſt, femorale, item pallium. סרבלא

כרבלא רצריפא ſaraballum aluminatum, vel ex lapide amianto c. 27. l. 34. 48. 72.
כרבלי & כרבל ſaraballum c. 416. l. 2.
כרג implicare, unde σαγάριν rete, & Sagarii c. 223. l. 73. & c. 224. l. 1. &c.
כרול vel שרול ſirval bracca, Silures Britanniæ populi cur inde dicti c. 650. l. 72. & c. 416. l. 23.
כרח ſarach fœtere; inde Syraco Siciliæ palus fœtens, à qua Syracuſæ dictæ c. 539. l. 63.
כרטן ſartan cancer, Aſterion Tenedi locus, in quo cancri c. 387. l. 2. &c.
כרן Saran Philiſtæorum princeps c. 60. l. 70.
כרנדיב Serandib Arab. Selandib Perſis inſula Sellan, à Salis qui Ptolemæo ſunt incolæ Taprobanæ c. 692. l. 66. &c.
כריפרה, vide כינפה.
כרק latrocinari, unde כרקין Saraceni c. 213. l. 51.
כרק vel ככר eſt μιλτοῦν miniare; hinc כירקון, & כירקא vel כקרא ſyricum, minium c. 410. l. 56.
כתבל ſetbel Arab. aquila, Afr. ἱεράκιον hieracium majus, quo accipitres & aquilæ obſcuritatem ab oculis diſcutiunt c. 754. l. 73. & c. 755. l. 1.

ע.

עב, vide עבא.
עבד colere (terram) Bœot. Βαιδώλω c. 438. l. 42.
עבה denſum eſſe, עב ab nubes, locus altus inſtar nubium, item ſylva, אבא idem Talmudicis. Abila vel Abyla Pœnis mons altus vel ſylva alta, עב עילאה c. 732. l. 46. &c. עב columna; inde origo fabulæ de columnis Herculis ad Abilam & Calpen c. 733. l. 26.
עבל Abalitarum conditor c. 123. l. 20.
עבר trajicere; unde מעבורא naulum pro מעברא, & מברא punto pro מעברא c. 730. l. 63.
עבר tranſitus, עברין fines, termini; inde Iberis nomen c. 168. l. 21. & c. 625. l. 5. Et Hibernia c. 654. l. 12.
עבר concipere, חן־עברת aanoberetb, gratuito ſeu ex gratia concipiens; inde Anobret Sara Phœnicibus c. 752. l. 18.
עבארא abara vadum, trajectus; inde in Judæa Betbabara, in Africa Abara, Abaradira, Abrotonum c. 482. l. 4. &c.
עיבור Hiporus fl. qui mediam Camarinam perfluit c. 549. l. 2.
עבורא Ibura annona, frugum proventus; inde Ebora Cerealis Hiſp. urbs c. 614. l. 67.
עבר ober Hebr. עאבר abir Arab. de myrrha, & de pecunia c. 120. l. 5. Inde abirminæa & gabiren myrrha ibid. l. 35. Id eſt, myrrha lachrymans, quia עבר eſt flere, עברי lachrymoſus, עבר Anatomicis angulus oculi lachrymalis ibid. l. 45.
אגבתא agbatba vario colore diſtinctus fuit, Agbatana vel Ecbatana cur inde dicta c. 196. l. 5.
עגל & עגול volvere c. 572. l. 40.
עגלי בעלי Aglibaal vel Aglibelus, rotundus dominus, id eſt, Sol Palmyrenis c. 731. l. 59.
עגמי agemi barbarus & peregrinus; an hinc Ogmius Gallis Hercules è Phœnice advena c. 663. l. 73.
עד רוץ, vide בינא רוץ.
עדן unde מעדן fodina, & Odonis pro Thaſo c. 393. l. 35.
עדריא greges ovium aut caprarum; unde Æguſis nomen עדריא, quod Catria ſcribit Stephanus c. 510. l. 31.
עובא ubo vel עבא abba Syr. Arab. עב abbon ſinus, ſtagnum; hinc Hippo Africæ urbs in ſinu, ſtagno vicina c. 475. l. 27.
אליעשה Damaſcena vallis c. 79. l. 52. Vide עין.
עון unde מעון maon vel magon habitaculum, ut Gall. magum in Rothomago, Neomago, &c. c. 682. l. 1. 15. &c.
עוץ Uts vel Gats Damaſci conditor; unde Damaſcena vallis Arab. עוטה Gauta, perperam עותא & אליעותא in Paraphraſtis c. 80. l. 44. 68. &c.
עוק coarctare, עיקי Icos anguſta inſula & βραχύβαλος c. 400. l. 30. 41. Et Ocba Eubœa dicta ab anguſtiis c. 402. l. 36.
אליעור Algaar Cœleſyria c. 349. l. 56. Pro Syrophœnice, Marc. 7. ibid. l. 54.
עור Arab. concavum eſſe, מערה Hebr. מערה ſpelunca, מער בצע Marpeſſa ſeu Marpeſſus caverna exciſionis, in Paro inſ. unde marmor effoditur c. 413. l. 11. &c. מעארת magarath cavernæ μέγαρα c. 349. l. 60.
עז validus, durus, aſper, inde עז ez capra ab aſperis pilis, & mare עז Ægeum, quia aſperum c. 403. l. 48. & c. 404. l. 30. &c.
עז ez Hebr. capra, עזא izza Syr. aza Phœn. Arab. עז c. 742. l. 68.
עזא izza, capra; unde ἰζαία pellis hinnuli caprini, Satyrica veſtis in ludis ibid. l. 71. & c. 444. l. 60.
עזוז izzuz & עזיז aziz fortis, potens; inde Mars Gallis Heſus, & Syris Ἄζιζος c. 662. l. 61. & c. 732. l. 9.
עזרה Gaſa munitam ſonat, qualis revera fuit c. 743. l. 24. De ea Gr. fabulæ ibid. l. 36. &c.
עטלף veſpertilio; lobatalapatb Punicè auricula veſpertilionis, herba quæ Gr. Μυὸς ὦτα auriculæ muris c. 753. l. 46. etc.
עיטום Itanus Cretæ urbs c. 422. l. 1.
עיטר et עיטרא et עיטרן pix; inde עיטריא Itaria pro Italia, id eſt, picearia regio. Nam Italiæ nomine Veteres Brutium agrum intelligebant picis nomine celeberrimum c. 595. l. 13. etc et c. 597. l. 50.
עי pl. עיים acervus lapidum; hinc עיין Ios ſaxoſa inſula, in qua Homerus ſaxo conditus c. 415. l. 19.
עין גואי ain gavai fons medius; inde Enguum, dictum Siciliæ oppidum, in cujus medio fons fuit c. 559. l. 49.
עין נעם Enaam fons amœnitatis; Enna Siciliæ inde dicta c. 532. l. 29. etc. Et Inna Macedoniæ c. 533. l. 20.
עכבר mus, Phœn. עכור acvar; unde Γύαρος per aphær. inſula, in qua mures ferrum roſiſſe leguntur, et incolas fugaſſe c. 416. l. 2. etc.
עכו Acebo, Ace, Arce, Ptolemais c. 779. l. 47.
עכס aes vel baes flexus; Hexi Bæticæ urbs à terræ flexu appellata c. 616. l. 69.
עלאי Ilae alti, id eſt, montani: inde Ilienſes dicti montani Sardiniæ populi c. 575. l. 26.
עלונת loca celſa; Alontium inde, urbs Siciliæ in celſo ſitu c. 517. l. 6.
עליון Ἐλιοῦν Phœn. ὕψιστος c. 707. l. 17. Unde Pœnis Aloaim valoanth Dii & Deæ ibid. l. 20. & c. 781. l. 22.
עליון Elion Phœn. Deus, Elieus Jupiter Thebis c. 437. l. 71.
עלים alim vel elim ὑψηλοί; inde Elyma pro Eryce, & Elymi, qui Sicanorum montes occupaverant c. 569. l. 68. & c. 570. l. 2. 43.
עלית פאה ilith pea celſa plaga; inde Ilipa Hiſpaniæ urbs in montoſa regione c. 604. l. 18. Sic compoſita Ilipula, Iliberis, Ilisturgis, Iluro, Ilerda, omnes in montibus ſitæ ibid. l. 30. &c.
עלס, עלס & עלץ lætari & exultare; unde & Lyſius dictus, ubi læta arva c. 600. l. 11.
עלז aloz exultare, עליזה aliza exultabunda; an hinc Aliſa Siciliæ fons, quem exultabundum aiunt ad cantus elevari c. 516. l. 50. &c.
עלכום Arab. validus, ut אלקום Hebr. c. 435. l. 3.
עלם Elamitæ vel Elymæi c. 70. l. 30.
עלמא virgo, ut alma Phœnicibus c. 421. l. 25. & c. 765. l. 27.
עלס exultare; unde יעליס Ialyſus Rhodi urbs καὶ ἀφαιρεῖν, quæ olim à mœrore Achæa c. 368. l. 63.
עלעול alol vel עעול aol turbo, tempeſtas, Æoli nomen inde c. 594. l. 56. 66.
עליץ עבא Alits abbo vel Oliſippo amœnus ſinus, Luſitaniæ metrop. in amœniſſimo ſinu ſita c. 627. l. 35.
עם כמוש populus Chamos pro Moabitis c. 517. l. 36.
עמיקא Amica Damaſcena vallis c. 79. l. 53. Amyce Polybio c. 81. l. 8. c. 350. l. 20.
ענב anab uva; Anapus Siciliæ fl. inde dictus c. 540. l. 53.
ענבלה onobola Arab. νύμφη vel ἀνα ποῖς & μύρον; Onobala Siciliæ fl. inde dictus c. 525. l. 43.
עני ani mœror; inde ἀνία & Anius Deli rex c. 406. l. 56.
ענפה Anaphe inſ. id eſt, ramoſa & opaca c. 425. l. 54.
ענק Anac Anacæorum pater à quo Phœnices בני ענק c. 346. l. 39. Et Carthago חדרי ענק Chadre anac. ענק Torquatus c. 347. l. 48. & c. 348. l. 3.
ענתה tempus עונתא gonetba tempus ſtatutum & determinatum quo fit quæque res; inde γόνατα Phœn. terminus c. 740. l. 20. &c. Idem verbum de legitimo conjugii uſu ibid. l. 24.
עסיס muſtum c. 557. l. 72.
עפק aphak amplecti pro Hebr. חבק: inde אפקא Ἄφακα Libani locus, in quo Venus Adonim amplexata eſt, Etymologus rectè reddit ἀσπασμός c. 749. l. 52.
עפר Arab. primò regere, dein peccata remittere, ut Hebr. כפה c. 730. l. 38. Unde עפרא ſuppari genus, quo delicatæ mulieres dum unguntur ſe involvunt ibid. l. 36. Hebr. idem אפר, & Chald. עפרא ibid. l. 29. Mappa Punicum verbum quomodo inde deductum ibid. l. 17. 61.
עציון גבר Eſion gaber Chald. כרך תרנגולא arx galli, quaſi גבר ſit gallus; quin Eſion gaber eſt ſpina viri c. 687. l. 30. Ratio hujus nominis ibid. l. 38.
עצם Hebr. numeroſum eſſe, Arab. עטם magnum eſſe. Inde per aphæreſin Phœnicibus Samatho Magna inſula, & Symæthus fl. Siciliæ maximus c. 531. l. 56. & c. 745. l. 39.
עצום & עצום robuſtus, fortis, 572. l. 63.
עצם os, oſſum Afris c. 766. l. 36.
עקב & עקוב talus c. 572. l. 55.
עקב akeb extremum; inde Acis fons in extremis Africæ c. 487. l. 50.
עקוד akod vel akud varius, maculoſus; propriè in gregibus עקודים ii dicuntur, quorum crura ambiunt & quaſi devinciunt intercurrantes lineæ, eæque albæ in Oriente, ubi oves ſæpe nigræ c. 549. l. 54. An inde עקד acad Achates ἀχάτης, propter albos circulos, quibus diſtinguitur, & Siciliæ fl. Achates in quo reperitur ibid. l. 53. & c. 550. l. 22.
עקל & עקל pervertere c. 572. l. 64.
עקלתון akalathon tortuoſus, ſerpentis imò Diaboli epithetum in Eſaia: Græcos Σκολιὸν inde appellaſſe c. 527. l. 34.
עקום acum, & gemin. radic. עקמקם acamicum tortuoſus, obliquus; unde Phœn. Camicum appellarunt caſtrum in Siciliæ aditu valde flexuoſo c. 555. l. 51. 42. &c.
עקיק ſapphirus fl. prope Meccham c. 214. l. 60.
ערב, vide קרם.
ערב עארבה genuini Arabes c. 146. l. 57. ערב מתערבה vel מכתערבה Arabes facti ibid. l. 59.
ערבלא arbela populorum colluvies c. 244. l. 45.
ערוה & מערה graminetum c. 574. l. 27.
ערגל volvere pro עגל c. 237. l. 45.
ערטל obeſus, ערטיל nudus, ערטיל juvenis decorus; inde Bacchus priſcis Arabibus Urtal c. 111. l. 72.
ערם Arem, agger urbis Mareb ſeu Saba, unde dictus c. 133. l. 4. &c.
ערם de aquis coacervare, ערם harem agger; an ἕρμα inde dicta c. 644. l. 66.
ערמן aggeres cohibendis aquis; an hinc Siciliæ fl. Hirminius c. 547. l. 64.
ערערה gargara, illuſtris, nobilis, dominus, an inde Phœn. גיגרא Gigra vel Gingras, id eſt, Adonis, & gingri Phœniciæ quædam tibiæ, quibus deflebatur Adonis c. 727. l. 62. & c. 718. l. 9. &c.
ערקא Arca urbs in Libano, cujus populi Arcæi Gen. 10. 17. unde Venus Architis c. 750. l. 2.

פרק

שירק *Arac*, id eſt, Parthia c. 696. l. 15.

שירק עגמי *Irak Agemi*, id eſt, barbara, pro Perſide c. 193. l. 54.

שירקין nervi, ἀρνόγλωσσον plantago, l. חציר שירקין herba nervorum, id eſt, nervoſa, ut Gr. ἐπιπόλεμος & πολεμόνιος c. 753. l. 20. In Apul. legitur *artieteon* c. 762. l. 7.

עשה חיל fecis copias, id eſt, conſcripſit c. 447. l. 64.

עשתרתא *Aſtarte* Dea Phœnicum; an eadem *Andraſte* in Britannia culta? c. 664. l. 48.

עשתרתא *Aſtarte* Pœnis Juno c. 766. l. 67. Cœleſtis ſeu Urania c. 796. l. 29.

עשתרות *aſtaroth* commune nomen ad armenta & greges; inde עשתרות *Aſtaroth* vel עשתרתא *Aſtarte* Dea Phœnicum; capiti pro inſignibus tauri caput impoſuit. Hæc eſt Gr. Ἰὼ c. 709. l. 34. 57.

עשתרות *aſtaroth* oves; inde dicta Erythia inſula ovibus frequens; vel ab עשתרתא *Aſtarte*, id eſt, Venere aut Junone: nam & Aphrodiſias & Junonis inſula dicitur. Ex *Aſtaroth* vel Aſtoreth Græci divulſis vocibus fecerunt ἀστὴρ ἔπτα c. 613. l. 22. &c.

עתק durus & aſper, עתקיא *Ithaca* inſula ab aſperitate dicta c. 464. l. 72.

עתיק *attic* antiquus, *Utica* inde Punicarum in Africa urbium vetuſtiſſima. Gr. Ἰτύκη c. 473. l. 43. & c. 474. l. 1.

פ.

פא עי c. 451. l. 14. 16.

פאתא Syr. פאתא latus, ora, plaga, regio; inde כרפאתא *Carpathus*, quia ad oram Cariæ c. 372. l. 23.

פאוקי *Phacuſa* Æg. urbs unde dicta c. 217. l. 19. 35.

פארא *pura* ramus, פאראני *purani* ramoſus, opacus; *Pyreae* inde, & *Pyrenæi* ſaltus c. 626. l. 5. &c.

פאתה פלג Paphlagonia c. 392. l. 21.

פגר Arab. 1. 2. & 4. conjug. fontem aperire 5. & 7. conjug. fontem erumpere; hinc פגרן Gr. *Epigranea* & Hippocrene Bœotiæ fontes c. 428. l. 29. &c.

פדן *paddan* ager ſativus vel compaſcuus, unde *Paddan Aram* Meſopotamiæ pars cultior c. 76. l. 57. &c. פדאר agricola ibid. l. 71.

פרשת פרסטגאני *Padeſça Preſtigiani*, id eſt, Rex Apoſtolicus c. 272. l. 40.

פוג & פגג diſſolvi c. 557. l. 45.

פוגה quies c. 353. l. 41. פגמליון Pygmalion, id eſt, Παυσίλογος ibid. l. 39.

פוט Apollo Pythius c. 11. l. 6.

פוט *Put* vel *Phut* ſparſus ut פון c. 296. l. 23. Libya cur ita dicta ibid. l. 20.

פילי *Phila* urbs in Æthiopiæ & Ægypti confiniis c. 268. l. 49. &c.

פוג ſtupere, פן *pan* attonitus; inde terrores Pan creditur immittere c. 444. l. 10. &c.

פוק *phauc* Arab. ſurſum, פוקני *phaucani* celſus, ſublimis. Is Sicanorum, qui montes occupaverant à Phœnicibus ita dicti Græci *Phoceaſes* interpretantur c. 570. l. 63.

פאיק *phaie* opibus vel dignitate eminens, *Phaaces* inde dicti c. 464. l. 6. &c.

פור ſors c. 62. l. 23.

אם פוריה *em porja* mater fertilis; alludit ad *Emporia* loci nomen totius Africæ longè fertiliſſimi c. 481. l. 59.

פז *Paz* & אופז *Uphaz* in auri ſpeciebus, an a *Paſi* ſinu, vel a *Phaſi* fl. Taprobanæ c. 541. l. 57.

פזר ſpargere, פזורה *Pzara* Sporas c. 420. l. 34.

פחד femur Arab. פחד verenda Hebr. c. 442. l. 37. Vide ירך.

פחז præcipitem eſſe de aquis c. 243. l. 3.

פטדה כוש Arabica topazius ex Chiti vel Topazo Rubri Maris inſula c. 21. l. 25.

פמיסה & פרסיסה roſtrum c. 572. l. 48.

פיבשת Bubaſtus c. 293. l. 21.

פיל *phil* elephas, inde *Phila* c. 269. l. 38.

פיכל *Picul* Membriarei pater, Gr. *Pœcilus* c. 424. l. 54.

פלד *phulad* chalybs artificialis c. 186. l. 27.

פלה & פלי removere, amovere, in exilium agere; inde dicta *Pola* urbs ab exulibus Colchis condita c. 289. l. 45. 52.

פלה *palea* vel *pale* agricola; inde de *Palet* ruſtica Dea, & מפלה *mapale* ruſticum tugurium c. 733. l. 66. 73.

פלט, vide פלם.

פליא נחש *pelt aabas* terribilis ſerpens; inde *Pelinas* dictus Chii mons, in quo latebat draco portentoſæ magnitudinis c. 383. l. 52.

פליחין venerabiles; inde *Palici* Dii in Sicilia c. 534. l. 50.

פלך ונודי, vide נודי.

פילם *phelem* Arab. magnus; *Volema* pyra grandia Gall. c. 677. l. 34.

פלפל *pilpel* piper, פלפול acutus diſputator c. 368. l. 39. Vide & למר.

פלצות terror, inde מפלצה & *phallus* c. 445. l. 47.

פנג al. caſia, al. balſamum, Chaldæo Interpreti קליא, id eſt, dulciaria ex melle; hinc Zohar לחם פנג c. 346. l. 13.

לפני coram, id eſt, contra c. 46. l. 44.

פנה *pinna* angulus & faſtigium montis, ut *penn* Britannis & Gallis olim, unde Penninæ Alpes c. 678. l. 1. 19.

פנחס *Phineus* Bithyniæ rex c. 391. l. 22.

פנטסכינאי *Pentaſchœnitæ* populi in Ægypto, inter Caſium & Peluſium c. 263. l. 25. & c. 280. l. 40. & c. 294. l. 6. 13.

פנך *phanac* βρόμος, *Phanace* Bromius c. 441. l. 56.

פנק & פרנק oblectare ſe c. 572. l. 46. & c. 346. l. 12.

פעם *paam* vel *phaam* inceſſus, greſſus, pedes נעם פעמן *Namphamo* nomen Punicum, ſignificans boni pedis hominem c. 766. l. 22.

פסח latum eſſe, אפסחה latus, amplus, *Ampſaga* fl. inde c. 484. l. 58.

פץ *phed* vel מצה *phidda* Arab. argentum; hinc *Oruſpeda* mons Argenteus in Hiſpania ex quo Bætis profluit c. 601. l. 56.

סציר & פרציר rivus c. 602. l. 44.

פציר *phaſid* rivus vel amnis, inde Phaſidi nomen c. 289. l. 28.

פקה Arab. ſcire, פקה *phikh* φρόνησις, פקיה *phukih* Juriſperitus, ut Hebr. פקה Judex c. 433. l. 67. &c.

פקח *pikea* vel *phika* ὀξυωπὸς apertus, item videns, item ſapiens, ſagax ibid. l. 19. Inde Sphingem Bœoti Φίκα dixerunt ibid. l. 40. Et *Picum* Aborigines vatem inſignem l. 45.

פרבר & פרור loci pars exterior c. 416. l. 6.

פרגא, vide פרתם.

פריד *pharid* zizyphus, lotus; unde Theophr. *Pharidis* nomen inſulæ Lotophagiti c. 495. l. 29. &c.

פרדס *parder* paradiſus c. 62. l. 18.

פרותה fructuoſum eſſe; inde geminatis radicalibus פרפרת vel פיפרת *Peparethus*, inſula fructuoſa Εὔκαρπος καὶ Εὐάνθης c. 400. l. 9. 21.

פרות *peroth* foveæ; *Paræ* inde propter marmor effoſſum è monte Marpeſſo c. 413. l. 6.

אפרוחים pulli, כליא אפרוחים *Colephryx*, id eſt, clauſtrum pullorum, mons Tanagræus, in quo nobile ἀρχιθεσμῶν c. 435. l. 38.

כליא פרוחי clauſtrum pullorum, muliebre capitis integumentum ibid. l. 41.

פרוין *Parvajin* unde aurum, Phœn. פרון *Parvan* vel *Provaa*, & compoſ. voce טף פרון *Taph-Parvan* littus Parvan, unde Gr. *Taprobane* c. 142. l. 63. &c. & c. 692. l. 3. &c.

פרזות pagi; inde פרזים *Pherezai*, id eſt, Pagani c. 307. l. 46.

פרט *parat* cantirare, vocibus minutim conciſis canere, *Bardi* inde dicti c. 666. l. 38. Id Horatio *dividere* eſt ibid. l. 63.

פרך fricare, פרוך vel פריך ſpica recens, quæ manibus facilè confricatur, ut Hebr. מלילות Ex פריך *feric* factum אפריכה *Africa*, ut ex כזיב *Cezib* אכזיבה *Aeziba*, ex מניך *menic* torque אמניכה *amnica*, ex נזיק *nezic* damno אנזיקא *anziea*: Ergo terra *Africa* eſt γῆ ἄσταχυς c. 488. l. 41. &c.

אלפרך pro אלכרך in Benjamine c. 33. l. 36.

פרכה *peracha* manipulus, Bœot. ὀράχος c. 438. l. 46.

פרם *param* incidere, פרימה *perima* inciſio; inde *parma*, ut ancile ab anciſu c. 742. l. 3. &c.

פרומביא φορβειὰ capiſtrum c. 273. l. 38.

פרמקוס φαρμακὸς veneficus c. 205. l. 65.

פרנס *parnes* paſcere, פרנוס *pirnas* paſcuum; inde *Parnaſſus*, & Atticæ mons *Parnes* c. 432. l. 61.

פרנס *parnes* paſcere, פרנס *parnes* princeps, gubernator; an inde *Brennas* & *Brenain* rex apud Cambros, & *barn* judicare Britannis c. 665. l. 32. 39.

פרנס, vide פנס.

פרס גד *Paras-gad*, id eſt, Perſicus exercitus, unde *Paſargada* c. 224. l. 22.

פרסך *pharſach* paraſanga c. 62. l. 36.

פרעה *paro* Syr. caverna, cuniculus; *Parus* inde c. 413. l. 6. Vide & פרות.

פרעה *Pharao*, id eſt, crocodilus c. 59. l. 31. & c. 137. l. 42.

פרעוש pulex, Arab. ברגות *barguth*; hinc pſyllium pulicaris herba Afr. ὀργγυτον *vargutum*, ſic leg. in Dioſc. non ἀαγγυτον c. 759. l. 42. &c.

פרץ de aquis, erumpere, נאה פריצה *Nae pritſa*, habitatio eruptionis, ſup. aquarum; *Nebriſſa* urbs ad æſtuaria Bætis ita dicta Punicè c. 614. l. 3. &c.

פרציר, vide פציר.

פרק rapina; inde *Vargi*, id eſt, פרקין *farkin* in Arvernia latrunculi c. 668. l. 45.

פרתום *partum* vel פרתון *partun*, ſummus præfectus & moderator, & פרגא *pharga* muratio; an inde *Vergobretum* Ædui vocarunt magiſtratum annuum, ſeu præfectum illum, qui quidem ſummus erat, ſed mutationis obnoxius c. 665. l. 47. &c.

פשור tepidum, vide חליל.

פשח abſcindere, תפשיחא *thapſiha* abſciſſio, *Tapſus* Siciliæ urbs in peninſula, quæ tam anguſto collo cohæret ut putetur eſſe abſciſſa, & pro inſula habeatur c. 539. l. 15.

פשט & פרשט extendere c. 572. l. 66.

פשט dilatare, expandere, ut Arab. בסט c. 9. l. 38. Inde פשיטן *Peſitan* Ποσειδῶν Neptunus ibid. l. 30. Et פשיטנא *peſitana* herba quædam latiſſima ibid. l. 35.

פשתה linon. ſris ξυμφορὰ, id eſt, זרע פשתה ſemen lini c. 752. l. 67.

פתה in *Cal* pellici, in *Piel* pellicere, in *Hiphil* dilatare, unde יפת Gen. 9. 27. *dilatet* non *alliciat*, aut *condecoret* c. 9. l. 20. & c. 245. l. 82. &c.

פתיה ימא latitudo maris c. 9. l. 48.

פתוחים ſculpturæ; an inde *Pataeci* dicti Dii Phœnicum in prora vel puppe navis inſculpti c. 713. l. 3. Vide & פטח.

פטמום Patmos c. 277. l. 26.

פתם jaculari, projicere, cum impetu propellere; inde *Pantachas*, Pantacias vel *Pantagias* Siciliæ fl. qui magno murmure ſaxa rotans in mare præceps devolvitur c. 537. l. 50.

פתכיא vaſis genus, ποτήχιον Bœot. c. 437. l. 43.

פתר Arab. tepeſcere pro פשר c. 553. l. 37.

פתר *patar* interpretari; inde *Patera* Gallis ſacerdotes Apollinis oraculorum interpretes c. 666. l. 3. &c.

פתרוס *Pathros* vel *Phaturer* Thebais, ubi *Pathyris* urbs, & *Phaturites* nomus c. 274. l. 73. & c. 277. l. 32. &c.

צ.

צאר vertex, vide צוראה.

צבר colligere, congregare, צבור Synagoga; hinc *Sabrata* urbs in Africæ Tripoli c. 480. l. 7 &c.

צדיא deſolata; hinc *Stadia* Rhodi nomen c. 370. l. 64.

צדק *Sandocus* Cinyræ pater c. 358. l. 64.

f

צדיק

צדק *Sedek* Jopiter Hebr. ut *Sydyk* Pœn. c. 707. l. 6.

צוק, vide מוק.

צוק arctari, מצוקות *meſucoth* anguſtiæ; unde *Maſſicytes* mons prope Phaſelidem, c. 362. l. 51.

צור *Sor* vel *Sur Tyrus*, Syri & Aſſyrii inde dicti c. 301. l. 52. &c.

צור rupes; inde Tyrus צור Hebr. quia in mediis rupibus ſita c. 730. l. 19. & c. 777. l. 17.

צור *ſur* rupes, צור *Sor* Tyrus, quæ & *Sora* & *Sarra*; unde *Sarranus* pro Tyrio c. 735. l. 28. &c.

צחור *ſuchur* Arab. petræ; an inde *Scyrus* petricoſa inſula c. 399. l. 73.

צחיא deſertum, vide חכואם.

צטר, vide כטר.

ציים Ichthyophagi c. 281. l. 46. Et qui in deſertis degunt c. 283. l. 12.

צידון *Sidon* ab ubertate piſcium dicta c. 302. l. 48.

ציצית *ſiſoe* c. 362. l. 2.

צירים imagines c. 212. l. 71.

צלוגה & צלוגן harpago ligneus c. 524. l. 50.

צלם umbra; hinc *Salmon* & *Solyma* ab umbra ſylvarum, quæ circum jacent c. 364. l. 16. 28.

צלצל כנפים cymbalum orarum, id eſt, ſiſtrum c. 212. l. 47.

צלקא vel שלקא *ſulka* exultio; inde *Sulcbi* Sardiniæ urbs in parte maximè Auſtrali c. 577. l. 5.

צמק areſcere, צמוקים uvæ paſſæ c. 636. l. 10.

צמר גפן lana viris Talmudicis non eſt lanugo vitis, de qua Plinius, ſed goſſipium c. 690. l. 37. 43.

צן *ſin* frigus, inde *Aſinee* Siciliæ fl. frigidiſſimus c. 545. l. 50. 57.

צינור *ſinor* tubus, emiſſarius, per quem aqua in declive fertur; inde הצינור *Aſſinarus* Siciliæ fl. qui profundo alveo tanquam tubo incluſus devolvitur in præceps c. 543. l. 59. &c.

צעד *ſaad* Phœnicè צרעד *ſarad* ἴχνος greſſus, veſtigium; unde Σαρδὼ vel *Sardinia*, ut Gr. Ἰχνοῦσσα a ſimilitudine veſtigii c. 572. l. 9. 33. Literæ ר ita inſertæ multa exempla ibid. l. 38. &c.

צעם, vide טעם.

צעל, vide סעל.

צפן Panis c. 293. l. 19.

צער, vide סער.

צפרע rana Arab. pro Hebr. צפרדע c. 572. l. 40.

צפה ſpeculari, מצפה *Mitſpa* al. *Maſſepha* ſpecula; inde *Meſſapiae* Bœot. mons c. 432. l. 43.

צופה שמים ζωφασημίν, οὐρανοῦ κατόπται c. 706. l. 25.

צפן recondere, צפונים theſauri; inde *Siphnus* inſ. in qua auri fodinæ c. 412. l. 78.

צפנת פענח occultorum interpres c. 59. l. 17.

צלצלא Syris cymbalum, pro צלצל c. 594. l. 65.

צקאב, vide סקאב.

צרה caſtellum, שנירצרה *Sanisera*, ſecundum caſtellum, Minoricæ urbs c. 635. l. 21.

צריח, Arab. צרח, צרות, צרוחה, arx, palatium c. 133. l. 35.

צריפיא *Tſeriphia* aluminoſa Melos Phœn. dicta, & Gr. *Zephiria* c. 418. l. 55.

צתורא *ſatra* fœdus, deformis, Satyrus c. 444. l. 53.

צעתר Hebr. origanum, ut צעתר Arab. an inde *Aſterium* in Tenedo, ubi origanum præſtantiſſimum c. 387. l. 6. &c.

ק.

קדם in Aſſyriorum imperio quicquid trans Tigrim, ut ערב quicquid cis Tigrim c. 31. l. 42. &c. מקדם ab Ortu, item ab initio, item verſus Ortum c. 30. l. 61. &c.

קדר *kadar* nigrorem à Sole contrahere; *Kedar* & *Kedareni* inde dicti c. 216. l. 16.

קרדה virtus, Perſis *carda*; unde *Cardaces* militum genus c. 223. l. 54. &c.

קהר Arab. vincere, קהר victoria, inde urbi *Cairo* Arab. nomen אלקאהרה *Alcahira*, id eſt, victrix, quorſum c. 136. l. 26. Et *Nitocris* eſt Minerva victrix ibid. l. 32.

קו *kau* tenue filum, תקוה funiculus, מקוה netum vel opus ſubtiliſſimum, קוין filia (aranearum) inde *Cos* inſ. ubi bombycina texta c. 375. l. 16. &c.

קול־פי־יה *col-pi-ja* vox oris Dei; inde ventus *Colpiæ*, quo factus homo c. 706. l. 30.

קוליא Gr. κοίλια, τὰ ἐν μέλαθ ... c. 346. l. 12.

קוליים האיספנין *koliat* Hiſpanorum, id eſt, Saxeranus c. 617. l. 13.

קמינא *καμίνα* fornax, in qua metalla conflantur c. 650. l. 39.

קוף, ... c. 451. l. 14. 16.

קור *kur* in *Hiphil*, manare, ſcaturire; inde *Cyre* fons Africæ, a quo *Cyrene* dicta c. 496. l. 12. 36.

קוריא ornamenta capitis ad urbis ſimilitudinem c. 435. l. 44.

קוטאן *Kutban*, idem qui *Jectan* c. 97. l. 71.

קוטבא *koteba* trapetum ſeu mola olearia; an inde inſerto ר *Corduba* vel *Corteba*, ut Arabes ſcribunt propter frequentia trapeta c. 602. l. 56. &c.

קטם incidere, קטום *catum* inciſus; inde *Cothon* Carthaginis & Adrumeti portus, & quivis alius non naturalis, ſed arte humana inciſus c. 469. l. 47. &c.

קטון *katon* pro כתותם *cutbum* in Talmude mendoſe c. 419. l. 60.

קטון *caton* parvus; inde parvæ ficus Syris *cottana* c. 726. l. 32.

קטנא *Catna* vel *Cotne*, id eſt, *Cana* Galilææ urbs, & *Catana* Siciliæ c. 530. l. 9. &c.

קטף vindemiare, קוטף *cotef* vindemians; Ampeluſia ſeu Cotes Africæ promont. Pœnis fortaſſe *cotef* c. 644. l. 11. 18.

קטיפה & קרטיפה triagulum Catipheuſe c. 574. l. 51.

קטרוב *katrob* boum arantium jugum; an inde Centuripini aratores, quaſi βουζύγαι c. 531. l. 26.

קטרן Hiſp. *Alquitran*, Gall. *goudran*, cedrium Plinii c. 597. l. 64.

קיר & קרני fortè *Cyrus* fl. qui & *Cyrnus* c. 293. l. 27. 28.

קיר *kir* murus, Britan. *caer* idem c. 682. l. 26. &c. Vide קריה.

קיר חרס *kirchares* (murus Solis) urbs in Africa, Græci reddunt Καρχηδὼν τεῖχος c. 641. l. 28.

קלב *calab* pix; inde *Calabria*, quæ & *Peucetia* ἀπὸ τῆς πεύκης a piceis arboribus c. 598. l. 7. &c.

קלזם *Calzem* (Gr. κλύσμα vel κλυσμα) urbs in Ægypto, à qua ſinus Arabicus denominatus c. 107. l. 56. &c.

קלט refugium, unde *Caldaba* c. 603. l. 24.

קלע fundâ jacere, קלע *kela* fonda, קולע *kolea* funditor, & Gr. κώλον habena fundæ c. 633. l. 31.

קמט & קרמט contrahere c. 572. l. 66.

קמוליא *Cimolia* c. 459. l. 56.

קמטל *kamala* dominari, קמטאל *kimâl* dominus gentis; hinc *Camulodunum* in Britannia Cynobellini Regia c. 680. l. 20. &c.

קמש & קרמש colligere c. 572. l. 62.

קומץ & קרמץ fovea ibid. l. 57.

קנה poſſidere & generare, *Elion* genitor cœli & terræ, id eſt, קונה ex Gen. 14. c. 707. l. 24.

קנה אל (*Canthele*,) Saturni vicus c. 483. l. 40.

קנה *cane* canna ſeu calamus aromaticus c. 713. l. 45.

קנה *cane* canna, menſura ſex cubitorum & palmi c. 677. l. 57. *Leuca* vel *Leſca* Gallis (ita enim ſonabat) אלף קנים *elef canim* mille cannæ ibid. l. 55.

קנן *kenuen* nidificare קנים *kinnim* nidi; alludit קנמון κιννάμωμον cinnamum vel cinnamomum; Phœnicia fabula inde nata de cinnamomo in nidis avium c. 713. l. 26. &c.

קסטלה *caſtala* Arab. fluminis aut fontis murmur; inde *Caſtalia* fons, cujus murmur erat fatidicum c. 429. l. 59. Et *Caſtulo* Hiſp. urbs c. 602. l. 30.

קסטירא & קיסטירא Chald. קזדיר Arab. κασσίτερος ſtannum c. 650. l. 32.

קיסום *kaiſum* Arab. abrotonum c. 485. l. 71.

קפוד vel קנפוד hericius & hyſtrix; inde *Cinyphus* fl. ad quem hyſtrices c. 486. l. 47. &c.

קפה Arab. קאפות acontias ſerpens c. 102. l. 73.

קפץ & קרפץ contrahere c. 572. l. 54.

קפץ comprimere, conſtringere; inde קפצה *Capſa* Africæ urbs, quam premunt & in arctum cogunt vaſtæ ſolitudines c. 483. l. 16.

קצב & קרצב amputare c. 572. l. 65.

קצי *Caſſius* mons ſeu Terminalis, quia Ægyptum Syriamque diſterminat c. 292. l. 45. & c. 293. l. 64.

קציעה *Ketſia* caſſia c. 713. l. 44.

קצורה *Ketſera* brevis; an hinc *Coſyra* parva inſula prope Meliten c. 505. l. 4. Vide & חסר.

אלקצר Hiſp. *Alcaçar* Acropolis c. 37. l. 13.

קצוצי פאה circumtonſi angulis qui dicantur c. 362. l. 17.

קיקלתא ſtercus pro קלקלתא c. 728 l. 13.

קרב *karab* offerre, קרבן *korban* oblatio; inde *Cabarni* Cereris ſacerdotes apud Parios c. 413. l. 37.

קרבן *korban*, peregrinum ſacramentum Tyriis & lege prohibitum c. 716. l. 29. A Judæis uſitatum ibid. l. 32. &c.

קרדו, קרדון & קרדו Gordyæorum montes c. 18. l. 18. &c.

קרדאמני *cardameni* cardamomum; unde *Cardamene* inſula c. 688. l. 48.

קרה *kurra* Arab. rana; Batrachium Punicè in Apuleio *Atzicurur* חצר קרה herba ranæ c. 762. l. 41.

קבר *Cora* fl. Arabiæ, Herodoto Corys c. 275. l. 73.

קריה urbs, Britan. *caer*, Scythis *car* c. 682. l. 26. 43.

קרית ארבע *Kirjath-arbe* unde dicta c. 300. l. 5. & c. 347. l. 60.

קרן cornu, Gall. *carnon* c. 671. l. 38.

קרן cornu pro angulo & bivio c. 142. l. 13. Cur inde *Carne* dicta Minæorum metrop. ibid. l. 3. &c.

קרן cornu, promontorium; inde *Cyrnus* inſula multis promontoriis anguloſa c. 579. l. 19.

קרון *caron* carrus, קרר auriga c. 671. l. 64. &c.

קרנים Cerynia, al. Corinaum Cypri urbs c. 354. l. 45.

קרסל *carſol* talus; inde *calaſiris* Ægypt. talaris toga c. 416. l. 24.

קרפה κάρφος, aromatis genus c. 109. l. 9.

קרפסם *carpheſa* concha; *Carpeſſus* inde dicta à concharum magnitudine c. 616. l. 20.

קרקפתא capur, קרקפן capitoſus; an hinc *Caccabe* vetus nomen Carthaginis, quod capur equi explicant c. 471. l. 46. &c.

קר Arab. quieſcere, in tuto eſſe, קרקרה *Carcora* terra in qua tuto & pacatè vivitur; *Corcyra* cur inde dicta c. 463. l. 16.

קרקור *cercurus*, navis prælonga c. 58. l. 5.

קררין *Caralis* vel *Calaris* Sardiniæ urbs à refrigeratione dicta (ut Sulcbi ab exuſtione) quia vicinus collis illam ab Auſtro defendit c. 575. l. 53. & c. 577. l. 5. 22.

קרר, vide קרה.

קרתא *cartha* urbs, *certa* Parthis, Medis et Armenis idem c. 735. l. 67.

קרתא חדתא *Cartha badtha*, Solino *Carthada*, id eſt, nova urbs, Carthagine Punicum nomen c. 467. l. 52. et c. 468. l. 70.

קריתא Arab. Palæſtinæ regio c. 422. l. 6. Vide ברית.

קש *kas* ſtipula, inde *Caſar* inſula, quæ et Ἄχνα, id eſt, ſtipula dicebatur c. 572. l. 30.

קשא מצר *kiſa muzar* cucumer peregrinus Hebr. ut Afris ἀγγουρία in Dioſc. c. 760 l. 65. Et in Apuleio *cuſſi mezara* c. 761. l. 37.

קשיתא *Sciatus*, dura et aſpera inſula c. 400. l. 2.

קשישא turris, munitio; inde *Aceſta* Siciliæ urbs c. 513. l. 18.

קשקשים ſquamæ, שרין קשקשים ... c. 191. l. 35.

קשא ארחמאי cucumer alius, id eſt, ſylveſtris c. 760. l. 67.

קתרי *ketbare* petræ; inde *Citbaron* mons ſaxoſus et confragoſus c. 411. l. 47. Et *Cythera* inſ. Laconica, circa quam plures ſcopuli ibid. l. 48. et c. 459. l. 2. Et *Agathyrna* Siciliæ urbs in rupe c. 518. l. 6.

ר.

ראה videns, id eſt, vates c. 434. l. 24.

ראש capur, dux, princeps, et ראשון primus, ſunt conjugata c. 502. l. 56.

ראש

ראש caput & initium c. 187. l. 19. Item *Rhos*, id eſt, Araxes fl. & regio Araxene in Armenia, ubi Rhoſſi populi c. 188. l. 14. &c. Ex ראש *Rhos* & משך *Meſech* Ezech. 38. 2. Ruſſi & Moſcovitæ ibid. l. 64. *Rhos* Græcis receotioribus Taurica Cherſoneſus ibid. l. 69.

ראש מר caput myrrhæ, id eſt, myrrha præſtantiſſima. Tale ראש בשמים caput aromatum, ראש יין caput vini; unde ראש הר יין ur. *Aquinus* Lat. *Arviſium*, Chii mons, in quo vinum præſtantiſſimum c. 384. l. 39. &c.

ראש caput & fel & venenum, Syr. רישׁ, quia venenum ſerpentis eſt in capite & in felle. Punicè חציר ריש *daiſſum herba veneni* eſt anagallis c. 753. l. 26. &c.

ראש תאנא *Ros tina* caput ficus; inde *Ruſpina* urbs Africæ ſic à ſitu dicta c. 636. l. 22.

רב, חתן vide חתן.

רבא Syr. in *Pael* educare, מרבין *turbejun* educator, nutritius, pædagogus *Terpeion* Afr. c. 770. l. 54. &c.

רבב jaculari, רב *rab* miſſilis genus, רבא *rubba* Phœn. *ῥάμβα* Polybio c. 718. l. 73.

רבה jaculari, ut רמה c. 719. l. 14. רבה & רבב idem, ut שור & שרר ibid. l. 53.

רביל latro c. 102. l. 43.

רגלרם Daphne c. 431. l. 21.

רגז agitari in campis c. 26. l. 40.

רגל pes, רגולין oves pedibus maculoſis c. 549. l. 61.

רגלא Syr. & pedem & amnem ſonat; fabula inde nata c. 427. l. 71.

רדא rheda c. 672. l. 29.

רודנים *Rhodanim* propriè Rhodani accolæ c. 7?a. l. 59.

ראדין crocus, ראדי flavus, croceus; Galli cur inde dicti *Rhodanim* c. 164. l. 59. &c.

רהב *Rahab* Ægyptii Delta quorſum c. 58. l. 72. & c. 259. l. 70.

רום celſum eſſe, מרומא *mirrima* elata, ſublimis, Punicum nomen Hieronnenſi inſulæ unius ex Ægusis, aliis rupibus erecta, quod mutatum in *Maritimam* c. 510. l. 46. &c.

רום celſum eſſe, מרום *marom* locus ſublimis; inde *Maro* Siciliæ mons c. 553. l. 42.

רמתא *Ramatha* loca excelſa; Laodicea cur ſic dicta c. 744. l. 54. 62. De ea voce nugæ Stephani c. 745. l. 2. &c.

רוץ *ruts* conterere ut רצץ, indè *Capbureus* & *Andrus*, vide כיבה.

רוק eruca c. 753. l. 11.

רזיא & רזא pl. רזיא *arzaia* arcana, myſteria c. 445. l. 38.

רחמנות miſericordia etiam pro pietate ſumitur c. 765. l. 56.

רחוק è longinquo, id eſt, ex Oriente c. 275. l. 50.

ריק *rik* Arab. vis, robur, ראיק *raik* prior, *rich* Britann. potens; inde *Sinorix*, *Dumnorix*, &c. & German. *Chilpericbus*, &c. c. 665. l. 64. 74.

רכס *recas* & רכסים *barcees* vel הרכסים *barucas* ſublimis locus; unde *Eryx* Siciliæ mons perarduus c. 521. l. 51.

רמס & רפס conculcare c. 557. l. 44.

רומחה *romeba* *ῥομφαία* c. 670. l. 26.

רמך *ramac* equa, Gallis *mare* c. 674. l. 73.

רעצא ſtylus c. 420. l. 8.

רעב fames, רעבי *rhauvi* famelicus, *Rhaphius* Gall. lupus cervarius, cui a ventre protinus ſecta in ſeſtinn tranſeunt cibi c. 675. l. 19. 27.

רעה paſcere, תרעית *tarit* *νομή* paſcuum; inde *Triton* fl. ad quem Nomadum paſcua c. 456. l. 23.

רעם tonare, תרעם *Taram* ſeu *Taranis* Gallis, id eſt, *Ζεὺς* [illegible] c. 662. l. 20. 30.

רעם de mari perſtrepere, [illegible]; inde *Rhene* inſ. quæ & *Celaduſſa* c. 408. l. 64. &c.

רעמה Rhegma c. 218. l. 66.

רפסודות [illegible] rates c. 505. l. 41.

רצף lapidibus ſternere, רציפא *Reſipha* per metath. *Seriphus*, inſula petricoſa, cujus incolas fingunt in lapides eſſe mutatos c. 414. l. 25.

רציף alumen c. 27. l. 43. Vel amiantum ibid. l. 72. & c. 28. l. 32. & c. 418. l. 68. Vide & כרכל.

רקם Petra urbs c. 275. l. 66. & c. 688. l. 7.

ש.

שאר Arab. bubalus, taurus ſylveſtris c. 114. l. 26.

שאה *ſhae* Rex Perſis; unde *Zacia* feſtum Csreſiæ, in quo Rex perſonatus c. 113. l. 64. &c. Et in ſchaccorum ludo שאה מאת *ſhae mat* c. 114. l. 13. &c.

שבא vel שבי Arab. eminere, Sabæis an inde nomen c. 131. l. 54. Aut a שבה captivum ducere ibid. l. 52.

שבט Chald. שבטא virga, baculus, inde *ſpatu* c. 669. l. 48.

שבט & שרביט ſceptrum c. 572. l. 42.

שובן *ſubae* vel *zubae* Syr. columbarium; verbenaca, quæ Gr. *περιστερεών*, quia columbis gratiſſima; Punicè *zibrum* s columbariis dicitur. Malè legitur *zimeum* in Apul. c. 763. l. 10. 23.

שבע *ſeba* juramentum, מי השבע *me buſſeba*, aquæ juramenti. Inverſum A'[illegible] *Asbamen* aqua perjuriis infeſta c. 535. l. 45.

שבע ſeptem, שביעי ſeptimus; *Leſbus* cur inde dicatur c. 384. l. 73. & c. 385. l. 41. &c.

שגל coire, [illegible]; hinc *Selga* Piſidica urbs, cujus incolæ impuriſſimi, unde [illegible] c. 364. l. 7. &c.

שרה pro שדה c. 77. l. 10. Hinc שרי A'[illegible] c. 706. l. 70.

שדה, שדה *ſidda* Muſicæ genus; [illegible] puella Phœnicia vocis cantrix admodum, quæ hymnum ndes prima reperit c. 709. l. 21. &c.

שדי *Saddai*, Gr [illegible]; שדיד Arab. validus, שד corroboratio, confirmatio c. 706. l. 72. & c. 743. l. 1.

שהרנים [illegible] c. 110. l. 40.

שומא *ſuma* angulus, inde *Syme* inſ. in angulo Cariæ c. 372. l. 46.

שועא rupes; inde *Sua* Aſſyriæ oppidum in rupibus c. 246. l. 6.

שוף ungere, אבנים נשפים lapides uncti, lecti שוש animatl c. 707. l. 56. &c.

שור contemplari, שרושתר Zoroaſtres, id eſt, *ἀστροθύτης*, pro quo *ἀστροθύτης* perperam in Laertio c. 406. l. 46. &c.

שור & murum & taurum ſonat; hinc fabula de tauris velleris aurei cuſtodibus c. 290. l. 2.

שורה pro אשורה beata, vel שרה pro עשירה dives, *Syri* inſulæ Phœnicium nomen c. 410. l. 23. 37.

שחה deprimere, ex conjug. Ethpael תשתחה *Uſtien* inſula dictae, quia valde depreſſa c. 515. l. 67.

שחם *ſeebum* nigreſcere, Afr. *σταφυλῖνος* paſtinaca ſylveſtris, id eſt, daucum a nigredine ſemioi c. 754. l. 37.

שט *ſat* & שאט *ſati* littus Arab. plur. שטוט *ſetut* & שטן *ſuttan*: hinc in littore Bæticæ *Baſti* vel *Baſtitani*, quia *beſuti* in littore, aut *biſetut*, &c. in littoribus c. 618. l. 33.

שטים ſpinæ Arabicæ c. 23. l. 55.

שטרנג *ſhatrang* Perſ. שטרנג, *ζατρίκιον*, truſp. *ὀξοδρίκιον*, ſchaccorum ludus c. 114. l. 21.

שילה *Silo*; *Silenus* inde dicta, ut *Siren* ex שיר *ſir* c. 443. l. 44. &c.

שין *mis* c. 451. l. 14. 17.

שיר *ſir* canticum; inde *Sirenes*, c. 521. l. 58.

שיש marmor. Parium c. 357. l. 67.

שכלל *ſiclul* perfectio; an hinc Sicilia dicta c. 565. l. 57.

שכם mane ſurgere, unde משכים matutinus, vel mane ſurgens c. 185. l. 31.

שכן דראשא *Scandaria* Coæ inſ. promontor. continenti vicinum c. 375. l. 64.

שכנים *ſekenim* vicini; inde *Sicani* Phœnicibus dicti ii Siculorum, qui Phœnicibus erant vicini c. 565. l. 14.

שלהבתיה flamma Dei, id eſt, maxima c. 762. l. 37.

שלפא, vide צלפא.

שלוש *ſulos* Hebr. tres, Punicè *ſalus* c. 767. l. 56.

שכיכה fragulum à denſitate, quæ שוכא Chald. & Arab. כסכה c. 673. l. 55.

שמאל *ſemol* ſiniſtra, Gallicè *ſumotus* berba, quam ſiniſtra manu legi oporrebat c. 677. l. 31.

שם, unde Semi nomen, *ἀφανῆς* c. 10. l. 26. Inde *Sem* pro Plutone; & *Smy* Typhon, Ægyptiis ibid. l. 23. 33. &c.

שמים רום *Σαμημρούμ* ὁ ὑψοῦ *οὐρανοῦ* c. 706. l. 50.

שמן unde השמין *biſmin* impinguare, & *Iſmenus* fl. Bœot. c. 427. l. 63. Cadmi pes cur idem dictus ibid. l. 66.

שמן octo, השמיני *baſſemini* octavus Hebr. *eſmuns* Afr. unde *ἀσμοῦνι* ſolanum, ad verba חציר השמיני *berba octavi*, id eſt, Æſculapii, qui *Eſmuni* Phœn. dictus eſt, quia octavus Cabirorum; & Solanum berba Æſculapii, quia Apollo hanc herbam feetur inveniſſe & Æſculapio dediſſe c. 760. l. 35. &c. Vide & c. 394. l. 57.

שמש miniſtrare, שומש *Sumes* Pœnis Mercurius, quia miniſter Deorum, & Mercurialis berba שומש *Aſumes*, id eſt, Mercurii c. 761. l. 26. Et cynocrambe ſeu Mercurialis ſylveſtris, cujus folia & caulis ad albedinem inclinant חשומש לבן *aſumes laban* berba Mercurii alba ibid. l. 59.

שמשם ſeſamum; unde Seſamum urbs Paphlagoniæ c. 391. l. 41.

שמשם ſeſamum, שמשם אכם *ſimſim acum* ſeſamum nigrum, id eſt, papaver corniculare, Afr. *ἀκμώνιον*, papaver vocatur, quia vaſculis utrumque includitur, & in panificiis promiſcuus fuit utriuſque uſus c. 759. l. 17. &c.

שמשר, vide כפכרא.

שנן acuere & accuratè docere, ita ut qui docetur fiat acutior. Vide פנה.

שני נחש dentes ſerpentis ſonat & æreas cuſpides; ex hac æquivocatione fabula nata c. 447. l. 66. &c.

שנער Babylonia c. 24. l. 17. &c.

שנער אדרת pallium Babylonicum c. 25. l. 31. &c.

שנק & שנק ſtrangulare c. 572. l. 47. & c. 237. l. 43.

שעיב *Soaib*, id eſt, Jethro c. 685. l. 37.

שועל *ſual* vulpes; inde *Suel* Bæticæ urbs c. 616. l. 31. Ut Inſ. 19. 3. חצר שועל ibid. l. 38.

שעלבין *Selambina* Hiſp. oppidum c. 617. l. 20.

שער. vide חמא.

שעירים hirci & Dæmones c. 444. l. 37.

שפוד *ſphud*, veru, Belg. *ſpit*, Germ. *ſpiſſe*, Angl. *ſpitte*, Italicè *ſpedo* c. 669. l. 44.

שופטים *Suffetes* Judices Carthagine c. 473. l. 21. & c. 717. l. 26.

שפל humilem eſſe, אשתפל ſe demittere; inde *Aſtypalæa* Phœnicis filia c. 373. l. 55.

שפלה planities; *Spalis* inde vel *Hypalis* c. 604. l. 3.

שפם Apamia c. 431. l. 21. 29.

שפן cuniculus; inde ספניה *Spania* cuniculoſa regio c. 180. l. 2. & c. 631. l. 6. &c.

שפר Arab. acumen ferreum; an inde ſparum c. 670. l. 13.

שצי perdere, שצאיה *ſeſua* excidium; inde *Suſo* vadoſa inſula & difficillimi appulſûs c. 464. l. 21.

שק fagum c. 673. l. 13.

שקר maturavit, שקד *ſaked* amygdalus, quæ floret omnium prima; ideò maturationis ſymbolum c. 628. l. 43. &c.

שקל ושקל accepit & dedit, id eſt, negotiatus eſt c. 536. l. 57.

שקיף *ſeiph* petra; unde *Scyphius* dictus equus è petra editus c. 299. l. 30. 43. & c. 747. l. 4. &c.

שר *ſar* Hebr. princeps, שרי vel שרוא *ſera* Arab. mons & quicquid eminet, *Hiſp. ſierra* c. 740. l. 64. &c. Vide & חמא.

שרא Syr. ſolvere, משרא *meſora* ſolutus, *Miſor* Phœn. *Ἄνετος* c. 707. l. 5.

שרה & שרר idem, ut רבה & רבב c. 719. l. 13.

שרב *ſurab* areſcere, שורבא *ſorba* ſiccitas, *Sorbiodunum* ſiccus collis c. 680. l. 49. &c.

שרופ *ſirupus* c. 494. l. 8.

שרח *ethpael* אשתרח *eſtarach* ardere libidine; inde *Seſtruchus* Paphi fl. in quo Venus cum Adonide lavabatur c. 353. l. 50. &c.

שרול Talmudicè, ut Arab. סרול, non eſt chirotheca, ſed bracca c. 650. l. 73. Vide & per ס.

שרוק, vide פרק.

שור firmare, נשר firmabis; alludit נשרא aquila, ideò ſanguis aquilæ firmaſſe fingitur Tyri rupes anteà vagas c. 710. l. 72.

שרש radix, *ῥίζα* Pœnis radicula c. 419. l. 68.

שושן *ſuſan* lilium, Phœn. σοῦσον, unde σούσινον & σούσινος, id eſt, λείριον; & *Suſa* urbs pro *Suſan*: Athenæus σοῦσον ſcribit c. 755. l. 54. 68. &c.
ששר *ſaſar* rubrica, inde *Siſara* palus Africæ c. 485. l. 2. &c.
שישורא catena pro שרשורא c. 728. l. 14.
שתי בוץ *ſeti buts* tela byſſi, unde dicta *Setabis* urbs Hiſp. c. 623. l. 52.

ת.

תאשור buxus c. 158. l. 49.
תובל *Tubal* Tibaris regio, ubi Tibareni populi c. 180. l. 38.
תובאל *thubal* Arab. ſquama ferri vel æris c. 186. l. 24.
אלתבו *Atthobo* cur dicatur rex Chatramitidis & Homeritidis c. 101. l. 40.
תבור *Thabor* Phœnices mons & Rhodi qui Græc. *Atabyris*, & *Tabyrius* c. 369. l. 4. 38. Vox explicatur ibid. l. 52. &c.
תכן, vide בן.
תגר negotiari; an hinc *Tingi* hodiè *Tangar* celebre olim emporium c. 477. l. 56. &c.
תגרא *tagro* Pœnis commercium; unde cognomen Carthagini Spartariæ maximo Hiſp. emporio; id Græci ad Teucrum referunt c. 620. l. 70.
תוגרמה *Thogarma*, Cappadocia, ubi Trogmi vel Trogmades c. 178. l. 38. &c.
תהום בחרין *thehom baharin* Phœn. abyſſus marium, Gr. θύμβρις c. 543. l. 25. &c.
תו τῶν c. 451. l. 14. 17.
תור *thor* bos; *Thurium* inde, ut vult Plutarchus c. 432. l. 54.
תיור literæ ſecuritatis publicæ, vulgo *ſalvus conductus* c. 713. l. 8.
תחפנס *Taphaer* Daphnæ Peluſiæ c. 277. l. 17. & c. 293. l. 21.
תוכים pro pavonibus cur Æthiopes exponat Joſephus c. 281. l. 23. &c.
תל *tel* tumulus; inde *Telus* inſ. tumuloſa c. 372. l. 51. Et *Atalla* vel *Eatella* Siciliæ urbs c. 558. l. 16.
תל פוש *tel-phos* tumulus ferax; inde Bœot. mons *Tilphuſius* c. 432. l. 43.
תמור Thamudeni ſeu Thamyditæ in Arabia c. 276. l. 2.
תמכרא *thamca*, herba amara Talmudicis, cujus uſus in eſu agni Paſchalis, id eſt, parthenium, Afr. *thamacath*, Romanis *tamnacum*, vulgo *tanacetum*, vernacul. tanaiſie c. 755. l. 48. &c.
תימן Gr. *Atymnus* c. 421. l. 3.
תמנין Thamanorum pagus, ab octo illis conditus, qui ex arca exiverunt c. 18. l. 40.
תנות *tannoth* dracones, ſerpentes; inde *Tenos* inſ. quæ Ophiuſa c. 409. l. 39.
תכנר & תכור theſaurus c. 416. l. 8.
תעה vagari, oberrare, unde *Thyades* c. 445. l. 24.
תעלי & תעל vulpes c. 572. l. 57.
תפוח *tiphuah* malum, Arab. תפאחה *tiphaha*, Afr. ἀσφηνφι חציר תפאח herba mali χαμαίμηλον c. 755. l. 28. &c.
תפא tympanum c. 718. l. 73.
תופת *Tophet* gehennæ ignis, תופיני *tuphine*, coctiones c. 528. l. 50. Alludit *Typhonis* nomen ibid. l. 40.
תפתיא exactores tributorum c. 61. l. 12.
תרזה *thirza* pinus, unde θύρσος c. 445. l. 34.
תרי אבהן *there abban* δύο μητέρες: inde *Thriambus* Bacchi epithetum, ut *Dithyrambus* ex דיתרי אבהן *di-there abban*, & *Lythirambus* ex ליתרי אבהן, *lithere abban* c. 441. l. 63. &c.
אלתרך Turcæ in Avicenna pro אלברך Barcæis c. 297. l. 73. 49.
תרנגל *tarnegal* gallus; inde *Tanagra* Bœotiæ urbs, in qua galli pugnaciſſimi c. 435. l. 32. כרך תרנגלא arx galli, id eſt, Eſiongaber ibid. l. 37.
תירס *Thiras* Thracia cum vicinis regionibus, ubi *Thraſus*, *Trauſi*, *Tyras*, *Athyras*, &c. c. 151. l. 65. &c.
תריס *theres* Chald. תרס *thars* Arab. θυρεὸς ſcutum c. 670. l. 64.
תרע *thera* Syr. (pro Hebr. שער) θύρα, Perſ. *dare*, Angl. *doore*, Germ. *thur* c. 671. l. 6.
תרצה *Thirſa* urbs in terra Chanaan; an hinc *Tiſſa* Siciliæ c. 525. l. 62.
תרשיש *Tarteſſus* & Hiſpani c. 166. l. 35. &c. Et *Tarſeium* & *Therſite* c. 171. l. l. 9. & c. 606. l. 38. &c.

S P E C I A L I S

Vocum Phœniciarum, Græc. Roman. Gall. Britann. &c. quæ in utraque Operis hujus parte, *Phaleg* & *Phœniciis*, ex Hebræa Lingua & vicinis deducuntur vel explicantur,

I N D E X,

In quo c, notat columnam, l. verò lineam.

A.

Abacænum, c. 588. l. 15.
Abadir & Abaddir, c. 708. l. 39.
Abaddires, c. 765. l. 69.
Abalites ſinus, c. 123. l. 26.
Abantes, c. 401. l. 72.
Abara, c. 482. l. 3.
Abdara & Abdera, c. 167. l. 43. & c. 617. l. 40.
Abdir, c. 708. l. 39.
Abeliani, Abeloitæ, Abelonii, c. 767. l. 70.
Ἀβέλιος & Abellio, c. 663. l. 40.
Aber, c. 681. l. 14. 26.
Abibalus, c. 772. l. 23. 35.
Abiblabon, c. 755. l. 21.
Abila vel Abyla, c. 477. l. 71. & c. 732. l. 46.
Abirminæa myrrha, c. 119. l. 71.
Ἄβολος, c. 538. l. 15.
Abranas, c. 675. l. 30.
Abravanus, c. 685. l. 10.
Abrotonum, c. 455. l. 70.
Acabe, c. 487. l. 50.
Ace & Arce, c. 779. l. 53.
Aceſta, c. 512. l. 64. & c. 513. l. 9.
Achæmenes, c. 284. l. 66.
Achæoſim, c. 757. l. 47.
Ἀχαιΐα, c. 437. l. 10.
Achates, c. 549. l. 40.
Ἄχη vel Ἄχαι, c. 758. l. 20.
Acis, c. 529. l. 41.
Ἄκρη, Acra, c. 554. l. 10. & c. 641. l. 47.
Acragas, c. 554. l. 9.
Ἀδᾶ, c. 737. l. 16.
Adad, c. 731. l. 18.
Ἅδης pro Plutone, c. 10. l. 27.
Adiabene, c. 241. l. 37. 52.
Adodus, c. 735. l. 44.
Adoneus, c. 440. l. 72.
Ἀδωνιασμός, c. 737. l. 59.
Adonis, c. 352. l. 64. & c. 737. l. 29.
Adonis Africæ fl. c. 640. l. ult.
Adramitæ, c. 100. l. 39. & c. 103. l. 30.
Adramytæ, c. 100. l. 39. & c. 105. l. 37.
Adramyttium vel Atramyttium, c. 377. l. 50.
Adrano, c. 556. l. 62.
Adranus, c. 530. l. 18.
Adrapanauta, c. 197. l. 50.
Adraſte, c. 664. l. 48.
Adrumetum, c. 478. l. 5. & c. 479. l. 1.
Æa & Ææa, c. 479. l. 69.
Ægeum mare, c. 403. l. 21. & c. 404. l. 31.
Ælana, vide Aila.
Æolus, c. 594. l. 67.
Æſtar, c. 676. l. 50.
Ætna, c. 526. l. 6.
Africa, c. 488. l. 52.
Ἀγάλλοχον, c. 713. l. 52.
Aganippe, c. 428. l. 41.
Agarent, c. 225. l. 57.
Agathurium vel Agathyrnum, c. 517. l. 67. & c. 518. l. 6.
Agbatana, c. 296. l. 13.
Ἀγκύλος, c. 527. l. 45.
Aglibelus, c. 731. l. 58.
Agrigentum, c. 553. l. 46.
Ἀχρέτης, c. 706. l. 69.
Aila, Elath, Elana, Ælana, &c. c. 685. l. 20.
Alabus, b. 538. l. 7.
Aladra, c. 617. l. 45.
Alæſus & Alæſa, c. 516. l. 23.
Alagabalus, c. 717. l. 43.
Alalcomenæ, c. 434. l. 67.
Alauda, c. 667. l. 48.
Albeida, c. 526. l. 4.
Albogon, c. 676. l. 69.
Alchymia, c. 206. l. 64. & c. 207. l. 47.
Aldus & Aldemius, c. 748. l. 34.
Alcies, c. 622. l. 39.
Alilæi, c. 109. l. 53.
Alilat Dea, c. 110. l. 14.
Allobroges, c. 677. l. 66.
Allophyli, c. 346. l. 31.
Allumæotæ, c. 99. l. 53.
Alma, c. 421. l. 25. & c. 765. l. 28.
Almaden, c. 393. l. 37.
Almodæi, c. 99. l. 52.
Almon, c. 434. l. 42.
Aloe, c. 713. l. 53.
Aloni, c. 245. l. 60.
Alontium, c. 517. l. 43.
Alpes, c. 678. l. 2. 28.
Alpha, c. 717. l. 34. & c. 738. l. 35.
Alpheias Arethuſa, c. 542. l. 27.
Ἄλσος, c. 420. l. 41.
Alquitran, c. 597. l. 65.
Amanitæ, c. 99. l. 22.
Amanus, c. 360. l. 25.
Amathus, c. 354. l. 66.
Ambubaja, c. 718. l. 20.
Amenanus, c. 529. l. 53. 66.
Ameſtratus, c. 517. l. 36.
Ἄμμας, c. 372. l. 10.
Ammaus, c. 764. l. 67. 72.
Ammon, c. 5. l. 64.
Ammonis vel Ammania, c. 7. l. 21.
Ἀμμώνια γράμματα, c. 773. l. 18.
Amomum, c. 641. l. 7.
Amorgus & Amorginæ veſtes, c. 856. l. 30. & c. 414. l. 35. 54.
Ἀμοῦς, c. 204. l. 8.
Ampſaga, c. 484. l. 42.
Ἀμοῦν, c. 79. l. 53. & c. 81. l. 8. & c. 350. l. 21.
Amus vel Amon, c. 5. l. 64.
Anaphe, c. 425. l. 18.
Anapus, c. 540. l. 53.
Anas, c. 627. l. 43. & c. 628. l. 2.
Ἄναξ, Ἄνακτες, Miletus Anactoria, c. 348. l. 70. & c. 349. l. 1. 11.
Andraſte, c. 664. l. 31.
Andrus, c. 409. l. 1.
Ἄνια, c. 406. l. 56.
Anius, ibid. l. 48.
Anobret, c. 712. l. 18.
Anſanaph, c. 760. l. 56.
Ἄορνος, c. 605. l. 42.
Apamia, c. 83. l. 38.
Aphaca, c. 748. l. 44.
Ἄππα, c. 372. l. 12.
Ara, c. 688. l. 38.
Aradis, c. 578. l. 64.
Arambys, c. 641. l. 67.
Arar, c. 681. l. 40.
Araaes, c. 187. l. 73.

Arbela, c. 244. l. 35. 46.
Arce, c. 685. l. 9.
Archid, Ἀρχιδ, c. 237. l. 38.
Ἀρχιμάδας, c. 357. l. 73.
Arderica, c. 237. l. 7.
Are, c. 688. l. 55.
Arecca, c. 236. l. 12.
Areccæi campi, ibid. l. 18.
Areceme, c. 688. l. 8.
Arelate, c. 680. l. 57.
Areopolis, c. 111. l. 5. & c. 346. l. 32.
Arethuſa, c. 428. l. 55. & c. 542. l. 43.
Argadez fl. c. 237. l. 48.
Arganthonius, c. 607. l. 42. 76.
Argo, c. 739. l. 9.
Ἄργαιος, c. 592. l. 48.
Arion, c. 461. l. 34. 45.
Ἀρμενία, c. 384. l. 28.
Ἀρμενία, c. 761. l. 48.
Armenia, c. 20. l. 16.
Aroe, c. 434. l. 46.
Ἄρθα, c. 347. l. 6.
Arſatus, c. 365. l. 48.
Artaba, Ἀρτάβη, Artabas, c. 437. l. 23. 35.
Artabanus, c. 224. l. 8. & c. 225. l. 8.
Artabazus, ibid. l. 7.
Artæi, ibid. l. 4. & c. 224. l. 8.
Artaphernes, c. 225. l. 8.
Ἀρταῖος, c. 224. l. 10.
Artaxerxes, ibid. l. 8. & c. 225. l. 8.
Artiereon, c. 762. l. 7.
Aruiſia, Aruiſius, c. 384. l. 36.
Arus, c. 682. l. 45.
Ἀρύβας, Arybas, c. 410. l. 64.
Aryus, c. 365. l. 49.
Arzuges, c. 493. l. 49.
Aſbamæa aqua, c. 535. l. 21. 45.
Aſcandæ, c. 442. l. 5. & c. 751. l. 46.
Aſcania, Aſcanius, c. 173. l. 5.
Ἀσκανία, Ἀσκανία, c. 755. l. 9.
Ἀσκρά, Aſcra, c. 434. l. 55. 65.
Ἀσδρούβας, Aſdrubal, c. 410. l. 66.
Aſgandæ, c. 442. l. 5. & c. 751. l. 46.
Ἀσία, c. 687. l. 31.
Aſia, c. 298. l. 22.
Ἀσίνης, Aſines, c. 525. l. 59.
Ἀσπίς, c. 751. l. 10.
Ἀσσίναρος, Aſinarus, Aſſinarus, c. 543. l. 58.
Aſſorus, c. 532. l. 12.
Aſſori, Aſſorini, ibid. l. 17.
Ἀσσυρία, Aſſyria, c. 241. l. 14.
Ἀσσύριοι, Ἀσσύριοι, Aſſyrii, ibid. l. 8.
Aſſyrii, i. e. Syri, c. 301. l. 56.
Ἄστα, Aſta, c. 614. l. 10.
Ἀστάρτη, Aſtarte, c. 709. l. 34. & c. 760. l. 67.
Ἀστὴρ χθονὸς, c. 757. l. 40.
Ἀστέριος, Aſterion, Aſterii, c. 386. l. 54. 74.
Ἀστερόεν, c. 755. l. 28.
Ἀστροφαμίμη, Ἀστὴρ ἑσπερινὸς, c. 760. l. 24.
Ἀστράγαλος, c. 181. l. 6.
Ἀστυπάλαια, Aſtypalæa, c. 373. l. 29. 55.
Ἀσυμὶτ, c. 761. l. 26.
Ἀσυμίνλαβος, ibid. l. 48.
Ἀτὺς, c. 738. l. 47. & c. 748. l. 43.
Ἀταμίς, c. 753. l. 10.
Atabyris, Atabyrius, Atabyrium, c. 369. l. 3. & c. 421. l. 4.
Ἀτταβὴ, c. 752. l. 63.
Ἄττιλα, Ἄττιλα, Atilla, c. 558. l. 11. 16.
Atergatis, c. 731. l. 41.

Ἀθριβὶς, Athribis, c. 259. l. 56.
Ἀτταγαρὴς, c. 752. l. 68.
Ἀτργάτιδ, c. 753. l. 5.
Ἄτις, ibid. l. 1.
Attamitæ, Atramotitæ, c. 100. l. 39. & c. 101. l. 54.
Ἄττης, Attes, c. 441. l. 2.
Ἄτις, Ἄττις, c. 753. l. 5.
Aturia, Atyria, c. 241. l. 11.
Atymnus, c. 420. l. 73. & c. 421. l. 3.
Atzicuror, c. 762. l. 41.
Αὐαλίτης, Avalites, c. 123. l. 26.
Αὔαρα, c. 686. l. 50.
Αὔασις, c. 283. l. 22. & c. 480. l. 1.
Αὔδηρα, Audera, c. 167. l. 43. & c. 617. l. 43.
Audoni, c. 725. l. 50.
Avere, c. 416. l. 9.
Avernus lacus, c. 605. l. 42.
Avo, c. 725. l. 47.
Aurunci, c. 589. l. 13. 34.
Αὔσαρα, Auſara, Auſaritis myrrha, Αὔζαρα, Auzara, c. 115. l. 50. & c. 167. l. 47. & c. 617. l. 44.
Ἄξιος πόντος, c. 173. l. 15. & c. 368. l. 66.
Ἀζίηρος, Azieros, c. 395. l. 6. & c. 747. l. 24.
Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος, Axiocerſa, Axiocerſos, c. 395. l. 18. & c. 747. l. 26.
Ἄζα, Ἄζαι, Aza, c. 404. l. 44. & c. 584. l. ult. & c. 742. l. 68.
Azara, c. 532. l. 12.
Azirgozol, c. 763. l. 32.
Azirgozol, c. 763. l. 32.
Ἄζζος, c. 662. l. 72. & c. 731. l. 66. & c. 732. l. 10.
Ἄζωτος, Azotus, c. 742. l. 58.

B.

BAal, c. 766. l. 66. & 775. l. 39.
Baal berith, ibid. l. 13. 46.
Baal ſamen, c. 663. l. 32. & 766. l. 70.
Βααλτὶς, Baaltis, c. 394. l. 42. & c. 708. l. ult.
Βάαυ, *Baaut*, c. 706. l. 33.
Βαβία, Babia, c. 585. l. 6.
Bacchæ, c. 435. l. 22.
Baccharis, c. 87. l. 9.
Bacchus, c. 12. l. 4.
Bacaudæ, c. 668. l. 62.
Bacra, c. 485. l. 29.
Bætis, c. 606. l. 24.
Bæturia, c. 628. l. 33.
Bætylia, Bætylius, c. 707. l. 53. 69.
Bagadras, c. 485. l. 18.
Bagaudæ, c. 668. l. 58.
Bagauda, c. 669. l. 2.
Bagrada, c. 485. l. 16.
Bahaira, c. 605. l. 28.
Βαιδυμιλῶ, c. 438. l. 39.
Βαῖνις, c. 606. l. 29.
Βαισυρία, c. 628. l. 29.
Βαιτύλια, c. 707. l. 51.
Βαίτυλος, ibid. l. 64. & c. 750. l. 24.
Balæna, c. 347. l. 3.
Βαλαρεῖ, Balari, c. 575. l. 32. 45.
Βαλιαρεῖς, Baleares, c. 167. l. 66. & c. 634. l. 27. & c. 717. l. 21.
Βαλεαρίς, c. 706. l. 47.
Bamboeus, c. 643. l. 46.
Βαμβακίς, *Bambagine*, c. 690. l. 57.
Βάνα, c. 438. l. 29.
Banneau, c. 671. l. 47.
Barn, c. 677. l. 20.
Bar, c. 496. l. 49.
Βαραγκάι, Baracacæ. c. 675. l. 34.
Barathena, c. 79. l. 30.

Barca, Bar-barca, c. 496. l. 45.
Barce, ibid. l. 51.
Barcino, c. 624. l. 46.
Bardea, *Bardala*, c. 675. l. 65.
Βάρδοι, Bardi, c. 666. l. 27. 38.
Bardiacus, Bardocucullus, c. 673. l. 70. & c. 674. l. 1.
Baria, c. 617. l. 68.
Βαρὶς, c. 20. l. 40.
Baris mons, ibid. l. 38. 45.
Barn, *Barner*, c. 665. l. 38.
Baſſareus, c. 441. l. 58.
Βαστητανοί, Βαστοῦλοι, c. 618. l. 3.
Baſti, Baſtitania, Baſtitani, ibid. l. 34.
Baſtuli, ibid. l. 1. 21.
Βδέλλιον, Bdellium, c. 713. l. 54.
Βέβων, Bebon, c. 10. l. 36. 43.
Βεελσάμην, Beelſameo, c. 663. l. 32. & c. 706. l. 43.
Βῆλ, Bel, c. 663. l. 28.
Βῆλος, ibid. l. 39.
Βέλιν, Belin, ibid. l. 21. 27.
Belenus, ibid. l. 13.
Belinuntia, ibid. l. 26.
Beliſama, ibid. l. 57.
Belus, c. 233. l. 32. & 663. l. 28. & c. 708. l. 72.
Beltis, c. 709. l. 4.
Benna, c. 671. l. 43.
Benne, ibid. l. 47.
Ber, c. 743. l. 8.
Βεργίον, c. 654. l. 11.
Beroe, c. 775. l. 32.
Beruth, Berith, c. 707. l. 19. & c. 775. l. 13.
Beryllus, c. 416. l. 22.
Berytus, c. 743. l. 6. & c. 775. l. 25.
Βάαλος, c. 708. l. 71.
Βὴρ, c. 743. l. 4. & c. 775. l. 27.
Beſalum, c. 42. l. 17.
Βῆσα, c. 541. l. 4.
Βησιάριον, c. 750. l. 33.
Βίνας, c. 431. l. 14.
Βίδος, Bidus, c. 525. l. 71. & c. 525. l. 3.
Billis, c. 734. l. 43.
Birtha, c. 256. l. 31.
Βισταχίον, Biſtacium, c. 347. l. 11. & c. 381. l. 64.
Βιθυνία, Bithynia, idid. l. 22.
Βλάστοι, Βλαστοφοίνικες, Blaſti, Blaſtophœnices, c. 618. l. 39.
Blemys, c. 280. l. 33.
Bochri, Bocchori, Bocbyris, c. 634. l. 63.
Bodincum, c. 682. l. 8.
Βουδὰς, Βούδδας, c. 761. l. 10.
Bombaci, vel *Bombaſin*, c. 690. l. 59.
Βωμὸς, Bomo, c. 401. l. 22. 52.
Bortcco, c. 274. l. 19.
Borſippa, c. 36. l. 35.
Βράκκαι, Βράκαι, Bracca, c. 416. l. 20. & c. 674. l. 40.
Βραγχίδαι, c. 182. l. 47.
Bragadæ, c. 485. l. 19. 33.
Βραγὺς, ibid. l. 27.
Bre, c. 596. l. 47.
Brea, ibid. l. 48.
Brear, ibid. l. 48.
Bren, Βρὴν, c. 665. l. 34.
Brennus, ibid. l. 32.
Brennin, ibid. l. 37.
Breſca, c. 442. l. 71.
Βρέττιοι, c. 596. l. 42.
Βριάρεως, Briareus, c. 529. l. 9.
Βριγες, c. 274. l. 16.
Bria, c. 682. l. 29.
Bris, Briſæus, c. 442. l. 56. 70.
Britannia, Βρεττανική, Βρεττανικὴ, c. 648. l. 62.
Briſomartis, c. 743. l. 44.
Bro, *Brogæ*, c. 677. l. 63. 72.
Brutii, c. 596. l. 42.
Bruttare, ibid. l. 49.
Bubaſtus, c. 293. l. 21. & c. 346. l. 30.
Bucra, Βύκρα, c. 548. l. 4.

Budas, Buddas, c. 532. l. 70.
Bugia, c. 491. l. 22.
Bugia, ibid. l. 24.
Βυτεῖς, Βυτεῖς, c. 757. l. 16.
Βούμελλος, Boumello, c. 243. l. 2.
Βουρχουμὰθ, Burchumath, c. 758. l. 57. 68.
Burda, c. 674. l. 19.
Βυθία, *Babia*, Burua, Budua, *Budovo*, c. 460. l. 73. & c. 461. l. 1. 8.
Buzntzim, c. 763. l. 42. 60.
Byblii, c. 346. l. 31.
Bure, c. 585. l. 31.
Βύῤῥος, Byrrhus, ibid. l. 30.
Βύρσα, Byrſa, c. 111. l. 5. & c. 346. l. 29. & c. 470. l. 19. & c. 736. l. 10.
Βύζαξ, Βυζάκιον, Byzax, Byzacium, Byzaceni, c. 492. l. 70. & c. 493. l. 18.

C.

CAbalaïs, c. 363. l. 18.
Cabarni, c. 413. l. 37.
Cabiri, c. 110. l. 24. & c. 394. l. 62. & c. 707. l. 13. & c. 747. l. 23.
Cabo de Gates, c. 617. l. 51.
Caccabe, c. 471. l. 44.
Κάκαλα, c. 359. l. 20.
Cacra, c. 546. l. 53.
Cacyparis, c. 543. l. 50.
Cacyrum, Cactrum, Cacirini, c. 541. l. 6.
Cadis, c. 608. l. 23.
Cadme, c. 436. l. 61.
Cadmii, ibid. l. 65.
Cadmia, c. 447. l. 71.
Cadmilus, Cadmelus, c. 396. l. 38.
Cadmus, c. 305. l. 8. & c. 447. l. 38.
Caer, c. 682. l. 26.
Cæſar, c. 735. l. 46.
Caſcana, c. 548. l. 10.
Cair, c. 682. l. 38. 42.
Cairo, c. 236. l. 28.
Calabria, c. 598. l. 13.
Calachene, c. 256. l. 73.
Calacheni, Calachinæ, c. 246. l. 10. & c. 256. l. 67.
Calaminthe, c. 483. l. 32.
Calaris, c. 578. l. 44. 62.
Calaſiris, c. 416. l. 24.
Calduba, c. 603. l. 23.
Caledonii, c. 679. l. 67.
Calis, c. 608. l. 24.
Calpe, c. 615. l. 18.
Calymna, c. 373. l. 20.
Camalot, c. 680. l. 31.
Camarina, c. 548. l. 62.
Cameſeoc, c. 161. l. 47.
Camicus, c. 555. l. 43.
Camillus, vide Cadmilus.
Camirus, c. 368. l. 69.
Camomila, c. 755. l. 32.
Camulodunum, c. 680. l. 20.
Cana, c. 530. l. 14.
Canna, c. 713. l. 45.
Canthele, c. 483. l. 40.
Caphareus, c. 403. l. 18. & c. 409. l. 14.
Capſa, Capſenſis, c. 483. l. 18.
Capua, c. 582. l. 72.
Car, Caria, Carum, Cares, Caris, c. 376. l. 41. 72.
Caralis, c. 578. l. 62.
Carbas, c. 354. l. 22. & c. 584. l. 52.
Carbaſia, c. 354. l. 17.
Carcabe, c. 471. l. 46.
Carcoma, c. 484. l. 1. 5.
Carda, Cardaces, c. 123. l. 55. 57.
Careg, c. 679. l. 44.
Cares, Caris, vide Car.

Carmania,

Carmania, c. 218. l. 47.
Carmiuno, c. 741. l. 15.
Carna, Carnon, c. 120. l. 70. & c. 121. l. 4.
Carnon, c. 671. l. 38.
Carpaſia, c. 354. l. 10.
Carpathus, Carpathon, c. 372. l. 22.
Carpeſſus, c. 616. l. 82.
Carrum, *Carrus*, c. 671. l. 63.
Carteia, c. 615. l. 60. & c. 709. l. 27.
Cartha, c. 735. l. 59. 67.
Carthada, c. 167. l. 52. & c. 468. l. 69. & c. 717. l. 38.
Carthago, ibid.
Carthago, c. 620. l. 5.
Caryſtus, c. 403. l. 15.
Caſmena, Caſmenæ, c. 547. l. 20. 53.
Caſmilus, vide Cadmilus.
Caſſanitæ, c. 838. l. 34.
Caſſia, c. 713. l. 44.
Caſſius, c. 292. l. 45.
Caſſiotæ, c. 293. l. 62.
Caſtalia, Caſtalius, c. 430. l. 54.
Caſtulo, c. 602. l. 28.
Caſus, c. 372. l. 30.
Catabani, Catabanes, c. 116. l. 30. 62.
Catada, c. 486. l. 7.
Catana, c. 530. l. 9.
Catanitæ, c. 98. l. 8.
Catarichias, c. 494. l. 27. 44.
Cateja, c. 670. l. 37.
Caterva, c. 668. l. 4.
Catria, c. 510. l. 12. 32.
Caturſa, c. 668. l. 12.
Caucana, c. 548. l. 10.
Caucaſus, c. 887. l. 44.
Cauoace, c. 673. l. 47.
Cea, Ceos, c. 407. l. 12. 15. 18.
Cebennæ, c. 675. l. 67. 74.
Cedrium, c. 597. l. 66.
Celenderis, c. 358. l. 70.
Celtæ, 165. l. 54.
Cemainum, c. 17. l. 57.
Cenæ, c. 666. l. 24.
Centorbe, c. 531. l. 26.
Centrites, c. 82. l. 55.
Centuripæ, Centuripini, c. 531. l. 21. 27.
Cephalenia, c. 464. l. 28.
Cephalœdia, Cephalœdis, c. 516. l. 1. 6.
Cephiſſus, c. 428. l. 4.
Cerbani, c. 143. l. 6.
Cercina, c. 495. l. 60. 69.
Cercura, Cercurus, c. 463. l. 73.
Cerne, c. 642. l. 49.
Cerpathon, c. 109. l. 9.
Certa, c. 735. l. 68.
Certis, c. 606. l. 34.
Cerygi Drudion, c. 679. l. 49.
Cerynia, Cerines, 354. l. 25.
Cetia, c. 159. l. 7.
Cetis, c. 358. l. 51.
Cetra, Cætræ, c. 671. l. 10. 16.
Les Gevennes, c. 678. l. 69.
Chabul, c. 714. l. 63. & c. 715. l. 2. 17. 48.
Χαλβάνη, c. 495. l. 53. & c. 713. l. 52.
Chalbaſii, c. 225. l. 49.
Χάλκη, Chalca, Chalce, c. 483 l. 56.
Χαλκία, Chalcia, c. 372. l. 95. & c. 371. l. 4.
Chalcis, c. 402. l. 53. 58. & c. 435. l. 70.
Χάλιξ, c. 359. l. 20.
Χαλωνίτις, Chalonitis, c. 239. l. 68.
Χάμμων, c. 741. l. 3.
Chamia, Χημία, Chemia, (Ægyptus) c. 7. l. 50. & c. 204. l. 28.
Χάος, Chaos, c. 705. l. 52.
Χαρχημαδα, c. 679. l. 58.
Χαριδήμου ἀκρωτήριον, Charidemi promontorium, c. 687. l. 50. 55.
Χαρμάνδη, Charmande, c. 442. l. 7. & c. 758. l. 47.
Χαρμιουνώ, Charmiuno, c. 576. l. 70.
Charmis, ibid. l. 66.
Χαρύβδις, Charybdis, c. 523. l. 61.
Chatramis, Chatramitis, Chatrammotæ, Chatramotitæ, &c. c. 100. l. 35. & c. 102. l. 1.
Chaulaſii, Chauloræi, c. 225. l. 47.
Χεβρωδλάψον, Chebrodlapſon, c. 727. l. 24.
Chemmis, c. 203. l. 50.
Χαόνησος, c. 59. l. 9.
Χερδὼν, c. 753. l. 54. & c. 754. l. 18.
Chermes, c. 734. l. 50. 54.
Chia, Chios, c. 383. l. 72. & c. 384. l. 2.
Chilpericus, c. 665. l. 72.
Chittim, c. 559. l. 47. 70.
China, c. 301. l. 5. & c. 711. l. 51.
Chobar, c. 34. l. 35.
Χόνδαξ, c. 359. l. 20.
Choloberœe, Cholus, Choluata, &c. c. 81. l. 58. 68.
Chorſaci, c. 225. l. 53. 18.
Chremetis fluvius, c. 643. l. 32.
Chryſaor, c. 622. l. 34.
Χρυσὴς, c. 706. l. 54.
Χύδνα, *Chudua*, c. 758. l. 7. 52.
Χυλύρω, c. 756. l. 36.
Χόρημο, Χόρημα, Χόρημα ἱερατικὸν, c. 754. l. 24. 30.
Chuſeſtan, c. 227. l. 28.
Cia, Cios, Cianos, c. 407. l. 14. 18.
Cibyra, c. 363. l. 61.
Cicynethus, c. 400. l. 69. 72.
Cidaris, c. 9. l. 33. & c. 527. l. 54.
Cilicia, c. 359. l. 12. 17.
Cimmerii, c. 591. l. 34.
Cimolia, c. 419. l. 23.
Cimolus, c. 420. l. 20.
Cinnamomum, c. 713. l. 29. & c. 751. l. 15.
Cinyphus, c. 486. l. 47.
Cimyra, c. 88. l. 56. & c. 728. l. 64. 67.
Cinyras, c. 729. l. 48.
Cirta, Cirtha, c. 484. l. 48.
Ciſſia, c. 227. l. 27.
Cithæron, c. 431. l. 44. & c. 459. l. 1.
Cithii, Citii, c. 157. l. 29.
Citium, c. 353. l. 70.
Citura, c. 671. l. 20.
Claſſitæ, c. 246. l. 9. & c. 256. l. 67. 71.
Clibana, Clibanarii equites, c. 190. l. 70. & c. 191. l. 33.
Clupea, c. 676. l. 5.
Clyſma, c. 107. l. 54.
Co, c. 375. l. 46.
Cobali, c. 444. l. 63. 70.
Cocinthus, c. 159. l. 20.
Coenæ, c. 666. l. 20. 24.
Colchi, c. 289. l. 27.
Colœpbrya, c. 435. l. 22.
Colpias, c. 706 l. 30.
Colpitis, c. 746. l. 5. 38.
Corcyra, c. 463. l. 15.
Corduba, c. 602. l. 56. 65.
Corinæum, c. 354. l. 25.
Corma, Curmi, c. 677. l. 23.
Cormoza, c. 813. l. 59.
Corodamum, ibid. l. 57.
Cornu, c. 671. l. 41.
Corſi, c. 575. l. 58.
Corſica, Corſis, c. 579. l. 62.
Corycus, c. 360. l. 40.
Cos, Coa, c. 374. l. 23. & c. 375. l. 46.
Cotyra, c. 505. l. 4. 18.
Cotes, c. 644. l. 28.
Cothon, c. 469. l. 43. 56.
Cotinuſa, c. 608. l. 43.
Cottiana, c. 726. l. 24. 37.
Covinus, c. 671. l. 71. & c. 672. l. 7.
Cowain, c. 671. l. 72.
Crac, Crag, Cragus, c. 657. l. 51. & c. 679. l. 44. 55. 60.
Cranae, c. 459. l. 81.
La Craa, c. 657. l. 50. & c. 679. l. 54.
Creta (Palæſtina) c. 422. l. 6.
Cretes, c. 424. l. 23.
Cribeli, c. 606. l. 63.
Crimiſus, c. 557. l. 51. 70.
Crocus, c. 360. l. 35.
Crupellarii, c. 668. l. 53.
Cuarius, c. 428. l. 3.
Cacul, c. 674. l. 27.
Cucullus, ibid. l. 26.
Cupreſſetum, c. 23. l. 58.
Cupreſſus, c. 22. l. 22.
Curium, c. 355. l. 33. 42.
Curmi, c. 677. l. 26.
Cuſſi mezora, c. 760. l. 64. & c. 763. l. 37.
Cyamoſorus, c. 531. l. 36.
Cyclas, c. 420. l. 29.
Cyclopes, c. 509. l. 65. & c. 562. l. 36.
Cydnus, c. 179. l. 20.
Cylices, c. 460. l. 50.
Cynthus, c. 406. l. 38.
Cypara, c. 542. l. 49.
Cypra, c. 554. l. 29.
Cyprus, inſ. c. 356. l. 50.
Cyprus, frutex, ibid. l. 52. & c. 713. l. 56.
Cyranis, c. 505. l. 46. 55.
Cyre, Cyrene, c. 360. l. 88. & c. 496. l. 29. 36.
Cyrnus, c. 579. l. 29. 51.
Cyrus, c. 61. l. 30. & c. 641. l. 35.
Cythera, c. 431. l. 48. & c. 459. l. 9.
Cythnus, c. 408. l. 6. 35.

D.

Δαγὼν, Dagon, c. 707. l. 48.
Δαιρὴτ, Dæri, c. 393. l. 37.
Damnus, c. 584. l. 72.
Dan, c. 679. l. 24.
Danmonii, ibid. l. 27.
Daphnæ, c. 346. l. 30.
Dare, c. 671. l. 7.
Δάσκων, Daſcon. c. 541. l. 19.
Debæ, c. 141. l. 6.
Deilen, c. 677. l. 87.
Delis, *Delion*, ibid l. 89.
Δῆλοι, Delli, c. 535. l. 1.
Δῆλος, Delus, c. 406. l. 19. 30.
Derdun, c. 762. l. 68.
Δέρτωσα, Dertoſſa, c. 623. l. 41.
Διαμφίζων, c. 746. l. 59.
Drava, c. 242. l. 19.
Διδὼ, Dido, c. 472. l. 31. & c. 736. 83. & c. 750. l. 60.
Dinas, c. 682. l. 27.
Διόνυσος, c. 440. l. 53.
Dioda, 472. l. 33.
Dioſcoridis inſula, c. 346. l. 36.
Δίρκη, Dirce, c. 426. l. 12.
Dis, Diſpater, c. 665. l. 7. 27.
Διθύραμβος, Dithyrambus, c. 441. l. 62. 69. 72.
Diu, c. 665. l. 24.
Divona, ibid. l. 10.
Donner, c. 662. l. 23.
Doore, c. 671. l. 7.
Dowa, c. 679. l. 25.
Δουσαρηνοὶ, Du- & Duſareni, c. 111. l. 10. 84.
Δρέκανον, Drecanum, c. 376. l. 15.
Δρέπανον, Drepanum, c. 558. l. 20.
Drimati, 113. l. 3.
Drymus, c. 435. l. 56.
Druides, c. 666. l. 65.
Δουβὰθ, *Dubath*, c. 758. l. 63.
Dula, c. 677. l. 16.
Δύλακος, c. 494. l. 2.
Du, c. 758. l. 44. 52.
Duglas, ibid. l. 49.
Dun, c. 679. l. 5.
Dunum, ibid. l. 7.
Durius, c. 627. l. 4. 13.
Δουσάρης, Duſares, c. 811. l. 15. 25. 50.
Duſarithis Myrrha, ibid. l. 82.
Duria, Dyris, c. 89. l. 54.

E.

Eaſter, c. 676. l. 50.
Eaſter Monath, ibid. l. 52.
Eaſtertime, ibid. l. 54.
Ἔβορα, Ebora, Ebura, c. 614. l. 64.
Ἔβυσος, Ἔβουσος, Ebuſus, c. 635. l. 51. & c. 636. l. 7.
Ἐκβάτανα, Ecbatana, c. 896. l. 4. 20. 23.
Ἔχετλα, Echetla, c. 550. l. 59.
Edeſſa, Ediſſa, c. 546. l. 29.
Edom, c. 769. l. 58.
Ἔγγυιον, Enguium, c. 559. l. 48
Egeſta, c. 512. l. 53 & c. 583. l. 9.
Ἐγκέλαδος, c. 527. l. 34.
Egra, c. 214. l. 41.
Eith, c. 677. l. 19.
El, c. 707. l. 34. & c. 736. l. 21.
Ἐλαιαγάβαλος, Elægabalus, c. 717. l. 42. 47.
Elana, c. 70. l. 28.
Elanitæ, ibid. l. 27.
Elcethium, c. 558. l. 40.
Eleleus, c. 440. l. 73.
Ἠλιάς, c. 437. l. 72.
Elion, c. 353. l. 41. & c. 707. l. 87.
Eliogabalus, c. 717. l. 43. 47.
Eliſſa, c. 472. l. 7. 28. & c. 736. l. 36.
Eloim, c. 707. l. 46.
Ἐλαιοῦσα, c. 421. l. 17. 32. 42. & c. 550. l. 71.
Ἐλπήνωρ, Elpenor, c. 592. l. 4.
Ἐλυλαῖος, Elulæus, c. 353. l. 60. 68.
Ἔλυμοι, Ἔλυμοι, c. 522. l. 49.
Ἐλυμαῖς, Elymas, c. 71. l. 6.
Ἔλυμος, Ἔλυμοι, Elymus, Elymi, c. 569. l. 97.
Elyſii campi, 600. l. 10.
Emmaus, c. 764. l. 72.
Ἐμπόριον, Emporia, c. 481. l. 56. 59.
Enaria, c. 592. l. 45. 54. 71.
Enceladus, c. 527. l. 35.
Enchelios, Encheleæ, c. 461. l. 16.
Enguium, Enguini, c. 559. l. 34. 48.
Enippe, c. 428. l. 51.
Enna, c. 532. l. 29.
Ἔντελλα, Entella, c. 558. l. 16
Ἠῶα, Eoa, c. 479. l. 69.
Epigranea, c. 428. l. 29.
Episgri, c. 647. l. 50.
Ἐπαφὴ, c. 347. l. 7. & c. 353. l. 59. & c. 713. l. 16.
Ἔπωπος, Epopus, Epopeus, c. 593. l. 6. 24.
Ἔρεχις, c. 438. l. 45.
Ἐρεμβοκάδιον, b. 753. l. 22.
Ἔρεβος, Erebus, c. 705. l. 52 61.
Erembi, c. 216. l. 51. & c. 281. l. 54.
Ἔρεσος, Ereſus, c. 636. l. 47.
Erinrus, c. 543. l. 50. 52.
Ἑρμιόνη, c. 436. l. 50. 55.
Ἑρμῆς, c. 644. l. 42. 63.
Ἑρμοχύμιος, c. 203. l. 48.
Erriſ, c. 259. l. 67.
Ἔρυξ, Eryces, c. 360. l. 12. & c. 511. l. 51. & c. 533. l. 33. 48.
Erythia, c. 611. l. 58. & c. 683. l. 42.
Ἔσμουνος, Eſmunus, c. 394. l. 57. & c. 712. l. 44.
Eſpada, c. 669. l. 31.
Eſpania, c. 631. l. 1.

Eſſe-

Eſſedum, c. 672. l. 10. 18.
Eſſix, c. 687. l. 32.
Eſtancher, c. 650. l. 3.
Εὐιὰλ, c. 127. l. 3.
Εὐαλησιοί, ibid. l. 5.
Eucaddires, c. 766. l. 18.
Evoe, Evius, Evan, c. 448. l. 50. 53.
Εὐρώπη, Europa, c. 298. l. 56. & c. 421. l. 5.
Ε᾽ξαὴλ, Eſael, c. 207. l. 22. & c. 395. l. 11.
Ε᾽Ιουσαῶν πόλις, c. 616. l. 65. 70.
Ε᾽ξουάνον, Exuanum, ibid. l. 40.

F.

Fale, c. 584. l. 56.
Faunus, c. 444. l. 17.
Fiume freddo, c. 525. l. 51.

G.

Gabbara, c. 227. l. 43.
Γαββαθὰ Gabbatha, c. 747. l. 35. 39.
Γαβηρία σμύρνα, c. 120 l. 36. 43.
Γάδειρα, Gades, Gaddir, Gadis, Γάδειρα, c. 167 l. 30. & c. 605. l. 21 & c. 734 l. 12. 21. & c. 738. l. 57. & c. 747. l. 34.
Γασαται, Γαζάται, Γαιζᾶται, Gæſatæ, Gaſatæ, c. 668. l. 18. 40.
Gæſum, c. 669. l. 55.
Galatæ, c. 165. l. 50.
Galba, c. 676. l. 60.
Galbanum, c. 495. l. 52. & c. 676. l. 82. & c. 713. l. 52.
Γαλεάγραι, Galearii, Galiarii, c. 66.. l. 6. 43.
Γαλεῶται, Galeotæ, c. 538. l. 33. 50.
Γαλεοί, Galei, ibid. l. 36. 56.
Gaiet, c. 680. l. 9.
Galon, c. 734. l. 40.
Garamantes, c. 284. l. 61.
Garaw, c. 681. l. 49. 56.
Gargaphia, c. 428 l. 58. 66.
Garumna, c. 428. l. 51.
Gaſandes, c. 128. l. 33.
Gaugamela, c. 244. l. 51. 70.
Γαῦλ⊙, Gaulus, c. 738 l. 59. 89.
Gaulos inſula, c. 504. l. 26.
Gaunacum, c. 673. l. 36. 47.
Gauzania, c. 194. l. 10.
Gauſapa, c. 673. l. 59.
Γάζα, Gaza, c. 238. l. 41. & c. 743. l. 24. 29.
Γαζαται, Gazatæ, c. 668. l. 23. 40.
Γεβὰλ, Gebala, c. 127. l. 4. 7.
Gebanitæ, c. 116. l. 30.
Gebennæ, Gebennici montes, c. 678. l. 66.
Γεῖρ⊙, c. 706. l. 62.
Γέλα, Gela, c. 552. l. 8. 58.
Gelæ, c. 194. l. 54.
Γελασσαῖον, *Gelaſaeum*, c. 677. l. 1.
Gephyres, Gephyræi, c. 455. l. 24.
Ger, c. 667. l. 34.
Gergeſæi, c. 304. l. 21.
Germani, c. 667. l. 35.
Gerrhæi, c. 222. l. 16.
Gerri, c. 594. l. 55.
Geſatæ, Geſſatæ, c. 668. l. 53. 40.
Geſſa, *Geſa*, Γαῖσον καὶ Γαισός, c. 669. l. 61.
Geſſum, ibid. l. 55.
Gettæ, Gitta, c. 641. l. 43.
Ginga, c. 762. l. 52.
Gingra, Gingre, c. 728. l. 7.
Γίγγρα, Gingri, c. 727. l. 62. & 728. l. 7.
Giba, c. 495. l. 50.
Γοὲδ, *Goed*, c. 754. l. 61. & c. 761. l. 11.
Γωγαρηνή, Gogarene, c. 187. l. 48.
Γολγοί, Golgol, c. 355. l. 54.
Γνάθων, c. 740. l. 20.
Γοργάδες, Gorylle, c. 577. l. 41. 46.
Goudron, c. 597. l. 65.
Gravii, Grun, c. 621. l. 3.
Graviſcæ, c. 519. l. 73.
Guadalquivir, c. 602. l. 46.
Guata, c. 543. l. 42.
Gudubbal, c. 762. l. 57.
Guerre, c. 667. l. 35.
Guth, c. 661. l. 30.
Gurulis, c. 577. l. 43.
Γύαρα, Gyara, c. 543. l. 41.
Gyarus, Guarus, c. 415. l. 66. & c. 416. l. a.
Gymnetes, Gymneſiæ, c. 634. l. 37.
Gytra, c. 641. l. 38.
Γύζαντες, Gyzantes, c. 498. l. 27. & c. 505. l. 60.

H.

Hadiaba, c. 242. l. 8. & c. 243 l. 12.
Hadrumes, Hadrumetum, c. 478. l. 11. 30. & c. 479. l. 1.
Hal, c. 736 l. 26.
Haleſus, Haleſa, c. 516. l. 23. 50.
Hameme, c. 741. l. 7.
Hammanientes, c. 284. l. 54.
Hammon, c. 5. l. 57.
Harma, c. 436. l. 6.
Harmonia, c. 305. l. 9. & c. 447. l. 49.
Havre, c. 681. l. 15.
Hel, c. 736. l. 14. 59.
Helbeſus, c. 513. l. 38.
Helicon, c. 412. l. 15. 20.
Heliogabalus, c. 727. l. 41.
Helloria, Hellorus, c. 421. l. 53. 32. & c. 750. 65.
Ἥφαιστ⊙, c. 399. l. 42.
Heræa, vide Hybla.
Heræi montes, Ἡραῖα ὄρη, c. 558. l. 73. & c. 559. l. 10.
Herbeſſus, c. 540. l. 65. 73. & c. 554. l. 65.
Herbita, c. 559. l. 15.
Hercyna, c. 436. l. 54.
Hermaia, 644. l. 32. 63.
Hermione, c. 447. l. 49.
Heroes, c. 443. l. 29.
Heroum urbs, c. 346. l. 32.
Heſus, c. 662. l. 61.
Hesi, Hexitani, Hexitanorum urbs, c. 616. l. 64. 70.
Hibernia, c. 654. l. 8. 12.
Hieracôn inſula, c. 510. l. 69.
Himera, c. 515. l. 38. & c. 552. l. 60.
Hipparis, Hipnrus, c. 549. l. 1.
Hippo, Hippones, c. 475. l. 27.
Hippocrene, c. 428. l. 37.
Hippuri, Hippuros, Hipporus, c. 692. l. 33.
Hirminium, c. 547. l. 62.
Hiſpalis, c. 604. l. 2.
Hiſpania, c. 167. l. ult. & c. 168. l. 2. & c. 631. l. 6.
Holmius, c. 429. l. 55.
Homeritæ, c. 28. l. 89. & c. 133. l. 19.
Hormanus, c. 547. l. 66.
Hybla, c. 531. l. 5. 26.
Hybla Galeotis, vide Γαλεῶται.
Hybla Heræa, c. 531. l. 4. & c. 548. l. 16.
Hyccara, c. 381. l. 35. & c. 513. l. 67.
Hycſos, c. 137. l. 34.
Hyes, c. 441. l. 4.
Hyela, c. 143. l. 30. 33.
Hyperia, c. 549. l. 86.
Hypſa, c. 554. l. 38.
Hyſinpus, c. 494. l. 7.

I.

Ι᾽Αβαδίου, Jabadiu, c. 692. l. 20.
Jacchus Ἴακχ⊙, c. 441. l. ult. & c. 442. l. 12.
Ι᾽αλυσσὸς, Jalyſſus, c. 368. l. 43. 49. 63.
Jamblichus, c. 719. l. 53.
Jamnia, c. 346. l. 35.
Ι᾽άμνων Jamno, Jamnonx, c. 634. l. 22. et c. 635. l. 5.
Ι᾽άω, Jao, c. 384. l. 6. et c. 440. l. 63. et c. 77.. l. 71.
Japetus, Ι᾽απετ⊙, c. 147. l. 35.
Jar, c. 769. l. 5. 10.
Ι᾽αθριππα, Jathrib, c. 99. l. 20. et c. 214. l. 55.
Jato, c. 558. l. 39.
Ι᾽βηρία, Iberia, c. 168. l. 18. et c. 624. l. 52.
Iberi, c. 625. l. 3.
Icarius, c. 407. l. 23.
Icarus, Icaria, c. 381. l. 9. 31.
Ι᾽χανα, Ichana, c. 532. l. 68 et c. 544. l. 69. et c. 545. l. 10.
Icos, c. 408. l. 30. 41.
Ι᾽δάλιον, Idalium, c. 356. l. 22.
Idumanus, c. 758. l. 46.
Ι᾽εβάλ, c. 757. l. 25.
Ι᾽ερχιεροῦντ⊙, & Ι᾽εριχοῦντ⊙, c. 110. l. 69.
Jerna, c. 654. l. 11.
Jerombalus, c. 774. l. 31.
Jetas, Jetæ, c. 513. l. 43. & c. 555. l. 34.
Ι᾽εοὺδ, Jeud, c. 755. l. 68. 72.
Ilerda, c. 604. l. 47.
Ili, ibid. l. 27. 52.
Illiberis, ibid. l. 34.
Ilienſes, c. 575. l. 26.
Ilipa, c. 604. l. 18.
Ilipula, ibid. l. 33.
Iliturgis, ibid. l. 37.
Iluro, ibid. l. 46.
Ι᾽λ⊙, c. 707. l. 33.
Imacbara, Imacarenſes, c. 532. l. 5.
Ἴμβρ⊙, Imbrus, c. 398. l. 2. 19.
Ι᾽μεγγία, c. 515. l. 21.
India, Indus, c. 442. l. 2. & c. 751. l. 45.
Ineſſum, Inneſa, c. 529. l. 14. 26.
Ἴννα, Inna, c. 533. l. 13. 20.
Inopus, c. 406. l. 35.
Inycus, c. 557. l. 4. 20.
Jones, c. 153. l. 61.
Ι᾽αβαβῖται, Jababitæ, c. 143. l. 54. 61.
Jobacchus, c. 346. l. 33. & c. 440. l. 72.
Jolaenſes, c. 575. l. 26.
Jopas, c. 494. l. 7.
Ἴος, Ios, c. 415. l. 13. 21.
Joza, c. 477. l. 24. & c. 684. l. 61.
Ι᾽σαα, c. 475. l. 36.
Ι᾽σμηνίας, c. 428. l. 37.
Ι᾽σσουρος, c. 475. l. 10. 27.
Isburus, c. 556. l. 52.
Iſmenus, c. 427. l. 63.
Ι᾽σα⊙, [Adonis] c. 737. l. 30. 49.
Ι᾽ταλία, Italia, c. 597. l. 27.
Ι᾽τανός, Itanus, Itamus, c. 421. l. 78.
Ithaca, c. 464. l. 72.
Ityca, c. 474. l. 1.
Juleppum, c. 494. l. 8.
Juverna, c. 654. l. 11.
Ι᾽ουερνία, ibid. l. 12.
Ι᾽ουλία Ι᾽όζα, Julia Joza, c. 477. l. 20. 34. & c. 614. l. 59.
Ι᾽ζάρα, c. 444. l. 59. 62. & c. 742. l. 71.

K.

Κ᾽Αβαλαῖς, c. 363. l. 18.
Καβάειροι, c. 413. l. 22. 37.
Κάδμη, Κάδμειοι, c. 436. l. 63. 67.
Κάδμιλ⊙, c. 396. l. 5. 38. & c. 747. l. 29.
Κάδμ⊙, c. 447. l. 38.
Καίνις, c. 407. l. 19.
Καίτριας, c. 671. l. 13.
Κακκαβη, c. 471. l. 32 46.
Κάκυρα, c. 546. l. 52.
Κακύπαρις, c. 543. l. 46.
Κάκυρον, c. 541. l. 7.
Καλαχηνή, c. 256. l. 59.
Καλαμίνθη, c. 483. l. 25.
Κάλαμις, c. 577. l. 22.
Καλάσιρις, c. 416. l. 24.
Κάλπη, c. 615. l. 18.
Kaled, c. 679. l. 68.
Καμαρῖνα, c. 548. l. 42. 62.
Κάμικ⊙, c. 555. l. 38. 43.
Καμαλόδουνον, c. 680. l. 21.
Κανθήλια, c. 483. l. 37.
Κὰρ, Καρὸς, c. 376. l. 43. & c. 43. l. 5. & c. 471. l. 49. 52.
Καρειος Ζεὺς, c. 438. l. 3.
Κάρμηλος, c. 576. l. 45.
Καρβὰς, c. 354. l. 16. 20.
Κάρβον, c. 242. l. 65. & c. 143. l. 8.
Κάρδα, c. 222. l. 57.
Καρίς, c. 376. l. 67. 72.
Καρικὸν τεῖχ⊙, c. 641. l. 87.
Καρκινεία, c. 218. l. 39. 46.
Κάρνα, c. 120. l. 69. & c. 121. l. 3.
Καρπασία, c. 354. l. 10. 20.
Καρπασιοί, c. 616. l. 6. 20.
Καρπεία, c. 615. l. 39. 60.
Καρχηδὼν, c. 468. l. 68. & c. 746. l. 72.
Κάσι⊙, c. 292. l. 47.
Κασμίλος, c. 547. l. 47. 53.
Κασσία, c. 713. l. 44.
Κασταλία, c. 429 l. 59. 71. & c. 430. l. 1. 54.
Κασταλίας, c. 601. l. 58. & c. 602 l. 12. 30.
Κασσιτερίδες, c. 116. l. 14. 32.
Καταναι, c. 530. l. 10.
Καύκασος, c. 548. l. 7.
Καύκασ⊙, c. 187. l. 45.
Καύνος, c. 407. l. 19.
Κεφαλληνία, c. 505. l. 32 39. & c. 743. l. 62.
Κερκίς, c. 579. l. 30.
Κερκίνα, c. 495. l. 63.
Κέρκ⊙ & Κερκῖνος, c. 579. l. 50.
Κέρνηθος, c. 109. l. 9.
Κερασία, c. 354. l. 25.
Keven, c. 678. l. 69.
Κιβώτος, c. 363 l. 54 61.
Κίδαρις, c. 9. l. 33 & c. 525. l. 44.
Κιλικῶθ⊙, c. 400. l. 49. 73.
Κιλικία, c. 359. l. 11. 17.
Κίμμαλ⊙, c. 420. l. 20.
Κινάμωμον, c. 713. l. 20.
Κινύρας, c. 352. l. 65. & c. 666 l. 42. & c. 728. l. 94.
Κίνυρος, c. 352. l. 69. & c. 729. l. 41.
Κιττ⊙, c. 486. l. 45.
Κίσσα, c 227. l. 27.
Κιττιεῖς, c. 9. l. 33.
Κίτιον, c. 157 l. 29.
Κλάρ⊙, c. 416. l. 22.
Κλαυδία, c. 676. l. 5.
Κίβαλοι, c. 444. l. 64 70.
Κοβαλεία, ibid. l. 69.
Κόοι, Κῶοι, c. 397. l. 7. & c. 747. l. 31.
Κολοφωνὶ, Κολοιφωνὶ, c. 435. l. 27. 38.
Κολπία, c. 706. l. 29.
Κάλασι, c. 633. l. 32.
Κόνδυ, c. 751. l. 47.
Κόνοι, c. 718. l. 22. 30. 44.
Κορβὰν, c. 716. l. 33.
Κορύδαμος, c. 583. l. 55.
Κορυφὴ, c. 677. l. 25.
Κορσὶς, c. 579. l. 62.

Κάρτασ⊙ ἀ

Κύμινθ, c. 360. l. 40.
Κῶς, c. 375. l. 15. 46.
Κίσσος, c. 644. l. 14. 19.
Κόσσαια, c. 726. l. 23. 37.
Κουμουζάς, c. 760. l. 64. & c. 763. l. 38.
Κύμμι, c. 677. l. 25.
Κρῆτες, c. 424. l. 8. 25.
Κελαινὸς, c. 557. l. 39. 50.
Κυανοπτέρος, c. 531. l. 36.
Κυθήρα, c. 431. l. 48. & c. 459. l. 2.
Κύθνος, c. 408. l. 6. 36.
Κύκλος, κυκλάς, c. 420. l. 33.
Κύκλωπες, c. 562. l. 36. 51.
Κύλικες c. 560. l. 41.
Κύνθος, c. 406. l. 44.
Κοσσύρα, c. 542. l. 48.
Κύπρος, c. 356. l. 31. 54. & c. 713. l. 56.
Κύρνος, c. 505. l. 54.
Κυρήνη, c. 496. l. 19.
Κύπριοι, c. 355. l. 35. 42.
Κύρος, c. 579. l. 29.
Κυδώνη, c. 673. l. 14.

L.

Λαβουλαλαβαν, c. 753. l. 46.
Λαχμὸν, c. 726. l. 50.
Λακτήρ. Lacter, c. 375. l. 66.
Λαῖναι, Lænæ, c. 673. l. 27.
Λαιστρυγόνες, Laſtrygones, c. 563. l. 2.
Laith, c. 650. l. 56.
Lama, c. 352. l. 63.
Lampas, c. 751. l. 51.
Lampas, Λαμπαδοῦσα, c. 504. l. 57.
Lamus, Lamia, c. 589. l. 69. & c. 590. l. 16.
Λαουδ, c. 756. l. 52. & c. 757. l. 13.
Lancea, c. 670. l. 16.
Λάπηθος, Lapethus, c. 354. l. 33. 46.
Λάρισσα, Lariſſa, c. 257. l. 36. & c. 258. l. 15.
Lathrippa, c. 318. l. 54. & c. 214. l. 52.
Latini, c. 588. l. 69.
Latium, c. 159. l. 68.
Laud, c. 706. l. 7.
Laurix, c. 632. l. 31.
Λέβινθος, Lebinthus, c. 376. l. 22. 33.
Lebrixa, c. 614. l. 8.
Λέμνος, c. 398. l. ult. & c. 399. l. 2. & c. 437. l. 64.
Lemnos, c. 398. l. 53. 68. & c. 399. l. 7. 21.
Lepethis, c. 354. l. 33.
Λέπτις, Leptis, c. 480. l. 30. & c. 481. l. 18.
Λέσβος, Lesbus, c. 385. l. 41.
Λευκὴ, c. 438. l. 26. & c. 520. l. 36.
Leuca, Leuga, c. 677. l. 40. 56.
Levezo, Levenzo, c. 510. l. 62.
Λίβανος, Λιβανωτὸς, c. 104. l. 14.
Λίβανος, Libanus, c. 678. l. 48.
Λίβυες, Λιβύη, Libya, Libyes, c. 279. l. 43. & c. 296. l. 54. & c. 297. l. 6.
Libya, c. 486. l. 14.
Libyſtinus Lacus, c. 605. l. 30.
Licnidus, c. 462. l. 37.
Λιλύβαιον, Lilybæum, c. 297. l. 72. & c. 298. l. 3. & c. 507. l. 72.
Λίνδος, Lindus, c. 368. l. 9. 29.
Linna, c. 673. l. 29.
Liparæ, c. 589. l. ult. & c. 520. l. 1. 31.
Liſſus, c. 563. l. 27.
Liſturia, c. 613. l. 64.
Lixus, Lizus, Λίξα, Λίγξ, Linx, Lix, &c. c. 641. l. 3.
Lopaduſa, c. 504. l. 59.
Ludus, Ludo, Ludio, c. 86. l. 60.
Lug, c. 675. l. 50. 62.
Lugdunum, ibid.
Lut, c. 706. l. 7.
Lychnadus, Lycbnidus, c. 462. l. 38. 39.
Λυδία, Λυδοὶ, Lydia, Lydus, c. 84. l. 52. & c. 85. l. 2. & c. 265. l. 60.
Λυκοπαλὰφ, c. 760. l. 57.

M.

Μάαρι, c. 670. l. 48.
Μακάρα, Macara, c. 556. l. 25.
Μάκηρις, Maceris, c. 571. l. 32. 53.
Machæus, c. 577. l. 73.
Macoraba, c. 284. l. 58.
Macris, c. 401. l. 23. 37.
Μάδαρις, c. 670. l. 48. 56.
Mæander, c. 86. l. 26. 34.
Mænoba, c. 603. l. 20. 27.
Μαίονες, Μαιονία, Mæones, Mæonia, c. 86. l. 27. 34.
Magalia, c. 736. l. 39.
Magalia, vel Magaria, c. 470. l. 27. 61.
Magozin, c. 238. l. 43.
Mago, c. 635. l. 9.
Magum, c. 682. l. 1. 15.
Maharbal, c. 744. l. 47.
Maiatæ, c. 680. l. 12.
Μαίρις, c. 670. l. 48.
Μαλάκη, Malacha, Malaca, c. 167. l. 35. & c. 616. l. 44. 55.
Μαλάχβηλος, Malacbbelus, c. 731. l. 60.
Malea, c. 459. l. 40.
Mali, c. 127. l. 21.
Maltha, Malshare, Malthatio, c. 500. l. 48. 62.
Mammon, Mammona, c. 767. l. 27. 40.
Mamphula, c. 727. l. 49.
Man, c. 676. l. 30.
Manus, ibid. l. 36.
Μανδίας, c. 442. l. 8. & c. 751. l. 45.
Mangæ, μάγγανα, Mangana, mangonalia, Mangoneaux, c. 678. l. 34.
Μανιάκης, c. 488. l. 60. & c. 674. l. 53.
Μανίται, Manitæ, c. 128. l. 2. 55.
Maunus, c. 463. l. 5.
Mantua, c. 584. l. 50.
Mapalia, c. 733. l. 45. 54. 69.
Mappa, c. 730. l. 17. 68.
Mar, c. 665. l. 57.
Mare, c. 674. l. 73. & c. 675. l. 13.
Μάρα, ibid. l. 3.
Mare, ibid. l. 7.
Mariaba, c. 99. l. 3. & c. 131. l. 22.
Μάρις, c. 670. l. 48.
Μαρὶς, μάρις, c. 743. l. 42. 52.
Maritima nomen inſ. c. 510. l. 38. 51.
Marin, c. 355. l. 44.
Μάριον, Marium, ibid. l. 36. 43.
Marmarica, c. 496. l. 40. 48.
Marnas, μαρνᾶ, c. 422. l. 61. 65. & c. 743. l. 39.
Maro, c. 553. l. 41.
Μάρπησσα, Marpeſſus, c. 413. l. 21.
Μασσύκιος, Maſſycites, c. 362. l. 49.
Maſtiebe, c. 382. l. 58.
Masara, Mataris, ματαρις, c. 670. l. 46.
Μάργηνος, Margenus, c. 353. l. 31.
Mataſtarta, c. 587. l. 33.
Matras, Matraſſer, c. 670. l. 50.
Maur, c. 665. l. 57.
Mauri, c. 496. l. 15.
Mazara, c. 558. l. 44.
Μάζυες, c. 177. l. 39.
Μάζυες, c. 445. l. 63.
Meath, c. 680. l. 16.
Medi, c. 193. l. 48.
Μέγαρα, c. 349. l. 62. & c. 470. l. 40.
Μεσσὴ, c. 718. l. 41.
Μιλκαρθος, Melcharus, c. 615. l. 50. & c. 709. l. 19.
Μελικέρτης, Melicertha, ibid. l. 27.
Μελιγουνὶς, Meligunis, & Melogonis, c. 520. l. 43.
Μελίτη, Melita, c. 500. l. 5. & ult.
Melitta, c. 641. l. 61.
Μῆλος, Melo, c. 417. l. 25.
Μεμβλίαρος, Membliarus, Μεμβρίαρος, Membriarus, c. 424. l. 46.
Memphis, c. 346. l. 29.
Μεμερῶμος, c. 706. l. 50.
Μῆναι, Menæ, Menænum, c. 516. l. 10.
Μενεσθέως λιμὴν, Meneſtbei portus, c. 614. l. 48.
Μῆνιξ, Menix, Meninx, c. 495. l. 9.
Meones, vide Mæones.
Mercurius, c. 11. l. 56.
Μερμέριον, c. 676. l. 72.
Μέρις, c. 670. l. 48.
Merus mons, c. 442. l. 41.
Meſſabatæ, c. 123. l. 30.
Meſſapius, c. 432. l. 43.
Meſſe, Meſſias, c. 708. l. 40.
Meſtrem, c. 420. l. 39.
Mimmus, Μιτίνας, c. 277. l. 28. & c. 783. l. 57.
Μίζθος, c. 706. l. 59.
Μίλητος, Anactoria, c. 349. l. 1.
Μιλύας, Milyas, c. 363. l. 65. & c. 364. l. 2.
Mimallonides, c. 445. l. 20. 27.
Minæi, c. 128. l. 33. 67.
Minium, c. 626. l. 44.
Minius, ibid. l. 35. 50.
Μινώα, Minoa, c. 556. l. 56.
Minyas, c. 20. l. 10.
Μινὼς, c. 707. l. 4.
Μοβαγμεὴξ, c. 679. l. 59.
Μόχος, Mochus, c. 574. l. 23.
Μόνιμος, Monimus, c. 732. l. 24.
Μόσχοι, Moſchi, c. 180. l. 34. & c. 186. l. 4.
Μωσηλὲ, Moſele, c. 10. l. 3.
Μόσυχλος, Moſycblus, c. 399. l. 38.
Μὼτ, Mot, c. 706. l. 2.
Morho, c. 102. l. 6.
Motucba, Motyche, Motie, Moive, c. 547. l. 10.
Μοτὼ, c. 509. l. 29. 58.
Μόθιλος, c. 243. l. 10.
Μοῦσα, Muſa, c. 731. l. 6.
Muſa vel Muza, c. 144. l. 26.
Muth, c. 395. l. 38. & 610. l. 2. & c. 721. l. 10.
Μυριγεωμος, c. 587. l. 16. 29.
Μύκονος, Myconus, c. 410. l. 2. 16.
Μύλαι, Mylæ, c. 518. l. 32. 72.
Μύῤῥα, Myrrha, c. 352. l. 63. & c. 713. l. 47.
Μοτιεγωνος, Μοτιεγωνοι, c. 587. l. 25. 34.

N.

NAbatæi, c. 225. l. 55.
Νέβλα, c. 728. l. 21.
Nablium, c. 412. l. 23. & c. 666. l. 42.
Νάκλις, Naclis, c. 748. l. 63. 72.
Namphanio, c. 766. l. 20.
Nant, c. 679. l. 29.
Nantuates, ibid. l. 33.
Ναρὲν, c. 756. l. 4. 32.
Νάρδος, Nardus, c. 713. l. 55.
Νάρων, Naron, c. 461. l. 22.
Naſamones, c. 284. l. 56.
Νάξος, Naxus, c. 411. l. 69. & c. 413. l. 20.
Neæ, c. 399. l. 47.
Nebriſſa, c. 614. l. 3.
Nebrodes, c. 12. l. 11.
Νήριτον, Nerum, c. 544. l. 17. 30.
Νηρεῖνοι, Nerini, ibid. l. 18.
Nerides, c. 380. l. 18.
Νηιθ, Neith, c. 136. l. 16.
Νήσοι, c. 2. l. 78. & c. 280. l. 30. 38.
Neptunus, c. 9. l. 68.
Neſſo eſſe ſade, c. 762. l. 59.
Νίτωμος, c. 277. l. 28. & c. 713. l. 57.
Nicolai, c. 748. l. 69.
Νίσιβις, Niſibis, c. 745. l. 51. 60.
Νίσυρος, Niſirus, 374. l. 9.
Νίτωκρις, Nitocris, c. 116. l. 4. 38.
Νίτρον, Nitrum, c. 419. l. 54.
Νοῦβαι, Nobæ, c. 125. l. 9.
Νομὸς, Nomus, c. 262. l. 19.
Νῶρα, Nora, c. 574. l. 8. 22.
Νότος, Notus, c. 21. l. 70.
Noto, c. 544. l. 20.
Nyſa, c. 440. l. 61.

O.

ΩΑνος, Oanus, c. 549. l. 32.
Οασις, Oaſis, c. 283. l. 55. 36. & c. 480. l. 1.
Ὄχα, Ocba, c. 420. l. 27. 36. 44.
Ὀδωνὶς, Odonis, c. 393. l. 30.
Oea, Eoa, c. 479. l. 67.
Ὤγια, Ὤγυα, c. 427. l. 43. 53. & c. 745. l. 67.
Ὤγυρ, Ὠγυγὶς, c. 638. l. 67.
Ὄγμιος, Ogmius, c. 663. l. 72.
Ὄγρυλλε, Ogrylle, c. 577. l. 40.
Ὄα, c. 479. l. 68.
Ὀλβία, Olbia, Olba, c. 363. l. 9. 15. & c. 577. l. 37.
Oliarus, c. 416. l. 17.
Olibanum, c. 104. l. 15.
Oliſippo, c. 627. l. 34.
Onca, Ὄγκα, c. 427. l. 41. 53. & c. 745. l. 67.
Onoba, c. 603. l. 28.
Onobalas, c. 525. l. 43.
Onua, Onuana, c. 663. l. 51.
Ophanſes, c. 479. l. 71.
Ophir, c. 137. l. 73. & c. 698. l. 47.
Orethus, c. 514. l. 30.
Ὄρινος, Orinus, c. 543. l. 51.
Oriundes, c. 461. l. 35. 46.
Oroba, c. 256. l. 13.
Ὀρόβατιδα, Ὀζόβατιδα, c. 601. l. 49. 54.
Ὄσσων, Oſſon, c. 109. l. 6.
Oſſonoba, c. 603. l. 29.
Oſſum, c. 766. l. 27. 35.
Οὔσηρα, c. 654. l. 11.
Ouy dea, c. 665. l. 85.

P.

ΠΑχυνος, Pachynus, c. 545. l. 56. & c. 546. l. 3.
Pale, Pales, c. 732. l. 67.
Παλικοὶ, Palici, c. 534. l. 50.
Paliurus, c. 298. l. 34.
Pan, c. 444. l. 10.
Παντάγιας, Pantagias, c. 537. l. 29. 51.
Παφλαγονία, Paphlagonia, c. 392. l. 12. 28.
Paphus, c. 353. l. 58.
Παωφι, c. 347. l. 7.
Πάρμα, Parma, c. 742. l. 3. 8.
Parnaſſus, c. 432. l. 61.
Parnes, ibid. l. 62.
Parus, c. 413. l. 5.
Πασαργάδαι, Paſargadæ, c. 224. l. 21.

Paſis,

Paſis, c. 141. l. 60. & c. 691. l. 54.
Πατλαῖοι, Patæci, Patræci, c. 713. l. 3. & c. 740. l. 41.
Pateræ, c. 666. l. 3.
Patmus, c. 381. l. 40.
Πάτυμος, c. 277. l. 16.
Pedwar, c. 671. l. 58.
Πελῖνα, Πελιναῖος Pelinæus, c. 383. l. 4. 51.
Πέλωρος, Pelorus, c. 523. l. 35.
Peluſium, c. 275. l. 19.
Pemp, c. 677. l. 19.
Pempedula, ibid. l. 12.
Pen, Penn, c. 678. l. l. 17.
Penninæ alpes, ibid. l. 2.
Πένθιχος, c. 437. l. 39.
Peparetus, Πεπάρηθος, c. 400. l. 20.
Πέρκη, Perca, c. 606. l. 30.
Percus, Pergus, Perguſa, c. 533. l. 22. 29.
Pericionius, c. 443. l. 14.
Permeſſus, c. 429. l. 18.
Πέρσαι, Perſæ, c. 224. l. 34. 57.
Petoritum, c. 671. l. 52.
Pevar, c. 671. l. 59.
Πευκετία, Peucetia, c. 598. l. 20.
Phacas, c. 367. l. 39. 44.
Phæaces, c. 464. l. 6.
Φαλαῖον, c. 347. l. 3.
Phalantus, c. 367. l. 31. 43.
Phalga, c. 93. l. 53.
Phallus, c. 445. l. 47. 52.
Φαρμακόν, c. 347. l. 7.
Phanace, c. 441. l. 56.
Pharao, c. 137. l. 28.
Pharis, Pharid, c. 495. l. 29.
Φαρμακεῖ, c. 347. l. 7.
Φαρνακὴ, Pharnace, c. 355. l. 17.
Phaſis Colch. c. 289. l. 28.
Phaſis Taprob. fl. c. 691. l. 54.
Φίκιον, Φίκειον, Phiceum, Phicion, c. 432. l. 65. 70. & c. 433. l. 19. 40.
Φίλαι, Philæ, c. 269. l. 34. 63.
Φιλόκανδρος, Philocandrus, c. 416. l. 29.
Φιστάκιον, Phiſtacium, c. 347. l. 14.
Phocenſes, c. 570. l. 61.
Φοίνικες, Phœnices, c. 346. l. 38. & c. 42. l. 17.
Φολέγανδρος, Pholegandrus c. 416. l. 30.
Φρίαρ, c. 347. l. 3.
Φρυγία, Phrygia, c. 172. l. 29.
Φῦκος, Phycus, c. 243. l. 1.
Ficus, c. 434. l. 26. 39.
Πιστάκιον, Piſtacium, c. 347. l. 11. & c. 390. l. 22.
Pithecuſa, c. 592. l. 25.
Πλάνθος, c. 376. l. 37.
Pœcilus, c. 424. l. 54.
Pœninæ, c. 675. l. 2.
Pola, c. 289. l. 45. 58.
Πόντος, Pontus, c. 388. l. 4.
Ποσειδῶν, c. 9. l. 29.
Prænetum, c. 391. l. 52.
Prepeſinthus, c. 415. l. 58.
Pronectus, c. 391. l. 37. 52.
Pſittachemmis, Pſochemmis, c. 203. l. 50.
Ψύρα, Pſyra, c. 384. l. 50. 66.
Pygmalion, c. 353. l. 39.
Pymp, c. 677. l. 18.
Πυρήνη, Pyrenæi, c. 626. l. 3.
Pythius, c. 11. l. 7.

R.

RAmatba, Ῥαμαθὰ, c. 744. l. 55. 62.
Rephan, Ῥεφὰν, c. 59. l. 50.
Rabbotbin, Ῥαββοθὶν, c. 746. l. 8.
Rhamba, c. 738. l. 70. & c. 751. l. 51.
Rhaphius, c. 675. l. 19. 26.
Ῥαβαῖος, Rhebas, c. 175. l. 23. 50.
Rheda, c. 672. l. 28.
Ῥῆγμα, Rhegma, c. 219. l. 1. 9.
Rhene, c. 408. l. 64. 72.
Ryd, c. 681. l. 64. 70.
Ris, Ritum, ibid. l. 68.
Rich, c. 665. l. 66. 74.
Rix, ibid. l. 63.
Rhodanus, Rhodanuſia, c. 162. l. 63. & c. 164. l. 29.
Ῥόδος, Rhodus, c. 369. l. 68.
Rhos, Rhuſſi, c. 188. l. 64.
Roan, c. 681. l. 13.
Ruſpina, c. 636. l. 21.

S.

ΣAba, Σαβαῖοι, Sabæi, c. 131. l. 53.
Sabis Deus, c. 101. l. 6. 18.
Saboe, Sabazius, Sabazia, c. 441. l. 54.
Sabrata, c. 480. l. 9.
Sach, c. 113. l. 64. & c. 114. l. 9.
Σακία feſſum, ibid.
Σαχαλῖται, Sacbalitæ, c. 108. l. 24.
Sagartii, c. 223. l. 61. 73.
Sagum, c. 672. l. 51. & c. 673. l. 13.
Saguti, c. 644. l. 7.
Σαλὰ, c. 92. l. 10.
Salamis, c. 456. l. 14.
Σαλαπηνοί, Salapeni, c. 99. l. 66.
Salduba, c. 603. l. 25. & c. 623. l. 34.
Salmon, c. 364. l. 29. & c. 434. l. 43.
Salus, c. 479. l. 17. & c. 767. l. 56.
Σαμψάμεις, c. 396. l. 72.
Σαμαρὼ, Samarho, c. 531. l. 53. & c. 745. l. 22. 39.
Sambuca, c. 728. l. 54. & c. 751. l. 50.
Σαμημρούμος, c. 377. l. 70. & c. 706. l. 58.
Samen c. 584. l. 54. & c. 766. l. 71.
Samolus, c. 677. l. 31.
Samos, Samus, c. 377. l. 66.
Sanchoniathon, c. 771. l. 64. & c. 772. l. 7.
Saniſera, c. 635. l. 21.
Saphar, Sapharitæ, c. 144. l. 34.
Saraballum, c. 27. l. 35. & c. 416. l. 8.
Σαράβαρα, c. 27. l. 38.
Σάρακα, Σαρακηνοί, Saraceni, c. 413. l. 51.
Σαρδὼ, Sardinia, c. 572. l. 31. 73.
Σαργάνη, c. 214. l. 2.
Sarmadacus, c. 397. l. 1.
Sarra, Sarranus, c. 735. l. 27.
Saſo, Saſſo, c. 464. l. 21.
Σατύρος, c. 672. l. 24.
Satyri, c. 444. l. 25. 53.
Sayne, c. 666. l. 26.
Σκανδαρία, Scandaria, c. 375. l. 63.
Schac, c. 113. l. 64. & c. 114. l. 9.
Schaccorum Ludus, ibid. l. 10.
Σχερία, Scheria, c. 463. l. 44.
Σκίαθος, Sciathus, c. 400. l. 2.
Scincus, c. 731. l. 4.
Σκῶλος, c. 523. l. 59.
Σκῶλος, Scolus, c. 436. l. 14.
Σκύλλα, Scylla, c. 523. l. 53.
Σκύφιος, Scyphius equus, c. 299. l. 30. 44. & c. 747. l. 7.
Σκυρωνίτης, Scyronites, c. 747. l. 15.
Σκῦρος, Scyrus, c. 399. l. 71.
Scythæ, c. 189. l. 71.
Segeſta, c. 512. l. 51.
Σίλα, Sela, c. 92. l. 9. 24.
Σελαμβίνα, Selambina, c. 617. l. 20.
Σέλγη, Selga, c. 364. l. 7. 12.
Σεμίραμις, Semiramis, c. 740. l. 43. 59. 61.
Sena, c. 666. l. 20. 15.
Seriphus, c. 414. l. 5. 25.
Σήσαμον, Seſamus, Seſamum, c. 392. l. 24. 41.
Σήσαμος, Σήσαμον, c. 353. l. 52. l. 57.
Setabis, c. 623. l. 6. 12.
Seth, l. c. Typhon, c. 10. l. 38.
Sethron, Sethroitæ, c. 293. l. 65.
Sevilia, c. 603. l. 42.
Sexi, c. 616. l. 71.
Sicani, c. 565. l. 14.
Σικανία, c. 754. l. 37.
Sicilia, Siculi, c. 565. l. 55. & c. 566. l. 15. & c. 568. l. 29. & c. 569. l. 11.
Sicinus, c. 416. l. 66.
Σιδὴ, c. 438. l. 17. & c. 445. l. 56.
Σίδη, Side, Sidenes, c. 291. l. 27. 47.
Sidon urbs, c. 302. l. 37. & c. 717. l. 20.
Sidon puella, c. 709. l. 11.
Sierra, c. 740. l. 63.
Silenus, c. 443. l. 46.
Silices, c. 246. l. 2.
Silures, Silura, c. 416. l. 23. & c. 651. l. 10.
Simpulum, c. 751. l. 58.
Sindon, ibid. l. 43.
Siphnus, c. 413. l. 41. 71.
Sippari, Sipphara, c. 21. l. 10.
Σίρβη, Sirba, Sirbon, c. 363. l. 5.
Sirenes, c. 443. l. 45. & c. 521. l. 58. & c. 593. l. 46.
Sirupum, c. 713. l. 16.
Siſara, c. 484. l. 73.
Σισυμβρίον, c. 759. l. 16.
S[illegible] 362. l. 2.
Σισυρνοῦται, c. 634. l. 48. & c. 6[illegible]2. l. 50.
Σίσυρνοι, ibid. l. 41.
Σίφλαιον, c. 754. l. 66. 73.
Σίττυ, c. 707. l. 39.
Sittace, c. 258. l. 19.
Smaragdus, c. 101. l. 13.
Σμυὶ, Smy, c. 10. l. 33.
Σολοεὺς, Solus, c. 514. l. 42. 55. & c. 641. l. 22.
Σολοικίζειν, Σολοικισμὸς, c. 376. l. 64.
Σόλυμοι, Solymi, c. 364. l. 16. 38.
Sonuba, c. 603. l. 26.
Σόρβη, c. 735. l. 27.
Sorb, c. 680. l. 48.
Sorbiodunum, ibid. l. 49.
Spada, c. 669. l. 30.
Σπανία, Spania, c. 168. l. 1. & c. 631. l. 4.
Sparum, c. 670. l. 11.
Spatha, Spata, c. 669. l. 30. 48.
Spedo, ibid. l. 45.
Spira, ibid.
Spitte, ibid. l. 46.
Spiſſ, ibid.
Sphinx, c. 433. l. 19. 40. & c. 434. l. 3. 22.
Sporas, c. 420. l. 34.
Stabæi, c. 223. l. 51.
Στάδια, Stadia, c. 370. l. 64.
Succhæ, Suachen, c. 281. l. 5. 7.
Σαβίνοι, c. 676. l. 68.
Sue, c. 246. l. 5.
Σοὺλ, Suel, c. 616. l. 58.
Suffetes, c. 473. l. 21. & c. 717. l. 26.
Sulchi, c. 577. l. 5.
Sula, c. 751. l. 70.
Σύβαρις, Sybaris, c. 289. l. 32.
Συδὺκ, Sydyk, c. 707. l. 4.
Σύμη, c. 372. l. 45.
Symæthus, c. 531. l. 46. 56.
Syraco, Συρακὼ, c. 539. l. 57. 63.
Syracuſæ, Συρακοῦσαι, ibid. l. 40. 63.
Syri, c. 301. l. 53.
Συρίη, c. 419. l. 67. & c. 753. l. 13.
Syrus, Syra, Syric, c. 410. l. 23. 37.

T.

TAβάλα, c. 572. l. 52.
Tabraca, c. 475. l. 52. 60.
Taciape, c. 494. l. 3.
Τάγηνα, c. 747. l. 66.
Τάγος, Tagus, c. 627. l. 15.
Ταίναρος, Tænarus, c. 459. l. 65.
Tamaſſus, c. 356. l. 65.
Tamnacum, c. 755. l. 66.
Tanacetum, ibid. l. 71.
Tanagra, Tanagræus, c. 435. l. 11. 21. 31.
Tanaſie, c. 755. l. 72.
Τάφιοι, Taphii, c. 464. l. 40. 65.
Taprobane, c. 141. l. 66. & c. 692. l. 6.
Taram, Taran, c. 662. l. 21. 29.
Taramis, ibid. l. 20. 29.
Ταρρακὼν, Tarraco, c. 623. l. 44.
Tarus, c. 358. l. 50.
Tarteſſis, c. 59[illegible]. l. 15.
Taurus mons, c. 524. l. 53.
Taxea, c. 675. l. 45.
Τελχῖνες, Telchines, c. 371. l. 40. 51.
Telen, c. 680. l. 62. 71.
Telmeſſus, Telmiſſus, c. 363. l. 42. 45.
Telo Martius, c. 680. l. 68.
Τῆλος, Telus, c. 372. l. 49.
T[illegible]ſa, c. 350. l. 71.
Τεμέση, Temeſe, c. 594. l. 11. 42.
Temmices, c. 432. l. 45.
T[illegible]os, c. 386. l. 37.
Τῆνος, Τήνος, Tenus, c. 409. l. 59.
Τερίας, Terias, c. 536. l. 41. 53.
Termates, c. 622. l. 26. & c. 662. l. 16.
Θαμαρὼθ, c. 755. l. 45. 65.
Thamanorum pagus, c. 18. l. 53.
Thamneri, c. 194. l. 31.
Θάψος, Thapſus, c. 535. l. 14. & c. 760. l. 51.
Θάσος, Thaſus, c. 393. l. 9. 22.
Θῆβαι, Thebæ, c. 426. l. 58. & c. 751. l. 7.
Θέρμα, c. 760. l. 43. 54.
Thera, c. 424. l. 51.
Thoiar, Toiar, c. 494. l. 63.
Thor, c. 662. l. 23.
Θὼς, c. 617. l. 34.
Θορθαὶ, c. 671. l. 17. 22.
Thrambus, c. 441. l. 63.
Thule, c. 654. l. 72. & c. 655. l. 12.
Thur, c. 671. l. 7.
Thurius, c. 43[illegible]. l. 54.
Thyades, c. 445. l. 24.
Θύμβρα, c. 54[illegible]. l. 25.
Θυμιατήριον, c. 640. l. 53. 60.
Θυρεὶς, c. 6[illegible]. l. 39.
Thyrius, c. 445. l. 33.
Tibareni, c. 18[illegible]. l. 11. 37.
Tibius mons, c. 175. l. 2.
Τίλγαμος, Tilgamus, Tiganus, c. 741. l. 37. 44.
Tilphuſius, c. 432. l. 42.
Tingis, c. 47[illegible]. l. 56.
Tiſſa, c. 429. l. 59.
Tobata, c. 174. l. ult.
Tolo, c. 680. l. 62.
Torpacion, Torpæion, c. 770. l. 30. 54.
Tortola, c. 623. l. 42.
Τόρος, Torus, c. 554. l. 59.
Tor, c. 681. l. 28.
Τριμφευμα, c. 675. l. 9.
Triton, c. 486. l. 13. 22.
Trocmi, Trogmi, Trocmades, c. 175. l. 39. 57.
Trophonii antrum, c. 435. l. 40.
Troſibis, c. 365. l. 50. 63.

Tuſſol.

S

Tuito, c. 463. l. 4.
Turduli, c. 600. l. 69.
Tympanum, c. 751. l. 42.
Τύφων, Typhon, c. 588. l. 49.
Τύρος, Tyrus, c. 735. l. 35. & c. 776. l. 59.

V.

VAcca, c. 484. l. 57. & c. 731. l. 6.
Vagedruſa, c. 558. l. 1.
Val de Noto, c. 544. l. 40.
Vargi, c. 668. l. 45.
ὑαργυγὺμ, c. 759. l. 42.
I... Potamo, c. 355. l. 46.
[illegible], c. 757. l. 30.
Vecta, c. 682. l. 31.
Veleno, c. 663. l. 27.
Vergobretus, c. 665. l. 47.
Οὔεσσα, Veſſa, c. 554. l. 69.
Vezires, c. 224. l. 17.
Virgæ, id eſt, purpura, c. 674 l. 61.
Uliſippo, c. 627. l. 38.
Volema, c. 677. l. 34.
Vonon, c. 665. l. 15.
Urania, c. 354. l. 62.
Urotal, c. 118. l. 71.
Urphe, c. 138. l. 17. & c. 142 l. 12.
Uſtica, c. 515. l. 47. 67.
Utica, c. 474. l. 2.
Vulcanus, c. 183. l. 2. & c. 399. l. 45.
Uzita, c. 482. l. 44.
Wor, c. 667. l. 34.

Z.

ZAba, c. 243. l. 60.
Ζάβατος, c. 242. l. 27.
Zacynthus, c. 12. l. 54. & c. 455. l. 48.
Ζαχεδὶς, c. 12. l. 17.
Zama, c. 484. l. 52. & c. 731. l. 8.
Ζάγκλη, Zancle, c. 524. l. 3. 37.
Ζὰφ, c. 372. l. 26.
Zargatona, c. 760. l. 13.
Ζαπίνιον, c. 114. l. 13. & c. 206. l. 50.
Ζεγέριες, Zegeries, c. 724. l. 24.
Zephyria, c. 418. l. 50. 68.
Ζεγφοὺς, Ζεγφοὺρά, c. 752. l. 66.
Zeibis, c. 245. l. 61. 72. & c. 361. l. 73.
Zerynthus, c. 397. l. 20. 58.
Ζεὺς, c. 7. l. 72.
Ζυγὸς, c. 760. l. 43.
Zimicum, c. 763. l. 9. 22.
Ζώνη, Zona, c. 484. l. 58. & c. 731. l. 5.
Ζωφασημὶν, c. 706. l. 23.
Ζῶφος, c. 206. l. 50.
Zoroaſter, ibid. l. 21. 47.
Zorus, c. 468. l. 65.
Ζουχάβαρι, Zuchabari, c. 487. l. 15.
Zugar, c. 760. l. 50.

INDEX,

LOCORUM SCRIPTURÆ SACRÆ,

Quæ in *Phaleg*, & *Phœniciis* explicantur,

Primus numerus Script. S. caput notat; Secundus verſum; Tertius verò Phalegi & Phœniciorum columnam.

GENESIS.

Cap.	Verſ.	Col.
1	2	705
	5	ibid.
4	4	707
9	28	729
	22	8
	26	10
10	27	148. 149. 150
	9	217
13	11	219
24	31	30
	20	719
	21	424
22	2	721
28	18	707
	14	629
30	8	762
	13	438
	35	549
	37	618
31	27	729
36	24	764
39	1	447
41	2	758
	50	775
41	11	388
46	9	266
	26	442
	35	357
42	7	5
	13	302

EXODUS.

Cap.	Verſ.	Col.
1	14	548
12	8	755
19	9	733
21	10	ibid.
22	18	417
27	8	524
30	23	384
35	22	716

LEVITICUS.

Cap.	Verſ.	Col.
19	27	361
25	6	74
	18	592

NUMERI.

Cap.	Verſ.	Col.
6	13	651
11	7	759
14	45	670
24	4	711
	24	458
32	2	741
33	50	718

DEUTERONOMIUM.

Cap.	Verſ.	Col.
2	23	291
8	4	531
16	9	734
32	8	37
	18	665

JOSUA.

Cap.	Verſ.	Col.
12	13	908
19	2	113
	9	616
	29	531 & 776
	42	617

JUDICES.

Cap.	Verſ.	Col.
2	10	347 & 348
	26	629
	35	617
4	18	673
5	21	428 & 681
8	33	775
18	7	303
20	16	633

1. SAMUELIS.

Cap.	Verſ.	Col.
2	4	744
9	4	616

2. SAMUELIS.

Cap.	Verſ.	Col.
2	8	536
5	8	544
8	18	774
11	21	ibid.
18	24	670

1. REGUM.

Cap.	Verſ.	Col.
1	18	423
5	9	739
9	33	714 & 715
	26	658
18	5	709
20	28	230

2. REGUM.

Cap.	Verſ.	Col.
7	6	252
8	35	673
9	33	670
10	12	549
17	30	673
19	9	411
	20	ibid.
	25	ibid.

1. CHRONICORUM.

Cap.	Verſ.	Col.
1	51	23
	52	ibid.
4	14	ibid.
	41	122
14	15	187
18	17	423

2. CHRONICORUM.

Cap.	Verſ.	Col.
12	2	280
20	1	422
	27	729
26	7	121
29	13	737

NEHEM.

Cap.	Verſ.	Col.
8	2	592

JOBUS.

Cap.	Verſ.	Col.
5	15	212
16	13	718 & 719
26	10	639
30	28	216
40	10	643

PSALMI.

Cap.	Verſ.	Col.
2	9	669
7	6	724
18	40	744
32	1	730
42	8	543
68	32	547
72	9	251
74	14	281
	15	311
78	63	421
89	24	670
107	35	429
120	5	184
137	1	35
139	9	927

CANTICUM CANTICORUM.

Cap.	Verſ.	Col.
2	9	755
1	11	421
4	8	359 & 360
	14	184
5	2	718
6	8	525

ESAIAS.

Cap.	Verſ.	Col.
3	16	346
7	14	765
9	17	518
10	33	673
	33	626
13	19	434
	22	444
	22	436
16	21	641
18	1	212
	2	186 & 259
19	2	260
20	2	671
23	1	260 & 261
27	1	527
	2	558
40	4	511
	22	639
45	14	211
49	12	375
51	2	259
	20	187
66	19	266 & 270

JEREMIAS.

Cap.	Verſ.	Col.
1	11	148
2	22	160
4	29	732
5	8	185
13	23	215
22	14	485 & 216
30	18	558
41	1	277
43	9	500
46	9	395
	25	5
49	19	544
51	27	20
	44	440

EZECHIEL.

Cap.	Verſ.	Col.
16	12	411
23	14	485
25	16	412
26	9	678
27	6	358
	12	370
	13	354. 181. 182
	15	219
	17	346
	19	216
	21	319
	23	322
29	14	276

Cap.	Verſ.	Col.
30	8	211
	9	ibid.
	15	5 & 275
32	26	183
38	2	187 188
	3	189
	4	ibid.
39	3	ibid.
DANIEL.		
3	5	728
4	30	233
5	7	674
10	13	502
11	29	258
	32	ibid.
AMOS.		
4	2	20
6	5	666
7	7	648
9	7	290 & 291

Cap.	Verſ.	Col.
JONAS.		
3	3	251 & 252
4	11	252
MICHEAS.		
7	12	20
NAHUM.		
1	8	251
2	6	244
	8	254
	5	668
3	8	6. 248
	9	275
	10	ibid.
	17	251
SOPHONIAS.		
2	1	428

Cap.	Verſ.	Col.
	6	ibid.
BARUCH.		
5	4	24
1. MACABÆORUM.		
12	21	458
2. MACABÆORUM.		
1	13	245
	15	ibid.
MATTHÆUS.		
5	40	770
15	5	716
MARCUS.		
7	26	249 & 250
14	70	701

Cap.	Verſ.	Col.
JOHANNES.		
5	2	616
19	13	242
ACTA APOSTOLORUM.		
7	43	59
17	28	665
27	16	504
	17	508
	27	503
	41	502
28	1	ibid.
	2	499
	7	502
	51	713
1. AD CORINTHIOS.		
16	22	665
2. AD TIMOTHÆUM.		
2	8	288

I N D E X

LOCORUM AUTHORUM, CUM SACRORUM, TUM PROFANORUM,

Quæ in *Phaleg* & *Phœniciis* emendantur, aut illuſtrantur.

Nomina Authorum juxta ordinem Alphabeticum diſpoſita ſunt.

A.

Aben-Eſra in Notis ad Jonam, cap. 1. Dicunt porrò Sapientes Iſraël eam vocari אטורייא *Aurtia* (lege אטוריא, *Aturia*) 241

Ælianus de Animalib. l. 13. cap. 15. Πέφυκε δὲ καὶ λαγὼς ἕτερος... κύκλος ὄνομα αὐτῷ... φυλάττει τὴν ἐπωνυμίαν... ὃν ποιοῦσι Ἰβηρίων Ἑσπέριοι (lege Ἴβηροι οἱ Ἑσπέριοι) ἔθεντο. 631

Idem de Animal. lib. 15. cap. 26. καὶ αὖ πάλιν ἄλλας ἐχεώδεις (lege ἐχινώδεις) ὀξείας ἀκάνθας ἔχοντας, ὑσπερινῶν καὶ οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσιν ἐχενᾶδας; (lege ἐχῖνας.) 714

Idem de Animal. lib. 16. cap. 35. καλοῦσι δὲ αὐτὸν Κύνδιον, (lege Κύθνιον) ὁ αὐτὸς λέγει. 408

Ælius Gallus, quo loco Arabiæ populos inter ſe conferens, dicit, Numeroſiſſimos eſſe Homeritas..... *Cembanos* & Arios armis præſtare, (lege *Cerbanos.*) 143

Æthicus in Coſmographia, ubi de Aſiæ ſitu, limitibus, & populis; Generaliter Parthia dicitur, quamvis *univerſa* (lege *univerſam*) Scripturæ ſæpe Mediam vocant. 898

Idem ibidem, ubi de Europæ ſitu, &c. Inſula *Tila*, (lege *Thule*) quæ per infinitum a cæteris paret,.... vix paucis nota habetur. 654

Agatharchides Gnidius cap. 49. de Alilæis & Caſandrinis apud Photium Tmem. 250. pag. 1370. τότε χώρας ἡ πλείστη πάμφορος μέν ἐστιν, οὐ πάσα δὲ τυγχάνει θεραπείας τῶν ἄλλων ἀπειροτέρων ὄντων (lege τῶν ἁλιέων ἀπειροτέρων ὄντων) Interpres *ob cæterorum imperitiam* (verte, *ob eorum utpote piſcatorum imperitiam.*) 140

Ejuſdem Interpres cap. 50. de Sabæis, apud Photium itidem Tmem. 250. pag. 1374. Diſpenſant πᾶν τὸ πῖπτον εἰς διαφορᾶς λόγον. Interpres vertit, *quidquid ſub calculum tranſportationis cadit.* (Verte, *quidquid habetur pro ſumptuaſa.*) 132

Agathias lib. 2. ubi de Perſis; Οὗτος δὲ ὁ Ζαρεάδος (lege Ζωροάτρος) ... ὁπηνίκα μὲν ἤκμασε τὴν ἀρχὴν .... οὐκ ἔνεστι σαφῶς διαγνῶναι. 550

Ammianus lib. 18. Qui textus ſignificabat Perſarum regem tranſitis fluminibus *Anzaba*, (lege *Zaba deletâ particulâ An*) & Tigride... dominum Orientis affectare totius. 244

Idem lib. 23. Hic corporibus cibo curatis & quiete, poſtridie ventum eſt ad *Calliniſum*, (lege *Callinicum.*) 839

Idem lib. 23. his tractibus Suſiani junguntur, apud quos non multa ſunt oppida: inter alia tamen eminet Suſa.. & *Artiana*, &c. (lege *Tarſiana.*) 836

Idem ibidem. Ac licet abundet urbibus mediterraneis... has tamen civitates habet eximias, Geapolim, Naſcum... & *Taphron*, &c. (lege *Tapharon.*) 146

Ammonius de differ. voc. Γεφυρισμὸς δὲ (lege Γεφυρισμοὶ) ἀπὸ τοῦ τοῖς Ἀθήνησιν ἐπὶ τῆς γεφυρῶν ἐπιγχεύφειν, ἤτοι ἐμμέτρως, ἢ καὶ δίχα μέτρου ἀποσυρμοὺς (lege διασυρμοὺς) τινῶν. 455

In Antonini Aug. Itinerario, *Liſiro* m. p. L. &c. (lege *Clyſma.*) 107

Apollodorus lib. 2. Κατὰ δὲ τὴν πρώραν ἐνήρμοσεν Ἀθηνᾶ φωνῆ (lege φωνῆεν) φηγοῦ τῆς Δωδωνίδος ξύλον. 239

Apollonii Scholiaſtes lib. 2. τὸ δὲ Σήσαμον μετωνομάσθη Δαμαστρις (lege Ἄμαστρις) ἀπὸ Δαρείου ἀδελφοῦ θυγατρός. 392

Idem ibidem ἐκλήθη δὲ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ σήσαμον λαβεῖν παρὰ Καρῶν, ἀντὶ τῆς χώρας βουλομένων κτίσαι τὴν πόλιν. (Lege ἀπὸ τοῦ σήσαμον λαβεῖν) (ſupp. τοὺς ἐγχωρίους) ἀντὶ τῆς χώρας παρὰ Καρῶν βουλομένων κτίσαι τὴν πόλιν. ibidem.

Appianus in Ibericis, τοῦ Ἡρακλέος, ἱερὸν Φοίνικές μοι δοκοῦσιν ἱδρύσασθαι δὲ καὶ θρησκεύεται νῦν ἔτι φοινικῶς, (lege φοινικικῶς.) 610

Apuleius in libro de virtut. herbarum cap. 1. Arnogloſſon Punici *Aſirercan* vocant. (lege ἀτιρερκὸν atieircon.) 708

Idem ibidem cap. 4. Hyoſcyamum Punici *gingam* vocant (lege *bingam.*) ibidem.

Idem ibidem cap. 9. Batrachium Punici *Atzicurur* appellant (lege חציר קרה *Atzir curra*) ibidem.

Idem ibidem cap. 23. Anibemidem Galli veteres appellabant *Auliticam* (lege *Ovalidiam* aut *Avaliticam.*) 755

Idem ibidem cap. 47. Callitrichon ſive Adianton Punici vocant *neſſa eſſe ſade* (lege נצת השדה *Neſſath heſſade.*) 702

Idem ibidem cap. 60. Aſterion, Punicè *derdum*, (lege cherdun vel cherdan.) ibidem

Idem ibidem cap. 65. Periſtereon Punici *zimicum* (lege *zibicum*) alii azirgozol. 763

Idem ibidem cap. 127. Braſſicam Sylvaticam Græci Cramben, alii cynocharon (lege cynomoron) nuncupant Punici *butzutzim.* (Scrib בוצצים *butz-zizim.*) ibidem.

Interpres Arabs Erpenianus Gen. 43. 11. מסתק *miſtac* (lege פסתק *phiſtac*: id eſt piſtacia. 390

Arator Subdiaconus Hiſtor. Apoſtol. lib. 2.

*Sicaniæ lateri * remis vicina Melite.*

(lege * *tellus*) 503

Ariſtoteles Polit. lib. 3. cap. 3. ἧς γέ φασιν ἑαλωκυίας τρίτην ἡμέραν οὐκ αἰσθέσθαι τι μέρος πόλεως. (Lege τρίτου ἡμέρας μέρος τινὰς οὐκ αἰσθέσθαι: vel voce μέρος bis repetitâ τρίτου ἡμέρας μέρος, μέρος τι τῆς πόλεως, &c.) 43

Idem in Libro Mirabilium; Φασὶ δὲ καὶ ἐν Λυδίᾳ (lege Λιβύῃ) ἀπὸ τῶν δένδρων τὸ μέλι γίγνεσθαι πολύ, &c. 491

Idem ibidem; Δημόνησος ἡ Καρχηδόνος.

χηδονίων (lege Καλχηδονίων) ἐπῆς Ὁ, ἀπὸ Δημονήσου --- τὴν ἐπωνυμίαν εἴληφεν, &c. Idem mendum ſic corrige in Æliani Variis lib. 13. cap. 31. Item in Tzetzis Enarratione in Heſiodi Opera & Dies. Item in Ariſtophanis Scholiaſta in Equitib. Act. 4. ſub finem. 506

Arrianus in Periplo maris Erythræi, in deſcriptione Avalitis Emporii; Φέρεται δὲ ἐξ αὐτῆς, ποτὲ καὶ τῶν βαρβάρων ἐπὶ σχεδίαις διαφερόντων, εἰς τὴν ἀντικρὺς Κῆλις, &c. (lege Ὄκηλιν.) 123

Idem eodem tract. ubi de Muza Emporio: Καὶ μετ' ἄλλας ἐννέα ἡμέρας Ἀφὰρ μητρόπολις: (lege Σαφάρ.) &c. 144

Arrianus Alex. Expedit. lib. 3. Βύμαδος fluvius (lege Βούμηλος) ut lib. 6. vel potius in utroque libro Μώδηλος. 243

Athenæus lib. 3. cap. 36. Ἐμπίπλασι Οὐλπιανὸ χεβρεδλάψω (lege χεβροβλάψω) πατρίς, ὃς παρ' οὐδενὶ γέγραπται, πλὴν εἰ μὴ ἄρα τοῖς τὰ Φοινικικὰ συγγεγραφόσι, Συνιαίθωνι (lege Σαγχωνιάθωνι) καὶ Μωχῷ τοῖς πολίταις. 726. 727. & 772

Idem lib. 7. in Loco, quem citat ex Cyclope Antiphanis: ἔστω δὲ ὑμῖν κεστρεὺς Ὑμήττιος (lege Συμαίθιος.) 531

Alexis apud eundem lib. 12. Lanas generis eximii Calabras Apulaſque Milites noſtri exiſtimabant (lege Mileſiae Noſtri exiſtimabant) &c. 26

Poſidonius apud eundem lib. 14. πετάκιοι ἐστὶ μάκαρι, παραμφερῆ τοῖς δακρύοις, &c. (Lege καρύοις.) 389

Athenagoras in Legatione pro Chriſtianis apud Ariſtæum: Χῖοι Ἀρισέα τὸν αὐτὸν καὶ Δία καὶ Ἀπόλλω νομίζοντες; (legendum, Κεῖοι Ἀρισταῖον) &c. 408

Auguſtinus de Civit. Dei lib. 16. cap. 1. latiſicet Deus Japheth (legendum latificet) &c. 149

Idem Epiſtol. 44. dicit Pœnos habere in Sacerdotibus Eucaddires. (Leg. Eneaddires aut Enucaddires, quaſi Addiri initiatos diceres.) 766

Idem ibidem, Namphanio quid aliud ſignificat, quam boni pedis hominem, &c. (legendum נעם פעמו Nam-phamo, id eſt, pulcher eſt pes ejus.) ibidem.

Idem Enarratione in Pſal. 9. 8. Carthagini, ubi nunc eſt regnum Cœleſte (Lege Cœleſtis, hoc eſt, Uraniæ.) 769

Avicenna lib. 2. dicit רוקו eſſe ſemen paſtinacæ Sylveſtris. (Pro רוקו legendum דוקו Dauci.) 754

Idem lib. 4. Fen. 4. Tract. 1. cap. 22. de baſiliſco; hic ſerpens multiplicatur in terra אלתרך ולוביה Altore, hoc eſt, Turciæ & Lubiæ. (Pro אלתרך Altore aſcribe אלברך Albarc, id eſt, Barcæ.) 297

In Eodem lib. 4. Fen. 4. Tract. 3. cap. 38 de dipſade; Eſt in regione לוקיאה, Lokiati, latinè vertitur, (ſed lege Labia, vel Lybia.) ibidem.

B.

BAruch cap. 1. verſ. 4. ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ Σὺδ, (leg. Σὺρ ad fluvium Sur.) 34

Benjamin Judæus, Itinerarii pag. 75. Edit. Lugd. Bat. 1633. cum verſione Conſtant. l'Empereur: Viginti octo ſunt Judæorum Synagogæ cùm Bagdadi, ובין אלפרך, tum in Alpheree. (Lege אלכרך, & verte Alcorcha.) 33

Idem pag. 77. de Turre Babel, בנוי בלבנים הנקראים לאגור lateribus, quos lagour vocant, conſtructa eſt. (Pro lagour ſcribendum agour.) 39

Idem pag. 81. hinc (Kupha ſcilicet) ſeſquidiei itinere יום וחצי diſtat Suria. (Legendum חצי יום media diei.) 35

Idem pag. 121, Ibi turris magna ab eo caſtructa fuit, quæ dicitur Magraa, Arabicè verò מגאר, Megar. (Legendum מנאר Menar Candelabrum, ſeu Pharus.) 262

Idem pag. 108, Ante altare fani ſui vallis magna eſt, in qua quotidie magnum ignem accendunt. Eum vocant Arabicè אלוהותא, Elobouta, Divinitatem, (lege Albauta, eam vocant voraginem.)

C.

CAllimachus in fragmentis poematis de Coma Berenices,

--- Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος.
Γειόθεν * ἀντέλλοντα κακὸν φυτὸν οἵ μιν ἔφηναν.

* (lege ἀντέλλον τι, &c.) 182

Ambo Chaldæi Interpretes Gen. 10. 4. pro כתים Chittim habent אכזיא. (Lege אכאיא Achaia,) 157

Chaldæo-Hierosolymitanus Gen. 10, 13. Miſraim genuit ית מריוטאי Mareotae.) Legendum ית מרויטאי Meroitas, Jod & Vau tranſpoſitis.) 271

Idem ibidem Gen. 10, 13. Miſraim genuit וית לוכטאי & Luſtaos. (Leg. ליווסטאי Libyſtios) 263

Chaldæus Interp. Jonathan Gen. 10. 14 pro Pethroſæis habet נכיסאי Νησιώτας inſulares: (legendum פלוסיואי Pelaſiotas.) ibidem.

Idem Gen. 20, 18. pro Arradæis habet לוטסאי (Lege לודקאי, id eſt, Laodicenſes.) 305

Chaldæus Paraphraſtes Onkelos Gen. 16, 14. inter Cades & Bered exponit inter Rekam & Petram בין רקם ובין חגרא (legendum ובין חלוצא, & vertendum inter Rekam & Elaſam.) 688

Idem & cum eo Jonathan; Gen. 20, 1. inter Kades & Sur vertunt inter Rekam & Petram בין רקם ובין חגרא (Leg. בין רקם ובין חלוצא inter Rekam & Elaſam.) ibidem.

Chaldæus Interpres Ezechiel. 17, 23. Carræ, Niſibis וחדיב & Hatiab. (Leg. חדיב Hadiab.) 241

Clemens Alexandrinus in Protreptico ſeu Admonitione ad Gentes: ubi de Artaxerxe loquitur. πρῶτος τῆς Ἀφροδίτης Τανάϊδος (lege Ἀναΐτιδος) τὸ ἄγαλμα ἀναστήσας ..... ὑπέδειξε σέβειν. 245

Idem Pædag. lib. 1. cap. 1. Οἱ δὲ ἐξυμνεῖν οὐκ αἰσχύνονται τὰς σφετέρας ἡδυπαθείας, τὰς ἐν τῷ πορθμῷ τῷ Σικελικῷ σμυραίνας πολυπραγμονοῦντες.. καὶ τὸν ἐν Σκιάθῳ (lege Συμαίθῳ) ἀστερῖτ. Idem mendum corrige in Polluce. 532

Idem Stromat. lib. 1. ὥς φησι Μένανδρος ὁ Περγαμηνὸς καὶ Λαῖτος ἐν τοῖς Φοινικοῖς. (Lege Φοινικικοῖς.) 777

Idem ibidem lib. 5. ubi de voce Ζάψ, ex Simmia Rhodio.

Ἀμαιμακέτων καὶ Τελχίνων ἶφυ ἡ ἁλυκὴ
Ζάψ (Legendum
--- ἄμμας
Γυιῶν καὶ Τελχίνων ἶφυ ἡ ἁλυκὴ Ζάψ.) 372

Idem ibidem lib. 6. Ζὰς (lege Ζεὺς). ποιεῖ φᾶρος μέγα τε καὶ &c. 209

Idem ibidem ἃ γάρ ἐστιν αὐτῶν εὕρημα, τῶν δὲ προφητῶν, σφετερισάμενοι προσέθηκαν τῷ μὲν (lege μὲν) ὑπάρχοντι κατ' αὐτὴν σοφῶ. ibidem.

Concilii Chalcedonenſis part. tertia, in Epiſt. Epiſcoporum Ægyptiorum ad Leonem Auguſtum, Pœman dicitur Epiſcopus Eliſmatis, lege Clyſmatis) 107

Conſtantinus Porphyrogenneta, Themate 15: ubi de Samo Ionica: Σάμος, ἀπὸ Αἰγαία (lege Ἀγκαίου) καὶ Σαμίας τῆς Μαιάνδρου τοῦ ποταμοῦ θυγατρὸς, &c. 378

Cyrillus Glaphyr. lib. 2. αὐτὰς δὲ (lege αὐτὸς δὲ) συγχεῖ τοῖς γλώσσαις: 52

Cyrillus Alexandrinus in Commentar. ad Eſaiæ caput 19. verſ. 2. ὥστε καὶ πόλιν (lege πόλιν ἐπὶ πόλιν) καὶ νομὸν ἐπὶ νομὸν πεποιθέναι τὰς ἐφόδους. 260

Idem Ibidem, lib. 2. τὰ πρόσοικα τῇ Θηβαΐδι ἔθνη βάρβαρα, Βλέμμυες δὲ οὗτοι, οἳ καὶ εἰσιν Αἰθίοπες, ἐντεχνήσαντα μὲν τὰς βελῶν ἀφαιρέσεις (lege ἀφέσεις) πεποιθότας μεμελετήκασι. 267

D.

DIodorus Siculus Biblioth. hiſtor. lib. 3. pag. 123. Ἐκδέχεται κόλπος Ἀλανίτης. (Lege Αἰλανίτης.) 686

Idem lib. 3. pag. 126: χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου πλῆθος ἐπικεκλυκότος παρ' αὐτοῖς, καὶ μάλιστα ἐν Σαγγαῖς, (Alii Σάμαις; legendum Σάβαις) ἐν ᾗ τὰ βασίλεια κεῖται, τορεύματα μὲν ἀργυρᾶ .... ἔχουσι, &c. 131

Idem lib. 5. pag. 227. ſub finem: αὐτὸς δὲ εἶχεν ἐπιγραφὴν Φοινικοῖς γράμμασιν, &c. (Leg. Φοινικικοῖς.) 367

Idem lib. 5. pag. 228. ἐπὶ δὲ ἱερὸν Ἀταμύρου (lege Ἀταβυρίου) Διὸς ἱερὸν ἱδρύσατο τοῦ προσαγορευμένου Ἀταμυρίου, &c. (legendum iterum Ἀταβυρίου.) 369

Idem lib. 5. pag. 231. ἀφ' ἧς αἰτίας μάλιστα παρὰ τοῖς Κρησὶν ἐξηλῶσθαι τὴν τέχνην, καὶ τὸ τόξον Σκυθικὸν. (Lege Κρητικὸν) ὀνομασθῆναι. 423

Idem lib. 13. pag. 376. Ἀκραγαντῖνοι μὲν ἦσαν πλείους τῶν δισμυρίων, &c. (Lege δεκαεσμυρίων.) 253 & 553

Dionyſius Periegetes, ſeu Afer, in Poemata de Orbis ſitu;

Νῆσοι δὲ ἐξείης Γυμνήσιαι, ἄγχι δὲ Βῦσος.

(Legendum, ἄγχι δ' Ἔβυσος, & prope Ebuſus.) 633

Idem ibidem

Καὶ Χῖος ἡλιβάτου Πελλαναῖ ὑπὸ πέζαν.

(Reſcribendum ἠλιβάτοιο Πελινναίου. Euſtathius in Scholiis ad hunc locum habet, ὄρος τὸ Παλινναῖον. Legendum itidem Πελινναῖον. 383

Idem ibidem.

--- εἰς ἐπὶ γαῖαν
Χατραμὶς ἐνναίει κατεναντία Περσίδος αἴης.

(Pro ἐνναίει lege ἐν Μάκαις, vel ἐν Μάκαις.) Et in verſione Avieni,

--- Et inde
Chatramis eſt tellus, Cœ- ma vicina fluento
Perſidis accedit.

(Pro Came legendum Macæ; vel Maci.)

Antiochus Syracuſanus apud Dionyſium Halicarnaſſ. Antiquit. Roman. lib. 1. docet, τὴν γῆν ὅση ἐντὸς ἦν τοῦ κόλπου τοῦ Ναπετίνου (lege Λαμητίνου) καὶ τοῦ Σκυλλητικοῦ, &c πρώτην κληθῆναι Ἰταλίαν. 595

Dioſcorides lib. 5. cap. 492. Κιννάβαρι οἴονταί τινες ταυτὸ ὑπάρχειν τῷ καλουμένῳ ἀμμίῳ (lege ἀμμινίῳ) πλανώμενοι. Τὸ γὰρ ἄμμιον (lege ἀμμίνιον) σκευάζεται ἐν Ἰσπανίᾳ, &c. 616

Idem lib. 2. cap. 125. de Loto vel potiùs in Auctario, ut Nothis ad cap. 125. de Loto, Ἀφροὶ ζερμαφοῖς. (Legendum ζιρμαφοισοῦ.) 752

Idem ibidem in Nothis ad caput 153. de Plantagine: Ἀφροὶ ἀτιρσιχίν. (Lege עשב ערקין, Aſir-crkin, herba nervorum.) ibid.

Idem ibidem, ad caput 158. de Coronopede; Ἀφροὶ ἀτιρσίλης (Pro Ἀτιρ legendum Ἀτρ, vel ἀτὴρ veſtigium.) 753

Idem ibidem ad cap. 170. de Eruca, Ἀφροὶ ἀσιρίκ. (Leg. ἀσιρὶκ.) ibidem.

Idem ibidem ad cap. 209. de Cappari: Ἀφροὶ ἰρβιατασθοίν. (Lege ἰβιασανάθ.) ibidem.

Idem ibidem ad cap. 214. de Myoſotide: Ἀφροὶ λαβαθολαβάτ. (Lege Lobatalapath; id

id eſt, *auricula veſpertilionis.*) ibidem.

Idem lib. 3. cap. 53. vel potiùs in Auctario ſeu Nothis ad cap. 53. de *Ruta Sylveſtri* Ἀ᾽φρολ χύρμα σημμακιδ. (Lege χύρμας, & χύρμας ἡμμακιδ.) 754

Idem ibidem ad caput 80. de *Elaphoboſco*: Ἀ᾽φρολ αιοκαυκαι. Leg. αιοκαυκαι.) 755

Idem ibidem, ad cap. 118. de *Apiaſtro*; Γάλλοι μερισιμόριον. (Lege μεριμόριον.) 626

Idem lib. 4. cap. 13. vel potius in Auctario ad cap. 13. *de Clymeno*: Οἱ ϛ ἠλιοφυὶς. (Lege ἠλιοφαὶς.) 757

Idem ibidem ad cap. 23. *de Anchuſa*: Ἀ᾽φρολ βυινεσάθ. (Legendum Βυινεσάθ, *Buineſath.*) ibidem.

Idem ibidem ad cap. de *Tragio altero*: Ἀ᾽φρολ Ἀ᾽χοισίμ. (Lege Ἀ᾽χαισίμ, *herba Achivorum.*) ibidem.

Idem ibidem ad cap. de *Papavere cornuto*; Ἀ᾽φρολ σισιμάκα. (Lege שמשם אכם *Simſimacam*, *Seſamum nigrum.*) 759

Idem ibidem ad cap. 70. de *Pſyllio*: Ἀ᾽φρολ ἀαργυγύμ. (Reſcribendum ἀαργυτύμ.) ibidem.

Idem ibidem ad cap. 71. *de Solano hortenſi*, Ἀ᾽φρολ αἰςρομανίμ. (Legendum αἰςὶρ ἰσμινί, quaſi diceres חציר השמיני 760

Idem ibidem ad cap. 128. de *Bugloſſo*: Ἀ᾽φρολ Ἀ᾽νσανάφ. (Legendum Ανσαναλύφ, *lingua bovis.* ibidem.

E.

ELias in Methurgeman; Ludæos Thargum Jeroſolymitanum explicat *Mareotas*; (vel potiùs Meroitas.) Illi mihi videntur eſſe populus, qui hodie vocatur מארוניטי *Maronita.* (Lege מארויטי *Meroita*, ut ſequentia quadrent.) Is autem eſt ex regione Pretegiani. 272

Georgius Elmacinus Hiſtor. Saracen. lib. 1. cap. 1. Heraclius deinde abiit in pagum Thſemaninum, quem extruxit Noa, ſuper quem pax, poſtquam ex arca egreſſus eſt, & aſcendit אלי גבל גודי ad montem *Gudi* (lege גורדי *Gordi*,) &c. 18

Idem Hiſtor. Saracen. l. 2. cap. 7. pag. 129. ex Verſione Erpenii; Sioe me, jam enim apparuit mihi עלי כותר שורו מאות *contra Cuterum taurus ſylveſtris moriturus.* (Vertendum, *contra Cutrum Shachmat.*) 114

Idem ibidem lib. 3. cap. 4. pag. 227. Refert Muazus .. ſe curaviſſe, ædificandam Cahiram in horoſcopo Martis, ודו קאהר עלעלך; *qui cogit orbem* (Reddendum, *qui vincit orbem.*) 136

Epiphanius adverſ. Hæreſes lib. 1. ſect. 8. Γαυαὸς δὲ ἀποδιδράσκει ἐπὶ τὴν Μεσοποταμίαν Φαδάν, ἐπάνω τ Μεσοποταμίας Σκαβά. (Lege Σαβά.) 77

Idem lib. 1. Hæreſeon ſect. de Sethianis: ὡς Ἰωνάν μὲν τὴν Ἑλληνίδα ἔχειν, &c. Μιςρὶμ τὴν τ Αἰγυπτίων, ψὺς (lege χὺς) τὴν τ Ἀ᾽ξωμιτῶν, Ἀ᾽ρμωὶτ (lege Ἀ᾽σαρμὼτ) τὴν τ Ἀ᾽ραβων. 100

Etymologus Magnus, voce Βαβυλών: Εἴρηται δὲ ἀπὸ Βήλυ; ὃς κτίσας αὐτὴν, ἀπ᾽ αὐτῦ προσηγόρευσε: Κάλα (lege Βάλα, בלע) γὰρ καλεῖται τῇ Σύρᾳ φωνῇ, ὃ τῇ Ἑλληνίδι Βῆλος. 233

Idem in Βαίτυλος: Λίβανον τὸ ὄρος τ Ἠλιε πόλεως. (Supplendum ex Phavorino Βαίτυλος, λίθος γενόμενος κατὰ τ Λίβανον τὸ ὄρος τῆς Ἠλίυ πόλεως, & pro Ἠλίυ πόλεως ſcribendum, Ηλίυ πόλεως.) Sic etiam ſcribe in Phavorino. 708

Idem voce Γάδειρα, ἐν ταῖς Φοινίαις (lege Φοινικικαῖς) ἱςορίαις. 609

Idem in voce Γάλωνες ... τὰ περίφραγματα, Φοίνικες. (Hæc verba pertinent ad Γάδειρα aliquantò ante præcedens. 750

Idem Σιννῆνος καὶ νύμφης Οἰνωνίδος (Legendum Οἰνηίδος.) Idem mendum ſic etiam corrige in Apollonii Scholiaſte, Apollon. lib. 1. verſ. 624. 416

Idem Σέσιον μύρον κρίνινον Ἕλληνες προσαγορεύουσι. (Pro Σύσιον, lege Σύσινον.) 751

Euſebius Præparation. Euangel. lib. 1. cap. 9. Ἱςορεῖ δὲ τὰ περὶ Ἰυδαίων ἀληθέςατα, .. Σαγχυνίαθων ὁ Βηρύτιος, εἰληφὼς τὰ ὑπομνήματα παρὰ Ἱερομβάλα ϛ ἱερέως Θεῦ ϛ Ἰευώ. (Lege Ἰαω.) 773

Idem ibidem Σαγχυνιάθων δὲ κατὰ τὴν Φοινικῶν διάλεκτον Φιλαλήθως. &c. (Lege Φιλαλήθης, uti Theodoretus legit.) 771

Idem lib. 1. cap. 10. de Phœnicum Theologia ex Sanchoniatone: Εἶτά φησι γεγενῆσθαι ἐκ τῦ Κολπία ἀνέμυ, καὶ γυναικὸς αὐτῦ Βαάυ, lege Βαάυτ,)... Αἰῶνα καὶ Πρωτόγονον, &c. 706

Idem ibidem; ἐκ τύτων, φησὶν, ἐγεννήθησαν Μημρῦμος, (lege ἐγεννήθη Σαμημρῦμος) ὁ καὶ Ὑψυράνιος. ibidem.

Idem ibidem; Εὗρεν ἀεροπετῆ ἀςέρα, ὃν καὶ ἀνελόμενος, ἐν Τύρῳ τῇ ἁγίᾳ νήσῳ ἀφιέρωσε. (Legendum Εὗρεν ἀεροπετῆ ἀςέριαν, ὃν καὶ ἀνελόμενος ἐν Τύρῳ τῇ ἁγίᾳ νήσῳ ταύτην ἀφιέρωσε: Et vertendum, *Invenit Aſteriam ex aere delapſam, aut in aere volantem, quâ mactatâ in Tyro ſacra inſula eam conſecravit.* 710

Idem lib. 9. cap. 17. ex Eupolemo, Βαβυλωνίυς λέγειν πρῶτον γενέσθαι Βῆλον, ὃν εἶναι Κρόνον: ἐκ τύτυ δὲ γενέσθαι Βῆλον καὶ Χαναάν, (lege Χάμ;) τῦτον δὲ τ Χαναάν γεννῆσαι τ πατέρα τῶν Φοινίκων: τύτυ δὲ Χύμ (lege καὶ Χὺμ) υἱὸν γίνεσθαι, ὃν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λέγεσθαι Ἄσβολον, πατέρα δὲ Αἰθιόπων ἀδελφὸν δὲ τῦ Μεςραείμ πατέρα (lege πατρὸς) Αἰγυπτίων. 210

Idem lib. 9. cap. 30. de Davide &c. ex Eupolemo; ἀναγκάσαντα δὲ τ Δαβὶδ, πλοῖα ναυπηγήσασθαι ἐν Ἀ᾽χάνοις (lege Αἰλανοῖς) πόλει τ Ἀ᾽ραβίας, καὶ πέμψαι μεταλλευτὰς εἰς τ Οὐρφῆ νῆσον, &c. (Lege Οὐφρῆ νῆσον.) 138 & 685

Idem lib. 9. cap. 41. de Nabuchodonoſore, &c ex Abydeno; Ναβυχοδονόσορος δὲ ... Βαβυλῶνα μὲν ἐτείχισε τριπλῷ περιβόλῳ; .... τόντε Ἀ᾽ρμακάλην (lege Νααρμάλαην) ποταμὸν ἐξήγαγεν, ἐόντα κέρας Εὐφρητέω, τόντε Ἀ᾽κρακάνον. (Lege Νακρακάνον.) 34 & 35

Idem lib. 10. cap. 11. ex Tatiano. τύτων τὰς βίβλυς εἰς Ἑλληνίδα κατέταξε φωνὴν Ἄσιτος, &c. (Lege Λαῖτος.) 777

Idem Euſebius in Chronico Græco, pag. 11. Ἀ᾽ραβαὶθ, ἀφ᾽ ϛ Ἄραβες: (pro Ἀ᾽ραβὼθ lege Ἀ᾽σαρμώθ.) 100

Idem in Locis Hebraicis voce Ophir; Ὠφείρ, ϛ τὺς υἱὺς ἀπὸ κωφῆνος ποταμῦ ἕως τ Ἰνδικῆς καὶ τ πρὸς αὐτῆς Σηρίας (lege Ἀ᾽ρίας) κατοικῆσαι Ἰώσηππος ἱςορεῖ. Idem mendum corrige ibidem, voce Σαφειρά; & in Hieronymo, qui utrobique habet Jeriam, & Jeriam, pro Aria. 96

Idem in Locis Hebraicis: Sephela, ſicut ſcribit Eſaias, Lege Abdias) pro quo Aquila *campeſtrem*, Symmachus *vallem* interpretatur. 604

Euſtathius Antiochenus Epiſcopus in Hexaëmero, Κιναῖοι περὶ Λίβανον ἄκυν καὶ Ἄμαρεν. (Lege Ἄματον.) 307

Euſtathius Odyſſ. Ο. Φερεκύδης ὁ Βαβυλώνιος, (lege ὁ Βαβυος.)

Euſtathius in Dionyſium pag. 86. Περσικὸς κόλπος μακρόντι ἐλάττων Εὐξείνυ ἐςιν, ἐν ᾧ Γκάρος τε νῆσος, Τύρος, καὶ Ἄραδος ὁμώνυμοι ταῖς Φοινικαῖς. (Lege Φοινικικαῖς.) 689

Euthymius Monachus de Heraclio Imperatore, μέλλοντος αὐτῦ διελθεῖν τὴν Αἴθριβον (lege Γαθρίβον) ἀπῆει πρὸς ὑπάντησιν αὐτῦ ὁ Θεομισὴς Μωάμεθ. 214

G.

GAlenus de Simp. l. 6. c. 3. §. 11. de Gnaphalio: ὠνόμασται μὲν ὕτως ἀπὸ ϛ φύλλοις αὐτῦ μαλακοῖς ὡσὶν ἀντὶ γναφάλων χρῆσθαι; Inde nominata eſt, quod foliis ejus mollibus pro fomento utantur. (Lege *tomento.*) 677

Græcus Scholiaſtes in Gregorium Nazianzeno. Orat. 4. Μαντεῖα δέ τις ἐξεφέρετο κατὰ τὴν τοίας δὲ πηγὴν ἢ ϛ νάματος, ἢ κατὰ φωνὴν (ὐ γὰρ φωνή τις ἐξηχεῖτο) ἀλλ᾽ ἁπλῶς ἦχα τινος, καὶ πνεύματος ἀναδιδυμένη. (Lege ἀναδιδομένυ.) 430

H.

HAitbo Armenus cap. 9. In Armenia eſt altior mons, quàm ſit in toto orbe terrarum, qui Arath (lege Ararat) vulgariter nuncupatur. 17

Hanno in Periplo. Inde in lacum pervenimus, διά τινος ποταμῦ διαπλεύσαντες, Χρέτης (legendum ὄνομα Χρεμέτης.) *Pernavigato magno quodam flumine, cujus nomen Cbremete.* 643

Heraclides de Politiis: Ἔπειτα Μίνως ἀκύων Δαίδαλον ἐνταῦθα μετὰ ςόλυ παραγεγονέναι, καὶ ἀναβὰς ἐπὶ τὸν Λύκον (lege Ἀ᾽λυκὸν) ποταμὸν τ πόλεως ταύτης ἐκυρίευσε, &c. 555

Idem ibidem, de Phaſianis: Φιλόξενοι δὲ εἰσὶν, ὥςε τὺς ταναγρὺς ἐφοδιάζειν, καὶ τρεῖς μνᾶς διδόντας ἀποπλεῖν: (lege διδόναι ἀποπλεῦσι.) 289

Herodotus Halicarnaſſ. lib. 1. cap. 139. εἰσέχει δὲ ἐς ἄλλον ποταμὸν ἐκ ϛ Εὐφρήτεω ἐς τ Τίγριν, παρ᾽ ὃν Νῖνος πόλις οἰκεάται. (Lege οἴκητο. 254

Idem lib. 3. cap. 8. ὀνομάζυσι δὲ τ μὲν Διόνυσον Οὐροταλτ. (Lege Οὐροτάλ, dempto τ.) 110

Idem lib. 3. cap. 57. ὥςε ἀπὸ τ δεκάτης ϛ γινομένων αὐτόθεν χρημάτων θησαυρὸς ἐν Δελφοῖσι ἀνακέεται, ὅμοια (lege ὅμοιος) τοῖσι πλυσιωτάτοισι. 413

Idem lib. 4. cap. 192. οἱ μὲν δίποδες καλέονται; οἱ δὲ ζογέριες. (τὸ δὲ ὄνομα τῦτο ἐςι μὲν Λιβυκὸν; δύναται δὲ κατ Ἑλλάδα γλῶσσαν, Βυνοὶ) (lege Βυνῖαι. 714

Idem lib. 7. cap. 69. Αἰθίοπες .. τόξα δὲ εἶχον .. ἐπὶ δὲ, καλαμίνυς οἰςὺς μακρὺς (legendum μικρὺς.) 166

Heſiodus in Theogonia verſ. 5.

> Καί τε λοεσσάμεναι τέρενα χρόα Τερμησσοῖο.

(Lege Περμησσοῖο. 429

Heſychius in voce Ἀ᾽λύα, ἀδημονεῖ, ἀθυμεῖ, Φοίνικες. Refer illud vocabulum Φοίνικες ad vocem ſubſequentem, ad ἄλφα nempe; ita ut ſenſus ſit, Phœnices vocant Ἄλφα βοὸς κεφαλή. 738

Idem in Ἄλφα, βοὸς κεφαλή. (Lege βῦς, κεφαλή.) Siquidem ἄλφα non ſignificet apud eos bovis caput, ſed & bovem & caput. 471 & 738

Idem in Ἀ᾽ταβυρία, ἡ ὀγδόη πόλει.

πάλαι. (Lege ἡ Ῥόδος πάλαι.) 369
Idem in Βαρακάκαι, ἄγιοι (lege, αἴγειοι διφθέραι, παρὰ Κελτοῖς.) 675
Idem in Βαρδοὶ, αἱ ᾠδοὶ (lege ἀοιδοὶ) παρὰ Γαλάταις. 666
Idem in Βρεττία, μέλαινα ἡ Βάρβαρος, ἀπὸ τῶ Βρεττίων ἔθνους. (Locum ſic reſtitue, Βρεττία, μέλαινα πίσσα ἡ Βάρβαρος, ἀπὸ τῶ τῶν Βρεττίων ἔθνους.) 596
Idem in Γαύλοι, τὰ φοινικικὰ τῶ γάλακτος ἀγγεῖα, καὶ Φοινικὰ (lege Φοινικικα.) πλοῖα. 738
Idem in Γαπετος, ἐπὶ διακονμεῶ πρεσβύτερος ἀρχηγὸς. (Lege ἀρχηγός.) 147
Idem in Γνύνικος, (lege Γνύνικος) οὗτος ἀπὸ Γνυνὶ τῆς Σικελίας ἐστι, &c. 568.
Idem in Κιλία . . . τὰ ἐκ μελιτος Τραγάλια (lege Τραγάλια.) 346
Idem Κυβμάλης, (lege Κυβνάλης), ἐξώλης, ἔνιοι δὲ πεποιῆσθαι τὴν λέξιν φασὶ ἀπὸ Κύβμη (lege Κύβνη) τῆς νήσου, &c. Κυβνάλης autem notat, perditus omnino. 408
Idem in λεύγη, μέτρον τι γάλακτος. (Lege, Γαλάταις.) 677
Idem in μάδαρις. (Lege μάταρις, vel μάτερις.) 670
Idem in Μεσόπορον, μέσην ὁδὸν. Lege μέσην ὁδὸν) aut Μεσοπορὸν, μέσην ὁδοῦν.) 94
Idem in Ὀφίυς, Ἡρόδοτος διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀφεῶν. Pro Ὀφίυς Ἡρόδοτος. (Lege Ὀφιοῦσα ἡ Ῥόδος,) &c. 370
Idem in Πανέλνος, ἐγένετο. (Lege ἐγεύσατο.) 295
Idem in Σχερίη, ἡ Σχερία ἡ τῶν Φαιάκων χώρα, ἢ ὄντος καὶ ἡ κερὰ, & tonſio. (Lege Κέρκυρα, Cercara) τὸ πρότερον οὕτως ἐκαλεῖτο. 463
D. Hieronymus Oper. Tom. 2. adverſus Jovianum lib. 2. cap. 9. Eanes (lege *Neantes*) Cizycenus, & Aſcleptades Cyprius, ætate, quâ Pygmalcon in Oriente regnabat, ſcribunt eſum carnium non fuiſſe. 353
Idem Oper. Tom. 3. in Quæſtionib. Hebraicis in Geneſim. in cap. 10. Samaræi, quibus Edeſſa (lege Emeſa, vel Emiſa) nobilis Syriæ Cœles civitas. 306
Idem Tom. 5. Commentar. lib. 7. in Eſaiam cap. 19. verſ. 7. Pro junco Papyrum LXX. tranſtulerunt, de quo charta ſit; addentes de ſuo ἄχυρον (lege ἄχει) τὸ χλωρὸν: quod in Hebraico non habetur. 758
Idem Tom. 5. Comment. lib. 11. in Ezechielem cap. 38. verſ. 2. Et revera nec in Geneſi nec in Joſepho quidem, qui omnia Hebraicarum (lege Hebraica) gentium . . . exponit nomina, hanc gentem potuimus invenire. 187
Idem in Verſione Chronic. Euſebian. lib. 2. Hercules cognomento Deſanaus in Phœnice clarus habetur. Pro *Deſanao lege Diodas, ut in Euſebii textu Græco habetur.*) 472
Hiſtiæus Mileſius: σκίδνανται δὲ τὸ λοιπὸν ἐντεῦθεν ὑπὸ τῆς ὁμογλωσσίας; lege πολυγλωσσίας;) τὰς συνοικίας ποιούμενοι πανταχῆ. 64
Homeri vetus Scholiaſtes in Iliad. β. verſ. 35. μὴ σπεῦδ' Ἀχιλλεῦ, πρὶν Μοσχίων ἕλκε. (Lege Μοσσύνων.) 450
Ejuſdem Scholiaſtes in Odyſſ. φ. verſ. 122.
ἀμφὶ δὲ γαῖαν ἔναξε. Circum autem terram conſtipavit.
Scholiaſt. ἔναξε, συνεπώλησεν. (Legendum συνεπίλησεν.) 412
Hyginus fab. 223. mœnibus Babylonis in ambitu aſſignat ſtadia 300. (Reſcribendum 360.) 44
Idem Aſtronom. lib. 2. in Opiuchi Aſteriſmo: Polizeius (lege *Polyzelus*) autem Rhodius hunc Phorbanta nomine demonſtrat, &c. 310
Idem Aſtronom. l. 2. cap. Arctophilax. Interfectores ejus (Icarii) animi conſcientiâ permoti ſtatim ſeſe fugæ mandaverunt, & in Inſulam Ceum (lege Ceorum) pervenerunt. 407

I.

Joſephus Antiquit. Judaic. lib. 1. cap. 7. οὗτοι ἀπὸ Κώφηνος ποταμοῦ τῆς Ἰνδικῆς, καὶ τῆς πρὸς αὐτῇ Συρίας; (reſcribe Ἀρίας) τινὰ κατοικοῦσι. 96
Idem Antiq. lib. 7. cap. 8. ὃς ἐπεὶ τὸ ἐν Θήβαις πύργον ἑλεῖν ἐβούλοντο. (Lege ἐβούλετο.) 426
Idem Antiq. lib. 8. cap. 2. δυσαρεστήσας τῇ δωρεᾷ, πέμψας πρὸς Σολομῶνα μὴ δεῖσθαι τῶν πόλεων ἔλεγεν, καὶ ἔκτοτε προσηγορεύθησαν χαβαλὼν (lege χαβουλὼν) γῆ. Μεθερμηνευόμενον γὰρ τὸ χαβωλὼν (lege χαβουλὼν) κατὰ Φοινίκων γλῶτταν οὐκ ἀρέσκον σημαίνει. 714
Idem Antiq. lib. 20. cap. 2. χωραν δίδωσι Καιρῶν (lege Καρρῶν) λεγομένην. 19
Ejuſdem Interpres Latinus lib. 3. de Bello Judaico cap. 2. Inferioris quidem Galilææ longitudo à Tiberiade uſque ad Zabulon. (lege *Chabulonem*, uti eſt in Textu Græco. 715
Idem de Bello Jud. lib. 4. cap. 1. Μεθερμηνευομένη δὲ Ἀμμαοῦς θέρμα λέγοιτ' ἄν; ἔστι γὰρ ἐν αὐτῇ πηγὴ θερμῶν ὑδάτων πρὸς ἄθροισιν (lege ἄκεσιν) ἐπιτήδειος. 765
Ejuſdem Interpres Latinus lib. 7. de Bello Judaico cap. 26. Locum habitandum dedit qui vocatur Ammaus; diſtat autem ab Hieroſolymis *triginta ſtadiis.* (vertendum *Sexaginta ſtadiis*, uti habetur in Græco Textu.) 765
Idem Joſephus lib. 1. contra Apionem, Ἀντιδωρήσατο δὲ αὐτῷ ὁ Σολομὼν, ἄλλοις τε πολλοῖς; καὶ γῇ κατὰ χώραν τῆς Γαλιλαίας ἐν τῇ Ζαβυλὼν (lege ἐν τῇ χαβουλὼν) λεγομένῃ. 715
Joſephus Ben-Gorion cap. 1. Editionis Venetæ, רוכי חוצים על נהר השוכן בים גורגאן (lege בירא) בירא Rhoſſi habitant ad fluvium Cyrum, qui defluit in mare Georgian. 188
Idem Hiſtoriæ lib. 2. cap. 6. Audite me principes Macedoniæ, התארסירה והלאסירה. (Legendum התראסירה והסאליה, *& Thraſia, & Theſſalia.*) Thraſia eſt Thracia. 151
Idem, Edit. Venet. cap. 50. Et Baſil. lib. 5. cap. 14. Appellat lacum Alphalitem אגם החומר, *paludem chomer*, cæmenti. (Legendum החמר, *chemar, bituminis.*) 40
Ejuſdem delineationem Proſapiæ Japheti ex mente Judæorum, *Veneta Edit. An.* 1544. emendatam & illuſtratam vide, *Col.* 198. 199. 200. 201. *&* 202.
Irenæus adverſus Hæreſes lib. 1. cap. 12. Ἕλληνες ὁμολογοῦσιν αὐτοὶ Κάδμου πρῶτον ἓξ καὶ δέκα παρειληφέναι; *Græci fatentur à Cadmo* (vetus Interpres malè ab *æſtimatione*, ἀπ' οἰκισμοῦ) *primùm ſedecim literas ſe accepiſſe.* 452
Iſacius in Lycophronem, pag. 123. Περὶ τὰς πέτρας ἃ ἐν Ἀθήναις Κολωνῷ (Ποσειδῶν) καθευδήσας, ἀπεσπέρμηνε; καὶ ἵππος Σκύφιος ἐξῆλθεν, ὁ καὶ Ἀχαιρωνίτης. Lege Σκυρωνίτης Scyronites) λεγόμενος. 747
Iſidorus Characenus in Stathmis Parthicis; Inde Φάλιγα Phaliga (lege Φάλγα *Phalga*) vicus ad Euphratem, qui Græcè dicitur Μετοπωρινὸν, *Autumnale*, &c. (Legendum μεσόπορον, medium iter.) 93
Iſidorus Peluſiota lib. 2. Epiſt. 66. deſcribit terram Ethan in Palæſtina, ποταμοῖς καταῤῥύτον, καὶ δένδρεσι, καὶ καρποῖς κατάκομον, ζῶντα πλῆθη. (Lege πλήθει,) &c. 312
Iſidorus Hiſpal. Epiſc. Origin. lib. 9. cap. 2. *Decimus Amaraus, à quo Syria nobilis civitas, quæ vocatur Cælis.* Hic locus ſic eſt reſtituendus; *Decimus Samaraus, a quo Emeſa nobilis Syria Cæles civitas.* 306
Idem Origin. lib. 14. cap. 5. Tripolitanam Provinciam Græci deſignant de numero trium magnarum Urbium, Occæ, Tabracæ, (lege *Oea, Sabrata,*) Leptis Magnæ. 480
Idem Origin. lib. 14. cap. 6. Eſt autem à continenti terra 120. paſſ. diviſa; quam Tyrii à Rubro Mari profecti occupantes in Lingua ſua *Gades* (lege *Gadir*) nominaverunt. 608
Idem Orig. lib. 15. cap. 16 Leuca finitur paſſibus quingentis. (Lege mille quingentis.) 677
Juchaſim, Libri hujus varias correctiones vide Phaleg. lib. 4. cap. 38. ſive ultimo. 310. & ſeq.
Juſtini Martyris Apologiâ poſter. pro Chriſtianis, & Ejuſdem Dialogo cum Tryphone Judæo, Librarii mutârunt ὄνον in οἶνον, quod reſtituendum. 443

K.

SAadias apud Kimkium in Eſaiæ 49, 12. *Et illi è terra, Sinæorum*, &c. Per Sinæos intelligit Propheta ארץ בלסין (legendum פלסין, *locum nomine Peluſium.*) 275

L.

DInon. Hiſtoriar. lib. 5. apud Diog. Laërtium in Proœmio. φησὶ τὸν Ζωροάστρην ἀστροθύτην εἶναι. (Lege ἀστροθεάτην.) 206
Diog. Laërtius lib. 1. in Pherecide: καὶ γὰρ τὸν αἰγιαλὸν τὸν Ψάμμον (lege Σάμου) περιπατοῦντα, καὶ ναῦν.. ἰδόντα εἰπεῖν ὡς.. καταδύσεται. 389
Idem ibidem, Ζεὺς μὲν καὶ χρόνος (lege Κρόνος) εἰσαεὶ, καὶ χθὼν ἦν. *Jupiter quidem, & Saturnus in perpetuum & Terra ſunt.* 208
Livius lib. 21. Id cùm inter omnes conſtet, eò magis miror ambigi, quánam Alpes tranſierit; & *valgo credere* (legendum *valgo credo*, vel *vulgus credere*) Penninotranſgreſſum. 678
Idem ibidem: Neque Herculè Montibus his . . . ab tranſitu Pœnorum ullo Veragri incolæ *Juri* (lege *jugi*) ejus nôrunt nomen inditum. ibidem
Idem in Epitome lib. 55. D. Junius Luſitaniam urbium expugnationibus uſque ad Oceanum perdomuit, & cùm flumium *Oblivionem* (Lege *Oblivionis*) pertranſire nollet, &c. 605
Lucanus lib. 10.
- - - Ebenus quamvis *Mareotica* vaſtos
Non operit poſtes.
(Pro *Mareotica* lege Meroitica)
Luciani Interpretes in Pſeudomanti, Ἀναπλεύσας ὁ τοιοῦτος

σκὸς εἰς Αἴγυπτον, ἄχρι ϛ̓ κλύσματ☉ πλοίῳ ἀναγομϑύν, ἐπιέϛη καὶ αὐτὸς εἰς Ἰνδίαν πλεῦσαι. Cùm adoleſcens adverſo amne in Ægyptum navigâſſet, provecto *ad inundationem* uſque navigio (Verte, *provectus ad Clyſma*, (urbem ſcilicet) *navigio*) perſnaſus eſt etiam, ut in Indiam uſque navigaret. 107

Idem Lucianus in Macrobiis; Τήρης δὲ, ὁ Δρυσῶν (lege Ὀδρυσῶν) βασιλεύς, καθάφησι Θεόπομπ☉, δύο καὶ ἐννενήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτησεν. 152

Lycophron verſ. 77. Ζήρυνθον ἄντρον τ̃ κυνοσφαγῦς, (lege κυνοσφαγῦς) θεᾶς. 397

Ejus Seboliaſtes in Caſſand. verſ. 162. Καδμίλ☉, ὁ Ἑρμῆς Βοιωτικῶς, ὁ καὶ Κλεοβόλυ υἱὸς. (Lege ϛ̓ καὶ Κλεοβύλης υἱός.) ὁ Μυρτίλ☉ ὁ Οἰνομάυ ἡνίοχ☉, 396

Ejuſdem Scholisſtes pag. 80. Ὄφις πότε ἐλυμαίνετο τὴν Σαλαμῖνα, καὶ ἀοίκητον αὐτὴν ἐποίει, ὃν ὁ Κυχρεὺς ἀνεῖλεν, ὅθεν καὶ ὠνάξιφ☉ (lege ὤναξ Ὄφις) ἐκλήθη. Salaminem olim affligebat, & deſolabat Serpens, quem interſecit Cy chreus; unde & Anaaipbus (Certe *Rex Ophis*) dictus eſt. 156

M.

MAximi Tyrii Interpres, Serm. 38. Mæander, quidem in *Lyciam* profluit, &c. (Lege *Lydiam*. 7. 85

Mela lib. 2. cap. 2. Eſt portus *Caria*. (Lege *Cariæ*.) 392

Idem lib. 2. cap. 7. Juxta eſt *Aſtiela*, *Naumachos*, *Zephiro*, *Criſe*, *Gaudos*. (Lege *Aſtypalaa*, *Naulechos*, *Zephyre*, *Chryſe*, *Gaudos*.) 504

Idem lib. 3. cap. 6. Sena in Britaonico mari . . inſignis eſt, cujus Aotiſtites Galli . . . *Cenas* vocant. (Lege *Cœnas*.) 666

N.

NIcephorus Hiſt. lib 3. cap. 30. ἐν Φαιάκοις, &c. (Lege Ἀφάκοις.) 748

Nonnus Dionyſiac. lib. 13.

Παφίης νυμφήιον ὕδωρ Σίρραχ☉ ἱμερόεις.

(Lege Ἔσραχ☉. 353

Idem ibidem, & paſſim: Κεραϛαδ☉ εἰς χθόνα Κύπρυ (Lege Κεραϛίδ☉.) 355

Idem ibidem verſ. 333.

Καὶ Λίβυες ϛρατόων (lege ϛρατόωντο.) 467

Idem ibidem verſ. 369.

Τικτομϑύης (lege Αἰθομϑύης) ναίοντες ἐδέθλια γείτονα Μήνης. ibid.

Idem ibidem. Ἰταλίης Τριλόφοιο (lege διλόφοιο) πελώριδα πίζαν ἐρίπνης. 582

Geographus Nubienſis 6. parte Climatis 4. Mons ימנין *Jemanim* (lege תמנין *Themanim*;) idem qui אלגודי *Algode* (lege אלגורדי *Algords*, id eſt, Gordyæus) in quo requievit navis illa, navis Noæ, cui pax. 18

Idem ibidem, Ea adjacet montibus *Jemanim* (lege *Thſemanim*) & Maſnrin & Kilſabur. Ex qua montium ſerie eſt mons *Gods* (lege *Gords*) Amidæ imminens è regione Propugnaculorum. Quin mons *Jemanim* (lege *Thſemanim*) idem, qui *Godi* (lege *Gords*,) &c. 19

Idem Clim. 5. part. 6. Et quidem fluvius Kor, qoi magous eſt & naviger, oritur prope montem, (Caucaſum;) & excurrens ad Tiflis; indeque tendens ad fines Hanua & *Samcun* (lege *Samcus*) confluit cum flumine Rhos, &c. 188

O.

OROſius lib. 7. verſ. 25. *Vacuadas* (lege *Vacaudas*.) 668

Ovidius Faſtor. lib. 4. verſ. 467.

Jamque Leontinos *Aniſenáque* flumina curſu. (Lege *Amenanáque*, &c. 529

Idem Metamorp. lib. 15. verſ. 279.

Nec non Sicanias volvens *Amiſenus* arenas.

(Leg. Amenanus.) ibid.

P.

PAlladius in Carmine de *Inſitione*.

Quin & amygdaleos ſubeunt piſtacia ramos;

Et *debitum* majus de brevitate petunt.

(Lege *& meritum majus*, &c.) 389

Pauſanias in *Eliacis*: Ἔϛι δὲ κατὰ τὴν ἄκραν ἐν Σικελίᾳ τὴν τετραμμϑύην ἐπὶ Λιβύης καὶ Νότυ, καλυμϑύης δὲ Πάχυνον (lege Λιλυβαῖον) Μοτύη πόλις. 509

Idem in *Eliacis poſterioribus*: Εἰσὶ δὲ οἱ Καρπίων (lege Καρπηΐων) Ἴβηρων πόλιν καλοῦνται νομίζυσι τὸ ἀρχαιότερον Ταρτησσὸν. 615

Idem in *Phocicis*: ᾤκισαν δὲ ἐν τῇ νήσῳ καὶ αὐτοὶ πόλιν, (lege πόλεις) οἱ Καρχηδόνιοι Κάρνοαλιν τε καὶ Σύλκυς (Lege Κάραλιν τε καὶ Σύλχυς.) 576

Philo Biblius; Ἀπὸ Μισὼρ Τάαυτ☉, ὃς εὗρε τὴν τῶν πρώτων ϛοιχείων γραφὴν, ὃν Αἰγύπτιοι μϑὺ Θωώρ, (lege Θωώτ) Ἀλεξανδρεῖς δὲ Θωὺθ . . . . ἐκάλεσαν, 662

Philoſtorgius *lib.* 3. *cap.* 6. ὁ μϑὺ τοι Ἐρυθρὰ ἐπὶ πλεῖϛον μὴ κινυμϑύη (lege μηκυνομϑύη, unica voce) εἰς δύο τινὰς ἀπομερίζεται κόλπυς. 107

Philoſtratus *Sophiſt. lib.* 1. *in Secundo*; Μηδὲ Σεκύνδυ ϛ̓ Ἀθηναίυ ἀμνημονῶμϑυ, ὃν ἐκάλυν ἐπίθυρον (lege Ἐπίυρον) τινες, ὡς τέκτον☉ παῖδα. 647

Ejus Interpretes Rhinuccinus & Jacotius, *Apollonii lib.* 1. *cap.* 4. Eſt autem circa Tyana, aqua Jovi (ut perhibent) ſacra, quam *inextinguibilem* vocant. (Verte *Asbamaam*; non enim legendum ἄσβεϛον ὕδωρ, ut legiſſe videntur Illi Interpretes, ſed Ἀσβαμαῖον.) 535

Olympiodorus apud *Photium Tmem.* 80. ὅτι τὸ Ῥήγιον μητρόπολις ἐϛὶ τῆς Βρετανίας, &c. (Lege τ̃ Βρεττίας, Brutiæ.) 654

Conon Narratione 47. apud eundem *Photium Tmem.* 186. τὴν δὲ Ῥόδον τὸ μϑὺ ἀρχαῖον λαὸς αὐτόχθων ἐνέμοντο, ὧν ἦρχε τὸ Ἑλιάδων (lege Ἡλιάδων) γέν☉, ὣς Φοίνικες ἀνέϛησαν, καὶ τὴν νῆσον ἔχον. 367

Photii Interpres *Tmem.* 242. τ̃ δὲ Βαιτύλων ἄλλον ἄλλῳ ἀνακεῖσθαι, ὡς ἐκεῖν☉ δυσφημῶν λέγει, Θεῷ Κρόνῳ, &c. *Batulorum alium alii* incumbere; (reddendum, *Alium alii Deo conſecratum eſſe*) ut ille criminans dicit, (*Saturno* puta.) &c. 708

Plauti decem verſus *Pœnul. Act.* 5. *Scen.* 1.

Nythalonim valon nth ſicorathiſima conſith, &c.

corriguntur & explicantur Columnâ 721. & ſequent.

Plinius *Hiſtor. Natur. lib.* 4. *cap.* 12. Athos ante ſe quatuor, Peparethum cum oppido, quondam *Euonum* dictam. (Sed pro *Euonum* ſcribendum *Eunum*, id eſt, ἔυοινον, *vino fertilem*.) 300

Idem *lib.* 4. *cap.* 22. Erythia dicta eſt, quoniam Tyrii *ab origine eorum* orti ab Erythræo mari ferebantur, &c. (Lege cum Salmaſio *Tyrii Aborigenes earum*,) id eſt, conditores Gadium & Erythiæ. 611

Idem *lib.* 5. *cap.* 1. Agrippa Lixum à Gaditana freto CXII. M. paſſ. abeſſe prodidit; inde ſinum, qui vocatur *Saguti*, &c. (Lege *Saguti*.) 644

Idem *lib.* 5. *cap.* 9. Dividitur in præfecturas oppidorum, (quas Nomos vocant.) Ombiten . . . . *Phamuriten*, &c. (Lege *Phaturiten*.) 277

Idem *lib.* 5. *cap.* 11. His junguntur Arabes; ab Oriente *Canchlas*. (Lege *Chavelei*,) &c. 225

Idem *lib.* 5. *cap.* 31. Montem habet *Pellenaum*; (lege *Pelinaum*,) &c. 383

Idem *lib* 6. *cap.* 17. Perſæ illos Sacas appellavere... Antiqui *Aramaos*, &c. (Lege Arimaſpos.) 75

Idem *lib.* 6. *cap.* 23. Eſt & tertius portus, qui vocatur Muza . . . intus oppida. Regia ejus appellatur Saphar, aliudque *Sabe* (Lege *Save*.) 144

Idem *lib.* 6. *cap.* 26. Abſidris (vel Abſitris) ad hibernum exortum, Azochia oppidum (pro *Abſitris* reſcribendum *Abſyrtus*.) 243

Idem *ibidem*; ſunt, qui tradunt Euphratem Gobaria Præfecti ope diductum . . . ab Aſſyriis verò univerſis *Armalchar* (lege *Naarmalcha*) appellatum; quod ſignificat regium flumen. 34

Idem *ibidem*: Cætero in ſolitudinem rediit, exhauſta vicinitate Seleuciæ, ob id conditæ à Nicatore intra *Nonageſimum* (lege quadrageſimum) lapidem, &c. 234

Idem *lib.* 6. *cap.* 28. Nec non in media Syriæ ad Libanum montem penetrantibus Nubeis, (lege Sabæis aut Sobæis) quibus junguntur Ramiſi. 79

Idem *ibidem*; Ultra navigationem incompertam ab eo latere propter ſcopulos tradit Juba, prætermiſſâ mentione oppidi Omanorum Batraſabbes (legendum Petra Sabe.) 221

Idem *lib.* 7. *cap.* 56. Literas ſemper arbitror Aſſyriis fuiſſe: ſed alii apud Ægyptios à Mercurio, ut Gellius: alii apud Syros repertas volnnt. Utique (lege *Utrique*) in Græciam intuliſſe è Phœnice Cadmum, 16. numero. 449

Idem *ibidem*; Plumbum ex Caſſiteride inſula primus apportavit Midacritus. (lege Melicartus, vel Melcarthus.) 651

Idem *lib.* 33. *cap.* 3. Jam regnaverat in Colchis Salauces & Eſubopes, qui terram virginem nactus plurimum argenti aurique eruiſſe dicitur in Samnorum gente, &c. (Lege Soanorum, aut Soanum.) 290

Plutarchus *in Cicerone*: Κεκιλίυ ϛ̓ τῦ ῥήτορ☉ δεομϑύυ παρδάλεις αὐτῷ πρός τινα εἰς Ῥώμην ἐκ Κιλικίας ἀποϛεῖλαι. (Pro Κεκιλίυ lege Καιλίυ. 359

Idem in *libro de Defectu Oraculorum*: Ἐπεὶ δὲ ἀποκτείνας τὺς ἄρχοντας αὐτῶν Ἀρσάλεο καὶ Δρυὸν καὶ Τροσοβιὸν ἔφυγε καὶ μετεχώρησεν, ὁπηνίκα ποτε . . . . ἐκείνυς (lege ἐκεῖνοι) μϑὺ ἀμαληθῆναι. 364

Idem *ibidem*, τὺς δὲ περὶ τ̃ Ἀρσάλεον σκληρῶς Θεὺς προσαγορευθέντες, καὶ τὰς καταρὰς ἐπὶ

τύπῳ

τύτῳ (lege τύτων) ποιεῖσθαι δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ Λυκίας. ibidem.

Idem in *Hellen. Quaſt.* 56. Φεύγουσαι Διονύσιον (lege Διόνυσον) αἱ Ἀμαζόνες ἐκ τῆς Ἐφεσίων χώρας εἰς Σάμον διέπεσαν. 378

Idem in *Tractat. de uſu Rationis in Brutis*: τὴν Σφίγγα ἐκείνην ὐκ ἂν ὤνησεν ἡ σοφία περὶ τὸ Φίκιον (lege Φίκιον) ἄνω καθεζομένην, &c. 433

Polyænus in Melantho *lib.* 1. *Stratagematum*: ἐπολέμουν Μελανθῶν περί. Μελαιναί, χωρίον μεθόριον Ἀττικῆς καὶ Βοιωτίας. (Legendum Κελαινῶν & Κελαιναί,) &c. 15

Polybius in *Eclogis lib.* 11. συγκλειομένων τῆς Βρεττανίας (lege Βρεττιανῆς) εἰς πάνυ βραχὺς τόπους Ἀννίβα, &c. 653

Pomponius Sabinus in *lib.* 1. *Æneid.* Lipara ante dicebatur Longonis, (lege Melogonis.) 519

Ptolemæus *Geograph. lib.* 2. *cap.* 6. καὶ ἡ Ορόσπεδα, *mons*, *cujus fines habent*, &c. (Lege Ορόσπεδα.) 601

Idem *Geog. lib.* 4. *cap.* 3. Αυτοφαγίτης (lege Αυτοφαγῖται) ἐν ἡ πόλεις δύο Γέῤῥα, Μηνῖγξ, &c. 494

Idem *lib.* 4. *cap.* 5. Εἶτα ὁ Μέμνονος καὶ κώμη Ταθυρις (lege Παθυρις.) 277

Idem *lib.* 5. *cap.* 6. παρὰ τὴν Σιδήνην. (Lege Σιδηνήν, *Juxta Sidem.*) 291

Idem *lib.* 5. *cap.* 19. Tab. 4. Aſiæ; τὸ δὲ παρὰ τὴν Βαβυλωνίαν Αἰσῖται . . . (Lege Αὐσῖται.) 81

Ejuſdem Interpretes *lib.* 5. *cap.* 20. *Tab.* 4. *Aſia, in deſcriptione Babylonis*; Παράκειται δὲ τῷ μὲν Εὐφράτῃ ἡ Αὐχανῖτις χώρα. *Adjacet autem Euphrati* Auchanites (lege *Auranitis*) regio. 78

Idem *lib.* 6. *cap.* 3. Κατέχουσι δὲ τῆς Συσιανῆς τὰ μὲν ἐπὶ θαλάσσῃ Ἐλδιμαῖοι, (lege Ἐλυμαῖοι.) 92

Ejuſdem Interpretes *lib.* 6. *cap.* 7. Φοινίκων κώμη reddunt *Phœnicum oppidum* (Legendum Φοινικῶν κώμη, & verte *Phœnicon vicus.*) 118

Idem *lib.* 6. *cap.* 7. recenſet inter Civitates Arabiæ Fœlicis Μαριάμαν, (lege Μαριάβαν) & Βάραβαν Μητρόπολιν (lege Μάραβαν Μητρόπολιν, ut habetur in Tabulis.) 131

Idem *ibidem*, εἶτα πρὸς τοῖς Σαχαλίταις Γαβαρῖται *Jobaritæ* (lege Γαβαβῖται, *Jobabitæ.*) 143

In ejuſdem *Latina verſione lib.* *ibidem* 6. *cap.* 7. & *in Tabulis*, *Tab.* 6. *Aſiæ*: ſub quibus Doreni, &c. (Pro *Dorens*, lege Doſareni, nam in Textu Græco Δοσαρηνοί.) 111

Idem *ibidem* & *in Tabulis*, *Tab.* 6. *Aſia*, Λαορίππα, vel Λαθρίππα, *Laorippa*, *aut Lathrippa*, (lege Ἰαθρίππα *Jatrippa.*) 214

Idem *lib.* 6. *cap.* 8. in Græco Textu, *Samycade* urbs, & *Samyraces* fluvius. (Reſcribe Samydace & Samydocus.) 218

Idem in *Tabulis lib.* 6. *cap.* 1. *Tab.* 5. *Aſia*, Supra quam eſt mons Choatras; (lege Chaboras.) 194

Idem in *Tabulis lib.* 6. *cap.* 7. *Tab.* 6. *Aſia*, Rhegama civitas (lege *Rhegma.*) 218

Idem *Ibidem*, ſupra quos Alapeni. (Lege Salapeni.) 99

Idem *ibidem*, Arachos, vel Arathos, (legendum Aradus.) 689

In Scylacis Periplo καταρίχιας, quæ una ex Inſulis Africanis eſt, (Legendum κατὰ Ταριχίας, vel Ταριχείας.) 494

Septuag. Interpretes *Eſaia* 12. *verſ.* 2. νόμος ἐπὶ νόμον, Lex in Legem. (Lege νομὸς ἐπὶ νομὸν, *Nomus in Nomum.*) 260

Serapio; Braſalendi. (Lege, ut in Avicenna, קפר אליהודי Kaphar aljehudi.) Eſt Alphaltus, vel bitumen Judaicum. 40

Idem ſcribit Myrrham optimam nominari Tarbalud & Tanchi è terris, unde defertur. Tarbalud & Tanchi Arabicè erat הרעלוד ותנכי, (pro quibus lege תרעלודותיכי, *Troglodytica.* 124

Servius in *lib.* 5. *Æneid.* Elymus princeps Trojanorum, qui dicitur in Sicilia condidiſſe civitates Aſcam (lege Erycem) Entellam, &c. 570

Servius in *lib.* 8. *Æn.* Geſa haſtas viriles, nam etiam viros fortes Galli Geſos (lege Geſatos) vocant. 668

Sibyllin. Oraculor. *lib.* 1. ubi de Diluvio verſ. 268. . . . ἔστι δέ τις Φρυγίης ἐπὶ ἠπείροιο μηλαίνης. (Lege κελαινῆς.) 14

Ibidem *verſ.* 273. Ενθα φλέβες μεγάλοι ποταμοῦ Μαρσύου πεφύκασι. . . . (Legendum, ut verſus conſtet, Μαρσύου ἔνθα φλέβες μεγάλου ποταμοῖο πεφύκασι. ibidem.

Silius Italicus *lib.* 3.

Tabraca (lege *Sabrata*) tum Tyrium vulgus, Sarranaque Leptis,
Æaque (lege Oeaque) Trinacrios Afris permiſta colonos. 479

Hannibal apud Silium Italicum *lib.* 8.

- - - - ſeu ſunt Buxentia (lege Byzacia) cordi
Rura magis, centum Cereri fruticantia culmis. 478

Solinus *cap.* 2. Deinde conſtituta ab Aſcanio Alba longa Nola à Tyriis (lege Tuſcis.) 582

Idem *cap.* 14. bambothum (lege Bamothum) Crocodilis & hippopotamis refertum. 643

Sophronius Hieroſolym. *De Andrea Apoſtolo*: ἐν Σεβαστοπόλει ἐκήρυξε τῇ μεγάλῃ, ὅπου ἐστὶν ἡ παρεμβολὴ Ἄψαρυ, καὶ Φάσις ὁ ποταμός. Ενθα οἰκοῦσιν Αἰθίοπες οἱ ἐσώτεροι. (Lege οἱ ὕτεροι.) 286

Sozomenus hiſt. lib. 5. cap. 19. ubi de Daphne Antiochiæ: Ἐπιστεύετο δὲ παρὰ τοῖς τα δὲ πρεσβεύουσι, ῥεῖν αὐτόθι καὶ ὕδωρ μαντικὸν ἀπὸ Κασαλίας τῆς πηγῆς ὁμοίας (lege ὁμοίως) τῆς ἐν Δελφοῖς ἐνεργείας τε καὶ προσηγορίας λαχοῦσης. 430

Stephanus de Urbibus, in Ἀγχιάλη: γίνεται δὲ Ἰαπετῷ θυγάτηρ Ἀγχιάλη, καὶ κτίζει πόλιν Ἀγχιάλην, Ἀγχιαλία (lege πρὸς Ἀγχιαλία) τῷ παρακειμένῳ ποταμῷ. 179

Idem in Ἀκράγαντες: Φησὶ γὰρ Δοῦρις, ὅτι αἱ πλεῖσται . . . . ὀνομάζονται, &c. (Lege Φησὶ γὰρ Δοῦρις, τὰς πλείστας . . . ὀνομάζεσθαι.) 548

Idem in Ἀνάφη, νῆσος μία τῶν Σποράδων . . . ἥτις ἀπὸ Μεμβλίαρος (lege Μεμβλιάρου) . . Μεμβλίαρος ἐκαλεῖτο. 425

Idem in Ἄνδρος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ἐκλήθη ἀπὸ Ἄνδρου τοῦ Εὐρυμάχου, ἢ τοῦ Ἀνασίου (lege Ἀνίου) ἀδελφοῦ. Τινὲς δὲ φασιν Ἄνδρεα τοῦτον, καὶ Ἄναυ υ (lege Ἀνίου) παῖδα. 409

Idem in Ἄργυρα: μητρόπολις ἐν Ἰνδικῇ Ταπροβάνῃ (lege Ἰαβαδίου) νήσῳ, &c. 692

Idem in Ἀρέθουσα: καὶ κρήνη Σικελίας ἐστὶ, καὶ Ἰθάκης,

Παρ᾽ Κόρακος Πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

Ομηρος: αὕτη Κύπαρα ἐλέγετο. Hunc locum ita reſtitue; Καὶ κρήνη Σικελίας, αὕτη Κύπαρα ἐλέγετο. Ἐστὶ καὶ Ἰθάκης, &c. 542

Idem in Ἀρευσία (reſcribendum Ἀρευσία.) 384

Apud Eundem in Ἄσκαλον. Xanthus *l.* 4. *Lydiacorum*, τὸν δὲ Ἄσκαλον . . . εἰς Συρίαν στρατεῦσαι, κἀκεῖ παρθένου ἐρασθεῖς (lege ἐρασθέντα) πόλιν κτίσαι ἣν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ οὕτως ἀνόμασε. 88

Idem in Βηρυτός: Γνωσταῖος δὲ ἐν πρώτῃ τὴν ἰσχὺν Βηρυτί (lege Βηρῦτ) Φοίνικας ὀνομάζειν φησίν. 743

Idem in Βόγχναι, ἔθνος τοῖς Καῤῥηνοῖς παρακείμενον, μέσον Εὐφράτου καὶ Κύρου (lege Καῤῥᾶ) ποταμοῦ, &c. 95

Idem in Βρέττος: Καὶ ἡ χώρα Βρεττία, καὶ ἡ γλῶσσα. Ἀριστοφάνης:

Μέλαινα δεινὴ γλῶσσα Βρεττία παρῆν.

(Utrobique pro γλῶσσα lege πίσσα.) 596

Idem in Γέλα, τοῦ δὲ Ἀντιφήμου γελάσαντος, τὴν Πυθίαν εἰπεῖν πάλιν, καὶ ἂν ἄν (lege καὶ Γέλαν) πόλιν οἰκήσεις. Et tu Gelan urbem condes. 551

Idem in Δαμάνησος. Ἔχει δ᾽ ὁ τόπος κυανοῦ μέταλλον καὶ χρυσοκόλλαν, καὶ χρυσίον εὑρίσκεται τίμιον. (Hæc verba, χρυσοκόλλαν, καὶ χρυσίον εὑρίσκεται τίμιον, ſic legenda ſunt, χρυσοκόλλα κατὰ χρυσὸν εὑρίσκεται τιμήν. 506

Idem in Δῶρος: Πανσανίας (lege Πετρώνιος) δὲ Δωριεῖς αὐτὸς φησίν. 659

Charax apud eundem in Ἐβραῖοι, ὅτας Ἰουδαίοι ἀπὸ Ἀβραβῶνος (lege Ἀβραμῶνος.) 92

Idem Stephanus in Ἰκόνιον: Φασὶ δὲ ὅτι ἦν τὸ (lege τοῦ) Ἀννακος, &c. 88

Idem in Ἴσις: νῆσος Λιβύης, Οὐδενόη λεγομένη ὑπὸ Λιβύων, ὑπὸ δὲ Φοινίκων Κεβλάρασαδ (legendum Χεβλαραφσάδ.) 505

Idem in Κῶς: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Καρία, (reſcribendum Καρίς.) 376

Idem in Λαοδίκεια: ἡ πρότερον Λευκὴ ἀκτὴ λεγομένη, καὶ πρὸ τούτου Ῥάμιθα (lege Ῥάμαθα) . . . . βάμαν (lege ῥάμ) γὰρ τὸ ὕψος; ἄθας (lege ἄνθας) δὲ ὁ θεός. οὕτω Φίλων. 744

Idem in Τυρδιτανία. Ἀρτεμίδωρος δὲ Τερτυτανίαν αὐτὴν καλεῖ καὶ Τύρτυς (lege Τυρτύλους) τοὺς οἰκήτορας, &c. 601

Apud eundem Panyaſis in Τρεμίλη:

Σιβρῳ (lege Σίβρῳ) ἐπ᾽ ἀργυρέῳ ποταμῷ παραδινήεντι. 363

Idem Stephanus in Φοινίκη: Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ῥαβδώδης καὶ Κολπῖτις. (Lege Ῥαββώτια καὶ Κολπῖτις.) 746

Idem in Χίος: Ἐστὶ καὶ ἑτέρα πόλις Καρίας Χίος ὑπὸ τὸ ὄρος τὸ Πελληναῖον (legendum, ἐστὶ δὲ καὶ Πελιναῖον, vel Πελληναῖον, ὄρος Χίου.) &c. 383

Ejuſdem Epitomaſtes, Voce Μίλητος: ἀπὸ Ἀνάκτορος (lege Ἄνακτος) τῆς γῆς καὶ ἥρωος ὀνομάσθη Ἀνακτορία. 349

Strabo *Geograph. Edit. Pariſ.* 1620. *lib.* 3. *pag.* 140. Πρὸς αὐτὸ Κάλπη (lege Καρτηΐα) πόλις, &c. 615

Idem *lib.* 3. *pag.* 148. Οὐ πολὺ δ᾽ ἀπωθεῖν ὁ Κασσιτος (lege Κασταλῶνος) ἐστὶ καὶ τὸ ὄρος, &c. 601

Idem *lib.* 9. *pag.* 393. Ἀφ᾽ οὗ δὴ καὶ Κυχρειδῆς ὄφις ὃν φησιν Ἡσίοδος τραφέντα ὑπὸ Κυχρέως ἐξελαθῆναι ὑπὸ Εὐρύκλου (lege Εὐρυλόχου) λυμαινόμενον τὴν νῆσον, 456

Idem *lib.* 10. *ſub finem pag.* 489. Ἅπαν μὲν οὖν τὸ νησιωτικὸν μάλιστα ὡς ἐπιπολὺ, αἴτιον ἐστὶ καὶ ἐναμιλ-

Digitized by Google

ἐαμμίλον τῷ Ἀττιαῷ τὸ δὲ ἐν ταῖς (lege ταύταις) νήσοις διαφέροντως. 373

Idem *lib.* 13. *pag.* 630. τῆς γῦν Τερμησσέων ἄκρας, ὁ ὑπερκείμενος λόφος καλεῖται Σόλυμος, καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ Τερμησσεῖς Σόλυμοι καλοῦνται. (legendum Τελμησσέων & Τελμησσεῖς.) 363

Idem *lib.* 14. *pag.* 666. Ὑπέρκειται δὲ αὐτῆς τὰ Σόλυμα ὄρος, καὶ Τέρμισσος, (lege Τελμισσος) Πισιδικὴ πόλις, &c. ibid.

Idem *lib.* 16. *pag.* 736. Καλοῦσι δὲ ὑπὸ τὴν Βαβυλωνίαν . . . . καὶ ἡ περὶ τὸ Ζάγρον ὄρος Χαωνῖτις. (lege Χαλωνῖτις,) &c. 229

Idem *lib.* 16. *pag.* 745. Καλοῦνται δὲ οἱ Ἀδιαβηνοὶ καὶ Σακκόποδες, (lege Σαυρόποδες,) &c. 24

Idem *lib.* 16. *pag.* 453. Laodiceæ propinqua ſunt oppidula, Poſidium, Heraclium, Gebala, εἶτα ἤδη ἡ τῶν Ἀραδίων παλαιά, (lege Παραλία,) &c. 305.

Idem *lib.* 16. *pag.* 778. de Caſſanitis Sinûs Arabici accolis: πωλοῦσι δὲ καὶ πρὸς τὰς ἀγυγείονας ξυαντον τὸν χρυσὸν τριπλάσιον ἀντιδόντες τοῦ χαλκοῦ, διπλάσιον δὲ τοῦ ἀργύρου. Ita reſtituendus eſt hic locus, τριπλάσιον ἀντιδόντες τοῦ χαλκοῦ, διπλάσιον δὲ τοῦ σιδήρου, καὶ δεκαπλάσιον τοῦ ἀργύρου, *Pro ære triplum auri rependentes, pro ferro autem duplum, & pro argento decuplum.* Ita verte, non ut *Interpretes*, qui in contrarium planè ſenſum verterunt hunc locum, Vendunt aurum æris triplo, argenti duplo. 139

Idem *lib.* 17. *pag.* 786. A ſiniſtra curſûs Nili Nubæ habitant in Lybia, magna gens à Meroë incipiena μέχρι τῶν Ἀγγώνων (lege Ἀγκώνων, uſque ad Ancones, id eſt, *Nili flexus.*) 265

Suidas in voce Ἀμοργίς . . . Ἐστὶ δὲ σφόδρα λεπτὸν ὑπὸ (lege ὑπὲρ) τὴν βύσσον ἢ τὴν καρπασον. 414

Idem in Κῶλα: τὰ τῆς σφενδόνης ἑκάτερα μέρη, (lege Κατώτερα μέρη,) &c. 33

Idem Μεσοριῶν, μέσην ὁδεύων (lege Μεσόπορον, μέσην ὁδόν; vel Μεσοποριῶν, μέσην ὁδεύων.) 94

Idem in Νηΐς: Καὶ ἐν Σάμῳ δὲ θηρία γενέσθαι φασὶν, ... ἐκαλοῦντο δὲ Νήια ὡς εὐταῖον: (lege Νήϊδες, ὡς Εὐφορίων.) 378

Idem in Ὀργιῶνες, ὁ γῦν Ἀντίμαχος ἐν τῇ Δυδῇ (lege Λύδῃ) γυναῖ Καβάρους θήκεν ἀβαχλίας (lege ἀγαυλίας) ὀργειῶνας. 413

Idem in Τενέδιος ξυνήγορος: Ἀστερίον (lege Ἀστέριον) τόπος ἐν Τενέδῳ, ἔνθα ποταμίσκος, ἐν καρκίνοι τὰ χηλώνια διηρθρωμένα ἐπιπλεῖον (lege ἐπιπλεῖον) ἔχοντες, καὶ πέλικει ἐμφερῆ. Interpres vertit; *Aſſerina* locus io Tenedo, ubi fluviolus eſt, in quo ſunt & Cancri, quis *Chelas* habent diſtinctas, ita *ut navem referant*, &c. (vertendum, *Aſterion*, locus in Tenedo obi fluviolus eſt, in quo ſunt cancri, qui teſtas habeot ot pluimùm ita formatas, ut ſecurim referant.) 386

Idem Τέσιβις, Θεὸς τῶν . . . . . . (ſupplendum τῶν Σολύμων, *Teſibis Deus Selymorum.*) 365

Syrus Inteipres Act. 2. 9. עלמיא, *Elanita* (lcgendum, *Elamita.*) 70

Idem Actorum itidem 27, 16. נסיא *Kauro* (legendum נסיא *Kaudo.*) 504

T.

Tatianus Aſſyrius in Orat. contra Græcos: τοὶ Φοινίκων ὕτως ἔχει. γεγόνασιν παρ᾽ αὐτοῖς τρεῖς ἄνδρες, Θεόδοτος, Ὑψικράτης, Μῶχος, Τούτων τὰς βίβλους εἰς Ἑλληνίδα κατέταξεν φωνὴν Χαῖτος, (lege Λαῖτος.) 777

Tertullianus ad Scapulam cap. 4. Ipſe etiam Severus . . . Chriſtianorum memor fuit. Nam & Proculum Chiſtianum, qui *Torpacion* cognominabatur, Euhodeæ procuratorem . . . requiſivit, &c. (lege *Torpaion & Euhodi.*) 770

Theophanes in Maomethicis: ἐκράτησεν ἡ αἵρεσις αὐτῶν τὰ μέρη τῆς Αἰθρίβου. (lege Γαθρίβου.) Sic etiam corrige Anaſtaſium Bibliothecarium, qui ex illo; tenuit hæreſis ejos partes *Æ-tri*, (lege *Jatribi.*) 214

Theophilus Antiochenua ad Autolycum lib. 3. dicit Arcæ reliquias hodiéque ſupereſſe ἐν τοῖς Ἀραβικοῖς ὄρεσιν. (Legendum ἐν Ἀρμενιακοῖς, vel Ἀρμενίοις. 17

Theophraſtus hiſtor. Plant. lib. 5. cap. 9. ubi de Corſicæ inſulæ arboribus: πλευσαι γάρ ποτε τοὺς Ῥωμαίους βουλομένους κατασκευάσασθαι πλεῖον, (lege πόλιν) ἐν τῇ νήσῳ, &c. 579

Idem hiſt. Plant. *lib.* 8. *cap.* 3. Γίνεσθαι δὲ ὅτε ἔλυμα ταῦτα, ὅτε πολλὰ (lege φαῦλα) παρ᾽ αὐτοῖς. 417

Idem ibidem Λέγεται δὲ καὶ ἐν Σικελίᾳ τῆς Μεσσηνίας (lege ἐν Μεσσηνίᾳ τῆς Σικελίας) ἐν τοῖς καλουμένοις Μόλαις ταχεῖαν τινα γίνεσθαι τὴν τελείωσιν τῶν ὀψίων. 518

V.

Varro de Re ruſtica *lib.* 1. *cap.* 44. In Syria ad Gavada (lege *Gadara*) dicunt ex modio naſci centum. 428

Idem *lib.* 2. *cap.* 2. pleraque ſimiliter faciendum in ovibus pellitis, quæ propter lanæ bonitatem, ut ſunt Ta entinæ & Anicæ (lege *Altinates*) pellibus integuntur, &c. 27

Vibius Sequeſter cap. de fluminibus: Achates Siciliæ *ubi* pari nomine in illos generat. (dele *ubi*, utpote ſuperfluum) 549

Idem ibidem, Himera Oppido Tauotaminitanorum (lege *Thermitanorum*) dedit nomen Himeræ 552

Idem cap. de fontibus: Garga Eubœæ (lege *Gargaphia Bœotia*) ubi Actæon laceratus eſt à canibus. 428

Idem cap. de Montibus Arvia (lege *Arviſios*) in Inſula Chio, unde vinum Arviſium. 384

Vulgatus Interpres Job 31, 27. *Lætatum* eſt in abſcondito cor meum. (Lege, *Lactatum eſt*, &c.) 149

X.

Xenagoras apud Scholiaſtem Apollonii Rhodii Argonaut. lib 1. verſ. 624. Ἀπὸ Σικίνου υἱοῦ Θοαντος καὶ Νύμφος, (lege Οἰνοίδος νύμφης.) 406

Xenophon Cyri Minoris lib. 2. fluvium Aſſyriæ Diava nominat Σαβατον, & lib. 3. Ζατην (utrobique reſcribendum, Ζαβατον.) 242

INDEX FABULARUM,

Quæ paſſim in *Phaleg* & *Phœniciis*

Ex Script. S. aut ex Ling. Hebræa explicantur, vel refelluntur.

A.

Col.

ABas Neptuni filius, & Areibuſæ, Abantum Pater. 402

Aee, quæ & Ptolemais, urbs Phœnices; in qua Hercules ſanatus eſt ab Hydræ morſu. 360

Aceſtes Segeſtæ conditor, quem ex Siciliæ fl. Crimiſo in Canem murato genuit Sylvia Egeſta, Hippotæ Trojani Filia. 512

Ægeum Mare, vel ab Ægeo Patre Theſei, vel ab Ægea, Regina Amazonum ibi demerſâ, vel ab Ægeone Gigante, qui idem cum Briareo, dictum. 403

Æolus Liparæ Rex & vicinarum inſularum, qui luctantes ventos tempeſtateſque ſonoras imperio premit, &c. 594

Æoliæ inſulæ, in quibus audiri dicuntur Cyclopum ictus, ferrum Vulcano cudentium, &c. 520

Ibidem ſonitus tympanorum & cymbalorum. ibidem.

Ætates quatuor: Ætas aurea, quâ regnavit Saturnus arvis nondum diviſis, 226. Ætas argentea, quâ cœperunt homines terram colere, & de domibus ſibi proſpicere, *ibidem* Ætas ænea ſævior ingeniis, & ad horrida promptior arma, quâ laqueis captare feras, &c, *ibidem*, Ætas denique ferrea. 227

Afer Abrahami, Herculis, aut Saturni filius; á quo Africa dicta. 488

Agathyrnus Æoli filius, á quo conditum in Sicilia Agathyrnum. 517 & 518

Alpheus fl. Elidis ex Tenedo inſula ortus, 387. & per occultos terræ meatus in Siciliæ Arethuſam delatus. 542

Amanus Ciliciæ mons, in quo Oreſtus ab inſania liberatus eſt. 360

Amarhuſii Ceraſtæ dicti, quia in boves mutati. 355

Anaphe inſula quorſum dicatur, ut & Delus, é mari emerſiſſe? 406. & 425

Andrus Anii frater, a quo Andrus inſula. 409

Anius in Delo Sacerdos Apollinis; cujus filiæ tres Oenorropæ, *Ceno* ſcilicet, *Spermo* & *Elais*, quotieſcunque volebant, vinum, ſemina, & oleum pro nominum ratione con-

conſequebantur. Hæ Græcorum exercitum circa Trojam fame preſſum, ab Agamemnone accerſitæ diu ſuſtentâſſe perhibentur. 406
Anna Perenna, Didonia ſoror, fertur Æneam in Italia conveniſſe, & Laviniæ uxoris inſidiis upperi ſe ſentiens in Numicium amnem ſe conjeciſſe. 581. 383
Antæus Gigas LX. cubitorum, Terræ filius, in lucta ab Hercule poſtratus, quotieſcunque terram attigerat, toties redintegratis viribus reſurgebat. 477
Aphaca, Libani locus, dictus ab umplexibus Veneris & Adonidis. 748. 749
Apollo cur dicatur Pythius, & Libycus, & Hammonis filius, & cæcidiſſe Draconem? 51
Arca Noæ in Sybillinis verſibus cur in Phrygia ſubſtitiſſe fingatur ad Marſyæ Fontes. 16
Aretbuſa, vid. Alpheus.
Argo Navis unde dicatur? & cur fingatur fuiſſe loquax? 739
Ariſtæus Ceæ rea, Cadmi gener, Ceorum agris a ſole euſtis, ſacrificia inſtituit ad Eteſias impetrandos. 407. Ejuſdem iter in Sardiniam. 573
Aſſalus & Aryus, v. Chimæra.
Aſterii Gigantis (cujus Pater fuit Anaa) cadaver longum decem cubitos in Aſteria Inſula repertum prope Miletum 348
Avernus, Lacus in Hiſpaniæ Bætica. 605

B.

Babylonica Turris à Gigantibus è Terra editis & Θεομάχοι in cœlum uſque erecta, donec totum opus ventis immiſſis confractum fuerit & diſſipatum. 46
Bacchi nomen, 12. Bacchus cur Jovis filius? ibidem. Cur tigres habeat in curru, & amictum ex pelle tigridis, aut ex nebride, & cur dicatur Nebrodes & Ζαγρεὺς? ibidem. & in Arabiæ Nyſa natus? ibidem & 440. & præſidere vitibus? 13. & Expeditiones in Indiam ſuſcepiſſe? ibid. Cur a Cadmo oriundus? 439. Cur pica & hedera Baccho ſacræ? 440. Cur Aſſyriæ rea, Staphylus illi detur pro ſucceſſore? ibidem. Cur deſcribatur Ταυρόμορφος? 441. Cur natus ex femore Jovis? 442. Cur in monte Mero? ibidem. Quorſum in Bacchi copiis mulieres? 445. Bacchi fabula collata cum Hiſtoria Moſis, 445. 446. & Sumgari & Jacobi, 446. & Bethſemitarum & Philiſtæorum, ibidem. An Bacchus Tyrrhenis imperaverit? 581. 583.
Bætylia cur lapides eſſe animatos voluerit Sanchoniathon, vel potius ejus Interpres Græcus Philo Biblius apud Euſebium Præpar. Evang. lib. 1. cap. 10. & Alii. 707
Baleares à Baleo dictæ Herculis comite ibi relicto. 633. Fabula de 7. Balearibus, 632. Baleares cur nudos æſtatem exigere finxerint, & Bœtos ad Balearium inſulas nudos enatâſſe? 634
Belus, Phœnia, & Cadmus non ſunt Ægyptii, ut volunt Apollodorus & alii Fabularum conſarcinatores. 35
Blemyea Æthiopiæ populi, cur fingantur eſſe ſine capite? 280
Boves æneos in Rhodo, in Templo Jovis Atabyrii, mugiiſſe fabulantur, quoties aliqua calamitas imminebat. 369
Boves Solis in Sicilia circa Mylas mactare nefas erat. 519
Briareus idem cum Encelado. 526
Briſæ, Nymphæ quæ primæ docuerunt μελιτουργεῖν. 442
Burboe urbs Illyrici, ad quam Cadmus vectus dicitur jugo boum. 461
Byrſa Carthaginis Acropolis, à corio dicta, ut volunt, in tenuiſſimas partes diſſecto. 470

C.

Cabarnus Proſerpinæ raptum Cereri indicavit. 413
Cabiri Samothraciæ. 394
Cadmus cur ab aliis filius, ab aliis coquus Tyri Regis eſſe dicatur, 447. Cadmi nomen unde ſumtum? ibidem. Et Harmoniæ ve Hermiones uxoris? ibidem. Cur uterque in ſerpentes mutati fingantur? ibidem & 305. 460. Cur Κύλικες dictus locus, in quo conditi? 460. Cur Cadmus dicatur feciſſe milites ea dentibus ſerpentis? 447. Cur ſolùm quinque ex iis ſuperſtites? 447. 448.
Caſtalia metu inſequentis Apollinis in fontem Caſtaliam præcipitem ſe conjecit. 430
Caſtalius Caſtulonem in Hiſpania putatur condidiſſe. 602
Chalcenor ibi juſſus urbem condere, ubi vidiſſet Solem orientem; cùm unus è comitibus exclamaſſet Εἶδον τὸν ἥλιον, ibi urbem condidit Idalium. 356
Chaos fabuloſum unde ſumptum? 705
Chii Inſulæ draco circa montem Pelinæum. 383
Chimæra monſtrum tricorpor, cujus prima leo, poſtrema draco, mediumque capella. 365
Cilix Cadmi frater, à quo Cilicia dicta. 358. 359
Cimmerii, Campaniæ, uti veriſimile eſt, populi unde fingantur à Poetis in perpetuis verſari tenebris? 595
Cinnamomum cur fabulentur Herodotus, Ariſtoteles, &c. avium nidis decuti, & privatim phœnicis? 713
Cinyras Cypri rex Adonidis pater cum Apolline de Muſica certans periiſſe traditur. 352
Circe in Lario quorſum fingitur herbarum vi & incantamentis ſuis immutâſſe rerum ſpecies? 588. Cur ſepulta dicatur in Pharmacuſis Atticæ inſulis? 589
Circeium Latii promontorium cur Homerus ad Auroram deſcribat & Solis ortus. 591
Columbas Jovi ferre Ambroſiam cur fabuletur Homerus? 745
Columnæ in Herculis templo Gadibus, quibus conſtare credita mundi compages, & elementorum inter ſe nexus & concordia. 610
Columnæ Herculis, quas in freto Gadium illum erexiſſe narrant. 733
Corcyra Phæacum inſula, in qua ſervabatur falx, qua Jupiter execuit Patrem. 8
Corſa bubulci ſerva, quæ taurum è Liguria in Corſicam natantem navigio ſecuta inſulam aperuit prima, & à ſe denominavit. 571. 579
Crimiſus Heſione compreſſâ edidit Egeſtum. 557
Curieus Cinyræ filius Curium in Cypro condidit. 555
Cyclopum unum oculum rotundum in fronte habentium fabula unde nata? 562
Cyprus Cinyræ filia, à qua dicta Cyprus inſula. 356
Cyrnus, Herculis filius, Cyrno ſeu Corſicæ inſ. nomen dedit. 571. 579
Cytherus Phœnix, à quo Cythera inſula. 458

D.

Delus Latonâ pariturâ è mari ſubito emerſit. 406
Deucalion ea arca dicitur emiſiſſe columbum, 5. Et Hierapolim condidiſſe. 52
Dirce Lyci uxor mutata in fontem Dirceum. 428
Drepanum Siciliæ urbs dicta vel à falce Cereris, vel à falce Saturni. 511

E.

Elymus & Elymi è Troja in Siciliam delati. 569
Elyſii Campi in extremo Occidente. 600
Enceladus, ſeu Typhon, vel Briareus, Jovis fulmine percuſſus, quia in Deos inſurrexerat, & detruſus in terræ abyſſos, ut ſempiternis flammis ardeat. 527. 528
Erythia inſ. in Oceano, ex qua Geryonis boves abduxiſſe fertur Hercules 612. Et magnis hermatibus viam in mari ſibi ſtraviſſe. 644
Europa Cadmi ſoror, virgo formæ inſignis, quam Junonis pigmento faciem perunxiſſe 421. Et à Jove raptam fuiſſe, fingunt falſi ſub imagine Tauri. 542. 738. Europæ corona Hellotis & Hellotia feſtum. 421

F.

Faunus terrores immittere quorſum fingatur? 444. Et ſub Baccho militaſſe. 583

G.

Galeæ vel Galeotæ Siciliæ Vates, quos a Galeote deducunt filio Apollinis & Themiſtûs. 538
Gelon Ætnæ & Hyncari filius, a quo dictus Gela fl. 551
Golgos Veneris & Adonidis filius, in Cypro Golgi conditor. 355

H.

Haleſinus fons in Sicilia dicitur ad tibiæ cantum exultare. 516
Harmonia, v. Cadmus.
Hecubæ cenotaphium cur in Sicilia oſtenſum, juxta Pachynum promontorium? 546
Hercyna Cereris filia, à qua Hercyna fons in antri Trophonii aditu. 436
Heſione, v. Crimiſus.
Hippocrene fons è terræ equi ungula percuſſione. 428
Hipponem in Africa quorſum Græci equites condidiſſe dicantur. 474
Holmius Siſyphi filius, à quo Holmius fl. in Helicone. 429
Hominem cur procreaſſe dicatur ventus Colpia. 706

I.

Iacchus, Bacchus ad mammam, in cujus Sacris myſtica vannus. 442
Japetus quis fuerit? 147. Et decrepiti ſenes cur vocentur Japeti? ibidem. Cur Idem bellum fingatur Jovi intentâſſe, ibid. Et mari præfectus fuerit & pro Neptuno habitus. 9
Idalium, v. Chalcenor.
Ilienſium in Sardiniam profectio. 574
Illyrius Cadmi aut Polyphemi filius, à quo dictum Illyricum. 461. 462
Iolai & Theſpienſium in Sardiniam fabuloſum iter, & Olbia & Ogryle urbes ab iis conditæ. 574
Iſmenus Bœotiæ fl. ortus ex Cadmi pede altius in limum defixo. 427
Italus rex, à quo Italia; aut Italus taurus Herculis, quem ex Italia volunt tranaſſe in Siliam. 594
Judæus Sparton Bacchi commilito, a quo Judæis & Spartanis, ſi credimus, commune genus. 458
Jupiter cur vocetur Hammon, vel Amon? 5. 7. Amonis nomen pro Jove in Prophetarum ſcriptis. 5. Cur Ζεὺς à fervore dictus? 7. Cur fratrum minimus? 8. & cœli dominus, ibidem. Cur Saturnum patrem dicatur exæciſſe, ibid. cur falx, quâ Saturnum execuit, in Cocyta quæſita. 8
Cur Jupiter Caſſius manu extenſa pictus, & malum Punicum ferens. 292

L.

Læſtrigones Latii populi circa Cajetam & Formias, apud quos fabulantur noctes eſſe breviſſimas. 590
Lamus rex Læſtrigonum unde dicatur ἀνθρωποφάγος: & cur Lamia fingatur eſſe monſtrum humanæ carnis avidum. 589. 590
Latium, v. Circe.
Lilybæum à πα... dici cur Græci velint. 508
Liparis audiri Cyclopum ictus, tympanorumque ſonitum & cymbalorum. 520
Liparus Auſonis filius regnavit in Liparis ante Æolum; vel, ut alii, poſt Æolum. 519
Luſus Bacchi comes, à quo Luſitania dicta. 659

M.

M.

Mala aurea Draco uſſervabat iu Heſperidum hortis circa Zelim io Tingitaua. 477
Marieus Cinyræ filius, Marii urbis in Cypro conditnr. 355
Medea unde fingatur filios ſuos occidiſſe? 238
Melite inſula à Melite nympha Corcyrea dicta, ex qua genuit Hercules Hyllum Illyrii regem. 499
Melos Ægei marit inſula, à condirore Melo Phœnice dicta. 417. In ea terram effoſſam ſtatim repleri fabulantur. 418
Meoeſtheos Athenieuſium dux in bello Trojaoo; quem Athenas ex Ilio reverſum, & à Theſidibus pulſum in Hiſpaniam ultra Gades ſe contuliſſe dictitant, & Meneſtbei portum in Bæticu coudidiſſe. 614
Mercurii nomeu unde? 11. Cur idem Camillus, vel Cadmilus, & Sumes, appellatur ù Phœniciis? *ibid.* Cur dicatur Jovis filius? *ibid.* Et ſervilibus miniſteriis uddictus? *ibid.* Cur viis præfectus & furum Deut? *ibid.* Et Jovis amorum pararius? *ibid.* Cur Eloquentiæ pater? *ibid.* Et Aſtrouomiæ repertor? *ibid.* Cur Lac & mel Veteres illi libaverint; *ibid.* Cur ſit Deorum miniſter? 761
Mrlye Solymi furor & uxor, deinde etiam Cragi, à qua dicta Milyas Piſidiæ regio. 363
Minos cum fratribus Gazam profectus; unde Gaza Minoa dicta. 422

N.

Neæ Iuſula prope Lemnon, io qua Philoctetes ab Hydra morſus. 399
Nebriſſa Hiſpaniæ urbs, quam Bacchus condidiſſe oartatut. 613
Neides feræ iu inſula Samo, quarum barrito terra diſſiudebatur. 678
Neptunus cur dicatur maris domiuus, 9. & Ποσειδῶν? *ibid.* & Neptunus? *ibid.* & Moſcle Ægyptiis? 10. Equitandi ars à Netuno, & primus equus, Scyphius oomine, ab eo è petra eductus. 299
Niſyrus Ægei maris inſula, olim pars inſulæ Co, quam Trideure abſciſſam jecit Neptunus io Gigantem Polybotem. 373
Nola Campaniæ urbs à Tyriis conditu juxtu Solinum. 582
Norax ex Hiſpania in Sardiniam migrâſſe fertur, & Noram urbem condidiſſe. 573

O.

Ocha in Eubœa mons dictus à congreſſu Jovis & Juuonis. 402
Oenotropæ, v. Anius.
Oreſtes in moute Amauo à manoia liberatus. 360

P.

Palici Dii Siculorum, dicti ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι, quia in terram prius merſi denuo inde reverſi ſunt. 534
Pan, à quo Pauici terrores. 444
Pantagias Siciliæ fl. cujus decurrentis ſonitus pee totam Siciliam audiebatur, donec à Cerere tacère juſſus eſt. 537
Parcæ cur dicantur vitæ filum ſecare, vel abrumpere. 377
Pelotus, nauclerus Pœnus, in freto Siculo ab Annibale intercmptus; uode nomen Peloro promontorio. 523
Peucetius beros, à quo Calabria Græcis Peucetia. 595
Pherecydis beliotropium in inſula Syro. 411
Phocenſes cum Elymis è Troja primùm in Libyam, mox in Siciliam delati. 569
Phorbantem in cœlum Aſtrunomi ideò tranſtulerunr, quia Rhodum inſulam à ſerpentibus liberavit. 370
Picus rex Aboriginum, qui in picum avem mutatus oracula ferrur edidiſſe. 434
Pluto Inferorum Deus, & Ἅδης dictus. 10
Prometheus Japeti filius, & Caucaſo affixus, & ignem è cœlo detuliſſe dicitur, & reperiſſe metalla; & cor illius ab aquila erodi. 12
Pygmæi verſus Nili fonres & Auſtralem Oceanum. 125
Pyrenæi montes à ſylvæ conflagratiune dicti; vel a Pyrene Bebrycis regis filia ibi ab Hercule vitiatâ, & poſtmodum à feris diſcerptâ. 625

Q.

Quinque viri orti ex draconis dentibus ſatis. 447

R.

Rhea, vid. Saturnus.

S.

Salumin Aſopi filia, Cychrei mater, à qua dicta Salamis; 456
Salaminem iuſulam vaſtâſſe fertur draco, vel ipſe Cychreus. *ibid.*
Sardus Herculis Maceridis filius, à quo Sardinia dicta. 571
Saturnus cur πολύστροφος? 1. & juſtiſſimus? *ibid.* Cur feros homiues dicatur ad compoſitam vitam traduxiſſe? 2. Cur ſub illo ætas aurea, *ibid.* Et homiues à labore & dolore immunes, *ibidem.* Et babuiſſe dicantur communem cum brutis linguam, 3. Cur Tellus Saturni uxor? *ibid.* Unde mos in Saturnalibus mero ſe ingurgitandi & ſervos convivio excipiendi? *ibid.* Saturni lex, quà cavetur ne quis Deos nudos impunè contempletur. 4. Saturnus & Rhea quomodo ex Oceano & Thetide uati? *ibid.* Cur navis Saturni ſymbolum? *ibid.* Cur idem diluvium prædixiſſe dicatur? *ibid.* Et voraſſe omnes liberos tribus exceptis? 5. Quomodo à filio è regno ejectus? 227
Satyri cur hircorum ſpecie, & ſalaces & ἰθυφαλλικοί? 444
Seriphii Gorgone viſâ io lapides mutati. 414
Sibyllæ Cumææ ſepulcbrum cur dicatur Lilybæum promuntorium, vel oppidum; 508. 509
Sicanorum in Siciliam ex Hiſpania migratio. 563
Sicinus Thoantis & Oenoes filius, à quo inſula Sicinus, quæ & Oenoe. 416
Siculorum ex Italia migratio in Siciliam. 564
Silenus quorſum dictus & Bacchi præceptor? 443. Et aſino fingitur vehi, & calcare uvas, & ſemper eſſe ebrius, *ibid.* Et caſeum & lac habere pro cibo, *ibid.* Quo loco fuerit à Mida captus? 533
Sirenes, canora monſtra, Acheloi filiæ, circa Capreas. 593. Vel circa Pelorum. 521
Solani inventio cur tribuatur Apollini? 760
Solus Soluntis urbis iu Sicilia conditor, in hoſpites vie inbumanus, ab Hercule iuteremptus. 514
Solymi Piſidiæ à multis Veterum cum Judæis confuuduntur. 261
Sparta dicta ἀπὸ τῶν σπαρτῶν ἀνδρῶν *a viris ſpartis*, id eſt, ex draconis dentibus ſatis. 457
Sphiox in monte Phiceo ſedens pee griphos & ænigmata narratur ſui ævi ſolertiſſimorum ingenia exercuiſſe. 433 434
Syrus una Cycladum, in qua τροπαὶ ἠελίοιο, ut fabulatur Homerus. 411

T.

Telchines Magi, maris filii, a Phoroneo Argis pulſi in Rhodum ſecedunt. 371
Tenedus inſula in Helleſponti aditu à Tene dicta; qui arcâ incluſus & in mare dejectus eò delatus eſſe fingitur. 386
Teucer Spartariæ Carthaginis in Hiſpania conditor. 620
Thebæ a Thebe Aſopi filiâ dictæ, vel à bove Cadmi duce, &c. 526. 527
Thule, & alia verſus ſeptentrionem loca, cur fingantur perpetuâ nocte eſſe meria. 655
Tingim ex Olbia & Mycenis Græcos ab Hercule eſſe tranſlatos. 476
Triton Africæ fl. ex quo Pallas uata fingitur. 486
Typhon Ægyptius gigas, quem ex Ægypro volunt ad Caucaſum uſque penetrâſſe, & fulmine Jovis ibi percuſſum, fugiſſe in Palæſtinam, & ad lacum Serbonidis expirâſſe, 292. Cur Typbon Ægyptiacè *Smy*, *Seth*, & *Bebon*, dicatur? 10. Typbon idem, qui Enceladus. 527
Tyri rupes anteu vagas cur firmâſſe dicatur aquilæ ſanguis. 710
Tyrrheni Bacchi numine io Delphiues mutati. 586

V.

Vellus aureum in Colcbide à duobus tauris & dracone aſſervatum. 289. 290
Ulyſſes, à quo condita Luſitaniæ urbs Ulyſſipon. 621
Urania Cypri oppidum, cujus incolæ in ſtellas mutati. 354
Vulcanus è cœlo lapius in Lemnon inſulam. 399

X.

Xiſuthrus Aſſyriæ rex, qui ex Diluvii aquis per Arcam evaſiſſe fertur, & ex eu Arca aves emiſiſſe. 4. 5

Z.

Zancle à Zanclo rege dicta; vel à Saturni falce ibi abſconditâ. 524
Zorus & Carchedon Carthaginis conditores. 468

DISSERTATIONUM, EPISTOLARUM, ET CARMINUM,

Quæ huic volumini addita ſunt,

INDEX.

In fronte præfixa ſunt ***

Authoris Vita. Pag. 1
Opera ejus aliàs edita, eorumque origo. 4
Opera affecta & inchoata, nondum extantia. 5
Paradiſi Terreſtris deſcriptio ad ejus mentem per Clariſſ. Morinum. 9
Compendioſa ejus delineatio per Bocbartum ipſum. 29
Recenſio aliorum Opuſculorum huic Editioni additorum. 30
Ineditorum quorundam, in Eruditorum muſæis etiamnum deliteſcentium, enumeratio. 33
Authoris ingenium, mores, ſtudia, mora. 35

Sub finem annexa. ****

Animadverſiones in Steph. Byzantini de Urbibus & populis Epitomen, cum additamentis Joann. Palmerii, & Stephani Morini. 791
Geographiæ Sacræ, Phalegi & Canaan, defenſio adverſus quaſdam Clar. Salmaſii objectiones. 827
De Serpente Tentatore, Paradiſo Terreſtri, nonnulliſque aliis ad Jacobum Capellum Ludovici filium Epiſtola, *ad Geneſ.* 2, 8. 3, 1. &c. 834
De eodem Serpente diſſertatio ad eundem, ad Geneſ. 3. verſ. 1. 2. 3. &c. 835
De Linguæ Chaldaicæ, Syriacæ pronuntiatione, Arabicæ utilitate, diſcendi modo, &c. ad Eundem, ad Geneſ. 11. verſ. 8. 9. &c. 853
De Reginæ Sueciæ humanitate, Eruditione, Bibliotheca, &c. ad Iſaacum Voſſium ejus Conſiliarium, Epiſtol. 855
De Verſionis Syriacæ novitate, Characterum Samaritanorum cum Græcis affinitate, Onkeloſi ævo, Samaritanæ Linguæ cum Chaldaica cognatione, Diluvii univerſalitate, &c. ad Eundem. 857
De Verſionis Syriacæ novitate iterum, ad Eundem. 861
Moſis *Geneſ.* 11, *verſ.* 26. & 32. cum D. Stephano *Actor.* 7, 4. circa Tharæ annos, & Abrahami è Charane egreſſum conciliatio. 863
An Dudaim ſint Tubera, ut vult Codurcus; an Mandragoræ? an quid aliud? an Geneſ. 30, 14. 866
De variis Mannæ ſpeciebus; itemque de genere nominis *Manna* apud Latinos; ad Exod. cap. 16. verſ. 13. 871
De hac voce Thalmudica *Caleba*, ad Moſis legem, Levit. 19, 19. ad D. Du Manoir Tapin Epiſtola. 880
Fauchelii ad Sam. Bochartum de Abſolomi Capillis Epiſtola, ad 2. Samuel. cap. 16. verſ. 26. 883
Sam. Bocharti ad ſuperiorem Epiſtolam de eodem argumento Reſponſio, ibidem.
De Naamanis facto ad I. Tapinum Diſſertatio, ad 2. Reg. 5, 17. 18 19. 892
De eodem argumento ad Eundem diſſert. altera. 898
Explanatio *verſ.* 8. *cap.* 3. Jobi, itemque 36. cap 38. ad Eundem. 901
Enarratio *verſ.* 3. Pſalm. 101. ad Eund. 904
Enarratio accuratior ejuſdem verſûs, ad Eund. 906
Explicatio harum vocum כפר & שושנה, *Capher & Schouchannah.* ad Erudit. Stephan. le Moine, ad illuſtrationem *verſ.* 14. *cap.* 1. Cant. & *verſ.* 1. *cap.* 2. 916
Quid ſit Kikaion, de quo Jon. *cap.* 4. *verſ.* 6. ad Clariſſ. Steph. Morinum. 916
Utrum quis anno ætatis 10. liberos procreare valeat, ad Ampliſſ. Carbonellum. Ad illuſt. *verſ.* 20. *cap.* 16. *lib.* 2. *Reg.* & *verſ* 1. *capitu* 18. 920
Sacræ Scripr. Divinitas inſitis argumentis demonſtratur, ad varior. cum Vet. tum Novi Teſtam. Locor. explicationem, ad Tapinum. 926
Explicatur J. Chriſti in montem, Templique Pinnaculum, Tranſportatio ad Matt. 4, 5. 6. 7. &c. ad N. Herault fideliſſ. Alençon. Eccleſ. Paſtor. 942
Explicatur rurſus eadem Tranſportatio, ad Eund. 952
Explicatur tertium eadem Tranſportatio, ad Eundem. 974
Symboli Apoſtol. Articulus, *Deſcendit ad inferos*, ad *Matth.* *cap.* 27. *Marci cap.* 11, &c. explanatur, ad Tapin. 982
Enarrat. *verſ.* 14. *cap.* 2. Epiſt. ad Rom. *Nam, quum Gentes, quæ legem non habent*, &c. Eidem. 986
1. De Presbyteratu & Epiſcopatu,
2. Provocatione à Judiciis Eccleſiaſt.
3. Jure ac poteſtate Regum; ad varior. Scrip. S. Locorum illuſtrat. Ampliſſimo D. Morley, Regis Angliæ Sacellano Epiſtola. 988
Explicantur *verſ.* 5. *cap.* 5. 1. Corinth. *Tradatur ille Satanæ ad deſtruct. carnis.*
Item
Verſ. 12. *cap.* 6. ejuſd. Epiſt. *Omnia mihi licent, ſed*, &c. Tapino. 1022
De Baptiſmo pro mortuis, ad 1. *Cor. cap.* 15. *verſ.* 29. Eidem 1026
Enucleantur verſ. 14. 15. cap 14. 1. Corint. *Si enim precer linguâ, ſpiritus meus precatur*, &c.
Item
Verſ. 22. *cap.* 16. ejuſd. Epiſt. *Si quis non amat domin. J. Ch.* &c. Eidem. 1034
Traditur ſenſus *verſ.* 9. *cap.* 2. Epiſt. ad Coloſſ. *Si quidem in eo habitat omnis plenitudo*, &c.
Item
Verſ. 4. *cap* 2. 1. Epiſt. ad Timoth. *Qui vult omnes homines ſervari*, &c. 1038
Examen Libelli de Antichriſto Amſtelod. 1640. editi, ad Ampliſt. Sarravium. 1044
Quid ſint Pliſti, de quibus Joſephus *Antiquit. lib.* 18 *cap.* 1. An Iiar. primus fuerit menſis apud Judæos à Simonis Maccabæi morte ad Veſpaſiani obitum.
Quid ſignificet περιοχὴν apud Joſeph. *Antiq. lib.* 6. *cap.* 5. 1050
Errores Hornii in Obſervat. ad Sulpitium Severum, ad Iſaacum Voſſium. 1145
Num Æneas unquam fuerit in Italia, ad Clariſſ. Segræſium. 1150
Quid ſit apud Philoſtratum in Apollonio *Lib.* 4. *Cap.* 6. Ἀμαζόνων ἄγρα? 1178
Sant-Amantii ad Boch. de Poëmate ſuo, *Moſes Servatus*, inſcripto Epiſtola. 1182
Bocharti ad Sant-Amantium Reſponſio, varias obſervationes in Poema illud continens. 1186
Poſteriores quædam in Sant-Amantii Poema notæ. 1217
Notæ in Luciani Caphargamalenſis presbyteri ſcriptum *de Inventis D. Stephani protomartyris Reliquiis*, quale à Baron. Ann. Tom. 5. ad ann. Chr. 415. exhibetur. 1228
Notæ in Eccleſiæ Gallicanæ Decreta quædam in Judæos ſancita, prout apud Laurent. Bochell. *Decretor. Eccleſ. Gallican. Lib.* 1. *Tit.* 13. extant. 1241

De variis rebus Epiſtolæ. **

Nobiliſſ. Salmaſio. 1249
Eidem. 1250
Clariſſimo Voſſio Reginæ Sueciæ Conſiliario. 1251
Nobiliſſ. Salmaſio. 1253

Juveniles quidam Luſus Poëtici. ****

ELEGIA
In diſceſſum D. Fabricii amici dilectiſſimi. 1255
EPITHALAMIUM
In J. Capelli & Carlottæ Bergeriæ nuptias. 1257
CARMEN
In D. Smith. præceptorem ſuum, cum ille ex aquis Spadanis poëta evaſiſſe videretur. 1261
Obſervationes ad Hiſtoriam veterum Gallorum Ant. Goſſelini. 1265

Quæ in ſuperioribus Opuſculis continentur, ea poterant diſtinctius & plenius in hoc Indice notari, ſed, cùm ex Opuſculorum ipſorum fronte omnia ferè poſſint intelligi, eamobrem diſtinctior & plenior eorum notatio omiſſa eſt.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

005657097

MC

Digitized by Google